## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

+ *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
+ *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
+ *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
+ *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertati di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da `http://books.google.com`



Ex libris Bibliothecæ quam Illuſtriſſimus
Archiepiſcopus & Prorex Lugdunenſis
Camillus de Neufville Collegio SS.
Trinitatis Patrum Societatis JESU
Teſtamenti tabulis attribuit anno 1693.

Tab. IV. 7.

Digitized by Google

Digitized by Google

2859

[illegible] 1491

Junelin

(François)

Digitized by Google

22880

# SPECVLVM ASTROLOGIÆ,

## VNIVERSAM MATHEMATICAM SCIENTIAM, IN CERTAS CLASSES DIGESTAM, COMPLECTENS.

*AVTORE FRANCISCO IVNCTINO FLORENTINO S. T. D.*
*ac Eleemoſynario ordinario Sereniſsimi Principis* FRANCISCI *V*ALESII, *Chriſtianiſſ. Francorum, ac Poloniæ Regis fratris vnici, Andegauenſis Ducis, &c.*

Acceſſerunt etiã Cõmentaria abſolutiſſima in duos poſteriores QVADRIPARTITI PTOLEMÆI libros, innumeris obſeruationibus referta, & certiſsimis aphoriſmis (quatenus ex ſiderum poſitione liceat Chriſtiano more aliquid coniicere) ex probatiſſimorũ Aſtrologorũ ſcriptis deprõptis inſignita.

*Quid in priori & poſteriori Tomo contineatur, Elenchus poſt epiſtolam ad Lectorem ſubiunctus, indicabit.*

Omnia ſub cenſura ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ Romanæ.

*TOMVS PRIOR.*

EX BIBLIOTH PVB COLLEG LVGDVN.
BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE DE LYON
BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON 1891




2859

*LVGDVNI,*
In Officina Q. Phil. Tinghi, Florentini: Apud Simphorianum Beraud.
*M. D. LXXXI.*
CVM PRIVILEG. CÆS. MAIEST. ET REG. CHRISTIAN.

Digitized by Google

Digitized by Google

# REVERENDISSIMO ET

## ILLVSTRISSIMO PRINCIPI, AC D. D. MARGVARDO EPISCOPO SPIRENSI,

Præpoſito VVeiſſenburgenſi, Sacræ Cæſareæ Maieſtatis Conſiliario, ac Sacri Romani Imperij Cameræ Iudici æquiſsimo

## *FRANCISCVS IVNCTINVS S. P. D.*

*SVPERIORIBVS annis Speculum Aſtrologiæ, informatum tantùm opus, ac rude, efflagitantibus amicis, & tantùm non extorquentibus, non tam emiſeram, quàm eorum voluntati permiſeram: aliqua enim videbam in eo redundare, quæ ab re, hoc eſt, ab eiuſmodi tractatione erant aliena: multa ineſſe imperfecta: non pauca, quæ limam deſiderarent: longè plurima, quæ tumultuariò congeſta, ac minus oratione explicata, ſeriem, ſplendoremq́ requirerent: ita vt in nulla re mihi vnquam ſic diſplicuerim, atque in eo opere ita feſtinato edendo: & eius ſententiæ ſemper fuerim, vt, ſi reuocare eſſet integrum, longè præclariſsimè mecum actum iri exiſtimarem. Verùm in hoc tanto animi mei dolore, ex multis partibus perlatum eſt ad me, meum illum librum apud Aſtrologiæ ſtudioſos non exiguo eſſe numero: quod ſicut contra ſpem accidit, ita vehementer me recreauit, quòd aliquod ſcilicet operæ pretium in commune mea induſtria eſſet allatum: cumq́ paucis poſt editionem annis omnes codices typis excuſi, eſſent diſtracti, & quotidie alij efflagitarentur: animum adieci, ad eum ad incudem reuocandum: fœtumq́, abortu eiectum, vrſi more decreui circumlambere, donec perficeretur. Sumpſi igitur in manus librum: ex eo ſuperflua reſecaui: quæ deerant, ſuppleui: et, quia δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι, ita reformaui, vt planè alter à priori videatur: longior certè ſine vlla controuerſia triplo, aut eo amplius eſt effectus: ita mihi neſcio quo pacto in manibus creuit. Hoc igitur opus cùm pro exiguis mei ingenij viribus expoliſſem, idq́ iam abſolutum edere iterum decreuiſſem, anxius diu, perplexusq́ fui, quemnam illi patronum adſciſcerem. Cogitabam mecum ipſe, quantum hæc ſcientia cæteris antecelleret, quot commoditates in mortales importaret, quantaq́ ex altera parte non ſua, ſed abutentium*



Digitized by Google

*culpa apud imperitos inuidia laboraret, quorum perpetuus fuit mos, ea, quæ non intelligant, improbare: ac proinde propter eiuſmodi hominum genus alicuius viri indigere patrocinio, qui & ipſe artem hanc apprimè calleret, & ſua eandem auctoritate tueri poſſet. Cumq; hoc multum, diuq; conſideraſſem, tu vnus* REVERENDISSIME, ET ILLVSTRISSIME ANTISTES *occurriſti, qui omnium optimè id præſtare poſſes: nam, ſi auctoritatem ſpectemus, tu nobiliſſimæ vrbi in ſacris ſumma cum laude, & ſanctimonia praes: idemq; præcipua ſacri Romani Imperij munera maxima cum integritate adminiſtras: ſi autem eruditionem conſideremus, neminem latet, quàm omnibus liberalibus diſciplinis ſis exultus, quantiq; Mathematica hæc ſtudia facias, vt ego, his cauſſis adductus, hoc* ASTROLOGIÆ SPECVLVM *ſub tui potiſſimum nominis auſpicijs in lucem proferre non dubitarim. Huc accedit, quòd, cùm Aſtrologiæ ſtudia diu barbarorum incurſionibus abolita, ex vobis Germanis ad nos Italos renata iam dimanarint (iſtinc enim tanquam ex equo Troiano Purbachij, Regiomontani, Vernerij, Stoephlerij, Appiani, aliique ſexcenti prodierunt) æquiſſimum eſſe puto, vt eò refundantur, vnde profluxerunt: præſertim, cum plurima, quæ ad rem, quam mihi propoſueram, facere videbantur, ex eorum eruditiſſimis ſcriptis fuerim mutuatus. Sed, vt aliquid de meo hoc libro, quem tibi dico, eloquar, breuiter ſcito, hic præcipua de humana geneſi Aſtrologorum placita (quantum homini iudicare fas eſt) exemplis rerum, quæ acciderunt, quo ad eius fieri poteſt, illuſtrari, quorum longè maximam partem ego ipſe obſeruaui, reliqua ex alijs huc tranſtuli: tantum verò abeſt, vt (qua calumnia nos Aſtrologi ab imperito vulgo impetimur) quidquam huc attulerim, quod diuinis oraculis, aut ſanctorum patrum ſanctionibus aliquo pacto ſit aduerſum, vt nihil inſit, quod non poſſit catholicorum doctorum auctoritate probari. Quare non poſſum non magnopere anonymi cuiuſdam temeritatem admirari, qui nuper eſt auſus, librum in mei nominis inuidiam publicare, cum hac plena fraudis inſcriptione:* De diuinatione, quæ fit per aſtra, diuerſum ac diſcrepans duorum Catholicorum ſacræ Theologiæ Doctorum iudicium, ſcilicet Franciſci Iunctini Florentini, & Ioannis Lenſæi Belliolani profeſſoris Louanienſis. *quid eſt, quod ſine nomine contra ſacri Concilij Tridentini leges librum edit hic Zoilus? cur ſibi laruam non detrahit, meo cupiens nomini detrahere? quamobrem nos inuicem committit, inter quos optimè conuenit? legi Lenſæi orationem contra genethliacorum ſuperſtitionem, & diligenter quidem lectitaui: nihil ille, vt eſt modeſtiſſimus, me aut nomine, aut re laceſſit, immo ne innuit quidem: in ea totus eſt in exagitandis Aſtrologis, hoc nomine indigniſſimis, qui ſtellis liberum hominis arbitrium ſubijciunt, quiq; Deum malorum auctorem verbis expreſſis, aut tacitis faciunt: laudo ſcriptoris ingenium, ſententiam probo, rationes ratas habeo: idem ego in meis ſcriptis præſto: ita fit, vt inter nos, ſi ſuis momentis ab iudice non iniquiſſimo*

*vtriuſ*

Digitized by Google

*vtriuſque mens & verba expendantur, nulla deprehendi poſsit diſcrepantia, qualem impoſtor ille, calumniandi tantum ſtudio ductus, comminiſcitur, ſed de his hactenus. Hoc igitur opus, qualecumq; ſit illud, meæ certè in te obſeruantiæ pignus, tibi, ſanctiſsimè Pontifex dico, ac ita maleuolorum, imperitorumq; calumnijs obnoxium commendo: tu id benigno vultu ſuſcipias rogo, cœleſtium diuorum imitatione, qui, etſi mortalium rebus nulla ratione indigent, eorum tamen munuſcula benigniſsimo animo ſuſcipiunt. Quod ſi gratum tibi eſſe perſpexero, tuoq; patrocinio munitum, nihil poſthac inuidorum petitiones extimeſcam, fretus, meas lucubrationes ei placere qui aduerſariorum meorum atque adeo totius Aſtrologiæ impetus ſola auctoritate frangat. Vale Lugduni Kal. Februarij M. D. LXXXI.*



Digitized by Google

# AD REVERENDISSIMOS
## ANTISTITES, AC REVERENDOS
## INQVISITORES, HÆRETICÆ PRAVITATIS

*FRANCISCI IVNCTINI humilis ſupplicatio.*

EA eſt rerum bonarum ratio, vt quò meliores ſunt, eò deteriores euadant,ſi eis abuti cœperimus:nam cuncta à Deo Opt.Maxi.cō dita,valde bona ſunt illa quidē,ſi finem ſpectemus,ob quem extiterunt, nēpe vt eis tanquam mediis ad Dei cognitionem perueniamus:ſocordibus, illiſque, quorum mentes humi affliguntur, ſunt muſcipulæ,& extremam perniciem pariunt. Quare minimè mirum videri debet,ſi ſidera,corporum nobiliſsima, circa quæ Aſtrologia verſatur, quæque proximè nos ad diuini numinis notitiam ducunt, ſtultis,ac peruerſo ingenio præditis,plurimorum errorum anſam præbuerint:vtinam ſecus eſſet.Sed tamen non inde fieri debebat,vt apud aliquos vniuerſa Aſtrologia in crimen vocaretur.quid enim,ſi quidam,omnium nequiſsimi eam ſcientiam, optimam per ſe illam quidem,ac mortalium vſibus accommodatiſsimam, ad ſuas libidines detorſerunt?non rei ea eſt culpa,ſed hominum. Itaq;, vt nobiliſsimam hanc facultatem à calumniis vindicarem, pro virili parte curaui, omnibus eliminatis, quæ ab arte extranea irrepſerant, pura ac genuina eius præcepta facillima methodo in vnum quaſi corpus redigenda. Verùm,quia me hominem agnoſco, qui in plurimis poſſim errare, labi,decipi (non quod quidpiam huc conieccerim, quod in ſe falſitatis aliquam ſpeciem habere exiſtimarem) ideo ad vos, fidei cenſores, à quibus tanquam ad lydium lapidem germanæ atque catholicæ à ſpuriis, contagioſisq; doctrinis diſcernuntur,vniuerſas meas lucubrationes defero,vt veſtro iudicio,quod non poteſt eſſe non iuſtiſsimum,ſtent,vel exigantur,paratiſsimus, quidquid vos de ijs decreueritis, ſtatim abſque vlla controuerſia excipere. Quamobrem , licet mihi ſim conſcius , me hic nihil vnquam aſſeruiſſe , quod Sanct. Eccleſiæ Catholicæ Romanæ ſanctionibus putarem aduerſum, (ſiue quod ad liberum hominis arbitrium ſpectat,quod ab aſtris nullo pacto affici,dicimus,niſi quatenus inferiores animi facultates ab eis ad aliquid inclinentur, vel auocantur: ſiue quod ad Dei prouidentiam pertinet, quę tantum abeſt, vt cælo ſubſit, vt ea cunctis ſuo motu moderetur, legemque ſtatam aſtris impoſuerit; quam pro ſuo arbitrio mutat,cum id expedire videt)tamen non negauerim, fieri poſſe, vt hic non rectè multa

Digitized by Google

multa affirmauerim, alia vt ignorans, quædam, vt malè iudicans, aliqua vt negligenter ſcribens. Atque ideo REVERENDISSIMI ANTISTITES, & REVERENDI INQVISITORES, cæteríque, quorum eſt fidei cenſura, vos oro, obteſtórque, vt, ſi quid hoc in libro deprehenderitis, quod vel minimum à ſacroſanctis fidei noſtræ decretis diſſentire, aut in aliquo integerrimis moribus poſſe officere, vel etiam piam Chriſtiani hominis conſcientiam quoquo pacto lædere videatur, id meæ oſcitantiæ atque inſcitiæ attributum, ſtatim è libro auferatis, expurgetis, abradatis: ita vt ne veſtigium quidem exſtet: ego enim id nunc reuoco, & tanquam à me nunquam dictum volo: nam ea tantum tam in hoc libro, quàm in aliis à me editis, edendíſve aſſerta volo, quæ à Sancta Catholica Eccleſia Romana approbentur. Valete Reuerendiſsimi patres, meque in veſtrum patrocinium ſuſcipite.

## AD LECTOREM

## CLAVDII MORELLI VALLEFFINI IN Authoris gratiam Elogium.

*NVmina docta fouent Iunctini pectora magni*
*AEthereis dapibus, nectareo latice*
*Noſcitur ingenio, cuius monumenta probantur*
*Omnibus, in terris qui ratione valent.*
*Quicquid habent Muſæ & fatorum & conſcia Parcæ*
*Numina, quod Phœbus quicquid & alma Themis,*
*Hæc Iunctinus habet diuinis dotibus ortus*
*Omnia, quæ facili nos ratione docet.*
*Pulchra diu fœlix tali Florentia nato*
*Tanto proſperior Gallia viue viro*

Oculus vitæ Sapientia.

---

## Super duplici Authoris nomine alluſio anagrammatea.

*Cum duodena tuis habeantur conſona binis*
*Nominibus, ſunt hæc myſtica dona poli:*
*Quinetiam ſeptem vocalibus ordine conſtant*
*Hæc eadem, his numeris, omnia diua latent.*
*Hæc biſſena notent cælo ſplendentia ſigna.*
*Etrones ſeptem munera magna Dei:*
*Quæ quoniam tibi ſunt homini notiſſima docto,*
*Hos tenues numeros claudere Muſa monet.*

Oculus vitæ Sapientia.



Digitized by Google

## De Florentia, Iunctini parente, & Gallia eiuſdem nutrice.

*Florea rura colit florens Florentia pulchris*
*Floribus, in medio totius Italiæ*
*Floribus ex illis reſplendens Gallia floret*
*Diuitijs ornans pectora docta ſuis.*

Claudius Morellus canebat.

## Stephani Morelli C. filij, breue Elogium.

*Diua Iunctini latialis ἔργα,*
*Eius & nomen volitant per ora*
*Docta: Iunctinus maneat peremni*
*Tempore fœlix.*

Morus ſapiens.

## Cornelij Montfortij à Bloclzlandia D. Medici Stichtigenæ ad Clariſsimum virum eruditione, & virtute præſtantem D. Franciſcum Iunctinum Florentinum, Sacræ Theologiæ, ac Mathematices Doctorem abſolutiſsimum, Hexaſtichum.

*Vrania comites illa monſtrante ſequuntur*
*Te, IVNCTINE, ducem tramite ſydereo:*
*Tramite ſydereo ſuperos conſcendis ad axes,*
*Concipis omnigenas vnde reuerſus opes,*
*Quas Latio præbes grata nouitate petenti:*
*Omnis docta tuo Gallia marte ſapit.*



Digitized by Google

De Ingenio, & eruditione vndiquaque doctiſsimi viri D. Franciſci Iunctini Florentini, Mathematicorum noſtri temporis facilè Principis, Carmen.

*IVNCTINO melius quid noſter continet orbis?*
*Huius & ingenio nil ſit amabilius?*
*Unde boni veniunt, ſeu miti ex arbore fructus,*
*In quibus almus ineſt melleus atque ſapor.*
*Fructibus his paſti fœlices ſemper habentur,*
*Artes, & virtus pabula grata bonis.*

C. M. à BL.

Nimia familiaritas parit contemptum.

PETRI BIZARI
Decaſtichon ad Lectorem.

*Si cupis aſtrorum curſus, cœlique meatus*
*Noſcere, quidque ferant lucida ſigna poli:*
*Unde ſit humanis tam mira potentia rebus,*
*Quid-ve hic efficiat ſors variata vices:*
*Num certa ratione Orbis certòque regatur*
*Conſilio, an Fato vis queat vlla dari:*
*Perlege quod docta Iunctinus ſcripſit in arte,*
*Nota ſtatim fient quæ latuere prius.*
*Multi hoc tentarunt, pauci potuere: ſed inter*
*Paucos hic meritò connumerandus erit.*

Digitized by Google

## Ad Franciſcum Iunctinum

*EPIGRAMMA.*

*Quid faciat grauis in cunctos Saturnius ignis,*
*Iunctine, & placidi ſtella benigna Iouis,*
*Et ſcire armati quæ ſit violentia Martis,*
*Ac nitidi immenſum noſcere Solis iter:*
*Quídque ferat ſydus Paphium, & Cyllenius error,*
*Nocturnáſque gerens candida Luna faces,*
*Non hominum vitas hoc eſt cognoſcere, verùm*
*Magnorum eſt potius noſcere facta Deûm.*

Pompeij Arnolphini Lucenſis.



Digitized by Google

# FRANCISCVS IVNCTINVS FLORENTINVS LECTORI.

CVM ferè tota intẽtio Aſtrologiæ principaliter circa duo verſetur, ſcilicet circa natiuitates,& circa reuolutiones:primũ ponã tractatũ ſuper hominum natiuitates,iuxta præcepta bonorum Aſtrologorum,& ſecundum eos,qui ad noſtram vtilitatem in hoc opere vniuerſaliter,& particulariter ſtuduerunt: deinde de reuolutionibus nati faciam duos tractatus.Et ne ex ignotis fiat proceſſus, decreui ponere ſequentes Aphoriſmos,& dare regulas,ex quibus cognitis,nouus Aſtrologiæ profeſſor facilem habeat ad iudicandum hominum mulierúmque natiuitates aggreſſum: quoniam oportet iudicantem habere peritiam artis,& ſcire diſpoſitiones requiſitas, ex quorum ignorantia ars deluditur: ſicut etiam in Medicina & in pleriſque artibus contingit.Accipe ergo nunc ſtudioſe Lector,pleniſsimã huius operis diſciplinam,ad quam vſque in hodiernum diem noſtrum aſpirauit ingeniũ. Neque enim diuini illi antiquiſsimi viri Arabes, Perſæ, Ægyptij, Babylonijque, cùm omnia,quæ ad huius artis pertinent diſciplinam,diligentiſsimis ac veris obſeruationibus explicaſſent, id quod nos edituri ſumus,ita,ſicut explicabo, inuenire potuerunt. Sed ne ordinationẽ noſtrã ſermo prolixus extẽdat,breuiter tibi promiſſi operis intimabo decreta.Sed vt ſtudioſi intelligant,quid in hac Methodo & Elementis Aſtrologicis iudiciorum expectandum ſit: capita quę principaliter in themate genethliaco conſideranda ſunt,ordinę recenſebimus.

Totum autem corpus,in tres claſſes iudiciorum partimur,primo in bona corporis,cùm illud natura prius ſit.Secũdò in bona animi, cum illa ſint ſecundo loco. Tertiò in bona fortunæ.

Ex

Digitized by Google

*Ex bonis corporis.*


*Loci bonorum corporis.*

1. Primus locus eſt de Nutritione.pag. 242.
2. De temperamento corporis,ſeu de complexione.pag. 250. 246.
3. De habitu ſeu ſtatura corporis.pag. 252.
4. De valetudine & morbis.pag. 269. 259.
5. De vita & eius quantitate.pag. 350. & 318.
6. De Morte.pag.447. & 417.
7. De carceribus & periculis.pag.488.

Verùm vt declaremus tertium Ptolemæi apoteleſmaton librum , prius dicemus De caſu ſpermatis,& de exitu infantis,cap.1.pag.113.

De ſcientia gradus aſcendentis.cap.2.pag,118.

De partitione locutionis natiuitatum.cap.3.pag.149.

De parentibus.cap.4.pag.153.

De fratribus & ſororibus.cap.5.pag.193.

De Maſculis & fœminis.cap.6.pag. 202.

De natiuitate Geminorum.cap. 7. pag. 207.

De Monſtruoſis ſignis.cap.8.pag.213.

De his qui non creuerunt.cap 9.pag.225.

*II. Ad animi bona hi loci ordine referuntur.*

*Loci referendi ad animi bona.*

1. Ingenium,mens ſeu vis intelligendi.pag.529.& 545.
2. Affectus cordis.pag.574.
3. Conſtantia & inconſtantia.pag.575.
4. Literæ & ſcientiæ contemplatiuæ. pag.556.
5. Religio.pag 571.
6. Mores qui reſpondent temperamentis.pag.572.
7. Magiſterium ſeu profeſſio , vel vitę genus.pag.708.& 714.

*III. Ad bona fortunæ referimus.*

*Loci referendi ad bona fortunæ.*

1. Diuitias & paupertatem.pag.615.& 625.
2. Dignitates & potentiam.pag.666.& 681.
3. Vxores & coniugium.pag.731.& 744.
4. Filios,& filias.pag.765.& 769.
5. Amicos & inimicos.pag.782.& 789.
6. Itinera & peregrinationes.pag.801.
7. Tempora euentuum futurorum.pag.884.


Hæc ſunt præcipua capita,de quibus dicendum eſt in iudicijs genethliacis. Quapropter dicimus & proteſtamur,quę proferemus & in medium adducemus , non ideo eſſe , vt eorum iudicia & ſignificationes & cæleſtes influentiæ vitari nequeant , verùm, vt cautus ſit & prudens lector , cuius genitura eſt,vitétque ſi quid ſiniſtri portendant aſtra,quod quidem prudētis eſt viri.neque enim neceſſitatem inducunt aſtra,ſed inclinant ſolùm.ita quòd nullam impoſſibilitatem includunt.Sit igitur vtcunque,hoc vnum eſt verum , quòd ſapiens aſtris dominatur.

ELEN

# *ELENCHVS TRACTATVVM Franciſci Iunctini Florentini: qui in hoc opere continentur.*

## TOMI PRIMI.


1. Defenſio bonorum Aſtrologorum de Aſtrologię prędictiua aduerſus calumniatores, pag. 1.
2. Iſagogicus tractatus in totam Aſtrologiam prædictiuam diſtributus in octo capita. 17.
3. Claudij Ptolemęi quadripartiti liber primus. 49.
4. Commentaria in duos poſteriores libros. 109.
5. Centiloquium Ptolemæi. 831.
6. Centiloquium Hermetis. 840.
7. Almanſoris Aſtrologi propoſitiones. 843.
8. Ludouici de Regijs Aſtrologi ſententiæ. 847.
9. De iudicijs natiuitatum annotationes vniuerſales. 857.
10. Directiones, progreſſiones, ſiue inambulationes, aſcenſoria tempora Hilegiorum, obuiationum Apochæ, & tempora particularia per Hilegiorum directiones examinata, & in ſingulis huiuſcemodi circuitibus apoteleſmata. 887.
11. Tractatus iudicandi omnium Aphętharum apoteleſmata, de quibus ſigillatim neque diffusè Claudius Ptolemæus, nec cęteri ſcriptores hactenus fecerunt mentionem. 943.
12. Tractatus Aſtrologicus in quo agitur de præteritis & futuris multorum hominum occidentibus per proprias eorum genituras ad vnguem examinatis. Quorum exemplis conſimilibus vnuſquiſque de medio Genethliacus vaticinari poterit de futuris. 952.
13. Tractatus iudicandi conuerſiones annuas, ſiue reuolutiones natiuitatum, ſeu Geniturarum. 1009.
14. Introductio perutilis in iudicia Aſtrorum. 1133.
15. Tractatus iudicandi reuolutiones annorum mundi. 1153.
16. Orbis magnus quo pacto reperitur. 1167.
17. De peſtilentia, & epidimia, ac corruptione aëris tractatus ſcientificus. 1202.
18. De cariſtia, & vilitate annonę tractatus perutilis. 1241.
19. De pręlijs & combuſtionibus Tractatus. 1266.


## TOMI SECVNDI.


1. Commentaria in Theoricas planetarum cum tabulis earum, ſecundum obſeruationes Alphonſi regis Hiſpaniæ. pag. 1.
2. Canones cum tabulis eclipſium Georgij Peurbachij. 170.


3 Tabulæ

Digitized by Google

3. Tabulę reſolutę Aſtronomicę de ſupputandis ſiderum motibus,ſecundum obſeruationē Nicolai Copernici,& Pruthenicæ tabulæ. 371

4. Commentaria in Sphæram Ioannis de ſacro Boſco accuratiſſima. 535.

5. Quatuor Americi Veſpucij Florentini nauigationes. 832.

6. Tractatus,de vtilitate Sphæræ ex diuerſorum authorum ſententijs collectus. 904.

7. Synopſis de reſtitutione calendarij. 918.

8. Compendium de ſtellarũ fixarum obſeruationibus,rectificatũ per dictum Autorem, voluente anno 1564. Quarum Alphonſus Hiſpaniarum rex obſeruauit eſſe in magnitudinibus. 933.

9. De diebus decretorijs tractatus perutilis. 1073.

10. De Solis,& Lunæ eclipſibus,tractatus. 1106.

11. Annotationes in Cometis. 1124.

12. Calendarium Aſtrologicum & poëticum. 1140.

Digitized by Google

Digitized by Google

RVDOLPHVS Secundus, diuina fauente clementia Electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ &c. Rex, Archidux Auſtrię, Dux Burgundię, Stiriæ, Carinthiæ, Carmilæ, VVirtẽbergæ &c. Comes Tirolis &c. Recognoſcimus & notum facimus, tenore præſentium vniuerſis, Quòd cùm nobis humiliter exponendum curauerit Symphorianus Beraud, Ciuis ac Typographus Lugdunẽſis, ſe pro communi vſu opus quoddam, Speculum nimirum Aſtrologiæ Franciſci Iunctini, ſacræ Theologiæ Doctoris, nouis commentariis auctum, denuò iam in lucem edere decreuiſſe, Vereri autem, ne (quod plerunque fieri ſolet) æmuli aliqui tale opus in fraudem ipſius imitari atque recudere conaturi ſint, ac proinde demiſsè ſupplicauerit, vt ipſum cõtra eiuſmodi impoſturas priuilegio noſtro Cæſareo inſtruere, communireque clementer dignaremur. Nos itaque in communem rem literariam benignè admodum affecti, tum verò æquum omninò rationique conſentaneum exiſtimantes, vt quilibet condignum laborum ſuorum fructum percipiat, hoc ipſius inſtitutum quippe non minus vtile quàm honeſtum, fauore noſtro Cæſareo iuuandum & prouehendum, indemnitatique ipſius hac in parte conſulendum eſſe duximus. Quapropter certa noſtra ſcientia, animo benè deliberato, authoritateque noſtra Cæſarea, diſertè vetamus atque interdicimus, omnibus iis, qui in ſacro Romano Imperio, Regniſque & Prouinciis noſtris hæreditariis, vel imprimendis, vel vendendis libris, ſeu quacunque alia ratione librariam negotiationem exercent, ne quis eorum memoratum opus, per totum decennium, à prima eiuſdem editionis die numerandum, intra ſacri Romani Imperij, aliorumque Regnorũ & ditionum noſtrarum hæreditariarum fines quocunque modo & forma, ſiue in toto, ſiue in parte recudere, aut vbicunque recudendum dare, vel alibi impreſſum adducere, vendere, diſtrahereque palam vel occultè auſit. Quiſquis verò ſecus faciendo interdictum hoc noſtrum neglexerit, is non ſolùm eiuſmodi libro, ſic, vt præfertur, impreſſo, vel adducto, quem nimirum præfatus Symphorianus Beraud, aut hæredes, vel mandatarij ipſius, auxilio Magiſtratus eius loci, in quo deprehenſus fuerit, vel propria etiam, quam ipſis attribuimus, authoritate, ſibi vendicare poterunt, priuari, verum etiam decem Marchacum auri puri multa, noſtro fiſco Imperiali fraudis vindici, & pręfato Typographo, eiuſdémue hæredibus, ex æquo numeranda plecti debebit. Ita tamen vt ſæpè dictus Symphorianus Beraud terna, ad minus, operis illius exemplaria ſuis ſumptibus quàm primum ad noſtram Cancellariam Imperialem tranſmittere teneatur. Quòd ſi neglexerit, hac noſtra gratia & priuilegio neutiquã vti poſsit, ſed eo prorſus exutus & priuatus cenſeatur. Mandantes proinde vniuerſis & ſingulis noſtris, ac ſacri Romani Imperij, Regnorúmque ac ditionum noſtrarum hæreditariarum ſubditis, & fidelibus dilectis, tam eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis ac præeminentiæ extiterint, præſertim verò iis, qui in Magiſtratu conſtituti, ſuo ipſius, vel ſuperiorum ſuorum nomine ac loco iuris & Iuſtitiæ adminiſtrationem exercent, ne quempiam hoc priuilegium & interdictum noſtrum impunè violare, ſpernere, negligeréue patiantur, quin potius

contu

Digitized by Google

contumaces,ſi fortè quos compererint, præſcripta pœna multari & quibuſcunq; demum rectè fieri poterit modis coërceri curent, quatenus & ipſi grauiſsimam indignationem noſtram,atque eandem multam incurrere noluerint: Harum teſtimonio literarũ,manu noſtra ſubſcriptarũ ac ſigilli noſtri Cæſarei impreſsione munitarum. Datum in arce noſtra Regia Pragæ, die decimaoctaua menſis Aprilis, Anno domini Milleſimo quingenteſimo octuageſimo primo.Regnorum noſtrorum Romani ſexto,Hungarici nono,& Bohemici itidem ſexto. Rvdolphvs.

V. Vvieheuſer D.

*Ad mandatum ſacræ Cæſ. M. proprium.*

*OBERNBVRGER.*

CATA

# CATALOGVS DOCTORVM VIRORVM, QVORVM, AD ABSOLVENDVM ASTROLOGIÆ SPECVLVM, annotationes, lucubrationéſque nos iuuarunt.

*Anni ante Chriſtum.*

| | |
|---|---|
| Hermes Triſmegiſtus Ægyptius | 1488 |
| Anaximander Aſtrologus | 737 |
| Necepſus Ægypti Imperator Aſtrologus | 672 |
| Thales Mileſius Græcus Aſtronomus | 597 |
| Aratus Aſtronomus | 588 |
| Eudoxus Aſtronomus | 422 |
| Timocharis Aſtronomus | 272 |
| Cononus Mathematicus | 234 |
| Leptinus Mathematicus | 199 |
| Hipparchus Aſtrologus | 128 |
| Soſigenes Aſtronomus | 52 |
| Manilius & Vitruuius | 48 |

*Poſt Chriſtum.*

| | |
|---|---|
| Hyginius Mathematicus | 72 |
| Proclus Mathematicus | 84 |
| Menelaus Aſtronomus | 104 |
| Ptolomæus Ægyptius Aſtrologus | 140 |
| Septimus Seuerus Apher imperator XXI. | 196 |
| Thraſibulus Mathematicus | 225 |
| Dorochius Aſtrologus | 230 |
| Andruzagar Aſtrologus | 230 |
| Vuelius Aſtrologus | 250 |
| Iulius Firmicus Aſtrologus | 328 |
| Pappus Mathematicus | 390 |
| Theon Mathematicus | 390 |
| Theodoretus Epiſcopus Aſtronomus | 469 |
| Albubater Arabs Aſtrologus | 500 |
| Albumaſar Aſtrologus qui Iaphar dicitur & Aboazar | 540 |
| Abalachius filius Albumaſaris Aſtrologus | 568 |
| Egmundus Aſtrologus | 846 |
| Meſſahala Arabs Aſtrologus | 860 |
| Albategni Aſtrologus Ægyptius | 886 |
| Bethen Arabs Aſtrologus | 910 |
| Almanſor Saracenus Aſtrologus | 933 |
| Adelandus Saracenus Aſtrologus | 950 |
| Vitello Thuringius Mathematicus | 981 |
| Alpharabius Arabs Aſtronomus | 984 |
| Zahel Iſmaëlita Aſtrologus | 1000 |
| Haly Heben Rodoan Aſtrologus | 1024 |
| Campanus Mathematicus | 1030 |
| Azophi Arabs Aſtronomus | 1062 |
| Albohaly Arabs Aſtrologus | 1070 |
| Azarcheles Aſtronomus | 1085 |
| Achindus Aſtrologus compilator libri nouem iudicum | 1102 |
| Almeon Mathematicus | 1139 |
| Ioannes Hiſpalenſis Aſtrologus | 1142 |
| Abrahamus Auenaris Iudæus Aſtrologus | 1145 |
| Abrahamus Iudæus diſcipulus Auenaris | 1155 |
| Alpetragius Marrochitanus Aſtronomus | 1155 |
| Thebit Aſtronomus | 1198 |
| Leopodlus Epiſcopus Friſingenſis natus Dux Auſtriæ | 1200 |
| Omar Tiberinus Aſtrologus | 1200 |
| Aphonſus Rex Hiſpaniæ Aſtronomus | 1245 |
| Frater Britannus, qui dicitur perſcrutator, Aſtrologus | 1245 |
| Albertus Magnus Teutonicus Theologus, ac Mathematicus inſignis | 1259 |
| Rogerius Baccon Aſtrologus, Philoſophus eximius | 1260 |
| Guido Bonauis ex patria Florentinus Aſtrologus | 1282 |
| Petrus Apponus Conciliator | 1437 |
| Ioannes Eſchuidus Anglicus Aſtrologus | 1348 |
| Ioannes de Lineriis Mathematicus | 1365 |
| Ludouicus de Regiis Phiſicus & Aſtrologicus | 1370 |
| Ioannes de Sacroboſco. | 1393 |
| Iacobus Angelus Florentinus Mathematicus | 1411 |
| Eboracenſis perſcrutator Philoſophus & Aſtrologus | 1415 |
| Petrus de Aliaco Cardinalis Cameracenſis | 1417 |
| Gazulus Raguſinus Aſtronomus | 1438 |
| Iacobus Faber Stapulenſis Mathematicus | 1440 |
| Michael Scotus Mathematicus & Philoſophus | 1440 |
| Georgius Purbachius Aſtronomus inſignis | 1458 |
| Ioannes Blanchinus Aſtronomus | 1458 |
| Antonius Syrigatus Florentinus Aſtrologus | 1460 |
| Marſilius Ficinus Florentinus Platonicus & Aſtrologus | 1484 |
| Ioannes Bicus comes Mirandulæ Philoſophus & Mathematicus | 1484 |
| Ioannes Baptiſta Capuanus de Manfredonia Canonicus | 1490 |
| Ioannes Cremonenſis Medicus & Mathema. | 1490 |
| Lucius Bellantius Senenſis Medicus & Aſtrologus inſignis | 1490 |
| Georgius Trapezuntius Græcus, Mathematicus & Aſtrologus | 1490 |

Digitized by Google

Ioannes de Regio monte vir inſignis in omni genere Mathematicæ 1490
Ioannes Iouianus Pontanus Mathematicus & Aſtrologus 1495
Auguſtinus Niphus Philoſophus & Mathematicus 1506
Ioannes Vernerus Mathematicus 1506
Gerardus Ruffus Philoſophus & Mathematicus 1506
Rubertus Linconienſis epiſcopus Mathematicus 1506
Ioannes Stæphlerinus Mathematicus 1506
Tricaſſus Mantuanus Chiromanticus 1506
Iodocus Chlychtoueus Aſtrologus 1515
Iannes Scoperus Medicus.& Aſtronomus 1522
Ioannes Virdungus Haſburdienſis Aſtrologus 1524
Orontius Delphinas Mathematicus inſignis 1531
Petrus Appianus Germanus Mathematicus 1531
Frater Iulianus Riſtorus Carmelita Mathematicus inſignis. 1531
Lucas Gauricus Neapolitanus, Epiſcopus Ciuitatenſis 1540
Hieronymus Cardanus Mediolanenſis Medicus & Aſtrologus. 1550
Ioannes Guido Villarienſis Medicus & Aſtronomus 1550
Frater Silueſter de Prierio Theologus & Mathematicus 1550
Ciprianus Leouitius Aſtronomus & Aſtrolog. 1554
Ioannes Ferrerius Pedemontanus Philoſophus & Mathematicus 1554
Ioannes Stadius Leononthẽſis Mathematicus & Aſtrologus 1554
Alexander Picolomineus Senẽſis Mathemat. 1560
P. Chriſtophorus Bamben. ex. Societate Ieſu Mathematicus 1579

## AVTORIS CARMEN.

*Quiſquis eſt ô Lector, noſtro tu parce labori.*
*Quæ ſunt dicta modo, dicta fuere prius.*
*Et quæcunque meo paruo ſunt ſcripta libello.*
*Vt mea non mea ſunt: ſic tua non tua ſunt.*

LYON




Digitized by Google

# DEFENSIO BONORVM

## ASTROLOGORVM DE ASTROLOGIA IVDICIARIA ADVERSVS CALVMNIATORES:

in qua ſimul declaratur, quæ ſint ſcientiæ diuinatrices & quomodo prædictiones, ſiue iudicia, imo coniecturæ Aſtrologorum, quas ipſi faciunt ex Aſtrorum obſeruationibus ab illicitis diuinationibus differant.

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON

*Per FRANCISCVM IVNCTINVM Florentinum ſacræ Theologiæ Doctorem.*

ASTROLOGORVM opiniones fuere tres, duæ extremæ nimium, alia media, quæ ex vtraq; participat. Prima Stoicorum fuit, qui cælum operari neceſsitate in nobis opinabantur, & quicquid deſuper veniret, euitari non poſſe: hæc cæleſtis virtus apud eos dicitur fatum: & in hac opinione conuenere ( vt ſcribit Cicero in libro de Fato) Democritus, Heraclitus, Empedocles, Ariſtides, & alij multi, & ex Aſtrologis Sentirio, Frenetius, & Poſsidonius, qui operationes noſtras omnes cælo tribuerunt: vnde cum Frenetius declararet, quid ſit Fatum, cauſarum connexionē eſſe dicebat, quæ à ſtellarū motu vim ſuam acciperet. Et adeò creuit hic error apud gentiles, & maximè apud Babylonios & Chaldæos, vt derelinquentes ſacrificium verum, quod Deo ſoli conuenit, offerrent thura, humanum ſanguinē immolantes intelligentijs, corpora cęleſtia mouentibus, & in omnibus ſuis operationibus ſtellarum curſum obſeruabant, nō ſecus ac ſi ab illis ſalutem & vitā eſſent habituri, & omne aliud bonū, non aliū Deum eſſe, quàm cęlū opinantes: pro quo Monarcha æternus iuſtè ad iracundiam prouocatus, in pluribus ſacrę ſcripturę locis per prophetas ſuos, vt maximè in Eſaia legitur cap. 47. minatur Babyloniæ propter ſuos incantatores, ſtellarum conſultores, honoris ſui contemptores, à ſuo cultu Apoſtatas: eorum illis inſaniam & vanitatem oſtendens. Quæ igitur opinio cum ponat à cælo procedere in nos omnes effectus, & priuet nos libertate, & ſtatuat Deum non voluntarium, ſed naturalem agentem, non ſolum impia eſt, & hæretica in catholica veritate, ſed etiam apud philoſophos falſa eſt: quin etiam contra Aſtrologos hunc errorem ſequentes ſunt omnes diuinæ leges, canonicæ, & humanæ.

*Vide S. Auguſt. libr. 4. de ciuit. Dei cap. 11. Et D. Tho. lib. de verit. veritate 8 5. & 2. Sent. diſt. 15. q. 2.*

*Lege Philon. Iud. in libr. de migrat. Abrahami, pagi. 359. Item librum de Abrahamo pagi. 312. to. 1.*

*Hæc opinio eſt cōtra ſenſum & ſanctorum autoritates, vt dicitur à S. Thom. in 2. Sent. diſtin. 15. q. 2.*

Alia extrema opinio eſt, quòd ſtellæ nihil poſsint in nobis, ſed quòd Deus per ſe ipſum regat omnia: ſed qui ſic opinantur neſciunt diuinam Dei prouidentiá, vt ſe magis manifeſtet, regimen ſuum in aliqua parte cauſis ſecundis communicaſſe. Et quis neſcit, quod qui rebus proprietatem & virtutem tollit, tollit etiam eſſe eorum? vt habetur ab Auerroë.

Sed opinio quam dico mediam inter duas, ponit corpora cæleſtia operari in nobis contra viam ſecundam, non autem ex neceſsitate, contra primam.

Pro quarum opinionum enucleatione intelligendum eſt, quòd & ſi Deus quò ad ordinationem per ſe ipſum diſponit omnia, nihilominus quò ad executionem regit inferiora corpora per ſuperiora: ſicuti oſtendunt Diuus Thomas lib. 3. cap. 86. contra gentes. Et Scotus 2. diſtinct. 14. quæſtio. 3. ponentes ꝙ ſtellæ cum per naturam operentur in corporibus noſtris, inclinant animam noſtram, non quòd illam cogant, quia quò ad intellectum apparet, cum læſum ſit organum ſenſitiuum (quod poteſt euenire ex mala ſiderum poſitione in hora naſcentis) quòd malè diſponuntur ſenſus noſtri: igitur non proportionata virtute phantaſtica, inordinatur intellectus in ſuis operationibus, vt in phreneticis apparet, & per oppoſitum multum conferunt ad bonitatem intellectus, cum bene in genitura ponuntur, quia licet Deus ſit dator ſcientiæ, tamen bona ſenſuum diſpoſitio multum proficit ad capacitatem, vt oſtendit S. Thom. in præallegato lib. ca. 84. Diuum Auguſtinum in ciuit. Dei allegans ca. 5. qui dicit, Non vſquequaque abſurdè dici poteſt ad ſolas corporum differentias afflatus quoſdam valere ſidereos, & allegat etiam Damaſcenū 2. li. ca. 7. vbi ipſe dicit, Alij & alij planetæ diuerſas complexiones, & habitus & diſpoſitiones in nobis conſtituunt. Vnde pro vero aſſeri poteſt id, quod Ptolemæus in centiloquio. Aphor. 38. dicit, Cùm Mercurius

*Lege S. Auguſt. li. 5. de ciuit. Dei c. 6. & 1 3. de Trinitat. Et Dion. ca. 4. de diu. nom.*

*Lege S. Tho. de catho. ve. c. 86. et 94 & 82. et 1. Par. q. 115. arti. 3 Et 2. Sēt. diſt. 15. q. 1. ar. 2. de po. q̄ſt. 5. ar. 8. et in opuſ. 16.*



Digitized by Google

fuerit in natiuitate alicuius in aliqua domorum Saturni: & ipſe fortis in eſſe ſuo dat bonitatem intelligẽtiæ medullitus in rebus, & hæc ſunt verba diui Thomæ.*Sic etiam ſtellæ poſſunt eſſe cauſa noſtræ vel bonæ vel malæ voluntatis: nam cum ſenſus bene ordinatus ſit, voluntas flectitur ad bene eligendum: ſed ſi inordinatur, malè procedit propter talem inclinationem in operatione ſua: & ideo ab Aſtrologis fiunt coniecturæ & bonorum, & malorum morum, fortuniorum ac infortuniorum. Vnde S.Thomas in 1.part. q.115.art.4.dicit, Plerumque Aſtrologi verum dicunt in iudicandis hominum moribus, pauci enim ſunt qui reſiſtunt ſenſui: Et lib.3.cõtra gentes ca.92.dicit, Licet Deus volũtatem noſtram moueat, & Angelus illuminet, & cælum ad benè vel malè eligendũ inclinet: tamen cum aliquis felix eſt, quò ad Deũm dicitur bene rectus, quò ad Angelum bene cuſtoditus, quò ad cælum bene natus: & ſimilibus rationibus Aſtrologi poſſunt & de longitudine, & de breuitate vitæ iudicare. Vbi S.Thomas dicit in 2.de generatione quaſi propè finem: cũ planetę in periodali circulo erunt fortiores, plures dabunt annos, & cum debiliores, pauciores. Vnde ſi ſignorum & ſtellarum in illis poſitarum virtutem aliquis poſſet ſcire, quanta eſſet cæli influentia certè cognoſceret, & de tota naſcentis vita prognoſticari poſſet: quamuis nulla illarum rerum neceſsitatem imponat: quandoquidem pluribus modis*impediri poſſunt.

Et quãdo aliquis diceret, quod cæli influentia non cognoſcitur: Reſpondeo, ꝙ, cum intellectus noſter omniũ rerum ſit capax (vt inquit Ariſt.3.de anima) poterit etiã omnia corpora intelligere, nec non & eorum virtutes. Quia mediũ, vt vnius rei proprietatẽ intelligamus, eſt propria eius eſſentia. Et vana eſt illa potentia, quæ non reducitur vnquam ad aliquod opus, ſi nõ in tota ſpecie, ſaltem in aliquo indiuiduorũ. Sed vt penitus haberi poſsit notitia, S.Thom.*in 3.cõtra gentes inquit, Maligni ſpiritus magis quàm homines veritatem dicunt, tum propter intellectus eorum argutiam: tum propter maiorem, quam habent experientiam. ergo etiam homines verum dicunt:

Vt taceam obſeruationes doctiſsimi Mathematici Magiſtri Iuliani Riſtori Pratenſis mei præceptoris, qui anno 1528.obſtupefecit non ſolum Senarum ciuitatem, ſed & Romam, & vniuerſam quaſi Italiam, & vtrunque & Gallorum, & Hiſpanorum exercitum. Vnde tranſlata fuit eius prognoſticatio dicti anni ſub nomine Ioannis Stoflerini Aſtrologi Germani.

Hac diſtinctione manifeſtum eſt, quantũ errarint neoterici calumniatores, neſcientes diſtinguere hoc nomen Aſtrologia. Omnes enim ſacræ ſcripturæ autoritates, & omnes ferè leges aduerſantur primæ opinioni Stoicę & Priſcillianiſticæ, & non huic Aſtrologiæ à S.Theologis declaratæ, & quã S.Canones conceſſere, vt in cauſis 26.q.5.ca.Nõ licet Chriſtianis. Gloſſa,* dicit in ſententia, Non reprobatur illa Aſtrologia, quæ à corporibus ſuperioribus neceſsitatem non imponit. Propterea dicimus cum gloſſa ibidem, ꝙ talia reprobantur, in quantum creduntur neceſsitatem inducere, aliter non: vt pote ſi quiſpiam crediderit, quòd aſtra inclinant duntaxat: non autem neceſsitant, quemadmodum tenent omnes boni atque eruditi Aſtrorum ſpeculatores: & maximè Ptolemæus in 1.lib.quadripart.cap.3.

Dicimus ſecundo, ꝙ reprobatur Aſtrologia iudiciaria quò ad ſuperfluam & ſuperſtitioſam inueſtigationem, Vnde S.Auguſt.(veluti habetur 26.q.2.c.Sors) ait Aſtronõmia apud catholicos in deſuetudinem abiit, quia dum propria curioſitate ei nimis erãt intenti, minus vacabant his, quæ ſaluti animarum erant accõmodata. Et quoniã omnib.rationib.cõtra Aſtrologos adductis à Pico Miradulæ comite, & à F.Hieronymo Ferrarienſi bene reſpõſum eſt à Lucio Bellãtio Seneſi, & à F.Michaele à Petra Sãcta, Theologo ordinis prædicatorũ obſeruãtino, aliter illis nõ reſpondebo: ſed ſolũ aliquib.calumnijs & reprehenſionib. factis à nouis calumniatorib.ſophiſtis. Et primo quò ad autoritatẽ Eſaiæ c.47.dico, ꝙ eſt cõtra Stoicorũ, Babyloniorũ & Chaldęorũ falſam opinionẽ. Et hæc reſpõſio non ſolũ habetur à F.Bartholomæo Placentino prędicatorũ ordinis, hæreticæq; prauitatis inquiſitore in ſua ſumma, q̃ dicitur Armilla. parag. Aſtrologia: ſed etiam à S.Tho.in 2.Sent.diſt.15.q.2.ad autoritatem Damaſceni. Ex qua reſpõſione ſoluũtur oẽs autoritates etiã patrum contra Aſtrologos. Et confirmatur. Nam D.Auguſt.in lib.5.de ciuit.Dei ca.7.dicit, Solent homines ad tentandã peritiam Mathematicorũ afferre ad eos conſtellationes mutorũ animalium, quorũ ortus propter hãc explorationẽ domi ſuæ diligenter obſeruant, eóſq; Mathematicos præferunt cæteris, qui conſtellationib.inſpectis, dicunt nõ eſſe hominem natum, ſed pecus. Audent etiã dicere quale pecus, vtrũ aptum lanicio, an vectationi, an aratro, an cuſtodiæ domus. Nam & ad canina fata tẽtantur, & cũ magnis admirantium clamorib.iſta reſpondent. Sic deſipiunt homines, vt exiſtiment cũ homo naſcitur, cæteros rerũ ortus ita inhiberi, vt cũ illo ſub eadem cæli plaga nec muſca naſcatur. Et in fine capituli ſic ait, His omnib.conſideratis, nõ immerito creditur, cum Aſtrologi mirabiliter multa vera reſpõdent, occulto inſtinctu fieri ſpirituum non bonorũ, quorũ cura eſt has falſas & noxias opiniones de aſtralibus fatis inſerere humanis mentib. atq; firmare, nõ horoſcopi notati & inſpecti aliqua arte, q̃ nulla eſt. Quare ex iſtis verbis poſſumus cõcludere, quod S.Auguſt.ſcribere intellexit contra malos & non bonos Aſtrologos, qui hac ſcientia non abutũtur. Quoniã Mali Aſtrologi diuini dicuntur miniſterio diabolico. Quapropter dicimus quod diabolus ſæpe natura rerũ ad perniciẽ generis humani ſceleratè abutitur, & multa ſuis impoſturis in ordine cauſarum turbat. Ex hac cauſarum varietate, & actionum diſsimilitudine, quam ſit difficile effectus diuinare, homines ſani facilè intelligunt.

Et quò ad argumentum, quo probatur, Aſtrologos non poſſe habere experientiam cæleſtis influxus, quia non dum finita eſt cæli reuolutio, quæ fit in 36000.annis, poteſt reſponderi pluribus modis.

Primo à Theologis aſſerentibus, ꝙ per infuſam ſcientiam primo parẽti, & mox per ſucceſsionem poſteris relictam, poteſt haberi notitia.

Aliter dici poteſt cum Ariſtotele, & cum Ricciardo de Monte Policiano clariſsimo Mathematico, negari hic motus nonæ ſphæræ, & trepidationis, ſicut oſtendit arguto in quodam tractatu, ad hoc facto, & reſpondet rationibus in contrarium factis.

Poſſemus etiam dicere, hunc motum concedentes quod generatio, & alteratio rerum inferiorum fit per mo

*Marginalia:*

*Idẽ cõfirmat S.Bonauẽ. ĩ 2. Sent. diſt. Idem dicit Bac. ord. carmelitarum ĩ 2. Sent. diſt. 2. Sent. diſt. 15. q. 3. ad 3 Scot. ĩ 2. Sẽ. diſt 14. q. 3. Vltra medium.*

** Ex quib⁹ S.Tho. verbis, et ĩ alus locis multis dictis ab eodẽ, tria elici poſſunt. Primum ꝙ cæli influãt ĩ oĩa corpora ꝑ ſe: in intellectũ per accidẽs. Deinde ꝙ̃ per eos influxus iudicare poſſum⁹. Poſtremo verificatio verborum et canonum Ptolemai, quẽ allegãdo rationib. cõprobat: ſic igitur qui cæli rum influx⁹ negãt [illegible] res ſolũ multorum iure redarguere prĩcipaliter intẽdunt: nõ enim S.Tho. Aquin. & Scot. 2. Sẽt. diſt. 14 & Ariſto. 2. de gener & alios reprehẽdere auderẽt, qui hac omnia cõfirmant: igitur nõ erubeſcimus Ptolemaum vir ũ excellentiſsimum veluti ducẽ allegare, & principẽ imitari.*

** Poſſunt à Deo impediri, & ab alijs. Nã ſapiẽs dominabitur aſtris. Lege Ptol. Aph 5. et 8.*

** S Th. 1. q. 58, ar. 5: & in q. de malo. q. 16. ar, 6 Sco. ĩ 2. Sẽt. diſt. 14 q 3.*

** Lege Archidiaconũ.*

per motum planetarum tantum, & luminarium ſub Zodiaco, de quibus motibus multoties experientia facta eſt: & quod motus nonæ ſphęræ ad hoc parum confert propter ſuam tarditatem, qui cognoſcitur per continuam Aſtrologorum ſucceſsionem.

Quò ad miracula, quæ adducuntur & veteris & noui teſtamēti, quia ſunt opera, quæ Deus per ſe ipſum facit, & non dependent à ſecundis cauſis, Aſtrologi prædicere non poſſunt.

*Quod Deus non ſit alligatus ad cauſas ſecundas.*

In exemplo, Iacob & Eſau dicuntur habuiſſe diuerſos horoſcopos. & non valet illa replicatio, quod ſi vnus & idem horoſcopus habet varios influxus, quod in naſcente ad lucem veniente ſucceſsiuè alium influxum caput, aliū brachia, & aliū alia membra habent, pro vt prius, vel poſterius naſcuntur. Et quamuis hoc poſsit concedi, nihilominus dico, quòd hi tales parum intelligunt philoſophiam: quia impreſsio cæleſtis prima inſpiratione naſcentis cum in lucem venerit fit in corpore humano, & ideo in breui temporis ſpatio & momento inter duos naſcentes variantur illorum inclinationes: ſed tamen Iacob & Eſau diuerſas magis fecere eorum proprias voluntates, quæ à cælo liberæ ſunt.

*Voluntas humana nō impellitur fatali lege ad actiones.*

In morte ſanctorum Innocentium dico fuiſſe diuinam diſpoſitionem, quæ per ſe ipſam operatur abſq; ſecundis cauſis, quamuis dici poſsit, quòd per particularem conſtellationem incurrerint in mortem violentam, quæ diuerſis modis à cælo cauſari poteſt. Ideo non contendit, an illi habuerint diuerſos horoſcopos, quòd non vna morerentur morte. Et etiam eſſe poterat generalis conſtellatio, quæ ſuper infantes dominaretur, vt etiam in peſtibus & bellis apparet, quæ à generalibus conſtellationibus procedentia, cōſumunt eos, qui maiorem affinitatem cum ipſis habent. Cum maior conſtellatio ſecūdum Aſtrologos ſecum trahat minorem.

Et datur etiam hæc reſponſio ad argumentum Caluini, in admonitione quam fecit aduerſus Aſtrologos: in qua ipſe quærit, Cum ſæpenumero vno prælio ceciderint hominum ſexaginta milia: num ijs omnibus, quos ita mors eadem copulauit, vnum horoſcopum, vnum idémque aſtrum aſsignari debeamus.

Et cum dicunt, plures naſci ſub vna eadémque habitudine cæli, nihilominus diuerſas habent naturas, varia fortunia, & infortunia. Primo dico ad hoc, nunquam obſeruatū fuiſſe, ꝙ duo aut plures naſcātur in vno & eodem tēpore & puncto, quia ſi hoc accidit in diuerſis regionib. habebunt cælū variè poſitū propter diuerſitatem Orizontium & Meridianorum: ſed concedatur eſſe ſic, voluntates tamen faciunt diuerſos: & parentes prout eſt eſſe eorum, magis fortunatos vel minus filios reddunt: ſicut apparet in Regis filio, & villici: quorū lege & natura vnus habet, vt ſit Rex: alter vero vt terram fodiat. Non tenent quidem Aſtrologi cælum penitus eſſe cauſam fortuniorum noſtrorum & infortuniorum: ſed ſecundum materiā ſubiectam, quæ ſecundum ſuam diſpoſitionem magis & minus recipit cæleſtem afflatum.

Hanc reſponſionem ſimiliter damus Caluino, quoniam cum deriſione Aſtrologorum ipſe quęrit, quid ſi eo ipſo die, eóq; temporis mométo, quo Iul. Cæſar natus eſt, alius præterea aut Romę, aut in tota Italia natus ſit. Nā veriſimile eſt, fuiſſe multos, qui eadē cæli affectione primū ſpiritū duxiſſent, ac ſimul in vitā ingreſsi fuiſſent: qui omnes vno die eodémq; mortis genere non ſunt extincti? Ex quib. cauſis certè ipſe cōcludit, nullam rationis, neq; veritatis ſpeciem Aſtrologorū prędictionib. contineri. Vnde nos dicimus ex noſtra reſponſione argumentum eius ſine fundamento remanere, & vaticinium (quod ipſe negat ex aſtris) Spurinæ verū fuiſſe: qui cum Cęſarē immolantem monuiſſet, vt caueret periculū, quod vltra idus Martias nō proferretur. Sed cū adueniſſent idus ſine vlla noxa, ob eámque cauſam à Cęſare derideretur. Atqui, inquit, venerūt illæ quidē: ſed tamen nō pręterierūt. Itaq; eo ipſo die Cęſar in ſenatu interfect⁹ eſt.

*Multa ex Aſtrologia pręuideri poſſunt, quæ ad priuatam vitā ſpectant.*

Nónne vera fuit prognoſticatio illa Aſclerationis Mathematici, qui Domitianū aliquāto ante interfectum iri nunciauit ex ſiderū poſitione? Cùm enim Domitianus vehementer in illū offenſus, eum ad ſe accerſitum interrogaret, quis ipſum maneret exitus: reſpondit, vt breui pòſt tempore diſcerperetur à canibus. Domitianus, vt Genethliacum vatē vanum faceret, è veſtigio interfici iuſsit, & cadauer accuratiſsimè ſepeliri. Sed tempeſtate de improuiſo orta, diſiecto funere, corpus vſtulatum canes diſcerpſerunt. Aliquanto pòſt Domitianus interficitur.

Valerius maximus, prouidus rerum ſcriptor, refert Aeſchylum, cum à mathemàticis reſponſum ei eſſet, ex ictu moriturū, qui è ſuperiori loco fieret, tectū euitaſſe, & ſub dio, capite nudato māſiſſe: in quod cum ab Aquila deiecta teſtudo eſſet, eo caſu mortuum eſſe, & verum extitiſſe, quod prædictum fuerat.

Chaldęi Agrippinæ Neronis matri reſponderunt, filium imperatorem fore, ſed parricidam necē maternæ: illa quidem, Occidat, modò imperet. verum imperauit, & necauit matrem.

Caligulæ Sulla Mathematicus appropinquantem mortem prædixerat.

Veſpaſianus tantum huic arti tribuit, vt auſus fuerit, in aſsiduis contra ſe conſpirationibus confirmare, aut filios ſibi ſucceſſores im imperio fore, aut neminem.

Hadrianus imperator, quia periciſsimus huius artis, & doctrinę fuit, ſibi ſingulis annis pręſcripſit, quid quotidie eſſet euenturum, Cui Aelius imperium prędixerat ex hac ſcientia.

Quis imperatorum Romanorum felicior habitus Auguſto? qui cum audiſſet ex Theogene, ſidere ſuo natalitio ſibi Romanum imperium portendi, tantam mox fati fiduciam habuit, vt thema ſuum vulgauerit: numúmque argenteum nota ſideris Capricorni, quo natus eſt, percuſſerit.

Poſſum ætatis noſtrę exēpla adferre multa: poſsū ēt q̄ ego principib. viris ꝑdixi, ſi vtrūq; odioſū nō eſſet.

*De Aſtrologiæ vtilitate.*

Cū ergo futuri euētus certò monſtrentur multo ante, quàm eueniāt: certiſsimè docetur & cōuincitur, eſſe Deum aliquem, non modo ſapientiſsimum, & quæ velit decernere potentem, ſed etiam prouidum, omnia cernentem, conſeruantem, gubernantem, bonum, pręmonentem nos de futuris malis, & ad finem ordinatum deducentem omnia: nec plures eſſe Deos. Multi ſunt ergo ſcrupuloſi homines qui ob ſuam inſcitiam & non religionem ferre non poſſunt, & indignū Chriſtianis iudicant, ſi quis Aſtrologorū pronunciet, lunam facere tardos, ſegnes & phlegmaticos, cū nil aliud per lunā intelligat, quā illas ipſas

*Experientia nō eſt tollenda.*

frigidi & humidi qualitates, quas in elementis & materia excitarit ipſa luna, cum ſtellæ cæleſtes homi
nes inclinent ad recipiendum ſuas qualitates, & non cogant.Sciant ergo illi boni viri quãdo dicimus Sa
turnum facere homines inuidos & melãcholicos,Martem bellatores & iracũdos, Venerem amatores &
libidinoſos,Mercurium doctos & ſapientes,Lunam tardos,ſegnes & phlegmaticos,nil velle aliud Aſtro
logos, quàm qualitates primas ab iſtis ſtellis in materiam propagatas,tales efficere inclinationes,aut vo
lũtatem per ſe bonis ſtellarum radiis,& viribus ad has vel illas actiones obeũdas abuti: quamuis interim
occultas vires Aſtrorum non negem,cum in his inferioribus maximæ,& admirãdæ vires,& proprietates
occultæ ſint reconditæ: quæ aliunde prouenire non poſſunt, niſi à cæleſtibus.Hæc & alia infinita,cũ per
petua experientia palàm confirmat,concedi neceſſe eſt,Aſtrorũ aliquas eſſe affectiones,quarum animad
uerſio tandem artem peperit,quæ nequaquam vana,aut temerè ab hominibus otioſis excogitata,ſed euẽ
tu comprobata, certis metis & artificum annotatis tandem incluſa eſt.

*Experiẽtia in Aſtrologia artẽ peperit.*

Et quum dicũt,Deum ſolum ſcire futura:verũ eſt in ijs rebus,quæ humanũ arbitrium reſpiciunt,& in
aliis etiã,cum ipſe habet ſeipſum,intelligens certam & determinatã notitiam omniũ rerum. Sed vniuer
ſalem,& nõ bene diſtinctã poſſunt etiam & homines habere:ſicut S.Thomas oſtendit lib.3.contra gentes.

Et quia multi cõcedunt,aſtrologiam eſſe verã eo modo quo dixi: ſed dicunt periculoſam eſſe ad ſalu
tem vulgariũ,qui aliter rẽ accipiunt,quàm illis datur:Reſpõdeo,ꝙ ſcriptura ſacra,& maximè cũ de præ
deſtinatione loquitur,nõ bene à vulgarib.intelligitur:Et ſacroſanctæ imagines,cũ nõ bene intelligatur à
plebe,quomodo debeãt adorari,cauſarunt multos errores,& pericula hæreſis & idololatriæ:ſed nõ pro
pterea dãnari debet ſacra ſcriptura, & à tẽplis tolli imagines.Et ſi in Euangelio plures errauerunt, non
ideo Euangelium falſum eſt,& damnari debent illi,qui bene intellexerunt.Et idem dico de noſtra Aſtro
logia,quæ magis profuit quàm nocuit.

*De hoſtibus & contemptorib. Mathematum.*

Et quia dicunt,quò eorũ inſcitiam tegãt,nullum fuiſſe dignum hominẽ, qui illi operã dederit,oſten
dunt malè legiſſe hiſtorias & Hebræorũ,& gentiliũ,& Chriſtianorũ, niſi iam de illis dicere velint,qui ex
Stoicorũ ſecta fuere,qui à diabolo perſuaſi,aniculariũ finxere fabulas, nocte quas prope ignẽ ſedentib.e
narrãt.Et ideo quò manifeſtius hoc appareat,videãt nõ(inquã)Ioſephi Iudæi hiſtoriã,ſeu Philonis, q̃ de
hoc clarius loquitur:ſed & Ariſtotelis librũ Politicę,vbi oſtendẽs in ꝓœmio,quàm vtilis ſit philoſophia,
in mediũ adducit Thaletẽ Mileſiũ,qui cùm reprehẽderetur,ꝙ pauper eſſet,oſtẽdit philoſophus quod vo
luntariè diuitias ſperneret in ꝓgnoſticatione penuriæ futuræ oliuarũ,ſeruato multo oleo,cùm penuriæ
tẽpus aduenit,illo vẽdito,diues factus eſt.Eſt igitur Aſtrologia pars philoſophiæ naturalis & nobilioris:
cũ per eã Ariſtoteles conuincat totius ſciẽtię vtilitatẽ.Videant etiam eiuſdẽ problemata,vbi cõuulſionẽ
infantiũ reducit in actiones Lunæ.Nec deſunt huic noſtræ cõprobationi multi alij philoſophi & nobilio
res,inter quos Auerroes vnus eſſe æſtimatur, qui primas quatuor qualitates attribuit actionib.corporũ
ſuperiorũ vt de ſubſtãtia orbis c.2.vbi valde cõmendat antiquos, qui dixerũt verè de corporib.cæleſtib.
aliqua corpora dare calidum & ſiccum, aliqua calidum & humidum:aliqua frigidũ & ſiccum, aliqua alia
frigidum & humidũ: Et ſic quatuor primas qualitates eſſe cõmunes corporib.cæleſtibus,& elmẽtis,licet
non in eſſentia, ſed in voce,id eſt nobiliores & ignobiliores.Quinetiã videant eius commentũ 68.ſecũdi
libri de cęlo,vbi ipſe confirmat,ꝙ actiones ſtellarũ habent proprias actiones in omni re in ſuo genere,&
etiam communẽ:propriã,quod Saturnus habet actionẽ in plantis & mineralibus,& ſic de aliis ſtellis:ſicut
ſcriptũ eſt in eorũ libris,quorũ pars maior iã non inuenitur.Et allegat Ariſt.librum de his reb.ſcripſiſſe,
qui dicitur de cæleſtib.regiminib.In Neotericis habemus Sueſſanũ, qui plures tractatus cõpoſuit, vt li
bros eruditionũ,& cauſas noſtrarum calamitatum. Et Perettus Mantuanus nõ paruæ autoritatis noſtris
tẽporib.loquens de prodigiis & de effectibus,qui illa ſequuntur in libro ſuo de immortalitate animæ di
cit totũ hoc cõtingere ex diuerſa poſitione ſtellarum,allegans exemplum illius infantis,qui in ſpatio vi
gintiquatuor horarũ locutus eſt pronuncians ſuã propriam mortẽ,& ad quẽ finem natus erat,qui fuit vt
manifeſtaret patri ſui ſtatus ruinã,vt apud Abenragelem legitur c.7.quintæ partis.Et idcirco hi calum
niatores parũ legere quæ philoſophiæ ſunt,& hiſtoriarum,Verũ nobis cõpertũ eſt (longũ enim eſſet ſin
gula exempla recenſere)neminẽ præclariſſimorũ olim ducum fuiſſe, qui bellũ aggreſſurus,nõ vnum ſe
cum aliquẽ ſummi nominis Mathematicum,quaſi omniũ rerũ conſiliarium optimũ duxerit. Id quod Ari
ſtoteles in Alexãdro cupiens,ita ad eũ ſcripſit.O Rex clementiſſime nec ſurgas,nec ſedeas, nec cibum ſu
mas aut potum, penitùſq; nihil ſine periti Mathematici cõſilio(ſi fieri poteſt)facias. Idq; feciſſe videtur
C.Iulius Cæſar. Is enim cùm Magnum Põpeium perſecutus eſſet, interimq; dum Alexandriæ ſuas expe
ctaret legiones, cum Achoreo ſene peritiſſimo Mathematico in multam etiã noctem de anni ſolaris
quantitate diſputaſſet(ſi noſtro Lucano credendum eſt)dixiſſe fertur.

*Exemplum notabile de Aſtrologia.*

Media inter prælia ſemper.
*Stellarum,cælique plagis ſuperiſque vacaui:*
*Non meus Eudoxi vincetur faſtibus annus.*

*Refutatio calũnia q̃ Aſtrologia ſit ſcientia vana.*

Verum poſtquam à me in Italico ſermone editum fuit hoc opus,ſurrexit quidam ſycophanta,& fecit
contra hanc defenſionem Aſtrologorum hæc,quæ ſequuntur,argumenta.Quæ ergo quum vidiſſem,non
potui non reſpondere,& his telis meis,licet hebetibus & obtuſis,in certamen prodire.Et primũ adduxit 1.
cõtra Aſtrologos autoritatẽ Eſaiæ prophetę c.41.dicẽtis:Annũciate quę vẽtura ſunt in futurũ:& ſciemus
quia Dij eſtis.Ad quã autoritatẽ dicimus,ꝙ ſolus Deus poteſt ſcire futura,libertatẽ hominis cõcernẽtia.
Vnde Scotus in prologo primi q.2.dicit,ꝙ Antichriſtus nõ poterit ſcire,quid homo debeat cogitare,vel
appetere tali hora.Zael autẽ in libro ſuo de interrogationibus, ſequens ſuperſtitionem Aſtrologorum tẽ
pore Eſaiæ,vult per ſcientiam interrogationum cognoſcere, an inuitatus ad conuiuium comederit vnũ
pulmentum vel plura.Ego enim ſine Aſtrologia dicerem,quod inuitatus ad domum diuitis, plura habe-
bit pul

Digitized by Google

bit pulmenta in cœna diuitis quam pauperis:& hoc reprobatur.

Deinde arguit ſecundo per Eſaiam dicentem cap.44.Ego primus:& ego nouiſsimus: & abſque me nō eſt Deus:Quis ſimilis mei,vocet & annunciet,& ordinem exponat mihi: Ex quo conſtitui mihi populum antiquum:ventura & quæ futura ſunt,annuncient eis.Ad hæc dicimus,quod Deus per Eſaiam ibi prohibet Aſtrologiam diuinatoriam ſuperſtitioſam,quæ fit miniſterio dæmonum.

III. Præterea arguit tertio per Eſaiam ca.47.dicentē,Sapientia tua,& ſcientia tua hęc decepit te.Et infra; Veniet ſupra te malum,& neſcies ortum eius.Ad hoc arg.dicimus, quòd ibi nō eſt ſermo de Aſtrologia; ſed de ſuperſtitione incantantium & maleficorum,vt patet inſpicienti verba ſequentia. Et quando Deus prohibet,ne accipiantur conſilia à diuinatoribus, vt patet Deut.18.confirmat ſupradictam meam reſponſionem,quia ibi non eſt ſermo de Aſtrologis,ſed de incantatoribus,vt patet legenti.

Profertur & illud Eſaiæ,ſtent,& ſaluent te augures cæli,qui contemplantur ſidera, & ſupputant menſes,vt annuncient tibi futura.Hic quoque reſponſio plana eſt. quæ ad ſimilia dicta in Leuitico & Deuteronomio referenda eſt,& ad omnia alia argumenta infra ſcripta,ſine alia reſponſione. Certū eſt, voce diuina non prohiberi προγνωστικὸν phyſicum,ſed corruptelas artis taxari,& condēnari,cùm ex Aſtris omnes perueſtigamus euentus,verbo Dei,promiſsionibus & præceptis,Aſtrologorum decreta anteferimus:&,obſcurata vera agnitione & inuocatione,à Deo & verbo eius patefacto mentes abducimus. Ita dubium nō eſt,quin ipſi patres Auguſtinus & alij,nec non imperatorum conſtitutiones damnent corruptelas arti temerè admixtas,& abuſum ordinis diuini,quo ſine fide Deum compellante,ex Aſtris velut numinibus,cōſilia & auxilia inquiruntur omnia,non phyſicas obſeruationes,quibus non minus, quàm Medicorum ſignis,& diuinationibus vti licet.

*Corruptelā Aſtrologia condēnātur.*

*Notabile.*

Aſtrologi verò,ex ſignis,& cauſis naturalibus ſenſui obuijs, ſuas habent ratiocinationes & prædictiones,quæ ſunt firmæ,& certas habent effectiones,neceſsitate phyſica,non abſoluta. Hæ diuinationes non ſunt prohibitæ in ſacris literis,cùm ex phyſicis cauſis oriantur.imò mandatæ eo ipſo,quòd pulcherrima cæli corpora,& ſigna nominantur,& in hunc finem condita ſunt,vt aliquid moneant,& deſignent. Damnant igitur diuina monumenta ipſam ſuperſtitionem, cùm animi Aſtrologorum monitis firmiùs adhæreſcunt,quàm Deo & ipſius verbo,aut ad creaturas,relicto vero Deo,ſeſe conuertunt.Dicimus tamen,ꝙ veræ omnino ſunt,& certæ prædictiones euentuū,ex motu poſitúque ſiderum, niſi effectiones cauſæ partialis,alijs fortioribus impediantur.Aſtra enim non ſunt integræ cauſæ actionum,nec prima cauſa,compedibus Stoicis vincta,cælo affigitur,nam ea ſæpius naturæ aduerſatur,& infringit regulam.

*Vnde ſint Aſtrologorum prædictiones.*

*Quomodo vera & certa ſint prædictiōes Aſtrologica.*

*Fata regunt homines, certa ſtant omnia lege.*

Addimus & illud,quod voluntas actionum domina,præuiſione futurorum, multa mutare,augere,ſæpe tollere,corrigere & frenare poſsit. Affirmamus voluntatem ſua vi,poſſe retundere & compeſcere impulſus naturæ,& multa Aſtrorum monita euitare,tum vel maximè, cùm Dei auxilio,ſeſe ad quoſcunque caſus animi inſtruunt. Ac Stoicis delirijs opponimus longè aliam regulam.

*De voluntate humana.*

*Fata mouere Deus,tollere fata poteſt.*

*Regula opponēda Stoicis.*

Quidam de fato eleganter cecinit.

*Contra tota valent Deus,& prudentia tantum,*
*Vir pius & prudens vincere fata poteſt,*

Alius etiam ita dicit.

*Ipſa etiam quamuis Adamanti inciſa feruntur,*
*Cum petimus,cedunt fata ſeuera Deo,*
*Nec Deus eſt numen,parcarum carcere clauſum,*
*Quale putabatur Stoicus eſſe Deus.*
*Solares retinet currus,& flumina ſiſtit,*
*Verus hic,& liber, cunctipoténſque Deus.*

IIII. Rurſus arguit ad idem: quia in 4.libr. Regum 17.habetur filios Iſrael fuiſſe punitos: quia diuinationi inſeruiebant.Ad hoc dicimus,quòd ibi ſolum prohibetur diuinatio per incantationes & auguria.

V. Iterum arguit per Deum dicentem in Hieremia propheta capitu.10. Iuxta vias gentium nolite diſcere:à ſignis cæli nolite metuere,quæ timent gentes.Ad hoc argu.dicimus,quòd ibidem prohibetur timor à ſignis cæli:in his quæ concernunt hominis voluntatem:vt dicit S.Thom.3.lib.contra gentes capi.85.At Meſalach in ſuo libro de interrogationibus volebat per Aſtrologiam ſcire pro certo, an aliquis debeat eſſe rex vel non.

VI. Sexto arguit ad idem,quia Eccleſiaſtis cap.8.dicitur. Multa hominis afflictio: quia ignorat præterita & futura:nullo poteſt ſcire nuncio.Ex qua ſententia dicimus, quod ibidem dicitur primo ignorat præterita,vt cognoſcatur ſuperſtitio quorundam dicentium ſe eſſe Aſtrologos, & volentium ſcire an mulier ſit virgo nec ne,& vtrum habeat filium néc ne quos ſequitur Zael in libro ſuo de interrogationibus.Dicitur etiam,quod ignorat futura,ad fugandum errorem Zael ibidem qui vult per ſcientiam interrogationum cognoſcere, an vir geniturus ſit filium ex tali vxore an ne.

Septimo arguit per ca.10.vbi habetur,Ignorat homo quid ante ſe fuerit:& quid futurum ſit,quis ei poterit indicare?Ad hanc autoritatem dicimus,ꝙ Aſtrologi illi,qui volunt omnia cognoſcere particularia, ſunt fatui:de quorum numero fuit Zael in libro ſuo de interrogationibus, qui per ſcientiam interrogationis vult cognoſcere,an latro ſit domeſticus an peregrinus: & an mulier habeat filium ex fornicatione nec ne:quoniam Ptolemæus Centiloquij verbo primo docet, Aſtrologum debere ab enuntiandis ſingularib.abſtinere:quādo ſcientia(vt naturales affirmāt)de ſingularib.nō eſt: nec de ijs,ꝗ indiuida ſunt: ſed de vniuerſalib.tantūmodo.Inquit enim,A te & à ſtellis eſt ſciētia:fieri enim neqt,vt ꝗ ſciēs eſt:particula-

res rerum formas pronuntiet,ſicuti nec ſenſus particularem, ſed generalem quandam ſuſcipit ſenſibilis rei formam,oportetque iſta tractantem,rerum coniectura vti:ſoli numine afflati prędicunt particularia.

VIII. Octauo arguit per Paulum ad Galatas cap.4.dicentem,Dies obſeruatis,menſes,tempora & annos: timeo ne forte ſine cauſa laborauerim in vobis. Ad autoritatem ſancti Pauli dicimus, quòd Apoſtolus reprobat obſeruationem temporum circa ſacramenta ſuſcipienda,& circa orationes faciendas, quam habebant forte ipſi Galatæ. Nam Haly Abenragel etiam voluit quod circuncisio & baptiſmus darentur Luna eleuata ſuper venerem,vt patet in parte 7.ſuæ ſummæ ca.33.Dicimus ſecundo,quòd Apoſtolus reprobat ibi obſeruationes ſuperſtitioſas:cuiuſmodi non ſunt multæ Aſtrologiæ obſeruationes.

IX. Nono arguit ad idem,quia in Iob capit.38.dicitur,Nunquid noſti ordinem cæli?aut rationem eius pones in terra?Ad hoc dicimus,quòd autoritas concludit, quòd Aſtrologiam iudiciariam perfectè habere non poſſumus:quod nos dicimus eſſe verum.

X. Decimo loco arguit,ex concilio Ancyritano,vt habetur cap.26.quæſt.5.vbi dicitur, Qui diuinationes expetunt,& morem gentilium ſubſequuntur,ſub regula quinquennij iaceant.Ad hoc dicimus, quòd ibi non reprobatur Aſtrologia prædictiua ſeu iudiciaria:ſed diuinatio per artem necromantiæ,geomantiæ, aeromantiæ,hydromantiæ,pyromantiæ,& conſimilium,Quæ ſint ſcientiæ indiuinatrices,infra dicemus.

XI. Vndecimo arguit ex concilio Toletano ca.Si quis:vbi clerici ſuſpenduntur, conſulentes incantatores,augures,ariolos,vel eos qui profitentur artem magicam,vel aliquid huiuſmodi. Hæc ille.Ad hoc dicimus,quòd in cap.illo non damnatur Aſtrologia diuinatoria:ſed ars necromantica,ars ariolandi,& huiuſmodi,vt diximus in reſponſione ad decimum argumentum.Et ſi dicatur, quòd Alexander 3.c.ex tuorum.de Sortilegiis dicit,quòd presbytero, qui cauſa cuiuſdam furti eccleſiæ recuperandi, Aſtrolabium ex ſimplicitate inſpexerat,imponatur pœnitentia per annum,dicimus,quòd iſte presbyter damnatur ibidem,quia credebat doctrinæ,quam defendit Zael in libro ſuo de interrogationibus: ſcilicet poſſe per talem ſcientiam ſciri,an latro ſit domeſticus an peregrinus,& huiuſmodi:quod eſt falſiſsimum.

XII. Duodecimo arguit per leges ciuiles.Vnde lib.9.cap.de maleficijs ſ.2.dicitur, Artem Geometriæ diſcere atque exercere licet,ars autem Mathematica damnabilis eſt, & interdicta omnino.& intelligit imperator per Mathematicam Aſtrologiam diuinatoriam,vt iſte dicit.quare &c.

Item arguit per legem Nemo:ibidem,vbi dicitur: Nemo aruſpicem conſulat, aut mathematicum ſub pœna capitis.

Rurſus arguit per ſ.Etſi: vbi ſupra:Si quis magus,vel magicis certaminibus aſſuetus:qui maleficus vulgi conſuetudine nuncupatur,aut aruſpex:aut ariolus: aut certè augur vel mathematicus: Si in comitatu meo vel Cæſaris deprehenſus fuerit, præſidio dignitatis exutus, cruciatus & tormenta non fugiat: Hæc ibi.

Ad hæc argumenta dicimus primo, quòd per Mathematicam non debet intelligi Aſtrologia diuinatoria,ſeu prædictiua:ſed ars necromãtica,quam multi magicam vocant.Ad ſecundum dicimus eodem modo:nam ibidem damnantur diuinantes, quos maleficos ob ſceleris magnitudinem vulgus appellat, vt in eadem ſ. Etſi habetur.Ad tertium dicimus eodem modo,vt ad ſecundum.

XIII. Decimotertio arguit ad idem per doctores eccleſiæ: & primo per Hieronymum, & habetur 25.quæſt. 2.cap.ſed & illud:vbi reprobat opprobrium Aegypti.ſ.obſeruare auguria: requirere ſtellarum curſus: & euentus ex his futurorum rimari. Reſpondemus & dicimus, quòd Hieronymus reprobat ibi Aſtrologiã diuinatoriam,excedentem limites ſcientiæ, quam docet Abraham Auennare in ſuo libro de interrogationibus, qui vult poſſe ſciri per ſcientiam interrogationum, an res furata recuperanda ſit,& an ſeruus fugitiuus reuerſurus.

XIIII. Decimoquarto arguit per Baſilium dicentem ſuper Geneſim, quòd ars iſta eſt occupatiſsima vanitas. Dicimus ad hoc,quod dictum Baſilij eſt de Aſtrologia nimis curioſa,& fatuitate geomantica.

XV. Decimoquinto arguit ad idem per diuum Auguſtinum lib.5.de ciuit. Dei capit.7.vbi contra Aſtrologos loquens ait, Electo ad ſeminandum agrum die, multa grana ſimul in terram veniunt, ſimul germinant ſimul herbeſcunt,flaueſcunt,& tamen ſpicas inde coæuas,&,vt ita dixerim,congerminales,alias rubigo interimit, alias aues depopulantur, alias homines euellunt: ergo iudicia Aſtrologorum ſecundum Auguſtinum ſunt falſa.

Item arguit per ſanctum Auguſtinum in libr.83.quæſtionum q.45.vbi contra Aſtrologos facit argumentum de Gemellis,in quibus inuenitur tanta diuerſitas actionum,euentuum & voluntatum.

Rurſus arguit per Auguſtinum,qui in 5.de Trin.capit.7.inuehitur contra illum,qui elegit horam,qua commiſceretur vxori.

Iterum arguit per Auguſtinum lib.2.quæſtionum veteris & noui teſtamenti cap.18.vbi ait, Nihil tam contra Chriſtianos,quàm ſi arti matheſeos adhibeat curam:hæc enim inimica dignoſcitur legi Dei.

Item arguit per Auguſtinum de verbis Domini in monte Homelia 59.ſuper illis verbis,Ego ſum vitis, vbi dicit,Quã multos ô bone Deus mathematici fefellerunt, quia ſibi plerunque lucra promiſerunt, & damna inuenerunt.

Ad hæc argumenta dicimus,quòd Auguſtinus in nullo eſt contra concluſiones noſtras,cum in eodem lib.5.capit.6.dicat ſic,Videmus ipſius anni tempora variari,& lunaribus incrementis atque decrementis augeri,& minui quędam genera rerum ſicut echinos,& concas,& mirabiles æſtus Oceani,non autem animi voluntates poſitionibus ſiderum ſubdi:nunc iſti actus etiam noſtros inde regulare conantur.Vnde dicimus,quòd verba Auguſtini ſunt contra eos, qui ponebant res omnes etiam actus humanos cauſari ex neceſsitate à cælo:cuius contrarium declarauimus ſupra.

Item dicimus quòd Auguſtinus ibi loquitur,vt patet legenti contra illos,qui volunt actus noſtros celo ſubdi.

Digitized by Google

lo ſubdi.

Ad aliud dicimus, quòd Auguſtinus loquitur contra illos, qui eligebant horam qua commiſcerentur vxori, credentes moribus naſcendi neceſsitatem à cælo imponi: cuius contrarium ſentit Ptolemæus in primo libro quad. cap. 3.

Ad aliud argumentum dicimus, quòd Auguſtinus loquitur de illis, qui propter lucrum intromittunt ſe de his, quæ non ſunt ab homine ſcibilia contra præcepta Ptolemæi in primo libro quadripartiti 2. cap.

Ad alias rationes reſponſum fuit, Et dicimus vt ſupra. Vnde Auguſtinus ibidem ait, Si ex ipſis naſcantur qui mali ſunt, & econtra qui boni, fruſtra data eſt lex.

XVI. Decimoſexto arguit per diuum Hieronymum ſuper Sophoniam capit. 1. vbi de Aſtrologis ait, Hi ſunt qui eleuantur aduerſus ſcientiam Dei: & omne quod geritur in ſeculo, fictam ſibi ſcientiam pollicentes, referunt ad ortus ſtellarum & occubitus, & mathematicorum ſequuntur errores.

Item arguit per Hieronymũ Eſaiæ 47. vbi ait, Hi ſunt qui vulgo appellantur mathematici, & ex aſtrorum curſu, lapſuque ſiderum res humanas regi arbitrantur: & cum ſalutem alijs promittant, ſua ignorant ſupplicia.

Ad authoritates ſupradictas dicimus, quòd Hieronymus loquitur contra Aſtrologos, libertatem arbitrij infringentes, vt patet cap. 47. ſuper Eſaiam, in cap. autem primo ſuper Sophoniam impugnat Mathematicos, humanam voluntatem cælo ſubiugantes.

XVII. Decimoſeptimo arguit per Diuum Ambroſium in Hexaëmeron libr. 4. cap. 4. vbi ait, Nonnulli tentarunt natiuitatum exprimere qualitates, qualis ſit vnuſquiſque, qui natus ſit: cum hoc non ſolùm vanum, ſed inutile ſit quærentibus. Et poſt pauca: Redempti ſunt Apoſtoli, & congregati ex peccatoribus non vtique natiuitatis ſuæ hora: ſed Chriſti eos ſanctificauit aduentus. Hæc ille: vnde nos dicimus, quòd Ambroſius ibidem loquitur contra illos, qui volebant omnes actus humanos produci à cælo ex neceſsitate, etiam introitus in paradiſum: vnde ſubdit ibidem, Latro in cruce damnatus ille cum Domino crucifixus non beneficio ſuæ natiuitatis, ſed fidei confeſsione ad paradiſi tranſiuit gaudia. Ionam non vis natiuitatis, ſed diuinæ præceptionis offenſa præcipitauit in mare: & Petrum de carcere imminente morte periturum, angelus Chriſti, non ſtellarum ſeries liberauit. Hæc Ambroſius: cuius ſententiæ eſt conformis Ptolemæus in Centiloquio propoſitione 8. & in primo libro Quadripartiti, cap. 3. vbi ait, Non cogitemus ea, quæ accidunt, ex cælo eſſe neceſſaria, vt quæ ſunt à Deo. Hæc ille.

XVIII. Decimooctauo arguitur ad idem: quia ſecundum Albumaſarem in libro 2. de coniunctionibus magnis, differentia 8. Coniunctio duarum infortunatarum ſignificauit natiuitatem Maumeth: & alia poſtea ſignificauit eius mortem: hoc videtur limites Aſtronomicos excedere.

Item Albumaſar ibidem vltima differentia dicit, quòd alia coniunctio ſignificauit Ieſum filium Mariæ: quod videtur eſſe hæreticum.

Ad hæc dicimus quod Albumaſar excedit limites contra doctrinam Ptolemæi in Centiloquio, propoſitione prima. Et in primo libro quadripartiti cap. 3. Vnde ſententia vulgaris eſt,

*Scherza con i ſanti, & laſcia ſtare i ſanti.*

Dicimus ſecundo quòd forte non eſſet hæreticum tenere, quòd ſecta Maumeth, & ſecta Arabum fuerint in cælo, vt in ſigno: quia vt dicit Albertus Magnus in ſuo ſpeculo aſtronomico cap. 13. Nihil prohibet in his, quæ ab hominis pendent voluntate, cælum eſſe ſignum & non cauſam: diuerſarum enim partium contradictionis, quarum alteram poteſt homo eligere, ſciebat Deus ab æterno vtram illarum eligeret. Vnde in libro vniuerſitatis, qui eſt cæli pellis, potuit ſignificare ſi voluit: nec tamen per hoc infringitur liberum arbitrium: ſicut non infringitur, diuina prouidentia poſita. Hæc ex illo.

Dicimus tertio ſequendo viam S. Thom. ſecunda ſecundæ quæſt. 95. articu. 5. quòd cælum non potuit eſſe ſignum incarnationis filij Dei: quia vt dicit S. Thom. ibidem, cælum non poteſt eſſe ſignum niſi eorum, quorum eſt cauſa: non fuit autem cauſa incarnationis ſupernaturalis natiuitatis filij Dei: vt Albertus magnus etiam dicit, ca. 11. in ſuo ſpeculo Aſtronomico. Quare qui natiuitatem domini noſtri ponere volunt ſub cælo eſſe ſub aliquo modo: fatui ſunt & ſine religione.

XIX. Decimonono arguitur, Quia Aſtrologi iudicant per imagines cæli, quæ ab imaginatione humana finguntur: vt confitetur Albumaſar in ſuo introductorio capit. 1. tractatus ſecundi, & in 6. lib. capi. 1.

Ad hoc dicimus, quòd licet imagines cæli voluntate humana ſint fictæ: vt dicit Albumaſar in ſexto libro introductorij ſui cap. 1. & S. Thom. 7. Metap. co. 14. tamen effectus ſtellarum tali in figura imaginatarum experimento ſunt cogniti: & ſecundum huiuſmodi experimenta iudicat Aſtrologus.

XX. Vigeſimo arguitur: quia ſecundum Hermetem in centiloquio ſuo propoſitione 66. ſi quis habuerit in ſexto loco natiuitatis ſuæ Mercurium, conuertetur à fide ſua in aliam: ſed hoc non poteſt ſciri ex cælo, ergo &c.

Dicimus ad hoc argumentum, quòd in concernentibus hominis voluntatem nihil certi poteſt dicere Aſtrologus: veluti patet per S. Thom. in prima parte quæſt. 115. articu. 4. maxime in particulari: cum quo concordat Ptolemæus in prima propoſitione Centiloquij.

Dicimus ſecundo, quòd ſexta domus eſt ſeruorum & ægritudinum: neque inclinat ad religionem veluti nona domus, teſte Alkabitio.

XXI. Vigeſimoprimo arguitur: Coniunctionum verarum tempora raro ſunt æqualia: ergo non poteſt certum dari iudicium. Conſequentia nota: & antecedens eſt Alliacenſis in cap. 13. ſui elucidarij, & in capi. 25. dicit, quòd raro concordant coniunctiones mediæ, & veræ: niſi quando planeta eſt in auge, vel oppoſito augis ſui epicycli. Reſpondemus ad hoc & dicimus, quòd Aſtrologus non debet facere iudicium aſſertiuum: quia iudicia eius ſunt media inter neceſſarium & poſsibile: vt dixit Ptolemæus in Centiloquio, pro-



Digitized by Google

poſitione prima.

XXII. Vigeſimoſecūdo arguit ad idem argumento Ioannis Pici Mirandulani, qui in ſuo libro primo contra Aſtrologos arguit per Ariſtotelem in problematibus deputantem Aſtrologum cum mimo & præſtigiatore:quare,&c.

Ad hoc argumentum,quod eſt Ioannis Pici, dicimus quòd Ariſtoteles ſolum culpare poteſt Aſtrologiam excedentem limites ſcientiæ. Vnde Ptolemæus in quadripartito libro primo capi.2.dicit, Error quo errant aliqui in hac ſcientia,non eſt ex artis debilitate,ſed eius qui ſe intromittit de ea:& parum poſt inuehitur contra illos,qui tranſeunt ad loquendum de rebus, quæ non ſunt eius naturæ, vt homo poſsit illas ſcire.

*De Aſtrologorum erroribus.*

Dicimus ſecundo,quòd miramur de tanto viro adducente Ariſt.ibidem contra Aſtrologos, cum ibidem in particula ſcilicet 12.laudet Aſtrologos, dicens, cur aliqui in prauis interdum libentius quàm in honeſtioribus ſtudiis verſantur: verbi gratia præſtigiatorem, aut mimum ſe aliquis potius velit quàm Aſtronomum,aut oratorem.

XXIII. Vigeſimotertio arguit per rationem.Maleficæ ſtellæ (inquit) cauſas prauitatis ſuæ in eum, qui ſe fecit,transferunt:ſi exiſtit prauitas ex illarum natura: ergo opifex ipſe mali creator erit:ergo ſi hoc maleficium iure ſideribus impingitur,Deum fateri cogimur vitiorum autorem. Ad hoc argumentum reſpondemus,quòd Aſtrologi tenent, quòd corpora cæleſtia ex natura rei non habent malum afferre:quia in cęlo non eſt malum,& inordinatio:ſed propter varias configurationes & poſitiones,cum materia non poſſit ſufferre illas impreſsiones, operantur malum. Et ſic Saturnus & Mars non dicuntur maleficæ ſtellæ, niſi per accidens: quoniam Deus non eſt auctor mali: Creauit enim illas ſtellas, ſicut & ſerpentes etiam creauit,& alia animalia venenoſa ad perfectionem vniuerſi,& non ad malum finem.Et ſic ille nihil dicit, quod ſit contra Chriſtianos Aſtrologos,niſi contra Stoicorum, priſcillianiſtarúmque opiniones, vt ſupra demonſtrauimus.

XXIIII. Vltimo facit tale argumentum contra Aſtrologos. Stellæ eandem virtutē & influentiam habent nūc, ſicut habuerunt ante peccatum Adæ: ſed ante peccatum Aſtrologi non fingere potuerunt octauam domum,quæ eſt ſignificatrix mortis,neque ſextam,aut duodecimam cæli domum.Ergo nec ad præſens ſtellæ poſſunt ſignificare Mortem,inimicitias,ærumnas,& ſimilia.ergo & illa cæli domicilia duodecim ſi extitiſsent, ſignificationéſque eaſdem,& facultates,quibus modo prædita ſunt, habuiſſent, quod abſurdiſſimè leuiſsiméque diceretur. Ad hoc Argumentum reſpondeo, ſecundum doctrinam Theologorum quòd cælum non ſit æquale in virtute nunc,ſicut in principio creationis rerum: teſte Magiſtro ſententiarum in 4.diſtinct.48.cap.fin.vbi ponit expreſsè,quòd lux Solis & Lunæ,& aliorum ſiderum percuſſa fuit, & minorata propter peccatum primi hominis. Lucebant enim ante peccatum primi hominis ſeptem vicibus plus quàm modo luceant:& ſic claritas Lunę erat,vt nunc eſt claritas Solis.Et veniente domino ad iudiciū,recuperabitur claritas Solis & Lunæ,& ſiderum,eo modo,quo fuit in principio creationis rerū. Quare ſæpe in ſacra ſcriptura,Deus comminatur populo rebelli,ſe daturum cælum ferreum,hoc eſt,influentias non proprias viuentibus ſuper terram. Et ad propoſitum dicit etiam Rabanus ſuper Geneſim cap.3.Spinæ antea erant,ſed non vt laborem homini inferrent, cui poſt peccatum fuerunt ad laborem & afflictionem,ſicut ſerpentes:& quæcunque noxia ante erant innoxia. Et ita dico de harmonia cæli, quæ poſt peccatum in diſſonantiam venit.

Ad alias rationes quæ contra afferri poſſunt, reſponſum fuit à F. Michaele de Petra ſancta ſacri ordinis prædicatorum de obſeruantia, artium & ſacræ Theologiæ Doctore clariſsimo Regente ſtudij in conuentu Mineruæ:ac in Romano Gymnaſio Metaphyſicā profitente; & à Lucio Bellantio Senenſi: & ab alijs multis.Verum maximè dolendum eſt,quòd fuerit tanta improbitas hominum, vt maximum his diſciplinis dedecus conciliarint: eum homines malefici,ſub titulo & nomine Aſtrologorum,ſua præſtigia, ſuas fallacias,ſuas diabolicas,illicitáſque artes venditarint:atque maxima humano generi damna importarint:vt tandem Imperatores coacti fuerint,indoctum hoc,ignauum,fucatum, & peſtiferum genus hominum à vitæ ſocietate arcere. Plurimum denique his corruptelis,auxilij & adiumenti dederunt imperiorum mutationes,& temporum viciſsitudines:quibus & mores,& ſtudia hominum mutantur.

His itaque malis,& his corruptelis eò redactæ ſunt diſciplinæ mathematicæ:vt noſtro hoc ſeculo, vix ex minima parte,in ſcholis literarum hæreant mathemata: & in priuatis quorundam Bibliothecis libri potius reponantur,quam exerceantur:quid dico reponantur?imò apud pleroſque etiam literatos homines locum nullum habeant:taceo apud eos,qui potentia autoritate,conſilijs & opibus, atque facultatibus,rerúmque experientia,& valent,& valere videntur, adeo nunc hæc ſtudia exulant apud omnes literatos,& illiteratos,omniúmque ordinum homines.

Sed quo ad duodecim cæli domos,Diuus Thomas Aquinas 2.de generatione tex.com.58.eas declarat & confirmat: ſicut fecit Marcus Manilius Senator Romanus, & Aſtrologus clariſsimus qui ponebat ſeptimam domum eſſe domum mortis,velut ipſe libro 3.cap.1.ita eleganter cecinit.

*Septima cenſetur ſæuis horrenda periclis.*

Quapropter nos dicimus,Aſtrologum per figuras natiuitatis iudicare non poſſe cum certitudine de tota vita rei natæ. Probatur primo per Sanctum Thomam dicētem in 2.de generatione tex.com.58.qui ſciret virtutes ſignorum & ſtellarum in eis poſitarum: dum naſcitur res aliqua quantum eſt de influentia cæleſti poſſet iudicare de tota vita rei generatæ: licet hoc neceſsitatem non poneret:quia poſſet impediri per accidens.

Secundò probatur eadem concluſio per Ptolemæum dicentem in primo lib.quadrip.cap.2.q̃ Aſtrologus non debet loqui de rebus,quæ non ſunt de natura:quod homo poſsit eas ſcire, ſicut multi faciunt propter

Digitized by Google

propter lucrum.Hæc ille.Tales autem ſunt qui volunt iudicare pro certo ea etiam,quæ hominis voluntatem concernunt:quos improbat Sanctus Thomas 3.contra gentes cap.85.86.87.

Tertiò probatur idem per Ptolemæum in Centiloquio propoſitione prima dicentem : quòd Aſtrologus non debet rem ſpecialiter,ſed vniuerſaliter iudicare: & dicit Sanctus Thomas.3.contra gentes capi. 85.quòd ratio huius docti Ptolemæi eſt,quia impreſsio ſtellarum in pluribus ſortitur effectum , qui non reſiſtunt inclinationi: quæ eſt ex corpore cæleſti:non autem in hoc,vel in illo: qui per rationem inclinationi naturali reſiſtunt. hæc Diuus Thomas. Quare Aſtrologia prænunciatiua propter hoc non eſt ſpernenda:quia vt dicit Ptolemæus in quadrip.libr.1.capit.3.vt ſi in prognoſticatione erretur, modicum tamen quod verum reperitur in ea : debet intelligi & perquiri. Quod & egregiè docet Magnus Albertus in libro 3.de ſomno & vigilia tractatu 2.cap.5. Multa ſignorum,quæ ſunt in corporibus noſtris,ex quibus prognoſticantur medici,non eueniunt: & ſimiliter eſt in corporibus cæleſtibus: hæc enim ſæpe pluuias & ventos,vel aliquod aliud futurum ſignificant,quæ tamen non eueniunt. Et infra,multotiens videntur decipi Aſtronomi:quia parum literati exiſtentes putant neceſſarium eſſe, quod eſt contingens:& pronũciant tanquam abſque impedimento aliquid futurum : & cum non euenit , faciunt ſcientias vileſcere in conſpectu hominum imperitorum:cum defectus non ſit in ſcientia : ſed in eis,qui abutuntur ea: propter quod Ptolemæus ſapiens dicit nihil eſſe iudicandum niſi valde generaliter : & cum proteſtatione cauta, quòd ſtellæ ea, quæ faciunt, faciunt per aliud, ex quibus multa in ſignatis ſuis occurrunt impedimenta. Hæc Albertus.

*Quomodo magicæ artes ſunt inutiles & reprobandæ.*

Sed hic eſt aduertendum quòd magicæ artes non ſunt niſi ſeductiones & adinuentiones Diaboli: & ideo inter ſcientias non debent numerari:ſed potius reſecari debent,tanquam herbæ malæ,nullatenus ſeminari in agro veræ ſapientiæ.Solent autem artes magicæ nominari ſeptem.

Quædam enim dicitur geomantia,cuius diuinatio ſit ex terra:Geos enim idem eſt , quod terra,& mãtia diuinatio nuncupatur,

Secunda dicitur hydromantia : ab hydor,quod eſt aqua:quia eius diuinatio ex aqua fieri ſolet.

Tertia dicitur aëromantia,cuius diuinatio ex aëre fit.

Quarta dicitur Pyromantia,quæ fit ex igne. Nam Pyr idem eſt quod ignis.

Quinta dicitur chiromantia , cuius diuinatio ſolet fieri ex manibus. Nam chir idem eſt quod manus.

Sexta dicitur armomantia , cuius diuinatio ſolet fieri ex ſcapulis beſtiarum : Nam armus ſcapula eſt.

Septima dicitur necromantia,cuius diuinatio ſolet fieri ex mortuorũ,corporibus, necros enim mortuum ſignificat.

Harum autem artium magicarum tanta eſt ſuperſtitioſitas , vt non ſolum veritatem non contineant: quinimo ſolum mendacijs repletæ ſunt,nec ſolum malæ ſunt,quia prohibitæ, immo potius ideo prohibitæ,quia peſsimæ,& vſquaque friuolæ ſunt. Verum quia talium artium amatores hæc dicta volũtaria re putarent niſi ratione aliqua oſtenderentur. Inquiramus ergo,an aliqua in prædictis artibus veritas contineatur,& rationibus reſpondeamus eorum,qui eas veras opinari videntur.

Scrutando igitur dubietatis huius veritatem catholicè profiteri debemus, prædictas artes,& quaſcunque ſimiles friuolas & inutiles, falſidicas omnino exiſtere , ipſarumq; ſtudium nulli ſapienti congruere. vnde Leuit.19.præcipiendo.Ne declinetis ad magos,nec ab ariolis aliquid ſciſcitemini. Vnde Saul abſtulit magos,& ariolos de terra,& interfecit eos,qui pythones habebant in ventre, vt dicitur.1.Reg.28.poſt modum tamen conſilium à muliere pythoniſſa accepit , & non ſperauit in domino : ideo interfecit eum dominus,& tranſtulit regnum eius:vt dicitur.1.parali.10.

Rurſus & Manaſſes à domino punitus fuit , eo quod ſomnia & auguria obſeruauit , magos quoque & incantatores habuit,vt patet 2.Paralip.33.vnde Eccle.33.dicitur quod diuinatio erroris & auguria mendacia,& ſomnia maleficentium vanitas eſt.Et Zachariæ 10.dicitur quod diuini viderunt mendaciũ,ſomniatores loquuti ſunt fruſtra.

Sed reſtat,vt rationibus obijcientium reſpondeamus.Quis enim dicere poſſet,quòd cum dæmonibus loqui,peccatum eſſet: quia & hoc feciſſe Chriſtum legimus?vt patet Matthæi quinto,vbi habetur , quòd Chriſtus dęmonem interrogauit,dicens ei.Quod eſt nomen tuũ?Qui reſpondit legio:multi enim ſumus. Si ergo ars magica cum dæmonibus loqui doceat,hoc prohibendum nõ apparet. Huic autem ambiguitati fas eſt reſpondere.Dicendo,quòd dæmonem interrogare,magia non eſt:ſed ſortem , aut ſpem conſtituere in dæmonibus,ſuperſtitioſum eſt.quod Chriſtum feciſſe,abſit,vt credamus.ait enim vade retro Sathana.Huic autem reſponſioni alludit Beda Matth.8.

Rurſus,quædam diuinationes eſſe aſtruunt veridicas.Nam Saul interrogauit de euentu futuri belli,& à muliere habente ſpiritum pythonicum reſponſum fuit illud quod poſtmodum accidit, vt patet.1.Reg. 18.Videntur ergo diuinationes veritatem continere:quòd abſit. Nam dæmones quandoque vera prædicunt. Sed ſubtiliſsimus ille mendax ideo vera quandoque profert , vt ſuis mendacijs aggreget fautores: nam mentitus ſi ſemper fuiſſet,quis ei crederet ? nullus nimirum: ergo ſi diuinatores quandoque verum dixiſſe legamus,hoc tamen in ſe non habet ars magica aliqua,ſed diabolica aſtutia vera quandoque propinat,vt ad ſuperſtitioſam credulitatem homines alliciat:vnde Sanctus Auguſtinus libro de doct.Chriſt. concludit,quòd omnes tales artes ordinantur ad malum finem , vt puta ad deceptionem , & idololatriæ ſpeciem.

Sed quid dicemus de Ioſeph,qui augurari ſolebat de cypho,qui poſitus fuit in ſacco Beniamin, vt patet Geneſ.44.videtur ergo,quod augurari non ſit illicitum.Hic dicimus,quòd Ioſeph tãtummodo ſe diuinatorem fingebat, vt ſuis fratribus terrorem induceret:omnes enim ſuos fratres cognoſcebat,& tamẽ per augurium ipſos ſe non cognoſcere ſimulabat.

Rurſus

Digitized by Google

Rurſus quid dicemus, quoniam in auibus auguria quędam fieri creduntur? vnde Hierc. 8. dicitur, quod miluus in cælo cognouit tempus ſuum. Refert etiam Eutropius, quomodo Romulus à vulturibus ſuum. futurũ imperium didicit, & Carolus magnus hoc idem auium vociferatu accepit. His verò non obſtantibus, auguria vana ſunt. Auium tamẽ naturæ multæ ſunt, & temporum varietatem quandoque deſignant, nec diuinatio eſt, temporis qualitatem ab auibus accipere. Quinimo vera philoſophia eſt: Sed ſuperſtitioni fidem adhibere, vanitas, & ſuperſtitio eſt. Iuſſu tamen diuino, aut fortaſsis diabolico iuuamine multa mirãda cũ auibus fieri potuerunt. Nulla eſt tamen augurijs adhibenda fides: niſi quantum ex rerum naturis temporis communes paſsiones accipi poſſunt. Et hoc eſt, quod credimus, Hieremiam de miluo dicere voluiſſe.

Rurſus quid dicemus, quod narrat Ioſephus 9. lib. Captiuitatis Iudaicæ, qualiter in deſtructione ciuitatis Hieruſalem quidam exorciſta Iudæorum mediantibus herbis quibuſdam, & aliquibus characteribus quendam dæmoniacum à dæmone liberauit: & hoc factum fuiſſe corã Tito & Veſpaſiano refert? Poteſtas etiam hoc faciendi, erat exorciſtarum Iudæorum, prout affirmabat: & in ſignum expulſionis dæmonis ponebant peluim aqua plenum, & dæmon exiens ſubuertebat: eius autem ſubuerſio dæmonis exitum deſignabat. Albertus etiam de mirabilibus multa mirabilia refert facta in partibus Germaniæ mediantibus characteribus impreſsis in lapidibus precioſis. Ex quibus narrationibus videtur ſors merito poſſe poni in his, quæ per diuinationem fiunt. Nihilominus tamen oportet, vt dicamus, nullam in iſtis virtutem exiſtere: negare tamen non poſſumus, mirabilia quã plurima mediantibus herbis, & lapidibus, facta fuiſſe. Talium autem virtus non magica, ſed naturalis eſt. De characteribus autem dicemus, nullam virtutem ipſos habuiſſe: ſed omnia, quæ facta ſunt, aut ex virtute officij, aut ex fraude dæmonis peracta fuiſſe, credere libet. Virtus autem officij hæc potuit eſſe: quia exorciſtæ etiam veteris legis ſub vocationis & dignitatis ratione quædam agere potuerunt: & ſicut de noſtris exorciſtis dicimus: ſic fortaſsis ſuper dęmones aliquam, & forſitan magnam poteſtatem habuerunt.

Cæterum quid dicemus de arte notoria, quæ artem magicam ſentire videtur. Plures enim ipſam aſſerunt validam, veracem, & efficacem. Huius autem artis libellos duos vidi mihi ab alijs exhibitos: quorũ vnus incipit: ego ſum alpha & ω. cuius compoſitor Ptolemæus creditur. Alius verò incipit. Aue gratia plena: cuius inuentor Ioãnes monachus Carnotenſis refertur, quorum librorum volumina prima facie grata apparebant, & diuinationibus quam plurimum fauere videbantur: pluribúſque teſtimonijs prædictorum compoſitorum vterq; ſuum intantum aſtruebat. Quid ergo dicemus, nunquid arti notoriæ prębebimus fauorem, etiam diuinationes aſpernando? Hoc nequaquam: quia magicis artibus atque diuinationibus ars notoria valde & nimis vicina eſt. Sed reſtat, vt ſatisfaciamus prædictis teſtimonijs. Ipſis autem ſatisfacere, facilè eſt: ſibi enim mutuo contradicentes, ſeipſos interimunt. Nam Ioannes monachus Carn. artem Ptolemæi repudiat, & omnino calumniari nititur. eo quod verba quædam occulta in arte Ptolemæi inſeruntur quibus vt affirmat diaboli inuocantur. Sed mirum vt ipſe Ioannes hoc dicere non vereatur, cum ſuæ artis fabuloſum compendium eundem continere defectum inueniatur, verbis quoque extraneis, & occultis, vt eis potius decipere quam inſtruere videatur: & ſcietiarum infuſionem ſub tali forma depoſcit vt narrare non niſi deluſio ſit. Huius ergo artis compoſitores ſibi contradicũt, & hoc ideo eſt: quia ex regno diaboli ſunt. Omne autem regnum in ſe diuiſum, deſolabitur. Nunquid etiam ſcientia Dei donũ non eſt, dicẽte Apoſtolo 1. Cor. 12. Hæc inquit omnia operatur vnus atque idem ſpiritus, ſcilicet ſanctus, diuidens ſingulis pro vt vult? Stultum eſt ergo arbitrari, ſcientiam acquiri poſſe, diuino cultu deſerto. Nam S. Auguſtinus x. de ciuit. Dei allegat Porphyrium fatentem & dicentem, quod ab operationibus dæmonum non conſurgit purgatio animæ, nec idoneitas intellectus: nam ſoli Deo conuenit, ſcientias infundere. Sic enim legimus Salomoni ſapientiam à domino infuſam fuiſſe, vt dicitur 3. Regun. 11. & 2. paral. 1. Similiter etiam fuit infuſa in Sãctis Apoſtolis. vnde Lucæ 21. ego inquit dabo vobis os & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere aduerſarij veſtri.

Adhuc reſtat, vt dicamus, cur dæmones non poſsint ſcientias infundere, cum poſsint corpora tranſmutare, vt inquit diuus Auguſtinus lib. 1. de Trin. Hic dicimus, dæmones multa reuelare poſſe, Deo permittente, quantum tamẽ in eis eſt, ſemper decipere petunt. Ab ipſis ergo, ſi aliquod bonum procedat, nõ ipſorum, ſed Dei donum eſt. Quis ergo tam amens, vt Deo ſpreto, pro ſcientijs Diabolum imploret? Omnia etenim Dei ſunt. Vnde S. Auguſt. 21. de ciuit. alliciuntur inquit dæmones per creaturas, quas non ipſi, ſed Deus condidit. Si ergo Deus condidit omnia, quis alium inuocabit?

Fortaſsis dices, quòd ars notoria Diabolum inuocare non præcipit: ſed potius ieiunijs & orationibus vacare iubet. Hæc autem nunquid honeſta, & bona non ſunt? Dicimus, quoniam ieiunare & orare quantum ex ſe, bona opera ſunt, dummodo finem bonum prætendant: ſed finis ille non eſt bonus: quando quis ſuis operibus ſortem adhibet: credens cæremonias huius virtutis exiſtere, vt ſcientias in momento præbeant. Non ſufficit ergo, vt bona opera videantur: ſed & neceſſe eſt, vt bono innitantur fini. Vnde S. Auguſt. lib. 1. de doctrina Chriſtiana: cæremonias magicas malas aſſerit, quantumcunque bonæ videantur: quia malo inninuntur fini. Eamdem ſententiam tangit Chryſoſt. ſuper Matthæum.

Adhuc reſtat, vt de ſomnijs inquiramus, an ſcilicet reuelationem aliquam innuere videantur. Plures enim dicunt, omne ſomnium aliquid deſignare futurum vel venturum. Et ad hoc roborandum quædam poſſunt allegari. Nam Gedeon, qui poſitus eſt in numero ſanctorum, vt patet Hebræorum 11. credidit interpretationi ſomniorum, vt patet Iudicum 7. Ioſeph quoque interpretatus fuit ſomnium Pharaonis, vt habetur Geneſ. 40. Et Daniel interpretatus fuit ſomnium regis Babyloniæ: vt apparet Danielis 2. & 3. Auerrois etiam ſuper libro de ſomno & vigilia dicit, ſomnia eſſe ab angelis. Nunquid igitur ſomnia quædam non ſunt futurorum ſigna, & ferè quædam præſagia? Ex prædictis ſic apparet: ſed obſtat illud Deut.



Digitized by Google

23.non inuenietur in te,qui obſeruet ſomnia.Et Cato ait,Somnia ne cures.Huius autem controuerſiæ enodatio talis eſt.Dicimus enim,quòd ſomnia quandoque ſunt ſigna futurorum,eo quod quandoque cauſantur iuxta diſpoſitiones corporis, vel temporis. Vnde Albertus Magnus ſuper libr.de ſomno & vigilia narrat,qualiter quidam ſomniauit ſemel, quòd pix nigra fundebatur ſuper pectus ſuum, & in craſtinum choleram nigram emiſit:quamobrem idem Albertus cum Ariſtotele concludit,quod medicis prodeſt,de ſomnijs interrogare:quia quandoque ſunt ſigna qualitatis corporis.hoc autem modo ſomnia interpretari non ſuperſtitioſum,ſed rationabile eſt. Alio verò modo contingit interpretari ſomnia ſecundum diuinam reuelationem, iuxta illud Numeri 12.Si quis fuerit inter vos propheta domini: apparebo ei, vel per ſomnia loquar ad illum.Hoc enim modo ſomnia interpretari,magnum & laudabile eſt:ſed non omnibus conceſſum. Hoc autem modo Ioſeph & Daniel,vt piè creditur,ſomnia interpretati fuerunt. Si quis autẽ ſomnia interpretetur ſecundum voluntariam cõiecturam, aut ſuperſtitioſam adhæſionem ſeu dæmonis ſuggeſtionem:talis interpretatio friuola & vana eſt:& à religione chriſtiana recedit.His rationibus concludamus ſomnia,diuinationes,artéſque magicas nullius exiſtere vtilitatis:quamobrem meritò reprobãtur in decreto 26.quæſtio.2.& 5.& Deuter.18.dicitur,non ſit qui pythones conſulat,neq; diuinos.Ex quibus omnibus concluditur prædictum problema,ſiue prouerbium.Sed ad rem noſtram redeamus.

Vibrat etiam Caluinus aduerſus Aſtrologiam quam iudiciariam vocant,alia quædam,ſed obtuſa tela, quæ nec feriunt,& terrent non multum.Nam ipſe huic ſcientiæ contradicit cum exemplis veteris teſtamenti,cùm tanta fames fuiſſet in Syria & in Iudæa Eliæ temporibus, & tam longa præterea ſiccitas. Adducit deinde alia exempla de Moſe,& Abrahamo,de peſte tempore Dauidis,de Solis defectione,quæ ſub mortem Domini noſtri Ieſu Chriſti contigit: & multa alia dixit, quæ facta fuerunt ex diuina prouidentia. Quare ſtultiſsimum eſſet quærere,num ſint ad eam rem affecta ſidera,quippe cũ hoc ſingulare quoddam atque extraordinarium prodigium fuerit.Nam aſtrorum ſignificationes non ſunt prætorum edicta: vt pote,quæ imperio Dei ſubiecta ſunt. Hæc igitur ſupra naturam eſſe neceſſe eſt, ac proinde ſupra vniuerſam Aſtrologiæ ſcientiam.Iam vero,quid eſt abſurdius,quàm ſingulare priuilegium ad legem generalem extendere?Quis iſtam eius impudentiam non videat,atque etiam non derideat,cum eius argumenta non concludant aduerſus bonos Aſtrologos?Non eſt opus vllo acumine ingenij ad hanc tantam refellẽdam inſipientiam: poſtquam eius fundamenta non ſunt firma, ſed tanquam venenum in ſerpentis cauda delitеſcit,& ſimulat non cognoſcere,quòd corpora humana ſtellarum ac ſiderum imperio ſubiiciuntur. Dubium nemini eſt,quin cognitio illius certi,& conſtantis curſus orbium cæleſtium, præterea vis eorũ & facultas,ac ſi quid eſt eiuſmodi,non ſolum magnam afferat hominibus vtilitatem, verum etiam exſuſcitet animas,ad auguſtè magnificeq; de Deo ſentiendum: eúmque ob admirabilem ſapientiam,quę in eo genere apparet,honore omni proſequendum.Vnde Dauid dixit,Cæli enarrant gloriam Dei,& opera manuum eius annunciat firmamentum. Dies diei eructat verbum,& nox nocti indicat ſcientiam:Et Moyſes dixit,Fecit Deus luminaria & ſtellas,vt ſint in ſigna,noctes,dies, menſes,& annos: ſcilicet vt demõſtrẽt nobis tempus ſerendi,ſanguinis detrahendi,medicinam adhibendi,abſcindendi ligna: & ſimilia, quæ, ne ſim longus,ſi omnia perſequar exempla,quæ commemorari poſsint,ex doctrina Philonis Iudæi finem imponam:quoniam ex eorum euentis veritas apparet:& iniquum eſt pronuntiare,priuſquàm cauſa cognoſcatur.At illi vituperant hanc doctrinam,qui ſimpliciter eam ignorant.Quare eorum ſcripta & dicta merito deridentur.Non enim quærimus,an arioli,& augures caſu aliquo,& fortuna, vera interdum prædixerint:verum nos id vnum contendimus:ſcilicet an hæc ſcientia ſit legitima ac probanda,& an damnent has prædictiones ſacræ literæ.Quis ergo negare poteſt,ſi certi ſunt cæli motus,& actiones definitæ, non etiam effici aliquid ab ijs certi? Vt etiam ſi hominibus accidere videantur, tamen ſapiens euenire illa,& quaſi ſcienter fieri intelliget.Quis non videt ad Lunæ conſtitutionem repleri,exinaniri,ægrotare, confirmari animantium corpora?Nam quàm honeſta,quámque digna ſit bono viro ſideralis ſcientiæ cognitio, abundè teſtatur Ouidius dum ait:

*Felices animæ, quibus hæc cognoſcere primum,*
*Inque domos ſuperas ſcandere cura fuit.*
*Non Venus,& vinum ſublimia pectora fregit,*
*Officiúmue fori,militiæúe labor.*

Quod etiam ſentit Virgilius lib.2.Georg.

*Felix,qui potuit rerum cognoſcere cauſas,*
*Atque metus omneis,& inexorabile Fatum*
*Subiecit pedibus.*

Sanctus itaque Hieronymus ad Paulinum ſcribens,adfirmat Medicorum,Aſtronomorum,Aſtrologorúmque ſcientiam mortalibus vel vtiliſsimam eſſe. Nónne etiam diuus Dionyſius Areopagita philoſophus,magnus Aſtronomiæ cultor fuiſſe perhibetur?qui Heliopoli percipiens in die paſsionis dominicę, ſolis deliquium in plenilunio contigiſſe,nec huius cauſſam inueniens,illud non eſſe naturale,ſed miraculoſum naturæ contrarium ſanè diiudicauit,ac viſo portento,territus continuò exclamauit:Aut Deus naturæ patitur,aut tota mundi machina diſſoluitur.Sed iam videamus,quomodo naturales ſtellarum conuerſiones nobis futura præſignificent,vt de cæteris taceamus, Chriſtus virginis filius pientiſsimus à quo ſalus & vita reſurgit,eandem ſcientiam comprobauit,& ex elementorum ordine,atque conſtantia poſſe & ſerenos & pluuiæ dies prænoſci,& quodammodo augurari futura poſſe,videtur teſtari Luc.12.In cælo aliud hyemis,aliud ſereni temporis ſignum eſt.Ad idem Matth.cap.16.Cùm acceſsiſſent ad Chriſtum Phariſæi & Saducæi tentantes rogauerunt eum,vt ſignum de cælo oſtenderet eis.At ille reſpõdens ait, Facto veſpere dicitis,Serenum erit,rubicundum eſt enim cælum.Et mane,Hodie tempeſtas,rutilat enim triſte

cælum.

cælum. Etiam, & ipſe Dominus cùm dixit Apoſtolis, Eamus in Iudæam iterum, & ipſi dixerunt, Nũc quę-
*Ioan. 11.* rebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc. Qui reſpondens dixit, Nonne duodecim horæ ſunt diei?
Quod S. Thomas in opuſculis cum autoritate Chryſoſtomi ita dicit, Nonne duodecim horæ ſunt diei?
quaſi dicat Dominus, Vos dubitatis aſcendere in Iudæam, quia nuper Iudæi voluerunt me lapidare. Sed
dies habet duodecim horas, & quod contingit in vna hora, non contingit in alia. Vnde licet tunc voluiſ
ſent me lapidare, in alia hora hoc nolent. Eccle. 3. Omnia tempus habent. Hæc ille. Aut quis tandem neſcit
ab hac aſtrorum ſcientia plures in Dei primùm cognitionem perueniſſe, cùm palàm ſit (vt vetuſtiora exẽ-
pla reticeamus) Magos, hoc eſt Chaldæorum ſacerdotes, ſapientéſque viros olim ad Deum, ipſum natum
adorandum, admonente ſtella, Bethlehem vſque perueniſſe? Hoc autem ex Aſtronomiæ ſcientia, non au-
tem ex diuinatrice Aſtrologia cognouerunt: quamuis Aſtrologi fuerint. Stellam enim ipſius inquiunt, in
Oriente vidimus. Et hoc habuerunt ex Prophetia Barlaam, quæ habetur Num. 24.

*Aſtrologiã artem, eſſe aſſeritur.* Eſt igitur Aſtrologia vna ex ſeptem artibus liberalibus, & eſt ſcientia vera, non prohibita, vt ſcribit
Abbas Panormi. in cap. ex timore. de ſorti. & dicere, quod corpora cæleſtia, & ſtellæ (ſublata neceſsitate)
non cogunt hominem, ſed inclinant interdum ad vitia, & interdum ad virtutem, non eſt malè dictum.
Et ſic de infirmitatibus & valetudinibus & morte & aliis iudicium facere, non eſt peccatum, & permitti-
tur bonis Aſtrologis: vt Caietanus aſſerit in ſua ſumma, & ſanctus Thomas in pluribus locis: qui etiam
*1. q. 115. articu. 4. ad 5.* dicit in lib. 3. contra gentes cap. 91. Quæ verò ad corporalia pertinent, ſiue exteriora ſint, ſiue interiora, in
vſum hominis venientia, à Deo mediantibus Angelis, & corporibus cæleſtibus diſpenſantur. Et capit. 82.
concludit quòd corpora cæleſtia cauſa ſunt omnis alterationis, & omnis motus in hoc infimo mundo. Et
Scotus in 2. Sent. diſt. 14. quæſt. 3. dicit, Stellas actionem atque dominium habere in elementis, in mixtis,
in animatis, & inanimatis, & inſenſitiuis, &c.

De iudicijs Aſtrorum, ſanctus Thomas ad fratrem Reginaldum ordinis prædicatorum, opuſc. 26. ita
ſcripſit.

Quia petiſti, vt tibi ſcriberem: an liceret iudicijs Aſtrorum vti: petitioni tuæ ſatisfacere volens, ea, quę
à ſacris doctoribus ſuper hoc traduntur ſcribere curaui. In primis ergo oportet te ſcire: quòd virtus cæ-
leſtium corporum ad immutanda corpora inferiora ſe extendit. Dicit enim Auguſtinus 5. de Ciuitate
Dei. Non vſquequaque abſurdè dici poteſt, ad ſolas corporum differentias afflatus ſydereos peruenire.
Et ideo ſi aliquis iudicijs aſtrorum vtatur ad prænoſcendum corporales effectus, puta tempeſtatem & ſe
renitatem aeris, ſanitatem vel infirmitatem corporis, vel vbertatem & ſterilitatem frugum, & ſimilia, quę
ex corporalibus & naturalibus cauſis dependent, nullũ videtur eſſe peccatum. Nam omnes homines cir-
ca tales effectus aliqua obſeruatione vtuntur corporum cæleſtium: ſicut agricolæ ſeminant & metũt cer-
to tempore, quod obſeruatur ſecundum motum Solis. Nautæ nauigationem vitant in plenilunio, vel etiã
in Lunæ defectu. Medici circa ægritudines criticos dies obſeruant, qui determinantur ſecũdum curſum
Solis & Lunæ. Vnde non eſt inconueniens ſecundum aliquas alias occultiores ſtellarum obſeruationes
circa corporales effectus vti Aſtrorum iudicio.

Hoc autem omnino tenere oportet: quòd voluntas hominis non eſt ſubiecta neceſsitati Aſtrorum. A-
lioquin periret liberum arbitrium: quo ſublato, non deputarentur homini, neque bona opera ad meritũ,
neque mala ad culpam. Et ideo certiſsimè tenẽdum eſt cuilibet Chriſtiano: quòd ea, quæ ex voluntate ho
minis dependent, qualia ſunt omnia humana opera, non ex neceſsitate Aſtris ſubduntur. Et ideo dicitur
Hierem. 10. A ſignis cæli nolite metuere, quæ gentes timent, Hæc ille.

Item: Sanctus Doctor opuſc. 28. art. 4. non damnat ea iudicia aſtrologica, quæ neceſsitatem rebus non
imponunt; imo ea comprobare videtur ex reſponſione ad illud argumentum, quod ipſe facit. Ait enim,
& ſunt verba ſancti Doctoris. Luminaribus exiſtentibus in capite Algol, id eſt, Gorgonis, ſi ea Mars aſpe
*Arg.* ctu inimicitiæ radiauerit: natus, vt dicit Ptolemæus ſententia 73. ſuorum dictorum, truncabitur manibus
& pedibus, & truncus ſuſpendetur in cruce. Hæc ille: ſanct. Doctor reſpondet huic argumento, dicens, Ad
*Ad arg.* illud quod obijcitur de Capite Gorgonis, dicendum quòd illæ ſtellæ funereæ ſunt: & monſtruoſam indi-
cant vitæ terminationem: propter quod ipſe etiam Perſeus caput auerſo vultu abſciſſum tenet: ſed hoc,
ſicut diximus, non imponit rebus neceſsitatem: ſed facilem & mutabilem inclinationem habet. Hæc ille.
*Intẽtio Autoris quæ.* Sic & ego dico, illas conſtellationes, quas poſui in hoc ſpeculi libro, neceſsitatem rebus non imponere:
ſed facilem & mutabilem inclinationem habere. Verum & ſi poſui multas hominum obſeruationes, quæ
aduenerunt, ſicut & ipſæ conſtellationes monſtrauerunt. Ad hoc reſpondemus ſicut reſpondet S. Thom.
opuſc. 25. cap. 4. dicens. Ptolemæus dicit in Centiloquio, quod ſapiens homo dominatur aſtris, id eſt incli
nationi, quæ ex aſtrorum diſpoſitione relinquitur. Stulti verò omnino ſecundum eam aguntur: quaſi ra-
tione non vtentes: in quo parum diſcordant à beſtijs: ſecundum illud pſalmi. Homo cum in honore eſſet,
non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus: & ſimilis factus eſt illis. Et quia ſtultorum ſecundũ
Salomonem infinitus eſt numerus: in paucis autem perfectè ratio dominatur: in pluribus hominum incli
nationes cæleſtium corporum ſortiuntur effectum. Et propter hoc quandoque Aſtrologi ex inſpectione
ſtellarum vera prænunciant præcipuè circa communes euentus: quãuis in particularibus frequenter de-
ficiant: propter rationem, quæ corporibus cæleſtibus non eſt ſubiecta: Hæc ille.

*Obiectio.* Si ex dictis aliquis nunc diceret, Si ſtellæ haberent dominium in animatis, ſequeretur, quòd in homi-
ne liberum arbitrium poſſet perire: quia genium nihil aliud eſſet niſi genitura; quod ſi bonum habent ge-
nituram homines, bonos habent genios: ſi verò malam, malos, quod eſt contra Ariſtotelẽ: quoniam quòd
*Genius cuiuſque quid ſit.* Brutus infelicem habuerit exitum, fuit ex ſua genitura mala: quòd verò Auguſtus felicem habuerit exi-
tum, fuit ex ortu ſuo bono. Quare neque Brutus vituperandus, neque Auguſtus laudandus eſt, & genus
demonſtratiuum apud Rhetores periret; quod eſt manifeſta fatuitas.

Amplius

Digitized by Google

Amplius,non eſt exiſtimandum,ab ipſis optimis intelligentiis, & optimis corporibus cæleſtibus poſſe maleficia prouenire: quandoquidem à bono,niſi bona procedant: & Auerrois 10. Metaphyſices cõment. 19.manifeſtè damnat Aſtrologos talia aſſerentes: eſſetq; duos deos introducere,quorum vnus eſſet cauſa boni,& alter cauſa mali, qui fuit error Fauſti,deſtructus per diuum Auguſtinum, in libro peculiari, & etiam damnatus à Commentatore 12.Metaphyſices,comment.51.Quare &c.

*A bono … na proce… re.*

*Reſponſio …*

*Malũ q…*

Ad iſtam dubitationem,in qua dicebatur, ꝙ ſi genios nõ ponimus alios eſſe quã genituras,tunc periit liberum arbitrium, & reliqua quæ ibi adducta ſunt:dicendum eſt,ꝙ malum, vt patet etiam per Dionyſiũ in libro de diuinis nominibus,nihil aliud eſt quam defectus. Defectus autem vel prouenit ex noſtra voluntate,& hoc malum culpæ ſolet appellari:vel prouenit non ex noſtra volũtate,ſed ex natura,quod fortaſsis malum pœnæ,vel malum naturæ dici poteſt.Loquendo de ſecundo modo,& hoc dupliciter cõtingit.Quoniam vel eſt defectus in latitudine entis, & non propria & determinata natura:vel eſt in propria & determinata natura.Exemplum primi,Quodlibet,citra primum quod eſt Deus,eſt defectuoſum in latitudine entis:quãdo nihil eſt,quod ſit tota & completa entis latitudo, niſi Deus ipſe,& ſic vnumquodque ens,citra Deum,dici poteſt quoquo modo malum in natura,quoniã defectuoſum in natura entis.Exẽplũ ſecundi.Sicut homo claudus,vel cæcus,nõ ſolũ dicitur defectuoſus,quia non habet completam entis latitudinem,verum etiam quia non habet requiſita ad perfectionẽ humanæ ſpeciei:Et tunc dico,ꝙ negare Deũ,intelligentias,& corpora cæleſtia, eſſe cauſſam malorũ iuxta hunc modũ ſecundum accipiendi malum,eſt deſtruere pulchritudinẽ & ordinẽ totius vniuerſi: vniuerſi enim pulchritudo cõſiſtit in diuerſitate,neq; eſſet vniuerſum,niſi ex tot diuerſis eſſet compoſitum,veluti homo non eſſet perfectus homo, niſi omnia membra,quæ ſunt tam diuerſa,haberet:ſi enim in homine tantum eſſet cor,vel oculus,nõ eſſet homo,veluti notũ eſt.vnde apparet,cõcedere Deũ,eſſe cauſam omniũ entiũ,ſic à Deo deficiẽtiũ,ſiue ſint talia entia viſibilia ſiue inuiſibilia:& horũ viſibiliũ ſublunariũ pro tãta diuerſitate,cõcurrere corpora cæleſtia,vnde corpora cæleſtia ſecundũ diuerſas partes ſuas & diuerſos aſpectus cauſant diuerſitatem in mundo inferiori.vnde aliquibus annis videmus animalia magis proficere,in aliquib.è contra. videmus etiam diuerſas plagas cœli facere pro diuerſis animalib.plãtis,mineris, & ſic de reliquis,quod & apertè cõceditur à diuo Augu.in 5.libr.de ciuit. Dei,& in multis aliis locis. hoc etiã canit Eccleſia,cùm oĩa iſta ſint opera Domini. Sic itaq; loquẽdo de malo & defectu,nihil incõuenit,Deũ eſſe authorẽ defectus & mali modo ſupradicto.Vnde Deus eſt cauſa ſerpentis,qui ſerpẽs, quantũ eſt in ſe, eſt bonus,licet eius venenũ & morſus ſint noxia hominibus & aliis animalib.imò non eſſet bonus ſerpẽs,niſi aliijs eſſet noxius.Vnde Regulũ ſiue Baſiliſcũ ſibilo non interficientẽ animalia,nõ diceremus eſſe de bonis Regulis,q̃a eſſet defectuoſus in ſua ſpecie:cũ autẽ nihil citra Deũ ſit,quod nõ aliqualiter participet de natura perfecti,& etiã à tali natura deficiat:cũq; detur plus & minus,in his cõſueuimus dicere minus deficiẽtia,eſſe bona:plus autẽ deficiẽtia, eſſe mala. Verũtamen dicimus Deum omnium eſſe cauſam,quare,in hymno canitur, ꝙ omnia benedicũt Dominum,& omnia laudant Dominum,incipiendo à prima creatura vſq; ad vltimam creaturam.Nihilominus quamquam omnes conueniant Dominum eſſe cauſam iſtorum malorum & defectuum in latitudine entis,videlicet hominis,leonis,lupi,& ſic de reliquis: tamen non omnes videntur eſſe cõcordes de defectis in ſpecie:vtpote quod homo naſcatur cæcus vel claudus. Philoſophi videntur dicere hæc non eſſe intenta à natura,ſed eſſe peccata naturæ,& quod non habeant cauſam per ſe.S.Auguſt.autem,cui & multi conſentiunt,videtur dicere oppoſitum cap.9.16.libri,& etiã 8.cap.21.libri de ciuit.Dei. Verùm pro nunc nõ ſit diſputatio.Et fortaſsis inter has opiniones poſſet poni concordia:nunc autem ſat ſit,Deum & corpora cæleſtia eſſe cauſas iſtorum defectuum & malorum:neceſſariumq́; eſt hoc confiteri,nullúmq; ſequitur incõmodum:imò dicere oppoſitũ,eſt manifeſtus error,ſaltem de malo ſeu defectu in natura entis. Videtur tamen,ꝙ etiã corpora cæleſtia ſint cauſa defectus in ſpecie,vtpote cæcitatis & claudicationis· cuius rei eſt argumẽto, ꝙ Mathematici multotiens ex inſpectione ſiderum prædicant annos monſtruoſos, & etiã iſta monſtra prænuntiant ventura, quare à monſtrando monſtra appellata ſunt,veluti 8.cap.2.lib. de ciuit.Dei dicit S.Augu.Quare iſta pars tutior videtur. Cauſa etiã finalis taliũ monſtrorum ponitur ab eodẽ D.Auguſt.8.cap.eiuſdem libri:quare,ex iſtorũ ſententia & mea, Deũ & corpora cæleſtia eſſe cauſas affirmandũ eſt.Loquendo autẽ de malo culpæ,quod proueniat à volũtatib.noſtris,adhuc dupliciter hoc intelligi poteſt,vel diſponẽdo & inclinãdo tãtùm, vel cogẽdo ipſam voluntatẽ:& hoc ſecundo modo eſt dupliciter.Quoniã vel remanente intellectu,& diſcurſu non ligatis,ſed ſolutis,vel etiã ligatis:ſi ſecundo modo,dico corpora cæleſtia horũ eſſe per ſe cauſam:verùm tunc non propriè, & verè dicitur eſſe malum culpæ:non enim eſſe poteſt culpa,vbi ratio nõ poteſt habere imperiũ,& miniſtrare:& ſic operantes, operantur veluti beſtiæ,neq; ſunt domini ſuorũ actuum.Si verò ratio eſt ſoluta,ſic dico,neq; Deum,neq; corpora cæleſtia per ſe eſſe cauſam talium defectuũ,quando volũtas,ſtante libera ratione,eſt libera,& à nullo poteſt cogi.Quòd ſi Deus voluntates moueret,ad bonũ moueret,& nõ ad malum:nulla autem creatura cogendo poteſt mouere volũtatẽ,ſi ratio eſt ſoluta.Quare,vt ſic neq; Deus,neq; corpora cæleſtia ſunt, neq; eſſe poſſunt cauſa mali.Si autẽ loquamur quò ad diſpoſitionem, ſic ſine dubio corpora cæleſtia ſunt cauſæ malorum:verum tale malum non eſt malum culpæ,ſed malum naturæ,quod eſt Dei, & intelligentiarum ac corporum cæleſtium.

*Quomod… Deus ſit … ſa mali.*

*Vniuerſi … brit…do*

*Vnde di… tas in mundo.*

*Malum … pa.*

*Diſp… id m… vnde.*

*Obiecti…*

Quod ſi dicatur,Deus igitur,& corpora cæleſtia diſponunt ad malũ culpæ? Quare,videtur allicere homines ad peccãdum. nam ſi iſte eſt diſpoſitus ad venerea ex corporibus cæleſtibus,vel ad furta, licet corpora cæleſtia non cogant,tamen videtur eſſe peccatum ipſorum, in ſic alliciendo:veluti eſt in hominibus, ſi vnus homo alteri ſuadeat furtum, vel aliquod aliud peccatum.

Amplius,quoniam videmus iſtos ita diſpoſitos, ſemper agere ſecundum iſtam diſpoſitionem: imò ſi à Mathematicis reſciuerint aliquid de ſuis euentibus, videmus, dum cupiunt illa fugere, in illa incide-



Digitized by Google

re,vt legentibus multas hiſtorias patet.Quare non tantum videntur diſponi,verum etiam cogi.

Præterea dictum eſt in habentibus rationem ligatam , voluntates cogi, & homines eſſe veluti beſtias. Modò quæ eſt cauſa finalis,quòd corpora cæleſtia ſic ligant mentes hominũ, vt patet in fatuis? hoc enim videtur multum irrationabile,cùm omnes ſint æqualiter homines.

*Reſponſio.*

*Quod vni malum eſt, alteri bonũ.* *Socrati bonum fuiſſe mori.* *Natura ordo.* *Virtus in abſtinentia clareſcit.*

Verum hæc non obſtant:dicitúrque ad primum, quòd diis & corporibus cæleſtibus diſponentibus aliquem hominem ad actum venereum,ratione tamen exiſtente ſoluta,ſiue peccet iſte ſic diſpoſitus,ſiue nõ peccet,eſt bonum:& nihil eſt quòd diis,& corporibus cęleſtibus ſuccenſeamus.Si nanque homo talis peccat,certè eſt malum ipſi,ſed poteſt eſſe bonum alteri.Vt interfectores Socratis peccauerunt, & fuit malũ culpæ ipſis interfectoribus:fuit autem bonum virtutis ipſi Socrati , quoniam maior fuit eius conſtantia, magiſque claruit Socratis virtus.Vnde legitur de Ariſtippo , cùm interrogaretur qualiter mortuus eſſet Socrates,reſpondiſſe,Vtinam mihi taliter mori contingeret. Quare culpa interfectorum Socratis reſultauit in maiorem Socratis virtutem,& ſic vniuerſum perfectius factum eſt. Vnde natura deſpiciens partem,reſpicit totum:& relinquens minus bonũ,maius bonum procurat. Si verò ſic diſpoſitus ad venerea, non peccat,eſt enim in poteſtate eius abſtinere: ſic longè clarior eſt virtus ipſius ſic diſpoſiti in abſtinendo,quàm ſi non fuiſſet diſpoſitus:ſicut etiam dicit Ariſt.in 2.Oeconomiæ de Penelope & Alceſte,quę quoniam multa paſſæ ſunt,ideò magis claruerũt:& niſi talia paſſę fuiſſent,fuiſſent ingloriæ. Non ſentienti ſtimulum venereum,quænam laus eſt ab ipſis venereis abſtinere? virtus enim(vt inquit Apoſtolus) in infirmitate perficitur.Et hæc diffusè à Seneca tractantur in libro de prouidẽtia, & gubernatione mũdi à Deo, & multis Epiſtolis ad Lucilium:quæ omnia referre,nimis prolixum eſſet.Et quod adducebatur , quoniã ſicut homo inducẽs hominẽ ad peccandũ peccat:ſic & corpora cęleſtia diſponendo homines ad peccãdũ, peccarẽt:negatur illatũ.Primo quidẽ quoniã corpora cæleſtia prouidẽt de vniuerſo,homo verò de parte: quare corpora cæleſtia pro maiori bono faciũt minus bonũ aliquãdo , eo modo quo ſupra declarauimus.

*Reſpõſio ad obiectum.*

Secundo & melius,quoniam non par eſt in vtriſq; intentio : corpora enim cæleſtia ſic diſponunt, non vt homo ſequatur diſpoſitionem,ſed vt ſuperet eam,& efficiatur clarior: aſt homo illud facit mala intentione,vt ad peccandum inducat. Quod ſi tentando faceret, & vt virtus efficeretur clarior,nõ eſſet peccatum,imò virtus.Vnde diuus Auguſt.32.c.16.lib.de Ciuit.Dei ſic dicit: Neq; omnis eſt culpanda tentatio: quia & gratulanda eſt qua fit probatio. Et plerunq; humanus animus ſibi ipſi innoteſcere non poteſt, niſi vires ſuas ſibi non verbo,ſed experimento,tentatione quodammodo interrogante,reſpondeat.vbi ſi Dei munus agnouerit,tunc pius eſt,tunc ſolidatur firmitate gratiæ,nõ inflatur in nouitate iactãtiæ.Hæc ille.

*Tẽtatio qua bona.*

Quod autem ſecundò adducebatur,quoniam ſic diſpoſitus videatur de neceſsitate operari, ad hoc dicitur,ſtante ratione ſoluta,iſtud eſſe impoſsibile: vt in pluribus tamen ita contingit: quoniam ſicut vna virtus ad alias virtutes diſponit,cum ſint connexæ,ita vnum peccatũ diſponit ad aliud , & fit habitus,qui eſt de difficilè remouibilibus.Quare,iſti non euitantes ſuas diſpoſitiones habitas à corporibus cęleſtibus ex multis peccatis quæ fecerunt, incurrunt in fatum ſibi prænuntiatum ex ſiderum cognitione. Vnde & Saluſtius in Catilinario dicit,Catilinam incidiſſe in deſiderium euertendi patriam,quoniam filium ſuum interemerat veneno,captus amore Oreſtillæ,quæ filium timebat. Quòd autem cæli diſpoſitiones non neceſsitent,patet ex relatis ab Alberto in primo de Animalibus,in tractatu de Phyſiognomia,& ibi lege.Plutarchus quoq; in vita Niciæ & Craſsi in capite,vbi eos inuicem comparat,ſic inquit: Cùm nullum diuinationis ſignum Nicias aliquando neglexerit,hic autẽ omnia penitus deorũ portenta cõtempſerit,vtriuſq; idem ferme exitus fuit.Difficilis ſanè res ad iudicandum,&c.Ex quo patet:Aſtra inclinare & non cogere. Auguſtus quoq; multa pericula euaſit præuidens fatum:idémq; refert Valerius Maximus in primo libro. Id voluit Ptolemæus cùm dixit,Sapiens dominabitur aſtris. Imò vana eſſent vaticinia, & iudicia,niſi obſtare poſſemus.

*Diſpoſitus nõ de neceſſitate malę operatur, ſed vt in pluribus.* *Habitus ad malum, vnde.* *Cæli diſpoſitiones nõ neceſſitant.*

Quod etiam tertiò adducebatur , quoniam cœli peccare videntur in generando hominem fatuũ , &c. Reſponderi poteſt,quoniam hoc eſt ex perfectione vniuerſi, ſicut camera picta ex diuerſis animalibus eſt pulchrior,& delectabilior ea,in qua tantũ eſſet vna figura , vt in libro de mundo dicitur: poſſunt & fatui habere alias vtilitates:ſunt enim pro ſapientibus,vel eos oblectando vel ſeruiendo , vel quoniam ex hoc ſpeculantur de varietate naturę,vel aliquo huiuſmodi.D.etiam Auguſt.in 16.de Ciuit.Dei abundè ad hæc ſatisfacit,vbi ponit cauſas diuerſitatis figurarum humanarum & monſtrorum:quare ibi legas.

*Fatui cur generentur.*

His habitis,patet reſponſio ad omnia,quæ ibi inducta ſunt.Nam ſtantibus illis diſpoſitionibus,factis à cœlis,& ſtante ſoluta ratione,non perit liberum arbitrium,imò magis perfici poteſt.Vnde Brutus potuit euadere tam infelicem exitum:& Auguſtus potuit eſſe infelix.Cauſa autem,ꝙ in pluribus hoc contingat, præter aſsignatã ſuperius,ſ.propter peccata præcedentia,eſt,quoniam homo conſtat intellectu, & ſenſu: ſed ferè ſinit ſe gubernari à ſenſu,& relinquit intellectum:Atqui ſenſus per ſe ſubijcitur corporib.cæleſtibus:& hanc cauſam aſsignat S.Thomas in libello de ſortibus.Pauci enim ſequuntur intellectum,ſed plurimi ſenſum.Quare,vt in pluribus ſequuntur diſpoſitiones cæleſtes,veluti beſtiæ faciunt. Neq; ſequitur apud Rhetores genus demonſtratiuum perire:nam laudamur & vituperamur ſecundum actus prouenientes à libero arbitrio,qui per diſpoſitiones cæleſtes non auferuntur. Quomodo etiam mala ab intelligentiis & corporib.cæleſtib.veniát, iã dictũ eſt:quoniã non incõuenit exiſtere mala naturæ, imò eſt neceſſariũ: mala autẽ culpæ eſt impoſsibile ab eis procedere. Cũq; vlterius adducebatur Auerrois arguẽs Aſtrologos,dicitur,Si Auerrois dãnat Aſtrologos ſecũdũ intellectũ datũ,ipſe damnãdus eſt.neq; ea apud me eſt viri authoritas,vt renui nõ poſsit.imò ipſi Aſtrologi rectè dicũt, & cõſona ſenſui ac rõni:& ipſe Auer. peſſimè dicit,cõtradicitq; ſenſui,& rõni.Si verò credidit Aſtrologos ſentire corpora cęleſtia cogere hoĩes ad peccatũ culpæ,eos nõ intellexit.Quare,& quidã recẽtior multis verbis ornatis inſectãs Aſtrologos eodẽ peccato laborat,quo & Auerr.aut enim Aſtrologos nõ intelligit,aut ſi intelligit grauiter errat:& certè in illis

*Cur plures peccent.* *Auerrois cõtra Aſtrologos taxatur.* *Contra Picum Mirãd.*

Digitized by Google

illis eius libris non video niſi arrogantiam & petulantiam, & præter verborum ornatum nihil boni contineri:quanquam aliqui referant ſententiam non eſſe eius, ſed tantum ornatum appoſuiſſe. Vlteriúſque dicitur,non oportere duos eſſe Deos,vnum boni,& alterum mali,vt inferebatur. Nam omne bonũ & malum naturæ eſt à Deo:malum autem culpæ eſt ex noſtris voluntatibus.Quod malũ,vt D.Auguſtin.& Dionyſius demonſtrant,non habet efficientem,ſed deficientem cauſſam.

Dico igitur,quòd cælorum effectus impediri poſſunt.Nã experientia cernimus,agriculturæ arte nonnulla naturaliter producenda adeo variari,vt ea quæ cælorum curſu illis euenirent,minimè contingant, inſerendo,ſeminando,plantando,abſcindendo: circa elementa quoque ſimilem alterationem patet euenire:circa pecora etiam interficiendo,marem cum fœmina iungendo , teſticulum dextrum vel ſiniſtrum abſcindendo,vt maſculi vel fœminæ generentur:quæ omnia ſi ſolo cœlorum influxui relinquantur, profecto exitus diuerſos conſequuntur:mutantur autem ab ea cauſa,quæ cœlis non ſubditur,à qua & fortuna,& ars,& conſilium ſequuntur,duóque reſultant principia,natura ſcilicet,& propoſitum.

Autoritates innumeræ adduci poſſunt,non modo Theologorum, ac Philoſophorum , neceſſarium & contingens ponentium,moralium quoque virtutes & vicia & cætera prædicta: verum etiam Aſtrologorum.Ptolemæus enim hæc inferiora cœlis non ineuitabiliter affirmat euenire:ſicut quæ diuina voluntate:in libro Centiloquij Aph.5.ait, Poteſt huius ſcientiæ profeſſor multos effectus ſtellarum euertere &c. Idem Aph.8.Animus ſapiens cæleſti poteſtati cooperatur,ſicut optimus agricola mundando,&c.

Ratio etiam idem oſtendit:nulli enim dubium eſſe poteſt,cœlos à libera cauſa,ſibi non ſubiecta, impediri poſſe:ſicut iam ſupra dictum eſt.Vnde ex his dictis concludimus eos verè eſſe Chriſtianos,qui tali Aſtrologiæ operam nauant. Quod ego veriſsimum eſſe,& animo & verbis confirmo: pium profecto arbitrans,Aſtrologiam,& eius penetralia noſſe:modò quis vt Chriſtianus quæ dantur accipiat , nõ peruertat, non abutatur:vt in opere hoc me oſtendiſſe,pro voluminis breuitate crediderim. Si ergo nõ adduximus ſingula,quæ ad pręſens negotium fuerant neceſſaria,veniam à legentibus humilime petimus:rogantes vt pro ſua benignitate nos in cunctis habeant excuſatos.Et ideo ex tota mente,totali corde,ac ex omnibus animæ viribus rogamus,exoramus,& deprecamur Aſtrologos omnes,& maiores pręcipuè,vt ſi quid hoc in opere malè intellectum,vel fuiſſe à nobis interpretatum ad aliquod impertinens , de dictis autorũ adductum inuenerint,id pro ſua corrigant humanitate. Si vero aliquid boni & vtilis hoc in opere inuenerint,volumus,&(ſi dicere licet)mandamus , vt id nobis minimè aſcribant , ſed totum creatori omnium attribuant:quoniam vt ſanctus Iacobus inquit in ſua epiſtola cap.1.Omne datum optimum, & omne donum perfectum,de ſurſum eſt,deſcendens à patre luminum. Quod etiam voluit Auicenna,in libro de viribus cordis cap.2.dicens,Quæcunque perfectio,& omne bonum non niſi à prima veritate ſunt,quæ omnium bonorum prima eſt vniformis manatio. Et Auenzoar in ſui Theiſir libro , & tract.3.inquit , Omnis res procedit ab illo,qui eſt ſummæ & vltimæ ſcientiæ,ſcilicet à Deo viuo,& vero,& benedicto: cui ſit honor,& gloria per infinita ſecula. Amen.



Digitized by Google

Digitized by Google

# FRANCISCI IVNCTINI
## FLORENTINI SAC. THEO. DOCTORIS
## ISAGOGE IN IVDICIA, QVÆ EX Aſtrorum obſeruatione fieri poſſunt.

### *De qualitatibus & naturis planetarum.*

*CAP. I.*

DICIT Ptolemæus in primo quadripartiti ca.5. quòd planetæ boni, ſiue fortunæ ſunt Iupiter, Venus, & Luna. Planetæ maliuoli, ſiue infortunę ſunt Saturnus, & Mars. Mediocres verò ſunt Sol & Mercurius.

Alij autem Aſtronomi, ſicut Ptolemæus rex Aegypti in libro ſuo, quem ſcripſit ad Ariſtotelem in principio: & alij Aſtronomi quamplures ponunt, quòd Iupiter & Venus ſunt fortunæ: & Saturnus & Mars ſunt infortunæ: & quod Sol, Mercurius & Luna ſunt mediocres, Vnde verſus.

*Iupiter atque Venus boni ſunt, Mars Sát. que malignus.*
*Sol, & Mercurius cum Luna ſunt mediocres.*

Sed Albumaſar 4. maioris introductorij differentia.2. & Alchabitius differentia.3. inde pandunt virtutes dicentes, quòd Iupiter & Venus ſunt fortunæ & beniuoli: & Sol per aſpectum amicabilem, (vt dicit Albumaſar) eſt trinus & ſextilis, & per aſpectum quartum, cuiuſmodi ſecundum Albumaſarem eſt commixtus, ſiue mediocris: ſed per coniunctionem eſt maliuolus. Luna autem beniuola & fortuna. Et in hoc concordat Albumaſar, & Alchabitius cum Ptolemæo. Saturnus verò ſecundũ eos, & Mars ſunt maliuoli, & infortunæ: & Mercurius commixtus, ſiue mediocris. Vnde maior fides eſt adhibenda Ptolemæo, & Albumaſari in iſto quam alijs.

Item, primo quadripartiti capitu.4. dicit Ptolemæus complexiones planetarum ſunt iſtæ. Saturnus infrigidat & parum deſiccat.

Iupiter calefacit & humectat temperatè, & ideò eſt autor ventorum, qui res oriri faciunt. Mars verò deſiccat & comburit. Sol calefacit & parum deſiccat. Venus ſimilis eſt Ioui ordine tamen conuerſim: quia parum calefacit, & multum humectat.

Mercurius deſiccat humectat quoque æqualiter: primum, quod non multum elongatur à Sole. Secundo quia vicinatur Lunæ: & eſt autor ventorum. Luna multum humectat, & parum calefacit propter lumen, quod recipit à Sole. Hæc ſecũdum Ptolemæum. Alij autẽ videntur contradicere huic ſentẽtiæ pro parte. Nam ſecũdum Alchabitium & alios, Saturnus eſt frigidus, & ſiccus: Iupiter calidus, & humidus temperatè. Mars ſuperfluè calidus & ſiccus: Sol calidus & ſiccus: Venus temperatè frigida & humida. Vnde tamen Ptolemæus ponit eã calidam & humidam tẽperatè. Cum Ptolemæo tenet Albumalſar in complexione Veneris 4. maioris introductorij differentia.2. dicens eam eſſe calidam & humidam tẽperatè. Vnde in ea parte plus credendum eſt Ptolemæo, & Albumaſari quam alijs.

Itẽ vlterius dicit Alchabitius & alij aſtronomi: quòd Mercurius inclinatur per naturam ſuam ad eum, quẽ complectitur ex planetis & ſignis. Sed ſecundum Albumaſarem vbi ſupra, Mercurius eſt naturæ terreæ frigidus. ſ. & ſiccus prout dicit Ptolemęus. Lunam verò dixerũt Alchabitius & alij, frigidam eſſe & humidam. Et cum eis concordat Albumaſar vbi ſupra, dicẽs eſſe frigidam, & humidã. Nec ſcio aliquẽ tenere cũ Ptolemæo de cõplexiõe. Vtrũ autẽ ipſe verũ dicat, an alij, neſcio: ſed magis videtur credendũ eſſe toti cõmunitati aſtronomorum in hac parte. Item dicit Ptolemæus primo quadripartiti cap.6. quòd Saturnus eſt natura maſculinus: Iupiter verò ſimiliter maſculinus: & Mars maſculinus, ſimiliter & Sol: Venus, & Luna ſunt fœmininæ: Vnde verſus.

*Fri. ſit Saturnus, ſed Iupiter æſtuat vnus:*
*Mars Sol ca. ſiccant: hu, Luna, Venus quoque frigeſcũt.*
*Mercurius ſimilis eſt ijs, quibus aſſociatur,*
*Mercurius eſt etiam particeps vtriuſque ſexus.*

Omnes quaſi aſtronomi concordant cum Ptolemæo de ſexu cuiuſcunque planetę, præterquam de Mercurio. Nam Alchabitius differẽtia.2. & Albumaſar. lib.4. differentia.8. dicunt quòd Mercurius eſt maſculinus. Item primo quadripartiti cap.7. dicit Ptolemæus quòd Saturnus eſt planeta diurnus, & ſimiliter Iupiter. Mars verò eſt nocturnus, Sol



Digitized by Google

diurnus:Venus nocturna.Sed Alchabitius & multi alij vbi ſupra, ponunt Mercurium eſſe planetam diurnum. Albumaſar verò 4.maioris introdu.differentia.9.inde pādit virtutem dicens,quod Mercurius magis recipit ſignificationem diei, quæ magis vincit in eo.Vnde dicit, quòd quando eſt orientalis,eſt diurnus:& quando eſt occidentalis, eſt nocturnus. In diurnitate verò & nocturnitate omniū aliorum planetarum à Mercurio, cōcordant quaſi omnes aſtronomi cum Ptolemæo.

*¶ De naturis & qualitatibus duodecim ſignorum.*

*CAP. II.*

IAM intendo ponere qualitates,naturas,& complexiones ſignorum duodecim ſecundum opinionem diuerſorum aſtronomorum. Nomina verò ſignorum, vt ſatis cōſtat omnibus ſunt hæc,Aries,Taurus,Gemini,Cancer,Leo,Virgo,Libra,Scorpio,Sagittarius,Capricornus,Aquarius,& Piſces.

¶Ex his duodecim ſignis reſultant quatuor triplicitates:quarum quælibet cōtinet tria ſigna.Prima autem triplicitas conſtat ex Ariete , Leone , & Sagittario.& ſecūdum ſententiam Ptolemæi & Alchabitij,& quaſi omnium aliorum aſtronomorum hæc prima triplicitas eſt calida,ignea,& ſicca, maſculina quoque , & diurna. Secunda verò triplicitas conſtat ex Tauro,Virgine,& Capricorno:& eſt terrea, frigida,& ſicca,fœminina quoq;,& nocturna.Tertia verò triplicitas conſtat ex Geminis, Libra,& Aquario:& eſt triplicitas aërea,calida, & humida,& etiā maſculina,& diurna. Quarta verò triplicitas conſtat ex Cancro,Scorpione, & Piſcibus. & hæc triplicitas,eſt aquea, frigida,& humida:fœminea quoque,& nocturna. Secundum Ptolemæū primo quadripartiti ca.19.prima triplicitas eſt ſeptentrionalis participans aliqualiter de occidente propter domum Martis.Secunda triplicitas eſt meridionalis propter Venerem participans de oriente propter domum Saturni.Tertia verò triplicitas eſt orientalis propter Saturnum participans cum ſeptētrione propter Iouem : qui eſt de haiz Saturni.Quarta triplicitas eſt occidentalis propter Martem participans cum meridie propter Venerem. Alij verò aſtronomi omnes à Ptolemęo,ſ.Albumaſar,Alchabitius & Zael in introduc.ſuo : & alij quā plures contradicunt Ptolemæo in hac parte. Dicunt enim,quòd prima triplicitas eſt orientalis:Secunda eſt meridionalis : tertia eſt occidentalis : & quarta eſt ſeptentrionalis.Sed in alijs qualitatibus prædictis triplicitatum omnes concordant cum Ptolemæo. Vnde verſus:

*Prima diur,oriens,maſ.ignea triplicitas eſt.*
*Altera fœminat,noc.terrea,meridiana.*
*Tertia maſ.aerus,occidit,eſt que diurna.*
*Quarta ſed eſt aquea,non fœminat,eſt borealis.*

De dominis vero iſtarum triplicitatum dicetur in capite ſequenti.

¶Item ſecundum Ptolemæum.1. quadripartiti cap.12.& ſecundum alios etiam quam plurimos:ſignorum quædam ſunt mobilia:& quædam temperata:& quædam communia,ſiue bicorporea. Signa autem mobilia ſecundum eos ſunt duo ſolſtitia.ſ. Cancer & Capricornus. Nam vt dicit Ptolemæus in loco præallegato , cum Sol ad iſtorum duorum ſignorum initia peruenerit verſus motum , qui eſt in latitudine cōtraria motui, quem prius habebat, tunc conuertit. Cumque fuerit in Cancro æſtatem,in Capricorno verò hiemem facit.

¶Fixa autem ſigna,prout dicit Ptolemęus,& ſimiliter cum eo concordant alij aſtronomi:ſunt illa ſigna quatuor,quæ duo ſolſtitialia,& duo æquinoctialia inordine ſequuntur.ſ. Taurus, Leo,Scorpio, & Aquarius: eo quod quatuor,temporum mutationes , quæ Sole à ingrediente ſolſtitialia, & æquinoctialia ſigna principium ſumunt , & ſunt, cum aër ad ſiccitatem,vel humiditatem,vel ad calorem , vel ad frigus mutatur: figuntur,& magis apparent quotieſcunque Sol in his ſignis moratur. aeris quoque qualitas tunc naturaliter pura exiſtit. Nam propter longam iſtarum qualitatum durabilitatem earum vires apertiſsimas recipit, Item dicit Ptolemæus ibidem , quod duo ſigna æquinoctialia.ſ.Aries & Libra dicuntur temperata: eo quòd dum Sol eorum ingrediatur initia , nocti dies vbique coæquatur. Signa verò communia vt dicit Ptolemæus,vel ſecundum alios, ſigna bicorporea ſunt Gemini,Virgo,Sagittarius,& Piſces: & dicuntur communia ſecundum Ptolemæum, eo quòd inter mobilia, & fixa ſigna collocantur : & in ſuis principiis , atque extremitatibus naturali ferè mutationi aſsimilantur,ipſa in medio exiſtentia vtrique extremorum communicantia.

¶Albumaſar in introductorio ſuo differentia prima,& Zael in introductorio in principio,& auctor libri nouem iudicum capite ſecundo , dicunt,quòd ſignorum duodecim quatuor ſunt mobilia, ſcilicet duo ſigna æquinoctialia & duo ſolſtitialia: quæ ſunt Aries, Cancer, Libra & Capricornus.Cuius ratio eſt:quia Sol in iſtorum quatuor ſignorum principiis quandam temporum conuerſiuam mutationem ab vna natura ad aliā conſtituit. Et ſecundum eoſdem ſignorum reſiduorum quatuor dicuntur fixa: ſcilicet Taurus, Leo, Scorpio, & Aquarius : & alia quatuor dicuntur communia, ſiue bicorporea: ſcilicet Gemini , Virgo, Sagittarius, & Piſces: propter cauſas prius poſitas à Ptolemæo.

¶Item ſecundum Ptolemæum vbi ſupra capitulo 15.quædam ſunt ſigna præcipiētia , ſiue alta,& quædā ſunt ſigna obedientia ſignis altis: obediētia ſiue infima ſigna ſunt illa,q̄ ab vno,& eodē puncto æquinoctij diſtāt ęqualiter:eo quod ęquales habēt aſcenſiones in omni regione:Et illorum ſignorum illa dicuntur præcipientia , ſiue alta , quæ ſunt in medietate zodiaci hiemali ſecundū Albumaſarem in ſexto maioris introdu. differentia.4.& ſecundū Alchabitium,& Zaelem in ſuis introductorijs.

¶Signorum quædam ſunt directè aſcendentia, ſcilicet illa ſex, quæ ſunt à principio Capricorni, vſque ad finem Geminorum. Et ſecūdum Zaelem, & autorem libri nouem iudicum in introductorijs ſuis in principio vtriuſque ſcilicet introductorij: Signa directè aſcendentia dicuntur pro tanto,quia latitudo vniuſcuiuſque eorum eſt plus longitudine eius,& aſcendit in plus duabus horis ęqualibus. Tortuoſè verò aſcendentia dicuntur pro tanto,

quia

Digitized by Google

quia latitudo vniuſcuiuſque eorum minor eſt longitudine: & aſcendit in minus duabus horis æqualibus. Et ſecũdum Alchabitium ſigna prædicta tortuoſè aſcendentia obediunt ſignis indirectè aſcendentibus, hoc eſt duorum ſignorum, quæ æqualiter diſtant à capite Cancri. Id verò quod tortuoſè aſcendit obedit illi, quod directè aſcendit: Et dicit Ptolemęus primo quadripartiti capitulo ſextodecimo: quod ſigna æqualia ſunt illa, quæ ab vno, & eodem puncto tropicorum diſtāt æqualiter: & dicuntur ſe aſpicere: eo quod dies eorum ſunt æquales, & ſimiliter noctes. & ab eodem puncto oriuntur: & ſimiliter circulos eoſdem deſcribunt, Hæc ille. Et ſecundum Ptolemæum & ſecũdum Alchabitium & alios duo ſigna, quæ ſunt eiuſdem longitudinis à capite Arietis dicuntur concordantia in itinere: vt Aries & Piſces, Taurus & Aquarius, Gemini & Capricornus: & ſic de cæteris. Et Albumaſar ſexto maioris introductorij differentia. 11. dicit, quòd ſigna concordantia in itinere ſunt duo ſigna vnius planetę, vt Aries, Scorpio: quæ ſunt domicilia Martis: Taurus & Libra domicilia Veneris: Gemini, & Virgo, quæ ſunt domicilia Mercurij: Sagittarius, & Piſces, domicilia Iouis: Capricornus, & Aquarius domicilia Saturni: vnumquodque horum ſignorum ſecundùm Albumaſarem eſt in itenere domini ſui. Cancer verò & Leo ſunt domicilia luminarium: & ſunt in vno itinere: quia vnumquodque illorum eſt domicilium ſui domini. Hęc ille. Item Albumaſar eodem ſexto maioris introduc. differentia. 4. dicit: Sunt ex ſignis quædam ſe inuicem diligentia: & quædam ex eis ſe adinuicem odientia, ſiue inimicātia. Quæ ergò ſe diligũt: ſunt ea quæ ſe ad inuicem in trino, vel ſextili aſpectu aſpiciunt: odio quidem ſe habentia ſunt ea, quę ſe inuicem quarto aſpectu aſpiciunt. Porrò quæ ſibi inimicantur ſunt, quæ ſe ad inuicem per diametrum aſpiciunt. Hæc Albumaſar ibidem. Et ſecundum Ptolemæum vbi ſupra cap. 17. ſigna diuiſa, & peregrina ſunt illa, quæ nullo prædictorum modorum concordant: nec ad inuicem ſe aſpiciunt, & ſunt illa quę diſtant ad inuicem per vnum ſignum, vel per duo ſigna. Item ſecũdum Alchabitium & alios, per aſcenſiones ſignorum ſunt quædam partes in cælo maiores, & quædam minores: & vocatur medietas circuli, quæ eſt ab initio Leonis vſq; ad finē Capricorni: medietas circuli maxima: quæ eſt medietas Solis eo quod incipit ab eo: quia Sol in hac medietate habet principiũ ſicut cæteri planetæ in ſuis terminis. Et alia medietas q̃ eſt à principio Aquarij vſque ad finem Cancri: vocatur medietas minima, & eſt medietas Lunæ. quia Luna ſimiliter habet in hac medietate principatum ſicut Sol in maxima. Et dicit Alchabitius ibidem, quòd medietas cæli, quæ eſt ab initio Arietis vſque ad finem Virginis, vocatur medietas calida propter effectus ſuos in nobis: eo quòd facit ęſtatem. Et alia medietas quę eſt à principio Librę vſque ad finem Piſcium vocatur medietas frigida.

¶Item dicit Alchabitius ibidem, & concordant cum eo alij, quòd quarta pars circuli, quæ eſt ab initio Arietis vſque in finem Geminorum vocatur calida & humida vernalis, & puerilis, & ſanguinea. Et illa quarta quę eſt ab initio Libræ vſq; ad quartam Sagittarij dicitur frigida & ſicca, autumnalis, calida, nigra, ſiue melancholica: & ſignificat initiũ diminutionis mediocris æſtatis. Et illa quarta quę eſt ab initio Capricorni vſque ad finem Piſcium dicitur frigida, humida, defectiua, hiemalis, & phlegmatica. Et dicit Haly ſuper cap. 13. primi quadripartiti Ptolemæi quòd ſignorum Zodiaci quędam ſunt rationalia, aut bonę vocis, ſicut Gemini, Libra, Virgo, & prima medietas Sagittarij, & Aquarij, eo quòd figuram humanam habent, vt homo & habent vim maiorem in oriente: quia homo habet magnam vim in loquendo: ſigna verò medię vocis ſunt Aries, Taurus, Leo, Capricornus & vltima medietas Sagittarij. Signa verò vocem non habentia dicuntur Cancer, Scorpio, & Piſces. Signa domeſtica ſunt Aries, Taurus, Capricornus. Et ſilueſtria ſunt Leo, Scorpio, & finis Sagittarij. Signa multorum filiorum ſunt Cancer, Scorpio & Piſces: Et ſigna paucorum filiorum ſunt Aries, Taurus, Libra, Sagittarius, Capricornus & Aquarius. Signa ſterilia ſunt Gemini, Leo, Virgo. Signa vero pluuioſa ſunt illa, in quibus ſunt ſigna auium, ſicut ſunt vultur, & gallina. Et ſigna quadrupedia ſunt vt Aries, Taurus, Capricornus. Multo plures rationes ſignorum ponit Albumaſar libr. 6. maioris introductorij: quę non multum faciunt ad propoſitum meum in hoc libro. Sed hęc quę ſunt dicta generaliter de naturis, qualitatibus, & complexionibus ſignorũ, ad pręſens ſufficiant.

*De partibus circuli maſculinis & fœmininis.*

### CAP. III.

DICIT Ptolemęus primo quadripartiti. cap. 13. quòd quidam ab aſcendente ſexus ſignorum incœperunt nominando vnum maſculinum & aliud fœmininum: incœperunt à maſculo velut quidam alij, qui ſignorum mobilium, puta Lunę ſigno poſuerunt incœptionem à Cancro: eo ꝙ Luna citius quam aliqua aliarum ſtellarum variationem recipit motus: Similiter namque ſexus ſignorũ initia ab aſcendēte cœperunt ab hoc quod orienti proxima extitit ſic ordine conſequente, velut prędictum eſt, ſecuti ſunt: Et ſecundum Ptolemęum cum prima domus ſit maſculina, ſecũda fœminina, tertia maſculina, quarta fœminina, & ita deinceps. Sicut ponitur ſignum Arietis eſſe maſculinum, & Tauri fœmininum, & ita deinceps. & iſta eſt ſentētia Ptolemęi ibidem: Et dicit Alchabitius in ſuo introductorio differentia. 1. quòd circulus ſignorum figuratur omni hora figura circuli, quæ diuiditur in quatuor partes, quas diuidit circulus hemiſphęrij & circulus meridiei. & vnaquęq; iſtarum partium diuiditur in tres partes inęquales ſecundum aſcenſionem ſigni aſcendentis, atque hoc modo diuiditur circulus in duodecim partes, quę nominantur domus. Nominantur quoque cuſpides, ſiue turres à quamplurimis: principium verò diuiſionis eſt horoſcopus ſiue aſcendens, cuius initiũ eſt ſuper circulum hemiſphęrij orientalis. Deinde ſequitur ſecũda domus & tertia: & cęterę vſque ad 12.

¶Et dicit Ptolemæus vbi ſupra capi. 13. quòd ſigna orientalia & maſculina quartæ primæ dicun-



Digitized by Google

tur ea quæ ab aſcendente vſque ad mediũ cæli conſtituuntur: etiam quæ ſunt eis oppoſita, ſcilicet ab occidẽte vſque ad angulum terræ. Duas vero quartas reſiduas fœmineas & veſpertinas, ſiue occidentales appellant: Hæc ille. Et huic ſententiæ concordat Alchabitius vbi ſupra, dicendo ꝙ quarta pars, quæ eſt ab aſcendente vſque ad medium cæli, quæ eſt duodecima, vndecima, & decima domus dicitur quarta orientalis, maſculina, aduenięs: & ſignificat initium vitæ: & vocatur puerilis, ſanguinea, & vernalis. Eſt autem altera pars, quæ eſt à medio cęli vſque ad occidens, quæ eſt domus nona, octaua, & ſeptima, & eſt meridiana, fœminea, & recedẽs: & ſignificat medietatem æſtatis: & vocatur perfectio iuuentutis, æſtiualis & cholerica. tertia verò pars, quæ eſt ab occidente vſque ad gradum quartæ domus, quæ eſt ſuper circulum meridiei ſub terra, quæ eſt domus ſexta: quinta & quarta eſt occidentalis maſculina & adueniens, & ſignificat finem vitæ, & vocatur autumnalis, melancholica: & eſt mediocris ætatis.

Quarta verò pars, quæ eſt à quarta domo vſque ad aſcendens quæ eſt prima domus ſecunda & tertia, eſt ſeptentrionalis, fœminina, & recedens, & ſignificat id quod accidit homini poſt mortẽ eius. & vocatur hæc pars ſenilis, phlegmatica, defectiua, hiemalis.

¶Et illę duæ quartæ, quæ ſunt à medio cæli vſque ad aſcendens, & ab aſcendente vſque ad quartam domum conſtituunt vnam medietatem cæli, quæ vocatur medietas deſcendens.

¶Et quicquid fuerit ſuper terram ex circulo, id eſt pars circuli ſuperior, dicitur dextra: pars quoq; inferior circuli dicitur ſiniſtra.

¶Et aſcẽdẽs & quarta domus & ſeptima & domus decima dicuntur anguli. Secũda verò domus, quinta, octaua, & vndecima vocantur ſuccedentes angulis. Tertia autem, ſexta, nona, & duodecima vocantur cadentes ab angulis.

¶Et cum planeta in angulo vel ſuccedente fuerit, dicitur proficere: & ſi fuerit in cadenti ab angulo, dicitur deficere. Hæc ille ibidem. Item capitul. 13. primi quadripartiti Ptolemæi dicit Haly ſic. Sapientes inſpexerunt & inuenerunt, quòd aſcẽdẽs ſit principium, quod exit primitus de ſub terra: & poſuerunt ipſum pro domino principij animæ & corporis. Et poſuerunt angulum ei oppoſitum pro ſeptima domo parium oppoſitorum & contrariorum, & pro maritis mulierũ: & maritorũ pro mulieribus. Et inuenerunt angulum quartę domus ſimilem puncto quartæ ęſtiualis: eo quòd cum Aries fuerit aſcendens, quarta erit Cancer: poſuerunt eã pro domo patrum, & eius oppoſitum pro domo matrum. Et quia angulus quartæ domus eſt angulus de ſub terra, poſuerunt eam pro domo hæreditatum terræ, & rerum ſecretarum: eo quòd Saturnus habet ibi potentiam magnam, qui eſt frigidus & ſiccus, & ſimilis naturæ terræ. Et quia inter ſolem, & decimam domũ eſt ſimilitudo magna: quoniam cum eſt in medio cæli, virtus eius ad omnem partem extẽditur: poſuerunt decimam pro domo regnorum, & miniſteriorum, quibus viuit homo. Et quia ſecunda venit poſt aſcendens, & vndecima poſt decimam: poſuerunt ſecundam pro domo ſubſtantiæ, vel diuitiarũ, lucri, & auxiliatorũ: eo quod ſubſtantiæ & diuitiæ & auxiliatores ſequuntur corpus, & omne principium bonæ fortunæ: Et poſuerunt vndecimam pro domo ſpei & fortitudinis: eo quòd virtus eius conſequitur virtutem decimæ: & virtus ſecundæ virtutem ſequitur aſcendentis. Et poſuerunt oppoſitum ſecundæ ſcilicet octauã pro domo timorum, & debitorum & hæreditatũ mortuorum & mortis: eo quòd eſt oppoſita ſecundæ, quæ habet ſimilitudinem cum Venere: quia ſecunda eſt Taurus, quæ eſt domus Veneris: & propter ſimilitudinem, quam habet octaua cum Scorpione, quę eſt domus Martis. Et poſuerunt oppoſitum lineæ, ſ. quintã pro domo filiorum & gaudiorum: & quia ſemper eſt trina ab aſcendente, poſuerunt eam pro gaudio Veneris: quia Venus habet cum corpore completam amicitiam. Vndecimã verò, quia aſpicit de ſextili aſcendens: poſuerunt eam pro gaudio alterius fortunæ, quę eſt Iupiter. Poſtmodum inſpexerunt tertiam, & inuenerunt, quòd erat cadens à quarta domo, & ſimilitudinem magnam tenebat cum horoſcopo qui eſt domus Mercurij: cuius virtus ſemper eſt cõmixta: & habet curſum ſuum ſemper circa Solem: poſuerunt eam pro domo fratrum, propinquorum, & mutationũ breuium. Similiter quia eſt in ſextili ab aſcendente, & habet ſimilitudinem cum Luna in faciendo mutationes feſtinas: poſuerunt eam pro gaudio Lunæ.

Et poſuerunt oppoſitum eius. ſ. nonam pro domo itinerum longorum, ac fidei ſcientiarum: quia habet ſimilitudinem cũ Sagittario, qui eſt domus Iouis: & aſpicit aſcendens de trino.

Et quia virtus Lunę eſt oppoſita virtuti Solis in humectando, poſuerunt eam pro gaudio eius. Et quia etiam Sol habet potentiam magnam in triplicitate Arietis: quia Aries eſt eius exaltatio, & triplicitas eius: & Leo eſt domus & triplicitas eius & Sagittarius eius triplicitas eſt ſimilis nonæ domui.

Similiter quia inuenerunt quod duodecima ſeparatur ab aſcendente, & eſt cadens ab eo: poſuerunt eam pro domo inimicorum & laborum: & eſt gaudium Saturni, qui eſt lubricus, frigidus, & ſiccus.

Et poſuerunt eius oppoſitum ſcilicet ſextam domum: eo quòd cadit à ſapientia & ſeparatur ab ea pro domo infirmitatum: & eſt gaudium Martis: eo quòd eſt contrarius Saturno. Et quia ſeptima eſt domus parium & ſubiecti: elongatur à paribus tantum quantum ſexta ab octaua elõgatur: poſuerunt ſextam pro domo ſubiectorum: & poſtquam nõ eſt locus qui Mercurio conueniat niſi aſcendens: poſuerunt ipſum pro gaudio eius.

Hęc Haly ibidem de ſignificationibus duodecim domorum. Et dicit idem vbi ſupra: quòd quia Ptolemęus non nominat in libro, niſi radices ſtabiles ſiue ſtabilitatis: non laborauit in diuidẽdo hoc totum: ſed locutus fuit de illis quæ ſunt ſuper terram, eo quòd habent vim maiorem illis quæ ſunt ſub terra. Poſtquam autem ſcíueris omnes ſignificationes duodecim domorum debes inſpicere diligenter quę ſtellę in eiſdem fuerint: tunc ad qualitates, & naturas eorum miſcendo naturas & qualitates eorum cum domibus prędictis, cum volueris de aliquo accidente mundi iudicare ſecundum ꝙ docet Iulius Firmicus lib. 2. ca. 23. ſic dicens Animaduer

maduertite loca ipſa,quæ 12.domos poſsident cõditionem ac diurnarum, & nocturnarum ſtellarũ diligẽter inſpicias. Sed & qualia ſingulis locis beniuolæ ſtellæ teſtimonia perhibeant: quæ verò loca maleuolæ ſtellæ radiatione percutiant: quemcunque enim locum beniuolæ ſtellæ reſpexerint: vel in eodem loco cõſtitutæ vel de trigono vel de hexagono,omnia quæ quęruntur fœliciter perueniant.Si vero ſine teſtimonio beniuolarum ſtellarum ſolæ maliuolæ iam ibidem conſtitutæ, vel de quadrante, vel de diametro hæc eadem infecerint loca, pro qualitate cuiuſcunque loci omnia quæ diximus in ſingulis videre debemus,quibus infortuniorum calamitates cumulant. Si vero beneuolæ & maleuolę ſtellæ pari radiatione reſpexerint, & fœlicitas minuitur, infortunium mitigatur: & tota loci ſubſtantia mediocri æqualitatis ratione componitur,vt à maleuolis nocentibus beneuolarum ſtellarum præſidio liberantur. Inſpice etiam quæ ſtella in quo loco conſtituta cuius ſtellæ domicilium, vel fines,id eſt terminos poſsideat: & ſi in aliena domo conſtituta fuerit, reſpice dominũ ipſius, quem locum poſsideat, & an boni planetæ in ſecundis locis ſuccedentibus.i. pigris & cadentibus, an in altitudine ſua an in deiectione & an in quibus gaudeant ſignis:an in quibus naturali dolore triſtetur. Si enim dominus ſigni bene fuerit collocatus,fœliciter ipſius partem etiam ipſa ſtella de qua quærimus,ex hoſpitis gaudio initiatur. Si vero dominus ipſius ſigni aliqua ſit ratione deiectus, etiam ſtella illa,de qua quęrimus,licet ſit in opportunis locis,& ad pręſtandum aliquid facili ſit ratione firmata, ex deiectione illius ſtellę quę ſigni domina eſt deiectionibus participatis, impeditur: & hoc ex noſtris actibus facili poſſumus ratione colligere: Si cuius enim amici tui vel hoſpitis domicilių hoſpitij gratia fueris ingreſſus, & dominus domus fœlicibus ſubleuetur augmentis,etiã tu particeps fœlicitatis exiſtes: lętitiæ enim gaudium hoſpitis tui fœlicitatibus mutuaris. Si verò hoſpes tuus miſero ſit ſqualore deformis & deiectus, infortuniorum caſibus implicatus, etiã & te participata doloris,atque infortunij tormenta conficiũt, ſic & ſtellas ſignorũ domini cum benè fuerint collocati ſubleuãt,& ad ſui ſtatus conditionem habitatorẽ, atque hoſpitem domus cum æquata ſocietatis ratione componunt,& ad ſui ſtatus licentiam conformant hoſpitis poteſtatem. Hęc Iulius Firmicus ibidem.

*De planetis in angulis et eorum ſignificationib.*

¶Etiam tibi narrabo ſignificationes dominorũ angulorum,dum fuerint pręſentes in angulis. Dicit itaq; Alchabitius vbi ſupra, quòd pręſentia domini aſcendentis in aſcendente ſignificat eius fortunam per ſemetipſum, & per eius acquiſitionem. Et cum fuerit in ſeptima per conuentiones,factores, & vxores: & ſignificat per pręſentiam in decima fortunam per regem & magiſteria,per pręſentiam eius in quarta ſignificat fortunam per hęreditates,per cauſas patrum & per ductiones aquarum & per plantationes & ędificationes.i.ex rebus antiquis & radicalibus. Significat quoque dominus decimæ per pręſentiam ſuam in eadem decima fortunam per regem magnum,vel per regnum,& magiſteria altiora: Et ſignificat per præſentiam ſuam in ſeptima fortunam per regnum & victoriam contentionum & ex parte vxorum:per præſentiam verò eius in quarta ſignificat fortunam per regnum & cauſas tributorum,& cultus terrarum, & ædificationes ciuitatum, per ductiones fluminum,& cuſtodias ciuitatum & ex rebus antiquis: Et præſentia ſua in aſcendente per regnum & ingenia,& per proſperitatem regis ex rebus vulgi. Præſentia aũt domini ſeptimę in ſeptima ſignificat fortunã ꝑ negotiationes & conuentiones,&nutritiones quoq;, ac mulieres, & factores: & ſignificat præſentia ſua in quarta per conuentiones mulierum & negotiationes ſuas per cauſas medicinæ ac aſtronomiæ & per opera ſpiritualia atque ingenia, & cętera ſimilia. Et ſignificatur per præſentiam ſuam in decima fortunam per conuentiones negotiationes per vxores, & per cauſas regni, præſentia verò domini quartæ domus in quarta ſignificat fortunam ex cultu terræ & fructu per cauſas Patrum atque res antiquas,& per præſentiam ſuam in aſcendente ſignificat fortunam ex cultu terrę,& fructum eius, per ingenium,& conſilij profunditatem: & per præſentiam ſuam in decima ſignificat profectũ ex cultu terrę cauſa regis & magiſteriorum: Et pręſentia ſua in ſeptima ſignificat fortunam ex cultu terræ per cauſas vxorum & factorum,& negotiationum: Hæc ſignificant domini angulorum per pręſentiã dominorum cæterarum domorum. Sed ideo introduximus tantum dominos angulorum,vt eſſent exemplar in cæteris. Hęc Alcha. Et hæc dicta ſufficiunt ad pręſens de ſignificationibus domorũ circuli,& eorum dominorum.

*Dub.*

Sed ſecundum Alchabitium, vbi ſupra in principio illius cap.in quo recitantur hęc dicta: inter 12. domos prædictas circuli, Anguli quatuor ſignificant fortitudinem & perfectionem. Item ibidem

*Reſp.*

anguli & domini angulorum ſignificant magnitudinem,honorem, atque fortitudinem,& exaltationem,elongationem à caſu: domus vero ſuccedentes ſignificant fortitudinem & fortunam mediam: Nã ſuccedens decimæ ſignificat fortitudinẽ,& fortunã in ea,& ex ea parte,in qua erat fiducia: & ſuccedẽs quartæ ſignificat hoc ex cauſa magiſteriorũ, & ſubſtantiæ.Qui vero eſt ſuccedens ſeptimæ ſignificat bona ex hęreditate mortuorũ & ex rebus occultis. Cadentes vero ab angulis debilitatem & detrimentum ſignificant.hæc ibidem.Ex his patet,ꝙ fortiora loca inter 12.domos ſunt quatuor anguli, & poſtmodum ſuccedentes angulo:& debiliora loca & magis infortunata ſunt domus cadentes.

Sed hic oritur dubium,qui nam angulorum ſint fortiores,& qui debiliores. Dicit autem Iulius Firmicus lib.2.cap.17.Et Albumaſar in lib.ſuo de floribus in princ.& ſimiliter in libr.experimentorum ſuorum in prin.& Auctor nouem iudicum in introductorio libri ſui, & ſimiliter cum eis concordant quaſi omnes aſtronomi dicẽtes, quòd fortiſsimus angulus eſt aſcendens,deinde decima domus,deinde ſeptima, poſtea quarta: & licet tot aſtronomi huic aſſentiant:tamẽ mihi videtur,quòd ratio magis eſt in contrarium, videlicet quòd decima domus multo fortior ſit quã aliquis alius locus prædictorum: Fortitudo enim cuiuſcunque anguli in cælo, ſiue cuiuſcunque alterius domus non ſumitur nec cauſatur ex propria natura, ſiue ex fortitudine illius partis cæli, quæ pro tunc fuerit in illa domo,

*Decima domus eſt fortior omnib.*

Digitized by Google

domo, cum per eandem domum quælibet pars zodiaci tranſeat in vno die naturali: ergo vt videtur, fortitudo anguli ſiue domus cuiuſcunque cauſatur ex natura ſitus illius domus per comparationem ad horizõtem noſtrum: eo quòd ſtella aliqua habẽs in illo ſitu comparationem ad horizontem, fortius operatur in horizonte illo, quam exiſtens alia in alio ſitu, ſiue domo aliqua, ſicut ſatis experimentaliter videmus, quod ſtellę fortius operantur in noſtro horizonte, cum fuerint in medio cæli, quam cum fuerint in oriente vel in occidente, ſiue in quacunque parte cœli alia: & hoc ſatis patet in aſcenſione Solis quæ fortiſsimè producit calorem & lucem in medio exiſtens: & eadem ratione alij planetæ. Item quodlibet agens lumen vel calorem, fortius agit per lineas magis rectas & magis incidẽtes, quàm per lineas magis obliquas, vt patet in perſpectiua Alaxem eſſe verum, & experimẽtum hoc docet. Sed ſupercæleſtia agunt in iſta inferiora, & tranſmutant ea per calorem & lumen, vt patet per Ariſto. 1. meteor. & in 2. de generatione, & in pluribus locis: omnes ergo ſtellæ exiſtentes in medio cœli magis incidentaliter agunt quam alibi, & per conſequens ſequitur, quòd decima domus ſit fortior aſcendente, vel quocunque alio angulo. Item dicit Albumaſar tertio maio. introduc. differẽtia. 4. ꝙ ꝑ actionẽ & motionẽ Lunæ accidit fluxus & refluxus maris: nec deſinit aqua aſcẽdens moueri, nec ſpirare, quamdiu durauerit Luna aſcẽdens, & petens medium cœli: cumque in medio cœli fuerit, aqua in creſcendo perficitur: cum autem Luna à medio cœli receſſerit, reuertitur aqua per ſuam naturam ad ſuum locum, ſitq; receſsio: rurſum cum peruenerit Luna ad angulum occidẽtis, incipit acceſsio venire, vſque dum venerit Luna ad imum cœli: poſt hoc reuertitur aqua quouſque peruenerit Luna ad circulum hemiſphærij orientis, deinde reuertitur ad ſimile, quod fuerat prius. Hęc ibidem Albumaſar. Ex his igitur dictis Albumaſaris patet, quòd Luna fortiſsimè agit mouendo mare, cum fuerit in medio cœli reſpectu illius maris initio ſuo fluentis: ego in medio cœli Luna exiſtens, fortius agit in iſta inferiora, quam in aliquo alio loco: & eadem ratione quęlibet alia ſtella: ergo & cęt. Item dixit Ptolemęus. Primo quadripartiti, cap. vlt. quòd cum planetę fuerint in medio cœli, vel cum ad medium cœli aſcenderint, erunt fortiſsimi, gradatim enim à fortitudine declinant ſecundum earum à medio cœli remotionem. Cum enim in ipſo orientali puncto extiterint, non erunt ita fortes: in occidẽtali vero minus. Cum ſub terra fuerint in oppoſitionem medij cœli: vel inter occidẽtem ad angulum terrę, minus adhuc fortes erunt. Hęc ibi ille. Item Ptolemęus tertio quadripartiti cap. 10. inueſtigans loca, quę ſunt apta pro hyleg, facit cõparationem inter loca, ſiue domos, quę ſunt ſupra terram, ſic dicens: Horum autem locorum ſupra terram ſupple, illud quod ad pręmittendum conueniens ſit, eo quòd, & fortioris auctoritatis exiſtat, id eſſe dicitur quod eſt cœli mediũ ſuper terram: & poſtmodum illud, quod eſt in aſcẽdente: deinde illud quod ad cœli medium aſcẽdit: & poſt ipſum quod eſt in occidente: deinde illud, quod cœli medium pręcedit. Omne autem quod ſub terra moratur hac in re tã pręclara & tam excellenti premittendum, eſſe decreuimus: pręter illud, quod eſt aſcendens ſuper terram, & apparuerit. Hęc Ptolemęus. Et addit ibidem. Haly, quòd virtutes ad nos venientes de cœlo, & de ſub terra, ſunt permutatę & debilitatę propter elõgationem, ipſarum à nobis, ſiue propter elongationem, ſecundum quam ad nos veniunt. Hęc ille. Ex his ergo dictis ſatis liquet, quòd locus medij cœli fortior ſit quocunque alio loco in cœlo, quãquam alij aſtronomi contrarium dicunt. Et ratio huic opinioni videtur conſentire, vnde dico cum Ptolemęo quòd locus medij cœli ſub terra exiſtẽs, minimè agit ſuper terram. Et dico, quòd ſtella aſcẽdens ſuper horizontẽ, cõtinuè fortius agit, & fortius, quouſque fuerit in medio cœli, & poſtquam deſcenderit à medio cœli vſque ad occidens, continuè debilius & debilius operatur in horizonte illo. Vnde dico, ſaluo iudicio meliori, quòd locus ille, qui duodecima domus nũcupatur, fortior eſt loco aſcendentis, eo quòd plus accedit ad mediũ cœli: & ſimiliter vndecima domus fortior eſt duodecima: & locus medij cœli eſt fortiſsimus: decima quoq; domus eſt fortior nona, & nona fortior octaua, & octaua eſt fortior ſeptima, & ſeptima ſexta: Non tamen, obſtat quòd ab aſtronomis domus mortis appelletur, & maximè ſi ſit infortunata: fortior eſt tamen ſeptima domus, quæ eſt vnus de quatuor angulis: & intelligo hanc fortitudinem hoc modo. ſ. quòd ſtellæ & planetæ ſimiliter fortius operantur in eiſdem locis exiſtentes: ſicut prædictũ eſt: Dico tamen, quòd in aliquo iudicio præferendus eſt locus aſcendentis, & dominus eius loci in medio cæli, ſcilicet in iudicio de vita nati, & in iudicio de potentia nati præferendus eſt locus ſecũdæ domus, & in iudicio fratrum præferenda eſt domus tertia: & ſic de cæteris domibus. Et dico quòd non eſt aliqua earum, quin in aliquo iudicio debeat præferri, vniuerſaliter autem decima.

Locus enim medij cœli & etiam loca quæ magis ad medium cœli accedunt ſimiliter ſunt aliis fortiora propter cauſas antedictas, & hoc eſt verũ pro maiori parte in iudicio de accidentibus mundi: de quibus in hoc libro meo determinatur. Nam cum voluerimus iudicare de temperie aeris, pro aliquo certo tempore, ſcilicet pro anno aliquo, ſiue pro lunatione aliqua. Primo aſpiciendum eſt in initio illius temporis ad diſpoſitorem dominũ illius temporis: ſi tunc in principio fuerit fortis in loco ſuo: & tunc iudicabimus fortitudinem effectus eius: & notandum eſt ſimiliter de fortitudine eius, ſcilicet in loco ſuo cum fuerit in tali loco cœli, vbi fortius agit effectum ſuum in hæc inferiora, prout dictum eſt per Albumaſarem: cum eum in tali caſu reſpicit, ſi in principio temporis fuerit aliquis planeta in aſcendente habens aliquam dignitatem, & ipſum aſcendens conſtituit dominum illius temporis. ſed eius opinio reprobatur in capitulo de domino anni. Similiter hæc poſitio eſt contra mentem Ptolemæi ſecundo quadripart. capi. 7. vbi inueſtigat dominum eclipſis à domino loci: & deinde à domino anguli præcedentis eclipſim: & non reſpicit primo ad aſcendens, nec præponit ipſum aliis locis cœli. Vnde in propoſito magis teneo cum Ptolemæo quam cum aliis: Et idem in tertio & in quarto quadripartiti reputat magnam fortitudi

titudi

Digitized by Google

titudinem planetæ, cũ eleuatur ſuper eum: & multotiens ibidem intelligit, per eleuationem planetam eſſe ſuper terram, & propinquiorẽ medio cœli. Vnde in iudicis de temperiis annorum, planetæ domini & diſpoſitores temperiei fortiores ſunt, & fortius diſponunt temperiem, cum in principio alicuius tẽporis reuolutionis fuerint in medio cœli, vel prope, quam in aſcendente, vel in aliis locis remotioribus à medio cœli, propter cauſas prædictas, & præcipuè propter auctoritates Ptolemæi ſu pradictas. Ipſi tamen qui proponunt aſcendẽs, hoc faciũt ob iſtam cauſam, ſcilicet vt per principium temporis alicuius reuolutionis iudicent de tempe rie totius temporis ſequentis: ſicut per aſcendens & per dominos eius, ſiue per planetas exiſtentes in eis incipiunt iudicare: & ab eo ſumunt dominum temporis: quia aſcendens primo oritur ſuper terrã in initio temporis eiuſdem: vnde quia tales aſtronomi operantur per aſcendens, & duodecim domos prognoſticando de temperie aeris, & de pluribus accidentibus mundi. Et ſimiliter quia plures reperis regulas in libris eorum ſuper ſignificationes aſcendentis, & 12. domorum fundatas: ideo in hoc cap. poſui ſignificationes earundem domorũ, quæ mihi videbantur magis notabiles, quas extraxi ex ſententiis diuerſorum aſtronomorum.

*De naturis graduum ſeu partium circuli.*

## *CAP. IIII.*

POSTQVAM in præcedentibus capitulis huius tractatus determinatum eſt de naturis, & qualitatibus planetarum, ſignorum, & 12. domorum: in hoc capi. intendo ponere qualitates, & naturas graduum partiũ circuli cœli. Vnde primo ſciendum eſt, quòd ſicut vnicuique conſtat, ꝙ ſigna in zodiaco ſunt 12. & vnumquodque ſignum in 30. partes æquales diuiditur, quas gradus appellamus. Quilibet etiam gradus in 60. partes ęquales diuiditur, quæ minuta appellantur: Et quodlibet minutum in 60. ſecunda: & quodlibet ſecũdum in 60. tertia: & ſic deinceps. Illarum vero partium circuli, quæ nominantur gradus, multas & diuerſas qualitates reperies in libris aſtronomorum. Nam quidam gradus ſunt maſculini, quidam fœminini, quidam lucidi, quidam tenebroſi, quidam fumoſi, & quidam ſunt pleni, quidam ſunt vacui, quidam verò ſunt gradus putei. Et ſimiliter ſunt aliæ naturæ graduum, de quibus in hoc capitulo infra dicetur. Alij verò diuidunt ſigna alio modo, prout dicit Albumaſar quinto maio. introducto. differentia. 18. quòd antiqui aſtronomi ſignum quodlibet in 12. partes diuiſerunt: & erat omnis diuiſio ex duobus gradibus & dimidio, quam duodenariam partem vocant: & poſuerunt naturam primæ duodenariæ eſſe naturam ſigni, cuius ipſa eſſet pars: naturam verò ſecundæ duodenarię poſuerunt eſſe de natura ſecundi: Tertiam verò tertij ſigni: & ſic deinceps. Et in eodem capitulo dicit Albumaſar, quòd Hermes, & alij antiqui aſtronomi poſuerunt, quòd omnes gradus cuiuſlibet ſigni conueniunt in natura alicui ſigno. vnde dixerũt, quòd primus gradus cuiuſlibet ſigni eſt naturæ illius ſigni, cuius eſt gradus. Secundus vero gradus eiuſdem eſt naturæ ſigni ſecundi, Et tertius gradus naturæ tertij, & ſic deinceps. Alij vero diuiſerunt ſigna alio modo. Nã quodlibet ſignum in nouem partes diuiſerũt, quas nouenas appellabant: primam itaque nouenam Arietis poſuerunt eſſe naturæ Martis, qui eſt dominus Arietis, ſecundam nouenam dixerunt eſſe naturæ Veneris, quæ eſt dominus ſigni ſecundi, ſcilicet Tauri: Tertiam naturæ Mercurij domini tertij ſigni, ſcilicet Geminorum: & ſic deinceps. Sit ergo nona nouena pars Arietis naturæ domini Sagittarij, ſcilicet Iouis. Et prima nouena Tauri naturæ Saturni domini Capricorni, & ſecunda Saturni domini Aquarij, & tertia Iouis domini Piſciũ, & quarta Martis domini Arietis: & hoc modo poſuerant nouenarum dominos ſecundum ordinem & ſucceſsionem ſignorum. Et Ptolemæus primo quadripartiti cap. 22. dicit, quòd antiqui poſuerunt ſimiliter dominos duodenarios dominos domorum 12. ſecundum ſucceſsionem ſignorum: Et dicit, ꝙ alij diuiſerunt ſigna aliter, ſcilicet per decem partes: & ſecuti ſunt in hoc ordinem quẽ Chaldæi in terminorum ordine ſequebantur: Et ſecundũ Haly diuiſerunt ſignum in tres partes æquales: quę vocabantur decenæ, ſiue decani, eo quòd vnaquæque illarum partium continet 10. gradus: & ſic diuidentes ſequũtur modum Chaldæorum in terminis ordinatis: dant enim primam decenam aſcendentis domino aſcendenti: & ſecundam domino quintæ domus, & tertiam domino nonę: Et huiuſmodi diuiſio ſecunduum Haly vocatur Darugen. Alia diuiſio ſecundum Haly in partes tres, quæ vocantur facies: dando ſcilicet primam partem Arietis Marti, qui eſt dominus Arietis: ſecũdam ſoli: tertiam Veneri: & primam partem Tauri Mercurio: ſecũdam Lunæ: tertiam Saturno: & ſic continuando ſecundum ordinem planetarum. Et dicit Ptolemæus ibidem, quòd huiuſmodi diuiſiones non habent aliquam firmitatem, ſcilicet diuiſiones nouenarũ & decenarum: nec etiam iuxta mentem ſuam diuiſiones facierum. Sed Ptolemæus approbare videtur in cap. 22. diuiſionem duodenariã, & ſimiliter ipſe approbat in cap. eiuſdem primi quadripartiti diuiſionem terminorũ: ſed de terminis magis dicetur in cap. ſequenti. Quod autem Ptolemæus vult approbare duodenarios & terminos, patet per hoc quod ipſe dicit in capit. 22. ſcilicet quòd conuenit nos incipere in duodenariis & in terminis à quatuor punctis, ſcilicet tropicorum & ſolſtitiorum.

Sed dubium eſt mihi, quomodo in terminis vel duodenariis erit incæptio in eiſdẽ punctis: ex quo ſingulis gradibus aſsignantur ſecundum certitudinem dominia planetarum: dicit tamen Haly, quòd per hoc docet nos Ptolemæus quomodò ſciemus virtutes cuiuſlibet gradus ſignorum accipiẽdo eos in comparatione horum quatuor punctorum: ſicut ſcimus virtutes ſtellarum in comparatione ſolis: Et quando ſciuerimus hoc, poterimus eos bene ordinare hoc modo, quòd ei, quod fuerit maioris cõcordantiæ, dabimus vim domus, & poſtmodum cõſequenti dabimus vim triplicitatis: & poſtmodum exaltationis, & ſic in terminis duodenariis, & per alias dignitates. Nam per hoc dedit nobis Ptolemæus viam, qua ſciamus pro certo virtutem cuiuſlibet gradus ſignorum, & cuiuſmodi concordantiam

Digitized by Google

tiam habet cum quolibet planeta,Hæc Haly.

Sed volo redire ad naturas,& qualitates graduũ ſignorum.Et primo ponam eorum graduum ſexus in maſculinitate & fœminitate. Dicit itaque Albu maſar quinto maioris introduct.differ.19.quòd cũ fuerit aliqua incæptio alicuius temporis,puta natiuitatis,vel interrogationis,& eadem ratione incęptio cuiuſque accidentis mundi:& illud accidens, ſiue illa natiuitas,vel interrogatio, quorum fuerit illa inceptio temporis, fuerint maſculina, & fuerint planetæ in gradibus maſculinis, fortiora erũt & meliora. Eodem modo, ſi huiuſmodi inceptio fuerit fœmina:& planetę fuerint in gradibus fœmineis:Si autem ẽ contra acciderit,debiliora & peiora euenient: & intelligo planetas diſpoſitores. Sed ponam tibi tabulã, in qua ſtatim ſcias, qui gradus cuiuſque ſigni ſunt maſculini & fœminini ſecundũ Albumaſarem,vt ſupra,& Alchabitium differentia prima:& Haly Rodoam. Primo quadrip.cap.22.variant in iſtis gradibus:ſed ego magis aſſentior maiori: Nam & alij duo ſimiliter in eiſdem gradibus variant,vt patet in tabula ſequente.

*Tabula ſexus graduum circuli.*

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ♈ | maſ.7. | fœm.2. | maſ.6. | fœm.7. | maſ.8. | | |
| ♉ | maſ.7. | fœm.8. | maſc.5. | | | | |
| ♊ | fœm.6. | maſ.11. | fœm.3. | maſ.4. | fœm.4. | | |
| ♋ | maſ.2. | fœm.5. | maſ.6. | fœm.2. | maſ.11. | fœm.4. | maſ.3. |
| ♌ | maſ.5. | fœm.2. | maſ.8. | fœm.10. | maſ.7. | | |
| ♍ | fœm.7. | maſ.5. | fœm.11. | maſ.3. | fœm.7. | | |
| ♎ | maſ.5. | fœm.5. | maſ.4. | fœm.7. | maſ.2. | | |
| ♏ | maſ.4. | fœm.6. | maſ.7. | fœm.5. | maſ.8. | fœm.3. | |
| ♐ | maſ.2. | fœm.3. | maſ.5. | fœm.12. | maſ.6. | | |
| ♑ | maſ.11. | fœm.8. | maſ. | | | | |
| ♒ | maſ.5. | fœm.7. | maſ.6. | fœm.7. | maſ.5. | | |
| ♓ | maſ.10. | fœm.10. | maſ.3. | fœm.5. | maſ.2. | | |

Modo oſtendam alias qualitates planetarum, quas ponunt Albumaſar & Alchabitius,vnde dicit Albumaſar quinto maior. introduct. different.20. quot gradus ſignorum ſunt,quatuor modis.: Quidam enim ſunt,qui vocantur lucidi: Secundò gradus fuſci,ſiue vmbroſi,ſiue fumoſi:&hi ſunt ijdem: & tertiò ſunt gradus,qui vocantur vacui, vel crocei:& hi ijdem ſunt: Et quartò ſunt gradus obſcuri,vel tenebroſi, & ſimiliter hi ijdem ſunt. Et Frater,qui vocat ſe Perſcrutatorem in ſuo tractatu de temperie aëris dicit ſic: Mũndus indiget imbribus propter rerum generationem: ideo neceſſe eſt, vt in zodiaco ſint diuerſæ partes, in quibus Sol nunc fortiter,nunc fortius,nunc fortiſsimè aquas eleuaret. Et aliæ partes in quibus Sol nũc eleuaret, nũc non eleuaret,nunc vix,& nunc debiliter:quibus aſſignantur ſex nomina: Quæ ſex nomina ſex colorũ nominibus deſignantur,ſic lucidum,vacuũ, indifferẽs,deinde ſic,nigrum,tenebroſum, vmbroſum. Vel aliter ſic poteſt intitulatio fieri, album, citrinum, rubeum, deinde ſic, nigrũ, viride, & hyacinthinum, & ſecundum participationem loci ſignificetur potentia Solis in eleuando. Hæc Frater. Sequitur duplex tabula Albumaſaris primo, & deinde ſequitur tabula Fratris.

*Tabula graduum circuli ſecundum Albumaſarem.*

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ♈ | fu.3. | tene.5. | croce.8. | luci.4. | tene.4. | luci.5. | tene.1. |
| ♉ | fu.3. | luci.7. | vacu.2. | luci.8. | vacu.5. | luci.3. | croce.2. |
| ♊ | lum.7. | croce.3. | luci.5. | vacu.2. | luci.6. | croce.7. | |
| ♋ | fu.7. | luci.5. | croce.2. | luci.4. | tene.2. | luci.8. | tene.2. |
| ♌ | lum.7. | croce.3. | tene.6. | vacu.5. | luci.9. | | |
| ♍ | fu.5. | luci.4. | vacu.2. | luci.6. | tene.4. | luci.7. | vacu.1. |
| ♎ | lum.6. | croce.5. | luci.7. | croce.3. | luci.7. | vacu.2. | |
| ♏ | fu.3. | luci.5. | vacu.6. | luci.6. | tene.2. | luci.5. | croce.3. |
| ♐ | lum.9. | croce.2. | luci.7. | tene.4. | croce.7. | | |
| ♑ | fu.7. | luci.2. | tene.5. | luci.4. | croce.2. | vacu.4. | luci.5. |
| ♒ | tene.4. | luci.5. | croce.4. | luci.8. | vacu.4. | luci.5. | |
| ♓ | fu.6. | luci.6. | croce.6. | luci.4. | vacu.3. | vacu.3. | croce.2. |

Tabula

Digitized by Google

*Tabula Fratris de potentia Solis.*

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ♈ | um.3. | tene.8. | um.6. | lu.20. | tene.24. | | |
| | luci.29. | tene.30. | | | | | |
| ♉ | um.4. | tene.11. | um.14. | vacu.14. | vacu.19. | luci.20. | |
| | vacu.15. | luci..28. | vacu.30. | | | | |
| ♊ | luci.7. | tene.14. | um.18. | indif. 20. | luci.28. | um.30. | |
| ♋ | luci.12. | tene.14. | um.18. | indif.20. | luci.28. | um.30. | |
| ♌ | tene.16. | vacu.20. | um.25. | luci.30. | | | |
| ♍ | tene.6. | vacu.9. | um.11. | luci.17. | indif.22. | | |
| | vacu.28. | nig.30. | | | | | |
| ♎ | luci.5. | vacu.10. | luci.28. | tene.21. | luci.27. | vacu.30. | |
| ♏ | tene.3. | luci.8. | vacu.14. | luci.20. | tene.22. | vacu.27. | tene.30. |
| ♐ | luci.9. | tene.12. | luci.19. | indif.23. | luci.30. | | |
| ♑ | um.7. | luci.10. | viridis.5. | luci.19. | tene.22. | vacu.25. | tene.30. |
| ♒ | tene.4. | luci.9. | um.13. | luci.21. | vacu.25. | vacu.30. | |
| ♓ | um.6. | luci.12. | um.18. | luci.22. | vacu.25. | vacu.18. | um.30. |

In his autē gradibus magna eſt diſcordia inter aſtronomos: nam Albumaſar, & Frater in iſtis tabulis diſcordant ab inuicem, & ſimiliter Alchabitius, & alij diſcordant ab vtroque eorum. ſed ſufficiant ad præſens hæ duæ tabulæ Albumaſaris & Fratris. Et dicit Albumaſar quinto maior.introductor. different. 20. quòd cum planeta ceciderit in gradus lucidos, fortius ſignificat bonum, & fortitudinem, & pulchritudinem, lucem, atque fortunam. Et cum ceciderit in gradus tenebroſos, ſignificat duritiam, tarditatem, rem horribilem, & tenebroſam atque malam. Cum ceciderit in gradus fuſcos, ſiue vmbroſos, aut fumoſos, aut vacuos, ſignificat modicum horribilitatis. Hæc Albumaſar, & Frater. Huiuſmodi autem qualitates graduum multum operātur in prognoſticatione temperiei: ſicut patebit infra. Et in cœlo ſunt quidam gradus, qui vocantur putei, qui ſecundum aſtronomos magnam virtutem habent in his inferioribus. Nam dicit Albumaſar quinto maior.introduct.differentia 21. quòd cum in eos aliquis planeta ceciderit, quemadmodum debilitantis, ablationem pulchritudinis, & aſpectus ſignificat: & à ſignificatione ſua debilitatur. Fortunæ vero ſi in ipſos ceciderint, vt narrauimus, debilitantur. Similiter mali in eis à ſua ſignificatione debilitantur, & forſitan ſignificabunt fortunam accidentalem, propter debilitatem ſuam ſupra malum: & forſitan confortabitur natura illius malitiæ. Sed ponam tibi tabulam de puteis ſecundum ſententiam Albumaſar quinto maioris introductorij differentia 21. & in minori in fine, & Fratris in tractatu ſuo de temperie aeris. Et dicit Frater, quòd putei ſecundum naturam Saturni ſiccant & deprimunt. Qualiter autem per puteos ſit prognoſticandum de temperie aeris ſecundum æqualitatem, patebit in ſuo tractatu. Et alij ſunt gradus in zodiaco qui dicuntur fortunam augentes: & hi gradus ſimiliter habent magnam vim in hęc inferiora ſecundum Albumaſarem quinto maior.introduct.different.22. Cum vero aliquis eorum fuerit in aſcendente, & fuerit Sol in die, & Luna in nocte in aliquibus eorum, & fuerit in optimo loco circuli & ſignum eſt magnæ fortunæ. Et ſi fuerint planetæ ſignificātes radicem natiuitatis fortunati, perducūt natum ad ſublimitatem & ſedem natiuitatis regni: & dominabitur terræ & multis Ciuitatibus, & multis diuitijs. Hæc ibidem. Et ſecundum Albumaſarem in minori introductorio hi ſunt gradus exceſsiui partialium, Vnde & ignobiles ad regnum perueniunt. Et ſecundum Fratrem, hi gradus ſunt humidi: & fit in eis pluuia; & vocantur hi gradus à Fratre exaltationes particulares: & colliguntur ex ſententia Albumaſaris quinto maior.introduct. vbi ſuprà, & in minori introductorio in fine, & Fratris, qui ſe vocat perſcrutatorem, in tractatu ſuo de temperie aeris, & patet clarè in hac tabula.

*Tabula de gradibus puteorum Fratris.*

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| ♈ | 6 | 11 | 17 | 24 | 29 | |
| ♉ | 5 | 13 | 18 | 24 | 25 | 26 |
| ♊ | 6 | 13 | 17 | 26 | 30 | |
| ♋ | 12 | 17 | 13 | 16 | 30 | |
| ♌ | 8 | 13 | 15 | 22 | 23 | 28 |
| ♍ | 8 | 13 | 16 | 21 | 25 | 30 |
| ♎ | 1 | 7 | 20 | 23 | 27 | 30 |
| ♏ | 9 | 19 | 19 | 22 | 23 | 27 |
| ♐ | 7 | 12 | 15 | 24 | 27 | 30 |
| ♑ | 2 | 7 | 17 | 22 | 29 | |
| ♒ | 1 | 11 | 17 | 23 | 29 | |
| ♓ | 4 | 9 | 24 | 27 | 28 | |

*Tabula de gradibus augentibus fortunam, vel ſecundum Fratrem de exaltationib. particularib.*

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| ♈ | 19 | | | | |
| ♉ | 8 | | | | |
| ♊ | 11 | | | | |
| ♋ | 1 | 2 | 3 | 14 | 15 |
| ♌ | 5 | 7 | 17 | 20 | |
| ♍ | 2 | 13 | 20 | | |
| ♎ | 3 | 5 | 21 | | |
| ♏ | 2 | 5 | 20 | | |
| ♐ | 13 | 20 | | | |
| ♑ | 12 | 13 | 14 | 20 | |
| ♒ | 7 | 16 | 18 | 27 | |
| ♓ | 12 | 20 | | | |

Item ſunt alij gradus ſeptem, qui ponuntur in ſecunda tabula iſtorum, qui ſimiliter vocantur ab Albumaſare gradus augētes fortunam. Et dicit vbi ſupra, quòd antiqui dixerunt, quòd cum planetæ receſſerint à ſuis locis, fortunam nati ſignificantibus, & fuerit Luna, vel pars fortunæ in his gradibus, qui fuerint ipſi gradus aſcendentes, fortunam adaugent nati: & ſi fuerint ſignificātes eius caſum, iſti gradus mouent eum in aliquam ſublimitationem per aliquam quantitatem quodam motu. Hęc ibidem. Et in minori introductorio dicit Albumaſar, quòd hi ſunt gradus exceſsuum: ita quòd ſi in eos cuiuſlibet thematis dominus planeta, aut horoſcopus ceciderit, thematis fœlicitatis ibi fortunam excedunt. Et dicit Frater, quòd hi gradus ſunt naturæ mediæ inter prædictos gradus, augentes fortunam ſiue exaltationes particulares, & gradus Puteos. nam in omni alio loco planeta præſtat humiditatem ſiue ſiccitatem. Et hi dicuntur adiunctiones ſiue exaltationes communes, quia humidi & ſicci. Hæc Frater.

*Exaltationes communes ſecundum Fratrem, vel gradus augentes fortunam.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♉ | 15 | 27 | 30 |
| ♌ | 3 | | |
| ♏ | 7. alias 9. | | |
| ♒ | 20 | | |

Item in zodiaco ſunt quidam gradus, qui dicuntur gradus azemenæ id eſt gradus debilitatis corporis, ſecundum Alchabitium. Vnde dicit Alchabitius, quòd azemena eſt quædam debilitatio corporum temporis, eo quod accidit ex tempore, vt eſt cæcitas, ſurditas, amiſsio membrorum, & huiuſmodi: talia autem quamdiu homo vixerit, habebit ſecum, niſi miraculoſe ſanetur. Cum ergo Luna fuerit in his gradibus in aliqua natiuitate, accident nato prædicta azemena ſecundum ſignificationem loci, & aſpectus, & ſecundum loca planetarum. Significantur autem azemenæ per aſtra diuerſis modis: ſicut in libris natiuitatum inuenies. Hæc Alchabitius. Et ponam tibi gradus illos in tabula ſecundum opinionem Albumaſaris.

Tabula

Digitized by Google

*Tabella graduum azemena.*

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| ♉ | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 |
| ♋ | 9 | & vſque ad 29 | | | |
| ♌ | 18 | 27 | 28 | | |
| ♍ | 19 | 29 | 18 | 19 | |
| ♐ | 1 | 7 | | | |
| ♑ | 16 | & vſque ad 19 | | | |
| ♒ | 18 | 19 | | | |

Item dicit Iulius Firmicus libr.4.capitu.16.ſingula ſigna habent ternos decanos, id eſt facies. Nã in omnibus 30. poteſtas eorum inueniri non extenditur, ſed per ſingula ſigna trini decani quaſdam partes poſsidēt,& quaſdam relinquunt: Plenæ itaque tres partes ſunt, in quibus decani inuenti fuerint:vacuę vero, ad quas partes nunquam decanorum numerus accedit. Quicunque itaque in genitura ſua Solem & Lunam, & quinque planetas retrogrados in plenis habuerint partibus, erit quaſi Deus ſubleuatus præſidio maieſtatis maximæ: ſed nunquam poterit fieri in genitura hominis,vt Sol, & Luna, & quinque planetę in plenis conſtituantur partibus: Qui enim vnam ſtellam in plenis habuerint partibus,erunt mediocres: qui vero duas, ad omnia genera fœlicitatis accedunt, qui tres,vltra modum percipient fœlicitatis multiplex ornamentum: qui quatuor, ad potentiam regiæ fœlicitatis accedent:vltra hunc numerum in nullis genituris plenas ſtellę poſsident partes.Hęc Iulius ibidem.Ex his igitur verbis Iulij Firmici patet, quòd partes plenæ,ſiue gradus pleni in natiuitatibus magnum ſignificāt fortunium, & magnum bonum:vacui vero è contra ſignificant magnum infortuniũ, & multum malum: & ſicut eſt in natiuitatibus ſic eſt in omnibus alijs inceptionibus accidentium mundi, ſiue in omnibus accidentibus mundi, videlicet quòd gradus pleni ſignificant fortunium, & bonum: vacui è contra ſignificant infortunium,& malum. Et ſecundum Rogerium Erfodienſem in ſuo introduct. fortitudo planetæ eſt vt ſit in gradu pleno:& debilitas ei accidit,ſi fuerit in gradu vacuo. Et finitur hoc capitulum de naturis, & qualitatibus graduum zodiaci.

*De dignitatibus eſſentialibus planetarum.*

*CAP. V.*

IAM volo loqui de dignitatibus planetarũ tam eſſentialibus [quam accidentalibus. Sed in capitul.primo determinare volo de dignitatibus planetarum eſſentialibus, & poſt modũ de eorũ dignitatibus accidētalib. Dignitates verò planetarum eſſentiales,prout dicũt aſtrologi,ſunt domus, exaltatio, triplicitas,terminus,& facies. Primò ergo dicēdum eſt de domibus planetarum. Dicit Ptolemæus primo quadripartiti capitul.18. quòd ex ſignis duodecim duo ſunt ſeptentrionalia, illa ſcilicet quæ loco zenith noſtrorum capitum ſunt viciniora, & hac de cauſa generant calorem, quæ ſunt Cancer & Leo,& duob.maximis ac dignioribus luminaribus, pro domibus ſunt attributa:& Leonis ſignum quod eſt maſculinum, ſolis domum poſuerunt. Cancrum verò, qui eſt ſignum fœmininum, Lunæ domum conſtituerunt. Ideoque circuli medietatem, quæ eſt à Leone vſque ad Capricornum,Solarem nuncupauerunt: aliam verò medietatem, quæ eſt ab Aquario vſque ad Cancrum,Lunarem appellauerunt. Et quia Saturnus naturaliter eſt frigidus, & calori contrarius,& eius Sphęra eſt altior, & remotior à luminaribus,ei duo ſigna,Capricornũ, & Aquarium, quæ ſunt in oppoſitione Cancri, & Leonis, aſsignauerunt: ob hoc, ſcilicet, quòd hæc duo ſigna Capricornus & Aquarius frigida ſunt, & hiemalia: hæc Ptolemæus ibidem. Et dicit Haly ibidē,quòd quia hæc duo ſigna domibus luminarium ſunt oppoſita, & luminaria omnem generationem faciunt, & crementum rerum: oportuit, quòd hæc duo ſigna facerent corruptionem & minutionem talem,qualis operi Saturni conuenit:vnde hac ratione dederunt Saturno pro domibus Capricornum & Aquarium, quæ ex natura ſua ſunt contraria naturæ luminarium.Et quia Capriconus eſt hiemalis,& ſimiliter Saturnus, & Aquarius, quia eſt in medietate Lunari,opportuit eſſe humidum:& pro temperanda magna frigiditate Saturni, eſt calidus: & propter hoc dicit Dorotheus, quòd ſapientes antiqui dicebant,quòd Saturnus melius operatur in Aquario, quam in Capricorno, & magis gaudet in eo, quia calor & humiditas Aquarij multum de magno frigore & ſiccitate ipſius Saturni aufert. Saturnus etiam humectat per accidens aliquando. Similiter quia Saturnus eſt maſculinus,& diurnus, magis ei conuenit Aquarius, quam Capricornus: hæc ibidem Haly. Ex his verbis Haly & Dorothei patet, quòd illi duo volunt aſſerere, quòd Aquarius ſit domicilium Saturni principale, & non Capricornus: tamen alij aſtrologi tenent contrarium, ſicut Linconienſis, & alij moderni; & eo ꝙ Capricornus eſt frigidus, & ſiccus, quemadmodum eſt Saturnus frigidus & ſiccus: ſed ſic non



Digitized by Google

eſt Aquarius:quare &c. Et dicit Ptolemæus vbi ſupra,quòd Iuppiter eſt complexionis temperatę, & ſub Saturni ſphęra fertur:duo ſigna quæ ſunt circa Aquarium & Capricornum, quæ ſunt Sagittarius, & Piſces,ei ſunt attributa:eo quòd ventos procreant,& res oriri compellunt: Suntque à domibus luminarium in longitudine trina,quæ eſt longitudo concordiæ & fortunij:hęc Ptolemæus.Et dicit ibidem etiam Haly, quòd quia Sagittarius eſt cõcors cum natura Solis, Iuppiter habet in eo participationem cum Sole: & ſimiliter quia Piſces concordant cum natura Lunæ,Iuppiter habet in eo ſigno participationem cum Luna. Et dicit Dorotheus, quòd Iuppiter magis gaudet in Sagittario quam in Piſcib⁹: quia Iuppiter eſt maſculinus, & diurnus tẽdens magis ad naturam Solis:& Sagittarius eſt huiuſmodi naturæ:hæc Haly.

Ex his ergo patet quòd ſecundum Dorotheum Sagittarius eſt principale domicilium Iouis:Piſces domicilium eius ſecundarium: in hoc concordant alij.Et dicit Ptolemæus vbi ſupra,quòd Mars naturaliter deſiccat,& eius Sphęra ſub Iouis Sphęra voluitur, duo ſigna quæ poſt Iouis hoſpitia locantur, ei dederũt antiqui,quæ ſunt Aries & Scorpio:quorum longitudo à luminarium domibus eſt tetragona, ſicut caliditati deſtructoriè & contradictoriè conuenit,quæ naturæ Martis aſſimilatur:hæc Ptolemæus & Haly ibidem: quia Scorpius eſt contrarius domui Solis, debet eſſe frigidus & humidus, minuendo damnum ſiccitatis Martis,& hac eadem ratione eſt Mars nocturnus:ſimiliter Aries,quia eſt contrarius domui Lunæ, conuenit etiam vt ſit calidus,& ſiccus. Et propter hoc dicit Dorotheus, quòd Mars gaudet in Scorpione magis quã in Ariete: quia eſt nocturnus, ſicut & ipſe,& eius natura temperatur in eo:hæc Haly.Et ſic videtur ſecundum Haly & Dorotheum, quòd Scorpius eſt domus Martis principalis,& Aries ſecundarius:& hoc dicunt alij: & ſic conſentiunt dictis Haly. Et dicit Ptolemæus vbi ſupra, quòd Veneris Sphęra quia eſt complexionis temperatæ,& ſub Martis Sphæra circumuoluitur cum duobus ſignis, quæ Martis ſunt habitacula & eius domicilia ſe tenet, eo quòd res oriri faciunt, & ſunt Taurus & Libra: quarum longitudo à domibus luminarium eſt ſextilis, quæ eſt longitudo ſimilitudinis & cõuenientiæ.Et quia etiam Venus nunquam elongatur à Sole in aliqua duarum partium pluſquam in duobus ſignis: hæc Ptolem. Et dicit Haly,quòd quia Venus tẽperata eſt, conuenit vt domos habeat cum domibus luminarium concordantes. Similiter quia Libra eſt ſignum æquinoctij, cum animalibus vegetabilibus, & omni generatione cõcordat.Similiter quia Taurus eſt ſignum, in quo tempus veris confirmatur, conueniens eſt ijs,quæ diximus:& hac ratione conuenit, vt duæ domus Veneris ſint Taurus, & Libra propter cõcordantiam,quæ eſt inter ea,& duo luminaria: cõuenit etiã,quòd Libra ſit maſculina, calida & diurna, ſicut ad Solẽ pertinet, & ꝙ Taurus ſit fœmininus,& nocturnus,& frigidus ſicut ad Lunam pertinet. Et dicit Dorotheus, quòd Venus gaudet in Tauro magis quam in Libra: propter concordantiam, quam habet cum natura Lunæ,ſecundum Haly. Patet ergo ſecundum Haly, & Dorotheum, quòd Taurus ſit principalis domus Veneris,& Libra domus eius ſecunda.Tamen Linconienſis in tractatu ſuo de temperie aëris, & plures alij præpoſuerunt Librã: eo quòd plus conuenit naturæ Veneris: quia eſt ſignum calidum,& humidum: & Venus eſt calida & humida: prout dicit Dorotheus:ſed Taurus ſignum eſt frigidum,& ſiccum, & minus conueniens naturæ ipſius Veneris: quare &c. Et dicit Ptolemæus, vbi ſupra, quòd Mercurius in neutra duarum partium à Sole nunquam per vnius ſigni ſpacium elongatur: & quia inferior eſt alijs planetis,data ſunt ei duo ſigna reſidua, quæ poſt luminarium loca locantur, & ſunt Gemini,& Virgo: hæc Ptolemæus ibidem. Et conuenit (dicit Haly) vt domus Mercurij ſint medianæ inter fortunam & infortunam, & inter concordantiam, & diſcordantiam:quia ſignum Geminorum non eſt concors cum Capricorno: quoniam ſe non aſpiciunt, ſed concordat cum Leone aſpectu ſextili:ſimiliter ſignum Virginis non habet cõcordantiam cum Leone: quia ſe non aſpiciunt: & propter hoc eſt Virgo contrarię naturæ ſoli,& Gemini contrariæ naturæ Lunæ. Vnde dicit Dorotheus, quòd Mercurius in Virgine gaudet magis quam in Geminis: propter contrarietatem Virginis cum natura Solis: quia Sol ſemper eſt firmus in ſtatu ſuo,& Mercurius non:hęc Haly.Ex prædictis ergo patet, recolligendo, quòd domus Solis eſt Leo: ſed Lunæ domus eſt Cancer:Saturni domicilium principale eſt ſecundum Haly,& Dorotheum Aquarius,& ſecundarium eius domicilium eſt Capricornus: ſed ſecundum Linconienſem in tractatu ſuo de temperie aëris, & ſecundum plures aſtrologos modernos domicilium principale Saturni eſt Capricornus,& ſecundarium, ſiue accidentale eſt Aquarius:Iouis verò domicilium principale eſt Sagittarius,& ſecundarium Piſces: Martis verò domicilium principale eſt Scorpius, & ſecundarium eius domicilium eſt Aries: Veneris domicilium principale ſecundum Haly & Dorotheum eſt Taurus,& ſecundarium Libra: Et ſecundum Linconienſem & alios modernos, Libra eſt domus Veneris principalis,& Taurus ſecundaria: Mercurij verò domicilium principale, ſecundum omnes eſt Virgo, ſecundarium verò domicilium eſt ſignum Geminorum: Vnde verſus,

*Cap.Aqua.Saturno.Sag.Pis.Iouis:*
*Scor.Aries Mars:Libra Tau.Veneri:*
*Mer.Vir.Gc.Sol Leo Lu.Can.*

Ex prædictis patet,quòd iuxta ſententiam Haly & Dorothei, cum quibus concordant Alchabitius & Rogerius Erfordenſis in ſuis introductoriis in quibuſdam prędictarum domorum planetæ dicuntur gaudere ſiue gratulari, ſicut Saturnus in Aquario,Iuppiter in Sagittario,Mars in Scorpione,Venus in Tauro,Mercurius in Virgine: Et duo luminaria in ſuis domiciliis gaudent, prout dicit Rogerius Erfordenſis vbi ſupra: hæc ergo ſunt gaudia planetarum ſecundum aſtrologos.Ex prædictis patet,quæ ſint domus planetarum:Et ſecundum ſententiam aſtrologorum, ſigna oppoſita prædictis domibus dicuntur eorum exilia, in quibus cum fuerint, multum infortunantur, & debilitantur.

Digitized by Google

tur. Vnde cum fuerint in ſuis domiciliis, fortunantur, & fortificantur. Vnde quodcunque ſignum fuerit domus alicuius planetæ, ſignum oppoſitum eſt eius exilium, ſicut Cancer & Leo ſunt ſigna Saturni, quibus oppoſita ſunt Capricornus, & Aquarius,& ſic deinceps.

Reſtat modo loqui de exaltationibus planetarum.Sed primo aduertendum eſt,quod quidam aſtrologi,ſicut Iulius Firmicus & Linconienſis & alij dicunt, planetam maiorem dignitatem habere in exaltatione ſua, quam in domo ſua. Dicit enim Iulius Firmicus Libro 2.capit.3.quòd altitudines, ſiue exaltationes ſtellarum ſingularum ſunt illæ,in quibus naturaliter quadam ſublimitate, & magnitudine eriguntur: & eorum deiectiones ſiue caſus ſunt, in quibus cõſtitutæ oppreſſæ auctoritate ſua & poteſtate minuantur. In altitudinibus itaq; ſuis gaudentes conſtitutæ maximæ fęlicitatis inſignia decernunt, quotiens genituris hominum maxima illarum particularis altitudinis ſuæ ſigna poſsideant: tunc verò homines infeliciter infortunijs opprimuntur, quotiens ſtellarum pars maxima in his eſt cõſtituta ſignis in quibus humili deiectione multum de ſua poteſtate dimittunt. Vnde dicit Iulius poſtmodum,quòd nos ſcire debemus hac inſtitutione formati omnes ſtellas melius eſſe in altitudinibus ſuis quam in domiciliis: hæc Iulius: & Linconienſis ſimpliciter præponit exaltationem domui in tractatu 2.de tẽperie aëris. Vnde dicit ipſe, quòd planeta exiſtens in exaltatione, aſsimilatur viro exiſtenti in regno ſuo, & in gloria ſua. Et planeta exiſtẽs in domo ſua comparatur viro exiſtenti in dominatione ſua. Et planeta exiſtens in triplicitate ſua,eſt ſicut vir in honore ſuo, & inter auxiliatores. Et planeta exiſtẽs in termino ſuo,eſt ſicut vir exiſtẽs inter cognatos ſuos,& genere ſuo. Et planeta exiſtens in facie ſua, eſt ſicut vir in magiſterio ſuo. Et in hac ſententia ſimiliter concordant plures alij aſtrologi. Item aduertendum eſt, quòd Ptolemæus primo quadripartiti capitul.19. dicit ſic. Et quidam dixerunt, quòd potentia domini triplicitatis ſequitur potentiam domini domus,& in hoc concordat Dorotheus:hæc ille.Omnes tamen alij aſtrologi, quorum libros ego vidi, præponunt exaltationem triplicitati:nec video aliquam bonam rationem,quare Dorotheus & Ptolemæus præponant triplicitatem exaltationi.Et Ptolemæus & Albumaſar & alij multi aſtrologi præponũt domum exaltationi.Vnde in ea parte plus credendum eſt eis,quam Iulio ſcilicet, & Linconienſi. Et ſimiliter tenendum eſt cum maiori parte aſtrologorum, quòd exaltatio debet præferri triplicitati, quicquid dicant Ptolemæus & Dorotheus, prout mihi videtur magis conſonare veritati. patet ergo, quòd rationabiliter in dignitatibus eſſentialibus planetarum domus debet præferri, deinde triplicitas,deinde terminus, & poſtea facies: & hæc ſententia eſt maioris partis aſtrologorũ.Vnde poſt quam locutus eſt de domo, dicendum eſt nũc de exaltatione:pro quo ſciendum eſt iuxta ſententiam Albumaſaris, quinto maioris introductorij differentia.5.& iuxta ſententiam Alchabitij, differentia prima, & ſimiliter iuxta ſententiam maioris partis aſtrologorum, Saturnus exaltatur in Libra in 21. gradu illius ſigni:Iuppiter exaltatur in 15.gradu Cancri:Mars verò in 28. gradu Capricorni: Sol in 19.gradu Arietis: Venus in 17.Piſcium: Mercurius,in 15.Virginis,Luna quoque exaltatur in 3.gradu Tauri:deſtructiones etiam planetarum eorumdem ſunt in conſimilibus gradibus atque minutis ſignorum,ſuis exaltationibus oppoſitorum.Caput verò Draconis exaltatur in 3. gradu Geminorum, & deprimitur in 3.gradu ſagittarij. Cauda autem è contra:nec alibi habent quicquam. Hoc patet iuxta ſententiam Albumaſaris & Alchabitij, & ſimiliter iuxta ſententiam aliorum aſtrologorum. Et dicit Albumaſar vbi ſupra, quòd Hermes certiſsima ratione de exaltationibus, planetarũ tractauit: ſed de gradibus exaltationum mentionem non fecit:hæc Albumaſar.Sed prout dicit idem vbi ſupra differentia 7. ipſe Hermes poſuit planetas omnes exaltari ex ſignis prædictis: & vniuſcuiuſque planetę exaltationẽ poſuit eſſe in 15.gradu ſigni ſui:eo quòd maior fortitudo eſt planetæ in medio ſigni ſibi cõcordãtis.Et introductorium Ptolemęi primo quadripartiti cap.2.dicit,quòd exaltatio Saturni eſt in toto ſigno Libræ, & non tantum in vna parte eius. Similiter exaltatio Iouis eſt in toto ſigno Cancri: & ſic de cæteris:Ex hoc videtur quòd ſit rationabile: nã nullam rationem video,quare exaltatio planetæ eſſe debeat in vno gradu tantummodo. Sed mihi videtur,quòd dictum Hermetis ſit rationabile,ſcilicet quòd planetæ maior eſt fortitudo in medio ſigni ſibi concordantis:Vnde videtur,quòd rationabiliter ſit tenendum tam pro parte cum Hermete,ſcilicet dicendo, quòd totum ſignum Libræ eſt exaltatio Saturni: & magis exaltatur in medio Libræ,quàm in fine,vel in principio eius: eo quòd ibidem exiſtit maior fortitudo eius, vt dicit Hermes: & eodem modo totum ſignum Cancri eſt exaltatio Iouis,qui magis tamen exaltatur in medio eius, quàm verſus finem, vel principium eius, & ſic deinceps. Et Albumaſar, quinto maioris introductorij differentia.7.ponit rationes ad confirmandum gradus exaltationum, prius recitatos: ſed vt mihi videtur, eius rationes, quas ibi ponit, ſunt valde debiles,nec fundantur ſuper fundamenta ſolidum: fundantur enim rationes eius ſuper hoc,ſcilicet,quòd 15.gradus Cancri fuit aſcendens in prima creatione mundi, & ideo ponebat primũ gradum eſſe exaltationem Iouis: Et ſecundum quòd alij gradus exaltationum prædicti aſpiciebant aſcendens, ponit eos pro exaltatione aliorum planetarum,prout magis videbantur ſibi cõuenire naturæ aſpectus:verbi gratia, ex quo in prima mundi creatione fuit aſcendens. 15. gradus Cancri, 19. gra.Arietis fuerat in medio cœli: ideo conueniens fuit,vt 19.Arietis eſſet exaltatio Solis. Et propter conſimiles rationes ponit Albumaſar reſiduos gradus prædictos eſſe exaltationes planetarum aliorum.Sed illud fundamentum eius, ſuper quod fundat rationes ſuas, eſt infirmũ valde, ſcilicet,quòd 15.gradus Cancri fuit aſcendens in principio mundi, Et ſi fuiſſet ille gradus aſcendens in vno horizonte,ſiue in vna parte terræ,ſic tamen non fuit in qualibet alia parte terræ,ſicut conſtat: nec eſt aliqua alia ratio, quare plus debent aſsignari exaltationes omnium planetarum per aſcendens illius horizontis, cuius 15. gradus fuit aſcendens quàm per aſcendens cuiuſcunque alterius horizontis. Et

ideo nõ vides, qualiter rationes Albumaſaris, in ea parte debeant concludere. Vnde non inuenio aliquam firmitatem in prædictis gradibus exaltationum, quos ponit Albumaſar, & alij aſtrologi. Et ideo mihi videtur, quòd prædicta poſitio ſumpta ex poſitione Ptolemæi & opinione Hermetis, ſit magis rationabilis. Quare autem Ptolemæus & alij aſsignẽt exaltationes planetarum in prædictis, iam monſtrabo. Dicit autem Ptolemæus primo quadri partiti capit. 20. quòd Sol cum in Arietis ſigno fuerit ad altiorem circuli medietatem & ſeptentrionalem mutabitur: Cumque Libræ ſignum ingredietur, ad inferiorem circuli medietatem meridionalem propriumiter aduertit: quapropter Arietis ſignum, in quo longitudo dierum eorumque caloris naturalis augmentum inchoat Solis exaltationem poſuerũt: Libram verò propter prædictarum occaſionum contrarietates, eiuſdem caſum fore dixerunt: hæc Ptolemæus: Et Haly ibidem dicit, quòd virtus Solis & vis eius magis in ſeptentrione apparet: Et quando Sol intrat Arietem, incipient dies longiores fieri, & in populatione terræ calor creſcere naturalis, & vadit aſcendendo verſus augem ſuam: Et ideo poſuerunt antiqui, Arietem eſſe domum exaltationis ipſius, & Libram eſſe domũ caſus eiuſdem: quia tunc incipit nox longior fieri: calor quoque minuitur, & frigus fortificatur in populatione terræ: & vadit Sol verſus depopulationem terræ, & verſus depreſsionem ſuam, quæ eſt oppoſita ſuæ augi: hęc Haly: Et Ptolemęus ibidem, quòd elongatio Saturni à Sole ſit oppoſitionalis elongatio, prout eſt domorum: quia vbi creſcit calor, ibi minuitur frigus, & è contra: ergo poſuerũt Libram ſuam exaltationem: Arietem verò caſum. hæc Ptolemæus: Et dicit Haly, quòd elongatio oppoſita, vel eſt elongatio corruptionis, vel contrarietatis: & propter hoc, quòd vbi frigus incipit, minuatur calor, ſcilicet in Libra, & quòd ipſa ſit caſus Solis, & exaltatio Saturni: & quòd Aries ſit caſus Saturni, ita quòd tota natura Solis fiat contraria naturæ Saturni, ſicut iam poſuerunt in omnib. rebus. Et dicit Ptolemæus, quòd cum Luna iuncta Soli fuerit in Ariete, qui eſt Solis exaltatio: quoniam poſt hęc prius apparebit in Tauro, in quo initium, ſeu augmentum eius luminis erit, quod eſt primum eius propriæ triplicitatis ſignum: & eſt eius principium ſecundum naturalitatem, ſitque exaltatio in Tauro. In Scorpione verò ſigno quod in illius oppoſitione formatur, deſignatur eius caſus: hæc Ptolemæus. Et dicit Haly, quòd poſtquam virtus Lunæ ſequitur virtutẽ Solis, & eius domus ſituatur cum domo illius: conuenit etiam, vt eius exaltatio ſit cum illius exaltatione. Et dicit Ptolemęus quòd Iuppiter eſt auctor ventorum ſeptentrionalium, qui res oriri faciunt, & quoniam cum in maiori declinatione ſeptentrionali fuerit, quæ eſt in Cancro, ipſius propria vis apparebit, ventoſque ſeptentrionales efficiet: ei Cancri ſignum exaltationem, & Capricornum caſum antiqui attribuunt: hæc Ptolemæus. Et dicit Haly, quòd cum Iuppiter moratur in Cancro, fortificatur multũ opus eius, & virtus eius propria in faciẽdo naſci, & creſcere omnes res: nec eſt in fine ſeptentrionis ſignũ aliud niſi Gemini, & Cancer: Et Gemini non pertinet ad eum: quia eſt in oppoſitio ipſius domus, quę eſt Sagittarius, & in 4. Piſcium: Et Cancer conuenit eis magis propter Lunam: quia temperamentum naturæ Lunę eſt conueniens naturæ Iouis: Et magnus calor & ſiccitas Leonis ei nõ cõuenit. Vnde conuenit propter has omnes rationes, vt exaltatio Iouis ſit Cancer: & eius caſus Capricornus: hæc Haly. Et dicit Ptolemęus quòd Mars, quia eſt comburens & maximè cum in Capricorno fuerit: eo quòd eius declinatio tunc eſt in parte meridionali in Capricorno, Iouis exaltationi contrario, ſublimatur, ſiue exaltatur: cadit autem in Cancro: hęc Ptolemæus. Et dicit Haly, quòd pars meridiei, quia eſt calida multum, non conuenit naturæ Martis, quia eſt comburens: natura autem in hoc voluit temperare naturã Martis, quia hæc pars depopulata eſt: & quia natura Martis contraria eſt naturæ Iouis. Vnde his duabus rationibus conuenit, quòd exaltatio Martis ſit Capriconus: qui eſt finis meridiei, & quod eius caſus ſit Cancer, vt eius natura ſit naturæ Iouis in omnibus modis contraria: hæc Haly. Et dicit Ptolemæus quòd poſtquam Venus naturaliter humectat, maximè autem in ſigno Piſcium, in quo Venus humectatur, & principium apparet humiditatis veris, eiuſque virtus naturaliter incipit creſcere: in Piſcibus exaltatur, & in Virgine cadit: hæc Ptolemæus. Et dicit Haly, quando Venus ingreditur Piſces, apparet propria virtus eius, quia naturaliter concordat cum Piſcibus: quoniam eſt ſignum fœmininum & nocturnum, & in eo incipit temperata veris humiditas apparerę, & eius natura concordat cum Ioue: quia eſt domus eius, & terminus eius exaltationis eſt domus Lunæ, qui duo planetæ cum Veneris natura concordant: & hac ratione conuenit, vt ſignum Piſcium eſſet exaltatio Veneris, & Virgo caſus: quæ Piſcibus eſt contraria, quoniam ſicca eſt naturaliter: hæc Haly. Itẽ dicit Ptolemęus quòd Mercurius deſiccat per ſe: & in hoc eſt contrarius Veneri, & conuenit, vt eius exaltatio ſit in ſigno Virginis, in quo autũnus, qui eſt ſiccus, incipit apparere, cũ eius iterum propria vis creſcit, in veris contrarium eſt, & eius caſus in ſigno Piſcium: Hęc Ptolemęus: Et dicit Haly, quòd Mercurius magis operatur in deſiccando quam in humectando, & magis cum Saturno quàm cum Ioue concordat, & cum Sole quam cum Luna: quia duæ domus Mercurij ſunt bono aſpectu concordes cum duabus domibus Saturni, Et ſunt contrariæ domibus Iouis: Et quia curſus eius eſt ſemper circa Solem, & virtus eius commiſcetur cum vna virtute. Similiter quia autumnus ſemper incipit in Virgine, & eſt ſiccus, & quandoque frigidus, & quãdoque calidus ſecundum naturã Mercurij. Et quia etiam fortitudo Mercurij, & eius opus propriè apparet in Virgine: Et quia Sol cum fuerit in domo ſua, apparet in veſperi, in Virgine, quę ſemper eſt ipſius Mercurij domus: his ergo rationibus conuenit, vt Virgo ſit eius exaltatio, & Piſcis caſus: hęc Haly. Et hæc eſt tota ſententia Ptolemæi & Haly de exaltationibus planetarum.

Iam reſtat loqui de triplicitatibus: ſunt autem triplicitates quatuor, prout prius dictum eſt in 2. cap. huius introductorij, & ſimiliter earum triplicitatum naturæ & qualitates in eodem cap. declarantur: Sed iam dicam, quæ planetæ ipſis dominentur. Prima autem triplicitas, prout dictũ eſt, conſtat ex

Ariete

Digitized by Google

Ariete,Leone,& Sagittario: quæ ſunt ſigna maſculina,& ſecundum Ptolemęum 2.quadripartiti cap. 19.hæc ſigna ſunt Solis Iouis & Martis domicilia. Vnde hanc triplicitatem Soli & Ioui,repulſo Marte,dederunt: eo quòd Mars eſt alterius haiz quam Sol: huius autem triplicitatis primus dominus eſt in die Sol,in nocte Iuppiter:hęc Ptolemeus.Ex his verbis Ptolemęi patet,quòd ipſe excludit Martem à dominio huius triplicitatis: ſed dicit Haly ibidē, quod manifeſtū eſt,quòd Ptolemæus ponit, quòd Mars eſt particeps Solis,& Iouis in gubernãdo hãc triplicitatem.Et alij Aſtrologi tenent, quòd Saturnus eſt particeps,quia crediderunt, quod hæc triplicitas ſit orientalis:ſed Ptolemæus eam dicit eſſe ſeptentrionalem. Verbis autem Ptolemæi magis credendum eſt,quia veniunt per experientias multas cum naturalibus argumentis:Hæc Haly. Secunda verò triplicitas ex tribus ſignis fœmininis,ideſt Tauro,Virgine,& Capricorno collecta, prout dicit Ptolemæus vbi ſupra, Lunæ & Veneri aſsignatur,quia ſunt nocturnæ: quia eſt haiz Lunæ: iſtius verò triplicitatis gubernator eſt de nocte Luna,de die Venus. Tertia verò triplicitas, quæ ex tribus ſignis maſculinis,ſcilicet Gemini,Libra, & Aquario colligitur, ſecundum Ptolemæum Saturno & Mercurio attribuitur, eo quòd in illa domus eorum habentur: Huius autem diurnus dominus eſt Saturnus,quoniam eſt de haiz diei:nocturnus verò dominus eius eſt Mercurius. Quartam verò triplicitatem faciunt Cancer, Scorpio, & Piſces: reſtat ergo,vt ait Ptolemæus,quòd Marti donetur, & vt is in ipſa dominium exerceat: eo quòd Scorpio eſt eius domicilium,aſſocianturq; ei in dominio propter haiz: & eo quòd hæc ſigna ſunt fœminina: in nocte quidem Luna,in die verò Venus: hæc eſt ſententia Ptolemæi de dominis triplicitatum: Sed Albumaſar in maiori introductorio lib.5.diffe.14. & ſimiliter Alchabitius in introduct.ſuo.diffe.1.& ſimiliter quaſi omnes aſtrologi,quodammodo cõtrariantur Ptolemæo in hac materia:Dicunt enim, quòd dominus primæ triplicitatis,quæ eſt maſculina,per diem primus eſt Sol,deinde Iuppiter:& in nocte primus dominus Iuppiter,deinde Sol: Saturno in die & nocte illis communicante.Secundæ verò triplicitatis, quia eſt fœminina, primus dominus eſt Venus per diem,& poſtea Luna;& in nocte è contra:Marte illis per diem & noctem participãte.Tertiæ verò triplicitatis,quia eſt maſculina,primus dominus eſt Saturnus de die,& poſtea eſt Mercurius:ſed in nocte è contra, Ioue illis per diem & noctem communicante. Quartæ triplicitatis, quia eſt fœminina, dominus primus per diē eſt Venus, poſtea Luna: & in nocte è conuerſo,cum participatione Lunæ in die,& nocte:& hæc eſt ſententia Albumaſaris,& Haly Habenragelis, & ſimiliter maioris partis aſtrologorum de dominis triplicitatum. Sed Ptolemæus in parte diſcordat ab eis:vnde verſus.

*Prima diur.Solem noct.Io.da partici.Satur.*
*Altera dat Venerem die.noct.Lu.participat.*
*Mars tertia dat Satur.die noct. Mercurius,participat Iuppiter.*
*Quarta diur. Venerem noct. Mars eſt pars quoque Luna.*

Et hæc dicta ſufficiant de triplicitatib. planetarū. Reſtat ergo loqui de terminis planetarum:dicit autem Ptolemæus primo quadripartiti cap.21.quòd terminorum duo ſunt modi:quorum vnus eſt ſecūdum Aegyptios,alter ſecundum Chaldæos: Et qui ſecundum Aegyptios ponitur, maximè à domorū dominis accipitur:Chaldæorum autem terminorū modus à dominis triplicitatum accipitur: ſed de terminis Chaldæorum non intendo hic loqui, ſed tantum de terminis Aegyptiorum, & de terminis Ptolemæi, nam Aegyptiorum termini à maiori cõmunitate aſtrologorum approbantur,Ptolemæus etiam multum approbat terminos illos:Et ideo ſolum de iſtis duobus modis terminorū intendo hic determinare.Dicit autem Ptolemæus vbi ſupra, ꝙ modus Aegyptius terminorum non ſemper eſt in ordinibus dominorum domus:nec in vniuſcuiuſq; terminorum quantitatibus: id quod pro radice eſt poſitum generaliter in terminorum modis veraciter imitatur.Nam Aegyptij primo in ordine quandoque domorum dominis, quandoque triplicitatum,quandoque verò exaltationum dominis attribuunt:vt in Libra non à Venere, ſed à Saturno: in Ariete verò non à Marte,ſed à Ioue inceperunt. Si dominos autem triplicitatum nõ alios ſecuti ſunt, cur à Capricorno & non à Venere ſumpſerūt exordium?Item ſi dominos exaltationum, & non alios ſecuti ſunt,cur in Cancro à Marte & nõ à Ioue initiauerunt.Rurſus ſi in his non ſequebantur,niſi planetas, quorum plures ſint prædictarum dignitatū fortitudines, cur in Aquario principium fecerunt à Mercurio?qui ſolum habet in eo triplicitatem:& non à Saturno,qui domum atque triplicitatem ibi poſsidet? in Capricorno etiam à Mercurio qui nullam habent dignitatem ibi inceperunt? Reliquorū verò terminorum ordo ad hũc modum reperitur. In quantitatibus quoque terminorum nullum ordinem obſeruare videntur. Nam in horum omnium terminorum numero qui vnicuique planetarum colligitur,quem etiam multi cum numero annorū planetæ eiuſdem eſſe quantitatis denunciant, nulla eſt ratio, quæ ſecundum hoc eſſe vitæ quantitas probetur: ac ſi dixerimus & conceſſerimus, quod qui inde colligitur, verſus ſit numerus qui ab Aegyptiis affirmatur idem forſitan numerus colligi poſſet,licet terminorum quantitates multis variiſque modis varientur,hæc Ptolemæus ibidem. Per has ergo rationes & plures alias redarguit Ptolemæus terminos Aegyptiorum: ſed in fine prædicti cap.dicit Ptolemæus ſic:at iſtorum duorum modorum,ſcilicet Chaldæorum, & Aegyptiorū, modus Aegyptiorum magis veritati concordat. Et Albumaſar, quinto maioris introductorij different.8.dicit ſic, Inuenimus tamen antiquos exercuiſſe terminos Aegyptiorum maximè in iudicis aſtrologorum: ideo quia ſunt certiores, & ideo quia gradus terminorum vniuſcuiuſque planetæ concordat cū ſuis annis maioribus:hæc Albumaſar.Hinc ergo patet,quòd termini Aegyptiorum à pluribus aſtrologis ſunt approbati. Et patent hi termini in tabula ſequenti.

Tabula

Digitized by Google

*Tabula continens terminos Aegyptiorum.*

| | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ♈ | ♃ | 6 | ♀ | 6 | ☿ | 8 | ♂ | 5 | ♄ | 5 |
| ♉ | ♀ | 8 | ☿ | 6 | ♃ | 8 | ♄ | 5 | ♂ | 3 |
| ♊ | ☿ | 6 | ♃ | 6 | ♀ | 5 | ♂ | 7 | ♄ | 6 |
| ♋ | ♂ | 7 | ♀ | 6 | ☿ | 6 | ♃ | 7 | ♄ | 4 |
| ♌ | ♃ | 6 | ♀ | 5 | ♄ | 7 | ☿ | 6 | ♂ | 6 |
| ♍ | ☿ | 7 | ♀ | 10 | ♃ | 4 | ♂ | 7 | ♄ | 2 |
| ♎ | ♄ | 6 | ☿ | 8 | ♃ | 7 | ♀ | 7 | ♂ | 2 |
| ♏ | ♂ | 7 | ♀ | 4 | ☿ | 8 | ♃ | 5 | ♄ | 6 |
| ♐ | ♃ | 12 | ♀ | 5 | ☿ | 4 | ♄ | 5 | ♂ | 4 |
| ♑ | ☿ | 7 | ♃ | 7 | ♀ | 8 | ♄ | 4 | ♂ | 4 |
| ♒ | ☿ | 7 | ☿ | 6 | ♃ | 7 | ♂ | 4 | ♄ | 5 |
| ♓ | ☿ | 12 | ♃ | 4 | ☿ | 3 | ♂ | 9 | ♄ | 2 |

Poſitis terminis Aegyptiorum, iam intendo loqui de terminis Ptolemæi. Dicit itaque Ptolemęus primo quadripar. cap. 21. quòd quia ij qui libros cõpoſuerunt, terminorum ordinem non conſcripſerunt, nec in aliquo librorum ſuorum numerauerũt, neceſſario dubietates & deceptiones in eis reperiuntur. Nos autem, vt dicit Ptolemęus, in quodam libro vetuſtiſsimo, cuius pars maior præ vetuſtate nimia conſumpta erat, & perforata, terminos inuenimus, in quo illud quod ex ordine & quantitate terminorum continebatur rationabiliter fuerat ordinatum. Item in eo natiuitatum gradus reperimus, & quot etiam gradus haberet vnuſquiſq; planetarum: concordabant & cum hoc, quod eſt in libris primorum. Erat etiam in eo ſermo valde lõgus, in quo illi multis probabantur rationibus: ſed ob nimiam eius vetuſtatem, & crebram eorum perforationẽ eum intelligere nequiuimus: eius quoq; rationes nobis difficiles, & obſcuræ videbãtur: partes tamen terminorum, quæ nos ad hoc intelligendum iuuerunt, circa finem libri integræ & abſque læſione remanſerunt: hæc Ptolemæus. Et dicit Haly, quòd Ptolemæus vult dicere, quòd illud, quod in libro illo inuenit, erat ſecũdum regulam & rem naturalem, & quòd hoc experti erãt ſapientes antiqui. Amplius & quia concordabant hi termini cum terminis Aegyptiorum, & concordabat ſumma graduum cuiuſlibet planetæ cum annis maioribus illius planetæ: hæc Haly ibidem. Et dicit Ptolemæus ibidem, quòd quicquid illic ex terminis illis in libro inuenimus, in hoc loco ſubiũgitur. Ex ijs, quæ dicta ſunt à Ptolemæo patet quòd ipſe non reprobat terminos Aegyptiorum, ſed quodammodo eos approbat: & quia termini, quos ipſe magis approbat, non fuerant termini proprij, ſed aliorum, patet euidenter in tabula hac.

*Tabula Ptolemæi de terminis.*

| | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ♈ | ♃ | 6 | ♀ | 8 | ☿ | 7 | ♂ | 5 | ♄ | 4 |
| ♉ | ♀ | 3 | ☿ | 7 | ♄ | 7 | ♄ | 2 | ♂ | 6 |
| ♊ | ♂ | 7 | ♃ | 6 | ♀ | 7 | ☿ | 6 | ♄ | 6 |
| ♋ | ♂ | 6 | ♃ | 7 | ☿ | 7 | ♀ | 7 | ♄ | 3 |
| ♌ | ♄ | 7 | ☿ | 7 | ♂ | 5 | ♀ | 6 | ♃ | 6 |
| ♍ | ☿ | 6 | ♀ | 6 | ♃ | 5 | ♂ | 6 | ♂ | 6 |
| ♎ | ♄ | 6 | ♀ | 5 | ☿ | 5 | ♃ | 6 | ♂ | 6 |
| ♏ | ♂ | 8 | ♀ | 7 | ♃ | 8 | ☿ | 6 | ♄ | 3 |
| ♐ | ♃ | 6 | ♀ | 6 | ☿ | 5 | ♄ | 6 | ♂ | 5 |
| ♑ | ♀ | 6 | ☿ | 6 | ♃ | 7 | ♄ | 6 | ♂ | 5 |
| ♒ | ♄ | 6 | ☿ | 6 | ♀ | 8 | ♃ | 5 | ♂ | 7 |
| ♓ | ♀ | 8 | ♃ | 6 | ☿ | 5 | ♂ | 5 | ♄ | 5 |

Quod iſti termini non fuerunt termini Ptolemei, patet per prædicta Haly vbi ſupra, dicit enim Haly quod iſti termini, de quib' Ptolem. loquitur, nõ fuerũt proprij, quia ſi fuiſſent proprij, nõ pręponeret dominũ exaltationis domino triplicitatis, & domino domus. Nã omnes aſtrologi concordãt, ꝙ domi

dominus domus, quem iſti præpoſuerunt, omnibus ſit præponendus. ſed quia inuenti fuerunt per hunc hominem in illo libro antiquo, appoſuerunt ipſos ei alij poſteriores: qa neſciuerũt nomẽ ſapiẽtis, qui fecit librum: hæc Haly. Et dicit Haly ibidẽ in commento ſequenti, quòd Soli & Lunę non dederunt aliqui ſapientes antiqui partẽ in terminis propter dignitatem, quam habent in duabus medietatibus zodiaci: Quapropter dixerunt antiqui, quòd Sol quando eſt in medietate ſui, & Luna in medietate ſui, de quibus dictum eſt prius, ſignificatio cuiuſcunque ipſorum eſt æqualis, ſicut eſt ſignificatio quorumcunque planetarum quinque exiſtentium in eorum terminis. Et Ptolemæus in fine eiuſdem capituli 21. dicit ſic. In ordine namque cõſiderabant in vnoquoque ſignorum dominũ exaltationis, triplicitatis, ac domus: & quicumque eorum duas iſtarum haberet in ſigno poteſtates: & ſi foret infortuna, pręcedebat in ordine: quòd ſi modus infortunarum non ſic inueniretur, id eſt ſi non accidit, quod infortuna habeat duas dignitates, in fine ſignorum ordinabatur: & tunc iterum pręcedebant domini exaltationum, deinde triplicitatũ, & poſtmodum domini domus ſubſequebantur ſecundum ſignorum ordinem. Quicunque verò in ſigno haberet duas poteſtates, habenti vnam poteſtatẽ in ordine pręponebatur, pręter quam in Leone & Cancro, qui ſunt Solis & Lunę domicilia, quibus termini non aſsignantur: quorum duorum ſignorum primum vniuſcuiuſque ſigni terminum alteri infortunarum aſcripſerunt. Nam principium Cancri terminum Marti, Leoníſque primum terminum Saturno aſsignauerunt. Iſtorum quoque duorum ſcilicet infortunarum ordo in his duobus ſignis pręibat, eo quòd in omnibus aliis ipſi locabãtur extremi, & hoc modo poſuerunt terminorum quantitates: cum enim aliqui planetarũ, nec in eodem ſigno, nec in ſequentibus vſque ad quartum ſignum duę poteſtates inueniebantur, ſi erat aliquis duorum fortunarum, quę ſunt Iuppiter & Venus, eis. 7. gradus aſsignabant. Si verò foret infortunarum aliquis, qui ſunt Saturnus & Mars. 5. gradus eis donabãt. Mercurio autem, quia eſt coniunctus. 6. gradus attribuebant: qui ſunt finis. 30. gradus. Et quia quidam eorum duas habebant poteſtates, vt Venus quòd in Tauro domum haberet, & triplicitatem: augmentatur in ea eius poteſtas: Et ideo quia Luna nihil habet in terminis, vnus eius gradus eis ſic ſe habentibus ſuperadditur, ſiue in eodem ſigno, ſiue in ſequentibus vſque ad quartũ per ordinem aliorum. Ille ergo gradus, qui termino planetæ duas habenti dignitates, ſuperadditur, à reſiduis planetarum terminis, vnam ſolam dignitatem ibidem habentium auferebatur, maximè à Saturno & Ioue. Primum quoque à Saturno, deinde à Ioue ſurripiebatur, eo quòd tardus eſt eorum motus: hęc Ptolemæus. Et dicit Haly ibidem, quòd ſi bene intellexiſti verba Ptolemæi in terminis iſtis, ſcies rationem additionis, & diminutionis: & & quare prępoſuerunt & poſtpoſuerunt: Verbi gratia, Saturnus habet in Libra duas dignitates, exaltationem, & triplicitatem, addiderunt ei gradum vnum, & fuerunt ſex, & prępoſuerunt eum, quia dominus exaltationis eſt præponendus domino triplicitatis, & dominus triplicitatis domino domus. Signum verò ſecũdum eſt Scorpius, & Mars habet in eo duas dignitates, quę ſunt domus & triplicitas: & propter hoc addiderunt gradum vnum, & fuerunt 6. & prępoſuerunt eum, quia fortunæ debent infortunis pręponi. Et tertium ſignum à Libra eſt Sagittarius: & habet Iuppiter in eo duas dignitates, quę ſunt triplicitas & domus: vnde conuenit vt addat ei vnum gradum: & poſtpoſuerunt eũ propter eius tardum motum. Et quia quartum ſignum à Libra eſt Capricornus: & Venus habet in eo dignitatem vnam, quæ eſt triplicitas, & non remanſerũt ex planetis niſi Venus & Mercurius, nec de gradibus, niſi 10. & Mercurius eſt dominus triplicitatis Libræ de nocte, & Venus eſt domina triplicitatis quarti ſigni: propter hoc diuiſerunt inter eos decem gradus æqualiter, & præpoſuerunt Venerem: quia eſt fortuna & domina domus, & poſuerunt ſtatim poſt eam Mercurium: eo quòd de nocte habet poteſtatem in Libra: Etiam poſuerunt Iouem poſt Mercurium: quia habet in Libra maiorem dignitatem quàm Iuppiter, & quia fortunæ præponendę ſunt infortunis: Martem in fine omnium poſuerunt: & ſecundum hanc regulam fecerant in aliis ſignis: hæc Haly. Sic ergo patet, qualiter aſsignantur termini Ptolemæi. Et in fine illius capit. 21. etiam dicit Ptolemæus, quòd hi termini ſic ordinantur, ex quibus in vnum redactis Saturno 57. aſsignantur gradus, Ioui 79. Marti 66. Veneri. 82. & Mercurio. 76. qui ſimul collecti 360. gradus conſtituunt. Et ſimiliter iſti idem numeri iam poſiti colliguntur ex planetis in terminis Aegyptiorum, quantitates tamen terminorum variantur in terminis Ptolemęi & terminis Aegyptiorũ, prout patet in duabus tabulis prius poſitis.

Modo dicendum eſt de faciebus planetarum, quas Iulius Firmicus lib. 2. capit. 4. decanos nominat, eo quòd quilibet decanus ex 10. gradibus conſtituitur. Et dicit Iulius ibidem, quòd ipſi decani ſingulis ſtellis & planetis ſingulis deputantur. Et ſi cũ ipſo decano ſtella fuerit, licet ſit in alieno domicilio, ſic eſt abundans, quaſi in ſuo domicilio cõſtituta: cum ſuo enim decano abũdẽ conſtituta hęc eadem perficit, quę in ſuo ſigno conſtituta decernit: hęc Iulius ibidem. Ex his verbis Iulij ſequitur, quòd facies ſit tanta dignitas planetæ ſicut domus: ſed alij aſtrologi omnes ponunt oppoſitum: ideo plus eis credendum eſt in hac parte. Et dicit Albumaſar. 5. maioris introductorij differentia. 15. quod vnumquodque ſignum in tres partes æquales diuiditur, quarum vnaquæque pars eſt 10. graduum, & facies appellatur: ſed & ſignorum facies planetis ſeptem attribuuntur. Arietis igitur prima facies domino Marti attribuitur: & ſecunda Soli, qui Marti in ordine ſuccedit: tertia Veneri, Solem ſuccedenti: Tauri verò prima facies eſt Mercurij, ſecunda eſt Lunæ, & tertia eſt Saturni. Secundum igitur circulorum, planetarum, & ſignorum ordinem datę ſunt facies planetis. Ptolemæus verò nõ loquitur de faciebus planetarum: nihilominus in 2. quadripartiti cap. 11. diuidit vnumquodque ſignum in 3. partes, & earumdem partium ponit qualitates, non tamẽ aſsignat illas partes per modum facierum, de quibus prius tractauerat.

Tabula

Digitized by Google

*Tabula facierum planetarum.*

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| ♈ | ♂ | 10 | ☉ | 20 | ♀ | 30 |
| ♉ | ☿ | 10 | ☽ | 20 | ♄ | 30 |
| ♊ | ♃ | 10 | ♂ | 20 | ☉ | 30 |
| ♋ | ♀ | 10 | ☿ | 20 | ☽ | 30 |
| ♌ | ♄ | 10 | ♃ | 20 | ♂ | 30 |
| ♍ | ☉ | 10 | ♀ | 20 | ☿ | 30 |
| ♎ | ☽ | 10 | ♄ | 20 | ♃ | 30 |
| ♏ | ♂ | 10 | ☉ | 20 | ♀ | 30 |
| ♐ | ☿ | 10 | ☽ | 20 | ♄ | 30 |
| ♑ | ♃ | 10 | ♂ | 20 | ☉ | 30 |
| ♒ | ♀ | 10 | ☿ | 20 | ☽ | 30 |
| ♓ | ♄ | 10 | ♃ | 20 | ♂ | 30 |

Et Albumaſar vbi ſupra capit.16.dicit,quòd Indi conuenerunt cum cæteris doctoribus,& vnumquodque ſignum in tres partes diuiſerunt,& nominauerunt vnamquamque partem dorugem: ſed & domini facierum ſecundum Indos non ita ordinantur, ſicut alij eos ordinauerunt: nam primam ſigni faciem domino ſigni attribuunt,& ſecundam domino quinti ſigni ab illo ſigno ſecundum ſucceſſionem ſignorum: & tertiam faciem domino noni ſigni attribuunt.Et ſigna reſidua per facies diuidũt conſimili modo:hæc Albumaſar, ſed modus prior eſt magis famoſus, eo quòd plures aſtrologi eum approbãt: & ideo teneo cũ eo: hæc ergo quæ dicta ſunt,ſufficiant de faciebus planetarum.Et hęc quę dicta ſunt in hoc capit.ſunt planetarum dignitates eſſentiales.Vnde dicunt aſtrologi,puta Linconienſis & alij moderni,quòd domus habet fortitudines quinq;,exaltatiões quatuor,triplicitates tres terminos duos,& faciem vnam: & domus habet in ſe fortitudines faciei:& ſic de aliis iuxta quantitates ſuarum fortitudinum.Et ponam tabulam notabilem, in qua ſtatim videri poſſit quot dignitates habet planeta in quocunq; gradu cuiuſcunque ſigni fuerit. Nam figura ſignificans quinque,ſignificabit domum: & ſi iuxta iſtam figuram inueneris punctum eleuatum,ſignificabit tibi domum planetæ principalem:& ſi inueneris punctum depreſſum, ſignificabit domum planetæ ſecundariam. Item figura deſignans.4. ſignificabit exaltationem planetæ & ſub illa figura inueniemus quis ſit gradus exaltationis illius ſigni: & vbicunque inueneris figuram ſignificantem exaltationem euerſam,ſignificabit ibidem fore depreſsionem ſiue caſum: & ponetur gradus depreſsionis ſub figura. Et eodem modo vbi inueneris figuram domum ſignificantem euerſam, ſignificat fore exilium planetæ,ſiue detrimentum, Item figura ſignificans tres fortitudines ſignificabit triplicitatem planetæ,& vbicunque iuxta illam figuram punctus eleuatus fuerit, ſignificat, quòd in illa triplicitate dominatur planeta de die,& vbi ponitur depreſſus punctus iuxta figuram ſignificantem triplicitatem,ſignificat quòd in illa triplicitate dominatur planeta de nocte. Sed ſi iuxta prædictam figuram ponitur punctus ſimplex, ſignificat participationem planetæ in illa triplicitate de die & de nocte. Item figura ſignificans duas fortitudines ſignificabit tibi terminum planetæ:& quantitas terminorum in gradibus ponetur ſub illa figura: Et nota quòd termini, qui ponentur in iſta tabula,erunt termini Aegyptiorum, eo quòd maior pars aſtrologorum conſentit in eis. Sed ſi volueris operari per terminos Ptolemæi, inuenies eos prius in hoc capitul.in quadam tabula. Item nota, quòd domini triplicitatum, qui ponuntur in hac tabula,ſunt illi, quos ponit maior pars aſtrologorum. Item figura deſignans vnitatem, ſignificabit tibi faciem planetæ. Et ſi iuxta illam figuram ponatur punctus eleuatus, ſignificat ibidem fore faciem,ſcilicet primam illius ſigni, in quo fuerit illa facies. Et ſi iuxta hanc figuram fuerit punctus ſimplex,ſcilicet nec eleuatus,nec depreſſus, ſignificabit ibidem fore faciem ſecundam illius ſigni. Et ſi iuxta hanc figuram fuerit punctus & depreſſus,ſignificabit ibidem fore faciem tertiam illius ſigni. Nomina verò planetarum in capite tabulæ, & nomina ſignorum ponuntur in fine eius. Vnde in hac tabula inuenies omnes dignitates eſſentiales prædictas cuiuſcunque planetæ volueris in quocunque ſigno volueris in concurſu duarum linearum tabulæ, quæ ſcilicet procedunt ab illo planeta, de quo quæris, & ab illo ſigno,de quo quæris,&c.

*Tabula*

Digitized by Google

*Tabula dignitatum eſſentialium planetarum.*

| | ♄ | ♃ | ♂ | ☉ | ♀ | ☿ | ☽ |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ♈ | 3 2<br>4 26<br>21 30 | 3. 2<br>1<br>6 | 5. 21.<br>21<br>25 | 4 3. 1.<br>19 | 2 1.<br>7<br>12 | 2<br>13<br>20 | 0 |
| ♉ | 2 1.<br>23<br>27 | 2<br>15<br>22 | 3. 2<br>28<br>5 30 | 0 | 5. 3 2<br>1<br>8 | 2 1.<br>9<br>14 | 43. 1.<br>3 |
| ♊ | 3. 2<br>25<br>30 | 3. 21.<br>7<br>5 12 | 2 1<br>18<br>24 | 1. | 2<br>13<br>17 | 5. 3. 2<br>1<br>6 | 0 |
| ♋ | 2<br>27<br>30 5 | 4 2<br>15 20<br>26 | 3.2<br>1. 3<br>7. 28 | 0 | 3. 2 1.<br>8<br>13 | 2 1.<br>14<br>19 | 5. 3. |
| ♌ | 3. 21.<br>12<br>18 5 | 3. 21<br>1<br>6 | 21.<br>25 3<br>30 28 | 5: 3. | 2<br>7<br>11 | 2<br>19<br>24 | 0 |
| ♍ | 2<br>20<br>30 | 2<br>18<br>21 5 | 3. 2<br>22<br>28 | 1. | 3. 21.<br>4 8<br>27 17 | 5.4.21.<br>1. 51<br>7 | 3. |
| ♎ | 43. 21.<br>21 1<br>6 | 3. 21<br>15<br>21 | 2<br>29<br>30 5 | 4<br>21 | 5. 2<br>22<br>28 | 3. 2<br>7<br>14 | 1 |
| ♏ | 2<br>25<br>30 | 2<br>20<br>24 | 5. 3. 2<br>1<br>7 | 1. | 3. 21.<br>8<br>1. 15 | 2<br>12<br>19 | 3. 4<br>3 |
| ♐ | 3. 21.<br>22<br>26 | 5. 3. 2<br>1<br>12 | 2<br>27<br>30 | 3 | 2<br>13<br>17 | 2<br>18<br>21 5 | 1. |
| ♑ | 5. 2<br>23<br>26 | 2 1<br>8 3<br>14 15 | 43. 21.<br>28 27<br>30 | 1. | 3 2<br>15<br>22 | 2<br>1<br>7 | 3.<br>5 |
| ♒ | 5. 3. 2<br>26<br>30 | 3. 2<br>14<br>20 | 2<br>21<br>25 | 5 | 2<br>8<br>13 | 3. 2<br>1<br>7 | 1. |
| ♓ | 2 1.<br>29<br>30 | 5. 21.<br>13<br>16 | 3. 21<br>20<br>28 | 0 | 43. 2<br>27. 1<br>12 | 2 1<br>17 15<br>19 | 3.<br>3. |

*De dignitatibus accidentalibus planetarum.*

*CAP. VI.*

POſitis dignitatibus planetarum eſſentialibus, iam volo loqui de eorum dignitatibus, & ſimiliter de eorum debilitatibus accidentalibus, cu iuſmodi ſunt orientalitas, occidentalitas, directio, ſtatio, & retrogradatio, & plura alia, de quibus loquemur in hoc cap. Et primo volo loqui de orientalitate planetarum. Orientalitas autē planetæ ſecundum Ptolemæum primo quadripartiti capi.6. eſt duplex ſcilicet reſpectu Solis, & reſpectu horizontis. Reſpectu igitur Solis ſunt planetæ orientales, qui præcedunt Solem, ſcilicet qui ſunt inter nadir Solis, & Solem ſecundum ſignorū

ſuc

Digitized by Google

ſucceſsionem. Et occidentales ſunt, qui fuerint in illa medietate circuli, vel cœli ſequentes Solem, ſcilicet Solē & nadir eius: ſed magna dignitas planetæ eſt, prout dicunt aſtrologi, quando exiit radios Solis: & vt videtur iſta orientalitas eſt fortiſsima. Reſpectu verò horizontis, prout dicit Ptolemæus vbi ſupra, ſunt planetæ orientales ab oriente ad medium cœli euntes, vel exiſtentes in quarta circuli cœli oppoſita, ſ. ab occidēte vſque ad nadir terræ & in reliquis quartis occidentales. Et planetæ orientales ſecundum hos duos modos ſunt maſculini: occidētales verò ſunt fœminini. Et hæc eſt ſententia Ptolem. ibidem: & dicit Alchabitius in ſuo introductorio differentia tertia, & cum eo cōcordat Albumaſar 7. maioris introductorij, differentia ſecunda quòd planetæ altiores tres, quando exeunt de ſub radiis, & incipiunt apparere de mane, & exire radios: hoc eſt, cum fuerint propinquiores circulo hemiſphærij orientalis, donec veniant ad oppoſitionem, vocantur orientales & dextri: & ex quo tranſierunt oppoſitionem, donec iterū iungantur Soli, vocantur occidentales & ſiniſtri. Venus verò & Mercurius ex quo ſeparatur aliquis eorum à gradu Solis in medio retrogradationis ſuæ, & apparent euntes donec comburantur à Sole in ſua directione, vocantur orientales: Et ex quo ſeparantur à Sole in directione ſua donec iterū cōburatur, in retrogradatione ſua vocātur occidētales. Et cū fuerint orientales, meridionales vocantur dextri, & dicuntur eſſe maſculini: & in occiduo ſuo vocantur ſiniſtri, & dicuntur eſſe fœminini, & tunc ſunt fortiores. Tres vero altiores, ex quo exeant deſub radiis. Solis vocantur orientales, & vocātur augmentari in fortitudine vſque ad 30. gradus à Sole: & vocantur poſt hoc vſque ad 30. alios gradus orientales & fortiores. Et cum tranſierunt Solem 60. gradus, vocantur planetæ orientales euntes ad debilitatem, donec veniant ad retrogradationem. Et tunc vocantur orientales & retrogradi, donec ſint in oppoſitione, poſt hoc erunt occidentales retrogradi, & cum tranſierint oppoſitionem, donec perueniunt ad directionem. Deinde à directione vſque dum Sol appropinquat eis ſpatio 60. graduum, dicuntur occidentales euntes ad fortitudinem: deinde donec ſit eorum longitudo à Sole 30. grad. poſt directionem, dicuntur occidentales euntes ad debilitatem: deinde fiunt occidentales debiles, donec intrent ſub radiis Solis. Inferiores verò donec ſeparantur à Sole, & ipſi retrogradi vocantur orientales debiles, ſicque eſſe non deſiſtunt, donec veniant ad directionem ſuam: & tunc fiunt orientales fortes, donec longitudo eorum ſit à Sole, ſicut erat longitudo Solis ab eis in fine retrogradationis. Deinde fiunt orietales debiles, donec opprimuntur radiis Solis, & tunc ſunt vniti. Deinde fiunt combuſti euntes ad apparitionem, quouſque videantur. Et ex quo ſeparantur à Sole in directione vſque ad 60. gradus ſunt fortiores: & à 60. vſque ad horam ſuæ retrogradationis ſunt occidentales fortes: & poſtquam fuerint retrogradi cum Sole, erunt debiles. Et planeta cum exierit de ſub radiis Solis, & nulli planetæ iunctus fuerit dicitur quod ſit in lumine ſuo, & hoc eſt eſſe planetarū cum luminaribus ſecundum Alchabitium. Sed Albategni cap. 26. ponit nouem modos figurarū ſtellarum. Primus autem modus dicitur ortus orientalis, ſeu matutinalis: quando ſtella oritur cum Sole: & hoc fit tripliciter, vel hoc fit ſimul cum Sole omnino, vel modicum prius, vel modicum poſterius. Secunda figura ſtellarum dicitur cæli mediū orientale, quando ſcilicet in ortu Solis ſit ſtella in linea meridionali ſub vel ſupra, & hoc accidit etiam tripliciter, vt prius. Tertius modus figurarū, ſiue tertia figura occaſus matutinalis dicitur, quando, ſcilicet, aſcendēte Sole, ſtella fuerit in aſcenſu. Quartus modus eſt orientalis meridianus ſub vel ſupra, & vterq; tripliciter dicitur, vt primus. Quinta figura eſt meridies meridionalis, quando ſcilicet ſtella in meridie fuit, Sole exiſtente, ſcilicet in linea meridionali, vel ſub vel ſupra, & vtraque eſt tripliciter. Sexta figura eſt occidentalis meridiana, vt ſcilicet ſtella occidat, Sole exiſtente in linea meridionali ſub vel ſupra. Septima figura eſt veſpertina aſcendens, vt cum Sol in occidente, & ſtella in oriente fuerit. Octaua figura meridionalis veſpertina dicitur, ſcilicet cum Sol in occidente, & ſtella in linea meridionali fuerint ſub vel ſupra. Nona figura dicitur occidentalis veſpertina, quando ſcilicet ſtatim poſt occaſum Solis ſtella apparuerit in occidente: apparent quoque ſtellæ primæ magnitudinis in diſtantia 15. graduum à Sole: ſtellæ verò ſecūdæ magnitudinis in diſtantia ferè vnius ſigni: hæc Albategnus. Tot ergo ſunt figuræ ſtellarum cum Sole. Et patet ſimiliter ex prædictis, quot modis accipitur orientalitas & occidentalitas ſtellarū. Vnde dicūt aſtrologi, quòd magna dignitas eſt planetæ, ſiue ſtellæ, cum fuerit orientalis à Sole, & tunc fortius operatur. Nā dicit Ptolemæus primo quadripartiti cap. vltimo, quòd ſtellæ cū fuerint orientales à Sole, & eorum motus proprius augmentatur, ad ſummum fortitudinis tunc peruenient: ſed cum minuitur eorum motus, ad ſummum debilitatis peruenient. Sed prout prius allegatum eſt ab Alchabitio, Venus & Mercurius ſunt fortiores, quando ſunt occidentales, quam quando ſunt orientales.

Poſtquam determinatum eſt de orientalitate, & occidentalitate planetarum, & de eorum eſſe à Sole, iam dicam quid accidat quandoque planetis retrogradis ex ſua retrogradatione, & directione. Dicit itaque Liconienſis in tractatu ſuo de temperie aeris: & hoc idē videtur aſſerere maior pars aſtrologorum, quòd omnes planetæ in ſuperiori parte ſui deferentis, & ſimiliter in ſui directione fortiorem in iſtis inferioribus effectum habent, & actionem, quàm exiſtentes in parte inferiori ſui deferētis, & in ſua retrogradatione. Et hoc probat Linconienſis per hoc, quòd in parte ſuperiori ſui deferētis, & in ſua directione velocius mouentur, prout magis diffuſè oſtēditur in Theoricis planetarum. Sed ſecundum Alchindum in epiſtola ſua capi. primo. fortior eſt caliditas planetarum, quando ſunt retrogradi: quia tunc propinquiores ſunt aeri. Et in fine illius cap. dicit ſic, quando fuerit planeta in ſummo epicycli ſui & cum hoc etiā in ſummo eccentrici ſui: & fuerit in prima quartarum circuli, illud eſt finis debilitatis caloris eius, intantū quòd non appareat in terra effectus caliditatis eius, imo frigiditas. Quando verò fuerit in quarta circuli ſecunda: & cum hoc fuerit in ſummo epicyli ſui, & eccentrici,

centrici, tunc erit ſummum caliditatis eius: hæc Alchindus. Patet ergo ſecundum Alchindum, ꝙ planetæ fortius agunt, cum fuerint retrogradi in iſta inferiora, quàm quādo ſunt directi, ſed hic poteſt dici tenendo cum Alchindo, ꝙ fortius agūt, calorē, cum fuerint retrogradi etiam fortius agunt frigus & hoc per accidēs cum fuerint directi & hoc ſupple cū ipſis partibus, quas ipſe adiungit, quę etiam recitantur prius. Sed huic reſponſioni poſset hic obijci. Mot⁹ eſt cauſa caloris: ergo ſi planetæ velocius mouentur, cū fuerint magis directi. ergo tunc calefaciunt. Sed huic reſpondetur ꝙ hęc conſequentia bene valeret ſi ſolum ageret calorē per motum. Sed hoc eſt falſum experimentaliter de Sole, eo quòd plus calefacit per lumē, quā per motum, & ſic de aliis planetis. Eadem ergo ratione eſt: nunquam tamē ſimpliciter fortius agunt in terra planetæ, cum fuerint directi, aut cum fuerint retrogradi, aut cum fuerint in auge epicycli, aut in auge eccentrici ſui, vel in oppoſito augium eorūdem neſcio: eo quòd nobis eſt dubium quam virtutem, aut fortitudinem ſuſcipiat planeta exiſtens in auge eccentrici ſui, & epicycli propter eius propinquitatē Sphæræ nonæ & octauæ: ſimiliter ſup hoc, ꝙ ſuſcipit in eorūdē auge exiſtēs earumdē augium oppoſitū: nihilominus ratio Alchindi eſt multo fortior, fundaturq; ſupra hoc, ꝙ omne agēs forti⁹ agit in ſibi propinquum, quā in remotum. Vnde ex quo ratio fortitudinis eſt ex vtraque parte, Quare eam relinquo experimentatis. Qualiter autem planetæ agunt qualitates primas, ſcilicet caliditatem, frigiditatem, humiditatem, & ſiccitatem in hæc inferiora, ſecundum eorum diuerſum eſſe in ſuis eccentricis & epicyclis, in ſuis directionibus, & retrogradationibus, vt dicetur infra in theoricis planetarum: & ſimiliter quę ſit directio planetę, quæ eius ſtatio, & ſimiliter quæ ſit eius retrogradatio: patet per ea quę dicta ſunt prius in hoc cap. Vnde Linconienſis vbi ſupra breuiter dicit, quòd ortus planetæ dicitur, cū exit deſub radiis, & manifeſtè mundo apparet, non impediente Solis ſplendore. Occaſus autē planetę eſt, introitus eius in eoſdem radios: proceſſionem, ſiue directionem dico, quando ſenſibiliter mouetur velocius firmamento. Stationem autē dico, cum diu permanſerit planeta in eodem gradu, ſiue minuto: hæc Linconienſis.

Iam dicā ea, quę accidunt planetis in ſemetipſis, ſeu in ſuis eſſentiis. Dicit itaque Alchabitius vbi ſupra, & concordat cum eo Albumaſar 7. maioris introduct. different. 1. Significatio planetarum in ſemetipſis eſt, vt ſit planeta aſcendens in circulo ſuæ augis minor lumine, & magnitudine atq; curſu, id eſt, cū fuerit inter ipſum, & eius augem minus 90. gradib. antę & retro & tunc erit fortior, ſi autē fuerint inter eum & augem 90. gradus æquales, erit, æqualis in lumine & magnitudine, atq; curſu, & dicitur fortis. Si verò fuerit extra hæc loca, id eſt plus 90. erit deſcendens in circulo augis, & apparebit maior lumine & magnitudine, & curſu velocior. Et ſi portio fuerit æquata eius minor 180. gradib. erit augens numerum. Et ſi fuerit plus, erit minuēs numerū: & ſi fuerit portio eius æquata ex 180. vel 360. grad. erit nec augmētatio, nec diminutio: Et ſi addatur æquatio ſuper medium curſum, dicitur augens numerum. Et ſi minuitur æquatio, dicitur minuens numerum. Et ſi aliquis planetarum ſuperiorū vadit plus medio curſu ſuo, dicitur augere curſum: Et ſi minus vadit, dicitur minuere curſum: Et ſi vadit æqualiter, dicitur eius curſus æqualis. Et quando aliquis planetarum inferiorum vadit plus curſu Solis, erit augens curſum: Et quando vadit minus, erit minuens curſum: Et quando vadit tantum, tunc curſus eſt æqualis. Eſſe autem luminarium in curſu ſuo, eſt ſicut eſſe planetarum trium ſuperiorum. Fit quoque planeta ſeptentrionalis cum tranſierit genzahar ſuum, ideſt cum tranſiuerit per viam Solis, erit à meridie in ſeptentrionem ille tranſitus, ideſt abſciſsio illa circulorum, dicitur genzahar. Cum ergo tranſiuerit planeta dictam abſciſsionem, & ſi fuerit inter planetā & abſciſsionem minus 90. gradibus, erit planeta ſeptentrionalis aſcendens: Et cum fuerit à 90. in 180. erit planeta ſeptentrionalis deſcendens: Et cum tranſiuerit hunc numerum, & cum habuerit plus iens ad 270. erit meridionalis deſcēdēs: Et cum trāſiuerit hūc numerū ad 360. erit meridionalis deſcendens: Et hoc eſt eſſe planetarū in ſemetipſis: hæc Alchabitius.

Alia eſt etiam dignitas accidentalis planetæ, Si aliquis planeta eſt in almugea, hoc eſt, vt dicit Ptolemæus primo quadripartiti ca. 23. vt ſit inter vnūquemque planetarum, & Solem, & Lunam ex longitudine, quantum eſt inter ipſius domum & domum Solis, vel Lunæ ex longitudine. Veluti ſi Venus eſſet in ſextili alicuius luminaris, ita ꝙ à Sole occidentalis, vel à Luna orientalis foret: & ille eſt modus in almugea vniuſcuiuſque ſtellarum, & planetarum cum luminaribus: hæc Ptolemæus. Et dicit Haly ibidem, ꝙ conuenit, vt planetæ habeant vim maiorem, quando erit inter aliquem eorum, & aliquod luminarium tanta longitudo, quanta eſt inter domum eius & domum luminaris, in medietate cuius eſt domus ipſa, verbi gratia, ſi Mercuri⁹ in 2. ſigno à Sole, & in 12. à Luna, & Venus in 3. à Sole & 11. à Luna, & Mars in 4. à Sole & in 10. à Luna, & Iuppiter in 5. à Sole, & in 9. à Luna: Saturnus in 6. à Sole, & in 8. à Luna: ſic itaque lucratur planeta vim ita magnam, ac ſi eſſet in domo ſua propter participationē, quam habet domus eius cum domibus luminarium: hæc Haly ibidem. Alia eſt planetæ dignitas, quæ dicitur ductoria, vel ſecuritas planetæ, de qua loquitur Alchabitius, vbi ſupra dicens, quòd ductoria planetę fit, cum fuerint inter planetam orientalem, & Solem 60. gradus ſecundum quoſdā. Et dicit Alchabitius, quòd hoc eſt, cum fuerit planeta in ſuo haiz, vel in aliquo angulorum aſcendētis, & aliquod luminarium. Similiter in ſimili loco, id eſt, in quadrante in loco angulorum: ita quòd ſit planeta in die ductoria Solis, id eſt, orientalis à Sole, & in nocte ductoria Lunæ, ideſt, in nocte occidentalis à Luna: hæc Alchabitius. Et Ptolemæus primo quadripartiti capitul. 23. dicit, quòd ſplendor ſiue illuminatio fit, cum fuerit planeta in ſuo haiz, id eſt, in ſimili eius ex locis ſibi conuenientibus, vel per alium textum, in loco habenti concordiam cū eodem: hæc Ptolemæus. Et dicit Haly ibidem, quòd haiz eſt, ꝙ planeta maſculinus ſit de die ſupra terram in ſigno maſculino, in nocte ſub terra

Et planeta fœmininus in ſigno fœminino de nocte ſupra terrã,& de die ſub terra. Et id quod eſt, haiz ſimile eſt,ꝙ ſit planeta maſculinus in ſigno maſculino & planeta fœmininus in ſigno fœminino: Et quod planeta diurnus de die ſit ſupra terram, & nocturnus de nocte ſupra terram.hoc enim eſt, in quo aſtrologorũ cõmunitas concordat. Et dicit Ptolemæus,eſſe haiz, quando in loco conuenienti eſt ſibi cum quo habet concordantiam: Et dedit quòd illi, qui ſunt in angulis,vel in ſuccedẽtibus, ſunt aduenientes,& qui in cadentibus,ſunt retrocedentes.Et hic acceperunt doctoriam planetarũ, & hoc eſt ꝙ ſit planeta in ſuo haiz in aliquo angulo:& alterũ luminariũ ĩ ſuo haiz,in ſuo angulo,Sol verò de die & Luna de nocte: hæc Haly ibidẽ:Et dicit Ptolemęus ibidẽ, vlteri⁹ ꝙ quãdo habeat aliqs planeta duas dignitates,vel plures ĩ aliquo loco,dicunt,ꝙ eſt in loco ſui gaudij, vel honoris: & tunc eorum vires augmentantur: eo ꝙ ſigna in quibus fuerunt,vires eorum adiuuant:dicuntur etiam planetæ gaudere,licet ſignis in quibus fuerint prædicto modo nõ aſsimilentur,ſed planetæ qui fuerint ex eorũ haiz,ipſis locis aſsimilantur quæ ſimilitudo licet ſit remota,eſt tamẽ aliqua:hæc Ptolem.Et Haly ibidem dicit ſic: planetæ gaudent, & fortificãtur,cum habuerint participationẽ vnus cũ alio, qui ſecũ cõcordat cõcordantia naturali,vel accidẽtali, quamuis non ſit planeta per ſe in ſigno conuenienti & econuerſo:nam & tunc minuitur de ſtatu ſuo planeta & debilitatur,quãdo participationem habuerit cum alio planeta ſibi contrario per accidens,vel per naturã:hæc Haly:Et dicit Ptolemæus ibidem,Cum planetę in locis extraneis, ſiue peregrinis, ſcilicet in haiz ſibi contrariis inueniuntur, eorum vires proprię decreſcunt valde: Et tunc ſunt eorum complexiones contrariæ valde complexioni ſignorum,in quibus fuerint.Quapropter fit ex hoc opus, ex duabus naturis collectum: hęc Ptolemæus. Item dicit Rogerius Erfodienſis in ſuo introductorio,ꝙ gaudia planetarum in figura cœli ſunt hæc quæ ſequuntur.Nã gaudium Saturni eſt 12.domus,gaudium verò Iouis eſt in 11.Martis in 6.Solis,in 9.Veneris in 5.Mercurij in aſcendẽte,Lunæ in tertia domo. Et in hac ſententia concordant ſimiliter Alchabitius, & alij quam plures: vnde dicit Alchabitius differentia ſecunda, ꝙ hæc gaudia planetarum ſunt dignitates eorum accidẽtales.Alia tamen ſunt gaudia planetarũ, quæ ſunt in ſignis,de quibus dictum eſt in ca.2.huius introductorij & iſta gaudia ſunt dignitates eſſentiales planetarum.

Amicitiam verò & inimicitiã planetarũ adinuicẽ ſic accipiũt Rogerius Erfodienſis vbi ſupra, & Alchabitius dicit ꝙ Saturni amici ſunt Iuppiter, Sol & Luna,& inimici eius ſunt Mars,& Venus, & ipſa Venus plus eũ odio habet. Iuppiter aũt diligit omnes planetas,& ipſi omnes amicãtur ei pręter Martem:Martis verò amica eſt Venus, & cæteri planetæ odio habent ipſum: & plus odio habent ipſum Iuppiter & Sol. Solis verò amici ſunt Iuppiter & Venus:& eius inimici ſunt Mercurius & Luna.Veneris quoque amici ſunt omnes planetæ,& omnes diligunt eam,præter Saturnum:& Mercurij amici ſunt Iuppiter & Venus & Saturnus,Et inimici eius ſunt Mercurius & Mars. Capitis draconis amici ſunt Iuppiter & Venus: & eius inimici Saturnus & Mars.Caudæ verò amici ſunt Saturnus & Mars, & inimici eius Sol,Luna,Iuppiter & Venus. Et dicit Alchabiti⁹,ꝙ alia ſpecies inimicitiæ eſt, cũ fuerint duo planetæ habentes domos ſuas oppoſitas inter illos.Tertia verò ſpecies inimicitiæ eſt inter duos planetas habentes exaltationes oppoſitas:fortior quoque planetarum amicitia eſt,vt concordet planeta cum planeta in natura & qualitate & ſubſtantia,atque poteſtate, ſicut concordat Mars cũ Sole:quia vterque cõcordat in calore, & ſiccitate, & acuitate, & lenitate,& eſt dominus exaltationis eius,in qua apparet eius fortitudo:Et concordant Venus & Luna in frigore,& humiditate, & eſt domina exaltationis eius:Cum ergo concordauerint duo planetæ in natura & ſubſtantia vt Iuppiter & Venus ſunt amici adinuicem:hęc Alchabitius.

Et inſup magna dignitas planetæ eſt, vt vn⁹ planeta eleuetur ſuper alium,& præcipuè ſi ſic eleuetur,vt vnus ſit ſupra terram,& alius ſub terra:vel ſi vterque fuerit ſupra terrã,ꝙ vnus ſit propinquior medio cœli:item vnus ſupra alium eleuatur, quĩ eum ſuperat in potentia.De eleuatione verò planetarũ omniũ ſuper alios, & quot modis dicitur eleuari,dicetur infra. Item quædam dignitas accidentalis eſt planetæ, quòd dominetur in die,vel in hora aliqua. Et ideo iam intendo ponere dominia dierum & horarum ſecundum viam Alchabitij,Alchindi:& Albumaſaris, & aliorum aſtrologorum.Dicit autẽ Alchabitius in ſuo introductorio differentia ſecunda cap.vltimo,& cum eo concordat Albumaſar libro 6.differentia vltima, ꝙ ſi fuerit aliqua dies, vel aliqua nox alicuius planetę & erit prima hora eius planetæ:ſecunda hora planetæ,qui habet ſuccedere in ordine circulorũ: & tertia eius,qui ſic ſuccedit ei:Et ſic de cæteris.Verbi gratia prima hora diei Veneris, Veneris eſt ipſi⁹: ſecũda Mercurii,tertia Lunę,quarta Saturni,quinta Iouis,ſexta Martis,ſeptima Solis,octaua iterum Veneris,nona Mercurij, decima Lunę, vndecima Saturni, duodecima Iouis: ecce iam habes horas diei duodecim inæquales.Itẽ poſt has horas de horis noctis prima hora ſequentis noctis eſt Martis, cuius eſt nox illa tota, hora ſecunda eſt Solis, tertia Veneris,quarta Mercurij,quinta Lunę,ſexta Saturni,ſeptima Iouis,octaua Martis,nona Solis decima Veneris, vndecima Mercurij,duodecima Lunę,ſic habes horas noctis duodecim inæquales: & incipit dies Sabbati,cui⁹ prima hora eſt Saturni, & ſimiliter ipſius tota eſt illa dies:& ſic per ordinem, numerãdo,inuenies dominiã horarum dierum & noctiũ.Dicuntur etiam horæ quædã maſculinę, & quædã fœmininę. Prima autẽ hora cuiuſq; diei eſt maſculina, ſiue noctis, ſimiliter ſecunda fœminina,tertia maſculina, ſicque ſuccedũt per ordinem vna maſculina, & alia fœminina vſque in finem diei, & noctis: hæc Alchabitius ibidem. Et Rogerius Erfordienſis in ſuo introductorio proportionat quaſdam dignitates prædictas ad inuicem dicens quòd haiz planetæ, eſt dominium planetæ in hora vel dominium planetę in die.Item gaudium planetæ & ſimiliter dilectio,ſiue amicitia planetæ in dignitate ſua habet eandem dignitatem quanta eſt dignitas faciei, quæ tantum vnam dignitatem,ſiue vnum gradum dignitatis obtinet,prout

dictum

Digitized by Google

dictum eſt in cap. præcedenti.

Modo reſtat loqui de aſpectibus planetarum, & partium circuli ad inuicem; vnde ſecundum Albumaſarem 7. maioris introductorij differentia quinta, & ſecundum Alchabitium differentia prima, & ſecundum Linconienſem in tractatu ſuo de temperie aeris, & ſimiliter ſecundum multos alios, Aſpectus ſunt quinque, ſcilicet aſpectus cõiunctus, ſiue coniunctio ſextilis, trinus, quartus, & oppoſitus. Aſpectus verò coniunctus, vt dicit Albumaſar eſt, cũ duo planetæ fuerint in vno ſigno, & dicuntur tunc coniuncti: ſed de coniunctionibus planetarum magis particulariter determinabitur in capite ſequenti: & in Exaſenõ dicitur, quòd aſpectus ſextilis eſt, quando inter duos planetas ſunt duo ſigna, & ille dicitur aſpectus ſemiplenæ amicitiæ, ſiue medio modo bonus, propter conuenientiam ſignorum in altera qualitate. Quartus verò aſpectus eſt, cũ fuerint inter duos planetas tria ſigna, & eſt aſpectus malus propter contrarietatem in vtraque qualitate. Nam ſi fuerint planetæ contrarij, vndique patebit contrarietas: ſi verò ſimiles, vnus impedietur à cõfortatione alterius propter cõtrarietatem loci.

Trinus verò aſpectus eſt, quando inter planetas fuerint quatuor ſigna, & eſt aſpectus fortiſsimus propter conuenientiam ſignorum: quia ſi planetæ fuerint ſimiles, multum adiuuat ſe inuicem: ſi verò contrarij, infortunatus erit tunc alter eorum, & non multũ impediet reliquum fortunatũ pro tũc.

Aſpectus oppoſitus eſt cum fuerit planeta in nadir alterius planetæ, & eſt aſpectus multum impeditiuus in contrariis, & multum confortans in ſimilibus: & maximè ſi planeta impediẽs eſt in ſigno, in quo eſt fortunatus: hæc ibi in Exafenon: & concordat cum eo Linconienſis vbi ſupra. Et dicit Linconienſis, quòd aſtrologi ponunt coniunctionem eſſe aſpectum fortiſsimum: nos autem, dicit ipſe, inuenimus multotiens oppoſitum, & trinum aſpectum eſſe fortiorem: Vnde coniunctio eſt aſpectus valde fortis in conuenientibus, & multę turbationis in contrariis: impedietur tamen conturbatio: quia alter eorum debilitatur à loco ſibi diſconuenienti, & non dicitur bonus aſpectus, non tamen poteſt impediri ibidem à ſuo contrario, quantum poteſt promoueri à ſuo ſimili: hęc Linconienſis. Ex verbis autem Linconienſis videtur ſequi, quòd cõiunctio non ſit fortiſsimus aſpectus: tamẽ alij aſtrologi oppoſitum tenent. Tenent enim, quòd fortiſsimus aſpectus omnium eſt coniunctio, deinde oppoſitio: deinde quartus: deinde trinus, deinde ſextilis: Et intellige, habẽdo reſpectum ad loca, de quibus fit aſpectus. Et ſimiliter ad planetas prout patet experimentaliter de duobus luminaribus: nam vt videtur cõmuniter magna eſt mutatio tẽperiei aeris in eorũ coniunctione, deinde in eorũ oppoſitione, deinde in eorum quadraturis: multi tamen dicũt, trinum eſſe fortiorem, & quarto, & oppoſitione: & hoc intelligi poteſt, ſi fuerit inter planetas conuenientes, eo quòd tunc in aſpectu trino vtrobiq; eſt conuenientia, ſed aliter etiã & præcipuè inter planetas contrarios, & diſconuenientes in natura, & quantum ad mutationem aeris maximè: tunc etiã tam oppoſitio quam quartus aſpectus eſt fortior trino, eo quòd in maiori contrarietate accidat maior turbatio aeris: & plures aſtrologi dicunt hoc: Et nota, quòd inter planetas conuenientes in coniunctione, quilibet aſpectus iuuat: & inter contrarios quilibet aſpectus impedit vtriuſq; actionẽ naturalem ex ſuis actionibus propriis: ſed inter effectus contrarios reſultat vnus effectus commixtus fortis ex vtriuſq; actione, & inter fortunas, quilibet aſpectus eſt fortunatus, & inter infortunas, aſpectus fortunatus minus infortunatur, quàm quilibet aſpectus quadratus vel oppoſitus qui inter eos ſit infortunatur. Item iuxta ſentẽtiam Iulij Firmici lib. 4. c. 22. & Albumaſaris 7. maioris introductorij different. 5. Aſpectus alius eſt dexter, alius ſiniſter: Siniſter verò aſpectus ſextilis, vel trinus ſecundum ſucceſsionem ſignorum pro quadrato reputatur, dexter verò aſpectus trigoni vel ſextilis contra ſucceſsionem ſignorum pro quadrato tenetur vt patet in figura ſequenti.



Item dixit Albumaſar vbi ſupra, cum fuerit aliquis planeta in aliquo ſigno, tunc radij eius ſunt in illis ſignis, quæ aſpiciunt illud ſignum in ſimili gradu, atq; minuto: vt ſi aliqs planeta ſit in primo gradu Arietis, & in primo minuto, erũt ei radij in primo gradu Libræ, & in primo minuto eius gradus, ſ. oppoſito aſpectu, & ſic intellige in alijs aſpectibꝰ, hęc Alchabitius. Et ſcito, ꝙ pro hora, ꝓ qua debet



Digitized by Google

recipere radiationes, requiruntur quatuor anguli principales totius figuræ: & ſimiliter cęteræ domus, requiruntur etiam aſcenſiones circuli directi, & ſimiliter circuli obliqui, ad locum illum, ad quem fuerit facta figura: & ſimiliter requiritur arcus diei illius gradus, in quo eſt planeta. Et huiuſmodi proiectiones radiorum multum deſeruiunt ad talia iudicia, quæ fiunt per æquationem planetarum in 12. domibus quemadmodum ſunt iudicia natiuitatis, & reuolutionum natiuitatum, & iudicia eclipſium, & ſimilia, in quibus eſt magna præciſio operis: ſed ad diſpoſitionem aeris ſufficiũt aſpectus accepti ſecundum gradus lineæ eclipticæ: ſed ſi volueris operari per dictas radiationes planetarum, vide aliam differentiam 7. libri maioris introductorij Albumaſaris, vbi ſcies qualiter inuenies ad proiectionem radiorum. Et nota quod pro temperie aeris oportet te videre in prædictis aſpectibus planetarum, an contineant radios intra medietatem corporum ſuorum, tunc enim multum ſignificant apparitionem effectus illius aſpectus: verbi gratia Saturnus & Iuppiter poſito quòd aſpiciant ſe de trino aſpectu: & ſit Saturnus in primo gradu Arietis: tunc vterque ſi fuerit diſtans à primo gradu Leonis per medietatem corporum ſuorum, & non per plus, durat ſemper aſpectus ſecundum quòd dicunt quidam, & non amplius. Medietas autem corporis Saturni continet 9. gradus: & medietas corporis Iouis ſimiliter, prout dicetur infra: & ibidem ſcies quantitatem omnium corporum planetarum. Vnde quotienſcunque Saturnus fuerit in primo gradu Arietis, & Iuppiter etiam ſi non fuerit in primo gradu Leonis, ſi tamen diſtiterit à primo gradu Leonis ſolum per 18. grad. ſiue per minus, ſiue ante primum gradum Leonis, ſiue poſt ſemper durat aſpectus ille inter eos, maximè enim fortis aſpectus eſt, cum fuerit Iuppiter in primo gradu Leonis, Saturno exiſtente in primo gradu Arietis, vt dictum eſt prius: & ſecundum alios *Nota.* durat aſpectus eorum, quamdiu diſtant radij eorum per quantitatem vnius ſigni, & ſic operabitur in omnibus alijs aſpectibus omnium aliorum planetarum. Et ſic finitur hoc capitulum de dignitatibus accidentalibus.

*De habitudinibus planetarum ad inuicem.*

## CAP. VII.

IN hoc capitulo volo ponere habitudinem planetarum adinuicem, quas collegi ex ſentẽtia Albumaſaris, Zaelis, Alchabitij, & auctoris libri nouem iudicum, & ex ſententia aliorum aſtrologorum: & ſunt 25. habitudines in numero, de quibus ad præſens volo loqui, ſcilicet applicatio, coniunctio, ſeparatio, euacuatio curſus, feralitas, tranſlatio, collectio, prohibitio, pulſatio naturæ, pulſatio fortitudinis, pulſatio vtraque naturarum, pulſatio depoſitionis, redditus cũ aptatione, redditus cum deſtructione, refrenatio, accidentalis euentus, euaſio vel fruſtratio, abſciſsio luminis, largitio vel retributio, receſsio, acceſſus, receſſus, & ſollicitudo. Tot ſunt ergo habitudines collectæ ex ſententijs diuerſorum aſtrologorum, videlicet Zael in ſuo introductorio ponit tantum 15. & auctor libri nouem Iudicum ponit tantummodo 16. & Rogerius Erfordienſis in ſuo introductorio ponit tantum 18. ſed & omnes habitudines planetarum comitantur fortitudinem & debilitatem earum, de quibus dicam in cap. ſequenti. Habitudines verò, quas pono hic extraxi maximè ex ſententia Albumaſaris & Alchabitij addendo quaſdã alias habitudines poſitas ab auctore libri nouem iudicum, quas non ponunt Alchabitius, & Albumaſar, ſcilicet acceſſum & receſſum, & ſollicitudinẽ. Omnes tamen habitudines, quas prædicti aſtrologi in ſuis libris ponunt, ponam hic pro virili, & incipiam ab applicatione. Dicit itaque auctor libri nouem iudicum vbi ſupra in cap. de habitudinibus planetarum, quòd. Applicatio eſt leuioris ad grauiorem propinquatio, vt cũ leuior planeta ad grauiorem graduum vadat, hæc ille: & ſic dicit Ptolemæus primo quadripartiti ca. vltimo in principio, quando planetæ vadunt vt aliis appropinquent, dicitur applicatio eorum, niſi ab eis fuerint multum elongati tranſeundo medietatem corporum ſuorum, ſiue ſit applicatio corporalis, ſiue per figuram aliquam prædictarum, ſiue per aſpectum aliquem: hæc Ptolemæus. Et dicit Haly ibidem, quòd planeta leuis eſt, qui applicat, & vim donat, & ponderoſus eſt ille, qui vim recipit, Et applicatio erit, quando erit inter eos minus medietate corporum ſuorum, leui ad ponderoſum eunte, & cum ſecũ æqualis fuerit in gradibus & minutis, applicatio eſt completa, & cum in pluribus gradibus fuerit, eſt ſeparatus ab eo. Et dicit Ptolemęus ibidem, ꝙ vtile eſt in applicatione coniunctionali latitudinem aſpicere planetarum, & ſimiliter in ſeparatione coniunctionis: Et dicit Haly, quòd conuenit vt in coniunctione aſpiciatur ad planetas ſe coniungentes: & ſi fuerit in latitudine vnius medietas corporũ ſuorum erit inter eos applicatio, & ſi magis, nõ erit. Et vlterius dicit ibidem Ptolemæus, quòd in aliis applicationibus, quæ ſunt per figuras, vel aſpectus prædictos conſpicere latitudinem ſuperfluum eſt: quoniam omnes eius radij vſq; ad terræ medium ſemper extenduntur vbique, & ex omni parte coniunguntur: & ſecundum Haly ibidem fit vna commixtio cuiuſlibet eorum per ſe. Et ſimiliter in eodem capit. dicit Haly, ꝙ Ptolemęus tenet, ꝙ quando fuerit inter vnũ & alium planetam & ſiue per corporalem coniunctionem ſiue per aſpectum ſextilem, trinum, quartum vel oppoſitũ, quãtum eſt medium ſui corporis, quod applicet ei. hęc Haly. Quantitates verò corporum planetarum patent, vt infra dicetur. Et recitantur hic quædam dicta, quæ ibi dicebantur ex Ptoælemo & de Haly.

Cõiunctio verò planetarũ fit multis modis, prout dicetur infra. Et vt dicit Albumaſar 7. maioris introductorij differentia quarta. Planetæ dicuntur coniungi, quãdo fuerint in vno ſigno, & eo fortior erit ſignificatio cõiunctionis eorum, cum fuerint inter vtroſque 15. gradus, vel infra. Et apertior eſt ſignificatio coniunctionis eorum, quando fuerit inter duos illorum ſolum quantitates dimidij corporis vniuſcuiuſque ipſorum vel minus: hæc Albumaſar: hæc verò materia de coniunctione planetarum multum diffuſè tractatur poſterius in tra

Digitized by Google

in tractatu de reuolutione natiuitatum. Item coniunctio planetarum eſt duplex,ſcilicet coniunctio longitudinis, & cõiunctio latitudinis. Coniunctio verò longitudinis prout dicit Alchabitius vbi ſupra differentia tertia, eſt cum fuerint duo planetæ in duobus ſignis aſpiciẽtibus ſe, & fuerit leuior in ſigno ſuo pauciorum graduum quam fuerit ponderoſior in ſigno ſuo:fuerintque, inter eos.6.gradus,vel infra,tunc dicitur,quòd leuior vadit ad cõiunctionem ponderoſioris, & cum eorum gradus fuerint ęquales,perficitur eorum coniunctio:& cũ tranſierit eum, erit ſeparatus ab eo.& hæc eſt coniunctio longitudinis: hæc Alchabitius ibidem. Sed Albumaſar 7.maioris introductorij differẽtia quinta dicit, quod longitudinis coniunctio fit duobus modis,ſcilicet coniunctio, quæ fit in vno ſigno, & coniunctio quæ fit in aſpectu,ſcilicet in duobus ſignis. Coniunctio namque in vno ſigno eſt vt ſint duo planetæ directi iũcti in vno ſigno, & ſit leuior eorum pauciorum graduum, quam tardior, tunc quamdiu durauerit leuior iens ad tardiorem, erit iens ad coniunctionem illius per vnitatem ſigni, cúmque fuerit cum eo in vno gradu perficit vnam coniunctionem cũ eo. Et initium coniunctionis in vno ſigno,& complexio naturæ coniunctorum eſt, cum fuerint inter eos 15. gradus, & quanto magis vnus eorum alteri appropinquauerit, tãto fortior erit eorum coniunctio,donec iungantur: & hoc erit, cum fuerint in vno ſigno. Cum autem in diuerſis ſignis fuerint, & inter eos pauci fuerint gradus, non vocatur eadem coniunctio, ſicut illa, quæ fit in vno ſigno: ſed erunt complexi per ſuam naturam complexione debili. Et cum coniunctus fuerit vnus planeta pluribus planetis in diuerſis gradibus, & fuerit coniunctus ille, qui coniungitur alijs leuior,primo iungitur illi, qui ſibi propinquior extiterit: cúmque leuis ad tardiorem trãſiuerit per vnum minutum vel minus iam ab altero ſeparatur: cum autem ſeparatus fuerit planeta ab altero per coniunctionem,quæ fit in vno ſigno, & non fuerit iunctus alteri, erit vnus in natura ſui ſocij, quamdiu fuerint in vno ſigno in quo coniunguntur, & fortior erit complexio naturæ eorum, cum fuerint in vno termino nondum prolongati per quantitatẽ dimidij orbis illius,qui fuerit pauciorum graduum. Cúmque exit vnus de termino, in quo iuncti ſunt,erit hic debilior ad complexionem eorum. Et cum fuerit cum hoc prolongatio eorum plus quantitate dimidij orbis amborum,erit complexio naturæ eorum debilior,id eſt debilior erit eorum coniunctio. Si autem obuiauerit ei, cum ſeparatur ab eo alter planeta antequam exeat de terminis, in quibus fuerat,aut antequam prolongetur ad planetam primo per quantitatem orbis ſui ex gradibus erit leuis planeta, in qua natura vtrarumque planetarum illius ſcilicet,cui iungitur, & illius à quo ſeparatur. Cúmque ſeparatus fuerit à planeta ſecundo per orbem eius erit eſſe illius cum eo,vt eſſe illius cum planeta primo, qui ſeparatus fuerit ab eo. Et ſi coniuncti fuerint planetæ numero,& fuerint in vno gradu atque minuto aut fuerint propinqui gradus: erunt participes per naturam ſuam & vnuſquiſque eorum eſt in fortitudine alterius, donec prolongetur ab eo per quantitatem dimidij ſui orbis, cum autem fuerit coniunctio eorum in fine ſigni, erit fortitudo eorum dimidij orbis in ſigno,quod ſuccedit ei.Cúmque mutatus fuerit leuior eorumdem ad ſignum ſecundum, non deſinit eſſe in natura ſui ſocij, donec prolongetur ab eo per quantitatem dimidij ſui orbis.Sed ille modus coniunctionis naturarum eorum eſt debilis: & fortè erunt vtrique planetæ in coniunctione retrogradi, aut vnus eorum retrogradus,& alter directus erit,quæ coniunctio vnius eorum ad alterum, & ſeparatio eorum ab altero eſt per retrogradationem. Coniunctio verò aſpectus per longitudinem eſt,vt ſint planetæ in ſignis, in quibus aſpiciunt ſe ad inuicem ex aliquo aſpectu, ſcilicet ſextili, trino quarto, aut oppoſito, & cum ita fuerit:& leuior ad coniunctionem tardioris ientis erit,donec leuior ſit in ſigno ſuo in ſimili gradu,atque minuto planetæ tardioris in ſigno,in quo fuerat,tunc perficitur eius coniunctio. Initiũ autem coniunctionis aſpectus eſt, cum fuerint inter vtroſque 12.gradus,ſed per Alchabitium 16. Et dicit Albumaſar quanto magis appropinquauerit vnus eorum ſuo ſocio per aſpectum, tanto fortior erit,& fortè erit vnus planeta iens ad coniunctionem alterius planetæ per coniunctionem,vel aſpectum:ſed non pertingit ad eum in eodem ſigno,donec mutetur vterque ad ſignum ſuccedens. Si verò fuerint duo planetæ in vno gradu atque minuto,& iunctus fuerit eis alius planeta,primum ligari dicitur, in cuius pluribus extiterit dignitatibus, deinde ſecundum: Et cum coniuncti fuerint duo planetæ ab vno gradu atque minuto alicui planenæ alteri,ille qui maioris dignitatis fuerit in ſigno planetæ recipientis,putatur dignior in eadem coniunctione: & tunc dominus triplicitatis præponitur domino terminorum, & aliarum dignitatum, ſi æqualis fuerit eorum dignitas. Et cum fuerit planeta leuis in fine ſigni curſu vacuus: iamq; exiuit fortitudo dimidij orbis ad ſecundum ſignum ab eo, & fiunt radij alterius planetæ tardiores in initio eius ſigni, ad quod mutatur leuior, cum ipſi ſe non aſpiciunt,erit tamen inter eos moderata coniunctio per ſuas naturas, & leuis putatur eſſe coniunctus tardiori, donec mutatur ad aliud ſignum, & dum mutatus fuerit & eum aſpexerit, erit tunc leuis tardiori coniunctus: & in his omnibus cum tranſiuerit vnus eorum ſocium ſuum, per vnum minutum, aut magis, ſeparabitur tunc ab eo, ſed erunt ambo complexi per ſuam natuam. Si autem non obuiauerit leuis alicui planetæ corporaliter, aut radiis eius in eodem ſigno, non ceſſabit vnuſquiſque eorum eſſe in natura alterius,quamdiu durauit in eodem ſigno,& fortior eſt natura complexionis naturæ eorum,dum ſeparatur,id eſt antequam ſeparatur ab eo per vnũ gradum.Si vero leuis obuiauerit alteri planetæ in eodem ſigno corporaliter, aut eius radiis: tunc cum perfecta fuerit eius coniunctio cum altero,ſeparabitur à natura alterius planetæ,à quo ſeparatus eſt per aſpectum & erit in natura planetæ, cui iungitur: quia eſſe planetæ coniunctionis quæ fuerit in vno ſigno, eſt diuerſa à coniunctione longitudinis planetarum.

De coniunctione verò latitudinis planetarum loquitur ſimiliter Alchabitius & Albumaſar, dicit itaque Alchabitius vbi ſupra,quòd coniunctio lati



Digitized by Google

tudinis eſt, vt duo planetę iungãtur p longitudinẽ, fuerintque in vno ſigno, & fuerit latitudo eorum æqualis etiam in vna parte, vel fuerit coniunctio oppoſitionis, vel fuerint eorum latitudines æquales, ita vt latitudo vnius ſit aſcendens in ſeptentrione, & alterius deſcẽdens in ſeptentrione, vel vnius aſcendens in meridie, & alterius deſcendens in meridie, & hæc eſt coniunctio latitudinis: hæc Alchabitius, ſed Albumaſar vbi ſupra dicit in eo.capitu. quod coniunctio planetarum ad inuicem fit tribus modis. Primo in vno ſigno accidit coniunctum, vt ſcilicet ſint duo planetæ coniuncti in vno ſigno, & ſit eorum latitudo in vna parte circuli, & obſcurabit vnus eorum alterum: Secundo modo eſt coniũctio oppoſitionis, vt ſint duo planetæ oppoſiti, & ſit vnus eorum aſcendens in ſeptẽtrione, aut vnus eorum aſcendens in meridie: & ſint eorum gradus æquales. Tertio modo fit coniunctio latitudinis, vt aſpiciant ſe planetæ de aliquo aſpectu, ſcilicet ſextili, trino, aut quarto: & ſit vnus eorũ aſcendens in ſeptentrione, & alter deſcendens in ſeptentrione. His tribus modis aſpicitur ille, qui fuerit paucorum graduum in latitudine cum peruenerit ad gradũ finis ipſius latitudinis: qua cum pertingat ex gradib. latitudinis alterius planetæ, qui fuerit maioris latitudinis. Si fuerint gradus leuis pauciores gradibus ponderoſioris, iungitur ei per latitudinẽ. Cum fuerit latitudo eius ſimilis latitudinis eiuſdem planetæ, iam cum eo perfectè iungitur. Et cũ maior fuerit eius latitudo, iam ſeparatur ab eo per latitudinem, & non deſinit vnus eorum eſſe in fortitudine alterius ex parte coniunctionis latitudinis, quamdiu durauerit vterque planeta in parte qua coniunctus fuerit vnus eorum alteri. Cum verò diuerſi fuerint in partibus, & incœperit vnus eorum aſcendere, & alter deſcendere, iam ſeparatus eſt vnus eorum à fortitudine naturæ alterius per latitudinem: Eſt quoque coniunctionis planetarũ per latitudinem alius modus qui hic eſt, vt aſpiciãt ſe vtrique planetæ: ſi ſe aſpexerint, augebuntur gradus latitudinis ſeptẽtrionalis ſuper locum, in quo fuerit: gradus vero latitudinis meridianę, minuentur à loco eius in parte, in qua fuerit. Poſt hoc aſpicitur quot gradus ſint inter eos per longitudinem: & ſi fuerint inter ponderoſum & leuem minus 30. gradibus, leuis coniungitur ponderoſo, & cum fuerit inter eos ſimile horum graduum, quos diximus ſecundum hoc opus perficitur eius coninnctio cũ eo, & ſi fuerint inter eos, ſcilicet plures gradus, iã ſeparatus eſt ab eo. Et forte coniunctio planetæ erit cum vno planeta per longitudinem, & cum alio per latitudinem: & fortior erit coniunctio, & ſeparatio, ſi fuerit cum domino ſui termini, aut cum domino ſuę domus, aut exaltationis, aut triplicitatis, aut faciei. Et eo fortius cum fuerit cõiunctio longitudinis & latitudinis inſimul cum vno planeta, tunc enim non erit diuerſa ſignificatio eorum. Et etiam eſt alia ſpecies coniunctionis & ſeparationis naturalis. Et quidam antiquorũ Perſarum ſcilicet, & Babyloniorum & Aegyptiorum narrauerũt eam in ſuis libris: & fit duobus modis, ſcilicet ex natura graduum ſignorum in aſcenſione concordantium, vt Aries, & Piſcis: Taurus, & Aquarius, Gemini & Cancer: Capricornus & Sagittarius, Leo, & Scorpio: Libra, & Virgo. Cum ergo fuerit planeta in primo gradu Arietis erit de planeta qui fuerit in vltimo gradu Piſcium, & ipſe ei coniunctione naturali coniungitur. Et cum fuerit planeta infra 10. gradus Arietis, erit iens ad coniunctionem per naturam gradus planetę, qui ſiunt in 10. gradu Piſcium, donec 10. grad. compleat, & iterum perficietur eius coniunctio per naturam gradus planetæ, qui eſt in 20. grad. Piſcium per concordantiam graduum eorum in aſcenſionibus, cum fuerit in 11. gradu Arietis, iam ſeparatus eſt à natura planetæ, qui erat in eodem gradu, & erit coniunctio per naturam planetæ, qui eſt in Piſcibus minus 20. gradibus donec ſit planeta, qui eſt in fine Arietis in natura planetę, quę eſt in initio Piſcium, & ille qui eſt in initio Tauri in 11. gradu, qui eſt in fine Aquarij: & planetæ qui eſt initio Geminorum in 11. gradu planetæ, qui eſt in fine Capricorni, cumque 12. gradibus tranſierit, iam ſeparatus eſt ab eo, & efficitur in natura planetæ, qui eſt minus 18. gradibus in Capricorno: & planeta, qui eſt in fine Geminorum, erit in natura planetæ, qui eſt in initio Capricorni: & planeta, qui eſt in initio Cancri, in natura planetæ, qui eſt in fine Sagittarij. Et planeta qui eſt initio Virginis in natura planetæ, qui fuerit in fine Libræ. Secundus autem modus eſt ex gradu ſignorũ in horis diei concordantium, quia planeta, qui fuerit in vltimo gradu Geminorum, erit in fortitudine planetæ, qui fuerit in primo gradu Cãcri, & qui in 12. gradu Geminorum extiterit, erit in fortitudine gradus planetæ, qui fuerit in 18. gradu Cancri. Et planeta, qui fuerit in initio Geminorum, erit in fortitudine gradus planetæ, qui fuerit in fine Cancri. Et ille qui fuerit in initio Arietis erit in fortitudine gradus qui fuerit in fine Tauri. Et qui in fine Arietis in fortitudine gradus planetę, qui fuerit in initio Virginis. Et ſic de omnibus aliis ſignis concordantibus in hora diei. Nam omnia hæc prædicta dicit Albumaſar, ob hoc eueniunt, quoniam iſti gradus in longitudine horarum dierum ſimul conueniunt: cõiungitur igitur planeta per gradus, qui fuerint in Geminis, planetæ qui fuerit in Capricorno, vel qui fuerint in initio Sagittarij, cum illo, qui fuerit in Cancro, & qui in Ariete fuerit, illi qui in Virgine extiterit: & qui in Libra fuerit, illi qui in Piſcibus extiterit: & hæc coniunctio vocatur naturalis oppoſitio: ſimiliter, qui fuerit in Geminis, cõiungitur illi, qui fuerit in Tauro. Et qui fuerit in Virgine, illi qui fuerit in Libra: & ſic de aliis. Et hæc coniunctio dicitur ſextilis naturalis. Et hæc ſunt dicta Albumaſaris de coniunctionibus planetarum.

Separatio verò eorum patet per prædicta, nam cum planeta leuis receſſerit à coniunctione ponderoſioris cum tardiori dicitur tunc ſeparatio, ſiue fuerit coniunctio longitudinis, ſiue coniunctio latitudinis, ſiue coniunctio eorum in vno ſiue per oppoſitionem, ſiue per aſpectum: vnde quot modis dicitur coniunctio, tot modis dicitur ſeparatio à cõiunctione, prout ſatis dictum eſt prius. Sed ſecundum Alchabitium & Albumaſarem, vbi ſupra, & ſimiliter ſecundum alios ſi ſeparetur vnus planeta ab altero, & nulli alteri iungatur, quamdiu in eodem ſigno fuerit, dicitur vacuus curſu.

Feralitas verò planetarum, prout dicit Alchabitius & Albumaſar, eſt vt planeta ſit in aliquo ſi-

gno

Digitized by Google

ſigno, & non aſpiciat eum alter planeta omnino, cũ ita fuerit, vocatur feralis: & hoc ſæpe Lunæ accidit. Ponitúrque eius coniunctio tunc cum dominis aliorum terminorum, in quibus fuerit: quãdiu ergo fuerit in termino alicuius planetæ, putatur iungi domino termini eiuſdem, cúmque ab eo ad alium terminum exierit, ſeparatur ab eo, & iungitur domino illius termini, ad quem mutatur: & fortè hic erit modus coniunctionis & ſeparationis in planeta, qui fuerit curſu vacuus.

Tranſlatio quoque luminis fit duobus modis ſecundum Albumaſarem & Alchabitium, Vno modo, vt ſeparetur leuis planeta à ponderoſo, & alteri iungatur: & tunc naturam eius, à quo ſeparatur transfert ad illum, cui iungitur. Secundo modo, vt iungatur planeta leuis planetæ ſe ponderoſiori, & ille ponderoſus alteri adhuc planetę iungatur: tũc transfert planeta ponderoſus naturam leuis ad eũ cui iungitur. Eſt alius modus, cum leuis iungitur ponderoſiori ſe, aliquo aſpectu, & ille iterum ponderoſiori, tunc medius transfert naturam leuis ad ponderoſiorem, vel etiam quando planeta leuis ſeparatur à ponderoſiori ſe, & applicat alteri, qui eiuſdem ſit qualitatis.

Collectio quoque luminis vt dicit Albumaſar eſt vt iungatur vni planetæ: Secundo, vt plurib. colligátque eorum lumina, & recipiat eorum naturam.

Redditus luminis duobus eſt modis, primus, quandoquidem nõ coniũgitur planeta planetæ, neque vnus alium aſpicit, ſed ambo coniungũtur, aut aſpiciunt tertium planetam: vel etiam ad loca quęlibet ſignorũ zodiaci ſextilis, trini, vel quadrati, & diametralis radiationis, quibus in locis planeta alius exiſtens, duorum prædictorũ lumen recipit, & tunc idem ferè eſt quod tranſlatio. Secundus modus, vt non coniungatur dominus aſcendentis domino rei quæſitæ, aut quòd vnus alium non aſpiciat, aut quòd vnus ab alio ſeparetur, & transferat lumen inter illos planetas: & hic modus eſt veluti coniunctio.

Prohibitio fit duobus modis, prout ipſimet dicunt. Vno modo, ſcilicet ex cõiunctione, hoc eſt, vt ſint tres planetæ in vno ſigno in diuerſis gradibus, fuerítque ponderoſior pluribus gradibus: tũc ille, qui eſt medius, prohibet exteriorem illum ſcilicet qui eſt paucioribus gradibus, ne iungatur ponderoſiori, donec tranſeat eum. Et ſecunda prohibitio eſt ex aſpectu, hoc eſt, vt ſint duo planetæ in vno ſigno: & ſit leuis iunctus ponderoſo, & alter planeta iungatur eidem planetæ ponderoſo per aſpectum: ille ergo, qui fuerit in vno ſigno cum eo, prohibet aſpicientem, & deſtruit coniunctionem eius, ſi fuerint eorum gradus æquales. Si verò fuerint gradus aſpicientes propinquiores coniunctioni quam gradus illius, qui ei coniungitur, erit coniunctio aſpicientis: quia iungitur ei ante coniunctionem alterius.

Pulſatio verò naturæ vel domini naturę ſecundum Albumaſarem Alchabitium & auctorem libri nouẽ iudicũ, eſt vt iungantur duo planetæ domino ſigni, in quo fuerint, vel domino exaltationis, vel domino termini eius, vel domino triplicitatis, vel domino faciei eius, & pulſabit naturam eiuſdem planetæ ad eum. Pulſatio fortitudinis ſecundum Alchabitium Albumaſarem & auctorem libri nouem iudicum, eſt vt ſit planeta in propria domo, & in ſua exaltatione, in ſuo termino, vel triplicitate, vel in ſua facie, & iungatur alteri planetæ, & eius naturam pulſet ad eum: pulſatio vtrarumq; naturarum ſecundum Albumaſarem fit duobus modis. Vno modo vt ſit planeta in ſigno, in quo habeat aliquam dignitatem, & iungatur alteri, qui etiam in eodem ſigno dignitatem habeat, vt Venus ſi iungeretur Ioui in Piſcibus. Secundo modo, vt planeta iungatur planetæ qui fuerit in haiz, vt ſi planeta diurnus iungatur planetę diurno, vel nocturnus nocturno. Pulſatio diſpoſitionis ſecundum Albumaſarem, vel domini conſilij ſecundum auctorem libri nouem iudicum eſt, vt planeta iungatur planetæ quacunque coniunctione, ſiue coniunctione in eodem ſigno ſiue coniunctione per aſpectum quẽ pulſat per ſuam diſpoſitionem ad eum, ꝙ ſi fuerit ex ſextili, vel trino aſpectu, fueritque inter eos receptio, erit ipſa pulſatio concordiæ & dilectionis, vel ſecundum auctorem libri nouem iudicum, bonum ei præſtabit conſilium. Si verò fuerit ex cõiunctione, vt dicit Albumaſar, & fuerit inter eos coniunctio, erit etiam cõcordiæ & dilectionis. Sed ſi fuerit à conuerſo huius, quam diximus, erit pulſatio diſpoſitionis abſque concordia, vel dilectione.

Redditus verò fit duobus modis ſecundum Albumaſarem, & Alchabitium, vno modo, vt iungatur planeta planetæ ſub radiis Solis, & non poſſit retineri quod recipit ab eo, & ſic reddit ei. Secundo, vt iungatur planeta planetæ retrogrado, redditq; ei quod recipit ab eo, ꝓpter retrogradationẽ ſuã. Itẽ fortè erit redditus cũ aptatione, aut fortè erit redditus ei cum detrimento. Redditus verò cũ aptatione, ſecundum eos fit tribus modis. Vno modo, vt ſit planeta cui pulſatur recipiens pulſationẽ. Secundo modo, vt ſit cui pulſatur curſu directus, & ad quem pulſatur combuſtus, vel retrogradus, vel etiam ambo ſint in angulo, vel in ſequenti angulo. Tertio modo, vt ſit planeta combuſtus, vel retrogradus cadens ab angulis ille, ſcilicet quem diximus receptorem, & planeta pulſans in angulo, aut in ſequenti angulo. Cum verò res fuerit ita, & receperit cadens, vel combuſtus, aut retrogradus diſpoſitionem, deſtruit rem: cum autem reddiderit receptor pulſanti, & fuerit pulſans in loco optimo, aptabit rem prius deſtructam. Redditus quoque eius poſt deſtructionem, vt dicit Albumaſar fit duobus modis, vno modo vt ſit pulſans cadens, & cui iungitur retrogradus, vel combuſtus ſit in angulo, vel ſequenti angulum, cum reddiderit pulſanti, quod recepit ab eo propter eſſe retrogradationis, vel eſſe combuſtionis deſtruitur res poſtquam fuerit directa, receptor cadentes vel combuſti, reddétque ei quod recepit ab eo propter eſſe retrogationis illius, aut eſſe illius ſub radiis deſtructa eius diſpoſitione & non poterit pulſans cum eadem res proficiſci iterum ſignificat, quòd eidem rei non ſit initium, nec finis: hæc Albumaſar.

Refrenatio, vt dicit Albumaſar & Alchabitius, eſt vt planeta iungatur alteri: ſed antequam veniat ad eum, retrogradabitur ipſe ab eo, & anihilabitur eius coniunctio. Accidentalis euentus ſecundum Albumaſarem, ſiue contrarietas ſecundum Alcha-



Digitized by Google

bitium eſt, vt ſit planeta leuis multorum graduum in ſigno, & alter ponderoſior illo & pauciorib. gradibus. Tertius verò leuior prædicto leuiori volēs iungi eidem pōderoſiori: ſed antequam iungatur, ei fit retrogradus ille leuior quo habet plures gradus, & iungitur eidem ponderoſiori & transiens illum, facit coniunctionē cum tertio, qui leuior eſt, & leuior coniungitur retrogrado, ſe ponderoſiori, & non cum alio ponderoſo: & ſic deſtruitur coniunctio illius prioris cum ponderoſo.

Euaſio, vel fruſtratio ſecundum Albumaſarem, & Alchabitium eſt, vt ſit planeta iens ad coniunctionem alterius planetæ: ſed antequam ad eū perueniat, mutabitur ille, cui iungebatur ad ſignum alterius, & eſt planeta alius in paucis gradibus aſpiciens ipſum ſignum, & erunt radij eius in initio ſigni. Cumque exierit ſequens planeta de ſigno primo, iungetur iſti aſpicienti, & iam anullatur coiunctio, quam habuit cum alio, ſcilicet primo.

Abſciſsio luminis ſecundum quoſdam eſt trib. modis: Vno modo, vt aliquis planeta petens coniunctionem alterius fuerit in ſigno ſecūdo à ſigno illius, cui iungitur alter planeta: Sed antequam iungatur ei, prius fit ille, qui eſt in ſigno ſecundo retrogradus: coniungitúrque ei, & abſcindit lumen eius à planeta, qui volebat ei coniungi. Secundus modus eſt, vt ſi planeta leuis petit coniunctionem planetæ ponderoſioris, & antequam perueniat planeta leuis, iungatur ille ponderoſior alteri ſe ponderoſiori, & tranſeat eum, & abſcindat lumen eius à planeta primo leuiori. Tertius modus eſt, vt iungatur planeta planetæ qui ſit dominus rei, aut iungatur ei planeta, qui transferat lumen ſuum ad alium planetam, qui non ſit dominus rei.

Largitio vel retributio ſecundum Albumaſarē eſt, vt ſit planeta in puteo, aut in ſua deſcenſione & iungatur ei planeta, vel iungatur ipſe planetæ ſibi amico, vel domino ſuæ triplicitatis, aut alicui eorum, qui habeant dignitatem in ſigno, aut pulſanti, aut recipienti teſtimonium in ſuo ſigno, tūc mutabitur, & educet eum de puteo, vel de ſua deſcenſione, & eius erit debitor, donec ipſe planeta, qui largítus eſt cadat in puteum, aut in ſuam deſcenſionem, aut iungatur vnus eorum alteri: educétq; eū de puteo, aut de ſua deſcenſione, & erit quaſi iam retribuens ei ſuam largitudinem, & quaſi ſeruans ſibi fidem ſuper hoc: & fortè vocabitur dominus exaltationis ſigni planetæ dominus largitionis eius.

Receptio ſecundum Albumaſarem, Zaelem, & auctorem libri nouem iudicum eſt, cum planeta iungitur planetæ à domo ſua vel exaltatione ſua vel triplicitate, vel facie, vel termino, vel recipiat eum: Et ſit receptor coniunctionis in domo pulſantis, vel in cæteris dignitatibus eius, quas prædiximus: & fortior his erit dominus domus, deinde domus exaltationis, & ſecundum Zaelem, quādo planeta iungitur planetæ à domo ſua & exaltatione ſua tunc recipit eum bono animo, & perfecta receptione. Verbi gratia, vt ſi Luna in Ariete exiſtens, iungatur Marti, qui eſt dominus Arietis: tunc recipit eam Mars, quia eſt in domo eius, aut ſi Luna iūgeretur Soli in Ariete, qui eſt dominus exaltationis eius, aut eſſet in Tauro & iūgeretur Veneri, aut in Geminis, & iungeretur Mercurio. Et dicit Zael, eſt alia receptio infra iſtam, & eſt minor illa, ſcilicet quando planeta iungitur planetæ domino triplicitatis ipſius, vel domino termini, & faciei, id eſt quando iungitur planetæ, qui habeat in loco ſuo de his minoribus dignitatibus duas vel plures, & tunc eſt vera receptio. Si verò vnam tantummodo habuerit, non erit receptio, id eſt ſecundum Albumaſarē erit receptio debilis, niſi iungantur duabus dignitatibus: quia tunc erit perfecta receptio. Item dicit Albumaſar, quòd planetæ recipiunt ſe per aſpectum abſque coniunctione, ſed receptio coniunctionis eſt fortior: cum fuerit igitur vnuſquiſque planetarum in trino, vel in ſextili aſpectu alterius, vel in duobus ſignis, quorum diei longitudo fuerit vna, aut in duobus ſignis, quæ fuerint vnius planetę: recipit vnuſquiſque ſocium ſuum per concordiam naturæ horum ſignorum ad inuicem propter temperamentum naturæ eorum. Similiter Mars & Saturnus ſe inuicem recipiunt à coniūctione, vel ſextili, aut trino aſpectu. Hæc Albumaſar. Item Zael in ſuo introductorio vbi ſupra dicit, quòd ſi Luna in hac ſimilitudine fuerit iūcta alicui planetæ, & ipſe planeta iunctus fuerit alicui domino domus, in qua eſt Luna, aut eius exaltationis, erit tunc Luna recepta: Et ſi fuerit Luna vacua curſu, & poſt hoc tranſierit ad aliud ſignum, & coniuncta fuerit domino primi ſigni, aut domino exaltationis eius, erit Luna recepta. Et ſi iūcta fuerit planetę, qui non fuerit dominus primi ſigni, aut dominus exaltationis eius, impediet eum: hæc Zael. Et dicit Albumaſar, quòd receptio quędam eſt fortis, quædam media, & quædam minor, ſiue debilis. Receptio verò fortis ſæpius fit à Sole in Lunam: quia recipit eam ex omnibus ſignis, eo quòd ſit lumen illius ex illo: ſed receptio iſtius ex oppoſitione eſt horribilis: cum autem fuerit coniunctio in illo ſigno, in quo ipſe habuit dignitatem, erunt duæ receptiones. Receptio ſcilicet naturæ, & receptio ſigni: Mercurius quoque cum recipit planetam in Virgine, erit receptio fortis: quia ibi eius eſt domus, & exaltatio. Receptio verò media eſt receptio planetarum ad inuicem ex domibus & exaltatione, & termino, aut triplicitate, aut facie ſit cum duobus, & de his vel planeta conueniat, & vnuſquiſque eorum receperit ſocium ſuum, erit receptio fortis. Cætera autem quæ diximus, vt ſeparatio curſus, & huiuſmodi, ſunt infra has receptiones, & debiles eſſe exiſtimamus: hæc Albumaſar. Et dicit auctor libri nouem iudicum vbi ſupra, quòd ſecundum Alchabitium receptio quatuor modis fieri perhibetur, primo quidem, dum alter alterius domum vicíſsim, & amicè occupat: ſcilicet quod vtrique planetæ ſint in domo alterius cum mutua receptione, & tunc ille planeta dicetur congaudere quaſi cum familia ſua, ſicut facit paterfamilias. Quod quidem hoc idem accidere poteſt in vtriuſque regno, aut in alterius dignitatis loco: efficacius tamen in domo, aut in regno: ſecundario quidem in termino, triplicitate aut facie. Aliud rectæ receptionis genus eſt, cum alter alterius puteum inhabitat, & quaſi excogitans vterque quæ ſibi ad inuicem adminiculari valeant: vnde amicorum vitam gerere videantur, Quæ quidē receptionis ſpecies eſt, cum ſtella applicans in propria domo, ſiue conferens ea, cui confert ſimiliter ſuam obtineat

dignl

Digitized by Google

dignitatem. Et igitur omnia quæ ſibi inuicem ſubuenire & propria adminiculari gloria atque auxilio nituntur. Horũ itaque dicuntur applicationes, & cui applicant inuicem ſubuenire, & mutuum ferre auxilium. Alia demum receptio ſimiliter eſt, cũ vterque in applicantis dignitate conueniat. Optima ergo omnium receptio eſt de trigono. Tetragonalis namq; tardat, & proprietatem differt. Hexagonalis quidem trigonali eſt ſimilis, aliquanto tamen debilior. Oppoſitionis verò reſpectus aduerſitatem expreſſam inducit. Conuentus quoque in vno tantum prænominatę receptionis genere accidere poteſt: impoſsibile eſt enim, vtranque ſtellam & eundem gradum dum alter alterius domum poſſideat obtinere: poſſunt tamen in eodem ſubſiſtere gradu & vterque alterius dignitatem, quamlibet peragrari: hæc ibidem. Et Zael in ſuo introductorio ſic dicit, Loca, in quibus non fit vera receptio, nec coniunctio, ſunt hęc, cum Luna ſcilicet aut dominus aſcendentis iunctus fuerit planetæ, qui non habeat in loco Lunę, vel domini aſcendentis teſtimonium, ideſt aliquam dignitatem: tunc non cognoſcit eum nec recipit, Similiter ſi iuncta fuerit Luna, aut dominus aſcendentis planetæ in deſcenſione ſua erit quaſi, qui venit ad eum de domo inimicorum ſuorum, & non recipit eum, nec diligit. Cuius exemplum eſt, vt ſit Luna in Ariete, & iungatur Saturno: aut in Cancro, & coniungatur Marti: aut in Virgine, & iungatur Veneri: aut in Libra, & iungatur Soli: & ſi aliquis ſignificator fuerit in deſcenſione ſua, id eſt, in domo, vbi cadit, & iunctus fuerit planetæ, qui non habeat in loco eius ſignificatores præter domum, ſcilicet vel exaltationem: habebit eum pro nihilo, ac ſi alicui quærenti daretur veſtimentum incognitum: Et ſi fuerit planeta iunctus alteri planetæ in deſcenſione ſua, aut aſcendit ipſe planeta pulſans facit eum deſcendere, & minuit quod conueniet ei ex hoc: hæc Zael. Acceſſus verò planetæ, prout dicit auctor libri nouem iudicum, eſt quotiens in cardinem ſiue poſt cardinem decurrit: Receſſus planetæ eſt, cum in remotis locis ſituatur. Sollicitudo, vt dicit auctor nouem iudicum ibidem, eſt quotiens Luna, vel alia ſtella ita incedit, vt nec reſpecta, nec iuncta ſit ab alia, & dicitur in hoc genere Lunæ corpus eſſe ocioſum.

*De fortitudinibus, & debilitatibus planetarum.*

## CAP. VIII.

POSTQVAM in præcedentibus determinatum eſt de dignitatibus eſſentialibus, & accidentalibus planetarũ, & eorum habitudinibus adinuicem: in hoc capitulo vltimo huius tractatus volo dicere fortitudines, & debilitates planetarum, & vitia Lunæ ſiue defectus eius, ſecundum diuerſos aſtrologos: & primo volo ponere planetarum fortitudines. Planetarum igitur fortitudines ſiue fortunæ vt poteſt extrahi ex ſententijs Albumaſaris & Alchabitij, Zaelis, & auctoris libri nouẽ iudicum in ſuis introductoriis vbi ſupra, ſunt hæ. Primo, vt ſint planetæ in ſuis dignitatibus eſſentialibus, ſcilicet domo, exaltatione, &c. Deinde vt ſint in ſuis dignitatibus accidentalibus, quas numeraui in cap.5. huius tractatus. Item vt ſint in bonis locis ab aſcendente, ſcilicet in angulis, vel in ſuccedentibus angulorum. Item vt planeta ſit in aſpectu bonorum: Item vt mali ſint cadentes ab eo. Item vt ſeparatur à bono ſcilicet fortuna & iungatur fortunæ, aut ſit abſceſſus à fortunis vel eorum radiis ſcilicet, ꝙ ſit inter duos fortunas, vel inter duos radios eorum. Item vt ſit cum Sole in vno gradu, tunc enim, vt dicit Zael fortunarum augetur fortuna, & malorum augetur & confortatur malum. Itẽ vt ſit in bono aſpectu à Sole, ſcilicet trino, vel ſextili. Item vt ſit in bono aſpectu à Luna, & ipſa Luna fuerit fortunata, & fœlix aut celeri curſu incedẽs, aut lumine creſcens, & corpore. Item vt ſit planeta velox curſu, & augens lumine & motu. Item vt ſit in ſuo haiz, hoc eſt ſecundum Albumaſarem, prout dictum eſt prius, vt ſit planeta maſculinus in ſigno maſculino, in gradibus maſculinis, & in die ſuper terram, & in nocte ſub terra: & planeta fœmininus in ſigno fœminino, & gradibus fœmininis, & de die ſub terra, & de nocte ſupra terram. Luminaria quoque cum fuerint in dignitatibus fortunarum, ſunt quaſi eſſent in propriis dignitatibus: Similiter quoque ſunt fortunæ, cum fuerint in dignitatibus luminarium: hæc Albumaſar. Item accidit fortitudo planetę, vt ſit in ſuo gaudio: Item vt ſit in gradu lucido: Item vt aſcendens ſit in ſeptentrione vel ſeptentrionalis: Item vt ſit aſcendẽs in circulo ſuæ augis: Item vt ſit in ſtatione ſecunda, hoc eſt vt planeta dirigatur à retrogradatione in ſtatione: Item vt ſit exiens de ſub radiis Solis: Item vt ſit in ſigno fixo: Item vt non iungatur ſtellæ cadenti ab aſcendente in deſcenſione ſua: Item vt ſint tres ſuperiores orientales à Sole: Et ſi à ſextili eos reſpexerit Sol, erit hoc illis adiuuamentum fortitudinis, ſecũdum quòd dicunt Alchabitius & Albumaſar. Item vt Venus, Mercurius, & Luna ſint occidentales à Sole: Et vt ſint planetæ maſculini in quartis maſculinis ex parte aſcendentis, & medij cœli, hoc eſt à medio cœli vſque ad aſcendens, & à quarta vſque à ſeptimam: & dicuntur fœminini à ſeptima in medium cœli, & ab aſcendẽte in quartam. Et dicit Alchabitius, quòd Sol cum fuerit in quartis maſculinis, aut in ſignis maſculinis, eſt fortis, niſi ſit in Libra: quia ibidem cadit. Iſtæ ergo ſunt fortitudines planetarum, ſecundum viam Albumaſaris, Alchabitij, Zaelis quoque, & auctoris libri nouem iudicũ. Sed Ptolemæus primo quadripartiti ca. vltimo ponit quaſdam fortitudines planetarum, ſic dicens, Manifeſtum eſt etiam, quòd omnium planetarum vires inueſtigandę ſunt ex eorum naturis proprijs, & ex ſignis, nec non & ex figuris, quas habent reſpectu Solis & angulorum ſecundum quòd locuti ſumus in omnibus iſtis rebus, ideſt prout dictũ eſt prius in hoc tractatu cap.5. & dicit Ptolemæus vlterius in horum autem iurium quantitate ſcire debemus, quòd cum planetæ fuerint orientales à Sole, & eorum motus proprius augmentabitur, erunt tunc tam fortes, quam eſſe poterunt. Eadem eis etiam contingit ſecundum ſuorum horizontium qualitatem fortitudo. Nam cum in cœli medio fuerint, vel cum ad cœli medium aſcenderint, erunt fortiſsimi: ſed fortes dicuntur, cum nõ ex hac, ſed ex alia figura aliquam habuerint cum aſcendente ſocieta

ſocietatem,i.ſecundum Haly, cum fuerint in ſeptima, vel in tertia, vel elongati à duobus punctis æquinoctij tantum, quantum elongatum eſt aſcendens. hæc autem eſt ſententia Ptolemæi de fortitudinibus planetarum.

Nunc reſtat loqui de eorum infortuniis,ſeu debilitatibus ſecundum opinionem Albumaſaris Alchabitij, Zaelis, & auctoris libri nouem iudicum. Debilitates quoque planetarum ſecũdum eos ſunt primo videlicet, vt ſit planeta in contrario ſuæ dignitatis eſſentialis, ſcilicet in auxilio, vel depreſſione ſua,aut in dignitate eſſentiali alicuius infortunæ,puta domo vel termino: item vt ſit in contrario ſuarum dignitatum accidentalium: item vt ſit cadens ab angulis,vel in domo cadentis:item vt ſit in coniunctione malorum, vel in oppoſitione eorum,aut in alio aſpectu eorum: item vt ſit inter eũ & infortunam, vel radios eius minus termino planetæ:item vt mali ſint eleuati ſuper eum à 10.vel 11. vel ab eorum locis: & multo deterius dicit Alchabitius,ſi mali non receperint eum. Item cum fuerit planeta obſeſſus inter duos malos:& ſecundum Albumaſarem & Alchabitium vbi ſupra, Obſeſſio fit duobus modis, vno modo, vt ſit planeta in aliquo ſigno,& cum eo malus,vel radij eius ante ſe,& malus vel radij eius poſt ſe: aut ſeparetur à malo per coniunctionem,vel per aſpectum, & iungatur tali modo alteri malo. Secundus modus obſeſſionis eſt, vt ſit planeta in aliquo ſigno, & malus per corpus ſuum, vel radij eius ſint in ſigno ſecũdo ab eo :alter quoque malus, vel eius radij in primo ſigno ab eo. Similiter de ſignis dicitur, ꝙ ſunt obſeſſa,quòd ſi aſpexerit fortuna, vel Sol eundem planetam obſeſſum, vel ſignum obſeſſum à trino vel ſextili aſpectu fuerit inter eum,& coniunctionem, vel radios fortunæ,vel minus ſeptem gradibus,ſoluetur ipſa malicia,vel obſeſſio.Et ſimiliter ex hoc, vt non ſit planeta retrogradus, vel ſub radiis Solis combuſtus, aut cadens ab aſcendente. Et ſi fuerit planeta,vel ſignum obſeſſum ex fortunis, erit hoc ex fortitudinibus dignioribus: hæc Albumaſar & Alchabitius.Item ex debilitate malorum eſt,prout dicit Albumaſar & concordat Alchabitius, vt ſint in eodem ſigno cum Sole,aut in oppoſito,aut quarto aſpectu illius: aut fuerint cum capitibus eorum, gẽzaar,vel eorum caudæ,aut fuerint in capite, vel in cauda draconis: ſintque inter eos & caput, vel caudam.12.gradus vel minus: quia tunc erunt iterum in nodo eorum, & maximè eſt ex infortunio Lunæ, ſi fuerit à capite, vel à cauda per 12.gradus vel minus:& Sol tunc impedietur à capite,vel cauda,cum fuerint inter ipſum, & vnumquodq; eorũ 4.gradus ante vel retro.Item ex debilitate planetę eſt,vt ſit in malo aſpectu à Sole,& Luna. Item vt ſit tardior curſu & minutus lumine,& in ſtatione prima,& hoc eſt quãdo ſtat,vt retrogradus fiat. Itẽ vt ſit retrogradus, & retrogradatio deterior eſt duorum planetarum inferiorum, & propriè dum cum ſua retrogradatione comburantur. Item vt ſit in contrario ſuæ haiz.i.vt planeta maſculinus ſit in ſigno,& gradu fœminino in die,quoque ſub terra,& in nocte ſupra terram,& vt planeta fœmininus ſit è contra. Item vt ſit in contrario ſui gaudij.Item vt ſit in gradu tenebroſo. Item vt planeta receptus recedat à recipiente. Item vt non ſit receptus, vel ſeparatus à planeta, qui eum recipiebat. Item vt ſit deſcendens in circulo augis ſuæ. Item vt ſit deſcẽdẽs in meridie, vel meridianus. Item vt ſit ſub radiis combuſtus. Item vt iungatur planetæ cadenti ab aſcendente,vel ab aliquo angulo. Item vt iungatur planetæ exiſtenti in exilio ſuo, aut ſit in ſua depreſſione.Itẽ vt tres planetæ ſuperiores ſint occidentales à Sole,aut in quartis fœmininis,niſi ſint in domo,qua gaudent.Debilitas quoque trium inferiorum eſt,vt ſint orientales à Sole, id eſt quãdo apparent in mane,aut ſint in quartis maſculinis.Itẽ magnum infortunium, & magna debilitas planetæ eſt cuiuſcunque & maximè Lunæ,vt ſit in via combuſta ſcilicet 20.grad. Libræ vſque ad tertium gradum Scorpionis. Et de hac via cõbuſta dicetur infra. Item debilitas planetæ eſt,vt iungatur planetæ retrogrado aut cadenti ab angulo,aut qualitercunque impedito. Item vt ſit in ſua alienatione, & eo grauius ſi fuerit vacuus,& non aſpexerit eũ planeta fortuna. Item vt ſit peregrinus, & ante Solẽ: & generaliter debilitas planetæ eſt, ſi in aliqua dignitate ſuarum eſſentialium,& accidentalium non fuerit:ſed in eius contrariis extiterit.Iſtæ fortitudines, & debilitates iam dictæ,extractæ ſunt ex ſentẽtiis Albumaſaris.7.maioris introductorij differentia 5.& Alchabitij in ſuo introductorio differentia tertia,& ex ſententiis Zaelis, & auctoris libri nouem iudicum in ſuis introductoriis,vbi loquuntur de hac materia: Sed ſecundum Ptolemæum primo quadripartiti capi.vltimo quãdoque minuitur motus planetarum,ſiq; occidentales fuerint, erunt tã debiles quam eſſe poſſunt:& gradatim etiam à fortitudine declinant ſecundum eorum à cœli medio remotionẽ, cum enim in ipſo orientali puncto extiterint horizontis,non erunt ita fortes,in occidẽtali vero minus: cúmq; ſub terra fuerint in oppoſitione medij cœli, vel inter occidẽtem & angulum terræ, minus adhuc fortes exiſtent: hæc Ptolemæus.

Reſtat modo loqui de vitiis, & impedimẽtis Lunæ ſecundum Albumaſarem Zaelem, & auctorem libri nouem iudicum. Primo ergo iuxta ſententiã eorum impeditur Luna, cum fuerit eclipſata à Sole,aut fuerit combuſta à Sole diſtans per 12.gradus ante vel retro, & ſimiliter infra totidem gradus ab eius replexione ante, vel poſt. Item cum fuerit cũ malis, aut mali eam aſpexerint, aut fuerit obſeſſa inter duos malos, ſeparata ab vno, & iuncta alteri eorum.Et dicit auctor libri nouem iudicum vbi ſupra:quòd nouiſsimum Lunæ infortunium, vel cuiuſcunque alterius ſtellæ, videtur, quotiens inter ambas infortunas incluſa eſt, vt ſcilicet ab vna recedat,& alteri quoque applicet, nec vnius alterius ſtellæ interim lumen interueniat,dum illi ambo in caſibus ſuis exiſtant. Super omnia tandem hoc infortunium inuenimus, dicunt tamen notandum ſi ab vno ſeparata grad.infra.7.accedat alteri. Verbi gratia Saturnus in 18.gradu Arietis,Mars in 10.Cãcri: Luna verò in 13.Libræ: de Marte tetragono ad oppoſitionem Saturni aſcendens: hæc ille, & dicit Albumaſar vbi ſupra:quòd impedimentum eſt Lunæ,cum fuerit in 12.Saturni vel Martis,Item ſecundum eos impeditur Luna, cum fuerit à capite, vel cauda draconis in vno ſigno infra 12.gradus ab eis. Item vt ſit in 12.ſigno à domo ſua ſcilicet in Geminis.Item

Digitized by Google

nis.Item vt ſit in via combuſta, tunc enim maximè impeditur. Item vt ſit in nona domo ab aſcendēte, quod eſt oppoſitum gaudio eius.Item vt ſit cadens ab angulis ſuis, aut iungatur planetæ cadenti ab angulo. Item vt ſit in caſu ſuo, vel applicet planetæ exiſtenti in caſu ſuo. Item vt ſit in fine ſignorū. Nam fines ſunt termini malorum.Item vt ſit meridiana deſcendens.Item vt ſit curſu tardior, vt ſcilicet vadat minus curſu ſuo medio. Item,& nota ſecundum Zaelem, & auctorem libri nouem iudicū, vt ſuprà, quòd Luna in principio menſis, dum ſcilicet augmētatur, eſt calida,& tunc impeditur à Marte, ſi aſpexerit eum à quarto ſigno, vel à ſeptimo, quia Mars eſt calidus, & tunc non impeditur à Saturno: quia eſt frigidus, & cum fuerit minuta lumine, ſcilicet in fine menſis,& eſt Luna frigida, & tūc Saturnus ſi aſpexerit à quarto vel oppoſito, impedit eam,& non Mars. Item Saturnus in die,& initio menſis, & in ſignis maſculinis minus impedit Lunam,& in nocte,& in fine menſis,& in ſignis fœminis plus impedit:Mars vero è contra dominio:hæc ille. Et ſufficiunt hæc de impedimentis Lunæ: hæc verò quæ dicta ſunt in hoc tractatu, ſufficiant ad propoſitum meum pro parte introductorij libri mei. Nam de partibus nihil intēdo loqui, eo quòd eas reputo valde firmas. Significationes verò planetarum, quæ ſunt ad propoſitum meum, ponuntur in ſequenti libro, quaſi per totum, prout videbitur. Alias ſignificationes planetarum, quæ non ſunt ad propoſitum meum, inuenies in introductorio Alchabitij, differentia 2. & in 7. maioris introductorij Albumaſaris different. 9. Et ſi volueris operari per partes, inſpice Albumaſarem different. 8. maioris introductorij, & Alchabitium different. 4. vbi ipſi de ipſis pertractant ſatis diffuſè.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

# ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΠΗΛΟΥΣΙΕ'ΩΣ ΤΩ'Ν ΑΣΤΡΟΛΟ'ΓΩΝ ΠΡΩ'ΤΟΥ

## Μαθηματικῆς τετραβίβλου ἢ ἀποτελεσματικῆς συντάξεως πρὸς Σύρον ἀδελφόν.

## βιβλίον πρῶτον.

### Προοίμιον.

ΤΩΝ τὸ δι' ἀστρονομίας προγνωστικὸν τέλος παρασκευαζόντων ὦ Σύρε δύο τῶν μεγίστων καὶ κυριωτάτων ὑπαρχόντων, ἑνὸς μὲν τοῦ πρώτου καὶ τάξει καὶ δυνάμει, καθ' ὃ τοὺς γινομένους ἑκάστοτε σχηματισμοὺς τῶν κινήσεων ἡλίου καὶ σελήνης, καὶ τῶν ἀστέρων πρὸς ἀλλήλους τε καὶ τὴν γῆν καταλαμβανόμεθα, δευτέρου δὲ, καθ' ὃ διὰ τῆς φυσικῆς τῶν σχηματισμῶν αὐτῶν ἰδιοτροπίας, τὰς ἀποτελουμένας μεταβολὰς τῶν ἐμπεριεχομένων ἐπισκεπτόμεθα, τὸ μὲν πρῶτον ἰδίαν ἔχον καὶ δι' ἑαυτὴν αἱρετὴν θεωρίαν κἂν μὴ τὸ ἐκ τῆς ἐπιζεύξεως τοῦ δευτέρου τέλος συμπεραίνηται, κατ' ἰδίαν σύνταξιν, ὡς μάλιστα ἐνῆν ἀποδεικτικῶς σοι περιώδευται. περὶ δὲ τοῦ δευτέρου καὶ μὴ ὡσαύτως αὐτοτελοῦς ἡμεῖς ἐν τῷ παρόντι ποιησόμεθα λόγον, κατὰ τὸν ἁρμόζοντα φιλοσοφίᾳ τρόπον, καὶ ὡς ἄν τις φιλαλήθει χρώμενος σκοπῷ μάλιστα, μήτε τὴν κατάληψιν αὐτοῦ παραβάλλοι, τῇ τοῦ πρώτου καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχοντος βεβαιότητι, τὸ ἐν πολλοῖς ἀσθενὲς καὶ δυσείκαστον τῆς ὑλικῆς ποιότητος προσποιούμενος, μήτε πρὸς τὴν κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον ἐπίσκεψιν ἀποκνοίη, τῶν τε πλείστων καὶ ὁλοσχερῶν συμπτωμάτων ἐναργῶς οὕτω τὴν ἀπὸ τοῦ περιέχοντος αἰτίαν ἐμφανιζόντων. Ἐπεὶ δὲ πᾶν μὲν τὸ δυσέφικτον παρὰ τοῖς πολλοῖς εὐδιάβλητον ἔχει φύσιν, ἐπὶ δὲ τῶν προκειμένων δύο καταλήψεων, αἱ μὲν τῆς προτέρας τάξει καὶ δυνάμει διαβολαὶ τυφλῶν ἂν εἶεν παντελῶς, αἱ δὲ τῆς δευτέρας εὐπροφασίστους ἔχουσι τὰς ἀφορμάς, ἢ γὰρ τὸ ἐπ' ἐνίων δυσθεώρητον ἀκαταληψίας τελείας παρέσχεν, ἢ τὸ τῶν γνωσθέντων δυσφύλακτον, καὶ τὸ τέλος ὡς ἄχρηστον, διέσυρε, πειρασόμεθα διὰ βραχέων πρὸ τῆς κατὰ μέρος ὑφηγήσεως τὸ μέτρον ἑκατέρου τοῦ τε δυνατοῦ καὶ τοῦ χρησίμου τῆς τοιαύτης προγνώσεως ἐπισκέψασθαι, καὶ πρῶτον τοῦ δυνατοῦ.

# CLAVDII PTOLEMÆI PELVSIOTAE QVADRIPARTITI OPERIS DE IVDICIIS ASTRORVM AD SYRVM FRATREM

## LIBER PRIMVS.

*Cuius duos poſteriores libros diffuſiſſimis Commentarijs explicat FRANCISCVS IVNCTINVS Theologus & Mathematicus peritiſſimus, priores quoque duos propediem (Deo dante) Commentarijs illuſtraturus.*

### CAP. I.

DVo ſunt Syre, quibus peruenitur ad aſtronomicas prędictiones, præcipua quidem & maxima. Vnum quod primũ & loco eſt & poteſtate, quo Solis, Lunæ & Stellarũ motuum configurationes cum erga ſe tum terram deprehẽdimus. Alterum quo de illarum configurationum naturali proprietate conſideramus ſubiectarum rerum mutationes. Atque horum prius & ſuum habet & per ſe dignum tractatu ſtudium, etiam ſi adiunctione alterius ad finem prædictionum nó perueniatur, déque illo peculiariter & quam potuimus certis argumentis rationem veſtigatam alio libro explicuimus. De altero autem, minúſque adeo ex ſeſe perfecto, in præſentia verba facere decreuimus, conuenienti quidem philoſophiæ modo, Atque ita, ne ab vllo, cui veritas curæ ſit harum rerũ comparatio fiat cum prima & immutabili certitudine, cum intellexerit materiæ & illius habitudinis imbecillitatem, & difficultatem coniecturę capiendæ, Néue quis à contemplatione eorum, quæ percipi poſsint reſiliat, cum videat tam multa in vniuerſum planè ab hoc *circumfuſo cœlo affluentes nobis cauſſas declarare. Solet autem fieri, vt quicquid pauci aſſequi poſſunt, id in multorum reprehenſionem incurrat. Harum vero duarum ſciẽtiarum, quam loco & poteſtate priorem diximus, ſi qui calumniari velint, merito cæci prorſus habeantur. Sed altera præbet ſanè non leuem occaſionem inſectatoribus. Nam alij difficultate cognitionis aducti, ſcientiam eſſe negant, alij quia non facilè quæ impendere ſciantur, poſsint euitari, inutilem etiam finem cognitionis criminantur. Proinde antequam ad explicationem ſigillatim accedamus, placuit exponere rationem vtriuſque quatenus & poſsit hoc modo, & vtile ſit prænoſci futura. Poſſe autem priore loco diſputabimus.

*ANNOT. IN CAP. I.*

*Alio libro expli.* τὴν μεγάλην σύνταξιν *ſignificat, vbi curſus motúſque ſiderum explicantur.*

*Circumfuſum ac circundans cęlum, & alicubi aerem fecimus de græca voce* τὸ περιέχοντες, *quo ſignificatur ille ambitus orbis cæleſtis cui terra maréque includuntur.*

Ὅτι καταληπτικὴ ἡ δι' ἀστρονομίας γνῶσις καὶ μέχρι τίνος.

ΟΤι μὲν τοίνυν διαδίδοταί τις καὶ διικνεῖται δύναμις ἀπὸ τῆς αἰθερώδους καὶ ἀϊδίου φύσεως, ἐπὶ πᾶσαν τὴν περίγειον καὶ δι' ὅλων μεταβλητήν, τῶν ὑπὸ τὴν ☾ πρώτων στοιχείων πυρὸς καὶ ἀέρος περιεχομένων μὲν καὶ τρεπομένων ὑπὸ τῶν κατὰ τὸν αἰθέρα κινήσεων, περιεχόντων δὲ καὶ συντρεπόντων τὰ λοιπὰ πάντα γῆν καὶ ὕδωρ, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς φυτὰ καὶ ζῶα, πᾶσιν ἂν ἐνεργέστατον καὶ δι' ὀλίγων φανείη. ὅ τε γὰρ ☉, διατίθησί πως ἀεὶ μετὰ τοῦ περιέχοντος πάντα τὰ περὶ τὴν γῆν οὐ μόνον διὰ τῶν κατὰ τὰς ἐτησίους ὥρας μεταβολῶν, πρὸς γονὰς ζώων καὶ φυτῶν καρποφορίας, καὶ ῥύσεις ὑδάτων, καὶ σωμάτων μετατροπάς, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν περιόδων, θερμαίνων τε καὶ ὑγραίνων καὶ ξηραίνων καὶ ψύχων τεταγμένως τε καὶ ἀκολούθως τοῖς πρὸς τῷ κατὰ κορυφὴν ἡμῖν γινομένοις ὁμοιοτρόποις σχηματισμοῖς. ἥ τε ☾ ὡς περιγειοτάτη, δίδωσι τοῖς πρὸς τῇ γῇ τὴν ἀπόρροιαν συμπαθούντων αὐτῇ καὶ συντρεπομένων τῶν πλείστων, καὶ ἐμψύχων καὶ ἀψύχων. καὶ ποταμῶν μὲν συναυξόντων καὶ συμμειούντων τοῖς φωσὶν αὐτῆς τὰ ῥεύματα, θαλασσῶν δὲ συντρεπουσῶν ταῖς ἀνατολαῖς καὶ ταῖς δύσεσι τὰς

τὰς ἰδίας ὁρμάς, φυτῶν δὲ καὶ ζώων, ἢ ὅλων, ἢ κατά τινα μέρη συμπληρουμένων τε αὐτῇ καὶ συμμειουμένων. αἵ τε τῶν ἀστέρων τῶν τε ἀπλανῶν καὶ τῶν πλανωμένων πάροδοι, πλείστους ποιοῦσι ἐπισημασίας τοῦ περιέχοντος καυματώδεις καὶ νιφετώδεις, ὑφ' ὧν καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς οἰκείως διατίθεται. ἤδη δὲ καὶ οἱ πρὸς ἀλλήλους αὐτῶν σχηματισμοί, συνερχομένων τε καὶ συγκιρναμένων τῶν διαδόσεων, πλείστας καὶ ποικίλας μεταβολὰς ἀπεργάζονται. κατακρατούσης μὲν μετὰ τῆς τοῦ ☉ δυνάμεως πρὸς τὸ καθόλου τῆς ποιότητος τεταγμένον, συνεργούντων δὲ ἢ ἀποσυνεργούντων κατά τι τῶν λοιπῶν, καὶ τῆς μὲν ☾ ἐκφανέστερον καὶ συνεχέστερον, ὡς ἐν ταῖς συνόδοις καὶ διχοτόμοις καὶ πανσελήνοις, τῶν δὲ ἀστέρων περιοδικώτερον καὶ ἀσημότερον, ὡς ἐν ταῖς φάσεσι καὶ κρύψεσι καὶ προσνεύσεσιν. ὅτι δὲ τούτων οὕτω θεωρουμένων, οὐ μόνον τὰ ἤδη συγκραθέντα διατίθεσθαί πως ὑπὸ τῆς τούτων κινήσεως ἀναγκαῖον, ἀλλὰ καὶ τῶν σπερμάτων τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς πληροφορήσεις διαπλάττεσθαι καὶ διαμορφοῦσθαι πρὸς τὴν οἰκείαν τοῦ τότε περιέχοντος ποιότητα καὶ πᾶσιν ἂν δόξειεν ἀκόλουθον εἶναι. οἱ γοῦν παρατηρητικώτεροι τῶν γεωργῶν καὶ τῶν νομέων, ἀπὸ τῶν κατὰ τὰς ὀχείας καὶ τὰς τῶν σπερμάτων καταθέσεις συμβαινόντων πνευμάτων στοχάζονται τῆς ποιότητος τῶν ἀποβησομένων καὶ ὅλως τὰ μὲν ὁλοσχερέστερα καὶ διὰ τῶν ἐπιφανεστέρων συσχηματισμῶν ☉ τε καὶ ☾ καὶ ἀστέρων ἐπισημαινόμενα, καὶ παρὰ τοῖς μὴ φυσικῶς μόνον δὲ παρατηρητικῶς σκεπτομένοις, ὡς ἐπίπαν προγινωσκόμενα θεωροῦμεν. τὰ μὲν ἐκ μείζονός τε δυνάμεως καὶ ἁπλουστέρας τάξεως καὶ παρὰ τοῖς πάνυ ἰδιώταις, μᾶλλον δὲ καὶ παρ' ἐνίοις τῶν ἀλόγων ζώων, ὡς τῶν ὡρῶν καὶ τῶν πνευμάτων τὰς ἐτησίους διαφοράς. τούτων γὰρ ἐπίπαν ὁ ☉ αἴτιος. τὰ δὲ ἧττον οὕτως ἔχοντα παρὰ τοῖς ἤδη κατὰ τὸ ἀναγκαῖον ταῖς παρατηρήσεσι ἐνειθισμένοις, ὡς τοῖς ναυτιλλομένοις τὰς κατὰ μέρος τῶν χειμώνων καὶ τῶν πνευμάτων ἐπισημασίας, ὅσαι γίνονται κατὰ τὸ περιοδικώτερον ὑπὸ τῶν τῆς ☾, ἢ καὶ τῶν ἀπλανῶν ἀστέρων πρὸς τὸν ☉ συσχηματισμῶν. παρὰ μέντοι τὸ μήτε αὐτῶν τούτων τοὺς χρόνους καὶ τοὺς τόπους ὑπὸ ἀπειρίας ἀκριβῶς δύνασθαι κατανοεῖν, μήτε τὰς τῶν πλανωμένων ἀστέρων περιόδους, πλεῖστον καὶ αὐτὰς συμβαλλομένας, τὸ πολλάκις αὐτοὺς σφάλλεσθαι συμβαίνει. τί δὴ οὖν κωλύει τὸν ἠκριβωκότα μέν, τάς τε πάντων τῶν ἀστέρων, καὶ ☉ καὶ ☾ κινήσεις, ὅπως αὐτὸν μηδενὸς τῶν σχηματισμῶν, μήτε ὁ τόπος, μήτε ὁ χρόνος λανθάνοι, διειληφότα δὲ ὡς ἐπίπαν αὐτὰ φύσει ἐκ τῆς ἔτι ἄνωθεν συνεχοῦς ἱστορίας, κἂν μὴ τὰς κατὰ τὸ ὑποκείμενον ἀλλὰ τάς γε δυνάμει ποιητικάς, οἷον ὡς τὴν τοῦ ☉ ὅτι θερμαίνει καὶ τὴν τῆς ☾ ὅτι ὑγραίνει, καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ὁμοίως, ἱκανὸν δὲ πρὸς τὰ τοιαῦτα, ὄντα φυσικῶς ἅμα καὶ εὐστόχως ἐκ τῆς συγκράσεως πάντων, τὸ ἴδιον τῆς ποιότητος διαλαβεῖν, ὡς δύνασθαι μὲν ἐφ' ἑκάστου τῶν διδομένων καιρῶν ἐκ τῆς τότε τῶν φαινομένων σχέσεως τὰς τοῦ περιέχοντος ἰδιοτροπίας εἰπεῖν, οἷον ὅτι θερμότερον ἢ ὑγρότερον ἔσται, δύνασθαι δὲ καθ' ἕνα ἕκαστον τῶν ἀνθρώπων τήν τε καθόλου ποιότητα τῆς ἰδιοσυγκρασίας ἀπὸ τοῦ κατὰ σύστασιν περιέχοντος συνιδεῖν, οἷον ὅτι τὸ μὲν σῶμα, τοιόσδε, τὴν δὲ ψυχὴν τοιόσδε, καὶ τὰ κατὰ καιροὺς συμπτώματα διὰ τοῦ τὸ μὲν τοιόνδε περιέχον, τοιᾷδε συγκράσει σύμμετρον, ἢ καὶ πρόσφορον γίνεσθαι πρὸς εὐεξίαν, τὸ δὲ τοιόνδε, ἀσύμμετρον καὶ πρόσφορον εἰς κάκωσιν. ἀλλὰ γὰρ τὸ μὲν δυνατὸν τῆς τοιαύτης καταλήψεως, διὰ τούτων, καὶ τῶν ὁμοίων ἐστὶ συνιδεῖν. ὅτι δὲ εὐπροφασίστως μέν, οὐ προσηκόντως δέ, πρὸς τὸ ἀδύνατον ἔσχε διαβολήν, οὕτως ἂν κατανοήσαιμεν. πρῶτον μὲν τὰ πταίσματα τῶν μὴ ἀκριβούντων τὸ ἔργον πολλὰ ὄντα ὡς ἐν μεγάλῃ καὶ πολυμερεῖ θεωρίᾳ, καὶ τοῖς ἀληθευομένοις τὴν τούτου ἐκ τύχης παρέσχε δόξαν, οὐκ ὀρθῶς: τὸ γὰρ τοιοῦτον, οὐ τῆς ἐπιστήμης, ἀλλὰ τῶν μεταχειριζομένων ἐστὶν ἀδυναμία, ἔπειτα καὶ οἱ πλεῖστοι τοῦ πορίζειν ἕνεκεν ἑτέραν τέχνην τῷ ταύτης ὀνόματι καὶ ἀξίᾳ προστησάμενοι καὶ πιστευόμενοι, τοὺς μὲν ἰδιώτας ἐξαπατῶσι, πολλὰ προλέγειν δοκοῦντες, καὶ τῶν μηδεμίαν φύσιν ἐχόντων

προγινώσκεσθαι, τοῖς δὲ ζητητικωτέροις διὰ τούτου παρέχον ἀφορμὴν ἐν ἑκάστῳ, καὶ τῶν φύσιν ἐχόντων προγινώσκεσθαι καταγινώσκειν, οὐδὲ τοῦτο δεόντως, οὐδὲ γὰρ φιλοσοφίαν ἀναιρετέον, ἐπειδή τινες τῶν προσποιουμένων αὐτὴν πονηροὶ καταφαίνονται. ἀλλ᾽ ὅμως ἐναργές ἐστιν, ὅτι κἂν διερευνητικῶς τις ὡς ἔνι μάλιστα, καὶ γνησίως τοῖς μαθήμασι προσέρχηται, πολλάκις πταίειν αὐτὸν ἐνδέχεται, δι᾽ οὐδὲν μὲν τῶν εἰρημένων, δι᾽ αὐτὴν δὲ τὴν τοῦ πράγματος φύσιν, καὶ τὴν πρὸς τὸ μέγεθος τῆς ἐπαγγελίας ἀσθένειαν. καθόλου γὰρ πρὸς τῷ τὴν περὶ τὸ ποιὸν τῆς ὕλης θεωρίαν πᾶσαν εἰκαστικὴν εἶναι, καὶ οὐ διαβεβαιωτικὴν, καὶ μάλιστα τὴν ἐκ πολλῶν ἀνομοίων συγκιρναμένην, ἔτι καὶ τοῖς παλαιοῖς τῶν πλανωμένων συσχηματισμοῖς, ἀφ᾽ ὧν ἐφαρμόζομεν τοῖς ὡς αὕτως ἔχουσι τῶν νῦν τὰς ὑπὸ τῶν προγενεστέρων ἐπ᾽ ἐκείνων παρατετηρημένας προτελέσεις, μὴ καθάπαξ τοὺς αὐτοὺς συμβεβηκέναι τοὺς νῦν, παρόμοιοι μὲν γὰρ δύνανται γίνεσθαι μᾶλλον, ἢ ἧττον, καὶ οὗτοι διὰ μακρῶν περιόδων, ἀπαράλλακτοι δ᾽ οὐδαμῶς, τῆς πάντων ἐν τῷ οὐρανῷ μετὰ τῆς γῆς κατὰ τὸ ἀκριβὲς συναποκαταστάσεως, εἰ μή τις κενοδοξοίη περὶ τοὺς τῶν ἀκαταλήπτων κατάληψιν, εἰ μὴ δόλως, εἰ μὴ κατά γε τὸν αἰσθητὸν ἀνθρώπῳ χρόνον ἀπαρτιζομένης, ὡς διὰ τοῦτο τὰς * προρρήσεις ἀνομοίων ὄντων τῶν ὑποκειμένων παραδειγμάτων, ἐνίοτε διαμαρτάνεσθαι. περὶ μὲν οὖν τὴν ἐπίσκεψιν τῶν κατὰ τὸ περιέχον γινομένων τοῦτο ἂν εἴη μόνον τὸ δυσχερὲς, μηδεμιᾶς ἐνταῦθα συμπαραλαμβανομένης αἰτίας τῇ κινήσει τῶν οὐρανίων. περὶ δὲ τὰς γενεθλιαλογίας, καὶ ὅλως τὰς κατ᾽ ἰδίαν τῆς ἑκάστου συγκρίσεως οὐ μικρὰ οὐδὲ τὰ τυχόντα ἐστὶν ἰδεῖν συναίτια καὶ αὐτὰ γινόμενα τῆς τῶν συνισταμένων ἰδιοτροπίας. αἵ τε γὰρ τῶν σπερμάτων διαφοραὶ πλεῖστον δύνανται πρὸς τὸ τοῦ γένους ἴδιον. ἐπειδήπερ τοῦ περιέχοντος καὶ τοῦ ὁρίζοντος ὑποκειμένου τοῦ αὐτοῦ κατακρατεῖ τῶν σπερμάτων ἕκαστον εἰς τὴν καθόλου τοῦ οἰκείου μορφώματος διατύπωσιν οἷον ἀνθρώπου, ἢ ἵππου, καὶ τῶν ἄλλων. οἵ τε τόποι τῆς γενέσεως οὐ μικρὰς ποιοῦνται τὰς περὶ τὰ συνιστάμενα παραλλαγάς. καὶ τῶν σπερμάτων γὰρ κατὰ γένος ὑποκειμένων * αὐτῶν, οἷον ἀνθρωπίνων, καὶ τῆς τοῦ περιέχοντος καταστάσεως τῆς αὐτῆς, παρὰ τὰ τῶν χωρῶν διάφορον πολὺ καὶ τοῖς σώμασι καὶ ταῖς ψυχαῖς οἱ γενόμενοι διήνεγκαν, πρὸς δὲ τούτοις αἵ τε τροφαὶ καὶ τὰ ἔθη, πάντων τῶν προκειμένων ἀδιαφόρων ὑποτιθεμένων συμβάλλονταί τι πρὸς τὰς κατὰ μέρος τῶν βίων διαγωγάς. ὧν ἕκαστον ἐὰν μὴ συνδιαλαμβάνηται ταῖς ἀπὸ τοῦ περιέχοντος αἰτίαις, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα τὴν πλείστην ἔχει τούτο δύναμιν, τῷ, τὸ μὲν περιέχον κἀκείνοις αὐτοῖς, εἰς τὸ τοιαῖσδε εἶναι συναίτιον γίνεσθαι, τούτῳ δ᾽ ἐκεῖνα μηδαμῶς, πολλὴν ἀπορίαν δύναται παρέχειν τοῖς ἐπὶ τῶν τοιούτων οἰομένοις ἀπὸ μόνης τῆς τῶν μετεώρων κινήσεως πάντα καὶ τὰ μὴ τέλεον ἐπ᾽ αὐτῇ δύνασθαι διαγινώσκειν. τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων προσῆκον ἂν εἴη, μήτε, ἐπειδὴ διαμαρτάνεσθαί ποτε τὴν τοιαύτην πρόγνωσιν ἐνδέχεται, τὸ πᾶν αὐτῆς ἀναιρεῖν, ὥσπερ οὐδὲ κυβερνητικοὺς διὰ τὸ πολλάκις πταίειν ἀποδοκιμάζομεν, ἀλλ᾽ ὡς ἐν μεγάλοις οὕτω καὶ θείοις ἐπαγγέλμασιν, ἀσπάζεσθαι καὶ ἀγαπητὸν ἡγεῖσθαι τὸ δυνατόν. μήτ᾽ αὖ πάλιν πάντα ἡμῖν ἀνθρωπίνως καὶ ἐστοχασμένως αἰτεῖν παρ᾽ αὐτῆς, ἀλλὰ συμφιλοκαλεῖν, καὶ ἐν οἷς οὐκ ἦν ἐπ᾽ αὐτὴν τὸ πᾶν ἐφοδιάζειν, καὶ ὥσπερ τοῖς ἰατροῖς ὅταν ἐπιζητῶσι τινὰ καὶ περὶ αὐτῆς τῆς νόσου καὶ περὶ τῆς τοῦ κάμνοντος ἰδιοτροπίας οὐ μεμψόμεθα λέγουσιν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα τὰ γένη καὶ τὰς χώρας καὶ τὰς τροφὰς, ἢ καὶ τινὰ τῶν ἤδη συμβεβηκότων μὴ ἀγανακτεῖν ὑποτιθεμένους.

* παρατη-ρήσεις.

* τῶν αὐτῶν.

## ¶ Aſtronomicarum præuiſionum ſcientiam eſſe, & quatenus ea tendat.

### CAP. II.

PRincipio euidentiſsimum eſt, & non indiget verboſa probatione, pertranſire & diffundi vim quandam ab æthérea & ſempiterna natura, in vniuerſa terræ

circum

circumpoſita & ſemper mutationi obnoxia, quæ-
que ſub Luna ſunt prima elementa, ignis & aeris,
quæ quidem ipſa includantur & agitentur æthe-
reis motibus, includant autem & coagitent in-
feriora omnia, terram & aquam, & quicquid
in illis naſcitur animantum aut germinum. Nam
& ſol ipſe vnà cum cælo circumdante omnia
terreſtria perpetuo quaſi ordinat, non modo
per mutationes ſtatorum in anno temporum,
quibus animantibus vita, germinibus fructus
quibuſque ſuus tribuitur, & laticum fluctus
& corporum affectiones procurantur, verum
etiam quotidiano circuitu, cum calefaciens & hu
mectans tum areſaciens & refrigerans conſtanti
ordine & modo pro figurationibus conuenien-
tibus ac puncto verticali noſtro. Luna vero vt
proxima terris, manifeſte in terrena influit, cum
illa enim conſentiunt & commutantur plera-
que omnia & animata & inanima. Ipſi fluuij
nunc augeſcunt, nunc decreſcunt, ſecundum
Lunarem ſplendorem. Ipſaque maria impetu di-
uerſo pro eo ac illa oritur aut occidit, ferun-
tur. Denique germina ac animantes aut omni-
no aut aliqua ex parte vnà cum Luna incre-
menta & detrimenta ſentiunt. Iam ſtellarum de-
curſus plurimum ſignificant in aere, vel æſtus,
vel ventorum, vel hiemis, quibus conuenien-
ter & terrena afficiuntur. Ipſarum autem inter ſe
configurationes, cumque congreſſæ effectiones
ſuas commiſcent, plurimarum & variarum muta-
tionum cauſſæ ſunt. Nam quamuis Solis vires in
ordine generalis conſtitutionis antecellant, ip-
ſæ tamen in reliquis aut adijciunt aliquid illi,
aut demunt. De Luna quidem res eſt & mani-
feſtior & crebrior per interlunia & plenilunia at-
que item * medio tempore, de reliquis autem &
incertior & interuallis rarior: vt dum illæ appa-
rent aut occuluntur, * aut aliqua in declinatione
ſunt. Quæ ſi quis conſiderauerit, facile intelli-
get, non modo conſtitutiones rerum affici ab il-
larum motibus neceſſe eſſe, ſed etiam ſeminum
& initia & perfectiones fingi, & informari, pro
habitudine cæli conſequens indicabit. Quapro-
pter qui inter agricolas, & paſtores præ cæteris
ſunt diligentes, de flatibus eorum temporum,
quo ſementem fecerunt, aut pecus ad coitum
admiſere, coniecturam facere ſolent de euen-
tu. Et vt breuiter dicam, quicquid in vniuer-
ſum accidit, hoc non contemplatione naturæ,
ſed ſola obſeruatione de euidentibus ſolis &
Lunę configurationibus, & reliquarum ſtellarum
ſignificationibus præuideri à pleriſque cernere
eſt. Atque horum nonnulla excellentiore quadam
vi & ſimpliciore ordine procedentia intelligunt
non modo penitus indocti homines, ſed & bruta
animalia quædam, ſicuti ſunt temporum & fla-
tuum annua diſcrimina, quorum ſemper eſt ſol
autor. Quæ vero maioris negotij ſunt, ea tamen
non fugiunt quoſdam neceſſitate rerum ſua-
rum adactos ad obſeruationes. Vt nautæ ſciunt
illi quidem ſignificationes certas hiemis & ven-
torum quas dant, & Lunę & fixarum ſtellarum
cum Sole configurationes, verum quia neque
tempora neque loca, quippe imperiti aſtro-
nomicæ ſcientiæ, notata, neque curſus ſtella-
rum errantium collectos habent, ideo non ra-
ro contingit illos errare. Quid autem obſta-
bit, quo minus qui exquiſiuerit ſtellarum omniũ
atque ſolis & Lunę motus, vt iam nullum con-
figurationum neque tempus neque locum igno-
ret, ſi etiam ordine & conſequentia expoſi-
tionis harum rerum percepto diſtinctas natu-
ras omnium quæ diximus perſpexerit, non iam
dico quę in rebus ſubiectis appareant, ſed qua-
rum effectiones poteſtate conſtent, vt quod Sol
calfaciat, Luna humectet, deque reliquis ſimili-
ter, ſique is ſit, cui ingenium hac in parte ſup-
petat, quid inquam, obſtabit, quo minus natu-
raliter & certo, ex omni commiſtione, proprie-
tatem habitudinũ diſcernere poſsit, ita vt de quo
cunque tempore propoſito explicet iuxta rationẽ
eorum, quæ tunc in celeſti contemplatione obſer
uauit, circumfuſi cæli proprium modũ & ſtatum,
veluti futurum aut calidiorem aut humidiorem?
Similiter vt hominum propriæ ſingulorum conſti
tutionis generalem cognitionem habeat, colle-
ctam à ſtatu circundantis cæli, veluti, corpus ali-
cuius tale eſſe, talem autem animum, quæ etiam
conſequetur caſuum ſingularium præuiſio, nem-
pe quòd talis cæli ſtatus, tali conſtitutioni aptus
ſit, & conducat ad proſperitatem, talis vero
contrarius, & in aduerſa impellat. Hæc igitur
fieri poſſe vt percipiantur, ex his atque ſimi-
libus facile patet. Quòd autem non ſine cau-
ſa, quamuis immerito, quaſi fieri, vt percipian-
tur, nequeat, calumniam ſuſtinent, nunc dein-
ceps docere conabimur. Pimum quidem intelli-
gendum multa errata, eorum qui parum accuratè
in re magnæ, & multiplicis conſiderationis verſen-
tur, derogare fidem ſcientiæ, & facere vt fortuita
videantur etiam quæ veritatem complectuntur.
Quod non recte fit. Nam hæc imbecillitas non eſt
ſcientiæ ſed profeſſorum. Præterea bona pars quæ-
ſtus gratia huius ſcientiæ nomen & dignitatẽ alijs
artibus vaticinatricib. prætexere conſueuere: qui
cum fidem apud vulgus inuenerint, illis quidem
imponunt, cum videantur prædicere plurima, at-
que ea quoque quibus prædictis naturalis nulla ra
tio ſubſit, verum qui rerũ inquiſitioni ſtudent, ex
eo ipſo etiam damnant prædictiones naturalibus
rationibus munitas. Sed iniuria, niſi & philoſophiã
è medio tollendam cenſeamus ideo, ꝙ qui illã pro
feſſi ſint, nonnulli improbi reperiantur. At eſt ma-
nifeſtum, multum falli in hac parte etiam diligen-
tiſsimos & ſummo ſtudio in mathematis verſatos.
Non fit hoc propter quicquam eorũ, quæ diximus,
ſed rei natura & infirmitate profitentium in tanto
onere profeſsionis. Nam præterquam quòd mate
ria quo modo ſeſe habeat, generaliter conſidera-
mus nõ certitudine aliqua ſed coniectura, præſer
tim quæ ex multis diuerſiſque rebus concreta ſit,
Hoc quoque accidit, vt cõfigurationes quas vete
res tradiderunt, & quibus nos iudicia accõmoda-
re cõſueuimus, pronunciantes de ijs quas nũc ob-
ſeruamus, vt illi olim, eæ igitur cõfigurationes ne
ſemel quidẽ cũ noſtris ſimiles & congruentes re-
pertę ſint. Nã magis q̃dẽ aut minus cõcordare poſ-
ſunt, atque id quidẽ immenſis tẽporũ ambagibus,

prorſus autem cōuenire nullo modo, cum omniū rerum celeſtium ſimul ac terreſtrium inſtauratio, (niſi cui lubeat inanitate quadam glorioſa oſtentare ſcientiam & perceptionem earum rerum quarū nulla eſſe poteſt) aut non ſit prorſus expectāda, aut nō intra ſaltem tempus ꝗ humano intellectu compræhendatur. Si quando igitur in prædicendo erratum fuerit commiſſum, ex eo vſu venit, ꝗ ſubiecta exempla diſſimilia inter ſe fuerint. Atque hæc vna eſt in aeris exploratione difficultas. ad quam nulla accedit cauſſa comperiendorum motuū cæleſtiū. Quòd autē ad Genethliologica & alia ſingillatim & peculiariter compoſitarum rerum iudicia attinet, permulta cernere eſt quę ſingulares conſtitutiones illarum adiuuent & conficiant. Quis enim neſcit quantum ſeminum diuerſitas ad proprietatem generis vniſcuiuſque momenti habeat, cum & hoc ipſius cęli circumfuſi & definiti omnibus terris hemiſphærij ambitus opus ſit, vt vires omnibus ſeminibus inſtruātur qbus vnumquodq; in ſui generis effictione & informatiōe excelleat, vt hominis, equi & cæterorum? Loci etiā in quibus gignimur ne ipſi quidem mediocres mutationes afferunt conſtitutionibus. Nam & ſingulorum generum ſeminibus propoſitis. vt exempli gratia, humanis, & eodem in ſtatu aeris, tamē multum diuerſis in locis geniti & corporibus & animis inter ſe differe comperimus. Et vt hæc omnia paria faciamus, ipſam tamen educationem & conſuetudines, nonnihil ad vitam degēdam ſingillatim cōferre cōſtat. Quocirca, etſi vis maxima eſt circumfuſi cęli, quod hęc omnia quæ diximus & ipſum in talem modum adornarit, cum illa contra in hoc nihil contulerint, tamen niſi quis & ipſa coniunxerit cum aereis cauſsis multum turbabūtur qui omnia arbitrati fuerint ſeſe collecturos ex ſolo ſupernorum motu, etiam quę ab illis abſolutè nō depēdeant. Ex his igitur facile poterit intelligi, quàm peruerſè facturi ſimus ſi propter quædam errata iudiciorum, ipſam totam rationē euertere velimus. Neque enim gubernandi artem ideo reſpuimus, ꝗ gubernatores ſæpe offendant: ac ſi non potius vt in tanta & tam diuina profeſſione grato quidem animo cōtenti fuerimus eo ipſo quod ſupra vires noſtras non ſit, ſiue tanquàm humano quodā more certa omnia ab ipſa poſtulauerimus, cum magis debeamus noſtrum ſtudium ad illam conferre & bonitate quadam animi attribuere etiam aliena. Vtque non vertimus Medicis vitio cum & de morbo & de ægrotantis natura ſępe percontantur, Ita etiam hac in profeſſione ne pigeat aſſumere & genus & regionem & alimoniam, atque adeo nonnihil etiam eorum quæ iam acciderunt.

## *ANNOT. IN CAP. II.*

*Medio tempore. Intelligendæ ſunt illæ quas vulgo nunc vocāt quadraturas. Græcis à Lunę facie διχότομοι dicuntur, quaſi enim tum ſecta per medium, id eſt, dimidiato orbe apparet, Hoc autem accidit in quadrata configuratione illius cum Sole.*

*Aut aliqua in declinatione. Hoc loco accipienda diſceſſio ſtellæ à Luna ecliptica verſus Septentr. aut Meridiem, quæ latitudines illarum dicuntur. Hoc enim cū accidit ad Septentrionales Auſtraleſue cōuertere ſe videntur, & ad illos quaſi inclinari, q̃ vox eſt πρόσνευσις.*

*Quæ in reb. ſubiectis. Græce eſt κατὰ τὸ ὑποκείμενον, id eſt, earum rerū quibus de agitur, vt hoc loco Solis & Lunæ ſtellarum. Neque enim neceſſe eſt Phyſica diſputatione illorum naturas explicatas tenere, ſed in præſentia ſatis eſt cognitio effectionum.*

*Ad quam nulla accedit cauſſa. Solam valere obſeruationem ſtellarum in explorando ſtatu aeris dicit, neque quicquam eſſe aliud cauſſæ, cur tempeſtates aliæ fieri atque aliæ videātur, cum genethliaca de plurimis duci ſoleant. Nulla igitur in hac inquit parte alia ratio deprehenditur præuiſionū, quam illa quæ ducitur à cognitione cæleſtium motuum.*

## Ὅτι καὶ ὠφέλιμος.

Τίνα μὲν οὖν τρόπον δυνατὸν γίνεται τὸ δι᾽ ἀστρονομίας προγνωστικόν, καὶ ὅτι μέχρι μόνον ἂν φθάνοι τῶν τε κατ᾽ αὐτὸ τὸ περιέχον συμπτωμάτων, καὶ τῶν ἀπὸ τῆς τοιαύτης αἰτίας τοῖς ἀνθρώποις παρακολουθούντων, ταῦτα δ᾽ ἂν εἴη περί τε τὰ ἐξ ἀρχῆς ἐπιτηδειότητας τῶν δυνάμεων καὶ πράξεων σώματος, καὶ ψυχῆς καὶ τὰ κατὰ καιροὺς αὐτῶν πάθη πολυχρονιότητάς τε καὶ ὀλιγοχρονιότητας, ἔτι δὲ, καὶ ὅσα τῶν ἔξωθεν κυρίαν τε καὶ φυσικὴν ἔχει πρὸς τὰ πρῶτα συμπλοκήν, ὡς πρὸς τὸ σῶμα μὲν ἡ κτῆσις καὶ ἡ συμβίωσις, πρὸς δὲ τὴν ψυχὴν ἥ τε τιμὴ καὶ τὸ ἀξίωμα, καὶ τὰς τούτων κατὰ καιροὺς τύχας, σχεδὸν ὡς ἐν κεφαλαίῳ γέγονεν ἡμῖν δῆλον. λοιπὸν δ᾽ ἂν εἴη τῶν προκειμένων τὴν κατὰ τὸ χρήσιμον ἐπίσκεψιν διὰ βραχέων ποιήσασθαι, πρότερον διαλαβοῦσι τίνα τρόπον καὶ πρὸς τί τέλος ἀφορῶντες, τὴν αὐτοῦ τοῦ χρησίμου δύναμιν ἐκδεξόμεθα. εἰ μὲν γὰρ πρὸς τὰ τῆς ψυχῆς ἀγαθά, τί ἂν εἴη σπουδαιότερον πρὸς εὐπραγίαν, καὶ χαρὰν, καὶ ὅλως εὐαρέστησιν τῆς τοιαύτης προγνώσεως, καθ᾽ ἣν τῶν τε ἀνθρωπίνων καὶ τῶν θείων γινόμεθα συνορατικοί. εἰ δὲ πρὸς τὰ τοῦ σώματος, πάντων ἂν μᾶλλον ἡ τοιαύτη κατάληψις ἐπιγινώσκοι τὸ οἰκεῖόν τε, καὶ πρόσφορον τῇ καθ᾽ ἑκάστην σύγκρισιν ἐπιτηδειότητι. εἰ δὲ μὴ πρὸς πλοῦτον, ἢ δόξαν, ἢ τὰ τοιαῦτα συνεργεῖ, προχωρήσει περὶ πάσης φιλοσοφίας τὸ αὐτὸ τοῦτο φάσκειν, οὐδενὸς γὰρ τῶν τοιούτων ἐστὶν, ὅσον ἐφ᾽ ἑαυτῇ περιποιητική. ἀλλ᾽ οὔτ᾽ ἐκείνης διὰ τοῦτ᾽ ἂν, οὔτε ταύτης κα-



Digitized by Google

προγινώσκοιμεν δικαίως, ἀφέμενοι τοῦ πρὸς τὰ μείζω συμφέροντος. ὅλως δ' ἂν ἐξετάζουσι φανεῖεν ἂν οἱ τὸ ἄχρηστον τῆς καταλήψεως ἐπιμεμφόμενοι πρὸς οὐδὲν τῶν κυριωτάτων ἀφορῶντες, ἀλλὰ πρὸς αὐτὸ τοῦτο μόνον, ὅτι τῶν πάντῃ πάντως ἐσομένων ἡ πρόγνωσις περισσὴ, καὶ τοῦτο δὲ ἁπλῶς πάνυ, καὶ οὐκ εὖ διειλημμένως. πρῶτον μὲν γὰρ δεῖ σκοπεῖν, ὅτι καὶ ἐπὶ τῶν ἐξανάγκης ἀποβησομένων, τὸ μὲν ἀπροσδόκητον τούς τε θορύβους ἐκστατικοὺς, καὶ τὰς χαρὰς ἐξοιστικὰς μάλιστα πέφυκε ποιεῖν· τὸ δὲ προγινώσκειν ἐθίζει, καὶ ῥυθμίζει τὴν ψυχὴν τῇ μελέτῃ τῶν ἀπόντων, ὡς παρόντων, καὶ παρασκευάζει μετ' εἰρήνης καὶ εὐσταθείας ἕκαστα τῶν ἐπερχομένων ἀποδέχεσθαι. ἔπειθ' ὅτι μηδ' οὕτως ἕκαστα χρὴ νομίζειν τοῖς ἀνθρώποις ἀπὸ τῆς ἄνωθεν αἰτίας παρακολουθεῖν, ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς ἀπό τινος ἀλύτου καὶ θείου προστάγματος καθ' ἕνα ἕκαστον νενομοθετημένα, καὶ ἐξανάγκης ἀποβησόμενα, μηδεμιᾶς ἄλλης ἁπλῶς αἰτίας ἀντιπρᾶξαι δυναμένης, ἀλλ' ὡς μὲν τῆς τῶν οὐρανίων κινήσεως καθ' εἱμαρμένην θείαν καὶ ἀμετάπτωτον ἐξ αἰῶνος ἀποτελουμένης, τῆς δὲ τῶν περιγείων ἀλλοιώσεως, καθ' εἱμαρμένην φυσικὴν καὶ μεταπτωτὴν τὰς πρώτας αἰτίας ἄνωθεν λαμβανούσης κατὰ συμβεβηκὸς, καὶ κατ' ἐπακολούθησιν, καὶ ὡς τῶν μὲν διὰ καθολικωτέρας περιστάσεις τοῖς ἀνθρώποις συμβαινόντων, οὐχὶ δὲ ἐκ τῆς ἑκάστης φυσικῆς ἰδίας ἐπιτηδειότητος, ὡς ὅταν κατὰ μεγάλας, καὶ δυσφυλάκτους τοῦ περιέχοντος τροπὰς ἐκπυρώσεων ἢ λοιμῶν ἢ κατακλυσμῶν κατὰ πλήθη διαφθαρῶσιν, ὑποπιπτούσης ἀεὶ τῆς βραχυτέρας αἰτίας τῇ μείζονι καὶ ἰσχυροτέρᾳ. τῶν δὲ κατὰ τὴν ἑνὸς ἑκάστου φυσικὴν ἰδιοσυγκρασίαν, διὰ μικρὰς καὶ τὰς τυχούσας τοῦ περιέχοντος ἀντιπαθείας. τούτων γὰρ οὕτω διαληφθέντων, φανερὸν ὅτι, καὶ καθόλου καὶ κατὰ μέρος, ὅσων μὲν συμπτωμάτων τὸ πρῶτον αἴτιον, ὃ ἄμαχόν τέ ἐστι, καὶ μεῖζον παντὸς τοῦ ἀντιπράττοντος, ταῦτα καὶ πάντῃ πάντως ἀποβαίνειν ἀνάγκη, ὅσα δὲ μὴ οὕτως ἔχει, τούτων τὰ μὲν ἐπιτυγχάνοντα τῶν ἀντιπαθησόντων εὐανάτρεπτα γίνονται, τὰ δὲ μὴ εὐπορήσαντα, καὶ αὐτὰ ταῖς πρώταις φύσεσιν ἀκολουθεῖ δι' ἄγνοιαν μέντοι καὶ οὐκ ἔτι διὰ τὴν τῆς ἰσχύος ἀνάγκην. τὸ δὲ αὐτὸ ἄν τις ἴδοι συμβεβηκὸς, καὶ ἐπὶ πάντων ἁπλῶς τῶν φυσικὰς ἐχόντων τὰς ἀρχάς, καὶ γὰρ καὶ λίθων καὶ φυτῶν καὶ ζώων, ἔτι δὲ τραυμάτων καὶ παθῶν καὶ νοσημάτων, τὰ μὲν ἐξανάγκης τι ποιεῖν πέφυκε, τὰ δ' ἂν μηδὲν τῶν ἐναντίων ἀντιπράξῃ, οὕτως οὖν χρὴ νομίζειν καὶ τὰ τοῖς ἀνθρώποις συμβησόμενα προλέγειν τοὺς φυσικοὺς τῇ τοιαύτῃ προγνώσει, καὶ μὴ κατὰ κενὰς δόξας προσερχομένους. ὡς τῶν μὲν, διὰ τὸ πολλὰ καὶ μεγάλα τὰ ποιητικὰ τυγχάνειν, ἀφυλάκτων ὄντων. τῶν δὲ, διὰ τοὐναντίον μεταπτώσεις ἐπιδεχομένων. καθάπερ καὶ τῶν ἰατρῶν ὅσοι δυνατοὶ σημειοῦσθαι τὰ πάθη, προγινώσκουσι τά τε πάντως ἀναιροῦντα, καὶ τὰ χωρηγοῦντα βοήθειαν. ἐπὶ δὲ τῶν μεταπεσεῖν δυναμένων οὕτως ἀκουστέον τοῦ γενεθλιαλόγου, φέρ' εἰπεῖν, ὅτι τῇ τοιᾷδε συγκράσει κατὰ τὴν τοιάνδε τοῦ περιέχοντος ἰδιοτροπίαν τραπεισῶν, ἐπὶ τὸ πλέον ἢ ἔλασσον τῶν ὑποκειμένων συμμετριῶν, τὸ τοιόνδε ἂν παρακολουθήσει πάθος. ὡς καὶ τοῦ μὲν ἰατροῦ, ὅτι τόδε τὸ ἕλκος νομὴν, ἢ σῆψιν ἐμποιεῖ, τοῦ δὲ μεταλλικοῦ, λόγου ἕνεκεν, ὅτι τὸν σίδηρον ἡ λίθος ἡ μαγνῆτις ἕλκει. ὥσπερ γὰρ τούτων ἑκάτερον, ἐαθὲν μὲν δι' ἀγνωσίαν τῶν ἀντιπαθησόντων πάντῃ πάντως παρακολουθήσει τῆς πρώτης φύσεως δυνάμει, οὔτε δὲ τὸ ἕλκος τὴν νομὴν ἢ τὴν σῆψιν κατεργάσεται τῆς ἀντικειμένης θεραπείας τυχὸν, οὔτε τὸν σίδηρον ἡ μαγνῆτις ἑλκύσει παρατριβέντος αὐτῇ σκοροδίου, καὶ αὐτὰ δὲ ταῦτα τὰ κωλύοντα φυσικῶς καὶ καθ' εἱμαρμένην ἀντεπάθησεν· οὕτω καὶ ἐπὶ ἐκείνων, ἀγνοούμενα μὲν τὰ συμβησόμενα τοῖς ἀνθρώποις, ἢ ἐγνωσμένα μὲν μὴ τυχόντα δὲ ἀντιπαθούντων, πάντῃ πάντως ἀκολουθήσει τῷ τῆς πρώτης φύσεως εἱρμῷ, προγνωσθέντα δὲ καὶ εὐπορήσαντα τῶν θεραπευόντων φυσικῶς πάλιν καὶ καθ' εἱμαρμένην ἢ ἀγένητα τέλεον ἢ μετριώτερα καθίσταται. ὅλως δὲ τῆς τοιαύτης δυνάμεως, τῆς αὐτῆς οὔσης, ἐπί τε τῶν ὁλοσχερῶς θεωρουμένων, καὶ ἐπὶ τῶν κατὰ μέρος, θαυμάσειεν ἄν τις, διὰ τίνα δή ποτε αἰτίαν ἐπὶ μὲν τῶν καθόλου πιστεύουσι πάντες

καὶ τῷ δυνατῷ τῆς προγνώσεως, καὶ τῷ πρὸς τὸ φυλάττεσθαι χρησίμῳ. τάς τε γὰρ ὥρας καὶ τὰς τῶν ἀπλανῶν ἐπισημασίας, καὶ τοὺς ☾ σχηματισμοὺς, οἱ πλεῖστοι προγινώσκειν ὁμολογοῦσι, καὶ πολλὴν πρόνοιαν ποιοῦνται τῆς φυλακῆς αὐτῶν πεφροντικότες ἀεὶ, πρὸς μὲν τὸ θέρος τῶν ψύχειν δυναμένων, πρὸς δὲ τὸν χειμῶνα τῶν θερμαινόντων, καὶ ὅλως προπαρασκευάζοντες αὐτῶν τὰς φύσεις ἐπὶ τὸ εὔκρατον. καὶ ἔτι πρὸς μὲν τὸ ἀσφαλὲς τῶν τε ὡρῶν καὶ τῶν ἀναγωγῶν παραφυλάσσοντες τὰ τῶν ἀπλανῶν ἀστέρων ἐπισημασίας. πρὸς δὲ τὰς ἀρχὰς τῶν ὀχειῶν καὶ φυτειῶν τοὺς κατὰ πλήρωσιν τῶν φώτων τῆς ☾ σχηματισμοὺς, καὶ οὐδεὶς οὐδαμῆ τῶν τοιούτων κατέγνωκεν οὔθ᾽ ὡς ἀδυνάτων οὔθ᾽ ὡς ἀχρήστων. ἐπὶ δὲ τῶν κατὰ μέρος καὶ ἐκ τῆς τῶν λοιπῶν συγκράσεως ἰδιωμάτων, οἷον μᾶλλον καὶ ἧττον, χειμώνων ἢ καὶ καυμάτων, καὶ τῆς καθ᾽ ἕκαστον ἰδιοσυγκρασίας, οὔτε τὸ προγινώσκειν ἔτι δυνατὸν ἡγοῦνταί τινες, οὔτε τὰ πολλὰ ἐγχωρεῖν φυλάξασθαι, καίτοι προδήλου τυγχάνοντος ὅτι πρὸς τὰ καθόλου καύματα εἰ τύχοι μὲν προκαταψύξαντες ἑαυτοὺς ἧττον καυσούμεθα. δύναται τὸ ὅμοιον ἐνεργεῖν καὶ πρὸς τὰ ἰδίως τὴν δὲ τὴν σύγκρασιν εἰς ἀμετρίαν αὔξοντα τοῦ θερμοῦ. Ἀλλὰ γὰρ αἴτιον τῆς τοιαύτης ἁμαρτίας τό τε δύσκολον καὶ ἀήθες τῆς τῶν κατὰ μέρος προγνώσεως ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων σχεδὸν ἁπάντων ἀπιστίαν ἐμποιεῖ. καὶ τὸ μὴ συναπτομένης ὡς ἐπίπαν τῆς ἀντιπαθούσης δυνάμεως τῇ προγνωστικῇ, διὰ τὸ σπάνιον τῆς οὕτω τελείας διαθέσεως, καὶ περὶ τὰς πρώτας φύσεις ἀνεμποδίστως ἀποτελουμένης, δόξαν ὡς περὶ ἀτρέπτων καὶ ἀφυλάκτων παρέσχε, καὶ πάντων ἁπλῶς τῶν ἀποβησομένων. ὥσπερ δὲ οἶμαι καὶ ἐπ᾽ αὐτοῦ τοῦ προγνωστικοῦ, κἂν μὴ διὰ παντὸς ἦν ἄπταιστον, τό γε δυνατὸν αὐτοῦ μεγίστης ἄξιον σπουδῆς κατεφαίνετο, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τοῦ φυλακτικοῦ, καὶ εἰ μὴ πάντων ἐστὶ θεραπευτικὸν ἀλλὰ τό γ᾽ ἐπ᾽ ἐνίων. κἂν ὀλίγα κἂν μικρὰ ᾖ, ἀγαπᾶν καὶ ἀσπάζεσθαι καὶ κέρδος οὐ τὸ τυχὸν ἡγεῖσθαι προσήκει τούτοις δὲ ὡς ἔοικε συνεγνωκότες οὕτως ἔχουσι, καὶ οἱ μάλιστα τὴν τοιαύτην δύναμιν τῆς τέχνης προαγαγόντες αἰγύπτιοι συνῆψαν πανταχῆ τῷ δι᾽ ἀστρονομίας προγνωστικῷ τὴν ἰατρικήν. οὐ γὰρ ἄν ποτε ἀποτροπιασμούς τινας καὶ φυλακτήρια καὶ θεραπείας συνίσταντο, πρὸς τὰς ἐκ τοῦ περιέχοντος ἐπιούσας ἢ παρούσας περιστάσεις καθολικὰς καὶ μερικάς, εἴ τις αὐτοῖς ἀκινησίας καὶ ἀμεταπτωσίας τῶν ἐσομένων ὑπῆρξε δόξα. νῦν δὲ καὶ τὸ κατὰ τὰς ἐφεξῆς φύσεις ἀντιπράξαι δυνάμενον, ἐν δευτέρᾳ χώρᾳ τοῦ καθ᾽ εἱμαρμένην τιθέμενοι, συνέζευξαν τῇ τῆς προγνώσεως δυνάμει τὴν κατὰ τὸ χρήσιμον, καὶ ὠφέλιμον, διὰ τῶν καλουμένων παρ᾽ αὐτοῖς ἰατρομαθηματικῶν συντάξεων μέθοδον, ὅπως διὰ μὲν ἀστρονομίας τάς τε τῶν ὑποκειμένων συγκράσεων ἰδιότητας εἰδέναι συμβαίνῃ, καὶ τὰ διὰ τὸ περιέχον ἐσόμενα συμπτώματα, καὶ τὰς ἰδίας αὐτῶν αἰτίας, ὡς ἄνευ τῆς τούτων γνώσεως καὶ τῶν βοηθημάτων κατὰ τὸ πλεῖστον διαπίπτειν ὀφειλόντων, ἅτε μὴ πᾶσι σώμασιν ἢ πάθεσι τῶν αὐτῶν συμμέτρων ὄντων· διὰ δὲ τῆς ἰατρικῆς ἀπὸ τῶν ἑκάστοις οἰκείως συμπαθούντων, ἢ ἀντιπαθούντων, τάς τε τῶν μελλόντων παθῶν προφυλακὰς, καὶ τὰς τῶν ἐνεστώτων θεραπείας ἀδιαπτώτους, ὡς ἔνι μάλιστα ποιούμενοι διατελοῦσι. ἀλλὰ ταῦτα μὲν μέχρι τοσούτων ἡμῖν κατὰ τὸ κεφαλαιῶδες προδιατετυπώσθω. ποιησόμεθα δὲ ἤδη τὸν λόγον κατὰ τὸν εἰσαγωγικὸν τρόπον, ἀρξάμενοι περὶ τῆς ἑκάστου τῶν οὐρανίων περὶ αὐτὸ τὸ ποιητικὸν ἰδιοτροπίας, ἀκολούθως ταῖς ὑπὸ τῶν παλαιῶν κατὰ τὸν φυσικὸν τρόπον ἐφηρμοσμέναις παρατηρήσεσι. καὶ πρώτως ταῖς τῶν πλανωμένων ἀστέρων δυνάμεσι. ☉ τε καὶ ☾.

## ¶ Eſſe vilem. Cap. 3.

QVo igitur modo fieri poſsit vt de Aſtronomia aliquid prænoſcamus, & vlterius nõ tẽdat hæc ſcientia quàm ad aeris accidẽtia, & quib. ex ea cauſſa homines afficiantur, quæ ſunt vt opinor, primæ compoſitio virium & actionũ corporis animique itẽque certæ affectiones & longeuitas & breuitas vitæ, prætcrque etiam illa ſi qua ſunt cum his principijs proprie & naturaliter copulata, vt cũ corpore res familiaris & conuictus: animo exiſtimatio & dignitas, quò etiam certi ca-

ſus referendi erunt? Hæc igitur confido in ſuperioribus eſſe explanata. Sequitur vtilitatis conſideratio, quam & ipſam paucis abſoluemus. Sed prius conſtituendum videtur quid vtile hac in parte intelligi, & ad quem finem referri velimus. Nam ſi animi bona ſpectabimus, quid poterit eſſe optabilius ad tranquillitatem, gaudium, felicitatem, quam hæc de qua loquimur futurorum cognitio: qua & humanorum & diuinorum contemplatores efficimur? Siue corporis magis à nobis reſpectus habetur, nulla eſt ſcientia, qua intelligi melius poſsit quid vniuſcuiuſque conſtitutioni aptius conducibiliusq; ſit. Quòd ſi forte non eſt largitrix opum & gloriæ & aliorum huius generis, non feramus moleſte, cum idem crimen totius philoſophiæ inueniatur. Nihil enim horũ ipſa quidem docet acquiri. Sed vt neque hanc ideo dãnamus, ita et noſtram ſcientiã cõſeruabimus, maiores & potiores vtilitates pſequẽtes. Omnino ſi quis exquirat, reperiet à nulla planè re quæ alicuius momẽti ſit, huius ſcientiæ repræhenſionẽ duci. Hoc enim tantum dici audimus, ſuperuacaneam eſſe cognitionem earum rerum futurarum quæ ineuitabili modo futuræ ſint, & dici ne hoc quidem diſertè. Neque enim etiã in ijs rebus quæ neceſſariò accidunt, ignoramus ſubitis & inopinis aduerſitatibus animos magnopere percelli, & ſucceſsibus extolli. Sed præuiſio futurorum animũ componit & moderatur meditatione abſentium tãquã præſentium, & præparat ad excipienda ventura cũ tranquillitate & conſtantia. Non autem exiſtimandum eſt omnia à ſupernis cauſsis in res rectà humanas deriuari, tãquam inuiolabili & diuino quodam edicto, propoſito ſingillatim, vt nulla alia vis obſiſtere quin ita illa graſſentur valeat. Nam ipſe quidem cęleſtium corporum motus ſempiternus eſt, & prouenit diuino & inuariabili ordine & lege. Inferiora autem mutationibus ſubijciuntur de ſuperioribus, quidem & primis cauſsis, ſed accidit hoc illis per conſequentiam legis & ordinis naturalis & variabilis. Præterea ſunt quæ hominibus accidunt circumſtantia aliqua generali, non autem ex vnicuiuſque naturali & propria conſtitutione, vt ſi qua ingenti & valida aeris conuerſione, totæ gentes intereant, ſicut fit in ardoribus, peſtilentia, diluuionibus, cũ ſemper minor cã maiori ſuccũbat. Alia autem eueniũt ſingulorum peculiari & naturali conſtitutione, per exiguas & faciles aeris cõtrarias affectiones, Quib. hoc modo diſertè cognitis, perſpicuum ſit, ꝙ quęcunq; à prima cauſſa vel in vniuerſum vel ſingillatim moueatur, hæc inuariabili modo procedere, cũ illa inſuperabilis ſit & omni cõtranitente vi præſtantior. Quę aũt aliter ſe habeant, corũ quibus contrarię affectiones contigerint, facilem eſſe conuerſionem, quibus vero defuerint, illa primas cauſſas ſequi. Hoc vero fit inſcientia hominum, non illarum neceſsitate & potẽtia. Quod ipſum animaduertere eſt ſimiliter geri in omnib. quib. naturalia ſunt principia. Nam & ſaxa & germina & animantes, atque inſuper etiã vulnera & morbi & ægritudines, partim neceſſarias habent effectiones, partim ex eo ꝓ contrariam habet effectionem dependent. Atque ita exiſtimari par eſt, naturæ ſtudioſos prædicere hac ſcientia euenturas res hominibus, non inanitatem quandã opinionũ ingredientes. Quæ enim habent multas & ingentes effectionum vires, euitari non poſſunt, cum alia quibus illud nõ accidit facile conuerſiones admittant. Hoc modo & medici ſi qui in notãdis morbis exercitati ſunt, planè præuident qui lethales ſint, q̃ve curabiles. De his igitur quę mutationibus obnoxia ſunt, ita audiemus differẽtẽ Genethliacum, vt ſi verbi cauſſa, talem orationẽ habeat. Quoniã talis eſt de qua loquor cõſtitutio, fiet ſi proprietates aeris tali modo conuertantur, magis quidem aut minus ad ſubiectas congruentias, vt illinc talis quiſpiam morbus exiſtat. Eodem modo & medici prædicunt de vlceribus, quæ vel vt ſerpant, vel vt putreſcant, futurum pronunciant. Similiter & de metallis exemplum dari poſſit, vt ſi quis doceat lapidẽ Magnetem, id eſt Herculanũ, ferrum ad ſe trahere. Nam quemadmodum horũ vtrumque per ſe tendit rectam viuam, in quã à primæ illius naturæ vi rapitur, ſi relictum ſibi ſit, ignoratione contrariæ effectionis, ſed ſi medicinam cõtrariam vlceri oppoſuerimus, neque illud iam ſerpet neque putreſcet, neq; lapis Herculanus illitò allij ſucco, iam ferrũ attrahet. Sicut igitur hæc obſiſtunt, & contrarias effectiones inducunt naturaliter & fatali lege, ita in his quoque rebus fit de quibus loquimur. Ignorata enim aut præuiſa quidem ſed neglecta tamen ea quæ hominibus euenire debeant, haud dubie ſeriem primæ illius naturæ ſequuntur, præuiſa autem & ſortita curam, naturaliter & fatali etiam lege aut auertuntur penitus, aut leuiora efficiuntur. Cum autem, vt ſemel dicam, nihil interſit quod ad hanc vim attinet, inter generalia & ſingularia, mirum videri poſsit, quænam de cauſsa in vniuerſum quidem perſuaſum pleriſque ſit & præuideri illa poſſe, & præuiſis vtilem eſſe attentionẽ. Maxima enim pars hominum fatetur ſe quoque venturas cognoſcere & annuorum temporũ mutationes, & ſignificationes ſtellarum inerrantium, nec non Lunæ configurationes. Adque eam cognitionem non mediocrem cautionem adhibet magna cura pręparantes ad æſtus gelidifica, ad hiemes calidifica, omninoq; dat operã vt rerũ cũctarũ naturæ tẽperentur. Præterea quò rectiora fiant oĩa & in tẽporũ conuerſionibus & tuto naues in portu ſoluantur, obſeruant ſignificationes fixarum ſtellarum. In coitu autem pecorum, & ſementibus configurationes Lunę augeſcẽtẽ illi⁹ luminẽ, neq; quiſquam inuentus eſt, q hæc damnaret, ꝗ quæ vel non obſeruari poſſent, aut obſeruata nihil afferrent fructus. Cur igitur negant eſſe ſingillatim præuiſionem, ex proprietatibus reliquarum commiſtionũ, vt æſtus hiemeſve intentiores aut remiſsiores futuras, deque item vniuſcuiuſque propria conſtitutione, vel quare inutilem ferè in his cautionem eſſe volunt? Cum manifeſtum ſit, ſi ad generales æſtus, gelidis inſtructi minus illum ſentiant, ſimilem poſſe efficientiam eſſe etiam in ſingularibus rebus, quarum conſtitutio augmenta magni caloris complectatur. Sed enim omnis hic error ex eo naſcitur, quod ferè propter difficultatem in ſingularibus præuiſionibus parum exercentur, quæ res & alijs penè omnibus ſcientijs fidem detrahere ſolet, quodque contrariæ effectionis vis negligitur. Et quia non multum inuenire eſt talem conſtitutionem & tam perfectam, cui non impedimentũ à pri-

ma

ma illa natura obijciatur, ideo opinio extitit, incōmutabiliter nobis vniuerſa & ineuitabili modo penitus immitti. Verū ſicut ipſa præuiſio, etſi non nuſquàm incurrens, tamen quia aliqua ſit, digna ſummo, niſi fallor, ſtudio videtur. Ita etiam de attētione faciendum iudico, vt quamuis non cūcta ſanare poſsimus, tamen quæ poſsimus ſeu magna ſiue parua, in ijs libēter & grato animo illā amplectamur, & non vulgaris lucri inſtar ducamus, ipſius factam nobis copiam. Quæ omnia ita vt expoſuimus ſeſe habere cum & Aegyptij intellexiſſent, à quibus maxime auctam huius artis vim ſcimus, adiunxere vbique aſtronomicis præuiſionibus medicinæ præcepta. Neque illi conſtituiſſent expiationes & auerſiones & curas eorū, quæ ab aere vel inciderent vel imminerent, & in vniuerſum & ſingillatim, ſi in ea opinione fuiſſent, amoueri illa aut auerti nullo modo poſſe. Nunc vero quæ cōtrarias effectiones in ordine naturæ habeant, quaſi ſecundo in loco fati ponentes, coniunxere cū præuiſionis vi, ad vſum & fructū omnium, viam præceptionū quas illi vocant compoſitiones iatromathematicas, quæ vox ſignificat coniunctionem rerum medicarum cum mathematicis. Qua ratione Aſtronomia quidē declararet ſubiectarū conſtitutionum proprietates, & quid caſuum cęlum circundans nos intenderet, & ſuas quorumque cauſſas, nam ſine horum cognitione opem certam ferri poſſe non ſunt arbitrati, quippe qui ſcirent non eadem omnibus corporibus aut morbis conuenire. Sed medicinæ ſciētia hoc efficiebat, vt & futuri mali auerſio & præſentis curatio quò ad ei⁹ rectiſsime fieri poſſet, de cōcordib. aut cōtrarijs ſingulorū effectionib. exiſteret. Verū de his ac ſummatim quidē hactenus. Nūc tranſeamus ad explicationem harum rerum, ordiētes vt in præceptionibus à primis, hoc eſt, quæ ſit cæleſtium corporū & propria vniuſcuiuſque natura & efficacia, ita vt tradidere veterum naturales obſeruationes, præque cæteris de ſtellarum errantium viribus, deque Solis & Lunæ diſſeramus.

## Περὶ τῆς τῶν πλανητῶν δυνάμεως.

☉ Ὁ Ἥλιος καταλαμβάνεται τὸ ποιητικὸν ἔχων τῆς οὐσίας ἐν τῷ θερμαίνειν καὶ ἠρέμα ξηραίνειν· ταῦτα δὲ μάλιστα τῶν ἄλλων ἡμῖν αἰσθητότερα γίνεται διά τε τὸ μέγεθος αὐτοῦ, καὶ τὸ τῶν κατὰ τὰς ὥρας μεταβολῶν ἐναργές. ἐπειδήπερ ὅσῳ ἂν μᾶλλον ἐγγίζῃ τῷ κατὰ κορυφὴν ἡμῶν τόπῳ, μᾶλλον ἡμᾶς οὕτω διατίθησι.

☾ Ἡ δὲ ☾ τὸ μὲν πλέον ἔχει τῆς δυνάμεως ἐν τῷ ὑγραίνειν, διὰ τὴν περιγειότητα δηλονότι, καὶ τὴν τῶν ὑγρῶν ἀναθυμίασιν· καὶ διατίθησιν οὕτως ἄντικρυς τὰ σώματα πεπαίνουσα καὶ διασήπουσα τὰ πλεῖστα, κεκοινώνηκε δὲ ἠρέμα καὶ τοῦ θερμαίνειν διὰ τοὺς ἀπὸ τοῦ ☉ φωτισμούς.

♄ Ὁ δὲ τοῦ ♄ ἀστὴρ πλέον ἔχει τῆς ποιότητος ἐν τῷ ψύχειν καὶ ἠρέμα ξηραίνειν, διὰ τὸ πλεῖστον, ὡς ἔοικεν, ἅμα τῆς τε τοῦ ☉ θερμασίας, καὶ τῆς τῶν περὶ τὴν γῆν ὑγρῶν ἀναθυμιάσεως ἀφεστάναι. Συνίστανται δὲ δυνάμεις ἐπί τε τούτου, καὶ τῶν λοιπῶν καὶ διὰ τῆς τῶν πρὸς τὸν ☉ καὶ ☾ σχηματισμοὺς παρατηρήσεως, ἐπειδήπερ οἱ μὲν οὕτως, οἱ δὲ οὕτω τὴν τοῦ περιέχοντος κατάστασιν ἐπὶ τὸ μᾶλλον ἢ ἧττον συντρέποντες φαίνονται.

♃ Ὁ δὲ τοῦ ♃, εὔκρατον ἔχει τὸ ποιητικὸν τῆς δυνάμεως, μεταξὺ γινομένης τῆς κινήσεως αὐτοῦ τοῦ τε κατὰ τὸν ♄ ψυκτικοῦ, καὶ τοῦ κατὰ τὸν ἄρην καυστικοῦ, θερμαίνει τε, ἅμα καὶ ὑγραίνει. διὰ δὲ τὸ μᾶλλον εἶναι θερμαντικὸς* γονίμων πνευμάτων γίνεται ποιητικός. *θερμαντικὸς ὑπὸ τῶν ὑποκειμένων σφαιρῶν.

♂ Ὁ δὲ τοῦ ♂ ξηραίνειν μάλιστα, καὶ καυσοῦν ἔχει φύσιν τῷ τε πυρώδει χρώματι οἰκείως, καὶ τῇ πρὸς τὸν ☉ ἐγγύτητι, ὑποκειμένης αὐτῷ τῆς ἡλιακῆς σφαίρας.

♀ Ὁ δὲ τῆς ♀ τῶν αὐτῶν ἐστι καὶ κατὰ τὸ εὔκρατον κατὰ μέντοι τὸ ἀντικείμενον ποιητικός. θερμαίνει μὲν γὰρ ἠρέμα, διὰ τὴν ἐγγύτητα τὴν πρὸς τὸν ☉, μάλιστα δὲ ὑγραίνει, καθάπερ ἡ ☾, διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἰδίων φωτῶν, νοσφιζόμενος τὴν ἀπὸ τῶν περιεχόντων τὴν γῆν ὑγρῶν ἀναθυμιάσεων.

☿ Ὁ δὲ ☿ ὡς ἐπίπαν ἐξ ἴσου ποτὲ μὲν ξηραντικὸς καταλαμβάνεται καὶ τῶν ὑγρῶν ἀναποτικὸς, διὰ τὸ μηδέποτε πολὺ τῆς τοῦ ☉ θερμασίας κατὰ μῆκος ἀφίστασθαι, ποτὲ δ' αὖ ὑγραντικὸς διὰ τὸ τῇ περιγειοτάτῃ σφαίρᾳ τῆς ☾ ἐπικεῖσθαι, ταχείας δὲ ποιεῖσθαι τὰς ἐπαμφότερα μεταβολὰς, πνευματούμενος ὥσπερ ὑπὸ τῆς περὶ αὐτὸν ☉ ὀξυκινησίας.

## ¶De viribus ſtellarum errantium.

## CAP. IIII.

☉ ANimaduerſum eſt naturam Solis effectum habere caloris, paulatimq́; ſiccitatis. Nunc nos etiam ſenſibus percipimus multo certius, quàm reliquarum ſtellarum, propter ipſius & magnitudinem, & euidentiam mutationum temporalium, quandoquidem quo propius Sol accedit ad verticalem noſtrum locum, eò magis ea quæ diximus experimur.

At Luna

☾ At Luna propterea ꝙ proximè terram fertur, vnde humidæ exhalationes exeunt, plurimũ madefacit. Atque ita prorſus ſubiecta corpora potiſsimum & mollia reddit, & putrefacit. Habet tamen propter illuſtrationẽ Solis etiam calefaciendi cõmunicationem.

♄ Saturni ſtella maximè frigidifica eſt, ſed & nonnihil arefacit. Quod vt veriſimile eſt, & à Solis calore, & terræ humiditate longiſsimè diſtat. Cæterũ & huius ſtellæ, & reliquarũ vires exquirũtur etiam de obſeruatione configurationum ipſarũ cũ Sole & Luna. Nam ſecundum illas aliàs aliter pro intenſione & remiſsione circumfuſi nobis cæli modum conſtituere manifeſtum eſt.

♃ Stella Iouis temperatæ naturæ eſt. Media enim fertur inter frigidificam Saturni & æſtuoſam Martis. Calefacit autem & humectat, ſed quia calefaciendi vis præcellit, ideo fœcundi ab illa venti excitantur.

♂ Martis ſtella & arefacit, & vrit, ſicut congruit igneo ipſius colori, & vicinitati Solari, cum ſubiectus illi ſit orbis Solis.

♀ Stella Veneris eoſdem habet effectus, quod quidem ad temperationem attinet, quos Iupiter. Sed ratio eſt diuerſa. Nã ꝙ vicina eſt Soli, nonnihil calidifica eſt, ſed multo vehemẽtius humectat. quẽadmodũ & Luna, propterea ꝙ ingenti luce prædita attrahit exhalationem humidam à proximis terræ locis.

☿ Mercurij ſtella ferè quidem non minus aliquando arefacere quàm humores abſorbere, propterea ꝙ non valde longè à Sole recedat, aliquãdo tamẽ & humectare deprehenditur, cum ſuperpoſita ſit terræ proximo orbi Lunæ. Subitarum autem mutationum in vtramque partem effectrix eſt inflata quaſi celeritudine comitatus ſolaris.

Περὶ ἀγαθοποιῶν τε, καὶ κακοποιῶν πλανήτων.

Τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐπειδὴ τῶν τεσσάρων χυμάτων δύο μέν εἰσι τὰ γόνιμα καὶ ποιητικά, τό τε τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ὑγροῦ, διὰ τούτων γὰρ πάντα συγκρίνεται καὶ αὔξεται, δύο δὲ τὰ φθαρτικὰ καὶ παθητικά, τοῦ ξηροῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ, δι' ὧν πάντα πάλιν διακρίνεται καὶ διαφθείρεται, τοὺς μὲν δύο τῶν πλανητῶν, τόν τε τοῦ ♃ καὶ τὸν τῆς ♀, καὶ ἔτι τῆς ☾, ὡς ἀγαθοποιοὺς οἱ παλαιοὶ παρειλήφασι, διὰ τὸ εὔκρατον καὶ τὸ πλεονάζειν ἔν τε τῷ θερμῷ καὶ τῷ ὑγρῷ. τὸν δὲ τοῦ ♄ καὶ τὸν τοῦ ♂ κακοποιούς, ὡς τῆς ἐναντίας φύσεως ποιητικούς, τὸν μὲν τῆς ἄγαν ψύξεως ἕνεκεν, τὸν δὲ τῆς ἄγαν ξηρότητος. τὸν δὲ ☉ καὶ τὸν τοῦ ☿ διὰ τὸ κοινὸν τῶν φύσεων ὡς ἀμφότερα δυναμένους, καὶ μᾶλλον συντρεπομένους οἷς ἂν τῶν ἄλλων παραγίνονται μέσους.

De fortunis & infortunis.

CAP. V.

QVæ cũ ita ſeſe habeãt, cũq; quatuor ſint* humores, ſeu primæ naturæ: Duæ fœcundæ & viuificæ, nẽpe calidi & humidi, ex his enim oĩa & coaleſcũt & roborãtur: Itẽmq; duæ exitiales & detrimentoſæ, aridi & frigidi, vnde rurſum diſſipantur & debilitantur omnia: Tradidere ſimiliter veteres & ſtellas beneficas eſſe Iouem, Venerem & Lunam, eò quòd temperatæ naturæ ſint, & & in qua plurimum inſit calidi & humidi. Stellam vero Saturni & Martis, maleficas, ꝙ contrariæ ſint naturæ effectus. Alteram enim frigidiſsimam, alteram feruentiſsimã eſſe voluerũt. In medio vero reliquerunt Solem & ſtellam Mercurij, vt participes vtriuſque naturæ, ſuóſque effectus accommodantes illarum ſtellarum ad quas acceſſerint, proprietatibus.

ANNOT. IN CAP. 5.

*Humores quatuor. χύματα dixit. Intelliguntur autem quatuor elementares naturæ, animantum ex quibus corpora concreta ſunt. Quæque ſanè ab eo quo plurimum abundat. nam quo modo dixeris humorem aridũm? Tanta enim ſentiri non poteſt ſinceritas quanta cogitatione conſtituitur initialium iſtarum naturarũ, id eſt τῶν ἀρχῶν. Cæterum propter vim & efficaciam ποιητικὸν viuificum, propterque debilitatem & mollitiem παθητικὸν detrimentoſum fecimus.*

Περὶ ἀρσενικῶν καὶ θηλυκῶν ἀστέρων.

Ἐπεὶ δὲ τὰ πρῶτα πάλιν γένη τῶν φύσεων ἐστὶ δύο, τό τε ἀρσενικὸν καὶ τὸ θῆλυ, τῶν δὲ προκειμένων δυνάμεων ἡ τῆς ὑγροτέρας οὐσίας μάλιστα θηλυκὴ τυγχάνει (πλέον γὰρ ἐγγίνεται καθόλου τοῦτο τὸ μέρος πᾶσι τῆς θήλεσι, τὰ δ' ἄλλα μᾶλλον τοῖς ἄρρεσιν) εἰκότως μὲν τὴν ☾ καὶ τὸν τῆς ♀ ἀστέρα θηλυκὸν ἡμῖν παραδεδώκασι, διὰ τὸ πλέον ἔχειν ἐν τῷ ὑγρῷ τὴν οὐσίαν. τὸν δὲ ☉, καὶ τὸν τοῦ ♄, καὶ τὸν τοῦ ♃ καὶ τὸν τοῦ ♂ ἀρσενικούς. τὸν δὲ τοῦ ☿ κοινὸν ἀμφοτέροις τοῖς γένεσι καθὸ ἐξ ἴσου τῆς τε ξηρᾶς, καὶ τῆς ὑγρᾶς οὐσίας ἐστὶ ποιητικός. ἀρρενοῦσθαι δέ φασι τοὺς ἀστέρας, καὶ θηλύνεσθαι παρά τε τοὺς πρὸς ☉ σχηματισμούς, ἑῴους μὲν γὰρ ὄντας, καὶ προηγουμένους ἀρρενοῦσθαι, ἑσπερίους δὲ καὶ ἑπομένους θηλύνεσθαι. καὶ ἔτι παρὰ τοὺς πρὸς τὸν ὁρίζοντα. ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἀπὸ ἀνατολῆς μέχρι μεσουρανήματος, ἢ καὶ ἀπὸ δύσεως μέχρι πάλιν

τοῦ ἀντι

Digitized by Google

τοῦ ἀντικειμένου μεσουρανήματος σχηματισμοῖς ὡς ἀπηλιωτικοὺς ἀρρενοῦσθαι, ἐν δὲ τοῖς λοιποῖς δυσὶ τεταρτημορίοις ὡς λιβυκοὺς θηλύνεσθαι.

## ¶ De ſtellis maſculinis & fœmininis.

## CAP. VI.

RVrſus cum primarij ſexus duo ſint:Maſculinus & fœmininus, conferenda ex ſupradictis naturis humiditas ad fœmininũ, ꝙ illa in hoc ſexu abundet,reliquæ vero ad maſculinum apponentur.Proinde conuenienter traditur Veneris ſtella,& Luna fœminini ſexus, propterea quòd in illorum naturis humiditas excellat. Sol vero,ſtelláque Saturni & Iouis & Martis maſculini.At Mercurij ſtella vtriuſque particeps, cum ex pari ſiccę & humidę cõſtitutionis effectrix ſit. Cæterum ipſæ etiam ſtellæ maſculas fœmininaſque vires ſuſcipere dicuntur,pro eo atque erga Solem ſeſe habuerint.Ac * maſculeſcere quidem matutinas & antecedentes,veſpertinas & ſequentes effœminari.Similiter pro eo atque habuerint ſeſe erga horizonta.Nam ab oriente vſque ad medium cæli,necnon & ab occaſu vſque ad imum cæli,maſculeſcere tanquàm orientales,in reliquis autem duabus portionibus tanquã occidentales effœminari.

### *ANNOT. IN CAP. 6.*

*Ac maſculeſcere. hoc loco obſeruandę ſunt græcæ voces,quibus diuerſæ res ſignificentur confuſæ vna latina orientalitatis & occidentalitatis. Nam trifariam hæc ab illis explicantur, primum* ἀνατολικὸν, *cui opponitur* δυτικὸν, *emerſionem ſiue exortum & occultationem ſeu occaſum ſtellæ ſignificat.* ἀπηλιωτικὸν *vero &* λιβυκὸν *orientale eſt ac occidentale,quod efficitur de finitore, vt in themate facile apparet.* ἑῷον *atque* ἑσπέριον *matutinum & veſpertinum qui eſt reſpectus & habitus ſtellæ erga Solem.*

## Περὶ ἡμερινῶν καὶ νυκτερινῶν.

ΟΜοίως δὲ ἐπειδὴ τὸν ποιούντων τῶν χρόνον τὰ ἐκφανέστατα διαστήματα δύο ταῦτα τυγχάνει τότε τῆς ἡμέρας ἠρρενωμένον μᾶλλον διὰ τὸ ἐν αὐτῇ θερμὸν καὶ δραστικὸν, καὶ τὸ τῆς νυκτὸς τεθηλυμένον μᾶλλον, διὰ τὸ κατ' αὐτὴν δίυγρον καὶ ἀναπαυτικὸν, νυκτερινοὺς μὲν ἀκολούθως παραδεδώκασι τήν τε ☾, καὶ τὸν τῆς ♀, ἡμερινοὺς δὲ τόν τε ☉ καὶ τὸν ♃. ἐπίκοινον δὲ κατὰ ταῦτα τὸν τοῦ ☿, καὶ ἐν μὲν τῷ ἑῴῳ σχήματι ἡμερινὸν, ἐν δὲ τῷ ἑσπερίῳ νυκτερινόν. προσένειμαν δὲ ἑκατέρᾳ τῶν αἱρέσεων καὶ τοὺς δύο τοὺς τῆς φθαρτικῆς οὐσίας. οὐκ ἔτι μέντοι κατὰ τὰς αὐτὰς τῆς φύσεως αἰτίας, ἀλλὰ κατὰ τὰς ἐναντίας. τοῖς μὲν γὰρ τῆς ἀγαθῆς κράσεως οἰκειούμενα τὰ ὅμοια μεῖζον αὐτῶν τὸ ὠφέλιμον ποιεῖ. τοῖς δὲ φθαρτικοῖς τὰ ἀνοίκεια μισγόμενα παραλύει τὸ σφοδρὸν τῆς κακώσεως αὐτῶν, ὅθεν τὸν μὲν τοῦ ♄ ψυκτικὸν ὄντα, τῷ θερμῷ τῆς ἡμέρας ἀπένειμαν, τὸν δὲ ♃ ξηρὸν ὄντα τῷ ὑγρῷ τῆς νυκτός. οὕτω γὰρ ἑκάτερος ὑπὸ τῆς ἐναντίας κράσεως τῆς συμμετρίας τυχὼν, οἰκεῖος γίνεται τῆς τὸ εὔκρατον παρεχούσης αἱρέσεως.

## ¶ De diurnis & nocturnis.

## CAP. VII.

PRæterea cum euidentia temporum diſcrimina dies & nox efficiat, & diurnum quidem ſpacium maſculum cenſeatur propter calorem,& rerum gerendarum opportunitatem,nocturnum vero fœmininũ, propter inſitum humorem illi,& acquieſcendi conuenientiã. Stellarum quoque conſimili ratione nocturnam eſſe docuere Veneris & Lunam:diurnos Solem & ſtellam Iouis:promiſcuum Mercurium. Sicut matutina in figura diurnus, in veſpertina nocturnus habeatur.Vtrique etiam conditioni attribuere maleficarum alteram,ſecuti non ſimilitudinem ſed diuerſitatem naturarum. Nam ſi ſtellis bonæ conſtitutionis ſimilia applicata fuerint, augentur vires bonitatis illarum, ſed exitialibus admiſta diſsimilia,coercent vehementiam malitiæ illarum. Quade re frigidam Saturni ſtellam attribuere calori diurno,at Martis ſiccã humiditati nocturnæ. Hoc enim modo vtraque ad temperatam conditionem accedet,poſtquam à contraria conſtitutione correcta,moderationemque adepta fuerit.

## Περὶ τῆς δυνάμεως τῶν πρὸς τὸν ☉ σχηματισμῶν.

ΗΔη μέντοι καὶ παρὰ τοὺς πρὸς τὸν ἥλιον συσχηματισμοὺς ἥ τε ☾, καὶ οἱ τρεῖς τῶν πλανωμένων ὅ τε τοῦ ♄, καὶ ὁ τοῦ ♃ καὶ ὁ τοῦ ♂, τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον λαμβάνουσιν, ἐν ταῖς οἰκείαις ἑαυτῶν δυνάμεσιν. ἥ τε γὰρ ☾ κατὰ μὲν τὴν ἀπὸ * ἀνατολῆς μέχρι τῆς πρώτης διχοτόμου αὔξησιν, ὑγρότητός ἐστι μᾶλλον ποιητική, κατὰ δὲ τὴν ἀπὸ πρώτης διχοτόμου μέχρι πανσελήνου, θερμότητος, κατὰ δὲ τὴν ἀπὸ πανσελήνου, μέχρι δευτέρας διχοτόμου, ξηρότητος, κατὰ δὲ τὴν ἀπὸ δευτέ-

*συνόδου, * ἐπιτολῆς

ρας δι

ρας διχοτόμου μείωσιν, ξηρότητος, κατὰ δὲ τὴν ἀπὸ δευτέρας διχοτόμου μέχρι* κρύψεως, ψυχρότητος. οἵ τε πλανώμενοι καὶ ἑῷοι μόνον ἀπὸ μὲν τῆς ἀνατολῆς μέχρι τοῦ πρώτου στηριγμοῦ μᾶλλόν εἰσιν ὑγραντικοί, ἀπὸ δὲ τοῦ πρώτου στηριγμοῦ, μέχρι τῆς ἀκρονύκτου μᾶλλον θερμαντικοί, ἀπὸ δὲ τῆς ἀκρονύκτου μέχρι τοῦ δευτέρου στηριγμοῦ μᾶλλον ξηραντικοί, ἀπὸ δὲ τοῦ δευτέρου στηριγμοῦ μέχρι δύσεως, μᾶλλον ψυχτικοί, δῆλον δὲ ὅτι καὶ ἀλλήλοις συγκιρνάμενοι παμπληθεῖς διαφορὰς ποιοτήτων, εἰς τὸ περιέχον ἡμᾶς ἀπεργάζονται, κατακρατούσης μὲν ὡς ἐπίπαν τῆς ἰδίας ἑκάστου δυνάμεως, τρεπομένης δὲ κατὰ τὸ πόσον ὑπὸ τῆς τῶν σχηματιζομένων ἐναντιώσεως.

* συνόδου.

¶Quid valeant configurationes erga Solem.

CAP. VIII.

NEque ignorandum, vires cum Lunæ tum trium ſtellarum Saturni, Iouis & Martis intendi aut remitti de figurationibus erga Solem Luna enim ab oriente vſque ad primum incrementum cum quaſi dimidiata apparet, efficiens eſt humiditatis maximę. Inde vero vſque ad pleniluniũ, caloris. Hinc etiam vſque iterum ad dimidiationem, ſiccitatis. Atque etiam hinc ad interluniũ vſq; frigiditatis. Et ſtellæ, quas diximus, matutinæ vſque ad primam ſtationem, humoris plurimũ habent. A prima vero ſtatione vſque dum oriuntur* de nocte, magis calefaciunt. Hinc etiam vſque ad ſecundam ſtationem, magis deſiccant, à qua quidem donec occultentur, magis frigefaciunt. Atque has ſingulæ vires in vniuerſum quidem in circumfuſo nobis cælo exercent, quibus præualentibus varietates tamen conſtitutionũ plurimæ exiſtunt, ex cõmiſtione diuerſarum ſtellarum, coërcente contraria ſemper natura vniuſcuiuſque effectuũ vehemẽtiam.

*ANNOT. IN CAP. 8.*

*Oriuntur de nocte,* ἀκρόνυκτος ἀνατολὴ, *Quando ſtella tum oritur cum ſol occidit,* ἄκρον *enim ſummum ſeu extremum ſignificat. Pontanus tamen ortum hunc media nocti attribuit.*

## Περὶ τῆς τῶν ἀπλανῶν δυνάμεως.

Ἑξῆς δὲ ὄντος ἀκολούθου τοῦ καὶ τὰς τῶν ἀπλανῶν φύσεις κατὰ τὸ ἰδίως αὐτῶν ποιητικὸν ἐπιδραμεῖν, ἐκθησόμεθα καὶ τὰς ἐπ' αὐτῶν τετηρημένας ἰδιοτροπίας κατὰ τὸ ὅμοιον ταῖς τῶν πλανωμένων φύσεσι τὸν ἐμφανισμὸν ποιούμενοι. καὶ πρῶτον τῶν περὶ αὐτὸν τὸν ζωδιακὸν ἐχόντων τὰς μορφώσεις. τοῦ ♈ τοίνυν οἱ μὲν ἐν τῇ κεφαλῇ τὸ ποιητικὸν ὅμοιον ἔχουσι κεκραμένον τῇ τοῦ ♂ καὶ τῇ τοῦ ♄ δυνάμει. ♈ οἱ δὲ ἐν τῷ στόματι τῇ τε τοῦ ☿ καὶ ἠρέμα τῇ τοῦ ♄, οἱ δὲ ἐν τῷ ὀπισθίῳ ποδὶ τῇ τοῦ ♂. οἱ δὲ ἐπὶ τῆς οὐρᾶς τοῦ τῆς ♀. τοῦ δὲ ♉ οἱ μὲν ἐπὶ τῆς ἀποτομῆς ὁμοίαν ἔχουσι κρᾶσιν τῷ τῆς ♀ * οἱ δ' ἐν τῇ πλειάδι τῇ τε τῆς ☾ καὶ τῇ τοῦ * ♂, τῶν δὲ ἐν τῇ κεφαλῇ ὁ μὲν λαμπρὸς τῶν ὑάδων, καὶ ὑπόκιρρος καλούμενος δὲ λαμπαδίας, τῇ τοῦ ♂. τῶν δὲ ἐν τοῖς διδύμοις ἄστρων οἱ μὲν ἐπὶ τῶν ποδῶν τῆς ὁμοίας κεκοινωνήκασι ποιότητος τῷ τε τοῦ ☿, καὶ ἠρέμα τῷ τῆς ♀. οἱ δὲ περὶ τοὺς μηροὺς λαμπροί, τῷ τοῦ ♄. τῶν δὲ ἐν ταῖς κεφαλαῖς δύο λαμπρῶν, ὁ μὲν ἐν τῇ προηγουμένῃ τῇ τοῦ ☿. καλεῖται δὲ καὶ Ἀπόλλωνος. ὁ δὲ ἐν τῇ ἑπομένῃ τῷ τοῦ ♂, καλεῖται δὲ καὶ Ἡρακλέους. τῶν δὲ ἐν τῷ ♋ * ἄστρων οἱ μὲν ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν δύο τῆς αὐτῆς ἐνεργείας εἰσὶ ποιητικοί, τῇ τε τῇ τοῦ ☿ καὶ ἠρέμα τῷ τοῦ ♂. οἱ δὲ ἐν ταῖς χηλαῖς τῷ τε τοῦ κρόνου καὶ τῷ τοῦ ☿. ἡ δὲ ἐν τῷ στήθει νεφελοειδὴς συστροφή, καλουμένη δὲ φάτνη, τῷ τε τοῦ ♂ καὶ τῷ τῆς ☾. οἱ δὲ ἑκατέρωθεν αὐτῆς δύο καλούμενοι δὲ ὄνοι, τῷ τοῦ ♂, καὶ ☉. τῶν δὲ ἐν τῷ λέοντι οἱ μὲν ἐν τῇ κεφαλῇ δύο τὸ ὅμοιον ποιοῦσι τῷ τε τοῦ ♄, καὶ ἠρέμα τῷ τοῦ ♂, οἱ δὲ ἐν τῷ τραχήλῳ τρεῖς τῷ τοῦ ♄, καὶ ἠρέμα τῷ τοῦ ☿, ὁ δὲ ἐπὶ τῆς καρδίας λαμ-

♉ * καὶ ἠρέμα τοῦ. * ♃ ♊ ♋ * ἀστέρων. ♌



Digitized by Google

πρὸς καλούμενος δὲ βασιλίσκος, τῷ τοῦ ♂ καὶ τῷ τοῦ ♃. οἱ δὲ ἐν τῇ ὀσφύϊ καὶ ὁ ἐπὶ τῆς οὐρᾶς λαμπρός, τῷ τοῦ ♄, καὶ τῷ τῆς ♀. οἱ δὲ ἐν τοῖς μηροῖς τῷ τῆς ♀, καὶ ἠρέμα τῷ τοῦ ☿.

♍ τῶν δὲ κατὰ τὴν ♍ οἱ μὲν ἐν τῇ κεφαλῇ καὶ ὁ ἐπ' ἄκρας τῆς νοτίου πτέρυγος, ὅμοιον ἔχουσι τὸ ποιητικὸν τῷ τοῦ ☿, καὶ ἠρέμα τῷ τοῦ ♂. οἱ δὲ λοιποὶ τῆς πτέρυγος λαμπροὶ, καὶ οἱ κατὰ τὰ περιζώματα τῷ τοῦ ☿, καὶ ἠρέμα τῷ τῆς ♀. ὁ δὲ ἐν τῇ βορείᾳ πτέρυγι λαμπρὸς καλούμενος δὲ προτρυγητήρ, τῷ τοῦ ♄ καὶ τῷ τοῦ ☿. ὁ δὲ καλούμενος στάχυς, τῷ τῆς ♀, καὶ ἠρέμα τῷ τοῦ ♂. οἱ δὲ ἐν ἄκροις τοῖς ποσὶ, καὶ τῷ σύρματι τοῦ ἱματίου τῷ τοῦ ♂, καὶ ἠρέμα τῷ τοῦ ἄρεως.

♎ τῶν δὲ χηλῶν τοῦ ♎ οἱ μὲν ἐν ἄκραις αὐταῖς ὡσαύτως διατιθέασι τῷ τοῦ ♃ καὶ τῷ τοῦ ☿. οἱ δὲ ἐν μέσαις τῷ τοῦ ἐν κρόνου, καὶ ἠρέμα τῷ τοῦ ♂. τῶν δὲ

♏ ἐν σώματι τοῦ ♏, οἱ μὲν ἐν τῷ μετώπῳ λαμπροὶ τὸ αὐτὸ ποιοῦσι τῷ τοῦ ♂, καὶ ἠρέμα τῷ τοῦ ♄. οἱ δὲ ἐν τῷ σώματι τρεῖς, ὧν ὁ μέσος ὑπόκιρρος, καὶ λαμπρότερος, καλεῖται δὲ ἀντάρης, τῷ τοῦ ♂, καὶ ἠρέμα τῷ τοῦ ♃. οἱ δὲ ἐν τοῖς σπονδύλοις τῷ τοῦ ♄, καὶ ἠρέμα τῷ τῆς ♀. οἱ δὲ ἐπὶ τοῦ κέντρου τῷ ☿, καὶ τῷ τοῦ ♂. ἡ δὲ λεγομένη νεφελοειδὴς συστροφή, τῷ τοῦ ♂, καὶ τῆς ☾.

♐ τῶν δὲ περὶ τὸν ♐ οἱ μὲν ἐπὶ τῆς ἀκίδος τοῦ βέλους ὅμοιον ἔχουσι τὸ ποιητικὸν τῷ τοῦ ♂ καὶ τῆς ☾, οἱ δὲ περὶ τὸ τόξον, καὶ τὴν λαβὴν τῆς χειρὸς τῷ τοῦ ♃ καὶ τῷ τοῦ ♂. οἱ δὲ ἐν τῷ προσώπῳ συστροφὴ τῷ τε τοῦ ☉, καὶ τῷ τοῦ ♂ * οἱ δὲ ἐν ταῖς πτέρυξι τῷ τοῦ ♃, καὶ ἠρέμα τῷ τοῦ ☿. οἱ δὲ ἐν τοῖς ποσὶ τῷ τοῦ ♃, καὶ τῷ τοῦ ♄. τὸ δὲ ἐπὶ τῆς οὐρᾶς τετράπλευρον, τῷ τῆς ♀, καὶ ἠρέμα τῷ τοῦ ♄.

* οἱ δὲ ἐν ταῖς ἐφαπτρίσι, καὶ τῷ νώτῳ.

♑ τῶν δὲ κατὰ τὸν ♑ ἀστέρων οἱ μὲν ἐπὶ τῶν κεράτων ὡσαύτως ἐνεργοῦσι τῷ τῆς ♀, καὶ ἠρέμα τῷ τοῦ ἄρεως. οἱ δὲ ἐν τῷ στόματι τῷ τοῦ ♄, καὶ ἠρέμα τῷ τῆς ♀. οἱ δὲ ἐν τοῖς ποσὶ καὶ τῇ κοιλίᾳ ♂ καὶ τῷ τοῦ ☿, οἱ δὲ ἐπὶ τῆς οὐρᾶς τῷ τοῦ ♄, καὶ τῷ τοῦ ♃. τῶν δὲ περὶ

♒ τὸν ♒. οἱ μὲν ἐν τοῖς ὤμοις ὁμοίως διατιθέασι τῷ τοῦ ♄, καὶ τῷ τοῦ ☿ σὺν τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ, καὶ τῷ * χύματι. οἱ δὲ ἐπὶ τῶν μηρῶν, μᾶλλον μὲν τῷ τοῦ ☿ ἧττον δὲ τῷ τοῦ ♄. οἱ δὲ ἐν τῇ ῥύσει τοῦ ὕδατος τῷ τοῦ ♄, καὶ ἠρέμα τῷ τοῦ ♃. τῶν δὲ περὶ τοὺς ἰχθῦς, οἱ μὲν ἐν τῇ κεφαλῇ τοῦ νοτιωτέρου ἰχθύος τὸ αὐτὸ ποιοῦσι τῷ τοῦ ☿, καὶ ἠρέμα τῷ τοῦ ♄. οἱ δὲ ἐν τῷ σώματι τῷ τοῦ διὸς, καὶ τῷ τοῦ ☿. οἱ δὲ ἐπὶ τῆς οὐρᾶς, καὶ ἡ ἐπὶ τοῦ νοτίου λίνου τῷ τοῦ ♄, καὶ ἠρέμα τῷ τοῦ ☿. οἱ δὲ ἐν τῷ σώματι, καὶ τῇ ἀκάνθῃ τοῦ βορείου ἰχθύος, τῷ τοῦ ♃ καὶ ἠρέμα τῷ τῆς ♀. οἱ δὲ ἐν τῷ βορείῳ λίνῳ, τῷ τοῦ ♄, καὶ τῷ τοῦ ♃. ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ συνδέσμου λαμπρὸς τῷ τοῦ ♂ καὶ ἠρέμα τῷ τοῦ ☿. τῶν δὲ ἐν ταῖς βορειοτέραις τοῦ ζῳδιακοῦ μορφώσεσι, οἱ μὲν περὶ τὴν μικρὰν ἄρκτον λαμπροὶ, τὴν ὁμοίαν ἔχουσι ποιότητα τῷ τοῦ ♄, καὶ ἠρέμα τῷ τῆς ♀. οἱ δὲ περὶ τὴν μεγάλην ἄρκτον τῷ τοῦ ♂, ἡ δὲ ὑπὸ τὴν οὐρὰν αὐτῆς τοῦ πλοκάμου συστροφὴ τῇ ☾, καὶ τῷ τῆς ♀. οἱ δὲ ἐν τῷ δράκοντι λαμπροὶ τῷ τοῦ ♄, καὶ τῷ τοῦ ♂ καὶ τῷ τοῦ ♃. οἱ δὲ τοῦ κηφέως τῷ τε τοῦ ♄, καὶ τῷ τοῦ ♃. οἱ δὲ περὶ τὸν βοώτην τῷ τοῦ ☿, καὶ τῷ τοῦ ♃. ὁ δὲ λαμπρὸς, καὶ ὑπόκιρρος τῷ τοῦ ♃, ὁ καὶ ἀρκτοῦρος καλούμενος. ὁ δὲ ἐν τῷ βορείῳ στεφάνῳ τῷ τῆς ♀, καὶ τῷ τοῦ ☿. οἱ δὲ κατὰ τὸν ἐν γόνασι τῷ τοῦ ☿. οἱ δὲ ἐν τῇ λύρᾳ τῷ τῆς ♀, καὶ τῷ τοῦ ☿. καὶ οἱ ἐν τῇ ὄρνιθι δὲ ὡσαύτως. οἱ δὲ κατὰ τὴν κασσιέπειαν τῷ τοῦ ♄, καὶ τῷ τῆς ♀ οἱ δὲ κατὰ τὸν περσέα τῷ τοῦ ♃, καὶ τῷ τοῦ ♄. ἡ δὲ ἐν τῇ λαβῇ τῆς μαχαίρας συστροφὴ τῷ τοῦ ♂, καὶ τῷ τοῦ ἑρμοῦ. οἱ δὲ κατὰ τὸν ἡνίοχον λαμπροὶ τῷ τοῦ ἄρεως, καὶ τῷ τοῦ ☿. οἱ δὲ κατὰ τὸν ὀφιοῦχον τῷ τοῦ ♄, καὶ ἠρέμα τῷ τῆς ἀφροδίτης οἱ δὲ περὶ τὴν ὄφιν αὐτοῦ τῷ τοῦ ♄ καὶ τῷ τοῦ ἄρεως. οἱ δὲ κατὰ τὸν ὀϊστὸν τῷ τοῦ ♂, καὶ ἠρέμα τῷ τῆς ♀. οἱ δὲ περὶ τὸν ἀετὸν τῷ τοῦ ♂, καὶ τῷ τοῦ ♃. οἱ δὲ ἐν τῷ δελφῖνι τῷ τοῦ ♄ καὶ τῷ τοῦ ♂. οἱ δὲ κατὰ τὸν ἵππον λαμπροὶ τῷ τοῦ ♂, καὶ τῷ τοῦ ☿. οἱ δὲ ἐν τῇ ἀνδρομέδῃ τῷ τῆς ♀. οἱ δὲ ἐν τῷ δελτωτῷ τῷ τοῦ ☿.

*ἱματίῳ. X

τῶν

Digitized by Google

τῶν δὲ ἐν τοῖς νοτιωτέροις τοῦ ζωδιακοῦ μορφώμασι ὁ μὲν ἐν τῷ στόματι τοῦ νοτίου ἰχθύος λαμπρὸς, ὁμοίαν ἔχει τὴν ἐνέργειαν τῷ τῆς ♀, καὶ τῷ τοῦ ☿. οἱ δὲ περὶ τὸ κῆτος τῷ τοῦ ♄. οἱ δὲ περὶ τὸν ὠρίωνα, οἱ μὲν ἐπὶ τῶν ὤμων τῷ τοῦ ♂, καὶ τῷ τοῦ ☿. οἱ δὲ λοιποὶ λαμπροὶ τῷ τοῦ ♃, καὶ τῷ τοῦ ♄. οἱ δὲ ἐν τῷ ποταμῷ ὁ μὲν ἔσχατος, καὶ ὁ λαμπρὸς τῷ τοῦ ♃, οἱ δὲ λοιποὶ τῷ τοῦ ♄. οἱ δὲ ἐν τῷ λαγωῷ τῷ τοῦ ☿. οἱ δὲ περὶ τὸν κύνα οἱ μὲν ἄλλοι τῷ τῆς ♀ ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ στόματος λαμπρὸς τῷ τοῦ ♃, καὶ ἠρέμα τῷ τοῦ ♂. οἱ δὲ κατὰ τὸν ὕδρον λαμπροὶ τῷ τοῦ ♄ καὶ τῷ τῆς ♀. οἱ δὲ ἐν τῷ κρατῆρι τῷ τῆς ♀, καὶ ἠρέμα τῷ τοῦ ☿. οἱ δὲ περὶ τὸν κόρακα τῷ τοῦ ♂ καὶ τῷ τοῦ ♄. οἱ δὲ λαμπροὶ οἱ τῆς ἀργοῦς τῷ τοῦ ♄ καὶ τῷ τοῦ ♃. οἱ δὲ περὶ τὸν κένταυρον οἱ μὲν ἐν τῷ ἀνθρωπείῳ σώματι τῷ τῆς ♀ καὶ τῷ τοῦ ☿. οἱ δὲ ἐν τῷ ἵππῳ λαμπροὶ τῷ τῆς ♀ καὶ τῷ τοῦ ♃. οἱ δὲ περὶ τὸ θηρίον λαμπροὶ τῷ τοῦ ♄ καὶ ἠρέμα τῷ τοῦ ἄρεως. οἱ δὲ ἐν τῷ θυμιατηρίῳ τῷ τῆς ♀, καὶ ἠρέμα τῷ τοῦ ♄. οἱ δὲ ἐν τῷ νοτίῳ στεφάνῳ λαμπροὶ τῷ τοῦ ♄ καὶ τῷ τοῦ ☿.

## ¶ De viribus ſtellarum inerrantium.

## CAP. IX.

Superest vt ſtellarum quoque fixarum naturas & proprietates effectuum percurramus. Nunc igitur deinceps ſicut de errantibus fecimus, percenſebimus, & in his peculiariter obſeruatas rationes. Ac primum quidem earum quæ per ſigniferum deſcriptæ ſunt.

♈ In capite Arietis ſtellæ effectus habent commiſtos ex viribus Martis & Saturni. Quæ in ore ſunt idem poſſunt quod ſtella Mercurij, nonnihilque quod Saturni. Quæ in poſteriore pede, Martiæ: in cauda Veneriæ ſunt.

♉ Vbi Tauri ſignum quaſi amputatum cernitur, ibi ſtellæ ſunt naturam ſapientes Veneris & Saturni aliquantulum. At Vergiliæ Lunam Martemque referunt. In capite inter ſuculas vna luce rutila excellens, quæ & facula dicitur, Martia eſt.

♊ Geminorum ſignum in pedibus ſtellas habet, quarum natura ſimilis eſt naturæ Mercurij & nonnihil Veneris. In fæmoribus lucidæ ſtellæ Saturnię ſunt. In capitibus duæ nitent, quarum prior Mercurialis eſt cognomento Apollinis, poſterior Martia, cognomento Herculis.

♋ In Cancri* oculis ſtellæ duę, effectum ſimilem habent ſtellæ Mercurij & aliquantulum Martis. In brachiis ſtellæ Saturniæ ſunt & Mercuriales. Ille vero in pectore quaſi girus nebeloſus præſepis cognomento, Martius & Lunaris eſt, iuxta quem vtrinque poſiti, vt vocantur, Aſini Martij ſunt & Solares.

♌ Duæ ſtellæ in Leonis capite idem poſſunt quod Saturn⁹ & paulatim accedunt ad Martis etiam naturam. In ceruice tres Saturniæ ſunt, & aliquantulum Mercuriales. At illud in corde lucidum ſidus, Regulum vocant, æquale eſt Marti & Ioui. Aliæ in ilio, & vna in cauda ſplendida Saturniæ & Veneriæ. Aliæ in fœmoribus Veneriæ & nonnihil Mercuriales ſunt.

♍ Virgo habet in capite ſtellas & vnam ſupra alam auſtralem idem pollentes quod ſtella Mercurij & referentes nonnihil Martis quoque naturam. Reliquæ i ala & quæ ſunt in cingulo Mercuriales ſunt, & aliquantum Veneriæ. Vna in ala ſeptentrionali, vindemiatoris nomine Saturnia & Mercurialis. At illa quæ ſpica nominatur, Veneria & aliquantum Martia eſt. Aliæ in extremis pedibus & veſtimenti tractu, Mercuriales & nonnihil Martiæ ſunt.

♎ In Chelis quæ ſunt in iugo ſiue chelis Scorpij extremæ ſtellæ effectus habent ſimiles ſtellæ Iouis & Mercurij. Mediæ verò Saturni, & aliquantulum Martis.

♏ In ipſo Scorpio, quæ in fronte ſunt ſplendidæ idem valent quod Mars, paulatimque accedunt ad Saturni quoque naturam. Quæ in corpore numero tres, quarum media reliquis rutila luce præſtat, nomenque habet græcum, quo Marti comparatur, referunt naturam Martis & nonnihil Iouis. Quæ ſunt in *nexibus dorſi Saturniæ, nonnihilque Veneriæ. Quę vero in ipſa cauda, Mercuriales & Martię ſunt. At girus ille nebuloſus, vt dicitur, Martius eſt, & Lunaris.

♐ Ex ſtellis quibus Sagittarij ſignum effingitur, ſunt in cuſpide Sagittæ Martiæ & Lunares. In arcu & vbi illæ manu comprehenditur, Iouiales & Martię. Illæ in ore girus Solaris, & Martius. Aliæ in faſcia & dorſo Iouiales, & aliquantum Mercuriales. Alię in pedibus Iouiales & Saturniæ ſunt. Illa caudæ quatuor laterum figura Veneria, & aliquantulum Saturnia eſt.

♑ Stellæ quæ ſunt in cornibus Capricorni idem efficiunt, quod Veneris ſtella, & ad Martis quoque naturam paulatim accedunt. Quæ in ore, quod Saturn⁹, habentque nonnihil Veneris virium. Quę in pedibus & aluo Martis naturam & Mercurij. Quę in cauda Saturni, & Iouis naturam referunt.

♒ In Aquarij humeris itemque* veſte & manu ſiniſtra ſtellę ſunt effectus ſimilis ſtellarum Saturni & Mercurij. In femoribus, quę cernuntur magis Mercurij, minus Saturnum referunt. Quæ in profuſo latice, Saturni, & aliqua ex parte Saturni naturam habent.

♓ Stellæ in capite Piſcis auſtralis Mercurij vires repreſentant, habentque Saturni quippiam. In huius coepore ſtellæ Mercuriales & Iouiales ſunt. Quæ ſunt in cauda & filo auſtrali cum naturam referant Saturni, accedūt ſenſim tamē & ad Mercurij. Quæ ſunt*in corpore & ſpina Piſcis ſeptētrionalis, Martiæ ſunt, valent tamen & Venerium quiddam.



Digitized by Google

Quæ in filo ſeptentrionali Saturniæ ſunt & Iouiales. Illa in nodo ſplendida Martis naturam, & Mercurij quoque nonnihil habet.. Reliquarum effigierum in regione ſeptentrionis ſunt ſtellę in Vrſa minore lucidæ natura Saturniæ, non tamen nihil Venerem quoque referentes. Stellæ vero Vrſæ maioris Martiæ ſunt. Sub huius cauda quaſi crines, Lunares ſunt & Veneriæ. Draconis* ſplendidæ ſtellæ Saturniæ ſunt & Martiæ atque etiam Iouiales. Stellæ Cephei Saturnię ſunt & Iouiales. Bootæ, Mercuriales & Saturniæ. Rutilus ille fulgor, qui Arcturus nominatur, Martius eſt, & Iouialis. Stellæ coronæ ſeptentrionalis Veneriæ ſunt, & Mercuriales. Quæ in ſigno quod in genua videtur procubuiſſe, Mercuriales. In lyra Veneriæ & Mercuriales. Quibus idē valet alitis quoque ſtellæ. Caſſiopiæ, Saturniæ ſunt & Veneriæ. Perſei, Iouiales & Saturniæ. Girus ille in capulo enſis, Martius & Mercurialis. Aurigæ ſtellæ ſplendidæ Martiæ ſunt, & Mercuriales. Serpentarij, Saturniæ, quæque Veneris aliquid habeāt. Ipſe quidem Serpens Saturnius & Martius eſt. Sagittæ ſtellæ Martem referunt: habent & Veneris quiddam. Aquila Martia eſt, & Iouialis. Delphin, Saturnius & Martius. Stellæ lucidæ equi, vires habent Martis & Mercurij. Andromeda Veneria. Delta Mercuriale eſt. In regione auſtrali, eſt in roſtro piſcis auſtralis ſtella lucida, poteſtate Veneria & Martia. Ceti ſtellæ ſunt Saturniæ. Orion in humeris ſtellas habet Martis & Mercurij naturę. Reliquę ſplendidę Iouiales ſunt & Saturniæ. Extrema ſplendida illa fluminis ſtella Iouem, reliquę Saturnum, referunt. Leporis ſtellę Saturnię & Mercuriales ſunt. Canis* Venerię. Vna in roſtro fulgida, Iouis & aliquantum Martis naturam habet. Hydri lucidæ, Saturnię & Venerię ſunt. Crateris, Veneris vires déque Mercurij aliquid habet. Corui Martiæ & Saturnię ſunt. Argo nauis lucidas ſtellas habet Saturnias & Iouiales. Centauri humana figura ſtellas complectitur Venerias & Mercuriales. Equina habet ſplendidas Venerias & Iouiales. Quæ in fera ſunt ſplendidę Saturnum referunt & nonnihil Martem. Quæ vero in ara Venerem & aliquantulū Saturnum. Corona auſtralis ſtellas habet ſplendidas natura Saturnias & Mercuriales.

## *ANNOT. IN CAP. 9.*

♉ *At vergiliæ. Iam annotauimus pro Marte inueniri Iouem quorum vtrum verius ſit expendendum relinquimus in medio. Sarracenica quidem tranſlatio Martem. Pontanus Iouem legit.*

* *Hoc loco etiam quæ annotauimus ſupra addi, huiuſmodi fuerint. Cæteræ quæ ibi reperiuntur Saturniæ & aliqua ex parte Mercuriales. Cacumina cornuum Martia ſunt.*

♋ *In Cancri oculis. Sarracenica tranſlatio pedibus & alibi ita inuenio, itaque Pontanus fecit, etſi videtur cōſiderandum mihi Ptolemęi tradidiſſe vniuerſum ortum Cancri.*

♒ *Quę ſunt in nexibus dorſi. In græcorum alibi & Pontani ſcriptis ſiunt hæ ſtellæ Saturniæ & Mercuriales, Sarrac. tamen tranſl. Venerem habet.*

♒ *In veſte. Sed ſi χύματι quis verum eſſe putet, interpretatio fuerit, effuſionis, vt intelligātur ſtellę quę ſunt τῆς κάλπης, id eſt, vrnæ, quæ videtur aqua profundi. Hoc legiſſe Tranſl. Sarrac. illud Pontanus videtur.*

*Quæ ſunt in corpore & ſpina. Non Martiæ ſed Iouiales, vt legendum putem facit conſentiens ſcriptura, Græcorum, Pontani, Sarrac. tranſlationis.* X

*Draconis ſplendidæ. Iouiales etiam has eſſe ſtellas neque Pontanus tradit neque tranſlatio Sarrac. docet. Girus ille in capulo enſis. Hunc facit Pontanus Martium tantum.*

*Poſt ſidus canis deeſt procyon, vt annotauimus, illorū hęc fuerit interpretatio. Lucida ſtella in ſidere quod ante canē oritur, Mercurialis & aliqua ex parte Martia eſt.*

*Centauri humanæ figuræ non Venerias & Mercuriales ſtellas, ſed Veneris & Martis Pontanus & Sarrac. tranſl. facit. Itemque Arę Veneris & Mercurij non Saturni.*

## Περὶ τῆς τῶν ὡρῶν δυνάμεως.

Αἱ μὲν οὖν τῶν ἀστρων καθ' ἑαυτὰς δυνάμεις τοιαύτης ἔτυχον ὑπὸ τῶν παλαιοτέρων παρατηρήσεως. καὶ τῶν ὡρῶν δὲ τῶν τοῦ ἔτους. δ. οὐσῶν ἔαρός τε, καὶ θέρους, καὶ μετοπώρου, καὶ χειμῶνος. τὸ μὲν ἔαρ ἔχει τὸ μᾶλλον ἐν τῷ ὑγρῷ τῆς κατὰ τὸ παρωχημένον ψῦχος συστάσεως ἀρχομένης διὰ τὴν θερμασίαν διαχεῖσθαι. Τὸ δὲ θέρος τὸ πλέον ἐν τῷ θερμῷ διὰ τὴν τοῦ ἡλίου πρὸς τὸ κατὰ κορυφὴν ἡμῶν ἐγγύτητα. τὸ δὲ μετόπωρον μᾶλλον τῶν ἄλλων ἐν τῷ ξηρῷ διὰ τὴν κατὰ τὸ παρωχημένον καῦμα τῶν ὑγρῶν ἀνάπαυσιν. ὁ δὲ χειμὼν, τὸ πλέον ἐν τῷ ψυχρῷ, διὰ τὸ τὸν ἥλιον πλεῖστον ἀφίστασθαι τοῦ κατὰ κορυφὴν ἡμῶν τόπου. διόπερ καὶ τοῦ ζωδιακοῦ μηδεμιᾶς οὔσης φύσει ἀρχῆς, ὡς κύκλου τὸ ἀπὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας ἀρχόμενον δωδεκατημόριον τὸ τοῦ κρ. καὶ τῶν ἄλλων ἀρχὴν ὑποτίθενται, καθάπερ ἐμψύχου ζώου τοῦ ζωδιακοῦ τὴν ὑγρῶν τοῦ ἔαρος ὑπερβολὴν προκαταρκτικὴν ποιούμενοι, καὶ ἐφεξῆς τὰς λοιπὰς ὥρας, διὰ τὸ καὶ πάντον ζώων τὰς μὲν πρώτας ἡλικίας τὸ πλέον ἔχειν τῆς ὑγρᾶς οὐσίας παραπλησίως τῷ ἔαρι ἁπαλὰς οὔσας καὶ ἔτι ξυφερὰς, τὰς δὲ δευτέρας τὰς μέχρι τῆς ἀκμαιοτάτης τὸ πλέον ἔχειν ἐν τῷ θερμαίνειν παραπλησίως τῷ θέρει. τὰς δὲ τρίτας καὶ ἤδη ἐν παρακμῇ, καὶ ἀρχῇ φθίσεως, τὸ πλέον ἤδη καὶ αὐτὰς ἔχειν ἐν τῷ ξηρῷ, παραπλησίως τῷ μετοπώρῳ, τὰς δὲ ἐσχάτας καὶ πρὸς τῇ διαλύσει τὸ πλέον, ἔχειν

ἐν τῷ

ἐν τῷ ψυχρῷ, καθάπερ καὶ ὁ χειμών.

## ¶De anni temporibus.

### CAP. X.

Atque hæ ſunt vires ſingularum ſtellarum vt à veteribus obſeruatæ fuere. Exquiri aũt & anni temporum quatuor natura debet, quæ nominamus, Ver, Aeſtatem, Hiemen, Autumnum. Ac Ver quidem humiditatis plurimum habet, cum ſoluto frigore aura calore diffunditur: At Aeſtas calidior eſt, propterea quod tum Sol proximè verticalem nobis punctum fertur. Autumni vero propria ſiccitas eſt, humiditatem tum præterito æſtu reprimente. Hiems aũt tota eſt frigida, ꝙ Sol tum longiſsimè diſtet à verticali nobis loco. Sed cum ſigniferi nullum ſit initium, ex ipſius quidem vt circuli natura, prætulere tamen alijs principiumque fecerunt Arietis locum tribuentes vt in animante ꝑtimas, humido quo Ver excellit, atque ordine reliqua tempora annumerantes. Omnia enim animalia prima in ætate humido abundant, & mollia teneraque ſunt, ſicut illa tẽpeſtas ſentitur. Proxima vero ætas vt æſtas feruet. Tertia, tanquam defloreſcens & propior interitui, arida eſt, autumnoque aſsimilis. Vltima, in qua animantis eſt corruptio, ita vt hiems, prorſus eſt frigida.

### ANNOT. IN CAP. 10.

*De anni temporibus & quatuor angulorum natura.*

*Angulos nunc vocat quatuor plagas cæli, de quibus ratio ducitur quatuor diſcriminum temporalium, quę Græcis ſunt ὧραι. Itẽmque quatuor ad illa ætates accommodantur, in quas nunc generali quadam partitione humanam vitam diuidit, quę vt facilè intelligi poſſent: ita expreſſa ſubiecimus.*




## Περὶ τῆς γωνιῶν δυνάμεως.

Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν τοῦ ὁρίζοντος τόπων καὶ γωνιῶν, ἀφ᾽ ὧν καὶ οἱ καθ᾽ ὅλα μέρη πνέοντες ἄνεμοι τὰς ἀρχὰς ἔχουσι, ὁ μὲν πρὸς τὰς ἀνατολὰς αὐτός τε τὸ πλέον ἔχει ἐν τῷ ξηρῷ, διὰ τὸ κατ᾽ αὐτὸν γινομένου τοῦ ☉ τὰ ἀπὸ τῆς νυκτὸς ὑγρανθέντα τότε πρῶτον ἄρχεσθαι ξηραίνεσθαι. οἱ δ᾽ ἀπ᾽ αὐτοῦ πνέοντες ἄνεμοι, οὓς κοινότερον ἀπηλιώτας καλοῦσιν ἄνικμοί τέ εἰσιν καὶ ξηραντικοί. ὁ δὲ πρὸς μεσημβρίαν τόπος, αὐτός τέ ἐστι θερμότατος διά τε τὸ πυρῶδες τῶν τοῦ ☉ μεσουρανήσεων, καὶ διὰ τὸ ταύτας κατὰ τὴν τῆς ἡμετέρας οἰκουμένης ἔγκλισιν, πρὸς μεσημβρίαν μᾶλλον ἀποκλίνειν, οἵ τε ἀπ᾽ αὐτοῦ πνέοντες ἄνεμοι, οὓς κοινῶς νότους καλοῦμεν, θερμοί τέ εἰσι, καὶ μανωτικοί, ὁ δὲ πρὸς ταῖς δυσμαῖς τόπος, αὐτός τέ ἐστιν ὑγρὸς, διὰ τὸ κατ᾽ αὐτὸν γινομένου τοῦ ἡλίου τὰ ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἀναποθέντα τότε πρῶτον ἄρχεσθαι διυγραίνεσθαι, οἵ τε ἀπ᾽ αὐτοῦ φερόμενοι ἄνεμοι, οὓς κοινότερον ζεφύρους καλοῦμεν, νεαροί τε εἰσὶ καὶ ὑγραντικοί. ὁ δὲ πρὸς ταῖς ἄρκτοις τόπος, αὐτός τέ ἐστι ψυχρότατος, διὰ τὸ κατὰ τὴν τῆς ἡμετέρας οἰκουμένης ἔγκλισιν τὰς τῆς θερμότητος αἰτίας τῶν τοῦ ☉ *μεσουρανήσεων πλέον αὐτοῦ διεστάναι, ὥσπερ τοῦ

*μεσουρανήματα.

Quæ in filo ſeptentrionali Saturniæ ſunt & Iouiales. Illa in nodo ſplendida Martis naturam, & Mercurij quoque nonnihil habet. Reliquarum effigierum in regione ſeptentrionis ſunt ſtellę in Vrſa minore lucidæ natura Saturniæ, non tamen nihil Venerem quoque referentes. Stellæ vero Vrſæ maioris Martiæ ſunt. Sub huius cauda quaſi crines, Lunares ſunt & Veneriæ. Draconis* ſplendidæ ſtellæ Saturniæ ſunt & Martiæ atque etiam Iouiales. Stellæ Cephei Saturnię ſunt & Iouiales. Bootæ, Mercuriales & Saturniæ. Rutilus ille fulgor, qui Arcturus nominatur, Martius eſt, & Iouialis. Stellæ coronæ ſeptentrionalis Veneriæ ſunt, & Mercuriales. Quæ in ſigno quod in genua videtur procubuiſſe, Mercuriales. In lyra Veneriæ & Mercuriales. Quibus idē valet alitis quoque ſtellæ. Caſsiopiæ, Saturniæ ſunt & Veneriæ. Perſei, Iouiales & Saturniæ. Girus ille in capulo enſis, Martius & Mercurialis. Aurigæ ſtellæ ſplendidæ Martiæ ſunt, & Mercuriales. Serpentarij, Saturniæ, quæque Veneris aliquid habeāt. Ipſe quidem Serpens Saturnius & Martius eſt. Sagittæ ſtellæ Martem referunt: habent & Veneris quiddam. Aquila Martia eſt, & Iouialis. Delphin, Saturnius & Martius. Stellæ lucidæ equi, vires habent Martis & Mercurij. Andromeda Veneria. Delta Mercuriale eſt. In regione auſtrali, eſt in roſtro piſcis auſtralis ſtella lucida, poteſtate Veneria & Martia. Ceti ſtellæ ſunt Saturniæ. Orion in humeris ſtellas habet Martis & Mercurij naturę. Reliquę ſplendidę Iouiales ſunt & Saturniæ. Extrema ſplendida illa fluminis ſtella Iouem, reliquę Saturnum, referunt. Leporis ſtellę Saturnię & Mercuriales ſunt. Canis* Venerię. Vna in roſtro fulgida, Iouis & aliquantum Martis naturam habet. Hydri lucidæ, Saturnię & Venerię ſunt. Crateris, Veneris vires dē que Mercurij aliquid habet. Corui Martiæ & Saturnię ſunt. Argo nauis lucidas ſtellas habet Saturnias & Iouiales. Centauri humana figura ſtellas complectitur Venerias & Mercuriales. Equina habet ſplendidas Venerias & Iouiales. Quæ in fera ſunt ſplendidę Saturnum referunt & nonnihil Martem. Quæ vero in ara Venerem & aliquantulū Saturnum. Corona auſtralis ſtellas habet ſplendidas natura Saturnias & Mercuriales.

### ANNOT. IN CAP. 9.

♉ *At vergiliæ. Iam annotauimus pro Marte inueniri Iouem quorum vtrum verius ſit expendendum relinquimus in medio. Sarracenica quidem tranſlatio Martem. Pontanus Iouem legit.*

* *Hoc loco etiam quæ annotauimus ſupra addi, huiuſmodi fuerint. Cæteræ quæ ibi reperiuntur Saturniæ & aliqua ex parte Mercuriales. Cacumina cornuum Martia ſunt.*

♋ *In Cancri oculis. Sarracenica tranſlatio pedibus & alibi ita inuenio, itaque Pontanus fecit, etſi videtur cōſiderandum mihi Ptolemęi tradidiſſe vniuerſum ortum Cancri.*

♒ *Quę ſunt in nexibus dorſi. In græcorum alibi & Pontani ſcriptis ſiunt hæ ſtellæ Saturniæ & Mercuriales, Sarrac. tamen tranſl. Venerem habet.*

♒ *In veſte. Sed ſi χύματι quis verum eſſe putet, interpretatio fuerit, effuſionis, vt intelligatur ſtellę quę ſunt τῆς κάλπης, id eſt, vrnæ, quæ videtur aqua profundi. Hoc legiſſe Tranſl. Sarrac. illud Pontanus videtur.*

*Quæ ſunt in corpore & ſpina. Non Martiæ ſed Iouiales, vt legendum putem facit conſentiens ſcriptura, Græcorum, Pontani, Sarrac. tranſlationis.* x

*Draconis ſplendidæ. Iouiales etiam has eſſe ſtellas neque Pontanus tradit neque tranſlatio Sarrac. docet. Girus ille in capulo enſis. Hunc facit Pontanus Martium tantum.*

*Poſt ſidus canis deeſt procyon, vt annotauimus, illorū hęc fuerit interpretatio. Lucida ſtella in ſidere quod antē canē oritur, Mercurialis & aliqua ex parte Martia eſt.*

*Centauri humanæ figuræ non Venerias & Mercuriales ſtellas, ſed Veneris & Martis Pontanus & Sarrac. tranſl. facit. Itemque Arę Veneris & Mercurij non Saturni.*

### Περὶ τῆς τῶν ὡρῶν δυνάμεως.

Αἱ μὲν οὖν τῶν ἀστέρων καθ' ἑαυτὰς δυνάμεις τοιαύτης ἔτυχον ὑπὸ τῶν παλαιοτέρων παρατηρήσεως. καὶ τῶν ὡρῶν δὲ τῶν τοῦ ἔτους. δ. οὐσῶν ἔαρός τε, καὶ θέρους, καὶ μετοπώρου, καὶ χειμῶνος. τὸ μὲν ἔαρ ἔχει τὸ μᾶλλον ἐν τῷ ὑγρῷ τῆς κατὰ τὸ. παρῳχημένον ψύχος συστάσεως ἀρχομένης διὰ τὴν θερμασίαν διαχεῖσθαι. Τὸ δὲ θέρος τὸ πλέον ἐν τῷ θερμῷ διὰ τὴν τοῦ ἡλίου πρὸς τὸ κατὰ κορυφὴν ἡμῶν ἐγγύτητα. τὸ δὲ μετόπωρον μᾶλλον τῶν ἄλλων ἐν τῷ ξηρῷ διὰ τὴν κατὰ τὸ παρῳχημένον καῦμα τῶν ὑγρῶν ἀνάπαυσιν. ὁ δὲ χειμὼν, τὸ πλέον ἐν τῷ ψυχρῷ, διὰ τὸ τὸν ἥλιον πλεῖστον ἀφίστασθαι τοῦ κατὰ κορυφὴν ἡμῶν τόπου. διόπερ καὶ τοῦ ζωδιακοῦ μηδεμιᾶς οὔσης φύσει ἀρχῆς, ὡς κύκλου τὸ ἀπὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας ἀρχόμενον δωδεκατημόριον τὸ τοῦ. κρ. καὶ τῶν ἄλλων ἀρχὴν ὑποτίθενται, καθάπερ ἐμψύχου ζώου τοῦ ζωδιακοῦ τὴν ὑγρῶν τοῦ ἔαρος ὑπερβολὴν προκαταρκτικὴν ποιούμενοι, καὶ ἐφεξῆς τὰς λοιπὰς ὥρας, διὰ τὸ καὶ πάντον ζώων τὰς μὲν πρώτας ἡλικίας τὸ πλέον ἔχειν τῆς ὑγρᾶς οὐσίας παραπλησίως τῷ ἔαρι ἁπαλὰς οὔσας καὶ ἔτι τρυφερὰς, τὰς δὲ δευτέρας τὰς μέχρι τῆς ἀκμαιοτάτης τὸ πλέον ἔχειν ἐν τῷ θερμαίνειν παραπλησίως τῷ θέρει. τὰς δὲ τρίτας καὶ ἤδη ἐν παρακμῇ, καὶ ἀρχῇ φθίσεως, τὸ πλέων ἤδη καὶ αὐτὰς ἔχειν ἐν τῷ ξηρῷ, παραπλησίως τῷ μετοπώρῳ, τὰς δὲ ἐσχάτας καὶ πρὸς τῇ διαλύσει τὸ πλέον, ἔχειν

ἐν τῷ

Digitized by Google

ἐν τῷ ψυχρῷ, καθάπερ καὶ ὁ χειμών.

## ¶De anni temporibus.

### CAP. X.

Atque hæ ſunt vires ſingularum ſtellarum vt à veteribus obſeruatæ fuere. Exquiri aũt & anni temporum quatuor natura debet, quæ nominamus, Ver, Aeſtatem, Hiemen, Autumnum. Ac Ver quidem humiditatis plurimum habet, cum ſoluto frigore aura calore diffunditur: At Aeſtas calidior eſt, propterea quod tum Sol proximè verticalem nobis punctum fertur. Autumni vero propria ſiccitas eſt, humiditatem tum præterito æſtu reprimente. Hiems aũt tota eſt frigida, quod Sol tum longiſsimè diſtet à verticali nobis loco. Sed cum ſigniferi nullum ſit initium, ex ipſius quidem vt circuli natura, prætulere tamen alijs principiumque fecerunt Arietis locum tribuentes vt in animante ptimas, humido quo Ver excellit, atque ordine reliqua tempora annumerantes. Omnia enim animalia prima in ætate humido abundant, & mollia teneraque ſunt, ſicut illa tẽpeſtas ſentitur. Proxima vero ætas vt æſtas feruet. Tertia, tanquam defloreſcens & propior interitui, arida eſt, autumnoque aſsimilis. Vltima, in qua animantis eſt corruptio, ita vt hiems, prorſus eſt frigida.

### ANNOT. IN CAP. 10.

*De anni temporibus & quatuor angulorum natura.*

*Angulos nunc vocat quatuor plagas cæli, de quibus ratio ducitur quatuor diſcriminum temporalium, quę Græcis ſunt ὧραι. Itémque quatuor ad illa ætates accommodantur, in quas nunc generali quadam partitione humanam vitam diuidit, quę vt facilè intelligi poſſent: ita expreſſa ſubiecimus.*




### Περὶ δ΄ γωνιῶν δυνάμεως.

Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν δ΄. τοῦ ὁρίζοντος τόπων καὶ γωνιῶν, ἀφ᾽ ὧν καὶ οἱ καθ᾽ ὅλου μέρη πνέοντες ἄνεμοι τὰς ἀρχὰς ἔχουσι, ὁ μὲν πρὸς τὰς ἀνατολὰς αὐτός τε δὴ πλέον ἔχει ἐν τῷ ξηρῷ, διὰ τὸ κατ᾽ αὐτὸν γινομένου τοῦ ☉ τὰ ἀπὸ τῆς νυκτὸς ὑγρανθέντα τότε πρῶτον ἄρχεσθαι ξηραίνεσθαι. οἱ δ᾽ ἀπ᾽ αὐτοῦ πνέοντες ἄνεμοι, οὓς κοινότερον ἀπηλιώτας καλοῦσιν ἄνικμοί τέ εἰσιν καὶ ξηραντικοί. ὁ δὲ πρὸς μεσημβρίαν τόπος, αὐτός τέ ἐστι θερμότατος διά τε δὴ πυρῶδες τῶν τοῦ ☉ μεσουρανήσεων, καὶ διὰ τὸ ταύτας κατὰ τὴν τῆς ἡμετέρας οἰκουμένης ἔγκλισιν, πρὸς μεσημβρίαν μᾶλλον ἀποκλίνειν, οἵ τε ἀπ᾽ αὐτοῦ πνέοντες ἄνεμοι, οὓς κοινῶς νότους καλοῦμεν, θερμοί τέ εἰσι, καὶ μανωτικοί, ὁ δὲ πρὸς ταῖς δυσμαῖς τόπος, αὐτός τέ ἐστιν ὑγρὸς, διὰ τὸ κατ᾽ αὐτὸν γινομένου τοῦ ἡλίου τὰ ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἀναποθέντα τότε πρῶτον ἄρχεσθαι διυγραίνεσθαι, οἵ τε ἀπ᾽ αὐτοῦ φερόμενοι ἄνεμοι, οὓς κοινότερον ζεφύρους καλοῦμεν, νεαροί τε εἰσὶ καὶ ὑγραντικοί. ὁ δὲ πρὸς ταῖς ἄρκτοις τόπος, αὐτός τέ ἐστι ψυχρότατος, διὰ τὸ κατὰ τὴν τῆς ἡμετέρας οἰκουμένης ἔγκλισιν τὰς τῆς θερμότητος αἰτίας τῶν τοῦ ☉ *μεσουρανήσεων πλέον αὐτοῦ διεστάναι, ὥσπερ τοῦ

*μεσουρανοῦντα.

☉ ἀντιμεσουρανοῦντος, οἵ τε ἀπ' αὐτοῦ πνέοντες ἄνεμοι, οἱ καλούμενοι κοινῶς βορέαι, ψυχροί τε εἰσι, καὶ πυκνωτικοί. χρησίμη δὲ ἡ τούτων διάληψις, πρὸς τὸ τὰς συγκράσεις πάντα τρόπον ἑκάστοτε διακρίνειν. εὐκατανόητον γάρ, ὅτι καὶ παρὰ τὰς τοιαύτας καταστάσεις, ἤτοι τῶν ὡρῶν, ἢ τῶν ἡλικιῶν ἢ τῶν γωνιῶν τρέπεταί πως τὸ ποιητικὸν τῆς τῶν ἀστέρων δυνάμεως, καὶ ἐν μὲν ταῖς οἰκείαις καταστάσεσιν ἀκρατοτέραν ἔχουσι τὴν ποιότητα, καὶ τὴν ἐνέργειαν ἰσχυροτέραν, οἷον ἐν ταῖς θερμαῖς οἱ θερμαντικοὶ τὴν φύσιν καὶ ἐν ταῖς ὑγραῖς, οἱ ὑγραντικοί. ἐν δὲ ταῖς ἐναντίαις κεκραμένην καὶ ἀσθενεστέραν. ὡς ἐν ταῖς ψυχραῖς οἱ θερμαντικοὶ καὶ ἐν ταῖς ξηραῖς οἱ ὑγραντικοί, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις δὲ ὡσαύτως κατὰ τὸ ἀνάλογον, καὶ τῇ διὰ τῆς μίξεως συγκιρναμένῃ ποιότητι.

## De fortitudinibus quatuor angulorum & quatuor horizontis partium.

## CAP. XI.

AD hoc exemplum quatuor anguli horizontis, ex quibus naſcuntur totas illas partes occupantes venti, etiam diſtribuuntur. Orientalis enim ariditatis plurimum habet, quod cũ ibi Sol eſt, tum per noctem excitata humiditas deſiccari incipiat. Hinc igitur venti ſpirant aridi, & deſiccantes auras, qui ferè Subſolani vocantur. At plaga meridionalis & calidiſsima ipſa eſt, propter flammationes Solis in cæli medio, quod vt noſtrarum terrarum ſitus eſt ad meridiem maximè declinat. Huius venti nominantur communiter Noti, ſuntque calidi & rarifici. Cæterum locus occiduus, quòd ad illum cum Sol peruenit, tum primum humiditas per diem exhauſta diffundi incipiat, & humectus ipſe eſt, & qui inde exeunt venti, quos nominãt Fauonios, teneri ſunt & madidi. Verum Septentrio totus frigidus eſt, propterea quòd pro ſitu noſtræ terræ longiſsimè abſit à calore curſus Solis per cæli medium, quique inde ſpirant venti communi appellatione dicti Aquilones frigidi ſunt, & congelatores. Vtilis eſt harum rerum notitia ad iudicia ſingularum commiſtionum. Patet enim, quòd de talibus conſtitutionibus horarum, ætatum, angulorũ, ipſa etiam ſtellarum efficientia variet, quæ certè vt ſimplicior, ita & validior eſt peculiaribus aptiſq; in locis, vt in calidis calidificæ, & in humidis humidificæ. In alienis vero admiſtione diuerſitatis debilitatur, vt in frigidis calidificæ, & aridis humidificæ, atque ita aliæ in aliis pro ratione & conſequentia commiſtionis.

## Περὶ τροπικῶν, καὶ ἰσημερινῶν, καὶ δισώμων ζωδίων.

ΤΟύτων δὲ οὕτω προεκτεθέντων, ἀκόλουθον ἂν εἴη, συνάψαι καὶ τὰς αὐτῶν τῶν τοῦ ζωδιακοῦ δωδεκατημορίων τὰς παραδεδομένας φυσικὰς ἰδιοτροπίας. αἱ μὲν γὰρ ὁλοσχερέστεραι καθ' ἕκαστον αὐτῶν κράσεις ἀναλόγως ἔχουσι ταῖς κατ' αὐτὰ γινομέναις ὥραις. συνίστανται δέ τινες αὐτῶν ἰδιότητες, ἀπό τε τῆς πρὸς τὸν ☉ καὶ τὴν ☾ καὶ τοὺς ἀστέρας οἰκειώσεως, ὡς ἐν τοῖς ἐφεξῆς διελευσόμεθα, προτάξαντες τὰς κατὰ τὸ ἀμιγὲς αὐτῶν μόνων τῶν δωδεκατημορίων καθ' αὑτά τε καὶ πρὸς ἄλληλα θεωρουμένας δυνάμεις πρῶται μὲν τοίνυν εἰσὶ διαφοραὶ τῶν καλουμένων καὶ ἰσημερινῶν, καὶ στερεῶν, καὶ δισώμων, δύο μὲν γάρ ἐστι τροπικά, τό, τε πρῶτον ἀπὸ τῆς θερινῆς τροπῆς λʹ μοιρον τὸ τοῦ ♋. καὶ τὸ πρῶτον ἀπὸ τῆς χειμερινῆς τροπῆς τὸ κατὰ τὸν ♑. ταῦτα δὲ ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος εἴληφε τὴν ὀνομασίαν. τρέπεται γὰρ ἐν ταῖς ἀρχαῖς αὐτῶν γινόμενος ὁ ☉ ἐπιστρέφων περὶ τὰ ἐναντία τὴν κατὰ πλάτος πάροδον, καὶ κατὰ μὲν τὸν ♋ θέρος ποιῶν, κατὰ δὲ ♑ χειμῶνα. δύο δὲ καλεῖται ἰσημερινά, τό τε ἀπὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας πρῶτον δωδεκατημόριον, τὸ τοῦ ♈, καὶ ἀπὸ τῆς μετοπωρινῆς δὲ τῶν ♎ ὠνόμασται δὲ καὶ ταῦτα πάλιν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος, ἐπειδὴ κατὰ τὰς ἀρχὰς αὐτῶν γινόμενος ὁ ☉ ἴσας ποιεῖ πανταχῇ τὰς νύκτας ταῖς ἡμέραις. τῶν δὲ λοιπῶν ὀκτὼ δωδεκατημορίων, τέσσαρα μὲν καλεῖται στερεά, τέσσαρα δὲ δίσωμα, καὶ στερεὰ μέν εἰσι, τὰ ἑπόμενα τοῖς τροπικοῖς, καὶ τοῖς ἰσημερινοῖς τὸ ♌. ♏. ♒. ἐπειδὴ τῶν ἐν ἐκείνοις ἀρχομένων ὡρῶν, αἵ τε ὑγρότητες καὶ θερμότητες καὶ ξηρότητες, καὶ ψυχρότητες ἐν τούτοις γινομένου τοῦ ☉, καὶ ἐπιτεταμέναι μᾶλλον καὶ στερεώτερον ἡμῶν καθικνοῦνται, οὐ τῶν καταστημάτων φύσει γινομένων τότε ἀκρατοτέρων, ἀλλ' ἡμῶν ἐγκεχρονικότων αὐτοῖς ἤδη, καὶ διὰ τοῦτο τῆς ἰσχύος αὐτῶν εὐαισθητότερον ἀντιλαμβανομένων. δίσωμα δέ ἐστι, τὰ τοῖς στερεοῖς ἑπόμενα ♊. ♍. ♐. ♓. διὰ δὲ μεταξὺ εἶναι τῶν στερεῶν, καὶ τῶν τροπικῶν καὶ ἰσημερινῶν, καὶ ὥσπερ κεκοινωνηκέναι κατὰ τὰ τέλη καὶ τὰς ἀρχὰς, τῆς τῶν

δύω κα

δύω καὶ τῶν σημείων φυσικῆς ἰδιοτροπίας.

## ¶ De ſignis tropicis, æquinoctialibus, & bicorporibus.

### CAP. XII.

HIs expoſitis, annectere pergamus ipſorum etiam duodecim locorum traditas naturales proprietates. Ac ipſorum quidem generales conſtitutiones, rationem eandẽ habent cum ſuis temporibus. Colliguntur tamen quædam ipſorum proprietates à familiaritate Solis Lunæ & reliquarum ſtellarum, ſicut poſtea dicetur, vbi prius vires duodecim locorum ſimplices, & quas per ſe & quas erga ſeſe inuicem habeant, explicauerimus. Primum diſcrimẽ ſolet fieri ſignorum, vt alia dicantur eſſe Tropica, alia æquinoctialia, Itemque firma & bicorpora. Tropica* ſunt duo. Primum à ſolſtitio æſtiuo, hoc eſt partes triginta Cancri. Alterum à ſolſtitio hiberno, id eſt partes Capricorni triginta. Atque his nomen à re inditum eſt. Quoniam Sol, vbi hoc primum eſt ingreſſus, mox retro conuertitur, abitque diuerſam latitudinis viam, in Cancro quidem æſtatis, in Capricorno vero hiemis autor. Sunt & æquinoctialia duo, vnum quod eſt æquinoctij verni Aries. Alterũ quod autumnalis Libra. quibus & ipſis à re nomẽ eſt impoſitum. Cum enim primum ad ea Sol peruenerit, per totum orbẽ terrarum exæquantur diebus noctes. Ex reliquis octo ſignorum locis, quatuor firma vocantur: quatuor bicorpora. Firma* quidem quæ tropica & æquinoctialia ſequuntur Taurus, Leo, Scorpius, Aquarius, quòd per illorum peculiaria tempora vbi ad hæc Sol acceſſit, multo vehementius ſentiamus humores, calores, ſiccitatem, & frigus: non quòd tum aëris ſtatus ſimplicior ſit natura ſua: ſed quia nos aliquàtulum in illis temporibus verſati, ipſa mora vires eorum magis experimur. Bicorpora * ſunt quæ poſt firma numerantur Gemini, Virgo, Sagittarius, Piſces. Inter enim firma, tropicaque, & æquinoctialia poſita, & initio & fine communes naturas cum illis habent, quæ & antecedunt, & ſequuntur.

### ANNOT. IN CAP. 12.

*Tropica ſunt duo Solſtitium in lingua Latina* τροπὴν θερινὴν *ſignificat. Bruma* τὴν χειμερινὴν. *Sed nos ad vulgarem modum fecimus. Solſticium æſtiuum ac hibernũ. Latitudinem autem Solis declinationem ab æquinoctiali hoc loco accipiemus, cum de ecliptica non recedat. In primo enim puncto Cancri longiß. abeſt ab æquinoctiali in ſeptentrionali plaga, in Capricorni primo puncto in auſtrali.*

*Firma quidem.* στερεὰ *ſolida, firma vel ſanè, vt vulgo vocant fixa.*

*Bicorpora nunc communia dicuntur.*

## Περὶ ἀρσενικῶν καὶ θηλυκῶν ζωδίων.

ΠΑ'λιν δὲ ὡσαύτως ἓξ μὲν τῶν δωδεκατημορίων, ἀπένειμαν τῇ ἀρρενικῇ φύσει καὶ ἡμερινῇ, τὰ δὲ ἴσα τῇ θηλυκῇ καὶ νυκτερινῇ, καὶ ἡ μὲν τάξις αὐτῆς ἐδόθη παρὲν, διὰ τὸ συνεζεῦχθαι, καὶ ἐγγὺς ἀεὶ τυγχάνειν, τήν τε ἡμέραν τῇ νυκτὶ, καὶ τὸ θῆλυ τῷ ἄρρενι. τῆς δὲ ἀρχῆς ἀπὸ τοῦ ♈. διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας λαμβανομένης, ὡσαύτως δὲ καὶ τοῦ ἄρρενος ἄρχοντος καὶ πρωτεύοντος, ἐπειδὴ καὶ τὸ ποιητικὸν ἀεὶ τοῦ παθητικοῦ πρῶτον ἐστὶ δυνάμει, τὸ μὲν τοῦ ♈ δωδεκατημόριον, καὶ ἔτι τὸ τῶν χηλῶν ἀρρενικὰ ἔδοξε καὶ ἡμερινά. καὶ ἅμα ἐπειδήπερ ὁ ἰσημερινὸς κύκλος δι' αὐτῶν γραφόμενος τὴν πρώτην καὶ ἰσχυροτάτην τῶν ὅλων φορὰν ἀποτελεῖ. τὰ δὲ ἐφεξῆς αὐτῶν ἀκόλουθα τῇ παρὲν ὡς ἔφαμεν τάξει. χρῶνται δέ τινες τῇ τάξει τῶν ἀρρενικῶν, καὶ ἀπὸ τοῦ ἀνατέλλοντος δωδεκατημορίου, ὃ δὴ καλοῦσιν ὡροσκόπον, τὴν ἀρχὴν ποιούμενοι. ὥσπερ γὰρ τὴν τῶν τροπικῶν ἀρχὴν, ἀπὸ τοῦ σεληνιακοῦ κύκλου λαμβάνουσιν ἔνιοι, διὰ τὸ ταύτην τάχιον τῶν ἄλλων τρέπεσθαι, οὕτω καὶ τῶν ἀρρενικῶν ἀπὸ τοῦ ὡροσκοποῦντος διὰ τὸν ἀπηλιώτην. καὶ οἱ μὲν ὁμοίως παρὲν πάλιν τῇ τάξει χρώμενοι, οἱ δὲ καθ' ὅλα τεταρτημόρια διαιροῦντες, καὶ ἑῷα μὲν καὶ ἀρρενικὰ τό, τε ἀπὸ τοῦ ὡροσκόπου μέχρι τοῦ μεσουρανοῦντος, καὶ τὸ κατὰ ἀντίθεσιν ἀπὸ τοῦ δύνοντος μέχρι τοῦ ἀντιμεσουρανοῦντος. ἑσπέρια δὲ καὶ θηλυκὰ τὰ λοιπὰ δύο τεταρτημόρια. καὶ ἄλλας δέ τινας τοῖς δωδεκατημορίοις προσηγορίας ἐφήρμοσαν ἀπὸ τῶν περὶ αὐτὰ μορφώσεων. λέγω δὲ οἷον τετράποδα καὶ χερσαῖα, καὶ ἡγεμονικὰ καὶ πολύσπορα, καὶ τὰ τοιαῦτα καλέσαντες, ὡς αὐτόθεν τὴν αἰτίαν ἐμφανιστικὸν ἐχούσας, περισσὸν ἡγούμεθα καταριθμεῖν, τῆς ἐκ τῶν τοιούτων διατυπώσεων ποιότητος, ἐν αἷς ἂν τῶν προτελέσεων χρησίμη φαίνεται δύναμις προεκτεθείσης.

## De ſignis maſculinis & fœmininis.

### CAP. XIII.

PRæterea ſex loca ſignorum maſculino ſexui, & diurnæ conditioni attribuere, totidemque fœminino & nocturnæ. Ordinis autem huius ratio conſequentia, & ſe

rie ipſa conſtat, ita vt vicinitas coniunctioque eſt diei, & noctis, maris & fœminæ: cumque initium Arieti tribuatur, ꝑpter cauſſas à nobis expoſitas, & mares principes, dominique ſint naturaliter, ſemper enim quod agit potentia prius eſt eo in quod agitur. Arietis quidem locus atque item Libræ maſculina ſigna eſſe accepimus & diurna. Vel ob hanc etiam cauſſam, quòd per hæc circulus æquinoctij deſcribitur, qui primæ & maximæ rerum omnium agitationis autor eſt. Ab his igitur ſerie ſingillatim ſeruata conſequẽter ordinis ratio ducitur, id eſt vt maſculinis & diurnis cõtinuè fœminina nocturnaq; ſubijciatur. Nõnulli tamẽ maſculina ſigna ab oriẽtali loco, qui horoſcopus dicitur, ordientes diſpoſuerunt. Sicut enim aliqui tropicorum locorũ initia à Lunari* circulo ducunt, quòd celerrimæ Lunę conuerſiones ſint, ita & illi principiũ tribuere maſculinis locis orientem propter ſubſolanum. Horum etiam alij ſeriem conſequentiamque ſingillatim, vt diximus, ſecuti ſunt. Alij totius circuli in quadrantes diuiſionem. Loca quidem ab horoſcopo vſque ad medium cęli hisque oppoſita, ab occidua plaga vſque ad imum cęli matutina & maſculina nominantes, veſpertina vero & fœminina, quæ ſunt in reliquis binis quadrantibus. Sunt & aliæ appellationes locis factæ, de formis ſignorum, vt aut quadrupedia dicerentur, aut terreſtria, aut ducalia, aut fœcunda, aut aliquid huiuſmodi. Quorum omnium cum ex ipſis figuris cauſſæ manifeſtæ ſint, nos illa verboſè perſequi, ſuperuacancũ duximus. Cum quidem expoſitæ à nobis ſint huiuſmodi imaginum naturæ, quatenus in iudiciis vtiliter vires illorum conſiderari deberent.

### ANNOT. IN CAP. 13.

*Lunari circulo. Video hæc non ſolum à Sarracenis ſed etiam Latinis quibuſdam ita exponi, quaſi referenda ſint ad thema, vt exempli cauſſa, geneſeos. Volunt enim haberi pro ſigno tropico, quod mobile nunc vocãt, illud in quo Luna reperta fuerit, atque inde numerari communia ac fixa. Sed mihi videtur generalius eſſe hoc accipiendum. Nam cum totum circulum zodiaci veteres, vt paulò poſt dicetur, in duos ſemicirculos diſtinxerint, & vnum ſolarem à Leone ad Capricornum, alterũ Lunarẽ ab Aquario ad Cãcrũ eſſe voluerint. Cùm que ſint duo ſigna tropica in parte Lunaris circuli tropicorum feciſſe initium quoſdam docet, vt eos, qui Capricornum principem eſſe in circulo voluere, qui eſt tropicus. Quod nos tamen vt expendendum proponimus.*

### Περὶ τῶν συσχηματιζομένων δωδεκατημορίων.

Οἰκειοῦται δὲ ἀλλήλοις τῶν μερῶν τοῦ ζωδιακοῦ πρῶτα τὰ συσχηματιζόμενα. ταῦτα δ' ἐστὶν, ὅσα κατὰ διάμετρον ἔχει στάσιν περιέχοντα δύο ὀρθὰς γωνίας, καὶ ἓξ τῶν δωδεκατημορίων, καὶ μοίρας ρπ. καὶ ὅσα τρίγωνον ἔχει στάσιν περιέχοντα μίαν ὀρθὴν γωνίαν καὶ τρίτον, καὶ δ'. δωδεκατημόρια, καὶ μοίρας ρκ. καὶ ὅσα τετραγωνίζειν λέγεται, περιέχοντα μίαν ὀρθὴν, καὶ γ'. δωδεκατημόρια καὶ μοίρας ἐννενήκοντα. καὶ ἔτι ὅσα ἑξάγωνον ποιεῖται στάσιν περιέχοντα δίμοιρον μιᾶς ὀρθῆς καὶ β'. δωδεκατημόρια καὶ μοίρας ξ'. δι' ἣν δὲ αἰτίαν αὗται μόναι τῶν διαστάσεων παρελήφθησαν, ἐκ τούτων ἂν μάθοιμεν. τῆς μὲν γὰρ κατὰ διάμετρον αὐτόθεν ἐστὶν ὁ λόγος φανερὸς, ἐπειδήπερ ἐπὶ μιᾶς εὐθείας ποιεῖται τὰς συναντήσεις. λαμβανομένων δὲ τῶν δύο μεγίστων καὶ διὰ συμφωνίας μορίων τὲ καὶ ἐπιμορίων, μορίων μὲν πρὸς τὴν τῶν β'. ὀρθῶν διάμετρον τοῦ τε ἡμίσεος καὶ τοῦ τρίτου, τὸ μὲν εἰς δύο τὴν τοῦ τετραγώνου πεποίηκε, τὸ δὲ εἰς τρία τὴν τοῦ ἑξαγώνου, καὶ τὴν τοῦ τετραγώνου. ἐπιμορίων δὲ, πρὸς τὸ τῆς μιᾶς ὀρθῆς τετράγωνον, μεταξὺ λαμβανομένου τοῦ τε ἡμιολίου καὶ τοῦ ἐπιτρίτου, τὸ μὲν ἡμιόλιον ἐποίησε τὴν τοῦ τετραγώνου, πρὸς τὴν τοῦ ἑξαγώνου. τὸ δὲ ἐπίτριτον τὴν τοῦ ▽ πρὸς τὴν τοῦ □. τούτων μέντοι τῶν σχηματισμῶν, οἱ μὲν τρίγωνοι καὶ ἑξάγωνοι, σύμφωνοι καλοῦνται διὰ τὸ ἐξ ὁμογενῶν συγκεῖσθαι δωδεκατημορίων, ἤτοι ἐκ πάντων θηλυκῶν ἢ ἀρσενικῶν. ἀσύμφωνοι δὲ οἱ τετράγωνοι καὶ οἱ κατὰ διάμετρον, διότι κατ' ἀντίθεσιν τῶν ὁμογενῶν τὴν σύστασιν λαμβάνουσι.

### ¶ De configuratione duodecim locorum.

### CAP. XIIII.

Familiaritas autẽ intercedit locis zodiaci ſecum, primum ijs quæ cum alijs aliquam figurarum deſcribũt, quæ ſunt Dimetiens, id eſt Anguli bini recti. Signa autem ſex, partes Centum octuaginta. Triquetra hoc eſt, angulus rectus vnus, atque inſuper triens illius. Signa vero quatuor, partes Centumviginti quadrata, hoc eſt vnus rectus angulus, tria ſigna, partes Nonaginta. Sexangula, id eſt illæ reliquæ duæ partes anguli recti, ſigna duo, partes Sexaginta. Cur autem hæc tantummodo diſcrimina recepta fuerint, hinc cognitu facile erit. Atque ipſius quidem diametri ratio per ſe patet, nam oppoſitio eſt in vna linea recta. Cæterum ſi maximas duas portiones conuenientes, atque item ſupra portiones accipiamus, Nempè rectangulorum duũm ex diametro dimidium, & trientem, quæ portiones ſunt, fit vt dimidiatio tetragonum conſtituat, Triens vero ſexangulum. Supraportionum autem ſi conſtituatur à rectangulo quadrato hemiolion, hoc eſt ſeſquiplum, & epitriton



Digitized by Google

triton, hoc eſt ſeſquitertium, illud diſcernit quadratam à Sexangula, hoc triquetram figuram à quadrata, quarum quidem figurarum triquetra & ſexangula conuenientes putantur, quia conſimilia loca ſignorum complectuntur, hoc eſt omnia aut maſculina aut fœminina. Inconuenientes vero figuræ habentur quadrata & dimetiens, quòd illæ per diſſimilia loca conſtituantur.

### ANNOT. IN CAP. 14.

¶De configurationibus duodecim locorum.

*Duodecim in loca, id eſt, quaſi vncias diuiditur as circuli ſigniferi, quæ ſunt Græcis* δωδεκατημόρια. *Cum autem ſub hoc circulo Sol, Luna, & quinque errantes ſtellæ ſuum iter gradiantur, aſpectus ipſarum inter ſe de his configurationibus animaduerti ſolent. Græcis ſunt* συσχηματισμοί.

*Portiones conuenientes,* διὰ συμφωνίας. *Nam referri ſolent ad Harmoniacam hæc rationem, vt ſit dimetientis ad quadrangulam figuram dupla ratio, quæ eſt* διὰ πασῶν. *In quadrata & ſexangula ſeſquitertia, quæ eſt* διὰ τεσσάρων. *In triquetra & quadrangula ſeſquipla ſeu ſeſquialtera, quę eſt* διὰ πέντε.

### Περὶ προσταττόντων καὶ ἀκουόντων.

Ὡσαύτως δὲ προστάσσοντα καὶ ἀκούοντα λέγονται τμήματα τὰ κατ' ἴσον διάστασιν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἢ καὶ ὁποτέρου τῶν ἰσημερινῶν σημείων σχηματιζόμενα, διὰ τὸ ἐν τοῖς ἴσοις χρόνοις ἀναφέρεσθαι, καὶ ἐπὶ ἴσων παραλλήλων. τούτων δὲ τὰ μὲν ἐν τῷ θερινῷ ἡμικυκλίῳ, προστάσσοντα καλεῖται, τὰ δὲ ἐν τῷ χειμερινῷ ὑπακούοντα. διὰ τὸ κατ' ἐκεῖνο μὲν γινόμενον τὸν ☉ μείζονα ποιεῖν τῆς νυκτὸς τὴν ἡμέραν, κατὰ τοῦτο δὲ ἐλάττω.

### ¶De imperantibus & obedientibus ſignis.

### CAP. XV.

Dicuntur etiam imperantia & obedientia loca, quæ æquali ſpacio diſtant ſeu ab vno, ſiue ab vtroque punctorum æquinoctialium, eò quòd æquali ſpacio temporis perorientur, eoſdemque deſcribant parallelos. Cæterum quæ in æſtiua ſphæræ parte ſunt imperantia, quæ in hiberna obedientia nominantur, quia Sol illic dies, hic vero noctes incipit producere.

### Περὶ βλεπόντων καὶ ἰσοδυναμούντων.

Πάλιν δὲ ἰσοδυναμεῖν φασὶν ἀλλήλοις μέρη τὰ τοῦ αὐτοῦ καὶ ὁποτέρου τῶν τροπικῶν σημείων τὸ ἴσον ἀφεστῶτα. διὰ τὸ κατ' ἑκάτερον αὐτῶν τοῦ ☉ γινομένου, τάς τε ἡμέρας ταῖς ἡμέραις, καὶ τὰς νύκτας ταῖς νυξὶ, καὶ τὰ διαστήματα τῶν οἰκείων ὡρῶν ἰσοχρόνια ἀποτελεῖσθαι. ταῦτα δὲ καὶ βλέπειν ἄλληλα λέγεται, διά τε τὰ προειρημένα, καὶ ἐπειδήπερ ἑκάτερον αὐτῶν, ἔκ τε τῶν αὐτῶν μερῶν τοῦ ὁρίζοντος ἀνατέλλει καὶ εἰς τὰ αὐτὰ καταδύει.

### ¶De intuentibus, & eiuſdem potentiæ ſignis.

### CAP. XVI.

Præterea dicimus eiuſdem potentiæ eſſe eas partes, quæ æquali ſpacio diſtant ſeu ab vno, ſeu ab vtroque puncto tropico, fit enim per illas partes Sole meante, vt ſpacia dierum ac noctium, itemque horarum ſibi reſpondeant. Itaque & intueri ſeſe mutuo illa ſigna dicuntur, cum ob eas cauſſas, quas expoſuimus, tū quòd vtraque, & ab iiſdem partibus horizontis & oriuntur, & occidunt.

### Ἀσύνδετα.

Ἀσύνδετα δὲ καὶ ἀπηλλοτριωμένα καλεῖται τμήματα, ὅσα μηδένα λόγον ἁπλῶς ἔχει πρὸς ἄλληλα τῶν κατειλεγμένων οἰκειώσεων. ταῦτα δέ ἐστιν, ἃ μήτε τῶν προσταττόντων ἢ ἀκουόντων τυγχάνει, μήτε τῶν βλεπόντων ἢ ἰσοδυναμούντων. ἔτι δὲ καὶ τῶν τεσσάρων σχηματισμῶν. τοῦ τε κατὰ διάμετρον καὶ τοῦ ▽ καὶ τοῦ □, καὶ τοῦ ἑξαγώνου κατὰ τὸ παντελὲς ἀμέτοχα καταλαμβανόμενα. καὶ ἤτοι δι' ἑνὸς ἢ διὰ πέντε γινόμενα δωδεκατημορίων. ἐπειδήπερ τὰ μὲν δι' ἑνὸς ἀπέστραπται ὥσπερ ἀλλήλων, καὶ δύο αὐτὰ ὄντα, ἑνὸς περιέχει γωνίαν. τὰ δὲ διὰ πέντε, εἰς ἄνισα διαιρεῖ τὸν ὅλον κύκλον, τῶν ἄλλων σχηματισμῶν εἰς ἴσα τὴν τῆς περιμέτρου διαίρεσιν ποιουμένων.

### ¶Inconiuncta.

### CAP. XVII.

Ea vero quæ nullam habent enumeratarum ſocietatum rationem loca, inconiuncta & aliena nominamus. Quæ neque imperant, neque obediunt, neque ſe intuentur, neque idē poſſunt, atque inſuper nullam quatuor illarum figurarum deſcribunt, quas diximus eſſe dimetientis, triquetram, quadratam, ſexangulam, ſed vel ſecunda vel ſexta

Digitized by Google

vel ſexta numerantur. Nam illa quaſi à ſe mutuo detorquentur,& cum bina ſint, ſingulos* angulos cõplectuntur. Illa vero quæ ſexta numerantur, totum orbem in partes inæquales ſecant, cum aliæ figuræ omnes in partes æquales illum diuidant.

### ANNOT. IN CAP. 17.

*Singulos angulos complectuntur. Hoc ita intelligi poterit, ſi conſtituatur ob oculos figura quadrangula. Ea de quouis ſigno ducitur in quartum proximum, ita fit vt huius trientes ſint ſigna ſingula. Iam ſi lineas duas duxeris, vnam, exempli gratia, ab initio Arietis, & alteram ab initio Tauri in centrum, nimirum cernes effici angulum vnum trientem recti, qui eſt partium 30. hiſque vnum ſignum abſoluitur.*

### Περὶ οἴκων.

Οἰκοδεσποτοῦσι δὲ καὶ οἱ πλανῶντες τοῖς τοῦ ζωδιακοῦ μέρεσι, κατά τε τοὺς καλουμένους οἴκους, καὶ τρίγωνα, καὶ ὑψώματα, καὶ ὅρια, καὶ τὰ τοιαῦτα, καὶ τὸ μὲν τῶν οἴκων τοιαύτην ἔχει φυσικὴν αἰτιολογίαν, ἐπειδὴ τῶν ιβ. ζωδίων τὰ βορειότατα καὶ συνεγγίζοντα μᾶλλον τῶν ἄλλων τῷ κατὰ κορυφὴν ἡμῶν τόπῳ, θερμασίας τε καὶ ἀλέας διὰ τοῦτο περιποιητικὰ τυγχάνοντα, τοῦτ' ἔστι τὸ τοῦ ♋ ἐστὶ, καὶ τὸ τοῦ ♌. τὰ δύο ταῦτα τοῖς μεγίστοις καὶ κυριωτάτοις, τουτέστι τοῖς φωσὶν ἀπένειμαν οἴκους. τὸ μὲν τοῦ ♌ ἀρρενικὸν ὂν τῷ ☉, τὸ δὲ τοῦ ♋ θηλυκὸν τῇ ☾. καὶ ἀκολούθως τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ ♌ μέχρις ♑ ἡμικύκλιον, ἡλιακὸν ὑπέθεντο, τὸ δὲ ἀπὸ ♒ μέχρι ♋ σεληνιακὸν, ὅπως ἐν ἑκατέρῳ τῶν ἡμικυκλίων ἓν ζώδιον ἑκάστῳ τῶν ἀστέρων οἰκείως ἀπονεμηθῇ, τὸ μὲν πρὸς τὸν ☉ τὸ δὲ πρὸς τὴν ☾ ἐσχηματισμένον, ἀκολούθως ταῖς τῶν κινήσεων αὐτῶν σφαίραις καὶ ταῖς τῶν φύσεων ἰδιοτροπίαις. τῷ μὲν γὰρ τοῦ ♄ ψυκτικῷ μᾶλλον ὄντι τὴν φύσιν, κατ' ἐναντιότητα τοῦ θερμοῦ, καὶ τὴν ἀνωτάτω καὶ μακρὰν τῶν φώτων ἔχοντι ζώνην, ἐδόθη τὰ κατὰ διάμετρον ζώδια, τῷ τε ♋, καὶ τῷ ♌, ὅ, τε ♑ καὶ ♒. μετὰ τοῦ καὶ ταῦτα, τὰ ιβ. τημόρια ψυχρὰ καὶ χειμερινὰ τυγχάνειν, καὶ ἔτι τὸν κατὰ διάμετρον συσχηματισμὸν ἀσύμφωνον πρὸς ἀγαθοποιΐαν εἶναι, τῷ δὲ τοῦ ♃ ὄντι εὐκράτῳ καὶ ὑπὸ τὴν τοῦ κρόνου σφαῖραν, ἐδόθη τὰ ἐχόμενα τῶν προκειμένων πνευματικὰ ὄντα καὶ γόνιμα, ὅτε ♐ καὶ οἱ ♓ κατὰ τριγωνικὴν πρὸς τὰ φῶτα διάστασιν, ἥτις ἐστὶ συμφώνου καὶ ἀγαθοποιοῦ σχηματισμοῦ ἐφεξῆς δὲ τῷ τοῦ ♂ ξηραντικῷ μᾶλλον ὄντι τὴν φύσιν καὶ ὑπὸ τὴν τοῦ ♃ ἔχοντι τὴν σφαῖραν, τὰ ἐχόμενα πάλιν ἐκείνων ἐδόθη δωδεκατημόρια τὴν ὁμοίαν ἔχοντα φύσιν ὅτε ♈ καὶ ὁ ♏. ἀκολούθως τῇ φθαρτικῇ καὶ * ποιότητι, τὴν τετράγωνον πρὸς τὰ φῶτα ποιοῦντα διάστασιν. τῷ δὲ τῆς ♀ εὐκράτῳ τε ὄντι, καὶ ὑπὸ τὸν ♂ τὰ ἐχόμενα δύο ζώδια γονιμώτατα ὄντα, αἵ τε χηλαὶ καὶ ὁ ♉, τηροῦντα τὴν σύμφωνον τῆς ἑξαγώνου διαστάσεως, καὶ ἐπειδήπερ οὐ πλέον δύο. ιβ. τημορίων ὁ ἀστὴρ οὗτος ἐφ' ἑκάτερον τὸ πλεῖστον ἀφίσταται τοῦ ☉. ἐπὶ τέλει δὲ τῷ τοῦ ☿, μηδέποτε πλέον δωδεκατημορίου τὴν ἀπὸ τοῦ ☉ ἐφ' ἑκάτερα διάστασιν ποιουμένῳ καὶ ὑπὸ μὲν τοὺς ἄλλους ὄντι, συνεγγὺς δὲ μᾶλλον πῶς ἀμφοτέρων τῶν φώτων, τὰ λοιπὰ καὶ συνεχῆ τοῖς ἐκείνων οἴκοις ἐδόθη. ιβ. τημόρια τό τε τῶν ♊ καὶ τὸ τῆς ♍.

☉ ☽ ♄ ♃ ♂ ☿ ♀

*καυστικῇ, ξηραντικῇ.

### ¶ De Domibus.

### CAP. XVIII.

ADiunguntur etiam planetæ locis ſigniferi, propter domos, vt nominantur, & triangula, & altitudines, & fines, & quicquid huiuſmodi eſt. Domum autem ratio naturalis hæc eſt. Quia ex duodecim ſignis duo proximè accedunt ad verticalem nobis punctum, ideo calores & æſtus generant, ea ſunt Cancer & Leo, placuit attribuere illa duobus præcipuis, & maximis, hoc eſt ipſis luminibus. Soli quidem Leo propterea quòd maſculinum eſt ſignum, Lunæ vero Cancer, quòd fœmininum eſſet. Atque ita factum eſt, vt conuenienter dimidium orbis à Leone vſque ad Capricornum Solare vocaretur: dimidiumque ab Aquario vſque ad Cancrum, Lunare, vt in vtroque poſſent ſingula loca ſuis ſtellis aſsignari, quarum alia figuras cum Sole, alia cum Luna deſcriberent, pro conuenientia orbium motus ipſarum & naturæ proprietate. Nã Saturno, ꝙ natura maximè frigidificus eſſet, quodque ſupremum, & à luminibus remotiſsimum haberet orbem ob contrarietatem caloris, oppoſita ſigna attributa fuere Cancer & Leo, Capricornus & Aquarius. Quæ ſigna & ipſa ſunt frigida, & hiberna, & propter oppoſitionem malefica. At Ioui qui eſſet temperatæ naturæ, & ſubiectus Saturni globo, data ſunt proxima illis ſigna ſpiritu & fœcunditate præſtantia. Sagittarius & Piſces, quæ cum luminum ſignis triquetram figuram deſcribunt, quæ conueniens eſt beneficentiæ. Poſt quem Marti deſiccatori, & ſubdito ſphæræ Iouiali, ſimiliter proxima his aſcripta ſunt, quæ & ipſa ſimilem haberent naturã, Scorpio & Aries, quadrata diſpoſitione vt congruebat illius corruptrici, & noxiæ conſtitutioni. Veneri vero,

ri vero, quòd natura eſſet tẽperata, & ſub Marte de dere cõiuncta his ſigna, quòd fœcundiſsima eſſent, Libram & Taurum, In quibus & ipſis ſitus ſexangularis cuſtoditur. Neque ipſa etiam hæc ſtella amplius duobus ſignis vnquam neque anteit neque ſequitur Solem. Mercurio qui & vltimus neque vnquam vltra vnum ſignum abeſſet à Sole, omniumq; aliarum ſtellarum infimo in loco, data fuere proxima ſigna luminum ſignis, Gemini & Virgo, quibus & ipſis ambobus ferè in primis vicinus ferretur.

Περὶ τριγώνων.

Ἡ δὲ πρὸς τὰ τρίγωνα συνοικείωσις τοιαύτη τίς οὖσα τυγχάνει. ἐπειδὴ γὰρ τὸ τρίγωνον καὶ ἰσόπλευρον σχῆμα συμφωνότατόν ἐστιν ἑαυτῷ, καὶ ὁ ζωδιακὸς ὑπὸ τριῶν κύκλων ὁρίζεται, τοῦ τε ἰσημερινοῦ, καὶ τῶν δύο τροπικῶν, διαιρεῖται δὲ τὰ ιβ. αὐτοῦ μέρη εἰς ▽ ἰσόπλευρα. δ. ὧν τὸ μὲν πρῶτον ἐστὶ διά τε τοῦ. ♈. καὶ τοῦ ♌ καὶ τοῦ ♐, ἐκ τριῶν ἀρρενικῶν ζωδίων συγκείμενον, καὶ οἴκους ἔχον ☉ τε, καὶ ♂. καὶ ♃ ἐδόθη τῷ ☉ καὶ ♃ παρὰ τὴν αἵρεσιν τὴν ἡλιακὴν ἐξωσθέντος τοῦ ♂ λαμβάνει δὲ αὐτοῦ τὴν πρώτην οἰκοδεσποτίαν ἡμέρας μὲν ὁ ☉, νυκτὸς δὲ ὁ τοῦ διός. καὶ ἐστιν ὁ μὲν. ♈. μᾶλλον πρὸς τῷ ἰσημερινῷ, ὁ ♌ λέων μᾶλλον πρὸς τὸ θερινῷ, ὁ δὲ ♐ πρὸς τῷ χειμερινῷ. γίνεται δὲ καὶ προηγουμένως μὲν τοῦτο τὸ ▽ βόρειον, διὰ τὴν τοῦ διὸς συνοικοδεσποτίαν, ἐπειδήπερ οὗτος γόνιμος τέ ἐστι, καὶ πνευματώδης, οἰκείως τοῖς ἀπὸ τῶν ἄρκτων ἀνέμοις. διὰ δὲ τὸν τοῦ ♂ οἶκον λαμβάνει μίξιν τοῦ λιβὸς, καὶ συνίσταται βορρολιβυκόν. ἐπειδήπερ ὁ τοῦ ♂ τοιούτων ἐστὶ πνευμάτων ποιητικὸς διά τε τὴν τῆς ☾ αἵρεσιν, καὶ τῷ τῶν δυσμῶν τεθηλυμμένον. τὸ δὲ δεύτερον ▽ ὅ ἐστι διά τε τοῦ ♉ καὶ ♍ καὶ ♑ συγκείμενον ἐκ τριῶν θηλυκῶν ἀκολούθως ἐδόθη ☾ τε καὶ ♀. οἰκοδεσποτούσης αὐτῶν νυκτὸς μὲν τῆς ☾, ἡμέρας δὲ τοῦ τῆς ♀. καὶ ἐστιν ὁ μὲν ♉ πρὸς τῷ θερινῷ κύκλῳ μᾶλλον. ἡ δὲ ♍ πρὸς τῷ ἰσημερινῷ, ὁ δὲ ♑ πρὸς τῷ χειμερινῷ. γίνεται δὲ καὶ τοῦτο τὸ τρίγωνον προηγουμένως μὲν νότιον διὰ τὴν τῆς ♀ οἰκοδεσποτίαν, ἐπειδήπερ ὁ ἀστὴρ οὗτος τῶν ὁμοίων ἐστὶ πνευμάτων διὰ τὸ θερμὸν καὶ ἔνικμον τῆς δυνάμεως ποιητικός. προσλαβὸν δὲ μίξιν ἀπηλιώτου διὰ τὸν τοῦ ♄ οἶκον ἐν αὐτῷ τυγχάνειν τὸν ♑, συνίσταται, καὶ αὐτὸ νοταπηλιωτικὸν κατ᾽ ἀντίθεσιν τοῦ πρώτου ἐπειδήπερ καὶ ὁ τοῦ ♄ τοιούτων ἐστὶ πνευμάτων ποιητικὸς οἰκειούμενος καὶ αὐτὸς ταῖς ἀνατολαῖς διὰ τὴν πρὸς τὸν ἥλιον αἵρεσιν. τρίτον δὲ ▽ ἐστὶ τὸ διά τε ♊ καὶ ♎ καὶ ♒ ἐκ τριῶν ἀρρενικῶν ζωδίων συγκείμενον καὶ πρὸς μὲν τὸν ♂ μηδένα λόγον ἔχον, πρὸς δὲ τὸν τοῦ ♄, καὶ τὸν τοῦ ☿ διὰ τοὺς οἴκους, τούτοις ἀπονεμηθὲν πάλιν οἰκοδεσποτοῦντος ἡμέρας μὲν τοῦ ♄ διὰ τὴν αἵρεσιν, νυκτὸς δὲ τοῦ ☿ καὶ ἐστι τὸ μὲν τῶν ♊ δωδεκατημόριον πρὸς τῷ θερινῷ, τὸ δὲ τῶν χηλῶν πρὸς τῷ ἰσημερινῷ, τὸ δὲ τοῦ ♒ πρὸς τῷ χειμερινῷ. συνίσταται δὲ καὶ τοῦτο τὸ ▽ προηγουμένως μὲν ἀπηλιωτικὸν, διὰ τὸν τοῦ ♄ κατὰ δὲ τὴν μίξιν βορραπηλιωτικὸν, διά γε τὴν τοῦ διὸς αἵρεσιν τῷ τοῦ ♄ πρὸς τὸ τὸν ἡμερινὸν λόγον συνοικειοῦσθαι. Τὸ δὲ τέταρτον ▽ διά τε ♋ καὶ ♏ καὶ ♓ κατελείφθη μόνῳ λοιπῷ ὄντι τῷ τοῦ ♂ καὶ λόγον ἔχοντι πρὸς αὐτὸ διὰ τὸν οἶκον ♏, συνοικοδεσποτοῦσι δὲ αὐτῷ διά τε τὴν αἵρεσιν καὶ τῶν θηλυκῶν τῶν ζωδίων νυκτὸς μὲν ☾, ἡμέρας δὲ ὁ τῆς ♀, καὶ ἔστιν ὁ μὲν ♋ πρὸς τῷ θερινῷ κύκλῳ, ὁ δὲ ♏ πρὸς τῷ χειμερινῷ μᾶλλον. οἱ δὲ ♓ πρὸς τῷ ἰσημερινῷ. καὶ τοῦτο δὲ τὸ τρίγωνον συνίσταται προηγουμένως μὲν λιβυκὸν διὰ τὴν τοῦ ♂, καὶ ☾ οἰκοδεσποτίαν κατὰ μίξιν δὲ νοτολιβυκὸν, διὰ τὴν τῆς ♀ οἰκοδεσποτίαν.

¶ De Triangulis.

CAP. XIX.

Triangulorum conciliatio talis eſt. Nulla ſanè figura magis conſentiens eſt quam triquetra æqualium laterũ, ipſeque ſignifer tribus circulis definitur, æquinoctiali, & duobus tropicis. Ipſius vero duodecim loci diuiduntur in triangula æqualium laterum quatuor. Horum igitur primum ducitur per Arietem, Leonem, & Sagittarium tria ſigna maſculina, quæ ſunt Solis

Solis, Martis & Iouis domicilia. Hoc triangulum aſcriptum eſt Soli & Ioui. Mars enim propter alienã conditionem excluſus fuit. In adminiſtratione autem primas tulit interdiu Sol, noƈte Iupiter. locus autem Arietis æquinoƈtialis eſt, Leonis æſtiualis, Sagittarij hibernus. Idem triangulum potiſsimum aquilonare eſt ob Iouis dominium, quippe qui ſit fœcunditatis & ſpirituum autor, ſicut & aquilonares venti. Sed admiſcetur tamen huic & Africus, propter Martis domum, ita vt fiat triangulum, vt Græci vocant, Borrholibycum, quod miſturam Aquilonis & Africi ſignificat. Nam Africos Mars excitat, qui conditionem Lunarem ſequitur, cum & occidua cæli plaga effœminata habeatur. Secundũ triangulum ductum per Taurum, Virginem & Capricornum, quodque conſtat ſignis tribus fœmininis, Lunæ & Veneri datur. Ipſe Taurus vicinior æſtiuo circulo eſt, Virgo æquinoƈtiali, Capricornus hiberno. Hoc triangulum potiſsimum auſtrale eſt propter Veneris dominationem, cuius ſtella illius partis vẽtos ſuſcitat, propter calidi & humidi vim. Quia vero & ſubſolanum admittit propter Saturni domicilium Capricornus qui hunc ventum ciet, quique orientem propter conditionem Solarem tenet, fit hoc tãquam priori oppoſitum, vt ita dicam, Auſtriſolanum. Triãgulum tertium Gemini, Libra, Aquarius complectitur ſigna tria maſculina. Alienum prorſus à Marte, propriũ vero Saturni & Mercurij propter duas illorum domos. Quare his præmiſſa adminiſtratio eſt diurna quidem Saturni conditionis cauſſa, noƈturna vero Mercurij. Ipſum quidem ſignum Gemini vicinum eſt circulo æſtiuo, Libra æquinoƈtiali, Aquarius hiberno. Hoc triangulum potiſsimum eſt ſubſolanum propter Saturnũ. Sed quia conditionis nomine Iupiter conciliatur Saturno, admiſcetur ventus Iouialis Aquilo, vt fiat triangulum, græca voce Borrhapelioticum, quod ſignificat confuſionem Solani cum Aquilone. Quartum per Cancrum, Scorpionem & Piſces relinquitur Marti, qui ſolus reſtet, quique ius ſibi huius vendicet propter domicilium ſuum. Adiunƈtæ tamen huic ſunt ſociæ adminiſtrationis cum propter conditionem, tum propter ſigna fœminina, noƈte quidem Luna, interdiu vero Venus. Ipſe Cancer in æſtiuo eſt circulo, Scorpio accedit ad hibernum, Piſces ad æquinoƈtialem. Hoc triangulum potiſsimum eſt Africum, propter dominium Martis & Lunæ. Sed propter Venerem commiſtionẽ Auſtri fit Notolibycum, id eſt Auſtriafricum.

## Περὶ ὑψωμάτων.

Τὰ δὲ καλούμενα τῶν πλανωμένων ὑψώματα λόγον ἔχει τοιόνδε. ἐπειδὴ γὰρ ὁ ☉ ἐν μὲν τῷ ♈, γινόμενος τὴν εἰς τὸ ὑψηλὸν καὶ βόρειον ἡμικύκλιον μετάβασιν ποιεῖται, ἐν δὲ ταῖς χηλαῖς, τὴν εἰς τὸ ταπεινὸν καὶ νότιον, οἰκείως τὸν μὲν ♈ ὡς ὕψωμα ἀνατεθείκασιν αὐτῷ, καθ' ὃν ἄρχεται καὶ τὸ τῆς ἡμέρας μέγεθος, καὶ τὸ τῆς φύσεως αὐτοῦ θερμαντικὸν αὔξεσθαι, τὰς δὲ χηλὰς ὡς ταπείνωμα διὰ τὰ ἐναντία. ὁ δὲ τοῦ ♄ πάλιν ἵνα πρὸς τὸν ☉ διάμετρον στάσιν ἔχῃ ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν οἴκων, τὰς μὲν χηλὰς ἀντικειμένας ὡς ὕψωμα ἔλαβε, τὸν δὲ ♈ ὡς ταπείνωμα. ὅπου γὰρ τὸ θερμὸν αὔξεται, μειοῦται ἐκεῖ τὸ ψυχρὸν, καὶ ὅπου ἐκεῖνο μειοῦται, τὸ ψυχρὸν αὐξάνει πάλιν. ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ ὑψώματι τοῦ ☉ ἐν τῷ κριῷ συνοδεύουσα ἡ ☾ πρώτην ποιεῖται φάσιν καὶ ἀρχὴν τῆς τοῦ φωτὸς αὐξήσεως καὶ ὥσπερ εἰ ὑψώσεως ἐν τῷ τοῦ ἰδίου △ πρώτῳ ζῳδίῳ τῷ ♉, τοῦτο μὲν αὐτῆς ὕψωμα ἐκλήθη, τὸ δὲ κατὰ διάμετρον τὸ τοῦ ♏ ταπείνωμα. μετὰ ταῦτα δὲ ὁ μὲν ♃ τῶν βορείων καὶ τῶν γονίμων πνευμάτων ἀποτελεστικὸς ὤν, ἐν ♋ μάλιστα βορειότατος γινόμενος, αὔξεται πάλιν, καὶ πληροῖ τὴν ἰδίαν δύναμιν, ὅθεν τοῦτο μὲν τὸ δωδεκατημόριον ὕψωμα πεποιήκασιν αὐτοῦ, τὸν δὲ ♑ ταπείνωμα. ὁ δὲ τοῦ ♂ φύσει καυσώδης ὢν καὶ μᾶλλον ἐν ♑ διὰ τὸ νοτιώτατον γίνεσθαι καὶ καυστικώτερος γινόμενος, καὶ αὐτὸς μὲν εἰκότως ἔλαβεν ὕψωμα κατὰ ἀντίθεσιν τῷ τοῦ ♃ τὸν ♑, ταπείνωμα δὲ τὸν ♋ πάλιν. ὁ μέντοι τῆς ♀ ὑγραντικὸς ὢν φύσει καὶ μᾶλλον ἐν τοῖς ἰχθύσιν, ἐν οἷς ἡ τοῦ ὑγροῦ ἔαρος ἀρχὴ προσημαίνεται, καὶ αὐτὸς αὐξάνων τὴν οἰκείαν δύναμιν, τὸ μὲν ὕψωμα ἔχεν ἐν τοῖς ♓, τὸ δὲ ταπείνωμα ἐν τῇ ♍. ὁ δὲ τοῦ ☿ τὸ ἐναντίον πάλιν ὑπόξηρος ὤν, εἰκότως καὶ κατὰ τὸ ἀντικείμενον ἐν μὲν τῇ ♍, καθ' ἣν τὸ ξηρὸν μετόπωρον προσημαίνεται, καὶ αὐτὸς ὥσπερ ὑψοῦται, κατὰ δὲ τοὺς ♓ ταπεινοῦται.

## ¶De Altitudinibus.

## CAP. XX.

Altitudinum planetarum, vt vocant, ratio hæc eſt. Cum Sol vbi ad Arietem peruenit in ſemicirculum aquilonarem conſcendere incipiat, vbi vero ad Libram, deijci & deferri ad Auſtrum, non inconuenienter ipſi tribuere in Ariete altitudinem, cum etiam dies tum creſcant, & calor viuificus exoriatur. Eidem Libra vt deieƈtio cõſtituta eſt propter cõtrarias cauſſas. Saturno vt Soli opponeretur, ſicut & illius domiciliũ, voluere oppoſitum

Digitized by Google

poſitum ſignum Libræ altitudinem, Arietem deiectionem eſſe. Nam vbi calor intenditur, ibi remitti frigus neceſſe eſt, contráque vbi hoc augetur, ille diminuitur. Cæterum cum Luna à congreſſu cum Sole in Ariete primum appareat, lucéque augeſcat & quaſi extollatur in Tauro, trianguli ſui principe ſigno, ideo Taurus illius altitudo perhibetur, eidémque oppoſitum ſignum Scorpio deiectio. Iouis autẽ vis cum pateſcat in ſuſcitatione aquilonarium & fœtificorũ flaminum, extollitur à Cancro in Aquilonem maxime, intenduntúrque ac cõplentur illius vires, ideóque hoc ſignum ipſius altitudo dicitur, deiectio vero Capricornus. At Mars qui natura eſt æſtuoſus, multóque quàm alibi in Capricorno magis, quod ibi terræ ſit proximus, eam ob rem merito accepit altitudinẽ ſignum Iouiali altitudini oppoſitũ Capricornũ, deiectionem autẽ Cancrũ. Sequitur ſtella Veneris, quæ cum humidi maxime efficiens ſit, eúmque potiſſimũ in piſcibus effectum exerceat, vnde humiditas vernalis moueri cernitur, in illo loco inuenit altitudinem, deiectionem vero in Virgine. Iam Mercurij aridiuſcula ſtella vt contrariæ efficientiæ contrariam etiã altitudinem in Virgine, cum impendet iam autumni ſiccitas, ipſéque quaſi extollitur, deiectionem vero in Piſcibus ſortita eſt.

## Περὶ τῶν ὁρίων.

Περὶ δὲ τῶν ὁρίων δύο μάλιστα φέρονται τρόποι, καὶ ὁ μέν ἐστιν αἰγυπτιακὸς, ὁ πρὸς τὰς τῶν οἴκων ὡς ἐπίπαν κυρίας, ὁ δὲ χαλδαϊκὸς ὁ πρὸς τὰς τριγώνων οἰκοδεσποτίας. ὁ μὲν οὖν αἰγυπτιακὸς, ὁ τῶν κοινῶς φερομένων ὁρίων οὐ πάνυ τοι σώζει τὴν ἀκολουθίαν, οὔτε τῆς τάξεως οὔτε τῆς καθ' ἕκαστον ποσότητος. πρῶτον μὲν γὰρ ἐπὶ τῆς τάξεως πῆ μὲν τοῖς τῶν οἴκων κυρίοις, πῆ δὲ τοῖς τῶν τριγώνων τὰ πρωτεῖα δεδώκασιν, ἐνίοτε δὲ καὶ τοῖς τῶν ὑψωμάτων. παραδείγματος δὲ ἕνεκεν, ὅτε τοῖς οἴκοις ἠκολουθήκασι, διὰ τί τῷ τοῦ ♄, εἰ τύχοι πρώτῳ δεδώκασιν ἐν ζυγῷ, καὶ οὐ τῷ τῆς ♀, καὶ διὰ τί ἐν ♈ τῷ τοῦ ♃, καὶ οὐ τῷ τοῦ ♂, εἴδε τοῖς τριγώνοις, διὰ τί τῷ τοῦ ☿ δεδώκασιν ἐν ♑, καὶ οὐ τῷ τῆς ♀, εἴτε καὶ τοῖς ὑψώμασι, διὰ τί τῷ τοῦ ♂ ἐν ♋, καὶ οὐ τῷ τοῦ ♃, εἴτε τοῖς τὰ πλεῖστα τούτων ἔχουσι, διὰ τί ἐν ♒ τῷ τοῦ ☿ δεδώκασι, τρίγωνον ἔχοντι μόνον, καὶ οὐχὶ τῷ τοῦ ♄ τούτου γὰρ καὶ οἶκός ἐστι καὶ τρίγωνον, ἢ διὰ τί ὅλως ἐν ♑ τῷ τοῦ ☿ πρῶτον δεδώκασι, μηδένα λόγον ἔχοντι πρὸς τὸ ζῴδιον οἰκοδεσποτίας, καὶ ἐπὶ τῆς λοιπῆς δὲ τάξεως τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν ἄν τις εὕροι. δεύτερον δὲ καὶ ἡ ποσότης τῶν ὁρίων οὐδεμίαν ἀκολουθίαν ἔχουσα φαίνεται. ὁ γὰρ καθ' ἕνα ἕκαστον τῶν ἀστέρων ἐπισυναγόμενος ἐκ πάντων ἀριθμὸς πρὸς ὅν φασιν αὐτῶν τὰ χρονικὰ μερίζεσθαι, οὐδένα οἰκεῖον οὐδὲ εὐαπόδεκτον ἔχει λόγον. ἐὰν δὲ καὶ τῷ τούτου κατὰ τὴν ἐπισυναγωγὴν ἀριθμῷ πιστεύσωμεν, ὡς ἄντικρυς ὁμολογουμένῳ ὑπ' αἰγυπτίων, πολλαχῶς μὲν καὶ ἄλλως τῆς κατὰ τὸ ζῴδιον ποσότητος ἐναλλασσομένης, ὁ αὐτὸς ἀριθμὸς συναγόμενος εὑρέθη. καὶ ὃ πιθανολογεῖν καὶ σοφίζεσθαι τινὲς ἐπιχειροῦσι περὶ αὐτῶν, ὅτι κατὰ παντὸς κλίματος ἀναφορικὸν λόγον οἱ καθ' ἕκαστον ἀστέρα συσχηματιζόμενοι πως χρόνοι τὴν αὐτὴν ἐπισυνάγουσι ποσότητα, ψεῦδός ἐστι. πρῶτα μὲν γὰρ ἠκολουθήκασι τῇ κοινῇ πραγματείᾳ, καὶ τῇ πρὸς ὁμαλὰς ὑπεροχὰς τῶν ἀναφορῶν συνισταμένῃ μηδὲ κατὰ μικρὸν ἐγγὺς οὔσῃ τῆς ἀληθείας, καθ' ἣν, ἐπὶ τοῦ διὰ τῆς κάτω χώρας τῆς αἰγύπτου παραλλήλου τῶν μὲν τῆς ♍, καὶ τῶν χηλῶν δωδεκατημορίων ἐν λη'. χρόνοις ἑκάτερον καὶ ἔτι ζίτῳ ἐθέλουσιν ἀναφέρεσθαι. τὸ δὲ τοῦ ♌ καὶ τὸ τοῦ ♏ ἑκάτερον, λέ. δεικνυμένων διὰ τῶν γραμμῶν, ὅτι ταῦτα μὲν ἐν πλείοσι τῶν λέ. χρόνων ἀναφέρεται, τὸ δὲ τῆς ♍ καὶ τὸ τῶν χηλῶν ἐν ἐλάττοσι. ἔπειτα καὶ οἱ τοῦτο ἐπιχειρήσαντες κατασκευάζειν οὐκέτι φαίνονται κατηκολουθηκότες οὐδὲ οὕτω τῇ παρὰ τοῖς πλείστοις φερομένῃ ποσότητι τῶν ὁρίων, καίτοι πολλὰ διηναγκασμένοι παραψεύσασθαι, καί που καὶ μορίοις μορίων ἐχρήσαντο, τοῦ σῶσαι τὸ προκείμενον αὐτοῖς ἕνεκεν, οὐδὲ αὐτὸ ὡς ἔφαμεν ἀληθὲς ἐχόμενον σκοποῦ. τὰ μέντοι φερόμενα παρὰ τοῖς πολλοῖς, διὰ τὴν τῆς ἐτ ἄνωθεν παραδόσεως ἀξιοπιστίαν τοῦτον ὑπόκειται τὸν τρόπον.

## Ὅρια κατ' αἰγυπτίους.

| | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ♈. | ♃ | ϛ | ♀ | ϛ | ☿ | η | ♂ | ε | ♄ | ε |
| ♉. | ♀ | η | ☿ | ϛ | ♃ | η | ♄ | ε | ♂ | γ |
| ♊. | ☿ | ϛ | ♃ | ϛ | ♀ | ε | ♂ | ζ | ♄ | ϛ |
| ♋. | ♂ | ζ | ♀ | ϛ | ☿ | ϛ | ♃ | ζ | ♄ | δ |
| ♌. | ♃ | ϛ | ♀ | ε | ♄ | ζ | ☿ | ϛ | ♂ | ϛ |
| ♍. | ☿ | ζ | ♀ | ι | ♃ | δ | ♂ | ζ | ♄ | β |
| ♎. | ♄ | ϛ | ☿ | η | ♃ | ζ | ♀ | ζ | ♂ | β |
| ♏. | ♂ | ζ | ♀ | δ | ☿ | η | ♃ | ε | ♄ | ϛ |
| ♐. | ♃ | ιβ | ♀ | ε | ☿ | δ | ♄ | ε | ♂ | δ |
| ♑. | ☿ | ζ | ♃ | ζ | ♀ | ζ | ♄ | δ | ♂ | ε |
| ♒. | ☿ | ζ | ♀ | ϛ | ♃ | ζ | ♂ | ε | ♄ | ε |
| ♓. | ♀ | ιβ | ♃ | δ | ☿ | γ | ♂ | θ | ♄ | β |

## ¶ De finibus.

## CAP. XXI.

Finium ratio duplex eſt. Vna Aegyptia eáque principatus modo domiciliorum obſeruat. Altera Chaldaica, accōmodata ad triangulorum adminiſtratiōes. Ac Aegyptiaca q̃dē quō vulgo tenetur, nō admodum ſeruat neq; ordinis neque numerorū conſequētiā. Primę ꝙ in ordinatione finiū nūc priores dat domiciliorū nunc triāgulorum dominis, non etiā nunquā altitudinū, vt, exēpli cauſſa, q̃ri poſſit, Si domiciliorū dominos reſpiciāt, cur, ſi forte de Saturno ſermo ſit, primas illi tribuerint in iugo, ac nō Veneri potius. Itémq; in Ariete cur Iupiter potius quàm Mars. Quod ſi triangulorū dominos ſpectent, cur principem locum aſſignent in Capricorno Mercurio, ac non Veneri potius. Iam ſi placeat altitudinum principatus, cur ducit agmen in Cancro Mars, ac non potius Iupiter? Iam ſi hæc aggregent ſingulis, quique horum obtinuerint plurima, illi præſtantiā concedant, quæramus licet cur præcedat reliquis in Aquario Mercurius, cui in illo loco præterquàm trianguli ius nullum eſt, cum Saturnus teneat & domicilij ius & trianguli. Quin etiam Mercurium cur in Capricorno primum in ordinē ſtatuerint, qui plane ab illo ſit alienus. Huiuſmodi inconuenientiā in reliqua ſerie paſſim animaduertere, deinde numerū etiam finium incongruū eſſe manifeſtum eſt. Nam quod aiunt ſingularum ſtellarum ex terminis collectum numerum eundem eſſe quem eadem attribuat in annis, rationem propriam aut probabilem habere non videtur. Quin etiamſi tali collectioni quod ad annorum attributionem attinet credamus, quia hoc ab Aegyptijs aſſeueratur, fieri tamen poteſt vt idem cōficiatur, etiam ſi aliter & diuerſis modis terminorū numerus per ſingula ſigna exquiratur. Quòd aūt aliqui ſapere, & probare volunt hanc rationem, contra veritatem manifeſtò nituntur. Nam plane falſum eſt quod aiūt, illum numerū ſingularum ſtellarū temporalem effici ſecundum aſcenſionum rationes. Primū enim ſequuntur vulgares traditiones de planis aſcēſionum eminentijs, quæ ne minima quidem ex parte ad veritatem accedunt. Nam ſecundum illas in parallelo inferioris Aegypti, volunt exoriri ſignum Virginis & Librę tēporib' trigintaocto, & triente. Leonis vero & Scorpij temporib' trigintaquinque. Cum demonſtretur, per lineas, quòd hæc plus temporis in exortu cōſumāt, illa vero hoc eſt, Virgo & Libra minus. Præterea qui hæc conquiſiuerunt ne ſecutos quidem apparet numerum finium ab alijs traditum, quiſque multa neceſſario cōmenti, atque alicubi ipſarum portionum portionibus vſi fuerunt, quo conſtaret ipſis quod propoſuiſſent, tamen ne ſic quidē ad veritatis metam perueniſſe cognoſcuntur. Quæ aūt ferè traditur ab illis ratio finium propterea quòd vt diximus, plurimum huic fides tribui ſoleat, ad ſubiectum ſeſe modum habet.

## ¶ Fines Aegyptiorum.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| ♈ | ♃ 6 | ♀ 6 | ☿ 8 | ♂ 5 | ♃ 5 |
| ♉ | ♀ 8 | ☿ 6 | ♄ 8 | ♃ 5 | ♂ 3 |
| ♊ | ☿ 6 | ♃ 6 | ♀ 5 | ♂ 7 | ♄ 6 |
| ♋ | ♂ 7 | ♀ 6 | ☿ 6 | ♃ 7 | ♄ 4 |
| ♌ | ♃ 6 | ♀ 5 | ♄ 7 | ☿ 6 | ♂ 6 |
| ♍ | ☿ 7 | ♀ 10 | ♃ 4 | ♂ 7 | ♄ 2 |
| ♎ | ♄ 6 | ☿ 8 | ♃ 7 | ♀ 7 | ♂ 2 |
| ♏ | ♂ 7 | ♀ 4 | ☿ 8 | ♃ 5 | ♄ 6 |
| ♐ | ♃ 12 | ♀ 5 | ☿ 4 | ♄ 5 | ♂ 4 |
| ♑ | ☿ 7 | ♃ 7 | ♀ 7 | ♄ 4 | ♂ 5 |
| ♒ | ☿ 7 | ♀ 6 | ♃ 7 | ♂ 5 | ♄ 5 |
| ♓ | ♂ 12 | ♃ 4 | ☿ 3 | ♂ 9 | ♃ 2 |

## Κατὰ χαλδαίους.

Ὁ δὲ χαλδαϊκὸς τρόπος ἁπλῆν μέν τινα ἔχει καὶ μᾶλλον πιθανήν, οὐχ οὕτω δὲ αὐτάρκη, τήν τε πρὸς τὰς τῶν ▽ δεσποτείας ἀκολουθίαν, καὶ τὴν τῆς ποσότητος τάξιν, ὥστε μέντοι χωρὶς ἀναγραφῆς δύνασθαι ῥαδίως ἐπιβάλλειν αὐταῖς. ἐν μὲν γὰρ τῷ πρώτῳ ▽ ♈, καὶ ♌ καὶ ♐ τὴν αὐτὴν ἔχοντι παραλλήλοις κατὰ ζώδιον διαίρεσιν πρῶτος μὲν λαμβάνει ὁ τοῦ ▽ κύριος ὁ τοῦ ♃ εἶθ' ἑξῆς ὁ τοῦ ἐφεξῆς ▽, λέγω δὴ τὸν τῆς ♀ ἐφεξῆς δὲ ὁ τοῦ τρίτου λέγω δὲ ὅ, τε τοῦ ♄ καὶ ὁ τοῦ ☿. τελευταῖος δὲ ὁ τοῦ λοιποῦ ▽ κύριος ὁ τοῦ ♂. ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ ▽ ♉, καὶ ♍, καὶ ♑ πάλιν τὴν αὐτὴν κατὰ ζώδιον ἔχοντι * διαφοράν, *al. διαίρεσιν.
ὁ μὲν τῆς ♀ πρῶτος, εἶθ' ὁ τοῦ ♄, πάλιν καὶ ὁ τοῦ ☿. μετὰ ταῦτα δὲ ὁ τοῦ ♂. τελευταῖος δὲ ὁ τοῦ ♃. σχεδὸν δὲ καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν δύο τριγώνων ἡ τάξις ἤδη συνορᾶται. τοῖν μέντοι τοῦ αὐτοῦ τριγώνου δύο κυρίων, λέγω δὴ τοῦ ♄, καὶ τοῦ ☿, τὸ πρωτεῖον τῆς κατὰ τὸ οἰκεῖον τάξεως, ἡμέρας μὲν ὁ τοῦ ♄ λαμβάνει, νυκτὸς δὲ ὁ τοῦ ☿. καὶ ἡ καθέκαστα δὲ ποσότης ἁπλῆ τις οὖσα τυγχάνει. ἵνα γὰρ καθ' ὑπόβασιν τῆς τῶν πρωτείων τάξεως, καὶ ἡ ποσότης τῶν ἑκάστου ὁρίων * μιᾷ *al. ὡς μιᾷ
μοίρᾳ ἐλλείπῃ τῆς προτεταγμένης τῷ μὲν πρώτῳ πάντοτε διδόασι μοίρας η'. τῷ δὲ δευτέρῳ ζ'.

τῷ δὲ

τῷ δὲ τρίτῳ. ϛʹ. τῷ δὲ τετάρτῳ. εʹ. τῷ δὲ τελευταίῳ. δʹ. συμπληρουμένων οὕτω τῶν κατὰ τὸ ζῴδιον. λʹ. μοιρῶν. συνάγονται δὲ καὶ ἐκ τούτων τοῦ μὲν κρόνου μοῖραι, ἡμέρας μὲν οή. νυκτὸς δὲ ξϛʹ. τοῦ δὲ ♃. οβʹ. τοῦ δὲ ♂. ξθʹ. τῆς δὲ ♀ οέ. τοῦ δὲ ☿ ἡμέρας μὲν ξή. νυκτὸς δὲ ξϛʹ. καὶ οὕτω γίνονται μοῖραι. τξʹ. τούτων μὲν οὖν τῶν ὁρίων ἀξιοπιστότερα τὰ κατὰ τὸν αἰγυπτιακὸν τρόπον. καὶ διὰ τὴν συναγωγὴν αὐτῶν παρὰ τοῖς αἰγυπτίοις συγγραφεῦσιν ὡς χρησίμην, ἀναγραφῆς ἠξιῶσθαι, καὶ διὰ τὸ συμφωνεῖν αὐτοῖς ὡς ἐπίπαν τὰς μοίρας τῶν ὁρίων, ταῖς κατατεταγμέναις ὑπ' αὐτῶν παραδειγματικαῖς γενέσεσιν. αὐτῶν μέντοι τούτων τῶν συγγραφέων μηδαμῇ τὴν σύνταξιν αὐτῶν μὴ δὲ τὸν ἀριθμὸν ἐμφανισάντων, ὕποπτον ἂν εἰκότως καὶ εὐδιάβλητον αὐτῶν γένοιτο τὸ περὶ τὴν τάξιν ἀνωμολόγητον. ἤδη μέντοι περιτετυχήκαμεν ἡμεῖς ἀντιγράφῳ παλαιῷ, κατὰ πολλὰ διεφθαρμένῳ, περιέχοντι φυσικὸν καὶ σύμφωνον λόγον τῆς τάξεως καὶ τῆς ποσότητος αὐτῶν, μετὰ τοῦ τάς τε τῶν προγενομένων γενέσεων μοιρογραφίας, καὶ τὸν τῶν συναγωγῶν ἀριθμὸν σύμφωνον εὑρίσκεσθαι τῇ τῶν παλαιῶν ἀναγραφῇ. τὸ δὲ κατὰ λέξιν τοῦ βιβλίου πάνυ μακρὸν ἦν, καὶ μετὰ περιττῆς ἀποδείξεως, ἀδιάγνωστον δὲ καὶ διεφθαρμένον, καὶ μόλις αὐτὴν τὴν τοῦ καθόλου προαίρεσιν δυνάμενον ἡμῖν ὑποτυπῶσαι, καὶ ταῦτα συνεφοδιαζούσης καὶ τῆς αὐτῶν τῶν ὁρίων ἀναγραφῆς τῷ μᾶλλόν πως, διὰ τὸ πρὸς τῷ τέλει τοῦ βιβλίου καταλελεῖφθαι, διασεσωσμένων. ἔχει γοῦν ὁ τύπος τῆς ὅλης αὐτῶν ἐπιβολῆς τὸν τρόπον τοῦτον. ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς τάξεως τῆς καθ' ἕκαστον δωδεκατημόριον παραλαμβάνεται τά τε ὑψώματα, καὶ τὰ τρίγωνα, καὶ οἱ οἶκοι. καθόλου μὲν γάρ, ὁ μὲν. β. τούτων ἔχων ἀστήρ. ἐν τῷ αὐτῷ ζῳδίῳ προτάττεται, κἂν κακοποιὸς ᾖ, ὅπου δὲ τοῦτο οὐ συμβαίνει οἱ μὲν κακοποιοὶ πάντοτε ἔσχατοι τάσσονται, πρῶτοι δὲ οἱ τοῦ ὑψώματος κύριοι, εἶτα οἱ τοῦ ▽, εἶτα οἱ τοῦ οἴκου, καὶ ἀκολούθως τὰ ἑξῆς τῇ τάξει τῶν ζῳδίων. πάλιν δὲ ἐφεξῆς οἱ ἀνὰ δύο ἔχοντες οἰκοδεσποτίας προτασσόμενοι τοῦ μίαν ἔχοντος ἐν τῷ αὐτῷ ζῳδίῳ. ὁ μέντοι ♋, καὶ ὁ ♌ οἶκοι ὄντες ☉, καὶ ☾ ἐπεὶ οὐ δίδονται τοῖς φωσὶ ὅρια, ἀπονέμονται τοῖς κακοποιοῖς, διὰ τὸ ἐν τῇ τάξει πλεονεκτεῖσθαι, ὁ μὲν ♋ τῷ τοῦ ♂, ὁ δὲ ♌ τῷ τοῦ ♄, ἐν οἷς καὶ ἡ τάξις αὐτοῖς ἡ οἰκεία φυλάσσεται. ἐπὶ δὲ τῆς ποσότητος τῶν ὁρίων, ὡς μὲν μηδενὸς εὑρισκομένου κατὰ δύο τρόπους κυρίου, ἤτοι ἐν αὐτῷ τῷ ζῳδίῳ, ἢ καὶ ἐν τοῖς ἐφεξῆς, μέχρι τεταρτημορίου, τοῖς μὲν ἀγαθοποιοῖς, τουτέστι τῷ τε τοῦ ♃ καὶ τῆς ♀ ἑκάστῳ δίδονται μοῖραι. ζ. τοῖς δὲ κακοποιοῖς τουτέστι τῷ τοῦ ♄ καὶ τῷ τοῦ ♂ ἑκάστῳ μοῖραι. ε. τῷ δὲ τοῦ ☿ ἐπικοίνῳ ὄντι μοῖραι. ϛ. αἳ συμπληροῦσι τὰς. λ. *ἐπεὶ δὲ ἔχουσί τινες ἀεὶ δύο λόγους, ὁ καὶ τῆς ♀ μόνος γίνεται οἰκοδεσπότης τοῦ κατὰ τὸν ♋, καὶ ♉ τριγώνου, τῆς ☾ εἰς τὰ ὅρια μὴ παραλαμβανομένης, προσδίδοται μὲν ἑκάστῳ τῶν οὕτως ἐχόντων ἄν τε ἐν αὐτῷ τῷ ζῳδίῳ, ἄν τε ἐν τοῖς ἐφεξῆς, μέχρι τεταρτημορίου, μοῖρα μία, οἷς καὶ παρέκειντο στιγμαί. ἀφαιροῦνται δὲ αἱ προστιθέμεναι τῆς διπλῆς ἀπὸ τῶν λοιπῶν καὶ μοναχῶν, ὡς ἐπίπολυ δὲ ἀπὸ τοῦ ♄, εἶτα καὶ τοῦ ♃ διὰ τὸ βραδύτερον αὐτῶν τῆς κινήσεως, ἔστι δὲ τούτων τῶν ὁρίων ἡ ἔκθεσις τοιαύτη.

*εἴγε μὴ ἔχουσί τινες δύο λόγους.

| | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ♈. | ♃ | ϛ | ♀ | η | ☿ | ζ | ♂ | ε | ♄ | δ |
| ♉. | ♀ | η | ☿ | ζ | ♃ | ζ | ♄ | δ | ♂ | δ |
| ♊. | ☿ | ζ | ♃ | ϛ | ♀ | ζ | ♂ | ϛ | ♄ | δ |
| ♋. | ♂ | ϛ | ♃ | ζ | ☿ | ζ | ♀ | ζ | ♄ | γ |
| ♌. | ♄ | ϛ | ☿ | ζ | ♀ | ϛ | ♃ | ϛ | ♂ | ε |
| ♍. | ☿ | ζ | ♀ | ϛ | ♃ | ε | ♄ | ϛ | ♂ | ϛ |
| ♎. | ♄ | ϛ | ♀ | ε | ♃ | η | ☿ | ε | ♂ | ϛ |
| ♏. | ♂ | ϛ | ♃ | η | ♀ | ζ | ☿ | ϛ | ♄ | γ |
| ♐. | ♃ | η | ♀ | ϛ | ☿ | ε | ♄ | ϛ | ♂ | ε |
| ♑. | ♀ | ϛ | ☿ | ϛ | ♃ | ζ | ♂ | ϛ | ♄ | ε |
| ♒. | ♄ | ϛ | ☿ | ϛ | ♀ | η | ♃ | ε | ♂ | ε |
| ♓. | ♀ | η | ♃ | ϛ | ☿ | ϛ | ♂ | ϛ | ♄ | δ |

## ¶Iuxta Chaldæos.

Ratio Chaldaica ſimplicior quidem eſt magiſque perſuaſibilis, ſed non perinde abſoluta, cum ipſa in ſerie, quam ad triangulorum nomi-

nationes refert, tum numero quoque finium. Hæc etiam abſque præſcriptione perſpici facilè poterit. Nam in primo triangulo Arietis Leonis & Sagittarij, ſimiliter per ſigna definiunt terminos, ſicut primum locum teneat dominus trianguli id eſt Iupiter. Secundum ſequentis trigoni, præſes ea eſt Venus. Ponantur tertij dominatores conſequenter, ij erunt Saturnus & Mercurius & vltimo Mars, dominator poſtremi trianguli. In ſecundo triangulo vbi ſimilis per ſigna diſtributionem ſeruāt, primus locus eſt Veneris. Secūdus & tertius Saturni & Mercurij. Quartus Martis. Quintus Iouis. Ad hunc modum ferè ſeſe habet etiam in reliquis duobus triangulis finium terminatio. Cæterum vbi ſunt* minus duo dominatores Saturni inquam & Mercurij principatum ordinis ſui tenebit interdiu Saturni, noctu Mercurij. Iam numerus finium ne ipſe quidem inuolutus eſt. Vt enim quæq; ſtella alteram ordine præcedit, ita vna parte voluerunt excellere. Sic fit vt prima ſemper habeat partes octo, Secunda ſeptem, Tertia ſex, Quarta quinque. Quinta quatuor: quibus numeris triginta conſiunt. Ex hac diſtributiōe colligūtur Saturni partes diurnæ ſeptuagintaocto, nocturnæ ſexagintaſex. Iouis ſeptuagintaduæ Martis ſexagintanouem. Veneris ſeptuagintaquinque Mercurij diurnæ ſexagintaſex, nocturnæ ſeptuagintaocto, quæ omnes partes ſunt trecentæſexaginta. Ex his duabus rationibus finium dignior eſt, cui accedatur Aegyptiaca, propterea quòd pro vtili ab Aegyptijs ſcriptorib. illa eſt tradita, & quòd penitus congruant partes in illa finium cum exemplaribus genituris, quas Aegyptij collectas habent. Verum cum ſcriptores nuſquam ipſorum neque ſeriem, neque ſingillatim numerum declarauerint, ſuſpicioni fuerit atque etiam reprehenſioni iſta incertitudo obnoxia. Sed ad noſtras manus peruenit liber peruetuſtus multis iam in locis ætate conſumptus, in quo cōtineretur naturalis & conueniens ratio ordinis & numeri illorum, cōcordabatq; & in expoſitis genituris partium deſcriptio, & totius numeri comprehenſio cum veterum traditione. Cæterum oratio erat expoſitionis cum verboſa, tum multa ſuperuacua argumenta cōplexa. Ipſe vero liber mutilatus, vt ægrè à nobis generaliter dictorū ſententia perciperetur, etſi nō parum adiuuaret ipſorum finium percenſio, quæ in fine libri integrior remanſerat. Sed tota ratio exquiſitionis illorū ita ſe habet: nā in ordine ſignorum aſſumuntur altitudines, triangula & domus quorum ſi qua ſtella duorum compos fuerit in eodem ſigno, illa principem locum tenet, quanuis malefica fuerit: quod ſi hoc non vſuuenerit, maleficæ ſemper in loca vltima collocantur. Sed altitudinum domini præponuntur dominis triangulorum, atque hi domiciliorum dominis, conſequenter quidem ſecūdum ſignorum ſeriē, ita etiam vt duplicis adminiſtrationis ſtella antecedat ſemper habentem ſimplicem. Cancer tamen & Leo domicilia Solis & Lunę attribuuntur maleficis, nam finibus luminaria non includuntur, maleficæ aūt in illis potentiores inueniuntur, & Cancer quidē Martis, Leo aūt Saturni habetur, atque his conueniens ordo cōſeruatur. Sed numerus ſic exquiritur. Si non inueniatur ſtella dominatrix duplici modo, vel in eodem ſigno vel in ſequentibus duobus, tum dari ſolent beneficis, hoc eſt Ioui & Veneri ſingillatim ſeptenę partes, ſed maleficis, idē Saturno & Marti quinę: Mercurio aūt, qui cōmunis eſt, ſenæ, quib. numerus triginta partium expletur. Sed hoc eſt accipiendum de ijs, qui nō niſi ſimplic modo dominentur. Verum cum aliquæ duplicem rationem habeant, nam Venus ſola eſt domina trianguli Cancri & Tauri cum Luna finibus non clau datur. His igitur ſingillatim vna pars adijcitur, ſiue hanc rationem in eodē ſigno, ſiue in proximis duobus, hoc eſt vno quadrante habuerint, atque talibus adiectis partibus animaduerti in memorata percenſione fuiſſe pūctula ſuperpoſita, ſed adiecticiæ duplici huic rationi partes auferuntur à reliquis & ſolitarijs plærumque quidem à Saturno, ſed tamen à Ioui quoque propter tarditatem motus. Horum aūt & ipſorum finium deſcriptionem in ſequentibus expoſitam ſubiecimus.

al. vni' nō.

| | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ♈ | ♃ | 6 | ♀ | 8 | ☿ | 7 | ♂ | 5 | ♄ | 4 |
| ♉ | ♀ | 8 | ☿ | 7 | ♃ | 7 | ♄ | 2 | ♂ | 6 |
| ♊ | ☿ | 7 | ♃ | 7 | ♀ | 7 | ♄ | 4 | ♂ | 5 |
| ♋ | ♂ | 6 | ♃ | 7 | ☿ | 7 | ♀ | 7 | ♄ | 3 |
| ♌ | ♄ | 6 | ☿ | 7 | ♀ | 6 | ♃ | 6 | ♂ | 5 |
| ♍ | ☿ | 7 | ♀ | 6 | ♃ | 5 | ♄ | 6 | ♂ | 6 |
| ♎ | ♄ | 6 | ♀ | 5 | ♃ | 8 | ☿ | 5 | ♂ | 6 |
| ♏ | ♂ | 6 | ♃ | 8 | ♀ | 7 | ☿ | 6 | ♄ | 5 |
| ♐ | ♃ | 8 | ♀ | 6 | ☿ | 5 | ♄ | 6 | ♂ | 5 |
| ♑ | ♀ | 6 | ☿ | 6 | ♃ | 7 | ♂ | 6 | ♄ | 5 |
| ♒ | ♄ | 6 | ☿ | 6 | ♀ | 8 | ♃ | 5 | ♂ | 5 |
| ♓ | ♀ | 8 | ♃ | 6 | ☿ | 6 | ♂ | 6 | ♄ | 4 |

Διεῖλον δέ τινες καὶ εἰσέτι τούτων λεπτομερέστερα τὰ τμήματα τῆς οἰκοδεσποτίας, τόπους καὶ μοίρας ὀνομάσαντες. καὶ τόπον μὲν ὑποτιθέμενοι, τὸ τοῦ δωδεκατημορίου δωδεκατημόριον, τουτέστι μοίρας β΄. ἥμισυ ἀρχόμενοι ἀπὸ τοῦ δωδεκατημορίου, καθ' ὃ ἐστιν ὁ ἀστὴρ, καὶ διδόντες αὐτῶν τὴν κυρίαν τοῖς ἐφεξῆς ζωδίοις. ἄλλοι δὲ καὶ κατ' ἄλλας τινὰς ἀλόγους τάξεις. μοῖραν δὲ ἑκάστῳ πάλιν ἀπ' ἀρχῆς ἑκάστου διδόντες τῶν ἀστέρων ἀκολούθως τῇ τάξει τῶν χαλδαϊκῶν ὁρίων. ταῦτα μὲν οὖν πιθανὸν, καὶ οὐ φυσικὸν ἀλλὰ κενόδοξον ἔχοντα λόγον παρήσομεν, ἐκεῖνο δὲ ἐπιστάσεως ἄξιον τυγχάνον οὐ παραλείψομεν, ὅτι καὶ τὰς τῶν δωδεκατημορίων ἀρχὰς ἀπὸ τῶν ἰσημερινῶν καὶ τῶν τροπικῶν σημείων εὔλογόν ἐστι ποιεῖσθαι. καὶ τῶν συγγραφέων τοῦτό πως ἐμφανισάντων καὶ μάλιστα διότι τὰς φύσεις καὶ τὰς δυνάμεις, καὶ τὰς συνοικειώσεις

αὐτῶν,

Digitized by Google

αὐτῶν, ὁρῶμεν ἐκ τῶν προαποδεδειγμένων, ἀπὸ τῶν τροπικῶν καὶ ἰσημερινῶν ἀρχῶν καὶ οὐκ ἀπ᾽ ἄλλου τινὸς ἔχοντας τὴν αἰτίαν, ἄλλων μὲν γὰρ ἀρχῶν ὑποτιθεμένων, ἢ μηκέτι συγχρῆσθαι ταῖς φύσεσιν αὐτῶν εἰς τὰς προτελέσεις ἀναγκασθησόμεθα, ἢ συγχρώμενοι διαπίπτειν, παραβάντων, καὶ ἀλλοτριωθέντων τῶν τὰς δυνάμεις αὐτοῖς ἐμπεριποιησάντων τοῦ ζωδιακοῦ διαστημάτων.

Nec defuere qui partirentur etiam ſubtilius dominationum iura, nominarentque loca & partes, illa quidem volentes accipi duodecimam vniuſcuiuſque ſigni portionem, id eſt* partem vndecimam & dimidiam. Incipiunt autem attribuere ius ſequẽtibus ſemper ſignis ab eo in quo ſtella fuerit inuenta, ſed non hac vna, verum aliis quoque ratione carentibus modis. Partes autem aſcribunt, iterum à principio ſignorum omnibus ſingillatim ſtellis ordine expoſito in Chaldaicorum finium demonſtratione. Sed hæc vt diſputabilia & naturali ratione carentia, magiſque oſtentationi comparata prætermittamus. Hoc monentes, quod ſcitu dignum eſt, Signorum vel locorum duodecim initia ſumenda ab æquinoctialibus & tropicis, quod & ipſum à ſcriptoribus oſtenditur, & quod vt expoſuimus illorũ naturæ vires ſocietates, de æquinoctialibus & tropicis Solis initiis exiſtunt. Quod ſi alia initia conſtituerimus, aut ſigna ab vſu iudiciorum neceſſario excludemus, aut aſſumentes multum fruſtrabimur, quippe cum præterita & mutata fuerint ſpacia ſigniferi, à quibus illis vires inferuntur.

*al. partem alteram & dimidiã, id eſt partes duas, & ſemiſſem de triginta partibus, hoc eſt, vno ſigno collegeris duodecim bis, & dimidiũ illorum.

Περὶ ἰδιοπροσώπων, καὶ λαμπήνων, καὶ θρόνων.

Αἱ μὲν οὖν συνοικειώσεις τῶν ἀστέρων καὶ τῶν δωδεκατημορίων σχεδὸν ἂν εἶεν τοσαῦται. λέγονται δὲ ἰδιοπρόσωποι μὲν, ὅταν ἕκαστος αὐτῶν τὸν αὐτὸν διασώζῃ πρὸς ☉ ἢ καὶ ☾ σχηματισμὸν, ὅνπερ καὶ οἱ οἶκοι αὐτοῦ πρὸς τοὺς ἐκείνων οἴκους, οἷον ὁ τῆς ♀, λόγου ἕνεκεν, ὅταν ἑξάγωνον ποιῇ πρὸς τὰ φῶτα διάστασιν. ἀλλὰ πρὸς ☉ μὲν ἑσπέριος, ὢν πρὸς δὲ ☾ ἑῷος ἀκολούθως τοῖς ἐξαρχῆς οἴκοις. καὶ ἐν λαμπήναις δὲ ἰδίαις λέγονται εἶναι καὶ θρόνοις, καὶ τοῖς τοιούτοις, ὅταν κατὰ δύο, ἢ καὶ πλείους τῶν προεκτεθειμένων τρόπων συνοικειωμένοι τυγχάνωσι τοῖς τόποις, ἐν οἷς καταλαμβάνονται. τότε γὰρ μάλιστα τῆς δυνάμεως αὐτῶν αὐξομένης πρὸς ἐνέργειαν διὰ τὸ ὅμοιον καὶ συμπρακτικὸν τῆς τῶν δωδεκατημορίων ὁμοφυοῦς οἰκειώσεως, ἰδιοθρονεῖν καὶ λαμπηνεῖν λέγονται. χαίρειν δὲ φασιν αὐτοὺς, ὅταν κἂν μὴ πρὸς αὐτοὺς, ἡ συνοικείωσις τῶν περιεχόντων ζωδίων, ἀλλὰ μέντοι πρὸς τοὺς τῶν αὐτῶν αἱρέσεων ἐκ μακροῦ μᾶλλον οὖσα γινομένης τῆς συμπαθείας. κοινωνοῦσι δὲ ὁμοίως καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τῆς ὁμοιότητος. ὥσπερ ὅταν ἐν τοῖς ἠλλοτριωμένοις καὶ τῆς ἐναντίας αἱρέσεως τόποις καταλαμβάνονται, πολὺ παραλύεται δὲ τῆς οἰκείας αὐτῶν δυνάμεως, ἄλλην τινὰ φύσιν μικτὴν ἀποτελούσης τῆς κατὰ τὸ ἀνόμοιον τῶν περιεχόντων ζωδίων κράσεως.

## ¶De ſua cuiuſque ſtellæ perſona, & carpentis ac ſolijs.

## CAP. XXII.

Atque hoc ferè modo ſeſe habent familiaritates ſtellarum locorumque duodecim. Dicuntur autem ſtellæ & ſuas quaſi perſonas gerere, quod videre facie ad faciem vulgus vocat, cum ſingulæ eo modo cum Sole aut etiam Luna configurantur, quo domicilia ipſorum cum domiciliis luminum, vt verbi cauſſa, Venus in ſexangula configuratione cum luminibus. Sed cum Sole veſpertina, cum Luna matutina eſſe debet, pro eo atque etiam domicilia collocata ſunt. Suis autem quaſi in regiis curribus & carpentis inuehi, & ſoliis inſidere, & in huiuſmodi excellentiis tum eſſe dicuntur, cum duobus aut pluribus nominibus declaratum in ſuperioribus familiaritatis ius exercuerint in ijs locis ſtellæ, quibus inſtiterint. Nam quia tunc ipſorum maximè efficaces vires fiũt, propter conuenientiam & ſimilitudinem & quaſi collocatam operam duodecim locorum, ideo ſoliis ſuis inſidere & illuſtres dicuntur. Gaudere etiam volunt, cum loca in quibus ſtella fuerit non ipſi ſed alteri ſuæ conditionis obnoxia ſunt, quæ quidem ſatis è longo congruitatis ratio ducitur, ſed ſimilitudo illam tamen efficere putatur. Contra autem ſi in locis alienis & contrariis conditioni ſuæ inueniatur, valde diluitur peculiaris ipſarum vis, diuerſarum naturarum confuſione, propter diſsimiles ſignorum conſtitutiones.

### ANNOT. IN CAP. 22.

¶De ſua cuiuſque ſtellæ perſona, & carpentis, ac ſolijs.

*ἰδιοπροσώπων expoſuimus ſuam gerere perſonam, intelligendum autem valde peculiari in loco ſtellas hoc poſitu reperiri, & niſi fallor à Sarracenicis hæc ſtellarum dignitas parum rectè traditur.*

*λαμπῆνας carpenta regia fecimus, propterea quod ſolij fieret mentio. Neque tamen pugnauero cum aliquo, qui illuſtres in hac dignitate ſua ſtellas dicere maluerit.*



Digitized by Google

## Περὶ συναφειῶν καὶ ἀπορροιῶν.

Καὶ καθόλου δὲ συνάπτειν μὲν λέγονται τοῖς ἑπομένοις οἱ προηγούμενοι, ἀπερρυηκέναι δὲ, οἱ ἑπόμενοι τῶν προηγουμένων, ἐφ' ὅσον ἂν μὴ μακρὸν ᾖ τὸ μεταξὺ αὐτῶν διάστημα. παραλαμβάνεται δὲ τὸ τοιοῦτον ἐάν τε σωματικῶς, ἐάν τε κατά τινος τῶν παραδεδομένων σχηματισμῶν συμβαίνῃ. πλὴν ὅτι γε πρὸς μὲν τὰς διὰ τῶν σωμάτων συναφὰς καὶ ἀπορροίας, καὶ πλάτη παρατηρεῖν αὐτῶν χρήσιμον, εἰς τὸ μόνας τὰς ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη τοῦ διὰ μέσων εὑρισκομένας παρόδους παραδέχεσθαι πρὸς δὲ τὸν γινόμενον σχηματισμὸν περισσόν ἐστι τὸ τοιοῦτον, πασῶν ἀεὶ τῶν ἀκτίνων ἐπὶ ταὐτὰ τυκέσιν, ἐπὶ τὸ κέντρον τῆς γῆς φερομένων, καὶ ὁμοίως πανταχόθεν συμβαλλουσῶν. Ἐκ δὴ τούτων ἁπάντων εὐσύνοπτον, ὅτι τὸ μὲν ποιὸν ἑκάστου τῶν ἀστέρων ἐπισκεπτέον ἔκ τε τῆς ἰδίας αὐτῶν φυσικῆς ἰδιοτροπίας, καὶ ἔτι τῆς τῶν περιεχόντων δωδεκατημορίων, ἢ καὶ τῆς τῶν πρός τε τὸν ☉, καὶ τὰς γωνίας σχηματισμῶν, κατὰ τὸν ἐκτεθειμένον ἡμῖν περὶ πάντων τούτων τρόπον. τὴν δὲ δύναμιν πρῶτον μὲν ἐκ τοῦ ἤτοι ἀνατολικοὺς αὐτοὺς εἶναι, καὶ προσθετικοὺς ταῖς ἰδίαις κινήσεσι, τότε γὰρ μάλιστα εἰσὶν ἰσχυροί, ἢ δυτικοὺς καὶ ἀφαιρετικοὺς, τότε γὰρ ἀσθενεστέραν ἔχουσι τὴν ἐνέργειαν. ἔπειτα καὶ ἐκ τοῦ πῶς ἔχειν πρὸς τὸν ὁρίζοντα, μεσουρανοῦντες μὲν γὰρ, ἢ ἐπιφερόμενοι τῷ μεσουρανήματι, μάλιστα εἰσὶ δυναμικοί. δεύτερον δὲ ὅταν ἐπ' αὐτοῦ τοῦ ὁρίζοντος ὦσι, ἢ ἐπαναφέρονται. καὶ μᾶλλον ὅταν ἐπὶ τοῦ ἀνατολικοῦ, ἧττον δὲ, ὅταν ὑπὸ γῆν μεσουρανῶσιν, ἢ ἄλλως συσχηματίζωνται τῷ ἀνατέλλοντι τόπῳ. μὴ οὕτω δὲ ἔχοντες ἀδύναμοι παντελῶς τυγχάνουσι.

## ¶De applicationibus & defluxibus.

## CAP. XXIII.

IN vniuerſum autē intelligimus applicari præcedentes ſequentibus, defluere autem à præcedentibus ſequētes, ſed nō oportet longum eſſe interuallū. Idq; intelligitur & in corporeis congreſsibus & in configurationibus illarū. Niſi ꝙ in corporeis congreſsibus applicationis & defluxus etiā latitudines conuenit notari, nam non niſi eos, q in linea per media ſigna ducta exiſtūt admittere conſueuimus, quod in configurationibus obſeruare ſuperuacuum fuerit, cum radij vniuerſi eodem, id eſt in terræ punctum intimum tendant atq; ita vndecūq; emiſsi ſemper cōcurrant. Ex quibus omnibus euidens fit, habitudines ſtellarum ſingularum exquirendas cum ex propria natura earū, tum de natura ſigni, in quo fuerint, nec non ſecundum configurationē ad Solis & cardines, quæ cuncta à nobis indicata ſunt. Sed vires aſſumunt primū ſi orientales ſint, & curſum ſuum intendant, tum enim plurimum poſſunt, ſicut minimū, ſi occiduæ ſint, & remittentes curſum ſuum. Deinde pro poſitu ſuo & reſpectu erga finitorū. Nam in medio cælo aut ſuccedēti illi loco potētes maxime, ſed potētes ēt ſunt in ipſo finitore & ſuccedenti loco, plurimū autem poſſunt in finitore orientali, contra vero minus in imo cælo, aut alio conformi finitori orientali loco. Sed extra hæc omnia reperti imbecilles, & prorſus infirmi habentur.

*FINIS.*

Digitized by Google

# ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΠΤΟΛΕΜΑΙ'ΟΥ Α'ΠΟΤΕΛΕΣΜΑΤΙΚΟ'Ν Β.

Τὰ μὲν δὴ κυριώτατα τῶν πινακικῶς προεκτεθειμένων νῦν εἰς τὴν τῶν κατὰ μέρος προρρήσεων ἐπίσκεψιν, ὡς ἐν κεφαλαίοις μέχρι τοσούτων ἡμῖν ἐφωδεύσθω. Συνάψωμεν δὲ ἤδη κατὰ τὰ ἑξῆς τῆς ἀκολουθίας τὰς καθ' ἕκαστα τῶν εἰς τὸ δυνατὸν τῆς τοιαύτης προρρήσεως ἐμπιπτόντων πραγματείας, ἐχόμενοι πανταχῆ τῆς κατὰ τὸν φυσικὸν τρόπον ὑφηγήσεως. Εἰς δύο τοίνυν τὰ μέγιστα καὶ κυριώτατα μέρη διαιρουμένου, τοῦ δι' ἀστρονομίας προγνωστικοῦ, καὶ πρώτου μὲν ὄντος καὶ γενικωτέρου, τοῦ καθ' ὅλα ἔθνη καὶ χώρας καὶ πόλεις λαμβανομένου, ὃ καλεῖται καθολικόν, δευτέρου δὲ καὶ εἰδικωτέρου, τοῦ καθ' ἕνα ἕκαστον τῶν ἀνθρώπων, ὃ καὶ αὐτὸ καλεῖται γενεθλιαλογικόν, προσήκειν ἡγούμεθα περὶ τοῦ καθολικοῦ πρῶτον ποιήσασθαι τὸν λόγον, ἐπειδήπερ ταῦτα μὲν κατὰ μείζους καὶ ἰσχυροτέρας αἰτίας τρέπεσθαι πέφυκε, μᾶλλον τῶν μερικῶς ἀποτελουμένων. ὑποπιπτουσῶν δὲ ἀεὶ τῶν ἀσθενεστέρων φύσεων ταῖς δυνατωτέραις καὶ τῶν κατὰ μέρος ταῖς καθόλου, πανταπάσιν ἂν εἴη ἀναγκαῖον τοῖς προαιρουμένοις περὶ ἑνὸς ἑκάστου σκοπεῖν, πολὺ πρότερον περὶ τῶν ὁλοσχερεστέρων περιειληφέναι. Καὶ αὐτῆς δὲ τῆς καθολικῆς ἐπισκέψεως, τὸ μὲν πάλιν κατὰ χώρας ὅλας λαμβάνεται, τὸ δὲ κατὰ χώρας καὶ κατὰ πόλεις. καὶ ἔτι τὸ μὲν κατὰ μείζους καὶ περιοδικωτέρας περιστάσεις, οἷον πολέμων ἢ λιμῶν ἢ σεισμῶν ἢ κατακλυσμῶν, καὶ τῶν τοιούτων. τὸ δὲ κατὰ ἐλάττους καὶ μικροτέρας οἷαί εἰσι τῶν ἐτησίων ὡρῶν, καὶ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον ἀλλοιώσεις, περί τε ἀνέσεις ἢ ἐπιτάσεις χειμώνων καὶ ἀνωμάλων καὶ καυμάτων, ἢ εὐφορίας τε καὶ ἀφορίας, καὶ τὰ τοιαῦτα. προηγεῖται δὲ καὶ τούτων εἰκότως ἑκατέρου, τό, τε κατὰ χώρας ὅλας καὶ κατὰ μείζους περιστάσεις, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν τῇ προειρημένῃ. πρὸς δὲ τὴν τούτων ἐπίσκεψιν μάλιστα παραλαμβανομένων δύο τούτων, τῆς τε τῶν δωδεκατημορίων τοῦ ζωδιακοῦ καὶ ἔτι τῶν ἀστέρων πρὸς ἕκαστα τῶν κλιμάτων συνοικειώσεως καὶ τῶν ἐν τοῖς οἰκείοις μέρεσι κατὰ καιροὺς γινομένων ἐπισημασιῶν, κατὰ μὲν τὰς συζυγίας ☉ καὶ ☾ τῶν ἐκλειπτικῶν, κατὰ δὲ τῶν πλανωμένων παρόδους, τῶν περὶ ἀνατολὰς καὶ τοὺς στηριγμούς, προεκθησόμεθα τόν τε τῶν εἰρημένων συμπαθειῶν φυσικὸν λόγον ἅμα παριστάντες ἐκ περιδρομῆς, καὶ τὰς καθ' ὅλα ἔθνη θεωρουμένας ὡς ἐπίπαν σωματικάς τε καὶ ἠθικὰς ἰδιοτροπίας οὐκ ἀλλοτρίας τυγχανούσας τῆς τῶν συνοικειωμένων ἀστέρων τε καὶ δωδεκατημορίων φυσικῆς περιστάσεως.



Digitized by Google

# CLAVDII PTOLEMÆI MATHEMATICI DE ASTRORVM IVDICIIS, LIBER SECVNDVS.

*De generali diuiſione huius ſcientiæ.*

*CAP. I.*

HACTENVS quidem percurrimus ea quorum maximè cognitionem prędictiones rerum ſingularium requiſiturę viderentur, exponentes per certa quædam capita quaſi in tabella. Nũc igitur deinceps explicabimus rationem vniuſcuiuſque rei, cuius quidem præcognitio eſſe poſsit, ſequentes vbique naturalem quendam modum expoſitionis. Cum autem prædictiones aſtronomicæ in duas potiſsimum, & propriè partes diuidãtur, quarum vna & prior totas gentes, regiones, vrbes generaliter, quam nominant vniuerſalem: altera particularis, ſingulorum hominum fata complectatur, quæ dicitur à genituris Genethlialogica, Conueniens videtur de vniuerſalibus priore loco diſputare. quando hæc quidem maiore vi quadam, & efficacioribus à cauſsis mouentur quàm particularia. Iam cum neceſſe ſit ſummitti imbecilliores naturas valentioribus atque adeo particularia vniuerſalibus. Si quis ſingularium rerum prædictionibus operam dare velit, non poſsit ſine comprehenſione generaliorum eſſe ad illas inſtructus. Cæterum hęc ipſa vniuerſalis cõſideratio, aut eſt totarum regionum aut harum & vrbium. Præterea interdum grauiores, & certarum quaſi recurſionum caſus exquiri ſolent, Quales ſunt bellorum, peſtilentiæ, diluuij & huiuſmodi. Interdum leuiores & minores, vt annuæ tempeſtatis intẽſio vel remiſsio, itemq; hiems aſpera vel lenis, deque ventis & æſtu ſimiliter, nec non fertilitate & infœcunditate, quæque ſunt alia generis huius. Horum potius priusque habendum ob eam quam reddidimus cauſſam, illud, quod totarum eſt regionum & maiorum caſuum. Horum cognitio cum duo requirat, primum quarum inclinationum terreſtrium quæque loca ſigniferi, & quæ ſtellæ commendationem habeant, & quales in ſuis locis certis temporibus ſignificationes futurorum dentur, in coitu quidem luminum defectus, errantium vero in ſtellarum motibus, ortus & ſtatio, ante omnia huius quaſi cõſenſionis naturales cauſſas exquiramus, obiter etiam percurrentes gentium ipſarum proprietates corporis ac morum, qui quidem cognoſcantur nequaquam diſcrepare à naturali conſtitutione cum ſtellarum dominantium tum locorum Zodiaci, quibus ſubſint.

*Περὶ τῶν καθ' ὅλα ἔθνη ἰδιωμάτων.*

ΤΩν τοίνυυ ἐθνικῶν ἰδιωμάτον τὰ μὲν καθ' ὅλους παραλλήλους, καὶ γωνίας ὅλας διαιρεῖσθαι συμβέβηκε, τὰ δὲ ὑπὸ τῆς πρὸς τὸν διὰ μέσων τῶν ζωδίων κύκλον καὶ τὸν ☉ αὐτῶν σχέσεως. τῆς γὰρ καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης ἐν ἑνὶ τῶν βορείων τεταρτημορίων οὔσης οἱ μὲν ὑπὸ τοὺς νοτιωτέρους παραλλήλους, λέγω δὴ τοὺς ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ μέχρι τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ, κατὰ κορυφὴν λαμβάνοντες τὸν ἥλιον, καὶ διακεκαυμένοι μέλανές τε τὰ σώματα, καὶ τὰς τρίχας οὖλοί τε καὶ δασεῖς, καὶ τὰς μορφὰς συνεσπασμένοι, καὶ τὰ μεγέθη συντετηγμένοι, καὶ τὰς φύσεις θερμοὶ, καὶ τοῖς ἤθεσιν ὡς ἐπίπαν ἄγριοι τυγχάνουσι, διὰ τὴν ὑπὸ καύματος συνέχειαν τῶν οἰκήσεων, οὓς δὴ καλοῦμεν αἰθίοπας. καὶ οὐ μόνον αὐτοὺς ὁρῶμεν οὕτως ἔχοντας, ἀλλὰ καὶ τὸ περιέχον αὐτούς, τοῦ ἀέρος κατάστημα, καὶ τὰ ἄλλα ζῶα, καὶ τὰ φυτὰ παρ' αὐτοῖς τοιαύτην ἐμφανίζοντα τὴν διάθεσιν. οἱ δὲ ὑπὸ τοὺς βορειοτέρους παραλλήλους, λέγω δὲ τοὺς ὑπὸ τὰς ἄρκτους τὸν κατὰ κορυφὴν ἔχοντες τόπον, πολὺ τοῦ ζωδιακοῦ καὶ τῆς τοῦ ☉ θερμότητος διεστηκότες, κατεψυγμένοι μέν εἰσι διὰ τοῦτο, δαψιλεστέρως δὲ μεταλαμβάνοντες τῆς ὑγρᾶς οὐσίας θρεπτικωτάτης οὔσης, καὶ ὑπὸ μηδενὸς ἀναπινομένης θερμοῦ λευκοί τε τὰ χρώματά εἰσι, καὶ τετανοὶ τὰς τρίχας, καὶ τὰ σώματα μεγάλοι

μεγάλοι τε καὶ εὐτραφεῖς τοῖς μεγέθεσι, καὶ ὑπόψυχροι τὰς φύσεις, ἄγριοι δὲ καὶ αὐτοὶ ἤθεσι διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ κρύους συνέχειαν τῶν οἰκήσεων. ἀκολουθεῖ δὲ τούτοις καὶ ὁ τοῦ περιέχοντος ἀέρος χειμὼν, καὶ τῶν φυτῶν τὰ μεγέθη, καὶ τὸ δυσήμερον τῶν ζώων. καλοῦμεν δὲ τούτους ὡς ἐπίπαν σκύθας. Οἱ δὲ μεταξὺ τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ καὶ τῶν ἄρκτων μήτε κατὰ κορυφὴν γινομένου παρ' αὐτοῖς τοῦ ☉, μήτε πολὺ κατὰ τὰς μεσημβρινὰς παρόδους ἀφισταμένου, τῆς τῶν ἀέρων εὐκρασίας μετειλήφασι. καὶ αὐτῆς μὲν διαφερούσης, ἀλλ' οὐ σφόδρα μεγάλην τὴν παραλλαγὴν τῶν καυμάτων πρὸς τὰ ψύχη λαμβανούσης. ἔνθεν τοῖς τε χρώμασι μέσοι, καὶ τοῖς μεγέθεσι μέτριοι, καὶ ταῖς φύσεσιν εὔκρατοι, καὶ οἰκήσεσι συνεχεῖς, καὶ τοῖς ἤθεσιν ἥμεροι τυγχάνουσι, τούτων δὲ οἱ πρὸς νότον, ὡς ἐπίπαν, ἀγχινούστεροι καὶ εὐμήχανοι μᾶλλον, καὶ περὶ τὴν τῶν θείων ἱστορίαν ἱκανώτεροι, διὰ τὸ συνεγγίζειν αὐτῶν τὸν κατὰ κορυφὴν τόπον τῷ ζωδιακῷ, καὶ τοῖς πλανωμένοις περὶ αὐτὸν ἀστράσιν, οἷς οἰκείως καὶ αὐτοὶ τὰς ψυχικὰς κινήσεις εὐεπιβόλους τε ἔχουσι καὶ διερευνητικάς, καὶ τῶν ἰδίως καλουμένων μαθημάτων περιοδευτικάς. καὶ τούτων δὲ πάλιν, οἱ μὲν πρὸς ἕω μᾶλλον εἰσὶν ἠῤῥενωμένοι καὶ εὔτονοι ταῖς ψυχαῖς καὶ πάντα ἐκφαίνοντες, ἐπειδὴ τὰς ἀνατολὰς ἄν τις εἰκότως τῆς ἡλιακῆς φύσεως ὑπολάβοι, διὰ τοῦτο καὶ τὸ μέρος ἐκεῖνο, ἡμερινόν τε καὶ ἀῤῥενικὸν καὶ δεξιὸν, καθ' ὃ κἂν τοῖς ζώοις ὁρῶμεν τὰ δεξιὰ μέρη μᾶλλον ἐπιτηδειότητα ἔχοντα πρὸς ἰσχὺν καὶ εὐτονίαν. οἱ δὲ πρὸς ἑσπέραν, τεθηλυμμένοι μᾶλλόν εἰσι καὶ τὰς ψυχὰς ἁπαλώτεροι, καὶ τὰ πολλὰ κρύπτοντες, ἐπειδὴ πάλιν καὶ τοῦτο τὸ μέρος σεληνιακὸν τυγχάνει πάντοτε τῆς ☾ τὰς πρώτας ἐπιτολὰς ἀπὸ συνόδου φαντασίας ἀπὸ λιβὸς ποιουμένης. διὰ δὲ τοῦτο νυκτερινὸν δοκεῖ καὶ εὐώνυμον, ἀντικειμένως τῷ ἀνατολικῷ.

¶De proprietate vniuerſali gentium.

## CAP. II.

SOlent igitur gentiles proprietates diſtingui aut per totos parallelos & totos angulos, aut per ſitum erga eclipticam & Solem ipſarum. Nam noſtræ* terræ quæ iacet in vno aquilonari quadrante, incolæ, qui ſubiecti ſunt auſtralioribus parallelis, id eſt ijs qui deſcribuntur ab æquinoctiali vſque ad tropicum æſtiuum, cum ſupra verticem illorum feratur Sol, quaſi vſtulatis nigriſque corporibus videntur, & capillo eſſe criſpo & denſo, facie etiam cõtracta & ſtatura contorta, natura ferè calidi, moribusque feris propter magnitudinem æſtus in locis ſuis quos Aethiopas vocare conſueuimus, qui & ipſi ad expoſitum modum ſe habẽt. Et aëris ibi talis conſtitutio eſt, oẽſque animantes ac quæ naſcuntur è terra cum his congruere reperiũtur. At qui ſubſunt aquilonarioribus parallelis, hoc eſt ſub ſeptentrionibus poſita loca incolunt, cum eorum punctus verticalis à ſignifero & Solis calore longè abſit, ideo etiam frigore & humiditate abundant. In qua cum alimenti copia inſit, non exhauritur ipſa à vicino calore. Ibi ſunt igitur colore albo homines, capillo promiſſo, ſtatura proceri, & bene habiti, natura ſuggelidi, ſed & ipſi moribus feris propter frigoris illis in locis vim. Et conueniens cum his accidit hiemis magnitudo, & è terra naſcentium granditas, & animantũ ſęuitia. Hos vocamus generaliter Scythas. Qui autem loca tenent interiecta inter tropicum æſtiuum & Septentriones, quia neque ſupra verticem illorum Sol fertur, neque inde longiſsimè ad auſtrum recedit, in aëre degunt valde illo quidem tẽperato & ſingulariter, ſed frigoris æſtusque differentiæ admodum paruæ notantur, quapropter & medio quodam colore & mediocri ſtatura & natura temperata ſunt, habitationibus coniuncti, & moribus manſuetis. Horum etiam propiores auſtro ingenioſiores, & calidiores, & rerum diuinarum periti magis eſſe conſueuere, quòd punctus ipſorum verticalis propinquior ſit cum ſignifero, tum errantibus ſub illo ſtellis, pro quarum quaſi familiaritate & ipſi animos habent promptos & faciles in comprehenſione ac veſtigatione rerum ac artium, maximéque earum, quæ proprie Mathemata vocantur, præterea orientales horum viriliores ſunt, & animis firmis nihilque celantes. Orientem enim iure Solaris naturæ eſſe dixerimus, proinde & pars illa diurna, & virilis, & dextra putanda. Cernimus autem in animantibus quoque dextra eſſe magis valida & robuſta: contra occidentales effœminatiores ſunt, & molliores, & occultatores. Nam hæc pars Lunæ debetur, quæ ab occidente ſemper poſt interlunia conſpiciendam ſe præbet, atque ob hanc cauſſam & nocturna & ſiniſtra, vt oppoſita orienti traditur.

### ANNOT. IN CAP. II.

*Nam noſtræ terræ quæ iacet in vno aquilonari quadrante. Orbem terrarum globoſum eſſe ita demonſtratum putatur, vt iam qui dubitet, aut diuerſum ſtatuere auſit, nemo reperiatur. Senſiſſe etiam veteres ipſum vocabulum indicat, ſed nos cum orbem terrarum dicimus Gręcam vocem* τῆς οἰκουμένης γῆς *interpretamur. Quà certè in ſignificatione illo complexo autores linguæ latinæ vſi ſunt. Neque enim cum ſic loquerentur, vt orbem dicerẽt terrarum, quo nihil eſt apud illos crebrius, antipodas qui vocantur, accipi etiam voluere. Huius igitur cultæ terræ, quatenus quidem Ptole. deſcripſit,* vnus

Digitized by Google

*vnus eſt quadrans de vniuerſa, & is quidem* βόρειος, *id eſt, aquilonaris. Quod vt intelligi facile, & abſque negotio poßit animi ipſius cogitatione, nam explicet aliquis coſideratione ſua duos maximos circulos in ſphæra. Meridianum, qui per polos duci ſolet, & hunc diſpeſcentem ęquinoctialem, ita erunt propoſitę lineę ſingulæ, partium 360. Quibus ita limitatis vt ſe per mediũ ad rectos angulos fecerit, erit vndique à puncto ſectionis numerus partium 180. quibus quater aſſumptis, numerus conficitur partium 520. qui eſt collectus duorum illorum circulorum, quorum vterque contineret partes 360. Ita erit igitur hic, 180. quadrans vnus, qui eſt cum à Ptolemęo deſcribitur* φόρειος, *declinãs quidem ad occaſum, at* λυτικὸ. *quoque ſit.*

## Περὶ τῆς τῶν χωρῶν πρὸς τὰ τρίγωνα καὶ τοὺς ἀστέρας συνοικειώσεως.

Ἤδη δέ τινες καὶ ἐν ἑκάστοις τούτοις τῶν δωδεκατημορίων ἰδιότροποι περιστάσεις ἠθῶν καὶ νομίμων φυσικῶν ἐξηκολούθησαν. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν τοῦ περιέχοντος καταστημάτων, καὶ ἐν αὐτοῖς ὡς ἐπίπαν τοῖς κατειλεγμένοις θερμοῖς ἢ ψυχροῖς ἢ εὐκράτοις, καὶ κατὰ μέρος ἰδιάζουσι τόποι, καὶ χῶραί τινες, ἐν τῷ μᾶλλον ἢ ἧττον ἤτοι διὰ θέσεως τάξιν, ἢ ὕψος, ἢ ταπεινότητα, ἢ διὰ παράθεσιν, ἔτι δὲ ὡς ἱππικοί τινες μᾶλλον διὰ τὸ τῆς χώρας πεδινόν, καὶ ναυτικοὶ, διὰ τὴν τῆς θαλάττης ἐγγύτητα, καὶ ἥμεροι διὰ τὴν τῆς χώρας εὐθηνίαν, οὕτω καὶ ἐκ τῆς πρὸς τοὺς ἀστέρας κατὰ τὰ δωδεκατημόρια, φυσικῆς τῶν κατὰ μέρος λημμάτων συνοικειώσεως, ἰδιοτρόπους ἄν τις εὕροι φύσεις παρ' ἑκάστοις, καὶ αὐτὰς δὲ ὡς ἐπίπαν, οὐχ ὡς καὶ καθ' ἕνα ἕκαστον πάντως ἐνυπαρχούσας. ἀναγκαῖον οὖν ἐφ' ὧν ἂν εἴη χρήσιμον πρὸς τὰς κατὰ μέρος ἐπισκέψεις κεφαλαιωδῶς ἐπελθεῖν. Τεσσάρων δὴ τριγώνων σχημάτων ἐν τῷ ζωδιακῷ θεωρουμένων, ὡς δέδεικται διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἡμῖν, ὅτι τὸ μὲν κατὰ τὸν, ♈ καὶ ♌. καὶ ♐ βορρολιβυκόν τέ ἐστι, καὶ οἰκοδεσποτεῖται μὲν προηγουμένως ὑπὸ τοῦ ♃ διὰ τὸ βόρειον, συνοικοδεσποτεῖται δὲ ὑπὸ τοῦ ♂ διὰ τὸ λιβυκόν. Τὸ δὲ κατὰ τὸν ♉. καὶ ♍ καὶ ♑, νοταπηλιωτικόν τέ ἐστι καὶ οἰκοδεσποτεῖται πάλιν προηγουμένως μὲν ὑπὸ τῆς ♀ διὰ τὸ νότιον συνοικοδεσποτεῖται δὲ ὑπὸ τοῦ ♄ διὰ τὸ ἀπηλιωτικόν. Τὸ δὲ κατὰ τοὺς ♊ καὶ ♎ καὶ ♒ βορραπηλιωτικόν τέ ἐστι, καὶ οἰκοδεσποτεῖται προηγουμένως μὲν ὑπὸ τοῦ ♄ διὰ τὸ ἀπηλιωτικόν, συνοικοδεσποτεῖται δὲ ὑπὸ τοῦ ♃, διὰ τὸ βόρειον. Τὸ δὲ κατὰ τὸν ♋ καὶ ♏ καὶ τοὺς ♓ νοτολιβυκόν τέ ἐστι, καὶ οἰκοδεσποτεῖται προηγουμένως μὲν ὑπὸ τοῦ ♂ διὰ τὸ λιβυκόν, συνοικοδεσποτεῖται δὲ ὑπὸ τῆς ♀, διὰ τὸ νότιον. τούτων δὴ οὕτως ἐχόντων, διαιρουμένης τε τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης, εἰς τέσσαρα τεταρτημόρια, τοῖς τριγώνοις ἰσάριθμα, κατὰ μὲν πλάτος ὑπό τε τῆς καθ' ἡμᾶς θαλάσσης, τῆς ἀπὸ τοῦ ἡρακλείου πορθμοῦ μέχρι τοῦ ἰσσικοῦ κόλπου, καὶ τῆς ἐφεξῆς πρὸς ἀνατολὰς ὀρεινῆς ῥαχείας, ὑφ' ὧν χωρίζεται τό, τε βόρειον αὐτῆς καὶ τὸ νότιον μέρος, κατὰ δὲ μῆκος ὑπὸ τοῦ ἀραβικοῦ κόλπου διὰ τοῦ αἰγαίου πελάγους, καὶ πόντου, καὶ μαιώτιδος λίμνης, ὑφ' ὧν χωρίζεται τό, τε ἀπηλιωτικὸν, καὶ τὸ λιβυκὸν μέρος, γίνεται τεταρτημόρια τέσσαρα σύμφωνα τῇ θέσει τῶν ▽. Ἓν μὲν πρὸς βορρᾶν, καὶ λίβα τῆς ὅλης οἰκουμένης κείμενον, τὸ κατὰ τὴν κελτογαλατίαν, ὃ δὴ κοινῶς εὐρώπην καλοῦμεν. τούτῳ δὲ ἀντικείμενον τὸ πρὸς τὸν νοταπηλιώτην, τὸ κατὰ τὴν ἑῴαν αἰθιοπίαν, ὃ δὴ τῆς μεγάλης ἀσίας νότιον μέρος ἂν καλοῖτο. καὶ πάλιν τὸ μὲν πρὸς βορραπηλιώτην τῆς ὅλης οἰκουμένης τὸ κατὰ τὴν σκυθίαν, ὃ δὴ καὶ αὐτὸ βόρειον μέρος τῆς μεγάλης ἀσίας γίνεται. τὸ δὲ ἀντικείμενον τούτῳ, καὶ πρὸς λιβόνοτον ἄνεμον, τὸ κατὰ τὴν ἑσπερίην αἰθιοπίαν, ὃ δὴ κοινῶς καλοῦμεν λιβύην. Πάλιν δὲ καὶ ἑκάστου τῶν προκειμένων τεταρτημορίων, τὰ πρὸς τὸ μέσον μᾶλλον ἐσχηματισμένα τῆς ὅλης οἰκουμένης τὴν ἐναντίαν λαμβάνει φύσιν πρὸς αὐτὸ τὸ περιέχον τεταρτημόριον, ἥπερ ἐκεῖνο πρὸς ὅλην τὴν οἰκουμένην, τοῦ τε κατὰ τὴν εὐρώπην πρὸς βορρόλιβα κειμένου τῆς ὅλης οἰκουμένης, τὰ περὶ τὸ μέσον αὐτοῦ καὶ ἀντιγώνια πρὸς νοταπηλιώτην τοῦ αὐτοῦ τεταρτημορίου τὴν θέσιν ἔχοντα φαίνεται. καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως ὡς ἐκ τούτων ἑκάστων τῶν τεταρτημορίων, δυσὶ τοῖς ἀντικειμένοις τριγώνοις συνοικειοῦσθαι, τῶν μὲν ἄλλων μερῶν, πρὸς τὴν καθόλου πρόσνευσιν ἐφαρμοζομένων, τῶν δὲ περὶ τὸ μέσον πρὸς τὴν κατ'

αὐτὸ τὸ

αὐτὸ τὸ μέρος ἀντικειμένην, συμπαραλαμβανομένων πρὸς τὴν οἰκείωσιν, καὶ τῶν ἐν τοῖς οἰκείοις τριγώνοις τὴν οἰκοδεσποτείαν ἐχόντων ἀστέρων, ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων οἰκήσεων πάλιν αὐτῶν, μόνων, ἐπὶ δὲ τῶν περὶ τὸ μέσον τῆς οἰκουμένης, κἀκείνων, καὶ ἔτι τοῦ τοῦ ☿, διὰ τὸ μέσον καὶ κοινὸν αὐτὸν ὑπάρχειν τῶν αἱρέσεων. ἐν δὲ τῇ τοιαύτῃ διατάξει τὰ μὲν ἄλλα μέρη τοῦ πρώτου τῶν τεταρτημορίων, λέγω δὲ τοῦ κατὰ τὴν εὐρώπην, τὰ πρὸς βορρολίβα κείμενα τῆς οἰκουμένης συνοικειοῦται μὲν τῷ βορρολιβυκῷ τριγώνῳ τῷ κατὰ τὸν ♈ καὶ ♌ καὶ ♐. καὶ οἰκοδεσποτεῖται εἰκότως ὑπὸ τῶν κυρίων τοῦ τριγώνου ♃ καὶ ♂ ἑσπερίων. ἔστι δὲ ταῦτα καθ' ὅλα ἔθνη λαμβανόμενα, βρετανία, γαλατία, γερμανία, βασταρνία, ἰταλία, γαλλία, ἀπουλία, σικελία, τυρρηνία, κελτική, ἱσπανία. εἰκότως δὲ τοῖς προκειμένοις ἔθνεσιν ὡς ἐπίπαν συνέπεται, διά τε τὸ ἀρχικὸν τοῦ τριγώνου, καὶ τοὺς συνοικοδεσποτήσαντας ἀστέρας ἀνυποτάκτους τε εἶναι, καὶ φιλελευθέρους, καὶ φιλόπλους, φιλοπόνους, καὶ πολεμικωτάτους, καὶ ἡγεμονικοὺς, καὶ καθαροὺς καὶ μεγαλοψύχους. διὰ μέντοι τὸν ἑσπέριον τοῦ κατὰ τὸν σχηματισμὸν ♃ καὶ ♂, καὶ ἔτι διὰ τὸ τοῦ προκειμένου τριγώνου τὰ μὲν ἐμπρόσθια ἠρρενῶσθαι, τὰ δὲ ὀπίσθια τεθηλῦσθαι, πρὸς μὲν τὰς γυναῖκας ἀζήλοις αὐτοῖς εἶναι, καὶ καταφρονητικοῖς τῶν ἀφροδισίων πρὸς δὲ τὴν τῶν ἀρρένων συνουσίαν καταφορεστέροις τε καὶ μᾶλλον ζηλοτύποις, αὐτοῖς, δὲ τοῖς διατεθειμένοις μήτε αἰσχρὸν ἡγεῖσθαι τὸ γινόμενον, μήτε ὡς ἀληθῶς ἀνάνδροις διὰ τοῦτο καὶ μαλακοῖς ἀποβαίνειν, ἕνεκεν τοῦ μὴ παθητικῶς διατίθεσθαι, συντηρεῖν δὲ τὰς ψυχὰς, ἐπάνδρους, κοινωνικὰς, καὶ πιστὰς, καὶ φιλοικείους, καὶ εὐεργετικάς. Καὶ τούτων δὲ αὐτῶν τῶν χωρῶν βρετανία μὲν, καὶ γαλατία, καὶ γερμανία, καὶ βασταρνία μᾶλλον τῷ ♈ συνοικειοῦνται καὶ τῷ τοῦ ♂. ἔνθεν ὡς ἐπίπαν οἱ ἐν αὐταῖς ἀγριώτεροι καὶ αὐθαδέστεροι, καὶ θηριώδεις τυγχάνουσιν. Ἰταλία δὲ καὶ ἀπουλία, γαλλία, καὶ σικελία, τῷ ♌ καὶ τῷ ☉, διόπερ ἡγεμονικοὶ μᾶλλον οὗτοι, καὶ εὐεργετικοὶ, καὶ κοινωνικοί, τυρρηνία δὲ καὶ κελτικὴ καὶ ἱσπανία τῷ τοῦ ♐ καὶ τῷ τοῦ ♃. ὅθεν τὸ φιλοκάθαρον. τὰ δὲ ἐν τούτῳ μὲν ὄντα τῷ τεταρτημορίῳ, περὶ δὲ τὸ μέσον ἐσχηματισμένα τῆς οἰκουμένης, θράκη τε καὶ μακεδονία καὶ ἰλλυρὶς, καὶ ἑλλὰς καὶ ἀχαΐα καὶ κρήτη, ἔτι δὲ αἵ τε κυκλάδες, καὶ τὰ παράλια τῆς μικρᾶς ἀσίας, καὶ κύπρος, πρὸς νοταπηλιώτην κείμενα τοῦ ὅλου τεταρτημορίου, προσλαμβάνουσι τὴν συνοικείωσιν τοῦ νοταπηλιωτικοῦ τριγώνου, τοῦ κατὰ τὸν ♉ μὲν τὴν ♍ καὶ τὸν ♑. ἔτι δὲ καὶ συνοικοδεσπότας τόν τε τῆς ♀ καὶ τὸν τοῦ ♄ καὶ τοῦ ☿, ὅθεν οἱ κατοικοῦντες τὰς χώρας ἐκείνας, συγκατεσχηματισμένοι μᾶλλον ἀπέβησαν καὶ κεκραμένοι τοῖς τε σώμασιν καὶ ταῖς ψυχαῖς. ἡγεμονικοὶ μὲν αὐτοὶ τυγχάνοντες καὶ γενναῖοι καὶ ἀνυπότακτοι διὰ τὸν τοῦ ♂, φιλόμουσοι δὲ καὶ φιλομαθεῖς φιλελεύθεροί τε καὶ αὐτόνομοι, καὶ δημοκρατικοὶ καὶ νομοθετικοί, διὰ τὸν τοῦ ♃, καὶ φιλαγωνισταὶ καὶ φιλοκάθαροι ταῖς καρδίαις, διὰ τὸν τῆς ♀ κοινωνικοὶ δὲ καὶ φιλόξενοι καὶ φιλοδίκαιοι καὶ φιλογράμματοι, καὶ ἐν λόγοις πρακτικώτεροι διὰ τὸν τοῦ ☿. μυστηρίων δὲ μάλιστα συντελεστικοί, διὰ τὸν ἑσπέριον τῆς ♀ σχηματισμόν, πάλιν δὲ κατὰ μέρος καὶ τούτων οἱ μὲν περὶ τὰς κυκλάδας καὶ τὰ παράλια τῆς μικρᾶς ἀσίας καὶ κύπρον, τῷ τε ♉ καὶ τῷ τῆς ♀ μᾶλλον συνοικειοῦνται ὅθεν δὴ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τρυφηταί εἰσι καὶ φιλοκάθαροι καὶ τοῦ σώματος ἐπιμέλειαν ποιούμενοι. οἱ δὲ περὶ τὴν ἑλλάδα καὶ ἀχαΐαν καὶ κρήτην, τῇ τε ♍ καὶ τῷ τοῦ ☿ διὸ μᾶλλον λογικοὶ τυγχάνουσι καὶ φιλομαθεῖς, καὶ τὰ τῆς ψυχῆς ἀσκοῦντες πρὸ τοῦ σώματος. οἱ δὲ περὶ τὴν μακεδονίαν καὶ θράκην καὶ ἰλλυρίδα, τῷ τε ♑ καὶ τῷ τοῦ ♄, διὸ φιλοκτήμονοι μὲν, οὐχ ἥμεροι δὲ οὕτως οὐδὲ κοινωνικοὶ τοῖς νόμοις. τοῦ δὲ δευτέρου τεταρτημορίου τοῦ κατὰ τὸ νότιον μέρος τῆς μεγάλης ἀσίας, τὰ μὲν ἄλλα μέρη τὰ περιέχοντα ἰνδικὴν, ἀριανὴν γεδρωσίαν, παρθίαν, μηδίαν, περσίδα, βαβυλωνίαν, μεσοποταμίαν, ἀσσυρίαν, καὶ τὴν θέσιν ἔχοντα πρὸς νοταπηλιώτην τῆς ὅλης οἰκουμένης εἰκότως καὶ αὐτὰ συνοικειοῦται μὲν τῷ νοταπηλιωτικῷ τριγώνῳ, τοῦ ♉, καὶ ♍, καὶ ♑ οἰκοδεσποτοῦνται δὲ ὑπὸ τοῦ τῆς ♀, καὶ τοῦ ♄, ἐπὶ ἑῴων σχηματισμῶν. διόπερ καὶ τὰς φύσεις τῶν ἐν αὐτοῖς ἀκολούθως ἄν τις εὕροι τοῖς ὑπὸ τῶν οὕτως οἰκοδεσποτησάντων ἀποτε

Digitized by Google

ἀποτελουμένας. σέβουσί τε γὰρ τὸν μὲν τῆς ♀, Ἶσιν ὀνομάζοντες, τὸν δὲ τοῦ ♄ * Μίθραν δὲ τὸν ἥλιον. καὶ προθεσπίζουσιν οἱ πολλοὶ τὰ μέλλοντα. καθιεροῦνταί τε παρ' αὐτοῖς τὰ γεννητικὰ μόρια, διὰ τὸν τῶν προκειμένων ἀστέρων σχηματισμὸν ὄντα σπερματικὸν φύσει. θερμοὶ δὲ ἔτι καὶ ὀξυκίνητοι καὶ καταφερεῖς πρὸς τὰ ἀφροδίσια τυγχάνουσιν. ὀρχηστικοί τε καὶ πηδηταί, καὶ φιλόκοσμοι μὲν διὰ τὸν τῆς ♀, ἁβροδίαιτοι δὲ διὰ τὸν τοῦ ♄. ἀναφανδὸν δὲ ποιοῦνται, καὶ οὐ κατακρύβδην τὰς πρὸς τὰς γυναῖκας συνουσίας, διὰ τὸ ἑῷον τοῦ σχηματισμοῦ. τὰς δὲ πρὸς τοὺς ἄρρενας ὑπερεχθραίνουσι. διὰ ταῦτα δὲ καὶ τοῖς πλείστοις αὐτῶν συνέπεσεν ἐκ τῶν μητέρων τέκνα, καὶ τὰς προσκυνήσεις τῷ στήθει ποιεῖσθαι, διὰ τὰς ἑῴας ἀνατολάς, καὶ τὸ τῆς καρδίας ἡγεμονικὸν οἰκείως ἔχον πρὸς τὴν ἡλιακὴν δύναμιν. εἰσὶ δὲ ὡς ἐπίπαν καὶ τὰ περὶ τὰς στολὰς κατά τε τοὺς κόσμους καὶ ὅλως τὰς σωματικὰς σχέσεις ζυφεροὶ καὶ τεθηλυμμένοι διὰ τὸν τῆς ♀. τὰς δὲ ψυχὰς καὶ τὰς προαιρέσεις μεγαλόφρονες καὶ γενναῖοι καὶ πολεμικοί, διὰ τὸ οἰκείως ἔχειν τὸν τοῦ ♄ πρὸς τὸ τῶν ἀνατολῶν σχῆμα. κατὰ μέρος δὲ πάλιν τῷ μὲν ♉ καὶ τῷ τῆς ♀ μᾶλλον συνοικειοῦνται, ἥ τε παρθία, καὶ μηδία, καὶ ἡ περσική. ὅθεν οἱ ἐνταῦθα στολαῖς μὲν ἀνθηραῖς χρῶνται κατακαλύπτοντες ἑαυτοὺς ὅλους πλὴν τοῦ στήθους, καὶ ὅλως εἰσὶν ἁβροδίαιτοι καὶ καθαροί. τῇ δὲ ♍ καὶ τῷ τοῦ ☿ τὰ περὶ τὴν βαβυλωνίαν καὶ μεσοποταμίαν καὶ ἀσσυρίαν, διὸ καὶ παρὰ τοῖς ἐνταῦθα τὸ μαθηματικὸν καὶ παρατηρητικὸν τῶν ἀστέρων ἐξαίρετον συνέπεται. τῷ δὲ ♑ καὶ τῷ τοῦ ♄, τὰ περὶ τὴν ἰνδικὴν καὶ ἀριανὴν καὶ γεδρωσίαν. ὅθεν καὶ οἱ νεμόμενοι τὰς χώρας ἐκείνας ἄμορφοι καὶ ἀκάθαρτοι καὶ θηριώδεις. τὰ δὲ λοιπὰ τοῦ τεταρτημορίου μέρη περὶ τὸ μέσον ἐσχηματισμένα τῆς ὅλης οἰκουμένης, ἰδουμαία, κοίλη συρία. ἰουδαία, φοινίκη, χαλδαϊκή. ὀρχηνία, ἀραβία εὐδαίμων, τὴν θέσιν ἔχοντα πρὸς βορρολίβα, τοῦ ὅλου τεταρτημορίου προσλαμβάνει πάλιν τὴν συνοικείωσιν τοῦ βορρολιβυκοῦ ♈. ♌, ♐. ♃. ἔχοντος συνοικοδεσποτοῦντας τόν τε τοῦ ♃ καὶ τὸν τοῦ ♂, καὶ

* al. ἴλος.

ἔτι τὸν τοῦ ☿. διὸ μᾶλλον οὗτοι τῶν ἄλλων ἐμπορικώτεροι καὶ συναλλακτικοί, πανουργότεροι δὲ καὶ δειλοκαταφρονηταί, καὶ ἐπιβουλευτικοί, καὶ δουλόψυχοι, καὶ ὅλως ἀλλοπρόσαλλοι, διὰ τὸν τῶν προκειμένων ἀστέρων συσχηματισμόν. καὶ τούτων δὲ πάλιν οἱ μὲν περὶ τὴν κοίλην συρίαν, καὶ ἰουδαίαν, καὶ ἰδουμαίαν, τῷ ♈, καὶ τῷ τοῦ ♂ μᾶλλον συνοικειοῦνται, διόπερ ὡς ἐπίπαν θρασεῖς καὶ ἄθεοι, καὶ ἐπιβουλευτικοί. φοίνικες δὲ καὶ χαλδαῖοι καὶ ὀρχήνιοι τῷ τε ♌ καὶ τῷ ☉, διόπερ ἁπλούστεροι καὶ φιλανθρωπότεροι καὶ φιλαστρόλογοι, καὶ μάλιστα πάντων σέβοντες τὸν ☉. οἱ δὲ κατὰ τὴν ἀραβίαν τὴν εὐδαίμονα τῷ ♐, καὶ τῷ τοῦ ♃, ὅθεν ἀκολούθως τῇ προσηγορίᾳ τό, τε τῆς χώρας εὔφορον συνέπεσε, καὶ τὸ τῶν ἀρωμάτων πλῆθος, καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων εὐάρμοστον, πρός τε διαγωγὰς ἐλεύθερον, καὶ συναλλαγὰς καὶ * πραγματείας. τοῦ δὲ τρίτου τεταρτημορίου, τοῦ κατὰ τὸ βόρειον μέρος τῆς μεγάλης ἀσίας, τὰ μὲν ἄλλα μέρη τὰ περιέχοντα τὴν ἀρμενίαν, ὑρκανίαν, ματιανήν, βακτριανήν, κασπειρίαν, σηρικήν, σαυροματικήν, ὀξειανήν, σογδιανήν, καὶ τὰ πρὸς βορραπηλιώτην κείμενα τῆς ὅλης οἰκουμένης, συνοικειοῦται μὲν τῷ βορραπηλιωτικῷ τριγώνῳ, τῷ διά τε ♊, ♎, ♒, οἰκοδεσποτεῖται δὲ εἰκότως ὑπὸ τοῦ ♄ καὶ διός, ἐπὶ σχημάτων ἀνατολικῶν. διόπερ οἱ ταύτας ἔχοντες τὰς χώρας, σέβουσι μὲν διά τε καὶ κρόνον, πλουσιώτατοι δ' εἰσί, καὶ πολύχρυσοι, περί τε τὰς διαίτας καθαροὶ καὶ εὐδιάγωγοι σοφοί τε καὶ μάγοι περὶ τὰ θεῖα, καὶ τὰ ἤθη δίκαιοι καὶ ἐλευθέριοι, καὶ τὰς ψυχὰς μεγάλοι καὶ γενναῖοι, μισοπόνηροι δὲ καὶ φιλόστοργοι, καὶ ὑπεραποθνήσκοντες ἑτοίμως τῶν οἰκειοτάτων ἕνεκεν τοῦ καλοῦ καὶ ὁσίου. πρός τε τὰς ἀφροδισίους χρήσεις σεμνοὶ καὶ καθαροί, καὶ περὶ τὰς ἐσθῆτας πολυτελεῖς, χαριστικοί τε καὶ μεγαλόφρονες, ἅπερ ὡς ἐπίπαν ὁ τοῦ ♄ καὶ ὁ τοῦ ♃ κατὰ ἀνατολικὸν συσχηματισμὸν ἀπεργάζονται. καὶ τούτων δὲ πάλιν τῶν ἐθνῶν, τὰ μὲν περὶ τὴν ὑρκανίαν καὶ ἀρμενίαν καὶ ματιανὴν μᾶλλον συνοικειοῦνται τοῖς τε ♊ καὶ τῷ τοῦ ☿. διὸ καὶ εὐκινητότερα μᾶλλον καὶ ὑποπονη

*al. σατραπείας.

Digitized by Google

ὑποπόνηρα. τὰ δὲ περὶ τὴν βακτριανὴν καὶ καςπιανὴν καὶ σηρικὴν, τῷ τε ♎ καὶ τῷ τοῦ ♀, ὅθεν οἱ κατέχοντες τὰς χώρας πλουσιώτατοι καὶ φιλόμουσοι, καὶ μᾶλλον ἁβροδίαιτοι. τὰ δὲ περὶ τὴν σαυροματικὴν καὶ τὴν ὀξειανὴν καὶ σογδιανὴν, τῷ τε ♒, καὶ τῷ τοῦ ♄, διὸ καὶ ταῦτα τὰ ἔθνη μᾶλλον ἀνήμερα καὶ αὐστηρὰ καὶ θηριώδη. τὰ δὲ λοιπὰ καὶ τούτου τοῦ τεταρτημορίου, καὶ περὶ τὸ μέσον κείμενα τῆς ὅλης οἰκουμένης, βιθυνία, φρυγία, κολχική, συρία, κομμαγηνὴ, καππαδοκία, λυδία, κιλικία, παμφυλία, τὴν θέσιν ἔχοντα πρὸς λιβόνοτον αὐτοῦ τοῦ τεταρτημορίου προσλαμβάνει τὴν συνοικείωσιν τοῦ νοτολιβυκοῦ τεταρτημορίου ♋ καὶ ♏ καὶ ♓. συνοικοδεσποτεῖται δὲ τῷ τε τοῦ ♂ καὶ τῷ τῆς ♀, καὶ ἔτι τῷ τοῦ ☿. διόπερ οἱ περὶ τὰς χώρας ταύτας σέβουσι μὲν ὡς ἐπίπαν τὴν ♀ ὡς μητέρα θεῶν ποικίλοις καὶ ἐγχωρίοις ὀνόμασι προσαγορεύοντες, καὶ τὸν τοῦ ♂ ὡς ἄδωνιν ἢ ἄλλως πως πάλιν ὀνομάζοντες, καὶ μυστήριά τινα μετὰ θρήνων ἀποδιδόντες αὐτοῖς. περίκακοι δὲ εἰσι δουλόψυχοι, καὶ πονικοὶ, καὶ πονηροὶ, καὶ ἐν μισθοφόροις στρατείαις καὶ ἁρπαγαῖς καὶ αἰχμαλωσίαις γινόμενοι, καταδουλούμενοι δὲ αὑτοὺς, καὶ πολεμικαῖς ἀπωλείαις περιπίπτοντες, διά τε τὴν τοῦ ♂ καὶ τῆς ♀ κατ' ἀνατολικὴν συναρμογήν. ὅτι δὲ ἐν τῷ τῆς ♀ τριγωνικῷ ζωδίῳ τῷ ♑ ὁ τοῦ ♂. ἐν δὲ τῷ τοῦ ♂ τριγωνικῷ ζωδίῳ τοῖς ♓, ὁ τῆς ♀ ὑψοῦται, διὰ τοῦτο τὰς γυναῖκας συνέβη πᾶσαν εὔνοιαν πρὸς τοὺς ἄνδρας ἐνδείκνυσθαι, φιλοστόργους τε οὔσας καὶ οἰκουρούς, καὶ ἐργατικάς, καὶ ὑπηρετικὰς, καὶ ὅλως πονικὰς, καὶ ὑποτεταγμένας. καὶ τούτων καὶ πάλιν οἱ μὲν περὶ τὴν φρυγίαν, καὶ βιθυνίαν, καὶ κολχικὴν συνοικειοῦνται μᾶλλον τῷ τε ♋, καὶ ☾. διόπερ οἱ μὲν ἄνδρες ὡς ἐπίπαν εἰσὶν εὐλαβεῖς καὶ ὑποτακτικοὶ, τῶν δὲ γυναικῶν αἱ πλεῖσται διὰ τὸ τῆς ☾ ἀνατολικὸν καὶ ἠρρενωμένον σχῆμα ἐπανδροι καὶ ἀρχικαὶ καὶ πολεμικαὶ καθάπερ αἱ ἀμαζόνες, φεύγουσαι μὲν τὰς τῶν ἀνδρῶν συνουσίας. φιλόπλοι δὲ οὖσαι καὶ ἀρρενοποιοῦσαι τὸ θῆλυ ἀπὸ βρέφους ἀποκοπῇ τῶν δεξιῶν μαστῶν, χάριν τῶν στρατιωτικῶν χρήσεων, καὶ ἀπογυμνοῦσαι ταῦτα τὰ μέρη διὰ τὰς πράξεις ὡς ἐπιδείκνυσθαι τὸ ἀθήλυντον τῆς φύσεως. οἱ δὲ περὶ τὴν συρίαν, καὶ κομμαγηνὴν, καὶ καππαδοκίαν, τῷ τε ♏ καὶ τῷ τοῦ ♂, διόπερ πολὺ παρ' αὐτοῖς συνέπεσε τὸ θρασὺ καὶ πονηρὸν καὶ ἐπιβουλευτικὸν καὶ ἐπίπονον. οἱ δὲ περὶ τὴν λυδίαν, καὶ κιλικίαν, καὶ παμφυλίαν, τοῖς τε ♓, καὶ τῷ τοῦ ♃, ὅθεν οὗτοι μᾶλλον πολυκτήμονοί τε καὶ κοινωνικοὶ καὶ ἐμπορικοὶ, καὶ ἐλεύθεροι, καὶ εὔκολοι περὶ τὰς συναλλαγάς. τοῦ δὲ λοιποῦ τεταρτημορίου τοῦ κατὰ τὴν κοινῶς λιβύην, τὰ μὲν ἄλλα τὰ περιέχοντα νουμιδίαν, καρχηδονίαν, ἀφρικὴν, φαζανίαν, νασαμῶνιτιν, γαραμαντικὴν, μαυριτανίαν, γαιτουλίαν, μεταγγωνῖτιν, καὶ τὴν θέσιν ἔχοντα πρὸς λιβόνοτον τῆς ὅλης οἰκουμένης, συνοικειοῦται μὲν τῷ νοτολιβυκῷ τριγώνῳ ♋, καὶ ♏, καὶ ♓ οἰκοδεσποτοῦνται δὲ εἰκότως ὑπό τε τοῦ ♂, καὶ τοῦ τῆς ♀, ἐπὶ σχήματος ἑσπερίου. διόπερ συνέπεσε τοῖς πλείστοις αὐτῶν ἕνεκεν τῆς εἰρημένης τῶν ἀστέρων συναρμογῆς ὑπὸ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς, ἢ δυοῖν ὁμομητρίων ἀδελφῶν βασιλεύεσθαι, τοῦ μὲν ἀνδρὸς τῶν ἀνδρῶν ἄρχοντος, τῆς δὲ γυναικὸς τῶν γυναικῶν, συντηρουμένης τῆς τοιαύτης διαδοχῆς. θερμοὶ δέ εἰσι σφόδρα καὶ καταφερεῖς πρὸς τὰς τῶν γυναικῶν συνουσίας, ὡς καὶ τοὺς γάμους δι' ἁρπαγῶν ποιεῖσθαι, καὶ πολλαχῇ ταῖς γαμουμέναις τοὺς βασιλεῖς πρώτας συνέρχεσθαι, παρ' ἐνίοις δὲ καὶ κοινὰς εἶναι τὰς γυναῖκας ἁπάντων. φιλοκαλλωπισταὶ δὲ ὑπάρχουσι καὶ κόσμους γυναικείους περιεζώννυνται διὰ τὸν τῆς ♀. ἔπανδροι μέντοι τὰς ψυχὰς καὶ ὑποπόνηροι καὶ μαγευτικοὶ, νοθευταὶ δὲ καὶ παράβολοι, καὶ ῥιψοκίνδυνοι διὰ τὸν τοῦ ♂. τούτων δὲ πάλιν οἱ μὲν περὶ τὴν νουμιδίαν, καὶ καρχηδονίαν, καὶ ἀφρικὴν συνοικειοῦνται μᾶλλον τῷ τε ♋, καὶ τῇ ☾. διόπερ οὗτοι κοινωνικοί τε καὶ ἔμπορικοὶ τυγχάνουσι, καὶ ἐν εὐθηνίᾳ πάμπαν διατελοῦντες. οἱ δὲ περὶ τὴν μεταγωνῖτιν, καὶ μαυριτανίαν, καὶ γαιτουλίαν τῷ τε ♏ καὶ τῷ τοῦ ♂, ὅθεν οὗτοι θηριωδέστεροί τέ εἰσι, καὶ μαχιμώτατοι καὶ κρεωφάγοι, καὶ ἐλεφα-



Digitized by Google

κίνδυνοι, καὶ καταφρονητικοὶ τοῦ ζῆν, ὡς μὴ δὲ ἀλλήλων ἀπέχεσθαι. οἱ δὲ περὶ τὴν φυζανίαν, καὶ νασαμωνῖτιν, καὶ γαραμαντικὴν, τοῖς τε ♓ καὶ τῷ τοῦ ♃ διόπερ ἐλεύθεροί τε καὶ ἁπλοῖ τοῖς ἤθεσι καὶ φίλεργοι καὶ εὐγνώμονες. καθαροί τε καὶ ἀνυπότακτοί εἰσιν ὡς ἐπίπαν, διὰ τὸν τοῦ ♃, τῷ ἄμμωνι θρησκεύοντες. τὰ δὲ λοιπὰ τοῦ τεταρτημορίου μέρη καὶ πρὸς τῷ μέσῳ ἐσχηματισμένα τῆς ὅλης οἰκουμένης, κυρηναϊκὴ, αἴγυπτος, θηβαῒς, μαρμαρικὴ, ὄασις, τρωγλοδυτικὴ, ἀραβία, ἀζανία, μέση αἰθιοπία, πρὸς βοῤῥαπηλιώτην τετραμμένα, τοῦ ὅλου τεταρτημορίου προσλαμβάνει τὴν συνοικείωσιν τοῦ βοῤῥαπηλιωτικοῦ τριγώνου ♊, ♎, καὶ ♒, καὶ συνοικοδεσποτοῦνται τῷ τε τοῦ ♄ καὶ τῷ τοῦ ♃, καὶ ἔτι τῷ τοῦ ☿. ὅθεν οἱ κατὰ ταύτας τὰς χώρας κεκοινωνηκότες σχεδὸν τῆς τῶν μὲν πλανήτων οἰκοδεσποτίας ἑσπερίου, φιλόθεοι μὲν γεγόνασι, καὶ δεισιδαίμονες, καὶ θεοπρόσπολοι, καὶ φιλόθρηνοι, καὶ τοὺς ἀποθνήσκοντες τῇ γῇ κρύπτοντες καὶ ἀφανίζοντες διὰ τὸ ἑσπέριον σχῆμα, παντοίοις δὲ νομίμοις καὶ ἔθεσι καὶ θεῶν παντοίων θρησκείαις χρώμενοι. καὶ ἐν μὲν ταῖς ὑποταγαῖς ταπεινοὶ καὶ δειλοὶ καὶ μικρολόγοι καὶ ὑπομενητικοὶ, ἐν δὲ ταῖς ἡγεμονείαις, εὔψυχοι καὶ μεγαλόφρονες. πολυγύναιοι δὲ, καὶ πολύανδροι, καὶ καταφερεῖς, καὶ ταῖς ἀδελφαῖς συναρμοζόμενοι, καὶ πολύσποροι μὲν οἱ ἄνδρες, εὐσύλληπτοι δὲ αἱ γυναῖκες, ἀκολούθως τῷ τῆς χώρας * γονίμῳ, πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἀῤῥένων σαθροὶ, καὶ τεθηλυμμένοι τὰς ψυχὰς, ἔνιοι δὲ καὶ τῶν γεννητικῶν μορίων καταφρονοῦντες, διὰ τὸν κακοποιῶν μετὰ τοῦ τῆς ♀ ἑσπέριον σχηματισμόν. καὶ τούτων δὲ οἱ μὲν περὶ κυρηναϊκὴν, καὶ μαρμαρικὴν, καὶ μάλιστα οἱ περὶ τὴν κάτω χώραν τῆς αἰγύπτου μᾶλλον συνοικειοῦνται τοῖς ♊, καὶ τῷ τοῦ ☿. διόπερ οὗτοι διανοητικοί τε καὶ συνετοὶ καὶ εὐεπήβολοι τυγχάνουσι περὶ πάντα, καὶ μάλιστα περὶ τὴν τῶν σοφῶν καὶ θείων εὕρεσιν μαγικοί τε καὶ κρυφίων μυστηρίων ἐπιτελεστικοὶ, καὶ ὅλως ἱκανοὶ περὶ τὰ μαθήματα. Οἱ δὲ περὶ τὴν θηβαΐδα, καὶ ὄασιν καὶ τρωγλοδυτικὴν, τῷ τε ♎ καὶ τῷ τῆς ♀, ὅθεν καὶ αὐτοὶ θερμοί τε εἰσι τὰς φύσεις, καὶ κεκινημένοι καὶ ἐν εὐφορίᾳ ἔχοντες τὰς διαγωγάς. Οἱ δὲ περὶ τὴν ἀραβίαν, καὶ ἀζανίαν, καὶ μέσην αἰθιοπίαν, τῷ ♒ καὶ τῷ τοῦ ♄. διὸ καὶ οὗτοι κρεωφάγοι καὶ ἰχθυοφάγοι καὶ νομάδες εἰσὶν, ἄγριον καὶ θηριώδη βίον ζῶντες. αἱ μὲν οὖν συνοικειώσεις τῶν ἀστέρων καὶ τῶν δωδεκατημορίων πρὸς τὰ κατὰ μέρος ἔθνη, καὶ τὰ ὡς ἐπίπαν αὐτῶν ἰδιώματα, κατὰ τὸ κεφαλαιῶδες, ἡμῖν τοῦτον ὑποτετυπώσθω τὸν τρόπον. ἐκθησόμεθα δὲ καὶ διὰ τῆς χρήσεως εὐεπήβολον, ἐφ' ἑκάστῳ τῶν δωδεκατημορίων κατὰ ψιλὴν παράθεσιν ἕκαστα τῶν συνοικειουμένων ἐθνῶν ἀκολούθως τοῖς * προκειμένοις περὶ αὐτῶν τὸν τρόπον τοῦτον.

*al. γεννήματι.

*al. προειλεγμένοις.

ψιλὴ ἔκθεσις τίνα ἔθνη τίσιν ὑπὸ σημείοις κεῖται.

♈ Ἔστι βρεττανία, γαλατία, γερμανία, βαστορνία, κοίλη συρία, παλαιστίνη, ἰδουμαία, ἰουδαία.

♉ Παρθία, μηδικὴ, περσὶς, κυκλάδες νῆσοι, κύπρος νῆσος, παράλια τῆς μικρᾶς ἀσίας.

♊ Ὑρκανία, ἀρμενία, ματιάνη, κυρηναϊκὴ, μαρμαρικὴ, ἡ κάτω χώρα τῆς αἰγύπτου.

♋ Νουμιδία, καρχηδονία, ἀφρικὴ, βιθυνία, φρυγία, κολχίς.

♌ Ἰταλία, γαλλία, σικελία, ἀπουλία, φοινίκη, Χαλδαϊκὴ, ὀρχηνία.

♍ Μεσοποταμία, βαβυλονία, ἀσσυρία, ἑλλὰς, ἀχαΐα, κρήτη.

♎ Βακτριανὴ, κασπηρία, σηρικὴ, θηβαῒς, ὄασις, τρωγλοδυτική.

♏ Μεταγωνῖτις, μαυριτανία, γαιτουλία, συρία, κομμαγήνη, καππαδοκία.

♐ Τυῤῥηνία, κελτικὴ, ἱσπανία, καὶ ἀραβία ἡ εὐδαίμων.

♑ Ἰνδικὴ, ἀῤῥιανὴ, γεδρωσία, θράκη, μακεδονία, ἰλλυρίς.

♒ Σαυρωματικὴ, ὀξειάνη, σογδιάνη, ἀραβία, ἀζανία μέση, αἰθιοπία.

♓ Φαζανία, νασαμωνῖτις, γαραμαντικὴ, λυδία, κιλικία, παμφυλία.

De

Digitized by Google

## ¶ De familiaritate locorum & triangulorum & ſtellarum.

### CAP. III.

Nam vero ſequuntur hæc etiam de duodecim ſigniferi locis certi modi proprietates morũ & naturalium inſtitutorum. Vt enim in prędictis conſtitutionibus aëris & ijs quos generaliter calidos, frigidos, temperatos eſſe perhibuimus, certorũ quædam ſunt proprietates locorum ac regionũ, vbi illa generalia intenduntur remittunturúe, vel ob poſitus ſui naturam, vel altitudinem, vel humilitatem, vel propter etiam vicinitatem. Itemque cum alij equeſtres ſint propter campeſtria ſuæ patriæ loca, alij nauigatores ob vicinitatem maris, nec non mitiores aliqui ob ſoli bonitatem. Ita & certi modi naturas animaduertere in his eſt, de naturali familiaritate ſtellarum iuxta duodecim loca ſigniferi particulariter & ipſa ſumpta, non ſingillatim ſed generaliter. Neceſſe igitur fuerit hæc quatenus particularibus conſiderationibus famulantur, nunc deinceps exequi. Cũ ergo in ſignifero quatuor triquetrę configurationes animaduerti ſoleant, oſtenſum eſt in ſuperioribus à nobis vnum triangulum, nempe Arietẽ & Leonẽ & Sagittarium eſſe Borrolybicum, quod nomen ſignificat Aquilonis & Africi confuſionẽ. Hoc gubernatur primum quidem à Ioue propter Aquilonem, deinde à ſocio etiam Martis propter Africum. Triangulum autem Tauri & Capricorni & Virginis Auſtriſolanũ eſt, habétque principem dominatricem Venerẽ propter auſtralitatem, ſocium vero Saturni propter matutinitatem. At Geminorũ & Libræ & Aquarij triangulum cõmiſtionis Aquilonis & Subſolani eſt, cuius dominatio præcipua eſt Saturni propter matutinitatem, ſociumque admittit Iouem ab Aquilone. Triangulum Cancri & Scorpionis & Piſcis Notolybicum id eſt Auſtri eſt & Africi, primumque regitur à Marte propter Africũ, deinde & à ſocia Veneris propter Auſtralitatem. Quæ cum ita ſe habeant, & cum noſtra terra diſtribuatur in quadrantes æquales numero triangulis quatuor, per latitudinem quidem à mari noſtro ex Herculano freto vſque ad ſinum Iſſicũ, & vlterius verſus orientem montanum vſque dorſum, quibus ſeparatur pars Aquilonaris ab Auſtrali. Per lõgitudinem autem, ex Arabico ſinu per Aegeum pelagus & Pontum ac paludes Mæotidas, quibus diuiditur pars orientalis & occidentalis, conficiuntur ita quadrantes numero poſitúque congruentes cum triãgulis, quorum vnus totius terræ collocatus eſt ſecundum Aquilonis & Africi commiſtionem dictus Borrolybicus, ad Celticam, habetque commune nomen Europæ, illique oppoſitus item vnus ſecundum commiſtionem Auſtri & Subſolani, quem dicunt Notapelioten ventum, ad Aethiopiam orientalem, quæ pars Auſtralis magnæ Aſiæ recte dici poterit. Tertius eſt quadrans ſitus ſecundum Aquilonis & Subſolani cõmiſtionem, qui ventus vocatur Borrapeliotes, vbi eſt totius terræ pars quam nominamus Scythiam, fitque planè Aquilonaris, magnæ Aſiæ pars, huicque oppoſitus ſecundum Africi & Auſtri qui ventus vocatur Libonotus, commiſtionem ad occidentalem Æthiopiam, vocaturque communiter Libyæ. Præterea ſciendum, ſingulos quadrantes quà vergunt in medium totius terræ noſtræ, ſortiri diuerſam naturam naturæ ſuæ, quàm in totius terrę diuiſione obtinuerint. Nam quadrans Europæ quem diximus in diuiſione totius terræ in Borrolybico loco, id eſt ad Caurum poſitũ, In medio & qua angulus exit in oppoſiti quadrantis angulum ad Notapelioten, id eſt Vulturnum tendit, & in poſitum huius quadrantis deuoluitur. Quod ipſum & de alijs ſimiliter accipi debet. Vnde apparet ſingulos quadrantes binis triangulis contrarijs conciliari, cum alia quidem loca proſus in ſe incumbens triangulum ſuſtineant, media autem illa etiam in cõtrarium incumbant. In hac conciliatione aſſumendi ſunt & gubernatores ſingulorum triangulorum, atque rurſum hi quidem ſoli alijs in locis, in medijs autem illis & cum his Mercurij ſtella, quod media hæc quidem & communis ſit vtriuſque conditionis. Quibus ad hunc modum diſtributis, primi quadrantis Europei ſuperiora loca quæ ſita ſunt in totius terræ diuiſione inter Septentrionem & occaſum, conciliantur Borrolybico, hoc eſt Caureo triangulo. quod eſt Arietis & Leonis & Sagittarij, dominos habet conuenientes Iouem & Martem veſpertinos. In hoc totæ gentes hæ nominãtur, Britannia, Gallia bracata, Germania, Baſtarne, Italia, Gallia togata, Apulia, Sicilia, Tyrrheni Celtica, Hiſpania. Atque in his gentibus conſequenter hi mores animaduertuntur, vt ſint ob principatum trianguli ſui & dominatores illius impatientes regni & amantes libertatis, armorum bellique ſtudioſiſſimi, patientes laborum, præſtantiæ, mũdiciæ, fortitudinis ſectatores. Propter veſpertinum autem habitum Iouis & Martis propterque ſuum triangulum accidit his vt prioribus partibus viriles ſint, poſterioribus effœminati, & mulierum amore non tangantur, cupidi maſculæ Veneris, & hac in parte æmulatores, neque hoc apud illos vitio datur vlli neque molle ducitur, quòd hoc ipſo animi illorum non perturbentur, & quaſi laborent, ſed retineant nihilo ſecius vſum virtutis, amicitiæ, fidei, curæ rei familiaris, beneficentię. Harum ipſarum regionum Britannia, Gallia bracata, Germania, Baſtarne propriè ſubſunt Arieti & ſtellæ Martis. Itáque harum incolę ſunt communiter feroces, peruicaces, truces. At Italia, Apulia, Gallia togata, Sicilia, Leoni ſubiectæ & Soli, præſtantiæ benignitati, amicitiæ ſtudent. Tyrrheni vero & Celtæ Hiſpanique commendati cũ Sagittario Ioui libertatis, ſimplicitatis, mundiciæ ſunt amatores. Reliqua loca huius quidem quadrantis ſed vergentia in medium totius terræ, Thracia, Macedonia, Illyricum, Græcia, Achaia, itémque Crete & inſulæ Cyclades & maritima loca Aſiæ minoris ac Cyprus, decliuia de quadrante ſuo ad Vulturnum, adiunguntur etiam triangulo hoc Vulturni quo comprehenditur Tauro Virgini & Capricorno, & gubernatricibus ſtellis Veneri ac Saturno, atque inſuper etiam Mercurio. Quapropter horum locorum incolæ magis ſunt & corporibus & animis compoſiti & temperati. Et ipſi ſanè præſtantiæ cupidi, fortes, regni oſores propter Martem, muſicæ autem & ſtudiorum, libertatis cupidi, legum inſtitorúmque ſuorum tenaces, populari imperio gaudentes, latores legum, quæ à Ioue habent.



Digitized by Google

Certaminum & mundiciæ ſtudioſi à Venere. Amicitiæ, hoſpitalitatis, iuris, literarum, eloquentiæ cultores, à Mercurio. Iidem arcanorum, ſacrorum, & initiorum inſtitutores de venere veſpertino habitu. Rurſus ex his peculiariter pertinent ad Taurum & Venerem maritima minoris Aſiæ loca, Cyclades inſulæ ac Cyprus, ideoque fermè voluptatibus, mundiciæ corporique ſeruiunt. At Græci, Achiui, Cretenſes, ſubditi Virgini & Mercurio ingenioſiores & doctiores & animorum cultores euaſerunt. Macedones autē, Thraces, Illyrij cum ſubijciantur Capricorno ac Saturno, in re quidem paranda non inertes, ſed à manſuetudine morum & coniunctionibus alieni. Secundi quadrantis quæ pars eſt auſtralis Magnæ Aſiæ, loca in quibus India, Ariana, Gedroſia, Parthia, Media, Perſia, Babylō, Meſopotamia, Aſſyria, ſpectantia ad Vulturnum in totius terræ diuiſione, conciliantur & ipſa merito triangulo Notapeliotico, id eſt ſito inter ortū & meridiem Arieti, Virgini, & Capricorno. Gubernāturque à Venere & Saturno de orientali habitu. Quare & naturas illorum hominum cognoſcere eſt huiuſmodi dominationi conuenire, nam & Veneris numen adorant, vocantque Iſin, & Saturni reperta gentilis appellatio Ilus. itémque Solis quem Mitram nominant. Multi etiam horum futura præcinunt, necnon & pudenda ab his partes conſecrantur, quæ efficiuntur ab habitu præpoſitarum ſtellarum ſeminalium. Ipſi natura ſunt flagrantes eomcubitus, reique Venereæ appetentes. Saltationes his & tripudia comptusque cordi à Venere, delicatúſque victus à Saturno, cum mulieribus propalam non in occulto conſueſcunt, propter habitum orientalem, ſed maſculam Venerem odere. Neque pauci ex matribus liberos ſuſcipiunt, & pectore ſupplices geſtus edunt propter matutinum ortum, & congruentiam cordis præſtantiæ cum vi Solari. Veſtitus ferè ornatusque & corporis delicijs effœminati à Venere, animis autem conſilijsque excelſis, fortes, bellicoſi, eò ꝙ Ioui cum habitu orientali congruat. Sed peculiariter ſunt Saturnus Venerisque magis Parthia, Media, Perſia. Qua de re & harum regionum incolæ florido veſtitu vtuntur, ſéque totos illo præter pectora operiunt, delicatoq; victui ac mūdiciæ dant operam. Virginis & Mercurij eſt Babylon, Meſopotamia, Aſſyria, quibus ideo & eximia Mathematicarum diſciplinarum cognitio & obſeruatio ſiderum contigit. Saturno vero cedit propriè India, Arriana, Gedroſia, habentque eam ob rem cultores deformes, fœdos, immanes. Media huius quadrantis loca in diuiſione totius terræ, Idumæa, Cæloſyria, Iudæa, Phœnice, Chaldæa, Orchinia, Arabia fœlix, recedunt à ſuo quadrante ad Caurum qui ponitur inter ſeptentrionē & occaſum: itaque & Borrholybico triangulo conciliātur quod eſt Aries, Leo, & Sagitarius cum dominis Ioue & Marte, quibus communis Mercurius adiungitur, vnde ſunt ad mercaturas faciendas alijs aptiores & callidiores, in formidine contemptores, inſidioſi, animis ſeruilibus, omninoquè inſtabiles pro ſtellarum præpoſitarum figuratione. Eſt autem Cæloſyria, Iudæa, Idumæa, magis Arietis & Scorpionis, Martiſquè propria, ob eamque rem incolas habēt ferè audaces, impios, in ſidioſos. Phœnices Caldæi, Orchinij ſub Leone & Sole ſunt, quod ſimplices, humanos ſiderū obſeruatores, inquè primis Solis veneratores reddit. Arabia felix ſubeſt Sagittario & Ioui vnde extitit illa conſentanea appellationi feracitas & copia aromatū & hominū dexteritas, & liberalitas vitæ, contractuū, negotiorum. Sequitur quadrantis tertij ſeptentrionalis pars Magnæ Aſiæ, cuius ſuperiora loca continent Armeniam, Hircaniam, Mattianem, Bactra, Caſperiam, Sericam Sauromatas. Oxianem, Sogdianem, quæque alia in diuiſione totius terræ ſpectant ad Aquilonem, qui eſt inter Septentrionem & Orientē locus. Hæ regiones igitur conciliantur Aquilonari triangulo Geminis Libræ, & Aquario. Gubernatores aūt Saturnus Iupiter habitu orientali. Harum itaque incolæ Iouis & Saturni numina venerantur, ſuntquè ditiſſimi & auro abundantes, victu mundo & conſuetudine honeſta, ſapientes, magi, periti rerum diuinatum, mori bus ad liberalitatem & iuſticiam cōpoſitis, animo magno, fortes, oſores improbitatis, ita naturæ quodā inſtinctu amantes ſuorum, vt pro ipſis ne mortem quidē oppetere dubitent, reſpectu decoris ac pietatis. In vſu rei Venereæ moderati & puri, veſtitu ſumptuoſi, benigni, animo ſublimi, quod ferè Saturni Iouisque ſtella orientali in habitu conficit. Cæterum ex his Hyrcani, Armeni, Matiani proprie referuntur ad Geminos & Mercurium, itaque & ſunt mobiliores ac ſubimprobi. Bactrianæ gentes & Caſpiæ vnà cum Sericis Libræ parent & Veneri, indéque diuitias congerunt, Muſicæ delicijſque indulgent. At Sauromatica, Oxiane, Sogdiane ſubijciuntur Aquario & Saturno, habentque homines immanes, tetricos, feros. Reliqua huius quadrantis & in mediū totius terræ decidua loca, Bithynia, Phrygia, Colchis, Syria, Commagene, Cappadocia, Lydia, Cilicia, Pāphylia deſcendunt à ſuo quadrante ad Africum qui eſt inter occaſum & meridiem, incidúntque in Notolybicum triāgulum Cancri, Scorpionis & Piſcium dominante Marte & Venere cumque his Mercurio. Hinc illæ gentes ferè numen Veneris adorant, multis varijsque ſuæ linguæ vocabulis vt Martem deum celebrantes, ipſum Martem Adonin rurſumque aliter appellant, hisque diuis cum queſtibus initia habent conſtituta. Sunt aūt perimprobi & animis ſeruilibus, laborioſi, mali, impliciti expeditionibus mercenarijs, belligerationibus, rapinis, prædarionibus ipſi mutuo ſeſe ſubiugantes & vaſtationes ſibi ipſis bellumque inferentes, quæ omnia à Marte & Venere orientali concurſu proficiſcuntur. Quoniam autem in Veneris triangulari ſigno Capricorni altitudinem habet Mars & in huius item triangulari ſigno Piſcium ipſa Venus extollitur, fit vt illis in locis ſumma beneuolētia & charitate maritos ſuos fœminæ complectātur, domíque cuſtodes ſint & operum ſtudioſæ, famulatione, ſedulitate, obedientia commendabiles. Ex his Phryges, Bithyni, Colchi pertinent magis ad Cancrū & Lunā. Quo fit vt viri fere leues ſint morigerique mulieribus. Contrà harum pleræque de Luna orientali maſculinitate, viriles, imperioſæ, bellatrices, vt Amazones perhibentur, fugientes virorum, gaudentes armis, ad virilitatemque fœmininum ſexum inſtruentes ab infantia dextræ mammæ amputatione, quo habiliores ad ſubeunda belli munia fiant. Has etiam partes corporis nudare ſolent, vt in rebus gerendis muliebritatis omnis opinio amoueatur. Qui vero Syriam tenent & Commagenem, & Cappadociam ſubduntur Scorpioni & Marti. Itaque multum

tum

Digitized by Google

tum audent, improbi ſunt, inſidioſi, laborioſi. At Lydi, Cilices, Pamphilij cedunt Ioui & Piſcibus, ſuntq; in re paranda attentiores. Commercia & mercaturas faciunt, libera'es, faciles in contractibus. Reſtat quadrans Libyes, vt appellant, in quo ſunt Numidia, Carthago, Africa, Phyzania, Naſamonitis, Garamantes, Mauri, Gætulia, Metagonitis. Huius ſitus in diuiſione totius terræ eſt ad Libonotum, id eſt Africum inter occaſum & meridiem, conciliatúrque Notolibyco triangulo Cancro, Scorpioni, & Piſcibus, regitúrque côueniēter à Marte & Venere habitu veſpertino. Ex quo apud illas gentes vſu multum venit vt vir ac mulier, aut frater ac ſoror vna matre geniti regnum teneant, ſic quidem vt vir viris, mulier mulieribus præſit, & hoc in ſucceſſionibus ſeruetur. Callidi ibi ſunt homines, procliues in muliebrē, Venerē, raptores cōiugum. Ibi multis in locis cū nouis nuptis primi ſunt regum cocubitus. Alicubi etiam eſt mulierum inter omnes communitas. Mangoniſſantur autem admodū, & muliebres mundos geſtitāt, quod à Venere habent. Non deeſt tamen animorum illis promptitudo. Sunt nōnihil improbi, præſtigiatores, peruerſi, temerarij, obuij diſcriminibus, idque à Marte. Rurſum ex his Numidę, Carthaginienſes, Afri debentur Cancro & Lunæ, & hac de cauſſa à côiunctionibus commercijsque nō alieni ſunt, inque omniū rerum affluentia degunt. Sed qui incolunt Metagonitida, Mauritaniā, Getuliam, Scorpio obediunt & Marti, immanes, bellicoſi, carniuori, diſcriminibus obuij, neglectores vitæ, inq; ſeſe mutuo inuadentes. Phizani Naſamones Garamātes ſubiecti Piſcibus & Ioui liberalib⁹ ſunt & ſimplicibus moribus, opus faciunt, cōſilijs valent, ſordium regnique fugiētes, propter Iouē, Ammonis veneratores. Huius quadrātis media loca in totius terræ diuiſione Cyrenaica, Aegyptus, Thebais, Marmarica, Oaſis, Trogloditæ, Arabes, Aſania, Aethiopia media, à ſuo quadrante verſa ad aquilonem ſubeunt & ſub Borrhapelioticum etiam triangulum & dominos Saturnum ac Iouem inſupérque Mercurium. Vnde gentes hæ pro cōmuni ſtellarum iſtarum veſpertino imperio Deorum ſunt reuerentes, ſuperſtitioſi, ſeruientes Dijs, eiulatores, mortuos ſuos occultantes terra & amouentes è cōſpectu, propter veſpertinum habitum. Inſtitutis & ritibus varijs, neque vno cultus numinum genere vtuntur. Parent humiliter, cunque metu & abiectione ac patientia. Imperāt animoſè & magnificè. Viri plures vxores, fœminæ maritos habent. Connubia appetunt, cúmque ſororibus commiſcentur. Virorum in gignendo magna efficacia, in cōcipiendo mulierum fœcunditas, vt in regione accōmodata generationi. Multi ibi viri putidi, & animis muliebribus reperiuntur. Aliqui & in partes genitales graſſantur propter maleficarum ac Veneris veſpertinam figurationem. Ex his Cyrenarum Marmaricæ inque primis inferioris Aegypti incolæ aſcribuntur proprie Geminis & Mercurio, ideoque ſunt cogitantes, prudentes, intelligentes rerum omnium ſed maxime ſapientiæ & diuinitatis, magi, arcanorum initiorum inſtitutores, in Mathematicis plane excellentes. Qui Thebaida tenent, Oaſin, Troglodyticen Libræ ſunt ac Veneris. Vnde calida natura eſt illorū & mobilis, & in abundantia degunt. Arabes, Azani, Medij Aethiopes dantur Aquario & Saturno. Suntq; carniuori ac piſciuori & paſtores. Agreſtem & feris ſimilem agunt vitam. Ac conciliationes quidem ſtellarum ſignorūque cum certis gentibus cōmunéſque harū proprietates deſignatæ à nobis breuiter ad hūc modum ſeſe habent. Ad vſus autem facilitatem exponemus deinceps nudam traditionem conciliationis ſingularum gentium cum vnoquoque ſigno ex ſuperioribus conuenienter ductam, Hoc modo.

## ¶ Nuda expoſitio quę gentes quibus ſub ſignis ponantur.

♈ habet Britanniam, Galliam bracatam, Germaniam, Baſtarnas, Cœloſyriam, Paleſtinam, Idumæam, Iudæam.

♉ Parthiam Mediam, Perſida, Cyclades inſulas. Inſulam Ciprum, Maritima loca Aſiæ minoris.

♊ Hyrcaniā, Armeniam, Mattianem, Cyrenas, Marmaricam, Inferiorem Aegyptum.

♋ Numidas, Carthaginienſes, Afros, Bithyniam, Phrygiam, Colchida.

♌ Italiam, Galliam togatam, Siciliam, Apuliam, Phœnicen, Chaldeos, Orehiniam.

♍ Meſopotamiam, Babylona, Aſſyriam, Græciam, Achaiam, Cretam.

♎ Bactra, Caſperiam, Seras, Thebaida, Oaſin, Troglodytas.

♏ Metagonitida, Mauros, Gætuſos, Syriam, Commagenem, Cappadocas.

♐ Tyrrhenos, Celtas, Hiſpaniam, Arabiam felicē.

♑ Indiam, Arrianen, Gedroſiam, Thraciam, Macedonas, Illyricum.

♒ Sauromatas, Oxianen, Sogdianen, Arabiam, Azaniam, Media Aethiopiæ.

♓ Phazama, Nazamonitidē, Garamanticen, Lydiam, Ciliciam, Pamphyliam.

## Ἔφοδος εἰς τὰς κατὰ μέρος ἀποτελέσεις.

Ἐκκειμένων τούτων εὔλογον κἀκεῖνα τοῖς δὲ τοῖς μέρεσι προσθεῖναι, διότι καὶ τῶν ἀπλανῶν ἀστέρων ἕκαστος (συνοικειοῦται) ταῖς χώραις ὅσαις καὶ τὰ τοῦ ζῳδιακοῦ μέρη, μεθ' ὧν ἔχουσιν οἱ ἀπλανεῖς τὰς προσνεύσεις, ἐπὶ τοῦ διὰ τῶν πόλων αὐτῶν γραφομένου κύκλου, φαίνεται ποιούμενος τὴν συμπάθειαν. καὶ ὅτι δὲ ἐπὶ τῶν μητροπόλεων, κἀκεῖνοι μάλιστα συμπαθοῦσιν οἱ τόποι τοῦ ζῳδιακοῦ κύκλου, καθ' ὃν ἐν ταῖς καταρχαῖς τῶν κτίσεων αὐτῶν, ὡς ἐπὶ γενέσεων ὅτε ☉ καὶ ἡ ☽ παροδεύοντες ἐτύγχανον, καὶ τῶν κέντρων μάλιστα τὸ ὡροσκοποῦν. ἐφ' ὧν δὲ οἱ χρόνοι τῶν κτίσεων οὐχ εὑρίσκονται), εἰς τὴν τῶν κατὰ καιρὸν ἀρχόντων ἢ βασιλευόντων γένεσιν ἐκπίπτει τὸ μεσουράνημα. τούτων οὕτως προεκκειμένων, ἀκόλουθον ἂν εἴη λοιπὸν, τὰς τῶν ἀποτελέσεων ἐφόδους κεφαλαιωδῶς ἐπελθεῖν, καὶ πρῶτον τὰς τῶν καθόλου περιστάσεις χωρῶν ἢ πόλεων λαμβανομένας, ἔσται δὲ ὁ τρό-

πος τῆς ἐπισκέψεως τοιοῦτος, ἡ μὲν οὖν πρώτη καὶ ἰσχυροτέρα τῶν τοιούτων συμπτωμάτων αἰτία γίνεται παρὰ τὰς ἐκλειπτικὰς ☉ καὶ ☾ συζυγίας, καὶ τὰς ἐν αὐταῖς παρόδους τῶν ἀστέρων, τῆς μὲν προτελέσεως αὐτῆς τὸ μέν τι ἐστὶ τοπικόν, καθ᾽ ὃ δεῖ προγινώσκειν ποίαις χώραις ἢ πόλεσι, αἱ κατὰ μέρος ἐκλείψεις, ἢ καὶ τῶν πλανωμένων αἱ κατὰ καιροὺς ἔμμηνοι στάσεις, αὗται δέ εἰσι ♄ τε καὶ ♃ καὶ ♂, ὅταν στηρίζοντες ποιῶσι τὰς ἐπισημασίας, τὸ δέ τι χρονικὸν καθ᾽ ὃ τὸν καιρὸν τῶν ἐπισημασιῶν καὶ τῆς παρατάσεως τὴν ποσότητα δεήσει προγινώσκειν, τὸ δέ τι γενικὸν, καθ᾽ ὃ προσήκει λαμβάνειν περὶ ποῖα τῶν γενῶν ἀποβήσεται τὸ σύμπτωμα, τελευταῖον δὲ τὸ εἰδικὸν, καθ᾽ ὃ τὴν αὐτοῦ τοῦ ἀποτελεσθησομένου ποιότητα θεωρήσομεν.

Τοῦ μὲν πρώτου καὶ τοπικοῦ διάληψιν ποιησόμεθα τοιαύτην. κατὰ γὰρ τὰς γινομένας ἐκλειπτικὰς συζυγίας ☉ καὶ ☾, καὶ μάλιστα τὰς εὐαισθητοτέρας ἐπισκεψόμεθα, τόν τε ἐκλειπτικὸν τοῦ ζωδιακοῦ τόπον, καὶ τὰς τῶν κατὰ τὰ ▽ συνοικειουμένων χώρας, καὶ ὁμοίως, τίνες τῶν πόλεων ἤτοι ἐκ τῆς κατὰ τὴν κτίσιν ὡροσκοπίας καὶ φωσφορίας, ἢ ἐκ τῆς τῶν τότε ἡγεμονευόντων μεσουρανήσεως συμπάθειαν ἔχουσι, πρὸς τὸ τῆς ἐκλείψεως δωδεκατημόριον. ἐφ᾽ ὅσων δ᾽ ἂν χωρῶν ἢ πόλεων εὑρίσκωμεν τὴν προκειμένην συνοικείωσιν, περὶ ταύτας μὲν, ὡς ἐπίπαν ὑπονοητέον, ἔσεσθαί τι σύμπτωμα, μάλιστα δὲ περὶ τὰς πρὸς αὐτὸ τὸ τῆς ἐκλείψεως δωδεκατημόριον λόγον ἐχούσας, καὶ ἐν ὅσαις αὐτῶν ὑπὲρ γῆν οὖσα ἡ ἔκλειψις φαίνεται.

## ¶ Particularium prædictionum ratio.

## CAP. IIII.

HIs expoſitis cõuenit & hæc adiungi huic parti. Fixarum etiam ſtellarum ſingulis aliquo in ſigno repertis, conciliari eaſdem regiones quas illud ſignum ſortitum fuerit, quo cum ipſe inducto per polum ſuum circulo, regiones eas aſpiciant. Præterea ea loca ſigniferi potiſſimum conſideranda de magnis vrbibus, quæ metropolis dicuntur, per quæ in harum extructionum principijs, vt in genitura hominis, ferri Solem ac Lunã animaduerſum, vbique ex cardinibus præcipue horoſcopus fuit. Quarum autem tempora extructionum non comperiuntur, videndum quo cadat Medium cælum in genitura principum ac regum, quæ quoque tempore rerũ potientur. His præcognitis, conſequens fuerit percurrere rationem prædictionum, primúmque illas quæ totas regiones vrbesve complectuntur, cuius contẽplationis modus erit talis. Non eſt prior neque potẽtior cauſſa huiuſmodi caſuum, quam quæ ducitur à defectiuis Solis & Lunæ copulationibus, & tranſitibus ſtellarum illarum tempore. Sed prædictionum huius partis, vna eſt localis, quæ continet præſcientiam regionum ac vrbium, quibus intenditur ſignificatio particulariter defectuum luminarium, aut concurrentes ſtellarum menſtruationes, quæ ſunt Saturnus, Iupiter, Mars cum ſtationarij fiunt. Altera eſt tẽporalis, qua comprehenditur & ſignificationum tẽpus & duratiõis magnitudo. Tertia generalis, in qua ineſt cognitio, quibus quicque rerum generibus aduẽturum ſit. Quarta & vltima ſpecialis, qua definitur ſingulatim modus venturorum.

## Περὶ τῆς τῶν διατεθειμένων χωρῶν ἐπισκέψεως.

## ¶ De regionibus quarum ſint ſignificationes.

## CAP. V.

PRimam igitur quam diximus localem ita explicabimus. In copulationibus enim defectiuis Solis & Lunæ præſertim euidentibus, conſiderabimus defectiuum ſigniferi locum, itemque conciliationes cum ſignis regionum per triangula. Item quid habeat conſenſum cum loco defectiuo ſigniferi, ſiue in vrbium primis extructionibus, ſiue ab horoſcopo, ſiue ab illis locis, quæ tum lumina occuparunt, ſeu medium cælum eorum qui iam rerũ ſummæ præſint. Quibus conciliationibus repertis, decernemus euentus omnino ad illas quarũ fuerint regiones pertinere, inque primis ſi cum ſigno defectiuo coniungantur, & ſi ipſis deliquium ſupra terram exiſtens apparuerit.

## Περὶ τοῦ χρόνου τῶν ἀποτελουμένων.

Τὸ δὲ δεύτερον καὶ χρονικὸν κεφάλαιον, καθ᾽ ὃ τοὺς καιροὺς τῶν ἐπισημασιῶν καὶ τῆς παρατάσεως τὴν ποσότητα προσήκει γινώσκεσθαι, ἐπισκεψόμεθα τρόπῳ τοιῷδε. τῶν γὰρ ὑπὸ τὸν αὐτὸν χρόνον γινομένων ἐκλείψεων μὴ κατὰ πᾶσαν οἴκησιν ἐν ταῖς αὐταῖς καθολικαῖς ὥραις συναποτελουμένων τῶν τε ἡλιακῶν δηλαδὴ καὶ τῶν σεληνιακῶν, μήτε τὰ μεγέθη τῶν ἐπισκοτήσεων, ἢ τὸν χρόνον τῶν παραλλάξεων κατὰ τὸ ἴσον πανταχῆ λαμβανουσῶν, πρῶτον μὲν κατὰ τὴν ἐν ἑκάστῃ

τῶν

Digitized by Google

τῶν λόγον ἐχουσῶν οἰκήσεων ἐκλειπτικὴν ὥραν, καὶ τὸ τοῦ πόλου ἔξαρμα, τά τε κέντρα ὡς ἐπὶ γενέσεως διαθησόμεθα. ἔπειτα καὶ ὡς ἐπὶ πόσας ἰσημερινὰς ὥρας ἐν ἑκάστῃ τῶν λόγον ἐχουσῶν οἰκήσεων παρατείνει τὸ ἐπισκίασμα τῆς ἐκλείψεως. τούτων γὰρ ἐξεταζομένων, ὅσας μὲν ἰσημερινὰς ὥρας εὕρωμεν, ἐφ᾽ ἡλιακῆς μὲν ἐκλείψεως ἐπὶ τοσούτους ἐνιαυτοὺς παραμένειν ὑπονοήσομεν τὸ ἀποτελούμενον, ἐπὶ δὲ σεληνιακῆς ἐπὶ τοσούτους μῆνας. τῶν μέντοι καταρχῶν καὶ τῶν ὁλοσχερεστέρων ἐπιτάσεων, θεωρουμένων ἐκ τῆς τοῦ ἐκλειπτικοῦ τόπου πρὸς τὰ κέντρα σχέσεως. πρὸς μὲν γὰρ τῷ ἀπηλιωτικῷ ὁρίζοντι ὁ τόπος ἐκπεσὼν τήν τε καταρχὴν τοῦ συμπτώματος κατὰ τὴν πρώτην τετράμηνον ἀπὸ τοῦ χρόνου τῆς ἐκλείψεως διασημαίνει, καὶ τὰς ὅλας ὁλοσχερεῖς ἐπιτάσεις περὶ τὸ πρῶτον τριτημόριον τοῦ καθόλου τῆς παρατάσεως χρόνου. πρὸς δὲ * τῷ μεσημβρινῷ, κατά τε τὴν δευτέραν τετράμηνον, καὶ τὸ μέσον τριτημόριον. πρὸς δὲ τῷ λιβυκῷ ὁρίζοντι κατά τε τὴν τρίτην τετράμηνον καὶ τὸ ἔσχατον τριτημόριον. τῶν δὲ κατὰ μέρος ἀνέσεων καὶ ἐπιτάσεων, ἀπό τε τῶν ἀνὰ μέσου συζυγιῶν, ὅταν κατὰ τῶν τὸ αἴτιον ἐμποιούντων τόπων, ἢ τῶν συσχηματιζομένων τόπων αὐτοῖς συμπίπτωσι, καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων παραματελλόντων, ὅταν οἱ ποιητικοὶ τοῦ προτελέσματος ἀστέρες, ἀνατολὰς ἢ δύσεις ἢ στηριγμοὺς ἢ ἀκρονύκτους φάσεις ποιῶνται, συσχηματιζόμενοι τοῖς τὴν αἰτίαν ἔχουσι δωδεκατημορίοις, ἐπειδήπερ ἀνατέλλοντες μὲν ἢ στηρίζοντες ἐπιτάσεις ποιοῦνται τῶν συμπτωμάτων, δύνοντες δὲ καὶ ὑπὸ τὰς αὐγὰς ὄντες καὶ ἀκρονύκτους ποιούμενοι προηγήσεις ἄνεσιν ἐμποιοῦσι τῶν ἀποτελουμένων.

* al. ἐν δὲ τῷ.

## ¶De tempore euentuum.

## CAP. VI.

SEd temporalis tractatus qui complectitur ſignificationum tempus & durationem, talis eſt, Cum enim quæ deliquia eodem tempore accidunt, non ſoleant apud omnes vbique habitãtes eiſdem horis inæqualibus conſummari, volo autem & Solis & Lunæ deliquia intelligi, neque etiam obſcurationem nec durationem pariter intendi, primum in vnaquaque regione cuius ſitus ratione comprehenſus eſt, ad horam deliquij, poli altitudinem & cardines tanquàm in hominis genitura exprimentur. Deinde exquiretur quot horarum æquinoctialiũ iu vnaquaque comprehenſa ratione regione duratio ſit obſcurationis. His enim conſtitutis, quotquot horas æquinoctiales inuenerimús, tot in Solari quidem deliquio annos, Lunari vero menſes duraturos effectus pronunciabimus. Cæterum exordia ipſa & vehementiores progreſſiones cognoſcentur ex loci defectiui habitu erga cardines. Nam cum locus ille inciderit in orientalẽ finitorem, ſignificat euentuum exordia circa primos quatuor ſequentes ſtatim deliquij tempus menſes futura eſſe, vehementiores autẽ progreſſus in primo triente totius durationis effectionalis. Sed ſi inciderit idem locus in Medio cęlo, exordia erunt proxime ſequentium menſium, & trientis medij totius durationis. In occidentali autem cardine ſignificantur exordia vltimorum quatuor menſium & vltimi trientis totius durationis futura eſſe. Verum particularium remiſſionum intenſionúmque iudicia fient de intercedentibus toto tempore luminaribus copulationibus, cum in locos autores effectionis, aut illis configuratos inciderint, déque alijs vna exorientibus ſtellis effectionis deſignatricibus, cum aut in emerſionibus aut occultationibus, aut ſtationariæ, aut noctu emicantes, configuratæ cum autoribus effectionum locis fuerint. Emergentes autem vel ſtationariæ intendunt euentus, dum vero occultatum ſe eunt, aut ſplendore Solis obruuntur, noctúve emicantes, de euentibus remitti aliquid ſolet.

## Περὶ τοῦ γένους τῶν διατιθεμένων.

ΤΡίτου δὲ ὄντος κεφαλαίου τοῦ γενικοῦ, καθ᾽ ὃ δεῖ διαλαβεῖν περὶ ποῖα τῶν γενῶν ἀποβήσεται τὸ σύμπτωμα, λαμβάνεται καὶ τοῦτο διὰ τῆς τῶν ζῳδίων ἰδιοτροπίας καὶ μορφώσεως, καθ᾽ ὧν ἂν τύχωσιν ὄντες οἵ τε τῶν ἐκλείψεων τόποι, καὶ οἱ τὴν οἰκοδεσποτίαν λαμβάνοντες τῶν ἀστέρων, τῶν τε πλανωμένων καὶ τῶν ἀπλανῶν, τοῦ τε τῆς ἐκλείψεως δωδεκατημορίου, καὶ τοῦ κατὰ τὸ κέντρον τῆς ἐκλείψεως. λαμβάνεται δὲ τούτων ἡ οἰκοδεσποτία ἐπὶ μὲν τῶν πλανωμένων ἀστέρων οὕτως. ὁ γὰρ τοὺς πλείους λόγους ἔχων πρὸς ἀμφοτέρους τοὺς ἐκκειμένους τόπους, τόν τε τῆς ἐκλείψεως καὶ τὸν τοῦ ἑπομένου αὐτοῦ κέντρου, κατά τε τὰς ἔγγιστα καὶ φαινομένας συναφὰς, ἢ ἀπορροίας καὶ τοὺς λόγους ἔχοντας τῶν σχηματισμῶν, καὶ ἔτι κατὰ τὴν κυρείαν τῶν τε οἴκων καὶ τῶν τριγώνων, καὶ



Digitized by Google

πλείους ἔχοντα, ὡς πρόκειται συνοικειώσεις, συμπαραληπτέον, προκρινομένου τοῦ τῆς ἐκλείψεως κυρίου. εἰ δὲ πλείους εὑρίσκοιντο καθ' ἑκάτερον ἐφάμιλλοι, τὸν ἐπικεντρότερον ἢ χρηματιστικώτερον ἢ τῆς αἱρέσεως μᾶλλον ὄντα προκρινοῦμεν εἰς τὴν οἰκοδεσποτίαν. ἐπὶ δὲ τῶν ἀπλανῶν συμπαραληψόμεθα, τόν τε αὐτοῦ τοῦ ἐκλειπτικοῦ τόπου συγκεχρηματικότα πρῶτον τοῦ λαμπροῦ ἐπὶ τῆς παροιχομένης κεντρώσεως, κατὰ τοὺς διωρισμένους ἡμῖν ἐν τῇ πρώτῃ συντάξει τῶν ἐννέα τρόπων φαινομένους σχηματισμούς, καὶ τὸν ἐν τῇ φαινομένῃ κατὰ τὴν ἐκλειπτικὴν ὥραν διαθέσει, ἤτοι συνανατέλλοντα, ἢ συμμεσουρανήσαντα, τοῦ κατὰ τὰ ἑπόμενα κέντρα τοῦ τόπου τῆς ἐκλείψεως, θεωρηθέντων δὲ οὕτως τῶν εἰς τὴν αἰτίαν τοῦ συμπτώματος παραλαμβανομένων ἀστέρων, ἐπισκεψόμεθα καὶ τὰς τῶν ζωδίων μορφώσεις, ἐν οἷς ἥτε ἔκλειψις, καὶ οἱ τὴν κυρίαν λαβόντες ἀστέρες ἔτυχον ὄντες, ὡς ἀπὸ τῆς τούτων ἰδιοτροπίας καὶ τοῦ ποιοῦ τῶν διατιθεμένων γενῶν ὡς ἐπίπαν λαμβανομένου. τὰ μὲν γὰρ ἀνθρωπόμορφα τῶν ζωδίων, τῶν τε περὶ τὸν διὰ μέσων κύκλον, καὶ τῶν κατὰ τοὺς ἀπλανεῖς ἀστέρας, περὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ποιεῖ τὸ ἀποτελούμενον. τῶν γὰρ ἄλλων χερσαίων τὰ μὲν τετράποδα περὶ τὰ ὅμοια τῶν ἀλόγων ζώων. τὰ δὲ ἑρπυστικὰ περὶ τοὺς ὄφεις καὶ τὰ τοιαῦτα. καὶ πάλιν τὰ μὲν θηριώδη περὶ τὰ ἀνήμερα τῶν ζώων καὶ βλαπτικὰ τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους. τὰ δὲ ἥμερα περὶ τὰ χρηστικὰ καὶ χειροήθη, καὶ καταχρηστικά, καὶ συνεργητικὰ πρὸς τὰς εὐετηρίας ἀναλόγως τοῖς καθ' ἕκαστα μορφώμασι. οἷον ἵππων ἢ βοῶν ἢ προβάτων ἢ τῶν τοιούτων. ἔτι δὲ τῶν μὲν χερσαίων, τὰ μὲν πρὸς ταῖς ἄρκτοις μᾶλλον περὶ τὰς τῆς γῆς αἰφνιδίας κινήσεις, τὰ δὲ πρὸς μεσημβρίαν, περὶ τὰς ἀπροσδοκήτους ἐκ τοῦ ἀέρος ῥύσεις. πάλιν δὲ οἱ μὲν ἐν τοῖς τῶν πτερωτῶν μορφώμασιν ὄντες κύριοι τόποι, οἷον ♍ ♐ ὄρνιθος, τοῖς ὀρνέοις καὶ τοῖς τοιούτοις περὶ τὰ πτηνά, καὶ μάλιστα τὰ ἐς τροφὴν ἀνθρώπων, τὸ σύμπτωμα ποιοῦσιν. ἐν δὲ τοῖς νυκτοῖς περὶ τὰ ἔνυδρα καὶ τοὺς ἰχθύας. καὶ τούτων ἐν μὲν τοῖς θαλαττίοις οἷον ♋ ♑ δελφῖνα, περὶ τὰ θαλάττια, καὶ ἔτι τὰς τῶν στόλων ἀναγωγάς, ἐν δὲ τοῖς ποταμίοις οἷον ♒. ♓ περὶ τὰ ποτάμια καὶ πηγαῖα. κατὰ δὲ τὴν Ἀργώ, περὶ ἀμφότερα τὰ γένη ὡσαύτως. οἱ δὲ ἐν τοῖς τροπικοῖς, ἢ ἰσημερινοῖς ὄντες κοινῶς μὲν περὶ τὰ τοῦ ἀέρος καταστήματα, καὶ τὰς οἰκείας ἑκάστοις αὐτῶν ὥρας ἀποτελοῦσι, τὰς ἐπισημασίας, ἰδίως δὲ καὶ περὶ τὸ ἔαρ, καὶ περὶ τὰ ἐκ τῆς γῆς φυόμενα. κατὰ μὲν γὰρ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν ὄντες, περὶ τοὺς βλαστοὺς τῶν δενδρικῶν καρπῶν, οἷον ἀμπέλου, συκῆς, καὶ τῶν ἀκμαζόντων. κατὰ δὲ τὴν θερινὴν τροπήν, περὶ τὰς τῶν καρποφορηθέντων συγκομιδὰς καὶ ἀποθέσεις, ἐν Αἰγύπτῳ δὲ ἰδίως, καὶ περὶ τὴν τοῦ Νείλου ἀνάβασιν. κατὰ δὲ τὴν μετοπωρινὴν ἰσημερίαν, περὶ τὸν σπόρον, καὶ τὰ χορτικά, καὶ τὰ τοιαῦτα. κατὰ δὲ τὴν χειμερινὴν τροπήν, περὶ τὰς λαχανείας, καὶ τὰ κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἐπιπολάζοντα ὀρνέων ἢ ἰχθύων γένη. ἔτι δὲ καὶ τὰ ἰσημερινά, τοῖς ἱεροῖς καὶ ταῖς περὶ τοὺς λοιποὺς θεοὺς θρησκείαις ἐπισημαίνει, τὰ δὲ τροπικά, ταῖς τῶν ἀέρων, καὶ ταῖς τῶν πολιτικῶν ἐθίμων μεταβολαῖς. τὰ δὲ στερεὰ τοῖς θεμελίοις, καὶ τοῖς οἰκοδομήμασι. τὰ δὲ δίσωμα καὶ τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τοῖς βασιλεῦσιν. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ μὲν πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς μᾶλλον ἔχοντα τὴν θέσιν ἐν τῷ χρόνῳ τῆς ἐκλείψεως περὶ τοὺς καρπούς, καὶ τὴν νέαν ἡλικίαν, καὶ τοὺς θεμελίους τὰ ἐσόμενα σημαίνει. τὰ δὲ πρὸς τῷ ὑπὲρ γῆν μεσουρανήματι περὶ τὰ ἱερὰ καὶ τοὺς βασιλέας, καὶ τὴν μέσην ἡλικίαν. τὰ δὲ πρὸς ταῖς δυσμαῖς, περὶ τὰς τῶν νομίμων μετατροπάς, καὶ τὴν παλαιὰν ἡλικίαν, καὶ τοὺς κατοιχομένους. καὶ περὶ τὸ πόσον δὲ μέρος τοῦ ὑποκειμένου γένους ἡ διάθεσις ἐπελεύσεται, τό, τε τῆς ἐπισκοτήσεως τῶν ἐκλείψεων μέγεθος ὑποβάλλει, καὶ αἱ τῶν τὸ αἴτιον ἐμποιούντων ἀστέρων πρὸς τὸν ἐκλειπτικὸν τόπον σχέσεις. ἑσπέριοι μὲν γὰρ σχηματιζόμενοι, πρὸς τὰς ἡλιακάς, ἑῷοι δὲ πρὸς τὰς σεληνιακὰς ἔλαττον, ὡς ἐπίπαν διατιθέασι, διαμετροῦντες δὲ ἐπὶ τὸ ἥμισυ. ἑῷοι δὲ σχηματιζόμενοι πρὸς τὰς ἡλιακάς, ἢ ἑσπέριοι πρὸς τὰς σεληνιακάς, ἐπὶ τὸ πλεῖον.

De

## De genere euentuum.

## CAP. VII.

TErtio loco propoſitum fuit cognoſcere in quæ genera rerum euentus eſſent exituri. Hoc ipſum deprehendetur & de natura ſignorum & de forma, in quas loci deliquiorũ inciderint, horumque locorum dominatrices ſtellæ cùm vagantium tum fixarum, hæc & de ipſius deliquij, & de cardinali ſigno deliquij ſunt intelligenda. Dominatio autem ſtellarum errantium ita colligitur. Quæcũque enim pluribus modis vtriq; loco, id eſt deliquij ipſius & hoc ſequentis cardinis adiungi cernetur, ea ſola dominationem occupabit. In hoc autem cõſiderantur proximæ & apparentes acceſſus & defluxiones, & ratione comprehenſæ figurationes, itemque domiciliorum triangulorumque poteſtas, vna cum altitudine & terminis. Sin vna eademque ſtella dominium vtriuſque loci, id eſt defectiui & cardinalis ſortita non fuerit, præferetur quidem defectiui loci dominus, ſed aſſumetur etiam ille qui præ cæteris vtrique loco pluribus modis de præſcriptis adiungi videbitur. Sed multis dominationem ſibi vendicantibus propter æqualitatem reſpectus ad vtrunque locum, præponetur reliquis vel cardinalior, vel potentior, vel qui magis cõditionis ſectæque fuerit. Stellarum autem inerrantium aſſumetur ea, quæ loco defectiuo quaſi aſſederit in prætereunte cardine, primũ ſplendore ſecundum * nouem modos demonſtratos in primæ compoſitionis noſtræ libris. Deinde vel cum cardine orientis vel Medio cælo, ſequente locum defectiuum reperta. Atque ita animaduerſa in ſtellis autoritate effectuum, contemplabimur & formas ſignorum, in quibus & deliquium ipſum & huius dominatrices ſtellę repertę fuerint, à quorum proprietatibus modi generalium euentuum communiter ducuntur. Nam quibus ſignis forma humana tribuitur, ſiue in ſignifero, ideſt ecliptica, intelligantur, ſiue per reliquos inerrantes appareat, ſignificãt euaſuros euentus in genus humanũ. Aliorũ terreſtriũ formæ quadrupedes aſſimilibus brutis, Serpentes anguibus & huiuſmodi: Rurſum feræ immanſuetis & noxijs humano generi: Mites vtilibus, domitis, operamque & adiumẽtum commoditatibus vitæ noſtrę afferentibus pro cuiuſque formæ deſcriptione, vt equi, bouis, pecudis, ventura portendunt. Præterea ſeptẽtrionales formæ terrenæ terræ ſubitos motus, meridionales nimborum fluxus afferunt. Iam cum loci illi autoritatis fuerint in figuris pennigeris, vt Virgine & Sagittario, Gallinæ, in aues & volatica inque primis ea quæ victui apta ſunt, Similiter cum natantibus, in aquatica & piſces euentus cadunt. Quę figurę ſi fuerint marinę vt Cancer, Capricornus, delphis, marinis piſcibus claſſibusque inſuper & nauigationibus. Sin fluuiatiles vt Aquarius Piſces, fluuiaticis & fontanis ventura decernunt. Argo autem vtrunque genus complectitur. Ad hęc repertæ autoritatis ſtellæ in ſignis tropicis ac æquinoctialibus communiter aëris & temporis ſui ſtatum ſignificant, proprie autẽ vernum tempus & ea quæ è terra naſcuntur. Si enim reperiantur in æquinoctio verno, iudicio ſunt pullulationum arborum fructiferarum, vt vitis, ficus, fructuumque maturitatis. In ſolſtitio perceptionum frugum & cõditionum. peculiariter autem in Aegypto & Nili exundationis. In æquinoctio verno, ſationum & pabulariorum & huiuſmodi. In bruma olerum & auium ac piſcium illius temporis. Sed æquinoctialia etiam ſignificationem dant ſacrorũ, & diuinæ culturæ. Tropica mutationũ aëris & in rebus publicis morum ac legum. De ſolidis iudicium fiet fundationum & ſubſtructionum. De bicorporib. hominum, ipſorũque regum. Quę vero tempore deliquij orientali magis poſitu fuerint, fructibus adoleſcentiæ, fundamentis euentura, ſed à Medio cælo templis, regibus, ætati viril. Occidentalia autem legum inſtitutorumque mutationes & ſenectæ caſus, & vita functos ſignificant. Cæterum quatenus in deprehenſum genus affectiones progreſſuræ ſint, oſtendet magnitudo obſcuritatis deliquiorum, & erga defectiuum locum ſtellarum autoritatem ſortitarum habitudines. Nam veſpertini erga ſolaria deliquia, Matutini vero erga lunaria, minora omnia reddunt. In oppoſitionibus autem dimidiũ demunt. Sed matutini erga ſolaria, veſpertini erga lunaria deliquia, augent.

*Annot. In CAP. 7.*

* *Secundum nouem modos. Hæc à Ptolemæo explicantur in compoſitione magna. Tres enim tradit eſſe habitus ſtellarum inerrantium, erga ☉ ortũ, occaſum, meridiationem Et illorum quoque triplici ratione conſiderari, atque ita tribus ter ſumptis nouem illi modi abſoluuntur.*

## Περὶ τῆς ποιότητος τοῦ ἀποτελέσματος.

ΤΕταρτόν ἐστι κεφάλαιον, τὸ περὶ αὐτῆς τῆς τοῦ ἀποτελέσματος ποιότητος, τουτέστι πότερον ἀγαθῶν ἢ τῶν ἐναντίων ἐστὶ ποιητικόν, καὶ ποδαπὸν ἐφ' ἑκάτερον κατὰ τὸ τοῦ εἴδους ἰδιότροπον. τοῦτο δὲ ἀπὸ τῆς τῶν οἰκοδεσποτησάντων ἀστέρων τοὺς κυρίους τόπους τῆς ποιητικῆς φύσεως καταλαμβάνεται ἐπὶ τῆς συγκράσεως τῆς τε πρὸς ἀλλήλους καὶ τοὺς τόπους, καθ' ὧν ἂν ὦσι τετυχηκότες. ὁ μὲν γὰρ ☉ καὶ ἡ ☽ διατακτικοὶ ὥσπερ ἡγεμόνες εἰσὶ τῶν ἄλλων. αὐτοὶ αἴτιοι γινόμενοι τοῦτε κατὰ τὴν ἐνέργειαν ὅλου, καὶ τῆς τῶν ἀστέρων οἰκοδεσποτίας, καὶ ἔτι τῶν οἰκοδεσποτησάντων ἰσχύος ἢ ἀδρανείας. ἡ δὲ τὴν τῶν κυρίαν λαβόντων συγκρατικὴ θεωρία τὴν τῶν ἀποτελεσμάτων δείκνυσι ποιότητα, ἀρξόμεθα δὲ τῆς καθ' ἓν ἕκαστον τῶν πλανωμένων φυσικῆς ἰδιοτροπίας, ἐκεῖνο κοινῶς προεκθέμενοι τῆς κεφαλαιώδους ὑπομνήσεως ἕνεκεν, ὡς ὅταν καθόλου τινὰ λέγωμεν τῶν πέντε ἀστέρων τὴν

συγκρα

Digitized by Google

σύγκρασιν καὶ τὸ ποιητικὸν τῆς ὁμοίας φύσεως ὑποληπτέον, ἐάν τε αὐτὸς ᾖ ἐν τῇ ἰδίᾳ καταστάσει, ἐάν τε καὶ τῶν ἀπλανῶν τις, ἢ τῶν τοῦ ζωδιακοῦ τόπων, κατὰ τὴν οἰκείαν αὐτῶν κρᾶσιν θεωρῆται, καθάπερ ἂν εἰ τῶν φύσεων καὶ τῶν ποιοτήτων αὐτῶν, καὶ μὴ τῶν ἀστέρων ἐτύγχανον αἱ προσηγορίαι. καὶ ὅτι ἐν ταῖς κράσεσι πάλιν, οὐ μόνον τὴν πρὸς ἀλλήλους τῶν πλανωμένων μίξιν διασκοπεῖν, ἀλλὰ καὶ τὴν πρὸς τοὺς τῆς αὐτῆς φύσεως κεκοινωνηκότας. ἤτοι ἀπλανεῖς ἀστέρας ἢ τόπους τοῦ ζωδιακοῦ, κατὰ τὰς ἀποδεδειγμένας αὐτῶν πρὸς τοὺς πλανήτας συνοικειώσεις.

♄ Ὁ μὲν τοῦ ♄ ἀστὴρ μόνος τὴν οἰκοδεσποτίαν λαχὼν καθόλου μὲν φθορᾶς τῆς κατὰ ψῦξιν ἐστὶν αἴτιος, ἰδίως δὲ περὶ μὲν τοὺς ἀνθρώπους γινομένου τοῦ συμπτώματος, νόσους μακρὰς, καὶ φθίσεις, καὶ συντήξεις, καὶ ὑγρῶν ὀχλήσεις, καὶ ῥευματισμοὺς, καὶ τεταρταϊκὰς ἐπισημασίας. φυγαδείας, τε, καὶ ἀπορίας
*al. φέβους καὶ συνοχὰς καὶ πένθη, καὶ * φόνους, καὶ θανάτους, μάλιστα δὲ τῶν τῇ ἡλικίᾳ προβεβηκότων ἐμποιεῖ τῶν δὲ ἀλόγων, ζώων περὶ τὰ εὔχρηστα ὡς ἐπίπαν, σπάνιν τε, καὶ τῶν ὄντων φθορὰς σωματικὰς, καὶ νοσοποιοὺς, ἀφ᾽ ὧν καὶ οἱ χρησάμενοι τῶν ἀνθρώπων συνδιατιθέμενοι διαφθείρονται. περὶ δὲ τὴν τοῦ ἀέρος κατάστασιν, ψύχη φοβερὰ, παγώδη, καὶ ὁμιχλώδη, καὶ λοιμικὰ, δυσαερίας τε καὶ συννεφίας καὶ ζόφους. ἔτι δὲ νιφετῶν πλῆθος, οὐκ ἀγαθῶν ἀλλὰ φθοροποιῶν, ἀφ᾽ ὧν καὶ τὰ κακοῦντα τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν τῶν ἑρπετῶν συγκρίνεται. περὶ δὲ ποταμοὺς ἢ θαλάσσας κοινῶς μὲν χειμῶνας καὶ στόλων ναυάγια, καὶ δυσπλοΐαν, καὶ τῶν ἰχθύων ἔνδειαν καὶ φθορὰς, ἰδίως δὲ ταῖς μὲν θαλάσσαις ἀμπώτεις καὶ παλιρροίας, ἐπὶ δὲ ποταμῶν ὑπερμετρίαν, καὶ κάκωσιν τῶν ποταμίων ὑδάτων. πρὸς δὲ τοὺς τῆς γῆς καρποὺς ἔνδειαν καὶ σπάνιν καὶ ἀπώλειαν, μάλιστα τῶν εἰς τὰς ἀναγκαίας χρείας γινομένων, ἤτοι ὑπὸ κάμπης ἢ ἀκρίδος ἢ κατακλυσμῶν ὑδάτων ἢ ὄμβρων ἐπιφορᾶς ἢ χαλάζης ἢ τῶν τοιούτων. ὡς καὶ μέχρι λοιμοῦ φθάνειν, καὶ τῆς τοιαύτης τῶν ἀνθρώπων ἀπωλείας.

Ὁ δὲ τοῦ ♃ μόνος τὴν κυρίαν λαβὼν καθόλου μὲν αὐξήσεως ἐστὶ ποιητικὸς, ἰδίως δὲ περὶ μὲν ἀνθρώπους γινομένου τοῦ ἀποτελέσματος, δόξας ἀποτελεῖ καὶ εὐετηρίας, καὶ εὐθηνίας καὶ καταστάσεις εἰρηνικὰς, καὶ τῶν ἐπιτηδείων αὐξήσεις εὐεξίας τε σωματικὰς καὶ ψυχικὰς, ἔτι δὲ εὐεργεσίας τε καὶ δωρεὰς ὑπὸ τῶν βασιλευόντων, αὐτῶν τε ἐκείνων αὐξήσεις καὶ μεγαλειότητας, καὶ μεγαλοψυχίας, καθόλου δὲ εὐδαιμονίας τε ἐστὶν αἴτιος. περὶ δὲ τὰ ἄλογα ζῶα τῶν μὲν εἰς χρῆσιν ἀνθρωπίνην δαψίλειαν καὶ πολυπληθίαν ἐμποιεῖ, τῶν δὲ εἰς τὸ ἐναντίον, φθορὰν καὶ ἀπώλειαν. εὔκρατον δὲ τὴν τῶν ἀέρων κατάστασιν καὶ ὑγιεινὴν καὶ πνευματώδη καὶ ὑγρὰν καὶ θρεπτικὴν τῶν ἐπιγείων ἀπεργάζεται, στόλων δὲ εὐπλοΐας καὶ ποταμῶν συμμέτρους ἀναβάσεις καὶ τῶν καρπῶν δαψίλειαν. καὶ ὅσα τούτοις παραπλήσια. ♃

Ὁ δὲ τοῦ ♂ μόνος τὴν οἰκοδεσποτίαν λαβὼν, καθόλου μὲν τῆς κατὰ ξηρασίαν φθορᾶς ἐστὶν αἴτιος, ἰδίως δὲ, περὶ μὲν ἀνθρώπου γινομένου τοῦ συμπτώματος πολέμους ἐμποιεῖ καὶ στάσεις ἐμφυλίους καὶ αἰχμαλωσίας καὶ ἀνδραποδισμοὺς, καὶ ὄχλων ἐπαναστάσεις, καὶ χόλους ἡγεμόνων, τούς τε διὰ τούτων θανάτους αἰφνιδίους. ἔτι δὲ νόσους πυρετικὰς καὶ τριταϊκὰς ἐπισημασίας, καὶ αἱμάτων ἀναγωγὰς, καὶ ὀξείας νόσους, καὶ βιοθανασίας μάλιστα τῶν ἀκμαίων. ὁμοίως δὲ βίας τε καὶ ὕβρεις καὶ παρανομίας, ἐμπρήσεις τε, ἀνδροφονίας, καὶ ἁρπαγὰς, καὶ λῃστείας. περί τε τὴν τοῦ ἀέρος κατάστασιν καύσωνας καὶ πνεύματα θερμὰ λοιμικὰ καὶ συντηκτικὰ, κεραυνῶν τε ἀφέσεις καὶ πρηστήρων. καὶ ἀνομβρίας. πάλιν δὲ ἐν θαλάσσαις στόλων μὲν αἰφνίδια ναυάγια διὰ πνευμάτων ἀτάκτων ἢ κεραυνῶν ἢ τῶν τοιούτων, ποταμῶν δὲ λειψυδρίαν καὶ ἀναξηράνσεις πηγῶν, καὶ φθορὰς τῶν ποταμίων ὑδάτων. περὶ δὲ τὰ ἐπιτήδεια πρὸς χρῆσιν ἀνθρωπίνην τῶν τε ἀλόγων ζώων, καὶ τῶν ἐκ τῆς γῆς φυομένων καρπῶν, σπάνιν καὶ φθορὰν τὴν γινομένην ἢ ὑπὸ τῆς τοῦ καύσωνος καταφλέξεως, ἢ ἐκ τῆς ἐν ταῖς ἀποθέσεσι συγκαύσεως. ♂

Ὁ δὲ τῆς ♀ μόνος κύριος γενόμενος τοῦ ♀

συμβαίνον

συμβαίνοντος, καθόλου μὲν τὰ παραπλήσια τῷ τοῦ * ἢ μετάτινος ἐπαφροδισίας ἀποτελεῖ. ἰδίως δὲ περὶ μὲν ἀνθρώπους δόξας καὶ τιμὰς καὶ εὐφροσύνας καὶ εὐετηρίας εὐγαμίας τε καὶ πολυτεκνίας, καὶ εὐαρεστήσεις πρὸς πᾶσαν συναρμογὴν τῶν κτήσεων συναυξήσεις, καὶ διαίτας καθαρείους τε καὶ εὐαγώγους καὶ πρὸς τὰ σεβάσματα τιμητικάς. ἔτι δὲ σωματικὰς εὐεξίας, καὶ πρὸς τοὺς ἡγεμονεύοντας συνοικειώσεις, καὶ τῶν ἀρχόντων ἐπαφροδισίας. περὶ δὲ τὰ τοῦ ἀέρος πνευμάτων εὐκράτων καὶ διύγρων καὶ θρεπτικωτάτων καταστάσεις, εὐαερίας τε καὶ αἰθρίας, καὶ ὑδάτων γονίμων δαψιλεῖς ἐπομβρίας. στόλων τε εὐπλοίας καὶ ἐπιτυχίας ἐπικερδεῖς, καὶ ποταμῶν πλήρεις ἀναβάσεις. Ἐν δὲ τοῖς εὐχρήστοις ζώοις καὶ τοῖς τῆς γῆς καρποῖς μάλιστα δαψίλειαν καὶ εὐφορίαν καὶ ὄνησιν ἐμποιεῖ.

*al. ψ.

Ὁ δὲ τοῦ ☿ τὴν οἰκοδεσποτείαν λαβὼν

☿ καθόλου μὲν ᾧ ἂν ᾖ συγκιρνάμενος ἑκάστῳ τῶν ἄλλων συνοικειοῦται ταῖς ἐκείνων φύσεσιν. ἔστι δὲ πάντων μᾶλλον συγκινητικός, καὶ ἐν μὲν ἀνθρωπίνοις ἀποτελέσμασιν ὀξὺς καὶ πρακτικώτατος, καὶ πρὸς τὸ ὑποκείμενον εὐμήχανος, λῃστηρίων δὲ καὶ κλοπῶν καὶ πειρατικῶν ἐφόδων ἐπιθετικός. ἔτι δὲ δυσπνοίας ποιητικός, ἐν τοῖς πρὸς τοὺς κακοποιοὺς σχηματισμοῖς νόσων τε αἴτιος ξηρῶν καὶ ἀμφημερινῶν ἐπισημασιῶν, καὶ βηχικῶν καὶ ἀναφορικῶν καὶ φθίσεων ἀποτελεστικός. καὶ τῶν περὶ τὸν ἱερατικὸν λόγον, καὶ τὰς τῶν θεῶν θρησκείας, καὶ τὰς βασιλικοὺς προσόδους ἐπισυμβαινόντων, καὶ τῆς τῶν ἐθίμων ἢ νομίμων κατὰ καιροὺς ἀλλοιώσεως, οἰκείως τῇ πρὸς αὐτοὺς ἑκάστοτε τῶν ἀστέρων συγκράσει. πρὸς δὲ τὸ περιέχον μᾶλλον ξηρὸς ὢν καὶ εὐκίνητος διὰ τὴν πρὸς τὸν ☉ ἐγγύτητα, καὶ τὸ τάχος τῆς ἀνακυκλώσεως πνευμάτων ἀτάκτων καὶ ὀξέων καὶ εὐμεταβόλων μάλιστα κινητικὸς ὑπάρχει, βροντῶν τε εἰκότως, καὶ πρηστήρων καὶ χασμάτων καὶ σεισμῶν καὶ ἀστραπῶν ἀποτελεστικός. τῆς δὲ διὰ τούτων ἐνίοτε περὶ τὰ τῶν ζώων καὶ τῶν φυτῶν εὔχρηστα φθορῆς ποιητικός, ὑδάτων τε καὶ ποταμῶν, ἐν μὲν ταῖς δύσεσι στερητικός, ἐν δὲ ταῖς ἀνατολαῖς πληρωτικός.

Ἰδίως μὲν οὖν τῆς οἰκείας φύσεως ἐπιτυχὼν ἕκαστος τὰ τοιαῦτα ἀποτελεῖ, συγκιρνάμενος δὲ ἄλλοτ' ἄλλῳ κατά τε τοὺς σχηματισμοὺς, καὶ τὰς τῶν ζωδίων ἐναλλαγάς, καὶ τὰς πρὸς τὸν ☉ φάσεις, ἀνάλογόν τε καὶ τὴν ἐν τοῖς ἐνεργήμασι σύγκρασιν λαμβάνει καὶ μεμιγμένην ἐκ τῶν κεκοινωνηκυιῶν φύσεων τὴν περὶ τὸ ἀποτελούμενον ἰδιοτροπίαν ποικίλην οὖσαν ἀπεργάζεται, ἀπόρου δὲ ὄντος καὶ ἀδυνάτου τοῦ καθ' ἑκάστην σύγκρασιν τὸ ἴδιον ὑπομνηματίζειν ἀποτέλεσμα, καὶ πάντας ἁπλῶς τοὺς καθ' ὁποιονδήποτε τρόπον συσχηματισμοὺς διεξελθεῖν, οὕτωγε πολυμερῶς νοουμένους, εἰκότως μὲν καταληφθείη τὸ τοιοῦτον εἶδος, ἐπὶ τοῦ μαθηματικοῦ πρὸς τὰς κατὰ μέρος διακρίσεις ἐπιβολῇ καὶ ἐπινοίᾳ. παρατηρεῖν δὲ δέον καὶ πῶς ἔχουσι συνοικειώσεως, οἱ τοῦ ἀποτελέσματος τὴν κυρίαν λαβόντες ἀστέρες, πρὸς αὐτὰς τὰς χώρας ἢ τὰς πόλεις, ἐν αἷς τὸ σύμπτωμα διασημαίνεται. ἀγαθοποιοὶ μὲν γὰρ ὄντες καὶ συνοικειούμενοι τοῖς διατιθεμένοις, καὶ μὴ καθυπερτερούμενοι ὑπὸ τῶν τῆς ἐναντίων αἱρέσεως, ἔτι μᾶλλον ἀπεργάζονται τὸ κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν ὠφέλιμον, ὥσπερ μὴ συνοικειούμενοι, ἢ καθυπερτερούμενοι ὑπὸ τῶν ἀντικειμένων ἧττον ὠφελοῦσι. τῆς δὲ βλαπτικῆς κράσεως ὄντες καὶ τὴν κυρίαν λαβόντες τοῦ ἀποτελέσματος, ἐὰν μὲν συνοικειούμενοι τοῖς διατιθεμένοις τύχωσι ἢ ὑπὸ τῆς ἐναντίας αἱρέσεως καθυπερτερηθῶσιν, ἔλαττον βλάπτουσιν. ἐὰν δὲ μήτε τὴν οἰκοδεσποτείαν ἔχωσι τῶν χωρῶν, μήτε καθυπερτερῶνται ὑπὸ τῶν οἰκείως πρὸς αὐτὰς ἐχόντων, σφοδρότερον τὸ ἐκ τῆς κράσεως φθοροποιὸν ἐπισκήπτουσι. ὡς ἐπίπαν μὲν τοι συνεμπίπτουσι τοῖς καθολικοῖς πάθεσιν ἐκεῖνοι τῶν ἀνθρώπων ὅσοι κατὰ τὰς ἰδίας γενέσεις, τοὺς ἀναγκαιοτάτους τόπους λέγω δὴ τοὺς φωσφοροῦντας, ἢ τοὺς τῶν κέντρων, ἐὰν τοὺς αὐτοὺς τύχωσιν ἔχοντες τοῖς τὸ αἴτιον ἐμποιήσασι τῶν καθολικῶν συμπτωμάτων, τουτέστι τοῖς ἐκλειπτικοῖς, ἢ καὶ τοῖς τούτων διαμέτροις.

τούτων

Digitized by Google

τούτων δὲ ἐπισφαλέστατοι μάλιστα τὸ δυ-σφύλακτοι τυγχάνουσιν αἱ μοιρικῶς καθεξῆς ἢ διαμετρήσεις τῶν ἐκλειπτικῶν τόπων, πρὸς ὁπότερον τῶν φώτων.

## ¶ De modis futurorum.

## CAP. VIII.

QVarto loco propoſita fuit à nobis exquiſitio modorũ præcogniti euẽtus, hoc eſt in bonum ne an malum illi euaſuri, & quales per vtrunque in ſua ſpecie futuri eſſent. Hoc ipſum declarat naturalis efficientia ſtellarum dominantium in autoritatum locis, & cum ipſarum ſecum tum etiam cum ijs locis, in quibus ipſæ fuerint cõmiſtio. Nam Sol & Luna vt principes omniũ, imperium & edictionem penes ſe habent, autores effectionum & dominationis ius ſtellis committentes, ipſarúmque illarũ aut vires augent aut imminuunt. At quibus ſtellis poteſtas contigit commiſtionis earum conſideratio demonſtrat euentuum modos. Incipiemus autem nunc deinceps ſingulatim Errantiũ ſtellarum proprietates explicare, vbi hoc prius monuerimus lectores huius breuis inſtitutionis noſtræ, quod in generali hac mentione quinque errantium ſtellarum cõmiſtionis & efficientiæ, ſimilis natura intelligenda ſit, ſiue illa ipſa huius conſtitutionis ſuæ locum teneat, ſiue alia inerrantiũ, aut ſigniferi etiam aliquis locus, perinde ac ſi naturæ hæc & proprietatis ipſarum, non ſtellarum eſſent appellationes. Itemquè quod in miſtionibus non ſolum ipſarum inter ſe errantium coitus, ſed etiam inter has & alias ſimilis naturæ ſiue inerrantes, ſiue loca ſigniferi, necnõ quid cũ his errantibus familiaritatis intercedat, inſpicere oporteat.

♄ Saturnus vbi ſolus dominationẽ fuerit ſortitus, corrumpit generaliter frigore. Peculiares autem ſunt huius, cum in homines illa corruptio cadit, morbi diuturni, tabes marcores, humoris moleſtiæ & fluxiones, febres quartanæ, tum exilia, inopia, anguſtiæ, luctus, terrores, mortes potiſſimum ætate prouectorũ. Bruta feré apta hominũ vſui comminuit, rebus ipſis morbifera mala infert, vt illis veſcentes ſimilia in mala deuenientes intereant. In aëre excitat frigus horrendum, glacioſum, nebuloſum, peſtilens, tempeſtates aduerſas, denſas nubes, caligines. Item niuis magnam vim nõ opportunæ ſed contrariæ, vnde ſerpentum noxia hominibus multitudo concreta exiſtere conſueuit. In fluuijs ac mari communiter hiemes, naufragia, difficiles curſus, piſcium penuriam & interitus, peculiariter autem vorticoſos in mari fluctus, & fluuiorum exundationes, & aquarum deprauationes. Terra vero frugum caritatem, penuriam, vaſtitatem, potiſſimum earum quæ neceſſaria ſunt ad victũ, immittit, per erucas, locuſtas, aquarũ inundationes, nimborum impetus, grandinem, aut alia huiuſmodi, quæ vſque eo procedunt, vt fame ſimiliquè pernicie homines extinguant.

♃ Iupiter ſolus nactus dominiũ, generaliter incremẽta rebus confert. Sed peculiariter cum euentus in humanũ genus exeunt, largitur gloriam, amicitias, tranquillitatem, pacem. Rem familiarem auget, corpus animúmque componit, conficit dona & beneficia à regnatoribus, hoſque ipſos auget ac ornat, facit magnis animis, inque ſumma, felicitatis vniuerſæ eſt autor. Animantum reliquarũ vtilium ad vitam degendam copiam & abundantiam, contrariarum exitium & interitum procurat. tempeſtates reddit ſalubres ventis & imbribus altrices terreſtriũ, fortunat claſſibus curſus, fluuiorum aquas moderatas conſeruat, frugum copiam & his ſimilia efficit.

♂ Mars vbi ſolus arripuit dominationem, generaliter corrumpit feruore, ſed peculiariter in humanũ genus ſæuit bellis, ſeditionibus inteſtinis, carcere, populationibus, tumultibus plebeis, iracundijs principũ & ab his inopinatas mortes infert. Huius ſunt æſtuãtes febres tertianæ, ſanguinis eruptiones, morbi acuti, violentæ mortes, in primis ætatis validæ, item vis, contumelia, iniuriæ, incendia, homicidia, rapinæ, latrocinia. In aëre commouet calidos ventos, peſtilentes, tabificos, fulminũ iaculationes & flammas, ſqualorem: in mari ſubitas nauium ſubuerſiones per ventos turbulentos, fulmináve aut alia huiuſmodi. Fluuiorum aquas exorbet, deſiccat fontes, & prauat latices. Quæ neceſſariæ ſunt ad vſum vitæ humanæ animantes éque terra naſcentia peſſundat, vel pernicioſo hæc æſtu nondum percepta vaſtans, vel condita cõflagrationibus.

♀ Venus ſola domina venturorũ generaliter ea efficit, quę Iupiter, cum venuſtate quadam, peculiariter autem hominibus conciliat famam, honores, gaudia, frugiferos annos. Dat fortunata connubia, copiam liberorũ, & gratiam in coniunctionibus, incremẽta bonorum, victum mundum, honeſtatem, reuerentiam, venerationem. Inſuper & corporis decorẽ, & neceſſitudines gratas potentiorum ac principum. Aëra ventis replet temperatis, humidis, fœcundiſſimis, commoda tempeſtate, ſerenitate, demittitque imbrium tempeſtiuas pluuias. Nauibus felices curſus & ſucceſſus lucroſos tribuit, Fluminum alueos complet: Animantum vtilitati ſeruientium & frugum in primis copiam abundantiam, commoditates confert.

☿ Mercurius adeptus dominationẽ, generaliter quidem in illius ſtellæ naturam ſe inſinuat, cum qua fuerit cõfiguratus. eſt autem omnium maxime impetuoſus. Et in ijs quæ humana ſunt, acer, efficax, ac cõmodabilis offerentibus ſe rebus. Vſurpator latrociniorũ, furtorum, piraticæ inuaſionis, contrariorum ventorũ ſuſcitator, in configurationibus cum maleficis. Autor morborum, ſiccitatis, febrium cotidianarum, tuſſis, anhelationis, tabis. Habet & ſacerdotalem rationem & cult⁹ diuinos, & regios redit⁹. Habet & mutatiões ſuis temporibus legũ ac morũ, quæ omnia congruũt cum illius ac reliquarum ſtellarum ſingularum commiſtione. In primis ventos turbulentos, vehementes, inſtabiles, ſiccitatem aëris & mobilitates cõmouet, cum de vicinitate ſolis, tum celeritate curſus ſui. Itaque & tonitrua, flammantiáque fulmina immittit, diſſipátque ac concutit terram, fulgura ciet. Vnde & interdũ pernicioſus eſt aptis vſibus vitæ, animantibus & frugibus, flumina occidens ſiccat, explet oriens.

Vbi igitur peculiari in natura reperta ſtella fuerit effectiones quoque illam ipſam cõſequuntur ſimiles. Sed cum inter ſe permiſcentur cum configurationibus ipſis, tum permutatione ſignorum & à Sole apparitionibus, conſentanea etiam in effectionibus temperatio,

Digitized by Google

peratio, & miſtæ variæque proprietates decretorum exiſtunt. Quia vero infinitum, hoc eſt neque fieri poteſt, vt vniuſcuiuſque temperaturæ peculiare decretum doctrina comprehendat, omnéſque ſimpliciter aliquis cuiuſcunque modi configurationes tam multiplicis præſertim rationis exequatur, relinquendum merito eſt hæc pars Mathematici in ſingularum rerum iudiciis gnauitati ac induſtriæ. Sed hoc diligenter obſeruabimus, quis ſit ſtellarũ principum decreti reſpectus, & regionum ipſarum ac vrbium in quibus ſignificationes cadent. Cum enim ſunt illæ beneficæ & cõciliatæ locis obnoxiis, neque ſuperantur ab aliis diuerſæ ſectę, multo magis abſoluunt naturæ ſuæ bonitatem, ſicut & alienæ aut ſuperatæ ab aduerſariis minus proſunt. Quòd ſi noxiæ hunc principatum cæperint, conciliatæ cum obnoxiis locis aut ſuperatæ à ſtellis aduerſariæ ſectæ, minus nocent. Quę cum neque dominatrices regionum erunt, neque ſuperabuntur ab aliis quæ illarum commendationem accepere, tum vehementiorem ſuæ conſtitutionis peſtem infligent. In genere autem vniuerſalibus à malis potiſsimum corripiuntur ij quorum in genituris præcipua loca nempe luminum aut cardinum eadem fuerint cum illis à quibus vniuerſalium caſuum cauſæ veniũt, id eſt eclipticis ipſis aut his oppoſitis. Sed in primis periculoſæ ac ineuitabiles ſunt partiles occupationes, dimetientéſque deliquiorum vtriuſuis illæ luminum reſpectum habuerint.

Περὶ χρωμάτων τῶν ἐκλείψεων, καὶ
καὶ κομητῶν καὶ τῶν τοιούτων.

Τηρητέον δὲ πρὸς τὰς καθόλου περιστάσεις καὶ τὰ κατὰ τὰς ἐκλείψεις χρώματα, ἤτοι αὐτῶν τῶν φωτῶν, ἢ περὶ αὐτὰ γινομένων συστημάτων, οἷον ῥάβδων, ἢ ἅλων, ἢ τῶν τοιούτων. μέλανα γὰρ ἢ ὑπόχλωρα φανέντα, σημαντικὰ γίνεται τῶν ἐπὶ τῆς τοῦ ♄ φύσεως εἰρημένων. λευκὰ δὲ τῶν ἐπὶ τῆς τοῦ ♃, ὑπόκιρρα δὲ τῶν ἐπὶ τῆς τοῦ ♂, ξανθὰ δὲ τῶν ἐπὶ τοῦ τῆς ♀, ποικίλα δὲ τῶν ἐπὶ τῆς τοῦ ☿, κἂν μὲν ἐν ὅλοις τοῖς σώμασι τῶν φωτῶν, ἢ ἐν ὅλοις τοῖς περὶ αὐτὰ τόποις τὸ γινόμενον ἰδίωμα τῆς χροιᾶς φαίνηται, περὶ τὰ πλεῖστα μέρη τῶν χωρῶν ἔσται τὸ ἀποτελεσθησόμενον, ἐὰν δὲ ἀπὸ μέρους ὁποιουδήποτε, περὶ ἐκεῖνο τὸ μέρος, καθ' ὃ ἂν καὶ ἡ πρόσνευσις τοῦ ἰδιώματος γίνηται. τηρητέον δὲ ἔτι, καὶ τὰς συνισταμένας ἤτοι κατὰ τοὺς ἐκλειπτικοὺς καιρούς, ἢ καὶ ὅτε δήποτε, κομητῶν ἐπιφανείας πρὸς τὰς καθόλου περιστάσεις, οἷον τῶν καλουμένων δοκίδων ἢ σαλπίγγων ἢ πίθων ἢ τῶν τοιούτων, ὡς ἀποτελεσματικὰς μὲν φύσει τῶν ἐπὶ τοῦ ♂, καὶ τῶν τοῦ ☿ ἰδιωμάτων πολέμων τε καὶ καυσώνων, ἢ κινητικῶν καταστημάτων, καὶ τῶν τούτοις ἐπισυμβαινόντων. δηλοῦντας δὲ διὰ μὲν τῶν τοῦ ζωδιακοῦ μερῶν καθ' ὧν ἂν αἱ συστάσεις αὐτῶν φαίνωνται, καὶ τῶν κατὰ τὰ σχήματα τῆς κόμης προσνεύσεων τοὺς τόπους οἷς ἐπισκήπτουσι τὰ συμπτώματα. διὰ δὲ τῶν αὐτῆς, τῆς συστάσεως, καὶ ὥσπερ μορφώσεων, τό, τε εἶδος τοῦ ἀποτελέσματος καὶ τὸ γένος, περὶ ὃ τὸ πάθος ἀποβήσεται, διὰ δὲ τοῦ χρόνου τῆς ἐπιμονῆς τὴν παράτασιν τῶν συμπτωμάτων, διὰ δὲ τῆς πρὸς τὸν ☉ σχέσεως τὴν κατ' ἀρχήν, ἐπεί περ ἑῷοι μὲν ἐπιπολὺ φαινόμενοι, τάχιον ἐπισημαίνουσι, ἑσπέριοι δὲ βράδιον.

De coloribus in deliquiis & crinitis, ac huiuſmodi aliis. Cap. 9.

Obſeruandę etiam ſunt in vniuerſalibus conſiderationibus colores in deliquiis, nõ modo ipſorum luminum, verum aliorum quoque, quæ iuxta illa ſolent colligi, vt virgularum ac arearum, & quæ alia ſunt huiuſmodi. Nam ſi nigra ſiue liuida eſſe videantur, ſignificant ea quę de Saturni natura expoſuimus. Candidus color Iouialis eſt, Rutilus Martius, Flauus Veneris, Varius Mercurij. Quod ſi coloris proprietas per tota luminum corpora, aut etiam loca ſe diffuderit, plurimis regionis partibus futura decernit, ſin quacunque à parte apparuerit illis partibus, in quas ſe proprietas illa inclinabit. Obſeruandæ & crinitæ, ſeu in deliquiis, ſiue alio quolibet tempore fulſerint, in conſiderationibus vniuerſalibus, quales ſunt quæ dicuntur trabes, tubæ, dolia ac huiuſmodi. Eſt enim harum naturæ effectio Martiæ ac Mercurialis proprietatis, bellorum, æſtus, turbulentiæ, & eorum quę iſta ſequi conſueuere. Cæterum loca, in quibus hæc euentura ſint, deſignantur cum à ſigniferi partibus, in quibus collectæ illæ ſtellæ fuerint tum de crinitæ figurationis inclinatione. Per ipſam quidem collectionis quaſi faciem & formam, futurorum ſpecies & genus cui affectio expectanda ſit, deprehendetur. Verum de tempore durationis, intenſione euentuum. De habitudine autem erga Solem, initium pateſcet. Nam cum fuerint matutinę, diuque fulſerint, celeritatis, ſin veſpertinæ, tarditatis ſignificatio futura eſt.

Περὶ τῆς τοῦ ἔτους νουμηνίας.

Δεδειγμένης δὲ τῆς περὶ τὰς καθόλου περιστάσεις, χωρῶν τε καὶ πόλεων ἐφό-



Digitized by Google

δλου λοιπὸν ἂν εἴη, καὶ περὶ τῶν λεπτομερεστέρων ὑπομνηματίσασθαι, λέγω δὲ τῶν ἐνιαυσιαίως περὶ τὰς ὥρας ἀποτελουμένων, πρὸς ἣν ἐπίσκεψιν, τὸ περὶ τῆς καλουμένης τοῦ ἔτους νεομηνίας ἁρμόζον ἂν εἶναι προδιαλαβεῖν. ὅτι μὲν οὖν ταύτην ἀρχὴν εἶναι προσήκει τῆς τοῦ ☉ καθ' ἑκάστην περιστροφὴν ἀποκαταστάσεως, δῆλόν ἐστιν αὐτόθεν, καὶ ἀπὸ τῆς δυνάμεως καὶ ἀπὸ τῆς ὀνομασίας. τίνα δ' ἄν τις ἀρχὴν ὑποστήσαιτο ἐν κύκλῳ μὲν αὐτὸ μόνον ἁπλῶς οὐδ' ἂν ἐπινοήσειεν, ἐν δὲ τῷ διὰ μέσων τῶν ζῳδίων μόνας ἂν εἰκότως ἀρχὰς λάβοι τὰ ὑπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ καὶ τῶν τροπικῶν ἀφοριζόμενα σημεῖα, τουτέστι τά τε δύο ἰσημερινὰ, καὶ τὰ δύο τροπικὰ, ἐνταῦθα μέντοι τις ἀπορήσειεν ἂν ἤδη, τίνι τῶν τεσσάρων ὡς προηγουμένῳ χρήσαιτο. κατὰ μὲν οὖν τὴν ἁπλῆν καὶ κυκλικὴν φύσιν οὐδὲν αὐτῶν ἐστὶν ὡς ἐπὶ μιᾶς ἀρχῆς προηγούμενον κέχρηνται δὲ οἱ περὶ τούτων γράψαντες ἐνί τινι, ὑποθέμενοι διαφόρως ἑκάστῳ τῶν τεσσάρων ὡς ἀρχὴν κατά τινας οἰκείους λόγους καὶ φυσικὰς ἐμπαθείας, ἐνεχθέντες. καὶ γὰρ ἔχει τῶν μερῶν τούτων ἕκαστον ἐξαίρετον ἀφ' οὗ ἂν ἀρχὴν καὶ νέον ἔτος νομίζοιτο εἰκότως, τὸ μὲν ἐαρινὸν ἰσημερινὸν, διά τε τὸ πρώτως τότε μείζονα τὴν ἡμέραν τῆς νυκτὸς ἄρχεσθαι γίνεσθαι, καὶ διὰ τὸ τῆς ὑγρᾶς ὥρας εἶναι, ταύτην δὲ τὴν φύσιν, ὡς καὶ πρότερον ἔφαμεν ἀρχομέναις ταῖς γενέσεσι πλεῖστον ἐνυπάρχειν. τὸ δὲ θερινὸν τροπικὸν, διὰ τὸ κατ' αὐτὸ τὴν μεγίστην ἡμέραν ἀποτελεῖσθαι, παρὰ δὲ αἰγυπτίοις καὶ τὴν τοῦ νείλου ἀνάβασιν καὶ κυνὸς ἄστρου ἐπιτολὴν σημαίνειν, τὸ δὲ μετοπωρινὸν διὰ τὸ κατ' αὐτὸ γεγονέναι πάντων ἤδη τῶν καρπῶν συγκομιδὴν, τότε δὲ ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς τὸν τῶν ἐσομένων σπόρον καταβάλλεσθαι. τὸ δὲ χειμερινὸν τροπικὸν διὰ τὸ πρώτως ἄρχεσθαι τότε τὸ μέγεθος τῆς ἡμέρας ἀπὸ μειώσεως αὔξησιν λαμβάνειν. οἰκειότερον δέ μοι δοκεῖ καὶ φυσικώτερον, πρὸς τὰς ἐνιαυσίους ἐπισκέψεις, τέτρασιν ἀρχαῖς χρῆσθαι, παρατηροῦντας τὰς ἔγγιστα αὐτῶν προγινομένας ☉ καὶ ☽ συζυγίας συνοδικάς καὶ πανσεληνιακὰς, καὶ μάλιστα πάλιν τούτων τὰς ἐκλειπτικὰς ἵνα ἀπὸ μὲν τῆς περὶ τὴν τοῦ ♈ ἀρχὴν, τὸ ἔαρ ὁποῖον ἔσται, διασκεπτώμεθα, ἀπὸ δὲ τῆς περὶ τὸν ♋ τὸ θέρος. ἀπὸ δὲ τῆς περὶ τὰς χηλὰς, τὸ μετόπωρον. ἀπὸ δὲ τῆς περὶ τὸν ♑ τὸν χειμῶνα. τὰς καθόλου μὲν γὰρ τῶν ὡρῶν ποιότητας καὶ καταστάσεις ὁ ☉ ποιεῖ, καθ' ἃς καὶ οἱ παντελῶς ἄπειροι τῶν μαθημάτων πρόγνωσιν ἔχουσι τοῦ μέλλοντος. ἔτι δὲ καὶ τὰς τῶν ζῳδίων ἰδιοτροπίας, εἴς τε τὰς παρασημασίας ἀνέμων τε καὶ τῶν ὁλοσχερεστέρων φύσεων παραληπτέον. τὰς δὲ ἐν τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον κατὰ καιροὺς ἐναλλοιώσεις καθόλου μὲν πάλιν αἱ περὶ τὰ προειρημένα σημεῖα γινόμεναι συζυγίαι, καὶ οἱ τῶν πλανήτων πρὸς αὐτὰς σχηματισμοὶ δεικνύουσι. κατὰ μέρος δὲ καὶ αἱ καθ' ἕκαστον δωδεκατημόριον σύνοδοι καὶ πανσέληνοι, καὶ τῶν ἀστέρων ἐπιπορεύσεις, ἣν δὴ μηνιαίαν ἐπίσκεψιν ἄν τις προσαγορεύσοι.

## De Nouilunio anni. Cap. X.

DEmonſtrata iam ratione vniuerſalis conſiderationis regionum ac vrbium, ſequitur quædã ſubtilior exquiſitio, eorum inquam, quæ ſingulis anni tẽporibus euentura ſint, cuius tractatio quandam deſiderat de Nouilunio, vt vocatur, anni diſputationem. Quod igitur illud principium capi oportet à reuerſione Solis in omni ambitu illius, ac eum locum, vnde abierat, ipſa res docet cum affectione ipſa, tum etiam nomine. Quale autem principium in circulo conſtitui ſimpliciter poſsit, omnem etiam cogitationem fugere videtur. In illo tamen circulo qui deſcribitur per media ſigna, probabilia ſola principia ſumpſerimus, eorum pũctorum quæ æquinoctialis & coluri ſignant, hoc eſt bina æquinoctialia, & bina tropica. Sed rurſum & hic dubitatio alicui forte oriatur, quonam ex his quatuor, vt principe recte vtatur. Atque eſt de ſimplici quidem & circulari natura horũ nullum, vt vnius principij præcipuum. Scriptores tamen harum rerum vno quopiam vſi ſunt alio ſanè, cui quiſque principium pro ratione & ſenſu naturæ ſuæ adſcriberet. Etenim ſingula hæc membra eximium quoque quiddam habent, cur principium & nouum annum ſibi iure vendicare videantur. Nam ęquinoctij verni proprium, vt tum longiores dies noctibus fiant, humiditatiſque hoc eſt tempus. Humiditatis autem natura potiſsimũ, vt ante quoque diximus, in exordijs geniturę regnat. Solſtitium longiſsimũ diem edit, & Aegyptiis inundationem Nili, ac ortũ Caniculæ ſignificat. In autumnali æquinoctio cadit tempus condendarũ frugum, & quaſi de nouo principio aliarum ſemina terræ mandantur. Bruma diẽ incipit diminutum producere. Sed conuenientius mihi ac naturalius videtur, ad annuas inſpectiones quatuor principia cõſtituere, obſeruatis & præcedentibus

Digitized by Google

dentibus coniunctionibus Solis & Lunæ cum inter lunij tum plenilunij, atque in primis defectiuis. Atque ita de Arietis principio iudicium facere de ſtatu veris. De æſtate à Cancro. De autumno à Libra. De hieme à Capricorno. Nam ipſe quidem Sol vniuerſales temporum conſtitutiones & modos facit, vnde & penitus imperiti Mathematum futura prænoſcunt. Sed & proprietates ſignorum ad ſignificationem ventorum & generalium naturarum aſſumendæ. Temporalium autem mutationum incrementa & diminutiones indicabunt vniuerſaliter quidem vicinæ prædictis punctis coniunctiones, & erga has ſtellarum errantium configurationes, particulariter vero in vnoquoque ſigno interlunia & plenilunia, itémque ſtellarum traſitus, quam menſtruam inſpectionem nominare liceat.

## Περὶ τῆς μερικῆς πρὸς τὰ καταστήματα φύσεως τῶν ζωδίων.

Προεκτεθεῖναι δὲ ὀφειλόντων εἰς τοῦτο καὶ τῶν ἐν μέρει κατὰ ζώδια πρὸς τὰ ἐνιαύσια καταστήματα φυσικῶν ἰδιωμάτων, καὶ ἔτι τῶν καθ' ἕκαστον τῶν ἀστέρων τὴν μὲν τῶν πλανητῶν, ἢ τῆς ὁμοίας κράσεως ἀπλανῶν, πρὸς τὰς τοῦ ἀέρος καὶ τοὺς ἀνέμους οἰκειώσεις, καὶ ἔτι τὴν τῶν δωδεκατημορίων ὅλων πρός τε τοὺς ἀνέμους καὶ τὰς ὥρας δεδηλώκαμεν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ὑπόλοιπον δ' ἂν εἴη, καὶ περὶ τῆς ἐπὶ μέρους τῶν ζωδίων φύσεως εἰπεῖν. Τὸ μὲν οὖν τοῦ ♈ δωδεκατημόριον καθόλου μέν ἐστι διὰ τὴν ἰσημερινὴν ἐπισημασίαν βροντῶδες καὶ χαλαζῶδες, κατὰ μέρος δὲ ἐν τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον ἀπὸ τῆς κατὰ τῶν ἀπλανῶν ἀστέρων ἰδιότητος τὰ μὲν προηγούμενα αὐτοῦ ὀμβρώδη καὶ ἀνεμώδη, τὰ δὲ μέσα εὔκρατα, τὰ δὲ ἑπόμενα καυσώδη καὶ λοιμικά, τὰ δὲ βόρεια καυματώδη καὶ φθαρτικά, τὰ δὲ νότια κρυσταλλώδη καὶ ὑπόψυχρα. Τὸ δὲ τοῦ ♉ δωδεκατημόριον καθόλου μέν ἐστιν ἐπισημαντικὸν ἀμφοτέρων τῶν κράσεων καὶ ὑπόθερμον, κατὰ μέρος δὲ τὰ μὲν προηγούμενα αὐτοῦ, μάλιστα τὰ κατὰ τὰς πλειάδας, σεισμώδη καὶ πνευματώδη καὶ ὀμιχλώδη, τὰ δὲ μέσα, ὑγραντικὰ καὶ ψυχρά. τὰ δὲ ἑπόμενα καὶ κατὰ τὴν ὑάδα πυρώδη καὶ κεραυνῶν καὶ ἀστραπῶν ποιητικά. τὰ δὲ βόρεια εὔκρατα, τὰ δὲ νότια κινητικὰ καὶ ἄτακτα. τὸ δὲ τῶν ♊ δωδεκατημόριον, καθόλου μέν ἐστιν εὐκρασίας ποιητικὸν κατὰ μέρος δὲ τὰ μὲν προηγούμενα αὐτοῦ, δίυγρα καὶ φθαρτικά, τὰ δὲ μέσα εὔκρατα, τὰ δὲ ἑπόμενα μεμιγμένα καὶ ἄτακτα, τὰ δὲ βόρεια πνευματώδη καὶ σεισμοποιά, τὰ δὲ νότια ξηρὰ καὶ καυσώδη. Τὸ δὲ τοῦ ♋ δωδεκατημόριον καθόλου μέν ἐστιν εὔδιον καὶ θερινόν, κατὰ μέρος δὲ τὰ μὲν προηγούμενα αὐτοῦ καὶ κατὰ τὴν φάτνην, πνιγώδη, καὶ σεισμοποιά, ἀχλυώδη, τὰ δὲ μέσα εὔκρατα, τὰ δὲ ἑπόμενα πνευματώδη, τὰ δὲ βόρεια καὶ νότια ἔκπυρα, καὶ φθαρτικά, καὶ καυσώδη. Τὸ δὲ τοῦ ♌ δωδεκατημόριον καθόλου μέν ἐστι καυματῶδες καὶ πνιγῶδες, κατὰ μέρος δὲ τὰ μὲν προηγούμενα αὐτοῦ πνιγώδη καὶ λοιμικά, τὰ δὲ μέσα εὔκρατα, τὰ δὲ ἑπόμενα * δίυγρα καὶ φθοροποιά, τὰ δὲ βόρεια κινητικὰ καὶ πυρώδη, τὰ δὲ νότια δίυγρα. Τὸ δὲ τῆς ♍ δωδεκατημόριον καθόλου μέν ἐστι δίυγρον καὶ βροντῶδες, κατὰ μέρος δὲ τὰ μὲν προηγούμενα αὐτοῦ θερμότερα καὶ φθαρτικά, τὰ δὲ μέσα εὔκρατα, τὰ δὲ ἑπόμενα ὑδατώδη, τὰ δὲ βόρεια πνευματώδη, τὰ δὲ νότια εὔκρατα. Τὸ δὲ τῶν ♎ δωδεκατημόριον καθόλου μέν ἐστι τρεπτικὸν καὶ μεταβλητικόν, κατὰ μέρος δὲ τὰ μὲν προηγούμενα αὐτοῦ καὶ μέσα ἐστὶν εὔκρατα, τὰ δὲ ἑπόμενα ὑδατώδη, τὰ δὲ βόρεια πνευματώδη, τὰ δὲ νότια * ἄνικμα καὶ λοιμικά. Τὸ δὲ τοῦ ♏ δωδεκατημόριον, καθόλου μέν ἐστι βροντῶδες καὶ πυρῶδες, κατὰ μέρος δὲ τὰ μὲν προηγούμενα αὐτοῦ νιφετώδη, τὰ δὲ μέσα εὔκρατα, τὰ δὲ ἑπόμενα σεισμώδη, τὰ δὲ βόρεια καυσώδη, τὰ δὲ νότια ἔνικμα. Τὸ δὲ τοῦ ♐ δωδεκατημόριον καθόλου μέν ἐστι πνευματῶδες, κατὰ μέρος δὲ τὰ μὲν προηγούμενα αὐτοῦ δίυγρα, τὰ δὲ μέσα εὔκρατα, τὰ δὲ ἑπόμενα πυρώδη, τὰ δὲ βόρεια πνευματώδη, τὰ δὲ νότια κάθυγρα καὶ μεταβολικά. Τὸ δὲ τοῦ ♑ δωδεκατημόριον καθόλου μέν ἐστι κάθυγρον. κατὰ μέρος δὲ τὰ μὲν προηγούμενα αὐτοῦ καυσώδη καὶ φθαρτικά, τὰ δὲ μέσα εὔκρατα, τὰ δὲ ἑπόμενα ὄμβρων κινητικά, τὰ δὲ βόρεια καὶ νότια κάθυγρα καὶ φθαρτικά. Τὸ δὲ τοῦ ♒ δωδεκατημόριον καθόλου μέν ἐστι ψυχρὸν καὶ ὑδατῶδες, κατὰ μέρος δὲ τὰ μὲν προηγούμενα αὐτοῦ κάθυγρα, τὰ μέσα εὔκρατα, τὰ δὲ ἑπόμενα πνευματώδη, τὰ δὲ βόρεια καυσώδη,

* al. ἔνικμα

* al. ἔνικμα



Digitized by Google

♓ τὰ δὲ νότια νιφετώδη. ὁ δὲ τῶν ἰχθύων δωδεκατημόριον, καθόλου μέν ἐστι ψυχρὸν καὶ πνευματῶδες, κατὰ μέρος δὲ τὰ μὲν προηγούμενα αὐτοῦ εὔκρατα, τὰ δὲ μέσα κάθυγρα, τὰ δὲ ἑπόμενα καυσώδη, τὰ δὲ βόρεια πνευματώδη, τὰ δὲ νότια ὑδατώδη.

## De particulari natura ſignorum in tempeſtatibus.

### Cap. XI.

AD hæc teneri debent particulariter proprietates naturales ſignorum ad annuas conſtitutiones, necnon ſingularum ſtellarum, quas nos ſupra expoſuimus, accommodatis errantibus & ſimilis modi inerrantibus ad aëris & ventorum, totis autē ſignis cum ad ventorum tum temporum anni familiaritates. Reſtat nunc particulares quoque ſignorum naturas exponere.

♈ Arietis igitur ſignum generaliter eſt propter ſignificationem æquinoctialem tonitruoſum, & grādinoſum. Particulariter vero hæc & intenduntur & remittuntur de proprietate inerrantium ſtellarum quibus deſcribitur. Priores illius partes imbres & ventos cient, mediæ temperatæ, extremæ æſtuoſæ & peſtilentes ſunt. Septentrionale ſpacium æſtuans & noxium, auſtrale glacioſum & frigidiuſculū eſt.

♉ Tauri ſignum præ ſe fert generaliter vtrunque modum & eſt ſubcalidum. Sed particulariter priora vbique Vergiliç viſuntur, turbulenta, ventoſa & nebuloſa habet. Media humectantia & frigida. Sequentia vbique ſuculæ conſpiciuntur, ignea fulminum ac fulgurum efficientia. Septentrionalia temperata. Auſtralia inſtabilia ac incerta.

♊ Signum Gemini vniuerſaliter eſt temperationis efficiens, particulariter verò primoribus in partibus humidum ac noxium, mediis temperatum, poſterioribus miſtum ac incertum, ſeptentrionalibus ventos ciet & terras concutit, Auſtralibus aridum & æſtuoſum.

♋ Signum Cancri generaliter ſerenitatis & æſtatis effectionem ſortitum eſt, ſed particulariter in principio ſui & iuxta præſepe ſuffocat, & terras quatit, caliginemque offundit, medium temperatum, in fine ventoſum, tam ſeptentrionali quàm auſtrali in ſpacio igneum, noxium, æſtuoſum.

♌ Leonis ſignum, in vniuerſum æſtuat ac ſuffocat, particulariter vero habet principium ſuffocans ac peſtilens, medium temperatum, finem ſiccum & noxium, à ſeptentrione inſtabile eſt & igneum, ab auſtro humidum.

♍ Virginis ſignum in vniuerſum humidum eſt ac tonitruoſum, ſed particulariter incipiens calidiuſculum ac noxium, in medio temperatum, deſinens aquoſum, ſeptentrionale ventoſum, auſtrale temperatum.

♎ Chelæ ſignum ſunt generaliter varium ac mutabile, verum particulariter primis in partibus ac mediis temperatum, vltimis aquoſum, ſeptentrionem verſus ventoſum, ad auſtrum ſiccum ac peſtilens.

Signum Scorpionis vniuerſaliter eſt tonitruoſum ac igneum, ſed particulariter priores partes ningunt, mediç temperatæ ſunt, poſteriores turbulentæ, ſeptentrionales æſtuant, auſtrales humectāt. ♏

Signum Sagittarij in genere ventoſum, particulariter in principio ſui humidum, medio temperatum, calce igneum eſt, ad ſeptentrionem vergens ventoſum, ad auſtrum humidum & variabile. ♐

Signum Capricorni generaliter humidum eſt, in prioribus partibus æſtuans & noxium, mediis temperatum, poſterioribus pluuioſum, tam ſeptētrionalibus quàm auſtralibus humidum ac noxium. ♑

Aquarij ſignum in genere eſt frigidum & aquoſum, ſed particulariter prima habet humida, media temperata, extrema ventoſa, ſeptentrionalia æſtuātia, auſtralia niuoſa. ♒

Signum Piſcium vniuerſaliter frigidum eſt & ventoſum, partes autem habet primores quidem temperatas, medias vero humidas, poſteriores æſtuantes, ſeptentrionalis ſitus ventoſus, auſtralis aquoſus eſt. ♓

## Περὶ τῶν ἐπὶ μέρους τῶν καταστημάτων ἐπισκέψεων.

ΤΟύτων δὲ οὕτως προεκτεθειμένων, αἱ κατὰ μέρος ἔφοδοι τῶν ἐπισημασιῶν περιέχουσι τὸν τρόπον τοῦτον. μία μὲν γάρ ἐστιν ὁλοσχερεστέρα πρὸς τὰ τεταρτημόρια νοουμένη, καθ' ἣν τηρεῖν ὡς ἔφαμεν δεήσει τὰς γινομένας ἔγγιστα πρὸ τῶν τροπικῶν καὶ ἰσημερινῶν σημασιῶν συνόδους ἢ πανσελήνους, καὶ κατὰ τὴν ἤτοι συνοδικὴν ἢ πανσεληνιακὴν τὴν ἐν ἑκάστῳ τῶν ἐπιζητουμένων κλιμάτων συζυγίαν τὰ κέντρα, ὡς ἐπὶ γενέσεως διατιθέναι. ἔπειτα τοὺς οἰκοδεσπότας λαμβάνειν τοῦ τε συνοδικοῦ ἢ πανσεληνιακοῦ τόπου, καὶ τοῦ ἑπομένου αὐτῷ κέντρου, κατὰ τὸν ὑποδεδειγμένον ἡμῖν τρόπον ἐν τοῖς ἔμπροσθεν περὶ τῶν ἐκλείψεων, καὶ οὕτως τὰ μὲν καθόλου θεωρεῖν, ἐκ τῆς τῶν τεταρτημορίων ἰδιότητος. τὸ δὲ τῶν μᾶλλον ἢ ἧττον ἐπιτάσεων ἐκ τῆς τῶν οἰκοδεσποτησάντων ἀστέρων φύσεως διαλαμβάνοντας, ποίας ποιότητος καὶ ποίων καταστημάτων εἰσὶ ποιητικοί. δευτέρα δέ ἐστιν ἔφοδος ἡ μηνιαία, καθ' ἣν δεήσει τὰς καθ' ἕκαστον δωδεκατημόριον προσγινομένας συνόδους ἢ πανσελήνους κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπισκοπεῖν, ἐκεῖνο μόνον τηροῦντας, ἵνα συνόδου μὲν ἐκπεσούσης τῆς ἔγγιστα τοῦ παρῳχημένου τροπικοῦ ἢ ἰσημερινοῦ σημείου καὶ τὰς μέχρι τοῦ

ἐφεξῆς

Digitized by Google

ἐφεξῆς τεταρτημορίοις συνόδοις χρησώμεθα, πανσελήνου δὲ πανσελήνοις. σκοπεῖν δὲ ὁμοίως τὰ κέντρα καὶ τοὺς οἰκοδεσπότας ἀμφοτέρων τῶν τόπων, καὶ μάλιστα τὰς ἔγγιστα φάσεις, συναφάς τε καὶ ἀπορροίας τῶν πλανήτων ἀστέρων, τάς τε ἰδιότητας αὐτῶν καὶ τῶν τόπων, καὶ ποίων ἀνέμων εἰσὶ κινητικοί, ἄλλοι τε καὶ τὰ μέρη τῶν ζωδίων καθ' ὧν ἂν τύχωσι. Ἔτι δὲ καὶ ᾧ τὸ πλάτος τῆς ☾ ἀνέμῳ προσνένευκε κατὰ τὴν λόξωσιν τοῦ διὰ μέσων, ὅπως ἐξ ἁπάντων τούτων κατὰ τὴν ἐπικράτησιν τὰ ὡς ἐπίπαν τῶν μηνῶν καταστήματα καὶ πνεύματα προγινώσκωμεν. τρίτη δ' ἐστὶ δ' τὰς ἔτι λεπτομερεστέρας ἐπισημασίας ἀνέσεων καὶ ἐπιτάσεων παρατηρεῖν. θεωρεῖται δὲ καὶ τοῦτο, διά τε τῶν κατὰ μέρος τοῦ ☉ καὶ τῆς ☾ σχηματισμῶν, οὐ μόνον τῶν συνοδικῶν ἢ πανσελήνων, ἀλλὰ καὶ τῶν κατὰ τὰς διχοτόμους, καταρχομένης ὡς ἐπίπαν τῆς κατὰ τὴν ἐπισημασίαν ἀλλοιώσεως, πρὸ τριῶν ἡμερῶν, ἐνίοτε δὲ καὶ μετὰ τρεῖς, τῆς ἰσοσταθμίας πρὸς τὸν ☉ ἐπιπορεύσεως, καὶ διὰ τοῦ καθ' ἕκαστον τούτων στάσεων, ἢ καὶ τῶν ἄλλων, οἷον τριγώνων καὶ ἑξαγώνων, καὶ πρὸς τοὺς πλανήτας συσχηματισμοῦ. τούτων γὰρ ἀκολούθως τῇ φύσει καὶ ἡ τῆς ἀλλοιώσεως ἰδιοτροπία καταλαμβάνεται συμφώνως ταῖς τῶν ἐπιθεωρουμένων ἀστέρων καὶ ταῖς τῶν ζωδίων πρός τε τὸ περιέχον καὶ τοὺς ἀνέμους φυσικαῖς συνοικειώσεσιν, αὐτῶν δὲ τούτων τῶν κατὰ μέρος ποιοτήτων, αἱ καθ' ἡμέραν ἐπιτάσεις ἢ ἀνέσεις ἐπιτελοῦνται, μάλιστα μὲν ὅταν τῶν ἀπλανῶν οἱ λαμπρότεροι καὶ δραστικώτεροι φάσεις ἑῴας ἢ ἑσπερίας, ἀνατολικὰς ἢ δυτικὰς ποιῶνται πρὸς τὸν ☉. τρέπουσι γὰρ ὡς ἐπὶ πολὺ τὰς κατὰ μέρος καταστάσεις πρὸς τὰς ἑαυτῶν φύσεις, οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ ὅταν τινὶ τῶν κέντρων τὰ φῶτα ἐπιπορεύηται. πρὸς γὰρ τὰς τοιαύτας αὐτῶν σχέσεις, αἱ καθ' ὥραν ἀνέσεις καὶ ἐπιτάσεις τῶν καταστημάτων μεταβάλλουσι, καθάπερ πρὸς τὰς τῆς ☾ αἵ τε ἀμπώτεις καὶ παλίρροιαι, καὶ αἱ τῶν πνευμάτων δὲ τροπαὶ μάλιστα περὶ τὰς τοιαύτας τῶν φώτων κεντρώσεις ἀποτελοῦνται, πρὸς οὓς ἂν τῶν ἀνέμων ἐπὶ τὰ αὐτὰ δ' πλάτος τῆς ☾ τὰς προσνεύσεις ποιούμενον καταλαμβάνηται. πανταχοῦ μέντοι προσήκει καταλαμβάνειν, ὡς προηγουμένης μὲν τῆς καθόλου καὶ πρώτης ὑποκειμένης αἰτίας, ἑπομένης δὲ τῆς τῶν κατὰ μέρος ἐπισυμβαινόντων, βεβαιουμένης δὲ μάλιστα καὶ ἰσχυροποιουμένης τῆς ἐνεργείας, ὅταν οἱ τῶν καθόλου φύσεων οἰκοδεσποτήσαντες ἀστέρες καὶ ταῖς ἐπὶ μέρους τύχωσι συσχηματιζόμενοι.

## De particulari tempeſtatum conſiderατione. Cap. 12.

HIs igitur expoſitis, ſequitur percurſio particularium ſignificationum, quæ talis ſit. Vna eſt ratio generalis reſpectu quadratum ſigniferi, qua, vt diximus, obſeruanda ſunt proximæ antecedentia æquinoctiales ac tropicas ſignificationes, interlunia ac plenilunia, horúmque vtrorúlibet in vnoquoque propoſito climate cardines tanquam geniture tempore conſtituendi, tum cognoſcendæ dominatrices ſtellæ cum interluniorum tum pleniluniorum loci, & ſequentium hunc cardinum ſicut ſupra in deliquiorum doctrina expoſuimus, atque ita vniuerſalia de proprietate quadrantum exquirere, ſed intenſiones ac remiſsiones de dominantiū ſtellarum natura, cuiuſque modi ac conſtitutionis effectionem illæ habeant, perdiſcere oportet. Altera ratio eſt menſtrua, qua conſideranda ſunt in ſingulis ſimiliter ſignis interlunia & plenilunia, hoc ſolo obſeruato, Si interlunium forte anteceſſerit proximè punctum tropicum aut æquinoctiale, vt interluniis illo toto quadrante vtamur, Sin plenilunium, vt pleniluniis. Conſiderandi & cardines & vtriuſque loci dominatrices ſtellæ, inque primis applicationes defluxionéſque errantium ſtellarum, earundémque proprietates, necnon & locorum, quóſque ventos quæque ſtella ac quæque ſignorum partes, in quibus illæ fuerint, commoueat. Præterea in quem ventū latitudine ſua inclinet Luna in obliquitate eclipticæ, de quibus omnibus notatis potioribus, menſium generales ſtatus ac ventos præcognoſcere poterimus. Tertia ratio eſt ſubtilioris cuiuſdam obſeruationis intenſionum ac remiſsionum. In hanc cadunt configurationes Solis ac Lunæ particulares, nō ſolum interlunij & plenilunij, ſed etiam horum mediæ, id eſt quadratæ. Vbi animaduertēdum ante tres ferè dies omnium tempeſtatum ſignificationes exiſtere ſolere, aut etiā poſt tres nonnunquam, exæquati itineris Lunaris erga Sol. Cadunt & ſingulorum iſtorum ſtatus, neque iſtorum modo, ſed etiam aliarum figurarum vt ſexangulæ ac triquetræ, itémque aſpectus ſtellarum erratium, nam de harum natura conſequenter mutationis proprietas deprehenditur, reſpondens aſpicientium ſtellarum & ſignorum erga circundans nos cælum ac ventos, familiaritati. Verum horum ipſorum particularium modorum, diurnæ intēſiones remiſsioneſve exiſtunt potiſsimum, vbi inerrātium ſtellarum eæ quæ maximè illuſtres ſunt, ma-



Digitized by Google

tutinis aut veſpertinis, ortúſque aut occaſus ſui fulgoribus erga Solem conſpicuæ fuerint, nam conuertunt particularem ſtatum illæ plerũque ad modum naturarum ſuarum. Idem iudicandum vſu venire, vbi lumina iter per cardines fecerint. Talem enim ad habitum illorum horariæ remiſsiones ac intenſiones tempeſtatum ſeſe conuertunt, ſicut ſecundum Lunæ æſtus maris ac redundationes, itémque mutationes ventorum præcipuè per tales cardinationes fulgorum tales conſueuere eſſe, ad quales ipſa ſe Luna latitudine ſua inclinauerit vbique autem hoc tenẽdum eſt, priorem ac potiorem, generalem & primariæ ſubiectionis cauſam, ſequi vero eam, quæ ſit particularium accidẽtium, ſed tum efficaciam firmam in primis ac validam eſſe, cum generalis naturæ dominatrices ſtellæ, illis quarum fuerit particularis curatio, aſpectu ac configuratione ſeſe coniunxerint.

## ANNOT. IN CAP. XII.

*Exæquati itineris lunaris. Id eſt, ad interlunia ac plenilunia referendũ. Ac τὸ ἰσοσταθμὲς quidem Interlunium manifeſtum, cum in eodem tunc puncto vtrumque lumen conſtituatur. Sed & in Plenilunio, Tum enim quaſi duabus lancibus in recta linea oppoſitis locis appendi videntur.*

## Περὶ τῆς τῶν μετεώρων σημειώσεως.

Χρήσιμοι δ᾽ ἂν εἶεν πρὸς τὰς τῶν κατὰ μέρος ἐπισημασιῶν προγνώσεις καὶ αἱ τῶν γινομένων σημείων περί τε τὸν ☉ καὶ τὴν ☾. καὶ τοὺς ἀστέρας παρατηρήσεις. τὸν μὲν οὖν ☉ παρατηρητέον πρὸς μὲν τὰς ἡμερησίους καταστάσεις ἀνατέλλοντα, πρὸς δὲ τὰς νυκτερινὰς, δύνοντα, πρὸς δὲ τὰς παρατείνουσας κατὰ τοὺς πρὸς τὴν ☾ συσχηματισμοὺς, ὡς ἑκάστου σχήματος τὴν μέχρι τοῦ ἑξῆς κατάστασιν, ὡς ἐπίπαν, προσημαίνοντος. καθαρὸς μὲν γὰρ καὶ ἀνεπισκότητος καὶ εὐσταθὴς καὶ ἀνέφελος ἀνατέλλων ἢ δύνων, εὐδιεινῆς καταστάσεώς ἐστι δηλωτικὸς, ποικίλον δὲ τὸν κύκλον ἔχων ἢ ὑπόπυρον, ἢ ἀκτῖνας ἐρυθρὰς ἀποπέμπων, ἤτοι εἰς τὰ ἔξω ἢ ὡς ἐφ᾽ ἑαυτὸν κλωμένας, ἢ τὰ λεγόμενα παρήλια νέφη, ἐξ ἑνὸς μέρους ἔχων ἢ σχήματα νεφῶν ὑπόκιρρα, καὶ ὡσεὶ μακρὰς ἀκτῖνας καταμηκύνων ἀνέμων σφοδρῶν ἐστι σημαντικὸς, καὶ τοιούτων πρὸς ἃς ἂν γωνίας τὰ προειρημένα σημεῖα γίνηται, μέλας δὲ ἢ ὑπόχλωρος ἀνατέλλων ἢ δύνων μετὰ συννεφίας ἢ ἅλως ἔχων περὶ αὐτὸν καθ᾽ ἓν μέρος, ἢ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν παρήλια νέφη καὶ ἀκτῖνας ὑπώχρους ἢ μελαίνας, χειμώνων καὶ ὑετῶν ἐστι δηλωτικός. τὴν δὲ ☾ τηρητέον ἐν ταῖς πρὸ τριῶν ἡμερῶν ἢ μετὰ τρεῖς ἡμέρας παρόδοις, τῶν τε συνόδων καὶ πανσελήνων καὶ διχοτόμων. λεπτὴ μὲν γὰρ καὶ καθαρὰ φαινομένη, καὶ μηδὲν ἔχουσα περὶ αὐτὴν, εὐδιεινῆς καταστάσεώς ἐστι δηλωτική. λεπτὴ δὲ καὶ ἐρυθρὰ, καὶ ὅλον τὸν τοῦ ἀφωτίστου κύκλον ἔχουσα διαφανῆ καὶ ὑποκεκινημένον, ἀνέμων ἐπισημαντικὴ, καθ᾽ ὃ μάλιστα ποιεῖται τὴν πρόσνευσιν. μέλαινα δὲ ἢ ὠχρὰ καὶ παχεῖα θεωρουμένη, χειμώνων καὶ ὄμβρων ἐστὶ δηλωτική. παρατηρητέον δὲ καὶ τὰς γινομένας περὶ αὐτὴν ἅλως, εἰ μὲν γὰρ μία εἴη καὶ αὐτὴ καθαρὰ, καὶ ἠρέμα ὑπομαραινομένη, ἐνδείαν, εἰ δὲ δύο ἢ τρεῖς εἶεν, χειμῶνας δηλοῦσιν, ὑπόκιρροι μὲν οὖσαι καὶ ὡσεὶ ἐρρηγμέναι, τοὺς διὰ τῶν σφοδρῶν ἀνέμων, ἀχλυώδεις δὲ καὶ παχεῖαι, τοὺς διὰ νιφετῶν, ὑπόχλωροι δὲ καὶ μέλαιναι καὶ ῥηγνύμεναι, τοὺς δι᾽ ἀμφοτέρων. καὶ ὅσον ἂν πλείους ὦσι, τοσοῦτον μείζονας, καὶ αἱ περὶ τούς τε πλανωμένους ἀστέρας καὶ τοὺς λαμπροὺς τῶν ἀπλανῶν ἅλως συνιστάμεναι ἐπισημαίνουσι τὰ οἰκεῖα τοῖς τε χρώμασιν αὐτῶν, καὶ ταῖς τῶν ἐναπειλημμένων φύσεσι, καὶ τῶν ἀπλανῶν δὲ τῶν κατά τι πλῆθος σύνεγγυς ὄντων παρατηρητέον τὰ χρώματα καὶ τὰ μεγέθη. λαμπρότεροι μὲν γὰρ καὶ μείζονες ὁρώμενοι παρὰ τὰς συνήθεις φαντασίας, εἰς ὁποῖον δήποτε μέρος ὄντες ἀνέμους τοὺς ἀπὸ τοῦ οἰκείου τόπου διασημαίνουσιν, οὐμὴν ἀλλὰ τῶν ἰδίως νεφελοειδῶν συστροφῶν οἷον τῆς φάτνης καὶ τῶν ὁμοίων, ἐπὰν αἰθρίας οὔσης αἱ συστάσεις ἀμαυραὶ καὶ πᾶσαι ἀφανεῖς ἢ πεπαχυμέναι θεωρῶνται φορᾶς ὑδάτων εἰσὶ δηλωτικαί. καθαραὶ δὲ καὶ παλλόμεναι συνεχῶς, σφοδρῶν πνευμάτων (*ἐπὰν δὲ τῶν ἀστέρων τῶν παρ᾽ ἑκάτερα τῆς φάτνης τῶν καλουμένων ὄνων, ὁ μὲν βόρειος ἀφανὴς γένηται, βορέαν πνεύσον σημαίνει, ὁ δὲ νότιος νότον) καὶ τῶν ἐπιγινομένων δὲ κατὰ καιροὺς ἐν τοῖς μετεώροις, αἱ μὲν τῶν κομητῶν συστροφαὶ πάντοτε αὐχμοὺς καὶ ἀνέμους προσημαίνουσι, καὶ τοσοῦτον μείζονας, ὅσῳ ἂν ἐκ πλειόνων μερῶν καὶ ἐπὶ πολὺ ἡ σύστασις ᾖ. αἱ δὲ διεκ-

verba ( ) incluſa in aliquibus codicibus deſiderantur.

διεκδρομαὶ καὶ οἱ ἀκοντισμοὶ τῶν ἀστέρων, εἰ μὲν ἀπὸ μιᾶς γίνοιντο γωνίας, τὸν ἀπ' ἐκείνης ἄνεμον δηλοῦσι, εἰ δὲ ἀπὸ τῶν ἐναντίων, ἀκαταστασίαν ἀνέμων, εἰ δὲ ἀπὸ τῶν τεσσάρων, παντοίους χειμῶνας μέχρις ἀστραπῶν καὶ βροντῶν καὶ τῶν τοιούτων. ὡσαύτως δὲ καὶ νέφη ἐν ὁποίοις ἂν ὦσιν ὁμοίοις πόκοις ἐρίων ὄντα παραπλήσια προδηλωτικὰ ἐνίοτε γίνεται χειμώνων. αἵ τε καθιστάμεναι κατὰ καιροὺς ἴριδες, χειμῶνας μὲν ἐξ εὐδείας, καὶ εὐδείαν ἐκ χειμώνων προσημαίνουσι. Καὶ ὡς ἐπίπαν συνελόντα εἰπεῖν, αἱ καθόλου τοῦ ἀέρος ἐπιγινόμεναι * ἰδιόχρονοι φαντασίαι, τά τε ὅμοια δηλοῦσι τοῖς ὑπὸ τῶν οἰκείων συμπτωμάτων κατὰ τὰ προδεδηλωμένα διὰ τὸν ἔμπροσθεν ἀποτελουμένοις. Αἱ μὲν δὴ τῶν καθολικῶν ἐπισκέψεις τῶν τε ὁλοσχερεστέρων θεωρουμένων καὶ τῶν ἐπὶ μέρους, μέχρι τοσούτου ἡμῖν, κατὰ τὸ κεφαλαιῶδες ὑπομνηματείσθω. τῆς δὲ κατὰ τὸ γενεθλιακὸν εἶδος προγνώσεως τὰς πραγματείας, ἐν τοῖς ἑξῆς κατὰ τὴν προσήκουσαν ἀκολουθίαν ἐφοδεύσομεν.

* al. ἰδιόχροοι.

## ¶De obſeruandis meteoris, id eſt facię cæli.

## C A P. XIII.

PRofuerit & in particularium ſignificationum præuiſionibus notaſſe iuxta Solem, Lunam ac ſtellas apparentia viſa. Ac Solem quidem intuebimur orientem in iudicio tempeſtatis diurnæ, nocturnæ vero occidentem. Sed diuturnioris, configurationem cum Lunæ illius, nam ſingulæ figuræ tempeſtatem qualis vſque ad proximam futura ſit declarare conſueuerunt. Si igitur pura luce & expers caliginis, varietatis nubium Sol orietur aut occidet, ſerenam tempeſtatem pollicetur, in varietate autem orbis, cumque hic flammeus, rubentésve eiaculari radios videbitur, ſiue illi directi, ſeu refracti appareant, itémque cum illas Solares nubes quę parilia dicũtur, vna à parte informarit, nubiúmque figuras ſubrubras, radios in longum tendentes circum ſeſe habuerit, vehementes tũ flatus ſignificantur, pro iis angulis, quos reſpexerint viſa illa. Niger aut luridus, in ortu occaſúve, ſi nubibus quoq; inuoluetur, aut aërea vna à parte cingetur, aut Solares illæ nubes vtrinque aderunt, necnon radij ſuppallidi aut nigri, minatur hyemes atque imbres. Lunam obſeruabimus in itinere ſuo dierũ trium ante, vel poſt interlunia ac plenilunia & medium tẽpus quo erga Solem quadratur. Nã tenui puráque luce nitens, ſique nihil illam circundet, ſerenitatẽ ſpondet. Sin tenui rubeat luce, ſique totus perſpicuus ſit orbis illius etiam qua parte non illuſtratur, & tremere videatur, ventos maximè declinationis ſuæ ciet. Nigra, pallida, ſpiſſa, hyemes ac imbres minatur. Non negligetur animaduerſio quoque arearũ, quæ Lunam interdum cingunt. Nam ſi vna fuerit pura, paulatímque euaneſcat, ſerenitatem, ſin duæ aut tres, hyemes ſignificant, atque has cum ventorũ turbulentia ſubrubræ quaſique perruptę cum niue, caliginoſæ ac ſpiſſæ, luridæ ac nigræ & laceræ, tam cum his quàm cum illis, eóque etiam vehementiores ſignificant illas, quo ipſæ maiores fuerint. Erratibus ac inerrantium ſplendidis circumfuſæ areæ de proprietate coloris ſui portendunt ea quæ naturæ ferunt ſtellarum. Inerrãtium etiam quaſi turbulas aſpiciemus, quo illæ colore quáque magnitudine videantur. Nam ſi ſplendidiores grandioréſque ſolito appareant, quacumque in plaga cæli luxerint, ab illa ventos cõcitabuntur. Quinetiam nebuloſi gyri, qui dicuntur, vt in præſepi & alibi, propriè ſi ſereno cælo, aut exiles ſint, viſumque fugiant, aut perdenſæ eſſe videantur, nimbos, puri vero ac vibrati, turbulentiam ventorum portẽdunt. Iam ſi ſtellarum earum quæ vtrinque ad præſepe dernuntur Aſinorum appellatione, vna quæ ſeptentrionalis ſit, non appareat, flabit Aquilo, ſi vero altera auſtralis nõ appareat, flabit Auſter. Præterea quæ certis temporibus in cælo ſe oſtendunt, & oſtenta dicuntur, eorum crinita ſidera ſemper ſqualorẽ ventóſque prænunciant, eo quidẽ vehementiores, quo pluribus in partibus, & ipſorum corpora grandiora fuerint. Diſcurſiones & iaculationes ſtellarum ſi ab vno angulo prorumpant, inde quoque ventum emittunt. Sin occurrant inter ſe, ventorum prælia ſuſcitant. Sin vero de quatuor plagis ruant, hyemes varias fuerũt, atque etiam fulmina, tonitrua, & quæ alia huiuſmodi ſunt. Nubes in quibuſcunque finibus conſpectæ aſſimiles floccis lanæ, nonnunquam hyemes afferũt. Sed arcus quocunque tempore extiterit, ſi ſerenum ſit, hiems, ſin hyemet, ſerenitas expectanda. Vt autem hæc concludantur, ſciendum generalia viſa aëris certis temporibus eadem portendere quæ ſunt in ſuperioribus de ſuis quæque accidentibus explicata. Atque hactenus placuit de generali inſpectione vniuerſalium atque particularium ſignorum breuiter diſſerere. Quod ſupereſt, Genitales præcognitiones, ſicut & ordo poſtulat, nunc deinceps exequemur.

Finis libri ſecundi.

Τῶν φώτων καὶ ε. ἀστέρων συνοικειώσεις πρὸς τὰ δωδεκατημόρια κατὰ πτολεμαῖους.

| | φύσις. | αἵρεσις. | οἶκος | τρίγωνον. | ὕψωμα καὶ ταπείνωμα. | ὅρια. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| ♄ | ψυκτικὸς καὶ ἠρέμα ξηραντικός. | ἀρσενικὸς καὶ ἡμερινός. | ♑ καὶ ♒ | ♎ ♒ ♊ ἡμέρας. | ♎ ♈ | ἀπὸ τῆς κϛ. τῶν ♈ αἱ δ. τοῦ ♉ κβ. αἱ β. ♊ κϛ. αἱ δ. ♋ κζ. αἱ γ. ♌ αἱ πρῶται ϛ. ♍ ιη. αἱ ϛ. ♎ αἱ πρῶται ϛ. ♏ κζ. αἱ γ. ♐ ιθ. αἱ ϛ. ♑ κδ. αἱ ϛ. ♒ αἱ πρῶται ϛ. ♓ κε. αἱ ε. |
| ♃ | εὔκρατος μεταξὺ τοῦ ψυχτικοῦ καὶ τοῦ καυστικοῦ. | ἄρρην καὶ ἡμερινός. | ♐ καὶ ♓ | ♈ ♌ ♐ νυκτός. | ♋ ♑ | πρῶται τοῦ ♈ ϛ. ἀπὸ τῆς ♉ ιε. αἱ ζ. ἀπὸ ♊ ζ. αἱ ϛ. ♋ ϛ. αἱ ζ. ♌ ιθ. αἱ ϛ. ♍ ιγ. αἱ ε. ♎ ιϛ. αἱ η. ♏ ιγ. αἱ η. ♐ αἱ πρῶται η. ♑ ιβ. αἱ ζ. ♒ κ. αἱ ε. ♓ η. αἱ ϛ. |
| ♂ | ξηραντικὸς καὶ καυστικός. | ἀρσενικὸς καὶ νυκτερινός. | ♈ καὶ ♏ | ♋ ♏ ♓ | ♑ ♋ | ἀπὸ τῆς τοῦ ♈ κα. αἱ ε. ♉ κδ. αἱ ϛ. ♊ κ. αἱ ϛ. ♋ πρῶται ϛ. ἀπὸ ♌ κε. αἱ ε. ♍ κδ. αἱ ϛ. ♎ κδ. αἱ ϛ. ♏ πρῶται ϛ. ♐ κε. αἱ ε. ♑ ιθ. αἱ ε. ♒ κε. αἱ ε. ♓ κ. αἱ ε. |
| ☉ | θερμαντικὸς καὶ ἠρέμα ξηραντικός. | ἄρρην καὶ ἡμερινός. | ♌ | ♈ ♌ ♐ ἡμέρας. | ♈ ♎ | οὐκ εἰσί. |
| ♀ | θερμαντικὴ καὶ ὑγραντική. | θῆλυς καὶ νυκτερινή | ♉ καὶ ♎ | ♉ ♍ ♑ ἡμέρας συνοικοδεσποτεῖ καὶ τῷ τοῦ ♂ | ♓ ♍ | ἀπὸ τῆς τοῦ ♈ ϛ. αἱ η. ♉ πρῶται η. ♊ ιγ. αἱ ζ. ♋ κ. αἱ ζ. ♌ ιγ. αἱ ϛ. ♍ ζ. αἱ ϛ. ♎ ϛ. αἱ ε. ♏ ϛ. αἱ ζ. ♐ η. αἱ ϛ. ♑ πρῶται ϛ. ♒ ιβ. αἱ η. ♓ αἱ πρῶται η. |
| ☿ | ἀκατάστατος. | ἐπίκοινος. | ♊ καὶ ♍ | ♊ ♎ ♒ νυκτός. | ♍ ♓ | ἀπὸ τῆς τοῦ ♈ ιδ. αἱ ζ. ♉ η. αἱ ζ. ♊ πρῶται ζ. ♋ ιγ. αἱ ζ. ♌ ϛ. αἱ ζ. ♍ πρῶται ζ. ♎ ια. αἱ ε. ♏ κα. αἱ ϛ. ♐ ιδ. αἱ ε. ♑ ϛ. αἱ ϛ. ♒ ϛ. αἱ ϛ. ♓ ιδ. αἱ ϛ. |
| ☽ | ὑγραντικὴ καὶ ἠρέμα θερμαντική. | θῆλυς καὶ νυκτερινή, | ♋ | ♉ ♍ ♑ νυκτὸς συνοικοδεσποτεῖ τῷ τοῦ ♂. | ♉ ♏ | οὐκ εἰσί. |

*Luminum & quinque ſtellarum amicitia ad dodecatemoria ſecundum Ptolemæum.*

| | Natura. | Qualitas. | Domus. | Trigonum. | Exaltatio & Depreſſio. | Termini. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| ♄ | Frigefactiuus & leniter exiccatiuus. | Maſculinus & diurnus. | ♑ & ♒ | ♊ ♎ ♒ | ♎ ♒ | A 26. ♈ 4. ♉ 22.2. ♊ 26.4. ♋ 27.3. ♌ primæ 6. ♍ 28.6. ♎ primæ 6. ♏ 27.3. ♐ 19.6. ♑ 24.6. ♒ primæ 6. ♓ 25.5. |
| ♃ | Temperatus inter frigefactiuum & cōbuſtiuum | Maſculus & nocturnus. | ♐ & ♓ | ♈ ♌ ♓ | ♋ ♑ | Primæ ♈ 6. ♉ 25.7. ♊ 7.6. ♋ 6.7. ♌ 19.6. ♍ 13.5. ♎ 16.8. ♏ 13.8. ♐ primæ 8. ♑ 12.7. ♒ 20.5. ♓ 8.6. |
| ♂ | Exiccatiuus, & combuſtiuus. | Maſculinus & nocturnus. | ♈ & ♏ | ♋ ♓ ♏ | ♑ ♋ | A 6. ♈ 21.5. ♉ 24.5. ♊ 20.6. ♋ primæ 6. ♌ 25.5. ♍ 24.6. ♎ 24.6. ♏ primæ 6. ♐ 25.5. ♑ 19.5. ♒ 25.5. ♓ 20.5. |
| Sol ☉ | Calefactiuus, & leniter exiccatiuus. | Maſculus & diurnus. | ♌ | ♈ ♌ ♐ die | ♈ ♎ | Non ſunt. |
| ♀ | Calefactiua humefactiua. | Fœmina, & nocturna. | ♉ & ♎ | ♉ ♍ ♑ die, dominiū habet ſimul cum ♂ | ♓ ♍ | A 6. ♈ 6.8. ♉ primæ 8. ♊ 13.7. ♋ 20.7. ♌ 13.6. ♍ 7.6. ♎ 6.5. ♏ 6.7. ♐ 8.6. ♑ primæ 6. ♒ 12.8. ♓ primæ 8. |
| ☿ | Irregularis. | Promiſcuus. | ♊ ♍ | ♊ ♎ ♒ nocte. | ♍ ♓ | A 6. ♈ 14.17. ♉ 8.7. ♊ primæ 7. ♋ 13.7. ♌ 6.7. ♍ primæ 7. ♎ 11.5. ♏ 21.6. ♐ 14.5. ♑ 6.6. ♒ 6.6. ♓ 14.6. |
| ☽ | Humefactiua & leniter calefactiua. | Fœmina & nocturna. | ♋ | ♉ ♍ ♑ nocte dominiū hēt ſimul cum ♂ | ♉ ♏ | Non ſunt. |

Digitized by Google

### Δυνάμεις καὶ ἀδυναμίαι τῶν πλανητῶν. αἱ δὲ μείζους κατὰ τάξιν προηγοῦνται, ἕπονται δὲ αἱ ἥττους.

| | | |
|---|---|---|
| Οἶκος | κατὰ ταύτας δὲ τὰς κυρίας αἱ οἰκοδεσποτίαι λαμβάνονται τῶν ε. πρὸς τοὺς τῶν φώτων τόπους. ὡς ἐν ταῖς ἐκλείψεσι μάλιστα καὶ πᾶσι συνόδοις τῶν φώτων θεωρεῖται. | ἄποικος |
| τρίγωνον | | ἀτρίγωνον |
| ὕψωμα | | ταπείνωμα |
| ὅριον | | ἔξορον |
| συσχηματισμὸς πρὸς τὰ φῶτα καὶ αἱ ἐγγὺς συναφαὶ καὶ ἀπόρροιαι. | | ἀσυσχημάτιστον καὶ ἀσύνδετον καὶ ἀπηλλοτριωμένον. |
| τὸ ἀνατολικὸν καὶ | | τὸ δυτικὸν |
| τὸ προσθετικὸν ταῖς ἰδίαις κινήσεσι | | τὸ ἀφαιρετικὸν |
| μεσουράνημα | | |
| ἐπαναφορὰ τοῦ μεσουρανήματος | | μὴ οὕτω πως ἔχον |
| ὁρίζων ἀνατολικὸς | | |
| ὑπόγειον μεσουράνημα | | |
| ὁρίζων δυτικὸς | | |
| τὸ ἰδιοπροσωπεῖν | | τὸ μὴ |
| τὸ λάμπειν ἢ ἰδιοθρονεῖν | | τὸ μὴ |
| τὸ χαίρειν | | τὸ μὴ |

### *Fortitudines & debilitates Planetarum: Maiores iuxta ſeriem præcedunt, ſequuntur vero minores.*

| | | |
|---|---|---|
| Domus | Iuxta vero hæc dominia ſumuntur dominia quinque planetarum ad loca luminum, vt in eclipſibus maximè, & omnibus coniunctionibus luminum cernitur. | Sine domo |
| Trigonum | | Sine trigono |
| Exaltatio | | Depreſſio |
| Terminus | | Sine termino |
| Configuratio ad lumina, & proximæ coniunctionis & defluxus. | | Sine configuratione, & incõiunctum, & abalienatum. |
| Orientale | | Occidentale |
| Additiuum propriis motibus. | | Priuatiuum. |
| Medium cælum. | | |
| Reductio medij cæli. | | Non ita ſe habens. |
| Horizon orientalis. | | |
| Imum medium cælum. | | |
| Horizon Occidentalis. | | |
| Suas perſonas gerere | | Non |
| Carpentis & propriis ſoliis vti. | | Non |
| Gaudere. | | Non. |

**Μετὰ δὲ ταῦτα καὶ τὰ τοῦ ζωδιακοῦ δωδεκατημόρια πινακικῶς ἐκθώμεθα κατακολουθησάμενοι τῇ τοῦ Πτολεμαίου παραδόσει ὡς ἀκριβεστάτῃ οὔσῃ.**

| | |
|---|---|
| ♈ Κριός. | Βροντῶδες καὶ χαλαζῶδες, ἰσημερινὸν, ἄῤῥεν, ἡμερινὸν, προστάσσον, ὀλιγοχρονίζον, ἡγεμονικὸν, τετράπουν, χερσαῖον. |
| ♉ Ταῦρος. | Ἀμφοτέρας κράσεως ὑπόθερμον γὰρ, στέρεον, θῆλυ, νυκτερινὸν, προστάσσον, ὀλιγοχρονίζον, χερσαῖον καὶ γεῶδες, μελοκοπούμενον, ἀνατέλλον ἐκ τῶν ὀπισθίων. |
| ♊ Δίδυμοι. | Εὔκρατον, δίσωμον, ἄῤῥεν, ἡμερινὸν, προστάσσον, ολιγοχρονίζον, ἀνθρωποειδὲς, στειρῶδες. |
| ♋ Καρκίνος. | Εὔδιον καὶ θερινὸν, τροπικὸν, θῆλυ, νυκτερινὸν, προστάσσον, πολυχρονίζον δοῦλον, πολύσπορον. |
| ♌ Λέων. | Καυματῶδες καὶ πνιγῶδες, στερεὸν, ἄῤῥεν, ἡμερινὸν, προστάσσον, πολυχρονιζον, ἡγεμονικὸν, καὶ βασιλικόν. |
| ♍ Παρθένος. | Δίυγρον καὶ βροντῶδες, δισωμον, θῆλυ, νυκτερινὸν, προστάσσον, πολυχρονίζον, ἄγονον, ἀνθρωποειδὲς, διφυὲς. |
| ♎ Ζυγὸς ἢ χηλαι. | Τρεπτικὸν καὶ μεταβλητικὸν, ἄῤῥεν, ἰσημερινὸν, ἀκοῦον, πολυχρονίζον ἀνθρωποειδὲς πολύσπορον. |
| ♏ Σκόρπιος. | Βροντῶδες καὶ πυρῶδες, στερεὸν, θῆλυ, νυκτερινὸν, ἀκοῦον πολυχρονίζον, πολύσπορον, δουλικὸν. |
| ♐ Τοξότης. | Πνευματῶδες, δίσωμον, ἄῤῥεν, ἡμερινὸν, ἀκοῦον, πολυχρονίζον, διφυὲς καὶ δίμορφον, ὀλιγόσπορον, ἡγεμονικόν. |
| ♑ Αἰγόκερως. | Κάθυγρον, τροπικὸν, θῆλυ, νυκτερινὸν, ἀκοῦον, ὀλιγοχρονίζον, ἄγονον, γεῶδες, ὑποτακτικὸν, διφυὲς, ἀμφίβιον. |
| ♒ Ὑδροχόος. | Ψυχρὸν καὶ ὑδατῶδες, στερεὸν, ἄῤῥεν, ἡμερινὸν, ἀκοῦον, ὀλιγοχρονίζον, ἀνθρωπόμορφον, ὀλιγόσπορον, ὑποτακτικόν. |
| ♓ Ἰχθῦς. | Ψυχρὸν καὶ πνευματῶδες, δισωμον, θῆλυ, νυκτερινὸν, ἀκοῦον, ὀλιγοχρονίζον, πολύγονον, ὑδατῶδες, δίμορφον, δουλικὸν, πτερωτόν. |

*Poſtea dodecatimoria Zodiaci exponamus in tabula, ſequentes Ptolemæi traditionem, ut exactiſſimam.*

| | |
|---|---|
| ♈ Aries. | Tonitruoſum, & grandinoſum, æquinoctiale, maſculinum, imperans, breuis aſcenſionis, principale, quadrupes, terreſtre. |
| ♉ Taurus. | Vtriuſque temperamenti, nam eſt ſubcalidum, ſolidum, fœmininum, nocturnum, imperans, breuis aſcenſionis, terreſtre, mutilatum, oriens ex poſterioribus. |
| ♊ Gemini. | Temperatum, bicorpor, maſculinum, diurnum, imperans, breuis aſcenſionis, formæ humanæ, ſterilificum. |



Digitized by Google

| | |
|---|---|
| ♋ Cancer. | Serenum & æſtiuum, ſolſtitiale, fœmininum, nocturnum, imperans, longæ aſcenſionis, ſeruum, fœcundum. |
| ♌ Leo. | Aeſtuoſum & ſuffocans, ſolidum, maſculinum, diurnum, imperans, longæ aſcenſionis, principale, & regale. |
| ♍ Virgo. | Humidum, & tonitruoſum, bicorpor, fœmininum, nocturnum, imperans, lõgæ aſcenſionis, ſterile, humanæ formæ, duarum naturarum. |
| ♎ Libra, vel Branchiæ | Mutabile, Maſculinum, æquinoctiale, obediens, longæ aſcenſionis, humanæ formæ, fœcundum. |
| ♏ Scorpius. | Tonitruoſum, & igne factiuum, ſolidum, fœmininum, nocturnum, obediens, longæ aſcenſionis, fœcundum, ſeruile. |
| ♐ Sagittarius. | Ventoſum, bicorpor, maſculinum, diurnum, obediens, longę aſcenſionis, duarum naturarum, parum prolificum, principale. |
| ♑ Capricornus. | Humidum, brumale, fœmininum, nocturnum, obediens, breuis aſcenſionis, ſterile, terreſtre, ſubditum, duarum naturarum, amphibium. |
| ♒ Aquarius. | Frigidum & aquoſum, ſolidum, maſculinum, diurnum, obediens, breuis aſcenſionis, humanæ formæ, parum prolificum, ſubditum. |
| ♓ Piſces. | Frigidum, & ventoſum, bicorpor, fœmininum, nocturnum, obediens, breuis aſcenſionis, fœcundum, aquoſum, duplicis figuræ, ſeruile, alatum. |

Digitized by Google

# FRANCISCI IVNCTINI FLORENTINI THEOLOGI ET MATHEMATICI PERITISSIMI IN duos poſteriores Ptolemæi Quadripartiti libros abſolutiſs. comment.

## PROLEGOMENA.

*APVD veteres ſcholiaſtes in more eſt poſitum, vt, antequam ad auctoris enarrationem deſcendant, quem ſibi explicandum ſumpſerunt, primum totius libri ſummam paucis complectantur, qui auctoris ſcopus, quæ mens ſit, patefaciant, Deinde eum in ſuas partes, & quaſi membra diſſecent. Poſt quis, quantúſque libri ſcriptor fuerit, oſtendāt, Ad extremum, quòd germanus talis parentis ſit fetus, aperiant: Idem mihi initio huius operis, quod exponendum ſuſcepi, video faciendum. Ac priora illa duo auctor in proœmio attingit, vnde nos ſumpta occaſione, ad eorum explicationem longa oratione digredimur. Qui vero auctor fuerit (quod erat tertio loco diſcutiendum) nō multum habet difficultatis, clarior enim eſt, quam vt noſtra commendatione indigeat, neminem enim latet, quis Claudius Ptolemęus fuerit, qui in mathematicis diſciplinis omnibus, in Aſtrologia præſertim omne tulit punctum, ita vt Aſtrologorum Homerum eum appellemus liceat. Is autem Peluſiota quidem fuit: ſed, cum Peluſium non longe Alexandria diſtet, Alexandrinus eſt quoque nuncupatus. Conſtat autem inter doctos, eum Antonini Pij temporibus fiorniſſe: vnde illorum exploditur opinio, qui noſtrum hunc Ptolemæum Aegypti regem fuiſſe volunt, atque eum cui Philadelpho cognomento erat: qui licet & ipſe fuerit doctiſſimus, & literatorum, ſi quis alius, amantiſſimus, (cuius vel maximo argumento fuerit illa toto terrarum orbe celeberrima bibliotheca, vndique gentium collecta) tamen à nemine eſt memoriæ proditum, eum aliquid vmquam ſcripſiſſe. Sed & ratio temporum ineptæ huic vulgi opinioni, cuius Albumaſar, & alij quidam rerum imperiti Chronographi ſunt auctores, vehementer refragatur, neminem enim latet, qui vel mediocriter in Romana hiſtoria ſit verſatus, Aegyptiorum regnum, ac proinde Ptolemęos (hoc namque nomine Aegypti reges poſt Alexandrum Magnum vocabātur) tempore Cæſaris Auguſt. defeciſſe, à quo Aegyptus eſt in prouinciam redacta: & Philadelphum, qui ſecundus poſt Alexandri mortem ibi regnauit, longiſſimo temporum interuallo ab Antonino Pio, Romanorū imperatore diſtare. Quòd autem ſub Pio hoc Ptolemæus noſter vixerit, præterquam ꝙ ipſemet ſcriptis ſuis teſtatum reliquit, Ioannes quoque Philoponus Alexandrinus, Suidas & alij plerique id affirmant. Sed & aſtrorum obſeruationes, de quibus is ſua theomata conficit, ea tempora ſpectāt, in quibus Romæ Imperatores rerum potiebātur. Iam ad tertium tranſeamus, in quo aliquid difficultatis ineſſe videtur, propter Abrahami Auenaris auctoritatem, inter Iudęos Aſtrologos peritiſſimi, qui hos non Ptolemæi libros, ſed ſuppoſititios arbitratur, nā in libro natiuitatum ait, in ratione quintæ domus, Et ego præmunio te, quòd non ſuſtenteris aliquatenus ſuper ſermones illius libri, non enim eſt in ipſo valor aliquis. Idem in libro rationum cap. 2. inquit, vnā itaque generalitatem tibi dico, ꝙ omnes ſermones, quos inuenies à Ptolemæo, vbi de circulis loquitur, veri ſunt, & non ab ipſo alij magis: iudicia vero ſuę ſcientiæ non conueniunt. Sed tamen non tanti debet eſſe apud nos ponderis vnius Abrahami, quam cum Gręcorum omnium, tum Latinorum atque Arabum ſentētia nam Capidiones Alexādrini, Tebit Abencora, Iacob Achindi, Ioannitius filius Iſaac, Abraham de Abenagald, & alij plurimi hunc librū citant vt Ptolemæi, illius auctoritate nituntur, ſicut & cæterorum, quos certum eſt, à Ptolemæo editos. Sed quid externo opus eſt teſtimonio, cum doctrina ipſa, quæ hoc libro continetur, tantum non clamet, à quo ſit parente edita? hęc cum ſit ſingularis, & diuina, cui potius eſt attribuenda, quam ei, qui inter aſtrologos tamquam Deus aliquis habeatur? ita vt non ex vnguibus leonem ita facile agnoueris, quam ex huiuſmodi ſcriptis Ptolemæum, quæ adeo cum alijs, de quibus nemo vmquā dubitauit, conſentiūt, vt nihil prorſus diſcrepans toto opere à quolibet vel ſagaciſſimo deprehendi queat: Huc accedit: ꝙ Ptolemæus in alios libros ijſdem pene verbis magnam eorum partem transfert, quæ hic habentur. Ad hæc propria Ptolemęi dogmata hic, ſicut & alibi recognoſcent illi qui in Ptolemæi doctrina, vel leuiter ſint initiati. Quare loca omittimus huc citare, ne lectori imperitiā impingamus. Poſtremò (vt alias multas rationes breuitatis cauſſa, omittamus) ipſe ſtylus veriſſimus librorum cenſor, ad quem examinantur velut ad lydium lapidem, qui germani, quíve ſpurij ſint partus, hic inquam, præſertim ſi græcus codex conſulatur (qua lingua conſtat, Ptolemæum ſcripſiſſe) nullum relinquit dubitationi locum, quin Claudij Ptolemęi Peluſiotæ ſit genuinus liber: vocabula à Ptolemæo ſicta ad rerū à ſe inuētarum expreſſionem; eadē ſunt hic atque alibi, ſimiles vbique verborum ambitus, idem loquendi genus, eadem dictionis facilitas: vbique eſt reperire pauciſſmis rationes de maximis rebus concluſas, idque ſummo cum acumine pariter & perſpicuitate, quod Ptolemæi vnius eſt proprium. Quæ cum ita ſint, quis amplius tam vecors fuerit, qui tantarum rationum pondus non ſentiens, audeat de clariſſmis ambigere? Hos ergo duos poſteriores Quadripartiti libros Ptolemæi longiuſculis commentarijs explicandos ſuſcepi, allatis multis obſeruationibus atque exemplis, quæ vel apud præſtantiſſimos Aſtrologos exſtant, vel ego propria induſtria ac experientia peperi. Vſus autem ſum diuerſa translatione atque in prioribus duobus, ꝙ ab eo, qui priores duos optimè conuertit, hi præterquam in paucis locis non ſint translati: Cūmque variarent inter ſe multę multorum translationes, iamdiu receptam, quæ ex Arabico eſt expreſſa, retinuimus. Quare operæ pretiū nobis facturi viſi ſumus, ſi hic quoque græcum contextum adijceremus, vt ij, quibus Arabes, potius mentem quam verba auctoris in conuertendo ſpectantes, minus eo nomine placent, habeant, ad cuius regulam eorum ſcripta exigant. Nec vero temere factum quiſpiam arbitretur, ꝙ nos, omiſſis prioribus quadripartiti libris, duos poſteriores*



Digitized by Google

*nunc noſtris commentarijs illuſtremus: nam ad methodum, quam nobis in ſpeculo noſtro aſtrologico propoſuimus, hos opus erat exponere, qui plurimum ad rem de qua agimus, facere videbantur. Priores autem in noſtro introductorio, & in tractatu de vniuerſalibus ſparſim fere totos & inſeruimus, & explicuimus, quare eos nouam aliquam interpretationem nunc haud deſiderare exiſtimauimus, præſertim cum totum Ptolemæi græcum contextum appoſuerimus vna cum eruditiſsima interpretis cuiuſdam verſione, quæ ſatis propoſito noſtro præſenti in opere inſeruit: ſperamus tamen, Deo dante, in hos quoque priores iuſta commentaria breui nos edituros. Interim hæc, quæ magis exoptari videntur, ac maiori vſui eſſe poſſunt, euulgamus, in his enim de vniuerſalibus quibuſdam præceptis pertractatur, quæ rei aſtronomicæ plurimū afferunt lucis. Sed iam ſatis ſit, de his præmonuiſſe lectorem: reſtat vt ad rem ipſam accedamus.*

## TEXTVS.

## ΑΡΧΗ ΤΟΥ ΤΡΙΤΟΥ ΠΤΟΛΕΜΑΊΟΥ.

περὶ σπορᾶς καὶ ἐκτροπῆς.

Προωδευμένης ἡμῖν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν τῆς περὶ τὰ καθόλου τῶν συμπτωμάτων θεωρίας, ὡς προηγουμένης καὶ τὰ πολλὰ κατὰ κρατεῖν δυναμένης τῶν περὶ ἕνα ἕκαστον τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὸ ἴδιον τῆς φύσεως ἀποτελουμένων, ὧν τὸ προγνωστικὸν μέρος γενεθλιαλογικὸν καλοῦμεν, δύναμιν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἀμφοτέρων τῶν εἰδῶν ἡγεῖσθαι προσήκει, καὶ περὶ τὸ ποιητικόν, καὶ περὶ τὸ θεωρητικόν. ἐπειδήπερ καὶ τῶν καθόλου καὶ τῶν καθ᾽ ἕνα ἕκαστον συμπτωμάτων αἰτία μὲν ἡ τῶν πλανωμένων ἀστέρων ☉ τε καὶ ☾ κίνησις, προγνωστικὴ δὲ τῆς τῶν ὑποκειμένων αὐτῆς τροπῆς κατὰ τὰς ἐν ὁμοιοσχήμονι τῶν οὐρανίων παρόδους διὰ τοῦ περιέχοντος ἐπιστημονικὴ παρατήρησις, πλὴν ἐφόσον ἡ μὲν καθολικὴ περίστασις μείζων τε καὶ αὐτοτελής, ἡ δὲ ἐπὶ μέρους οὐχ ὁμοίως. ἀρχὰς δὲ οὐκ ἔτι τὰς αὐτὰς ἀμφοτέρων εἶναι νομιστέον. ἀφ᾽ ὧν τὴν τῶν οὐρανίων διάθεσιν ὑποτιθέμενοι, τὰ διὰ τῶν τότε σχηματισμῶν σημαινόμενα πειρώμεθα προγινώσκειν, ἀλλὰ τῶν μὲν καθολικῶν πολλάς, ἐπεὶ μίαν τοῦ παντὸς οὐκ ἔχομεν, καὶ ταύτας οὐκ ἀπ᾽ αὐτῶν τῶν ὑποκειμένων πάντοτε λαμβανομένας.

### *PROOEMIVM.*

POSTQVAM accidētia generalia in his, quæ ex noſtra obſeruatione præmiſſa ſunt, demonſtrauimus, eo quòd eorum obſeruatio ad præmittendum eſt cōuenientior, qualiter futura rerum vniuſcuiuſque hominum in ſuarum naturarum proprietatibus deprehendamus, nunc explanare nitemur. Hæc igitur pars operis vocatur, RERVM natiuitatum prognoſtica. Quòd autem duarum iſtarum ſpecierum vis in via operis & ſcientiæ ſit vna, ſcire nō eſt inconueniens. Nam Solis, & Lunę ſtellarumque motus vniuſcuiuſque proprij, & generalis accidentis eſt occaſio: differentia verò naturarum eorum, quæ prædicta ſunt, & motuum conſimilium, & obſeruatio, quos & cœleſtia mouent, & ea, quæ ipſa circundant, eſt occaſio, perquam erit horum accidentium prognoſticatio. Præterquàm quod generalia accidentia maiora ſunt, & alterius ſupplemento non egent, particularia verò non ſic. Nec oportet, vt ipſarum principij horas, in quibus cœleſtium qualitates ponimus, & quibus id præſcire nitimur ꝙ à ſocietate figurarum, quę in ipſis horis formantur, ſignificatur, vnum & idem principium eſſe putemus, imò quòd plura ſint initia generalium accidentium, exiſtimare debemus, eo quòd in toto vnum principium inuenire non poſſumus.

### *COMMENTARIVS.*

ANTEQVAM ad Ptolemæi verba accedamus, primùm quæ ſit auctoris intētio, deinde huius libri ſubiectū, poſtea ordo doctrinę, & q̄ totius operis diuiſio, & demū quænam vtilitas, breuiſsimè explicabimus.

Quoad intentionem attinet, video Ptolemęum verſari circa accidentia nati, non tamen circa omnia ſed tantùm circa ea, quæ homini contingunt à cœlo. Quare cum propoſitū auctoris, & libri ſubiectum re idem ſint, cōmodè ex his libri præſentis capiemus ſubiectum, hominem eſſe decernentes, non ſub quæſtione omni de contingenti, ſed ſub ea, qua alterabilis eſt, alterabilis, inquàm, non omni alteritate, qua immutari poteſt, cū pro alteratio nū varietate diuerſarum ſit ſubiectum ſcientiarū, at ſolùm vt à cœlo alterari, variéque affici poteſt. Quicquid enim vel in duobus prioribus libris pertractatum eſt, vel in ſequentibus eſt quæſitum, hominem tantum vt proprium ſcopum reſpicit, ſiuę ad hominis interna, eſſentialiáque te vertas, ſiue extrinſeca, fortuitáque contempleris: nam primo, & ſecundo libro quid nobis aliud ob oculos ponit niſi quod ad hominis eſſe, vitam, mores, animi diſpoſitionem conducit, & refertur, & demùm quæ ei externè adueniunt, nempè honores, diuitiæ, & ſimilia? Relinquitur ergò in hoc opere nihil inueniri ſuperflui, cum omnia ad hominem tanquàm ad libri ſubiectum candide referantur.

Doctrinæ autem ordo naturalis eſt, nempè accidētibus vniuerſalibus prius poſitis, demùm ad particularia proficiſci. Particularia autem multiplicia ſunt; alia namque ad eſſe hominis ordinantur, & alia ad

lia ad eius commmodè eſſe. Quæ ad commodè & bene eſſe reſpiciunt, vt ſunt auſpicationes, electionéſque itinerum, & cęterorũ operum, ſiue ſignificatores ꝓgreſsiones, annuę cõuerſiones, & tẽporum euentus, quæ omnia quamuis variam conſtellationem à priori ſortiantur, vtraque tamen ad benè eſſe hominis referuntur, aut pro quacunque occaſionis opportunitate, quæſita, percunctationes & interrogationes, quibus iuxta cœli motũ, & configurationem reſponderi neceſſum eſt, omnia in quã hæc à ſimplici hominis eſſe, hoc eſt ab eius natali, & genitura dependẽt. Vnde cum hæc ſcientia quatuor partibus integretur, & cõſtet, ſcilicet Natali, Reuolutione, Inquiſitione, Auſpicatione ſiue electione, & hæ tres ad primam ordinentur, iure quidem optimo ſimpliciſsimum hominis eſſe aggreſſus eſt Ptolemæus, à quo reliqua manant. In ordine autem, quẽ ſeruat, via modoq; vtitur probabili: ſi enim Aſtrologo ſua cõcederentur principia, vt alijs nonnullis vſuuenire ſolet, non topicæ ſed demonſtratiuæ eſſent eius rationes. At cum loco, & tempore careat, quibus ſua principia luculẽter demonſtret, quæ tantum obſeruatione veniunt, & patefiunt, non enim habet ſua principia, ſicut ſunt axiomata, & propoſitiones, quas maximas nuncupamus, ſed ſupponit ea, ipſáque obſeruationibus comprobat, non ſecus ac Medicus, qui vim herbarũ experimẽto didicit, ita, quòd hæc ſtella, ſi Mars cõiungitur Saturno, Mars habet vim vt hic gladio pereat, ſi Soli quadrãguletur, laqueo ſuſpendatur, vnde probabilia hęc oĩa eſſe vſq; ad pſens cõſequẽs eſt, & nullo modo habere demonſtrationes quas prius non præceſſerint luculentę obſeruationes.

De vtilitate verò nihil eſt quòd multa dicã, cum hic breuiter, & ſummatim omnia huius diuinæ ſcientiæ myſteria, atque arcana congeſta ſint, quæ ingenti labore neceſſum eſſet ex multis, innumerabilibúſque libris propémodum haurire. Sed ad libri ſectionem deſcendam. Bifariam conſideratur homo, aut in interna eſſentialique conſiſtentia naturali, aut accidentali, propter ea quæ ei extrinſecus adueniunt contingentia, vnde duplex eius eſſe monſtratur, corporis videlicet, & fortunæ, ſicque omnia vel ad eſſe, vel ad fortunã hominis referũtur. Hinc duplici partitione generali hoc volumen ſecatur in duos libros, nam primò quæ ad hominis eſſe pertinent: ſecundo loco quæ ad nati fortunam ſpectãt, inquirit. Circa eos, qui iã nati ſunt, voluitur fortuna in octuplici differentia, vel in vniuerſum eis octo accidere poſſunt, hinc poſteriorem librum in octo capitula ſpeciatim diſtinxit. In primo ſiquidem opes, & diuitias nati declarat. Secundoloco honores, altitudines, dignitates, fœlicitates. Tertio negocia, actiones, exercitationes, & an magis in doctrinis, an ſordidis artibus verſaturus. Quarto coniugia, legitimas & illegitimas nuptias, & quę ad conſeruationem pertinent ſpeciei. Quinto agit de liberis, an natus habiturus ſit filios & hi habituri ſint fœlicitatem ex parte Parentum, an ex ſuis proprijs actionibus, & an aucturi opes Patris ex particulari conſtellatione cœli in ipſorũ genitura. Vnde fit vt in ſexto quę ad amicos & familiares attinent, quærat. In ſeptimo de peregrinationibus cũm violentis vt ſunt exilia, fugæ, tum volũtarijs agit. In octauo de ſpecie, qualitatéve Mortis inquirit. Quæ certe omnia externa eſſe, ipſumque benè hominis eſſe reſpicere, nemo eſt, qui dubitet. Demũ quia præuidentur in principio temporis, horum tempora euentuum determinat, & quãdo ſint futura decernit.

Primus verò liber, qui ſimplex, ac nudum hominis eſſe conſiderat, bipartitur, proœmium enim habet & tractatum. Verum enim verò quia ad ſimpliciſsimum hominis eſſe tria requiruntur, nempe principium eius, ſecundo conſiſtentia corporis, tertio ipſius animi, animi dico, prout mores, & diſpoſitiones naturales inſequuntur actum ſenſitiuum, & corporis diſpoſitionem: non primò agunt in animum corpora illa cœleſtia, ſed primò in appetitum, aut vim iraſcibilem, deinde in concupiſcibilem, ex quibus affectionibus naturales nati inclinationes & ad varia opera inſtar ferè propenſionem cognoſcuntur. Non immeritò auctor noſter diſputans de hoc nati principio: primo loco quid nati ſit principium determinat, ſecundo loco regulam declarat, huius principij inueniendi ne infra primum ſæpe ſupponendo principium haberi & non haberi fallamur.

Deinde cum duplex eſſe habeat homo, alterum in matris aluo, alterum cum huius lucis vſuram incipit frui, hinc alia ei contingunt accidẽtia, dum eſt in viſceribus genitricis incluſus, alia dum primum aerem egreſſus incipit haurire. Primũ ergo quęrit ea, q̃ nato in aluo accidere poſſunt, & illa dupliciter diuidit, nã ipſi nato vel externa accidere poſſunt, vel interna: Externa primo loco cũ ſint parentes, quarto cap. quæ ad patrem, & matrem attinent, ponit, deinde quinto loco quæ ad ſorores, & fratres. Interna ſunt, an natus futurus ſit mas, an fœmina, ideo ſexto loco quærit de ſexu, deinde an natus futurus ſit vnicus an gemelli, quare ſeptimo loco veſtigat de numero. vltimo an futurus ſit Monſtrũ, an imperfect' in membris, ideo octauo loco quęrit de perfectione, vel imperfectione corporis nati.

De nato extra vterũ tria generatim perquirit, nempè quæ ad vitam, quæ ad corpus, quæ ad animum pertinent. Hinc in nono cap. quærit, an natus ſit vitam habiturus nec ne. In decimo an breuis an longa ſit futura eius vita. In vndecimo complexionem declarat corporis, an futurus ſit cholericus, melãcholicus, ſanguine', an phlegmaticus. In duodecimo ſanitatem & infirmitatem ſcrutatur, an imbecillus an robuſtus futurus ſit. In 13 declarat naturam animi nati, an ingenioſus an ſtupidus, an hilaris an ſæuerus. In 14. agit de ijs qui corrupta phantaſtica, inſaniunt. Breuiter & cõpendiosè hæc agit Ptolemæus.

Quod ad literæ proœmium attinet, duo continet, nam auctor primo mẽtem ſuam exponit, deinde cauſam adducit. Intentio eſt, quòd in ſuperioribus libris explicatis accidentibus generalibus, conſentaneum ſit ad particularia deuenire. Nam quemadmodum neceſſarium fuit ad intellectionem vniuerſalium accidentium, prius nomina cum ſignorum, tum Planetarum declarare, & affinitates & conciliationes inter ſe: ita ad liquidam, purámque notitiam natalis, & genituræ hominum expediens fuit, vniuerſalia & generalia præmittere. Non enim minus particularia hæc, quàm vniuerſalia à conſtellationibus, configurationibus, re-



Digitized by Google

uolutionibus tanquàm à propria cauſa depēdent. At dices: Si configurationes ſemper eædem, cum corpora cœleſtia eadē ſemper ſint, ſtellæ errones, duo luminaria, 1022. ſtellæ fixæ, ſigna 12. imagines 48. Si ergo cauſa ſemper eſt eadem, idem erit effectus, imo ſi cauſa eodem perpetuo agit modo, effectus erit vnus, idemque.

Huic dubio ſatis obſcurè respondetur in litera, aliam ſcilicet eſſe ſcientiam hominis particularis, aliam vniuerſalis; imo obſeruatio variorum accidentium vnicuique ſigillatim ab vniuerſalibus differentium, cauſa peculiaris extitit, cur antiqui philoſophi huic ſcientiæ operam nauare cœperūt. Contemplati ſunt, quòd in accidentibus generalibus, aliqui comprehendebantur, aliqui à conſtellatione illa generali reperiebantur immunes. In peſte, morbiſque contagioſis videbant aliquos repentè à calamitate illa paſsim graſſante obrui, & interimi, aliquos perbellè valere. In bello multos occidi, aliquos vulnerari, illos capi, iſtos aufugere, nonnullos ditari. In horrida maris tempeſtate dū nauis à ſpumantibus vndis miſerè deglutitur, aliquos incredibili, miráque induſtria à ſalutata morte euadere, dum cæteri in profundo ſepeliuntur pelagi. Coacti ergo ſunt obſeruare hominis principium primo 1059. & deinde ſcrutari quam cōciliationem haberet cum illa vniuerſali cōſtellatione, id eſt vt vno verbo dicam, quomodo vniuerſalia cum particularibus conuenirent. Qua re perſpecta cognitáque, omnes illos, qui horoſcopum, aut loca luminum in loco deliquioſo habebant, vel in gradu vigentis conſtellationis malæ, in eos tantū vim ſuam exerere poſſe conſtellationem, perceperunt. Cæteri verò immunes vel à bello, vel peſte, aut generali illo influxu remanebant. Hinc motos fuiſſe antiquos Philoſophos, vt hæc inueſtigarent, inquit Ptolemæus differ. 5. & ſubdit in litera, quòd illa vniuerſalis ſcientia prior eſt quodammodo, ac potentior, propterea quia generales & maiores cōſtellationes particulares & minores cōprehēdunt. Sed inquies, Si vniuerſalis influxus particularem in ſui vertit naturam, quid ad dubium dicendum eſt? Recurrendum quippè eſt ad hominis genituram propriam, & ea conſideranda quæ docet Ptolemæus de vitæ longitudine, & breuitate, item videndum an ad peſtem, an ad bellū pertineat conſtellatio & ſic octauū caput conſulere, ſi ad opes primū ca. 41. ſi ad honores ſecundum &c. ſi nati conſtellatio potens eſt, & vigoroſa, aut non cōprehendetur ſub generali accidenti, aut ſi comprehendetur, euadet, vt verbi gratia in bello non morietur, ſed captus vel pecunia ſe redimet, vel euadet. Sin econtrà debilis ſit genitura, in ſolidum ſub illo vniuerſali accidenti procumbet, aut enim peſte, vel bello vitā commutabit. licet ergò cōſtellationes ſint eędem, eodem tamen modo nequaquam agunt. nam ſiderum varia, multiplexque poſitio & habitudo, variū & diuerſum in hæc inferna producunt effectum.

## TEXTUS.

Ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν περιεχόντων, καὶ τὰς αἰτίας ἐπιφερόντων, σχεδὸν γὰρ πάσαις ἀπό τε τῶν τελειοτέρων ἐκλείψεων, καὶ τῶν ἐπισήμως παροδευόντων ἀστέρων ἐπισκεπτόμεθα τῶν καθ' ἕνα δὲ ἕκαστον τῶν ἀνθρώπων, καὶ μίαν καὶ πολλάς. μίαν μὲν τὴν αὐτοῦ τοῦ συγκρίματος ἀρχὴν, ταύτην γὰρ ἔχομεν, πολλὰς δὲ τὰς κατὰ τὸ ἑξῆς τῶν περιεχόντων πρὸς τὴν πρώτην ἀρχὴν ἐπισημασίας συμβαινούσας προηγουμένης μέντοι τῆς μιᾶς ἐνθάδε εἰκότως, ἐπειδήπερ αὐτὴ καὶ τὰς ἄλλας ὡς τὸ ὑποκείμενον ἰδικῶς ἀποτελεῖ. τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, ἀπὸ μὲν τῆς πρώτης ἀρχῆς θεωρεῖται τὰ καθόλου τῆς συγκρίσεως ἰδιώματα, διὰ δὲ τῶν ἄλλων τὰ κατὰ καιροὺς παρὰ τὸ ἧττον καὶ μᾶλλον συμβησόμενα, κατὰ τὰς λεγομένας τῶν ἐφεξῆς χρόνων διαιρέσεις.

Hæc verò principia ſemper non ex ipſis rebus ſubiectis, ſed ex rebus circundantibus, quæ futurorū ſunt occaſiones inueniuntur. Nos etenim in maiori parte cuncta accidentia per grādiores eclipſes, & per ſtellas, quæ manifeſto motu mouentur, inquirimus. In ſingulis autem hominibus vnum & multa principia reperiuntur. Vnum namque principium eſt initium collectionis, quod eſt in nobis. multa verò principia reſpectu primi, ſunt alternationes, quæ poſt hæc ex rebus cirundantibus contingunt. Vnum igitur initium ad præmittendum hoc in loco cōuenientius eſt, ob hoc quòd alia omnia non niſi huius occaſione proueniunt. Quapropter quum hęc ita ſint, generales proprietates collectionis, ex obſeruatione primi initij depręhenduntur. ex reliquis verò principijs, id quod in vnaquaque horarum ex augumento, vel diminutione continget ſecundum hoc, quod ex temporum diuiſionibus ſubiungemus, addiſcemus.

### COMMENTARIUS.

Pauca hæc ad ſecundam procemij attinent partem. Dicit primū principiū diuerſum eſſe à generali principio. Ne quis ambigeret, an vnum & idem ſit principium rerum omnium generabilium & temporis hominis. Reſpondet in accidenti vniuerſali, & particulari hominis eſſe principiū diuerſum. In vniuerſali etenim ſi agendi principium attendamus vnum eſſe reperiemus, cum cœli corpora vt agendi & agentia principia ſint eadem, diuerſimodè tamen operantia. Sed principia in quibus hæc agentia operantur plura ſunt, & diuerſa: nam in vniuerſalibus principijs ſunt, interlunia, plenilunia, conſtellationes minores, maiores, maximę, quæ in lite

ra à

ta à Ptolemæo, principia nos ambientia, & circundantia, nominantur, cœlum enim cum continuè moueatur, aerem cingit, atque circundat. In homine itidem plura reperiuntur principia non ſolum ſui eſſe, vt eſt materia affecta per cœlum ab aere, ſed habet etiam principia aliarum rerum. Verum enimuerò ad vnũ reſpiciatur principium à quo cætera pendent, & omnia particularia hominis reducãtur ad vnum principium eſſe hominis: Nempè vel ad caſum ſpermatis in matrice, vel ad eius ex aluo egreſſum, & ad hoc principium alia principia referantur, videlicet ꝙ diu viuat, quòd peregrinetur, quòd fœliciter, ſic electiones, auſpicationes, interrogationes, annuę reuolutiones, ad hoc inquam, principium, tanquàm ad fundamentum, & baſim reducantur.

# TEXTVS.

Ἀρχῆς δὲ χρονικῆς ὑπαρχούσης τῶν ἀνθρωπίνων γενέσεων, φύσει μὲν τῆς κατὰ τὴν σποράν, δυνάμει δὲ καὶ κατὰ τὸ συμβεβηκὸς, τῆς κατὰ τὴν ἀποκύησιν ἐκτροπῆς, ἐπὶ μὲν τῶν ἐγνωκότων τὸν τῆς σπορᾶς καιρὸν, ἤτοι συμπτωματικῶς, ἢ καὶ παρατηρητικῶς ἐκεῖνο μᾶλλον προσήκει, πρός τε τοῦ σώματος, καὶ τὰ τῆς ψυχῆς ἰδιώματα καταλαμβάνειν τὸ ποιητικὸν τοῦ κατ' αὐτὸν τῶν ἀστέρων σχηματισμοῦ, διασκεπτομένοις, ἅπαξ γὰρ ἐν ἀρχῇ τὸ σπέρμα, τοιόνδε πως γενόμενον, ἐκ τῆς τοῦ περιέχοντος διαδόσεως, κἂν διάφορον γίνηται τοῖς κατὰ τοὺς ἐφεξῆς σωματοποιήσεως χρόνοις, αὐτὸ τὴν οἰκείαν μόνην ὕλην φυσικῶς προσεπισυγκρίνον ἑαυτῷ κατὰ τὴν αὔξησιν, ἔτι μᾶλλον ἐξομοιοῦται τῇ τῆς πρώτης ἰδιότητος ἰδιοτροπίᾳ, ἐπὶ δὲ τῶν μὴ γινωσκόντων, ὅπερ ὡς ἐπίπαν συμβαίνει, τῇ κατὰ τὴν ἐκτροπὴν ἀρχῇ καὶ εἰς ταῦτα προσέχειν ἀναγκαῖον, ὡς μεγίστῃ καὶ ταύτῃ, καὶ μόνῳ τούτῳ τῆς πρώτης λειπομένῃ, τῷ δι' ἐκείνης καὶ τὰ πρὸ τῆς ἐκτέξεως δύνασθαι προγινώσκεσθαι. καὶ γὰρ εἰ τὴν μὲν ἀρχὴν αὐτῆς εἴποι, τὴν δὲ ὥσπερ καταρχὴν τὸ μέγεθος αὐτῆς τῷ μὲν χρόνῳ γίνεται δεύτερον, ἴσον δὲ καὶ μᾶλλον τελειότερον τῇ δυνάμει σχεδόν τε δικαίως ἐκείνη μὲν ἂν ὀνομάζοιτο σπέρματος ἀνθρωπίνη γένεσις, αὕτη δὲ ἀνθρώπου. πλεῖστα τε γὰρ τότε προσλαμβάνει τὸ βρέφος, ἃ μὴ πρότερον ὅτε κατὰ γαστρὸς ἦν προσῆν αὐτῷ, καὶ αὐτὰ τε ἴδια μόνης τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ὅ τε σωματώδης σχηματισμὸς, κἂν μηδὲν αὐτῷ δοκῇ τὸ κατὰ τὴν ἔκλεξιν περιέχον εἰς τὸ τοιόνδε εἶναι συμβάλλεσθαι, αὐτῷ γοῦν τὸ κατὰ τὸν οἰκεῖον τοῦ περιέχοντος σχηματισμὸν εἰς φῶς ἐλθεῖν συμβάλλεσθαι, τῆς φύσεως μετὰ τὴν τελείωσιν, πρὸς τὸ ὁμοιότυπον κατάστημα τοῦ κατ' ἀρχὰς διαμορφώσαντι μερικῶς τὴν ὁρμὴν τῆς ἐξόδου ποιουμένης, ὥστε εὐλόγως καὶ τῶν τοιούτων ἡγεῖσθαι δηλωτικὸν εἶναι τὸν κατὰ τὴν ἐκτροπὴν τῶν ἀστέρων σχηματισμὸν, οὐχ ὡς ποιητικὸν μέντοι πάντως, ἀλλ' ὡς ἐξ ἀνάγκης ἔχοντα, καὶ κατὰ φύσιν ὁμοιότατον τῇ δυνάμει τὸ ποιητικόν.

*De caſu ſpermatis & de exitu infantis.* CAP. I.

QVONIAM ad eſſe hominum temporale principium habetur: eſt autem hoc principiũ naturaliter quũ ſperma cadit, in potẽtia verò & accidentaliter, quũ infans hora partus egreditur: conuenit ijs, qui horã caſus ſpermatis fortuitu, vel obſeruãdo deprehẽderunt, vt cum corporis, & animæ qualitates proprias ſcire voluerint, ſuas ad hoc inueſtigationes ex hoc ꝙ figura ſtellarũ hac hora propriè ideſt hora caſus ſpermatis operatur, accipiant. Quapropter quum acciderit ſpermati ſemel in principio qualitatẽ recipere, quæ ſibi ex rebus circundãtibus aduenit, licet illa qualitas in hoc ex rebus horis eſſe corporis continget, poſtea varietur, ipſum tamen augumentũ materiei ſibi tantùm ſimilis naturaliter ſibimet attrahet, quumque creuerit illa rerum materies qualitati primæ, quæ ſpermati propria eſt, aſſimilabitur. Cùm aũt hora caſus ſpermatis ignorabitur, ſicut multoties euenire cõpertum eſt, initiũ quod eſt infantis exitus, neceſſario conuenit obſeruare. Quod idem maximũ eſt initium, nec etiam à primo differt, niſi in hoc quod ſubiungitur. Per primum itaque principium id, quod eſt antè partum, vt præſciatur antè, poſſibile eſt, Nam primum eſſe principium aliud autem ſimile fore principio ſatis enunciari poteſt, eo quòd vltimum eorum ſecundum eſt in tẽpore: & fortaſſis eius quantitas eſt in fortitudine perfectior primo, oportet etiam vt primum initium eſſe ſeminis hominis frequentius appelletur: ſecundum verò, eſſe hominis dicatur, ob hoc quòd infans ea tunc adipiſcitur, quæ, dum in vtero clauderetur, non habebat: & cum hoc etiam proprietates, quę tantum ſunt in hominis natura & qualitatem,



Digitized by Google

quæ ſuo corpori accidit acquirit. Item id quod nos hora partus circundat, licet in faciendo natum nihil iuuare putetur, vt illius cuius eſt qualitatis, exiſtat, iuuat tamen vt ſit eius apparitio, eiuſque exitus, ſecundum propriam circundantis rei qualitatem, propterea quòd natura poſt ipſius perfectionem eum ad exitum moueri facit, quum qualitas qualitati, quæ eum formauit, aſsimilabitur. Oportet igitur, vt ſtellarum qualitatem hora exitus infantis, iſtarum rerum ſimilia iterum ſignificare exiſtimemus: non quòd ipſa hæc operetur, ſed neceſſariò & naturaliter in fortitudine opifici aſſimilatur.

*COMMENTARIVS.*

HIc noſtri libri tractatus exordium ſumit. Caput præſens bipartitur. Primo enim de hoc nati principio diſputat: deinde cum antiquis ineptè prognoſticantibus altercatur. Principium nati duplex conſtituit, alterum temporale, naturale, & propriũ, quod eſt ipſa fœtus conceptio, vel deciſio in matricem ſeminis, quod eſt hominis plantatio, iuxta illud Diogenis, qui in medio foro cum vxore coiens, interrogatus quid ageret, reſpondit, Planto hominem. Alterum verò dicitur principium in potentia & per accidens, quod eſt nati prima ipſa ab vtero egreſſio. Quod nã horum accipiendum eſt? Reſpondet Ptolemæus quòd ſi adamuſsim præcognoſcere volumus proprietates omnes cùm corporis, tùm animæ nati, primum principium obſeruare debemus. Obſeruata enim cadentis in matricem ſpermatis hora exigatur thema cœleſte, & ſecundum planetarum aſpectum vt in ipſamet natiuitate & genitura fiat prognoſticatio, & iudicium. Erit ergo diuinatio de principio eſſentiali hominis: nati quippè duplex eſt principium, eſſentiale, vt eſt materia & forma, & temporis, quod dupliciter fit, aut cum natus incipit fieri, aut cum iam in actu habet eſſe complетum. Mirum aliquibus videbitur, quòd in conceptu afflatus & actio cæleſtis, illáq; ſiderum impreſſio ad nati conferat naturam in qualitate corporis & animi, cum materia lubrica ſit, & ſemen coagulatum ſimile lacti liquidum. Verùm donec fœtus ad conſiſtentiam, corporíſque conformationem perueniat, vt ipſum anima informet, ac in eſſe completo perficiat, natura impoſsibile eſt, qualitates materię cum impreſsionibus remanere, optiméque dicit Ptolemæus, qualitates permutari, impreſsiones verò manere. Quoniam autem illud primum principium difficile eſt obſeruari, cùm ratione viri, præcipitanter coeuntis, tùm ratione vxoris, à quouis oculato cuſtoditæ, & tamen cum alio facillimè ſe commiſcentis (quamuis multi id obſeruarint) optimum eſt ſecundum obſeruare principiũ, quando natus in lucem hanc prodit, & quomodo inſtans, hora, tempúſque illud ſit inueſtigandum (au&ctore Deo) poſterius declarabo. Propter ignorantiam ergo primi principij nõ debet quis ab hac præclariſsima Aſtrologiæ parte abhorrere, cum ſecundũ principium ſit primo validius, & efficacius. Nõ ne per iſtud ſecundũ principiũ natus cõpletum eſſe atq; perfectũ aſſequitur? Nõnne per primum principiũ natus paulatim creſcens cõtinuò tanquã imperfectus tẽdit ad perfectionẽ? In vtero enim nihil ferè ſui habet, vtitur alieno ore, flatu, ſpiritu, è cõtrà dũ exit, ſpirat, proprio nutritur ore, ſenſibus corporis fruitur, oĩa tãdem habet, quæ ad perfectũ animal requirũtur. Cum ergo perfectũ ſit, cui nihil deeſt, quid perfectius ſecundo principio, per quod natus acquirit ſui eſſe vltimum ſtatum? Adde his, quòd cum ſagax natura ordine quodam ducatur, omne quod operatur operatur appoſitè & cõcinnè. Ergo cũ mouerit ſperma ad fœtum conformãdum, & ad animal effingendũ ſecundum corporum cœleſtium influxum, ipſamet eadem mouet fœtum ad exeundum ſecundum ſimilem poſitionem ſiderũ: Quò fit vt tanta reperiatur ſimilitudo inter primũ, & ſecundum principium, vt ferè eadem vbique nato tam in primo, quàm in ſecundo appareant accidentia: ſcilicet ſiderum quadraturæ, configurationes, & conſtellationes.

Dubium.

Solut.

Sed aliquantiſper conſiſtam. Aduerſantur Ptolemæo celeberrimi viri in inueſtigatione principij nati, inter quos Picus 7. ſuarum cõfutationum libro, capit. 2. tam ſplendide, tamque magnificè in omnes Aſtrologos inuehitur, vt rationibus firmis carens, ſe potius facundum & elegantem Oratorem oſtendat, quàm huius principij deſtructorem.

Sic argutatur. Nulla conſtellatio ſeu fatum in aliquo principio cuiuſcunque rei poteſt aſsignari, fabuloſa eſt ergo aſtrologorum obſeruatio circa principium nati. Nam fatum vel imprimitur, antequàm res ſit, vel dum fit, ideſt dum partẽ poſt partẽ acqrit, vel in facto eſſe, ideſt dũ eſt in termino ſuæ perfectionis. At quis ita inſaniet, vt dicat rem, antequam ſit, fatum conſequi, & adipiſci? Si dum fit res, quãdo vna pars alteram ſequitur, cum ibi multis modis varientur continuò partes, ergo multiplices aſsignandæ erunt cõſtellationes, & quidem confuſæ & variæ: non igitur vna ſors, vnumque fatum, & per conſequens impoſsibile erit enti incõpleto & imperfecto fatum donari. Si dicatur imprimi fatum in ſumma rei perfectione, id falſum eſſe probatur, quia omnis res tantum vno fato ducitur per aſtrologos, & tamen & experientia contrariũ manifeſtat, cum videamus vnã Vrbem partim deſtrui, partim ab hoſtibus cõſeruari, vnam domum partim à fluuio rapi, partim integrã remanere: ergo cuiuſuis rei pfectæ plura fata: ſi plura, ergo fruſtra quærunt vnum principiũ Aſtrologi, vt ex illo prognoſticentur miſerias, fœlicitates, vitam, & mortẽ.

Contra principium hominis particulare ſic inſurgit. Multiplex eſt hominis principium, nempè maris cum fœmina primus congreſſus: concretio ſeminis, ſeu accretio ſpermatis in aluo, quando augeri incipit, tranſitus virtutis ſeminalis in humanã formam, quæ mulieris menſtruũ cogit ad fœtũ, vt lac cogitur à coagulo, formatio ipſi' corporis, mẽbranæ ſuperinductio, cordis à quo vita ipſa dimanat, completio, animæ intellectiuæ aduentus, tandem ad hãc viſibilem lucem egreſsio & profectus. Verùm in his principiis omnibus nullum poteſt fatum

tum ab Aſtrologis obſeruari, errāt igitur & delirāt prognoſticantes ſuper hominum genituras. Nam quis eſt, qui primum cum muliere congreſſum obſeruet? Qui vxorem tutò cuſtodire valeat? Quis notabit vnquam horam in auctione illa ſecreta ſpermatis? Quis ſcit, quando virtus ſeminalis in humanam tranſeat formam? Tandem dicent Aſtrologi, ſe obſeruaturos nati in hunc mundum viſibilem ingreſſum. At quo inſtrumento id obſeruare poterūt? Aſtrolabio? At impoſsibile eſt, homo dum naſcitur, vt quiſpiam oculum teneat ad ſolē, & ad metrolinij foramen vtrumque, nec non ad ſtellas, & configurationes. Accedit quòd inſtrumenta fabricata ſunt ad horas magis amplas, cum inter horā, & horam ſpacium reperiatur magnum, & diſtantia gradus ad gradum. Demum quando ſunt nebulæ aut pluuiæ quid eſt faciendū? ſi dicas ſtandum eſſe tunc horologijs, at quis eorum craſſos errores ſingulis propè horis nō experitur? Valeat ergo iſtud fatale principium.

Contra Picum recitabo argumentum eius in fauorem Aſtrologorum, quod ipſe inſolutum reliquit. Certum, exploratumque eſt operantis manū, & inſtrumentum cum fuerint diſpoſita fœliciter omnia debitè complere, & ad optimum finem deducere quæ intentant. Quis hoc negare audeat? At qui ſub aliqua ſiderū poſitione poteſt eſſe naturalis operatio artificis & agentis, ergo aliquo modo fatum eſt in ea re. Omne enim principium rei fœlix ad fœlicitatem rem cōmodè ducet. Hoc de primo principio.

Item pro ſecundo principio adducam ſimiliter ipſius Pici argumentum, quod nec ſoluere auſus eſt. Quod fœlicitatur in vltimo ſui eſſe, neceſſum eſt habere à fato fœlicitatem: At naſcens vltimam ſui eſſe perfectionem aſſequitur, vt ſi ſit conſtellatio fœlix, ſit & ipſe fœlix & econtrà. ergo &c. Non tantùm rationes, verùm experientia & obſeruationes euidentiſsimæ in oppoſitum ſingulis horis nobis ſeſe offerunt. Quare in elucidatione huius negotij dicendum eſt, quòd quamuis multiplex eſſe poſsit hominis principium, duplex tamen, & illud temporale, vt dictū eſt, ab Aſtrologo cōſideratur, videlicet viri & fœminę primū congreſſum & nati ex materno aluo egreſſum. His principijs homo ad omnia futura accidētia, ſiue fœlicia ſine infœlicia, ſatis ſupérq; diſponitur, vt optimè deducunt & D. Thomas 3. contra gent. cap. 94. & Scotus 2. ſent. diſt. 14. aſſeuerantes, ꝙ per ſyderum poſitiones ad benè, vel ad malè eligendum aptatur & diſponitur homo, vt liberè eligendo per malam electionē miſer, & per bonam fœlix euadat. Modus autem habendi primum principium nullus eſt, niſi ꝙ ſi vir poſt coitum obſeruatū, & hora debita notata peregrè proficiſcatur, erigatur thema ad illud inſtans, vt in cuiuſdā domeſtici amici mei tribus obſeruationibus feci, & reperi veritatem.

Quomodo autem veritas reperta cauſata fuerit ab impreſsione cœleſti in ſperma, vt paulo antè dicebamus, haud difficulter ſcitur, cum ſciamus corpora cœleſtia motu, lumine, & virtute perpetuo agere in aerem, & aer affectus cœleſti vi alterat ſperma, fœtúmque diſponit ad impreſsionem illam recipiendam. Et quamuis in fœtus formatione varię nouæque impreſsiones fiant, cum prius embrio viuat vita plantæ, deinde vita animali, demum hominis: vnde ſuccedunt diuerſæ impreſsiones, tamen omnes iſtæ impreſsiones à prima deriuāt, & vt dicit Ptolemæus, qualitates variari & mutari, diſpoſitionem tamen perpetuo remanere, ad augumentum, diminutionem, ad variumque temperamentū corporis, ſeu cholericum, ſeu phlegmaticū, aut ſanguineum vel melancholicum.

Naſcitur deinde homo in hanc lucem vt planta, quemadmodum dicebat non ſolùm Plato, hominē eſſe inuerſam arborem., verum & ſeruator noſter Lucæ 3. & Matth. 3. nam queadmodū plantæ ſemen in terram primo proijcitur, deinde à loco ad locū transfertur, ſic eſt in homine circa hoc duplex principium, vt primo in caſu ſpermatis ſeratur, deinde in ortu ex vtero tranſplantetur. In hoc ſecundo actu habet homo nouum principium quamuis perpetuò illi addhęreſcat primi principij diſpoſitio, quæ in ſpermate impreſſa fuit in homine in potentia, at cum primùm homo cœpit aerem hunc extra matris vterum attrahere ſtatim potētia illa venit ad actum tempore debito, & aſsignato: quòd ſi primum haudquaquam obſeruare poſſumus, obſeruemus ſecundum, quo non minus præclarè operabimur, quàm cum primo.

His iactis, & ſic ſtantibus, ne de fato loquentes, irreligioſi videamur, & fabulas Pici Aſtrologis falſo impoſitas confirmemus, diſtinguimus Fatū & dicimus eſſe multiplex: Primò enim nil aliud eſt apud Sāctos Patres quàm diſpoſitio inhærēs mobilibus rebus, qua Deus ſuis quæque nectit ordinibus, ideſt vt dicamus Fatum eſſe ordinem rerū fiendarum in mente Dei explicatum in rebus humanis, quod Fatum in Deo eſt prouidentia, in rebus humanis fatum. Quod nomen cum ſit ethnicum, admonuit D. Auguſtinus 5. de ciuit. Dei Chriſticolas, vt ab eo in rebus diuinis, & in explicanda diuinę eſſentiæ virtute abſtineret. Quòd ſi quis virtutem, vel Dei poteſtatē ſub fati nomine appellet, ſententiam teneat & linguam coerceat. Hoc fatum (ſi ſic licet appellari) oīa moderatur, omni regit diſponit, & gubernat. Ineſt & in rebus fatū, quod nil aliud eſt, niſi ordo & cōnexio cauſarum ſuperiorum cum inferioribus, & generalium cum particularibus debitus ordo. Alexander in lib. de Fato, vult fatum eſſe naturam, vt ſi calor calefacit, id fato agere, ſi Sol illuminet, fato illuminare, & quę natura agūtur, fato operari. Verùm apud Stoicos, & Priſcillianiſtarum furioſam ſectā fatum eſt poſitio ſiderum ſub qua quis natus, ineuitabiliter aget omnia, aut perſe vel accidentaliter, quæ à ſideribus habuit. Reijciatur hæc opinio tanquàm peſtilens, falſa, hęretica, & certè malè egit Picus hanc Aſtologis imponens cum nunquàm illam imaginati fuerint. Demùm fatum, vt ſic id nominemus, eſt cœli impreſsio in ipſis rebus ſublunaribus, diſponens natum ad eorum inclinationem, quæ ſunt in eius electionis arbitrio: vnde non cogitur neceſſario natus, ſed ad ea ſecūdum ſiderum diſpoſitionē inclinatur, tùm in ipſo ſpermatis caſu, tum in vltimo ſui eſſe completo, vt per primum principium quando habetur ſciamus quæ in aluo, per ſecundū verò quę toto vitę tempore contingere ſolent.

*Quid ſit Fatum.*

Ad rationes reſpondeo. Fatum imprimi in caſu ipſius ſpermatis, tunc conſtellatio influxum impri-



Digitized by Google

mit ſuum,& accipiatur fatum vltimo, ſiue etiã primo modo, omnia enim in Deum motorem referũtur. Hęc ad primam rationem. Ad ſecundam dicimus, poſſe horam obſeruari cum inſtrumento & ſine inſtrumento, vt experientia monſtrat.

## TEXTVS.

Προθέσεως δὲ κατὰ τὸ παρὸν ἡμῖν οὔσης, καὶ τοῦτο τὸ μέρος ἐφοδικῶς ἀναπληρῶσαι, κατὰ τὸν ἐν ἀρχῇ τῆς δὲ τῆς συντάξεως ὑφηγούμενον ἐπιλογισμὸν περὶ τοῦ δυνατοῦ τῆς τοιαύτης προγνώσεως, τὸν μὲν ἀρχαῖον τῶν προρρήσεων τρόπον τὸν κατὰ δ' συγελικὸν εἶδος τῶν ἀστέρων πάντων ἢ πλείστων, πολύχουν τε ὄντα, καὶ σχεδὸν ἄπειρον, εἴτις αὐτὸν ἀκριβοῦν ἐθέλει κατὰ τὴν διέξοδον. καὶ μᾶλλον ἐν ταῖς κατὰ μέρος ἐπιβολαῖς τῶν φυσικῶς ἐπισκεπτομένων, ἢ ἐν ταῖς παραδόσεσι θεωρεῖσθαι δυναμένων, παραιτησόμεθα, διά τε τὸ δύσχρηστον καὶ τὸ δυσδιέξοδον. τὰς δὲ πραγματείας αὐτάς, δι' ὧν ἕκαστα τῶν εἰδῶν κατὰ τὸν ἐπιβληματικὸν τρόπον συνορᾶται, καὶ τὰς κατὰ τὸ ἰδιότροπον καὶ ὁλοσχερέστερον τῶν ἀστέρων πρὸς ἕκαστον, ποιητικὰς δυνάμεις, ὡς ἔνι μάλιστα παρακολουθηκῶς, καὶ ἐπιτετμημένως κατὰ τὸν φυσικὸν στοχασμὸν ἐκθησόμεθα, τοὺς μὲν τοῦ περιέχοντος τόπους, πρὸς οὓς ἕκαστα θεωρεῖται τῶν ἀνθρωπίνων συμπτωμάτων καθάπερ σκοπὸν, οὗ δεῖ προκαταστοχάζεσθαι προυποτιθέμενοι, τὰς δὲ τῶν τοῖς τόποις κατ' ἐπικράτησιν τῶν συνοικειουμένων σωμάτων ποιητικὰς δυνάμεις, ὥσπερ ἀφέσεις βελῶν κατὰ τὸ ὁλοσχερέστερον ἐφαρμόζοντες, τὸ δὲ τῆς συγκράσεως τῆς ἐκ πλειόνων φύσεων, περὶ τὸ ὑποκείμενον εἶδος συναγόμενον ἀποτέλεσμα καταλιπόντες ὥσπερ εὐστόχῳ τοξότῃ, τῷ τοῦ διασκεπτομένου λογισμῷ. πρῶτον δὲ περὶ τῶν καθόλου διὰ τὴν κατὰ τῆς ἐκτροπῆς ἀρχὴν θεωρουμένων ποιησόμεθα τὸν λόγον κατὰ τὴν προσήκουσαν τῆς τάξεως ἀκολουθίαν. πάντων μὲν ὡς ἔφαμεν τῶν φύσιν ἐχόντων διὰ ταύτης λαμβάνεσθαι δυναμένων, συνεργησόντων δέ, εἴτις ἔτι περιεργάζεσθαι θέλοι πρὸς μόνα τὰ κατὰ σύγκρισιν ἰδιώματα, καὶ τὸν κατὰ τὰς σπορὰς χρόνον, διὰ τῶν τῆς αὐτῆς θεωρίας ὑποπιπτόντων ἰδιωμάτων.

AT quoniam in hoc ſermone noſtra intentio eſt, vt hanc ſcientiæ partem ſolerti tramite manifeſtemus, ſicut promiſimus in huius libri primordio, vbi ad hũc prognoſticandi modum peruenire poſſe probauimus: & quoniam antiquiſsima via prognoſticandi, quæ eſt ſecundum omnium ſtellarum, vel plurium commixtionem, multorum eſt modorum, & ferè infinita, cum quis eam planè, & apertè perſcrutari tentauerit. Maximè autem in futuris particularibus, quæ à naturarum ſpeculatoribus inquiruntur, quod in narrationibus, quæ ab ipſis dicta fore dicuntur, inueniri poteſt, & propter eius vſus grauitatem & eius explanationis difficultatem, nos hæc prætermittere deliberauimus. Illius autẽ magiſterij prognoſticationem, per quam vnaquæque ſpecierum in perſcrutandi modo depræhẽditur manifeſtare nec non vires opifices propriæ ſtellis cum perfectione per hoc quod conſequi poteſt, via naturalis coniecturæ compendioſe narrare intendimus. Nec oportet vt ad qualitates rei cirundantis, per quas vnumquodque accidens, quod accidit homini, depræhenditur, noſtra tradatur intentio: Sed generaliter conuenit, vt vires corporum opifices cum locis ſibi cõſimilibus coniungamus ſuper victoriæ dominationiſque modum ſicut in emiſsione ſagittæ facimus, at futuri quod in hac ſubiecta ſpecie per multarum naturarum collectionem colligitur, ei qui ſuper ipſum ita deliberauerit, & perſpicaciter inquiſierit, ſicut ſagittator, quum benè ei euenit ad ſignum obſeruationem relinquimus. Noſtri verò ſermonis initiũ in rebus vniuerſalibus in principio, quod eſt in exitu infantis apparentibus velut congruo conuenit ordini, ponemus, quum per hoc principium ad eſſe omnium rerum hanc naturam habentium, ſicut diximus peruenire poſſumus: proprietates autem, quæ hora caſus ſpermatis innaſcuntur, per hãc eandem obſeruationis ſpeciem ab illo qui ſolas proprietates, quæ in ipſa eadem collectione fuerint, ſagaciter perſcrutabitur & ſubtiliter inueſtigauerit, depræhenduntur.

### *COMMENTARIVS.*

QVoniã antiqui potius tenebras, quàm lucẽ, cõfuſionẽ quàm deciſionẽ in hoc principio inueniẽdo afferebãt, & quod dictũ videtur incredibile, ſingulas quaſq; ſtellas ſcrutabantur, & vnũquemq; motũ cõſiderabãt, hinc concludit Ptolemęus, impoſsibile eſſe veram cõſequi regulã hui° princi

principij inueniendi: nã iſti particularia, & minutiſsima volebant anteuertere, quum ſcientia generalia tantum, & vniuerſalia debeat conſiderare. Albubater dicit quòd Aegyptij fuerunt harũ tenebrarum auctores: nam vltra duodecim ſigna diuiſerunt zodiacum in duas decamorias, & decamorias in nouenas partes, & nouenas in partes vnas, & in omni ſigno imaginantur imaginem depictã, & omnis imago conſtat 30. gradibus & omnis imago habet tres decamorias: & ſic diuidunt omnem decamoriam in decem partes: & omnis pars habet ſuã imaginẽ. Sed quia nec ſenſu nec ratione omnia iſta conſtant, ideò reijcieda ſunt à doctrina vt optimè conſulit Abraham Iudæus. Sunt perinde aliæ regulæ in Aberagele & Aneliſafe & in Omare & alijs qui minutatim & ſigillatim vim ſtellarum, locũ, ſitum examinare volunt, ita vt nihil certi ab eis capi & haberi poſsit. Nam ſæpe in iudicijs incidunt in contradictionem dicentes ſi dominus aſcendentis fuerit ſic poſitus, & dominus ſecundę domus ſic, eueniet aliquando bonum & aliquando malum. Adde ꝙ venantur partem ad partem, id eſt à parte fortunę ad aliam accipiunt partẽ, cum locus fortunæ ſit imaginarius, nam ſi intelligerent debere accipi partem à planetis, à diſtantijs ſtellarum vt infra declarabimus, benè dicerent, nam in diſtantia ſcilicet pars fortunæ eſt proportio luminis vt infra declarabimus. Sit igitur imprimis cõcluſum, ratum, firmúmque, vt dicit Ptolemæus, ꝙ cum ſcientia ſit vniuerſalium, reijcienda ſunt multa priſcorum dogmata propter curioſam rerũ particularium multiplicationem, inuolutionémque: Secundo loco diligenter animaduertẽda eſt vniuſcuiuſque rei ſpecies, & ſecundum rei poſitionẽ ac ſtellæ diſpoſitionem habẽtis plures iuriſdictiones in loco illo, erit iudicium faciẽdũ. Vt ſi locum fortunæ reſpicis, vide huius loci quinam Planetę ſint diſpoſitores, ſi benè diſpoſiti, erit fortunatus: econtrà ibunt diuitiæ in præceps: & ſic de tempore: nã exiſtẽte domino domus partis matutino, citò id fiet: ſi veſpertinus extiterit, tardè.

## T E X T V S.

### Περὶ μοίρας ὡροσκοπούσης.

Ἐπεὶ δὲ καὶ περὶ τοῦ πρώτου καὶ κυριωτάτου, τουτέστι τοῦ μορίου τῆς κατὰ τὴν ἐκτροπὴν ὥρας, ἀπορία γίνεται πολλάκις, μόνης μὲν ὡς ἐπίπαν τῆς διὰ ἀστρολάβων ὡροσκοπίων κατ᾽ αὐτὴν τὴν ἔκτεξιν διοπτεύσεως, τοῖς ἐπιστημονικῶς παρατηροῦσι, τῷ λεπτῷ τῆς ὥρας ὑποβάλλειν δυναμένης, τῶν δὲ ἄλλων σχεδὸν ἁπάντων ὡροσκοπίων, οἷς οἵ τε πλεῖστοι τῶν ἐπιμελεστέρων προσέχουσι, πολλάκι διαψεύδεσθαι τῆς ἀληθείας δυναμένων, τῶν μὲν ἡλιακῶν παρὰ τὰς τῶν θέσεων καὶ τῶν γνωμόνων ἐπισυμπιπτούσας διαστροφάς, τῶν δὲ ὑδρολογίων, παρά τε τὰς φύσεις τοῦ ὕδατος ὑπὸ διαφόρων αἰτιῶν, καὶ διὰ τὸ τυχὸν, ἐποχάς τε καὶ ἀνωμαλίας, ἀναγκαῖον ἂν εἴη παραδοθῆναι, τίνα ἄν τις τρόπον εὑρίσκοι τὴν ὀφείλουσαν ἀνατέλλειν μοῖραν τοῦ ζωδιακοῦ κατὰ τὸν φυσικὸν, καὶ ἀκόλουθον λόγον, προϋποτεθείσης τῆς κατὰ τὴν διδομένην σύνεγγυς ὥραν διὰ τῆς τῶν ἀναφορῶν πραγματείας εὑρισκομένης. δεῖ δὴ λαμβάνειν τὴν τῆς ἐκτροπῆς προγινομένην ἔγγιστα συζυγίαν, ἐάν τε σύνοδος ᾖ ἐάν τε πανσέληνος, καὶ τὴν μοῖραν ἀκριβῶς διασκεψαμένους, συνόδου μὲν οὔσης τὴν ἀμφοτέρων τῶν φωτῶν, πανσελήνου δὲ τὴν τοῦ ὑπὲρ γῆν αὐτῶν ὄντος κατὰ τὸν χρόνον τῆς ἐκτροπῆς, ἰδεῖν τοὺς πρὸς αὐτὴν οἰκοδεσποτικὸν ἔχοντας λόγον τῶν ἀστέρων, τοῦ τρόπου καθόλου τοῦ κατὰ τὴν οἰκοδεσποτίαν ἐν πέντε τούτοις θεωρουμένου, ἔν τριγώνῳ τε καὶ οἴκῳ, καὶ ὑψώματι, καὶ ὁρίῳ, καὶ φάσει, ἢ συσχηματισμῷ, τουτέστιν, ὅταν ἑνὸς τινος ἢ καὶ πλειόνων τούτων, ἢ καὶ πάντα ὁ ζητούμενος ἔχει τόπος, πρὸς τὸν μέλλοντα οἰκοδεσποτήσειν. Ἐὰν μὲν οὖν ἕνα πρὸς ταῦτα πάντα, ἢ τὰ πλεῖστα οἰκείως διακείμενον εὑρίσκωμεν, ἣν ἂν ἐπέχῃ μοῖραν οὗτος ἀκριβῶς καθ᾽ ὃ παροδεύει δωδεκατημόριον ἐν τῷ τῆς ἐκτροπῆς χρόνῳ, τὴν ἰσάριθμον αὐτῇ κρινοῦμεν ἀνατέλλειν, ἐν τῷ διὰ τῆς τῶν ἀναφορῶν πραγματείας εὑρημένῳ ἐγγυτέρῳ δωδεκατημορίῳ. ἐὰν δὲ δύο, ἢ καὶ πλείους συνοικοδεσποτοῦντας. οὗ ἂν αὐτῶν ἡ κατὰ τὴν ἐκτροπὴν μοιρικὴ πάροδος ἐγγύτερον ἔχῃ τὸν ἀριθμὸν τῇ κατὰ τὰς ἀναφορὰς ἀνατελλούσῃ, τούτου τῇ ποσότητι τῶν μοιρῶν καταχρησόμεθα. εἰ δὲ δύο, ἢ καὶ πλείους ἔχοιεν τὸν ἀριθμὸν ἐγγύς, τῷ μᾶλλον ἔχοντι λόγον πρός τε τὰ κέντρα, καὶ τὴν αἵρεσιν κατακολουθήσομεν. ἐὰν μέντοι πλείων ᾖ ἡ διάστασις τῶν τῆς οἰκοδεσποτίας μοιρῶν πρὸς τὴν κατὰ τὸ ὁλοσχερὲς ὡροσκόπιον, ἤπερ πρὸς τὴν κατὰ τὸ ὅμοιον μεσουρανήματι τῷ αὐτῷ ἀριθμῷ πρὸς τὸ μεσουρανοῦσαν καταχρησάμενοι, διὰ ταύτης καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ κέντρου καταστησόμεθα.

DE

*De ſcientia gradus aſcendentis.* CAP. II.

CVM in re prima, quæ ſuſtentaculum eſt: quod eſt gradus aſcendentis, hora exitus infantis multoties innaſcatur dubietas, eo quòd in maiori parte horam egreſſionis abſque ſcrupulo ſcire nequit, niſi qui inter omnia horarum inſtrumenta per ſolum aſtrolabium obſeruauerit, alia quippe horarum inſtrumenta, quibus quamplures eorum qui verſantur in his inſpiciunt, multum fortaſſe falluntur, & à veritate declinant. Illis etenim, quibus ſol indicat horam propter eorundem declinationem in poſitione ſcioterorum, & ex ſcioterorum tortuoſitate contingit. Inſtrumentis autem horarum, quę per aquarum decurſus adaptantur, euehit ex aquarũ retentione, & decurſus differentia, quæ per differentes occaſiones, vel per quamlibet aliam occaſionem ei cõtingentem aduenit, neceſſariò conuenit, vt viam qua gradus circuli ſignorum qui ſecundum naturalem rationem conſecutiuam debet eſſe, aſcendens depræhendi poſſe iudicemus. Poſtquam gradum aſcendentis verè depræhendimus, in via aſcenſionum per horam, quæ nobis attribuitur. Oportet igitur vt gradum coniunctionis, vel pręuentionis, quę ante natiuitatem ipſi proprior fuerit, inueniamus, & eum veraciter addiſcamus. Quod ſi fuerit illud in quo inuenerimus cõiunctionẽ vtriuſque luminaris, gradum accipiemus: ſi autem pręuẽtio fuerit, gradum luminaris ſuper terram exiſtentis obſeruabimus. Poſt hæc cui planetarum natiuitatis hora illius gradus diſpoſitionem habere cõuenit, inquiremus. Generaliter autẽ via qua planetę cõuenit diſpoſitio, his quinque rebus explicatur, quæ ſunt triplicitas, domus, exaltatio, terminus, apparitio, vel ſolis affinitas in figura. Eritque loci illius diſpoſitio planetæ, qui habuit in eo plus vna iſtarum fortitudinum, vel omnes. At ſi vni planetæ hęc omnia, vel plura inuenerimus, eius gradum ex ſigno, in quo fuerat ipſe in natiuitatis hora veraciter inuentum, obſeruabimus: dicemúſque quod gradus ſigni per aſcenſiones ferè accepti, qui ei in numero æquatur, ſit gradus aſcendentis. Si autem duos, vel plures planetas inuicẽ aſſociari inuenerimus aſpiciemus numerũ, quẽ vnuſquiſque perambulauerit, hora natiuitatis, & quicũque numerus fuerit proprior aſcẽdentis gradui, qui nobis per aſcenſiones apparuerit, ipſe erit aſcendens hora natiuitatis. Quod ſi numerum graduum duorum vel plurium planetarum propè numerum aſcendentis gradus, qui nobis per aſcẽdens exiuit, inuenerimus, illum, qui plures authoritates habuerit in angulis, & cuius fuerit Haiz, in hoc imitabimur. At ſi longitudo gradus Almudebhir à gradus aſcendentis abſque ſubtili obſeruatione reperto, maior fuerit longitudine ſui ipſis à gradu medij cœli, ipſa eadem via exquiſito illum eundem numerum gradum medij cœli conſtituemus, per quem alios angulos coæquabimus.

## COMMENTARIVS.

HOc in capite viam, modúmque venatur principium hominis inueniendi: & quia experti ſumus hanc regulã difficillimè intelligi, vnde fiunt craſſiſsimi errores, iuuenibus conſulens, exactam, liquidam, ac comprobatam regulam aſsignabo. Hoc principium dicit Ptolemæus poſſe duplici via quæri & venari. Primo modo, quia hoc principium eſt radix totius prognoſticationis, habeatur inſtrumentum Aſtrolabij exactiſsimum, & præſentes ſimus hora partus ſi poſsibile eſt, & ſi ortus fuerit diurnus, altitudinem Solis, ſi nocturnus, Lunæ accipiamus. Quòd ſi Luna non appareat, recurramus ad altitudinem alicuius ſtellæ, quę ſit ex prima magnitudine, vltra etiam altitudinem canis minoris, vel maioris, vel Baſiliſci, vel ſpicæ, vel oculorum Cancri vel Orionis, & aliorum, quos euidenter habemus. Ad hunc vſum hoc ſolum inſtrumentum exactiſsimum eſſe ex hoc liquido cõſtat, quod cætera horologia defectuoſa ſint, nam ſi horologia ſolaria ſpectes, cõfecta ſtilo, vel gnomone, aut vmbra nimis comprimitur, aut in horologijs magnetis ſpacium tale eſt inter horam & horã vt impoſsibile ferè ſit medium, vel tertium horæ accipi. In horologijs arenæ, ſæpè humiditate puluis conglobatur, aliquãdo nimia ſiccitate velociori curſu mouetur, vt idem in horologijs aquarum vſuuenit, quæ ob aquæ craſsitiem, aut ſpiſsitudinem, aut abundantiam, vel defectum, nunc currũt velocius, nunc ocioſius conſiſtunt. At quamuis per Aſtrolabium omnia hæc impedimenta pellantur, nihilominus & ipſummet Aſtrolabium ſæpè ſępius nihil ad gradum hunc horoſcopi veſtigandum confert: Vel quòd obſtetrix, & aſtantes præciſam partus horam, & punctum haud notarunt, vel confuſè, aut ſi diſtinctè, & præciſè notarunt, tamen & forſitan nebulæ, & pluuiæ, & caligines vſum Aſtrolabij nobis auferunt, & furantur. Hinc Ptolemæus ad regulam nobis tradendam ſe confert, in qua vt multi antiqui ſudarunt, ità & infiniti moderni in ea hallucinati ſunt. Vult ergo, nos principium & primum interlunium, & pleniſunium, quod natiuitatem illam præcedat, quam diligentiſsimè obſeruemus; quia ſi nouilunium præcedat, vtriusque luminis gradus conſiderandi ſunt, vt ſi fuerit in Ariete, obſeruemus gradum luminum in Ariete ac ſeorſum

ſum ponamus in quocunque gradu fiat nouiluniũ, aut nono vel decimo vel alio quouis. Si autem plenilunium fuerit, neceſſum eſt accipere gradum luminis exiſtentis ſuper terram, ſi in die Solis, ſi in nocte Lunæ: quia in plenilunio Luna eſt ſuper terram, gradus Lunæ accipiendus eſt. At ſi poneretur Sol in gradu orientis, & Luna in gradu occidentis, vel ecõtrà Luna in gradu orientis, & Sol in gradu occidentis, horum luminum quis accipiendus eſt gradus? Reſpondet Ptolemæus accipiendũ eſſe gradum luminis, quod eſt in ortu, ſiue Solis ſiue Lunæ: & erigatur thema cœli ad horam datã ipſius natiuitatis, ſit quæcunque aut ſecunda vel tertia aut quarta: erecta figura videndum eſt ſecundum Ptolemæum, quiſ quinque Planetarum, ſcilicet Saturni, Iouis, Martis, Veneris & Mercurij habeat plures iuriſdictiones in illo loco, ſcilicet in gradu interlunij, vel plenilunij. Nota tamen, auctorem non intelligere planetarum gradum, quando fuit interlunium, vel plenilunium, ſed vult, vt in hora natiuitatis obſeruemus qui Planetarum maiores poſſideat dignitates in gradu illo oppoſitionis, vel coniunctionis luminariũ. Semperque ad illius loci inſtar in angulo ſigni ponendus eſt gradus in hominis natiuitate (dico hominis non alicuius beſtiæ) in promptu ratio eſt, quia vna ſtella debet habere partes ſui ſigni ſimiles partibus alicuius anguli illius natiuitatis. Quòd ſi plures eſſe diſpoſitores contingat, hoc eſt in loco illo multas ſtellas dominatrices, illa dubio procul ſeligenda eſt, quæ alicui ex cardinibus, vel angulis videbitur eſſe proximior. Ita vt orientis gradus ad numerũ illius ſtellæ dominantis, & cæteris anteſtantis deducendus eſt: ſi verò plures planetę præſunt, ad proximiorem numeri gradum æquetur. Id exemplo clariſsimè patefaciam. Sit horoſcopus decimus gradus Leonis & plenilunij, vel nouilunij præcedentis ſint diſpoſitores tres, at vnus in ſuo ſigno habeat gradus 8. alius 14. alius tres, quoniam decimus horoſcopi gradus proximior eſt octauo quàm cæteris, ideò aſcendens ad octauũ dirigatur gradũ, & ſic erigantur cætera zodiaci ſigna. Summa ergo canonis eſt, vt in natiuitate cuiuſuis interluniũ & pleniluniũ immediatè præcedens conſideremus, & gradũ anguli primi vel decimi reducamus ad ſimilem gradum illius ſtellæ, quæ plenilunij, & interlunij gradibus pręfuit, quod ſi plures ſtellæ diſpoſitrices fuerint, gradui noſtro æſtimato accipimus proximiorem. Quæritur hic, & non immerito, an hæc aſcendẽtis rectificatio ſit vndiquaque perfecta, nam & Picus, & alij quamplurimi inſurgunt contra Ptolemæum, & annis elapſis quidam Aſtrologus Hiſpanus mathematicus non ſpernẽdus multa in me argumenta congeſsit. Quòd Ptolemæi dogma ſit falſum, oſtendit Abrahamus Iudæus, qui in principio ſui de natiuitatibus libri dicit ſæpiſsimè optimo Aſtrolabio conſideraſſe in climate noto, nunquamque ſe reperiſſe Planetam aliquem cõuenientiam habere cum aliquo angulorum, imò aliquãdò Planetam per tres horæ quartas diſtitiſſe, hoc eſt 45. minutis: ergo fefellit illum in tribus horæ quartis. error certe non paruus. Adde quòd ex hac regula ſequeretur, quòd natus in principio horæ, & natus in medietate, nati eſſent in eodem tempo-

Nota.

Concluſio canonis.

Quæſtio.

ris ſpatio, quòd abſurdiſsimum, & prorſus in eodem climate, & ciuitate impoſsibile probatur. Sit horoſcopans tertius gradus Leonis in natiuitate Andreæ, & in natiuitate Frãciſci horoſcopetur decimusquartus gradus ipſiuſmet Leonis, inueniatur dominus præcedẽtis interlunij vel plenilunij Mercurius in decimo Leonis gradu. Non ne ſecũdum regulæ vigorem amborum natiuitatis aſcendens redigendus eſt ad decimum Leonis gradum? ergo vi canonis dabitur vtriſque idẽ temporis inſtans, in eorum natiuitatis [illegible] Picus item more ſuo argutatur. Offeratur Natiuitas Iuliani Mathematico, petaturque prognoſticatio. Quòd ſi mathematicus petat horam æſtimatiuam, ſcilicet eſſe verã, an nõ: petit à mathematico viciſsim Picus. Illa hora poteſt ne eſſe alterius quàm Iuliani? ſi põt eſſe, cur hæc, & non illa ad regulam redigenda eſt? Sinõ põt eſſe alterius, quàm Iuliani, ergo partes aliquæ temporis dabuntur in quibus homines oriri non poterunt. Demùm credit Picus, ſe falſitatis hoc dogma conuiciſſe, propterea quòd ſi in aphoriſmis Ptolemæ' dixit aphor. 51, Signũ in quo fuerit Luna in tempore geniuræ, fac aſcendens tempore Conceptionis, & econtrà, & doctrina aphoriſmorum eſt clara, liquida, perfecta, certiſsima. nõ ne oſtẽdit luce clarius tibi hãc doctrinam præſentis canonis non eſſe tutam, ratam, firmam?

Nos verò ratione, & obſeruatione ducibus cõtrarium demonſtramus, non tantum in vna genitura vel altera, ſed ferè in omnibus clariſsimorũ & illuſtriſsimorum principum natiuitatum figuris. Conſideraui mortem, & genus mortis Pontif. Maximi Leonis decimi, & inueni quòd diſpoſitores gradus interlunij natiuitatẽ hãc immediatè præcecedẽtis erãt Mars, Iupiter, & Venus. Verũ Mars erat particeps triangularitatis, vt dicitur à Ptolemæo cap. 19. Lib. I. Iupiter verò habebat domicilium, & triangularitatẽ, quia genitura erat nocturna. Quapropter reſpexi ad gradum æſtimatum regiæ domus, qui ſecundum æſtimationem erat vndecimus grad. ferè Libræ. Et quia Iupiter erat depreſſior quàm Mars, & ipſe Mars erat cõditione, & magis cõueniens in numero culmini, ſcilicet in decimoquinto gradu. & 30. min. Virginis: quare ego poſui culmen cæli in decimoquinto grad. 30. minutis Librę. cũ numerus Martis fuit proprior culmini q̃ horoſcopo. vnde ad clima Florentinum venit horoſcopus 20. partes cum 40. minutis ſagittarij: ſecundum Ptolemæi regulam: & ſic Iouem, quamuis fuerat dominus interlunij, quoniã fuit ſub terra, non accepi: erat enim in duodecimo gradu Aquarij in ſecunda cæli domo. & Venerem etiam nõ accepi: quia erat ſub radijs ſolis, quamuis conueniat ferè cum horoſcopi gradu.

Poſtea cum nouerim ex progreſsione ipſius horoſcopi ad diametrum Saturni exiſtentis in octauo gradu Leonis, qui continebatur in octaua cęli domo & vt habetur in decimo cap. huius: Mars & Saturnus ſunt interfectores: Horoſcopi autem eſt, ſemper dare vitam: ex progreſsione igitur inueni, quòd in anno 47. vitæ ſuæ deperiret, & ita factum eſt. Ecce quòd eſt mãnifeſtum, & per ſuffocationem vel deſcenſum rheumatis mortuus eſt: quoniam Saturnus erat extra conditionem ſuam, & in

ſuo

Digitized by Google

ſuo detrimento, ideo minabatur ei mortem violentam.

**Leonis x. Natiuitas.**




In natiuitate Pontif. max. Clement. 7. nemo ferè inter Aſtrologos fuit, qui cum altero conueniret circa gradum horoſcopi: ego cum hoc Ptolemæi dogmate rectificaui aſcendens, inueni enim plenilunium immediatè præcedens, quintum gradum Geminorum attigiſſe, ac eiuſdem gradus Saturni Mercurij & Iouis, qui illi præerant, eſſe diſpoſitores. Verùm quia Saturnus repedabat extra conditionem ſuam exiſtens, Mercurius autem ſub radijs deliteſcebat, ipſos poſtpoſui, & Iouem aſſumpſi in culmine, & erat orientalis, & habebat participationem, in trigono & erat in ſuis finibus: habuimus enim in textu quòd ille accipiendus eſt, qui plures dignitates ſortitur, Iupiter tres habebat prærogatiuas, erat in culmine oriẽtalis, matutinus, & participationẽ in trigono hẽbat: erat enim in decimoſeptimo gradu, & minut. 17. Tauri. Ergo decimusſeptimus grad. Leonis cum aliquibus minutis fuit aſcẽdens ipſius, idque ita eſſe expertus ſum, dirigẽs gradũ hũc ad loca lethalia, nã cũ fuerit hilech Sol: directio aſcẽdẽtis ad diametrũ Lunæ interficit, vt aſſerit Ptolemæus. capit. 10. venit igitur in anno 56. vitæ ſuæ directio aſcẽdentis ad diametrum Lunę: Luna aũt erat in prĩcipio Arietis, & diametraliter opponebatur Librę: Libra autem notiſsimum eſt, inteſtina ſignificare: eodem ergo anno doloribus cholicis afflictatus, interijt, ſtatim poſt progreſsionem illam. Ad huius facti confirmationem deliquium acceſsit Lunæ, circa 20. gradũ Leonis: infra tres gradus, & quòd deliquium Lunæ infra tres gradus interimat, in aphoriſmo 24. diximus abundè.

*Clemẽtis VII. Natiuitas.*




Oblata etiam mihi dum Senis tranſirem natiuitate Cardinalis Piccolominei, circa quam celebres mathematici deſudarant, nam ſecundum horam æſtimatam ad vigeſimumquartum gradũ Virginis, aliqui per conceptionis methodum in vigeſimo gradu Virginis poſuerant aſcendens. Rectificaui eam ad hanc Ptolemæi regulam inuenique nouilunium in vndecimo gradu Libræ, cui gradui præerant Saturnus

Mercurius

Mercurius & Venus, nam Saturnus habet eodem in loco altitudinem: Mercurius habebat trigonum quia natiuitas erat nocturna, & Venus erat domina domicilij. Rectificaui ergo illam ad regulam Ptolemæi, ſcilicet ad inſtar Veneris, quoniam ipſa erat in ſecundo gradu Libræ in propria domo & in horoſcopo: vnde erat fortior & melius conſtituta: quam reliqui planetæ: qui non erant in ſuis dignitatibus, & erant magis remoti ab æſtimatiua hora. Cum autem vidi gradum illum propiorem, poſui horoſcopum ad duos gradus Libræ: poſtea ex directione horoſcopi ad quadratum Martis, in anno 62. ſuæ vitæ currente vita functus eſt. Nam corpora maleficarum ſtellarum, & earum quadrangulationes, & oppoſitiones vitam auferunt ſecundum omnium Aſtrologorum opinionem, & ſimiliter alia loca hilegialia, cum ad eoſdem maleficos aſpectus pertigerint, eodem pacto vitam eripiunt. Cum igitur per progreſſionem, & directionem horoſcopus venit ad quadratum Martis, vitam finiuit.




*Ioannes Piccolomineus, Senenſis Epiſcopus Card. Oſtienſis, & Decanus, obiit Senis, an. 1538. ibique in cathedrali ſepultus eſt.*

Rectificavi etiam natiuitatem Nicolai Ardinghelli Florentini Cardinalis ſecũdum dogma Ptolemæi qui anno 1539. die 20. Quintilis menſis in Valle ſpoletana, ruſticorũ furore accepit in capite vulnera ſeptem, & pleraque alia in pectore, & ſemimortuus iacuit humi proſtratus horis duabus. Inueni igitur pleniluniũ præceſſiſſe eius genituram: fuit autẽ plenilunij gradus in ſecundo gradu Libræ, & præfuerũt ei Saturnus, & Mercurius, & Venus: quia Venus habet ibi domicilium: Mercurius autẽ trigonũ: quia erat nocturna natiuitas. Saturnus enim tenebat altitudinem. Sed cũ eo Mercurius, & Venus erãt ſub radiis Solis: erant autem cum Sole prope ad partes: quare dimiſi eos, & accepi Saturnũ maximè: quia Saturni numerus erat valde propinquus numero horoſcopi: reduxi quidem gradum Saturni ad gradum horoſcopi: qui a æſtimatiua erat, ad quartum gradũ Sagittarij. Redegi verò horoſcopũ, & nõ curaui mutare aſcẽdẽs ad vigeſimũ octauum gradũ & 55. mi. Scorpionis. Quòd autẽ benè regulaſſem natiuitatem deducam: quia obſeruaui progreſſionẽ horoſcopi & reduxi ad quadratum Solis. Erat autem Sol in domo quarta, & infortunabatur à Saturno ex quadrato aſpectu: nã ille hoſtilis eſt, & maleficus, & maximè quia virtuti eius augetur, quod eſt propter aggregationem multorum radiorũ diſtemperaturæ, & maximè quod Saturnus erat in loco malefico in octaua cæli domo. Cum ergo venit ad illum locum progreſſus anno 1547. die 23. Auguſti vita functus eſt.

|166 .22.30.|




*Nicolai Ardinghelli Natiuitas.*

Rvrsvs, ſecundum Ptolemæi regulam rectificaui natiuitatem Petri Aloyſij ducis Caſtri, cuius natiuitatem præceſſit, nouilunium in ſexto gradu Sagittarij: præfuerũt autem Iupiter & Sol: quia Iupiter habebat domum, & Sol tantum trigonũ: erat autẽ natiuitas diurna: rectificaui ergo natiuitatem Animodar ad inſtar Iouis: vidi quidem Iouem reſpicientem gradum horoſcopi, & habentẽ altitudinem, & eſſe fortiorem, ſole, quia poſitus erat in Cancri ſigno: quare poſui locum Iouis in horoſcopo. Contuli igitur ad inſtar numeri Iouis. Quod experientia comprobaui eſſe benẽ factum: quia progreſſio orientis venit ad Lunæ diametrum exiſtentis in octaua cæli domo & infortunata: quia ſub radiis ſolis, & eius antiſcium à maleficis ſtellis violabatur: quare intulit mortem violentam, vt omnes norunt, Sed in 8. c. li. 4. de hac materia dicemus illuſtrius. Et quamuis hæc via ſit tutiſsima, & progreſsionis via, nihilominus quia multi nõ potuerunt inuenire hanc regulam ad amuſsim, dixerunt geniturras eſſe cõprobatas ab effectu, ego verò talem regulam ſemper eſſe veriſſimam dico.

*Petri Aloyſij Natiuitas.*




Observavi, in genitura Iulij ſecundi pontificis maximi, quam genituram præceſsit plenilunium in 6. gradu Cancri. Luna igitur præfuit cum Ioue & Marte illi gradui: quare neceſſe fuit rectificare natiuitatẽ illam ad inſtar alicuius horum trium: Non Iouis: quia non aſpiciebat neque horoſcopum, neque gradum medij cæli. Non Martis: quia erat cadens, rectificaui ergo ad inſtar Lunæ: quod poſtea obſeruatione cõprobaui: quia in anno 1512. fuit celebrata eclipſis Lunæ in diametro aſcendentis ad vnũ gradum ferè: quare in menſe Februarij ſequẽte, vita functus eſt: quoniam eclipſis in Cardinalibus genituræ noxia eſt, vt Ptolemæus dixit: imò cum Sol eſſet dator vitæ per directionem ſecundum ſeriem ſignorum venit in anno 68. ad quadratum Martis: quare vitam compleuit.

*Iulij II. Natiuitas.*




Item

Item obſeruaui in genitura Fráciſci Sfortiæ ſecundi ducis Mediolani, quam præceſsit interlunium in gr. decimoſexto Aquarij: cui loco præfuerunt Saturnus & Mercurius: quia Saturnus habebat domum & triangularitatem, & Iupiter habebat ibi participationem triãgularitatis. Rectificaui igitur ad inſtar Saturni: quia propter celerem diſpoſitionem Mercurius, & Iupiter non poterant accipi, & ſic poſui in horoſcopo decimum quintum gradũ & 5. minuta Piſcium: ſicut erant gradus Saturni: quod patuit ex obſeruatione: quia cum primum venit horoſcopus per progreſſionem ad quadratum ſolis, vita functus eſt anno. 40. ſuæ vitæ.

*Franciſci Sfortiæ II. Natiuitas.*




Observavi, in genitura Alphonſi primi ducis Ferrariæ, horoſcopum ad inſtar huius regulæ decimũ octauũ gradũ Aquarij. Quod poſtea duæ eclipſes compubarunt, quia anno. 1533. & 1534. contigerunt duæ eclipſes, vna ferè partilis ad horoſcopum: quia horoſcopabat 18. gr. Aquarij, & eclipſis fuit in gradibus 19. Altera verò eclipſis fuit in 20. gradu Leonis: eodem anno vitam terminauit.

*Alfonſi primi Natiuitas.*

*Obiit morte naturali 1534. an. ætatis ſuæ 58.*






Digitized by Google

RVRSVS, ſecundum Ptolemæi regulam rectificaui natiuitatem Petri Aloyſij ducis Caſtri, cuius natiuitatem præceſsit, nouilunium in ſexto gradu Sagittarij: præfuerũt autem Iupiter & Sol: quia Iupiter habebat domum, & Sol tantum trigonũ: erat autẽ natiuitas diurna: rectificaui ergo natiuitatem Animodar ad inſtar Iouis: vidi quidem Iouem reſpicientem gradum horoſcopi, & habentẽ altitudinem, & eſſe fortiorem, ſole, quia poſitus erat in Cancri ſigno: quare poſui locum Iouis in horoſcopo. Contuli igitur ad inſtar numeri Iouis. Quod experientia comprobaui eſſe benẽ factum: quia progreſsio orientis venit ad Lunæ diametrum exiſtentis in octaua cæli domo & infortunata: quia ſub radiis ſolis, & eius antiſcium à maleficis ſtellis violabatur: quare intulit mortem violentam, vt omnes norunt, Sed in 8. c. li. 4. de hac materia dicemus illuſtrius. Et quamuis hæc via ſit tutiſsima, & progreſsionis via, nihilominus quia multi nõ potuerunt inuenire hanc regulam ad amuſsim, dixerunt genituras eſſe cõprobatas ab effectu, ego verò talem regulam ſemper eſſe veriſſimam dico.

*Petri Aloyſij Natiuitas.*




OBSERVAVI, in genitura Iulij ſecundi pontificis maximi, quam genituram præceſsit plenilunium in 6. gradu Cancri. Luna igitur præfuit cum Ioue & Marte illi gradui: quare neceſſe fuit rectificare natiuitatẽ illam ad inſtar alicuius horum trium: Non Iouis: quia non aſpiciebat neque horoſcopum, neque gradum medij cæli. Non Martis: quia erat cadens, rectificaui ergo ad inſtar Lunæ: quod poſtea obſeruatione cõprobaui: quia in anno 1512. fuit celebrata eclipſis Lunæ in diametro aſcendentis ad vnũ gradum ferè: quare in menſe Februarij ſequẽte, vita functus eſt: quoniam eclipſis in Cardinalibus genituræ noxia eſt, vt Ptolemæus dixit: imò cum Sol eſſet dator vitæ per directionem ſecundum ſeriem ſignorum venit in anno 68. ad quadratum Martis: quare vitam compleuit.

*Iulij II. Natiuitas.*




ITEM

Item obſeruaui in genitura Fráciſci Sfortiæ ſecundi ducis Mediolani, quam præceſsit interlunium in gr. decimoſexto Aquarij: cui loco præfuerunt Saturnus & Mercurius: quia Saturnus habebat domum & triangularitatem, & Iupiter habebat ibi participationem triágularitatis. Rectificaui igitur ad inſtar Saturni: quia propter celerem diſpoſitionem Mercurius, & Iupiter non poterant accipi, & ſic poſui in horoſcopo decimum quintum gradū & 5. minuta Piſcium: ſicut erant gradus Saturni: quod patuit ex obſeruatione: quia cum primum venit horoſcopus per progreſſionem ad quadratum ſolis, vita functus eſt anno. 40. ſuæ vitæ.

*Franciſci Sfortiæ II. Natiuitas.*




Observavi, in genitura Alphonſi primi ducis Ferrariæ, horoſcopum ad inſtar huius regulæ decimū octauū gradū Aquarij. Quod poſtea duæ eclipſes compubarunt, quia anno. 1533. & 1534. contigerunt duæ eclipſes, vna ferè partilis ad horoſcopum: quia horoſcopabat 18. gr. Aquarij, & eclipſis fuit in gradibus 19. Altera verò eclipſis fuit in 20. gradu Leonis: eodem anno vitam terminauit.

*Alfonſi primi Natiuitas.*

*Obiit morte naturali 1534. an. ætatis ſuæ 58.*



RVRSVS, dominus Petrus Hiſpanus Cappellanus ſereniſſimi domini Ioānis de Auſtria Lugduni dedit mihi natiuitatē dicti ſereniſſimi domini: quam rectificaui ſecūdū regulā Ptolomæi ad inſtar Lunæ, & niſi meū iudicium pro reuolutione anni 1578. ad eius dominum in quo anno eius mortē prognoſticaui: ſicut patet apud plurimos amicos meos. Inueni igitur nouilunium in 12. gradibus Piſcium, præceſſiſſe eius genituram cui loco dominabātur Iupiter, Mars Luna, & Venus: quoniam Iupiter habebat domum, terminos, & fines: Venus exaltationem: Mars triangularitatem, quia natiuitas erat nocturna, & Luna erat particeps in triangularitate. Iouem autem reperi infortunatū & cadētem ab angulo, & Venerē in ſuo detrimento: Martem vero cadentem & in ſuo detrimento: quapropter reieci eos, & rectificaui horoſcopum ad inſtar Lunæ, & poſui in Aſcendente 6. gradus & 53. minuta Sagitarij. Quod autem benè regulaſſem natiuitatem deducam: quia obſeruaui progreſſionem horoſcopi ad corpus Saturni in anno 32. currente ætatis eius. Nam aſpectus iſte eſt hoſtilis, & maleficus. Cū igitur venit horoſcopus ad illū locum per directionē, ſcilicet in anno 1578. vita functus eſt.

*Ioannis de Auſtria Natiuitas.*




OBLATA, fuit mihi natiuitas Roberti Pucci Florentini Cardinalis, quam rectificaui ſecūdum dogma Ptolemæi ad inſtar Mercurij: Inueni igitur plenilunium immediate præcedens natiuitatem fuiſſe in 7. gradibus Geminorum. Nam Mercurius, & Iupiter perāt huic gradui, & vnuſquiſque horū diſponebat dictū plenilunīū: quoniam Mercurius habebat domū & triāgularitatē, quia natiuitas erat nocturna. Iupiter autē tenebat participationē in triangula tate, terminos, & fines. Erant enim æquales in dignitatibus: tamē accepi Mercuriū, q erat magis conueniēs in numero Culminis cæli, ſcilicet gr. 0. 14. min. Geminorum. Quare poſui culmen cæli ad eumdem gradū videlicet gr. 0. min. 14. Aquarij vnde ad clima Florentinum venit aſcendens ad 23. partes cum 8. minutis Tauri. Quod autē iſte gradus fuerit verus horoſcopi, primum direxi gradum hūc ad terminos Saturni, qui cū in anno 1549. & ſuæ ętatis. 85. veniſſet ad Saturni terminos, vitam terminauit ex hernia ventoſa, quę erat in veſica ad inſtar ſui capitis: Secundò, direxi horoſcopū etiam ad trigonum Lunæ in ſignis breuium aſcenſionum, qui quidem aſpectus æquiparatur aſpectui quadrato, vt dicitur à Ptolomæo cap. 10. lib. 3. & venit talis directio in annis 85. Quare vita functus eſt.

*Ruberti Pucci Natiuitas.*




CVM

Cvm autē degerem Romæ anno 1557. & eſſem Hieronymi de capite Ferreo Romani Cardinalis familiaris, data fuit mihi eius natiuitas: quam rectificaui ſecūdum regulam Ptolemæi. Erat autem proximum genituræ ipſius plenilunium in 6. gr. Aquarij, cui loco præſunt Saturnus & Mercurius. Saturnus autem in eodem loco habebat domum, & Mercurius triangularitatem, & terminos, quia natiuitas eſt nocturna, vnde inueni eos pares in dignitatibus. Sed quod maius eſt, Saturnus erat in domo cadenti, & in ſuo detrimento, & ideo reieci eum & accepi Mercurium pro rectificatione natiuitatis. Erat autē numerus culminis valde ſimilis numero Mercurij. Quapropter rectificaui figuram natiuitatis ad inſtar Mercurij. poſui igitur in culmine 16. gr. 2. m. Capricorni: vnde ad clima Romanum venit aſcendens o. gr. cum 5. minutis Tauri: ſecundum regulā Ptolemæi. Quod autem benè regulaſſem natiuitatem, deducā: quia obſeruaui horoſcopi progreſsionem ad Martis ſextilem in ſignis multarum aſcenſionū, qui quidem aſpectus dicitur eſſe æqualis quadrato, vt dicit Ptolomæus: quare cum veniſſet ad illum locum, progreſſus horoſcopi anno 1559. & ſuæ ætatis 58. vita functus eſt.

*Hieronymi de Capite Ferreo Natiuitas.*




Rvrsvs, natiuitatem Antonij Regis Nauarræ, & ducis Vandomi, qui obiit morte violenta ex ſclopo apud Roanam anno domini 1562. rectificaui ſecundum regulam Ptolemæi, Fuit enim plenilunium in 29. gr. & 20. min. Arietis: huic loco Mars, Iupiter, & Saturnus præfuerunt: Mars autē habebat domicilium: Iupiter triangularitatem: quia natiuitas erat nocturna, & Saturnus erat particeps in triangularitate, & habebat terminos. Quare ad eius gradus rectificaui culmen cæli: quoniā Saturnus erat in ſuo domicilio: omiſi alios planetas, quia Mars erat in domo cadēti, & Iupiter in ſuo detrimento: vnde ad clima Pariſienſe venit aſcendens ad gr. 23. min. 27. Arietis. Quòd autem hæc natiuitas benè ſit rectificata, patet. Nam progreſsio horoſcopi in anno ætatis ſuæ currente 45. venit ad terminos Saturni, qui habebat Antiſciū ſuum in octaua cæli domo: quare anno domini 1562. vita functus eſt.

*Antonij regis Nauarræ Natiuitas.*



FRATER Iulianus Riſtorus Pratenſis, Carmelita, Theologus, & Mathematicus excellentiſsimus cum exponeret anno domini 1548. in Gymnaſio Piſano publicè Ptolemæi quadripartitum, quem ego audiui, & ipſo docente multa notabilia excepi, quæ ſcripta ſunt in hoc libro, dixit, quòd rectificauit natiuitatem Alexandri Medicis, Ducis Florentiæ ſecundum dogma Ptolemæi ad inſtar Solis per Animodar. Fuit enim plenilunium præcedens natiuitatem in gradib. 22. & minutis 24. Leonis. Cui loco, Sol habebat domicilium, & Iupiter triangularitatem: quoniam natiuitas æſtimatiua erat nocturna: Quare ipſe horoſcopum ad gradus Solis reduxit, videlicet ad partes 27. & minuta 38. Aquarij. Quapropter per iſtā rectificationem non potui tempus mortis ipſius Ducis inuenire. Quare ad gradus Iouis, qui erat in ſua conditione & domicilio, reduxi culmen cæli, ſcilicet ad partes 7. & minuta 14. Sagittarij: & Solem reieci, qui erat in ſuo detrimento poſitus. vnde ad clima Florentinum venit aſcendens ad 18. partes Aquarij, ſecūdum regulam Ptolemæi. Quamobrē inueni ex progreſſione horoſcopi ad terminos Saturni, & ad Martis trigonum in ſignis paucarum aſcenſionum, qui quidem aſpectus eſt ſimilis quadrato: vt dicit Ptolemæus, quòd in anno 24. currente vitæ ſuæ periret, & ita factum eſt. Ecce regula Ptolemæi eſt vera: & locus horoſcopi inuentus eſt verus.

*Alexandri Medicis Natiuitas.*




*Alexandri Medicis Natiuitas*




PETRVS

PETRVS de Sylua Hiſpanus vir ſcientificus, rectificauit natiuitatem Coſmi Medicis magni Ducis Hetruriæ, ſecundum regulam Ptolemæi ad inſtar Mercurij. Nam nouilunium præceſsit natiuitatem in 15. gradibus & 24. minutis Geminorum: cuius loci fuit gubernator Mercurius: quoniam ipſe habebat domicilium & triangularitatem: quia natiuitas erat nocturna: poſuit ergo in horoſcopo 24. grad. & 16. minuta Capricorni, ſicut fuit Mercurius in Cancro. Quod autem benè regulaſſet hāc natiuitatem, demonſtrauit horoſcopus, ſemper vitæ ſignificator, vt dicit Ptolemæus, qui per directionem venit ad terminos Martis, & ad quadratū Saturni, & ad trigonum Martis in ſignis paucarum aſcenſionum in anno 55. currente ſuæ ætatis. Anno domini 1574. Quare ipſo anno vitam compleuit. Et ſic relinquitur, regulam Ptolemæi eſſe veram.

*Coſmi Medicis Natiuitas.*




LVCAS Gauricus vir in mathematicis diſciplinis doctus natiuitatem Tyberij Bononienſis magni philoſophi, qui obijt morte naturali in gymnaſio Papienſi anno ætatis ſuæ currente 51. rectificauit, ſecundum regulam Ptolemæi ad inſtar Martis: quoniam nouilunium præcedens natiuitatem fuit in 28. gradibus Arietis. & Mars fuit in partibus 20. & minutis 28. Cancri, & reſpiciebat horoſcopum ex trigono aſpectu: quare poſuit Aſcendēs in gradibus 20. & minutis 28. Piſciū: quod patuit ex obſeruatione, quòd ille ſit verus gradus horoſcopi. Nam directio ipſius horoſcopi venit in anno 51. ad corpus Saturni, & ad Caudam Draconis Lunæ: quare vita functus eſt eodem anno.

*Tyberij Bononienſis natiuitas.*



ITEM rectificauit etiam ſecundum dogma Ptolemæi natiuitatem Ioannis Baptiſtæ Aquilani Oratoris & Poetæ excellentiſsimi ad inſtar Mercurij: qui obiit Romæ anno 1544. circa finem menſis Februarij, ſuæ ætatis anno 63. Fuit enim nouilunium circa gradus 26. Virginis, vnde Mercurius accepit auctoritatem rectificandi gradus Culminis cæli, qui erat propinquior in numero graduum dicti Culminis. Quapropter horoſcopus fuit in partibus 20. & minutis 56. Leonis. Et cum perueniſſet directio horoſcopi ad corpus Lunæ in anno 63. currente vitam terminauit: quare ſequitur quod ipſe benè rectificauit natiuitatem, & gradus horoſcopi: Ex qua regula Ptolemæi relinquitur eſſe veram.

*Io. Baptiſtę Aquilani Natiuitas.*




RVRSVS ipſe Gauricus rectificauit natiuitatem Matthæi Taruiſani cantoris ex Muſici excellentiſsimi ad inſtar Martis, ſecundum regulam Ptolemæi: qui obijt ex febre acuta anno ætatis ſuæ 46. anno ſalutis 1548. Fuit enim pleniluniũ præcedens natiuitatem in gradibus. 5. Virginis, cui loco Mercurius Luna & Mars præfuerunt: Mercurius autem tenebat ibidem domicilium, exaltationem, & terminos, & Luna triangularitatem: quia natiuitas erat nocturna, & Mars erat particeps in triangularitate. Et quoniam cognouit Mercuriũ fuiſſe in ſuo detrimento & infortunatum, & Luna ſub terra, dimiſit eos, & Martem accepit pro rectificatione natiuitatis, & miſit in culmine cæli gradus, & minuta ipſius Martis, qui erat in Piſcibus. in 15. gradib. & 28. minutis: quare culmen cæli fuit in partibus 15. & minut. 28. Geminorum: Ex qua cauſa fuit aſcendens 18. gradus Virginis. Quod ipſe bene regulaſſet hãc natiuitatem, patet ex horoſcopi inambulatione ad terminos Martis. Nam progreſſus ille in anno 56. ad terminos Martis venit: quare vita fũnctus eſt.

*Matthæi Taruiſani Natiuitas.*




IOANNES

IOANNES Stadius vir æternæ memoriæ rectificauit natiuitatem Aloyſij Caruaiali Hiſpanici ad inſtar Martis per Animodar, ſecundum regulam Ptolemæi. Præceſsit enim natiuitatem plenilunium in 24. gradibus Capricorni: cui loco fuerunt Mars & Saturnus gubernatores: ſed Mars ibidem tenebat exaltationem, & erat particeps in triangularitate, & Saturnus habebat ſolum domicilium: quare ipſe Mars Saturnũ in dignitatibus ſuperabat: & ideo omiſit Saturnum, & Martem accepit pro Animodar: & poſuit in horoſcopo partes 22. & minuta 45. Virginis; qui quidem gradus ſunt gradus ipſius Martis, qui erat in Capricorno in partibus 22. & minutis 45. Quod autem benè feciſſet, demõſtrat horoſcopi progreſsio ad Martis quadratum: quæ progreſsio venit in anno currente ſuæ ætatis 39. ad dictum Martis quadratũ: in quo anno mortuus eſt ex multo labore in prælio. Nã correptus ſubita, ardentiſsimaque febri, aliquot dierum interuallo expirauit anno 1558. Die 21. Iulij. Et ſic ſufficiunt iſtæ obſeruationes pro regulæ Ptolemæi intelligentia.

*Aloyſij Caruaiali Natiuitas.*




Quantum igitur ad ſolutionem quæſtionis, dicit Ptolemæus in litera, quod duplex eſt principium: alterum ſcilicet temporale ſeu vniuerſale alterum verò in potentia & per accidens: id eſt naturale, & accidentale. vnde dicit græcus Scholiaſtes anonymus qui eſt bonus philoſophus & Aſtrologus. vnius rei tantum eſſe principium. Quomodo ergo erunt enim duo principia? Quomodo ergo vnum, ſi illud eſt naturale, id vero per accidens? quomodo autem principium perfectum eſt per accidens?

*Dubitatio.*

*Solutio.*

Dicendum eſt ad hanc conſtitutionem, quod illud principium, ſi principium eſt, dicitur principiũ ſeminis, & quia tunc fœtus incipit habere eſſe in natura, dicitur principium vniuerſale: ante verò iſtud initium nullum habebat eſſe. Secundum verò principiũ, quia reſpicit accidentia nati in hora partus, dicitur in potentia & per accidens: quia adhuc iſtud principium non eſt, & poteſt fieri abortus antequam fœtus detur in lucem: ideo dicitur primũ principium temporale hominis, ſecundum principium per accidens reſpectu primi: quia poteſt eſſe, & non eſſe antequam adueniat: ſed ſimpliciter eſt principium verum & perfectum.

Quod verò attinet ad conceptionem, dicimus quod illa tranſlatio antiqua eſt corrupta. Nam in ipſo Aphoriſmo ſic legitur ꝙ gradus Lunæ in natiuitate eſt gradus aſcendens in conceptione: & gradus Lunæ in conceptione eſt gradus aſcendens in natiuitate: quapropter fuerunt propter hæc vniuerſalia multi decepti, & crediderunt per natiuitatem æſtimatiuam inuenire conceptionem, & econtra. Sed pro huius declaratione illi ſuppoſuerunt hæc. Dicunt enim eſſe tres moras infantis in vtero materno: vt Medici poſsũt ſcire, ſcilicet minorem, mediam, & maiorem: Minorẽ dinumerauerunt in 258. dies, mediam in 273. maiorem in 288. & citra minorem moram non eſt naturalis genitura, ſed violenta, & vltra maiorem moram ſunt natiuitates violẽtę: ſed intra minorem & maiorẽ accidunt geniturę. Dixerunt etiam, quod ſi acciderit Lunam eſſe in occaſu, tũc erit mora fœtus in vtero ſcilicet 258. dies: ſi autem fuerit Luna in ortu partiliter, ſtabit infans in vtero per 273. dies mora media. Si autem Luna cadat infra horizontem ad vnum gradum, ex parte occidentis, ſtabit infans in vtero per moram maiorem ſcilicet per 288. dies. Si vero acciderit, Lunam non eſſe in aliquo loco horum dictorum, ſed ſi fuerit ſuper terram, dicunt, ꝙ dinumerentur gradus, qui ſunt ab occaſu ad Lunam, & ſingulis 12. gradib. detur vnus dies, quibus gradib. diſtans fuerit ab occaſu: ſi verò fuerit Luna ſub terra, numerentur gradus ab ortu ad Lunam, & ſingulis 12. gradib. dentur ſinguli dies, & poſtea totum tempus illorum dierũ addunt moræ minori, vel mediæ & totam ſummam auferunt ab hora natiuitatis, & dicũt ibi eſſe conceptionẽ, vbi deſinit ille numerus dierum & horarũ. Sed hæc regula non eſt ſemper vera: quia ſæpe obſeruaui illam in quibuſdam genituris, & fefellit: verum in genitura Caroli IX. Regis Francorum fuit vera. cuius horam accepit cum Aſtrolabio Dominus Aloyſius Alemanus Florentinus, vir ęternæ memoriæ. Reſpexi igitur ad nouiluniũ præcedens natiuitatem, quod erat in partib. 2. minut. 26. Cancri: cuius

cuius loci erant gubernatores Luna, Iupiter & Mars: ſed quia gradus horum gubernatorum non conueniebant cum gradibus culminis, neque horoſcopi ad horam iam acceptam cum Aſtrolabio, reſpexi ad hanc regulam, & inueni conceptionem fuiſſe diem 16. Septembris ho. 1. min. 26. à meridie, & Lunam fuiſſe in 20. gradib. 50. minutis Cancri, ſicut fuit horoſcopus natiuitatis ad horam cum Aſtrolabio iam captam ab Alemano. Quare in an. 24. currente ſuæ ætatis venit progreſsio horoſcopi ad Antiſcium Martis: in quo anno vita functus eſt. Obnunciabat enim hęc directio ipſi regi febrē tertianam duplicem cum redundantia choleræ, & vehementi ſanguinis cholerici aduſti ebullitione, & mala humorum efferuentium aduſtione: & denunciabat etiam papulas vrētes, apoſtemata, dyſſenteriam cholicáſque paſsiones: & in cerebro cruciatus acerbos, & caſus grauiſsimos ex nimia caloris intemperie: vt ad ſereniſsimam matrem Reginam deſcripſimus in iudicio reuolutionis ipſius Regis, quod fecimus ſupra dictum annum. Hoc accidens (miſerabile fatum) accidit ipſi regi in hoc anno cum vitæ terminatione cum omniū dolore: ſed redeamus ad noſtrā materiam. Dico igitur ſicut dicit Ioānes de Saxonia, quod frequenter accidere poteſt ſecundum iſtam regulam, quod ſi quis non habuerit exactam natiuitatem, poſſet errare per menſem. Nam ſi Luna fuerit in occaſu, ſtabit infans in vtero per moram minorem, ſcilicet 258. dies: ſi autē cadat circa horizōtē in fine ſextę domus, ſtabit per maiorē. Si igitur decipiatur per vnum gradum, qui dat horam æſtimatiuam, decipietur per menſem. Ad Ptolemæi auctoritatem igitur dicimus, quod ex noua traductione habemus, quod locus Lunæ in natiuitate, eſt aſcendens in conceptione, & locus Lunæ in conceptione, eſt aſcendens in natiuitate: & hoc eſt verum: quia in multis obſeruationibus à me factis reperi, hoc eſſe verum.

*Caroli IX. Natiuitas.*




Sed eſt aduertendum quod ad cognoſcendū diſpoſitorē ſeu interlunij, ſeu plenilunij, non eſt ſimpliciter vera Ptolemæi regula: quoniam ipſe tantū aſsignat regulam quinque erronibus, quia dixerat in 2. lib. lumina nō ſortiri ſibi dominia propter particularia. Sed pace eius inueni lumina non dedignari particularia dominia: quia plurimæ natiuitates fuerunt mihi datæ, quas examinaui ad inſtar luminis, ſicut eſt illa Bembi, & Ioanis de Auſtria, & Iulij ſecundi. Examinaui enim per Solem & Lunam, & quàm plurimas alias, & ſic dico etiam duo lumina ingredi ad hoc opus.

Rurſus, ſecundum decreta Ptolemæi, vnaquæq; dignitas pro vna tantum habeatur, & non graducetur, ſicut fecerunt Aegyptij, Babylones, & alj: quia non ſufficit poſtea hæc regula. Ordo enim dignitatum in hoc negocio eſt, quod prima dignitas ſit Triangulus, ſecundo loco domicilium, Tertio verò loco altitudo, quarto fines, Quinto loco appariti o, id eſt, matutinatio: vt ita dicam, Sexto loco, cōfiguratio cum Sole, ſiue ſit diametratio, ſiue quadrangulatio, triangulatio, ſiue ſexangulatio.

Item, qui eſt in vero angulo, præcedat eum, qui eſt in ſuccedenti: & qui eſt in ſuccedenti, eum, qui eſt in cadenti. Et qui reſpicit gradum interlunij, vel plenilunij, præcedat eum, qui non reſpicit: Et qui reſpicit gradum orientalem, aut culmen cæli, præcedat eum, qui non reſpicit. Et qui eſt in ſua cōditione, præcedat eum, qui eſt in contraria factione: vt ſi ſint duo planetæ ſuper terram, vnus nocturnus, alius diurnus: diurnus præcedat nocturnum: ſi natiuitas eſt diurna: ſi autem natiuitas nocturna: nocturnus præcedat diurnum. Item, directi & veloces præcedant retrogrados & tardos in motu: & qui ſunt extra radios Solis, præcedant combuſtos. Si igitur regula Ptolemæi cum his regulis & annotationibus erunt obſeruatę, verum, non error in rectificationibus inuenietur.

Reſtat autem vt dicamus, cur id obſeruatum eſt à Ptolemæo & ab alijs, ſcilicet quod planeta diſpoſitor gradus illius videlicet plenilunij, vel interlunij debeat eſſe ad inſtar alicuius anguli: dicit quod tota ratio dependet à natura Lunæ. Cum enim ipſa habeat ſua natura & ſuo iure: vt regat planetas, viuificet mollia, dominetur ſuper humida, & embrio quia fluxilis eſt, ſubditur ipſi Lunæ, vt à medicis dicitur, qui dicūt, quod ſemper ad certas Lunæ poſitiones embrio, & fœtus moueatur: quia ſtellæ errantes ſunt ſicut forma, Luna verò & Sol ſunt ſicut materia:

Digitized by Google

materia: cum igitur Luna acceperit in coitu cũ Sole vel in plenilunio vim & naturam illius ſtellæ prædominantis loco illi, tunc mouet & portat ad exitum ipſum puerum ad quantitatem angulorũ gradus illius diſpoſitoris. Eſt ergo natura Lunæ ſuper embriones, cum ipſa ſit materia aliarum ſtellarũ, Cum igitur informatur forma, vel influxu ſtellæ, neceſſe eſt quòd cõpellat fœtum ad exitum ad inſtar grad. illius ſtellæ in angulis. Ex his patet quid dicendum ſit ad rationes: ad Abraham dicendum eſt, quod ipſe ſomniauit, Nam ſæpe cum inſtrumẽto obſeruaui natiuitatis horam: & ſemper inueni horoſcopum propè horam valde: quia non poteſt haberi particulariter locus ille: & ſic ſomniauit, vt dicunt omnes. Vnius eſt auctoritas nullius.

Ad ſecundum patet reſponſio, quando dicitur ſequeretur quod duo eſſent nati in vno & eodem momento, quorum vnus ortus eſt in principio horæ, alter in medietate horæ. Nego id: rectificemus natiuitatem, neceſſe eſt tunc ad dominatricem ſtellam & eius gradus recurrere: quoniam ſunt plures dominatores: quia in hora genituræ vbi dicimus horoſcopare tres gradus Leonis, habemus tum Saturnum in medio cæli diſpoſitorem illius gradus: ſcilicet in 15. gradu Arietis, & ideo ad inſtar illius ponimus Culmen cæli: & rectificando natiuitatem ponimus gradus ad inſtar Saturni: ergo erũt in horoſcopo tres gradus Leonis. In alterius vero natiuitate, quia horoſcopabat 20. gradus Leonis. Mercurius habebat domum, etiamſi plenilunium fuiſſet in Geminis, natiuitate diurna, poſuimus ipſum diſpoſitorem: quia Saturnus cadebat: ideo examinaui natiuitatem ſecundam ad inſtar Mercurij: Primam autem ad inſtar Saturni. Ecce quod regula eſt vera.

Ad argumentum Pici, quando dicitur an vera natiuitas eſt mea, an nõ, dico quod poteſt eſſe mea & non mea: ſi ſit regulata: & quod ſit vnus planeta ad inſtar gradus aſcendentis, vel culminis cæli: Dico quod genitura eſt mea, & eſt bene regulata: ſi autem non, detur quod non ſit: & ſi quæratur an ſit alterius? dico quod non eſt alterius, ſi non eſt regulata: Dicetur igitur, dabitur aliqua pars temporis in qua non naſceretur aliquis homo. Concedo: nõ eſt tamen magnum inconueniens, quia in ciuitatibus, in quibus obſeruantur natiuitates, ego nunquã potui obſeruare duos eſſe natos in eadem parte horæ in illa ciuitate. Dico igitur, quod ſicut nec quælibet pars horæ eſt diſpoſita ad conceptionem, ſic etiam ad natiuitatem hominis: ideo breuiter dico, quod inueniuntur multæ poſitiones ſyderum, quæ conferunt ad vitam naſcentium aliquorum, & non aliorum, quod reuera factum eſt, & ſimiliter ſunt horæ, in quibus poſſunt naſci homines, & aliæ in quibus non poſſunt naſci.

Quod ſi Picus & alij, qui temere in aſtrologos debacchantur, animaduertiſſent, non tam ſplendida oratione ac prolixa imperitos in veræ aſtrologiæ profeſſores irritaſſent: Verum quia ſibi videbãtur nos inter malleum & incudẽ coëgiſſe, & quaſi parta de nobis victoria, magnificos triumphos agere poſſe, ideo neceſſarium duximus vt hunc eorum quaſi Achillẽ deijceremus, quò deſinerent ante victoriam, Io triumphe canere.

Sed quia ad huius capitis intelligẽtiam, magnopere pertinere exiſtimaui, ſi non nulla ex Speculo Aſtrologico iam à nobis edito huc trãsferrem: feci id libens, vt huius artis ſtudioſis conſulerem. Ea autem ſunt, quæ ſequuntur.

*De inueſtigatione gradus aſcendentis ignoti per Trutinam Hermetis.*

Dvo ſunt principia eſſe hominis, ſcilicet caſus ſeminis in matricem, ex quo non ſubito, ſed in tẽpore generatur fœtus, & iſtud dicitur primũ principium: quia reſpicit accidentia concepti ab hora caſus ſpermatis vſque ad horam natiuitatis, & in ipſa hora expirat diſpoſitio eius.

Secundum principium reſpicit accidentia nati ab hora natiuitatis eius vſque in finem vitæ. Et iuxta hoc principium erige figuram cæli ad horam æſtimatiuam iſtius principij ſecundum aſcenſiones regionis in qua fueris: & æquatis planetis, ac debitè collocatis, quærendus erit dies verus conceptionis hoc pacto.

Vide diſtantiam Lunæ ab angulo occidentis, ſi ipſa fuerit ſupra terram in themate natalitio, aut ab aſcendente ſi ipſa fuerit ſub terra, & eam diſtantiã quære in tabella morarum: & inuenies dies moræ in priori quidem ordine numerorũ ſi Luna fuerit ſupra terram: ſi autem Luna ſub terra fuerit, inuenies dies moræ in vltima linea tabulæ. Notandum tamen, quòd tales moræ, etiam ſi diuerſæ fuerint, nos ſolum ducunt ad propinquitatem diei, vel temporis remotæ conceptionis. Eam moram ſubduc à tempore natiuitatis, vel eandem numera à tempore natiuitatis retro, biſſextum tamen præcauendo, & vbi numerus dierum terminatur, ibi erit dies conceptionis æſtimatæ, in quã ſi tunc Luna reperiatur ſub ſigno horoſcopi natalitij, cum numero tamen graduum minore proximiore, rectè negotiatus fuiſti. Alioqui per diem citra, vltráve aſſumito diem illam pro conceptu, quæ fuerit proximior gradibus horoſcopi natalitij.

*Tabula moræ fœtus in vtero matris.*

| s. | g. | | dies. | | dies. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 0 | 0 | media | 273 | | 258 | minor |
| 0 | 12 | | 274 | | 259 | |
| 0 | 24 | | 275 | | 260 | |
| 1 | 6 | | 276 | | 261 | |
| 1 | 18 | | 277 | | 262 | |
| 2 | 0 | | 278 | | 263 | |
| 2 | 12 | | 279 | | 264 | |
| 2 | 24 | | 280 | | 265 | |
| 3 | 6 | | 281 | | 266 | |
| 3 | 18 | | 282 | | 267 | |
| 4 | 0 | | 283 | | 268 | |
| 4 | 12 | | 284 | | 269 | |
| 4 | 24 | | 285 | | 270 | |
| 5 | 6 | | 286 | | 271 | |
| 5 | 18 | | 287 | | 272 | |
| 5 | 29 | maior | 288 | | 273 | media |
| | | Luna ſub terra ab aſcendente. | | Luna ſupra terrã à ſeptima domo. | | |

Hermes

Hermes igitur primus inuentor huius regulæ ſic ait, Locus Lunæ in hora infuſionis ſpermatis in matricem erit gradus oriens in natiuitate, gradus verò oriens in conceptione erit Lunæ locus in natiuitate, vt narrat Georgius Trapezuntius. Quod verum eſſe, probatione cognitum eſt, niſi natiuitas, vel ſeptimo, vel vndecimo menſe fuerit, vt ait Abrahamus Iudæus in ratione primæ domus. Conſentio Hermeti in hoc, quòd locus Lunæ in conceptione erit oriens, ſiue horoſcopus in natiuitate ſemper. Nam Ptolemæus iſtam regulam videns, eam emendauit in centum enuntiatis, Apho.51. dicens, In quo ſigno Luna eſt genituræ tempore, illud in conceptu fac aſcendens: & in quo ſigno inuenta fuerit in conceptu, illud fac aſcendens in partu, & non eius oppoſitum, vti ſcripſerat noſter Pontanus qui hunc, & pleroſque Aphoriſmos non ita ad vnguem enucleauit, quum illos neutiquam rectè perceperit, vt demonſtrat Georgius Trapezuntius.

Albubater autem trutinam Hermetis de rectificatione graduum aſcendentis natiuitatis declarare volens, capitul.3. ait, Dirige Lunã ad horam natiuitatis, & ſcias locum eius. Deinde dirige eam per vnum annum integrum poſt natiuitatem, & per vnum annum ante natiuitatem. Quo facto conſidera prædicta tria loca, & ſi ſe trino aſpectu aſpexerint, mora nati in ventre matris fuit nouem menſium, & tunc natus viuet nutu Dei. Si autem non aſpexerint ſe, natus in vtero per octo menſes ſtetit. Si autem duo ex locis prædictis ſe tantum aſpexerint, mora nati in ventre fuit ſeptem menſium. Cum ergo horam caſus ſeminis in matricem, & moram nati in vtero habueris, dirige planetas & eorum loca, incipiendo menſes ab hora, qua ſemen in matricem cecidit.

Modus ergo inueniendi horam conceptionis, & verum gradum horoſcopi natiuitatis, erit talis. Ingredere tabulam latitudinis tuæ regionis in Ephemeridibus, & quære gradum Solis illius diei, in qua cecidit mora conceptionis, in columna decimæ domus, & accipies horas & minuta temporis à meridie, & ſcribe à parte. Deinde in eadem tabula latitudinis in columna primæ domus quære gradum Lunæ natiuitatis æſtimatiuæ, qui eſt gradus horoſcopi in conceptione, & accipies per lineam tranſuerſalem horas, & minuta temporis à meridie, & ſcribe inferius ſub horis, & minutis primò acceptis. Rurſus conſidera differentiam, quæ erit inter primum numerum & ſecundum numerum ſupradictum in horis & minutis, & ea diſtantia dicitur eſſe verum tempus cõceptionis illius natiuitatis.

Sed pro faciliori horum intelligentia eſt aduertendum, quòd ſi primus numerus fuerit maior numero ſecundo, eum ſubtrahe à vigintiquatuor horis, & à producto ex vigintiquatuor horis: adde ei ſecũdum numerum, & habebis verum tempus illius conceptionis.

Si autem ſecundus numerus fuerit maior, vide differentiam illorum ſubtrahendo minorem à maiori, & productum ex illorum diſtantia erit verum tempus illius conceptionis, & iuxta dictum tempus æquabis motum Lunæ, & aliorum planetarum: & gradum Lunæ æquatum per tempus ſupradictum in conceptione poteris ſine timore ponere aſcendens in natiuitate: & habebis verum aſcendens rectificatum tempore tuæ natiuitatis, per regulam Hermetis.

Hanc Arabum regulam de rectificatione gradus aſcendentis ego non laudo, licet aliter ſentiat curioſus Leopoldus in tractatu 7. de natiuitatibus. Nam Venus & Mercurius maturant opus Lunæ, & ideo ſi iſti planetæ ante natiuitatem fuerint per aliquot dies in loco Lunæ, habueritque tunc Luna in loco Veneris, vel Mercurij poteſtatem, feceritque cum aliquo eorum quadratum aſpectum, ſcias infantem egreſſum fuiſſe vterum matris per dies ſeptem, ante veram moram. Similiter ſi Luna fuerit in domo Martis, termino, vel exaltatione, vel coniungitur Marti, tunc natus fuit egreſſus ante complementum moræ. Si autem aliquem iſtorum modorum in aliqua genitura inueneris: tunc mora in tali genitura erit omittenda. Ex quo ſequitur, quòd talis regula particulariter non eſt vera, quia aliquam patitur exceptionem.

His itaque explanatis ad ſignificationem menſium ſecundum ordinem planetarum tranſeamus, & iam diximus, quòd Saturnus habet diſpoſitionem primi menſis à caſu ſeminis in matricem.

Saturnus ergo cum illo menſe fortis fuerit, ac in ſua domo, exaltatione, triplicitate, termino vel facie, illud ſemen erit leue, & liberabitur prægnans à dolore & ægritudine ſibi nocente. Eritque ſemen illud eleuatum ad ſuperiora ventris, & anhelitus eius quietus ac mores eius formoſi. Et ſi Saturnus in termino Iouis fuerit, prægnans ex ſua impregnatione gaudebit, cogitationem bonam ac in Deo confidentiam, quòd liberabit eam, habebit, eritque ſana corpore, ac boni anhelitus, ſperans quòd finis illius imprægnationis erit bonus. Si in termino Martis fuerit, inuadent ipſam calores multi, & ægritudines, ac multas mutationes in corpore habebit. Videbitque ſanguinem menſtruoſum in eius prægnatione, habebit dolores in inferiori parte ventris, eritque eius imprægnatio à parte dextra. Si in termino Veneris fuerit, ipſa erit læta, & ſemen ſaluum, habebit in illa imprægnatione fortitudinem & ſanitatem, & color eius erit formoſus, & apparebit in eius facie formoſitas. Si in termino vel in domo Mercurij, ipſa in illa imprægnatione erit leuis atque gaudens, multæ mutationis & paucæ quietis, & hoc quamdiu illa imprægnatio durabit

Digitized by Google

durabit, recitabítque menſes & dies ſuæ impregnationis atque partus. Quod ſi Saturnus in ſua deſcenſione minutus numero in ſua domo vel termino, anhelitus prægnantis erit anxius, habebitque in pectore anguſtiam, & in illa impregnatione cogitationem, ac dolorem cum pauco gaudio, & animus eius non erit quietus, ſed ipſa de eius anima multum timebit, mala habebit ſomnia, ac res timoroſas dormiendo & vigilando videbit, critq; quotidie de morte cogitans, & partum ſuum multum ponderabit, & dolor ad inferiora ventris deſcēdet, nō remouebitur metus nec fletus ab ea vſque poſt partum. Et ſi Saturnus in eadem diſpoſitione exiſtens in termino Martis fuerit, prægnans dolores calidos & humidos, ac ſanguinolentos habebit, ſed gaudens erit ac multi motus. Et ſi Saturnus ſic diſpoſitus in domo vel termino Iouis fuerit, prægnans ægritudinem ventoſam & calidam patietur, ſed finis ſui partus erit ſalubris, fortis tamen. Et ſi Saturnus ſic diſpoſitus in termino Veneris fuerit, gaudium prægnantis minuetur, & vellet quòd non eſſet imprægnata, erit tamen finis eius bonus, & partus eius ſalubris. Et ſi Saturnus ſic diſpoſitus in termino Martis vel cum cauda draconis fuerit, timor inuadet prægnationem, vt fœtus in vtero pereat, niſi Deus ipſum conſeruare voluerit.

Iupiter habet diſpoſitionem menſis ſecundi à caſu ſeminis in matricem, & ipſe ſignificat fidem, ſenſum, intellectum & ſcientiam. Cum ergo in menſe ſecundo fuerit fortis, ac in ſua aſcenſione, id eſt, aſcendens in circulo ſuo, & addens in numero, diſponet ſenſum nati & eius ſimplicitatem, intellectum & ſapientiam, & ſecundum eius aſcēſionem & eleuationem diſponet in eo ſapientiam & fidem in dictis ſuis, & dabit ei ſcientiam quam non audiuit, nec aliquis docuit ſibi. Et ſi cum hoc in auge ſua fuerit, ſignificat quòd erit recitator rerum, quas alij neſciunt: & ponet in eis radices à ſe ipſo, loquetur cum prouidentia, & quaſi propheta reputabitur. Et ſi fuerit in domo ſua, ſignificat quòd natus erit ſapiens in libris fidei. Et ſi in eius exaltatione fuerit, natus prouocabit homines ad fidem, docebit eos mirabilia ſanctorum, maxime ſi fuerit in Sagittario. Et ſi Iupiter in domo vel termino Martis fuerit, natus deſtruet homines, & eos ad interfectiones & bella prouocabit. Et ſi in domo vel termino Veneris fuerit, natus erit ſermocinator & prædicator, pulchriter loquens erit & cantor, ita quòd per cantum & verba ſua homines ad lachrymas prouocabit. Et ſi in domo vel termino Mercurij fuerit, natus amœnitate verborum, ac ſagacitate eorum attrahet homines ad ſe. Et ſi in domo vel termino Saturni fuerit, experimentator erit, & quæret facere mirabilia ſuper homines & offendere eos mirabiliter, tam mendacio quàm arte ſua. Et ſi Iuppiter in eius deſcenſione fuerit, ſignificat detrimentum nati & paucitatem ſui intellectus, nec faciet aut dicet quicquid ab aliis audiuit ac vidit, & erit hoc ſecundum ſuæ deſcenſionis quantitatem, quòd ſi illo menſe in oppoſito augis fuerit, natus erit pigri intellectus. Et ſi Iuppiter in epicyclo ſuo fuerit deſcendens, minutus numero, natus erit duri ingenij, ita quòd nihil poterit addiſcere, eritq; ſimilis beſtiæ, quæ neſcit niſi comedere & bibere.

Mars habet diſpoſitionem tertij menſis à proiectione ſeminis in matricem, & eſt planeta audaciæ & fortitudinis ac caliditatis. Cum ergo in menſe tertio Mars in ſua aſcenſione fuerit, ſignificat audaciam & expletionem rerum cum audacia, eritque natus fortis iracundiæ, & leuis corpore, lites appetet, ac ſine metu eas cito prouocabit, nec pœnitebit eum ex aliqua re, quam fecerit. Et ſi cum hoc Mars in auge fuerit ſua, natus erit guerrarum ac præliorum inceptor, ac diſcordiæ poſt pacem factam ſeminator, maxime ſi Mars in domo ſua vel termino eius fuerit, ac in Scorpione. Quod ſi Marte ſic diſpoſito natiuitas nocturna fuerit, natus erit bellorum dominus atque mortis, necnon audax in omnibus rebus, nec iniurias ſuſtinere poterit. Et ſi natiuitas diurna fuerit, natus erit iracundus, magni cordis, ac dirus ſanguinis effuſor, paucæ pietatis, diræ voluntatis, altus animo, ac ſe nimium iactans. Et ſi Mars in domo vel termino Iouis fuerit, ſignificat quòd nati audacia & fortitudo erit cum ſenſu, & faciet res cum deliberatione & ſcientia, quæret euitare bella, proditiones, & res quæ ſunt ſine cauſa. Et ſi Mars in domo vel termino Veneris fuerit, natus adeo zelotypus erit, quòd occaſione ſuæ zelotypiæ ad interfectiones & alias malas res perueniet. Et ſi in domo Mercurij fuerit, natus inferet metum aliis cum feſtinatione & malitia. Et ſi in domo Saturni fuerit, natus erit iracundus & grauis cordis, & ad malum mobilis, ponderoſus ad bella, & interfectiones. Quod ſi Mars in deſcenſu ſuo fuerit, natus erit timoroſus, debilis cordis, timens bella, & ſanguinis effuſionem. Et ſi in oppoſitione augis ſuæ fuerit, erit Hermaphroditus, ſimilis mulieribus ac iniurias extra modum ſentiens ac ſuſtinens. Quod ſi cum hoc Mars in domo ſua, vel eius termino cū cauda draconis fuerit, natus erit ſtultus, ac lapides poſt homines proiiciet, & erit mali ac turpis cognominis, ac de hoc cogitans ad iram cito prouocabitur, & ſuper eum cito lapides proiiciet.

Sol habet diſpoſitionem quarti menſis à proiectione ſeminis in matricem, & eſt planeta altitudinis, ſublimitatis, pulchritudinis, fortitudinis, & victoriæ, præ cæteris planetis. Cum ergo in menſe quarto Sol in domo vel exaltatione ſua, triplicitate, vel facie fuerit, aut alij planetæ cum receperint, ſignificabit complementum membrorum, ac eorum perfectionem, formoſitatem, virtutem, ac aſcenſum corporis, erit ergo natus fortis corporis, ac membrorum omnium, ita quod virtute ſuæ fortitudinis poterit vincere feras, & eas deſtruere, ac duros lapides frangere. Et ſi Sol in domo vel termino Martis fuerit, natus cum fortitudine ſua habebit audaciam, & complementum in omnibus membris ſuis, eritque magnanimus occaſione cuius volet credi diues, & ſine cauſa ab hominibus ſua auferet, & vim in rebus ſuis habebit. Et ſi Sol in domo vel termino Mercurij fuerit, aut ab eo pulſus & receptus fuerit, natus erit ſapiens atque gaudens, & erit fortitudo eius cum arte, ingenio & ſcientia, maxime ſi Sol in Geminis fuerit, eo quòd ibi multū propter eius aſcenſum fortificabitur. Diſponet ergo natum in formatione membrorum, ac in complemento corporis ſui, ita quòd natus fortitudine manuum cito res perficiet. Et ſi Sol in

m fortitu

in fortitudine Veneris fuerit, maxime in Tauro, natus erit pulcher, cõpletus, corpulentus, fortis, aſtutus atq; ſagax, & fortitudo eius in collo erit atque humeris, ita quòd virib' ſuis poterit leuare, ac ſuſtinere tantũ pondus, quantum tres homines vel quatuor ſuſtinere poſſunt. Erit tamen piger, ac põderoſus, & duri intellectus, ſicut aſinus. Et ſi Sol in aliqua domorũ Saturni fuerit, maxime in Aquario, natus erit fortis, timidus tamẽ & quietudinis ac vacuitatis amator, iniurias ſuſtinens, nec ab eis vindictam quærẽs, propter ꝙ à multis uilis reputabitur. Et ſi Sol in ſua deſcenſione fuerit, vel quòd minus medio motu ſuo moueatur, aut numero minutus fuerit, natus erit debilis, uiribus mollis, corde timidus, ac duri intellectus, ſicut aſinus, maxime ſi Sol in ſigno aqueo fuerit, & cum hoc ſignificatio illa erit deterior, ſi ſignum aqueum mobile fuerit.

Venus habet diſpoſitionem menſis quinti, à proiectione ſeminis in matricẽ, et eſt planeta pulchritudinis, formoſitatis ac lætitiæ. Cum ergo menſe quinto Venus in aſcenſione ſua fuerit, ac in domo ſua, maxime in Tauro, natus à prima hora diei vſque ad tertiam, erit pulchra facie, membris completis, magno aſpectu, rubicundus, lætus, & qui verbis ſuis homines ad riſum prouocabit, erit etiam pietate plenus, fornicator, res pulchras, vt ad modum mulierum ſe ornet, appetens. Et ſi cum hoc Venus in facie Martis hora proiectionis ſeminis fuerit, natus à 4. hora uſque ad ſextã. flauos habebit capillos, & varios oculos, pulcher erit ac ſublimis, ſine metu, iram non cohibens. Et ſi Venus in facie Saturni hora proiectionis ſeminis in matricem fuerit, natus à 7. hora uſq; ad 9. erit albus, ſubtilis coloris, pulchri aſpectus, capite criſpus, corpore ſiccus, macer, multæ ægritudinis, ac itineris: nec non iniurias in pectore ſibi factas retinens, aſtutus, ac parum timens Deum, alienorum raptor, & ad mala facienda paratus. Et ſi Venus in facie lunæ hora proiectionis ſeminis fuerit, à 10. hora vſque ad 12. natus faciem pulchram, & corpus deforme habebit, erit tamen magni corporis, multæ carnis, ac multæ humiditatis & frigiditatis: erit etiam ſtultus ac rudis ingenij, ponderoſus, aſininus, timidus, paucæ cogitationis & ſcientiæ, & ſecundum hoc horas noctis ſicut diei diuide, ac per eas iudica. Et ſi Venus in facie Iouis exiſtens in ſignis humanis, quorum in hoc caſu meliora ſunt Gemini & Libra, fuerit: natus erit lõgus & corpulentus, pulchri corporis ac faciei, completa habens membra, ſapiens, caſtus, & leuis, reddens tamen malum pro malo, in actibus ſuis grauis, & in omnibus agendis commendatus. Et ſi Venus, maxime de nocte, in facie Mercurij fuerit, natus habebit faciem macram, maxillas lõgas, oculos rotundos, infirmus erit, paucæ carnis, corporis ſubtilis, mendax, multi riſus, & multorum verborum. Et ſi Venus in deſcenſione ſua exiſtens, ac in domo & facie Saturni, maxime in gradibus tenebroſis, natus erit eclipſati corporis, deformis facie, turpis aſpectus, ponderoſus, triſtis, pauci riſus, ac ſemper dolens. Quod ſi Venus cum aliqua infortuna, vel cauda draconis in facie Saturni fuerit, aut combuſta, natus in omnibus rebus ſuis erit infortunatus, nec aliquis ob membrorum ſuorum diminutionem ipſi obuiare appetet.

Mercurius habet diſpoſitionem menſis ſexti à proiectione ſeminis in matricem, & eſt planeta doctrinæ, eloquentiæ ac ſcientiæ. Cum ergo in menſe ſexto Mercurius in aſcenſione ſua fuerit, natus erit bonæ eloquentiæ, ac hominibus verba eius placebunt, eritque magnorum virorum ac potentum ſecretarius, cito & modica occaſione, & abſque præmeditatione ad riſum prouocabitur, & hoc fortius erit, ſi Mercurius in domo aut termino ſuo fuerit, & ſi Mercurio ſic diſpoſito, Iuppiter ipſum aſpexerit, erit eloquentiſsimus, in libris ſapiens, & mirabilis ſermocinator, ac multa ſuper vno verbo proferens. Et ſi Mercurius in domo vel termino Iouis fuerit, erit eloquentiæ bonæ, ſapiens ac ſubtilis ingenij. Et ſi Mercurius in domo vel termino Veneris fuerit, erit in ſermone & lingua mirabilis, manſuetus verbo, & qui frequenter interrogabit. Et ſi Mercurius in domo ſeu termino Saturni fuerit, natus erit impeditæ linguæ, ita quòd verba ſua explicare bene non poterit, erit tamen ſanæ cogitationis ac boni intellectus. Quod ſi Mercurius ſic diſpoſitus in deſcenſione ſua fuerit, natus erit quaſi mutus, maxime ſi in ſignis voce carentibus collocetur.

Luna habet diſpoſitionem menſis ſeptimi, à proiectione ſeminis in matricẽ, & eſt planeta cõplens mẽbra nati, ac eius perfectionẽ. Qui ergo illo mẽſe naſcetur, erit mẽbris cõpletus propter ſignificationẽ planetarũ & cõplementũ. Et ſi partus vſque ad octauũ mẽſem deferatur, defertur diſpoſitio ad Saturnũ. In illo ergo menſe naſcẽtes, mortui egrediẽtur, aut cito morientur. Et ſi partus vſque ad nonũ menſem deferatur, diſpoſitio ad Iouẽ reuertitur, & eſt planeta venti atque motus. Mouebit ergo ventus Iouis, nutu Dei, puerum, & producet eum in mundum. Hæc Albubater cap. 3.

*Secundus modus inueſtigandi verum gradum aſcendentis per Animodar.*

Regula generalis recitatur apud Ptolemæum li. 3. prædictionum Aſtrologicarum, cap. 2. per Animodar, vt vocãt, hoc eſt, planetã qui in gradu coniunctionis, vel oppoſitionis luminariũ proximè natiuitatem antecedentis dominator eſt, vt ſuperius in noſtro commentario declaraui.

Omar Tyberinus lib. 3. & Alchabitius diff. 4. imitatores Ptolemæi, ita cũ querunt. Cõſtituta natiuitatis figura, vident vtrũ natiuitas ſit coniunctionalis, vel præuentionalis, hoc eſt, an fuerit propior ante natiuitatẽ cõiunctio luminariũ, vel oppoſitio eorũ. Et de gradu cõiunctiõis nõ eſt dubitatio. Sed in gradu præuẽtionis diuerſimodè ſentiunt ſapientes. Dorotheus dicit gradũ præuentionis illũ gradũ, in quo eſt Luna in præuentione. Ptolemæus dicit gradum præuentionis gradũ illius luminaris, quod in hora præuẽtionis eſt ſuper terrã. Et ſi vnũ tunc ſit in Oriente, & alterum in Occidentẽ, gradũ præuentionis dat illi, qui eſt in Oriente: tunc ipſi autores conſiderant quis planeta plus habet dignitatis hora natiuitatis in illo loco: hunc æquant ad horam natiuitatis, & vident, cui angulorum ſcilicet Medij cæli, vel Aſcendentis eſt propior planeta ille in numero ſuorum graduum, & cui propior eſt ſecundum illum angulum æquant domos.

Meminerũt hui' rectificationis præter Ptolemeũ plurimi

Digitized by Google

plurimi alij Aſtrologi. Abrahamus Iudæus in principio ſui libelli de natiuitatibus, Antonius de Mõte Vlmo, & Sconerus libro primo. Ex peregrinis Meſſahala antiquiſsimus rerũ Aſtrologicarũ ſcriptor. Item Abenragel par. 4. cap. 4. Guidus Bonatus in tract. de natiuit. par. j. c. 4. & alij multi Veritatem huius regulæ ſuperius demonſtraui in ipſo cõmento cũ obſeruationibus multarũ natiuitatũ.

Has rationes ſi quis ſequi velit, videat tamen, ne nimiũ tribuat illis rectificationibus, quarũ tẽpora nimis procul ab æſtimato tẽpore recedunt, ſed in eo caſu præferat certam obſtetricũ relationẽ his correctionibus dubiis: vbi verò tẽpus ex obſeruatione altitudinis Solis aut ſtellæ alicuius, per inſtrumenta geometrica annotatum eſt, nulla opus eſt deinceps correctione.

*Tertius ac certior modus idem inueniendi, per accidentia nati.*

Tertia regula fit per accidentia nati bona, vel mala. Hãc experiẽtia teſtatur eſſe certã, & omnino eſt cõſentanea rationi. Quã docet Cyprianus Leouitius, & Ioannes Stadius in ſuis Ephemeridib. quæ à Sconero in lib. 1. de iudiciis natiuitatũ, & à Valẽtino Nabod in cõmento ſuo ſupra Alchabitiũ, diff. 4. cõfirmata eſt. Tres igitur ſunt modi rectificãdi, ſeu corrigendi gradũ horoſcopi per accidentia corporis bona, vel mala.

1. Per directiões horoſcopi ad ſuos promiſſores in natiuitatibus: per regulas Ioannis de Monteregio.
2. Per profectiones gradus horoſcopi ad ſuos promiſſores in reuolutionibus.
3. Per tranſitus planetarũ ſuper gradũ horoſcopi.

Harum rationum commodiſsima & certiſsima eſt prima, quæ fit per directiones. Accidit autẽ ſæpius, vt illæ tres viæ prorſus congruant, & eundem horoſcopi gradum producant. Idque omnium eſt certiſsimum examen, propter tot teſtimoniorum congruentiam & conſenſum.

Quòd ſi diſcrepant inter ſe directiones, profectiones, & tranſitus in graduum numero, plus autoritatis & fidei debetur directionibus quàm reliquis modis.

*De directionibus gradus horoſcopi ad ſuos promiſſores.*

Examinaturus igitur gradũ aſcendentis per directiones, habeas annotata ordine quãplurima accidentia nati bona & aduerſa, adiecto ſingulis tempore talis euentus, hoc eſt, anno, menſe, & ſi fieri poteſt, etiam die. Et conſidera, an circa id tempus horoſcopus peruenerit ad aliquem promiſſorem, qui ſignificet tale accidens. Quod, ſi ſic inueneris ſe habere, tempus æſtimatũ erit omnino verum momentum editi infantis.

Sin minus, hoc eſt, ſi horoſcopus per directiones ante vel poſt promiſſorem talem conſtiterit, tum æſtimatum tempus erit falſum, & hoc modo corrigendum. Ab aſcenſione obliqua promiſſoris ad latitudinem ciuitatis propoſitæ ſubtrahe tot gradus quot anni completi ſunt à tempore natiuitatis vſque in diem accidentis, & pro quibuſlibet ſex diebus completis vnum minutũ ſubtrahe: Quod poſt ſubtractionem relinquitur, erit aſcenſio obliqua horoſcopi vera, cui poſtea arcũ Eclipticæ cõgruẽtem ſi extraxeris, habebis verũ gradũ aſcendentis.

Hæc omnia habẽtur in tabulis directionum Regiomontani: ideo remitto lectorem ad eas: vt inde facile integram directionũ doctrinã habere poſsit.

Hoc tantum monebo in rectificatione per directiones, cõmodius eſſe, ſi quis quam plurima accidentia habere poſsit annorum ordine ſuccedentium. Cum enim multi promiſſores ſint, & benigni & maligni, ſequitur etiam multa accidentia nato euenire, ratione eorum promiſſorum. Et quemadmodum ſignificatorũ directiones ad ſuos promiſſores pulchro ordine ſibi ſuccedunt, ratione propinquitatis aut diſtantiæ mutuæ: ita his ordine oportet reſpondere accidentia nati, pro qualitate tamen promiſſorum. Et hæc conſideratio profectò iucundiſsima & liberali ingenio digniſsima eſt.

*De profectionibus gradus horoſcopi ad ſuos promiſſores.*

Dato tempore, hoc eſt anno, menſe, & die alicuius accidentis, nam hæc omnia hoc loco ſunt neceſſaria magis quam in directionibus, quæ tantum generalia tempora, hoc eſt annos, & annorum quadrantes requirunt, conſidera an circa id tempus profectio gradus horoſcopi ad promiſſorem, qui ei accidenti conuenit, peruenerit. Quod ſi eo ipſo die eò peruenerit, tempus æſtimatum verũ eſt momentũ natiuitatis factæ. Si nõ peruenerit eò, falſum eſt tẽpus ęſtimatũ, & corrigatur hoc modo. Numera dies qui intermedij ſunt inter natiuitatis & accidentis diem, eo anno quo contigit illud accidens. Et iſti dies deinde quærantur in tabula profectionis, & è directo per lineam tranſuerſalẽ verſus dexterã inuenies gradus & minutã, qui ſunt inter profectionẽ horoſcopi, & promiſſorẽ: quos gradus & minuta accipies. A quibus gradibus & minutis ſi ſubtrahantur gradus & minuta promiſſoris, quæ remanẽt, producẽt verũ gradũ & minutũ horoſcopi: Exemplũ. Nã in anno ætatis 39. currente, fuit dominus anni Saturn. & profectio horoſcopi venit ad ſignũ Aquarij in 22. partes & 39. min. Quare feci ad corpus Martis directionẽ. Et diſtantia à profectione horoſcopi ſcilicet 22. gradibus & 39. min. ad corpus Martis fuerunt gradus 24. & min. 49. qui dederunt (vt patet in tabula ſequenti) dies 303. quod tempus accidentis fuit.

*De tranſitu planetarum ſuper gradum Horoſcopi.*

Dato eodem modo, vt ſupra, tempore alicuius accidentis in annis, menſibus, & diebus vide in Ephemeridibus, vtrum eo ipſo tempore planeta, cui ſignificatio talis accidentis competit, tranſeat gradum horoſcopi, aut aliquo aſpectu eum irradiet. Quod ſi fiet, gradum & minutum eius planetæ verum aſcendens natiuitatis eſſe ſcias.



Digitized by Google

*EXEMPLVM RECTIFICATIONIS GENITVRAE, QVAE accidit anno 1522. die 7. Auguſti Florentiæ: cuius figura æſtimatiua talis eſt.*

AESTIMATVM tempus huius natiuitatis falſum eſſe indè colligitur, quia directiones, præſertim horoſcopi, non exactè congruunt cum temporibus euentuum,& caſuum nati,quod demonſtrare ex calculo ipſo,niſi inſtitutæ breuitatis rationem haberem. Rectificaui autem illam per varios caſus nato exhibitos, ex quibus deprehendo in horoſcopo aſcendere gradum 22.min.39. Sagittarij: Sed ſubiicio integrum thema rectificatum. Rectificaui etiam hanc figuram ſecundum regulam Ptolemæi per Animodar ad inſtar Martis:nam inueni nouilunium immediatè præcedẽs,17.gradus & 26. min. piſciũ attigiſſe: in quo gradu Mercurius habebat terminos: Mars erat dominus trigoni: quia natiuitas erat nocturna:Iupiter autẽ erat dominus domus, & Venus exaltationis. Quare gradũ Medij cæli direxi ad inſtar Martis domini trigoni nouilunij. cum numerus Martis fuit proprior culmini quam horoſcopo. vnde ad clima Florentinum venit horoſcopus 22. partes cum 39. minutis Sagittarij.




*Latitudines planetarum ad tempus genituræ propoſitæ.*

♄ 0.25.47. Meridion. Deſc.

♃ 0.19.26. Septen. Deſc.

♂ 0.8.40. Septen. Deſc.

☉

♀ 0.45.58. Meridio.Aſcen.

☿ 1.36.9. Merid. Aſcen.

☽ 4.28.34. Septen. Deſc.




Natus eſt ergo anno 1522. die 7. Martij, horis à meridie 13. min. 18.

Differen

Digitized by Google

Differentia æſtimati & veri temporis eſt minutorũ. 7. ſec. 8. & interuallũ quò minus ab æſtimato tempore recedit, tanto certius eſt. Antecedit autem totidem minutis vera natiuitas æſtimatiuam, vt plerumque fieri ſolet, ob tardiorem obſtetricum relationem.

Porrò quòd hæc figura ſit veriſsima, ex ſequentibus caſibus, qui ſuis directionibus & profectionibus, item tranſitibus exactè reſpondent, liquidò conſtat. Circiter annum ætatis quintum completum, hic natus fuit in periculo mortis propter aduerſam valetudinẽ, habuit natus Bubonem, & anthracem, & febrem peſtiferam, quo tempore directio horoſcopi ad ſolis quadratum dextrum peruenit, & ad Martis terminos.

Paulo poſt applicuit ipſa directio ſextilis aſpectus dextro Veneris, quo tempore ſcilicet anno 15. natus accepit ſacrum ordinem ſubdiaconatus, & peruenit ad ſtatum, & dignitatem Eccleſiaſticam.

Anno ætatis currente 18. peruenit directio gradus medij cæli ad trigonum Veneris dextrum. Eo tempore cum magnis ſolennitatibus, honoribus, & totius ciuitatis cõcurſu in die aſcenſionis domini noſtri ſaluatoris ſuam primam Miſſam ſacroſanctam natus cecinit.

Anno 29. currente ætatis ſuæ directio medij cęli ad Martis dextrũ trigonũ venit: & natus decoratus eſt doctoratus inſignibus, imo in eodẽ anno venit horoſcopi directio ad Iouis corpus, quæ quidem progreſsio claros Iouialium patrocinio atque largitionibus decernebat. Quapropter factus eſt Doctor Theologus in Academia Piſana.

Anno 31. currente ætatis eius peruenit directio horoſcopi ad Saturni terminos, quæ ſignificabat malã corporis dyſcraſiam chronicam, ſeu tertianam duplicem, & cerebri inuolutionem. vnde die 25. Nouembris factus eſt infirmus cum periculo vitæ.

Anno 35. ætatis eius currente, directio Solis ad Saturni quadratum, honoris & alti gradus deiectionem minabatur: quapropter ſuſtulit honoris iacturam, dedecus, & nigram ſui nominis notam, ſine ignominia: & conſilia eius malum finem habuerunt: factus eſt infirmus per multos menſes, & tolerauit capitis dolorem per quatuor menſes, fuitque incarceratus, & ſuſtinuit bracchiorum tormenta.

Anno 39. currente ætatis eius directio Solis ad Martis terminos iram magni principis, & potentiorum odia, indignationes, inſidias, & honoris & fortunarum iacturas ſignificauit, quin & carceris & exilij incommoda demonſtrauit. Et ſi natus nõ effugiſſet inimicorum inſidias, biothanatus interiiſſet. Hoc totum ſuſtinuit natus.

Anno 43. currente ætatis eius eadem directio ad ſextilem Martis in ſignis longarum deſcenſionum ſignificauit nato bilem rubeam cum capitis dolore acerbiſsimo, vt pote febrem cholericam & acutã: quapropter quia erat tempus peſtis, incluſus fuit in domum ſuam per 60. dies cum maximo ſuo incommodo: deinde detentus fuit in carcere per 17. dies ſine cauſa.

Anno 46. currente ætatis eius directio horoſcopi ad Lunæ oppoſitionem obnunciauit frigidas & humidas alterationes: quoniam decubuit in lecto cum febre continua per 7. dies, deinde hæc febris mutata fuit in febrem tertianam.

Anno 50. currente ætatis eius directio medij cæli ad Iouis Antiſcium dedit beneficia Eccleſiaſtica, & honoris inſignia.

Anno 53. currente ætatis eius directio horoſcopi ad corpus Saturni attulit nato ægritudinem ex frigiditate & ſiccitate prouenientem ex nimia pituita, hoc eſt phlegmatis redundantia, & moleſtiſsimam febrem.

*Rectificatio per profectiones.*

Anno domini à Virgineo partu 1561. Die 4. Ianuarij, qui fuit ætatis nati annus 39. currens: Venetiis miſſus fuit in carcerem cum magno periculo ſuę vitæ ex falſis calumniis: quapropter dedit ſe in fugam: Quo tempore profectio gradus horoſcopi venit ad corpus Martis, qui in radice eſt dominus quartæ domus ſignificantis captiuitates, amiſsiones bonorum ſtabilium &c. vt ipſe amiſit. Per hunc caſum notabilem (qui ita ex radice proceſsit) volui examinare gradum aſcendentis natiuitatis prędictæ. vidi enim, quòd tali anno fuit profectio annua Aſcendentis ad Aquarium, & antequàm compleretur annus, pertingebat profectio talis ad ſignũ Piſciũ, in quibus fuit Mars in radice natiuitatis prędictæ. Numeraui ergo primo dies intermedios à die natiuitatis prædictæ in diem quartum Ianuarij, ſcilicet accidentis, & reperi dies 303. qui per ſenarium aucti faciunt, 1818. ſextas ſcilicet dierum. Hos diuiſi per 73. ſextas, & venerunt gradus 24. & minuta 66. quam ſummam ſubduxi à loco promiſſoris accidentis geniture propoſitæ, ſcilicet à ſignis 11. grad. 17. & minut. 28. loci Martis, & minutis 28. in reſiduo fuere gradus 22. & min. 22. ferè, qui ſunt gradus veri aſcendentis, ſcilicet Sagittarij natiuitatis prædictæ. Eumdem prorſus gradum, ſed 39. minutorum directiones produxerũt. Differentia eſt admodum exigua, ac ſatis eſt, quòd tàm exactè in gradibus congruunt, plus tamen autoritatis tribuendum eſt directionibus, quàm profectionibus.

1818 | 24
73 |
65
73

*Quomodo dies exploretur faciliter aliomodo, quo profectio annua ad certum locum figuræ Cæli perueniat.*

Ex genitura ſupradicta, vel ex aliis genituris, excipe locum aſpectus, cuius diem quæris, quem ad partem notabis. Deinde ſubſcribe illi ſignum, gradum, & minutum profectionis annuæ, & eum numerum ſubtrahe a primo, ſcilicet à promiſſore, & veniet differentia inter ſignum & gradum, & radicis profectionis, & locum aſpectus, cuius diem quæris, vt ſit radix profectionis aſcendentis anno 39. ætatis nati fuit 22. min 39. Aquarij (pro exemplo natiuitatis propoſitæ) uolo inueſtigare diem, quando pertinget ad corpus Martis, fuit autem Mars in 17. grad. 28. min. Piſcis. operare vt infra.

| Signa. | Gradus. | Minuta. | |
|---|---|---|---|
| 11 | 17 | 28 | Corpus Martis. |
| 10 | 22 | 22 | Radix profectionis annuæ ſubtrahenda. |
| 0 | 24 | 50 | Diſtantia inter radicem profectionis, & corpus Martis. |

Hos gradus 24. & minut. 50. quæro in tabula ſequenti, & reperio viciniorem 24. 49. ad læuam tabulæ dierum 303. Dico igitur die 4. Ianuarij profectionem annuam pertingere ad corpus Martis, quoniam à die reuolutionis natiuitatis vſque ad diem 4. Ianuarij concurrerunt dies 303. in qua die venit accidens ſupradictum notabile: & ſic rectificatio aſcendentis per profectionem huius tabulæ eſt facilior quam primus modus: & ſic poteſt rectificari aſcendentis gradus. Nam accidens proceſsit die 4. Ianuarij, hoc eſt die 303. à reuolutione: quiquidem dies in tabula dant gradus 24. & min. 49. tantam igitur eſſe oportet illam differentiam inter profectionem, & promiſſorem, ſi verum gradum aſcendentis habere velis. Et ideo pone vel quære gradum, & minutum in horoſcopo pro eius verificatione, qui poſsit facere talem differentiam cum promiſſore, vt ſupra demonſtratum eſt.

Ne autem lateat te ratio horum numerorum inquirendorum, ac componendi totam hanc tabulam. Scias ſicut annuæ profectioni vnum ſignum dederunt Aſtrologi: ita etiam nos in hac tabula integrum ſignum in 365. dies partiri. Id autem hoc modo facile fiet, ſi 30. gradus per ſexaginta minuta reſolueris, colliges 1800. minuta. Inde ſi rurſus ſexagenaria multiplicatione hæc minuta in ſcrupula ſecundaria transformaueris, habebis 108000. ſecunda: quæ ſi per 365. dies diuiſeris, colliges in quotiente 296. ferè ſecundaria ſcrupula, quæ faciunt 4. minuta, 56. ſecunda. Hæc ſi à primo natiuitatis die exorſus ordine continuaris vſque ad vltimum anni natalitij diem, qui finitur in recurſu Meridiei eius diei, quo natus eſt infans, colliges tandem integrum triginta graduum vnius ſigni numerum.

*Abrahami Iudæi ſcripta.*

A principio domus, in qua reperietur planeta, vide per quot partes, ſeu gradus æquales diſtiterit ipſe planeta: & pro ſingulis gradibus duobus cum dimidio, tribue vnum menſem, & pro ſingulis gradibus 12. dies.

Tabula

*Tabula pro diebus, quibus profectio annua ad certum locum figuræ cæli pertinget.*

| Dies | Gr. | Min. | Dies | Gr. | Min. | Dies | Gr. | Min. | Dies | Gr. | Min. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 0 | 0 | 49 | 3 | 57 | 97 | 7 | 53 | 145 | 11 | 51 |
| 2 | 0 | 5 | 50 | 4 | 2 | 98 | 7 | 58 | 146 | 11 | 55 |
| 3 | 0 | 10 | 51 | 4 | 7 | 99 | 8 | 3 | 147 | 12 | 0 |
| 4 | 0 | 15 | 52 | 4 | 12 | 100 | 8 | 8 | 148 | 12 | 5 |
| 5 | 0 | 20 | 53 | 4 | 17 | 101 | 8 | 13 | 149 | 12 | 10 |
| 6 | 0 | 25 | 54 | 4 | 21 | 102 | 8 | 18 | 150 | 12 | 15 |
| 7 | 0 | 30 | 55 | 4 | 26 | 103 | 8 | 23 | 151 | 12 | 20 |
| 8 | 0 | 35 | 56 | 4 | 31 | 104 | 8 | 28 | 152 | 12 | 25 |
| 9 | 0 | 40 | 57 | 4 | 36 | 105 | 8 | 33 | 153 | 12 | 30 |
| 10 | 0 | 45 | 58 | 4 | 41 | 106 | 8 | 38 | 154 | 12 | 35 |
| 11 | 0 | 50 | 59 | 4 | 46 | 107 | 8 | 43 | 155 | 12 | 40 |
| 12 | 0 | 55 | 60 | 4 | 51 | 108 | 8 | 38 | 156 | 12 | 44 |
| 13 | 0 | 59 | 61 | 4 | 56 | 109 | 8 | 53 | 157 | 12 | 49 |
| 14 | 1 | 4 | 62 | 5 | 0 | 110 | 8 | 58 | 158 | 12 | 54 |
| 15 | 1 | 9 | 63 | 5 | 5 | 111 | 9 | 3 | 159 | 12 | 59 |
| 16 | 1 | 14 | 64 | 5 | 10 | 112 | 9 | 8 | 160 | 13 | 4 |
| 17 | 1 | 19 | 65 | 5 | 15 | 113 | 9 | 13 | 161 | 13 | 9 |
| 18 | 1 | 24 | 66 | 5 | 20 | 114 | 9 | 18 | 162 | 13 | 14 |
| 19 | 1 | 29 | 67 | 5 | 25 | 115 | 9 | 23 | 163 | 13 | 19 |
| 20 | 1 | 34 | 68 | 5 | 30 | 116 | 9 | 27 | 164 | 13 | 24 |
| 21 | 1 | 39 | 69 | 5 | 35 | 117 | 9 | 32 | 165 | 13 | 29 |
| 22 | 1 | 44 | 70 | 5 | 40 | 118 | 9 | 37 | 166 | 13 | 33 |
| 23 | 1 | 49 | 71 | 5 | 45 | 119 | 9 | 42 | 167 | 13 | 38 |
| 24 | 1 | 53 | 72 | 5 | 50 | 120 | 9 | 47 | 168 | 13 | 43 |
| 25 | 1 | 58 | 73 | 5 | 55 | 121 | 9 | 52 | 169 | 13 | 48 |
| 26 | 2 | 3 | 74 | 6 | 0 | 122 | 9 | 57 | 170 | 13 | 53 |
| 27 | 2 | 8 | 75 | 6 | 5 | 123 | 10 | 1 | 171 | 13 | 58 |
| 28 | 2 | 13 | 76 | 6 | 10 | 124 | 10 | 6 | 172 | 14 | 3 |
| 29 | 2 | 18 | 77 | 6 | 15 | 125 | 10 | 11 | 173 | 14 | 8 |
| 30 | 2 | 23 | 78 | 6 | 20 | 126 | 10 | 16 | 174 | 14 | 13 |
| 31 | 2 | 28 | 79 | 6 | 25 | 127 | 10 | 21 | 175 | 14 | 18 |
| 32 | 2 | 33 | 80 | 6 | 30 | 128 | 10 | 26 | 176 | 14 | 23 |
| 33 | 2 | 38 | 81 | 6 | 35 | 129 | 10 | 31 | 177 | 14 | 28 |
| 34 | 2 | 42 | 82 | 6 | 40 | 130 | 10 | 36 | 178 | 14 | 33 |
| 35 | 2 | 47 | 83 | 6 | 45 | 131 | 10 | 41 | 179 | 14 | 38 |
| 36 | 2 | 52 | 84 | 6 | 50 | 132 | 10 | 46 | 180 | 14 | 43 |
| 37 | 2 | 57 | 85 | 6 | 54 | 133 | 10 | 51 | 181 | 14 | 48 |
| 38 | 3 | 2 | 86 | 6 | 59 | 134 | 10 | 56 | 182 | 14 | 53 |
| 39 | 3 | 7 | 87 | 7 | 4 | 135 | 11 | 1 | 183 | 14 | 47 |
| 40 | 3 | 12 | 88 | 7 | 9 | 136 | 11 | 6 | 184 | 15 | 2 |
| 41 | 3 | 17 | 89 | 7 | 14 | 137 | 11 | 11 | 185 | 15 | 7 |
| 42 | 3 | 22 | 90 | 7 | 19 | 138 | 11 | 16 | 186 | 15 | 12 |
| 43 | 3 | 27 | 91 | 7 | 24 | 139 | 11 | 21 | 187 | 15 | 17 |
| 44 | 3 | 32 | 92 | 7 | 29 | 140 | 11 | 26 | 188 | 15 | 22 |
| 45 | 3 | 37 | 93 | 7 | 34 | 141 | 11 | 31 | 189 | 15 | 27 |
| 46 | 3 | 42 | 94 | 7 | 39 | 142 | 11 | 36 | 190 | 15 | 32 |
| 47 | 3 | 47 | 95 | 7 | 43 | 143 | 11 | 41 | 191 | 15 | 37 |
| 48 | 3 | 52 | 96 | 7 | 48 | 144 | 11 | 46 | 192 | 15 | 42 |



Digitized by Google

*Tabula pro diebus, quibus profectio annua ad certum locum figuræ cæli pertinget.*

| Dies | Gra.Mi. | Dies | Gra.Mi. | Dies | Gra.Mi. | Dies | Gra.Mi. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 193 | 15 47 | 237 | 19 23 | 281 | 23 0 | 325 | 26 37 |
| 194 | 15 52 | 238 | 19 28 | 282 | 23 5 | 326 | 26 42 |
| 195 | 15 57 | 239 | 19 33 | 283 | 23 10 | 327 | 26 47 |
| 196 | 16 2 | 240 | 19 38 | 284 | 23 15 | 328 | 26 52 |
| 197 | 16 6 | 241 | 19 43 | 285 | 23 20 | 329 | 26 57 |
| 198 | 16 11 | 242 | 19 48 | 286 | 23 25 | 330 | 27 2 |
| 199 | 16 16 | 243 | 19 53 | 287 | 23 30 | 331 | 27 7 |
| 200 | 16 21 | 244 | 19 57 | 288 | 23 35 | 332 | 27 12 |
| 201 | 16 26 | 245 | 20 2 | 289 | 23 39 | 333 | 27 17 |
| 202 | 16 31 | 246 | 20 7 | 290 | 23 44 | 334 | 27 22 |
| 203 | 16 36 | 247 | 20 12 | 291 | 23 49 | 335 | 27 27 |
| 204 | 16 41 | 248 | 20 17 | 292 | 23 54 | 336 | 27 32 |
| 205 | 16 46 | 249 | 20 22 | 293 | 23 59 | 337 | 27 37 |
| 206 | 16 51 | 250 | 20 27 | 294 | 24 4 | 338 | 27 41 |
| 207 | 16 55 | 251 | 20 32 | 295 | 24 9 | 339 | 27 46 |
| 208 | 17 0 | 252 | 20 37 | 296 | 24 14 | 340 | 27 51 |
| 209 | 17 5 | 253 | 20 42 | 297 | 24 19 | 341 | 27 56 |
| 210 | 17 10 | 254 | 20 47 | 298 | 24 24 | 342 | 28 0 |
| 211 | 17 15 | 255 | 20 52 | 299 | 24 29 | 343 | 28 5 |
| 212 | 17 20 | 256 | 20 57 | 300 | 24 34 | 344 | 18 10 |
| 213 | 17 25 | 257 | 21 2 | 301 | 24 39 | 345 | 28 15 |
| 214 | 17 30 | 248 | 21 7 | 302 | 24 44 | 346 | 28 20 |
| 215 | 17 35 | 259 | 21 12 | 303 | 24 49 | 347 | 28 25 |
| 216 | 17 40 | 260 | 21 17 | 304 | 24 54 | 348 | 28 30 |
| 217 | 17 45 | 261 | 21 32 | 305 | 24 59 | 349 | 28 35 |
| 218 | 17 50 | 262 | 21 27 | 306 | 25 3 | 350 | 28 40 |
| 219 | 17 55 | 263 | 21 32 | 307 | 25 8 | 351 | 28 45 |
| 220 | 18 0 | 264 | 21 37 | 308 | 25 13 | 352 | 28 50 |
| 221 | 18 5 | 265 | 21 42 | 309 | 25 18 | 353 | 28 55 |
| 222 | 18 10 | 266 | 21 47 | 310 | 25 23 | 354 | 29 0 |
| 223 | 18 15 | 267 | 21 52 | 311 | 25 28 | 355 | 29 5 |
| 224 | 18 20 | 268 | 21 56 | 312 | 25 33 | 356 | 29 10 |
| 225 | 18 25 | 269 | 22 1 | 313 | 25 38 | 357 | 29 15 |
| 226 | 18 30 | 270 | 22 6 | 314 | 25 43 | 358 | 29 20 |
| 227 | 18 34 | 271 | 22 11 | 315 | 25 48 | 359 | 29 25 |
| 228 | 18 39 | 272 | 22 16 | 316 | 25 53 | 360 | 29 30 |
| 229 | 18 44 | 273 | 22 21 | 317 | 25 57 | 361 | 29 35 |
| 230 | 18 49 | 274 | 22 26 | 318 | 26 2 | 362 | 29 40 |
| 231 | 18 54 | 275 | 22 31 | 319 | 26 7 | 363 | 29 45 |
| 232 | 18 58 | 276 | 22 36 | 320 | 16 12 | 364 | 29 50 |
| 233 | 19 3 | 277 | 22 41 | 321 | 26 17 | 365 | 29 55 |
| 234 | 19 8 | 278 | 22 46 | 322 | 26 22 | | |
| 235 | 19 13 | 279 | 22 50 | 323 | 26 27 | | |
| 236 | 19 18 | 280 | 22 55 | 324 | 26 32 | | |

Rectificatio

Digitized by Google

*Rectificatio per tranſitum.*

Anno domini 1562. die 10. Octobris & ætatis nati. 40. à militibus Hugonottis cum periculo vehementi mortis ſpoliatus, & deprædatus fuit, quo tempore Mars ſupra Antiſcium ſuum in nona domo radicis tranſitum faciebat, quæ quidem domus ſignificat religionem, &c.

Item eodem anno die 26. Septembris à latronibus etiam fuit ſpoliatus qui ei nil relinquerunt niſi mar ſupium vacuum & pugionem cum cingulo, quæ res poſtea ab equitibus Hugonottis ſublatæ ei fuerunt ( vt ſupra dixi die 10. Octobris ) quo tempore Sol ſupra Antiſcium Martis & Mercurij, & Mars ſupra Antiſcium Solis tranſitum faciebât: Mercurius vero erat oppoſitus Soli.

Hoc exemplum vtroque modo, & per directiones, & per profectiones rectificauimus: ac vides vtramque viam in eodem prorſus gradu cõgruere, idque maioris certitudinis euidens argumentũ eſt. Ac in eadem hac genitura habes etiam exemplum de trãſitu, nempe de anno 1562. die 26. Septembris, & die 10. Octobris cum aliis obſeruationibus. Nec opus eſſe arbitror prolixius de ea ratione rectificandi monere, cum res per ſe omnino ſit facilis.

*Regulæ ad Dominum genituræ extrahendum.*

*Firmici præceptum de electione gubernatoris.*

Variæ ſunt Aſtrologorum opiniones de ratione eligendi dominũ natiuitatis. Nam Iulius Firmicus quẽ ſequitur Põtan' qui fuit poſt Ptolomæũ annis 170. lib. 4. c. 12. ex authoritate Latinorũ, quorũ prędictiones cõſcripſit, narrat eum planetam eſſe genituræ dominum, qui præeſt ſigno, quod Luna proximè poſt natiuitatem ingreditur, Leone & Cancro exceptis, quibus luminaria præſunt: Nam luminaria non aſſumuntur ad dominum natiuitatis. Hic modus eligendi dominum natiuitatis fundatus eſt in rebus non bene intellectis, vt narrat Cardanus in lib. quadrip. 4. cap. 10. teſt. 74.

*Opinionũ diuerſitas ĩ eligẽdo domino genituræ*

Quidam antiqui Aſtrologi genituræ dominum hac voluerunt ratione colligere, dicentes, hunc genituræ eſſe dominum, qui in principalibus genituræ locis poſitus, in ſignis, aut in finibus eſſet inuentus.

Alij verò à Sole, & Luna, genituræ dominum requirebant, dicentes eum eſſe genituræ dominum, in cuius ſtellæ finibus Sol & Luna fuiſſent inuenti: id eſt, vt Sol in diurna, & Luna in nocturna genitura habeat rationem.

Græci autem accipiunt dominum totius natiuitatis eum planetam, qui habet plures dignitates eſſentiales in loco Mercurij, & Lunæ: qui dicitur, iuxta Ptolomæi decreta in lib. 3. c. 13. ſuarum prædictionũ, dominus ſpiritus, ſeu vigoris, aut animi.

*Opinio recentiorum Aſtrologorũ qui Ptolemæũ ſequuntur.*

*Loca, ex quib. dominus genituræ indagandus eſt.*

Arabes tamen dominum genituræ eum cenſent, qui præcipuas & plurimas dignitates eſſentiales obtinet in quinque locis hylegialibus, videlicet.

1. Loco Solis.
2. Loco Lunæ.
3. Horoſcopi.
4. Partis fortunæ.
5. Coniunctionis, vel oppoſitionis luminarium immediatè natiuitatem pręcedentis, vt ſcripſit Alchabitius diff. 4. Quam rationẽ moderni aſtrologi ſequuntur, vt Ioannes Sconerus libro primo demonſtrat, & docet. Et hæc fuit opinio etiã M. Manilij, qui Græcorum veſtigia ſectabatur. Cui hæc ratio placet, is eam poterit ſequi, neque ego reprehendo eam.

*Abrahami iudæi ſententia.*

Vltima eſt opinio Iudæorum, quam obſeruaui eſſe veriſsimam. Nam ſcripſit Abrahamus Hebręus hæc verba: Potiſsimum omnium teſtimonium eſt, vt conſideremus ſtatum planetæ ſupra totum circulum ſigniferi poteſtatem habentis. Quem Saraceni Almuten dicunt: eius enim teſtimonium pro qualitate ſui ſtatus omnibus aliis ſimul acceptis æquipollet. Hũc autem ſic inuenies. Sciendum ergo, quòd loca principalia ſunt quinque. Vnus eſt Sol, alter Luna, tertius eſt locus adunationis, hoc eſt, nouilunij, vel oppoſitionis, ſcilicet Plenilunij, alterutra harum natiuitatum præceſſerit.

Hic autem diſſentiunt ſapientes, quando enim oppoſitio natiuitatem præceſſerit, dubitant an locus Solis, an locus Lunæ ſit accipiendus tertius. Ptolemæus autem affirmat ſemper locum eius, qui ſuperius Hemiſphæriũ in oppoſitione obtinuerit, tertiũ fore capiẽdum. Hermes item & Dorotheus aſſerunt tertium ponendum eſſe locum ſuperius Hemiſphęrium tenentis in natiuitate. Indi tamen tertium ponendum eſſe aſſerunt, locum Lunæ in hora oppoſitionis ſemper. Quibus conſentiunt Meſſahala, ſapientéſque Saracenorum, & Iudæorũ, quibus non ego aſſentior. Quartus gradus orĩetis. Quintus, pars fortunæ, quæ ſecundum Ptolomæũ ſemper tam de die, quàm de nocte ſumenda eſt à Sole ad Lunam.

Computa quot virtutes habet quilibet planetarum in his quinque locis enarratis, & in loco in quo eſt in figura natiuitatis, & in die, & hora natiuitatis.

*Dignitates domorum ſucceſsione quadam ita ſe habent.*

| | |
|---|---|
| Et da domino domus dignitates | 5 |
| Domino honoris, ſiue altitudinis dignitates | 4 |
| Domino triplicitatis (quicunque horum fuerit) dignitates | 3 |
| Domino termini, dignitates | 2 |
| Domino faciei, dignitatem | 1 |
| Si quis planeta præterea fuerit in domo prima, da ei virtutes ſiue dignitates | 12 |
| Exiſtenti in decima domo, dignitates | 11 |
| In ſeptima domo, dignitates | 10 |
| In quarta domo, dignitates | 9 |
| In vndecima domo, dignitates | 8 |
| In quinta domo, dignitates | 7 |
| In ſecunda domo, dignitates | 6 |
| In nona domo, dignitates | 5 |
| In octaua domo, dignitates | 4 |
| In tertia domo, dignitates | 3 |
| In duodecima domo, dignitates | 2 |
| In ſexta domo, dignitatem | 1 |
| Domino diei, vel noctis da dignitates | 7 |
| Domino horæ natiuitatis, dignitates | 6 |

*Quis ſit dominus genituræ.*

Planeta igitur qui plures habuerit dignitates, ille erit Almuten, hoc eſt, vincens: quoniam Almuten vocabulum Barbaricum eſt, quam Græci vocant Atla, vti cecinit Marcus Manilius Senator Romanorũ, & poëta eminentiſsimus. Huius dominatoris magna eſt vtilitas in genituræ iudicio iuxta naturam

Digitized by Google

naturam enim dominus generaliter iudicatur de tota vita, moribus & complexione, ſeu temperamento corporis. Ac in conſtitutione corporis nati, ſecundum luminaria, præcipuum locum habet dominus genituræ. Quare pro qualitate collocationis atque configurationis, cum ſtellis aliis, proque natura ſua & ſtellarum, à quibus vel fouetur, vel impugnatur, ac ſigni per quod fertur, & ſigni eius ac finium domini, quid nato obuenturũ ſit, in totius vitæ curſu, per ſeriem decernit. vnde idem ipſius ius videtur eſſe in nati vita, quod gubernatoris in naui, totaque adminiſtratione. Hunc dominum, ſi in natiuitatis themate, directũ, ſaluumq; ab impedimentis, forte, & fortunatũ offenderis, felicium ſtellarum, corporibuſque munitum, præſertim ſi ipſius natura benefica fuerit, nato diuturnam vitam, & multa felicia bona pollicetur, ex ſententia Arabum, ac ſignificationibus cum domino horoſcopi congruit.

*Quid Arabes iudicet ex domino genituræ.* De his ſignificationibus, vide Pontanum lib. 8. ſi vnus ſolus præſit: vel lib. 6. de rebus cæleſtibus ſi duo ſint ſimul domini genituræ.

*Ad Dodecatemorion planetæ alicuius inueniendum.*

Hæc tabula ſequens eſt ad inuenienda planetarum Dodecatemoria, & ſic operatur.

Cum gradu planetæ cuius Dodecatemorion quęris, intra in primam columnam, & ex eius directo accipe ſigna & grad. quæ extra ad patrẽ ſcribe.

Deinde intra cum minutis planetæ ad ſecundam vel tertiam columnam, & ex directo eorum ſimiliter accipe gradus & minuta, quæ ſub aliis iam reſeruatis ſcribe, quodlibet ſub ſuo genere.

Deinde adde ſigna, gradus, & minuta planetæ, & collige omnia, & collecta proiice à principio ſigni Arietis: & vbi numerus finitur, ibi erit Dodecatemorion ipſius planetæ. Vt in præſenti genitura ſi volueris Dodecatemorion Saturni, qui eſt in gradu 8. min. 52. Piſcium, ingreditor primam columnam, cum gradibus 8. & è directo ſig. 3. grad. 6. & extra ſcribe.




Deinde cum minutis 52. & è directo inuenies gra. 10. min. 24. quę adde prædictis: & deinde adiice ſing. 11. gra. 8. min. 52. & collige omnia. & quia ſigna ſuperant 12. & remanent 2. cum gradibus 25. & min. 16. dico hic eſſe Dodecatemorion Saturni 25. gradu 16. min. Geminorum.

| ſig. | grad. | min. | |
|---|---|---|---|
| 3 | 6 | 0 | Ex 8. gradib. Saturni. |
| | 10 | 24 | Ex 52. minu. Saturni. |
| 11 | 8 | 52 | Locus Saturni radicis |
| 2 | 25 | 16 | Dodecatemorion Saturni. fuit igitur Dodecatemorion in gradu 25. minutis 16. Gemini. |

Tabula

*Tabulæ graduum.*

| pl. | g. | s. | g. |
|---|---|---|---|
| | 1 | 0 | 12 |
| | 2 | 0 | 24 |
| | 3 | 1 | 6 |
| | 4 | 1 | 18 |
| | 5 | 2 | 0 |
| | 6 | 2 | 12 |
| | 7 | 2 | 24 |
| | 8 | 3 | 6 |
| | 9 | 3 | 18 |
| | 10 | 4 | 0 |
| | 11 | 4 | 12 |
| | 12 | 4 | 24 |
| | 13 | 5 | 6 |
| | 14 | 5 | 18 |
| | 15 | 6 | 0 |
| | 16 | 6 | 12 |
| | 17 | 7 | 24 |
| | 18 | 7 | 6 |
| | 19 | 7 | 18 |
| | 20 | 8 | 0 |
| | 21 | 8 | 12 |
| | 22 | 8 | 24 |
| | 23 | 9 | 18 |
| | 24 | 9 | 6 |
| | 25 | 10 | 0 |
| | 26 | 10 | 12 |
| | 27 | 10 | 24 |
| | 28 | 11 | 6 |
| | 29 | 11 | 18 |
| | 30 | 12 | 0 |

*Tabula minutorum.*

| pl. | m. | g. | m. | pl. | m. | g. | m. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | 1 | 0 | 12 | | 31 | 6 | 12 |
| | 2 | 0 | 24 | | 23 | 0 | 24 |
| | 3 | 0 | 36 | | 33 | 6 | 36 |
| | 4 | 0 | 48 | | 34 | 6 | 48 |
| | 5 | 1 | 0 | | 35 | 7 | 0 |
| | 6 | 1 | 12 | | 36 | 7 | 12 |
| | 7 | 1 | 24 | | 37 | 7 | 24 |
| | 8 | 1 | 36 | | 38 | 7 | 36 |
| | 9 | 1 | 48 | | 39 | 7 | 48 |
| | 10 | 2 | 0 | | 40 | 8 | 0 |
| | 11 | 2 | 12 | | 41 | 8 | 12 |
| | 12 | 2 | 24 | | 42 | 8 | 24 |
| | 13 | 2 | 36 | | 43 | 8 | 36 |
| | 14 | 2 | 48 | | 44 | 8 | 48 |
| | 15 | 3 | 0 | | 45 | 9 | 0 |
| | 16 | 3 | 12 | | 46 | 9 | 12 |
| | 17 | 3 | 24 | | 47 | 9 | 24 |
| | 18 | 3 | 36 | | 48 | 9 | 36 |
| | 19 | 3 | 48 | | 49 | 9 | 48 |
| | 20 | 4 | 0 | | 50 | 10 | 0 |
| | 21 | 4 | 12 | | 51 | 10 | 12 |
| | 22 | 4 | 24 | | 52 | 10 | 24 |
| | 23 | 4 | 36 | | 53 | 10 | 36 |
| | 24 | 4 | 48 | | 54 | 10 | 48 |
| | 25 | 5 | 0 | | 55 | 11 | 0 |
| | 26 | 5 | 12 | | 56 | 11 | 12 |
| | 27 | 5 | 24 | | 57 | 11 | 24 |
| | 28 | 5 | 36 | | 58 | 11 | 36 |
| | 29 | 5 | 48 | | 59 | 11 | 48 |
| | 30 | 6 | 0 | | 60 | 12 | 0 |

*Ad Antiſcia planetarum in ſignis, gradibus & minutis colligenda.*

Quare primo ſignũ tui planetæ, cuius Antiſciũ vis in ordine ſignorum ſequentis tabulæ. Nam ſignum, quod ad latus tui ſigni adiacet, eſt ſignum Antiſcij tui planetæ. Vt ſi Iupiter eſſet in Sagitiarij 10.grad.50.minut.quoniam Sagitarius adiacet Capricorno: ideo in Capricorno mittit Iupiter antiſcium ſuum.Si gradum vis,intra cum gradu 10.Iouis in tabulam graduum, cui ad latus adiacet 20. gradus. Si minutum, intra ordinem minutorum cum 50.minutis Iouis, quibus adiacet minut. 10. Infert igitur,Iouem ex 10.grad.50.minut. Sagittarij, mittere antiſcium ſuum in grad. 20. min. 10. Capricorni.

*Antiſcia*

| | | |
|---|---|---|
| ♋ | in | ♊ |
| ♌ | | ♉ |
| ♍ | | ♈ |
| ♎ | | ♓ |
| ♏ | | ♒ |
| ♐ | | ♑ |

*Antiſcia in gradu.*

| | | |
|---|---|---|
| 1 | in | 29 |
| 2 | | 28 |
| 3 | in | 27 |
| 4 | | 26 |
| 5 | in | 25 |
| 6 | | 24 |
| 7 | in | 23 |
| 8 | | 22 |
| 9 | in | 21 |
| 10 | | 20 |
| 11 | in | 19 |
| 12 | | 18 |
| 13 | in | 17 |
| 14 | | 16 |
| 15 | in | 15 |

*Antiſcia*

Digitized by Google

*Antiſcia in minutis.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | 59 | 17 | 43 |
| 2 | 58 | 18 | 42 |
| 3 | 57 | 19 | 41 |
| 4 | 56 | 20 | 40 |
| 5 | 55 | 21 | 39 |
| 6 | 54 | 22 | 38 |
| 7 | 53 | 23 | 37 |
| 8 | 52 | 24 | 36 |
| 9 | 51 | 25 | 35 |
| 10 | 50 | 26 | 34 |
| 11 | 49 | 27 | 33 |
| 12 | 48 | 28 | 32 |
| 13 | 47 | 29 | 31 |
| 14 | 46 | 30 | 30 |
| 15 | 45 | | |
| 16 | 44 | | |

*Quota hora planetaria aliquis ſit natus, quomodo explorandum ſit.*

Cum igitur ſcire volueris,quota hora inæquali, ſeu planetaria aliquis natus ſit, primũ vide, vtrum natiuitas ſit diurna,& cuius planetæ denominationem dies natalis habeat. Tum enim quantitas diuiſa ſemidurna, in ſex æquales partes, aut diurna per 12.quantitatem vnius horæ inæqualis ſeu planetariæ oſtendit, quam ſi ad tempus ortus Solis abiicies,initium horæ ſecundæ habebis. Hinc ſi iterum tantundem adieceris,initium horæ tertiæ reperies, idque eo vſque faciendum eſt, donec tempus tuum vſuale, intra initium & finem alicuius eiuſmodi horæ cadat,& habebis, quota hora inæquali natiuitas facta ſit.

Quod ſi nocturna eſt geneſis, ſeminocturnam quantitatem ſimili modo in ſex partes diſtribuas, vel nocturnam in 12. & quod prouenit, oſtendit quantitatem vnius horæ planetariæ nocturnæ, cum qua opereris, vt antea dictum eſt, adiiciendo eam ad tempus occaſus Solis tantiſper, donec intra initium & finem alicuius horæ tempus propoſitum comprehendatur,& quæſitum inuenies.

*Cautela.*

In quacunque die artificiali, longa vel breui, ſemper ſunt duodecim horæ planetariæ, & totidem in nocte, verum inæquales, exceptis æquinoctiis. Habita hora. ſi dominum ſcire cupis, primæ horæ diurnæ tribuas planetam, à quo dies denominatus eſt, ſecundæ horæ ſequentem in ſucceſſione, & ſic deinceps ſeruato ordine, per horas diurnas & nocturnas.

Quidam Aſtrologi eundem dominum orbis vocant,eumque primam domum & primum ætatis annum diſponere dicunt: planetam ſequentem in ordine, ſecundam domum, & ſecundum ætatis annum gubernare,vt eſt apud Alchabitium differentia 4.ſui introductorij. Quis ſit dominus orbis.

*Ad horam inæqualem per tabulas deprehendendam.*

Horam inæqualem quouis tempore dato, ita exquires.Ingredere tabulam quantitatis dierum, & quære à latere ſignum & gradum Solis illius diei: & tunc per lineam tranſuerſalem habebis arcum ſemidiurnum & ſeminocturnum cum quantitate temporis horę inæqualis planetarum, quam quærebas.Verum cùm Sol fuerit in ſignis meridionalibus in parte ſuperiori tabulæ arcus ſemidiurnus erit ſeminocturnus,& nocturnus,diurnus: ſed in parte inferiori tabulæ erit arcus ſeminocturnus ſicut per tabulam oſtendimus.Deinde quando Sol reperitur in ſignis Septentrionalibus in parte tabulæ inferiori,arcus ſeminocturnus erit diurnus, & diurnus nocturnus: & in ſuperiori parte tabulæ erit arcus ſemidiurnus, ſicut per tabulam ſequentem demonſtrauimus. Habito ergo tempre vnius horæ diurnæ:per multiplicationem ipſius, cæterarum terminum facilè elicies.Nam ſi hoc temporis ſpacium Ortui Solis adieceris,primam diei horam habebis. Si verò duplum addideris Ortui iam dicto, mox ſecunda diei hora emerget, & ſic deinceps per additionem vnius horæ continuabis vſque ad Solis occaſum. Idem etiam de principio noctis efficies, diſtribuendo ſemper arcum nocturnum per portionem horariam:vt patet per tabulam præſentem.

Tabula

Digitized by Google

*Tabula quantitatis dierum ad latitudinem grad. 45.*

| ♎ ♈ N. D. | Semidiurnus arcus. | | Horæ planetarum. | | Arcus ſemi nocturnus. | | Horæ planetarum. | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ✹ Grad. | Hor. | Min. | Min. | Sec. | Hor. | Min. | Min. | Sec. | Grad. ✹ |
| 0 | 6 | 0 | 60 | 0 | 6 | 0 | 60 | 0 | 30 |
| 1 | 6 | 2 | 60 | 20 | 5 | 58 | 59 | 40 | 29 |
| 2 | 6 | 3 | 60 | 30 | 5 | 57 | 59 | 30 | 28 |
| 3 | 6 | 5 | 60 | 50 | 5 | 55 | 59 | 10 | 27 |
| 4 | 6 | 7 | 61 | 10 | 5 | 53 | 58 | 50 | 26 |
| 5 | 6 | 8 | 61 | 20 | 5 | 52 | 58 | 40 | 25 |
| 6 | 6 | 10 | 61 | 40 | 5 | 50 | 58 | 20 | 24 |
| 7 | 6 | 11 | 61 | 50 | 5 | 49 | 58 | 10 | 23 |
| 8 | 6 | 13 | 62 | 10 | 5 | 47 | 57 | 50 | 22 |
| 9 | 6 | 14 | 62 | 20 | 5 | 46 | 57 | 40 | 21 |
| 10 | 6 | 16 | 62 | 40 | 5 | 44 | 57 | 20 | 20 |
| 11 | 6 | 17 | 62 | 50 | 5 | 43 | 57 | 10 | 19 |
| 12 | 6 | 19 | 63 | 10 | 5 | 41 | 56 | 50 | 18 |
| 13 | 6 | 21 | 63 | 20 | 5 | 39 | 56 | 30 | 17 |
| 14 | 6 | 22 | 63 | 40 | 5 | 58 | 56 | 20 | 16 |
| 15 | 6 | 24 | 63 | 50 | 5 | 37 | 56 | 10 | 15 |
| 16 | 6 | 26 | 64 | 20 | 5 | 34 | 55 | 40 | 14 |
| 17 | 6 | 27 | 64 | 30 | 5 | 33 | 55 | 30 | 13 |
| 18 | 6 | 29 | 64 | 50 | 5 | 31 | 55 | 10 | 12 |
| 19 | 6 | 30 | 65 | 0 | 5 | 30 | 55 | 0 | 11 |
| 20 | 6 | 32 | 65 | 20 | 5 | 28 | 54 | 40 | 10 |
| 21 | 6 | 33 | 65 | 30 | 5 | 27 | 54 | 30 | 9 |
| 22 | 6 | 35 | 65 | 50 | 5 | 25 | 54 | 10 | 8 |
| 23 | 6 | 36 | 66 | 0 | 5 | 24 | 54 | 0 | 7 |
| 24 | 6 | 38 | 66 | 20 | 5 | 22 | 53 | 40 | 6 |
| 25 | 6 | 40 | 66 | 40 | 5 | 20 | 53 | 20 | 5 |
| 26 | 6 | 41 | 66 | 50 | 5 | 19 | 53 | 10 | 4 |
| 27 | 6 | 43 | 67 | 10 | 5 | 17 | 52 | 50 | 3 |
| 28 | 6 | 44 | 67 | 20 | 5 | 16 | 52 | 40 | 2 |
| 29 | 6 | 46 | 67 | 40 | 5 | 14 | 52 | 20 | 1 |
| 30 | 6 | 47 | 67 | 50 | 5 | 13 | 52 | 10 | 0 |
| | Arcus ſeminocturnus. | | Horæ planetarum. | | Arcus ſemidiurnus. | | Horæ planetarum. | | ♍ ♓ D. N. |

Diurna quidem in Borealibus ſignis ♈ — ♉ — ♊ — ♋ — ♌ — ♍.

Nocturna verò in Auſtralibus ♎ — ♏ — ♐ — ♑ — ♒ — ♓.

*Tabula quantitatis dierum ad latitudinem grad. 45.*

| ♒ N. ♉ D. Grad. | Arcus ſemidiurnus Hor. | Min. | Horæ planetarum Min. | Sec. | Arcus ſemi nocturnus Hor. | Min. | Horæ planetarum Min. | Sec. | Grad. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 0 | 6 | 47 | 67 | 50 | 5 | 13 | 52 | 10 | 30 |
| 1 | 6 | 48 | 68 | 0 | 5 | 12 | 52 | 0 | 29 |
| 2 | 6 | 50 | 68 | 20 | 5 | 10 | 51 | 40 | 28 |
| 3 | 6 | 51 | 68 | 30 | 5 | 9 | 51 | 30 | 27 |
| 4 | 6 | 53 | 68 | 50 | 5 | 7 | 51 | 10 | 26 |
| 5 | 6 | 54 | 69 | 0 | 5 | 6 | 51 | 0 | 25 |
| 6 | 6 | 56 | 69 | 20 | 5 | 4 | 50 | 40 | 24 |
| 7 | 6 | 57 | 69 | 30 | 5 | 3 | 50 | 30 | 23 |
| 8 | 6 | 59 | 69 | 50 | 5 | 1 | 50 | 10 | 22 |
| 9 | 7 | 0 | 70 | 0 | 5 | 0 | 50 | 0 | 21 |
| 10 | 7 | 1 | 70 | 10 | 4 | 57 | 49 | 50 | 20 |
| 11 | 7 | 3 | 70 | 30 | 4 | 57 | 49 | 30 | 19 |
| 12 | 7 | 4 | 70 | 40 | 4 | 56 | 49 | 20 | 18 |
| 13 | 7 | 5 | 70 | 50 | 4 | 55 | 49 | 10 | 17 |
| 14 | 7 | 7 | 71 | 10 | 4 | 53 | 48 | 50 | 16 |
| 15 | 7 | 8 | 71 | 20 | 4 | 52 | 48 | 40 | 15 |
| 16 | 7 | 9 | 71 | 30 | 4 | 51 | 48 | 30 | 14 |
| 17 | 7 | 11 | 71 | 50 | 4 | 49 | 48 | 10 | 13 |
| 18 | 7 | 12 | 72 | 0 | 4 | 48 | 48 | 0 | 12 |
| 19 | 7 | 13 | 72 | 10 | 4 | 47 | 47 | 50 | 11 |
| 20 | 7 | 15 | 72 | 30 | 4 | 45 | 47 | 30 | 10 |
| 21 | 6 | 16 | 72 | 40 | 4 | 44 | 47 | 20 | 9 |
| 22 | 7 | 17 | 72 | 50 | 4 | 43 | 47 | 10 | 8 |
| 23 | 7 | 19 | 73 | 10 | 4 | 41 | 46 | 50 | 7 |
| 24 | 7 | 20 | 73 | 20 | 4 | 40 | 46 | 40 | 6 |
| 25 | 7 | 21 | 73 | 30 | 4 | 39 | 46 | 30 | 5 |
| 26 | 7 | 22 | 73 | 40 | 4 | 28 | 46 | 20 | 4 |
| 27 | 7 | 23 | 73 | 50 | 4 | 27 | 46 | 10 | 3 |
| 28 | 7 | 24 | 74 | 0 | 4 | 26 | 46 | 0 | 2 |
| 29 | 7 | 25 | 74 | 10 | 4 | 25 | 45 | 50 | 1 |
| 30 | 7 | 26 | 74 | 20 | 4 | 24 | 45 | 40 | 0 |
| | Arcus ſeminocturnus. | | Horæ planetarum. | | Arcus ſemidiurnus. | | Horæ planetarum. | | ♌ D. ♒ N. |

Diurna quidem in Borealibus ſignis ♈ — ♉ — ♊ — ♋ — ♌ — ♍.

Nocturna verò in Auſtralibus ♎ — ♏ — ♐ — ♑ — ♒ — ♓.

Tabula

*Tabula quantitatis dierum ad latitudinem grad. 45.*

| ♐ ♊ N. D. | Arcus ſemidiurnus. | | Horæ planetarum. | | Arcus ſemi noctuṙnus. | | Horæ planetarum. | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ✹ Grad. | Hor. | Min. | Min. | Sec. | Hor. | Min. | Min. | Sec. | Grad. ✹ |
| 0 | 7 | 26 | 74 | 20 | 4 | 34 | 45 | 40 | 30 |
| 1 | 7 | 27 | 74 | 30 | 4 | 33 | 45 | 30 | 29 |
| 2 | 7 | 28 | 74 | 40 | 4 | 32 | 45 | 20 | 28 |
| 3 | 7 | 29 | 74 | 50 | 4 | 31 | 45 | 10 | 27 |
| 4 | 7 | 30 | 75 | 0 | 4 | 30 | 45 | 0 | 26 |
| 5 | 7 | 31 | 75 | 10 | 4 | 29 | 44 | 50 | 25 |
| 6 | 7 | 32 | 75 | 20 | 4 | 28 | 44 | 40 | 24 |
| 7 | 7 | 33 | 75 | 30 | 4 | 27 | 44 | 30 | 23 |
| 8 | 7 | 34 | 75 | 40 | 4 | 26 | 44 | 20 | 22 |
| 9 | 7 | 35 | 75 | 50 | 4 | 25 | 44 | 10 | 21 |
| 10 | 7 | 36 | 76 | 0 | 4 | 24 | 44 | 0 | 20 |
| 11 | 7 | 36 | 76 | 0 | 4 | 24 | 44 | 0 | 19 |
| 12 | 7 | 37 | 76 | 10 | 4 | 23 | 43 | 50 | 18 |
| 13 | 7 | 38 | 76 | 20 | 4 | 22 | 43 | 40 | 17 |
| 14 | 7 | 38 | 76 | 20 | 4 | 22 | 43 | 40 | 16 |
| 15 | 7 | 39 | 76 | 30 | 4 | 21 | 43 | 30 | 15 |
| 16 | 7 | 39 | 76 | 30 | 4 | 21 | 43 | 30 | 14 |
| 17 | 7 | 40 | 76 | 40 | 4 | 20 | 43 | 20 | 13 |
| 18 | 7 | 40 | 76 | 40 | 4 | 20 | 43 | 20 | 12 |
| 19 | 7 | 41 | 76 | 50 | 4 | 20 | 43 | 10 | 11 |
| 20 | 7 | 41 | 76 | 50 | 4 | 19 | 43 | 10 | 10 |
| 21 | 7 | 42 | 77 | 0 | 4 | 18 | 43 | 0 | 9 |
| 22 | 7 | 42 | 77 | 0 | 4 | 18 | 43 | 0 | 8 |
| 23 | 7 | 42 | 77 | 0 | 4 | 18 | 43 | 0 | 7 |
| 24 | 7 | 42 | 77 | 0 | 4 | 18 | 43 | 0 | 6 |
| 25 | 7 | 42 | 77 | 0 | 4 | 18 | 43 | 0 | 5 |
| 26 | 7 | 42 | 77 | 0 | 4 | 18 | 43 | 0 | 4 |
| 27 | 7 | 43 | 77 | 10 | 4 | 17 | 42 | 50 | 3 |
| 28 | 7 | 43 | 77 | 10 | 4 | 17 | 42 | 50 | 2 |
| 29 | 7 | 43 | 77 | 10 | 4 | 17 | 42 | 50 | 1 |
| 30 | 7 | 43 | 77 | 10 | 4 | 17 | 42 | 50 | 0 |
| | Arcus ſeminocturnus. | | Horæ planetarum. | | Arcus ſemidiurnus. | | Horæ planetarum. | | ♋ ♑ D. N. |

Diurna quidem in Borealibus ſignis ♈ — ♉ — ♊ — ♋ — ♌ — ♍.

Nocturna verò in Auſtralibus ♎ — ♏ — ♐ — ♑ — ♒ — ♓.



Digitized by Google

*Ad Dominum horæ diei & noctis reperiendum.*

Inuenta hora certa diei inæquali, per præcedentia capita reperta, quære in tabula ſequenti diem hebdomadæ annotatam; mox in angulo communi per lineam tranſuerſalem è regione diei ſub hora iam quæſita, dominus illius horæ apparebit: idem facies nocturno tempore, quærendo dictum dominatorem horæ in parte altera tabellæ nocti deſeruiente.

*Tabula dominorum horarum inæqualium.*

| Hora inæquales diei. | | | | | | | | | | | | Horæ inæquales noctis. | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 |
| ☉ | ♀ | ☿ | ☽ | ♄ | ♃ | ♂ | ☉ | ♀ | ☿ | ☽ | ♄ | ♃ | ♂ | ☉ | ♀ | ☿ | ☽ | ♄ | ♃ | ♂ | ☉ | ♀ | ☿ |
| ☽ | ♄ | ♃ | ♂ | ☉ | ♀ | ☿ | ☽ | ♄ | ♃ | ♂ | ☉ | ♀ | ☿ | ☽ | ♄ | ♃ | ♂ | ☉ | ♀ | ☿ | ☽ | ♄ | ♃ |
| ♂ | ☉ | ♀ | ☿ | ☽ | ♄ | ♃ | ♂ | ☉ | ♀ | ☿ | ☽ | ♄ | ♃ | ♂ | ☉ | ♀ | ☿ | ☽ | ♄ | ♃ | ♂ | ☉ | ♀ |
| ☿ | ☽ | ♄ | ♃ | ♂ | ☉ | ♀ | ☿ | ☽ | ♄ | ♃ | ♂ | ☉ | ♀ | ☿ | ☽ | ♄ | ♃ | ♂ | ☉ | ♀ | ☿ | ☽ | ♄ |
| ♃ | ♂ | ☉ | ♀ | ☿ | ☽ | ♄ | ♃ | ♂ | ☉ | ♀ | ☿ | ☽ | ♄ | ♃ | ♂ | ☉ | ♀ | ☿ | ☽ | ♄ | ♃ | ♂ | ☉ |
| ♀ | ☿ | ☽ | ♄ | ♃ | ♂ | ☉ | ♀ | ☿ | ☽ | ♄ | ♃ | ♂ | ☉ | ♀ | ☿ | ☽ | ♄ | ♃ | ♂ | ☉ | ♀ | ☿ | ☽ |
| ♄ | ♃ | ♂ | ☉ | ♀ | ☿ | ☽ | ♄ | ♃ | ♂ | ☉ | ♀ | ☿ | ☽ | ♄ | ♃ | ♂ | ☉ | ♀ | ☿ | ☽ | ♄ | ♃ | ♂ |

## TEXTVS.

*Διαίρεσις γενεθλιαλογική.*

Τούτων δὴ προεκτεθειμένων, εἴτις αὐτῆς τῆς τάξεως ἕνεκα διαιροίη τὸ καθόλου τῆς γενεθλιαλογικῆς θεωρίας, εὕροι ἂν τῶν κατὰ φύσιν καὶ δυνατῶν καταλήψεων, τὴν μὲν τῶν πρὸ τῆς γενέσεως οὖσαν συμπτωμάτων μόνων ὡς τὴν τοῦ περὶ γονέων, λόγου, τὴν δὲ τῶν καὶ πρὸ τῆς γενέσεως, καὶ μετὰ τὴν γένεσιν, τὴν ὡς τοῦ περὶ ἀδελφῶν λόγου, τὴν δὲ τῶν κατ' αὐτὴν τὴν γένεσιν οὐκ ἔθ' ἁπλῶς μίαν οὖσαν καὶ ἁπλῆν. τελευταίαν δὲ τὴν τῶν μετὰ τὴν γένεσιν, πολυμερεστέραν καὶ ταύτην θεωρουμένην, ἔστι δὲ τῶν μὲν κατ' αὐτὴν τὴν γένεσιν ζητουμένων ὅτε περὶ ἀρρενικῶν καὶ θηλυκῶν λόγος, καὶ ὁ περὶ διδυμογόνων, ἢ καὶ πλειστογόνων, καὶ ὁ περὶ τεράτων, καὶ ὁ περὶ ἀτρόφων, τῶν δὲ μετὰ τὴν γένεσιν, ὅτε περὶ χρόνου ζωῆς, ἐπειδήπερ οὐ συνῆπται τῷ περὶ ἀτρόφων, ἔπειτα ὁ περὶ μορφῆς σώματος, καὶ παθῶν, καὶ σινῶν σωματικῶν, ἑξῆς δὲ ὁ περὶ ψυχικῆς ποιότητος, καὶ ὁ περὶ παθῶν ψυχικῶν. ἔπειτα ὁ περὶ τύχης κτητικῆς καὶ ὁ περὶ τύχης ἀξιωματικῆς, μετὰ ταῦτα δὲ καὶ ὁ περὶ πράξεως ποιότητος. εἶτα ὁ περὶ συμβιώσεως γαμικῆς, καὶ ὁ περὶ τεκνοποιίας, καὶ ὁ περὶ συνεπιπλοκῶν καὶ συνδυασμῶν φίλων, ἑξῆς δ' ὁ περὶ ξενιτείας, καὶ τελευταῖος ὁ περὶ τοῦ θανάτου ποιότητος, τῇ μὲν δυνάμει συνοικειούμενος τῷ περὶ χρόνων ζωῆς, τῇ τάξει δ' εἰκότως ἐπὶ πᾶσι τέλος τιθέμενος. ὑπὲρ ὧν ἑκάστου κατὰ τὸ κεφαλαιῶδες ποιησόμεθα τὴν ὑφήγησιν. αὐτὰς τὰς τῆς ἐπισκέψεως πραγματείας μετὰ ψιλῶν τῶν ποιητικῶν δυνάμεων, ὡς ἔφαμεν ἐκτιθέμενοι. καὶ τὰ μὲν περιέργως ὑπὸ τῶν πολλῶν φλυαρούμενα, καὶ μηδὲ πιθανὸν ἔχοντα λόγον πρὸς τὰς ἀπὸ τῆς φύσεως αἰτίας ἀποπεμπόμενοι. τὰ δὲ ἐνδεχομένην ἔχοντα τὴν κατάληψιν, οὐ διὰ κλήρων καὶ ἀριθμῶν ἀναιτιολογήτων, ἀλλὰ δι' αὐτῆς τῆς τῶν σχηματισμῶν πρὸς τοὺς

τοὺς οἰκείους τόπους θεωρίας ἐπιστρεπτόμενοι, καθόλου μέντοι καὶ ἐπὶ πάντων ἁπλῶς, ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον εἶδος ταυτολογῶμεν. πρῶτον μὲν χρὴ τὸν οἰκειωμένον τόπον τοῦ ζωδιακοῦ τῷ ζητουμένῳ τῆς γενέσεως κατ' εἶδος κεφαλαίῳ, καθάπερ λόγου ἕνεκεν, τῷ περὶ πράξεως τὸν τοῦ μεσουρανήματος, ἢ τῷ περὶ πατρὸς τὸν ἡλιακόν, ἔπειτα θεωρεῖν τοὺς λόγον ἔχοντας πρὸς τὸν ὑποκείμενον τόπον τῶν ἀστέρων οἰκοδεσποτίας, καθ' οὓς προείπομεν πέντε τρόπους, κἂν μὲν εἷς ᾖ ὁ κατὰ πάντα κύριος, αὐτῷ διδόναι τὴν ἐκείνης τῆς προτελέσεως οἰκοδεσποτίαν, ἐὰν δὲ δύο ἢ τρεῖς τοῖς τὰς πλείους ἔχουσι ψήφους. μετὰ δὲ ταῦτα πρὸς μὲν τὸ ποιὸν τοῦ ἀποτελέσματος σκοπεῖν τάς τε αὐτῶν τῶν οἰκοδεσποτησάντων ἀστέρων φύσεις, καὶ τὰς τῶν δωδεκατημορίων, ἐν οἷς εἰσὶν αὐτοί τε καὶ οἱ κυριευόμενοι τόποι. πρὸς δὲ τὸ μέγεθος αὐτῶν σκοπεῖν, πότερον ἐνεργῶς τυγχάνουσι διακείμενοι, κατά τε αὐτὸ τὸ κοσμικόν, καὶ τὸ κατὰ τὴν γένεσιν, ἢ τὸ ἐναντίον, δραστικώτατοι μὲν γάρ εἰσιν, ὅταν κοσμικῶς μὲν ἐν οἰκείοις ἢ καὶ ἐν ἰδίοις ὦσι τόποις, καὶ πάλιν ὅταν ἀνατολικοὶ τυγχάνωσι καὶ προσθετικοὶ τοῖς ἀριθμοῖς. κατὰ γένεσιν δέ, ὅταν ἐπὶ τῶν κέντρων, ἢ τῶν ἐπαναφορῶν παροδεύωσι, καὶ μάλιστα τῶν πρώτων. λέγω δὲ τῶν κατὰ τὰς ἀναφορὰς καὶ τὰς μεσουρανήσεις. ἀδρανέστατοι δὲ κοσμικῶς μέν, ὅταν ἐν ἀλλοτρίοις τόποις ἢ ἀνοικείοις, καὶ δυτικοὶ, ἢ ἀναποδιστικοὶ τοῖς δρόμοις ὦσι, κατὰ γένεσιν δὲ ὅταν ἀποκλίνωσι τῶν κέντρων. πρὸς δὲ τὸν καθόλου χρόνον τοῦ ἀποτελέσματος πότερον ἑῷοί εἰσιν ἢ ἑσπέριοι πρός τε τὸν ☉ καὶ τὸν ὡροσκόπον. ἐπειδήπερ τὰ μὲν προηγούμενα ἑκατέρου αὐτῶν τεταρτημόρια, καὶ τὰ διάμετρα τούτοις, ἑῷα γίνεται, τὰ δὲ λοιπὰ καὶ ἑπόμενα ἑσπέρια καὶ πότερον ἐπὶ τῶν κέντρων τυγχάνουσιν, ἢ τῶν ἐπαναφορῶν. ἑῷοι μὲν γὰρ ὄντες, ἢ ἐπίκεντροι καταρχὰς γίνονται δραστικώτεροι, ἑσπέριοι δέ, ἢ ἐπὶ τῶν ἀναφορῶν, βράδιον:

*De partitione locutionis natiuitatum.* C A P. I I I.

POST præmiſſarum iſtarum rerum poſitionem ſubiungemus, quòd quum generales natiuitatum obſeruationes, ordinata & competenti partitione quis partiri voluerit, inueniet, quòd eorum ad quæ naturali calle peruenitur, quædam autem ſunt accidentia, quæ ante partum contingunt, vt loqui de parentibus: quædam autem ſunt accidentia, quæ ante partum & poſt partum accidunt, vt ſermocinari de fratribus. At illa quæ ipſa eadem hora partus eueniunt, nō ſunt vnum, & idem planè, & apertum, velut hæc quę prædiximus. Accidentium verò poſtremum, quod ſciri poteſt, illud eſſe dicitur, quod poſt partum accidet. Hanc autem ſpeciem multorum modorum multarumque partium fore non dubitatur. Ex his igitur, quę in ipſa eadem hora partus eueniunt, illa quæ ſcire volumus ſunt, loqui de maribus, fæminis, & vtrum geminos, an plures parturiens pariet: loqui etiam de formis monſtruoſis, necnon ex his, qui nunquam creſcent. Ex his autem, quæ poſt partum, ea quæ ſcire quęrimus, ſunt ſermocinari de vita, eo quòd eorum qui creſcunt, narrationibus non adhærent: poſt hæc autem loqui de forma corporis, & ex infirmitatibus atque impedimentis corpori contingentibus, deinceps de qualitatib. animę, & illius accidentib. ſermocinari: deinde loqui de fortunio & infortunio nati, & de regno ac exaltatiōe, illiuſque ſublimitate: poſtea ipſius etiā eſſe in hoc, quod ex operib. efficiet, enarrare: deinde de eius coniugio ſermocinari, ac de mora cum vxore facienda, & ex hoc, quod de infantibus ei continget, necnon ex eius commixtione ac familiaritate cum hominibus, & ex amicis ipſius: deinde peregrinationes oſtendere: poſtremò quidem modum ſuæ mortis indicare, quod in fortitudine locutioni quæ fit de vita aſſimilatur: illius tamen ordo poſt hæc prædicta ponendus eſt. Nos autem horum vniuſcuiuſque modum generaliter enarrabimus, & cum Solis eſt noſtræ narrationis fortitudinibus hoc operantibus, iſta dicemus, ſicut ſuperius manifeſtauimus: ea verò, quæ à quamplurimis ſtultè ſuperfluéque prolata ſunt, in quibus non eſt ſermo probabilis, qui occaſionibus per primam naturam exiſtentibus conueniat. Et poſtponemus ex his, id ad quod peruenire poſſumus, non per Sortes, neque per numeros, & quibus occaſiones, per quas hoc oportet eſſe, non habentur: ſed per planetarum figurarum, earumque ſimilitudinum cum ſuis locis obſeruationes inueſtigabimus. Quapropter ne verbum hoc in vnoquoque præſcriptorum capitulorum retractare ſit opus, in omnibus generaliter nos hic proferre conuenit. Ex capitulis igitur obſeruatio-



Digitized by Google

nis natiuitatum locum circuli ſignorum, qui ſpeciei illius quæſiti capituli aſſimiletur, cōſideremus, velut eſt loci medij cęli cum operibus, & loci Solis cum re patris ſimilitudo: poſtea planetas, quibus ex prædictis quinque ſpeciebus illius loci diſpoſitionem habere conuenit, obſeruemus. Et ſi vnus planeta omnibus his modis ipſi loco dominabitur, illius rei quæſitæ diſpoſitionem attribuemus ipſi. Si autem duo vel tres ei dominentur, illi qui plurium numerorum fortitudinem habuerit, diſpoſitionem damus. Deinde futuri qualitatem conſideremus: cuius inueſtigatio erit ex naturis illarum ſtellarum, quibus diſpoſitio conuenit: & ex naturis ſignorum, in quibus planetæ fuerint, necnon ex locis ſimilibus. Poſt hoc inueſtigatione quantitatis futuri ex eorum viribus accipiemus, conſiderando vtrum in ſuis qualitatibus fortes extiterint in mūdo, & in natiuitatibus, an ſi contrarium fuerit. In mundo quidem fortiores dicuntur exiſtere, quum in locis ſibi propriis vel ſimilibus fuerint: & quum orientales etiam extiterint, & aucti numero. In natiuitatibus verò fortiores erunt, quum in angulis, vel in locis ad angulum aſcendentibus fuerint, maximè autem in duobus primis, qui ſunt aſcendens, & cœli medium. Debiliores autem erunt in mūdo, quum in locis extraneis, vel ſibi diſſimilibus extiterint, aut quum occidentales, vel in itinere diminuti fuerint. At in natiuitatibus tunc erunt debiliores, cū ab angulis receſſerint. Spacium quoque temporis futuri cōſiderabimus inueſtigando, vtrum reſpectu Solis & aſcendentis matutinales, an veſpertini fuerint. Duæ namque primę quartæ vtriuſque eorum, & duę per diametrum eius oppoſitæ ſunt matutinales, reliquæ verò ſunt veſpertinales. Conſiderabimus etiam, ſi fuerint in angulis, vel ad angulos aſcendentibus. Si matutinales igitur, vel in angulis fuerint, acutioris erunt operis, ſi verò veſpertini, vel aſcendentes ad angulos extiterint, tardioris operis eſſe dicentur.

*COMMENTARIVS.*

In hoc capite 3. huius libri 3. Ptolemæus rudi expoſitione ponit ordinem dicendorū, & diuidit capitulum in quatuor partes: & primo loco continuando ponit vnam diuiſionem. Secundo loco ſubdiuidit membrum particulare. Tertio verò loco ponit præceptum & dogma, quo ad prognoſticationem. Quarto loco declarat quales debent eſſe ſtellæ in cōſtitutione in genituris & pgnoſticis, vt poſſimus magis peruenire ad veritatē.

Quò igitur ad primum dicit Ptolemæus, ſiquis vellet prognoſticationem facere, habito principio debere primum ponere diuiſionem, & ordinem dicendorum. Ratio huius continuationis eſt: quia cū exigatur in præuiſione, vel in præcognitione vniuſcunque rei principiū temporis, quo ipſa res habet eſſe: non poſſumus autem ad id peruenire niſi hoc habeatur: quia principia ſunt præcipua & maxima: vt ſat expoſuit Ariſt. 2. Elenchorum: & 2. cœli: ideo neceſſarium eſt, vt diuidamus tractatum hūc: quia aliqua pronunciāda ſunt de ipſo naſcente, quæ cōueniunt ei antequam edatur in lucem: vt ſunt fata parentum. Vult enim Ptolemęus nos poſſe prognoſticari de fatis parentum per natiuitatem filiorum: quod autē hoc ſit, dicemus in capite ſequenti, ſunt alia quæ conueniunt nato antequam prodeat in lucem, & poſt partum: quapropter aliqua ſunt pronūcianda & declaranda, quæ pertinent ad natum poſt partum, vt eſt ſermocinatio fratrum, cōſanguineorum & affinium. Quomodo autem fiant hæc, dicetur in ca. 5. Sunt & alia quæ pertinent ad natum, ad vnguem & præciſe cum ipſe oritur, quæ conueniūt in partu: vt cognoſcere ſexum ſcilicet an ſit maſculus an fœmina: an fuerit vnꝰ vel duo. Debemus etiā vltra hæc animaduertere, an natus exeat monſtrū vel aliquo membro diminutus, an ſuperfluus, quēadmodum qui naſcūtur cum capitibus porcorum, cum ſenis digitis in ſingulis manib. & ſimilib. ſunt autē aliqui, qui naſcuntur cæci, alij claudi & cętera & Ptolemæus ſcribit de iſtis monſtruoſis naturę effectibus capitulum particulare.

Sed quod potiſsimum eſt, hauſi à Diuo Aurelio Auguſtino in 5. lib. de ciui. Dei, quod tempore eius erant quidam Aſtrologi, qui inſpecta tantum genitura naſcentis, dicebant id eſſe monſtrum, aut hominem, & poſtea prædicebant, an eſſet bellua, vel ſerpens: adeò quod diſtinguebant vſque ad ſpeciē, quod ego admiror, ſicut & S. Augu. admiratur. Vnde ille retulit prognoſticationem illorū in Dæmones. Quapropter dicit quod ex reuelatione dæmonum poterant prædicere hoc. Et facit ipſe potiſsimum argumentum: Aliter ſequeretur, quod in vna hora non poſſit oriri homo, & bellua: Hoc argumētum fuit validiſsimum.

Deinde ſunt alia cōſideranda & aduertenda, quę pertinent ad naſcentem, cum editus eſt in lucem, & hæc ſunt tria videlicet eſſe corporis: eſſe animi: & eſſe fortunæ.

Quò ad eſſe corporis primum quærēdum eſt, an ſit natus vitam habiturus, an non: quia ſi nō, fruſtra erit labor ipſius mathematici circa alia examinanda. Si enim non eſt infans habiturus vitam: quare laborat Mathematicus inquirendo opes, honores, coniuges, filios, amicos, & huiuſmodi? igitur debemus primum quærere de vita: & quia non ſufficit hoc: quia vita eſt ad annum, quapropter examinandum eſt, an natus vitam habiturus ſit longam per dogmata & regulas, quas de quātitate vitæ in ca. x. huius libri Ptolemęus attulit. Cum autem viderimus ipſum habiturum vitam & tantam vitam, poſſumus ad alia progredi: quoniam ſi natus haberet vitam, & non quantitatem vitæ fruſtra laboraret Aſtrologus inquirendo reliqua.

Et quia vita ſi fuerit expoſita infirmitatib. ac valetudini, eſt quędā miſeria: vnde cōſequēter pollicetur

cetur Ptolomæus declarare cõcretionẽ & cõplexionem corporis, ex qua (vt medici habẽt) poſſimus prognoſticari circa ſalutem, valetudinem & inualetudinem corporis. Tractat igitur poſt quantitatem vitæ Ptolemæus, quæ futura ſit cõplexio, quibus humoribus afficiatur illud corpus: an peccet magis in vno quàm in alio, & hoc pertinet ad verã vtilitatẽ: quoniam cum aſtrologus inſpexerit natiuitatem ægri, facilè cognoſcet naturam ægritudinis: Dat ergo Ptolemæus in 11. capite regulam, ad libellam, quomodo ex complexione planetarum poſſumus habere complexionem & concretionem corporis nati, & quia complexio poteſt eſſe inualida, ideo Ptolemæus declarat cauſam ægritudinum & infirmitarũ, & numerũ earũ, & dicit quod ſunt duplices, ſcilicet infirmitates chronicæ vel inſeparabiles, quas nos dicimus incurabiles, vt ſunt ptiſis podagra, & ſimilia. Aliæ verò infirmitates dicuntur tẽporales, vel ſeparabiles, vel nõ chronicæ, q̃ ſunt febres acutæ, quartanæ, & huiuſmodi, vt dicetur c. 12. li. 3.

Poſt declarationem autem eorum, quæ pertinẽt ad corpus, dicit prouidenda eſſe ea, quæ pertinent ad animam: non quod corpora cæleſtia, (vt alias declaratum eſt) poſſint directè in animam noſtram: ſed cum declaratum ſit quod directè poſſunt in corpora noſtra, & in appetitum ſenſitiuum, indirectè ergo poſſunt in animam: quia cum ipſa anima ſequatur conſtitutionem corporis, facile ergo eſt intelligere eius inclinatiões. Et ex his declarat Ptolemæus ex conſtitutione Lunæ, & Mercurij inclinationes nati. Quia ſicut Luna præeſt ſenſibus exterioribus, ita Mercurius præeſt ſenſibus interioribus, & phantaſiæ, vt experimentis loco ſuo declarabimus, vnde ponit inordinationem, & ordinationem ſenſuum, ſcilicet phantaſiæ, & ſenſuum exteriorũ. Cum enim fuerit bona configuratio harum cum horoſcopo, poterimus prognoſticari natum adepturum artes, & ſcientias, & quod voluerit ex ingenio: ſi autem benè non applicauerint horoſcopo, adeo quod non concilientur ad inuicem Luna, & Mercurius, tũc ad fatuitatem inclinat natus & delirat, & incidit in mores incõportabiles, ferales & nõ patietur hominũ commercia: quare hæc omnia pertinent ad bonam doctrinam: quia facilè erit poſtea prognoſticari de cæteris.

Conſequenter viſis his quæ pertinent ad animã, vel colligationem animæ cum corpore: tranſit Ptolemæus ad externa, & ad ea quæ ſunt fortunæ, vt opes, diuitiæ, honores, regna, imperia, coniuges, filij, amici, peregrinationes, & tandem pollicetur ſe in calce declarare qualitatatem mortis nati, quoniam in his declarabitur an natus inops ſit futurus an diues, an habuerit honores, an habiturus ſit amicos necne, & ꝙ genus amicorũ habuerit, an ꝓpter vtile an ꝓpter honeſtũ an ꝓpter voluptatẽ, vt dicit Ariſt. 8. ethicorum, & ipſe etiã præmiſit illam diuiſionem amicitiæ: & num amicitia duratura ſit necne: dicet poſtea mortem & genus mortis, ſcilicet an ſit natus moriturus in iuuentute, an in ſenectute, an ex diſtemperie humorum, & deſcendit ad magis particularia, id eſt, an ex humore cholerico, an phlegmatico, an à quouis alio, & nũ erit moriturus morte violenta, an laqueo ſuſpendetur, an moriturus ſit per amputationẽ capitis, an ĩterficiẽdus, an ſuffocandus. Hæc omnia declarabit Ptolemæus. Et hæc ſunt, q̃ pertinent ad diuiſionẽ primæ partis capitis.

Secundo loco & in tertia parte incipit declarare, quæ ſunt reiicienda ab eo, & omni Aſtrologo, & ſtatuit quoddã dogma: Dicit enim, quod inſtitutũ noſtrũ ſemp erit progredi naturali calle, ſcilicet ꝑ modum doctrinæ Peripateticorum, ſcilicet per cauſas ad effectum, ſemper per regulas, & dogmata, & non ſicut fecerunt quidam antiquorum per ſortes, & numeros.

Quomodo autẽ fuerunt quidam antiqui, qui hoc fecerunt videamus paucis, & aſſumamus quod præcognitio futurorum poteſt eſſe triplex: vel eſt afflatus numinis, vel lumen reuelatũ, vel cognitio effectuum in ſuis cauſis, quæ & naturalis ſcientia dicitur, vel eſt cõtingens, ſeu fortuita cognitio. Quãtũ ad primam partem dicit Ptolemæus Aphor. 1. ſolos numine afflatos prædicere particularia: præcognitio quidẽ hæc non pertinet ad hunc tractatũ: quia afflatio numinis ad ſanctos ad Dei electos tãtũ pertinet, & tantũ ad hos pertinet id lumẽ, cui Deus voluerit reuelare: ſed nõ eſt noſtrũ hęc ſcire, & declarare. Quo verò ad hanc partem dicimus, ꝙ ſcientia vniuerſalis futurorum poteſt eſſe duplex, & per cauſas & per ſigna: per cauſas cum procedimus ab illis ad ſuos effectus: naturalis eſt ſicut dicebamus, quod progreſsio horoſcopi ad diametrũ Lunæ in principio Libræ fuit cauſa quod Clemens ſeptimus vita functus eſt, iſtud eſt cognoſcere effectũ in ſuis cauſis, ſicut & diximus in exordio anni, quod tempus & & quadripartitio veris futura erat pluuioſa, & vẽtoſa. Hoc diximus per ſuas cauſas: quia vidimus horoſcopum fuiſſe ſignũ humidũ, & cõſtitutionẽ ſynodi in parte cęli frigida, & humida, & pręerat Mercurius magis, & Iupiter, & Saturnus, vt diximus. ſed Mercurius adipiſcebatur dominiũ, & fortificabatur à Saturno, & à Ioue. Et quia Iupiter ſua natura, & per accidens eſt humidus, & excitat ventos: quare concluſimus, hanc veris partem, ventoſam, & frigidam, vel pluuioſam futuram eſſe.

Per ſigna verò quemadmodũ nos dicimus ex apparitione Cometæ, halonis & circuli, quemadmomum obſeruauimus his diebus Lunã habere quẽdã circulũ paruũ viridẽ, quod erat ſignũ futuræ pluuię & ſimiliter vidi halonẽ magnum, quod diameter eius tenebat quartã cæli partẽ. Ecce ꝙ hæc ſunt ſigna pluuiæ, ſicut Cometæ, & trabes ſunt ſigna ariditatis & ſiccitatis. Et ſic habemus prognoſticationẽ effectuũ eſſe per cauſas, & ſigna: ex quibus poſſemus accipere chiromantiã, & phyſionomiã eſſe ſcientiam: quare hic ſit ad irã propenſus, alius ad veluptatẽ, vt tradit Ariſt. in lib. de hiſtoria animaliũ, & in tractatu ſpeciali de phyſionomia. cauſa erit, ꝙ hic Martẽ habet fortẽ, & alius Venerẽ, vt dicũt Arabes. Quod autẽ lineæ ſint ſigna corporũ cæleſtium obſeruaui, & oẽs poſſunt obſeruare cuiuſcunque manũ, quãdo enim inueniẽt † in Iouis tuberculo, poſſunt certo aſſeuerare, quod ille in cõſtitutione cæli habuit Iouẽ benè cõſtitutũ, & ſimiliter ſi viderint lineã illã ſub Sole pulchrã, dicere poſſunt quod benè cõſtitutum habuerit Solẽ in genitura: quia Sol ſignificat principes, & bonã animi cõſtitutionẽ, & ingenium, ſi autẽ viderint montem Saturni cõfuſum lineis, dicẽt ipſum habuiſſe Saturnum perperam conſtitutum, & malè conciliatum: ego hæc omnia obſeruaui.

Poſtea verò ſunt alię artes, q̃ fortuita habẽt, q̃dã, q̃ procedũt per puncta: aliæ procedũt per numeros: per puncta enim, vt ars geomãtiæ, de qua meminit

in cõtextu Ptolemæus cum dicit neq; per ſortes, id eſt non ſicut faciunt geomantæ. Punicus non intellexit hunc locum exponendo ad annos magnos & reuolutiones Saturninas, & alia dicit quæ non faciunt ad propoſitum. Nã per ſortes Ptolemæus intellexit artem geomantiæ. Per numeros quidem eſt alia ars, quam dicunt iſti Cabaliſticam: quoniã accipiunt literas nominis numeris, & nominis filij, & conſtituunt caſu quoddam thema cęleſte, & ponũt Mercuriũ in tribus, vel quatuor locis, vt ſi tres vel quatuor eſſent Mercurij, & ſimiliter faciũt de aliis planetis, & multa hoc modo fabulantur. Excludit igitur breuiter Ptolemæus à ſua doctrina & geomãtiã, & cabaliſticam artem, ſcilicet artes ſortilegas, & fortuitu captas quæ rationem non habent. Videtur autem licere per eas prognoſticari, cum verũ aliquando ex eis coniiciatur. Sed diuus Thomas in libro contra gentes retulit artem geomantiæ, ſicut reducibilẽ in Dæmones, vnde ipſe dicit. Sunt enim quidã, qui in ſpectione punctorum prædicunt futura, hoc autem eſt inſtinctu Dæmonum.

Quò verò ad dogma Ptolemæi vult Ptolemæus, quòd in ſua examinatione ( quæ erit vera ſcientia) procedatur per cauſas. Quapropter ipſe vult, quod obſeruemus ſpeciem rei, qualitatem, quantitatem, & tẽpus. Sed quomodo? quò ad ſpeciẽ intelligit naturam & eſſe rei, vel vt clarius dicam, rem determinatam: quoniam volens cognoſcere fata parentum, per naturam rei, debemus cognoſcere ea, quæ volumus prognoſticari de patre: & ideo dat hoc præceptum, quod ſi velimus prognoſticari rem parẽtum, debemus examinare Solem, & ſi quod pertinet ad ipſum: quia Sol in die, & Saturnus in nocte, vt in ſequenti capite dicemus: & quamuis ipſe Ptolemæus tacuiſſet quartam domũm, debemus etiam admiſcere cum Sole & Saturno quartã domum & eius diſpoſitorem, & hoc quo ad ſpeciem. Sed quò ad qualitatem, ſunt examinanda fata parentum, an ſcilicet parentes ſint victuri, & feliciter victuri, vel in miſeria & anguſtia. Ecce qualitas reſpicit bonitatẽ, vel malignitatem rei, videlicet an ſint futuri miſeri, an felices. Quò ad quantitatem idem eſt dicere, quò ad grauitatem accidentium, & intenſionem, An ſcilicet ſint futura accidentia in ſummo, an in remſſo, An ſint futuri parentes pauperrimi, an pauperes, an mediocriter ſe habẽtes: & omnia hæc examinabuntur ad amuſſim: & præcipuè quo ad durationẽ, quãto tempore duratura ſint illa accidentia. An ſcilicet perſeueratura ſemper in illa miſeria & anguſtia, an cito tranſituræ anguſtiæ. Quò ad tempus, quãdo hæc incipient, An ſtatim poſt exitum nati, quæ omnia ſunt videnda, & contemplanda.

Quòd verò attinet ad prædictionem aliarum rerum, ſunt attendendæ & obſeruandæ eædem regulæ quoniam ſicut dictum eſt de parẽtibus, ſic & de opibus, de coniugio, & ſigillatim in vno quoque capite dicetur infra. Et tandem, vt hæc omnia poſſint exactè examinari, & de eis prognoſticari, dicit quod ſunt examinandæ vires ſtellarum, An ſint potentes in mundo, vel debiles, & an validæ ſint in natiuitate, vel inualidæ.

Sed quo ad eſſe ſtellarum in mundo, dinumerauit in ſuperioribus Ptolemæus quinque vel ſex dignitates planetarum & ſtellarum, ſcilicet dignitates trianguli, domus, altitudinis, terminorum, & poſtea apparationem, ſcilicet ortum matutinum, & heliacum, & configurationes: cũ igitur planetæ fuerint in locis ſuis, vel applicabuntur ſuis locis, vel ſimilibus, erit efficientia ipſorum bona, & producẽt magnos euentus & manifeſtos: quia ſi fuerit dominus aſcendentis in domo ſua, ſemper natus erit præſtans animo & nobilis. Si autem dominus ſecundæ domus fuerit in domo ſua, erit natus diues: & ſimiliter ſi dominus partis fortunæ fuerit in domo ſua, augebit opes nati & fortunam. Eſt igitur animaduertenda poſitio ſyderum, quo ad efficiẽtiã in mundo, id eſt quo ad dignitates ſtellarum.

Quid ſignificẽt Planetæ cum fuerint in ſuis domiciliis.

Quia eodẽ pacto cum fuerint ſtellæ imbecilles, id eſt extra dignitates ſuas, vt ſi quis planeta fuerit in ſuo detrimento, vel locis aduerſis, tunc natus in omnibus quæ illius ſunt, erit debilis & abiectus: Et aduertatur ad hæc ſcilicet, ad deiectiones & detrimenta maximè: quia ego obſeruaui ſæpe, quod ſi quis habuerit dominum aſcendentis in ſua deiectione vel detrimento: frequenter vidi illum eſſe exulẽ à patria & rebellem. Planetas ergo eſſe in ſuis detrimentis, eſt eſſe in locis oppoſitis, & aduerſis ſuis domibus, vt Leo eſt domus Solis, igitur Aquarius eſt detrimentum ipſius: quare qui habuerit Leonem in horoſcopo & Solem habuerit in Aquario, exulabit à patria. Dicimus etiam quod cum Saturnus fuerit in Cancro, vel in Leone, dicitur eſſe in ſuo detrimẽto: quia eſt in domibus oppoſitis ſuis domibus, & ſignificat plura incommoda. Qui ergo habuerit ſtellas in ſuis detrimẽtis, ſecundũ diſpoſitionem illius ſtellæ, puta ſi Mercurius fuerit in ſuo detrimẽto, natus habebit detrimentum circa ingenium, & circa ſenſus interiores, & ſimiliter de aliis, vt ſuo loco ſigillatim dicemus. Sunt igitur ſtellæ debiles, cum fuerint in ſuis detrimentis, & in ſuis deiectionibus, vt cum Iupiter fuerit in Capricorno: quia eius exaltatio eſt in Cancro, vt patet in mea natiuitate. Item Planetæ veloces ſunt meliores, & dicuntur melius conſtituti quàm tardi.

Quid ſignificent Planetæ quando fueriñt in ſuis detrimentis.

Exules à Patria qui.

Quòd verò attinet ad vltimum. Quando Planetæ fuerint in natiuitatibus in angulis, ſcilicet in Aſcendente, in culmine, in occaſu, & in quarta domo, dicuntur fortes: cum autem fuerint in domibus ſuccedentibus, erunt mediocres: ſed in cadentibus erũt debiles. verum ſtellæ maleficæ cum fuerint perperã conſtitutæ vel repedantes, vel combuſtæ, melius eſt habere ipſas in domibus cadẽtibus, nã ſtellæ intẽperatæ ſemper debẽt habere loca cadentia, & ſic melius eſt nõ habere eas, quã habere in locis fortibus.

## TEXTVS.

### Περὶ γονέων.

Ὁ μὲν οὖν προηγουμένος τόπος τῆς κατ᾽ εἶδος ἐπισκέψεως, οὗ διὰ παντὸς ἔχεσθαι προσήκει, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. ἀρξώμεθα δὴ κατὰ τὴν ἐκκειμένην τάξιν ἀπὸ πρώτου τοῦ περὶ γονέων.

Digitized by Google

γονέων λόγου. Ὁ μὲν τοίνυν ☉ καὶ ὁ τοῦ ♄ ἀστήρ, τῷ πατρικῷ προσώπῳ συνοικειοῦνται κατὰ φύσιν· ἡ δὲ ☽ καὶ ὁ τῆς ♀ τῷ μητρικῷ. καὶ ὅπως ἂν οὗτοι διακείμενοι τυγχάνωσι πρός τε ἀλλήλους, καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους, τοιαῦτα δεῖ καὶ τὰ περὶ τοὺς γονέας ὑπονοεῖν. τὰ μὲν γὰρ περὶ τῆς τύχης, καὶ τῆς κτήσεως αὐτῶν ἐπισκεπτέον ἐκ τῆς δορυφορίας τῶν φωτῶν. ἐπειδήπερ περιεχόμενοι μὲν ὑπὸ τῶν ἀγαθοποιεῖν δυναμένων, καὶ τῶν τῆς αὐτῆς αἱρέσεως, ἤτοι ἐν τοῖς αὐτοῖς ζωδίοις ἢ καὶ ἐκ τοῖς ἑξῆς, ἐπιφανῆ, καὶ λαμπρὰ τὰ περὶ τοὺς γονέας διασημαίνουσι, καὶ μάλιστα ὅταν τὸ μὲν ☉ ἑῷοι δορυφορῶσιν οἱ ἀστέρες, τὴν δὲ σελήνην ἑσπέριοι, καλῶς καὶ αὐτοὶ διακείμενοι.

*De Parentibus.* *CAP. IIII.*

PRima nãque via, quã in vniuſcuiuſque iſtarũ ſpecierũ inueſtigatione ſemperimitari debemus, eſt huiuſmodi. nos itaque nũc à primo capitulo ꝙ eſt capitulũ in locutione parẽtũ, exordium faciemus, velut ordini quem mox enunciauimus conuenire videtur. Solem igitur & Saturnum patribus, Lunam autem & Venerem matribus, naturaliter aſſimilari dicemus. Quapropter quemadmodum harum ſtellarum qualitates ad inuicem, & cum aliis inuenientur, ita fore parentum qualitates nobis exiſtimare conuenit, eorum etenim fortunium & infortunium, necnon & regnum ex ſtellarum vicinitate cum luminaribus nobis conſiderare conueniens eſt, nam cum vtrumque à fortunis, quæ fuerint ex eorum haiz, & in duobus ſignis eorundem vel in ſignis ea ſequentibus circundabitur, eſſe parentum egregium fore ſignificabunt. Maximè autem cum Planetæ circundantes Solem, matutinales, circundantes vero lunam, veſpertinales extiterint, tunc enim erit eorum poſitio conueniens.

*COMMENTARIVS.*

HOc eſt capit. 4. huius libri, in quo Ptolemæus, cõtinuãdo, cũ expoſuiſſet canonem inueniendi horam, & rectificandi eam, quã docunque naſcens venit ad lucem ex genere humano: conſequenter deſcẽdens venit ad declarationẽ primi membri, eorum, quæ propoſuerat, videlicet de iis, quæ præcedunt exitum nati, vt puta de fortuna parentum. Et quia Ptolemæus ſupponit aliquid, de quo forſitan plures, & ego cum eſſem iuuenis, dubitaui: Et niſi longa obſeruatione oppoſitũ inueniſſem, pro cõpeto habuiſſem, ex generatione filij nos nec non poſſe prognoſticari fata parentum.

Contra hanc materiam arguit Picus Mirandulanus aduerſarius Aſtrologiæ, & tenuit pro cõperto, quòd ex geneſi filij non poſſemus prognoſticari fata parentũ: Quare vt hæc materia lucidior fiat, ſub forma queſtionis quæramus, an poſſibile ſit per natiuitatem filij cognoſcere fortunas parentum.

In hac quæſtione arguam ad vtranque partem, diffiniam medio loco, & tertio ſoluam argumenta, vel rationes negatiuas: in qua q̃ſtione perpulchra ſciemus: quid enim delectabilius eſt, quàm ſcire arcana naturæ? Nunquam enim hoc credidiſſem, niſi longis obſeruationibus ad experientiam veniſſem.

Habeo autem has rationes in contrarium, quẽlibet doctum cogentes. Si per ſortem filiorũ ego cognoſcerem fata parentum, ſequeretur effectum pręcedere cauſam ſuam: id conſequens eſt falſum, ergo & antecedens. Et deduco ſequelam: quoniam ſi per ſortem filij cognoſceremus fata parentum, certum eſt, quòd conſtellatio filij agat in conſtellationem patris, & tunc conſtellatio patris erit effectus conſtellationis filij, & conſtellatio filij erit cauſa. ergo effectus præcederet cauſam ſuam: quia parentes præcedũt filiũ: ergo cõſtellatio parentũ precedit cõſtellationẽ filij: & q̃a cõſtellatio filij eſt cauſa cõſtellationis parentum, ergo cauſa ſequetur effectum.

Ad idem: Nullum ens, ſeu agens, ſeu operans poteſt in id, quod non eſt: ſed ſi conſtellatio filij agat in conſtellationem parentum, igitur aliquod agẽs ageret in id, quod non eſt: patet, quia conſtellatio parentum iam deleta eſt, & abolita, & conſtellatio filij eſt, & agit in conſtellationem patris, ergo aliquod agens poſitiuum ageret in eo, quod non eſt.

Rurſus, idem ferret, & ferretur, generaret, & generaretur: conſequens eſt contra Ariſt. 8. Phyſ. & cõtra catholicos doctores: quia nihil ſe ipſum gignit: ſed ſi ſors filij ageret in ſortem patris, ergo idem generaret ſe ipſum: quia ſors pro vt eſt in filio, generaret in patre: quia nos ducit in cognitionem ſortis patris, & vt eſt in patre, generaretur, ergo idem generat ſe ipſum, quia ſors filij eſt cauſa ſortis patris, ergo vt cauſa generat, & vt effectus generaretur.

Vltimò, nullum prius dependet à ſuo poſteriori: ſed ſors parentum prior eſt, fortuna filij poſterior, ergo impoſsibile eſt quòd fortuna filij agat in fortunam patris:

Hæ ſunt fortiſsimæ rationes cogentes, niſi in oppoſitum eſſent fortiores, & maximè ſenſus.

In oppoſitum arguo ſic primò, id quod eſt famoſum non eſt omnino falſum: ſed apud omnes antiquos & Ptol. & alios habetur, Sortem filij agere in ſortẽ parẽtũ, id eſt ſortes filij ducere nos ĩ cognitionẽ fortunæ parentũ, ergo nõ eſt omnino falſum.

Quod etiam ab omni parte ſeu à pluribus approbatur, debet haberi pro comperto. ſed omnes & Indi, & Perſæ, & Arabes, & omnes nationes, quæ profeſſæ ſunt Aſtronomicam facultatem dixerunt per natiuitatem filij nos poſſe cognoſcere fata parentum. ergo hæc cõcluſio neceſſaria eſt, quod ſit probata tanquam vera.

Vltimò, omnis notitia & ſcientia, quæ comprobatur obſeruationibus & experimẽtis, vera ſciẽtia eſt, ſed ſcientia per quã cognoſcimus fata parentũ per ſortẽ filij eſt experimentis & rationibus cõprobata, ergo ipſa ſcientia eſt vera. Conſequentia eſt manifeſta in tertio primæ figuræ cum maiori, vt habetur ab Ariſtotele 3. Metaph. & Minorem deduco ſic. Et ne ſit fuga in deductione minoris, ita vt quiſpiam diceret, me nugas in mediũ afferre, adducam

camus obſeruationes factas de viris illuſtribus, & Principibus. Primũ produco geneſim trium fratrũ germanorum, Mediceorum ſcilicet Petri, Ioannis, qui fuit poſtea Leo X. & Iuliani, qui fuerunt filij Laurentij prioris, nepotis primi Coſmi. Obſeruaui igitur, quantum ad præſens attinet, omnem fortunã patris eorum, ſcilicet Laurentij prioris, per Geneſim vniuſcuiuſque eorũ. Sed, quod longe eſt maximum animaduerti, omnia conuenire, ac ſi natura eſſet ordinatiſſima, vt voluerit hunc minorem mundum aſſimilari maiori, & ab eo regi, atque gubernari: ſunt igitur oẽs ſignificatores patris in vnaquaq; genitura Sol, & Saturn': habẽt aũt collegas, partes patris ſicut dicũt Arabes Perſę & Indi, q̃netiã domini quartæ domus. Nugæ ſunt igitur eã, quę affert Picus, debebat enim negare ſenſũ. Hæc eſt gen. Petri.




OBSERVAVI in hac geneſi, quæ fuit nocturna, anno ſcilicet ab incarnatione verbi 1471. habere duos ſignificatores ſcilicet Solem in ſexto gradu Piſciũ, & Saturnũ ĩ 4. Geminorũ, interſe quadrãgulãtes. Erat igitur ꝑ ea, q̃ tradit Ptolemæus in textu, Saturnus ſignificator patris, q̃a erat natiuitas nocturna: qui, cũ eſſet in quĩta domo, deſignabat nobilitatẽ patris. Et q̃a fuit in ſigno humano, eius amplas virtutes demonſtrabat: Quia vero fuit in ſigno Geminorũ, ingenium elegantiam & iudicium ſignificabat. Sed quia quadrangulabatur Domino octauæ domus, ſcilicet Soli, deſignauit vitæ breuitatem. quod etiã portẽdit pars patris cadens, & dominus eius Mars cadens. Hoc aũt clarius ex Leonis X. geneſi eluceſcit, quæ Solẽ habebat infra Horizontẽ ad paucos gradus ex parte orientis, ea autẽ fuit nocturna. Ergo Saturnus fuit ſignificator, qui & repedans fuit, & in octaua domo, & pars patris erat in Tauro, ſequendo ſignorum ordinem, primã habuit in Ariete, ſecũdam in Tauro, & ipſa quadrangulabatur Saturno infortunato. Sol ſignificabat nobilitatem & excellentiã viri. Sed Saturnus vitæ breuitatem ei portendebat, erat enim repedans, & in domo octaua, & maximẽ quia patris pars quadrangulabatur eidem, quod cõſtat inter omnes, eum non ſatis diu vixiſſe. Animaduerti etiam ad geneſim Iuliani, quæ fuit nocturna. Ea verò ſic ſe habet.

*Petri Medicis Natiuitas.* Exul factus eſt a patria. an. 1494. ſed obiit ſũmerſus in flumine Garigliani anno 1504.




INVESTIGAVI in ea ſignificatores patris, & inueni Solem in ſuo regno, ſcilicet in tertia domo, Saturnum in nona repedantẽm, deprehendi præterea partẽ patris in ſigno Geminorum. Conſiderate ordinem: primũ fuit in Ariete, deinde in Tauro, nũc vero in Geminis, & notaui eam eſſe quadrangulatam Saturno, ſicut in ſecundo filio. Sol ſignificabat, ſeu cõfirmabat patrem eſſe illuſtrem, & clarum, quia erat in ſuo regno. Sed quia vita dabatur à Saturno, (vt in textu videbimus) ideo vitæ breuitatem ei portẽdit: nam cadebat, ſeu repedabat, & partem patris infortunabat. Habemus igitur tres Natiuitates, obſeruationibus comprobatas, conuenientes vni & eidem. Eſt igitur relatio hæc in natura admirabilis, & natura in hoc eſt ordinatiſſima. Sed alias adhuc obſeruationes producemus, vt idem magis atque magis confirmetur. Hic idem Laurentius fratrem habuit, Iulianum nomine, cui vnus tantũm filius fuit, is ſcilicet, qui fuit Clemẽs 7. explorare volui, an

*Iuliani Medicis Natiuitas.*

volui, an pdicta caſu ac fortuito cõtigiſſent, an certo poti' qdā cõſilio eueniſſet; nā fieri nõ poterat, vt tria hæc ita inſignia temere occurriſſent. Ideo eius natiuitatem inſpexi: in ea Solē inueni in domo 10. ꝙ prima fronte deſignabat vitam valde longam, ſed quia defluebat à quadrangulo Saturni, ei eſt vita contracta, & maximè quia antiſcium Solis diametrabatur Marti, quod patri mortē violentam portendebat: is autem fuit interfectus ob ciuiles diſcordias, anno 1478. Nam antiſcium cum maleficis opponitur, mortem violentam denunciat, ſicut alibi etiam diximus. Non ſunt igitur hæc caſu obſeruata. Inſpexi quinetiā in illuſtriſſimi eius filij primogeniti Petri geneſim, qui filiū habuit Laurentium etiam nomine, is fuit poſtea Dux Vrbini. Cuius geneſis hæc eſt.

*Vide ſupra cap. 2.*

Haec fuit diurna, habuitq; Solē in Nona domo, ꝙ ſignificabat ei vitā, eāque celebrē, & patrē indicabat illuſtriſſimum virum, nā Sol erat in gaudio ſuo, Verū cū eſſet in domo cadente, breuitatē vitæ denunciabat, ꝙ maximè demõſtratū fuit ex parte patris in ſigno Tauri, quadrāgulata Marti, in octaua domo exiſtēti. Saturnus autē ſecūdus ſignificator, diametrabatur Marti, quæ conſtellatio ei vitæ breuitatē, ac mortē violentā deſignauit: etenim naufragio periit. Habemus ergo quinque obſeruationes. Animaderti quoque hūc Laurentium, Vrbini ducē, duos ſuſcepiſſe filios, Alexandrum ſcilicet primū Florētiæ ducē, & Catherinā Galliarum Reginā, q̄ obſeruationibus reſpondebant, quia dū adhuc eſſet iuuenis, eſt mortuus: deprehēdi autē in Alexādri Geneſi Solē horoſcopare, ꝙ patris eximios honores deſignabat, vitę quoque lõgitudinē ſignificaſſet, ſed quia pars patris erat in octaua domo cū Saturno, ꝙ ei vitā contraxit: & Sol in genitura filij quadrāgulabatur Marti, ꝙ etiā vitę breuitatē portēdit. Sed idem ex Catherinæ Reginæ Galliarum geneſi comprobemus: quæ ſic ſe habet.

*Vide ſupra cap. 2. eius Geneſim.*




*Laurentij Medicis Vrbini ducis Natiuitas.*




*Catherinę Reginę Galliæ Natiuitas.*

Ea autem habet Solem ſignificatorē patris in domo XII. quod (vt in Ptolemæi contextu videbitis) vitæ parentū breuitatem portendit, habuit partem patris coniunctā Saturno in decima domo, quod patris nobilitatem demõſtrat: quia tamen Sol vitæ ſignificator in XII. domo erat, vitam ei breuem conſtituebat, & q̄a Luna erat quartæ domus domina, Martique quadrangulabatur, idem cõfirmauit, ſicut reuera accidit, nam eius Mater partui diem tantum ſuperuixit, pater vero duos. Mors quoq; ducis Caſtri per duorū filiorum Geneſim præuideri potuit: ij aūt fuerunt Alexander atque Octauius Farneſij. Quorum Alexander Solem habebat in ſeptima domo, qui ei iuſtam vitam, non valde longam, aut breuem ſignificabat, ſed tamen is à dextris atque à ſiniſtris à quadrangulo Saturni, à ſiniſtris etiā à quadrāgulo Martis ſauciabatur, ꝙ ei vitam contractiorem atque, mortem violentā minabatur, idque ferro atque ex inſidiis. Hoc vero clarius in Octauij geneſi eluceſcit. Quæ eſt huiuſmodi.

*Alexandri Geneſis habetur infra in hoc cap.*

Ea habuit

Ea habuit in occaſu Solem, cuius antiſcium in XII. domo exiſtens à Marte ex diametro percutiebatur, & pars patris erat cum Marte partiliter: quod id ipſum ſignificabat. Saturnus erat in XII. & cadebat, qui alter erat ſignificator: Ergo vitæ breuitatem, mortemque violētam portēdit, quod reipſa accidit. Alias adhuc obſeruationes in medium adduxiſſem, quæ ſunt hominum obſcurorum, ſicut in quodā animaduerti qui filios quinque ſuſceperat, quorum vna fœmina reliqui maſculi, ex quibus erat Bartholomæus Ianus Ianuenſis: ex horum natiuitatibus obſeruaui, ſignificatores patris fuiſſe cadentes, ac ſe inuicē infortunātes, quod vitæ breuitatem interminatur. Sed iam allata exempla ſat eſſe poſſunt ad propoſitę rei confirmationem.

*Octauij Parneſij Natiuitas.*




Veniamus ergo ad declarationem huius quæſtionis, & ex qua cauſa dicimus conſtellationem in conſtellationem agere, poteſt intelligi dupliciter, vt expoſuit Lucius Bellantius Senenſis contra Picum. Vno modo intelligitur quòd agat, eam anihilando, & ſic conſtellatio filij non poteſt in conſtellationem patris: Alio modo dicimus conſtellationem filij agerę in conſtellationem patris, id eſt conſtellationem filij poſſe in ſubſtantiam conſtellationis patris, id eſt quod conſtellatio patris impreſſit aliquod in filio. An poſtea conſtellatio filij poſſit in illam conſtellationem an non: ipſe diſtinguit iſtud membrum: quia vel poteſt in omnia, vel in aliqua: in omnia agere negat, in aliqua concedit. Sed ego non intelligo ipſum, neſcio quomodo conſtellatio mea poſſit rurſus imprimere in ea, quæ impreſſit conſtellatio patris.

Dicendum eſt igitur aliter, quòd conſtellationes ſunt in duplici differentia, quædam ſunt vniuerſales, quædam ſunt particulares, accipiamus ſemper conſtellationem vniuerſalem conuertentem in ſe particularem, vt dicit Ptolemæus. Semper enim conſtellatio maior trahit ſecum minorem, hinc fit quòd conſtellatio filij non poteſt in conſtellationem patris.

Quapropter dicimus & tertiò, quòd aliud eſt efficere, & aliud ſignificare. Dico ergo quòd conſtellatio filij ſignificat fata parentum, non tamen efficit, quia eſt ordo naturæ talis, quòd ſemper pater imprimat in filium aliquid ſuæ impreſſionis, quoniam ſperma deciſum à patre fert ſecum in vterū maternum aliquid virtutis illius cæleſtis, quam pater accepit ab aere circumfuſo in ſuo natali: hinc, fit, quòd aliquod patris imprimitur in filio, quod poſtea cognoſcitur in natiuitate ipſius filij.

Eſt igitur filij natiuitas ducens nos tanquam ſignum in cognitionem ſuæ cauſæ, ſcilicet in cognitionem eorum, quæ ſunt patris, ſicut cometæ, qui ſunt non cauſæ, ſcilicet ariditatis, & Halo non eſt cauſa humiditatis, ſed ſunt ſigna effecta & conformata primis cauſis: & ideo per natiuitatem filij cognoſcimus fata parentum, ac ſi eſſent ſigna.

Quare patet quid dicendum ſit ad illas rationes, quia nihil aliud demonſtrant, quàm quòd effectus non poteſt præcedere ſuas cauſas: modo natiuitates filiorum non ſunt cauſæ, ſed ſigna ſunt: & ſimiliter reſpondetur ad alia argumenta, & hæc de iſta materia.

Nunc ſequitur, vt ad cōtextus verborū explicationem aggrediamur, & videamus, quibus regulis, ac rationibus ad ſciētiā ita pulchrā atq; expetendā puenire poſſimus, in ea.n. ſum opinione, nihil vnq̄ gratius accidere poſſe, quam per certas quaſdā cauſas futurrarum rerum euentus indagare, præcipuè verò, cum effectus ipſi per ſe ſint noti, atq; circa res humanas verſentur.

Quod ergo ad verborū contextus connexionē ſpectat, Græcus Anonymus Scholiaſtes Ptolemæi dicit ꝙ cū Ptolemæus doctrinæ ordinē ſe ſecuturū fuerit pollicitus, proponatq; velle ſe declarare fata parētū, cum ea filij ortum pcedant (nā, vt diximus, ante filij ortum poſſumus, per eius cōceptū hęc omnia cognoſcere quid futurum ſit de patre & matre ipſius filij) deinceps ergo ſequitur poſt doctrinę ordinem, vt ad ea explicanda aggrediamur, quæ ad parentes pertinent. Et vt idem vult, quatuor Ptolèmæus in hoc tractatu, & capite facit, quia primū de natura & qualitate parentum agit, ſecundo loco, ad magis particularia deſcendens de eorū honore, & amplitudine tractat, tertio loco dicit de vita & eius qualitate, poſtremo de naturali aut violēta eorū morte inquirit. Sed quantum ad expoſitionē dictorū, caput in tres tātum partes diuidit, quia in prima generatim agit de bona vel aduerſa fortuna parentum, in altera de vita & morte patris, in tertia de vita & morte matris. Quantū ad primā partē,

videtur

Digitized by Google

videtur mihi Ptol. nouem concluſiones in litera ſtatuiſſe, quæ pertinent in vniuerſali ad elationem & depeſsionem parentum.

1. concl. Prima eſt concluſio, Solem & Saturnum eſſe vitæ patris diſpoſitores, ſeu potius ſignificatores: Lunam verò & Venerem matris: huius autem rei ratio à Ptol. non affertur, cur ſcilicet Sol & Saturnus ſignificent patrem, Luna vero ac Venus matrem: Sol in diurnis natiuitatibus pro diſpoſitore patris eſt capiendus, Saturnus autem in nocturnis: Venus in diurnis ſumenda eſt pro matris diſpoſitrice in nocturnis autem Luna. Sed has difficultates Albumaſar in Introduct. mag. diff. VIII. cap. 4. diſſoluit, aſſerens, res antiquas, & aliis priores Saturno attribui: Atqui parentes, Aui, Ataui ſunt poſteris ſuis antiquiores: Hinc igitur fit, vt meritò Saturnus eos deſignet: quia ſicut idem in cœleſtibus corporibus principatum obtinet, eſt enim in ordine ſphærarum vltimus, ſi à magis nobis propinquis incipiat enumeratio, ita & parentes filios præcedunt. Hac ratione allata, concludit Albumaſar, Ptolæmeum, Indos, Arabes, Perſas, atque adeo omnes Aſtrologos iure optimo Saturnum patris diſpoſitorem conſtituiſſe. Quòd autem ſol quoque ſit patris diſpoſitor, facile eſt videre, nam cum ſit omnium rerum, quæ in diem in lucem emergunt, tanquam pater atque productor, neceſſe eſt, quòd patres quoque deſignet: cum verò priora atque digniora ſint ea, quæ humano generi conueniunt, quàm quæ ceteris, meritò igitur factum eſt, vt Sol patres in humana ſpecie ſignificet. Quòd autem Venus referatur ad matrem, facile eſt ex appoſitiſsimis coniecturis perſpicere: omnes enim delectationes atque voluptates à Venere profluunt, has autem maximè in concubitu experimur: iure igitur Venus matri reſpondet. Luna etiam, quia in humida dominatur, vt in ſanguinem, venas, pituitam, & aquatilia omnia, vt Cancros, oſtreas, atque id genus alia, quæ omnia in pleniluniis concreſcunt, inquibus & mulierũ menſtrua promouentur. Quare cum Luna dicatur deſignatrix menſtruorum, menſtruum autem ſit naſcentis materia, nam ſecundum Ariſtotelis doctrinam 1. de Gener. Animal. cap. 19. & ſequenti & lib. 4. cap. 2. mulier materiam tantum ſuppeditat in generatione, eius autem ſemen nihil ad eam faciat, virtus enim formatiua eſt tantum in virili ſemine, cum mulier nil niſi materiam præbeat. Propter has ergo rationes voluerunt Aſtrologi Solem & Saturnum patribus, Venerem autem & Lunam matribus præeſſe. At antiquiores, vt Hermes, & multi Babyloniorum, Perſarum & Arabum ex ſuis obſeruationibus non modo compererunt, Solem & Saturnum patribus attribui, Venerem autem & lunam matribus, ſed in eo mirabilem quendam naturæ ordinem (vt paulò inferius declarabo) animaduerterunt: neque ea caſu fieri ſolere eſt exiſtimandum, nam ea quæ ita frequenter fieri videmus, caſu aut fortuito non accidunt. Hi ergo longis obſeruationibus compererunt, præter prædicta duo lumina, ac duas errantes ſtellas, etiam ſtellam loci illius dominatricem inter partes patris eſſe computandam. Quare explodenda eſt Pici opinio, cum neget huius rei veritatem: quòd ſi certiſsimas atque plurimas obſeruationes animaduertiſſet, rem adeo certam nũquam reuocaſſet in dubium. Sed nos alias de partibus patris longius diſputabimus, vt earum veritas certiſsimis quibuſdam argumentis comprobetur. Pro confeſſo ergo nunc ponamus, partes has veras eſſe, & quartam domum, atque eius dominũ in filiorum natiuitatibus ad parentum fata prognoſticãda, eſſe obſeruandum. Proponit igitur Ptol. primam concluſionem, vt quinam ſint parentum ſignificatores, deprehendere valeamus. Sed antequam procedatur vlterius, dubitatur, quare Ptol. partem & quartam domum eiuſque dominum omiſerit. Reſpondemus, cum omnia non nouiſſe, profeſſus eſt autem, ſe vniuerſalia quædã præcepta traditurum, vt ordo naturæ requirit, in quo Ariſt. in tradenda naturali philoſophia eſt imitatus, ſicut ergo cum Ariſtoteles cum alicubi videret, ſe non poſſe aliquarum rerum cauſas afferre, tacuit, id ſupra humani ingenij vires eſſe aſſerens, ita & Ptol. multa reticuit, cum ſcilicet eorum cauſas latentes perueſtigare ſe non poſſe arbitraretur: vt in his partibus & quarta domo eiuſque domino ei accidit. Sed in X. capite, in quo de parte fortunæ habetur, partium neceſsitatem oſtendit. Iuxta igitur qualitates duorum luminarium, & harum ſtellarum, & quartam domum prognoſticandi ſunt parentum euentus. Dubitatio. Reſpõſio. Vide ca. X.

Eſt altera concluſio, quæ facilè ex prima deducitur, nẽpe, quales ſunt cauſæ, tales & effectus ſint oportet. Si igitur cauſæ hoc vel illo modo efficiet, effectus quoque erunt eiuſmodi, qui ab eis proficiſcentur. Hæc concluſio cum ſit perſpicua, nulla indiget probatione. II. concl.

Tertia eſt concluſio: bona ſeu aduerſa fortuna eſt prognoſticanda ſecundum conſtitutionem, quã inter ſe ſtellæ, & cum duobus luminaribus habent. Hæc concluſio eſt perquam neceſſaria & generalis. Eſt autem intentio Ptol. nobis, ſi velimus prognoſticari de felicitate aut de infelicitate parentum, neceſſe eſſe, vt in diurnis genituris Solis conſtitutionem obſeruemus, Saturni vero in nocturnis, patris fata noſſe cupientes: Si autem matris, in diurnis Veneris, in nocturnis Lunæ ſitum attendamus. Si igitur coniungantur hæ ſtellæ cum luminibus, explorata nobis erit parentum felicitas: ſin contra cõtigerit, certum erit infortunij eorum inditium. Sed quia hæc concluſio eſt valde generalis, ei magis particularẽ ſubiungit, quæ eſt in ordine quarta. III. concl.

Ea autem eſt huiuſmodi. Si vtrunque lumen ab eiuſdem factionis ſtellis ambiatur, quæ autem Solem circunſtent, ſint matutinales, Lunam vero circundantes ſint veſpertinales, benè erit de parentũ fortuna augurandum. Quomodo autem ſic luminaria conſtituantur, & à ſtellis circundentur, operæpretium fuerit, ſi paucis perſtringamus. IIII. concl.

Ptol. cum bonam ſtellarum conſtitutionem initio libri expoſuiſſet, ſignificauit, quando Sol in alicuius geneſi in quopiam angulorum, vel in ſuccedenti, vt puta in decima domo, vel in ortu conſtituitur, reliquæ domus minori vi pollent (idem de Luna eſt intelligendum) tunc pronunciandũ eſſe, bona multa parentibus à ſtellis eiuſdem factionis impendere. Quod tunc ſcilicet continget, cum Iupiter ambiuerit Solem, & Venus Lunam, cuius rei ea reddi ratio poteſt, quia Sol & Iupiter ambo pariter ſunt & maſculini atque diurni, quare eiuſdem quoque factionis & conſtitutionis erunt. Venus è contra & Luna ambæ ſunt femininæ atque diurnæ:



Digitized by Google

Mercurius autem eſt promiſcuus, quia ſi is ſuper terram fuerit, cum diurnis connumerabitur, & eiuſdem erit cum Sole factionis: Sin ſub terra, cum Luna faciet, quod etiam accidet, ſi in natiuitate nocturna, ſuper terram fuerit. Græcus interpres Ptolemęi dicta ſupplet, vt hoc facilius intelligatur, fac, vt Sol hoc tempore ſit benè conſtitutus, & ſit propè principium Tauri (nam ſi in ortu fuerit, bonam tunc conſtitutionem ſortietur) et ſtellæ eum ambientes, ſunt eiuſdem factionis, vt ſcilicet Iupiter, qui eum præcedit, ſit in Ariete, & Venus in eodem ſigno cum ſole, & Iupiter eſt in ſecundo ſigno, orientales quoque ſunt, etenim ſunt matutinæ. Sicut in geneſi ſereniſsimi Franciſci Florentiæ magni ducis obſeruaui: Cuius natiuitas hæc eſt.




*Franciſci magni Ducis Florētiæ Natiuitas.*

Ea vero oriente Sole eſt facta, qui erat quoque in ſuo regno exaltatus, cum vero Venus, Mercurius & Luna pręcedebāt, ergo erat horum planetarum Doryphoria, & ſol ab illis vallabatur. Quæ conſtellatio ſignificabat nati patrem fore ſereniſſimum principem. Sed, vt hæc magis elucеſcant, hanc concluſionem exactiſsimè diſcùtiamus, ſcilicet, quòd qui in ſua Geneſi habuerit Solem benè cōſtitutum & vallatum à ſtellis eiuſdem factionis, patrem ſuū fore illuſtrem ſignificet: quod tamen ſecundum rei ſubiectæ materiam eſt intelligendum, nam non ſemper certò poſſumus aſſeuerare, eum illuſtrem futurum, cum ſit materia quoque ſpectanda, actus enim (ſecundum Ariſtotelis ſentētiam) actiuorum ſunt in patiente benè diſpoſito, quod etiam apertè in ſigillo perſpicimus, quod aliter in alia materia ſui effigiem ſolet exprimere.

Præterea huic Ptolemæi regulæ illa quoque Arabum exploratiſsima regula eſt addenda, cuius auctor & inuentor fuit Albubater, vir hac in arte expertiſsimus, quem quidem fortaſſe Ptolemæus in hoc ſequitur, imo id auſim affirmare, Ptolemęū quicquid boni in hac arte affert, ab eo eſſe mutuatum, vtpote qui ſit antiquiſsimus, doctiſsimus, & qui non niſi exploratiſsimas afferat obſeruationes. Hic ergo aſſerit, ſi pars patris fuerit in ſeptima, vel nona, vel vndecima domo, manifeſtè ſignificari magnam patris felicitatem, atque honorem; quod idem accidere, ſi eadem & eius dominus fuerint benè conſtituti: Idem habet in cap. 154. ſi dominus quartæ domus, vel partis patris in angulis fuerint, patrem illuſtrem fore, & præcipuis quibuſdam honoribus afficiendum indicabunt. Vt vero id manifeſtè omnibus pateat, vt nullus amplius ambigendi ſit relictus locus, aliquot obſeruationes ex illuſtrium virorum Natiuitatibus deſumptas in medium producam. Nemo eſt, quem lateat, qui vir Coſmus primus Medices fuerit, hic habuit filium nomine Petrum, eumque primogenitum: cuius ego Geneſim hic appoſui.

In

In hac deprehendi Solem horoſcopantem, melius enim conſtitui nequit, quàm in Meridie aut Ortu: Solem autem Mercurius præcedebat, eidem vero Luna triangulabatur, idque in medio cœli. Hæc eſt Ptolemæi cõſtellatio, quæ patrem ſignificat illuſtrem fore ac in ſua patria principem locum obtenturum. Quod cerum eſt ita contigiſſe, longè enim latéque Coſmi primi nomen iam percrebuit.




*Petri Medicis Natiuitas, qui obiit anno* 1475. *& ſuæ ætatis anno* 53.




*Laurentii primi Medicis Natiuitas, qui obiit menſe Aprili, anno domini* 1492. *& ſuæ ætatis anno* 44.

Rvrsvs idem Petrus Laurẽtium primum genuit, ex cuius natiuitate facile in patris notitiam venire poterimus. Quæ ſic habet.

Hæc ſolem horoſcopantẽ habuit, quem præcedebat Venus, ſequebatur autem Mercurius & Saturnus: Sed, quod magis refert, ſexangulabatur Ioui, in tertia cœli domo exiſtenti, Iupiter autem Saturnum, Solem, & Mercurium aſpiciebat ex ſextili aſpectu, quæ conſtellatio ſecundum Ptolem. ſententiam patri maximos honores & principatum pollicetur: quæ res per cor Leonis, in horoſcopo partiliter conſtitutum denũciari poſſunt. Vera autem Laurentij filij Geneſim portẽdiſſe Petro patri, eſt luce clarius: is enim patri in ciuitatis principatu ſucceſsit. Laurentius autem filium ſuſcepit primogenitum nomine patris Petrum appellatum: Ex cuius etiam Geneſi patris fortunam cõiiciamus licet. Itaque per Arabis auctoritatem, quia pars patris erat in tertia domo, erat enim natiuitas nocturna, & Saturnus atque Sol inter ſe configurabantur quadrangulo: ſed quia erant eiuſdem factionis, & quadratum erat in ſignis paucarum aſcenſionum, clariſsimus vir fore demonſtrabatur, ſed tamen non admodum diu victurus, quod etiam dominus quartæ angularis ſignificauit. Sed de breuitate vitæ aliàs plura.

Petri II. geneſim vide ſupra.

Hic autem Petrus filium genuit, quem etiã Laurentium nuncupauit, cuius geneſis patri principatum prædixit. Quæ vt ſe habet, ſuperius eſt expoſitum: In ea autem Solem in nona domo in gaudio animaduerti, quẽ Iuppiter & Mars præcedebant, patri igitur principatus debebatur. Cur autem eo ſe abdicarit, in ſeptima concluſione dicetur, cuius



Digitized by Google

etiam rei ratio à nobis afferetur.

Hic Laurentius filium ſuſcepit Alexandrum, & filiam Catherinam: in filij Geneſi inſpexi ſolē horoſcopantem: ſed, quod plus habet momēti, quartæ domus dominum in prima domo habuit, habuit quoque dominum partis patris in ſua domo copulatum Ioui. pars autem patris erat in Scorpione, vbi quoque Mars erat. Hæ cōſtellationes ſuperius ſunt adductæ cap. 154. Albubatris. Hæc omnia verò patri patriæ principatum pollicebantur, itemque eū egregium fore imperatorem, & plurimis dignitatibus inſignem. Alexander filium etiam genuit, qui in ſua geneſi ſolem in medio cæli habuit, quæ quidem conſtellatio patris principatū deſignabat.

Vide eius geneſim ſupra cap. 2.

Sed ne regulam poſitam ex hac ſolum nobiliſſima familia comprobare videamur. Idem quoque aliquot exemplis illuſtremus, aliunde deſumptis. Quis ignorat, qualis & quantus vir Paulus III. fuerit? ei autem tanta amplitudo, atque adeo ſummus pontificatus per Petri Aloyſij filij geneſim promiſſus fuit. Ego eam inſpexi: & ni Arabis præceptum tenuiſſem: nunquā de eius tā bona fortuna diuinari potuiſſem: qui ſupradicto loco affirmat, eum qui in quarta domo Solem ſortitus fuerit, idque in ſuo regno, patrem quoque habiturum lōge illuſtriſſimum, & cunctis dignitate præſtantem. In Petri aūt Aloyſij natiuitate Iupiter fuit in ſua altitudine in quarta domo, quocum tres ſtellæ primi honoris fuerunt. Quod patrem ſummum aliquem virū fore portendit: ſicut etiā accidiſſe conſtat inter omnes.

Vide eius geneſim ſupra cap. 2.

Petrus hic Aloyſius filios ſuſcepit Alexandum atque Octauium, quorum natiuitates magnopere inter ſe conueniunt: vtraque enim Solem in ſeptima cæli domo habet, quod proculdubio patrem illuſtrem futurum ſignificabat, qui quidem quomodo imperium vitámque ſimul amiſerit, in concluſ. VIII. declarabitur.

Animaduerti item geneſim Napulioni, Ioannis Iordani Vrſini filij primogeniti, quæ huiuſmodi eſt.

In ea partem patris in nona domo deprehendi, vnde patris generoſitatem facilè conieci, qui quidem cur captiuus fuerit effectus, in concluſ. IX. exponam.

Poſtremo (ne pluribus enumerandis, moleſtiam lectoribus creem) in Ioannis Pauli, Horatij Balionis filij geneſim inſpexi, quæ quidem ita ſe habet.




Napulioni Vrſini Natiuitas.

In ea partem patris in tertia eſſe domo comperij.

Ex ſupradictis igitur patet, regulam ab Arabe traditam nunquam feſelliſſe. Tanquam ergo exploratiſſima nobis eſt habenda.




*Io. Pauli Balionis Natiuitas.*

## TEXTVS.

Ἐὰν δὲ ὁ τοῦ ♄ καὶ ὁ τῆς ♀ καὶ αὐτοὶ τυγχάνωσιν ἀνατολικοί τε, καὶ ἰδιοπροσωποῦντες ἢ ἐπίκεντροι, εὐδαιμονίαν πρόδηλον ὑπονοητέον κατὰ τὸ οἰκεῖον ἑκατέρου τῶν γονέων, τὸ δὲ ἐναντίον ἐὰν μὲν κενοδρομοῦντα ᾖ τὰ φῶτα, καὶ ἀδορυφόρητα τυγχάνοντα, ταπεινότητος καὶ ἀδοξίας τῶν γονέων ἐστὶ δηλωτικά, καὶ μάλιστα ὅταν ὁ τῆς ♀ ἢ καὶ ὁ τοῦ ♄ μὴ καλῶς φαίνονται διακείμενοι, ἐὰν δὲ δορυφορῆται μὲν, μὴ μέντοι ὑπὸ τῶν τῆς αὐτῆς αἱρέσεως, ὡς ὅταν ♂ μὲν ἐπαναφέρηται τῷ ☉ ♄ δὲ τῇ ☾ ἢ μὴ ὑπὸ καλῶς κειμένων τῶν ἀγαθοποιῶν, καὶ κατὰ τὴν αἵρεσιν, μετριότητα, καὶ ἀνωμαλίαν περὶ τὸν βίον αὐτῶν ὑπονοητέον. κἂν μὲν σύμφωνος ᾖ ὁ διασημανθησόμενος τῆς τύχης κλῆρος ἐν τῇ γενέσει, τοῖς τὸν ☉ ἢ τὴν ♀ ἐπὶ καλῶς δορυφορήσασι, παραλήψονται σῶα τὰ τῶν γονέων. ἐὰν δὲ ἀσύμφωνος, ἢ ἐναντίος, καὶ μηδενὸς ἢ τῶν κακοποιῶν εἰληφότων τὴν δορυφορίαν, ἄχρηστος αὐτοῖς καὶ ἐπιβλαβὴς ἡ τῶν γονέων ἔσται κτῆσις περὶ δὲ πολυχρονιότητος αὐτῶν σκεπτέον ἀπὸ τῶν ἄλλων σχηματισμῶν, ἐπὶ μὲν τοῦ πατρὸς ἐὰν ὁ τοῦ ♃, ἢ ὁ τῆς ♀ συσχηματισθῶσιν ὁπωσδήποτε τῷ ☉, ἢ τῷ τοῦ ♄, ἢ καὶ αὐτὸς ὁ τοῦ ♄ σύμφωνον ἔχῃ σχηματισμὸν πρὸς τὸν ☉, ἤτοι συνὼν, ἢ ἑξαγωνίζων, ἢ τριγωνίζων, ἐν δυνάμει μὲν ὄντων αὐτῶν, πολυχρονιότητα τοῦ πατρὸς καταστοχαστέον, ἀδυναμούντων δὲ οὐχ ὁμοίως, οὐ μέντοι γε οὐδὲ ὀλιγοχρονιότητα.

Item ſi Saturnus & Venus orietales fuerint in almugea ſibi propria, vel ſi fuerint in angulis manifeſtum fortuniū parentum ex hoc ſignificare debemus ſecundum quantitatē vtrique ipſorum conuenientem. Si autē horū contrariū fuerit, vt luminaria ſcilicet ſint curſu vacua & à nullis ſtellis circundata, parentum de clinationem ac vilitatem ſignificabunt: Maxime vero ſi poſitio Veneris & Saturni fuerint incōueniens, quod ſi planetæ ex eorum haiz non exeuntes ea circundent. Quemadmodum contingit cum Mars poſt Solem, Saturnus vero poſt Lunam aſcenderit, nec etiam loca fortunarum reſpectu luminarium conuenientia fuerint, nec ex eorum haiz, miſeram vitam parentum & ipſorum eſſe deſtructionem, nobis ex hoc ſignificare non diſconuenit. Si autem pars fortunium ſignificans, cuius mentionem faciemus, ſtellis Solem vel lunā circundantibus, apta conuenientia, conueniens fuerit in natiuitatibus parentum, ſubſtantia ſaluabitur atque durabit. Quod ſi pars fortunium ſignificans non

extiterit, velut diximus, aut ſi horum contrarium fuerit, nec fortunæ circundederint luminaria, vel ſi circundantes fuerint infortunæ, non proficiet parentum poſſeſſio. ſed nocebit. Longitudinem autem vitæ parentum, eiuſque breuitatem ex ſtellarum ſocietatibus in figuris conſiderabimus.

*COMMENTARIVS.*

Quinctã hic concluſionẽ Ptol. affert quæ eſt adnotatione digna, ad cuius equidẽ cõprobationem nullas afferre poſſum obſeruationes. Quare facilè crediderim, Ptolom. hĩc, depoſita pauliſper Aſtrologi perſona, naturalem Philoſophum induiſſe: cũ ſic inquit, ſi Saturnus & Venus fuerint Orientales, & ſint in angulis, euidentiſsimam parentum fortunam denunciant. Sed videamus, quomodo ſit hæc concluſio intelligenda: eſt enim meo quidem iudicio perdifficilis. Primò vult Ptolom. ambas ſtellas eſſe Orientales, præcedere, & eſſe in Almugea, & in angulis. Sed quo pacto omnia hæc ſimul poſſunt concurrere? tria enim hic ſunt, quæ ſimul eſſe nequeunt, quia ſi Saturnus & Venus fuerint Orientales, neceſſe eſt ſecundo loco eſſe in Almugea, & Solem eſſe ſub terra, & ita non magna aliqua felicitas ſignificabitur: Secundo loco fieri poteſt, vt Venus ſit in Almugea, id eſt è regione ſit Solis, & eſt, quando ſtella tantum à ſole receſſerit, quantum domus à domo, tunc ſtellæ ſunt è regione inter ſe: ſed Venus nunquam poteſt à Sole diſtare L X. gradibus, vt in 2. Almageſti eſt declaratum, non enim progreditur vltra XLVII. gradus: qui ergo fieri poteſt, vt ea ſit in Almugea cum Sole? Præterea quomodo fieri poteſt, vt Saturnus ſit Orientalis, & Solem è regione aſpiciat? ſi enim hoc accideret, eum Occidentalem eſſe oporteret, nam in diametro eſſe deberet, quia ſi debet diſtare, vt in Solis iuriſdictione ſit, quantum domus à domo: Atqui domus inter ſe per diametrum diſtant: neceſſe eſt igitur, vt diſtent per diametrum. Quomodo ergo erunt in angulis? nam anguli ſe ex quadrangulo aſpiciunt, ab ortu ad culmen 90. graduum eſt diſtantia: à culmine autem ad occaſum tantundem quoque diſtantiæ erit, item ab occaſu ad imum terræ, & ab imo terræ ad ortum. Merito igitur quiſpiam potuerit dubitare, an Ptolemæus dum hæc ſcriberet, ſatis ſibi cõſtaret, vel concluſionem hanc ſtatuerit arbitrariã. Sed ego vt eius partes ſuſcipiam defendendas, dico, eum de nocturnis geneſibus eſſe loquutum, dixerat enim antea Solem in diurnis patrum fata moderari, in nocturnis vero Saturnum: quare cum Saturnus in nocturnis patrem deſignet, is igitur in his erit obſeruandus. Quod vero ad aſpectum attinet, eſt animaduertendum, quod aſpectus è regione cum ſit, ex ea diſtantia, quanta eſt domus à domo: & ſi fieri poſſet, vt Venus Solem ex ſextili aſpiceret, tunc Solem à Venere ex altera parte aſpici affirmarem, quod etiam ab ipſomet Ptol. affirmatur. ſed tamen is hunc aſpectum placticum intelligit, vt tum dicimus, Solem ſuos radios ad 15. gradus profundere, Venus autem à Sole 47. gradibus diſtet, qui numerus à 60. ſuperatur gradibus tredecim: tunc aſſerimus à Venere poſſe Solem aſpici plactico aſpectu, non partili. Dicimus præterea planetas ſe mutuo è regione aſpicere, quod eadem ratione contingit, nam cum Venus diſtans à Marte fuerit per diametrum, tunc aſſero has ſtellas ſe mutuo è regione aſpicere, quia domus Martis diſtat ex vna parte quod domibus Veneris diametratur, dicimus enim vnius domus domibus alterius opponi, nam Aries eſt domus Martis, & Libra Veneris, quæ ſimiliter ſunt oppoſitæ, ſi domus ſtellarum inter ſe triangulari contigerit, & mutuo ſe ſtellæ ex trino aſpexerint, tunc ſe è regione ſpectare videbuntur: ita hic accidit. habemus Saturni & Veneris domos triangulatas, quia Taurus & Capricornus eiuſdem ſunt trigoni, Libra & Aquarius etiam ex trigono ſe reſpectant, & tunc in Amulgea ſibi propria exiſtunt. Hoc igitur modo Ptolemæi ſunt verba accipienda, ſi minus errare velimus: nam ſi Saturnus è contra Solem aſpiceret, tunc Sol in oppoſito loco eſſet, oporteret: quam conſignationem calamitoſam, pernicioſam, atque malam eſſe, nemo eſt qui neget: cum tamen Ptolemæus eius contrarium hic aſſerere videatur. Sed quiſpiam in hac ſcientia verſatus dubitauerit, quomodo hæc conſtellatio eſſe potuerit, cũ Ptol. ſubiecerit, & ſint in angulis, anguli enim quadrati interſe 90. gradibus diſtant, triangulus 120. diſtat. Huic dubitationi ita eſt occurrẽdum, cum dicitur ſtella eſſe in angulis, dupliciter poteſt intelligi, partiliter ſcilicet, quod nequaquã Ptol. intelligit, vel in domibus angulorum, vt nepe vna ſit in prima, altera in decima: quod quidem fieri poteſt, Cancer horoſcopet, & Sol in ſigno Geminorum ſit, & in medio Cæli ſit Saturnus in Piſcib', & Venus in Cancro: nouiſtis autem, in noſtro climate cum horoſcopant primæ partes, & etiam in prima Cãcri decamoria, in medio Cæli eſſe Piſces, & in angulo, & in trino, & præterea eſſe Orientales. Ruſus ſi oriatur prima Leonis decamoria, in medio cæli erit Aries: Leo autem decimæ domui triangulatur. ſtatuatur ergo Saturnus in decima, & Venus in prima, Sol autem in ſigno Virginis, tunc proculdubio Venus atque Saturnus triangulabuntur, & in propria Almugea, orientales, atque in angulis erunt. Item & melius, ſi Gemini horoſcopent, erit in medio cæli in noſtro climate Aquarius: ſit Sol in ſigno Cancri: nemo dubitauerit, quin hæ ſtellæ orientales, & inter ſe quadrangulatæ atque in angulis ſint futuræ: Quare tunc bona fuerit conſtellatio, nam Saturnus eſt in propria domo. Sed melius eſſet, ſi hæc poſſet conſtellatio contigere, vt ſcilicet Taurus aſcendat, & Sol in Geminis ſit, tunc autem in cæli medio Capricornus erit, ſi noſtrum clima ſpectes: ponatur Venus in oriente, & Saturnus in Capricorno, nam poſitio hæc poſsibilis eſt, hoc pacto ſe per triangulum aſpicient, & ſunt orientales, quia præcedunt, & ſunt quoque in angulis: eſſet ergo fortiſsima conſtellatio. Hactenus ergo de quincta concluſione: Hinc igitur habemus, quomodo Saturn' & Venus ſi fuerint orientales, & ſe mutuo è regione aſpexerint, maximam parentibus felicitatem portendant.

Dub.

Reſp.

Sexta

VI. Concl. Sexta eſt concluſio, ſi lumina fuerint curſu vacua, ac nullis circũdentur ſtellis, vilitatem, deſpectum, ac in peius commutationem parentibus minantur, quod quidem eſt iis aduerſum, quæ in 4. concl. ſuperius ſunt tradita. Intelligitur autem tunc Luna curſu vacua, cum ſcilicet nulli planetarum applicat, ita vt nullo pacto cum eis configuretur, ſcilicet lumina ſtellis ſint abſoluta & ſolitaria. Dicuntur tunc planetæ peregrini: ſubiungit aliam partem, cum nulla ſtella præcedit Solem, aut ſequitur, fieri enim poteſt, vt ſuperiores præcedant Solem, inferiores autem ſequantur Lunam, ſed an ſit obſeruata conſtellatio, inferius declarabimus.

VII. Cõcl. Septima concluſio eſt præcedenti exploratior, illa enim erat valde vniuerſalis. Si luminaria ſtellis coniungantur, non quidem eiuſdẽ factionis (quod exemplo declarat, vt puta, ſi Mars Solem ſequatur, vel Saturnus Lunam, & nõ fuerint in ſuo haiz) depreſsionem ac extremum exitium parentibus portendunt.

VIII. Cõcl. Octaua concluſio, partes ſortis, ſtellis circundantibus luminaria, ſi fuerint, vt debent, poſitæ bonorum conſeruationem parentibus pollicentur. Eſt hæc obſeruatio præclara, cum in geneſi id obſeruauerimus. Si velimus iterum indagare, an bona à parentibus nobis relictá, à nobis ſint conſeruanda néne, eſt pars fortunæ diligenter notanda, num bene ſit conſtituta, & vtrum luminaria à ſtellis ambiantur, & ab iis pars fortunæ aſpectu ſalutari aſpiciatur, quod ſi contigerit, poſſumus affirmare tradita hora ſalua fore, cuius contrarium minatur nona concluſio.

IX. Concl. Quæ eſt. Si pars fortunæ contrario modo ſe habuerit, atque eſt dictum, & luminaria à ſtellis non vallentur, argumento id eſt, fore vt aliquando paterna hæreditas dilapidetur.

Sed nunc videndum eſt, an hæ concluſiones ſint veræ, quia ſi rationes quibus comprobantur, non neceſſariò concludant, ſed probabilitatem tantum quandam afferant, neceſſe eſt, vt earum veritas obſeruationibus aſtruatur.

Ad ea autem, quæ Ptol. ſcripta reliquit, ea quæ ab Arabe cap. 155. de Natiuitatibus, traduntur, videntur adiungenda: is ergo ſcribit, cum fuerit dominus domus Solis infortunatus, vel cum dominus nouilunij vel plenilunij, natiuitatem præcedentis, vel etiam dominus partis patris infauſtus fuerit, hæc ſiue ſeparatim ſiue ſimul contigerint, ſignificat parentes deprimendos, dignitatem priſtinam amiſſuros, atque maximo dedecore afficiendos. Rurſus pars ſortis cum fuerit malè diſpoſita, paternarum opum amiſsionem portendit, cuius contrarium nona concluſio pollicetur, nempe ſi pars ſortis benè conſtituatur cum ſtellis luminaria obeuntibus, à maioribus relictam hæreditatem fore incolumem. Ad cuius rei comprobationem aliquot illuſtres obſeruationes in medium producemus, quarum prima de Coſmo primo erit, quæ ita ſe habet.

*Coſmi Medices primi Natiuitas.*

Fuit incarceratus anno domini 1433. & die 3. Octobris relegatus fuit à patria.

Alij ponunt hanc natiuitatem fuiſſe die 8. Aprilis. ☉ 28. ♈ horoſcopante: ſed Sarigattus Florẽtinus tali modo ſupputauit hanc genituram, vt iacet in figura.

Cardanus ſupputauit hanc natiuitatem die 27. Septembris in occaſu Solis anno 1379. Machiauellus autem fuiſſe narrat anno 1389. in die S. Coſmi & Damiani, & obiit anno 1464. & ſuæ ætatis 75.




In ea obſeruaui per eum paternas opes & conſeruandas & augendas, habebat enim partem fortunæ cum Luna & Marte in ſecunda cæli domo, in ſigno Geminorũ, quam Mercurius & Sol ex ſextili aſpiciebãt, Saturnus autem eodem aſpectu intuebatur. Ex his cõiici poterat, cum ſicut reuera fuit,

diuitem futurũ. Quod cõfirmat Almanſor Aphor. 90. ſuorum dictorum, cum dicit, Solem, Iouem & Mercurium eſſe planetas maxima bona, & ingentes opes tribuentes. Verum, quia pars fortunæ erat cum Marte in Geminis, ideo plurimas pecunias in ædificando conſumpſit, præcipue in Monaſteriorũ, Cœnobiorum atque Eccleſiarum exſtructione longe maximos fecit ſumptus. Filius autem eius, Petrus nomine, quia in Geneſi conſtellationẽ concluſionis habuit, ſtellas ſcilicet Solem præcedentes, quoniam Sol in primæ domus angulo erat, & eum Mercurius & Mars præcedebant, & quod res eſt, pars ſortis erat benè conſtituta, quia erat in quinta cæli domo in domicilio Martis, ideo auitam hæreditatem conſeruauit.

In Geneſi etiam Laurentij eius filij idem eſt cõfirmatum, in ea enim animaduerti ſolem cum duabus ſtellis eſſe in prima domo, quare erat ſtellis circundatus: inſpexi etiam in fortunæ partem, & eam cum Luna coniunctam deprehendi. Quare is paternas opes, principatum, & eius cuncta inſignia conſeruauit. Is filium genuit, qui nomine Petrum appellatum, qui vſque ad primogeniti ortum domeſticas fortunas propter ſupradictã cõſtellationem conſeruauit. Sed poſt filij natiuitatem, in qua dominus domus ſolis, id eſt Mercurius animaduertitur infortunatus, combuſtus eſt enim, & nouilunium fuit in 13. gradibus Virginis, cuius dominus Mercurius combuſtus erat, & cadens, & pars fortunæ cadens, cuius dominus infortunatus eſt à Saturno item dominus partis patris, ſcilicet Venus reperitur in ſuo detrimento, & quadrangulata Marti. Ideo is principatum, opes & honores amiſit, quod filij geneſis eſt ei minata, vt reuera anno 1494. ei accidit.

*Eius geneſis expoſita eſt ſupra.*

Succurrit etiam mihi non ſatis explicata memoria, cuiuſdam Antonij Bentiuoli, Bononienſis Protonotarij, qui ex ſua geneſi parentibus extremum exitium principatus ac opum omnium iacturam prædixit. eius autem Geneſis hæc eſt.

*Laurentij filij Petri geneſim vide ſupra.*




*Antonij Bentiuoli Natiuitas*

In ea is deprehendi in ſexta cæli domo Solem & Martem iunctos ſimul, quadrangulatos Lunæ, cadentes & Saturno diametratos, qui in cacodęmonem cadebat: pars autem patris in ſexta cæli domo erat, quæ fuerat iuncta Marti, quia dominus eius Solis & Martis eſt Iupiter, extra ſuam factionem poſitus in Scorpione: eſt enim maſculinus & diurnus & ſub terra: dicendus ergo eſt infortunatus: pars quoque patris eſt infortunata: dominus etiam coniunctionis ſcilicet Mars Saturno diametrabatur, qui & à ſole combuſtus erat. Hac igitur conſtellatione parentum infortunia & opũ amiſsio portendebantur: pars enim fortunæ cum hoc maleficio in Saturni quadratura erat.

Rurſus hoc idem Annibalis Bentiuoli filius confirmauit, Conſtantinus nomine, in cuius geneſi ea erat conſtellatio de qua nunc in verborum contextu Ptol. meminit, Luna ſcilicet curſu vacua, nulli applicata, Mars verò Solem ſequebatur, & quod peius aliquid ominatur, Venus erat in ſua deiectione repedans, Mars autem cum parte fortunę, & pars patris in domo Saturni, qui in ſexta domo erat, in ſua deiectione repedans, quæ omnia confirmarunt, quæ de eius parentibus diximus.

Poſtremo in his obſeruationibus diligenter eſt cauendum, quæ nam ſint omnino infeliciſsimæ, quæ autem mediocriter ſint infauſtæ. Diximus ſupra, Ioannem Iordanum Vrſinum ab hoſtibus fuiſſe captum: id ex filij natiuitate dedi operam, vt cognoſcerem: in eam inſpexi & Solem in primo Sagittarij in quinta domo deprehendi, cum eo Martem & Venerem inueni, qui ſub Solis radiis erant, ideóque per Arabis conſtellationem erant combuſti: hæc cognoui, quia in Iouem oculos conieci, qui domus ſolis erat dominus, idem Iupiter cum Saturno erat. Aliquo igitur pacto eum infortunabant. Inde me ad partem patris contuli, quem eſſe in nona domo dixi, in ſigno Martis, quia eius dominus erat infortunatus: infortunium igitur, & honoris paterni violationem deſignabat. Poſtea locum coniunctionis, natiuitatem præcedentis notaui, hæc autem fuit in 22. gradibus Scorpionis, Mars autem erat eius dominus. Quia igitur domus Solis dominus & præcedentis natiuitatem coniunctionis dominus, necnon & partis patris dominus, omnes pariter erant infortunati, grauem hæc patris calamitatem indicauerunt. Sed quia erat in Iouis domo, qui quoquomodo Saturni malignitatem reprimebat, quouſque eum ſuperauit. Is ergo ex captiuitate euaſit, & poſtliminio in priſtinam

*Paulo ante eſt expoſita.*

ignitatem

Digitized by Google

dignitatem & principatum eſt reſtitutus, fortunis etiam, quas amiſerat recuperatis.

Sed non abs re fortaſſe fuerit, ſi & aliorum huc præcepta perquam vtilia attulero, & primo loco Abohale accipite, qui quidem inter Arabes meritò hac in arte habetur celeberrimus. Eius ſcripta, quæ diu in tenebris delituerant, nunc tandem primùm prodierunt in lucem. Is igitur cap. 16. de Natiuitatib. habet, tria hæc maximè eſſe obſeruanda, vt ſcilicet Sol ſignificet in die patrem, & Venus matrem, noctе vero pro patre ſit Saturnus, pro matre Luna: pro patre etiam ſemper pars patris obſeruetur, & pro matre, pars matris, vt nos infrà dicemus: item vt ſemper ſit præ oculis quarta domus pro vtroque parente. Quòd ſi diligenter ad harum rerum cōſtitutionem atque poſitionem animaduerterimus, nunquam in iudicando aberrabimus: error enim potius ab artifice proficiſcitur, quàm ab arte, vt patet in medicina atque aliis coniecturalibus artibus. Idem hoc quoque præceptum addit, ſi fata parentum perueſtigare velimus: cum partus primùm prodit in lucem, Sol obſeruetur: qui ſi benè ſit conſtitutus, atque beneficarum ſtellarum fauentiúmque configurationem ſortiatur: & non ſolum errantes ſtellæ ſunt obſeruandæ, ſed etiā cælo hærētes, vt in Petri Aloyſij geneſi demonſtrauimus: in eius cardine tres erant ſtellæ primi honoris vna cum Ioue in ſuo regno: quod patri eximiam quandam dignitatem pollicebantur: omnibus enim geneſib' illæ ſtellæ præſunt. Valeant ergo, qui contradicendi ſtudio ducti, contrarium ſine vlla ratione aſſeuerant. Si Sol igitur benè conſtituatur, pro eo tempore, ad mēſem ſcilicet, bonam parentibus fortunam denuncietis licet. Quòd ſi contigerit, dominum triplicitatis Solis eſſe benè conſtitutum, parētibus fauſta quæque vſque ad alterius nati ortum polliceri poteritis. Quòd ſi ſecus acciderit, quòd ſcilicet Sol in partu malè ſit conſtitutus, aduentitia aliqua calamitas patri impendet, nam aut in valetudinem incidet, aut honoris iacturam feret, vel rei familiaris in diſcrimen veniet. Si autem domini triplicitatis Solis fuerint non benè conſtituti, parentibus aduerſam fortunam ominabimur, tātiſper donec alium filium genuerint. Quòd ſi contingat Sol in parte felicitatis, domini verò triplicitatis fuerint infelices, parentes initio feliciter agent, ſecus autem temporis progreſſu, quæ infelicitas vſque ad vitæ finem durabit. Contra verò ſi Sol initio infortunetur, domini autem triplicitatis fortunentur: tunc parentes initio quibuſdam infortuniis conflictabuntur: mox autem magna perfruentur felicitate.

Vide ſupra cap. 2.

Idem auctor præceptum etiā ſubiungit, adnotatione digniſſimum: quod eſt: cuicunque naſcenti Iupiter aut Sol in quarta domo fuerit, de eo certo affirmari poterit, eius patrem fore felicem, vt etiā res in Petri Aloyſij natiuitate diximus, qui Iouem in quarta domo, in ſuo regno eſt ſortitus. Idem eſt quoque obſeruatum in Franciſci Gonſagæ Secundi filij tunc Marchionis Mantuæ natiuitate, qui Iouem in quarta domo habuit. Margarita etiam inuictiſſimi Caroli. V. filia Solem habuit in quarta, ideo patri maximam felicitatem attulit.

Vide infra cap. de carcerib.

Quod poſtremo idem adnotat id eſt, nobis, ſi exploratum aliquid habere velimus de parentum ſiue felicitate ſiue etiā infelicitate, progreſsiones ſignificatoris patris eſſe inter ſe cōferendas. Quia ſi Sol erit patris ſignificator, ad beneficas ſtellas eſt dirigendus, atque earū beneficos aſpectus: eo enim tēpore ſi gradib' ſingulis ſingulos annos ſiue mēſes, tribuerim' prout ipſi ſignificatores in angulis fuerint vel ſuccedētib', vel cadētibus, eiuſmodi quoque erunt effectus. Eodem quoque pacto ſi de alicui' morbo, aut morte ſeu de bonorum amiſsione timeatur, ſignificatores dirigantur, & ſecundum naturam graduum æquatoris, correſpondentium Zodiaci gradibus, in climatis illi' obliquis aſcenſionibus, tempus erit, ſi gradibus ſingulis ſinguli anni attribuantur, vt ex Albubatre facilè quis diſcere poterit, qui refert, Alambem aſtrologum, cum in genituram cuiuſdam filij inſpexiſſet, cuius pater habebatur is qui eam geneſim attulerat inſpiciendam, ſtatim reſpondiſſe eum eſſe ex adulterio ſuſceptum, & eum qui tulerat natiuitatem, nequaquam eſſe patrem, imò eum quatuor annis ante eſſe vita functum, eodem ſcilicet anno, quo filius eſſet natus. Quod ille diffiteri non eſt auſus, affirmans, ſe finxiſſe eum filium ſuſcepiſſe, cum tamen ſuus non eſſet. Id Alambes ea ratione deprehendit, quia pars patris per progreſsionem quarto anno ad corpus Martis peruenit.

Abenragel addit hoc, quod nondum aliqua obſeruatione eſt exploratum, is vult de parentum vita poſſe præſciri quandiu ſcilicet ſit victurus, nempe tot annos, quot æquatoris gradus fuerint anni Zodiaci, correſpondentes à principio ſigni, in quo eſt ſignificator, vſque ad ſignificatoris locum.

## TEXTVS.

Ὅταν δὲ τοῦτο μὲν μὴ ὑπάρχῃ, ὁ δὲ τοῦ ♂ καθυπερτερήσῃ τὸν ☉ ἢ τὸν τοῦ Κρόνου ἢ καὶ ἐπανενεχθῇ αὐτοῖς, ἢ καὶ αὐτὸς πάλιν ὁ τοῦ ♄ μὴ σύμφωνος ᾖ πρὸς τὸν ☉, ἀλλ᾽ ἤτοι διάμετρος, ἢ τετράγωνος ἀποκλίνοντες μὲν τῶν κέντρων ἀσθενικοὺς μόνους τοῦτο πατέρας ποιοῦσιν, ἐπίκεντροι δὲ, ἢ ἐπαναφερόμενοι τοῖς κέντροις ὀλιγοχρονίους ἢ ἐπισινεῖς, ὀλιγοχρονίους μὲν, ὅταν ἐν τοῖς πρώτοις ὦσι δύο κέντροις, τῷ τε ἀνατέλλοντι καὶ τῷ μεσουρανοῦντι, καὶ ταῖς τούτων ἐπαναφοραῖς.

De patris igitur vita dicemus. Cumque Iupiter & Venus in figura quolibet modo Soli vel Saturno aſſociatur, Aut cum Iupiter itē Veneri aſſociatur, fueritque Solis & Saturni apta ſocietas

Digitized by Google

ſocietas,vel ſi coniuncti aut in trino vel ſextili aſpectu fuerint, & vterque fortis,longam patris uitam ex hoc annunciabimus.Si vero fortes nō fuerint,non erit hoc ita,præterquòd vitæ breuitatem veraciter non ſignificabuntur,hoc autem ſi non ſic euenerit, ſed ſupra Solem vel Saturnū Mars eleuatus fuerit,aut ſi ſequatur eos,nec Soli Saturnus cōueniens fuerit,ſed in eius aſpectu quarto vel per diametrū oppoſito vel ſi vterque fuerit ab angulo remotus, patris debilitas ſignificabitur. At ſi in angulis vel in locis ad angulos aſcendentibus fuerint, breuem vitam parentum aut nocumentum ſignificabunt. cum enim in duobus primis angulis, qui ſunt aſcendens cœlique medium ſteterint,vitæ breuitatem indicabunt. Cum autem in duobus aliis extiterint qui ſunt occidens,& angulus terræ, vel in locis ad ipſos aſcēdentibus impedire dicūtur.

1. Concl.

## COMMENTARIVS.

HIs iā abſolutis,iam Pt.de patris vita,lōgitudine ſcilicet & breuitate tractatū aggreditur.Primamque cōcluſionē ſtatuit,quæ eſt huiuſmodi.Si Iupiter & Venus Solem aut Saturnū quacunque irradiatione,figura, & aſpectu aſpexerint.Si tamen fuerint potentes,vitæ longitudinem patri afferent. Concluſio hæc duas habet partes: prior.Si Iupiter & Venus quacunque irradiatione Solem & Saturnū aſpexerint, licet ſcilicet per diametrationem quadrangulationem, aut triangulationem,ſeu etiam ſextilem aſpectum, quicunque tandem ſit ille aſpectus,& illi ſint fortes. Quid vero id ſignificet,dicam,nam cum illorum planetarū alter, vel ambo in ſuis domib' fuerint, vel regnis, vel finibus,potentes & fortes dici poterunt, idque maxime in angulis & ſuccedentibus. Quod autem conſtellatio hæc,ſic accepta,vitæ longitudinem ſignificet,ex multis obſeruationibus cognoſcamus licet:quarum nōnullas huc afferre non grauabor.

Vide ſupra eius geneſim.

Ex Coſmi primi geneſi patrem diu vixiſſe conieci:is enim in prima domo Solem in ſua exaltatione eſt ſortitus. Et quia Ptol. aſſerit , quacunque irradiatione beneficæ ſtellæ Solem aut Saturnum aſpexerint,vitæ lōgitudinem ſignificare. Is Iouem habuit in ſeptima cæli domo , Soli diametratum: quæ eſt fortiſsima conſtellatio : conſentiebant tamen inter ſe Sol atque Saturnus: Saturnus enim Soli triangulabatur: erat autem Saturnus in quincta domo in Leone,& Sol in Ariete:Aries autem & Leo inter ſe triāgulabantur: quare fortiſsima fuit conſtellatio: nam Saturnus etiam bono aſpectu Iouem aſpectabat.

Vide ſupra eius geneſim.

Obſeruaui etiam ex Petri primi geneſi, Solem eſſe in prima cæli domo, cui Saturnus conſentiebat,qui in quarta cæli domo erat, Solemq; ex ſextili aſpectu aſpiciebat:Et quia natiuitas fuerat nocturna,ideo ſignificator erat Saturnus, qui partiliter Veneri ſexangululabatur.Ex hac ergo conſtellatione deprehendi , Coſmum primum ad iuſtos annos vitam produxiſſe eamque feliciter exegiſſe.

In altera vero concluſionis parte Ptol. aſſerit,Si Venus atque Iupiter inter ſe aſſocientur:& Sol atque Saturnus mutuò conſentiant:modò Venus & Iupiter ſint ſemper ſtellæ potentes,in ſuis dignitatibus, vti diximus: patri vitæ diuturnitatem ſignificari.

Idem alterum membrum addidit , quod non fuit à Punico intellectum:id autem eſt, quòd ſi Iupiter & Venus fuerint ſimul coniuncti, aut ſexāgulati,vel triangulati, & cōſentiant inter ſe, Sol & Saturnus pro certo affirmari de vitę patris diuturnitate poterit.Quòd ſi contingat lumina ſibi conſentire, & Sol & Saturnus mutuo conſentiāt, ſtellæ autem Venus & Iupiter non ſint potentes, neque diuturnitas,neque breuitas vitæ patri denunciari poterit,ſed mediocritas.

Nunc quomodo inter ſe Sol atque Saturnus conſentiant,videamus:& quo pacto Iupiter & Venus concomitentur.

Quapropter ſi Iouem atque Venerem in vno eodemque ſigno deprehēderitis, vel etiam in duob', modo ne ſint in ſignorum exteremitatibus, ſcilicet,vt alter ſit in fine Virginis, alter verò in principio Libræ,hoc eſt , vt ſint infra 30. gradus: tunc Venus & Iupiter ſunt dicendi aſſociati : & quò ſibi propinquiores,eò melius eſſe eſt exiſtimandum:Si enim fieri poſſet, vt radios ſuos coniungerent infrà 18.gradus,optima eſſet aſſociatio. Obſeruaui tamen, infrà 30.grad' intelligi,in illo interſtitio eſſe.

Quantum ad Saturni & Solis conſenſum, in hoc valde Punicus laborauit,qui enim fieri poteſt, vt ambo conſentiant?Si enim Saturnus Soli aduerſatur,cum ille ſit frigidus& ſiccus, hic vero calid' & ſiccus,quomodo aliquando inter eos cōueniet? nec poteſt Punicus verba Ptolemæi exponere, tūc eos conſentire,cum Saturni frigiditas à Solis caliditate temperatur , nam cum quicunque planeta in corde Solis fuerit nonne perperam conſtituitur? quomodo ergo bona eſſe conſtellatio poterit,ſi inter ſe copulentur Saturnus atque Sol? Non igitur ita verba Ptolemæi ſunt intelligenda, vt ille accepit. Græcus autem Scholiaſtes quòd ſi fuerint coniuncti vel in trino , vel in ſextili aſſociati fuerint aſpectu, refert ( eſſe coniunctos ) ipſa verba ad Iouem & Venerem, alioquin in multa incideremus abſurda.

Vt hoc intelligatur , eſt animaduertendum, hominis vitam calido & humido contineri, vt extat apud Ariſt.lib. de long.& breu. vitæ cap.2.item de Iuuent. & Senect. capit. 2. & 3. præterea libr. de Morte & Vita in principio. Sed cum caliditas ſimpliciter ſumpta ſit ex qualitatū numero , quæ actiuæ dicuntur,non igitur ea ſola vitæ conficit diuturnitatem. Neceſſe eſt autem eam temperari ac roborari à caliditate cæleſti:cum igitur Iupiter & Venus in temperie ſint calidi atque humidi , vitæ humanæ conferant,neceſſe eſt:quia vt dicebamus, Sol cum ex inferioribus ſit planetis , & cum ſuperiorribus collatus , vicem materiæ ſubeat. Quare ex Solis Iouis & Veneris caliditate quædam exiſtit temperies, quæ in filij genitura declaratur , ex qua optimam patris conſtitutionem coniiciamus: Sed

cum

Digitized by Google

cum Saturnus atque Mars in hæc inferiora intemperatè agant: Mars etenim eſt calidus, Saturnus verò frigidus: licet ij planetæ non ſint reuera malefici:nihil enim cæleſte eſt lethiferum & mortale,quin potius omnia ſunt diuina ac viuifica:Sunt tamen aliquæ ſtellæ, & cæleſtia corpora, quæ fortius cæteris agunt, quorum impreſsiones materia hęc ſublunaris non poteſt ſuſtinere.Quare ex parte materiæ ſtellæ illæ poſſunt dici intemperatè agere. Hinc fit, vt, cum illæ in noſtra corpora agunt, in nobis intemperies accidat. Et, quia, vt in opticis dicitur, radij perpendiculares, vel qui ad perpendiculares accedunt, fortius agũt quam ex obliquo incidentes, fortiſsima enim linearum eſt pependicularis, & quanto magis radij ad perpendicularem accedunt,tanto etiam ſunt fortiores.Hinc fit, vt ſi lumina & ſtellæ ſint in angulis, & ꝑ has partes principales procedant, per quadam particularitatem procedere videatur:neceſſe eſt ergo ſtellas eſſe validiores: cum vero per domos cadentes diſcurrunt,& ea loca inualida, corporum cæleſtium actiones ſint quoque inualidæ,oportet, tunc enim per lineam obliquam incedunt,& radiantur. Quãobrem ſapienter dixit Ptol. corpora tunc elangueſcere,non enim actiones illas in ſe admittere queunt,prout ab illis emanant:Cum verò dicuntur ſtellæ eſſe potẽtes,ad Iouem,atque Venerem referre debemus. Ex his igitur facilè de corporis ſanitate,robore, & bona conſtitutione prognoſticari poterimus.

Quod autem vitæ diuturnitatem,non ſignificent, ſed mediocritatem ex obſeruationibus facile poſſumus intelligere. Ego enim id in geneſi Federici Gonſagæ primogeniti Marchionis Mantuę obſeruaui cuius vita fuit mediocriter longa. Eam auautem hic appoſui.




*Feridici Gonzagæ primi Ducis Mantuæ Natiuitas.*

Saturnum in ea deprehendi in horoſcopo & Solem in 27. gradibus Tauri videbat, erat enim Sol in V. gradu Geminorum. Duo ergo hi planetæ interſe conſentiebant, nam conſentiunt in ſextilem vel trigonum:aut erat Saturnus Solem præcedens, hic eſt conſenſus,ſcilicet,quando Saturnus eſt matutinus vel in eius trino,vel ſextili. Conſentiebant ergo mutuò:& Iupiter Saturnum ex ſextili aſpectu aſpiciebat, erat enim Iupiter in 25.gradu piſcium, Venus autem in 2. domo erat, feliciterque conſtituta. Ex hac igitur conſtellatione conieci, patrem victurum pluſquam mediocrem vitam:Quòd ſi Iupiter fuiſſet in angulo,longam ei vitam eſſem pollicitus.Quod ex primogeniti eiuſdem Federici primi ducis Mantuæ geneſi eſt confirmatum. Quæ ita ſe habet.

Sol




Sol in ea in ſecunda cæli domo reperiebatur:& habuimus Saturnũ & Solem mutuò conſentire, quia ſe ex quadrato aſpectu aſpiciebant, & quoniã Iupiter in X I. cæli domo exiſtens ex diametro Saturnum aſpiciebat:patri pluſquam mediocrè vitam eſt elargitus: licet Saturnus breuem vitam ſignificaſſet,quia ab angulo erat cadens.Quare obiit anno 1550. menſe Februario die 17. in carnis priuio obrutus in lacu, Mantuano.

*Primogeniti Federici Ducis Mantuæ Natiuitas.*

Et,quia Ptol. in verborum contextu proſequitur, declarans,quonam pacto aliqui vitæ breuitatem, aut incommodam corporis conſtitutionem ſortiantur,ideo dicit, quando Mars Solem ſequitur vel Saturnum, & Sol atque Saturnus inter ſe quadrangulantur aut diametrantur, ſi Saturnus atque Sol in angulis non fuerint,ſed in cadentibus,hęc cõſtellatio ſignificat,patris complexionem debilem eſſe futuram : Sin in angulis fuerit,aut ſuccedentibus, aliquam læſionem in corpore ei minatur.Alterum ergo ex duobus accidet,nempe nati patrem,debili complexione futurum,aut breui moriturum.

Et dicit,ſi fuerint in primis angulis, intelligit autem Orientis & culminis angulum: & certum erit indicium breuitatis vitæ. Si vero Sol & Saturnus fuerint cum hoc infortunio in aliis duobus angulis, ſcilicet in 7. vel 4. aliquod impedimentum in corpore patris futurum portendit.

Sed exemplis comprobemus,qui aliquam lęſionem in corpore patiuntur. Franciſcum Gallorum Regem morbo laboraſſe, non ſolum ex ipſiuſmet natiuitate deprehendi,ſed etiam filij primogeniti: Cuius geneſis hæc eſt.




In ea Sol erat in angulo occidentali,& Saturnus in 4.domo:Mars eum ſequebatur:dicit enim Pto.quòd ſi Mars aut ſequatur Solem vel Saturnum, vel Sol, & Saturnus non ſibi conſentiant : Quod equidem eſt verum vt in hac geneſi eſt obſeruatum:ſignificabat ergo, aliqua læſione patris corpus afficiendum. Rurſus ex altero eius filio obſeruaui, Henrico dicto, & patrem morbo laboraturum,& eius vitam admodum breuem futuram,vt reipſa accidit:obiit enim anno ſuæ ætatis quadrageſimo. Henrici autem geneſis hæc eſt.

*Primogeniti Franciſci Primi Galliæ regis Natiuitas.*



Digitized by Google

In ea Solem in prima domo deprehendi, & Saturnum in medio cæli quia mutuo inter ſe non conſentiebant, & quadrangulabantur, & quod magis refert, Mars ſupra Solem erat eleuatus, vel quod idem eſt, ei quadrangulabatur, & Saturno opponebatur, quæ conſtellatio & morbum, & vitæ contractionem patri portendebat. Per has ergo natiuitates comprobauimus eam partem, qua dicebatur, hanc conſtellationẽ vitæ breuitatem minari.

Quod ad tertium membrum attinet, facile ex iis intelligemus, quæ ſunt in natiuitatibus trium filiorum Ioannis Iordani Vrſini. Ex his Napuleon Solem in ſecunda domo eſt ſortitus, cumque Mars ſequebatur, vt Ptolemæus habet, neque Sol Saturno conſentiebat: Hæc igitur conſtellatio patri vitæ breuitatem attulit, quæ ni fallor, 46. annũ non exceſsit. Quod etiam ab alterius filij Franciſci appellati, Geneſi eſt comprobatum, quæ habuit Solem & Saturnum inter ſe non conſentientes, fautriceſque ſtellas ab ipſis ſemotas. Quod etiam in tertio, Hieronymo appellato, eſt intellectũ, cuius Geneſim ſubiunxi.

Vide ſupra.




*Henrici Galliæ regis Natiuitas.*




*Hieronymi Vrſini Natiuitas.*

Hic præcipuam habuit conſtellationem Solem in 12. domo cui Mars conſentiebat: Saturnus autem erat in quarta domo, quæ conſtellatio non modò per Ptolemæum, ſed & per Abohalem atque Arabem vitæ breuitatem deſignat. Ex his intelligamus licet, quam vera, quamque explorata prædicta ſit concluſio: quod ex aliis quoque poſſumus comprobare.

Quidam Carolus de Vecchiis Senenſis filij ſui ad me geneſim attulit, vt quid illi futurum eſſet, prædicerem. Ea autem ita ſe habet.



Digitized by Google




*Caroli de Vecchijs Natiuitas.*

In ea Solem in horoſcopo eſſe ani maduerti, cui Mars quadrangulabatur, Saturnus autem in decimæ domo erat, Martique opponebatur: Iupiter vero in ſeptima domo ſedebat, Solem ex diametro aſpiciens. Valida ergo fuit illa conſtellatio: quare eodem anno pater eſt mortuus. Quoties igitur lumina conditionaria videbimus à maleficis ſtellis, in angulis præſertim, infortunata reddi, ſemper de breuitate vitæ patris affirmare poterimus, idque eò certius, ſi ea fuerint in horoſcopo. Similiter & patri alia imminebunt incommoda, ſi conditionaria lumina fuerint in cadentibus.

## TEXTVS.

Ὁ μὲν γὰρ τοῦ ♂ τὸν ☉ βλέψας, καθ' ὃν εἰρήκαμεν τρόπον, αἰφνιδίως ἀναιρεῖ τοὺς πατέρας, ἢ σίνη περὶ τὰς ὄψεις ποιεῖ, τὸν δὲ τοῦ ♄ βλέψας ἢ θανάτοις, ἢ ῥιγοπυρέτοις, ἢ σίνεσι διὰ τομῶν, καὶ καύσεων περικυλίει. ὁ δὲ τοῦ ♄ καὶ αὐτὸς κακῶς σχηματισθεὶς πρὸς τὸν ☉, καὶ τοὺς θανάτους τοὺς πατρικοὺς ἐπινόσους κατασκευάζει καὶ πάθη τὰ διὰ τῆς τῶν ὑγρῶν ὀχλήσεως.

Cum Mars etiam Solem prædicto modo aſpexerit, pater ſubita morte migrabit, aut in ipſius luminibus impedimentum continget. Si vero Saturnum aſpexerit, patri mortem aut febrem cum tremore, vel impedimentum ex abſciſſione ſeu combuſtione futurum ſignificabit. Rurſus cum Saturni figura reſpectu Solis inconueniens fuerit, occaſione morborum ex humoribus nociuis accidentium mors patri eueniet.

## COMMENTARIVS.

Poſtquam ſat ſuperius eſt dilucidatum, quibus rationibus prænoſſe poſſimus, quæ ad parentum exaltationem, aut depeſsionẽ, rurſus ad bonorum iacturã, & alia huiuſmodi pertinent: Deinde Ptolemæus cæpit ea exponere, quæ ad patris vitam ſpectant, & tres concluſiones ſtatuit, ex quibus duas iam declarauimus. Tertia nũc ſequitur, quæ planè eſt admirabilis. Dicit ergo, cum Mars Solem prædicto modo, id eſt quadrata aut ſextili figura aſpexerit, pater repentina morte migrabit, vel Mars oculos aliqua læſione afficiet. Quoniam in præcedenti concluſione dixit, quando Mars ſuper Solem fuerit eleuatus, aut ſi Solem quadrato vel oppoſito aſpectu aſpexerit, futurum eſt, vt pater morte repentina moriatur, aut oculis lædatur. Sed nunc videndum eſt, quid intelligat, per eleuationem, & quid per repentinam mortem. Deinde virorũ clarorũ natiuitates aliquot afferemus, quæ patribus violentam mortem portenderunt. Quantum ad primum, habet Albumaſar 6. magnarum coniunctionum, differentia prima, Planetam tunc dici eleuari ſuper planetam, quando eorum alter abſidi vel augi fuerit propior, nam (vt in Theoricis Planetarum diximus) planetæ duplicẽ habent abſidem, vel augem, ſcilicet punctum remotiſſimum magni orbis, ſcilicet eccentrici, & abſidem epicycli. Babylonij à Pythagora didicerunt, eccentricos, & Epicyclos exſiſtere: quod apud illos eſt longè exploratiſſimum: Quare ſtellæ aliter in abſide epicycli operari dicuntur, atque in puncto eccentrici. Coniunguntur ergo duo Planetæ ſimul & is, qui augi fuerit propior, ſuper alterum dicitur eleuari, vt tabulæ aſtronomicæ docent: Sed exẽpli gratia, ſint tres ſuperiores coniuncti, vt ſæpe diximus, in ſecũda decanoria Scorpionis, ſcimus enim tempore augem Saturni eſſe in primo gradu Sagittarij, augẽ Iouis in nono Virginis, Martis vero in primo gradu Leonis. Quare in illa cõiunctiõe excerpſimus, Saturnum augi propiorem eſſe: quare ſuprà illos Planetas eſt eleuatus, cuius vis eſt, vt inquit Albumaſar, homines, ad odia, ſimulationes, inſidias in bellis, excitare vt experiẽtia noſtrorũ tẽporũ poſſumus cõprobare, fuit enim Saturnus augi epicycli propior: qua ratione quãto fuerit Soli propinquior, tãto eſt augi vicinior epicycli. In illa aũt magna coniunctione quæ fuit anno 1542. Soli propior, quia erat in Aquario 25. gradibus, ac Saturnus erat in parte nona Scorpionis, Iupiter autem in 27. gradibus Virginis. Confirmauit ergo hæc & plura alia ſupradicta cõiunctio. Hæc eſt ergo ſecũda planetæ ſupra Planetam eleuatio. Eſt & alia tertia, per quam Planeta dicitur ſupra alium eleuari, quando in illius dignitate Planetæ fuerit quia ſi Mars ĩ Leone fuerit, & Sol propè illũ in Virgine, vel in Cancro, tunc

cro, tunc dicimus Planetã ſupra Solem eleuari, qui eſt in ipſius dignitate vel ſequitur, ideoq; dicitur eleuari. Quinetiã ſtella ſupra ſtellã eleuatur in qua cunque figura, quãdo Planeta Planetam aſpexerit. Et ſtella, quæ in ſuis pluribus dignitatibus fuerit, ſupra aliam eleuari dicitur, vt ſi Martẽ in Ariete in uenerimus Ioui triangulatũ qui in Leone exiſtat, dicemus, tunc Martem eſſe ſupra Iouem eleuatum q̃a Mars in domo propria eſt, ille aũt ĩ trigono ſuo.

Itẽ Ioãnes Anglic⁹ aſſerit ſe inueniſſe in Ptolemęi gloſſulis, quæ apud nos uon exſtant, Planetam dici, ſupra Planetam eleuari, cum magis ſeptẽtrioni appropinquauerit, quã alter, ſcilicet, quãdo Planeta maiorẽ habuerit latitudinem ſeptentrionalem, tantum ſupra illum eleuabitur, qui minorẽ habuerit latitudinem ſeptentrionalẽ: Itaque Planeta habẽs latitudinẽ ſeptentrionalem, ſuper eũ eleuabitur, q̃ meridionalem latitudinem habuerit, & qui maiorẽ habet latitudinem ſeptentrionalem, eleuabitur ſupra eum, qui minorẽ eã habuerit. Iam ergo cõfirmauimus ſuprapoſitam poſitionẽ, quoniam ſcilicet Saturnus in illa coniunctione erat magis ſeptentrionalis quam Iupiter atque Mars.

Eſt & alia eleuatio, quæ in rem præſentẽ, de qua agimus, facit, ſcilicet, quòd Planeta, qui in ſigno ſeptentrionali fuerit, eleuatus eſt ſuper Planetam, q̃ fuerit in ſigno non ita ſeptentrionali, ita vt non adeo ſit ſeptentrionalis, vel meridionalis, ſicut ſi q̃s Planeta eſſet in Leone, eſſet eleuatus ſuper illũ, qui eſſet in Virgine, & qui eſt in Geminis, eleuatus eſt ſuper illũ, qui eſt in Tauro, & qui eſt in Virgine eleuatus eſt ſuper illum, qui eſt in Libra. ſemper enim eleuatus eſt Planeta magis ſeptentrionalis ſcilicet in ſigno magis ad ſeptentrionem.

Ad hęc ille Planeta dicitur ſup̃ alios eleuari, qui plures habet iuriſdictiones in illo ſigno, in quo cõiungũtur. Quare Ptolemæ⁹ dicit in art. 63. ſuorũ dictorũ, in cõiunctione Saturni & Iouis, & vide vter eorũ ſit ſublimior, uĩ, vt oẽs exponũt, ille Planeta, q̃ plura iura habet, ſuper aliũ dicitur eleuari, & ipſe ſublimior illo, qui minores habuerit iuriſdictiões. Hinc fit, vt Mars ſup̃ Saturnũ & Iouẽ eleuatus ſit ĩ illa cõiunctione, quoniam in propria domo erat in Scorpione: Eleuabatur igitur ꝓ hãc eleuationẽ ſup̃ Saturnũ & Iouẽ, & magis erat ſeptẽtrionalis Ioue. Quare vndiq; Iupiter fuit oppreſſus. Saturnus ergo & Mars ſunt dominatores: quare ſecũdum harum ſtellarũ naturam erunt euentus, qui ſunt bella, cædes, obſidiones, diſſidia, inſidiæ, penurię, peſtes, & id genus alia. Hęc igitur obiter & πάρεργα ſint dicta ad ipſius eleuationis declarationem.

Sed iã ad rẽ ꝓpoſitã, de qua tractabamus, reuertamur, ſit ergo cõcluſio, cũ Mars vna aliqua ſupradictarũ eleuationũ ſ. Solẽ & Saturnũ eleuabitur, & ꝑcipuè cũ fuerit ad dextram Solis, aut Saturni figura quadrãgula, vel ſaltẽ à dextera ĩ ſextili figura, ſed ĩ ſignis magnarũ aſcẽſionũ (q̃a valet, quãtũ quadratũ, vt ex Ptol. diximus) vel triãgulari in ſignis paucarũ aſcenſionũ, eſt pfecta eleuatio, & adnotabilis, cum quo fuerit Mars ſic eleuatus ſup̃ Solẽ, ꝓ certo poterit affirmari, huius nati patrẽ morte violenta obiturũ, de qua morte intelligit Ptolemę⁹ quã nominat repentinã. Quod & ratione & exẽplis poterit comprobari, ratio eſt ꝑ ſuppoſitionẽ prius traditã, licet enim Mars & Saturnus ſint beneficæ ſtellæ ſimpliciter, ſunt enim corpora huius materię expertia, ſed propter actionis efficacitatẽ, quã materia hęc ſublunaris non potis eſt excipere, propterea eam valde afficiunt, & multa imprimunt in ea incommoda. Quare mala hæc ex parte materiæ, non autem ſtellarum proueniunt, ea enim ſemper ad aliquod malum tendit, vt 1. Phyſ. habetur. Non ergo ita poſſet in ſe excipere Saturni atque Martis actionem, ſicuti Iouis & Veneris, quorũ nõ ſunt adeo pernicioſę actiões. Neceſſe eſt ergo, vt ex hac cõſtellatione, q̃ ponit Ptol. Mars intẽperatè agat. & Sol etiã cũ calefaciat & exſiccet, videtur cõſentire, vt fiat tertia aliqua mixtio malefica. Sed iã ad exẽpla veniamus. Inſpexi Geneſim Cęſaris Borgię Alexãdri 6. filijq̃ veneno aiunt extinctum. Ea autem eſt huiuſmodi.

Ea aũt habebat ꝓ horoſcopo ſecũdã decamoriã Virginis, & ĩ prima domo infrà horizõtẽ Solẽ in 4. gr. libræ, q̃ Ioui triãgulabatur, in quincta cæli domo exiſtenti. ſed q̃a nocturna fuit natiuitas, ad Saturnũ animaduerti, q̃a patrẽ eius ad tãtã dignitatẽ in rebus Eccleſiaſticis euectũ conieci ꝓpter trigonũ Iouis. Deprehẽdi igitur Saturnũ cũ Marte, q̃ ſupra Saturnũ eleuabatur, iuxta veras computationes, ꝑ quas Saturnus debuit ꝑ duos gradus retrocedere, Mars aũt vno gradu ꝑire. Mars igitur ſecũdũ veras ſupputationes erat eleuatus, q̃a ad ſui eccẽtrici augẽ proficiſcebatur, itẽ eleuabatur, & ſauciabat Solem ex ſextili aſpectu in ſignis magnarũ aſcenſionũ, & q̃ magis refert, Mars erat partis patris dominus, eũq; ex quadrato vulnerabat, erat. n. pars patris in tertia cęli domo, & in Scorpione. Quare ſecũdũ Arabis ſententiã, patrẽ habuit clariſſimũ. Erat aũt Iupiter quartæ domus domin⁹, & à Saturno atq; Marte ex diametro ſauciabatur. Quæ cõſtellatio patri violẽtã mortẽ portẽdit: q̃ ex veneni hauſtu eſt extinct⁹, vt vulgo iactatur.




Cęſaris Borgiæ Natiuitas.

Quare ad Ptolemæi dicta, id eſt adiungendum, quod in rationibus quartæ apud vtrumque Iudæū ſcilicet Auenarem, atque Iudæum habetur, quod eſt huiuſmodi, quando deprehenditur Sol in die, aut Saturnus in nocte vulnerati à Marte, & ſunt in angulis partiliter, breuitatem vitæ ſignificant: concluſio hæc ſimpliciter eſt vera. Et Abohales cap. 16. & Arabs 191. dicunt, cum fuerit dominus partis patris, & pars infecta, mortem violentam ſignificant. Habemus quoque ab eodem Arabe, quòd ſi pars patris fuerit infortunata, & partis domin' infortunatus, neque aſcendens reſpiciens, neque ipſam ſuam partem, eius pater incognitus peregrè diem ſuum obibit. Quod vt intelligatis, reuocāda ſunt in mentem quæ attuli ſuperius in Laurentij Medicis Vrbini ducis natiuitate: cuius pater in fluuio Gariglia no in agro Parthenopeo aquis obrutus interiit: is natiuitatem diurnam habuit, in qua Sol erat in nona domo, cui Mars in Leone præibat, eleuabatur ergo Mars ſupra Solem prout eſt ſupra declaratum, erat enim Mars in domo Solis, & Sol erat in Virgine deiectus, pars patris in domo quinta erat, ſed ex quadrato aſpectu à Marte ſauciabatur, idque à dextra, à Saturno autem à ſiniſtra, Saturnuſque Martem ſauciabat ex diametro: Vera eſt igitur hæc conſtellatio, infortunatur enim dominus quartæ domus Martis, & pars patris, quoniam ille ex diametro Saturni, & pars patris ex quadrato Martis & Saturni ſimiliterque Sol propter eleuationem Martis infortunatur, Mars enim ſuper eum eleuabatur. Saturnus ego cauſa fuit, cur aquis fuit obrutus, nam Mars mortem violentam infert per ferrum, aut aliquid huiuſmodi, Saturnus autem per ſuffocationem, & per humorum exuberantiam. Item idem incognitus eſt mortuus, nam multi fluxerunt dies, quibus omnes latuit, eum eſſe mortuum. Inſpexi etiam præceptoris mei geneſim, quæ talis erat.




*Iuliani Riſtori Natiuitas.*

In ea Martem inueni in tertia decamoria Geminorum in domo vndecima, qui Solem præibat, qui in ſecunda Cancri decamoria erat. Erat igitur in hac conſtellatione Mars ſuper Solem eleuatus, & magis quàm Sol ſeptentrionalis, magis enim ad punctum borealem accedit tertia decamoria Geminorum, quàm ſecunda Cancri. Hæc igitur conſtellatio violentam mortem patri portendebat, quod ita accidit, nam in patriæ excidio eſt mortuus. Sed huc acceſſit, quod pars patris in VIII. domo erat Marti quadrangulata, duplex igitur impendebat infortunium, quia Mars ſuper Solem eleuabatur, & patris partem ex quadrato vulnerabat, quæ in VIII. domo exiſtebat.

Nomen Petri Strozzæ, Philippi filij eſt ita celebre vt nemo ſit, ad cuius aures non peruenerit. Eius ego Geneſim vna cum paterna examinaui quæ ita ſe habent.

In amba




*Petri Strozzæ Natiuitas.*




*Philippi Strozzæ Natiuitas.*

In ambabus is naturæ ordo, quem antea explicaui, luce clarius eluceſcit: nam XV, partes Virginis in patre horoſcopabant, totidem etiã in filio Piſcium horoſcopabant: erat autem Sol ſub horizonte in XX. Piſcium partibus, Martemque ſequebatur: Sed in patris natiuitate, Mars in XVI. partibus Cancri reperiebatur, & Sol erat in Piſcibus in VI. partibus & 34. minutis: & vt primum hanc conſtellationem inſpexi, viſa mihi fuit admirabilis, quia Mars duplici eleuatione eleuabatur ſuper Solem, primum, quia is in ſigno ſeptentrionali erat, ſcilicet in Cancro, & Sol erat in Meridionali: Mars ergo ſuper Solem eleuabatur. Deinde, quia, vt antea expoſuimus, Planeta ſuper Planetam tunc dicitur eleuari, cum in alterius Planetæ dignitate fuerit, aut alter erit hoſpes, ſicuti in Laurentij Vrbini ducis natiuitate demonſtrauimus, vt quæ erant in patris Geneſi, ex filij natiuitate comprobaremus, in qua Mars duplici eleuatione ſuper Solem eleuabatur, quia Sol in Virgine erat, ac Mars in Leone, qua de cauſa Mars magis ſeptentrionalis erat: Altera erat eleuatio, quando Mars erat in domo Solis, Solque eius hoſpes fuit. Quare patri repentinã mortem eſt interminatus: vt ad rem igitur reuertamur, dicimus, Martem in hac Petri Strozzæ Geneſi ſimpliciter ſupra Solem duplici eleuatione eleuari, primò quia Mars ſeptentrionalis eſt, Sol autem in ſignis meridionalibus reperitur, ſcilicet in Piſcibus, vt cuiuis ex ſphæræ libro patere poteſt, vel ex Theoricis Planetarum: Altera autem eleuatio erat, eo quod Mars in Trigono Solis eſſet, Sol autem hoſpes, & Mars etiam in Iouis domicilio reperiebatur, & eius triplicitate, ſecundum Ptolemæi dogma. Hęc igitur conſtellatio repentinam patri mortem minabatur, vt à Ptolemæo dicitur. Sed ad hæc, vt diximus ſecundum Ptolemæum, & probatiſſimos Aſtrologos, Abohalem ſcilicet, & Arabem, quia pars patris in ſexta cæli domo erat, in XIIII. partibus Leonis, ergo captiuitatem deſignabat, & quia erat in Leone ſigno fixo, vt Ptolemæus in primo li. dicit, & quoniam ſigna fixa ſtabilitatem ſignificant, carcerem etiam eidem portendit, ideo captus, in carcerem fuit coniectus, in quo & mortuus eſt, Et quia Sol, domin' partis patris erat in prima domo, & ſemper natale ſolũ ſignificat, ideo accidit, vt in patria moreretur. Et locus oppoſitus erat Piſcium, qui & idem denotabat, vt etiã Mars inſinuabat, ĩ ſua triplicitate poſit' in decima cæli domo, in patris natiuitate. Saturnus aũt, eoq; natiuitas nocturna fuit, quoniã Sol nōdũ ſuprà horizōtem emerſerat, ſed aurora tunc rutilabat, euentum patris etiam ſignificabat, erat autem

Saturnus in Libra in ſua altitudine:quod ad patris ſplendorem referebatur,ſed propter repedationē, eidem vitam minuebat,& honorum imminutionē portendebat.Et quia erat Saturnus in ſeptima cæli domo,præcipuos quoſdam honores ei extra patriā pollicebatur:quod reipſa eſt comprobatū,ſeptima enim domus ſemper vltima coniugia denotat, loca externa,habitationem extra patrium ſolum.

Sed iam ad alias concluſionis ſupradictæ partes accedamus.Eſt Aſtrologorū alia declaratio, quòd Planeta ſuper Planetam eleuatur, cum alter ſuper terram fuerit,alter vero ſub terra,hæc autem eſt rationabilis eleuatio.Quando ergo Mars Solem malefico aſpectu aſpexerit, & hac eleuatiōe ſuper terram fuerit eleuatus,mortem repentinam ſignificat, quod facilè ex natiuitate Ioannis Pauli Balionis, Horatij filij,quę ſuprà eſt poſitas,cōprobari poteſt. Ita neceſſe eſt facere,vt ſciamus, cum opus fuerit aliquid precibus à Deo contendere, cum ad illud noſtris conatibus aſpirare non licet. Hic ergo in horoſcopo V.partes Capricorni habuit,cum Luna Solem in VI. domo obſeruaui, fuit enim Geneſis nocturna,ac Saturnus in ſecunda domo,Solē ſumpſi ꝓ ſignificatore patris,quia ambo ſub terra erāt, & Martem animaduerti ſuper Solem eſſe eleuatū, erat enim in Virgine ſuper terram,Solique quadrāgulabatur,in VIII.domo exiſtens, & Saturno diametrabatur,& Saturnus atque Sol mutuo non conſentiebant,quia ſe ex quadrato ſauciabant, Piſces enim & Gemini ſunt ſigna quadrata,& alter erat in XVI.parte,& alter in XIIII.alterius.Hæc autem cōſtellatio mortem violentam ſignificabat patris. Et quia Sol ſignificator patris erat in VI. ſeruitutem decernebat, ſed cum Solem in ſigno communi habuiſſet,ſeruitusnō fuit adeo longa,fuit enim à Leone X.in carcerem coniectus, & poſtea Neapolitano bello fortiter occubuit, anno ſcilicet. 1528. Ex his igitur Ptolemæi atque Arabis concluſionem comprobauimus.

Sed vt hęc magis appareat veritas,ex Geneſi Alexādri Farneſij fata Petri Aloyſij intelligamus.Ea m autem hic ſpectandam propoſui.




*Alexandri Farneſij Natiuitas.*

IN ea erat Sol in VII.qui ad dexterā Saturnum quadrangulatum habebat,& à ſiniſtra Martem,quę ſunt maleficæ ſtellæ,& ſe ex diametro intuebantur.Sed quod erat peius,pars patris cum Marte erat:Sol,quia erat in angulo,quandam altitudinem ſignificabat,& ſublimitatem patris. Sed cū eſſet in ſuo caſu,principatus amiſſionem eidem portendebat: Et quia à Saturno ſauciabatur ex quadrato,inſidiis appetēdum,minabatur, & quia Mars ſauciabat etiam ex quadrato Solem,ferro mortem prænunciabat: quod ita accidit.

Natiuitas Iulij Medicis filij Alexandri ducis Floren.

Eſt etiam apud me cuiuſdam principis filij natiuitas. quæ Martem habet in X. domo, & Solem habet in VII.& pars patris eſt cum Sole combuſta,& infortunata,nam eam Mars partiliter affligebat,& Solē ex quadrato aſpectu. Hæc igitur conſtellatio patri violentam mortem deſignauit.Quod ita euenit, nam ex inſidiis à ſuis exceptus,ferrofuit interfectus: ſed de his hactenus.

Quòd vero ad vltimam concluſitionem ſpectat.Ptolemæus aſſerit,ſi eodem pacto Mars Saturnum aſpexerit, vel ex quadrato, vel ex diametro,patri frigidam febrim portendi, vel alicuius membri ambuſtionem. Ego autem arbitror eum de exſiccatione intelligere, nam per Saturnum nulla fit combuſtio, quæ à Matre quidem certe immitti poteſt, Saturni autem potius eſt areſacere,idque propter nimiam huius planetæ frigiditatem, præcipuè vero cum à Marte fuerit adiutus. Ego nunquam obſeruaui tot factis exprrimentis, Saturnum vnquam combuſtionem intuliſſe.

## TEXTVS.

ΕΠὶ δὲ τῆς μητέρος ἐὰν μὲν ὁ τοῦ ♃ συσχηματισθῇ τῇ τε ☾ καὶ τῷ τῆς ♀ ὅπως δήποτε, ἢ καὶ αὐτὸς ὁ τῆς ♀ συμφώνως ἔχῃ πρὸς τὴν ☾ ἑξάγωνος, ἢ τρίγωνος, ἢ συνὼν αὐτῇ, ἐν δυνάμει ὄντες, πολυχρόνιον δεικνύουσι τὴν μητέρα. ἐὰν δὲ ὁ τοῦ ♂ βλέψῃ τὴν ☾, ἢ τὸν τῆς ♀ ἐπανενεχθείς

Digitized by Google

νεχθεὶς ἢ καὶ τετραγώνιος ἢ καὶ διαμετρήσας ἢ καὶ ὁ τοῦ ♄ μόνην ὡσαύτως, ἀφαιρετικοὶ μὲν ὄντες, ἢ ἀποκεκλικότες πάλιν ἀντιπτώμασι μόνον, ἢ ἀσθενείαις περικυλίουσι, προσθετικοὶ δὲ ἢ ἐπίκεντροι ὀλιγοχρονίους ἢ ἐπισινεῖς ποιοῦσι τὰς μητέρας. ὀλιγοχρονίους μὲν ὁμοίως ἐπὶ τῶν ἀπηλιωτικῶν ὄντες κέντρων ἢ ἐπαναφορῶν. ἐπισινεῖς δὲ ἐπὶ τῶν δυτικῶν. ἄρης μὲν γὰρ βλέψας τὴν ☾ τοῦτον τὸν τρόπον, ἀνατολικὴν μὲν οὖσαν, τούς τε θανάτους τοὺς μητρικοὺς αἰφνιδίους, καὶ τὰ σίνη περὶ τὰς ὄψεις ποιεῖ, ἀποκρουστικοὺς δὲ τοὺς θανάτους ἀπὸ ἐκτρωμάτων, ἢ τῶν τοιούτων, καὶ τὰ σίνη διὰ τόμων καὶ καύσεων. τὴν δὲ ♀ βλέψας, τούς τε θανάτους πυρετικοὺς ἀπεργάζεται, καὶ πάθη τὰ διὰ ἀποκρύφων, καὶ σκολισμῶν, καὶ προσδρομῶν αἰφνιδίων. Ὁ δὲ τοῦ ♄ τὴν ☾ βλέψας, θανάτους, καὶ πάθη ποιεῖ, ἀνατολικῆς μὲν οὔσης αὐτῆς διὰ ῥιγοπυρέτων, ἀποκρουστικῆς δὲ διὰ νόσων ὑστερικῶν, καὶ ἀναβρώσεων.

ITEM de vita matris agamus. cum igitur in figura Lunæ ſeu Veneri Iupiter, vel Venus iterum Lunæ aſſociabitur, ſiue cum ea, ſeu in eius aſpectu trino vel ſextili fuerit, & vtræque fortes, vitam matris elongabunt. At ſi Lunam Mars aſpexerit, vel Venerē ſecutus fuerit, aut in ipſi⁹ aſpectu quarto vel per diametrū oppoſito remāſerit, ſeu ſi Saturni qualitas reſpectu Lunæ iſtius qualitatis extiterit, ſi ipſi minuti curſu fuerint, vel ab angulo receſſerint, in morbos & ægritudines ſolummodo matres illaqueari deſignabunt. Sed ſi aucti curſu fuerint, vel in angulis, matrum vitam abbreuiabunt, aut eis impedimentum inferent, abbreuiabunt quippe vitam, cum in orientalibus angulis fuerint, vel in aſcendentibus ad eos. In occidentalibus autem angulis vel in aſcendentibus ad ipſos cum fuerint, eis impedimentum adducent, cum modo namque prædicto Lunam Mars viderit, fueritque Luna orientalis repentina, mors matrum vel ſuorum oculorum impedimentum inde proueniet. Si vero fuerit occidentalis earundem mors ex abortibus, vel ex his ſimilibus accidet, aut occaſione inciſionis, & combuſtionis eis impedimentum eueniet. Si Venerem autem Mars aſpexerit, erit earum mors per febres & infirmitates ex viſus offuſcatione contingentes, ac per humores ſubito decurrentes. Cúmque Lunam Saturnus aſpexerit, mortem vel ęgritudinem generabit, Luna vero cum orientalis fuerit, per febres cum tremore mortem annunciabit, & cum fuerit occidentalis occaſione corrodentium apoſtematum & commeſtionū vel in muliebrib. membris contingentium illud eueniet.

*COMMENTARIVS.*

QVOD ad tertiam partem attinet eorum, de quibus propoſuerat Ptolemæus, ſe tractaturum, quæ de matre erat, Primo loco vitam matris declarat, deinde quędam particularia præcepta ſubiungit, ad particulares morbos, in membris matris exiſtentes, dignoſcendos. Poſtremò vero præcepta tradit optima pro ſingulis, quæ ad matrem pertinent clarè intelligendis: ea enim, quæ antea tradiderat, valde vniuerſalia fuerunt: ſed tamen multa artificis induſtrię remittit.

1. Concl. Prima concluſio circa matres eſt, cum ſimul Venus atque Luna aſſociabūtur, & ambo planetæ potentes fuerint, matrem longæuam præfigurant. Cōcluſio eſt clara ex iis quę ſuperius ſunt de patre declarata: ſed tamen nullis adhuc potui obſeruationibus id comprobare: Ratio autem huius eſt, quia, cum Venerem dixerimus eſſe temperatam, & Iouem quoque, ex eis tēperies quędam emanat, quæ ad humani corporis conſeruationem, vitæque diuturnitatem facit. Sed aliquis dubitauerit, cum Iupiter, Luna atque Venus ſint humidi, qui igitur fieri poteſt, vt tanta humiditas vna coacta corporibus humanis proſit, & non potius obſit? quia ſicut ſuperius diximus, Martem calefacere & exſiccare, & Solem ſimiliter, ideo cum quadrangulantur, & opponuntur, actionem reddunt intemperatam. Ad hanc dubitationem dicimus, Iouem magis eſſe calidum, quàm humidum, & ſtellas, quò ſunt altiores, ac illuſtriores, eò quoque eſſe potentiores: Venus autem non tantum humida eſſe poteſt, quantum Iupiter: quod patet ex eo quòd ſub Sole ſtatim eſt collocata: Quare fieri nequit, vt nimis ſit humida, imo temperato quodam calore atque humiditate eſt prędita, quibus iuueniles animos ad amorē, atq; voluptatē pellicit. Luna vero per ſe exiguas habet vires atq; imbecilles: ea enim illo tātum munere fungitur, vt ſuperiorum ſiderum virtutes ad nos deferat, cum tamen ipſa per ſe nihil agat, niſi per accidens, propter formarum ſcilicet ſuperiorum in ſe exceptionem, ea enim eſt praua, corpúſque impurum eſt ſortita, ideo exiguas habet vires. Quare quatenus Luna vim à Ioue atque Venere excipit, dicitur fortunata, & benefica. Cum vero eadem matribus præſit, ſi bonas configurationes habūerit cum Ioue atque Venere, poterimus matri longæuitatem polliceri. Quod vt confirmemus, ita ſe ha-

Dub.

Reſp.



Digitized by Google

bere, exemplum matris præceptoris mei huc attu-lit: Is enim in ſua geneſi obſeruauit Venerem pro vitæ matris diuturnitate, quæ ad annos 70. vitam produxit: & niſi in patriæ excidio fuiſſet vulnerata, diutius adhuc vixiſſet, erat enim Venus in angulo orientis cum baſiliſco, quæ matri vitæ longitudinẽ attulit, licet Saturno diametraretur: ſed iam de-fluxerat. Quapropter ſemper ad fluxionem & deflu-xionem eſt animaduertendum, cum fluxio afferat, defluxio vero auferat. Illa autem, qua de loquimur, optima corporis conſtitutione fuit prædita, quod ei accidit, eo quòd à fixa ſtella adiuuaretur, Satur-nus autem erat in XVIII. grad. Aquarij, & illa in XXII. grad. Leonis, & multum ſeparata. Mars autem, quia ſuper ipſam eleuatus erat, quoniam ſeptentriona-lior, inflixit ei vulnera.

II. Conclu. Quò ad vitæ matris breuitatem, Ptol. Secundam hanc ſtatuit concluſionem. Si Mars Iouem, vel Ve-nerem ſequatur, vel eam ex quadrato, aut diametro aſpexerit, & erunt ambo minuti curſus, & ab angu-lis recedant, hæc conſtellatio ſi non vitæ breuita-tem, mediocritatem certè deſignat, eamque inuali-di ac imbecilli corporis fore. ſed ſi contigerit, eos planetas eſſe in angulis cum eadem conſtellatione, quòd Mars eos ex quadrato inſpexerit, vel oppoſi-to, impedimentum aut læſionem in membris, vel vitæ breuitatem ſignificat.

III. Cõclu. Tertia autem concluſio eſt. Si fuerit in angulis orientalibus, vitæ contractio portenditur, ſi in an-gulis occidentalibus, in membris impedimentum ſequetur: quod per ſequentia exempla declaratur.

Vide ſuprà in hoc capi. Inſpexi prioris ac poſterioris Delphini Geneſim, & cum prioris eſſet diurna, notanda erat Venus pro re matris, quam Marti quadratam inueni: quare iu-xta verba contextus, breuis eius erat vita futura ac debilis: quod ita erat, nam mater eius Claudia fuit valde infirmæ corporis conſtitutionis. Quod ma-gis adhuc in Henrici, alterius filij natiuitate patuit, is enim Lunam atque Venerem Saturno quadratas, & Soli coniunctas habebat, quod ſignificabat matri vitæ breuitatem, quod ita euenit, ad paucos enim annos vixit.

Vide ſuprà in hoc capi. Mater etiam Petri Strozzæ, quia filius in geneſi Venerem combuſtam, & Lunam in augulis cum Marte habuit, quæ conſtellatio partiliter fuit in pri mo angulo. Quare ei vitæ breuitatem denunciauit.

Vide ſuprà in hoc capi. Catherinæ Reginæ Franciæ mater repẽtina mor te eſt ſublata: Quod futurum fuiſſe animaduerti, cũ filiæ natiuitatem inſpexiſſem, in ea enim Venerem in angulo ortiuo combuſtam ſub Solis radiis inue-ni, quem Mars aſpiciebat, eleuabatur enim, cum ſe-ptentrionalior eſſet: matri igitur vitæ breuitatem portendit.

Duas quoque Ptol. addit concluſiones, quas nõ-dum experientia comprobaui. Eſt igitur quarta cõ-cluſio. Si Luna cum his conditionibus fuerit Orien-talis, mater morte repentina morietur, vel in ocu-lis læſionẽ patietur ob Martis naturam, ſicut in pa-rentibus obſeruauimus: quòd ſi eadem fuerit occi-dentalis, ex abortu morietur, vel ex inciſione aut areſactione ei impedimentum in aliquo membro accidet. Quòd ſi Mars Venerem aſpexerit, febri la-borans morietur, vel ab humoribus ſuffocantibus extinguetur, vel ab aliquo id genus. Saturnus au-tem ſi Lunam aſpexerit, & fuerit Luna orientalis, mater febre morietur cum tremore ex frigiditate: quòd ſi fuerit occidentalis, incidet in mortem quo quo modo violentam: quia aut ea ex membri ali-cuius concuſſione, vel ex comeſtione (vt loquitur Ptolemæus) apoſtematis morietur, vel vlcera in pudendis membris patietur. IIII. Cõcl.

Sed hic aliquis quæſierit, vnde fit, vt ibi orienta-lis, hic occidentalis, illud ſignificet impedimentum & breuitatem vitæ, hoc vero abortum, combuſtio-nem, & huiuſmodi alia? Diximus ex natura Martis ſemper eſſe, ex ſua virtute nimium exſiccare & are-facere, & ſemper propter magnam ſuam violentiã aliquod impedimentum afferre, præcipuè vero cũ eius aſpectus fuerit quadratus, propter rationes pluribus locis in primo libr. allatas. Quare autem Saturnus ſupradicta poſsit importare, facile eſt vi-dere, cum enim is frigidus ſit, inducatque ſiccita-tem, fieri poteſt, & ex frigore illo ac ſiccitate mar-cor adducatur, ac proinde apoſtema generetur, vt ſit neceſſe, membrum aliquod abſcindere. Cum er-go Ptolemæus ſuperius declarauerit, ſi recedant ab angulis, ſignificant infirmitatem, ſi in angulis, bre-uitatem vitæ: concluſio ex dictis eſt clara, quia cum ab angulis recedunt, imbecillius agunt, & cum de-berent tunc influere, & ſecundùm actionem afferre debent ſuos effectus, cum autem debiliter agant, debiles quoque producant effectus oportet. Nõ po terunt igitur vitam abſcindere, quando in occiden talibus angulis fuerunt, ibi enim ſtellæ ad occaſum tendunt, & ita eorum vires franguntur, vt ita vehe-menter in hæc ſublunaria agere nequeant, vt in par te cœli aſcendenti faciebant: inferunt tamen impe-dimenta & læſiones: In culmine verò cœli & ortus: in culmine autem propter perpendicularem lineã, lux enim huc in terras defluit perpendiculariter: ideo fortius ſtellę agunt, ſed in oriente magis: nam ibi ſemper eſt motus: Quare magis vitam contra-hunt, quàm in culmine, vt in cap. x. videbimus. Sed tamen omnes Aſtrologi ſunt huius ſententiæ, De ci mam cœli domum vitę poſſe pręeſſe, & primum lo cum habere ius ſuper vitam. Atque ideo volũt, ma-leficas ſtellas, Lunam aſpicientes, his in locis vitam contrahere. Dub. Reſp. Vide ca. x.

## TEXTVS.

Προσπαραληπτέον δὲ, εἰς τὰ κατὰ μέρος εἴδη τῶν σινῶν ἢ καὶ παθῶν, ἢ καὶ θανάτων, καὶ τὰς τῶν δωδεκατημορίων ἐν οἷς εἰσὶν οἱ τὸ αἴτιον ποιοῦντες ἰδιοτροπίας, ὑπὲρ ὧν εὐκαιρότερον ἐν τοῖς περὶ αὐτῆς τῆς γενέσεως ἐπεργαζόμεθα, καὶ ἔτι παρατηρητέον ἡμέρας μὲν μάλιστα, τὸν

τε

τε ☉ καὶ τὴν ♀, νυκτὸς δὲ τὸ τοῦ ♄. καὶ τὴν ☾.

Λοιπὸν δὲ ἐπὶ τῶν κατ' εἶδος ἐπεξεργασιῶν ἁρμόζον, καὶ ἀκόλουθον ἂν εἴη τὸν τῆς αἱρέσεως μητρικὸν, ἢ πατρικὸν τόπον ὥσπερ ὡροσκόπον ἐπισταμένους τὰ λοιπὰ ὡς ἐπὶ γενέσεως αὐτῶν τῶν γονέων σκοπεῖν κατὰ τὰς ἑξῆς ἐπιδειχθησομένας τῶν ὁλοσχερεστέρων εἰδῶν πραγματικάς τε καὶ συμβατικὰς ἐφόδους. τοῦ μέντοι συγκραματικοῦ τόπου, καὶ ἐνταῦθα, καὶ ἐπὶ πάντων μεμνῆσθαι προσήκει, στοχαζομένους, ἐὰν μὴ μονοειδεῖς ἀλλὰ διάφοροι ἢ τῶν ἐναντίων ποιητικοὶ τυγχάνωσιν οἱ τὰς κυρείας τῶν ἐπιζητουμένων τόπων εἰληφότες ἀστέρες, τίνες ἐκ τῶν περὶ ἕκαστα συμβεβηκότων πρὸς δύναμιν πλεονεκτημάτων πλείους ἔχοντες εὑρίσκονται ψήφους πρὸς τὴν ἐπικράτησιν τῶν ἀποτελεσθησομένων, ἵνα ἢ ταῖς τούτων φύσεσιν ἀκόλουθον ποιώμεθα τὴν ἐπίσκεψιν, ἢ τῶν ψήφων ἰσορρόπων οὐσῶν, ὅταν μὲν ἅμα ὦσιν οἱ ἐπικρατοῦντες, τὸ ἐκ τῆς κράσεως τῶν διαφόρων φύσεων συναγόμενον, εὐστόχως ἐπιλογισώμεθα, ὅταν δὲ διεστηκότες ἀνὰ μέρος ἕκαστος κατὰ τοὺς ἰδίους καιροὺς τὰ οἰκεῖα τῶν συμπτωμάτων ἀπομερίζωμεν, προτέροις δὲ τοῖς ἑῴοις μᾶλλον, ὑστέροις δὲ τοῖς ἑσπερίοις ἀπαρχῆς μὲν γὰρ ἀνάγκη συνοικειωθῆναι τῷ ζητουμένῳ τόπῳ, τὸν μέλλοντά τι περὶ αὐτῶν ἀπεργάζεσθαι τῶν ἀστέρων, καὶ τούτου συμβεβηκότος, οὐδὲν οἷόν τε καθόλου διαθεῖναι τὸν μηδ' ὅλως τῆς ἀρχῆς κοινωνήσαντα, τοῦ μέντοι χρόνου τῆς περὶ τὸ ἀποτελούμενον ἐκβάσεως, οὐκέτι τὸ τῆς πρώτης δεσποτείας αἴτιον, ἀλλ' ἡ τοῦ κυριεύοντος πῶς πρός τε τὸν ☉, καὶ τὰς τοῦ κόσμου γωνίας διάστασις.

AT ſciendum, quòd ſpecies particularium impedimentorum vel infirmitatum ſeu mortis quæ parentibus accidunt ſignorum qualitates, quæ cum his, quæ prędiximus, nobis obſeruare conuenit. In quibus ſtellę propriæ qualitatis opifices inuenientur, necnon ſignorum qualitates, quorum mentionem faciemus, & quorum etiam eſſe explanabimus, cum res natiuitatum enarrabimus, & vt in die proprie Solem & Venerem, in nocte vero Saturnum & Lunam obſeruemus. Illud etiam quod ad inueſtigandas reſiduas res particulares parentum nos obſeruare oportet, eſt vt locum patris vel matris, qui ſecundum haiz fuerit, aſcendentis loco ponamus, & omnes eorũ res obſeruemus, ſicut in ipſis parentum natiuitatibus facimus. quemadmodum in ſequentibus probabimus ex accidentalibus & opificibus modis, qui in generalibus ſpeciebus inueniuntur. Modorum autem coadunationis occaſionum ad inuicem nobis hic & vbique memoriam habere conuenit, vt conſideremus quòd cum planetæ qui locis exquiſitis dominabuntur, vnius ſpeciei non fuerint, ſed ex ſpeciebus differentibus vel contrarium operãtibus ex planetis, quorum vires ſuper ipſum ſunt maioris auctoritatis, illum qui maiores auctoritates habuerit, accipiemus, ita vt & ipſe rei futurę conueniat & per ipſum iſtarum rerum naturæ contingant. Quod ſi eorum auctoritates æquales extiterint, & ſtellæ cum eis eleuatæ fuerint, leuiter ad notitiam rei coadunatæ ex iſtarum naturarum differentium commixtione perueniemus. Si autem fuerint ſeparatæ, id quod ex accidentibus ei aſſimilatur ſecundum horas particulares vnicuique ipſorum attribuemus. Sed illis qui matutinales fuerint, attribuemus primitus: illis vero, qui veſpertinales extiterint poſterius. Neceſſario tamen oportet vt ex principio eis aſſimiletur. nam ſi ſic ſe non habuerit, nil futuri facere poterit, cum nullam retinuerit ſocietatem in principio. prima vero diſpoſitio non eſt occaſio futuri temporis, ſed qualitas ſtellæ, quæ reſpectu Solis & anguli mundi domina diſpoſitionis fuerit tempore natiuitatis.

*COMMENTARIVS.*

QVIA exiſtimauit Ptolemeus, hęc ſe nobis pręcepta craſſa quadam Minerua tradidiſſe, voluit nunc nos admonitos, quomodo nobis ſit agendum, ſi ad magis particularia deſcendere velimus. Quare in verborum contextu dicit, ſi has infirmitates, quibus in membris contingant, dignoſcere velimus, quia dictum eſt, impedimenta eſſe in corde & membris. Videndum eſt, quam læſionem planetę afferant, & in quo membro. Idem verò hoc pręceptum dat, quod eſt etiam generale, dicens. Erunt offenſiones ſecundum conſtitutionem & proprietatem ſignorũ, in quibus erunt opifices

ſices ſtellæ, id eſt agentes, & operantes, & ſignificantes has res. Eſt igitur in hac parte procedendum ſecundum ſtellarum diſpoſitionem in his locis, ſed tamen ſunt loca & ſigna conſideranda: Ad hoc vero eſt animaduertendum, Ptolemæum hic eſſe nimis vniuerſalem & confuſum: Quare nobis eſt ad magis particularia deſcendēdum, quod vt efficiamus, neceſſe eſt, vt interdum peritorum Arabum auctoritates in medium afferamus, Græcus enim ſcholiaſtes hic pauca dicit, & Ptolemæus doctrinæ ordinē propoſitum peruertit, promittit enim ſe inferius hæc declaraturum. Nos igitur dicemus, cum alias declaratum fuerit, minorem hunc mundum, id eſt, hominem cum maiori cōuenire (quod & ab Ariſt. 8.Phyſ. fuit expoſitum, & nos in expoſitione ſphærę id attigimus) non difficile eſt videre, quo pacto corpora cœleſtia in noſtra hæc influant.

Sunt igitur XII. ſigna in cœlo de quibus multa in primo lib. dicta ſunt, quę nunc ſtrictim attingemus. Habemus à Perſis, Indis, Chaldæis, cęteriſque Aſtrologis, Arietem præeſſe capiti, Taurum fronti & collo, Geminos brachijs & humeris, Cācrum pectori, Leonem cordi, Virginem ventri, Libram vmbilico, Scorpionem pudendis, Sagittarium femoribus & coxibus, Capricornū genibus, Aquarium tibiis, Piſces pedibus. Hæc igitur ſigna his hominum mēbris præſunt, & neceſſe eſt, vt medici ad hæc aduertant, cuius rei præcepta aliquot habent ab Hippocrate, & Galeno etiam libr. de dieb. decret. de quibus & nos aliquid in cap. XII. dicemus. Eſt & alia ſignorum ſignificatio ſuper corpus humanum, ſuperior etiā illa ad eorum prædominia pertinet) quia dicit antiquiſsimus aſtrologus Adrālagor, à Iudęis celebratus, & cum eo Alchabitius in ſuis Iſagogis diff. 1. per proſopopœiam, Planetas habere dolores in ſignis, quę eſt figura, cum ſcilicet rei ſenſuum experti, ſenſum addimus, quod ſignificat non quidem eos dolorem aliquem ſentire, ſed noſtris membris inferre. Dicitur ergo Planeta, tunc habere dolores in ſignis, cum in aliquo ſigno exiſtens, in aliquod membrum agit, quod à primo membro diſtat, quātum ſignum vnum à domo illius planetæ. Quod vt clarius intelligatur, Venus in ſigno Cancri reperiatur, id ſignum tertium tantum eſt à domo ſua, videlicet à Tauro, quę eſt prima Veneris domus. Sed pōnamus, Venerem eſſe infeliciter in ſigno Cācri poſitam, à Marte ex quadrato ſauciatā, vel oppoſitam Saturno, vel repedet, vel ſub radiis ſit Solis, quæ ſunt infortunia planetarum, nobis paſsiones inferentia. Dicimus igitur fore vt tertium à capite mēbrum patiatur, quoniam caput primum locum obtinet in corpore, Venúſque dolorem in illo loco, in humeris ſcilicet & brachiis ſignificabit: Quòd ſi cōſtellatio fuerit Saturni propter ſiccitatem atque frigiditatem, ſi verò Martis propter vulneris inflictionē, vel caſum, vel ictum baculi, aut lapidis, & cæterorum huiuſmodi. Sic Venerem dicimus in Cancro dolorem habere, quia naſcenti vulnus inferet, aut morbum aliquem membro illi, quod tertium eſt à capite, perinde atque ſignum illud tertium eſt à domo ſua. Quòd autem diſtinctio hæc rectè ſe habeat, aliquot obſeruationibus comprobabimus.

*Ioãnis Sorini Natiuitas.*




IN natiuitate Ioānis Sorini Senenſis obſeruaui Martem in Capricorno in ſua exaltatione, in quarto gradu, in V. domo, cui Sol quadrangulabatur. Diximus aūt ſupra, ſemper Solem per quadratum & oppoſitum occiduum, & incommoda afferre: Cum id animaduerti, quia conſtellatio malefica eſt vt infortunata à Sole. Fuit ergo mala conſtellatio. Ei igitur, vt ſibi à vulnere genu infligendo caueret, denunciaui, genu enim Capricornus eſt. Quod ille per quam diligenter aliquandiu præſtitit. Sed poſtea tandem vel per anni reuolutionem, vel per ſignificatoris progreſsionem eſt vulneratus. Quare ſtatim me conſuluit, an ex vulnere periculum eſſet euaſurus: cui reſpondi, vulnus eſſe periculoſum: caueret ergò ſibi, ſed tamen poſt aliquot dies ex vulnere illo deceſsit.

SAVLVS

Digitized by Google

SAVLVS Cardinalis erat claudus: huius ego rei cauſam volui perueſtigare, & ſimilem inueni conſtellationem: habebat enim Martem in decimoquarto Capricorni gradu, cui Sol quadrangulabatur: erat enim Sol in eius geneſi in Ariete, ſicuti & in natiuitate præcedenti. Quare in genu læſus, claudus euaſit. Hæc autem adeo fuit mala conſtellatio, vt ei mortem ferè violentam attulerit: fortè autem id propter aliam deteriorem conſtellationem accidit: quoniam dolore animi cōfectus Romæ obiit, cadauerque eius ad S. Sabinam ſepultum fuit. Hoc accidēs ortum eſt, eo quod decimo calen. Iulij, anno 1517. pontificatus Leonis Decimi Cardinalatu & omnibus dignitatib' priuatus fuit, coniurationis in Pontificem inſimulatus: ſed pridie Calen. Auguſti, magna ſoluta pecuniæ quantitate (vt dicit Onuphrius Panuinus Veronenſis frater Eremitan') reſtitut' fuit.

Quò verò ad dolores planetarum in ſignis, alias dixi, me geneſim Dominici de Arena Florentini, inſpexiſſe, qui laqueo ſe ſuſpendit.




*Sauli Cardinalis Natiuitas.*

HVIVS rei cauſam indagaui, & Saturnum deprehendi extrà ſuam factionem in VIII. domo, in ſigno Aquarij, cui Sol quadrāgulabatur: ſignum fuit manifeſtum, ille enim Saturnum offendebat extra factionem ſuam, & impediebat, & erat in Aquario, quod à prima domo eſt ſecundū ſignum, ſeu ſecunda domus, ideo ſecundum membrū à primo deſignabat: ſuffocationem ergo minabatur, qua & perijt.




*Dominici de Arena Natiuitas.*

IDEM

IDEM in natiuitate Cardinalis Alphonſi Petrutij obſeruaui, qui linteo fuit ſuffocatus. obiit Romę in Arce S. Angeli, vbi in carcere detinebatur, prid. Nonas Iulij eiuſdem anni ab Orlando Aethiope eliſis faucibus, necatus eſt. cadauerq́; in Campo S. ſepultũ. Hic Saturnũ in VIII. domo habebat, erat enim impeditus per Martis & Solis ſequentiam in ſigno Piſcium, infrà XXX. grad. ex qua ſequela infortunium ſequebatur Saturni: Luna quoq; erat infortunata, quia Saturno quadrangulabatur. Quare cum Aquarius à prima domo Saturni ſit ſecundum ſignũ, gula etiam ſit à capite ſecundum membrum is ſuffocatione interiit. Ex his igitur obſeruationibus traditæ regulæ comprobantur. Cum ergo aliquod impedimentum in aliquo ſigno videre contigerit, per Saturnum, vel Martem, vel Solem, aut etiam ſi aliqua inciderit conſtellatio malefica, quæ in membrũ aliquod poſſit influere, pronunciemus licet, illud membrum aliquo pacto lædendum. Quod etiã in meo præceptore eſt declaratum, cuius brachium inſigni quodam ſigno erat notatum: idq́; cum in ſua geneſi Martem in ſigno Geminorum eſſet ſortitus: at nõ infortunabatur, erat enim in ſuis finibus: quare ſigno illo fuit notatus, nam ſemper aliquid Saturnus deſignat: & quia perperàm erat conſtitutus, cum eſſet in VI. repedans, eum ergo in tibiis offendit: & quia non afficiebatur à Marte mala conſtellatione, ideo nõ inflixit vulnera, ſed catarrhum in loca illa deriuauit.




*Alphonſi Petrutij Cardinalis Natiuitas.*

His iam expoſitis, Ptol. ad particularia deſcendẽs regulã tradere nititur, qua in filiorũ Geneſi omnia particularia partiũ accidentia, prænoſcamus. Quod vt doceat, tria facit in huius ca. fine, primo preceptũ de figura paterna eligenda tradit: Deinde aliud affert, ad vnãquamq; rem fortunę corporis atque animi ſigillatim præcognoſcendam. Poſtremo de tempore agit. Quò ad primum, quia dixit in diurnis natiuitatib. ad Solem inſpiciendum eſſe, in nocturnis verò ad Saturnũ: quare ſi natiuitas fuerit diurna, locũ Solis capiemus, & eum paternum horoſcopum ſtatuemus: Si nocturna erit, locum Saturni perinde atq; ſit horoſcopus paternus, ſtatuemus. Hoc modo locũ Solis capiemus, eiuſq́; ab æquatore declinationẽ, & aſcẽſionẽ rectã, cũ quib. per ſuas tabulas poli obſeruabimus eleuationẽ ſup ſuæ poſitionis circulũ, ac locũ Solis ſtatuemus, ac ſi eius loci eſſet aſcendẽs. Quod in præceptoris mei hac geneſi p̃ſtabim'.

| | | |
|---|---|---|
| 22. | 50. | Declinatio ☉ |
| 104. | 10. | Aſcenſio recta. |
| 62. | 50. | Diſtantia à M.C. |
| 35. | 0. | Eleuatio poli ſup. |
| 17. | 10. | differentia aſcen. S. |
| 87. | 0. | Aſcenſio obliqua ☉ |

IS Solem habuit in domo XI. quare in eius natiuitate patris ſignificatorem inueſtigaui, ipſumque in XIII. grad. & min. XVIII. Cancri, ſecũdum Alphonſi tabulas deprehendi. Altitudinẽ poli borei obſeruaui, vt patris illius aſcẽdens inuenirẽ, quò in aliis rectificare poſſem. Obſeruaui aũt poli eleuationẽ grad. XXXV. eleuabatur polus ſuper circulũ poſitionis Solis XXXV. grad. Tunc cœli thema erexi, ac ſi illius pater in eo climate eſſet natus, vbi polus boreus XXXV. grad. eleuatur: planetas autem ſtatui, ſicut in eius geneſi erant, in hoc vero erat differentia: quia in eius geneſi planetas ſtatui ad gradus XLIII. & min. XLII. altitudinem: nam flo-




*Indiani Riſtori Natiuitas.*

rentia

rentia grad. xliii. & min. xli. habet: Pratum vero Florentia diſtat verſus polum boreum decem miliaribus, quibus vnum minutum reſpondet. Quare ad xliii. grad. & xlii. min. erexi, ſingulis enim minutis hic dena miliaria reſpondent. Sed in patris illius horoſcopo fuit erecta figura ad xxxv. latitudinis: Quare vt poſſem de omnibus prognoſticari, horoſcopum erexi xiii. grad. & xviii. mi. Cancri. Quòd ſi hoc præceptum difficile perceptu videatur, conſulendus eſt Ioannes de Regio monte ad Prob. xxiiii. direct. vbi de hoc tractat.

Secundum autem præceptum eſt, cum ad euentuum præcognitionem peruenerimus, quando volumus de fortunis, honore, aut alio huiuſmodi coniicere, hanc figuram, ac ſi eſſet propria patris geneſis, debemus inſpicere. Quare vniuſcuiuſque rei conſiderandi planetæ, qui plures habent prærogatiuas, ex ſuperius poſitis, ſcilicet, qui habent domum, qui triangularitatem, qui fines, qui altitudines, qui aſpectum, aut orientalitatem, tunc ſi planetæ vnius & eiuſdem factionis vel conditionis erunt, facilior erit quoque prognoſticatio. Si vero contigerit, planetas eſſe dominatores, diuerſarum conditionum atque contrariarum, quia alius aliam rem ſignificet, ſemper ad illum eſt recurrendum, qui plures habuerit iuriſdictiones ſuper hæc: quia ſi de fortunis erit præcognoſcendum, cum eæ ſint Iouis propriæ, ad Iouem ſemper eſt deueniendum, ſi aliquam exaltationem habuerit, vel dignitatem, vel in ſecunda domo, vel in parte fortunæ.

Et vt res melius intelligatur, exemplo aliquo eam illuſtrandā curabo. Fortunas, vitæ quantitatē, & mortem patris præceptoris mei volui præcognoſcere, in eius geneſim inſpexi, quam hic appoſui.




*Patris Iuliani Riſtori Natiuitas.*

In ea ſolem animaduerti, qui dat vitā: & quia Mars erat interemptor, Solem ad Martis locum direxi, progreſsione cōuerſa: Accidit, quòd hæc directio ad xx. vel xxii. annum perueniret, ſicut fuit: cognoſcere volui, an mors eſſet futura naturalis, an violēta per hanc cōſtellationē: & quia Saturnus in octaua domo erat, quę per ſe ſemper violentā mortē ſignificat: Mars autem, quia ei triāgulabatur, in paucarum aſcenſionū ſignis, quę triangulatio vni quadrato æquiualet, mortis violentæ fuit inditiū: & quia Mars erat in ſigno humano, quod ſecundum Ptol. mortē per ſanguinis effuſionē minatur, eo igitur tempore in patrię excidio vulneratus occubuit. Quò verò ad facultates, quia pars fortunę in aſcendente erat, Luna vero ibidem, & à Sole recedebat, intererāt inter Solem & Lunam xvi. grad. nā Luna in xxix. gra. Cācri erat. Quare tres erāt diſpoſitores, Iupiter ſcilicet, Mars & Saturnus: Iupiter verò ibi altitudinē habebat, Mars trigonū, Saturnus verò terminos. Et quia pars fortunę erat in prima, primo aſpectu videbatur patri denūciandū, ipſum fore diuitē, pręcipuè vero, quia Iupiter in prima domo erat, in ſua exaltatione. Quare duplex iudiciū habemus, tū propter Iouē, in angulo exiſtentē, in ſua exaltatione, tū propter fortunæ partē, ibi exiſtentem. Sed quia alij dominatores contrarię factionis erāt, atque ſtellæ infelices, quæ diuitiis erant contrariæ, ideo diues non euaſit: atque hoc eſt intelligendū, cum fuerint feliciter cōſtitutæ: alioquin ſemper mala afferunt, ſed feliciter cōſtitutæ vix aliquid boni pollicētur. Cum igitur Mars eſſet in Cacodæmone in xii. ei fortunarum iacturam portendit. Et Saturnus, quia repedabat tarditatē ſignificabat acquirēdi, & amiſſionem, ambo enim hęc repedatio denotat. conieci igitur eum bona amiſiſſe, ſeditionis primū, deinde belli tēpore: neque in hoc ei Iouis auctoritas profuit, nā ſub Solis radiis erat. De ſuis ergo fortunis iacturā fecit, & ante & poſtquam vxorē duxiſſet. Et quia quantū ad honores habebat ſignum Piſciū in medio cæli: Iupiter autem in prima domo erat, vbi Iupiter, Venus atque Mars præſunt, nā Veneris eſt altitudo, Iouis dom', Martis autē trigonū: honores igitur & dignitates ei debebantur: nā Iupiter in prima domo, in ſua exaltatione erat, & Venus erat in tertia cum baſiliſco: quod ſignificabat eū apud ſuos eſſe in honore: is enim magiſtratus omnes, q erāt in patria ampliſsimi, obiuit. Et quia Venerē dominatricem in tertia domo habuit, quæ eſt religionum, conſobrinū fratrē epiſcopū habuit, atq; Archiepiſcopū. Hęc ſunt à me in hac geneſi declarata, & ad eius exēplar in aliis quoque idē quis facere poſsit.

Quò ad tertium de tēpore, planetę ſunt animaduertendi, num ſint orientales, quia tunc primos annos ac iuuentutem deſignant. Si vero occidentales, tarditatem ſignificant. Cum igitur planetæ aliquid polliciti fuerint bonum, & fuerint orientales, cito afferent, ſi occidentales, tardè, ſicut ex omnibus his obſeruationibus excerpere poterimus. Patet ergo quæ ſunt Ptolemæi dogmata, quibus poterimus omnia patris & matris prædicere.



Digitized by Google

*CANON.*

Quando genitura eſt diurna, Sol eſt ſignificator patris. Et ſi fuerit nocturna, accipiatur Saturnus pro eius ſignificatore, & de eo primo quære latitudinem, ſi quam habet deinde eius declinationem.

Poſtea, eius aſcenſionem rectam.

Vlterius, diſtantiam eius à culmine cæli ſi ſignificator fuerit ſupra terram, ſi ſub terra, ab imó cęli.

Ad hæc, eleuationem poli ſignificatoris, ſupra circulum poſitionis.

Deinde quære differẽtiam aſcenſionalem addẽdã vel minuendã aſcenſioni rectè ſignificatoris, ſecundũ quòd fuerit inuentus in ſignis meridionalibus vel ſeptentrionalibus: Et tunc proſiliet aſcenſio vel deſcenſio obliqua: verum aſcenſio obliqua ſignificatoris tunc collocetur in horoſcopo.

Demum per eandem poli eleuationem, quære ex tabula rationali eleuationes poli ſingulorum domiciliorum, & ex ijs, arcus aſcenſionibus congruentes, & abſolues rectè thema quæſitum: vt docet Regiomontanus.

*Exempli cauſa.*

Illuſtriſsimus princeps Elector Mauricius, natus eſt Fribergæ in Myſnia, cuius vrbis longitudo eſt 30. grad. & 39. min. Eleuatio poli 51. grad. 58. min. cuius natiuitas talis eſt.

HAEC natiuitas eſt nocturna. Saturnus igitur eſt ſignificator patris, Luna verò matris. Saturnus autem conſiſtit in tertia domo in 12. grad. 59. minu. Aquarij. Quæratur igitur ad eleuationem Fribergenſem circulus poſitionis ſupra Horizontem, Saturni videlicet, qui inquiritur per declinationem, & ſtellæ diſtantiam à meridiano, per 20. problema Tab. directionum Regiomontani. Declinatio Saturni eſt 17. grad. & 27. min. Auſtrina.

*Mauricii princ pis electoris Natiuitas.*




DISTANTIA à meridiano, eſt 16. grad. 53. min.

Circulus poſitionis Saturni 14. grad. 32. min.

Aſcenſio obliqua Saturni ſub hoc circulo poſitionis, eſt 320. grad. 0. min. 24. ſecund. Hęc eſt aſcenſio horoſcopi. Ex hac via præmonſtrata, quærantur aſcenſiones reliquorum domiciliorum & arcus eclipticæ congruentes ac poſtremo loca planetarum indagentur: vt patet in hac præſenti figura.




Sed

Sed antequam ad alia accedam, pro declaratione textus quædam neceſſaria ſcitu exponenda ſunt, videlicet quod Almugea planeta, eſt vt ſit occidentalis à Sole, & inter eos tot ſint ſigna, ſecundum ſucceſsionem, quot ſunt inter domum Solis, ſcilicet Leonis in domum principalem talis planetæ, vt de Saturno, domus eius principalis eſt Capricornus, ſextus à Sole: ſi igitur Sol fuerit in Ariete, & Saturnus in Virgine, eſt Almugea Solis. Almugea Lunæ, dum ſecundum ſucceſsionem à planeta in Lunam, ſunt tot ſigna, quot inter domum ſecundariam planetæ & Cancrum: vt dum Luna fuerit in quinto ſigno à Ioue, vt in ſequenti facile conſpicies.

*Almugea Solis.*

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Cum à Sole in | ♄ ♃ ♂ ♀ ☿ | fuerint. | 6 5 4 3 2 | Signa. | Iſte intuitus non poteſt contingere ♀ & ☿, cum tot ſignis à Sole abeſſe non poſſint. |

*Almugea Lunæ.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Cum à | ♄ ♃ ♂ ♀ ☿ | In Luna fuerint | 6 5 4 3 2 | Signa. |

Item planetæ orientales à Sole ſunt robuſtiores quia Sol, qui illos obumbrabat, relinquit illos ſplēdidos, & abſque (vt ita dicam) ſuſpitione reditus Solis ad eos. Similiter occidentales à Luna ſunt in lęto ſtatu & pulchro, quia expectant Lunā venientem ad ſe, ſicut quando aliquis expectat amicum ex longinquo venientem, & apparat domum, & exornat eam.

Principale aliud eſt quod Alhayz, ſiue ſimilitudo planetæ eſt, quando planeta diurnus, in die ſuper terram, nocte ſub terra. Et planeta nocturnus, die ſub terra, nocte ſuper terram exiſtit.

*DIVRNI.*

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Sic | ♄ ♃ ☉ ☿ | in | Diurna / Nocturna. | Figura. | Super terram. / Sub terra. |

*NOCTVRNI.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Sic | ♂ ♀ ☽ | in | Diurna ſub terra. / Nocturna ſuper terram. |

Vel etiam dum planeta maſculinus in ſigno, & quarta maſculinis, & orientalis: Planeta vero fæmininus, in ſigno & quarta fæmininis, & occidentalis compertus fuerit.

*MASCVL. MASCVL. MASCVL.*

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Sic | ♄ ♃ ♂ ☉ | vel in | ♈ ♊ ♌ ♎ ♐ ♒ | & vel in | M.C. Vndecima. Duodecima. Quarta. Quinta. Sexta. | & orientalis. |

*FAEMIN. FAEMIN. FAEMIN.*

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Sic | ♀ ☽ | vel in | ♉ ♋ ♍ ♏ ♑ ♓ | & vel in | Prima. Secunda. Tertia. Septima. Octaua. Nona. | & occidentalis. |

Iſto modo contingit aliquando planetam tripliciter eſſe in ſuo Alhayz, primò iuxta moram ſupra vel infra terram. Secundo iuxta maſculinitatem vel fæmininitatem ſigni. Tertiò iuxta quartas maſculinas vel fæmininas, quod alias conformitas quartæ dicitur. Notandum autem quod Mercurius aliquando diurnus, aliquando nocturnus exiſtit, nunc Maſculinus, deinde fæmininus iuxta configurationem eius cum planetis, vel iuxta naturam ſigni, in quo reperitur, ſi alteri non fuerit coniunctus vel configuratus, quod bene notabis.



Digitized by Google

Principale tertium eſt, quod planeta dicitur obſeſſus, cum planeta fuerit inter duas fortunas, vel infortunas, vel inter radios eorum, quoniam tunc obſeſſus dicitur, vt ſi fuerit Saturnus in 6. grad. Tauri, & Iupiter in 8. & Mars in 10. ibi Iupiter eſt obſeſſus à Saturno & à Marte, vel ſi Saturnus fuerit in ſexto gradu Arietis, Luna in octauo Cancri, & Mars in decimo gradu Arietis: ibi Luna obſeſſa eſt ex quadrato aſpectu Saturni & Martis.

Item planeta dicitur vacuus curſu, quando ipſe ſeparatur ab aliquo per coniunctionem, vel aſpectum, & non iungitur alteri per corpus, vel per aſpectum, quandiu fuerit planeta in eodem ſigno, dicitur curſu vacuus, hoc tamen debet intelligi iuxta orbes vel radios planetarum. Exemplum accipe. Si Luna coñiungetur Ioui in Sagittario, & poſt ſeparationem eius à Ioue, non ſit aliquis planetarum in Sagittario, cui coñiungi poſſet medietate orbis, nec radius alicuius, quem poſſet accipere. In hoc caſu, Luna vacua curſu dicitur, donec exeat de Sagittario, & iungatur alicui corpore vel aſpectu: Aliud exemplum vt Saturnus, in 9. Arietis: Iupiter 10. Geminorum: Mars 17. Geminorum: Sol 27. Arietis, Venus 5. Piſcium: Mercurius 24. Arietis, Luna 26. Tauri: ibi Luna à nullo aſpicitur in 26. Tauri, neque vllus illi coniungitur, donec eſt in Tauro, quare vacua curſu cenſebitur.

Aliud principale eſt, quòd Sol in die, & Luna in nocte gaudere dicitur, & Saturnus in nocte, & Venus in die. Quapropter in Sole orientales præferuntur: in Luna autem præferuntur occidentales.

Item per conuenientem ſocietatem aut per cõcordiam Ptolemæus intelligit trigonum & Sextilem. Nam coniunctio eſt in numero concordiæ, cum fuerit cum beneficis, vel ſi fuerit etiam inter ſignificatores ipſos, vt Solem & Saturnum: caliditas enim vnius temperat frigiditatem alterius, & frigiditas caliditatem. Diſcordia verò eſt ſemper in oppoſito aſpectu, inde quadrato. Vnde inſpicere oportet in natiuitate patris ſi Solem antecedunt ſtellæ, tunc erit optimum.




VLTIMVM principale eſt, quòd ſi volueris cognoſcere fortunam patris, oportet ſignificatorem tempori congruentẽ ponere in Aſcẽdente, ſcilicet Solem in die vel Saturnũ de nocte, & collocare figuram & planetas velut vides in figura natiuitatis pro exemplo poſitæ, ex qua extraximus figurã patris geniti: pro vt patet inferius, & illã iudicare oportet ad vnguẽ, velut alias natiuitates, ſicut inferiꝰ oſtẽdemus.

Quapro

Digitized by Google

Quapropter ſcire debes quod id, quod dictum erit de patre, idem intelligatur de matre, accipiendo dicta de Sole in patre, vt ſint dicta de Luna in matre. Et quæ de Saturno in patre, ſint dicta de Venere in matre.

| | ♄ | |
|---|---|---|
| 0 | 26. | latitudo merid. Deſc. |
| 14. | 28. | declinatio. |
| 325. | 1. | aſcenſio recta. |
| 51. | 4. | diſtantia ab imo cæli. |
| 32. | 30. | eleuatio poli ſup. circ. poſsit. |
| 9 | 30. | differentia aſcenſionalis Ad. |
| 334. | 31. | aſcenſio obliqua. ♄ |




*Status patris ex octo ſignificatoribus cognoſcetur, videlicet ex.*
- Quarta domo,
- Eius domino,
- Parte patris,
- Eius domino,
- Saturno,
- Sole,
- Planeta in quarta domo exiſtēte,
- Loco coniunctionis, vel præuentionis natiuitatem præcedentis.

*Status matris cognoſcitur ex*
- Decima domo,
- Domino eius,
- Horoſcopo,
- Eius domino,
- Parte Matris,
- Eius domino,
- Luna,
- Venere,
- Planeta in decima domo exiſtēte.
- Loco coniūctionis vel oppoſitionis natiuitatem præcedentis.

Quando ergo planeta teſtimonia & ſignificationes in rebus parentum cōiungens, in forti loco fortunatus ac receptus fuerit, iudica parentibus ex illa natiuitate bonam fortunam. Et ſi ab hoc diuerſus fuerit, contrarium iudicabis.

Pars patris accipitur in die à Sole in Saturnum. Nocte econtra, & proiicitur ab Aſcendente.

Pars Matris, die à Venere in Lunam. Nocte econtra, ab Aſcendente.

Dirige Almuten patris & matris ad fortunas & infortunas pro accidentibus eorum.

*De exaltatione parentum ex natiuitate filii.*

Saturnus ſi in natiuitate nocturna fuerit in domo, vel exaltatione ſua bene affectus, pater nati erit alti nominis, ac magnæ vocis in ſua ciuitate.

Saturnus patris ſignificator, ſi fuerit in Leone, meliorationem ſtatus, & ipſius proſperitatem ſignificat.

Saturnus in medio cæli in nocturna genitura, vel in loco partis fortunæ, vel in aliquo bono loco, ſignificat patrem nati fortunatum & diuitem.

Si Saturnus in termino ſuo, & aſpectu bono Solis fuerit, parentes nati inuenient bonum & proficient.

Iupiter ſi fuerit in quarta domo, ipſo in domo vel exaltatione ſua exiſtente, pater nati erit altus, famoſus, diues, & qui aliquam dignitatem, vel dominium habebit.

Sol aut Iupiter in quarta domo ſignificat patris magnitudinem. Idem ſi quartam domum aſpexerit.



Digitized by Google

Si Sol in loco laudabili, & domini triplicitatis eius in locis malis fuerint tempore natiuitatis filij, dic patrem eius bene fortunatum fore, ſed poſtea venturum in miſeriam.

Si Sol in malo loco fuerit hora natalis, & domini triplicitatis eius in laudabili loco & boni eſſe, dic patrem natalis hora, male diſpoſitum, ſed poſtea magis proſperos ſucceſſus habiturum. Idem fiet iudicium de matre, ſumpto iudicio à Luna & Venere.

Sol in meliori ſtatu quàm Luna, patrem nobiliorem matre ſignificat, & econtra.

Sol cum capite draconis, Luna in quarta domo dat nobilitatem matri.

Sol ſi in vndecima domo ſolus collocetur, parẽtes habebunt magnam fortunam, ipſe autem habebit nomen magnum in terris longinquis, & erit felix in operibus ſuis.

Venus quando in aſcendente, ac in ſigno fæminino fortunata fuerit, mater nati erit patre nobilior.

Luna & Venus quando quartam domum aſpexerint, fama, & laus erit matri.

Planea habens dominium in parentibus quando in angulo vel ſuccedenti, nec non in domo vel exaltatione ſua fuerit, exaltationem patris & eius honorem, ac ſtatus eleuationem ſignificat.

Planetę quando in ſignificatione patrum coniũctiones in medio cæli, ac in domibus vel exaltationibus ſuis fuerint, & fortunæ ab infortunis liberæ ipſos aſpexerint, pater nati erit magnus dominus.

Quando prædicti planetæ gradus coniunctionis, vel præuentionis natiuitatem præcedentis, bono aſpectu, & fortunæ ſimiliter aſpexerint, parentes nati erunt alti nominjs & boni.

Pars patris quando in tertia domo, vel nona vel vndecima fuerit, pater nati erit magni ſtatus, parẽtes nati erunt famoſi, & laudati in ciuitate ſua.

Pars matris quando ſe habuerit, ſicut de parte patris dixi, eleuationem matris ſignificat & honorem.

Dominus partis patrum fortunatus quando in aliquo angulorum fortis, & ab infortunæ aſpectu liber fuerit, pater nati erit famoſus, & in ſua cognatione altus.

Dominus quartæ domus quando in angulo fuerit, pater nati erit magni ſtatus.

*De morte Patris.*

Sol & Saturnus ſi fuerint in cardine vel eius tetragono, dic patrem nati humore aqueo vel veneno periturum, aut profluente ſubito Catarrho.

Sol ſi fuerit in ſecũda, & Mars in ipſius quadrato exiſtens, pater nati peribit ſanguine ſubito erumpente.

Solis quadratus aſpectus ad Martem, malę mortis periculum patri minatur: idem erit, ſi ex cardinibus ſe aſpexerint.

Sol ſi fuerit in ſecunda domo in tetragono Saturni, vel illi iunctus exiſtens, pater nati, aut pthiſi, aut dyſſenteria, aut ex occultis humorib' morietur.

Sol in natali diurno in finibus Martis, aut in natali nocturno in finibus Saturni, ſi per diem Mars, Solem, vel in nocte Saturnus aſpexerit malo aſpectu, ſine felicium ſtellarum teſtimonio, filius patrem necabit. Si verò Luna ſic inuenta fuerit, matrem occidet.

Sol ſi in ſeptima, Mars vero & Saturnus in quarta fuerint, niſi felicium ſtellarum mitigentur aſpectu, pater nati tabe, aut conſumptione morietur.

Sol ſi in figura malè locatus inuenitur, etiam in omni genitura, vel ſigni dominus, in quo eſt Sol, pater prior interibit. Si Luna, mater.

Sol in quadrato vel oppoſito Martis aſpectu vtroque eorum cadente, vitæ parentum breuitatem prænunciat.

Saturnus infortunans Solem, mortem patri ex febre, melancholia, vel ex malis humoribus adfert. Si vero Mars Solem infortunauerit, morietur pater morte ſubitanea. Sed natus erit morboſus in oculis.

Infortunæ ambæ ſi aſpexerint locum coniunctionis, vel oppoſitionis, & ipſum fortunæ non aſpexerint, ſignificant malum mortis parentibus. Et quando erit aſpectus coniunctionis, ſignificat mortem patris, ſi præuentionis, mortem matris.

Saturnus & Mars in quarta vel ipſam aſpiciẽtes, ſignificant mortem patris ab apoſtemate.

Vnus malorum in domo Solis in diurna vel nocturna natiuitate, damnabit patrem in oculis, vel in quantitate vitæ.

Mars aſcendens poſt Solem, damnat virtutem patris, & malæ mortis facit iudicium.

Mars in tertia, Sexta, octaua, aut duodecima cũ Saturni aſpectu, patri malæ mortis notat exitum.

Mars ſi aſpexerit Solem & Mercurium inimicè, timeat pater, ne fulmine moriatur. Eodem modo iudica de matre per ſignificatores eius.

Mars ſi in domo Solis fuerit, mors ſubita patris ſignificatur, & ſi fuerit de nocte, viuet parum.

Mars ſi aſpexerit Solem de aſcendente in diurna genitura, non aſpicientibus fortunis Solem, mala morte parentes peribunt.

*De infirmitatibus.*

Sol & Saturnus in cadentibus, aduerſas patris valetudines, & eius debilitatem oſtendunt.

Saturnus & Mars poſt Solem euntes vel aſpiciẽtes eum quadrato vel oppoſito, patri nati portendunt ęgritudines chronicas & fortes.

Mars ſi ex diametro Venerem aſpexerit in occidente locatam, id eſt occidentalem, erit matris mors per febres, aut viſus debilitatem.

*De Matris morte.*

Luna ſi in Saturni oppoſito fuerit, erit mors per aduerſam valetudinem à ventre matris.

Luna inter duas infortunas natalis hora diſcurrẽs, ſine beneuolarũ aſpectu, matrem periculo vitæ exponit, & filium ſignificat ſuperſtitem fore.

Luna orientalis in Martis oppoſito, ſignificat mortem per febres cum tremore.

Luna cum Marte & Saturno exiſtens, matri nati ægrotationem denunciat.

Luna ſi coniuncta fuerit Saturno, mater nati ſiccitate debilitabitur.

Luna cum Saturno, Marte, & Mercurio in quarta

vel

Digitized by Google

vel decima exiſtente, mater morietur cito.

Luna coniuncta Soli in ſigno maſculino, ſignificat altitudinē patris, ſed mortē matris ante patrē.

Saturnus in decima retrogradus in Geminis, coniunctus Marti, matrem nati ex ruina morituram ſignificat.

Saturnus aſcendens poſt Lunam, damnat matris virtutem.

Saturni radius ſi prius peruenerit ad partem patris quam matris, pater prius morietur. Si ad partem matris mater prior obibit mortem. Similiter præmorietur illi alter parentum, cuius pars fuerit ſub terra.

Mars in angulo aſpiciens malignè Venerē aut Lunam aut ambos, malam formam & breuem vitam matri minatur.

Venus in octaua, in Tauro, vel Libra, & Mars cum Luna in occaſu in ſuis finibus, vel domicilio, matrem nati gladio perimit.

Si natalitia hora, dominus primæ in octaua fuerit, periculum erit, ne mater nati ex partu moriatur, idque maxime continget, ſi fuerit impeditus.

Domin' duodecimæ male locatus, ſi infortunatus fuerit, matrem nati conſtituit in mortis periculo, quod forte erit lethale.

Dominus partis patris ſi fuerit ſupra terram, & dominus partis matris ſub terra fuerit, mater prius morietur.

Venerē autem & Lunam exiſtentes in ſeptima, ſi Mars malignè aſpexerit, mater repentina aut violenta morte decedet, ſignificatque nato malum in oculis, & tandem violentam mortem.

Si pars fortunæ infortunata & cōbuſta fuerit in ſigno maſculino, pater prius morietur quàm mater. Si in feminino, econtra.

Cuiuſcunque parentis pars in figura nati infortunata fuerit, is prior morietur. Si patris, pater: Si matris, mater.

### *De ſpatio vitæ matris.* [patris.]

Dixit Ptolemæus: Aſpice Solem cum natiuitas fuerit in die, qui ſi aſpexerit Aſcendēs, dirige eum ad corpus, & radios infortunarum per gradus aſcēſionis obliquæ: dando vnicuique aſcenſionum gradui annūvnū. Et ſi Sol nō aſpexerit Aſcendens, Saturno tamen id reſpiciente, dirige hunc pro Sole, ſi verò neque iſte aſpexerit aſcendens, dirige eorum loco gradum anguli terræ.

Porrò in natiuitatibus nocturnis incipies à Saturno, poſt hunc à Sole, poſt Solem à gradu imi cæli: Poſtea aſpice quantum prouenerit annorum ſecundum gradus aſcenſionum. Quod ſi fuerit tantum, quantum anni, quos ſignificat planeta, qui habet maiorem dignitatem in die, in loco Solis, & in domino domus eius & in die ac nocte pariter, in quarto loco, & dominus eius. In nocte verò in Saturno & domino domus eius, & parte patrum, ac domino eius, vel ſi prope, numerus gradum aſcenſionis annos planetæ æquauerit, pater eius morietur eodem anno: Hæc Albohaly c. 17. Exemplum. His viſis pro patre, iuxta hæc dicta, conſideraui quātitatem eius vitæ ex genitura filij. Nam poſito Saturno in aſcendente, quia natiuitas filij fuit nocturna, cōſurgit figura, quam vidiſti ſupra: ita quòd direxi ipſum per aſcenſionem ſuam obliquam ad terminos ſuos ſecundum ordinem ſignorum. Nam ipſe in natiuitate filij aſcendens reſpiciebat ex ſextili aſpectu partili, & erat in parte cæli quæ aſcendebat. Et peruenit talis directio in anno 5. ad ſuos terminos. Quare pater obiit ex peſte anno domini 1527. qui fuit annus quintus à natiuitate filij & ſic pater vixit quinque annos completos poſt filij natale, vt inſinuat dicta directio: Et quamuis ipſe Saturnus fuerit Almuten ſupra loca ipſiuſmet, & partis patris, & domini eius: & quartæ domus & eius domini, q annos 43. & dimid. ei promittebat: nihilomin' vixit vſq; ad annos 49. ſuæ ætatis. Verū autem ſiquis dicat hanc filij genituram non agere in patrem, ſed ſolum eſſe conformes ei parti illius genituræ. ego verò ab eius opinione non diſſentio, licet in re ipſa concordet. Et hoc in cauſa generali dictum ſit.

### *De ſpatio vitæ matris.*

Dixit idē Ptolemeus: In vita matris aſpice, cum natiuitas fuerit diurna, Venerem, quæ ſi aſpexerit aſcendens, dirige eam ad corpus, & radios malorū, per gradus aſcenſionum, & vnicuique gradui aſcēſionum da annum vnum. Si vero hoc non aſpexerit aſcendens, Luna tamen mittente eò radios, dirige eam, ſicut diximus de Venere. Porrò ſi neque Luna aſpexerit aſcēdens, dirige gradum medij. Verum in natiuitatibus nocturnis incipe à Luna poſtea à Venere, deinde à gradu medij cæli, poſtea conſidera, quot anni prouenerint ex gradibus aſcenſionum, ſi enim totidem anni fuerint, quot ſignificabat planeta, qui habet maiorem dignitatem in die in loco Veneris, in nocte verò, in loco Lunæ & domino domus eius, in die autem & in nocte pariter in gradu medij cæli, & domino eius, & in parte matris, & domino eius, vel ſi propè eum numerum annorum æquauerint gradus aſcenſionūm per directionem inuenti, ſignificatur mors matris in eodem anno. Hæc Albohaly cap. 18. ſuarum obſeruationum.

### *Capitulum in quarta domo ex Albubatris Sententia.*

Stat' patris ex octo ſignificatoribus cognoſcitur, videlicet ex quarta domo, & eius domino, ex parte patris, ac eius domino, & Saturno, & Sole, & planeta in quarta domo exiſtente, necnon ex loco coniunctionis, vel præuentionis natiuitatē præcedētis.

Sed matris ſtatum ex decima domo, & ab aſcendente, & eius domino ex parte matris, & eius domino, ex Luna & Venere, ex planeta in decima domo exiſtente, necnon ex loco coniunctionis, vel præuentionis natiuitatem præcedentis.

Quādo ergo planeta teſtimonia & ſignificationes in rebus parentum coniungens, in forti loco fortunatus ac receptus fuerit, iudica parentibus ex illa natiuitate bonum & fortunam. Et ſi ab hoc diuerſus fuerit, contrarium iudicabis.

### *De progreſſione nati ex ventre matris, vtrum fuit cita vel tarda.*

Quando Luna in angulo ac in ſigno fæmino fue-



Digitized by Google

rit,progreſsio illius nati erit feſtina, & forte in via vel balneo,aut in alio loco extra domum.

Quando fortunæ aſpectu vel coniunctione Lunam adinuenerint, aut quando Sol vel Luna in ſigno maſculino directi deſcenſus,in natiuitate maſculi,aut in ſigno fœminino, in natiuitate fœminæ feſtinationem progreſsionis cum ſanitate & directione ſignificant.

Quando Luna cum Marte,aut is eius bono aſpectu fuerit, & Iuppiter eos bono aſpectu aſpexerit, feſtinationem progreſsionis cum nati euaſione & ſalute portendit.

Quando Mercurius in aſcendente, ac in domo Martis fuerit, & Mars in bono loco fortunatus, idem iudica.

Quando Luna à radiis euaſa in aſcendente, vel medio cœli fuerit,idem etiam iudicabis.

Quando Venus & Luna in natiuitate natarum in ſigno fœminino fuerint,pulchritudinē matris & natæ cum feſtinatione progreſsionis indicant.

Quando Iupiter & Luna in bono loco, in natiuitate maſculi fuerint, feſtinationem progreſsionis cum ſanitate, euaſione, & gaudio matris cum nato ſignificant.

Quando infortunæ in duodecima domo fuerint, tardam progreſsionem cum matris grauedine ſignificant,nam mater infirmabitur, & dolorem in ventre patietur,nec non ex illa progreſsione malum,triſtitiam,ac laborem habebit.

Quando Luna à Saturno ſeparata fuerit, matri grauedinem, progreſsionis difficultatem portendit, necnon ex illa imprægnatione triſtitiam & laborem.

Quando Sol, Luna & dominus aſcendentis in ſigno fœminino,ac torti aſcēſus in natiuitate maſculina fuerint, aut in ſigno fœminino, in natiuitate fœminina,grauedinem,triſtitiam, prolongationē, aut laborem, in progreſsione nati vel natæ ſignificat.

Quod ſi Saturnus in aliquo angulorum ſtationarius fuerit, mulier forte non pariet donec attigerit mortem.

Quando planeta ſtationarius vel retrogradus in aſcendente fuerit, progreſsionis tarditatem, & grauedinem in partu ſignificat.

Quando Luna ad præuentionem iuerit, & inter eam & punctum præuentionis fuerit minus duodecim gradibus,aut Luna curſu vacua fuerit, mater in partu tardabit,ac in eo grauedinem & laborem habebit.

Quando Sol,Luna,& Venus in Scorpione, Capricorno vel Aquario fuerint, mater in partu grauabitur,ac in eo malum & laborem habebit.

Quando Luna in ſigno torti aſcenſus fuerit, & infortunæ ipſam malo aſpectu aſpexerint, progreſsio erit grauis, tarda, & laborioſa, & forte quòd morietur. Hæc idem c.153.

*De exaltatione parentum.*

Quando planeta habens dominium in parentibus in angulo vel ſuccedenti,necnon in domo vel exaltatione ſua fuerit, exaltationem patris & eius honorem,ac ſtatus ſui eleuationem ſignificat.

Quando pars matris,ſicut de parte patris dixi, ſe habuerit, eleuationem matris ſignificat & honorem.

Quando Iupiter in quarta domo fuerit, ipſo in domo vel exaltatione ſua exiſtente, pater nati erit altus, famoſus, diues, & qui aliquam dignitatem, vel dominium habebit.

Quando partis dominus patrum fortunatus in aliquo angulorum fortis, & ab infortunæ aſpectu liber fuerit, pater nati erit famoſus, & in ſua parentela altus.

Quando dominus quartæ domus in angulo fuerit,pater nati erit magni ſtatus.

Quando pars patris in tertia,nona, vel in vndecima domo fuerit,pater nati erit magni ſtatus, parentes nati erunt famoſi, & laudati in ciuitate ſua.

Quando Sol in domo vel exaltatione ſua, ac in bono loco fuerit,natiuitate diurna exiſtente,pater nati erit alti nominis, ac magnæ vocis in ſua ciuitate.Et ſi Saturnus in natiuitate nocturna ſic ſe habebit,idem iudicabis.

Quando planetæ in ſignificatione patrum coniunctiones in medio cœli, ac in domibus vel exaltationibus ſuis fuerint,& fortunæ ab infortunis liberæ ipſos aſpexerint, pater nati erit magnus dominus.

Quando prædicti planetæ gradus coniunctionis, vel præuentionis natiuitatem præcedentis, bono aſpectu, & fortunæ ſimiliter aſpexerint, parentes nati erunt alti nominis,& boni.

Quando Sol angulum terræ, nec non Saturnū & Iouem,cum receptione bono aſpectu aſpexerint, pater nati eſt de illis, qui dominium & poteſtatem habebunt.

Quando Luna & Venus quartam domum aſpexerint,fama & laus erit matri.

Quando Venus in aſcendente,ac in ſigno fœminino fortunata fuerit, mater nati erit patre nobilior. Hæc idem cap.154.

*De caſu vel depreſsione parentum.*

Quando Sol in duodecima domo peregrinus fuerit, & dominus domus ſubſtantiæ ſecundæ, quartæ domus in malis locis, & ſimiliter in malis locis infortunæ extiterint, parentes nati deprimentur.

Quando planeta maius teſtimonium in ſignificatione parentum habens, in duodecima domo peregrinus fuerit,parentes nati erunt parui ſtatus, & eorum lucrum ex mercede.

Quando Luna lumine ac numero diminuta in Scorpione ac in quarta domo fuerit, & dominus quartę domus in malo loco feralis & retrogradus, nec non aſpectu fortunæ carens extiterit, mater nati erit parui ſtatus & ſubſtantiæ.

Quando dominus domus Solis,vel dominus partis patrum, ſeu duodenaria Solis,vel dominus triplicitatis Solis in ſexta domo, ac in aſpectu infortunæ fuerit, patet nati erit auarus, malæ radicis, atque cadens.

Quando duodenaria Lunæ in domo ſexta cum infortuna,aut in aſpectu malo fortunæ fuerit, pater nati erit ſeruus & indigens.

Quando dominus partis patrum in loco vituperabili,ſine fortunæ aſpectu fuerit peregrinus, patet

ter nati erit laborioſus,& pauci aut nulli' laboris.

Quando dominus domus Solis cum domino ſuæ triplicitatis,in locis cadentibus,ac in malo fortunæ aſpectu fuerint,pater nati erit ſeruus.

Quando infortunæ gradus coniunctionis vel præuentionis præcedentis natiuitatem infortunauerint,pater nati à ſtatu eius erit cadens.

Quando ſignum coniunctionis aut præuentionis infortunatum fuerit,& ambæ infortunæ in angulo terræ,vel ipſum angulum ſine fortunarum radiatione, malo aſpectu aſpexerint, parentes nati erunt ex mala progenie,& ſeruitute procreati.

Quando dominus domus Solis, vel dominus coniunctionis, vel præuentionis natiuitatis, vel dominus partis patrum,infortunatus fuerit,caſum aut depreſsionem patris nati portendit.

Quando dominus domus Lunę,& dominus domus coniunctionis vel præuentionis, vel dominus domus partis matrum infortunatus fuerit, malum & caſum matris ſignificat.

Quando Sol cum cauda Draconis in ſigno fæminino feralis fuerit, pater nati erit cadens vel ſeruus.

Quando Sol & Luna in coniunctione vel præuentione natiuitatis infortunis alligauerit,& fortunæ à locis ſuorum gaudiorum cadentes fuerint, parentes nati non erunt eiuſdem ſtatus, nec eiuſdem villæ aut ciuitatis.Hæc idem c.155.

*De amicitia & inimicitia nati cum parentibus.*

Quando Sol in termino Martis natiuitate diurna exiſtente fuerit,vel Luna in termino Saturni in natiuitate nocturna,& ambæ infortunæ ipſum ſine infortunatum aſpectu malo aſpexerint, inter parentes nati & ipſum natum erit inimicitia & odiũ.

Quando pars patris & pars matris cum infortuna,necnon cum domino quartæ domus ſine receptione fuerint,parentes nati ipſi nato inimicabuntur,& ab eis grauedinem & laborem habebit.

Quando dominus aſcendentis peregrinus exiſtens dominum quartæ domus & Solem in natiuitate diurna aut Saturnum in nocturna, necnõ partem patrum in oppoſito aſpectu ſine receptione aſpexerit,natus erit parentibus contrarius.

Quando Sol in quarta domo peregrinus fuerit, & Mars ſine receptione eum oppoſito aſpectu aſpexerit, & ſimiliter Saturnus quartæ domus infortunato aſpectu ibidem radiauerit,parentes nati ipſi nato inimicabuntur.

Quando Sol & domini triplicitatis ſuæ in malo loco,ac in natiuitate diurna fuerint, & infortunæ eos ſine receptione, coniunctione vel malo aſpectu infortunauerint, inter natum & parentes erit inimicitia.

Quando Sol in quarta domo feralis exiſtens, corporaliter planetæ plura teſtimonia in natiuitate nati habenti iunctus extiterit, ac domin' quartę domus retrogradus ex malo aſpectu infortunæ in octaua domo infortunatus fuerit, pater natum viuum ſubterrabit, aut ipſum natum ſuum fore negabit.

Quando planeta, qui eſt Almuten parentum à ſignificatione nati, coniunctione vel aſpectu ſeparatus fuerit, cor parentum à nato ſeparabitur, & eum odio habebunt.Hæc idem c.156.

*De fortuna nati cum parentibus.*

Quando Venus domina aſcendentis in Leone ac in ſecunda domo directa & à combuſtione ſalua,necnon in bono aſpectu domini quartæ domus fuerit,natus erit ex pecunia patris fortunatus. Et ſi Venus in domo Lunę ſic ſe habuerit,natus ex pecunia matris fortunabitur.

Quando Sol in domo Iouis ac in angulo terræ cum Ioue per vnum minutum iunctus fuerit, & dominus quartæ domus eos cũm receptione bono aſpectu aſpexerit,natus pecuniam à parentibus habebit,& ex illa fortunabitur.

Quando Saturnus in domo vel exaltatione ſua, ac in medio cœli fuerit,& dominus quartæ domus ex angulo terræ ipſum receptione aſpexerit, natus erit à patre fortunatus & pecuniam ab eo habebit.

Quando dominus quartæ domus ex octaua domo pulſauerit, natus pecuniam parentum hæreditabit.

Quando dominus domus pecuniæ vim ſuam domino quartæ domus dederit, parentes pecuniam nati hæreditabuntur.Hæc idem c.157.

*De natis pecuniam parentum diſsipantibus.*

Quando duodenaria Solis in duodecima domo ceciderit, & infortunæ eam malo aſpectu aſpexerint, natus pecuniam parentum conſumet, & eos triſtes faciet.

Quando Saturnus in duodecima domo cum domino quartæ domus peregrinus fuerit, natus pecuniam parentum diſsipabit.

Quando infortunæ in domo quarta fuerint, & dominus eius domus cum domino quintæ domus infortunatus fuerit, natus pecuniam parentum amittet.

Quando Sol & Mars ſimul iuncti ferales fuerint, & Luna lumine ac numero diminuta, ſimiliter Saturnus in loco malo iungatur, & Mars ſine infortunæ aſpectu mala radiatione aſpexerit, & dominus domus ſubſtantiæ infortunatus in malo loco extiterit,pecunia à nato diminuetur. Hæc.cap.158.

*De fortuna parentum nati.*

Quando dominus quartæ domus in domo vel exaltatione ſua in bono loco fortunatus fuerit, & dominus domus ſubſtantiæ in dignitate ſua ac in quarta domo & pars patris, & eius dominus fortunati extiterint, parentes nati erunt fortunati, necnon bonum & augmentum in rebus ſuis videbunt.

Quando Sol quartæ dominus exiſtens,in termino & in facie fortunæ,natiuitate diurna exiſtente, fuerit, ac in bono Iouis aſpectu, bonitatem vitæ parentum nati indicat.

Quando Sol cum Ioue,in domo Iouis corporaliter iunctus fuerit,& dominus quatæ domus eos bono aſpectu aſpexerit, bonum ſtatum & fortunam parentibus nati portendit.

Quando

Digitized by Google

Quando Saturnus in domo vel exaltatione ſua exiſtens in medio cœli fuerit, & Iupiter dominus quartæ domus fuerit, ac eum bono aſpectu aſpexerit, pater nati erit fortunatus & diues.

Quando pars patris in bono aſpectu domini domus ſubſtantiæ fuerit, & ipſe & dicta pars fortunati, & ab infortunis liberi extiterint, directionem, ſaluationem & fortunam parentibus nati indicat.

Quando dominus domus Solis in domo vel exaltatione ſua cum domino partis patrum exiſtens in aliquo angulorum fortunatus fuerit, pater nati dignitatem vel dominium habebit.

Quando Saturnus in diurno exiſtens, à domino domus ſubſtantiæ receptus fuerit, & Sol dominus quartæ domus ex Ariete vel Leone ipſum trino aſpectu aſpexerit, parentes nati bonum & profectum ac fortunam inuenient.

Quando Luna Veneri in Tauro coniuncta medium cœli poſſederit, & Mars in Scorpione exiſtens ipſam ex angulo terræ aſpexerit, parentes nati fortunam & gaudium nutu Dei conſequentur. Hæc idem c.159.

*De labore & impedimento parentum nati.*

Quando dominus quartæ domus in domo lapſa combuſtus vel retrogradus fuerit, natus terras non emet.

Quando infortuna in domo 7. feralis fuerit, & Solem vel Lunam malo aſpectu aſpexerit, & pars patrum, & eius dominus in malo loco infortunati, & fortunæ retrogradæ aut agreſtes in locis cadentibus extiterint, parentes nati eius occaſione malum & impedimentum habebunt.

Quando Sol in angulo occidentali peregrinus ac in malo infortunæ aſpectu fuerit, & dominus quartæ domus cōbuſtus, & dominus partis patrum infortunatus, parentes nati malum & laborem atque caſum incurrent.

Quando Sol & dominus triplicitatis ſuæ in ſexta vel duodecima domo infortunati, ac in aſpectu infortunæ fuerint, accident nato mala, & ægritudo chronica.

Quando Luna Saturno coniuncta fuerit, mater nati erit debilis.

Dixerunt quidam, quòd quando Mars & Saturnus in quarta domo fuerint, & dicta domus non ſit alicuius fortunæ domus, nec aliqua fortuna in ea, natus ex ſepultura ſua extrahetur. Hęc idem c.160.

*De morte parentum nati.*

Quando Sol, Saturnus Mars & Mercurius in ſexta domo fuerint, pater nati cito morietur.

Quando Luna, ſicut dictum eſt, de Sole ſe habuerit, mater nati ſatis cito poſt natiuitatem eius morietur.

Quando dominus inimicorum in octaua domo fuerit, & infortunæ ipſum aſpexerint malo aſpectu, pater nati parum viuet.

Quando Mars ſuper Solem eleuatus fuerit, pater nati gladio morietur & occidetur.

Quando Sol & domini triplicitatis ſuæ infortunati fuerit, pater nati occidetur.

Quando Mars in domo ſolis fuerit, pater nati morte ſubitanea mundum relinquet, præſertim ſi natiuitas diurna fuerit: ſed ſi nocturna fuerit, parum viuet.

Quando Saturnus in oppoſitione Solis fuerit, pater nati mala morte morietur.

Quando infortunæ locum coniunctionis vel præuentionis natiuitatem præcedentem ſine fortunæ radiatione aſpexerint, malam mortem parentibus nati portendit, ſed coniunctio patrem proprie ſignificat, præuentio vero matrem.

Quando Saturnus & Mars in domo patrum fuerint, & dominum dictæ domus aſpexerint, pater nati apoſtemate aut alia ægritudine morietur, mortem citam educente.

Quando dominus partis patrum in malo loco exiſtens aſcendens, & locum dictę partis aſpexerit, & cum hoc dictus dominus infortunatus fuerit, pater nati in loco vbi non cognoſcetur morietur.

Quando dominus patris patrum in malo loco exiſtens in malo infortunarum aſpectu fuerit, & ſimiliter dominus vitæ partis terminus extiterit, mortem ac damnum vitæ patris indicat.

Quando dominus patrum domino octauæ domus in quarta domo alligauerit, & ambo infortunati fuerint, & Sol ac Luna in locis cadentibus atque malis mortem parentum ſignificat.

Quando Luna & Saturnus in eodem gradu iuncti fuerint, & Mars eos aſpexerit, mater ex partu morietur.

Quando dominus partis patrum in medio cœli fuerit, & dominus partis matrum in angulo terræ fuerit, mater ante patrem morietur.

Quando Sol & Saturnus in eodem gradu iuncti fuerint, pater ante matrem morietur.

Quando Mars in quarto ſigno à Solę fuerit, & Saturnus in parte ſiniſtra, pater prius morietur. Hoc etiam ſcire poteris per Athazir duorum ſignificatorum ad coniunctionem quadratum vel oppoſitum aſpectum infortunarum, nam qui illorum prius alicui ex infortunis alligauerit, ille ante aliū morietur. In anno 23. quidam ad me venit, habens folium in quo natiuitas cuiuſdam nati ſcripta erat, & rogauit me, vt iudicarem aliquid de illa natiuitate, tunc quæſiui ab illo, cuius eſſet illa natiuitas, ille reſpondit, quòd erat filij ſui. Accepi ergo folium, & poſui ante me conſiderando figuram natiuitatis & loca planetarū, tunc Alanbes vidēs hoc, recepit folium de manu mea, & aſpexit in illo, dixitque quòd filius, pro quo hæc figura facta fuerat, erat ex adulterio procreatus, & quæſiui vnde hoc ſciret. Reſpondit: Senex iſte credit, quòd natus ille fili⁹ ſuus, ſit ſed iā ſunt quatuor anni, ab anno quo natus fuit puer, quod pater mortuus eſt. Quæſiui iterum vnde hoc ſciret qui reſpondit: In hac figura ad partem patrum aſpexi, & inueni ipſam in oppoſitione Martis, & non inueni inter ipſos niſi vnum gradum. Similiter aſpexi ad dominum dictæ partis, & inueni ipſum in 11. domo, ab aſcendente, quæ eſt octaua domus à quarta domo, & inter ipſum & Saturnum non erat niſi vnus gradus. Dixi ergo, quòd pater illius nati mortuus eſt in anno, in quo natus puer fuit. Dixitque ſenex ille: Cum dixiſti, quòd non ſim pater huius nati, verum dixiſti, quia accepti eum & nutriui, & pater eius in anno

Nota obſeruatione

anno per te nominato mortuus eſt. Dixit Alkſibit, quòd vidit Tabarium aſpicere in ſigno quartæ domus, & eius domino à parte patrum & eius domino, necnon à Sole & Saturno, & accipere Almuten ſuper his locis. Et ſimiliter aſpiciebat ad planetam in quarta domo exiſtentem, & faciebat ipſum ſignificatorem patrum, poſtea aſcipiebat ſignificatorem, vt per eum ſciret longitudinem & breuitatem vitæ nati, ſecundum quòd explanaui in principio huius tractatus. Deinde ex parte patrum Solem, & gradum domus patrum aſpiciebat, quis eorum eſſet magis apt⁹ vt ſit Hyleg, & tunc faciebat Athazir vitæ parentum ad loca infortunarum, & iudicabat ſecundum quòd videbat. Et ſimiliter ad ſciendum ſtatum parẽtum faciebat, quolibet anno Athazir, ex parte patrum ad loca fortunarum & infortunarum, & ſecundum qualitatem eius & loci ſui de ſtatu patris illo anno iudicabat. Similiter in natiuitate diurna faciebat ductoriam Solis & planetarum, & in nocturna ductoriam Saturni & Lunæ. Et quando natus ductoriam habuerit, pater eius erit magnus, & honorem, diuitias ac bonum habebit, & iudicabat etiam in ſtatu per primum & ſecundum triplicitatis Solis dominos in natiuitate diurna, & in natiuitate nocturna per primum & ſecundum triplicitatis Saturni dominos. Præterea aſſerebat ꝙ natus eſſet ex adulterio, & quòd pater eius de ipſo dubitabat, ne eſſet filius ſuus.

Quando Sol in natiuitate diurna Marti per coniunctionem vel quadratum vel oppoſitum aſpectum applicabit, vel in natiuitate nocturna Saturno. Similiter quando in natiuitate diurna Lunam à Marte impeditam reperiebat, & in natiuitate nocturna à Saturno, iudicabat quòd mater nati non eſſet proba, aut ſaltem de ea dubitabatur. Sed quidam ſapientum dixerunt, quòd quando dominus domus patrum domum ſuam non aſpiciat: et ſimiliter Sol domum ſuam & dominus partis patrum partem ſuam non etiam aſpexerit, pater nati erit putatiuus, eo quòd pater credet illum eſſe filium ſuum, & non erit. Hæc idem c.161.

*De ſtatu matris.*

Aſpice Lunam & Venerem, medium cœli & eius dominum, necnon planetam, qui ſuper hæc loca erit almuten, & illum pone vitæ ſignificatorem, deinde aſpice Athazir illius planetæ, & vide quid ſignificet in additione vel diminutione ſecundum quòd dixi in annis nati. Deinde aſpice ſtatum Martis à ductoria planetæ triplicitatis Lunæ, & ſecundum qualitatem de ſtatu matris iudica. Præterea aſpice partem matrum & Lunam, & quæ illorum fuerit Hyleg vitę, & facies Athazir cum illa ad fortunas & infortunas. Nam quotienſcunque infortuna ibi alligauerit, matrẽ nati impediet. Et ſi Luna aut pars matrum non fuerit Hyleg, & volueris ſcire locũ à quo facias Athazir pro matre, fac ipſum à gradu Lunæ. Et cum peruenerit ad infortunas, cadet mors in matrem. Similiter Athazir pro matre facias à medio cœli ad infortunas dando cuilibet ſigno annum vnum, & cum infortunæ alligauerit, iudica prout videbis. Et ſi in feſtinatione mortis matris vel patris ſecundum Dorochium iudicabis per luminare, ꝙ Venus ſub terra iudicabit, poſtea vitam matris & eius ſtatum tam in natiuitate diurna quàm nocturna, ex dominis triplicitatis loci Lunæ perpendere poteris. Nam primus triplicitatis dominus ſignificat vitæ principium, ſecundus medium, tertius vltimum vitæ terminum. Deinde in grauedinem mortis matris, vel eius leuitatem inſpicias, à Venere & eius domino, à Luna & eius domino, à parte matrum & eius domino: nam quando hęc ab infortuna impedita fuerint, malam mortem ſignificant.

Ptolemæus vero dixit, quòd in ſtatu patrũ primò inſpicere debemus, in natiuitate diurna, à Sole & eius domino, à medio cœli, & eius domino. Et in natiuitate nocturna, à Saturno & eius domino, deinde à Sole & ei⁹ domino, & poſtea à quarta domo, & quærere almuten ſuper hæc loca, nam ille erit ſignificator vitæ patris: quo inuento, facies Athazir, aſpiciendo Solem in natiuitate diurna, ſi fuerit in aſcendente vel medio cœli, aut in vndecima, nona vel ſecunda domo, & aſpexerit ipſum aliquis ex planetis, qui in loco Solis aliquam dignitatem habuerit. Et ſi Sol non fuerit in aliquo locorum prædictorum, aſpice ad Saturnũ, diſcurrendo per dicta loca, & quòd aliquis planeta habens ibi dignitatem, cum aſpiciat, tunc facies ab eo Athazir ad radios fortunarum & infortunarũ. Et ſi in dictis locis Saturnus nõ fuerit, facias Athazir à gradu medij cœli, & poſt diuide illud quod ſignificat in annis ſuis, donec veniat de medio cœli ad illud in quo veniet Alcocoden, & cum fuerit ęqualis, pater illo anno morietur. In natiuitate vero nocturna incipies à Saturno, ſi fuerit in aliquo horum ſeptem locorum, videlicet in ſeptima domo, vndecima, decima, nona, quinta, quarta vel tertia: & ſi non fuerit in aliquo horum ſeptem locorum, & Sol fuerit in aſcendente, tertia, quarta, quinta, vel ſeptima, videlicet à gradu aſcendentis vſque ad 5. grad. ſub terra exiſtentes, tunc facies Athazir à Sole. Et ſi Sol non fuerit in aliquo dictorum locorum, tunc facies Athazir ex gradu domus patrum licet planeta habens ibi dignitatem eum aſpiciat vel non. Poſtea vide quod exierit de annis Athazir, & ſi cum annis Alcocoden æquale fuerit vel circa, pater illo anno morietur.

Dorochius vero dixit, quòd in natiuitate diurna aſpicere debemus ad Solem, & in nocturna ad Saturnum, & in vtraque, ad partem patrũ & eius dominum. cum ergo Sol natiuitate diurna exiſtente in aliquo angulorum vel ſuccedentium fuerit, & aliquis ex planetis habẽs in loco Solis dignitatẽ, & præcipue domum, exaltationem, triplicitatem vel terminum, fac ipſum Hyleg & planetã ipſum aſpicientem Alcocoden. Et ſi Sol non ſit aptus vt ſit Hyleg, aſpice Saturnum, & ſi ipſum in aliquo angulorum vel ſuccedentium inuenies, & aliquis ex planetis in loco ſuo dignitatem aliquam habens, ipſum aſpexerit, Saturnus erit Hyleg, & planeta ipſum aſpiciens Alcocoden: Deinde facias Athazir ab eo loco occaſionis. Et ſi acciderit quòd Saturnus ſit cadens, accipe partem patrum, quæ ſi fuerit in aliquo angulorum vel ſuccedentium & aſpexerit eum aliquis planeta, habens in loco ſuo dignitatem, dicta pars erit Hyleg, & planeta aſpiciens Alcocoden. Fac ergo Athazir ab ea ad fortunas vel infor

Digitized by Google

infortunas,& ſi dicta pars non ſit apta vt ſit Hyleg, accipe grad.4.domus.Et ſciendum eſt,quòd in nocte incipere debemus pro patre à Saturno, deinde à Sole, poſtea à parte patrum,& tandem à gradu quartæ domus.

Pro matre vero in natiuitatibus nocturnis, primo incipere debemus à Venere: poſtea à Luna: deinde à Venere:poſtea à parte matrum,& tandem à gradu decimæ domus. Ptolemæus tamen tam in natiuitate diurna,quàm nocturna,incipit à Venere & eius domino: poſtea à Luna & eius domino: & accipit Almuten dictorum locorum, & ponit ipſum Alcocoden. Sed in natiuitate diurna facit Athazir à Venere ad loca occaſionis: & in natiuitate diurna à Luna.

Quòd ſi luna fuerit hyleg, ſignificat vitam patris, & nati vitam: ita quod aliquando contingit, quod pater & natus vna hora moriuntur. Sed ſi natus fuerit malæ vitæ, id eſt, Si Sol fuetit hyleg, & debilis ac impeditus fuerit, dabit annos ſuos minores,niſi in propria natiuitate patris fuerit fortis, quia tum annos ſuos medios confert. Et ſi retrogradus fuerit,ac in angulo ab infortunis liber, & retrogradatio eius oppoſitione Solis trãſierit, annos ſuos minores dabit: Et ſi in ſuccedenti retrogradus fuerit, minuet tertiam partem annorum ſuorum minorum. Et ſi in cadenti retrogradus fuerit,minuet duas tertias eorum. Et ſi retrogradus & combuſtus,aut infortunatus fuerit,conuertet annos ſuos minores in menſes. Et ſi retrogradus,combuſtus,infortunatus,ac in ſuo caſu fuerit, pater hora natiuitatis morietur.

Sed Vbelides dictum generale, & abreuiatum protulit dicens. Aſpice primò pro patre domum quartam & eius dominum, partem patrum & eius dominum,Saturnum & Solem,& ſcias almuten ſuper hæc loca:nam ſecundum fortitudinem, & debilitatem eius,erit vita patris.

Pro matre verò aſpicias decimam domum, & eius dominum,partem matrum, & eius dominum, Lunam,& Venerem: & accipe Almuten ſuper hæc loca,& ſecundum huius ſtatũ de vita matris iudica.

Dixit Alambes quòd inuenerat Almuten ſecundum quod dixerat Vbelides, dando domino domus quicunque dignitates, domino exaltationis quatuor:domino triplicitatis tres: domino termini,duas:ac domino faciei, vnam: & planeta qui in dictis locis plures habuerit dignitates, erit Almuten.Hæc idem c.162.

## T E X T V S.

### Περὶ ἀδελφῶν.

Ο μὲν οὖν περὶ γονέων τόπος σχεδὸν καὶ ἀπὸ τούτων ἂν ἡμῖν γένοιτο καταφανής, ὁ δὲ περὶ τῶν ἀδελφῶν εἴ τις κἀνταῦθα τὸ καθόλου μόνον ἐξετάζοι, καὶ μὴ πέρας τοῦ δυνατοῦ τόν τε ἀριθμὸν ἀκριβῶς, καὶ κατὰ μέρος ἐπιζητοίη, λαμβάνοιτ᾽ ἂν φυσικώτερον ὅτε περὶ ὁμομητρίων μόνων, καὶ ἀπὸ τοῦ μεσουρανοῦντος δωδεκατημορίου. καὶ τοῦ μητρικοῦ τόπου, τουτέστι τοῦ περιέχοντος ἡμέρας μὲν τὸν τῆς ♀, νυκτὸς δὲ τὴν ☽, ἐπειδὴ περὶ τοῦτο τὸ ζῴδιον καὶ τὸ ἐπαναφερόμενον αὐτῷ γίνεται τῆς μητρὸς ὁ περὶ τέκνων τόπος ὁ αὐτὸς ὀφείλων εἶναι τῷ τοῦ γινομένου περὶ ἀδελφῶν. Ἐὰν μὲν οὖν ἀγαθοποιοὶ τῷ τόπῳ συσχηματίζωνται, δαψίλειαν ἀδελφῶν ἐροῦμεν, πρὸς τὸ πλῆθος αὐτῶν τῶν ἀστέρων στοχασμὸν ποιούμενοι, καὶ πότερον ἐν μονοειδέσι τυγχάνωσι ζῳδίοις ἢ δισώμοις. ἐὰν δ᾽ οἱ κακοποιοὶ καθυπερτερῶσιν αὐτῶν, ἢ καὶ ἐναντιωθῶσι κατὰ διάμετρον, ἀπαδελφίας εἰσὶ δηλωτικοί, μάλιστα δὲ κἂν τὸν ἥλιον παραλαμβάνωσιν. εἰ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν κέντρων ἡ ἐναντίωσις γένοιτο, καὶ μάλιστα τοῦ ὡροσκοποῦντος, ἐπὶ μὲν ♄ καὶ πρωτότοκοι, ἢ πρωτότροφοι γίνονται, ἐπὶ δὲ, ♂ θανάτῳ τῶν ὄντων ἀπαδελφοῦσιν. ἐπὶ μέντοι τῶν διδόντων ἀστέρων, ἐὰν μὲν καλῶς κατὰ τὸ κοσμικὸν τυγχάνωσι διακείμενοι, εὐσχήμονας, καὶ ἐπιδόξους ἡγητέον τοὺς διδομένους ἀδελφούς. ἐὰν δὲ ἐναντίως, ταπεινοὺς καὶ ἀνεπιφάντους. ἐὰν δὲ καθυπερτερήσωσι τοὺς διδόντας, ἢ ἐπενεχθῶσιν αὐτοῖς οἱ κακοποιοί, καὶ ὀλιγοχρονίους δώσουσι, τοὺς μὲν ἄρρενας οἱ κοσμικῶς ἠρρενωμένοι, τὰς δὲ θηλείας οἱ τεθηλυσμένοι. καὶ πάλιν τοὺς μὲν πρώτους οἱ ἀπηλιωτικώτεροι, τοὺς δὲ ὑστέρους οἱ λιβυκώτεροι. πρὸς δὲ τούτοις ἐὰν μὲν οἱ διδόντες τοὺς ἀδελφοὺς συμφώνως ἐσχηματισμένοι τυγχάνωσι τῷ

κυριεύοντι

κυριεύοντι τοῦ περὶ τῶν ἀδελφῶν δωδεκατημορίου, προσφιλεῖς ποιήσουσι μὲν διδομένους ἀδελφούς, ἐὰν δὲ καὶ τῷ κλήρῳ τῆς τύχης, καὶ κοινοβίους, ἐὰν δὲ ἐν τοῖς ἀσυνδέτοις τυγχάνωσιν, ἢ καὶ κατὰ τὴν ἐναντίαν στάσιν, φιλέχθρους, καὶ φθονερούς, καὶ ὡς ἐπίπαν ἐπιβουλευτικούς. λοιπὸν δὲ καὶ τὰ καθ᾽ ἕκαστον αὐτῶν εἴτις ἔτι πολυπραγμονοίη, συνεικάζοιτ᾽ ἂν καὶ ἐν ταῦτα πάλιν τοῦ διδόντος ἀστέρος ὑποτιθεμένου κατὰ τὸν ὡροσκοπικὸν λόγον, καὶ τῶν λοιπῶν ὡς ἐπὶ γενέσεως.

*De fratribus & ſororibus.* CAP. V.

EX prædictis igitur locum parentum probauimus. locum vero fratrum ſiquis inueſtigatione generali perſcrutetur, & ſua perſcrutatione quantitatem poſſibilem non prætereat, quæ ad inquirendam notitiam numeri fratrum veraciter eſſe poteſt: Rem fratrum qui eiuſdem matris ſunt naturali modo ſcire poterit ex ſigno medij cæli, aut loco matris. locum quidem dicimus, in quo Venus in die & Luna fuerit in nocte. At quia ſignum hoc & ſignum quod ad ipſum aſcendit locus matris ſunt quo res filiorum eius deprehenduntur, eum locum fratrem eſſe oportet. Huic ergo loco ſi Planetæ fortunæ in figura aſſociantur, fratrum multitudinem inde iudicabimus, huius autem exiſtimationem rei ex numero iſtorum planetarum aſſumemus. Conſiderabimus etiam ſi fuerit in ſignis vnius imaginis, vel duorum corporum: quod ſi planetæ infortunæ ſuper hunc locum eleuati fuerint, vel eũ ex oppoſitione aſpexerint, paucitatem fratrum indicabunt, maximè autem ſi Sol cum eis extiterit. Si verò fuerint in angulis, & propriè in aſcendente, fueritque planeta in iſtorum aliquo locorum exiſtens Saturnus, in virginibus & maioribus fratribus hoc eſſe ſignificabit. Si autem Mars fuerit, aliorum fratrum numerum per mortem abbreuiabit. Qualitas quidem planetarum qui ſunt datores fratrum ſi fuerit in poſitione conueniens, fratres potentes & exaltatos exiſtimemus oportet. Si autem in contrarium fuerit, imbecilles erunt & impotentes. At ſi planetæ infortunæ ſuper datores eleuentur, vel ſi eos ſequantur, breuis vitæ iterum erunt. Maſculorum datores ſunt planetæ maſculini in ſuis qualitatibus mundi, largitores autem fœminarum, ſunt fœminini in ſuis qualitatibus mundi. Orientales item primos largiuntur fratres, occidentales poſtremos. Rurſus cum in figura largitores aſſocientur ſigno rem fratrum ſignificanti ſocietate conuenienti, fratrum concordiam ſignificabunt, & ſi cum partes iterum fortunæ conuenerint, fratrum ſocietatem in ſuis rebus indicabunt. Si verò fuerint in ſignis nullam adinuicem ſocietatem habentibus, vel ſi qualitatem prædictæ qualitati contrariam habuerint, voluntatem fratrum ad diſcordiam & inuidiam ſignificabunt, & eos deceptores eſſe demonſtrabunt. Si quis autem vnamquamque rem fratrum pluſquam ſupradictum ſit, inueſtigando perſcrutari voluerit, ſatis hoc agere poterit, ſi loco aſcendentis largitores planetas conſtituerit, & tunc omnes eorum res quemadmodum in natiuitatibus facimus, obſeruauerit.

*COMMENTARIVS.*

IN doctrinæ ordine Ptol. fuerat pollicitus, ſe primo loco de iis tractaturum, quæ ante partum contingunt, vt ſunt quæ ad germanos fratres ſororéſque ſpectant: quoniã aliqua ante partum accidere, aliqua poſt partum dixerat, quorum in numero eſt ratio fratrum. nam qui primogeniti non ſunt, ſe maiores habent, & poſt ſe alios poſſunt habere. primogeniti vero ſe præcedentes minimè habent. Vltimi vero poſt ſe nullos habent. Pertractatiò ergo fratrum eſt triplex, primogenitorum ſcilicet, mediorum, & poſtremorum. Quæ quidem multas in ſe continet difficultates, cum ex variarum ſententiarum multitudine, tum ex rei ipſius confuſione. Quare vt noſtra commentaria ſint clariora, primo loco verborum contextum exponemus. Deinde quædam adnotanda proferemus, poſtremò dubitationes aliquot adducemus in medium.

Quòd ad primum ſpectat, hoc in capite Ptol. XII. cõcluſiones ſtatuit, quæ omnia cõplectuntur, quæ de geniti fratribus dici poſſunt. Prima autem concluſio eſt. Per vnius geneſim ad reliquorum fratrũ fata cognoſcenda deuenire poſſumus. Ad cuius declarationem, hanc Ptolemæus aſſumit conſtellationem. Locus medij cęli (qui in diurnis natiuitatibus eſt Martis ac Veneris locus) & ſigna, quæ ad hæc medij cæli loca aſcendunt, cum matrem ſignificent, ſequitur, vt ad filios quoque referãtur. Quare neceſſe eſt, cum filij eiuſdem ſint matris, hæc omnia percipi poſſe & haberi per loca, quæ ad ea I. Conclu.

r

aſcendunt, id eſt ad medium cæli, & ſignum, quod Venerē ſequitur. Hæc autem cõcluſio eſt ita declarada, Ptolemæus ab Aegyptiis, Perſis, Indis, & aliis omnibus Aſtrologis didicit, ſemper imum terræ, hoc eſt, quartum ab aſcendente locum, patrem deſignare: vnde etiã ſequitur, vt mediũ cæli matrem repræſentet. Quomodo autem id cõſequatur, perfacile eſt videre. nam cum cælum ſit ſphæricum, & aduerſæ in eo partes ſe inuicem ex diametro aſpiciant: imum autem terræ & cæli medium cum ſint extrema ipſius cæli, hinc fit vt quod per vnum eorum ſignificatur, facilè per alterum quoque deſignetur. Cuius ratio eſt, quia imum terræ reſpectu noſtri hemiſphærij, cum patri ſit cæli medium, & econtra, ſequitur, vt X. domus & quarta idem ambę ſignificent. Quare cum vir & vxor ſint ferè idē, ſi per imum terræ ea, quæ ad patrem pertinent, deſignantur, hinc fit, vt per cæli mediũ, quæ matris ſunt, delineentur: quoniam ſi medium cęli nobis patrem ſignificat, imum terræ matrem repræſentabit. Quare non abs re ab antiquis eſt factum, vt hæc loca vtroque parenti attribuerent. (Dubit.) Sed aliquis dicet, hinc efficietur, vt in vniuerſo cælo oppoſita loca ferè ſemper idem aut ſimile ſignificent. (Reſpon.) Ego id facilè conceſſerim: quia prima domus ſemper vitam ſignificat; ſeptima autem coniugiis præeſt: nam rerum ſpecies niſi per coniugia conſeruari nequit. Quare in vxoris geneſi per ſeptimam domum maritus innuitur: in viri autem geneſi ſignificatur vxor. Cum igitur ex diametro opponantur, idem ferè ſignificant. Idem de quinta, & XI. dici poteſt, quæ inter ſe diametrantur. ſignificant autem ambæ filios, vt lib. 4. habetur. Idem quoque affirmare de VI. & XII. poſſumus. XII. enim ſeruitutem, captiuitatem, labores, & calamitates alias portendit, vt in libr. primo eſt dictũ. Sexta autem ſeruos, morbos & alia huiuſmodi deſignat, de quo ſuo loco dicemus. Quare, vt eodem reuertamur, vnde diſceſſimus, optimo iure antiqui imum terræ ad patrem retulerunt, culmen aũt ad matrem, quę etiam per Venerem repræſentatur, cum eius ſit propriũ generare: domus autem quæ ei ſuccedunt, ſpuriis, ac legitimis filiis attribuuntur.

II. Conclu. Secunda concluſio eſt. Quando beneficæ ſtellæ aſſociãtur iis locis, qui fratres ſignificant, & cum eis beneficæ configurantur, certum eſt indicium, genitum plures habiturum eſſe fratres atque ſorores vt infra Ptol. dicet, ſecundum ſcilicet numerum Planetarum maſculinorum aut fœmininorũ. Quæ concl. facilè declarari poteſt: quia cum Iupiter, Venus & Luna ſint beneficæ ſtellæ, atque ad generationem, atque conſeruationem auctionemque ſpeciei faciant, nullamque afferant perniciem: ſignum igitur erit, ſi Iupiter vel Venus X. domum intueatur, præcipuè vero beneficis aſpectibus, vel ſit ibi per præſentiam, ſcilicet, vt Venus ſit in culmine, ſiue Iupiter illum locum aſpiciat ex trino, vel ſit in X. domo, vel ſit propè Venerem, ſi Venus fuerit in aliis locis, multitudinem fratrũ denotari.

III. Concl. Tertia concluſio. Aeſtimatio quantitatis ſeu multitudinis fratrum poteſt fieri ſecundum Planetas, aſſignata loca intuentes. Sed hoc verbum, æſtimatio, diligenter eſt ponderandum. nã ſimpliciter prolatum eſt abſurdum. nam hinc ſequeretur, vt genitus XI. fratres habere poſſit, non autem plures, quod eſt falſum. Ego enim decem habui fratres ſimul ac ſorores, cum tamen nõ tot ſint Planetas ſortitus, qui locum illum aſpicerent. Ergo falſum Ptolemæi dictum videtur: qui etiam aliud temerè abſque vlla obſeruatione aſſerit: quod eſt, Si contigerit aliquē eſſe in ſigno duplici, duos dabit fratres. Hoc ſimpliciter non eſt verum, nam experiẽtia eſt compertum, aliquos XX. habuiſſe fratres, aliquos XVIII. Sed ſecundum Ptolemæum numerus fratrũ non poteſt ſuperare XI. quia VII. ſunt Planetæ, & quatuor ſigna duplicia, ex quibus XI. fiunt. Quantũ ad alteram partem ex Abraham Iudæo accepi, ſigna humanã effigiem habentia, ſemper eſſe ſterilia, imo quicunque in ſua geneſi dominum quintę domus habent Iouem, & ſtellam natiuitatis in duplicibus ſignis, cum filios non generaturum Græcus ſcholiaſtes, & Iudæus aſſerunt hic Ptolomæum nõ verum, ſed propè verum dixiſſe. Sed tamen Gręcus huic concluſioni ſubſcribere noluit. Dicamus igitur & nos vnà cum eo, Ptolemæũ hic non verum, ſed propè verum eſſe locutum, nam ſi XI. duplicarentur, inde XXII. fierent, & ita fratrum numerus poteſt XI. excedere.

Quarta concluſio. Si Planetæ malefici fuerint eleuati ſuper hæc loca ex quadrato vel diametro, & cum eis fuerit Sol, fratrum paucitas ſignificatur, & eis vitæ breuitas portenditur. IIII. Conc. Cuius is eſt ſenſus. ſuperius ad Ptolemæi mentem diximus, decimam domum eſſe filiorum, & Venerem, & ſucceſſiuam domum. Punicus in ſuo commentario plura loca poſuit, nam decimam, vndecimam, quintam & quartam ſumpſit: in quo in eius nos quoque ſententiam diſcedimus. ſed id quod de ſuo adiunxit approbare nequimus: prima enim domus decimam, & quartam aſpicit, ergo nos hanc quoque capiemus: & quia ſecunda intuetur quintam & vndecimam, ſumpſit etiam ſecundam: item addidit ſeptimam & octauam, ita vt octo ſint domus, à quibus fratrum ſignificationes ſunt capiendæ. ſed neque his ille cõtentus, harum quoque domorum ſignificatores aſciuit: atque ita numerus in immenſum excreuit. Nos vero dicimus, in diurnis natiuitatibus ſufficere obſeruare locum Veneris, decimam domum, & ſigna ſuccedentia, id eſt, vbi Venus conſtituitur, & domum quæ eſt poſt ipſam, vel ſit angulus, vel ſuccedens, vel cadens, ſemper ſignum ſequens accipietur, quo ad motum primum pro loco fratrũ, ſi fuerint maleficæ ſtellæ, quæ aſpexerint vel ſignificatores, vel decimam domũ, vel Planetas alios, qui ſunt in illis ſuccedentibus in vndecima, & loco ſuccedenti Veneris, fratrum paucitatem ſignificant.

Quinta concluſio. Saturnus atque Mars ſua natura ſunt ſtellæ maleficæ, beneficæ verò Iupiter & Venus, & Luna deferens, & ſimpliciter Sol. V. Conclu. Ac Sol per præſentiam & quadratum & oppoſitum ſemper eſt maleficus, adde etiam per combuſtionem. (Quando Sol eſt maleficus.) Quare præclarè dixit Ptol. Quòd ſi fuerit cum eis Sol vel per præſentiam, aut aſpectum quadratum, vel diametrũ, maleficus erit. (Dubit.) Sed quiſpiã dixerit, quî fieri põt, vt cum Sol per ſe ſit maximè omnium beneficus, damnũ aliquod afferat, paternę vitæ mortem

Digitized by Google

tem irrogabit? ſi per Ptolemæum patrē ſignificat, quomodo nunc vim habet interficiendi: idem quoque de Saturmo & Marte poterit dubitari. cum enim ſint cæli partes, in quo nullus eſt error, præcipuè cum omnia à Deo ſint condita valde bona, vt habetur Gen. 1. videntur non poſſe nocere. Diximus, Solem ſemper ſua natura ad beneficentiam propendere, quia omnium eſt naſcentium pater: per immoderatum autem & vehementem agendi modum maleficus per accidens euadit, nam cū ad noſtrum verticem appropinquat, vrit, exſiccat, ac vaſtat omnia. hoc vero nō ex natura ſua operatur: sed quia materia hæc ſublunaris non eſt apta nata ad eius vehementes actiones excipiendas, non eſt mirum ſi in aliquo lædat. Saturnus autem materiæ ratione non eſt beneficus, nam lædit propter ſuam lucem, & immoderatam actionem, quia tanta eſt eius frigiditas, ſicut experimur, cum Sol ad capitis verticem accedit, non tamen calorem ſentimus, quia Saturnus iam ad Epicycli abſidem peruenit. omne verò agens magis in propinquum quàm in remotum agit. Experimur quoque in hieme frigus, quod ex Saturno prouenit, licet is per ſe ſit beneficus, cum cæli naturæ ſit princeps, eius tamen actio cum ſit vehemens, quæ à materia ſuſtineri nequit, aliqua incommoda afferat neceſſe eſt. Idem quoque de Marte eſt dicendum, qui non per ſe eſt maleficus, ſed quia nimis exſiccat, ſi cum Sole fuerit, omnia deuaſtat. Quare bene Ptol. dicit, cum Sol in his fuerit nati fratres interituros. Quod ego quoque in plurimorū geneſibus obſeruaui: vt eo anno quo Delphinus Regis Franciæ primogenitus eſt mortuus, in natiuitatem Franciſci Regis inſpexi atque in filiorum domo Solem inueni: is autem monitus fuerat à quibuſdā, vt filio ſuo caueret, obiit tamen ille, & reliqui omnes: quod propter Solis præſentiam eſt effectum. Quod etiam cuidam nobili viro meo familiari contigit, cuius geneſim examinaui, qui & filio ob eandem cauſam eſt orbatus. Pluráque huc poſſem exēpla citare, quę Solis damna declararent: ſed ad alia eſt properandum.

Reſpon.

VI. Concl. Sexta concluſio eſt. Quando ſtellę fratrum ſignificatrices fuerint benè conſtitutæ, tunc eorum nobilitatem, & exaltationem deſignant. Hoc autem ſic eſt intelligendum, cum fuerit examinatum an genitus ſit fratres habiturus, & an habeat, tunc eſt inueſtigendum, an ij ſint, vel futuri ſint clari ac nobiles necne: quod hac ratione fiet: primum dicemus, hos planetas fratres ſignificare, alios vero ſorores, ſi in ſuis domibus ſignificatores fuerint, illorum claritatem ac excellentiam denotant: ſi verò cōtingat illos planetas eſſe in ſuis exaltationibus, tunc aſſeuerabimus, genitum fratres habiturum, qui multis erunt honoribus cōdecorandi. Quod ſi in ſuis trigonis fuerint, domeſticos ſortientur, qui ad maximos eos honores promouebunt. ſic enim trigoni dignitas requirit. Si fuerint ſignificatores ī ſuis finibus, fratres maximè erunt opulenti. Quòd ſi orientalitatem habuerint, erunt fratres clari. hæc enim eſt dignitas à Ptolemæo aſſignata. Quòd ſi Solem benefico aſpectu fuerint intuiti, id argumento erit fratres maximam apud principes auctoritatem habituros, & ſuam operam eis nauaturos.

VII. Conc. Septima concluſio. Si contrà contigerit, planetas ſignificatores eſſe in ſuis detrimentis, ſeu in oppoſitis ſuarū domorū, fratres erunt obſcuri & ignobiles: quòd ſi fuerint in ſuis caſibus, id eſt defectionibus, ab honoribus deponētur, cadēt in infortunia, dedecore notabuntur. Quòd ſi fuerint extra fines, & peregrini, erunt pauperes. Et ſi malefico aſpectu Solem inſpexerint, Regi erunt exoſi, ita vt eorum aſpectum ſubire nequeat, & plurimis eos dānis afficiat.

VIII. Cōc. Octaua concluſio. Planetæ maſculi ſemper maſculos ſignificant in ſuis qualitatibus mundi. Et qā dicit, mundi, intelligendum eſt, planetas maſculos ſemper maſculos ſignificare: quia Iupiter ſemper eſt maſculus, & Saturn9 ſimiliter & Mars, atq; Sol, licet ſint in ſignis fœmininis, non quòd in cælo huiuſmodi ſint differentiæ (non enim in cælo eſſe poteſt ſexus, ſed hoc per proſopopœiam dicūtur planetæ maſculi, quia maſculos producunt.

IX. Cōclu. Nona concluſio. Si planetæ fuerint orientales, id eſt ſignificatores ipſi, erunt priorum fratrum ſignificatores, occidentales vero poſteriorum, ſemper enim orientalitas pręcedentiam adfert, vt occidentalitas tarditatem.

X. Conclu. Decima concluſio. Quod ſi ſignificatores per XI. concluſionem ſint inter ſe conciliati benefico aſpectu, mutuò ſe fratres amabūt: Si verò quadrato aſpectu, vel per diametrum ſe fuerint intuiti, odio ſe habebūt, ac mala ſibi inuicem inferent. Quòd ſi nullo pacto inter ſe concilientur, diuiſim alter ab altero habitabit, neque ſe amantes, nec etiam odio proſequentes, ſed quique rem ſuam agentes.

XI. Concl. Vndecima concluſio. Quòd ſi pro vltimo cū parte fortunæ ſignificatores nati conuenerint, fratres vnà vitam cōmunibus fortunis fruentes traducēt.

XII. Cōcl. Vltima concluſio. Si quis ad vnguem omes euentus perſpicere velit, id quod in præterito capite eſt præceptum, faciat. ſignificatores fratrum pro aſcendente ponat, & pro horoſcopo ad poli eleuationē ſupra circulum poſitionis Solis, & tunc ſecundum illam conſtitutionem omnes euentus præcognoſcet. Sed meo quidem iudicio ſatius fuerit, ad fratrum fata inſpicienda, eorum proprias natiuitates examinare. ita enim non ita facilè errori locus dabitur. Hæc ſunt, quæ Ptol. dicit.

Sed vt ea quæ ad fratres ſpectant, intelligamus, aliqua addere neceſſe fuerit. Hoc igitur primum ſit præceptum, ab Abohale deſumptum c. 3. & ab Arabe in natiuitat. 149. cap. Eſt autem huiuſmodi. Saturnus & Sol ſemper maiores fratres ſignificant. Iupiter & Mars medios. Mercurius aūt ſignificat minores. Luna ſorores priores deſignat, & Venus poſteriores. Item ſi ſignificatores in ſignis multæ prolis fuerint, multos fratres deſignabunt, ſi in ſterilibus, paucos, in ſignis autem duplicibus, nullos. Tertium præter regulas à Ptolemæo traditas, obſeruare debemus tertiam domum, eiuſque dominum, item partem fratrum, atque eius dominum. cum enim hi ſignificatores benè fuerint cōſtituti, claros, morigeratos ac ſtudioſos fratres ſignificāt. Ecōtra vero cū malè fuerint cōſtituti, ignobiles ac infames fratres denotāt. Quòd autem hæc ita ſe habeāt, exēplis comprobabo. In Hērici Gallorū Regis geneſi obſeruaui partē fratrū, q̄ fuit ī X. domo in duodecim gra. Capricorni, ī cuius diametro Hæc ſupra eſt poſita.

fuit Mars,eam enim ſauciabat ex diametro conſtitutus in imo terræ.obſeruaui prçterea dominũ tertiæ domus Mercurium,eumq; cadẽtem deprehẽdi in 12.domo in 24.gradu Piſcium.itemque eius antiſcium à Marte ſauciatum ex quadrato aſpectu. erat autem antiſcium in 7.gradu Libræ,Mars autem in 10.gradu Cancri.Hæc conſtellatio duplicata fratribus extremum exitium portẽdebat, quod re ipſa eſt comprobatum.

Vide ſupra eius natiuitatem.

Catherinæ eiuſdẽ Regis vxoris Geneſim inſpexi. erat autem in ea Luna domina tertiæ domus, Martiq; quadrangulabatur: erat etiam in 16. gradu Libræ, Mars autem ei quadrãgulabatur in Cancro in ſimili gradu,& pars fratrum erat in 10.domo coniuncta Saturno.duplex ergo erat infortuniũ.Quare hæc conſtellatio fratri mortem attulit.

Natiuitatem quoque Franciſci Iordani Vrſini examinaui, qui duos habuit fratres, Napuleonem ſcilicet & Hieronymum,qui ſanè quàm infeliciter perierunt.In ea animaduerti, tertiæ domus dominum Lunam quæ Marti diametrabatur. Luna autẽ in ſigno geminorũ erat,& quod peius aliquid ominabatur, ad oppoſitionem tendebat: quia erat in XVI.gr.Capricorni.In eadem geneſi dominũ partis fratrum diametratum inueni Saturno. Ecce duplex infortunium.Hæc igitur conſtellatio mortem miſeram fratribus intentabat. Quod & accidit: nã mutuo ſibi mortem intulerunt.

Eſt præterea à me quoque obſeruatum, ſi tertiæ domus dominus in prima domo fuerit, ſemper natu eſſe primum:quod eſt ab Arabe ſcriptum c.149. & à Sarcinator.cap.13.

His expoſitis,dubitatur,an verum ſit,nos per vnius fratris geneſim in eorum cognitionem, quæ cæteris fratribus euentura ſint, venire poſſe, tam quæ ad corpus ac fortunam pertinent, quàm quæ ad animum.Huius quæſtionis pertractatio magnã afferre poterit vtilitatem,ſed tamen plurimas in ſe

Dubit.

continet difficultates,ita vt vehementer me atque diu in ancipiti verſari coegerit.Sed vt quod ſit ſic probabilius tandem emergat, primo in vtranque partem eam ſtatui diſcutiendam.Deinde,quaſdam claras cõcluſiones ſtatuam: poſtremo quid in hac re tam dubia ſit tenendum declarabo.

Quò ad primum videtur non poſſe fata fratrum per vnius geneſim præcognoſci.ſi enim id fieri poſſet,vel obſeruatione vel ratione haberetur:neutrũ autem ſuccedit:Ergo &c.Nam ſi per rationem aliquam id veſtigari poſſet, vel per neceſſariam aut per probabilẽ:vtrunque autem eſt falſum. Antecedens probatur,nã ſi nobis huiuſmodi euẽtus innoteſceret,aliquod cauſarũ genus mediũ demonſtrationis ingrederetur. ſunt autem ea quatuor, vt 2. poſter.habetur,efficiens vero nequit eſſe.frater enim fratrem non generat.

Quòd autem nec materia,non mater,non frater in hominis generatione materiam ſuppeditat, nec eadem quæ in vnius generatione eſt ſubſtrata,in alterius quoque ſubſternitur.Sed neque forma, nam ea demonſtrationes tantum mathematicas aut metaphyſicas ingreditur.Finalis etiam nõ poteſt eſſe: nam vnus eſt tantum totius ſpeciei finis, ſed diuerſus eſt finis indiuidui vnius & alterius.Ergo ꝑdicta cognitio nullo pacto põt haberi per neceſſariam rationem.Sed nec per probabilem, nã hæc ab aliqua coniectura procedat,neceſſe eſt.Reſpondebit quiſpiam,id fieri poſſe, perinde atque per germen alicuius arboris alterius germen noſſe poſſumus,vt ſi vnum ramum florere videmus,idem quoque de aliis affirmemus licet,cũ omnes ſint à ſtipite auulſi: ita de fratribus dicemus, cum omnes ab vno patre & matre pullularint, & ſint auulſi. Ergo vnius fratrum notitia nos poterit in aliorum cognitionem adducere.Hæc autem ratio & ſi in ſpecie valeat, in indiuiduis autem nullum locum habet:nã vno germine flores emittente, non eſt neceſſe vt alterum idem quoque faciat.põt enim areſcere, ſed tamẽ ꝑ filiorum euentum, ad parentum fata cognoſcenda peruenire poſſumus. filius enim eſt patris effectus, ſed aliquis poterit id quod dictum eſt (nempe, qui habet dominum primũ triplicitatis tertiæ domus in prima,fore primogenitum) refellere ex obſeruatione natiuitatis Napuleonis Vrſini, in qua dominus triplicitatis primç domus Lunam habuit in tertia domo,quæ domina triplicitatis primæ domus erat.Venus autem erat in IX. domo: hic nullus eſt planeta angularis,& tamen is fuit primogenitus,ergo tradita regula eſt falſa.Itẽ ex obſeruatione natiuitatis Laurẽtij Medices,ducis Vrbini,q̃ fuit Petri primogenitus, huic aũt Sagittarius aſcendit,& primus dominus triplicitatis horoſcopi erat Sol in IX.domo cæli.fuerat enim natiuitas diurna: Ergo regula falſa. Præterea Delphinus Regis Franciſci primogenitus habuit aſcendens Taurum,& dominus aſcendentis non erat in prima, nec dominus triplicitatis primæ domus ſcilicet Venus in angulis,ſed cadens.Ergo regula falſa.

Vide ſupra eius geneſim.

Hæc ſupra eſt poſita.

Vide ſupra in capite præterito.

Contra aliam partem afferri poteſt obſeruatio ex geneſi Henrici Regis Galliæ,in qua dominus triplicitatis primæ domus erat in prima, & tamen is nõ fuit primogenitus.Ergo fallit regula. Quinetiã eius vxor Catherina habet aſcendens VI.gr.Tauri, & Venus eſt domina triplicitatis primæ domus in prima domo, & tamen non fuit primogenita. Ad hæc Leo X.natus eſt,oriente Sole,aſcẽdit ei XXIII. gr.Sagittarij, & dominus triplicitatis primæ domus,ſcilicet Sol erat in prima, & tamen non fuit primogenitus.

Vide ſupra eius geneſim.

Vide c.2.li. 3,quad.

Sed tamen in contrariam partem multas habemus probabiles rationes, & obſeruationes. Rationes ſunt:Omnes Aſtrologi Babylones,Aethiopes, Aegyptij,Indi,Arabes, Græci & Latini priſci pariter ac recentiores in hoc conſpirant, quod per vnius fratrum geneſim,aliorum euentus præcognoſcere valeamus. Quod autem eſt ita tritum,& omnium opinionibus verſatum,maximam habet veri ſimilitudinem Deinde ſi accidentia in cauſarum cognitionẽ ducũt.Sed inueniũtur multi fratres adeo inter ſe ſimiles,vt vix diſtingui poſſint,ergo neceſſe eſt ambos in ſua genitura eandem habere cauſam.Quo ad obſeruationes,Ego Alphonſi Neapolitani Regis geneſim inſpexi, cuius aſcendens fuit XX.grad.Scorpionis:fuerat enim diurna, & in prima domo erat Venus, triplicitatis domina. Is fuit primogenitus.Examinaui quoque quatuor natiuitates quatuor Ferrariæ Ducum.

INTER




*Herculis I. ducis Ferrariæ geneſis*

INTER quos Hercules primus Cancrum aſcendentem habuit, & primum quoque dominum triplicitatis primæ domus in ſeptima, ſcilicet Martem: fuit enim natiuitas nocturna. Is autem fuit primogenitus. Alphonſi eius filij hic Geneſim appoſui.




*Alphonſi primi Ferrarienſis ducis Natiuitas.*

IN ea aſcendens fuit Aquarius, & dominus fuit primus triplicitatis Mercuri', quia geneſis fuit nocturna. erat enim Mercurius in ſeptima domo, & fuit primogenitus, & tamen dominus triplicitatis in prima domo non fuit.




*Herculis ſecundi Ferrarienſis ducis Natiuitas.*

Tertii quoque ducis natiuitatem ſubiunxi, ſcilicet Herculis ſecundi.

Ea habet intermedium cæli, & aſcendens Saturnum, quia eſt dominus triplicitatis primæ domus, quoniam ei libra aſcendit, & fuit primogenitus.




*Alphonſi 2. ducis Ferrariæ Natiuitas.*

Qvarta autem Geneſis quam examinaui eſt viuentis principis, ea eſt huiuſmodi.

Hæc cum habeat Mercurium in horoſcopo, inclinabitur ad habendũ maximum ingenium intellectum, & bonam rationem: Fuit tamen primo genitus Herculis 2. Ducis Ferrariæ: quamuis Mars primus dominus triplicitatis horoſcopi reperiatur in octaua cæli domo.

Franciſcus Mantuæ Marchio primũ filium ſuſcepit, qui Geminos in aſcendente habet, & ibi eſt Mercurius. Obſeruaui quinetiam Coſmi primi Geneſim, qui oriente Sole eſt natus, fuit domin⁹ triplicitatis ipſe Sol, quia ei aſcendit Aries, in quo Sol erat, Iupiter autem in angulo ſeptimę erat, ideo fuit primogenitus. Is Petrum genuit, qui Solem habuit dominum tertiæ domus in prima domo: ideo fuit primogenitus. Item Laurẽtius Medices primus Leonem habuit in aſcendente, & quia diurna fuit natiuitas, Sol erat dominus triplicitatis primæ domus in prima, & ipſe fuit primogenitus Petri. Obſeruaui quinetiam in Geneſi Petri eius filij, qui habuit Almuthen tertiæ domus in prima, ac proinde fuit primogenitus.

Vide ſupra

Vide ſupra

I. Conclu.

His ita ſe habentibus, hanc primam concluſionem ſtatuo. Accidentiũm ac euentuum notitia, qui attingunt corpus, fortunas aut animum fratrum nõ poteſt haberi diſtincta atque clara per vnius eorum Geneſcos inſpectionem. Quare ea non ſcientia eſt dicenda propriè, ſed potius coniectura quædam: ex ſupradictis patet concluſio.

II. Conclu.

Secunda concluſio. Multa communia & vniuerſalia, (verbi gratia paucitatem, aut pluralitatem fratrum) per vnius eorum natiuitatem conijcere poſſumus. Hoc per ea, quæ dicta ſunt eſt manifeſtum. Ego autem id ſaltem in natiuitate mei præceptoris obſeruaui, quia propter Saturni diametrationẽ ad dominum tertiæ, qui erat diſpoſitor fratrum in angulo, priorum fratrum ſuorum eſt mors ſignificata.

III. Concl.

Tertia concluſio. Quicunque habuerit aut dominum

minum tertiæ domus in prima, aut dominum triplicitatis aſcendentis in prima, is eſt primus.

Pro rationum, quæ huic opinioni refragantur, ſolutione dico, quod id nomen, Primum, eſt nomē æquiuocum, ratio autem ex Ariſtot. accipi poteſt 5. Metaph. eo ſignificari originis primitatem, interdū vitæ primitatem, quandoque excellentiam ac nobilitatem quandam: Ex qua diſtinctione omnia obiecta diſſoluere poſſumus: quia qui habet dominum tertiæ domus in prima, vel dominum triplicitatis in prima, reliquos fratres præcedit, aut origine, vel vita, aut vitam ducet diuturniorem, vel eis nobilitate antecellet, & quandoque omnia habebit: quod in multis animaduertere poſſumus: quia Henricus Rex Franciæ ſi non origine, eſt tamen prior vita, & excellentia ſuo fratre. Item Leo x. licet non fuerit primogenitus, tamen fratribus longè dignitate præſtitit. Item Catherina Franciæ Regina nonne vita & dignitate ſuum fratrem ſuperauit? eſt &, quòd ad matrem ſpectat, primogenita.

ITEM ego licet ordine nonus fuerim filius, attamen cæteris ſuperſtes fui, habeo enim dominum tertiæ in prima domo, & eis ſum notior.




Et ita patet, quomodo decidenda ſit quæſtio, nam vtriuſque partis rationes concludunt, non poſſe certam aliquam ſcientiam haberi, ſed tenuem quandam coniecturam. Quando verò dicitur de ſimilitudine & alijs, q̄ quandoque ſunt inter ſe fratres ſimillimi, concedo: ſed dico, poſſe nos confuſim & adumbratè de fatis fratrum prognoſticari, vt de paucitate aut eorum multitudine. Et eſt notandum, quando tertia domus fuerit infortunata, futurum eſſe ſemper vt aliquod infortunium fratribus contingat. Regula eſt, quæ nunquam fallit, niſi fortè per miraculum. Poſtremo eſt dicendum, nullum habere robur hanc conſequutionem, hic non habet dominum tertiæ domus in prima, neque dominum triangularitatis in prima, ergo non eſt primogenitus: neganda eſt conſequutio: valeret autem ſi diceretur, hic habet dominum tertiæ in prima, aut dominum triplicitatis, ergo aut origine, aut vita, aut nobilitate eſt prior, non è contra.

Hæc ſunt, quæ ſe mihi in ita intricata quæſtione dicenda obtulerunt, quòd ſi quis certiora attulerit, libenter ex eo didicerim.

### *Arabes quid de fratribus & ſororibus conſiderent.*

Aſtrologi, qui particularia ſcrupuloſius ſcrutantur, in conditione fratrum multa conſiderant, ſine veris rationibus, vtrum natus ſit primogenitus, an verò ſe natu maiores habeat: vtrum ſolus ſit, an verò plures fratres ſororeſque habeat: an amiſerit aliquos & ſimilia quàm plurima, quibus Arabum ſcripta abundant. Quare viſum eſt ad curioſorum auiditatem ea in re explendam, ex Albubatris ſententia ſubiungere quid illi de hoc & ſentiant, & ſcribant.

*Capitulum in tertia domo, ſeu in re fratrum ex Albubatris ſententia.*

Sapientes antiqui rem fratrum ex multis locis aſpiciũt, videlicet ex tertia domo, & eiꝰ domino. Ac ex parte fortunæ, & eius domino.

Ex parte fratrum & eius domino.

Ex parte fortunæ & eius domino.

Necnon ex Saturno, Ioue, Marte, Sole, Venere, Mercurio & Luna, & planeta in tertia domo exiſtẽte. Nam per tertiam domum & eius dominum ſciemus, vtrum natus plures fratres habebit, vel vtrum ſolus erit.

Pars fortunæ & eius dominus, fortunam fratrum & eorum infortunium, eleuationem & depreſsionem indicat.

Sol & Saturnus, fratres magnos ſignat. Iupiter & Mars, medios. Mercurius, paruos. Luna, Sorores magnas, & Venus paruas.

Quando volueris ſcire vtrum natus ſit primogenitꝰ an non, quando dominus triplicitatis aſcendẽtis in aſcendente fuerit, natus fuit primogenitus. Et ſi in medio cœli fuerit, erit primus aut quartus. Et ſi in ſeptima fuerit, erit primus aut ſeptimus. Similiter ſi inter aſcendens & medium cœli aliquem ex planetis non inueneris, natus erit primus.

Vtrum natus ſit primogenitus an non.

Quando dominus triplicitatis aſcẽdentis in natiuitate diurna in aſcendente fuerit, natus erit primus, qui de fratribus ſanabitur, eo quòd hi qui ante fuerint, morientur.

Quando Sol in aſcendente fuerit, natus erit primus, & diminutionem ac paucitatem fratrum videbit.

Quando dominus domus fratrum in aſcendente fuerit, natus erit ſolus ſine fratribus. Et ſi in ſigno multorum filiorum fuerit, & fortuna eum aſpexerit, natus multos fratres ac ſorores habebit.

Quando caput Genzaar in quarta domo fuerit, & Iupiter, Sol & Venus cũ Luna fuerint, aut ipſam aſpexerint, natus erit multorum fratrum & congaudebit.

Quando pars fratrum in aliquo angulorum fortis ac fortunata fuerit, natus fratres magnæ potentiæ habebit.

Quando dominus partis fratrum in ſigno multorum filiorum fuerit, natus erit multorum fratrum. Et ſi ſub terra fortis fuerit, natus fratres maiores ſe habebit.

Quando Iupiter, Venus, & Mercurius in bono & forti loco fuerint, ac in ſignis fœmininis, natus ſorores habebit.

Quando dominus domus fratrum in bono loco & orientalis fuerit, & fortuna ipſum aſpexerit, natus fratres habebit.

Quando dominus triplicitatis Martis in ſigno multorum filiorum fuerit, natus erit multorum fratrum.

Quando Luna domina tertiæ domus fuerit, natus multarum ſororum erit.

Quando dominus tertiæ domus, & dominus partis fratrum in aſcendente vel medio cœli fuerit, natus fratres habebit. Et ſi in ſignis ſterilibꝰ fuerit natus fratribus carebit. Et ſi vna pars ipſorũ in ſignis aqueis fuerit, & alia in ſterilibus, mediocrem fratrum numerum ſignificat, & de hoc ſecundum proportionem planetarum eſt iudicandum.

Quando pars fratrum in ſigno maſculino fuerit, & Mars in aſcendente, natus fratres ſine ſororibus habebit. Et ſi econtra fuerit, econtrarium iudicabis. Et ſi vna pars ſit in ſigno maſculino, & alia in fœminino, natus fratres & ſorores habebit.

Quãdo Venus domina tertiæ domus, ac in ſigno fœminino fuerit, natus ſorores maiores ſe habebit. Et idem iudica quando Luna à Marte fuerit ſeparata. Et ſi Venus (ſicut de Luna dixi) fuerit, natus ſorores maiores ſe habebit.

Quando planeta, qui teſtimonium planetarum coniungit, & qui fratres & ſorores ſignificat, in bono ac forti loco, & in circulo ſuo aſcendens fuerit, additionem & multitudinem fratrum ac ſororum indicat. Hæc Albubater cap. 148.

*De paucitate fratrum.*

Qvando primus & ſecundus triplicitatis domini aſcendẽtis in tertia domo fuerit, natus fratribus carebit, & ſi quos habuerit, morientur ante ipſum.

Quando Saturnus, Mars & Sol in ſignis fœminis, ac in locis cadentibus fuerint, mortem fratrum ſignificat.

Quando Mars & dominus tertiæ domus, ac dominus partis fratrum ſub radiis Solis fuerit, omnes fratres nati ante eum morientur. Et ſi omnes tres hoc modo nõ fuerint, vna pars fratrum viuet, & alia morietur, ꝑſertim ſi in loco illo infortunatꝰ fuerit.

Quando pars fratrum cum Saturno iuncta fuerit, aut in quadrato vel oppoſito eius aſpectu, & fortunæ eam non aſpexerint, mortẽ fratrũ nati ſignificat.

Quando pars infortunæ partem fratrum infortunauerit, erit mors in ſororibus.

Quando Venus domina tertiæ domus exiſtens infortunata fuerit, paruę nati ſorores morientur. Et ſi loco Veneris Luna fuerit, ſorores maiores morientur.

Quãdo Saturnus vel Sol infortunatus fuerit, fratres nati maiores moriẽtur. Et ſi Iupiter infortunatus fuerit, fratres nati medij morientur. Et ſi aliqui infortunati fuerint, & alij non, pars vna fratrũ morietur, & altera ſanabitur.

Quando infortunæ inter aſcendentem ſecundæ & quartæ domus infortunatæ fuerint, natus fratribus carebit, nec matri filius naſcetur niſi mortuus.

Quando dominus triplicitatis aſcendentis ſub terra fuerit, & infortunæ ipſum ĩfortunauerint, fratres nati morientur. Et idem iudica, ſi infortunæ in aſcendente & medio cœli fuerint.

Quando Venus cum Saturno ſub terra fuerit, ſorores nati morientur.

Quando pars fratrum in domo Martis fuerit, & infortunæ eam malo aſpectu aſpexerint, parui nati fratres morientur. Et ſi Sol vel Saturnus dominus illius partis fuerit, moriẽtur maiores. Et ſi Iupiter, vel Mars dominus illiꝰ partis fuerit, aut illa pars in eorum domibus, nati medij fratres morientur.

Quãdo Luna à Saturno ſeparata Ioui alligauerit, maiores nati fratres moriẽtur. Et ſi Venus loco Lunæ fuerit, minores morientur.

Quando dominus domus fratrum orientalis exiſtens in ſecunda domo, & in aſpectu fortunæ fuerit, na-

Digitized by Google

rit, natus res fratrum hæreditabit.

Quando dominus partis fratrum, in dignitate ſua, ac in ſecunda domo fuerit, & dominus eius fortis, & dominus aſcendentis infortunatus, fratres nati ipſum hæreditabunt. Hæc idem cap. 149.

*De fortuna nati cum fratribus.*

QVando dominus tertiæ domus de ſub radiis apparens, in bono loco ac in aliqua dignitatum Lunæ fuerit, & Luna in eodem ſigno, & infortunæ à domino tertiæ domus ſeparatæ, & etiam à Luna, natus proficuum à fratribus habebit, & ipſi ab eo, quia vnius ſtatus, & habebit vnus ab altero bonum & honorem.

Quando planeta multi teſtimonij fuerit ſignator fratrum, & aſpexerit Hyleg, bono aſpectu, nati conuenientiam fratrum, & dilectionem inter eos ſignificat.

Quando dominus tertiæ domus in bono loco, & in aliqua dignitatum ſuarum fuerit, natus gaudium ex fratribus habebit, & eum amabunt.

Quando pars fortunæ in 3. domo fuerit, & dominus dictæ partis fortunæ, ac in bono loco, dilectionem fratrum & profectum nato portendit.

Quando pars fratrum in 3. 9. vel 11. domo fuerit, & fortunæ ipſam aſpexerint, benignitatē inter fratres, & profectum vnius cum altero indicat.

Quando dominus partis fratrum ſuam à domino aſcendētis vim pulſauerit, fratres nati ipſum honorabunt, ipſumque præponent, & erunt in obediētia ac protectione illius.

Quando pars fratrum in domo filiorum fortunata fuerit, natus fratres minores ſe habebit, & erunt ſub eius protectione.

Quando pars fratrum in 2. domo fortunata fuerit, vita fratrum ex nato proueniet, ac eis ex bonis ſuis largietur.

Quando dominus domus ſubſtantiæ domino domus fratrum vim pulſauerit, fratres nati occaſione ipſius pecuniam habebunt, maximè ſi dictus ſubſtātiæ dominus fortuna fortunatus fuerit, & dominum domus fratrum receperit.

Quando Mars in domo vel exaltatione ſua fortunatus fuerit, & partem fortunæ bono aſpectu aſpexerit, natus ex parte fratrum ſuorum profectum habebit. Hęc idem cap. 150.

*De inimicitia fratrum.*

QVando dominus domus fratrum in duodecima domo peregrinus ac infortunatus fuerit, fratres nati erunt ei inimici, & ipſe eis, & malum ei facient, & ipſe eis.

Quando Saturnus in tertia domo peregrinus fuerit, & Mars eum malo aſpectu aſpexerit, erit inter fratres & ſorores inimicitia, & natus eis inimicabitur.

Quando Iupiter retrogradus exiſtens in tertia domo cum cauda Draconis & Saturuo fuerit, natus occaſione fratrum malum habebit.

Quando pars frarum in ſeptima domo cum infortuna fuerit, fratres nati ei inſidiabuntur, & nitentur eum deſtruere.

Quādo Saturnus, Mars, Sol & Luna ſe malo aſpectu aſpexerint, fratres nati & ipſe adinuicem ſe interficient.

Quādo Taurus vel Luna in tertia domo, & Mars eam malo aſpectu aſpexerit, & dominus tertiæ domus infortunatus ac in malo loco fuerit, nato dāna euenient, & fratres eius quærent ipſum interficere, niſi à fortuna protectus fuerit.

Quando dominus tertiæ domus infortunatus, & peregrinus in ſexta domo fuerit, & in tertia domo infortunatus, mala & damna à fratribus recipiet.

Quādo dominus tertiæ domus in aſcendēte fuerit, aut gradu aſcendentis bono aſpectu aſpexerit, erit amicitia perfecta inter natum & eius fratres, & ſi ex malo aſpectu eum aſpexerit, erit inter eos odium & ira.

Quando Mars peregrinus exiſtens, gradum aſcēdentis, aut eius dominum malo aſpectu aſpexerit, natus cum fratribus ſuis præliabitur.

Quando Cancer vel Capricornus aſcendens fuerit, natus cum fratribus ſuis litigabit. Et ſi Aries vel Libra aſcendens fuerit, natus erit occaſio ſuæ mortis, & renouabuntur ſibi lites in terra aliena, aut cū hominibus hoſpitātibus. Et ſi Taurus vel Scorpius aſcendens fuerit, natus cum mulieribus litem habebit, & ſubſtantiam de terris conſequetur, ſed plurimi amicorum ſuorum morientur. Et ſi Gemini aut Sagittarius aſcendens fuerit, fratres nati ſubſtantiā eius deſtruent, & plures filiorum ſuorum erunt inimici eius. Hæc idem cap. 151.

*De infortunio & caſu fratrum.*

QVādo dominus domus fratrum infortunatus fuerit, & cū hoc retrogradus, ac in malo loco exititerit, & pars fratrum in ſecunda domo ſub radiis Solis infortunata, fratres nati infortunati, & quidā ex eis incarcerabuntur aut chronicam ægritudinē patientur. Et ſi dicta pars in ſexta domo à Saturno infortunatur, fratres nati ſerui erunt.

Quando pars fratrum in domo itineris infortunata fuerit, & dominus eius etiam infortunatus, extraneitatem fratrum nati, & ab eo ſeparationem ſignificat.

Quando dominus aſcendentis, & dominus partis fratrum, non aſpexerint, & dominus partis fratrum ſimiliter ipſam partem non radiauerit, fratres nati ſeparabuntur, & non coniungentur.

Quando pars fortunæ in tertia domo cum infortuna iuncta fuerit, aut infortunam malo aſpectu aſpexerit, laborem fratrum nati, & eorum caſum, laborem, & miſeriam portendit.

Quando planeta in re fratrum multa teſtimonia habens infortunata fuerit, ac in malo loco, fratres nati erunt laborioſi.

Et ſi numerum fratrum ſcire volueris, aſpice dominum triplicitatis aſcendentis, & ſi inueneris ipſum ſuper terram, computa ab ipſo vſque ad aſcendens, & quot inter eos fuerint, tantus erit fratrum numerus, & pro quolibet ſigno communi computa duos fratres. Et ſi dictus triplicitatis dominus ſub terra fuerit, computa ab aſcendente, vſque ad ſignū in quo eſt, & quod exierit, erit numerus fratrū.

Quod ſi ſignum fratrum commune fuerit, & eius dominus in ſigno communi, natus fratres habebit, qui non erunt de vno patre, & vna matre, ſed erunt de ſuo

Digitized by Google

de ſuo patre tantum, aut de ſua matre tantum.

Aſpice etiam dominos triplicitatis domus fratrum, ſi fuerint cum parte fortunæ, & dominus dictæ partis fortis, ac in bono loco, nam tunc fratres nati bonam famam, eleuationem & celſitudinem habebunt.

Scias tamen quòd primus triplicitatis dominus ſignificat maiores fratres, ſecundus medios, & tertius minores. Iudica ergo de ſtatu fratrum ſecundum dictorum dominorum fortitudinem vel debilitatem, fortunium & infortunium.

Dixit Albucaic: Quando dominus domus fratrũ in gradum domus patrum ceciderit, & dominus illius loci planeta maſculus, ac in ſigno & gradu maſculinis fuerit, fratres ex parte patris ſignificat. Et ſi ille planeta fuerit Venus, & in ſigno aut gradu fœmininis, ſorores ex parte patris indicat. Hæc idẽ capit.152.

## TEXTVS.

### Περὶ ἀρρενικῶν καὶ θηλυκῶν.

Ἐπ' ὄψιν ἤδη, καὶ τοῦ περὶ ἀδελφῶν λόγου κατὰ τὸν ἁρμόζοντα τῷ φυσικὸν τρόπον ἡμῖν ἐπισεγονότος, ἑξῆς ἂν εἴη τῶν κατ' αὐτὴν τὴν γένεσιν ἄρξασθαι, καὶ πρῶτον ἐπιδραμεῖν τὸν περὶ ἀρρενικῶν τε καὶ θηλυκῶν ἐπιλογισμόν. θεωρεῖται δὲ οὗτος οὐ μονοειδῶς, οὐδ' ἀφ' ἑνός τινος, ἀλλ' ἀπό τε τῶν φώτων ἀμφοτέρων, καὶ τοῦ ὡροσκόπου, τῶν τε λόγον ἐχόντων πρὸς αὐτοὺς ἀστέρων, μάλιστα μὲν κατὰ τὴν τῆς σπορᾶς διάθεσιν, ὁλοσχερέστερον δὲ τὸ κατὰ τὴν τῆς ἐκτροπῆς. τὸ δ' ὅλον παρατηρητέον, πότερον οἱ προειρημένοι τρεῖς τόποι, καὶ οἱ τούτων οἰκοδεσποτοῦντες ἀστέρες ἢ πάντες οἱ πλεῖστοι τυγχάνουσιν ἠρρενωμένοι, πρὸς ἀρρενογονίαν ἢ τεθηλυσμένοι, πρὸς θηλυγονίαν. καὶ οὕτως ἀποφαντέον. διακριτέον μέντοι τούς τε ἠρρενωμένους καὶ τοὺς τεθηλυσμένους καθ' ὃν ὑπεθέμεθα τρόπον, ἐν ταῖς πινακικαῖς ἐκθέσεσι ἐν ἀρχῇ τῆς συντάξεως, ἀπό τε τῆς τῶν δωδεκατημορίων ἐν οἷς εἰσὶ φύσεως, καὶ ἀπὸ τῆς αὐτῶν τῶν ἀστέρων, καὶ ἔτι ἀπὸ τῆς πρὸς τὸν κόσμον σχέσεως. ἐπειδήπερ ἀπηλιωτικοὶ μὲν ὄντες, ἀρρενοῦνται, λιβυκοὶ δὲ θηλύνονται. πρὸς δὲ τούτοις ἀπὸ τῆς πρὸς τὸν ☉ ἑῷοι γὰρ ὄντες πάλιν ἀρρενοῦνται, θηλύνονται δὲ ἑσπέριοι, δι' ὧν πάντων, τὴν κατὰ τὸ πλεῖστον ἐπικράτησιν τοῦ γένους προσήκει καταστοχάζεσθαι.

*De maſculinis & fœmininis.* CAP. VI.

POſtquam naturali calle fratrum enarrationem explanauimus, quod in ipſo nato cõtinget, ſubiungamus oportet, & maſculorum fœminarumque conſiderationem primitus indicemus, cuius obſeruatio nõ vnius modi eſt, nec ab vna re, ſed ab vtroque luminari, & ab aſcendente, necnon à planetis in hoc auctoritatem habentibus accipitur, hoc autem ex qualitate qua hora caſus ſpermatis fuerit, propriè deprehendemus. In vniuerſali vero modo, per qualitates hora natiuitatis apparentes hoc indicabitur, nobis quoque generaliter obſeruare conuenit, ſi hæc tria loca præfata, & planetæ eis omnibus vel pluribus dominantes maſculini fuerint, quia natus erit maſculus: & ſi fœminini fuerint, erit fœmina, & ſecundum hoc ſupra natum iudicabimus. oportet etiam vt loca & planetas maſculinos ac fœminos conſideremus, quemadmodum in huius libri principio monſtrauimus. demonſtrauimus inquam ex naturis ſignorum in quibus fuerit, & ex naturis ipſorum planetarum, necnon ex eorum qualitatibus reſpectu mundi: cum orientales namque fuerint, maſculinizant, fœminizant vero, cum occidentales extiterint. Item ex eorum qualitatibus reſpectu Solis, maſculinizant: namque cum matutinales fuerint, veſpertinales exiſtentes fœminizant. Ex his igitur omnibus quod genus in nati conſtitutione ſecundum maiorem partem incurrit, conijciamus oportet.

## COMMENTARIVS.

EXpeditis illis quæ præcedebant in partu, conſequenter facit enarrationem eorum quæ cõtingunt nato in partu, & cum in lucem datur, & vt poſſumus ex ordine ipſius accipere, ſunt tria quæ pertinent ad natum in hora genituræ: ſcilicet, quando datur in lucem, vt præuideamus an maſculus ſit, vel fœmina.

Secũdo loco, an ſit futurus vnus tantũ, an plures.

Tertio loco, an is qui datur in lucem ſit homo, vel figura monſtruoſa. Et in iſto ſexto capit. pertractat ea quæ pertinent ad maſculinitatem, ſeu ad ſexum maſculi, vel fœminæ, & ponit quinque concluſiones.

Prima concluſio eſt æſtimatiua. Expoſitis enim accidentibus contingentibus circa fratres nati, cõſequens eſt, vt declaremus, an proles ipſa futura ſit I. Conclu.

mas, vel

Digitized by Google

mas,vel fœmina.Eſt igitur hæc concluſio prima æſtimatiua.

II. Cõclu. Secunda concluſio in ordine eſt, quòd ad id cognoſcendum neceſſe eſt vt obſeruemus horoſcopum & locum Solis & Lunæ, & diſpoſitiones eorũ planetarum, qui plures habuerint iuriſdictiones in his locis:per hęc enim tria loca poterimus cognoſcere an mas ſit,vel fœmina futurus.

III. Cõcl. Quapropter ingerit tertio loco aliam concluſionem,ſcilicet, quod hanc cognitionem lucidius habere poſſumus per horam natiuitatis: & hæc notitia in vniuerſali habetur. Hæc concluſio patere poteſt ſic: quia vt diximus in principio in rectificatione natiuitatum, quod illud in ſcientia eſt primum principiũ naturale hominis per quod accipit eſſe: & quia Ptolemæus ibi declarauit quòd in caſu ſpermatis poſſumus excerpere cõplexionem corporis nati: quare poſſumus cognoſcere debilitatẽ & fortitudinem corporis:& alia accidentia,quę pertinẽt etiam ad animam. Si quis ergo poſſet habere conceptionis horam,facilius de his diceret,ſed vt dicebat ibi Ptolemæus, cũ difficile ſit vt habeamus hãc horam:quia niſi habeatur obſeruatione,vel fortuito,non poſſumus aliam rationem deligere.vnde neceſſe eſt,vt obſeruemus principium ſecundum,ſcilicet quod dicitur propriè principiũ hominis: quia id principium valde ſimile eſt illi,ex quo ſemper natura cogit ipſum fœtum ad exitum, & veniendum ad lucem in principio ſimili, quod fuit in cõceptione.Exiſtimat igitur Ptolemęus quod natiuitas ſit ſimilis conceptioni,quare vult,quod ea quæ prognoſticanda ſunt de conceptione, quod prognoſticentur per natiuitatem propter affinitatem horum principiorum inter ſe.

IIII. Cõcl. Quarta concluſio eſt, quod ſi loca illa enumerata,& expoſita fuerint maſcula, & planetæ diſpoſitores horum locorum, vt plurimum fuerint maſculi, habemus certum iudicium quòd natus erit maſculus:ſi verò illa loca,vel diſpoſitores erunt fœminæ, proles erit fœmina.

V. Conclu. Quinta concluſio.Quod vna maſculinitatis,& vt ita dicam fœminei ſexus, habetur quatuor modis. Primò,per naturam planetæ.Secundò, per naturam ſigni.Tertiò,per matutinationem.Quartò,per orientalitatem. Etiam & naturã fœminei ſexus habemus per plures fœmineos,per ſigna fœminina, per occidentalitatem,& per ortum veſpertinum.

Diximus vt dicit Ptolemæus in priori parte, quinam ſint planetæ maſculi,ſcilicet Saturnus,Iupiter, Mars, & Sol: & Mercurius maſculinus. Sed Ptolemæus more ſuo eijcit à ſua cõſideratione Solem & Lunam. Dixit enim quod accipiunt differentia generalia,& imperia generalia, & ſic dedignantur accipere particularia dominia: ſed nos declarauimus, quòd etiam ipſi planetæ accipiunt particulare dominium. Planetæ igitur, quos diximus maſculinos in ſua natura habent, vt influant & conferant ad ſexum maſculinum:licet in cælo nõ ſit ſexus, vt alias dictum fuit.Sic Venus, & Luna, ac Mercurius cum fuerit fœmininus, quia vt diximus eſt hermaphroditus: inferunt fœminas.Si contingunt igitur,vt loca aſcendentia & lumina, ſcilicet, Sol & Luna ſint ſigna maſculina,& horum locorũ diſpoſitores fuerint maſculi,prognoſticabimur futuram prolẽ maſculam.Exempli cauſa vt dogma melius habeatur, fuit mihi oblata hęc genitura vt prognoſticarẽt,an natus ille eſſet maſculus,an fœmina.




Clemẽtis VII. Natiuitas.

OBSERVAVI aſcendẽs & inueni 17.partes Leonis. Locum autem Solis inueni in 14. partes Geminorum. Locum vero Lunæ in primo gradu Arietis. Diſpoſitores in via Ptolemæi iſti ſunt. Nam diſpoſitor horoſcopi fuit Saturnus: quia habebat ibi duas dignitates, ſcilicet fines & participationem trigoni. Sol autem per ipſum non accepit iuriſdictionem illam.Iupiter autem cum eſſet ſupra terram,& natiuitas Solis diurna, non habebat trigonum. Diſpoſitor autem loci fuit Mercurius, eratque in ſigno Geminorum in quadripartio cæli orientali, & erat matutinus.Diſpoſitor Lunæ erat Mars & in eo loco habebat domũ, & Sol etiã poterat habere diſpoſitionem: quia habebat duas iuriſdictiões altitudinem & trigonum. Ex quibus accepi poſt aliquam cõſiderationem, quòd natus eſſet maſculus: quia locus horoſcopi maſculus eſt,quo ad naturam ſigni,& Solis locus etiam maſculus, cum eſſet in Geminis: & Luna ſimiliter eſt in ſigno maſculino,ſcilicet in Ariete.Poſtea animaduerti quod diſpoſitor aſcendentis fuit Saturnus:habebat enim duo iura maſculinitatis: qa erat planeta maſculus & in Leone ſigno maſculino. Rurſus animaduerti Solem: erat autem in quadripartio cæli orientali, & in poſitione per orientalẽ locum,

locum, ſcilicet à culmine cæli vſque ad gradum aſcendentis. Alterum ab occaſu ad imum terræ oppoſita loca dicuntur etiam orientalia: ſed occidentalia dicuntur ab horoſcopo ad imum terræ, & ab occaſu ad culmen cæli: Ergo Sol erat orientalis, & diſpoſitor ipſius habebat tria iura maſculinitatis: quia habebat ſuapte natura, vt eſſet maſculus. Erat enim Mercurius maſculus & in ſigno maſculo, & in quadripartio cæli orientali, & matutinus: eodem pacto ſi accipiamus Martem pro diſpoſitore Lunę, vel Solem, quod eſt magis conueniens: quia habet trigonum & altitudinem, & ſua natura confert ad generationem maſculi: quia eſt maſculus orientalis, & in ſigno maſculo: ſed erat pauca iura fœmineitatis Saturni: quoniam tantum erãt diſpoſitor aſcendentis in parte cæli occidentali, & ipſe erat occidentalis, ſic & Mars ex parte Lunæ erat occidentalis. Quare conieci natum hunc eſſe maſculum. Eſt autem hæc natiuitas, vt rei claram intelligentiam habeatis Clementis 7. pontificis maximi.

Rurſus fuit oblata mihi alia genitura, cuius aſcẽdens erat 22. grad. Aquarij. Locus autem Solis erat in 18. gra. Piſciũ. Locus Lunæ in 17. gra. Tauri. Aſcẽdẽtis diſpoſitor erat Mercurius: q̃a horoſcopabat.

HABEBAT enim Mercurius in eo loco triangulum, & erat oriẽtalis in quadripartio cæli orientali: habebat iura quatuor maſculinitatis, & aſcendens erat maſculus: quare erant ſigna maſculina: animaduerti ad diſpoſitorem loci Lunæ, & erat Venus. Ipſa autẽ habebat tria iura fœmineitatis in ſigno Piſcium occidentalis, & in parte cæli occidentali. Animaduerti ad locum Solis, & eius diſpoſitorem: Erat autem diſpoſitor Iupiter planeta maſculus in parte cæli orientali: quia in quinta domo & in ſigno maſculino. Quare habemus octo iura maſculinitatis & quinque fœmineitatis, iudicaui igitur ipſum eſſe maſculum. Et eſt genitura Pauli 3. ſummi pontificis.




*Pauli III. Natiuitas.*

RVRSVS quia in numero ternario conſiſtit perfectio: primo cæli Ariſto. Fuit tradita mihi alia genitura, cuius aſcendens erat 11. grad. Capricorni: & locus Solis erat in 15. grad. Piſcium: Locus verò Lunæ in 7. grad. Capricorni. Ex iis locis habuimus tria iura fœmineitatis, quod eſſet fœmina: tamen aduerti ad diſpoſitores, & inueni Saturnũ & Martẽ horũ locorũ diſpoſitores, q̃ erãt ſui natura maſculini, & erant in parte cæli orientali, & etiam inueni diſpoſitorem loci Solis orientalem: & erat maſculus. Quare ex hac commixtione conieci hunc natum eſſe maſculum, & hęc eſt natiuitas Caroli V. Imperatoris. Patet ergo, quòd ſi plura fuerint iura in his locis, & diſpoſitorum horum locorum maſculinitatis, natus erit maſculus.




*Caroli V. Natiuitas.*

Qua

*Claudia vxoris Franc. I. Natiuit.*

Qvo verò ad aliam partem, fuit mihi præſentata alia genitura, cuius aſcendens fuit primus gradus Virginis: erat autem locus Lunæ 29. grad. Aquarij. & Solis locus 3. grad. Libræ, quæ ſunt tria loca: diſpoſitor Mercurius aſcendentis, & loci Solis idem Mercurius, quoniã habebat ibi triangulum. Præeſt enim triangulum exaltationi, & etiam domui, quando dominus domus eſt infortunatus, ſemper præponendæ ſunt ortui matutinalis, & ortus matutinus orientalitati, ſic verſavice planeta fœmininus prȩponitur ſigno fœminino. Signum fœmininum verò & ortui veſpertino: & ortus veſpertinus occidentalitati. Ex iis ergo hac natiuitate conieci natam prolem eſſe fœminam: quia aſcẽdens eſt ſignum fœmininum, & diſpoſitor Mercurius fœmininus, & in tertia domo, ergo occidentalis, & in quadripartito cæli occidentali: & etiam Mercurius erat diſpoſitor loci Solis. Diſpoſitor autem loci Lunæ erat Saturnus, qui erat effœminatus: quoniam in ſigno Tauri. Quare conieci eſſe fœminam. Fuit autem natiuitas Claudiæ vxoris Regis Franciſci primi.




*Catherinæ vxoris Henrici Natiuitas.*




Fvit iterum mihi oblata genituræ alterius, cuiuſdam aſcendens fuit 5. grad. Tauri. Locus verò Lunæ erat 11. grad. Libræ: diſpoſitor enim aſcendentis & Solis erat Venus, quæ erat in 8. grad. Tauri occidentalis, & in parte cæli occidua, fœminina, & in ſigno fœminino habebat quatuor iura horoſcopum fœmineitatis, & quatuor ſuper locum Solis. Diſpoſitor autem loci Lunæ erat Saturnus, quia erat de die, habebat enim altitudinem & triangulum, & erat in ſigno fœminino: quia in Capricorno. Habebat ergo vnum ius fœmineitatis & duo maſculineitatis: quia eſt planeta maſculus, & erat in parte orientali. Hę: autem eſt genitura Catherinæ Henrici Francorum Regis vxoris.

Digitized by Google




*Margaritæ filiæ Caroli V. Natiuitas.*

Fvit mihi tertia oblata genitura, cuius erat aſcendens 12. grad. Libræ. Locus verò Solis in quarta domo in 17. gradibus Capricorni. Locus autem Lunæ in domo octaua in 22. gradibus Tauri. Diſpoſitor enim aſcendentis fuit Venus: quia Saturnus non poterat ibi eſſe diſpoſitor: quia habebat tantū altitudinem: erat natiuitas nocturna, ideo Mercurius tantū habebat triangulum. Sed cum domus præponatur triangulo, & altitudini, per declarata in primo libro, quare Venus erat diſpoſitrix aſcendentis. Diſpoſitor autem loci Solis fuerit ne Mars an Saturnus, non refert: quoniam habent iura æquiualentia, & diſpoſitor loci Lunæ erat Venus. Collegi igitur omnia hæc loca & iudicaui prolem eſſe fœmineam, quia Venus ſua natura fœmina eſt, & ipſa erat in 5. gradu Piſcium in ſigno fœminino, ergo habebat duo iura fœmineitatis. Et quia erat occidentalis, ergo tria: & quia etiam diſponebat locum Lunę, ergo ſex iura habebat. Et quia Luna habebat etiam tria iura fœmineitatis, ſcilicet quia in ſigno fœminino in ortu veſpertino, & quadripartito cæli fœminino, & eſt fœmina. Præterea Sol erat in ſigno fœminino. Reſtat ergo aſcendens & locus Veneris in parte cæli orientali, quapropter iudicaui quòd eſſet fœmina. Et iſta eſt genitura Margaritæ filiæ Caroli V. & Parmę duciſſę. Et ſic habemus Ptolemæi concluſionem comprobatam. Ex quibus habemus quomodo principium primum multa confert ad ſecundum, & primum conuenit cum ſecundo. Sic igitur procedendum eſt in hac regula.

Sed animaduertendum eſt, quòd hęc Ptolemæi dogmata tenent in pluribus, quia infallibiliter & in omnibus non tenet regula: Sed vt in pluribus. Si poſſibile tamen foret, habere horam conceptionis, redderet me certiorem, & dediſſem pro regula infallibili.

## .TEXTVS.

### Περὶ διδυμογόνων.

Καὶ περὶ τῶν γεννωμένων δὲ ὁμοίως ἀνὰ δύο, ἢ καὶ πλειόνων, τοὺς αὐτοὺς δύο τόπους παρατηρεῖν προσήκει τουτέστι τά τε δύο φῶτα καὶ τὸν ὡρόσκοπον παρακολουθεῖν γὰρ εἴωθε τὸ τοιοῦτον σύμπτωμα περὶ τὰς συγκράσεις, ὅταν ἢ δύο οἱ καὶ οἱ τρεῖς τόποι δίσωμα περιέχωσι ζώδια. καὶ μάλιστα ὅταν καὶ οἱ οἰκοδεσποζοντες αὐτῶν ἀστέρες δι᾽ αὐτοῦ καθορῶσιν, ἢ τινὲς μὲν ἐν δισώμοις, τίνες δὲ ἀνὰ δύο κείμενοι τυγχάνωσι ἢ καὶ πλείους. ἐπὰν δὲ καὶ ἐν δισώμοις ὦσιν οἱ κύριοι τόποι κατὰ δι᾽ αὐτοῦ πλείοσι τῶν ἀστέρων συσχηματισμένοι, τότε καὶ πλείονα τῶν δύο τίκτεσθαι συμπίπτει, τοῦ μὲν πλήθους ἀπὸ τοῦ δι᾽ ἰδίωμα ποιοῦντος ἀστέρος, ἀριθμοῦ σχηματιζομένου τοῦ δὲ γένους ἀπὸ συνεσχηματισμένων ἀστέρων τῷ τε ☉, καὶ τῇ ☽ καὶ τῷ ὡροσκόπῳ πρὸς ἀρρενογονίαν ἢ θηλυγονίαν κατὰ τοὺς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἰρημένους τρόπους. ὅταν δὲ ἡ τοιαύτη διάθεσις, μὴ συμπεριλαμβάνῃ τοῖς φωσὶ δι᾽ τοῦ ὡροσκόπου κέντρον, ἀλλ᾽ ἀπὸ τοῦ μεσουρανήματος αἱ τοιαῦται τῶν μητέρον, δίδυμα ὡς ἐπίπαν, ἢ καὶ πλείονα κυΐσκουσιν. ἰδίως δὲ τρεῖς μὲν ἄρρενας πληροφοροῦσιν ὑπὸ τὴν τῶν ἀνακτόρων γένεσιν ἅμα τοῖς προκειμένοις τόποις ἐν δισώμοις συσχηματισθέντες ♄. ♃. ♂. τὰς δὲ θηλείας ὑπὸ τὴν τῶν χαρίτων, ἀφροδίτης καὶ ☽ μεθ᾽ ἑρμοῦ τεθηλυσμένου. δύο δ᾽ ἄρρενας καὶ μίαν θήλειαν ὑπὸ τὴν τῶν διοσκούρων, ♄. ♃. ♀. δύο δὲ θηλείας, καὶ ἄρρενα ἕνα ὑπὸ τοὺς τῆς δήμητρος, καὶ κόρης, καὶ διονύσου ♀. ☽. ♂. ἐφ᾽ ὧν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ συμβαίνειν εἴωθε τό, τε μὴ τελεσφορεῖσθαι τὰ γινόμενα καὶ δι᾽ μετὰ παρασήμων τινῶν σωματικῶν ἀποκυΐσκεσθαι. καὶ ἔτι γίνεσθαι τινὰ τοῖς τόποις ἐξαίρετα καὶ ἀπροσδόκητα, διὰ τῆς τῶν τοιούτων συμπτωμάτων ὥσπερ ἐπιφανείας.

Simili

*De Natiuitate Geminorum.* *CAP. VII.*

SImili quippe modo nobis in geminis & eis pluribus, eſſe eorundem prædictorum locorum, id eſt luminarium & aſcendens obſeruare conuenit, hoc autem ex collectionibus euenire manifeſtum eſt, ſi præfatorum locorum duo vel tria fuerint in ſignis duũ corporum, maxime autem cum planetis illorum diſpoſitoribus idem iterum accidens contigerit, vt quidam, ſcilicet eorum ſint in ſignis duum corporum, fuerintque quidam eorum bini & bini vel plures in diſpoſitione, & ſi loco dominantia ſigna duum corporum extiterint, & cũ hoc cum pluribus in figura planetis aſſocientur, erunt nati plures duobus. Eorum quoque numerum nonnunquam augmentat planeta, qui hanc proprietatem habuerit. Generis autem nati notitiam auget planetarum genus, qui ſoli & lunæ aſcendentique ſigno aſſociantur, quæ maſculinis & fœmininis ſecundum præmiſſum modum in naſcendi fortitudine ſuperaddit. hæc vero qualitas ſi ſignum aſcendens & luminaria non continuerit, ſed eius loco medij cæli locus ſic inuentus fuerit, harum matrum partus ſecundum maiorem partẽ geminor vel pluriũ erit.

Quod autem proprium in trium maſculinorum parturitione eſt, vt quemadmodum contingit in Albetatraz qui ſunt reges, contingat vt Saturnus, ſcilicet & Iupiter ac Mars cum præfatis locis in duum corporum ſignis exiſtant: & eſt proprium in parturitione trium fæminarum, vt id quod in Alchatis contingit, eueniat vt Luna videlicet ac Venus ac Mercurius fæmininus in prædictis locis permaneant. In duorum maſculinorum ac vnius fæminæ parturitione proprium eſt, vt contingat ſicut continnit illis, qui Diaſaccora vocantur, vt Saturnus ſcilicet & Iupiter ac Venus in illis ſint locis. Parturient etiam duas fœminas & vnum maſculum, cum id euenerit, quod illis qui Dimantarcoris appellantur, eueniſſe dicitur, vt Luna: ſcilicet & Venus ac Mars illis in locis exiſtant. Secundum hunc vero modum frequenter contingit vt natus nõ perficiatur, & vt in ipſius natiuitate quædam impedimenta corpori accidentia contingat. In ipſius etiam quibuſdam membris id ex quo nullus timor perueniet abſque perfecta occaſione contingit, aut erit in eis quoddam horum accidentium ſecundum partem rei, quæ nõ apparet.

*COMMENTARIVS.*

QVoniam habem' ab Ariſt. 7. de nat. Anim. cap. 4. animalia id habere, vt ſingula generent ſingula: genus tamen humanũ eſſe anceps, quoniã vt plurimũ, & plurimis in locis ſinguli ſigillatim generantur: Sed tamen ſæpe accidit, vt aliquæ mulieres vno partu tres, & interdum quatuor profundant, quod præſertim in Aegypto vſu venit, vbi (vt idem inquit) quædã quatuor partubus, viginti filios edidit, ſingulis nempe partibus quinos.

Cum igitur Ariſt. dicat, id vt plurimum in AEgypto contingere, & hoc quò ad locum & materiã: id Ptol. in cauſas ſuperiores refert: nam naturalis philoſophus ea tantũ conſiderat, quę ad hãc ſublunarẽ materiam pertinent. Ideo antiqui Aſtrologos ſapiẽtes nuncuparunt, illos autẽ Phyſicos tantum appellarunt. Ptol. igitur, cum cauſam, cur gemelli naſcũtur, in cæleſtium corporũ motus, & eorundem cõfigurationes referat, ſex hic concluſiones ſtatuit, tres ſcilicet ad gemellos pertinentes, duas ad ſexus *diſcretionem*, poſtremam ad cognitionem, an duo fuerint, an plures.

Quantum ad primum, eadẽ eſt regula in gemellis ſeruanda, & ſexus *diſcretionẽ*, ſicut præcedenti capite eſt obſeruatum: quia ſicut ibi obſeruauimus locum Solis aſcendentis, & Lunæ ac diſpoſitores: eodem quoque pacto eadem in gemellonum conceptione ſunt obſeruanda.

Secundo loco inquit, ſi duo vel tria horum locorum fuerint ſigna duplicia, matres duos vel tres parient. Quod ſi diſpoſitores in duob' ſignis fuerint, & contigerit, loca illa non eſſe ex ſignis duob', plures quoq; pariet, quorũ quãtitatẽ infrà declarabit.

Erant Ptol. verba valde ad intelligendum difficilia, & in Latino & in Græco codice. Punicus ea exponere nequiuit, cum perquã deprauatum contextum haberet. Attamen ab ipſo hanc ſententiam accepi. Si inuenerimus, duo vel tria loca horũ eſſe in ſignis duplicibus, quænam hæc ſint, in primo libro declarauim', ſcilicet Gemini, Virgo, Sagittarius, Piſces: Notum eſt paſsim, Geminos eſſe gemellos illos, Caſtorẽ atque Pollucem, ita vt illa cõſtellatio ex duabus figuris inter ſe iunctis conſtet: quod & poetæ per effectus cognouerunt. Virgo etiam eſt ſignũ biforme, ſecundum mentem Albumaſaris in 6. magnę introductionis qui dicit, in hoc priori decano Virginem immaculatam aſcendere, quæ ſuo lacte puerum quẽdam alebat. Sed & Sagittarius eſt ſignum biforme, quia eſt ſemiequus, & ſemihomo. Piſces etiam ſunt duo. Hæc quatuor ſigna duplicia dicuntur. Cum ergo horoſcopus, & vnus ex locis luminarium, fuerint ex his ſignis, tunc mater duos filios pariet.

Græcus innominatus dicit, & ſi continget (quod quidem eſt rectè dictum) nullum locũ eſſe in ſigno duplici, & aliquã ſtellam ei conditionari, erũt quoque gemelli V. g. Ioannes Caſsianus eſt in lucẽ editus, cuius aſcendens fuit tertius grad. Capricor. locus Lunæ VIII. Scorpionis, & Solis XVI. Leonis, nullus horum locorum eſt in ſigno duplici. Sed animaduerti ad diſpoſitores, quia Mars plura iura in horoſcopo habebat, nam exaltationẽ habebat, & participationem trini, & ſuper locũ Lunæ habebat domum, & triangularitatẽ. Ergo horum locorũ eſt diſpoſitor, is autem erat in Virgine, quæ eſt ſignũ duplex, cum eoque erat Mercuri'. Quare Ptol.



Digitized by Google

ſubiicit, & maximè cũ fuerit in ipſa diſpoſitione aliqua ſtella cum illo diſpoſitore, quæ fuerit illius naturæ, cuius eſt Merc. Hinc ergo cõiecimus, partũ, quo Caſsianus eſt editus, fuiſſe gemellũ. Eadem ferè in eius fratris geneſi deprehenduntur, qui poſt eum eſt natus intra tres horas, cuius aſcendens fuit ſignũ Aquarij, & fuit in medio cæli Sagittariꝰ ſignũ biforme, & eodem pacto fuit Mars diſpoſitor loci Lunæ, & ibidem cum Mercurio fuit. Conſtellatio ergo confirmauit eos fuiſſe gemellos.

Expoſuerat Ptol. eas cõſtellationes, quæ ad maris & fœminæ notitiã faciunt. Quare ſunt deinceps ex ſiderũ poſitiones declarandæ, quę ad gemellorũ cognitionẽ aditũ patefaciunt. Eſt autem prima cõcluſio. Si tria loca, videlicet Solis & Lunæ horoſcopus fuerint ſigna duarũ figurarũ, partus erit gemellus, præſertim ſi quis horum locorum ſignificator fuerit in ſigno etiam bicorporeo. I. concl.

II. concl. Secundo verò loco dixerat, quòd ſi cõtingat, nõ omnia hęc loca eſſe ſignorũ dupliciũ, ſed tantũ aliqua vel nulla: Sit autem diſpoſitor quiſpiã in ſigno biformi, planetę vero ſint bini vel plures duobus in horum locorum aliquo, certum eſt argumentum, vno partu gemellos profundendos.

III. concl. Tertio loco tertiã ſtatuit concluſionẽ. Quòd ſi loca fuerint duplicia, & horũ locorũ diſpoſitores in ſignis bicorporeis fuerĩt, & pluriũ formarũ, nati nõ erũt gemelli, ſed plures. Quare ex his intelligamus licet, quinam gemelli ſint futuri, qui vero ſecus.

IIII. concl. Eſt quarta concluſio. Ad hęc alicuius ſtellę poſitio confert eiuſdem naturæ ac cõditionis, quæ ſecũdũ Græci ſcholiaſtæ ſententiã eſt Merc. eſt enim biformis aut bicorporeus, cũ naturã ſit ancipitẽ ſortitus. Quare ſi cõtigerit, vt Merc. cum his planetis aſſocietur, & cõfiguretur eorũdẽ numerũ augebit.

Hæ ſunt concluſiones quatuor, quibus ad gemellorũ & pluriũ cognitionẽ manuducimur. Sed & aliã ſtatuit Ptol. ad ſexus prænotionẽ, & vt dicit trãſlatio, materiã generis, intelligitq́ue tamẽ ſexũ ſi quis voluerit gemellorũ vel pluriũ cognoſcere, an ſcilicet mares futuri ſint, an fœminę, loca ſunt conſideranda, de quibus capite præcedenti eſt pertractatum, vbi eſt dictum, ſi plures ſignificatores & loca fuerint maſculi, naſcẽtes quoque fore maſculos, ſi vero planetæ & loca fuerint fœminei, fœminas eſſe naſcituras.

Deinde Ptol. naſcẽtiũ naturã vno eodẽque partu declarare volẽs, tres ſtatuit cõcluſiones, ſed ob barbarã verſionẽ, & verborũ deprauationẽ, nõ ita bene, quid ſibi Ptol. velit, percipi põt. Quare Punicꝰ cũ verba nõ intellexiſſet, multa ineptè cõminiſcitur. Nos verò dicamꝰ, quomodo hęc verba cũ præcedẽtibus cohæreant, & quænam hic ſit Ptol. mens.

Dicit igitur, ſi tres ſuperiores in ſupradictis locis fuerint, gemellos ſignificabũt, id eſt, ſi in horoſcopo fuerint, & loco Solis vel Lunæ, tres maſculos edet, quod plane eſt regiũ. hic enim numerus ad regiã maieſtatẽ refertur. Si vero tres planetę fœminini fuerint, vt Venus, Luna & Merc. effœminatꝰ, prægnãs tres fœminas profundet, vt hic numerꝰ ad bonũ aliquod omen referatur. Quòd ſi duo tantũ fuerint planetæ maſculi, & Venus fœmineꝰ, vt ſi eſſent Saturn. Iup. & Ven. duos maſculos, vnã verò fœminã pariet. quò hic partus referatur, intelligi nequit ex Latino cõtextu, neq; ex Græco, cũ ſit mendoſus locus. Quòd ſi è cõtra cõtigerit, duos eſſe planetas fœmineos, & vnũ maſculinũ, & Venerẽ, Lunã atque Martẽ, tunc duæ fœminæ ac vnus maſculus edẽtur in lucem. Subdit autem, ſi plures fuerint, vt plurimũ morientur, quòd ſi aliquis fuerit ſuperſtes, erit mutilatus, infirmus, vel aliquẽ defectum patietur.

Grecus ſcholiaſtes hæc exponẽs, dicit, poſitionẽ Saturni, Iouis & Martis ad Deorũ ordinẽ referri, qđ eſt, ad deitatẽ aliquam. Quare autẽ eius fuerit Ptol. ſentẽtiæ, nõ declarauit. Sed nõ eſt is dicendus, id temere ſcripſiſſe: nã ternarius numerus ad Deitatẽ refertur. Ego tamẽ crediderim, eò illũ alluſiſſe, quòd hi planetæ ſunt ſuperiores, & antiquitꝰ iis pręcipuè ſacrificabatur, præcipue verò apud Chaldęos: Quare quandã hic planetarũ numerꝰ pręſe fert deitatẽ, hincq; fit, vt tres filios vnico partu profundere ſecũdũ hãc ſiderum poſitionem, diuinum quippiam ſit.

QVOD ſi fuerint planetæ fœminei, & naſcẽtes erũt quoque fœminę, hoc etiã beneficij cuiuſdã loco habendũ Ptol. dicit. Si verò tertiũ cõtingat, ad Caſtorẽ & Pollucem refertur. Si autẽ duæ fuerint fœminę, & vnus maſculꝰ, relatio ad Cererẽ & Proſerpinã fiet. Alia verò quęlibet poſitio ad Dionyſiũ & Bacchũ refertur: Sed an dicta aliqua vera, aut ꝓbabili ratione nitatur, non eſt nunc diſputandi locus.

Hæc ſupradicta ex themate conceptionis facilius cognoſci poſſunt. Hi fętus plerumque immaturi eduntur, & ſæpe monſtroſa membra adferunt. Et quidam inuſitato more eduntur, propter multorum accidentium concurſum. Exempla addemus.

Anno 1562. nati ſunt gemelli maſculi Ianuarij 19. die poſt horam quintam matutinã minutum 50. vt patet inferius.




Anno

Anno 1566. Septembris die 23. ante meridiem inter nonam & decimam, nati ſunt gemelli maſculi.




Anno domini 1523. Die 19. Iulij hora 10. horologij Florentiæ nati ſunt gemelli: quorum prior fuit Franciſcus Alexandrinus Medicus, qui Lugduni obiit anno 1570. Secunda puella nata poſt illum, & mortua die 26. Iunij anno 1524.









SVNT etiam Gemellæ, anno 1569. Die 15. Nouembris inter octauam & nonam horam poſt meridiem: qui adhuc ſunt ſuperſtites.



Digitized by Google




Secunda puella nata fuit decem horis poſt illam & mortua breui tempore.




Hic fuit gemellus, & qui poſterius natus eſt, infans periit: verum hic natus fuit anceps in negotiis ſuis: vt inſinuat dominus horoſcopi in ſigno bicorporeo peregrinus.




ANNO 1530 à Virgineo partu. Die 12. Iulij hora 4. horologij Piſarum nati ſunt gemelli: Prior Annibal de Cambis dicitur, qui adhuc viuit, vir integer, clarus, & multæ intelligentiæ. Secunda puella nata eſt poſt illum nomine Camilla: & menſibus ſeptem in vtero materno & orti ſunt.

# TEXTVS.

## Περὶ τεράτων.

Οὐκ ἀλλότριον δὲ τῆς προκειμένης σκέψεως οὐδ' ὁ περὶ τῶν τεράτων λόγος. πρῶτον γὰρ ἐπὶ τῶν τοιούτων, τὰ μὲν φῶτα ἀποκεκλικότα καὶ ἀσύνδετα τῷ ὡροσκόπῳ κατὰ τὸ πλεῖστον εὑρίσκεται, τὰ δὲ κέντρα διειλημμένα ὑπὸ τῶν κακοποιῶν. ὅταν οὖν τοιαύτη τις ὑπ' ὄψιν πέσῃ διάθεσις, ἐπειδὴ γίνεται πολλάκις καὶ περὶ τὰς ταπεινὰς καὶ κακοδαίμονας γενέσεις κἂν μὴ τερατώδεις ὦσιν, εὐθὺς ἐπισκοπεῖν προσήκει τὴν γενομένην συζυγίαν συνοδικὴν ἢ πανσεληνιακήν, καὶ τὸν οἰκοδεσποτήσαντα ταύτης τε καὶ τῶν τῆς ἐκτροπῆς τόπων. ἐὰν γὰρ οἱ τῆς ἐκτροπῆς αὐτῶν τόποι, καὶ ὁ τῆς ☾ καὶ ὁ τοῦ ὡροσκόπου πάντες ἢ οἱ πλείονες ἀσύνδετοι τυγχάνωσιν ὄντες τῷ τῆς προγενομένης συζυγίας τόπῳ, τὸ γενώμενον αἰνιγματῶδες ὑπονοητέον, ἐὰν μὲν οὖν τούτων οὕτως ἐχόντων, τὰ τε φῶτα ἐν τετράποσιν ἢ θηριώδεσιν εὑρίσκηται ζωδίοις, καὶ οἱ δύο κεκεντρωμένοι τῶν κακοποιῶν, οὐδ' ἐξ ἀνθρώπων ἔσται τὸ γενώμενον. ἀλλὰ μηδενὸς μὲν ἀγαθοποιοῦ μαρτυροῦντος τοῖς φωσί, τῶν κακοποιῶν, τέλεον ἀνήμερον καὶ τῶν ἀγρίαν καὶ κακωτικὴν ἐχόντων φύσιν. μαρτυρούντων δὲ ♃ μὲν ἢ ♀ τῶν ἐκθειαζομένων, οἷον κυνῶν, ἢ αἰλούρων, ἢ πιθήκων, ἢ τῶν τοιούτων. ἑρμοῦ δὲ, τῶν εἰς χρείαν ἀνθρωπίνην. οἷον ὀρνίθων ἢ συῶν, ἢ αἰγῶν, ἢ βοῶν, καὶ τῶν τοιούτων. Εάν δὲ ἐν ἀνθρωποειδέσι τὰ φῶτα καταλαμβάνηται, τῶν ἄλλων ὡσαύτως ἐχόντων, ὑπ' ἀνθρώπων μὲν ἢ παρ' ἀνθρώποις ἔσται τὰ γεγενημένα τέρατα καὶ αἰνιγματώδη τῷ κατὰ τὸ ποιὸν ἰδιότητος, καὶ ἐνταῦθα συνορωμένης ἐκ τῆς τῶν ζωδίων μορφώσεως, ἐν οἷς οἱ διαληφότες τὰ φῶτα ἢ τὰ κέντρα κακοποιοὶ τυγχάνουσι. Εάν μὲν οὖν καὶ ἐνταῦθα μηδεὶς τῶν ἀγαθοποιῶν συμμαρτυρῇ μηδενὶ τῶν εἰρημένων τόπων, ἄλογα καὶ ὡς ἀληθῶς αἰνιγματώδη γίνεται τέλεον, ἐὰν δὲ ὁ τοῦ ♃ ἢ ὁ τῆς ♀ μαρτυρήσῃ, τιμώμενον καὶ εὔσχημον ἔσται τὸ τοῦ τέρατος, ὁποῖον περὶ τοὺς ἑρμαφροδίτους ἢ τοὺς

ἢ τοὺς καλουμένους ἁρποκρατιακοὺς καὶ τοὺς τοιούτους εἴωθε συμβαίνειν. εἰ δὲ καὶ ὁ τοῦ ἑρμοῦ μαρτυρήσειε, μετὰ τούτων μὲν καὶ ἀποφθεγγομένους καὶ ἀπὸ τῶν τοιούτων ποριστικοὺς, μόνος δὲ, νωδοὺς, καὶ κωφούς. εὐφυεῖς μέντοι καὶ πανούργους ἄλλως ἀπεργάζηται.

### *De monſtruoſis ſignis.* *CAP. VIII.*

ILlud quidem quod nullatenus à noſtro recedit intellectu eſt monſtruoſarum figurarũ enarratio. Dicemus igitur primitùs, quòd in his luminaria frequentius inueniũtur remota vel ab aſcendente diſiuncta, & quòd ab infortuniis anguli continentur. Cum hoc igitur ſic inuentum fuerit, conuenit ſi hoc fore contigerit, quòd in miſeris & infortunatis natiuitatibus multotiens euenire dicitur. & ſi natiuitates illæ monſtruoſarum figurarum non fuerint, vt præteritam coniunctionem vel præuentionem obſeruemus, quantus coniunctionis vel præuentionis, necnon loci luminarium natiuitatis hora, diſpoſitores planetas deprehendamus. Quoniam ſi loca eorum in natiuitatibus, & locus Lunæ vel aſcendentis iterum omnia ſcilicet vel plura loco coniunctionis vel præuentionis non alligarentur, erit natus formæ monſtruoſæ. Hæc autem ſi ſic fuerint, & cum hoc in quadrupedibus vel feralibus ſignis luminaria reperiremus, fuerintque infortunæ in angulis exiſtentes, non erit natus ex hominibus. Si quæ vero fortunarum cum luminaribus teſtimonium non habuerit, ſed eis infortunæ teſtificatæ fuerint, natus non erit domeſticus, eritque natura ipſius ex ferarum impedientium naturis. Quod ſi Iupiter aut Venus luminaribus teſtificentur, erit natus ex animalibus domeſticis, vt ſunt canes, furones, & his ſimilia. Si Mercurius autem teſtificetur, natus erit ex animalibus quibus opus habent, & vtuntur homines, vt ex gallinis, porcis, bobus, capris, & his ſimilibus. At ſi luminaria mouentur in ſignis quorum imagines ſunt hominis, omniaque ſimiliter fuerint, natum ex hominibus vel ex his quæ cum hominibus conuerſantur fore non dubitamus, niſi quod eum monſtruoſam formam habere dicemus. Qualitatis autem iſtius hominis monſtruoſi notitia, eiuſque proprietas erit hoc in loco iterum ex figuris ſignorum in quibus infortunæ ſteterint, quæ luminaria vel angulos continuerunt. Item ſi ſigna fortunarum hoc in loco nulli prædictorum loco teſtificentur, erit natus non loquens, eiuſque fortuna veraciter & perfectè mutabitur. Si Iupiter autem vel Venus teſtificetur, nati proprietas in quo fuerit illa mutatio, erit vt honoretur & ſublimetur, eo q; ex hoc illa figura hermaphroditi continget, id eſt figura ex Venere & Mercurio denominata, necnon figura quæ nuncupatur arfocarazietu, & his ſimilia. Mercurius ipſe ſi teſtificetur, fiet natus cum his ſomniorum interpretator, & ex his erit eius victus, pręter quod ſurdus erit, & abſque dentibus. In aliis verò rebus erit conuenientis naturæ & ſubdolus ac deceptor.

### *COMMENTARIVS.*

HOc caput eſt de monſtris, in quo plures conditiones, conſtellationes, ac ſiderũ poſitiones, quæ ad monſtruoſitatem faciunt, Ptolemæus aſsignat. Quare cum mente concipere poſsimus triplicem monſtruoſitatis rationem, vnam ſcilicet quæ res fortunæ, alteram quæ corporis formam, tertiàm, quæ animi mores reſpicit: qui enim in fortunæ rebus proportionem quandam excedunt, vel eis ad miſeriam vſque deſtituuntur, quandam habent monſtruoſitatem. Si etiam defectus aliquos in corpore patiatur, vt ſi aliquo membro careat, vel abũdet, vel ſua forma brutum referat: monſtruoſus dicitur: ſi quis item in animi bonis nimium præſtás fuerit, verbi gratia, ſi futura prædicat, monſtrum quoque appellatur: quod noſtris temporib' accidit in quopiam, qui Græcus dicebatur: nouíque ruſticos quoſdam idiotas, qui etiam futura prædicebant. Ptol. ergo horum omnium cauſas aſsignat.

Quò ad primum, eſt prima ſiderum poſitio eiuſmodi, vt ſi quis naſcatur, vel potius concipiatur tunc, cum luminaria cadunt, & nullam inter ſe habeant affinitatem, ſed lumina ſint incõnexa, duæq; maleficæ ſtellæ angulos inambulent. Hęc eſt prima monſtri primi conſtellatio quæ mõſtruoſam quandam miſeriam portendit. Ptol. tantum in infelicitate & miſeria monſtruoſitatem nunc ponit, nam inferius in 4. de monſtruoſitate, quæ in nimia felicitate conſiſtit, verba faciet.

Secunda ſiderum poſitio, & concluſio à Ptolemæo poſita, eſt huiuſmodi. Quòd ſi diſpoſitores gradus, ſeu loci plenilunij, vel nouilunij, genituram antecedentis, cum inter ſe non fuerint collocati, vel non viderint locum: ſed neque aſcendens neque Luna aſpexerint hunc locum: eſt hæc conſtellatio monſtri vel humani vel brutalis. Eſt igitur locus coniunctionis attendendus vel plenilunij vel nouilunij natiuitatem antecedentis: vt ſi quis die Lunæ oriatur, quæ erit XVIII. Aprilis, gradus eclipſis eſt attẽdendus: tũc qui diſpoſitores fuerint, eorumque qualitates, & quam affinitatem inter ſe loca illa habeant, animaduertemus. item an lumi-

naria

naria illum ex triangulo vel ex quadrato ſe intueantur. Quòd ſi acciderit, non erit de monſtro dubitandum. Sed ſi affinitatem nullam habuerint, neque vllo pacto ſe aſpexerint, de monſtro eſt timendum. Et quia duplicia ſunt monſtra, humana ſcilicet & brutalia, quia hæc cõſtellatio æquè brutale ac humanũ monſtrũ interminari poteſt, vt id clarius Ptol. diſtinguat, ſubiicit, quòd ſi hac ſiderũ diſpoſitione exiſtente, diſpoſitores non viderint coniunctionis vel antecedentis plenilunij locum, lumináque in quadrupedibus fuerint, aut feralib', ſtellãque maleficæ fuerint in angulis, brutalis mõſtri eſt conſtellatio.

Quòd ſi conceptionis tempus notari poſſet, prognoſticari poſſemus, fœminam illam brutum parituram. Quia vero bruta ſunt duplicia: quædam mitia ac domeſtica: alia immitia ac efferata: ſi ad hæc ſtellæ maleficæ lumina intueantur, monſtrum ferale naſcetur.

Quòd ſi luminum loca à beneficis ſtellis, non autem à maleficis aſpiciantur: conſtellatio domeſticum monſtrum portendat, ſcilicet canes, catos, & id genus alia. Si verò Mercurius affuerit, & cum hac conſtellatione conuenerit, id brutum ex mitibus animalibus erit, quales ſunt oues, boues, & huiuſmodi.

Quomodo autem id fieri poſsit, vt mulier boues pariat, aut capras: qui voluerit, exquirat. Sed ſciendum eſt, antiquos Aegyptios atque Chaldęos in prognoſticatiõe ita fuiſſe perſpicaces, vt quauis ſibi geneſi propoſita ſtatim affirmarent, num ea hominis aut bruti eſſet, & ad particulariſsima quęque deſcendebant. De quo etiam D. Auguſtinus de ciuit. Dei meminit, qui ait eos nõ aliter ad eam notitiã deuenire potuiſſe, niſi per dęmonis alicuius reuelationẽ. in cuius ego quóque ſententiã abeo: nõ enim intelligere poſſum, quũ id fieri queat: cum eodem temporis momẽto brutum atque homo poſſit oriri. Sed tamen huius ſum ſententiæ, eodem temporis puncto duos homines naſci non poſſe, quod eſt contra Picum: id enim fieri non poſſe, ſæpæ obſeruaui.

Quare, vt ad rem reuertamur, quia Ptol. in Aegyptiorum ac Chaldæorum doctrina erat verſatus, eorum cõſtellationem in medium adduxit. Quinetiam arbitror, fœmininis brutorum has conſtellationes attribui. non enim eſt exiſtimandum, humanæ ſpeciei fœminam, bouem & alia huiuſmodi parere poſſe.

Quantum ad tertiam monſtruoſitatem, ſcilicet humanam, ſubiicit ad monſtri humani præcognitionẽ neceſſe eſſe, vt ſi hæ conſtellationes contigerint, vt ſcilicet lumina in ſignis humanis ſint, mulier mõſtrum humanum pariat: & ſecundum conſtellationis diſpoſitionẽ, id dicemus minus, vel magis difformitatis habiturũ: nam ſi acciderit, vt maleficæ ſtellæ lumina aſpiciant in ſignis humanis, mutus erit, ſed tamen eius figura in melius mutabitur. Aſsignat verò Ptol. rationem, quando in ſignis humanis fuerit, & à beneficis aſpiciatur.

Subiungit præterea, quod ſi Venus hanc conſtellationem aſpexerit, cum eáque cõuenerit, tunc natum habiturum ex iis difformitatibus honorem, atque exaltationem, ſicut ſunt Hermaphroditi: id fortè dicit, eò quòd tunc temporis vulgo crederent, eos concurrere, & tanquam Deos corpora cæleſtia agere.

Quòd ſi Mercurius hanc conſtellationem aſpiciat, natus erit ſomniorum interpres, futura prædicet: hic prophetandi modus à Ptolemæo habetur pro monſtruoſitate animi. Hæc ex verborum contextu.

Sed breuibus videamus an, quę dicta ſunt à Ptolemæo circa ſexũ, gemellos & monſtra, ſint benè dicta: videntur enim primo aſpectu eſſe falſa, nam nullus particularis effectus eſt in vniuerſalem cauſam reducendus: Atqui Socratem & Platonem eſſe Maſculos, Aſpaſiam vero fœminam, ſunt particulares effectus. Ergo in cauſam vniuerſalem reduci nequeunt, ſcilicet in cæleſtia corpora: conſecutio, & maior propoſitio reuocari non debent in dubium. Minorem etiam omnes conceſſerint.

Deinde nihil per ſe ad aliquid per accidens eſt reducendum: ſed eſſe marem & fœminam, eſt humano generi proprium, ac per ſe: Ergo ad aliquod per accidens non eſt referendum, ſcilicet ad cæli poſitionẽ: nam quòd Socrates nunc naſcatur, & huiuſmodi ſit ſiderum poſitio, eſt per accidens: cum paulò ante aut poſt naſci potuiſſet. Accidit autem tunc, quòd Sol hoc vel illo modo ſit conſtitutus cum aliis planetis.

Proinde omnis effectus, ab vna cauſa proficiſcẽs pro vno cauſæ genere, ab alterius generis cauſa proficiſci nequit. Sed eſſe maſculum vel fœminam, à cauſa materiali proficiſcitur: corpora autem cæleſtia ſunt cauſæ agentes, ergo ad ea non poteſt is effectus referri, tanquam ad cauſam propriam. Cõſecutio patet vnà cum maiori: Minor ex Ariſt. habetur 7. de Nat. animal. cap. 1. vbi dicit, cum ſemen fuerit fœcundum grãdinis formam referẽs, marem generat: cum fuerit tenue, ac globulentum, fęminam gignit. Hos igitur effectus in cauſam materialem reducere debemus, non in efficientem.

Poſtremò quicquid ab vna cauſa immediata dependet, non debet in mediatas cauſas ac longinquas referri: Sed eſſe marem aut fœminam, item monſtrum, & gemellos, à materia prouenit, cur ergo id in corpora cæleſtia eſt referendum, cum ſint cauſæ remotæ?

Quare dicendum eſt, ea quæ à Ptolemæo dicuntur, & ab obſeruatoribus, eſſe fabulis ſimillima.

Sed tamen contrarium verum videtur, idque & ratione atque obſeruatione poteſt comprobari.

Quo ad rationem ita proceditur: ſemper prima cauſa aliquid euidentius poteſt, quàm cauſa ſecunda. Sed corpora cæleſtia ſunt primæ cauſæ & prima agentia: Indiuidua autem ſunt cauſæ ſecundæ ac magis particulares: Ergo ſi inferiores cauſæ hæc poſſunt efficere, multò magis à ſuperioribus effici poterunt. Cõſecutio vnà cum minori patet. Maior eſt Procli, auctoris libelli de cauſis: Proinde ſi cæli motus ceſſaret, omnis quoque actio ceſſaret: homo hominem generare nequiret: nam Sol & homo hominem generant. Sed quiſpiam dixerit, Sol eſt cauſa vniuerſalis, homo autem particularis. Reſpondeo, cauſas vniuerſales vnà cum particularibus & ſecundis, particulares effectus producere: vt Sol cum homine hominem generat, cum leone leonẽ.

Et vt omia clariora reddantur, id eſt conſiderandum, quòd pleriſque in locis Albert' Magnus,

&

Digitized by Google

& Linconienſis 2. Poſt. tex. Ea quæ rarò fiunt, habent ea, quæ fiunt hic, primum ſuam conſiſtentiam in cauſa habere, ita vt formæ ac exemplaria rerum, quæ fieri debent, primum ſint in prima cauſa: quas ipſe ideas increatas appellat vt verò exemplaria hæc in mente intelligentiarum relucent, creata dicuntur, nam ſecunda intelligentia primam intuendo, ab illa exemplaria accipit: & vt etiam dicit D. Thomas 3. contra gent. quòd prima cauſa per medium ſecũdarum agit in hæc inferiora, ita vt cauſa ſecunda ſit primæ inſtrumentum: & addit, hæc eadem exemplaria eſſe in ſignis atque corporibus cęleſtibus, nam intelligentiæ regimen ac has formas cæleſtib' ſignis, orbibus ac corporibus communicant. Quare cum lumina in partibus fuerint, quas diximus eſſe maſculas per proſopopœam: tunc dicimus quoque cæleſtia corpora vim fœmineitatis aut maſculinitatis habere: tunc ergo ſemen diſponunt ad fœminas vel maſculos procreandos, item ad gemellos, & monſtra. Hec vero ſunt ad cognoſcendũ difficillima. Sed nõ ideo ſunt factu impoſſibilia: nam vt declarauimus primo tractatu, cum de ſexu loqueremur: duodecim obſeruationes adduximus, eodem etiam pacto de gemellis. Reſtabat vt aliquid etiam de monſtris in medium afferrem, nempe quæ nam ſint obſeruationes, quæ has conſtellationes veras eſſe oſtendant.

Sed cum parẽtes ſibi dedecori ducant, quod ex ſe monſtruoſus partus ſit natus, ideo hos occultant partus: & eorum natiuitates non dant aſtrologis examinandas.

Attamen ſemel tantum obſeruaui apud Hieronymum Cardanum in libro Natiuitatum, qui ſcribit anno 1535. oblatam fuiſſe geneſim, cuius horoſcopus erat 14. grad. Cancri: erat autem Luna in XVIII. parte Geminorum, & in XI. domo: & Sol in ſecũda parte Piſcium in domo Martis: & Saturnus in prima domo in XVI. grad. Leonis: diametrabatur autem ei Mars, in VI. gradu Aquarij in VII. domo: quæ conſtellatio per primam concluſionem monſtrum portendit.

Dicebat enim Ptol. quòd ſi in genitura alicuius contingat luminaria eſſe inconnexa, neque inter ſe conciliari, ab anguliſque cadentia: & maleficæ ſtellæ ſint per angulos: hãc infeliciſsimam eſſe cõſtellationem, hominemque miſerrimũ, qui in ea oriatur, fore. Refert enim idem Cardanus, eum ſe ipſum ſæpe polluiſſe & ob cõitialẽ morbũ ſæpiſsimè corruiſſe, & crura diuaricata habuiſſe: in ſumma maxima incõmoda ĩ corpore & fortunis eſſe paſſũ.

Subiicit Ptol. ſi diſpoſitores loci coniunctionis, vel plenilunij inter ſe non concilientur, neque aſcendens neque Luna videant gradum illum, in vniuerſum hanc conſtellationem monſtrum aliquod ſignificare. Verum quia indifferenter poteſt eſſe vel brutum, vel humanum, ideo ſubiungit, ſi præter hæc contigerit, quòd loci illius diſpoſitores vel gradus, non aſpiciant gradum illum, neque Luna neque aſcendens: ſed fuerint ſtellæ infelices, luminaria infortunantes quæ in ſignis ſint feralibus, id monſtrum fore ſilueſtre. Quòd ſi beneficæ ſtellæ aduenerint, quæ luminaria aſpiciant, tunc partum fore animalis domeſtici, vt canis & furonũ. Quòd ſi Mercurij teſtimonium affuerit, animalia domeſtica fore, quæ etiã aliquid commdi hominibus importent, vt ſunt, oues, boues, & gallinæ. Quòd ſi luminaria fuerint in ſignis humanis, monſtrũ fore humanum: ſed ſi ſauciabuntur à ſtellis maleficis, id fore ſurdum, vel mutilatum aliquo membro, vel biceps, vel ſenis digitis. Quòd ſi Venus teſtimonio adhæſerit, quomodo erit ad honorem monſtri, vt ſunt hermaphroditi. Quòd ſi Mercurius fuerit, monſtruoſitatem quoque fore in iis, quæ ad animum ſpectant, qualis eſt prophetia, & futurorum prædictio.

De his omnibus libenter exempla protuliſſem, ſi monſtruoſorum filiorum natiuitates ad nos parentes afferrent.

Sed aliquod de gemellis adducam in medium.

Fuit mihi oſtenſa geneſis Hippolyti de Cancellariis Bononienſis: & ad loca à Ptolemæo dicta, animaduerti, ſcilicet ad horoſcopum, locum Lunæ, & locum Solis inueni. horoſcopantem penultimam partem Cancri: & Sol & Venus erant in medio cæli, Luna & Mercurius in piſcibus in IX. domo. Vidi igitur horoſcopum non eſſe ſignum duplex, nec biforme. Item obſeruaui neque ſolem in loco biformi. Vnde prima fronte non apparuit gemellus: Sed quia animaduerti, locum ſolis eſſe vnũ ex iis, qui hoc nobis demonſtrat, vt Ptol. dicit. Dicit etiã Ptol. quod ſi non fuerit ſignum duplex, ſed fuerint duo planetæ in eodem loco, gemellos ſignificat. Inueni ego in loco ſolis duos planetas Solem & Venerem: ad locum Lunæ aſpexi, & inueni eam eſſe in ſigno duplici in piſcibus, & maximè quia Mercurius eadem ratione erat cum Luna in ſigno piſcium. Ergo gemellus erat: & ita fuiſſe, mihi relatum fuit.

Fuit quidam alius Mediolanenſis, cuius nomen ignoro: huius aſcendens fuit X. grad. Scorpionis, & Luna in medio cæli in XXIX. Leonis. Solis locus in XXIII. grad. Tauri: nullum horum locorum eſſe duplicem animaduerti, quia Scorpio eſt ſignũ fixum, & Leo atque Taurus ſimiliter. Animaduerti ad ſignificatores, atque diſpoſitores: & Lunę diſpoſitorem inueni Iouem propter triangulationem, q erat in ſigno bicorporeo, id eſt, in ſigno virginis: animaduerti & ad diſpoſitorem aſcendentis, inuenique Martẽ in ſigno Virginis, Solem aſpexi, cum eoque Venerem inueni. Cum diſpoſitores fuerint in ſigno bicorporeo, & cum ſole duo planetæ: quia Mercurius quoque erat, gemellus ergo partus fuerat.

Cuidam etiã Vincentio Piſano VIII. grad. Arietis aſcendebant: erat locus ſolis 4. grad. Arietis, & Luna VIII. grad. Tauri: cõſideraui, & nullum horum ſignorum erat biforme, ſed ſimplex. Inueni igitur Martem, aſcendentis diſpoſitorem in ſigno piſcium, & Venus cum Luna in loco Lunæ: & ita duos ſignificatores gemellorum habuit in loco aſcendentis: Inueni Iouem & Mercurium partiliter iunctos in Ariete, ſcilicet in primo loco.

Eadem fere conſtellatio eſt fratris eius: quia inter eorum natiuitates ferè pars vna vnius horæ interfuit. Aſcendit ergo alter XVII. grad. Arietis, & in aſcendente iterum reperiebatur Iupiter & Mercurius, & Luna erat cum Venere: & dominus aſcendentis erat in ſigno bicorporeo. Hinc elicimus eos eſſe gemellos. Hæ obſeruationes ad hæc comprobanda ſufficiant.

Pro

Digitized by Google

Pro ſolutione autem eſt animaduertendũ, quod per natiuitatem ſimpliciter, non eſt iudicium tutum ad prognoſticationem ſexus naſcentis aut gemellorum: ſed in pluribus concluſio eſt vera. Hæc concluſio ſic declaratur, quò ad primam partem: ſi partus eſt naturalis, non autem violentus, natura fœtum propriũ quum ad exitum intelligit, nec ea ex violentia impellit, niſi hoc ex aliqua conſtellatione acciderit: ex hoc autem partu poſſumus coniicere de ſexu, de gemellis, & aliis id genus. Sed quia non poteſt ad ipſius partum ducere, non poteſt igitur hæc notitia accipi: quia in natiuitate hæc minimè fiunt, nam ea ſunt iam facta: Sed quia ſecundum principium primum reſpicit, & natura ſemper ad exitũ impellit in ſimilitudine primi principij: ideo cum ad ipſius partum ducit, hæc notitia poteſt haberi.

Pro ſolutione ergo dicimus rationum, primò quòd partus vniuſcuiuſque animalis eſt vnus, & vnò modo: ſed partus hominis eſt multiplex: vt habetur apud Ariſt. 1. de nat. animal. c. 1. quia aliqui ſeptimo menſe naſcuntur, alij in octauo, alij nono, alij decimo, alij vndecimo. Hæc ſunt apud Ariſtotelem. Qui autem ſeptimo menſe naſcuntur, vt plurimum viuunt: qui in VIII. apud Aegyptios fere viuunt: quod forte in locorum amœnitatem eſt referendum, atque in aëris temperiem: Sed alibi vix viuunt.

Aſtrologi neque partum ſeptimeſtrem neque octimeſtrem obſeruant, neque etiam qui decimo aut vndecimo menſe fit. Sed vt ſuperius ca. 2. huius libri diximus, habent aſtrologi in natiuitatibus duos terminos, minimum ſcilicet & maximum: minimus eſt, qui ex 258. diebus conſtat, maximus vero, qui vſque ad 288. diem pertingit. Geneſes, quæ infrà minimum aut maximum terminum fiunt, nequaquam obſeruant: nam eos partus tanquam preternaturales habent: quicquid hic Ariſtot. dicat. nam ſuam mentem non admodum explicauit: nos cum aſtrologis eos præternaturales exiſtimemus. Cum igitur quiſpiam intra hos terminos in lucem editur, ſi Aſtrologus eius geneſim obſeruauerit, affirmabit ſe de eo omnia poſſe prædicere, dummodo ea ad naturam, non ad voluntatem ſpectarint, & multo minus quæ Dei nutu per miraculum efficiuntur. Quod tamen falſo retulit Picus aſtrologos ſibi vſurpare.

Secundò eſt conſiderandum, omnem geneſim per regulas ſuperius traditas debere obſeruari, idque quoad eius fieri poſſit exactiſſimè. Quòd ſi partus naturalis fuerit, non intempeſtiuus aut abortus: quia tunc quis ſcire poteſt de prima impreſſione, & ab Ariſtotele regula non traditur: regulæ enim traditę ad naturalem partum ſpectant, neceſſe igitur eſt dicere, ſi quis prognoſticari voluerit, ex vera naturali hora debere prognoſticari, non autem ex hora partus violenti.

1. Concl. Quare ſit prima concluſio. Per geneſim cuiuſlibet partu naturali naſcẽtis, venire in cognitionem poſſumus [illegible]us, & an part' ſit gemellus, & an brutum ſ[illegible]itur. Conſecutio patet: cum duo ſint [illegible]cipia, id eſt principium ſeminis, atque e[illegible]ium verum, id eſt, cum in lucem editur, & v[illegible]pria viuit, & ſuas operationes exercet, quæ ab ipſomet dependent: nam cum infans eſt in vtero materno, vita matris viuit: non enim per ſe nutritur: eſt autem ſicut fructus in arbore. cum verò auellitur, aliam ſortitur naturam: & quia id ſecundum principium cum primo conformatur, quando naturalis partus (vti diximus) fuerit: benè ergo Ptol. dixit naturam impellere fœtũ ad exitum ex vtero, ad horam quæ primo principio conformetur. Et ita accidit, vt, ſi Socrates generetur, ſigno maſculino aſcẽdente, locaque luminum in ſignis maſculinis fuerint, atque diſpoſitores in maiori parte in eiſdem ſignis: natura quoque fœtum ad exitum compellet, ſigno maſculino aſcendente; & ita cum conceptionis hora habet affinitatem.

Præterea eſt animaduertendum, vnum effectum eſſe eiuſmodi, vt non ab vna tantum cauſa dependeat, vt in compoſitis diximus: animal enim plura habet principia, duo ſcilicet intrinſeca, & duo extrinſeca, prout quatuor ſunt genera cauſarum: quia proprietates atque accidentia per ſe cũ ab intrinſecis principiis fluant, ſcilicet à materia atque forma: dicimus hæc accidentia propria ſingulis indiuiduis eſſe collata. Sed agens, qui dat formam, dat quoque conſequentia ad formam. Licet autem ad hominis procreationem Sol & homo concurrant: ſed tamen dici poteſt, hominem ſimpliciter hominem generare. Sed videndum eſt, an ſit diſpoſitus ad maſculi, vel gemelli, vel etiã monſtri procreationẽ: quod vel à cauſa materiali, vel efficiente prouenire poteſt: non autem à materiali, cum ſit pura potentia, quæ ſeipſam ad actum reducere nequit: neceſſe igitur eſt, vt per agentem cauſam reducatur. Vnde fit, vt virtus ſeminalis ad maſculi generationẽ propellatur, non à materia, ſed ab agente: quod in aliam materiam ſuam vim non eo pacto imprimere poterat. nam agens ſemper materiam ritè præparatam requirit: potentia autem ad actum per agens reducitur.

Sed vt ad rem reuertamur, quia viri ac mulieris ſemen ſunt ad generationem neceſſaria: quia ſemẽ habet cum illo quæ generat, vel maſculum vel fœminam. Sed vnde fit, (quæret quiſpiam) vt aliàs maſculus, aliàs fœmina generetur? nã ſi id in ſemen tantum referretur, ſemper eodem pacto maſculus gigneretur, cum eſſet validum: ſi vero tenue atque imbecillum, fœmina procrearetur. Vnde ergo eſt, vt id aliquando ſit fluxile, aliquando grãdinoſum, cum ab eodem viro defluat? non poteſt hoc aliò niſi in agens referri: hoc verò eſt ſiderum poſitio: quæ prout ſe habuerit, ad maſculi vel fœminæ generationem concurret.

Ad primum ergo argumentum, quo dicitur, omnis effectus particularis in particularem cauſam reduci debet: hæc propoſitio negatur. cum vero ſubiicitur: Sol & homo hominem generant, minor diſtinguitur, nempe non quemlibet particularem effectum ad vniuerſalem cauſam debere reduci immediatè, ſufficit enim vt mediatè ad eam referatur: non enim homo hominem gignere poteſt niſi Sol concurrerit: nam Solis motu ceſſante, omnis quoque actio ceſſet, neceſſe eſt.

Ad ſecundum, cum dicitur, id quod eſt per ſe, non debet ad id reduci, quod eſt per accidens: id cõcedimus. Sed ſi effectus ſunt per ſe, negatur, nam ſunt per accidens, præter agentis intentionem,

ſunt

Digitized by Google

ſunt enim errores. Ergo ſiderum poſitio eſt per accidens, id in naturali partu negatur, in intempeſtiuo verò, conceditur: at hoc non eſt propriè generatio.

Ad tertium dicitur, quòd prouenit ex parte materiæ, ergo non ab alia cauſa: negatur, quia quilibet effectus à pluribus cauſis dependet, licet primo vni cauſæ attribuatur, non ita tamen, vt aliç omnes excludantur, nam agens, finis, materia atque forma ad cuiuſlibet rei generationem concurrunt. Cum vero quarto loco dicebatur, omnem effectũ ab immediata cauſa denominationem accipere debere: Reſpondeo, vnumquemque effectum ſemper à cauſa proxima denominationem ſortiri: ergo totam ſuam naturam à cauſa illa habet: conſecutio negatur.

Ad vltimum, quando dicitur, omne quod eſt præter agentis intentionem, & naturæ, eſt per accidens, & ad vnum per ſe reduci nequit. Sed eſſe monſtrum, eſt error, &c. Secundum Ariſtotelis doctrinam negatur. Nam is 2. Phyſ. tex. 52. dicit, medicum præter intentionem ægroto mortiferam medicinam propinare, cum intendat potius ſalutarem propinare. Ergo non eſt à cauſa ordinata. Reſpondeo, non valet. Ergo licet naſcatur monſtrum, & id præter agentis intentionem ſit, id non eſt à cauſa ordinata. Negatur, quia, vt diximus, in cælo ſunt cauſæ, & ſecundum materiæ diſpoſitionem, illi effectus producuntur.

### *Cauſæ monſtrorum.*

Quamuis DEVS æternus, ſapientiſsimus gubernator & conſeruator vniuerſam mundi machinam ſeruat, & ſpecierum figuras: tamen ſæpe inſolita & varia ſpecie, à communi rerum forma diſcrepante, eduntur monſtra, & vel diuinitus conformãtur, vt depingant nobis regnorum, gentium aut Tyrannorum mores, & ſecuturas mutationes: ſæpe etiam ex deprauatis Diaboli arte perficiuntur fœtibus: qui potenter graſſatur permiſſu DEI, & prodigioſa plurima molitur, vere deformans & perdens DEI creaturas. Sæpe etiam ex corrupta materia, aut externis accidentalibus cauſis, enormia vitia oriuntur: ſæpe infauſti cõgreſſus & commixtiones ſtellarum monſtra progenerant, vt ait Ptolemæus ſuprà, & nos infrà dicemus.

Referunt enim Hiſtoriographi, quòd tempore Mauricij Romanorum Regis anno domini 601. in Thracia mulier puerũ genuit monſtroſum prorſus, naturæque ipſius piaculum. Oculis nãque, palpebris, & ſuperciliis caruit, neque reliqua corporis cõſtitutione formam & effigiem iuſtam habuit: quippe cui neque manus, neque brachia eſſent, & cui ad coxendices cauda Piſcis illis innata dependeret. Quod portentum vbi Mauricius imperator vidit, interfici id iuſsit, gladiumque ſtatim exoſculatus eſt. Mater autem quæ monſtrum ipſum protulerat, quandoquidem ſua culpa ad inopinatum miraculum nihil contuliſſet, crimine abſoluta eſt.

Circa finem imperij Lotharij Cæſaris, qui fuit Saxoniç dux, anno domini 854. quædã mulier edidit partum monſtroſum, ſpecie videlicet hominis ac canis integerrimè corporibus coniunctis, dorſo connexis ac dorſis ſpina ſolidiſsimè conglutinatis. Mox ſecuta eſt mors imperatoris.

In Argoia Heluetiæ prouincia, nobilis quædam matrona Leonem crudeliſsimum animal peperit, quod quidem Ioannes Stumpfi in Heluetiorum Chronicis, anno à natiuitate Chriſti 1278. eſſe factũ ſcribit, licet alij hiſtorici in aliud tempus reiiciant. Eo anno defuncto Ioanne 21. Pontifice Maximo, Nicolaus 4. in eius locum electus eſt. Bellum inter Rodolphum Cæſarem & Othocarum Bohemorũ regem ortum, ac in campis Auſtriæ trans Danubiũ cruento prælio eſt conflictum. Rodolphus victor Sueuorum Alſatumque virtute factus eſt. Othocarus verò ſtrenuè pugnans occubuit.

Anno 1282. in Martini quarti Papæ pontificatu ex illuſtri quadam fœmina põtificis neceſſaria, natus eſt puer villoſus, & in ſpeciem vrſi vnguiculis armatus, quo monſtrifico partu permotus pontifex omnes vrſorũ imagines, quæ fortè in eius domo fuerunt, iuſsit deleri, manifeſto argumento receptæ ab ea imaginationis in conceptu. Incidit id monſtrum in primum Martini Pontificis maximi annum: quo tempore in Tyrrheniæ ora apud Centumcellas captus eſt piſcis, abſoluta Leonis ſpecie, qui mare extractus, humanam vocem vlulatu expreſsit: ad Pontificis conſpectum delatus eſt, qui in vrbe veteri tunc fortè erat. Obſtupuit pontifex & omnis multitudo quæ illi apparebat, inſuetam beluæ formam prçſertim Pelagicæ. Sed ita vulgò perſuaſum video, nihil naſci in aliqua naturæ parte, quod non idem & in mari cernere ſit. Genuenſes & Lucenſes à Cæſare libertate ſunt donati. Tartari Pannoniam inuadunt, omnia vſque ad Peſtum vaſtantes. Piſæ à Germanis dirutæ. Siculi Gallis infeſti, Ioanne Prochitio autore (qui à Petro Aragonum Rege ad hoc paratus erat) omnes Gallos, ad campanæ pulſum, vno veſperi interfecerunt. Apud Forumliuium eodem tempore Galli cæſi ſunt.

Anno 1471. mulier quædam Brixiç canem: aliáque Papiæ Catum pepercre, & hoc ipſo anno & menſe in Brixiana ciuitate 15. Auguſti die, hora vigeſima ſecunda, magnus terrçmotus in ipſa vrbe fuit: & adeò grandis, vt ciues ædium, & mœniorum ruinam extimuerint.

### *Cauſæ cçleſtes monſtrorum Ptolemaicæ.*

Tradit autem Ptolemęus cauſas celeſtes, de generatione monſtrorum, his verbis. Primum, inquit, in his luminaria procul remota reperiẽtur, & nullo modo aſpicientia Horoſcopum, & cardines occupati erunt à maleficis ſtellis.

Cùm igitur talis diſpoſitio ſe offeret, vt fit ſæpe in natiuitatibus ſordidis, & infauſtis, vt maximè non ſine monſtroſç, conſideranda eſt præcedens coniunctio aut oppoſitio, & dominatores earum, & natiuitatis dominator. Si igitur natiuitatis ſignificator, & Luna, & Horoſcopus aut plures, nullam habent cognationem, cum dominatore præcedentis coniunctionis aut oppoſitionis, naſcitur fœtus perplexç naturæ, ſeu monſtroſus.



Digitized by Google

Vixit hoc monſtrum horis 26. caput erat Simiæ capiti admodum ſimile. Incumbebat capiti moles placentæ formam referens, ex concreto impuriſsimo ſanguine, & in hac magnum erat foramen oris figuram exprimens. Erat ſine fronte. Oculi erant magni, extantes & truculenti. Os erat diſtortum, magnæ quantitatis 7. Huius monſtri natiuitatem preceſsit oppoſitio die 10. Ianuarij hora ferè 22. poſt meridiem: ac locus oppoſitionis fuit 1. grad. 5. min. Leonis. Saturnus eſt dominus geniture conſiſtens in loco cadente & oppugnans locum oppoſitionis aſpectu quadrato ex domo martis, & cauda propemodum Soli coniungitur. Sol ergo dominus oppoſitionis ſauciatus eſt à Saturno ex quadrato aſpectu non reſpiciente horoſcopũ, nec horoſcopus aſpicitur à luminarib᷒. Quare poſitio Ptolemæi vera eſt.




Die 26. ☍ in meridie.




Extingvitvr hoc monſtrum Epilepſia anno 1565. Die 5. Februarij, hora 6. min. 45. poſt meridiem.



Digitized by Google

☋ 24. 53. ♒

Octavo idus Februarij matutina hora quinta, eademque minuta, Schaffuſiæ Heluetiorum nati ſunt infantes duo, vterque fœminei ſexus, capitibus duobus, brachiis quatuor, totidemque pedibus diſiunctis, vno verò ſolido corpore, à collo ad vmbilicum vſque, vmbilici ſubtus vinculo propendente.




Natus eſt puer in agro Tigurino, ditione kiburgẽſi, parochia Vuiſnangna, vico Teillurga, Maij die vigeſimo ſexto, qui erat dies dominicus ante Aſcenſionem domini circa duodecimam noctis horam, parentibus Ioanne Vualtero & Barbara Saxeria coniugibus. Hic puer à parocho loci Henrico Meſicommero baptizatus, & Henricus appellatus eſt. Incrementum eius per infantiam & primos pueritiæ annos omnibus miraculo fuit. Nã cum hoc tempore ſex tantum annos ętatis abſoluerit, proceritate tamen adoleſcentem annorũ quatuordecim æquat, craſsitudine & corpulentia ſuperat. Vox ei ampla & valida. Genitalia nõ minora quàm circa annum vigeſimũ eſſe ſolent, pubertate etiam hiſpida. Nec dũ creſcere deſiit. Annos quinque natus onera magna iam portabat, vt pote mediocrem ſaccũ (quem illi modium vocant. eſt autem quadruplus ferè ad modum veterum Romanorum) tritici. Frugum in areis trituræ, quas perticis flagellant, & moderando aratro inſtar viri adulti ſatis. Ingenium puerile habebat, vt ſcripſit Geſnerus.



*Exempla, quæ extant apud varios ſcriptores de monſtris.*

Hoc notent Aſtrologię ſtudioſi, infauſtas eſſe natiuitates, in quibus luminaria conſiſtunt in locis declinantibus, vt in 1.2.3.6.& 9. nullamque cũ horoſcopo habent familiaritatem, id eſt, quando luminaria non conſiſtunt in ſignis imperantibus, ſed ſubditis, ac mali planetæ præcipuos cardines occupant, nec habent cognationem cum horoſcopo, ita vt præter hũc poſitum, cum domino oppoſitionis aut coniunctionis præcedentis, aut domi nis vtriuſque luminis, Domini natiuitatis, Lunę, Mercurij, & Horoſcopi, aut omnes aut plurimi, nõ habeãt familiaritatem, ac tum monſtrum naſcetur.




*Exempli gratia.*

Nouilunium 28.32. ♈




Monstrum quoddã natum eſt Miſenæ, die 14. Aprilis, Anno 1548. inter 6.& 7. horam. Infans vi-uus cùm prodiret ex vtero materno, Craneũ habuit in fronte diuiſum, oris loco habuit exiguum foramen, aliàs toto corpore fuit truncatum. Huius monſtri natiuitatem præceſſcit coniunctio die 8. ho. 2. min. 9. poſt meridiem: ac locus coniunctionis fuit 28. gra. 32. min. Arietis. Mars eſt dominus geniturę, cum Luna, quę cum eo participat, & eſt infortunata, conſiſtẽs in loco cadẽte, & oppugnãs locũ coniunctionis aſpectu quadrato, Saturno oppoſita. Hic igitur Mars, dominus horoſcopi, quem Venus intuetur quadrato aſpectu, ex domo mortis, minus proſperum habet poſitum, & cauda propemodum Soli coniungitur.

Hic

Digitized by Google

HIC fuit filius cuiuſdam fabri Brandeburgi, qui iam ſuperans annum ætatis quintum pedibus conſiſtere nequibat, velut vermis repebat tantum, ac ſæpe Epileptico corripiebatur morbo.

Cum eſſem Florentiæ anno 1556. vidi quoddam monſtrum, quod ortum fuit die 8. Martij ante ortum Solis, anno 1552. in Augubio ſub dominio Ducis Vrbini. Caput enim ipſius fuit ita magnum vt longitudine & latitudine totum eius corpus ſuperaret, & propter eius pondus ſemper iacebat in lecto: & infra oculos & capillos erat frons ita magna in ſua latitudine, vt duo capita hominum eſſent parua pro eius menſura: adeo quod ipſius caput pro capite cuiuſcunque magni Cyclopis ſatis magnũ foret. Hic puer quidem mitis erat & perblandus, ſed linguax.







Nouilunium 15. 17. ♓

Harum obſeruationum Ptolemaicarum exempla colligant ſtudioſi, & poſitus ſiderum examinet. Nam Lycoſthenes refert quòd anno 1543. Die conuerſionis ſancti Pauli, natus eſt infans, ex honeſtis & nobilibus parentibus, teter admodum & horribilis aſpectu, flammeis & radiantibus oculis, ore, naribuſque bouini cornu figura exertis ac prominentibus, dorſo pilis caninis hiſpido, ſimiarum faciebus in pectore extantibus, qua mamillarum locus, oculis felium ſubtus vmbilicum hypogaſtrio adfixis, tetris ac minacibus canum capitibus ad vtrunque cubitum & pedis vtriuſque patellam antrorſum ſpectantib', γιγαντώπους & γιγαντόχυς figura pedum Cygni, cauda ſurſum reflexa & recurua longitudine vlnæ dimidiæ. Editus in lucem quatuor horas vixiſſe, & tandem his emiſsis vocibus, vigilate, Dominus Deus veſter aduentat, expiraſſe dicitur.

Plenilunium 10.37. ♌




ANNO 1540. in Haſsia quinto idus Februarij fœtus editus eſt, geminis capitibus reflexis in dorſum, quorũ ſeſe facies obuerſæ inuicem minaci aſpexerunt vultu.

Nouilunium 28.40. ♒




In regno Anglico anno 1552. die 3. Auguſti, inter 10. & 11. à meridie ſub eleuatione 54. grad. monſtrum natum eſt poſthumum. Erãt autem duæ puellæ, capitibus non vno & naturali loco eminentibus inter ſe, ſed oppoſitis inter ſeſe, vnus fuit vmbilicus, tres pedes, vno dextro laterotenus exporrecto, duobus ex oppoſito latere ſiniſtris, manibus omnibus. vna vixit ad 18. Auguſti diem, altera ad 19. vide Cardanum de hoc monſtro lib. 3. cap. 8. commentariorum, in Apoteleſmata Ptolemæi.

Quod monſtrum fuit, facit Luna cum nodo deuehente, & Iupiter dominus coniunctionis cum nodo aſcendente, & Sol in ſextili aſpectu Martis ex longa aſcenſione, Mars in Geminis, Sol in Leone, ſecundum ſigna & locum, & in angulo primę, & Saturnus eleuatus ſuper omnes planetas. Quia eſt in vndecima, ad cuius oppoſitum Sol contendit.

Ideo




Ideo etiam vita fuit breuis, deinde etiam qui abſcindit vitam, eſt in angulo Aſcendentis, & Mercurius dominus horoſcopi vnà cum Ioue exiſtit in ſuis nodis. Vide Cardanum.




Brandebvrgi in noua vrbe infans maſculus natus eſt anno 1566. Die 23. Auguſti, hora 18. min. 30. poſt meridiem, ſine manibus & brachiis. Toto corpore alias fuit ſaluus & integer.

Vervm operæpretium fore duximus ſi ex Albubatris ſententia de partibus monſtroſis aliquid inſerius. Ea autem huiuſmodi ſe habent.

*De modis nati, & cuius naturæ ſit futurus, & vtrum homo, an animal brutum.*

Scias, quòd ſignificatio nati in modis non eſt, niſi ex motu planetarum & mutatione eorum in ſignis humanis, ac ſignorum partib' & angulis. Nam quādo plures planetę ī angulis fuerint, maximè dominus triplicitatis aſcēdētis Sol, Luna, pars fortunæ, gradus coniunctionis, aut oppoſitionis natiuitatem præcedentis, ſignificāt modum ſublimitatis nati, eius elementa, naturam ac formam humanam. Et ſi omnes prædicti, vel eorum maior pars cadentes fuerint, vel infortunati, ac in ſignis beſtiarum, ſignum eſt, quòd fœtus forma humana carebit. Similiter quando dominus aſcendentis



Digitized by Google

Lunã aſpexerit,& dominus ſigni vitæ ſignum ſuum etiam aſpexerit, ſignum eſt quòd natus erit monſtroſus, aut ſpeciem animalium brutorum habebit. Et ſi cũ hoc ĩfortunę dominũ ſigni vitæ aſpexerint, vngues & capilli erunt ſimiles catis & canib⁹. Quod ſi dictæ infortunæ ipſum ſigni vitæ dominũ de angulis ſine aſpectu fortunæ aſpexerint, nat⁹erit de genere beſtiarũ, homines venantiũ. Dicit Hermes, qui fuit caput ſapientum, quòd quando planeta maſculus in parte aſcendentis fœminina, ac in ſigno fœminino fuerit,& infortuna ipſum de parte fœminina ſimiliter aſpexerit, fueritq; natiuitas nocturna, aut Saturnus & Mars exiſtentes dictum planetam aſpexerint, aut Mercurius infortunatus fuerit, vel cum Marte in malo loco, & Luna combuſta in medio ſigni, id eſt, non habens latitudinem, ac in ſigno quadrupede, vel octo pedum exiſtente, & Sol ſecundum hunc modum ſe habuerit: necnon dominus horæ infortunatus vel cadens, ſeu occidentalis aut retrogradus, aut tortus in ſuo aſcenſu, aut in parte dextra fuerit, illa natiuitas non erit hominis, ſed alicuius ſpiritus maligni. Et non dicas ipſum de animalibus homines vorantibus, niſi Iupiter Martem aſpexerit, aut Mars Ioui teſtimonium prębuerit. Quod ſi Mars cum Saturno fuerit, mulier pariet ſcorpionem vel ſerpentem, vel aliquod animal ſimilis ſpeciei. Præterea aſpice partem duodenariæ ſeptem planetarum, & præcipue Solis & Lunæ: Aſpice etiam aſcendentem, & quis planeta in eo fuerit, & quis eum aſpiciat, & vtrum aſcendens ſit de figuris humanis, vel beſtiarum. Quod ſi pars duodenariæ planetarum ceciderit in ſigno beſtiarum, natus erit ſimilis beſtiis vel monſtroſus,& hoc fortius, ſi Sol vel Luna ſint in aſcendente, aut pars fortunæ, vel dominus ſuæ domus. Sed ſi fortuna ipſum aſpexerit, natus non erit ſimilis beſtiis ſed beſtiarum homines vorantium nutritor. Similiter, quãdo Luna non aſpexerit dominum ſuæ domus,& fuerit in eius oppoſitione, aut Luna in ſigno beſtiali, ac in aſpectu infortunæ fuerit, ſignum eſt, quòd natus erit ſimilis alicui ex animalibus. Et ego oſtendam tibi quandam ſimilitudinem, quam in libris ſapientum reperi. Quædam fuit natiuitas, cuius aſcendens fuit 18. grad. Capricorni, medium cæli 11. gra. Scorpionis, & oppoſitio in 9. gra. Capricorni,& 39. minut. pars fortunæ 24. gra. Tauri, Sol 29. grad. 54. minut. Tauri, Iupiter 24. gr.& 34. min. Virginis. Mars 4. gr. & 26. min. Leonis.& Mercurius 14. gra.& 45. min. Tauri. Quia ergo Iupiter, Luna & Mercurius, cadentes ſunt ab angulis,& Saturnus dominus aſcendentis in oppoſito ſuæ domus, & Iupiter ſimiliter, & licet Sol ſit in angulo, eſt tamen cadẽs. Et Saturnus qui eſt dominus domus oppoſitionis tranſactæ eſt in oppoſito dictæ oppoſitionis, ac etiam aſcendentis, ſignum eſt quòd mulier illa non pareret hominem, ſed animal brutum. Et quia pars fortunæ cecidit in ſigno quadrupede triplicitatis Lunæ, quod ſignificat cibum, aut nutrimentum, eſt in ſigno quadrupede, & etiam dominus 3. & dominus domus Lunæ, ac duodenariæ Lunæ in ſigno quadrupede, & ſimiliter aſcendens ſignum quadrupes, hoc totum ſignificat, quòd illud animal brutum eſſet canis. Et quia locus Lunæ, quę eſt domina noctis, aſpiciebat Iouem, ac dominum ſuæ domus, & Venus quæ eſt domina partis fortunæ, aſpiciebat partem fortunæ à 4.& Luna in 11. à parte fortunæ, ſignũ eſt quòd nutritiua ſua eſſet in bono loco. Similiter fuit quædam natiuitas, cuius aſcendens fuit 16. gra.& 31. minut. Capricorni. Medium cæli 4. grad.& 34. minut. Scorpij. Oppoſitio hanc natiuitatem pręcedens, fuit in 20. gra.& 56. min. Sagittarij. Venus in 16. gra. & 50. min. Tauri. Iupiter & Luna in Tauro. Aſpice ergo dominum partis oppoſitionis præcedentis dictam natiuitatem, quomodo dicta pars ab ipſo eſt ſeparata. Aſpice ergo dominum triplicitatis Lunæ, qui eſt dominus dictæ partis qualiter ſunt diuerſi, & vnus non aſpicit alium,& qualiter ſeparati ſunt ab aſcendente, & à domino domus ſuæ.

Similiter aſpice Saturnum qui eſt dominus partis fortunæ & aſcendentis, quomodo cadit à Secunda & tertia ab angulis.

Deinde aſpice duodenariam Solis & Lunæ, & quomodo in ſigno quadrupede eſt collocata, & qualiter omnes planetæ ſunt ab angulis cadentes, & ſeparati, pręter Lunam & Iouem, qui ſunt in domo finis rei ſub terra, hoc totum ſignificauit, quòd mulier illa pareret aſinum. Et quia Luna eſt in triplicitate aſcendentis cum Ioue, ac in ſua exaltatione, ſignum eſt quod aſinus ille eſſet pulchræ nutritionis atque modi. Hæc Albubater c.5.

## TEXTVS.

### Περὶ ἀτρόφων.

Λοιποῦ δὲ ὄντος εἰς τὰ κατ' αὐτὴν τὴν γένεσιν τοῦ περὶ ἀτρόφων λόγου προσήκει διαλαβεῖν, ὅτι πῆ μὲν ὁ τρόπος οὗτος ἔχεται τοῦ περὶ χρόνων ζωῆς, ἐπειδὴ δ' ζητούμενον εἶδος οὐκ ἀλλότριον ἑκατέρου, πῆ δὲ κεχώρισται παρὰ δ' κατ' αὐτὴν τὴν τῆς ἐπισκέψεως δύναμιν διαφέρειν πως. ὁ μὲν γὰρ περὶ χρόνων ζωῆς. ἐπὶ τῶν ὅλως ἐχόντων χρόνους αἰσθητοὺς θεωρεῖται, τουτέστι μὴ ἐλάττονας ἡλιακῆς περιόδου μιᾶς, χρόνος γὰρ ἰδίως ὁ τοιοῦτος ἐνιαυτὸς καταλαμβάνεται, δυνάμει δὲ καὶ ὁ ἐλάττων τούτου μῆνές εἰσι καὶ ἡμέραι καὶ ὧραι. ὁ δὲ περὶ ἀτρόφων ἐπὶ τῶν μηδ' ὅλως φθανόντων ἐπὶ τὸν προκείμενον χρόνον ἀλλ' ἐν τοῖς ἐλάττοσι ἀριθμοῖς δι' ὑπερβολὴν

βολὴν τῆς κακώσεως φθειρομένων. ἔνθεν κἀκεῖνος μὲν πολυμερεστέραν ἔχει τὴν ἐπίσκεψιν, οὗτος δὲ τὴν ὁλοσχερεστέραν. ἁπλῶς γὰρ ἐάν τε κεκεντρωμένων ἢ τὸ ἕτερον τῶν φώτων καὶ τῶν κακοποιῶν ὁ ἕτερος συνῇ ἢ καὶ διαμηκίζῃ ταῦτα δὲ μοιρικῶς καὶ κατ᾽ ἰσοσκέλειαν μηδενὸς μὲν ἀγαθοποιοῦ σχηματιζομένου, τοῦ οἰκοδεσπότου τῶν φώτων ἐν τοῖς τῶν κακοποιῶν τόποις κατειλημμένου, τὸ γεννώμενον οὐ τραφήσεται, παραυτὰ δὲ ἕξει τὸ τέλος. ἐὰν δὲ μὴ κατ᾽ ἰσοσκέλειαν μὲν τοῦτο συμβαίνῃ, ἀλλ᾽ ἔγγυς ἐπαναφέρωνται τοῖς τῶν φώτων τόποις αἱ τῶν κακοποιῶν βολαὶ, δύο δ᾽ ὦσιν οἱ κακοποιοὶ, καὶ ἤτοι τὸ ἕτερον τῶν ἢ καὶ ἀμφότερα βλάπτοντες, ἢ κατ᾽ ἐπαναφορὰν, ἢ κατὰ διάμετρον, ἢ ἐν μέρει τὸ ἕτερον ὁ ἕτερος, ἢ ὁ μὲν ἕτερος διαμετρῶν, ὁ δὲ ἕτερος ἐπαναφερόμενος, καὶ οὕτως ἄχρονα γίνεται τοῦ πλήθους τῶν κακώσεων ἀφανίζοντος, τὸ ἐκ τοῦ διαστήματος τῆς ἐπαναφορᾶς εἰς ἐπιμονὴν τῆς ζωῆς φιλανθρώπων. βλάπτει δὲ ἐξαιρέτως κατὰ μὲν τὰς ἐπαναφορὰς ☉ μὲν ὁ τοῦ ♂, σελήνην δὲ ὁ τοῦ ♄. κατὰ δὲ τὰς διαμετρήσεις ἢ καθυπερτερήσεις ἀνάπαλιν ☉ μὲν ὁ τοῦ ♄, σελήνην δὲ ὁ τοῦ ♂, καὶ μάλιστα ἐὰν καλάχοσι τοπικῶς τῶν τὰ φῶτα καὶ τὸν ὡρόσκοπον οἰκοδεσποτησάντων. Ἐὰν δὲ καὶ δύο τυγχάνωσι διαμετρήσεις ἐπὶ κέντρων τῶν φώτων ὄντων καὶ τῶν κακοποιῶν κατ᾽ ἰσοσκέλειαν, τότε καὶ νεκρὰ ἢ ἡμιθανῆ τίκτεται τὰ βρέφη. τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, ἐὰν μὲν ἀπόρροιαν, ἀπό τινος τῶν ἀγαθοποιῶν ἔχοντα τὰ φῶτα τυγχάνοι, ἢ καὶ ἄλλως αὐτοῖς ᾖ συνεσχηματισμένα, ἐν τοῖς προηγουμένοις αὐτῶν μέρεσι μέντοι τὰς ἀκτῖνας αὐτῶν ἐπιφερόντων, ἐπιζήσεται τὸ τεχθὲν ἄχρι τοῦ μεταξὺ τῆς τε ἀφέσεως, καὶ τοῦ ἐγγυτέρω τῶν κακοποιῶν ἀκτίνων ἀριθμοῦ τῶν μοιρῶν, τοὺς ἴσους μῆνας, ἢ ἡμέρας, ἢ καὶ ὥρας, πρὸς τὸ μέγεθος τῆς κακώσεως, καὶ τὴν δύναμιν τῶν τὸ αἴτιον ποιούντων. Ἐὰν δὲ αἱ τῶν κακοποιῶν ἀκτῖνες εἰς τὰ προηγούμενα φέρωνται τῶν φώτων, αἱ δὲ τῶν ἀγαθοποιῶν εἰς τὰ ἑπόμενα, τὸ γεννώμενον ἐκτεθὲν ἀναληφθήσεται καὶ ζήσεται· καὶ πάλιν ἐὰν μὲν οἱ συσχηματισθέντες ἀγαθοποιοὶ καθυπερτερηθῶσιν ὑπὸ τῶν κακοποιῶν εἰς κάκωσιν καὶ ὑποταγὴν, ἐὰν δὲ καθυπερτερήσωσιν εἰς ὑποβολὴν ἄλλων γονέων, εἰ δὲ τῶν ἀγαθοποιῶν τις ἢ τὴν ἀνατολὴν ἢ τὴν συναφὴν ποιοῖτο τῇ ☾, τῶν δὲ κακοποιῶν ὑπὸ δύσιν τις εἴη, ὑπ᾽ αὐτῶν τῶν γονέων ἀναληφθήσεται. κατὰ δὲ αὐτὸν τὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν πλειστογονουώτων. ἐὰν δὲ ὑπὸ δύσιν τις ᾖ, τῶν κατὰ δύο, ἢ καὶ πλείους συνεσχηματισμένων ἀστέρων, ἡμιθανές ἐστιν ἢ σάρκωμα, καὶ ἀτελὲς τὸ γινόμενον ἀποτεχθήσεται. ἐὰν δὲ ὑπὸ κακοποιῶν καθυπερτερῆται ἄτροφον ἢ ἄχρονον ἔσται τὸ ὑπὸ τῆς κατ᾽ αὐτὸν αἰτίας συγγεγεννημένον.

*De his qui non creuerunt.* CAP. IX.

POſtquam eorum, qui non creuerint ſermocinatio præceſſit, reſtat de illorum elocutione, quorum per natiuitatis horam contingentium notitiam habere quærimus. Hanc autem enarrationem ob hoc ꝙ iſtud quæſitum capitulum ab iſtorum duorum vtroq; modorum non longè remouetur, quandoque locutioni de vita adhærere, quandoque vero illi contrariam eſſe, eo ꝙ huiuſmodi inueſtigationis vis quibuſdam variationibus alteratur, ſciendum eſt. Sermo namq; vitæ non eſt niſi in his omnibus, qui vitam ſenſerunt. Hi autē ſunt quorum vita ſolari circuitione quod eſt vnius anni ſpacium nequaquam minor habetur. vita vero quæ eſt in fortitudine, eſt id quod minus eſſe dicitur, vt ſunt menſes, dies, & horæ. Eorum autē qui non creuerint ſermocinatio eſt eorum locutio, qui ad aliquod iſtorum prædictorum tempus non peruenient, ſed in breui tempore propter mali & nocumenti ſuperfluitatem morientur. Quapropter vitæ inueſtigatio multarum eſt partium. Illorum autem qui non creſcunt vna eſt & plana. Generaliter igitur cum luminarium aliquod in angulorum aliquo fuerit, eiq; aſſocietur infortunarum altera in longitudine, quæ cum eo fuerit gradu per gradum, vel fuerit in figura æquicrura, nec fortunarum aliqua ei aſſocietur in figura, fueritq; diſpoſitor loci luminarium in locis infortunarum, natus non viuet, ſed mox morietur. ¶Quod ſi fuerit in figura æquicrura, ſed in proiectione radiorum infortunarum à locis luminarium ad ipſum aſcendens, fuerintque infortunatores duo, alterum vel vtrumque luminarium infortunantes, ad

ipſorum

Digitized by Google

ipſorum duorum loca vel alterius aſcendentes. At ſi in eius vel eorum oppoſitione fuerit, ſeu ſui nanque infortunarum alterum luminarium infortunauerit, cum eorum altera fuerit oppoſita, altera quidem ad luminaris locum aſcenderit, natũ vitam non habere minimè dubitabitur. Quoniam maximum nocumentum quod eſt in hoc, valetudinem & profectũ qui ex longitudine loci ad loca luminarium aſcendentis in vitæ ſpacio prouenit, deſtruit & occultat. Id autem quod propriè Solẽ impedit ex his quæ ſunt in loco, qui ad ipſius locũ aſcendit Mars eſſe dicitur, Lunã vero Saturnus. At in eorũ oppoſitione vel cum ad ipſam aſcenderit, contingit contrariũ. Solẽ etenim Saturnus, Lunã vero Mars impedit, maximè autẽ cum locis luminariũ & aſcendentis diſpoſitores eorum exiſtendo dominentur. Et ſi duas opoſitiones habuerint, fuerint luminaria & infortunæ in angulis vel ĩ æquicrura figura, mortui vel ſemimortui naſcũtur infantes. Quod ſi hoc ita contingit, & ab altera fortunarum luminaria ſeparata, vel in figura fuerint ei aſſociata: & peruenerint radij ad præcedentes partes, viuet natus ſecundum ſignificationem numeri graduum, qui fuerint inter alhileg, & proprios infortunæ radios, ex numero menſium vel dierum aut horarum, ſecundum eorum infortunij quantitatem, quæ ſunt huius occaſio. At ſi infortunarum radij ad præcedentes partes luminarium, fortunarum vero ad ſequentes peruenerint, natus creſcet & viuet. Item cum eleuabuntur infortunæ ſuper aſſociantes fortunas in figura, erit natus miſeræ qualitatis & imbecillis. Quod ſi fortunæ eleuabuntur, natus cum parentibus non morabitur. Et ſi altera fortunarum cum Luna pariter oriatur, vel iecciſal habeat, & altera infortunarum occidat, natus à parentibus nutrietur. Hoc igitur iterum modo multorum natorum erit obſeruatio, cum ſtellarum aliqua duobus pluribuſue modis in figura ſocietatem habentium in occidente fuerit, infans ſemiuiuus orietur, aut velut carnis fruſtum, aut imperfectæ creationis, & ſi altera infortunarum ſuper eam eleuetur, non nutrietur natus vel non habebit vitam ſecundum hoc quod per iſtud contingit.

*COMMENTARIVS.*

Qvandocunque verborũ præſentis, & ſubſequentis contextus expoſitionem mecum ipſe perpendo, totus horreo & expaueſco: arduam nanque, difficilem, & hominis virib' prorſus imparem prouinciam aggreditur, quicunque humanæ vitæ periodum nititur dimetiri. Et quis eſt profectò inter mortales, imò inter ſpiritus illos viuaciſsimos, qui dies hominis numerare valeat: niſi qui hominem ad ſui ſimilitudinẽ formans, ei terminum vitæ ita conſtituit, vt quemadmodum à nemine preteriri, ſic etiã à nemine cognoſci, & ſciri poteſt? Vigilate itaque (dixit ipſamet veritas & ſapientia, in qua & per quam vita ipſa viuit, & viuendò conſiſtit) quia neſcitis diem, neq; horam. Ergóne ita refractarij, vel impudentes erimus, vt id promittamus reſerare circa terminum vitæ, quod ſolum collocatum eſt in libera voluntate datoris vitæ? Abſit. Id quidem, nec tentarunt antiqui illi & præclariſsimi Mathematici, qui ſemper de Deo opt. max. religioſiſsimè verba fecerũt, quãuis Philoſophi eſſent, lumineque naturæ ducentur, & quod illi auſi non ſunt, audebũt homines Chriſtiani, tanto ſcripturarum, fidei, & eccleſiæ catholicæ lumine illuſtrati? Quapropter hoc altiſsimũ & (vt ſic dicam) diuiniſsimum de vitæ termino iudicium non tractatur ab Aſtrologo vt certum, ſed vt dubium, non ſancitur certitudine, ſed cõiectura, non determinatur vt neceſſarium, ſed contingens, non proponitur vt demonſtratiuum, ſed tanquàm probabile, non vt infallibile, ſed vt variabile, & inuertibile. Nihilominus id inuertibile, variabile, probabile, contingens ob ſui dignitatem, ac nobilitatem, nempe verſans circa humanæ vitæ finem, rapit mirum in modum animos audientium: nam teſte Ariſt. de animalium partibus, libentius magnarum & admirabilium rerum rationes probabiles auſcultamus: quàm minimarum, ac vilium certiſsimas demonſtrationes. Non ſecus ac iuuenis amore captus alicuius virginis, multo iucundius eius aliquam vel minimam corporis partem, imò vel vmbram corporis contemplatur, quàm oculatim aſpiciat cuiuſuis animalis apertiſsima membra. Accedamus ergo ad hanc materiam religioſè tractandã, & Ptolemæi ordinem proſequendo, hæc duo videamus, primò quid propriè apud Aſtrologos dicatur vita: & id in hoc capite: ſecundo loco quibus conſtellationibus breuitas, vel vitæ longitudo coniiciatur, & hoc in capite ſequenti. Sed præſens caput ad maiorem negotij facilitatem quadripartitur: primo ſiquidem manifeſtatur, quænam periodus Vita dicatur, ſecundo quæ conſtellationes tam cito auferant vitam nato, tertio quæ illum interimant, antequam ad hanc lucem prodeat, quarto & vltimo de his filiis, qui ſtatim in lucem editi ſic odio à parẽtibus habentur, vt vel publicè exponantur canibus, vel in miſerã ſeruitutem venundẽtur. Quæ omnia ſecundũ coniecturam probabilem tractabimus, ſolidam veritatem Deo relinquentes. Vitæ periodus à Ptolemæo duplex ſtatuitur, nempè perfecta, & completa, & imperfecta, ac diminuta. Perfectam eam eſſe decernit, quę totam annuam circuitionem ad eundem natiuitatis rediens punctum debita, & integra reuolutione circũdat. Imperfectam verò, quando terminũ reuolutionis annuæ non attingens, in menſes aliquot, vel hebdomadas, aut dies, ſiue horas, vitam curſumque nati limitat, ſecat, ac finit. Sol enim anno integro omnibus vitã quodãmodo largitur, initio, medio & fine, ſ. in Ariete, Cãcro Libra & Capricorno: vnde à ſimili quodcũq; animal annua reuolutiõe nõ fruitur, cũ vita ipfectè vſum eſſe, cẽſendũ eſt. Iudæ' aũt clarus, & quãplures alij eã vitã eſſe perfectã determinãt, cũ natus ſuis manib', pedib', ſenſificis potẽtiis, ac rationabilibus viuere incipit, qđ in 4. anno fieri

mani

manifeſtiſsimū eſt.Idque Arabes, Perſæ, Aegyptij, Indi, comprobāt, & affirmant: & eam ob rem nos Ptolemæum exponentes,ad vtriuſque opinionis veritatem conſtellationem in medium afferemus.

1. Conſtellatio.

Tres conſtellationes ponit auctor nato, mortem dantes,vel minitantes,quarū prima eſt:Quòd ſi in aliqua genitura fuerit malefica ſtella cum vno vel altero luminum,aut in figura æquicrura,& à locis luminum fuerint beneficæ ſtellæ remotæ, imo reperiatur diſpoſitor loci luminum in maleficarum ſtellarum viribus & poteſtate, haud viuet. verbi gratia,vt exēplo clariſsimo verba text⁹ tyronibus aperiamus. Sit Sol in duodecimo gradu Tauri,ſitque Mars ei coniunctus ſecundum longitudinem,id eſt in 12. gr.ipſius Tauri, & in oriente inueniantur: diametretur verò ei Saturnus in 12. gr.Scorpionis,nullo beneficarum ſtellarum interpoſito aſpectu (& hoc erit in figura æquicrura) imò Venus domina loci Solis reperiatur in 12. domo in cacodæmone in viribus Martis,ideſt in Ariete hæc conſtellatio natum interficit. Clarum eſt Saturnum & Martem eſſe maleficas ſtellas, quibus additur Mercurius ob ſui mutabilitatem in malum,præſertim quando repedans,combuſtus, & in detrimento reperietur: quemadmodum etiam beneficæ ſunt Iupiter, Venus & Luna benè cōſtitutæ, quibus adiungūtur omnes ſtellæ fixæ,quæ Iouiam, aut Veneream naturam participent. Punicus valdè textum contorquet tùm in explicanda iſta coniunctione partili,tùm in figura æquicrura declaranda. vult enim tunc coniunctionē partiliter afformari, quādo maleficū ſydus erit ſub luminari cōſtitutum in lōgitudine & latitudine, neque ad Auſtrū, neq; ad Aquilonē declinans.At priſci ſapientes ediderūt (quod & experiētia firmatum eſt) quòd ſi malefica ſtella ſic corporaliter cōiungatur Soli,ob ei⁹ vnionē ita deponit malitiā, vt non niſi ſalutem inſtillet, tantum abeſt vt occidat.De figura autem æquicrura multa confingit,quæ non ſunt neque ad Ptolemæi mentem, neque ad antiquorum ſenſa, vnde non immeritò addubitarim illum eſſe deceptum.

Nota quòd expoſitio de partili aſpectu eſt ipſi⁹ Haly.

Et mea quidem ſententia figura æquicrura nil aliud eſt, niſi vel quadrangulatio, vel oppoſitio ſiderum. Ponatur Sol in cardine ortiuo in 12. grad. Tauri, & Mars in medio cæli in 12. gr. Aquarij, & Saturnus in 12. grad.Scorpionis in 7.domo, hæc eſt figura æquicrura, ad inſtar trianguli æquilateri, ſcilicet duorum laterum æqualium. Dicet quiſpiā, ergo in omni ferè aſpectu erit figura æquicrura etiā in aſpectu trino & ſextili. Reſpondemus ab Euclide triplicem ſpeciem trigoni aſsignari, videlicet orthogonij,ambigonij,& iſagoni,inter quæ nobilius eſt trigonum orthogonium, propter angulum rectum.Si ergo partiliter ponatur Mars in medio cæli fiet figura æquicrura,quam auctor explicat dicēs partiles debere eſſe aſpectus,cuius diameter eſt baſis,latera ſunt æqualia,cum ſint latera quadrati, alterum verſus ortum,alterum verſus occaſum.ergo ſi Sol à maleficis aſpicitur, ab altero ex quadrato & ab altero ex oppoſito fiet figura æquicrura.

Quid ſit figura æquicrura.

Quid ſi dicam figuram æquicruram eſſe figurationem antiſcij? nam cum triplex ſit antiſcium, videlicet propè tropica,propè æquinoctialia,& in locis intermediis, quando diſtabunt æqualiter à tropico,facta eſt figura trigona:nam ſi ponatur Sol in 12. grad.Geminorum,& Mars in 18. Cancri: Solis antiſcius eſt in loco Martis, & ecōtrà, antiſcius Martis in loco Solis,quia æquidiſtant à tropico, à puncto æſtiuo,vndè arcus Arietis ad locū Solis æqualis eſt arcui à 18. grad. Cancri ad Libram, & arcus æquatoris correſpondētes illis ſunt æquales,deindè cum declinationes eclipticæ ſint æquales,figura illa erit æquicrura:& ſic ſunt duo latera æqualia.Verùm prior certior,meliorque eſt expoſitio.

2. Conſtellatio.

Secunda conſtellatio mortem inferens,eſt quando malefica ſtella non in figura æquicrura, lumen conditionarium reſpicit partiliter,ſed tantùm per radiorum proiectionem: per conditionarium lumen Solem in die,& Lunam in nocte intelligimus. Si ergo contingat Saturnus,vel Mars inſpicere lumina plactica diametratione, ideſt non partiliter, vel ſit infortunium ſequens luminare, interiment. Ponamus gratia exempli, Sol in 12. gra. Tauri, & ponatur Mars in eodem ſigno, ſed gradu diuerſo, puta gr.16,vel 18. hoc eſt infortuniū ſequi luminare,id eſt Mars Solē, vel ex oppoſito non partiliter, ſed placticè ponatur Saturnus in 16. vel 18. grad. Scorpionis,conſtellatio hæc deſignat natum moriturum. Quòd verò addit in litera de duobus infortunatoribus,intelligitur ſic vt in exemplo iam poſito, ſi in medio cæli poneretur Luna,iſta conſtellatio duos habet infortunatores, ſcilicet Martem & Saturnum qui infortunant Solem & Lunam: quare tunc non erit puer vitalis.

3. Conſtellatio.

Tertia poſitio ſiderum eſt,quando lumini conditionario ſic eſt oppoſitum infortunium vnum,vt aliud infortunium offendat,& infortunet aliud luminum aut per oppoſitionem vel per quadratum. Vt ſic Soli opponeretur Saturnus ex diametro, & Mars infortunet Lunam quouis infortunio ſignificat fœtum non fore nutriendum.

Dubium.

Quoniam verò quiſpiam dubitare potuiſſet, an infortunia indifferenter offendant luminaria, vel magis vnum, quàm alterum. Reſpondet auctor Mars ſua natura infortunare Solem & Saturnū Lunam quandocunque coniungentur:& quotienſcūque Sol à Saturno infortunaretur, mortem non ſignificaret,vt eſt in infortunio Martis: econtrà Saturnus cum Luna mortem protendit in coniunctione:in oppoſitione verò Saturnus ſauciat Solem,& Mars Lunam.

Omnium,quæ diximus, ſiquis rationem quærat ex ſuperioribus facillimè elicere poterit: verùm melius per obſeruationes comprobarentur, quòd cum facere nequeam, in medium proferam Iudæum, Arabem, & Amberagellem, quorum alter in rationibus primæ domus dicit, quòd ſi in prima domo fuerint maleficæ ſtellæ, non nutrietur infans, niſi eorum vim, atque ferociam à ſideribus benignis reprimatur.

IN

Digitized by Google




Exemplū.

IN horum tamen confirmatione adducam exemplum cuiuſdam genituræ oblatæ mihi Senis, dum in ea ciuitate Philoſophiæ, ac Theologiæ operam darem. Erat puellæ natiuitas, nomine Calidoniæ, Hieronymi Guilielmi filię, Scuenſis: Inueni in horoſcopo 9. gra. Libræ, in eodē ſigno Libræ erant cōiuncti in 7. gradu Saturnus & Mars. Prognoſticatus ſum paruo tempore victuram, & eò magis, quia Sol & maleficæ erat in antiſciis, Sol enim erat in 23. gr. Sagittarij vnde erat antiſcium in 7. gradu Capricorni: Saturnus autem & Mars ſauciabant antiſcium illum ex quadrato. Secundo ergo anno à ſua natiuitate obiit.

*Aliud exemplum.*

IN hac geneſi Luna non longè abeſt à medio cæli, Saturnus, & Mars aſpiciunt Lunam quadrato aſpectu: qui ſunt in horoſcopo: & Sol propemodum Lunæ eſt oppoſitus. Ergo cadit in imum cæli, & læditur Sol ab vtroq; malefico quadrato aſpectu. Nō igitur ſuperuixit, ſed mortuus eſt infans circa decimum diem Februarij anno 1510. vbi Sol peruenit ad coniunctionem Martis & Saturni.




Hic




*Aliud exemplum.*

Hic infans mortuus eſt intra duos menſes, habuit enim Saturnus in horoſcopo in diametro Lunæ: & Sol coniunctus Marti in quinta cæli domo in ſigno humano: quare mortuus eſt cito.




Haly obſeruatio.

Coniūctio Veneris & Mercurij mala.

Exēplum.

PRAETEREA doctiſsimus expoſitor Haly memoriç tradit, quod ſi in horoſcopo fuerint coniuncti Mercurius & Venus, natum moriturum: rationem afferens dicit, hoc ideo euenire, quia iſti duo contrariarum ſunt naturarum: quamobrem vitam nato præſcindunt. Quod obſeruaui in cuiuſdam Iuliani de Vecchis Senenſis natiuitate, qui in horoſcopo habebat 6. gr. ♎ & Mercurium cū Venere partiliter iunctos in 7. gr. Ita euenit vt prædixeram, nempe illum citò moriturum, & poſt 15. diem functus eſt vita.

Abenragelis obſeruatio.

Narrat Haly in præſenti capitulo, quod à ſuæ ciuitatis Rege accitus, vt ſuper natiuitatem filij eius prognoſticaretur vnà cum multis aliis peritiſsimis ſtellarum obſeruatoribus: inſpecta genitura tacebat, immobiliſque manebat, dum interim alij de variis loquerentur. A rege cogitur effari quod ſentiret, qui inducias per triduum efflagitans, præuidit enim poſſe parum viuere filium, nec ad dictum terminum peruenire. In ſpacio ergo 24. horarum infans iſte edidit admiranda ſigna, ita vt omnes obſtupeſcerent, deinde reſedit, quamuis in cunabulis eſſet, & tandem audientibus Rege, & Mathematicis, dixit ſe natum infeliciſsimũ, vt deſtructionẽ Regni Azdexit, & ruinam gentis Almanaz annũtiaret, & poſt hoc ſtatim expirauit. Pomponatius in libro de animæ immortalitate hoc citat, pro ſuo fulcimento: & habebat puer iſte 8. gr. Libræ, & in ipſo quatuor planetas, Iouem, Venerem, Martem, & Mercurium, vnde concludit, quòd planetarum multitudo in aſcendenti vitam auferunt nato.

Figura natiuitatis, quæ fuit infantis filij regis cuiuſdam in Africa, qui ſuperuixit 24. horis, poſtquam natus fuit, & poſt locutus, prædixit excidium regni paterni, & repẽte mortuus eſt, vt refert Haly. Sed loca trium planetarum deſiderantur.




Aliud exẽplum.

In ego expertus ſum in natiuitate cuiuſdam Saluſtij de ſylua, qui habebat 9. grad. Tauri horoſcopantem, & inter primam & ſecundam domum quatuor reperiebantur planetæ ſimul iũcti, videlicet Iupiter, Venus, Sol, & Mars in ſigno Geminorum. Cognoui non nutriẽdum, verùm quam mortem violentam eſſet paſſurus, non auſus ſum prognoſticari. Verùm anno ſecundo vitæ ſuæ ferro obiit, quod oſtẽdebat Mars propè Solem in humano ſigno. multitudo autem planetarum ipſum non diu victurum monſtrauit. Mars verò Solẽ ſequens iuxta Ptolemæi dogma mortem violẽtam ingeſſit.




Albubatris obſeruatio.

Pulcherrimum dogma ponit Arabs cap. 9. ſuarum natiuitatum dicens, quod quandò planetæ plures fuerint, aut in duodecima, vel ſexta, vel octaua domo, infans non nutrietur. Admonitus ab hoc canone quũ à quodã Camillo Senẽſe multæ mihi natiuitates offerretur filiorũ ſuorum, inter illas hanc inueni, quæ in 12. domo habebat Saturnũ, Martẽ, Solẽ, Venerem, & Merc. & certè vt ei dixi, ſic euenit, vt puer ille 18. diẽ ſuæ vitæ non attingeret.

VIDI

*Exemplum illuſtre.*

VIDI cuiuſdam infantis natiuitatem Florẽtiæ propè domum meam, in qua aſcendebat 6. gr. Leonis, & excepta Luna reliqui planetæ erant in octaua domo, Sol in 10. gr. Piſciũ: Saturnus & Mercurius in 12. Iupiter in 14. Mars in 21. Venus in 23. Luna in 2. domo: his omnibus opponebatur in 11. grad. Librę. Statim admirãs dixi, puerum ſuffocandum quàm citò. vixit tamen ad quartũ vſque annum, & quodam die, poſt imbrium magnum defluxum, cùm ante domũ luderet circa currentem aquam, in riuulum cecidit, & vt tot planetæ in ſigno Piſcium aqueo demonſtrabãt, ſuffocatus eſt.




De his autem qui mortui ſunt, antequàm (vt ita dixerim) viuant, ac exeunt mortui ab vtero materno, ponit Ptolemæus hanc conſtellationẽ magis ratione comprobatam, quàm obſeruatione, videlicet quando in genitura alicuius nati reperiantur duæ oppoſitiones maleficarum ſtellarum ad lumen, vel lumen infortunetur, & ſint maleficę cum ipſo in figura ęquicrura, mortuus naſcetur infans. Exempli gratia. Quando Saturnus & Mars ſimul fuerint in occaſu, & lumen conditionarium in ortu. Vnde duæ maleficæ ſtellę, quæ ſunt duæ oppoſitiones diametrantur Soli. Quare ſequitur mors: quia Sol non poteſt ſuſtinere hoc impedimentum, ob nimiam enim ſiccitatem Martis & Saturni. Ex qua cauſa non poteſt vitalem operationem exercere: & ſic extinguitur calor viuificus, & fœtũ ad exitũ vitalẽ perducere non poteſt.

Rurſus ſi fuerit in figura æquicrura, vel iſoſceli, vt dicit Græcus textus, Mars in medio cæli, & Saturnus in occaſu reſpicientes Solem hoſtili intuitu ſine auxilio beneficæ ſtellæ, morietur infans in vtero materno: vel ſemimortuus exibit.

*Albubatris obſeruatio*

De his conſtellationibus obſeruationes non habeo, ſed animaduerti ad autoritatem Albubatris, quem teneo in Ptolemæi loco, ipſe cap. 9. ſuarum natiuitatum ponit plures conſtellationes ad mortem puerorum facientes. Dicit ergo quòd ſi in genitura alicuius inuenerimus gradum interlunij vel plenilunij præcedentis natiuitatem, & habuerimus dominũ eius infortunatum, dominumque trianguli luminaris conditionarij infortunatum: item & dominum finis loci Solis infortunatum, & erit pars fortunæ etiam infortunata, natus exibit ex vtero mortuus.




*Illuſtre exemplum.*

HANC conſtellationem comprobaui per vnam notabilem natiuitatẽ, quam dedit mihi præceptor meus doctiſsimus, Frater Iulianus Pratenſis carmelita. Fuit Florentiæ quædam mulier nobilis, quæ peperit duos gemellos mortuos, & inter primum & ſecundũ infantẽ differẽtia exit' fuit 13. horarũ. Fuerũt igitur in horoſcopo primi infantis 18. partes Libræ. Et Ven' domina ei' reperiebatur in occaſu, in ſuo detrimento lęſa à Saturno ex quadrato aſpectu.



Digitized by Google

Erant enim cum Sole, Luna, Iupiter & Mercurius in ſexta domo, & in ſigno quod oſtendebat puerum foregemellum. Item locus interlunij erat in ſexta domo, in ſigno Piſcium, & Iupiter eius dominus erat combuſtus: imo Venus domina trianguli luminis conditionarij erat infortunata à Saturno ex quadrato aſpectu, & Luna equidem reperiebatur infortunata à radiis Solis, & pars fortunæ quadrangulabatur Saturno, qui erat in 15. gr. Capricorni in tertia domo, & Mars reperiebatur in quinto gradu Aquarij. quę conſtellatio eſt Arabis. Ergo mortuus exiuit infans.




Sicvt etiam in ſecundo nato contingit, qui ortus eſt horoſcopâte 6. parte Geminorum, quod ſignum erat gemellorum. Et reliqua erant, ſicut in prima natiuitate, niſi quòd planetæ erant in vndecima & duodecima cæli domo. Sed in eiſdem ſignis & locus interlunij idem eſt, & dominus eius ſimiliter ſe habebat: parſque fortunæ etiam erat infortunata, quia in triangulo ſigni breuium aſcenſionum cum Marte: ergo mortuus exiuit: quare obſeruatio Arabis vera reperitur.

Cùm autem Ptolemæus declarauiſſet conſtellationes de his infantibus, qui mortui in lucem eduntur: nunc demonſtrat conſtellationes eorum, qui ad paruum tempus viuunt, & eorum qui exponuntur, & qui nō exponūtur: & eorū qui imperfecti exeunt. Ponítque tres cōcluſiones & cōſtellationes. *Tempus nutritionis.*

*1. concl.* Prima autem concluſio eſt, eorum qui poſſunt ad paruum tempus, vel ad multum viuere. Quoniam ſi lumina diſcedunt ab aliqua coniunctione beneficarum, aut alioqui eas feliciter aſpiciunt, & radios ſpargunt in prçcedentia loca, viuet natus tanto ſpacio, quantus eſt numerus graduum, inter prorogatorem & proximam maleficam, tot videlicet menſes, dies, vel horas, pro modo & viribus cauſarum nocentium. Exempli gratia, ſint duæ diametrationes maleficarum ſtellarum ad loca luminis, dicit Ptolemæus quod ſi contingat beneficam ſtellam proiicere radiationem ſuam ad præcedentes partes luminis, ſignificat natum tamdiu viuere, quamdiu peruenerit Sol ad radiationem beneficæ ſtellæ. Sit ergo Sol in 12. grad. Tauri in prima domo cęli, & benefica ſtella ſit in 8. gradu per radiationem: certum eſt, quòd proiiciet radium ſuum ad præcedentia loca. Vnde natus viuet per quot gradus qui interſunt inter locum Solis, qui eſt in horoſcopo, & radiationem beneficę ſtellæ. Et quia interſunt quatuor gradus, viuet quidem natus per quatuor menſes, vel quatuor dies, vel horas, ſecundum poſitionem ſtellę. Quoniam ſi ſtella benefica fuerit in angulo, dabit menſes: ſi in ſuccedenti, dabit dies: ſi in cadenti domo, horas. Rurſus ſi fuerit benefica ſtella in ſuis iuriſdictionibus, dabit menſes: & ſi fuerit in domicilio, vel exaltatione, ſi matutina, tantum dabit dies: ſi nullum horum habuerit, dabit horas. Sed cum maleficę ſtellæ ſpargent radios ſuos in loca priora luminis, & beneficæ in ſequentia, natus durabit & viuet. Quare ſi Venus vel Iupiter radiauerint partes ſequentes ſcilicet 16. vel 18. Tauri, tunc natus viuet, licet ſtellę infortunatæ concurrant: & ad præcedentes radient partes: tamen ob radiationem benignam beneficarum ſtellarum ad ſequentes partes natus viuet.

Sed aduertendum eſt, quòd ſi beneficę ſtellæ fuerint in ſuccedentibus, & calamitoſæ per angulos, & cardines, manifeſtum erit, quod viuet natus, tamē ſemper habebit corpus languidum, imbecillumq;: vel habebit aliquod impedimentum. Item, ſi eſſent etiam maleficæ in ſuis iuriſdictionibus, & beneficæ minime, licet & beneficę & maleficæ eſſent angulares, erit ſimiliter natus debilis corpore, & malè cōplexionatus.

Dicet aliquis, vnde fit quòd beneficæ ſtellę & maleficę ſuis radiationibus minus poſſint ad præcedentia, & fortius agant ad ſequentia, quia dictū eſt, quod ſi irradient præcedentes partes viuet natus ad menſes, vel dies: ſi ad ſequentes, viuet ad annos. Quomodo ergo actio beneficarum fortior eſt ad ſequentia quàm ad præcedentia loca? *Dubium.*

Ad hoc poſtulatum D. præceptor meus Magiſter Iulianus Riſtorus Pratenſis Carmelita ſupponēs ea quę habet Ariſt. in lib. 2. de gener. & corrup. tex. 56. & 58. dixit, quòd per motum ſecundum fit generatio & corruptio, & per primum motum conſeruatio: quare ſemper primus motus erit *Reſponſio.*

nobi

Digitized by Google

nobilior & perfectior ſecundo motu, ergo eius actiones ſimiliter erunt perfectiores & fortiores quàm actiones quæ proficiſcuntur à ſecundo motu. Ratio ergo eſt, quia primus motus eſt ab ortu ad occaſum, ergo neceſſe eſt, quòd ſemper partes ſequentes permutent partes præcedentes. Eſt enim ita ex natura rei, quod poſterius permutet prius, vt in naturalibus apparet.

Dicet etiam aliquis: contrà, Dictum eſt, ſcilicet, de principio generationis, quod natiuitas naſcẽtis fit per primam impreſsionem aeris, vbi nulla eſt temporis intercapedo, vel dilatatio, & fit per inſtans: quomodo ergo dicitur magis ad ſequentia quàm ad præcedentia.

Dicitur quod per prius & poſterius intelligitur non prius & poſterius tempore, ſed natura: tamen intelligo quòd ad partes ſequentes ſunt perfectiores actiones: licet ad præcedentes intelligendo prius & poſterius natura, vt habet Ariſtoteles 8. Metaphyſices.

11. concl. Quo verò ad hos, qui exponuntur habet Ptole. hanc concluſionem, videlicet, Si maleficę ſtellæ eleuantur ſupra beneficas, ſignum eſt detrimenti & ſubiectionis. Cum autem beneficæ ſtellæ ſuperant maleficas, & calamitoſas ſtellas, natus viuet quidem, ſed alienis parentibus ſubditus erit.

Vltima concluſio eſt, quod ſi benefica ſtella cum Luna oriatur & malefica occidat, hæc conſtellatio ſignificat, quòd natus adhuc nutrietur à parentibus ſuis & manebit apud illos, ſed erit in periculo vitę. 12. concl. Verum qui habuerit plures maleficas ſtellas in occaſu, aut qui habuerit Lunam & Solem in occaſu, & fuerint cum ipſis maleficę ſtellæ, vel in oppoſito, vel quadrato aſpectu, in ortu, vel in decima domo, vel in quarta, naſcetur ſemiuiuum, aut informis caro, & immatura. Hæc dicit Ptolemæus in litera.

Ad preſens equidem videre reſtat, an ſint aliæ cõſtellationes præter has aſsignatas à Ptol. quæ declarent nobis, an puer ſit vitalis, an non.

Apud Cardanum & Schonerum obſeruatum inuenio, quòd infantes in hanc lucem editi in coniũctione, vel oppoſitione Solis & Lunæ, rarò ſunt durabiles: nec proſperam valetudinem habituri ſunt propter nimiam humiditatem vel ſiccitatem. Quare ſi tum luminaria ſimul infecta ſint à Saturno vel Marte, corpore vel radio malefico, omnino de eorum nutritione ſpes eſt deponenda. Cùm verò boni planetę luminaria aſpexerint, ex trigono vel ſextili, natus quidem nutriri poterit, ſed ad ſenectutem vix perueniet.

1. Cardani & Schoneri obſeruatio.

De Saturno & Marte inficientibus luminaria.

**Exemplum.**

Luminaria in hac geneſi ſunt coniuncta, & oppugnantur quadrato aſpectu à Saturno, & Marte, conſtitutis in medio cęli. Hic infans ſtatim altero die mortuus eſt: & aliàs nati in coniunctione Solis & Lunæ rarò ſunt viuaces.






*Aliud exemplum.*

Hic iuuenis ob conſpirationem factam in principem, anno domini 1577. in menſe Maij, vitam amiſit. ſed ante eius mortem in adoleſcentia ſua ex canis rabioſi morſu in lecto infirmus multo tempore ſtetit, & ſæpe ſæpius fuit in vitæ periculo ex ignis cauſa. Tandem in carcerem incluſus iuſſu Ducis magni Hethruriæ capite cæſus eſt, ſicut in eius natiuitate prædixi, & viua voce Lugduni ad eum ſæpe dixi. Quare coniunctio Solis & Lunæ non permiſit eum multo tẽpore viuere.

*Aliud exemplum.*




Hic infans filius fuit cuiuſdam amici mei chariſsimi: qui ort' eſt ſine ſuperiori labro: ideo mamillas exugere non potuit: quare dabatur ei lac ex Capra pro eius nutrimento. Verum die 29. Martij nocte ſequẽti ex hac vita ad perfectam migrauit: in qua nocte Saturnus quadrãgulabatur Soli, & Mars Lunæ. Nihilominus in ſuo ortu cauſam mortis ex ei' natiuitate cognoſcere nõ potui: quoniam luminaria fortunatã erãt: ſed poſt eius mortẽ examinaui eius genituram, & cognoui ex luminum Antiſciis incõmutatis eorum ſignis habere ſignificationẽ, quam habet cõiunctio Solis & Lunæ. Quoniam Solis Antiſcium in eius natiuitate tenet 26. partem, 30. minuta ſigni Scorpionis cum ipſa Luna coniunctum: & Antiſcium Lunæ verſa vice reperiebatur pariter in loco Solis: & Mars Saturnum reſpiciebat ex quadrato aſpectu: qui quidem Saturnus per præſentiam & per Antiſcium horoſcopum occupabat: quare cito vitam amiſit.

Gauricus

1. Gaurici obſeruatio. Gauricus obſeruauit, quando Mars infortunat Solem, vt ipſe loquitur, & Saturnus Lunam, & dominus horoſcopi etiam fuerit infortunatus, natus non viuet, ſed cum bono aſpectu fortunarum viuere poterit.

3 Gaurici obſeruatio. Vtraque luminaria, vel loco alterius luminaris aſcendens, à maleficis corpore vel eorum hoſtilibus radiis, vt pote oppoſito vel quadrato obſeſſa, aut alioqui grauiter afflicta, ita vt vel ambo luminaria, vel alterum, aut aſcendens, ſint imbecilla, ac ſimul in terminis maleficorum, aut in termino planetæ in octaua exiſtentis, aut termino domini octauæ domus per ſeſe imbecillis, & alterutrum luminare affligentis, breuem admodum & teneram vitam, nutritionis annos raro excedentem decernunt.




Talem conſtitutionem cęli habet illuſtriſsimi principis Electoris filius Auguſti Ioachimus nomine, qui natus eſt anno 1557. die Maij 3. hor. 5. min. 25. poſt meridiem. Nam Soli in octaua domo cum capite Algol. ſeu Meduſę, & in termino Saturni, ac capite Draconis exiſtenti, coniunctus fuit aſpectu plactico Saturnus. Mars verò horoſcopum, qui fuit in termino Martis, corpori circumſedit, & Lunam in termino Saturnus poſitam quadrato afflixit. Mortuus eſt eodem anno Nouembris 20. die.

*Alexandri Auguſti electoris filij Natiuitas.*

Alterum exemplum illuſtre. Talem habuit conſtellationem Alexander, Auguſti Electoris filius, qui Solem in piſcibus ab vtriuſque malefici corpore, & aſcendens quadratus radiis obſeſſum habuit, ſed neque horoſcopo, neque luminaribus in terminis maleficorum exiſtentibus. Hæc conſtitutio vitam breuem, & nutritionis annos excedentem; ad ἀκμὴν tamen haud producendam ſignificauit. mortuus eſt anno 1565. Octobris die.



*Tertium exemplum.*

*Vrſulæ Ferdinandi Imperatoris filiæ Natiuitas.*

TALIS fuit cõſtitutio Vrſulæ, nonæ filiæ Ferdinãdi Imperatoris, quę nata eſt Anno 1541. Iunij die 24. hora 12. poſt meridiem. Ea enim Solem & horoſcopum obſeſſum habuit ab vtroque malefico. Nam Mars cum Sole erat inuetus & Saturnus Solem ex quadrato aſpectu affligebat, & horoſcopum ex oppoſito obſidebat: Sol autem in termino Veneris dominæ ſeptimæ domus ambo poſiti cum Marte. Mortua enim eſt anno 1543. vltimo Aprilis.




4. Obſeruatio.

Luminaria ſi in angulis, præſertim orientis, aut occidentis fuerint, & à Marte Saturno coniuncto, aut oppoſito, ſeu quadrato radiis infeſtantur, ij ferè non ſunt longæui, & rarò nutritionis annos excedunt, aut ſi hos ſuperant, & adoleſcunt, raro tamen ad ἀκμὴν perdurant.

Exemplũ.

Exemplum ponit Garcęus in genitura Catharinæ filiæ D. Sabini, quæ anno 1562. Martij die 24. mortua ex partu. Habuit enim luminaria in ſua natiuitate cõiuncta & afflicta, & Venere in ſuo detrimento, à Saturno oppoſito radio impeditam.

De cauſa, cur nati in Syzygiis luminũ raro ſint longæui.

Quod autem vniuerſaliter nati in Syzygiis luminum rarò ſint longæui, aut natura imbecilliores euadant exemplis infinitis probari poteſt, ita vt omnino ſit regulare, infantes eſſe admodum infirmos, & ſi ſunt ſuperſtites in tota vita multis obnoxios eſſe malis, & aduerſis caſibus, præſertim cùm Luna accedit ad Solem. Hui' rei cauſæ phyſicæ notæ ſunt. Magna vis eſt Lunæ, quæ humores gubernat in corporibus naſcentium, vt eſt manifeſtum. Cùm igitur Luna non ſpargit ſuum lumen in corpus quod naſcitur, conſtat eius corporis humores ſimiles fieri vſto cineri, ac ſanguinis temperamentum, & dulcedinem multis modis corrumpi: imò cum humidum radicale ſit alimentum vitæ, propter Lunæ combuſtionem, in qua omnes humores ſenſibiliter minuuntur, facilè abſumitur nimia ſiccitate, & corporũ humiditas exauritur. Hic igitur morbi diſſimiles & grauiſſimi hauriuntur, tabes aut lepra, mentagra, epilepſia, & ſimiles, pręſertim ſi Saturni & Martis poſitus, etiam ſua venena miſceat. Sic in oppoſitione abundat nimia humiditas in qua tenuis calor natiuus magna copia humorum obruitur, & leui momento extinguitur. Hæ phyſicæ cauſæ facilè intelligi poſſunt.

Et ſi verò interdum aliarum beneficarum ſtellarum ope leniatur malum illud, tamen ſemper aliquid affert incommodi. Hoc adeò notum eſt, vt non ſolum Ariſtoteles in libro de generatiõe animantium dicat imbecilliora eſſe corpora nata in coniunctione Solis & Lunæ, ſed etiam obſtetrices, ac matres ſic naſcentibus propter imbecillitatem metuant. Vbi & illud miraculi loco conſiderandum eſt. Locus Lunæ in partu congruit. cùm igitur in coniunctione Solis & Lunæ editur fœtus, conceptio etiam in Coniunctione Solis & Lunæ facta eſt, quo tempore menſtrua fluunt, quorum purgatio cum conceptu turbatur, fœtus ex impuriſſimo ſanguine naſcitur. Quare lex diuina eo tempore coitum prohibet.

Magnum naturæ miraculum.

Lex diuina de generationis tempore.

Regimontani geneſis.

CONSIDERETVR his geneſis Ioannis Regimontani excellentiſſimi viri. Is nat' eſt anno 1436. die Iunij 6. Hora 4. mi. 40. poſt meridiem. Luminaria coniuncta à Marte in octaua cæli domo affliguntur. Mortuus eſt in optimo flore vitæ ſuæ anno Chriſti 1476. ætatis 41.






Era'mi Reinholdi Natiuitas. Sic Eraſmus Reinholdus fabricator Tabularum Pruthenicarum natus eſt anno 1511. Octobris die 21. hora 13. min. 30. poſt meridiem. Luminaria iuncta fuerunt in domo, & termino Martis. Mortuus eſt tabe anno 1553. Februarij die 19. ætatis 42. climacterico ſexto.

*Cautela.*

Prima cautela. Conſideret Aſtrologus, an eo anno, quo natus eſt infans præceſſerit natiuitatem aliqua Eclipſis luminarium, aut coniunctio magna, aut præciſe in tempus genituræ inciderit, aut ſtatim ſubſecuta ſit, & vide an locus aliquis hylegialis, id eſt, Aſcendens, Sol, Luna, pars Fortunæ, vel medium cæli habeat gradum Eclipticum, vel coniunctionis. Quod ſi hoc contingat, magnum aliquod accidens ſecũdum hylegij naturam prædicet, pro natura diſpoſitionis Eclipſis, vel magnæ coniunctionis.

Secunda cautela. Examinetur etiam coniunctionis, vel oppoſitionis gradus natiuitatem præcedentis. Ille enim gradus magnam vim habet apud Aſtrologos. Et ſi cõtingat, gradum illum conſtitui in forti loco figuræ natalis, tunc accidẽs futurum pronunciabit Aſtrologus ſecũdum loci naturã. Qui ſi fuerit in decima, in honore, & dignitate, excellẽtiam habebit natus. Si in ſeptima, in coniugio maximam fortunam, & ſic de aliis locis. Si cũ parte fortunæ, diuitiarum affluentiam præbebit.

Alia eſt obſeruatio Sarcinatoris, quæ habetur in ſuis natiuitatibus cap. 1. quæ eſt talis. Si duo domini triplicitatis aſcendentis fuerint infortunati, vel luminis condictionarij, natus non eſt vitalis: ſiue fuerit diurna, ſiue nocturna natiuitas. Cuius conſtellationis ſunt hæc exempla. Sarcinatoris obſeruatio.

Exemplũ. Ego inueni in natiuitatibus cuiuſdam Antonij Siriggati Aſtrologi Florentini, quem librum nunc tenet D. Ioannes Baptiſta à Cerreto amicus meus cariſſimus, natiuitatẽ cuiuſdam puellæ de Bartolinis, ipſe annotauit eius geniturã in anno 1487. exiſtẽte Sole in 12. parte ♓ cum Venere & Mercurio coniuncto: aſcendebant enim partes 18. ♒ Erat autem dominus horoſcopi Mars in octaua cæli domo in ſigno ♊ cui diametrabatur ♄ in 22. parte Sagittarij: obſeruaui itaque & vidi quod domini triangularitatis aſcendentis erant Mars & Venus: quia eſt triangularitas aquea cuius domina de die eſt Ven', de nocte Mars: qui fuit dominus triplicitatis luminaris: quia Luna erat ſub terra: erat ergo accipiẽdus Sol & iidem domini loci Solis. erat autem Mars diametratum in octaua cæli domo Saturno, & Venus erat ſub radiis Solis: ergo conſtellatio ſignificauit puellam illam




non

non nutriendam eſſe:& quia dominus aſcendentis erat in domo cæli octaua, & maximè in ſigno humano,& diametrabatur Saturno:quæ fuit cõſtellatio in ſigno humano,quare fuit ſuffocata à nutrice.

Aliud exẽplum.

ANNOTAVIT etiam Siriggattus 1489. in menſe Ianuarij ad diem 19. horoſcopare 17. partem ♊ natus eſt quidam Bartholomæus Naſus ex nobili Florẽtiæ familia, & animaduerti ad dominum aſcendentis Mercurium: ipſe repedabat, & combuſtus erat à Sole. Sol autem in 12. gradu Aquarij, & Mercurius in Sexto gradu fuit. obſeruaui Saturnum luminaris condictionarij dominum, qui erat in octaua cæli domo conſtitutus in 10. gradu Capricorni. Vidi equidem Martem in 20. parte Cancri repedantem & in diametro Saturni: Luna autẽ erat in quinta cæli domo quadrãgulata Marti:& quia Aſcendens, & locus Solis erãt ſigna aerea, igitur Saturnus & Mercurius erant domini triangularitatis luminis condictionarij, quod deſignabãt natum non eſſe victurum:quia Mars diametrabatur Saturno in octaua domo exiſtenti, in domo mortis, & Mercurius erat ſub radiis Solis: Quare fuit ſuffocatus.

*Bartholomæi Naſi Natiuitas.*




Tertium exemplũ.

RVRSVS quidam Franciſcus de Bartolinis 1489. ſicut legi in ipſomet libro ipſius Siriggatti, ort' eſt aſcendente 18. parte ♒ & erat dominus aſcendentis in octaua cæli domo in 18. gradu Cancri, Saturnus autem in ſecunda cæli domo in 14. gradu Capricorni. Erat autem Luna in 24. parte Aquarij, in tertia cæli domo: Erãt ergo domini triplicitatis Mars & Venus: nam Venus infortunabatur, quia erat in ſexta domo in fine ſigni Arietis in ſuo detrimento: dominus autem aſcendentis ſauciabatur à diametro Saturni:& erat dominus triplicitatis, quare non erat natus ille vitam habiturus. Et quia erat diametratio domini aſcendentis ad Saturnum, ideo fuit ſuffocatus à nutrice. Patet igitur quod ea quæ habemus ab iſtis Aſtrologis ſunt benè dicta & obſeruata, ſicut non ſunt ea, quæ à Ptolemæo dicta ſunt.

*Franciſci de Bertolinis Natiuitas.*

|153.28.|




IN




Exemplū. IN hac geneſi horoſcopus obſidetur à Marte, & aſpicit Solem Sextili aſpectu: ac Saturnus eundem intuetur ſextili, Lunam verò oppoſito aſpectu. Hic infans mortuus egreſſus eſt ex vtero materno.




Aliud exēplum. HIC infans Solem habuit cum Cauda Draconis, & Martem in imo cæli platicè ſiue per orbem coniunctum, & Lunam vix ex vmbra terræ liberatam in oppoſito ab eodem infeſtatam. Mortuus eſt hic infans poſt natiuitatem tribus menſibus.

Hæc

*Aliud exẽplum.* HAEC natiuitas Florentiæ mihi oblata fuit, & hic filius dicebatur Philippus à Valle: qui quidem infans ſuffocatus fuit à nutrice die primo Iulij nocte ſequenti anno 1551. Habuit autem Martem dominum horoſcopi in octaua cæli domo, quæ eſt domus mortis in ſigno humano, & Luna in occaſu cum Antiſcio Solis in quadrangulo Saturni: & reperiebatur Mercurius dominus octauę domus à Marte ſauciatus ex quadrato aſpectu. Quapropter ſignificabát hæ conſtellationes ſupra dictę mortem violentam. Quare ſuffocatus fuit à nutrice, & vitam amiſit poſt decem Menſes.




*Aliud exẽplum.* MORTVVS eſt hic infans, eadem hora qua naſcitur. Gradus enim occidentis, à duabus infortuniis fuit obſeſſus.




Hic

*Aliud exemplum.*

Hic infans obiit eodem menſe, die 19.

*Antiſcia planetarum.*

♄ 13. 58. ♐
♃ 13. 30. ♓
♂ 5. 50. ♈
☉ 8. 7. ♉
♀ 3. 20. ♈
☿ 25. 50. ♉
☽ 20. 35. ♑




*Aliud exemplum.*




Genitvram huius puellę ſupputauit pater eius Garcæus. Exoritur enim in cardine horoſcopāte 20. gr. ſigni Geminorum. Cor cæli eſt 15. gr. Aquarij. In vndecima cæli domo eſt Luna in 26. gr. 18. mi. Arietis. Mercurius in eadem domo, ſed in 12. gr. 16. mi. Tauri, qui eſt dominus horoſcopi. Sol cum capite Meduſæ ſiue Algol incidit in duodecima domo, cōſtitutus in 26. gr. 50. min. Tauri. In prima domo magna eſt coniunctio planetarum Veneris, & Martis cum cauda Draconis, necnon Saturni, qui corpore cuſpidem ſecundæ obtinet, à quo non procul recedit Iupiter in 2. gr. 22. mi. Leonis caput Draconis eſt ſeptima.

In hac geneſi Luna in termino Martis quadrato oppugnatur radio, à Saturno, nec vllis beneficiorum fouetur radiis, ac Sol propter ſtellę Algol vicinitatem affligitur, ipſa quoque coniunctio Saturni & Martis inficit Venerem, dominā termini gradus horoſcopantis, cum cauda. Ita quoque octaua inficitur hoſtilibus radiis necnon ſexta domus morborum. Moritur ergo epilepſia, in tali infauſto ſiderum poſitu Anno 1565. die 5. Februarij hora 6. min. 45. poſt meridiem, Luna exiſtente in loco radicis afflicto, & Marte tranſeunte per octauam corporaliter. Expleuit igitur in hac vita tantum menſes nouem, aut circiter.

*De nutritione puerorum, Sententiæ.*

Propoſita geneſi aliqua, conſiderandum eſt ex ſẽtẽtia Ptolemaica lib.3.c.9.prædictionum:an natus annos nutritionis complere poſsit,necne. Ridiculi enim videntur illi omnes,qui eruditionem, facultates,honores, & ſimilia, nato ex geneſi promittunt, antequam de nutritione aliquid certò conſtet.

Vnde difficultas nutritionis colligatur. Sciendum igitur, quòd Aſtrologi primos quatuor annos vitæ nati vocant nutritionis tempus,in quo plerumque morbis grauiſsimis, propter imbecillitatem omnium virium corripiuntur. Quare diligenter videndum eſt, an aliquæ cauſæ morborum in figura appareant. Cùm enim omnes ſignificatores vel maior pars eorum, debiles & infortunati fuerint, non dubitemus Phyſicis illis moti rationibus de difficultate nutritionis & imbecillitate nati ferre iudicium. Contrarium faciemus, cum in propriis dignitatibus fortes in figura, & bonis aſpectibus bonorum conſtituti ſunt ſignificatores.

Significatores nutritionis. Horoſcopus corpus nati ſignificat, Luna potentiam naturalem, Sol vitalẽ.Quicunque igitur aſcẽdens,Lunam,Solem & dominos eorum vel ſaltem maiorem partem ex eis,in bonis locis fortes& fortunatos habuerit, optimè enutrietur. Si verò debiles,infortunatos & cadentes, peſsimè.

His ſignificatoribus adiungatur Dominus geniture, qui cum ſit vniuerſalis nati ſignificator,hic nequaquam negligatur.

Sententia Arabum de nutritione. Cum verò ex ſententia Arabum cognoſcere libet, quo tẽpore anni infans bene aut malè nutriatur, annos nutritionis in terniones diuidemus & cuique integrum annum & quatuor menſes attribuemus,vt tribus Dominis triplicitatis Aſcẽdentis reſpõdeant. Cùm enim primus dominus triplicitatis eſt fortis & fortunatus, bonam: Si debilis & infortunatus, malam futuram primam tertiam nutritionis iudicabimus. Idẽ de reliquis pronunciandum erit.

Albubatris Sententia. Albubater Arabs, quem ſæpe magnificaui, quoniam & alter Ptolemæus & magis obſeruatus in libro ſuarum natiuitatum cap.9. ponit plures conſtellationes ad mortem & ad vitam puerorum facientes.

Nam quatuor ſunt modi naſcendi. Primus eſt, quod aliquis naſcatur mortuus.

Secundus, quòd naſcatur viuus. Sed non viuet neque nutrietur.

Tertius,quòd naſcatur viuus, & nutrietur, atque viuet:Sed non perueniet ad ſenectutem.

Quartus,quòd naſcatur viuus,&viuet ac nutrietur,& etiam ad bonam ſenectutem perueniet.

Ad ſciendum hos quatuor modos, neceſſarium eſt, vt ſciamus octo diuiſiones, quæ ſequuntur, & ſunt hæ:

Aſcendens & dominus eius,
Pars fortunæ & dominus eius,
Sol & Luna,
Coniunctio vel oppoſitio,& dominus eius.

De natis qui naſcuntur mortui. Natus ergo qui naſcetur mortuus,erit qui habebit oẽs ſignificatores ſupradictos infortunatos & cadẽtes ab angulis in ſua natiuitate, præcipuè ſi aliqua infortunarum fortis ad malum habuerit in aſcendente dominium, tunc enim ſignificabit deſtructionem nati atque caſum.

Quando Luna fuerit in occidente ſine aſpectu alicuius fortunæ & in vno angulorum fuerit infortuna eam aſpiciens,maligno aſpectu,qui naſcetur,non viuet vna hora.

Quando Luna fuerit in quarta domo cum vna de fortunis, & aliqua infortuna à ſeptima domo Lunam aſpexerit,natus mortuus exibit.

Cùm Luna ab infortuna eam non recipiente, ac in angulo aſcendentis,vel decimæ exiſtente infortunata fuerit, & fortunæ cadentes,natus vitam nõ guſtabit: maximè ſi Luna in aliquo angulorũ cum infortuna fuerit,vel dominus aſcẽdẽtis, aut gradus aſcendens in quadrato vel oppoſito infortunę aſpectu fuerit:niſi fortunæ ab omni impedimento liberæ,gradum aſcendentis, vel Lunam ex aliquo angulorum aſpexerint: nam in hoc caſu natus vitam habebit, nutu Dei.

Luna in medio cæli in aſpectu fortunæ cũ Marte, ſignificat qđ natus mortuꝰ ac per fruſta egredietur.

Quãdo Luna & Mars in horoſcopo fuerint, & Saturnus in occidente,natus mortuus egredietur:prę ſertim ſi Lunam fortuna non aſpexerit.

Quãdo Luna in occidẽte cũ Marte fuerit,& Saturnus in horoſcopo, natꝰ per diem integrũ nõ viuet.

Cũ planetæ omnes,vel eorũ maior pars fuerint in ſexta,octaua,vel duodecima domo,& dominus aſcẽdẽtis nõ aſpexerit eos,natus vitam nõ guſtabit.

Quando dominus ſigni, in quo fuerit cõiunctio, vel pręuẽtio pręcedens natiuitatẽ,ac dominus termini Solis:necnon Luna & aſcendens, ac dominus triplicitatis Solis de die,& Lunæ de nocte,atq; pars fortunę fuerit infortunati,natꝰ egredietur mortuꝰ.

Aſpice dominum luminarium in die ac nocte,ne quis planetarum ſit ei coniunctus: necnon locum partis fortunæ,partiſque abſconſæ:vtrum ſint in locis fixis,vel cadentibus & qui ſunt eorum domini. Nam ſi fuerint ſub radiis,& aſpiciantur ab infortunis,vel eis iugantur,aut ipſi inter ſe iuncti fuerint, natus vitã nõ guſtabit.Et hęc ſignificatio peior erit, ſi infortunę Solem & Lunam aſpexerint, aut cũ eis alligentur: nam ſi ſic fuerit, natus non viuet vno momento.

*De his qui naſcuntur & vident mundum, ſed non nutriuntur.*

Dixit Hermes,quòd quando luminaria non aſpexerint aſcendens: aut Luna ſub radiis Solis fuerit, natus parum viuet.

Quando Luna cum Saturno iuncta in eius triplicitate fuerit: aut in quadrato vel oppoſito eius aſpectu exiſtens, ſignificat quòd natus viuet,ſed erit malę nutritionis.

Quando Luna fuerit cum Saturno & Sole, natus non nutrietur.

Quando Luna cum Sole & Marte fuerit,aut inter Martem & Solem obſeſſa,natus erit breuis vitæ.

Quando Luna in ſua deſcenſione & in occidente fuerit,natus non viuet,nec etiam nutrietur preſertim ſi Luna ante angulos exiſtens à Saturno fuerit infortunata.

Quãdo Luna fuerit inter duas infortunas, & fortunæ eam non aſpexerint,natus parum viuet.

Quando Luna fuerit in eodem gradu cum Sole, & Saturnus quadrato, vel oppoſito aſpectu eos aſpexerit

Digitized by Google

aſpexerit, natus non nutrietur.

Quando Luna in Ariete, ac in oppoſitione Martis fuerit, & fortuna eam non aſpexerit, natus erit debilis nutritionis ac breuis vitæ.

Quando Luna fuerit in Capricorno, & ambæ infortunæ in quarta domo ab aſcendente, natus non nutrietur.

Quando Luna lumine minuta inter duas infortunas fuerit obſeſſa, natus parum viuet.

Quando Luna in termino & aſpectu infortunæ in angulo fuerit, fortuna ipſam non aſpiciente, natus non nutrietur.

Quando Luna cũ infortuna in ſeptima vel quarta domo fuerit, nutritio mala erit, præſertim ſi dicta infortuna radios ſuos ſuper gradum aſcendẽtis proiecerit, & quod dominus triplicitatis ſit in ſeptima domo cadens.

Quando Luna fuerit ab infortunis impedita, ac in eius caſu, & volueris ſcire an natus ſit nutriẽdus, conſidera an circuitio Lunæ per loca infortunarũ ſacta, ac aſcendens reuerſa, ac infortunis applicãs, & poſtmodum ad fortunas tranſierit, ſi natus tunc mortuus non fuerit, viuet donec duodecim reuolutiones fuerint completæ.

Quando Venus in caſu ſuo exiſtens in occidente fuerit, & Saturnus in oriente, natus non nutrietur. Et dixerunt quidam, quod ſi aliqua de infortunis radios ſuos ſuper gradum aſcendentem proiecerit, natus illam horam non euadet, niſi fortunæ infortunarum radios ibidem eminentium adiuuet, licet Luna ac dominus aſcendentis, ac triplicitatis ab infortunis eſſent liberi.

Quando Mars & Saturnus fuerint in aſcendente, & fortunæ ab aſcendente, vel à ſigno coniunctionis vel præuentionis cadentes, & infortunæ dicta duo loca aſpexerint, natus non nutrietur, præſertim ſi fortunę Lunam & Solem non aſpexerint.

Quando Saturnus in aſcendente fuerit, & Mars in ſeptima domo, natus parum viuet, & quàm diu vixerit, malum habebit.

Quando Saturnus in aſcendente fuerit, & Luna peregrina exiſtens in occidente, natus parum viuet, & erit turpis.

Quando infortunæ oppoſito aſpexerint ſe aſpectu, ita quod vna ſit in aſcendente, & altera ſit in occidente, & Luna eas ex medio cæli, vel quarta cęli domo aſpexerit, natus non nutrietur.

Qnando aliqua de infortunis in ſeptima domo fuerit, & Sol & Luna peregrini exiſtentes ipſam aſpexerint, natus non nutrietur.

Quando aſcendens & dominus loci Solis ac Lunæ, & partis fortunæ fuerint ſub radiis Solis, natus erit paucæ vitæ. Hæc habentur ab Albubatre capipite 9.

*De his qui nutriuntur & viuunt, ſed non perueniunt ad ſenectutem.*

Infans qui nutrietur & viuet, ſed non perueniet ad ſenectutem, eſt qui habet octo ſignificationes, & dominos triplicitatis inæquales, id eſt, quorum aliqui erunt infortunati, & aliqui fortunati: aut aliqui fortes, & alij cadentes, & propriè duo domini triplicitatis aſcendentis, ſcilicet primus & ſecundus. Nam quando aliquis ipſorum fuerit in bono loco, & plura habuerit teſtimonia, ſicut ſi Sol ſit dominus triplicitatis aſcendentis, & dominus partis fortunæ, ac liber ab infortunis atque caſu, iudicabis nato vitam, ac nutritionem, ſed ad ſenectutem non perueniet.

Dorochius dixit, quòd ſi vitæ diuiſor in bono loco fuerit, mora nati in mundo & bonam nutritionem ſignificat.

Quando Saturnus in natiuitate diurna in angulis, vel triplicitate aſcendentis fuerit, natus viuet & nutrietur.

Quando Saturnus & Mars fuerint in aſcendente, vel alio loco forti & fortunato tantum, ac de ſub radiis Solis apparentes, ſignificant ſanam nutritionem, & moram nati in mundo, & hoc idem ſignificant planetæ diurni in ſignis diurnis, & nocturni in nocturnis, ac in angulo aſcendentis, vel in medio cæli exiſtentes. Quando tranſiuerit medium ſigni, in quo eſt, & fuerit ſignum illud aſcendens, vel decimum, natus viuet & nutrietur, ſed ad ſenectutem non perueniet.

Quando Iupiter in aſcendente fuerit, aut cum trino aſpectu aſpexerit, natus bene nutrietur.

Quàndo Iupiter in aliquo angulorum vel ſuccedentium fuerit, & Venus ab infortunis retrogradatione, & combuſtione libera eum non aſpexerit, natus non nutrietur atque viuet, ſed ad ſenectutem non perueniet.

Quando Luna & Mercurius in ſeptima domo fuerint, & Iupiter in quarta, natus viuet.

Quando Luna ab infortunis deſcenſione & peregrinatione fuerit libera, & domini triplicitatis aſcendentis in ſuis domibus, vel exaltationibus, aut in gradibus lucidis non retrogradi, vel combuſti, nec etiam infortunati, natus nutrietur atque viuet, maxime quando Sol fuerit in ſua exaltatione, & Luna lumine ac motu aucta cum fortuna fuerit, & à Marte libera: quoniam Mars deſtruit nutritionem, maximè in natiuitatibus diurnis, & propriè quando fuerit ſuper terram.

Quando dominus triplicitatis aſcendentis fortis fuerit, ac in medio cæli, vel in aliqua fortitudine, aut in quarta cæli domo, ſignificat pulchritudinem nutritionis, nutu Dei. Hæc habentur ab Albubatre cap. 9.

*De his qui viuunt & nutriuntur, & ad ſenectutem peruenire dicuntur.*

Infans qui viuet & nutrietur, & ad ſenectutem perueniet, eſt qui habet ſignificatores prænominatos fixos, & fortes in angulis, ac liberos, & non cadentes ab angulis. Et ſimiliter quando Alcochoden nati fortis & ſtabilis fuerit, & planeta qui ei pulſat, fuerit in locis, in quibus dignitatem aliquam habeat, fortis, & à retrogradatione ac infortunio ſaluus. Nam tunc Alcochoden dabit ei annos ſuos maiores.

Quando Luna fuerit in medio cæli, & in aſpectu fortunæ, ac infortunę ab ea cadentes, natus magnam moram in mundo habebit.

Quando Luna fuerit in aſcendente ſine aſpectu infortunæ, natus erit longæ vitæ.

Quando Luna & Mercurius in eodem ſigno fue-



Digitized by Google

rint, nec non in occidente vel quarta domo, natus erit longe vitæ.

Quando Mercurius, Venus, & Sol bono aſpectu Lunam aſpexerint, natus erit longæ vitæ, & in natura ſua æqualis atque ſanus.

Quando Venus in aſcendente & infortunæ ab ea cadentes, & Iupiter ipſam aſpexerit, natus erit lōge moræ, ac pulchrę vitæ in hoc mundo.

Quando Sol & Luna in ſuccedentibus fortunati fuerint, natus intrabit annos, & bene habebit, ac ſuæ naturæ dominabitur.

Quando Sol in termino Saturni, & in domo vel exaltatione propria fuerit, natus longam moram in mundo faciet, & magnitudinem in morte habebit.

Quando Sol in domo vel dignitate ſua exiſtens, ita quod infortunæ eum non aſpiciant, natus diu viuet, & erit naturæ ſuæ dominus.

Quando Sol liber ab infortunis in medio cæli fuerit, natus vitam longam cum celſitudine habebit.

Quando Iupiter in domo, ac eius termino fuerit, longitudinem vitæ ſignificat, ita quòd natus filios & filiorum filios videbit.

Quando fortunę in quarta domo fuerint, natus ad ſenectutem perueniet, & erit mors eius in magno ſtatu.

Quando pars fortunæ, vel eius dominus orientalis, & extra radios ſine aſpectu infortunæ in aſcendente fuerit, natus erit longæ vitæ. Hæc dicit Albubater capite nono ſuarum obſeruationum.

# TEXTVS.

## Περὶ μορφῆς καὶ κράσεως σωματικῆς.

Ἐφωδευμένης δὲ καὶ τῆς τοῦ περὶ χρόνων ζωῆς τόπου πραγματείας, λέγωμεν ἀρχὴν τὴν κατὰ μέρος λαμβάνοντες κατὰ τὴν οἰκείαν τάξιν, περί τε τῆς μορφώσεως, καὶ τῆς σωματικῆς διατυπώσεως, ἐπειδὴ καὶ τὰ τοῦ σώματος πρὸς τὴν ψυχὴν προτυποῦται κατὰ φύσιν. τοῦ μὲν σώματος, διὰ τὸ ὑλικώτερον, συγγινομένας ἔχοντος σχεδὸν, τὰς τῶν ἰδιοσυγκρασιῶν φαντασίας, τῆς δὲ ψυχῆς μετὰ ταῦτα καὶ κατὰ μικρὸν, τὰς ἀπὸ τῆς πρώτης αἰτίας ἐπιτηδειότητας ἐπιδεικνυούσης. τῶν δ' ἐκτὸς ἔτι μᾶλλον, κατὰ τὸν ἐφεξῆς χρόνον ἐπισυμπιπτόντων. παρατηρητέον οὖν καθόλου μὲν τὸν ἀνατολικὸν ὁρίζοντα, τοὺς ἐπόντας, ἢ τὴν οἰκοδεσποτείαν αὐτοῦ λαμβάνοντας τῶν πλανωμένων καθ' ὃν εἰρήκαμεν τρόπον. ἐπὶ μέρους δὲ καὶ τὴν ☾ ὡσαύτως. διὰ γὰρ τῆς τῶν τόπων τούτων ἀμφοτέρων καὶ τῆς τῶν οἰκοδεσποτησάντων διαμορφωτικῆς φύσεως, καὶ τῆς καθ' ἑκάτερον εἶδος συγκράσεως, καὶ ἔτι τῆς τῶν συνανατελλόντων αὐτοῖς ἀπλανῶν ἀστέρων σχηματογραφίας, τὰ περὶ τὰς διατυπώσεις τῶν σωμάτων θεωρεῖται. πρωτευόντων μὲν τῇ δυνάμει, τῶν τὴν οἰκοδεσποτείαν ἐχόντων ἀστέρων, ἐπισυνεργούσης δὲ καὶ τῆς τῶν τόπων αὐτῶν ἰδιοτροπίας. πρῶτον μέντοι καθ' ἕκαστον καὶ ὡς ἄν τις ἁπλῶς οὕτως ἀποδοίη, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. Πρῶτον γὰρ ἐπὶ τῶν ἀστέρων, ὁ μὲν τοῦ ♄ ἀνατολικὸς ὢν, τὴν μὲν μορφὴν μελάγχρους ποιεῖ, καὶ εὐεκτικοὺς, καὶ μελανότριχας, καὶ οὐλοκεφάλους, καὶ μεγαλοφθάλμους, καὶ συμμέτρους μεγέθεσι τῇ δὲ κράσει τὸ μᾶλλον ἔχοντας, ἐν τῷ ὑγρῷ καὶ ψυχρῷ. δυτικὸς δὲ ὑπάρχων, τῇ μὲν μορφῇ μέλανας καὶ ἀσινώδεις καὶ μικρούς. καὶ ἁπλότριχας, ὑποψίλους, καὶ ὑπορρύθμους, καὶ μελανοφθάλμους, τῇ δὲ κράσει μᾶλλον ἔχοντας ἐν τῷ ψυχρῷ καὶ ξηρῷ. Ὁ δὲ τοῦ ♃ οἰκοδεσποτήσας τοὺς προκειμένους τόπους, ἀνατολικὸς, τῇ μὲν μορφῇ λευκοὺς ποιεῖ ἐπὶ τὸ εὔχρουν, καὶ μεσο-

Digitized by Google

καὶ μεσότριχας, καὶ μελανοφθάλμους, καὶ εὐμεγέθεις, ἀξιωματικούς, τῇ δὲ κράσει τὸ πλέον ἔχοντας ἐν τῷ θερμῷ καὶ ὑγρῷ. δυτικὸς δὲ ὑπάρχων τῇ μὲν χροιᾷ λευκοὺς μὲν οὐκ ἐπὶ τὸ εὔχροον δέ. ὁμοίως δὲ τετανότριχάς τε, ἢ καὶ ἀναφαλάντους, καὶ μεσοφαλάντους, καὶ μετρίους τοῖς μεγέθεσι, τῇ δὲ κράσει τὸ πλέον ἔχοντας ἐν τῷ ὑγρῷ.

Ὁ δὲ τοῦ ♂ ἀνατολικὸς τῇ μὲν μορφῇ ποιεῖ λευκερύθρους, καὶ εὐμεγέθεις, καὶ εὐέκτας καὶ γλαυκοφθάλμους, δασεῖς, καὶ μεσότριχας, τῇ δὲ κράσει τὸ πλέον ἔχοντας ἐν τῷ θερμῷ. καὶ τῷ ξηρῷ. δυτικὸς δὲ ὑπάρχων, τῇ μὲν μορφῇ, ἐρυθροὺς ἁπλῶς, καὶ μετρίους τοῖς μεγέθεσι, καὶ μικροκεφάλους καὶ ὑποψίλους, καὶ ξανθότριχας, καὶ τετανούς. τῇ δὲ κράσει τὸ πλέον ἔχοντας ἐν τῷ ξηρῷ. Ὁ τῆς ♀, παραπλήσια ποιεῖ τῷ τοῦ διός. ἐπὶ μέντοι τὸ εὐμορφότερον καὶ ἐπιχαρικώτερον καὶ γυναικοπρεπωδέστερον, καὶ εὐσχημονέστερον, καὶ εὐχυμότερον, καὶ τρυφερώτερον. ἰδίως δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ποιεῖ μετὰ τοῦ εὐπρεποῦς ὑποχαρόπους. Ὁ δὲ τοῦ ☿ ἀνατολικός, τῇ μὲν μορφῇ ποιεῖ μελίχροας, καὶ συμμέτρους τοὺς μεγέθεσι, καὶ εὐρύθμους, καὶ μικροφθάλμους, καὶ μεσότριχας. τῇ κράσει τὸ πλέον ἔχοντας ἐν τῷ θερμῷ, δυτικὸς δὲ ὑπάρχων, τῇ μὲν μορφῇ μελίχρας, καὶ σπανούς, καὶ ἰσχνούς, καὶ * κυνοφθάλμους, καὶ * αἰγόποδας, καὶ ὑπερύθρους. τῇ δὲ κράσει τὸ πλέον ἔχοντας ἐν τῷ ξηρῷ. Συνεργοῦσι δ' ἑκάστῳ τούτων σχηματισθέντες, ὁ μὲν ☉, ἐπὶ τὸ μεγαλοπρεπέστερον καὶ εὐεκτικώτερον. ἡ δὲ ☾, καὶ μάλιστα ὅταν αὐτῆς τὴν ἀπόρροιαν ἐπέχωσι καθόλου μὲν ἐπὶ τὸ συμμετρότερον καὶ ἰσχνότερον καὶ τῇ κράσει ὑγρότερον. κατὰ μέρος δ' ἀναλόγως τῇ τῶν φωτισμῶν ἰδιότητι καθάπερ ἐν ἀρχῇ τῆς συντάξεως ἐξεθέμεθα.

*al. καλοφθάλμους.
*al. αἰγίλοπας.

Πάλιν δὲ καθόλου ἑῷοι μὲν ὄντες, καὶ φάσιν ποιησάμενοι, μεγαλοποιοῦσι τὰ σώματα, στηρίζοντες δὲ τὸ πρῶτον, ἰσχυρὰ καὶ εὔτονα, προηγούμενοι δέ, ἀσύμμετρα, τὸ δὲ δεύτερον στηρίζοντες, ἀσθενέστερα. δύνοντες δέ, ἄδοξα μὲν παντελῶς, οἷστισι δὲ κακουχιῶν. καὶ τῶν τόπων δὲ αὐτῶν πρὸς τοὺς σχηματισμοὺς μάλιστα τῶν διατυπώσεων, καὶ τὰς κράσεις ὡς ἔφαμεν συνοικειούντων, καθόλου πάλιν, τὸ μὲν ἀπὸ ἐαρινῆς ἰσημερίας ἐπὶ θερινὴν τροπὴν τεταρτημόριον, ποιεῖ εὔχροας, εὐμεγέθεις, εὐέκτας, εὐοφθάλμους. τὸ δὲ πλέον ἔχοντας ἐν τὸ ὑγρῷ καὶ θερμῷ. τὸ δ' ἀπὸ θερινῆς τροπῆς μέχρι μετοπωρινῆς ἰσημερίας, μεσόχροας, συμμέτρους τοῖς μεγέθεσιν, εὐέκτας, μελανοφθάλμους, δασεῖς, οὐλότριχας, τὸ πλέον ἔχοντας ἐν τῷ θερμῷ καὶ ξηρῷ. τὸ δὲ ἀπὸ μετοπωρινῆς ἰσημερίας, μέχρι χειμερινῆς τροπῆς, μελίχροας, ἰσχνούς, νοσώδεις, σπανούς, μεσότριχας, εὐοφθάλμους, τὸ πλέον ἔχοντας ἐν τῷ ψυχρῷ καὶ ξηρῷ. τὸ δ' ἀπὸ χειμερινῆς τροπῆς, ἕως ἐαρινῆς ἰσημερίας, μελίχροας, συμμέτρους τοῖς μεγέθεσι, τετανότριχας, ὑποψίλους, τὸ πλέον ἔχοντας ἐν τῷ ψυχρῷ καὶ ὑγρῷ, κατὰ μέρος δὲ τὰ μὲν ἀνθρωποειδῆ τῶν ζῳδίων, τῶν τε ἐν τῷ ζῳδιακῷ, καὶ τῶν ἐκτός, εὔρυθμα, καὶ σύμμετρα τοῖς σχήμασι τὰ σώματα κατασκευάζει, τὰ δ' ἑτερόμορφα, μετασχηματίζει πρὸς τὸ τῆς ἰδίας μορφώσεως οἰκεῖον, τὰς τοῦ σώματος συμμετρίας. καὶ κατά τινα λόγον ἀφομοιοῖ τὰ οἰκεῖα μέρη τοῖς ἑαυτῶν, ἤτοι ἐπὶ τὸ μεῖζον καὶ ἔλαττον, ἢ ἐπὶ τὸ ἰσχυρότερον καὶ ἀσθενέστερον καὶ εὐρυθμότερον. ἐπὶ τὸ μεῖζον μὲν ὡς λόγον ἕνεκεν ὁ λέων, καὶ ἡ ♍. καὶ ὁ ♐. ἐπὶ τὸ ἔλαττον δέ, ὡς ἰχθύες, καὶ ὁ καρκίνος, καὶ ὁ αἰγόκερως. καὶ πάλιν ὡς ἐπὶ τοῦ κριοῦ καὶ τοῦ ♉, καὶ τοῦ ♌, τὰ μὲν ἄνω καὶ ἐμπρόσθια, ἐπὶ τὸ εὐεκτικώτερον, τὰ δὲ κάτω καὶ ὀπίσθια, ἐπὶ τὸ ἀσθενέστερον. τὸ δ' ἐναντίον, ὡς τὸ τοῦ ♐ καὶ τοῦ ♏ καὶ τῶν ♊, τὰ μὲν ἐμπρόσθια ἐπὶ τὸ ἀσθενέστερον, τὰ δὲ ὀπίσθια ἐπὶ τὸ εὐεκτικώτερον. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ ♍, καὶ αἱ χηλαί, καὶ ὁ τοξότης, ἐπὶ τὸ σύμμετρον καὶ εὔρυθμον. ὁ δὲ ♏ καὶ οἱ ♓, καὶ ὁ ♉ ἐπὶ τὸ ἄρρυθμον καὶ ἀσύμμετρον, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως, ἅπερ ἅπαντα συνεφορῶντας καὶ συνεπικρίνοντας προσήκει τὴν ἐπὶ τῆς κράσεως συναγομένην ἰδιοτροπίαν περί τε τὰς μορφώσεις καὶ τὰς κράσεις τῶν σωμάτων καταστοχάζεσθαι.

*De forma & figura corporis nati, ac de ipſius complexione.* CAP. XI.

POſt electiones, vitæ perfectionem, formam & figuram corporis, ex rebus particularibus, ſicut ordinatim conuenit enarrare, primitus incipiemus, eo quod corporis qualitates naturaliter animæ qualitates præcedunt. Ideo quia cum corpus ſpiſsius ſit, quàm plura in eo apparentia, quæ ipſius coadunationi ſunt propria, cum ipſo naſcuntur. In anima verò non apparent, niſi ea, quæ per primam occaſionem poſt natiuitatem & creationẽ in ipſa fuerint pedetẽtim. In illa quidem quæ ſunt extra corpus, multo poſt in futuro tempore poſt iſta contingunt. Conuenit autem nobis in vniuerſalitate rei horizontem orientalem, & ſtellas quæ ipſum ſequũtur ex erraticis, vel dominos diſpoſitionis ex ipſis, eo quo modo prædiximus obſeruare. In rei vero particularitate eſſe Lunæ velut hic, iterum nobis cõſiderare conuenit, eo quod forma modusq́ corporum, non niſi ex natura figurarum iſtorum duorum locorum, & ex figuris planetarum, qui ſunt eorum diſpoſitores, ac ex commixtione eorum, quæ ſunt in vnaquaque ipſorum ſpecie, necnon ex figura ſtellarum fixarum cum eis aſcendentium deprehenditur, & illæ quidem quarum vires, aliarum vires pręcedunt, ſunt ſtellæ dominatrices diſpoſitionis, quas poſt adiuuat iterum qualitas ipſis eiſdem locis propria, reſque particularis, quæ leuiter & abſolute ex eorum modis enunciari poteſt, eſt id quod ſubiungitur. Primum ergo quod in ſtellis dicimus, eſt quòd cum Saturnus oriẽtalis extiterit, ſubaudi, & fuerit diſpoſitor ſolus, erit natura in figura mellini coloris, mediocriſque craſſitudinis, pili eius erunt nigri, capillique capitis criſpi, pectoriſque pili ſpiſſi, oculi mediocres, corpus temperatæ magnitudinis, & ſuper ipſius complexionem vincet frigiditas & humiditas. Cumque fuerit occidentalis, erit natus ſubniger, macilentus, parui corporis, planos & raros habẽs capillos, aptæ coadunationis, oculi eius nigri, & in ipſius complexione vincet ſiccitas. Cum Iupiter autẽ dominus diſpoſitionis locorum prædictorum extiterit, & orientalis fuerit, erit natus albi coloris & conuenientis, mediocriſque capillaturę, oculi eius mediocres, aptæ ſtaturæ, quantitatiſque moderatæ. In eius complexione color & humiditas pręualebunt. Sed ſi fuerit occidentalis, erit albus, præter quam quod non adeo erit aptæ albedinis, ſicut ſupra diximus, erunt etiã illius capilli plani, & ex anteriori parte caluus, oculi mediocres, & ipſe corporis mediocris, vincet in iſtius complexione humiditas. Cumque Mars orientalis extiterit, albedinis & rubedinis erit eius forma, particeps bonę quantitatis & idonęę carneitatis, oculi eius varij, capilli ſpiſſi, & mediocres, in ipſius complexione pręualebunt calor & ſiccitas. Si occidentalis autem extiterit, natus tamen rubei coloris erit, & moderatæ quantitatis corporis, paruos habens oculos, & raros ac planos capillos ac flauos, vincet in eius complexione ſiccitas. Veneris quidem opera Iouis operibus aſſimilantur, pręter quam quod ea quæ per ipſum contingunt, pulchriora ſunt, & magis recipiuntur, eiuſque pulchritudo mulierum pulchritudini magis aſſimilatur, erit etiam melioris figuræ & conuenientioris qualitatis animę, corporiſque mollioris eſt. Item ex ipſius proprietatibus eſt, oculos ſubruffos & idoneos facere Cum Mercurius item orientalis extiterit, natus colori mellis aſſimilatur, eritque in quantitate corporis moderatus, aptę coadunationis, paruorum oculorum, capillos habens mediocres, & in illius complexione calor pręualebit. Sed ſi occidentalis fuerit, erit natus ſubnigredinis croceique coloris participans, macilentus, vocem habens exilem, & canos orbes, erit etiam ipſorum oculorum pupilla velut oculi caprini declinans rubedini. In ipſius complexione ſiccitatem præualere non dubitatur. Vnamquamque vero iſtarum ſtellarum adiuuant Sol & Luna, cum eis aſſociantur in figura. Sol etenim adiuuat in figura & formoſitate ac in corporis pinguedine: Luna vero generaliter iuuat in temperie & macie vel humiditate. Maximè autẽ cũ ab eo ſeparatur, particulariter etiã erit eius auxiliũ ſecundum proprietates illius quod ei ineſt ex lumine, queãdmodum in huius libri principio narrauimus. Stellæ igitur generaliter cum matutinales fuerint & apparuerint magna corpora facient, & cum in ſtatione prima fuerint, vigorem ac fortitudinem eis tribuent, cumque præibũt ea contemperabunt, & cum in ſecunda ſtatione ſe mouerint, illa debiliora facient, cum autem occiderint eorum miſeriam & impedimenta ac grauitates operabuntur. Ipſa iterum eadem loca, in quibus fuerint, nati formam & figuram eiuſdemque complexionem vt prædiximus adiuuabunt. Vniuerſaliter etiam quarta, quæ à puncto æquinoctiali vernali vſque ad ſolſtitialem æſtiualem producitur, natum boni caloris, ſtatuſq́; conuenientis, aptæq́; carneitatis, oculorum bonorum fore demonſtrabit, & in ipſo calor & humiditas præualebunt. Quarta vero quæ

Digitized by Google

ro quæ à ſolſtitiali æſtiuali vſque ad æquinoctialem autumnalem punctū diſtenditur, temperatam & mediocrem corporis quantitatem & competentem carneitatem, grādes oculos, ſpiſſos capillos atque criſpos nato donabit, vincet in eo calor & ſiccitas. At quarta quæ à puncto æquinoctiali autumnali vſque ad ſolſtitialem hiemalem protrahitur, colorem mellinum, atque maciem, gracilemq; vocem, ſpatulas amplas, capillos mediocres, aptos oculos natum habere deſignabit, & in eo frigiditas & ſiccitas præualebūt. Quarta autē quæ à ſolſtitiali hiemali vſque ad vernalem punctum æquinoctialem collocatur, nigrum colorem, & temperatam corporis quantitatem, planos capillos & raros, aptáq; coadunationem nato dare non dubitabimus: vincet in eo frigiditas & humiditas. Particulariter autem loca quorum figura figuris humanis aſſimilantur ex figuris ſcilicet inter circulum ſignorū & extra conformatis aptę & tēperatæ coadunationis corpora conformabunt. Illa quorum figuræ non ſunt verſus temperiem corporis in hoc quod eorum figuris aſsimilantur, imitari probantur, & eorum membra ſuis membris qualibus aſsimilari ſimilitudine faciunt, ea namque ad magnitudinem vel paruitatem ad fortitudinem quoque ſeu debilitatem, ad conuenientem vel inconuenientem coadunationem faciunt fore procliuiora. Nam illa quę ad magnitudinē ea producunt, ſunt vt Leo, Virgo, Sagittarius, ad paruitatem, vt Piſcis, Cancer & Capricornus. Item id quod ex Ariete, Tauro, Leonem verſus eorum initia, & in altiori parte fuerit ad pinguedinem membra faciet meliora procliuiora. Quod autem verſus inferiora, & eorum extrema locatur, ea maciei magis applicat. In iſtorum vero contrario id quod ex Sagittario, Geminis & Scorpionem verſus ſua principia ponitur, ad maciem declinare facit, & illud quod iſtorum extrema ſibi vendicat, facit ea ad pinguedinem procliuiora. Item Virgo Libra & Sagittarius verſus temperiem, & bonam coadunationem corpori producunt. Scorpius autem Piſces & Taurus illa remouent à temperie, aliarum itaque figurarum qualitates, & aliter obſeruare easq; adinuicem conferre, & proprietates in forma corporum, & eorundem complexione, & earum omnium rerum commixtione coadunatas nobis inde coniicere conuenit.

*COMMENTARIVS. Lib. 3. CAP. X*

POſt nonum caput continuat Ptolemæus tractatum de vitæ quantitate quod eſt caput decimum: Ego verò cum ordinem ſpeculi vellem perſequi, ſicut aliàs feci, hoc caput vndecimum huius tertij libri decimo præpoſui, & feci, vt ſecundum ordinem noſtrum eſſet caput decimum. In hoc autem Ptolemæus abſolutis omnib', quæ pertinent ad declarationem, & ſcientiam vitæ & quantitatis, confert ſe mox ad declarationem eorum, quæ pertinent ad corpus & animam: & in iſto capite ponit quatuor inſtituta vel decreta, quibus dat intelligere, quibus regulis incedendum ſit ad notitiam corporis, ſcilicet complexionis & formæ ipſius. Per formam ad præſens intelligimus formam de quarta ſpecie qualitatis. Et primo loco ipſe ponit inſtitutum, quod poſſumus excerpere in themate loca quæ ſunt ſignificantia ſeu exponentia complexionem. Secundo loco declarat variationem huiuſmodi complexionis ac alterationē, quę fieri poteſt ex motu ſtellarum per ſuos proprios orbes, ſ. epicyclos: habent enim variū ac variū modū agēdi per diuerſas epicycli partes. Tertio loco ponit inſtituta, quibus poſſumus coaptare & ad meliorem notitiam ducere & ſcire numerum circa complexionem ex parte quadrantium zodiaci. Vltimo loco ponit ꝑtractationē duodecim ſignorum, declarat enim ſigna quæ conferunt ad magnitudinem corporum, ad quantitatem, & groſsitiem corporis, ad ſanitatem, vel infirmitatem corporis, quæ certè eſt pulchra doctrina, & vtilis valde.

Quò ad primum Ptolemæus in primo inſtituto tria facit, ponit enim intētionem, & cauſam intentionis reddit. Secundo facit quod dictum eſt. Tertio loco declarat figuras, quas efficiunt Planetæ ipſi.

Quò ad primam partem inquit Ptolemæus, poſt pertractationem electionis ſcilicet dilucidationis vitæ, ſequitur vt pertractemus, quæ ad corpus pertinent.

Sed quia aliquis dubitare poſſet an prius de corpore, quàm de anima tractandum ſit, cum anima ſit nobilior corpore, namque excedit corpus in nobilitate & ſubſtantia & accidentibus, cur ergo pri' non egit de accidentib. animæ, poſtea de corpore? Reſpondet tacitæ huic dubitationi Ptolemæus dicens, ꝙ cōueniēs eſt, vt prius de corpore, quàm de accidentibus animæ pertractemus: quia cum ea, q̄ corporis ſunt, magis appareāt, & ſint euidētiora, per verba quæ dicit, quia corpus ſpiſſum eſt, ſcilicet accidentia corporis propter materiam magis apparent, & ſunt ſenſibiliora. omnis aūt ordo doctrinæ à faciliori debet exordiri: ergo prius de corpore tractandum eſt, & ab ipſo corpore prius incipiendum eſt. Addit Punicus rationem, cur ea quæ ſunt corporis, prius appareant, quàm ea quæ ſunt animæ, inquiens: namque anima imitatur paſſiones corporis, ita vt ipſe dicit quod is qui cholericus eſt, appareat iracundus & iraſcibilis vt exerceat ſuam naturam, ſecundum naturam & actionē, cholerici: igitur facile poſſumus prognoſticari, ipſum eſſe iracundum, cum ſcimus ipſum eſſe cho-



Digitized by Google

lericum, ſimiliter cum melancholicus ſit frigidus & ſiccus, quæ complexio ducit natum ad metum, & multa pericula quæ ipſemet imaginatus ante oculos ſibi ponit. phlegmaticus autem eſt pacificus, quietus, & abhorrẽs labores, & huiuſmodi: ergo ex cognitione accidentium corporis facilè poſſumus deuenire in cognitionem accidentium animę: ergo bene factum eſt à Ptolemæo primo de accidentibus corporis agere, quàm de accidentibus animę: confirmat autem id per diffinitionem animę, acceptam ab Ariſt. 2. de anima, Anima eſt actus corporis phyſici, organici, potentiam vitam habentis. Et quia aliquis dubitaret, quòd anima eſt prior corpore, ipſe negat hoc. eſt enim corpus prius ſaltem natura, non tempore: quia corpus & anima ſimul ſunt indiuidui ſuppoſiti: nam generatio per diffinitionem ipſius fit iniuſtam.

His traditis, incipit ponere primum inſtitutum: ſi velimus cuiuſcunque naſcentis complexionem corporis, figuramque cognoſcere, primùm debemus obſeruare locum horoſcopi & Lunæ: Secundo debemus animaduertere ad planetas, qui plures habuerint iuriſdictiones, & authoritates in his locis. nam ſemper corpus imitabitur planetam pollentiorem, & qui fuerint maioris iuriſdictionis in his locis: Sed non ſufficit tantũ ad hæc loca animaduertere, & ad locũ diſpoſitoris, ſed etiã neceſſe eſt ĩſpicere ſtellas hęrẽtes & errones, ſcilicet quænã horoſcopãt: quæ vero ſunt cũ circulo poſitiõis & eiuſdẽ eleuationis cum Luna, quæ vero cum diſpoſitore: imò debemus obſeruare, ſi planeta aliquis fuerit in horoſcopo, vel cum Luna: quòd ſi per præſentiam non affuerit, ſed per configurationem, quæcunque ſit, debemus tales configurationes, ſiue beneficarum, ſiue maleficarum obſeruare: & ratio, quia ſtellæ cælo hærentes Saturniæ, & Martiæ dant vnam complexionem, & naturam, & eãdem quam conficit Saturnus & Mars. Item Iouiæ & Venereæ faciũt ad pulchritudinem, ſicut Iupiter & Venus: vt dicit infra Ptolemæus in litera. ſimiliter Mars & Saturnus ad turpitudinem faciunt: reddunt enim corpora deformia, maxime cum fuerint ex aduerſo conſtituti, ſicut econtra beneficæ. nam quemadmodum Saturnus & Mars conferunt ad ſiccitatem, & humorem cholericum & melancholicũ ſic Venus & Iupiter ad ſanguinem & humorem temperatum. Iureergo factum eſt, vt conſideremus hæc ſingula, ſi velimus prognoſticationem eſſe perutilem, claram, & certam.

Quantum vero attinet ad tertiam partem huius inſtituti, dicit Ptolemęus, quòd cum fuerit Saturnus &c. vbi ponit omnes figuras, quas faciunt ſimpliciter errones: ſed quas efficiunt lumina, tacet: quia vt in ſuperiori lib. traditum eſt, reiecit lumina à ſua cõſideratione, & dixit, quòd dedignatur ſortiri particularia dominia, tamen in calce in totum non reiecit. Si contingat ergo ad primum vt ſit vna & ſimplex & ſingularis ſtella, habens plures iuriſdictiones in locis illis de numero iuriſdictionũ traditarum in primo lib. ſcilicet ſi fuerit planeta, qui habuerit domum vel exaltationem, vel trigonum, vel fines in loco aſcendentis, vel Lunæ, dico eum qui habuerit plura iura horum, nam ſi fuerit Saturnus & fuerit orientalis, ſignificat quendam colorem, quem barbara tranſlatio dicit mellinum, ſcilicet colorem mellis, oculos quidem mediocres, & alia quæ patent in litera, ne conteramus tempus in referendis ſingulis verbis textus: verum id ſciẽdum eſt, cætera patent in litera, quòd cum fuerit vnus planeta orientalis facit diuerſitatem à ſua actione, cum fuerit accidentalis modo propter orientalem reddit corpus melius, præſtãs, & egregiè compactum, vt ita dicam: quia vt fuit declaratum in priori lib. ſemper oriẽtalitas cõfert ad caliditatẽ & humiditatẽ. Calor aũt & humor cõferũt ad bonã formam, & complexionem: ſunt enim in cauſa cõcretionis ſanguineæ: nam qui eſt calidus & humidus, ſanguineus eſt, ſi fuerit humor aëreus, ſcilicet proficiſcẽs à ſignis aëreis, ſi fuerit humiditas Iouis vel Veneris, quia illa, & Luna magis ad Phlegma cõuenit, ſicut ſigna aquatica q̃ ſunt animaduertẽda. Cũ aũt planetæ fuerint occidentales, habent aliã rationẽ operãdi, q̃a cõferũt ad caliditatẽ & ſiccitatem: vnde ſi fuerit diſpoſitor Mars, reddet corpus cholericum: ideo habebit colorem rubeum: nam vigebit cholera propter duplicem ſiccitatẽ & caliditatem, ſcilicet tum propter occidentalitatem, tum etiam propter naturam propriam Martis ex quibus ſequitur concretio corporis figuræ, & formæ, ſicut habet textus: & quoniam vt habet Aberagel quarta parte ſummæ c. nono, planetæ inter ſeſe ita ſe habent, quòd ſemper beneficæ ſtellæ Iouis & Veneris conferunt ad conformitatem corporis, ad bonam proportionem membrorum. differunt autem, vt habet Ptolemæus in litera & Heben vir in hac parte inſignis: quia natura Iouis magis confert ad conformitatem membrorum, ſtaturæ, & corporis. & idem eſt dicere, quòd Iupiter dat corpus bene proportionatum, & diſpoſitum. Venus autem dat venuſtatem quandam, quæ proficiſcitur ab ipſa Venere. Sed ſi fuerit corpus pulchrum, & gratioſũ, erit à Venere & Ioue: turpitudo & deformitas eſt à Saturno & Marte: nã Saturn' deformitatem dabit, vt dicit Abenragel: corpus diſtortum, malè cõflatũ, pilos nigros, & criſpos, oculos grãdes. Sed Mars etiã diſtẽperatũ corpus reddet, & paruæ ſtaturæ, & macrũ: ſicut ſunt corpora eorũ q̃ degũt ĩ cõfinijs Hiſpaniarũ. Sed Sol & Luna ſcd̃m ipſum Alberagelẽ, cõferũt ad claritatẽ corporis, id eſt ꝙ rubedo ſeu color ipſius clarus ſit, id eſt nõ ſit turpis in facie, non nimis rubicundus: Mercuri' autem mixtus eſt, reddit enim varios colores, & tandem habent hoc lumina ad intentionem Ptolemæi, quòd Sol conficit corpora moderatè pinguia, adeò quòd ſi natus habuerit diſpoſitorem ſuæ complexionis in bona diſpoſitione, cum Sole, erit moderatè pinguis. Luna cõfert ad macredinem. Ego obſeruaui, quòd cum Luna habuerit latitudinem, ſiue ad Auſtrum, ſiue ad Aquilonem, reddet corpora pinguia. Idẽ habet Iudæ' in rationibus primæ dom', & etiã id faciunt alij diſpoſitores: ſed ſub ecliptica, reddunt corpora macra, quod prognoſticatum eſt ſecundum naturã ſtellæ: quia ſi erit Mars, & ſub ecliptica, natus erit macer & macilentus: ſimiliter Saturnus quia ex ptopria natura, Luna tamen poteſt humectare conuenienter corpora, adeò quòd non ſint adeo macilenta.

Quantum attinet ad ſecundum inſtitutum, vult comple

complexionem corporum & formam variari, & mutari, reſpectu motus ſtellarum in circulo proprio, ſcilicet in epicyclo: Vult ergo Ptolemæus, ꝙ cum diſpoſitores fuerint apud augem epicycli, & fuerint orientales & matutinales, quia poteſt eſſe, quod ſint apud augem, & ſint occidentales: quia poſſunt vel accedere ad Solem, vel recedere, vel ingredi radios, vel non, vt habetur ex paſsionibus planetarum: ergo ſi diſpoſitores ſunt orientales, & matutini, id eſt, quòd receſſerint à Sole infra 30. gra. dummodo appareant, (vt eſt intẽtio Græci & Alchabitij) differẽtia quarta, reddũt diſpoſitores in hac parte conſtituti corpora magna, proceræ ſtaturæ: quia calorem & humiditatem, quibus vigent planetæ, exercent ipſi planetæ hic in corporibus: quare cum exercent caliditatem & humiditatem, poſſunt dilatare corpora, & reddere homines procerę ſtaturæ. Sed cum ſunt in ſtatione prima, dicit reddere corpora temperata, & mediocria in quantitate, non minus longa, quia tunc incipiunt recipere de caliditate & ſiccitate, quæ ſiccitas non permittit vlterius corpora illa produci: & Græcus inquit & Punicus, quòd cum ſit ſtatus motus eorum, & ab ortu matutino ſemper progrediuntur vſque ad ſtatum, inde incipiunt debilitari: ſequitur quòd opera eorum non erũt ita perfecta ſed debilia. Sed cum à ſtatione prima per totum tempus retrogradi ſint, vult Ptolemæus, Græcus, & Punicus, ꝙ efficiunt corpora robuſta, valida, fortiſsima, & reſiſtentia omnibus impedimentis: quare & quomodo id fiat, non eſt bene expoſitum ab eis: ſed credo hoc Ptolemæum accepiſſe ab obſeruationibus tantũ: quia ad rationem reducere eſt difficile: quia per retrogradationem planetæ ſunt infeliciter conſtituti, & debiliter agunt, ſed per aliam rationem ſi dantur epicycli: & ſtellæ accedunt ad terrã, tunc fortius agunt: ergo ſaluatur Ptolemæus: quia tunc intentius agunt propter approximationem ad terram: ergo impreſsiones ſunt magis apparentes, & euidentes in corporibus.

Græcus expoſitor ſine nomine dicit hoc, quòd cum motus per retrogradationem ſit contra primum motum, videntur propter hoc auferri impedimenta, ſicut aufertur ab eis motus corporis, quia motus eſt contra ſucceſsionem ſignorum: quare motus medius eſt maior vero: ergo eſt in cauſa quòd auferantur impedimenta.

Cum vero fuerint Planetæ in ſecunda ſtatione, tunc reddunt corpora debilia: quia in eo loco debilitatur quodammodo motus, & non tantum motus, quia motus eſt actus eorum, per quem agunt: ſed Ptolemæus refert ad Solem, quia tunc accedũt ad occaſum heliacum, & incipiunt ingredi radios Solis. vnde dicit Punicus quòd id intelligẽdum eſt de Mercurio & Venere: quia quamprimum veniũt ad ſecundam ſtationem, incipiunt dirigi, & conſequenter progredi ad occidentalitatem, & ingredi radios Solis: de reliquis non ita tenet, quia diu apparent poſt ſecundam ſtationem: ſicut habetur ex paſsionibus planetarum in theoricis.

Quòd vero attinet ad ſecundum inſtitutum, Ptolemæus dicit, quòd debemus reſpicere etiam ad quauor Zodiaci quadrantia: diuiſimus Zodiacum in quatuor partes ſcilicet in primam quæ à capite Arietis ad Cãcrũ extẽditur, ſ. quadripartiũ vernũ quadripartiũ æſtiuũ, autũni, & brumę. Dicit ergo, ꝙ ſi diſpoſitores fuerint in locis, corpora imitabũtur diſpoſitores horum, ſcilicet ſi fuerint in primo, corpora declinabunt ad caliditatem, & humiditatem, in ſecundo ad caliditatem & ſiccitatem, in tertio ad frigiditatem & humiditatem, in quarto ad frigiditatem & ſiccitatem.

Sed quiſpiam dubitaret dicens, hæ rationes quadrantium Zodiaci non ſunt acceptæ à propria natura quadrantium, ſed à motu Solis: dicimus ꝙ à capite Arietis ad Cãcrum eſt vernum, quia Sol recedẽs: à capite Arietis incipit accedere ad verticem capitis: ſimiliter à capite Cancri ad Libram recedit à vertice capitis, & agunt ſtellæ.

Ego dicerem tuendo Ptolemæũ, quòd non vult ipſe, quòd ſi ſimpliciter diſpoſitores fuerint in his quadripartiis, ſed ſi quis oriatur Sole exiſtente in his quadripartiis, quia alia erit complexio vnius nati Sole exiſtente in quadripartio verno, & alia eo exiſtente in autumnali, adeo quòd debemus reſpicere ad locum Solis, non ſimpliciter ad loca illa, ita quòd ſi quis natus fuerit tempore Veris, ſemper participabit caliditatem & humiditatem, ſimiliter de aliis, non quòd ſimpliciter diſpoſitores ſint in his quadripartiis.

In vltimo tandem decreto, quia litera clara eſt, reddit rationem de corporibus, vt ita dicam & conformitatibus & difformitatib'. vnde eſt quòd aliqui habent corpora conformia ſuis membris, aliqui deformia, aliqui proceras ſtaturas, aliqui breues, aliqui corpora ſana, aliqui languida: refert omnia aſsignata ad imagines cæli: & ne fiat confuſio in dictis Ptolemæi ſciendum eſt ſecundum ea quæ dicta ſunt in interpretatione Theoricarum, ſcilicet ꝙ Zodiacus duplex eſt, vnus quẽ pro computatione fecerunt & motu, qui habet, vt coagat cum planetis, quia confert ad actionem planetarũ, non tamen agit. Eſt alius Zodiacus realis, cuius imagines ſunt ex ſtellis. eſt enim duplex Aries, & ſtellatus, & non ſtellatus: non ſtellatus in Ariete correſpondet quòd planeta ſit, & ſic operatur in eo quod non ſub alio ſigno ſic, quòd non eſt chimericus. Zodiacus realis habet quod agat: quia ſtellę cęlo hærentes & cõſtãtes imagines, agũt: vnde, cũ Leo realis & Virgo & Sagittarius ſint imagines grandes & longæ, vt apud Aratum, & Higinium habetur: occupant enim cæli magnam partem non tertio tantum gradu: ſicut imaginari', ſed quarto, ſicut etiam Virgo cõflatur ex virgine & etiã ſe extẽdit ad Librã. ſimiliter occupat Sagittarius magnam partem ſua ſagitta: quare ſi diſpoſitores & loci aſcendentis & Lunæ in his locis fuerint, reddent magna corpora: econtrà ſi fuerint in Cancro vel Capricorno, vel paruis imaginibus Cancri, eſt paruum ſignum, vt patet per eius oculum: & Capricornus & Piſces: ergo cum fuerint in his imaginibus, reddent corpora breuia: quòd ſi rurſus diſpoſitores in paruis partibus vel Arietis vel Tauri vel Leonis, quia ſunt pinguia, reddent homines pingues in partibus ſuperiorib': & ſunt quidã, ꝗ habẽt ſpatulas amplas: & ego interdũ obſeruaui prognoſticãdo: cõferunt ergo ad quantitatẽ faciei, & partiũ ſuperiorũ: ecõtra verò reddent illas partes tenues & imbecilles:

quòd

Digitized by Google

quòd ſi quis habuerit diſpoſitores vltra medietatẽ horum ſignorum, habebit vltimas partes tenues, & priores craſſas. è contra verò Gemini Virgo & Sagittarius quoniam reddunt partes priores tenues & ſubtiles, partes inferiores craſſas & magnas, ideo videndum eſt, quando ducturi eſtis vxores, an habeât partes priores vel poſteriores horum ſignorum. nam ſi hoc erit, habebunt membra inferiora magna valde.

Quò ad corpora languida & imbecilla Ptolemæus ſe breuiter expedit, vult quòd Virgo, Libra & Sagittarius ad temperiem & bonam corporis cõſtitutionem faciant: ſed ecõtra Taurus, Scorpio & Piſces reddunt corpora languida. Et hæc ſunt, quæ habet Ptolemæus in hac parte, & hæc eius decreta.

Sed obſeruem' duo pulcherrima decreta Abenragelis parte quarta cap. allegato. primum eſt quòd ſi velimus ad libellam prognoſticari concreationem, & formam alicuius corporis, obſeruemus regionem & prouinciam, & educationem ipſius & parentum, quia propagatio parentum confert ad complexionem. ſemper enim effectus ſuperiorum imitantur quoque cauſas inferiores, & immediatas: quia in Aethiopia ſi quis habuerit Venerem in prima domo, erit niger, ſed minus niger quàm alij: ſi Saturnum, erit valde niger. Si in Germania habuerit aliquis Saturnũ in prima facie Arietis, non erit tantum albus, ſed ſi Venerem, erit magis albus quàm alij.

Alterum præceptum à me pluries obſeruatum eſt: ſi volueritis cognoſcere figuram abſentis, videatis, ſi qua ſtella erronum fuerit in horoſcopo, vt conferamus dicta Ptolemæi dictis horum, & ſecundum effigiem ſtellæ exiſtentis in horoſcopo iudicandum erit de forma ipſius nati: hoc tamen conſiderato, quòd ſi plures ſtellæ in eo loco fuerĩt, ſemper iudicium erit ſecundum ſtellam priorem gradui horoſcopanti: & verius erit iudicium, ſi ſtella habuerit in eo loco iuriſdictionem aliquam: nam quanto plures iuriſdictiones ibi habuerint, tanto magis natus ſequetur figuram illius ſtellæ, & ſecundum naturam illius planetæ erit iudicandum.

*Annotationes particulares de nati complexione.*

Hermes ille, qui ante Chriſti natiuitatem annis 1488. nobis ſcientiam de complexione cuiuſcunque nati tradidit, dixit quòd temperamentum humani corporis cognoſcitur à natura ſigni aſcẽdẽtis, & à natura domini ſui, ſi aſpiciat gradum aſcendentis aliquo aſpectu, aut à natura domini honoris, aut termini, aut triplicitatis, aut faciei: quoniã iſti verè denotabunt naturam nati in complexione humorum. Præterea addit etiam quòd debemus cum natura ſigni horoſcopi commiſcere naturam principantis natiuitatis, & ſi fuerit planeta in aſcẽdente, miſcenda erit natura eius cum natura principantis. Deinde ipſe dixit quòd inſpicere debem' ſimiliter ad naturam planetæ, cum quo erit Luna, & ad ſignũ in quo eſt ipſa Luna, & iterum terminũ, & itidem ipſam aſpicientes, & ſecundum proportionem eius ad Solem. Verum nos dicimus iuxta Ptolemæi doctrinam, quòd vniuſcuiuſque nati cõplexio dignoſcitur à natura ſigni aſcẽdentis in caliditate, frigiditate, humiditate, & ſiccitate. Et à natura ſigni, in quo reperitur dominus horoſcopi, & Luna & eius diſpoſitor. Deinde conſidera naturam ſtellarum fixarum exiſtentium cum eis, & planetã, aut planetas in aſcendente conſtitutos, & ſecundum omnia illa ad inuicem proportionata, vel ſecundum eorum maiorem partem, talis complexio in corpore argui debeatur. Sed tamen erit notandum, quòd Saturnus & Mars aſpicientes horoſcopum, vel Lunam maligno aſpectu, ſuas qualitates intẽperatas temperamento corporis permiſcent. Et vt veritas magis eluceſcat, pro tyronibus accipiamus hoc exemplum.

Sit natiuitas hominis in cuius natali hora aſcendebat vigeſimus ſecundut gradus & triginta nouẽ Sagittarij, vt ſtetit thema cæli ſupra pag. 136. volui ſcire huius hominis complexionem: Comperi ſignum horoſcopi calidæ & ſiccæ naturæ: in quo ſigno etiam per Antiſcium reperiebatur dominus eius, qui erat Almutẽ ſiue dominus totius geniture. Deinde aſpexi ſignum, in quo reperiebatur Luna, erat calidum & ſiccum: poſtea reperi Iouem diſpoſitorẽ Horoſcopi in ſigno frigido & ſicco, & Sole diſpoſitorẽ loci Lunæ ĩ ſigno humido & frigido, ſed erat cum Marte: quare addidit caliditatem & ſiccitatem intemperatam. Et quia prope aſcendens fuit Aquila volans, ſtella fixa de natura Saturni & Martis: Quare addidit hæc ſtella huic nato caliditatem quãdam cum ſiccitate & frigiditatem.

Rurſus aſpexi aſcendens, & in eo aliquem planetam per præſentiam non inueni, niſi Iouem per Antiſcium. Quapropter conſideraui eſſe omnium illorum, inueni maiorem partem declinare ad caliditatem & ſiccitatem: gratia cuius nati complexio, ex maiori parte cholerica dicetut, quæ in calido & ſicco cõſiſtit temperamento. Et ideo vir iſte erit complexionis cholericæ & melancholicæ: vt dicit Ptolemæus cap. 11. lib. 3. Et quamuis quarta anni Hyemalis, (in qua iſte homo natus eſt) fuerit frigida & humida: nihilominus iſte vir non erit Phlegmaticus: vt inſinuat Abenragel cap. 9. par. 4. paragrapho de formis planetarum. Sed erit cholericus & melancholicus. Quare hæc Abenragelis regula non erit totaliter vera, vt infra dicetur.

Vel cognoſcuntur hæ quatuor craſes ex propriis qualitatibus & naturis ſignificatorum temperamenti, & eorum commixtione, collectis certo ordine teſtimoniis ſingularum quantitatum, calidi, frigidi, humidi, & ſicci: vt inferius patebit.

*Sunt igitur ſignificatores complexionis.*

Horoſcopus, & dominus eius,

Planeta, vel planetæ in horoſcopo conſtituti, aut eum per orbem aſpicientes, inter quos Caput, & Cauda Draconis etiam numerantur,

Luna,

Planetæ Lunam aſpicientes medietate ſuorum orbium,

Quarta anni, vel ſignum Solis,

Dominus geniture.

Horum

Digitized by Google

Horum ſignificatorum & ſignorum, in quibus ſignificatores hi conſtituuntur, qualitas ordine examinetur iuxta ſequentem doctrinam.

Memineris tamen, quòd Saturn', Mars, vel cauda Draconis Lunæ, aſpicientes horoſcopum, vel Lunam maligno aſpectu ſuas qualitates intemperatas permiſceant temperamento corporis, etiam ſi reliqua omnia ſe bene habeant.

*Qualitates Planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | Orientalis | Dat complexiomem | Frigidam & humidam |
| | Occidentalis | | Siccam. |
| ♃ ♀ | Orientalis | Dat complexionem | Calidam & humidam. |
| | Occidentalis | | Humidam. |
| ♂ | Orientalis | Dat complexionem | Calidam & ſiccam. |
| | Occidentalis | | Siccam. |
| ☿ | Orientalis | Dat complexionem | Calidam. |
| | Occidentalis | | Siccam. |

| | | |
|---|---|---|
| ● | à ☌ vſque ad primam □. | Calida & humida. |
| | à prima □ ad ☍ | Calida & ſicca. |
| | à ☍ vſque ad ſecundam □ | Frigida & ſicca. |
| | à ſecunda □ ad ☌. | Frigida & humida. |

*Solis vires hic conſiderantur iuxta anni quadrantes.*

| | | |
|---|---|---|
| ● in | ♈ ♉ ♊. | Calidus & humidus cenſetur |
| | ♋ ♌ ♍. | Calidus & ſiccus. |
| | ♎ ♏ ♐. | Frigidus & ſiccus. |
| | ♑ ♒ ♓. | Frigidus & humidus. |

*Signorum qualitates extra trigonorum naturam diſtinguuntur.*

Aries, Leo & Sagittarius, eſt triplicitas calida & ſicca, amara, ignea, diurna, maſculina, & ſignificat choleram rubeam.

Taurus, Virgo, & Capricornus, triplicitas, terrea, frigida, ſicca, nocturna, fœminina, & ſignificat choleram nigram.

Gemini, Libra, & Aquarius, triplicitas eſt aerea, calida & humida, ſanguinea, dulcis, diurna.

Cancer, Scorpio, & Piſces, aquatica triplicitas eſt frigida, humida phlegmatica, inſipida, nocturna ex Almanſoris prop. 4. & 5.

*Regula de iudicio complexionis.*

Conſidera, vt iam dixi, qualitates ſignificatorum, ac ſignorum, & collige teſtimonia ſingularum quatuor qualitatum, calidi, humidi, frigidi, & ſicci. Et ſecundum vincentium teſtimoniorum numerũ iudica de complexione. Nam ſi calor, & humor reliquas qualitates teſtimoniorum numero ſuperauerint, natus erit ſanguineę complexionis. Sin humor & frigus, phlegmaticæ. Quod ſi calor & ſiccitas vicerint, natus erit cholericus. Si frigus & ſiccitas, melancholicus.

*Sententiæ Aſtrologorum.*

Sententia Abenragelis par. 4. ca 9. parag. de formis planetarũ eſt, quòd ſi natiuitas fuerit in quarta anni, quæ eſt ab æquinoctio vernali, vſq; ad ſolſtitium æſtiuale, natus erit boni ſtatus in corpore, & in longitudine, & groſsitudine: quia magis tẽdit ad groſsitudinem, boni coloris, pulchritudinis mediocris, pulchrorum capillorum: vincit in eius complexione caliditas & humiditas.

Si autem natiuitas fuerit in quarta, quæ eſt à Solſtitio æſtiuali vſque ad æquinoctium autumnale, facit natum mediocrem in longitudine & magnitudine corporis, & tendit ad groſsitudinẽ, magnorum oculorum, capillorum multorum, villoſum: & vincet in eius complexione caliditas & ſiccitas.

Si verò natiuitas fuerit in quarta, q̃ eſt ab æquinoctio autumnali vſque ad ſolſtitiũ hyemale, facit natũ coloris mellis, ſubtilis vocis, humerorũ amplorũ, macrũ, capillorũ extenſorũ, pulchorum oculorũ: & vincet in eius cõplexione frigiditas & ſiccitas.

Si autem fuerit natiuitas in quarta, quæ eſt à ſolſtitio hyemali vſque ad æquinoctiũ vernale, fit cõloris nigri, æqualis in magnitudine corporis, capillorum extenſorum & rarorum, membrorum bene proportionatorum. vincet in eius complexiõe frigiditas & humiditas. Sed hęc quandoq; fallunt propter alias conditiones ſignorum, qui ſunt in aſcendente: vt videre potes in Abenrag. vt ſupra ca. 9. Et ideo dicimus, ꝙ forma nati difficulter diiudicatur propter multimodas cauſas concurrentes &c.

Luna eſt ſignificatrix nati, & ad eam magis pertinet, vt ſit ſignificatrix corporis, & augmenti ſalutis eius, quàm ad alios planetas. Vnde ſi quando ipſa fuerit ſalua, & fortis, & pura ab infortuniorũ impedimentis, corpus eſt ſanum, & integrum. Sed ſi quãdo infortunata fuerit, malè afflata & cadẽs, corpus erit debile, ac morbidum, & natus eo ſe modicum iuuabit, maximè ſi pars azemena fuerit in ſecunda domo in oppoſito Martis. Hæc ex Abenragele par. 5. c. I.

Ptolemæus

Digitized by Google

Ptolomæus in cent. Aph. 61. ait. Luna ſignificat ea q̃ corporis ſunt, vt quæ ei pro motu ſimilia ſunt.

Luna cum Saturno in ſigno terreo melancholicam complexionem ſignificat.

Luna in prima domo, facit natum phlegmaticũ, flauũ, candidũ, & habẽtẽ aliquas maculas in vultu.

Luna ſi fuerit in ſigno aqueo, & in gradu occidẽtis, & Venus aſpexerit eam: natus erit mollium oſſium, & membrorum, ita quod ſe ſuo corpore non poterit iuuare. Hæc ex eodem par. 4. cap. 10.

Si Sol ſeparatim in natiuitate malè afflat' fuerit, vel cadens, aut iunctus cum infortunis, quæ ſunt ſubleuata ſuper eum, & fortia, ſignificat toti' corporis læſionem: quoniam Sol eſt veluti calor naturalis cuſtodiens propriè virtutes corporis, & motus, quæ ſi quando debilia in nato fuerint, vel læſa, debilitatur, & læditur propterea totum corpus, & recipit impreſsionem, & damnum. Aben. par. 5. c. 1.

Ptolemæus in Cent. Aph. 86. inquit. Sol eſt fons vitalis potentiæ, Luna naturalis.

Sol in aſcendente in ſigno Aquarij ſi fuerit poſitus in angulo partiliter, vita nati erit bona & temperata: quia natus ille erit æqualium complexionum ex complexionibus Iouis.

Sol ſi fuerit in ſignis igneis in horoſcopo, natus habebit animum ingenuum, corpus complexionis ardentis, macrum & carnis conſumptæ, quod procedente tempore temperabitur, fietque moderatius. Hæc ex eodem par. 4. c. 1.

Cum Mars ſuper Saturnum fuerit eleuatus, vel é contrà, erit fortis, & pinguis. Hermes Aphor. 60.

Saturnus inuentus in domo ſua facit natum melancholicum.

Si dominus ſextæ domus fuerit ſeparatus à domino aſcendentis, natus erit complexionis, & naturæ temperatæ, ac ſanus. Aben. par 5. c. 1.

Pars fortunæ ſi fuerit ab infortunis libera, & extra radios ſolis, erit natus ſani corporis, bonæ formæ, compoſitæ vitæ in victu ſuo.

Pars ſubſtantialis, ſeu durationis, quæ accipitur in die à parte fortunæ in partem futurorum: in nocte è contra & proiicitur ab aſcendente: ſi fuerit ab infortunis libera, & in bono loco, ſignificat quòd natus erit compoſitæ formæ, & corpus eius ſine maculis, & ſanum, & bonæ complexionis. Hæc Abenrag. par. 4. c. 10.

Sol in domicilio ſuo ſi fuerit fortunatus natiuitate diurna, natus erit robuſti corporis.

Saturnus in domo Iouis, dat nato pulchritudinem corporis.

Iupiter in prima domo, facit natum pulchrum & lætum.

Venus in prima domo ſi fuerit, natus erit pulchri corporis, cum lætis oculis.

Sol in ſecunda domo, dat pulchritudinem & lætitiam in collo, & pulchritudinem oculorum.

Saturnus in prima domo ſi fuerit, natus erit homo deformis.

Cauda Draconis in prima domo, facit natum deformem.

Almuten natiuitatis ſi fuerit inuentus in cintura firmamenti, natus erit macer: ſi verò latitudinem habuerit, pinguis erit, & ſecundum latitudinem eius iudicabis. Quòd ſi latitudo fuerit meridiana, erit agilis motu: ſi verò Septentrionalis, erit ponderoſus.

Aſcendens ſi fuerit ex ſignis lõgis, & adhuc melius, ſi gradus aſcendentis fuerit in facie prima, & Luna ſimiliter in ſigno longo: tunc enim iudicandum fore longum, reſpectu parentum eius, & è contrario ſi fuerit ex breuibus.

Dixit Sahar filius Caffer Iſraelitæ, dominum faciei ſignificare faciem hominis, dixitque ſe fuiſſe expertum ſæpe: & eſt rectũ, ſi dominus faciei aſpiciat gradum aſcendentis. De iſta materia vide Albubatrem c. 7. qui declarauit naturam vniuſcuiuſque ſigni, & omne quod portendere debet ei, qui natus fuerit in aliqua facierum.

Iupiter ſi fuerit in horoſcopo cum non aſcendit Caper, puer erit ſemper formoſus. Sed ſi vna de domibus Iouis aſcenderit, & Iupiter conſideret aſcẽdens quocũque aſpectu, puer ſemper fit formoſus.

Iupiter ſi fuerit retrogradus in domo ſexta, vel duodecima paruam habebit formam.

Et ſi pars formæ fuerit ſub luce Solis, vel cum aliqua infortuna, aut eius coniunctione vel oppoſitione, natus fit deformis. vt dicitur ab Hiſpalenſe cap. 17. lib. 2.

*De natis caluis.*

Quando Leo, Virgo, aut Scorpio, vel Sagittarius aſcendens fuerit, & Mars in eis, natus erit caluus. Hæc ſcripſit Albubater. cap. 85.

Quando Cancer fuerit aſcendens, & Mars aut Luna in eo, aut quod Mars ipſum quadrato vel oppoſito aſpectu aſpiciat, nat' erit caluus. Idẽ vt ſupra.

Quando pars fortunę & pars fidei, ac eorum domini in Ariete fuerint, nat' erit caluus. Idẽ vt ſupra.

*De natis raræ barbæ.*

Quando Aries, Cancer, Scorpio vel Piſcis aſcẽdens fuerit, & pars fortunæ ibidem, Marte dictam partem aſpiciente, fauces nati erunt depilatæ, & barba eius pauca, atque rara. Hæc obſeruatio ab Albubatre c. 86. habetur.

*Ex Hiſpalenſe.*

Luna ſignificat naturam pueri, ſeu complexionem: Debes igitur conſiderare quot planetæ ipſam proſpiciant, & in quo ſigno ſit, & ex hoc dignoſcitur forma pueri.

Debes etiam miſcere locum Lunæ, cum ſigno Aſcendente.

Nam ſigna pulchritudinis ſunt Gemini, Virgo, Libra & Sagittarius.

Mediæ pulchritudinis, Scorpio, Capricornus, & Piſces.

Et eſt conſiderandum, quæ ſimilitudo ſiue imago de triginta ſex, aſcendat cum gradu aſcendente, & quæ cum Luna ſimilitudo ſit, ex quo color dignoſcitur ad proportionem ſuæ terræ, & parentum. 3. de colore

Eſt etiam conſiderandus horæ dominus, ad notitiam coloris, & dominus vigoris.

Et dominus 1. & 11. ſignificat albos & quinta.

Octaua vero 6. & 12. nigros.

Decima autem & 4. rubeos.

Cæteræ commixtos.

Si autem ſignum aſcendens fuerit in breuibus, & dominus vigoris, & Luna in ſignis breuibus, erit infans humilis ſtaturæ ad parentum proportionem de ſtatura.

Digitized by Google

Dextra, Auſtralis Siniſter Septentrionalis. Cincturam appellat Ecliptícam.

tionem. Si aūt in longis ſignis fuerint, ecōuerſo. Et ſi dominus vigoris habet latitudinem, erit pinguis ad proportionē parentum. Si latitudo erit à dextro, erit leuis corpore, ſi à ſiniſtro, grauis. Et ſi ipſe & Luna fuit in cinctura, erit macer. Hæc lib. 3. cap. 4.

*Ex Materno.*

Saturnus domin' geniturę, & in horoſcopo inuētus, ſignificat ꝙ erūt naſcētes modicū cibū ſumētes, & potatiōe multa gaudētes: corpore aūt extenuati, pallidi, lāguidi, aſpectu turpes, nares, & labia ſpiſſa, capilli nigri, ſpiſsi, atque duri, parui cordis, pectoriſque haud magni, frigidę naturæ, & qui cibos aſſiduè tractare cōſueuerūt, & quos ſemper malignus humor impugnet: & quos intrinſecus dolor collectus aſsidua eructatione diſcruciat. cap. 12. lib. 4.

Iupiter dominus geniturę inuētus ſignificat, quòd corpus nati nō modica moderatione cōponetur: & erit ipſa corporis forma munda & formoſa ac cādida. Eruntq; homines oculis pulchris, & capite, ſpiſſis capillis adornantur, fixo gradu veſtigia ponentes. cap. 12. lib. 4.

Iupiter in quinta cæli domo inuētus, ſignificat ꝙ nat' erit fortis corpore, & validis oſsibus. ca. 4. li. 3.

Mars dominus geniturę facit natos rubeis capillis, & oculis ſanguinolentis: Et hoc erit, quando fuerit in horoſcopo. cap. 12. lib. 4.

Sol dn̄s geniturę, facit hoīes corpulētos, & quorū caput flauo capillorū crine luceſcat. cap. 12. li. 4.

Sol in Scorpiōe inuētus ſignificat, ꝙ erunt hoīes formoſi, completi corporis & ornati. cap. 6. lib. 5.

Sol in domo Veneris ſi fuerit inuentus, erunt nati aliquantulum iraſcibiles, ac cholerici, & humidis adeò qualitatibus laborantes, vt inde ſæpius mala patiantur. cap. 13. lib. 5.

Si Venus fuerit domina geniturę effecta, quicūque eam ſic habuerint, corpus habebunt longū, cādidū, oculos gratos, venuſtatis ſplendore fulgētes, erūt ſpiſsis capillis aut molliter flexis vel gradata, pulchritudinis venuſtate cōpoſitis: criſpos quoque aut crinib' boſtrichis comatos, æquales, multo potu gaudentes: modicum ſumentes cibum: & qui omnes cibos facillime digerant. idem cap. 12. lib. 4.

Si Venus in Ariete fuerit inuenta, quicunque ſic eam habuerint, homines erunt triſtes, ſolliciti, anxij, vitiati & corpore & animo. idem cap. 6. lib. 5.

Venus in Capricorno inuenta ſi fuerit, homines erunt bonæ ſtaturæ, pulchri aſpectus. idē cap. 7. li. 5.

Venus & Luna coniunctæ, faſtum quendā ſignificāt, & formæ pulchritudinem. cap. 29. lib. 6.

Veneris & Lunæ trigonus bene affecti in natiuitate nocturna, & Luna ſi ſit lumine creſcens, decernit formam corporis egregiam quadam cum venuſtate futuram. idem cap. 7. lib. 6.

Mercurius dominus geniturę inuētus faciet ſemper corpus modicū & gracile, & quos facietenus pallor inficiet: oculos verò ornat pulchritudinis honeſtate: eruntque huiuſmodi ſanè modicum cibum, potumque ſumentes. idem cap. 12. lib. 4.

Mercurius in Scorpione inuentus ſi fuerit, hoīes erūt ſatis pulchri, ac venuſti, bene cōpoſiti, bonę apparētię & ꝙ ornatis veſtib' delectētur. cap. 8. lib. 5.

Mercurius in Piſcibus ſi fuerit, hoīes erūt pulchri, venuſti aſpectus, corpore, mēbriſq; benè cōpoſiti, ornatis veſtimētis plurimū gaudētes. idē ca. 8. lib. 5.

Mercurius in domo Saturni inuētus, facit hoīes melācholicos, graues, & taciturnos: ſed qui profunda ſemper mentis agitatione fatigentur. idem cap. 15. lib. 5.

Luna domina geniturę inuenta facit homines corporatos, ſcilicet quos honeſta pulchritudo corporis commendet: multum cibum ſumentes, potu paruo gaudentes. idem cap. 12. lib. 4.

Luna in Ariete inuēta quicūq; eā ſic habuerint, erūt homines formoſi, venuſti, mēbriſq; ac toto corpore completi, fortes, audaces, & ab omnibus formidati. idem cap. 9. lib. 5.

Luna in Tauro ſi fuerit, erunt nati venuſti aſpect', alacres & bonæ cōplexionis. idem cap. lib. vt ſup.

Luna in Geminis ſi fuerit, erunt homines fœdi aſpectus, corpore vitiati, ſordidíque veſtitus, anguſti victus, & in omnibus penitus deſpecti, vt ſupra.

Luna in Cancro ſi fuerit, erunt pulchri aſpectus, venuſtæ faciei, proceri corporis & amabilis, & cū quadam beniuolentia metuendi.

Luna in Capricorno ſi fuerit, erunt homines formoſi, venuſti, decori, ac omnib' mēbris, & toto corpore delectabili quadā proportione cōpoſiti, ornatis veſtibus, delicatoque apparatu gaudentes: eāq; de cauſa à multis dilecti, à pleriſque verò etiam venerati. idem cap. 9. lib. 5.

*Ex Albubatre, De facie nati.*

Sciamus quod ſapientes antiqui multa in domo facierum hominum, & colorum ſuorum, ſecūdùm quòd ex diſpoſitione firmamenti, ac eiuſdem ſignificatione inquiſierunt, ſed aliqui ex illis dixerunt, quòd nihil eſt. Philoſophi verò affirmauerūt & verificauerunt. Illi vero qui contrarium ſentiunt, ſic arguunt. Nonne vides, quòd aliquis natus eſt in terra nigrorum, & iam ſcis modū parentū eius, & nigredinē ciuitatis, in qua natus eſt, & tamen tu inueniſti aſcēdens & eius dominū, necnō dominū faciei aſcendētis, & alios planetas cōtrarios in ſignificatione ſui coloris, & quòd debeat eſſe albus vel rubeus, vel habens oculos albos in modū Italorū vel Gallorum. Sciant ergo, qui loquuti ſunt in hoc modo credendi, vt pertinet ad homines valentes, tamē ne veniant in errorē ꝙ ſi natiuitas Mauri, id eſt alicui' Aethiopis ſignificauit albedinem, non propter hoc iudicare debemus, ipſum fore albū vel rubeum, ſed quòd erit minus niger, quàm ſui parentes. Et ſimiliter de aliquo Italico vel Gallico per ſortē Saturni nigredinis ſignificationem iudicare non debemus, quòd erit niger ſicut Maurus, ſed non erit ita albus ſicut parentes. nam qui contrariū faciunt, cadunt in errorem corā probantibus eos, qui quærunt eos facere inſipientes, diffamantque eos, & occaſione eorum ſcientiam condemnant. Et inuenimus in libris ſapientū, quòd natiuitates filiorum prouolutę ſunt à natiuitatibus patrum, & colores mutati ſunt ſecūdum ſitū terrarū, quòd albedo & nigredo erit ſecūdum diſpoſitionē Solis in appropiatione vel elongatione eius ad regiones. Excepto quòd aliqui planetæ addunt vel minuunt in coloribus naſcētium. Nam inuenimus quoſdam nigros & quoſdā nigriores, necnon quoſdam albos, & quoſdam albiores, & ſic de aliis coloribus ſecundum diuerſitatem aſcēdentis, & ſignificatiōis planetarū ad colorē ciuiū alicuius ciuitatis, vel regionis, & radicē parētelę. Dixit Andoroar, quòd diuerſitas coloris hominū grauis eſt ad explanandum, & non inuenim' aliquē qui eam explanauerit. Dixitque Ptolemæus in libro magno planetarum, quòd in qualibet hora aſcendunt



Digitized by Google

24. millia roboat, & quodlibet roboat, continet 10. millia momenta, & quodlibet momentum colorē proprium, guſtum, ac naturam. Et hoc ita ſubtile eſt, quòd ſenſus humanus ipſum perſcrutari non poſſet, nec ſciat homo, niſi ſolus Deus.

Nota &c. colore hominis.

Cum ergo modum nati & colore ſcire volueris, aſpice aſcendentem, & ſi ibi dominum eius, vel dominum exaltatiōis eius, triplicitatis, vel termini in ueneris, per ipſum iudica. Quòd ſi in aſcendēte plures fuerint planetæ, aſpice illum, qui eſt faciei aſcēdētis, & ſecundū ſignificationē eius iudica, miſcēdo tamen cum ſignificatione eius, ſignificationē faciei domini aſcendētis, ac planetæ, cui dominus faciei ſuam fortitudinem cōmittit. Et ſi in aſcēdente nullus fuerit planeta, accipe primo dominum faciei aſcendentis, dum tamen aſcendens aſpiciat, quòd ſi ab aſcendente cadens fuerit, aſpice planetam propinquiorē aſcendenti, aut qui meliori aſpectu aſpiciat aſcendens, ſicut de domo, exaltatione, triplicitate, vel termino, & miſce colores planetarū cū coloribus ſignorum ac terminorum, in quibus fuerint planetæ, & dic colorem vel formā faciei, ſecundum colorem planetæ & formā: vel colorem vel formā corporis ſecundum colorem ſigni. Scias ergo quòd Ioui & Veneri attribuitur pulchritudo. Soli vero & Lunæ ſubtilitas & claritas: Marti vero & Saturno, turpitudo: Mercurius vero cū planeta formoſo exiſtens, pulchritudinem confert: cum turpi vero, turpitudinem. Similiter domus fortunarum dicuntur pulchræ, & infortunarum turpes. Dies etiam & ſtellæ lucidæ adiuuant in pulchritudine & ſubtilitate. Noctes vero cum eorum tenebris, turpitudini auxilium præbent. Hæc Albubater cap. 6.

*De modis & coloribus planetarum.*

Saturnus de ſui natura facit natum pallidum, aut fuſcum, groſsi coloris, ac groſſorum oculorū. Quorum vnus erit aliquantulum luſcus, vel maior altero, capillorum nigrorum, ac magnę faciei, & proprie maxillarum magnarū, eius aſpectus erit ad terram defixus. Et cum hoc natus ille erit mēte triſtis, facie turpis, malum habens aſpectum, dentes inordinatos, & pilos hirſutos.

Iupiter de ſui natura, facit album ad nigredinem aliquantulum declinantem, oculos grandes & eminentes, quorum pupilla parua erit, capilli eius nō erunt perfectè criſpi, nec perfectè plani, ſed mediocres. Barba eius erit criſpa, modus eius erit formoſus, caput cum maxillis habebit aliquantulum eleuatum, naſum magnum, & æqualem. In carne & ſtatura eius erit æqualis, & facies eius alacris.

Mars de ſui natura facit naſum rubeum, oculos rubeos vel inflammatos, & faciem rotundam habentem, & forſan habebit notam rubeam in facie vel cicatricem, vel naſum magnum habebit. Erit etiam acuti & ſubtilis ingenij, ira plenus, in ſua rectitudine formoſus, facies eius aliquantulum inflata, inuidus, triſtis, ac maledicus, atque malè cogitans, digiti eius longi & paucę carnis, pectus eius acutum, in ſuo inceſſu longus, ac in ſuo corde mirabilis.

Sol de ſui natura facit natum magnum, cuius albedo oculorum erit parua, facies rotunda, caput magnum, color eius lucens, frōs ampla, oculi eminentes, mutus voce, æqualis ſtaturæ, triūphator, & qui de aliis ſine verecundia loquitur deriſoriè, aſpectus eius dominium importat, in iuuentute flauos habebit capillos, ſed poſtea caluus efficietur.

Venus de ſui natura facit natum coloris lucētis & albi cum rubore mixti, pulchrorum oculorū, cuius aſpectus erit decorus ac dulcis, ſicut aurora coruſcans, ſupercilia oculorū parua, caput eius rotūdum, nigredo oculorum erit maior albedine, os eius ſubtile & paruum, maxillę carneę, collū formoſum, pectus acutum, digiti breues, crura magna, & fortè quòd albedo oculorum nati tendet ad nigredinem.

Mercurius de ſui natura facit natum albi coloris ad viriditatem tendētis, facies eius erit anguſta, maxillæ decoræ, ſupercilia iuncta, nares pulchrę, os amplum, oculi eius mobiles, dentes parui, barba rara, facies pulchra, erit tamen macer, ſtatura eius æqualis, paſſus breuis, membra ſubtilia, multi ſenſus ac intellectus, & multa verba bona proferens.

Luna de ſui natura facit natum coloris albi, cuius facies erit rotunda, aſpectus decorus, barba mobilis, coloris tamen pulchri ac clari, corpus ſanum, ac membris completum. Scias ergo dictorum planetarum modos & colores, & miſce eos cum modis & coloribus ſignorum. Hęc idem cap. 7.

*De ſignis & coloribus ſignorum.*

Aries de ſui natura facit natum coloris ad albedinem tendentis, eius capilli erunt criſpi, viſus eius non rectus, facies longa, oculi magni, aures paruę, & collum magnum.

Taurus facit de ſui natura natum coloris ruffi, amplæ frontis, naſi longi, & narium patentium ac magnorum oculorum, cuius capilli erunt criſpi, erecti, & nigri, ac mēbra eius diuerſa, pars ſuperior colli groſſa ac fortis, inceſſus eius pulcher, ſed ſenſus eius debilis erit.

Gemini de ſui natura faciunt natum coloris mixti, ſtaturæ æqualis, pectoris ampli, fidelis erit, & eius magiſteria circa ſcripturam vel computationem verſabuntur.

Cancer de ſui natura facit natum coloris pallidi, groſſorum membrorum, ac colli hirſuti, & eius inferiores corporis partes ſuperioribus erunt maiores, frontem magnam & dentes retortos, capillos criſpos atque barbam habebit, erit breuis ſtaturæ, ac paruorum oculorum, & amplorum humerorum.

Leo de ſui natura facit natum coloris flaui, ac flauorum capillorum, & ſtaturæ pulchrę, cuius ſuperiora erunt inferioribus maiora, pect' amplum, viſus acutus, facies grauis, crura ſubtilia, eritque famoſus, ſed malè obuiationis.

Virgo de ſui natura facit natum coloris nigri, ſtaturæ pulchræ & ęqualis, ac mēbrorū formoſorū.

Libra de ſui natura facit natum bicolorem, formoſæ ſtaturę, in carne ſtatura & modo erit ęqualis.

Scorpio de ſui natura, facit natum coloris cinericij, ruffi, oculorum alborum ac paruorum, ad nigredinem tendentium, multorum capillorum, paruæ faciei, crurium longorum, pedum magnorum, corporis leuis, & qui diſcordiam inter alios ſeminabit, & malus erit.

Sagittarius de ſui natura, facit natum coloris albi, vel flaui, alborū aut flauorum capillorum, atque ſubtilium,

Digitized by Google

ſubtilium,faciei & barbæ longæ,magni ventris,cuius pars poſterior formoſior erit ad videndum quàm anterior.

Capricornus de ſui natura, facit natum coloris nigri,hirſuti,ſicci corporis,longæ faciei, barbæ acutæ, & ſubtilium aurium.

Aquarius de ſui natura,facit natum coloris viridis nigri, ſtaturę breuis,magni animi, magnę bonitatis cum hominibus,liberalis, magni diſpendij, & prodigus erit, vnum crus maius alio habebit,ſanguis eius & color apparens.

Piſces de ſui natura, faciunt natum coloris albi, parui capitis,barbæ decoræ,maxillarum amplarũ, pectoris magni,& eius membra malè erunt diſpoſita, aut claudus aut gibboſus efficietur.

Et ſcias quòd ſigna directè aſcendentia faciunt de ſui natura natos corpore magnos. Tortuoſè vero aſcendentia paruos. Idem vt ſupra.

*De eo cui aſsimilabitur puer, ſcilicet patri vel matri, patruo vel auunculo.*

Cum volueris ſcire,cui aſsimilabitur natus, aſpice faciem aſcendentis,cuius planetæ ſit. Quia ſi Sol fuerit dominus dictæ faciei, natus patri erit ſimilis. Et ſi Luna fuerit eius domina,ſimilis erit matri. Similiter ſi dominus faciei aſcendentis fuerit dominus quartę domus,& natus filius fuerit,erit ſimilis patri: Et ſi filia fuerit, erit ſimilis matri. Et ſi dominus faciei aſcendentis fuerit dominus loci Solis, natus erit ſimilis patruo: Et ſi fuerit dominus loci Lunæ, erit ſimilis auunculo. Operare ergo in reliquis ſecundum hunc modum. Et his dictis ad nutritionem puerorũ deſcendamus. Hæc idē cap.8.

*De nutritione puerorum.*

Scias quòd quatuor ſunt modi naſcendi. Primus eſt,quòd aliquis naſcatur mortuus. Secundus,quòd naſcatur viuus, ſed non viuet neque nutrietur. Tertius,quòd naſcatur viuus,& nutrietur atque viuet, ſed non perueniet ad ſenectutem. Quartus, quòd naſcatur viuus,& viuet ac nutrietur,& etiam ad bonam ſenectutem perueniet. Ad ſciendum hos quatuor modos,neceſſarium eſt, vt ſcias octo diuiſiones,quæ ſequuntur,& ſunt hæ: Aſcendens & dominus eius,pars fortunę & dominus eius,Sol & Luna, coniunctio & oppoſitio. Aſcendens ſui ſimilitudinem ſignificat,modum nati,& eius apparentiam,ac deſcenſionem poſt eius abſconſionem. Pars fortunæ dicitur aſcendens Lunæ,ſicut aſcendens natiuitatis dicitur aſcendens Solis. Sol eſt lumen cæli & eius candela,rex ſtellarum,& earum diſpoſitor,adiutor temporum ac director vitæ beſtiarum, arborum,herbarum & corporum. Luna circuitionis ſui orbis & ſui vicinitate ad mundum prę cæteris ſimilior homini in ſui initio & complemento, ac etiam in ſui diminutione,deſtructione & annullatione, & eſt particeps in ſignificatione ſtellarum ac planetarum, & habet aſcenſionem & diminutionem ad ſimilitudinem nati in ſua natiuitate. Coniunctio dicitur ſimilitudo parentum, qui ſe habent erga natum in modum coniunctionis & ſeparationis,ac luminis, quod procedit ex eis. Præuentio ſiue oppoſitio Lunæ,dicitur ſimilitudo nati cum fuerit in ſua fortitudine,atque in medio vitæ ſuæ, quod dum tranſierit,incipiet quotidie minui, donec ad finem vitæ ſuæ peruenerit. Et non poſſunt hæc ſciri, niſi per modos dominorum triplicitatis, ſcilicet in ſui fortitudine & debilitate,necnō Alicbel & Alichet in ſui firmitate & caſu, eo quòd domini triplicitatis ſignificant ordinationem diei ac noctis, & mutatio nati erit cum ſucceſsione noctis ad diem, & diei ad noctem.

Natus ergo qui naſcetur mortuus, erit qui habebit tres ſignificatores, & dominos triplicitatis, cadentes ab angulis in ſua natiuitate,præcipuè ſi aliqua infortunarum fortis ad malum habuerit in aſcendente dominium,tunc enim ſignificabit deſtructionem nati,atque caſum. Cum Luna fuerit in occidente ſine aſpectu alicuius fortunæ,& vno angulorum fuerit fortuna eam aſpiciens, qui naſcetur, non viuet vna hora. Similiter quando Luna fuerit in quarta domo,cum vna de fortunis, & aliqua infortuna à ſeptima domo Lunam aſpexerit, natus mortuus exibit. Quando ſignum,in quo fuerit coniunctio, vel præuentio præcedens natiuitatem, alcochoden, ac dominus termini Solis: necnon Luna & aſcendens, ac dominus triplicitatis Solis de die, & Lunæ de nocte, atque pars fortunæ fuerint infortunati,natus egredietur mortuus. Aſpice dominum luminarium in die ac nocte, ne quis planetarum ſit ei coniunctus: necnon locum partis fortunæ,& partis abſconſæ, vtrum ſint in locis fixis vel cadentibus,& qui ſunt eorum domini. Nam ſi fuerint ſub radiis,& aſpiciantur ab infortunis, vel eis iungantur,aut ipſi inter ſe iuncti fuerint, natus vitam non guſtabit. Et hæc ſignificatio peior erit, ſi infortunæ Solem & Lunam aſpexerint, aut cum eis alligentur. nam ſi ſic fuerit, natus nō viuet vno momēto. Cum planetæ omnes, vel eorum maior pars, fuerint in ſexta, octaua, vel duodecima domo, & dominus aſcendentis non aſpexerit eos, natus vitam non guſtabit. Cum Luna ab infortuna eam non recipiente, ac in angulo aſcendentis, vel decimæ exiſtente infortunata fuerit,& fortunæ cadentes, natus vitam non guſtabit: maximè ſi Luna in aliquo angulorum cum infortuna fuerit, vel dominus aſcendentis, aut gradus aſcendens in quadrato vel oppoſito infortunæ aſpectu fuerit, niſi fortunæ ab omni impedimento liberæ, gradum aſcendentis, vel Lunam ex aliquo angulorum aſpexerint, nam in hoc caſu natus vitam habebit, nutu Dei. Primus.

Luna in medio cæli in aſpectu fortunę cum Marte, ſignificat quòd natus mortuus ac per fruſta egredietur. Quando Luna & Mars in aſcendēte fuerint,& Saturnus in occidente,natus mortuus egredietur,præſertim ſi Lunam fortuna non aſpexerit. Et ſi Luna in occidente cum Marte fuerit,& Saturnus in aſcendente,natus per diē integrũ non viuet.

Natus qui naſcetur & videbit mundum,ſed non nutrietur, erit cum aliquis de ſignificatoribus & dominis triplicitatis fuerit in angulis,& maior pars aliorum cadens ab angulis & infortunata. Dixit Hermes,quòd quando luminaria non aſpexerint aſcendens,aut Luna ſub radiis Solis fuerit,natus parum viuet. Luna Saturno in eius triplicitate iuncta, aut in quarto vel oppoſito eius aſpectu,ſignificat ꝙ natus viuet,ſed erit malæ nutritionis. Si Luna cum Saturno & Sole fuerit, natus nō nutrietur. Et ſi Luna cum Sole & Marte fuerit, aut inter Martem & Solem obſeſſa, natus erit breuis vitæ. Secundus.



Digitized by Google

Quãdo Luna in ſua deſcenſione & in occidente fuerit, natus non viuet, nec etiam nutrietur, præſertim ſi Luna ante angulos exiſtens, à Saturno fuerit infortunata.

Quando Luna fuerit inter duas infortunas, & fortunę eam non aſpexerint, natus parum viuet.

Quando Mars & Saturnus fuerint in aſcẽdente, & fortunæ ab aſcẽdente, vel à ſigno coniunctionis vel præuẽtionis cadẽtes, & infortunę dicta duo loca aſpexerint, natus non nutrietur, pręſertim ſi fortunæ Lunam & Solem non aſpexerint.

Quando Luna fuerit in eodem gradu cũ Sole, & Saturnus 4. vel oppoſito aſpectu eos aſpexerit, natus non nutrietur.

Quando Luna in Ariete, ac in oppoſitione Martis fuerit, & fortuna eam non aſpexerit, natus erit debilis nutritionis ac breuis vitæ.

Quando aſcendens & dominus loci Solis, ac Lunę & partis fortunæ fuerit ſub radiis Solis, natus erit paucæ vitæ.

Quando Luna fuerit in Capricorno, & ambę infortunæ in 4. domo ab aſcendente, natus non nutrietur.

Quando Luna lumine minuta inter duas infortunas fuerit obſeſſa, natus parum viuet.

Quando infortunæ oppoſito aſpectu ſe aſpexerint, ita quòd vna ſit in aſcendente, & altera ſit in occidente, & Luna eas ex medio cæli vel quarta domo aſpexerit, natus non nutrietur. Cũ aliqua de infortunis in ſeptima domo fuerit: & Sol & Luna peregrini exiſtẽtes ipsã aſpexerint, nat' nõ nutrietur.

Quando Luna in termino & aſpectu infortunę in angulo fuerit, fortuna ipſam non aſpiciente, natus non nutrietur.

Quando Saturnus in aſcendente fuerit, & Mars in ſeptima domo, natus parũ viuet, & quàm diu vixerit, malum habebit.

Quando ſimiliter Saturnus in aſcendente fuerit, & Luna peregrina exiſtens in occidente, natus parum viuet, & erit turpis.

Quando Venus in caſu ſuo exiſtens in occidente fuerit, & Saturnus in oriente, natus non nutrietur. Et dixerũt quidam, quòd ſi aliqua de infortunis radios ſuos ſuper gradum aſcendentẽ proiecerit, natus illam horam non euadet, niſi fortunæ infortunarum radios ibidem eminentium adiuuent, licet Luna ac dominus aſcẽdentis, ac triplicitatis ab infortunis eſſent liberi.

Quando Luna cũ infortuna in ſeptima vel quarta domo fuerit, nutritio mala erit, præſertim ſi dicta infortuna radios ſuos ſuper gradum aſcendẽtis proiecerit, & quòd dominus triplicitatis ſit in ſeptima domo cadens.

Quando Luna fuerit ab infortunis impedita, ac in eius caſu, & volueris ſcire ſi natus nutrietur, cõſidera ſi circuitio Lunæ per loca infortunarũ facta, ac ad aſcẽdẽs reuerſa, ac infortunis applicãs, & poſt modũ ad fortunas trãſierit, ſi natus tũc mortuus nõ fuerit, viuet donec 12. reuolutiões fuerint cõpletæ.

Tertius. Infans q nutrietur & viuet, ſed nõ perueniet ad ſenectutẽ, eſt q habet octo ſignificatiões, & dominos triplicitatis inęquales, id eſt, quorũ aliqui erũt fortunati, & aliqui infortunati, aut aliqui fortes, & alij cadẽtes, & propriè duo domini triplicitatis aſcẽdẽtis, ſcilicet primus & ſecundus. Nã quando aliquis ipſorum fuerit in bono loco, & plura habuerit teſtimonia, ſicut ſi Sol ſit domin' triplicitatis aſcẽdẽtis, & domin' partis fortunę, ac liber ab infortunis atque caſu, iudicabis nato vitã, ac nutritionẽ, ſed ad ſenectutẽ nõ perueniet. Dixit Dorochius, qđ ſi vitæ diuiſor in bono loco fuerit, morã nati in mũdo & bonã nutritionẽ ſignificat. Quando Iupiter in aſcẽdẽte fuerit, aut cũ trino aſpectu aſpexerit, nat' bene nutrietur. Similiter ſi Iupiter in aliquo angulorum vel ſuccedẽtiũ fuerit, & Venus ab infortunis retrogradatione & cõbuſtione libera eũ nõ aſpexerit, natus nutrietur atque viuet, ſed ad ſenectutẽ non perueniet. Et ſi in natiuitate diurna Saturnus in angulis, vel triplicitate aſcendẽtis fuerit, natus viuet & nutrietur.

Quando Luna & Mercurius in ſeptima domo fuerint, & Iupiter in quarta, natus viuet.

Quãdo Luna ab infortunis deſcenſione & peregrinatione fuerit libera, & domini triplicitatis aſcẽdentis in ſuis domibus vel exaltationib', aut in gradibus lucidis non retrogradi vel cõbuſti, nec etiam infortunati, natus nutrietur atque viuet, maxime quãdo Sol fuerit in ſua exaltatione, & Luna lumine ac motu addẽs cũ fortuna fuerit, & à Marte libera, quoniã Mars deſtruit nutritionem, maxime in natiuitatibus diurnis, & proprie quãdo fuerit ſup terrã.

Cũ Saturnus & Mars fuerint in aſcẽdente vel alio loco forti, & fortunato tantũ, ac de ſub radiis Solis apparentes, ſignificãt ſanã nutritionẽ, & morã nati in mũdo. & hoc idẽ ſignificãt planetæ diurni in ſignis diurnis, & nocturni in nocturnis, ac in angulo aſcendentis, vel in medio cæli exiſtentes.

Quando tranſiuerit medium ſigni, in quo eſt & fuerit ſignum illud aſcendens vel decimum, natus viuet & nutrietur, ſed ad ſenectutẽ non perueniet.

Quando dominus triplicitatis aſcendentis fortis fuerit, ac in medio cæli, vel in aliqua fortitudine, aut in quarta domo, ſignificat pulchritudinem nutritionis, nutu Dei.

Infans qui viuet & nutrietur, & ad ſenectutẽ perueniet, eſt qui habet ſignificatores prænominatos fixos, & fortes in angulis, ac liberos, & non cadẽtes ab angulis. Et ſimiliter quando alcochodẽ nati fortis ac ſtabilis fuerit, & planeta qui ei pulſat, fuerit in locis, in quibus dignitatem aliquam habeat fortis, & à retrogradatione ac infortunio ſaluus. Nam tunc alcochoden dabit ei annos ſuos maiores. Quartus.

Quando Sol & Luna in ſuccedentibus fortunati fuerint, natus intrabit annos, & bene habebit, ac ſuæ naturæ dominabitur.

Quando Luna fuerit in medio cæli & in aſpectu fortunæ, ac infortunæ ab ea cadentes, natus magnã moram in mundo habebit.

Quando fortunæ in quarta domo fuerint, natus ad ſenectutem perueniet, & erit mors eius in magno ſtatu.

Quando Iupiter in domo ac eius termino fuerit, longitudinem vitæ ſignificat, ita quòd natus filios, & filiorum filios videbit.

Quando Sol in termino Saturni, & in domo vel exaltatione propria fuerit, natus longam moram in mundo faciet, & magnitudinẽ in morte habebit.

Quando Sol in domo vel dignitate ſua exiſtens, ita quod infortunæ eum non aſpiciant, natus diu viuet, & erit naturæ ſuę dominus.

Quando

Digitized by Google

Quando Sol liber ab infortunis in medio cæli fuerit, natus vitam longam cum celſitudine habebit.

Quando Venus in aſcendente & infortunæ ab ea cadentes, & Iupiter ipſum aſpexerit, natus erit longæ moræ, ac pulchræ vitæ in hoc mundo.

Quando Luna fuerit in aſcendente ſine aſpectu infortunæ, natus erit longæ vitæ.

Quando Mercurius, Venus, & Sol bono aſpectu Lunam aſpexerint, natus erit longæ vitæ, & in natura ſua æqualis atque ſanus.

Quando Luna & Mercurius in eodem ſigno fuerint, necnon in occidente vel quarta domo, natus erit longæ vitę.

Quando pars fortunę vel eius dominus orientalis, & extra radios ſine aſpectu infortunæ in aſcendente fuerit, natus erit longæ vitæ.

Quidam ſapientes in re nutritionis aſpiciunt ſecundum tres Lunæ ſtatus, ſcilicet in tertio die à natiuitate ſeptimo & quadrageſimo diebus. Nam Luna in his periodis naturam omnium planetarum ac ſignorum tranſibit, & cadet ab illo, qui eam aſpiciebat, & aſpiciet illum qui ab ea cadebat. Et ideo dum tres dies completi fuerint, natus lac ſuggere, & matrem cognoſcere, & guſtum in dulcedine lactis percipere incipiet, poſt tres annos incipiet ire ſuis pedibus, & loquetur, ac intellectus eius magnificabitur. In ſeptem aliis diebus complebit Luna aliam partem circuli, & mutabit complexionem ſuam, & habebit naturam ſignorum, ſignificabitq; multitudinem vel paucitatem lactis, & debilitatem aut fortitudinem lactationis. Quando natus ſeptē dies tranſierit, & fuerint boni, fiduciam habebit bonæ nutritionis, & longæ moræ in hoc mundo, eritque liber à malis ęgritudinibus, tunc ſi fuerit filius Iudęi vel Mauri circuncidetur. Et cum peruenerit natus ad ſeptem annos, tunc diſcernet & eripiet doctrinam, ſenſum, ac vitam ſecundum res fidei. In quadraginta annis complebit annos fortitudinis, ac naturæ, poſt quos declinare quotidie incipiet, donec vitam, quam Deus dedit, compleuerit.

Scias ergo quod quando Luna die tertia ab angulis cadens fuerit, niſi fortunæ per coniunctionē vel aſpectuum applicuerit, paucitatem lactis ad difficultatem nutritionis ſignificat.

Quando ſignificator nutritionis fuerit infortuna, & propè Saturnum & peregrinus fuerit, ſignificat deſtructionem nati, & quòd inordinatè viuet.

Sol in natiuitate diurna in termino Saturni exiſtens, ſignificat quòd in nutritione nati erit labor & turpitudo.

Quando Saturnus & Mars radios ſuos ſuper terminum aſcendentis proiecerint, ſignificant infortunium in nutritione.

Quando pars fortunæ in quarta domo infortunata fuerit, malam nutritionem ſignificat.

Quando dominus aſcendentis & dominus nutritionis cum parte fortunæ fuerint alligati, & vnus illorum fortis in ſuo loco: damnationem nutrimenti ſignificant.

Quando pars fortunę in vndecima domo fuerit, & dominus eius ſine receptione, natus erit malus ad nutriendum, & addetur malum malo.

Quando Luna ab infortuna ſeparatur, ſignificat multas ægritudines nato tempore nutritionis, & in nutrimento laborem, habebitque natus plagas in corpore, & dolores in ſanguine.

*De ſignificatione facierum ſignorum circa nutritionem.*

Prima facies Arietis, ſignificat ægritudines in nutritione, ac dolorem lapidis, & quòd putredo de carne eius exibit. Secunda facies Arietis, multiplicabit ægritudines, ſed ab eis dirigetur & ſanabitur. Qui in tertia facie Arietis naſcetur, poſt quinque menſes à natiuitate infirmabitur.

Qui prima facie Tauri naſcetur, inuadent eum dolores & ægritudines, cum fuerit vnius anni cum dimidio, ſcilicet perſeuerantes donec circa finem vitæ peruenerit. Et quando fuerit 30. menſium, habebit dolores calidos. Et quando fuerit ſex annorum, habebit ęgritudines inordinatas, ac res ipſum grauantes. Qui ſecunda facie Tauri naſcetur, erit ſanus, donec ſeptem annos à natiuitate tranſierint, & tunc inuadent eum ęgritudines: ſed ab eis, nutu Dei, liberabitur.

Qui prima facie Geminorum naſcetur, ęgritudine magna per quinque menſes à natiuitate infirmabitur. Et quando vnius anni cum dimidio fuerit, cadet de vna ægritudine in aliam, donec tres anni cum dimidio tranſeant, & tunc ſcabies eum inuadet. Qui ſecunda facie Geminorum naſcetur, à ſecundo menſe ſuę ætatis non remouebuntur ab eo ægritudines donec ad annum cum dimidio peruenerit. Et quando quatuor annorum fuerit graui ęgritudine infirmabitur, ita quòd de morte eius dubitabitur.

Qui prima facie Leonis naſcetur, poſt ſex menſes à natiuitate ægrotabit, & apparebunt in carne eius vulnera & dolor lapidis, nec ab eo remouebitur, donec annum ætatis ſeptimum attigerit. Qui ſecunda facie Leonis & etiam tertia naſcetur, per ſeptem annos ab hora natiuitatis quotidie computandos infirmabitur.

Qui prima facie Librę naſcetur, lacte duarum mulierum nutrietur. Et quando ætatis trium menſium fuerit, inuenient eum dolores. Cum vero nouem menſes tranſierit, fluxum ſanguinis de naribus habebit. Quando ætatem vnius anni cum dimidio attigerit, graui ægritudine infirmabitur, à qua dum ſanatus fuerit, inuadent eum dolores in capite per duos annos, ſex menſes, viginti dies.

Qui prima facie Scorpionis naſcetur, poſt quinque annos à natiuitate inuadent eum dolores.

Qui prima facie Sagittarij naſcetur, poſt vigintiquinque menſes à natiuitate eius, magnas ægritudines habebit, ita quòd de morte eius dubitabitur, & decem menſibus in capite ægrotabit, ſed per ventris fluxum liberabitur. Quando etiam decimum annum intrauerit, graui ægritudine infirmabitur, de qua ſi conualuerit, multum viuet. Qui ſecunda facie Sagittarij naſcetur, quando ad quatuor ſuæ natiuitatis menſes peruenerit, inuadent eum ægritudines. Et quando ſecundum annum attigerit, graui infirmitate ægrotabit, de qua ſi conualuerit, erit longæ vitæ. Qui tertia facie Sagittarij naſcetur, inuadent eum dolores & ægritudines, donec quatuor ętatis ſuę menſes tranſiuerit. Et ſi

conualuerit multum viuet.

Qui prima facie Capricorni naſcetur, de morte eius dubitabitur, donec duo anni ab eius natiuitate tranſierint. Qui tertia facie Capricorni naſcetur, graui ægritudine ęgrotabit, ac multas ventoſitates habebit, & parentes eius morietur, nutrietque cum mulier extranea.

Qui prima facie Aquarij naſcetur, poſt decem menſes à natiuitate infirmabitur, & viuet poſt hoc, decénſque nutrimentum habebit. Qui ſecunda facie Aquarij naſcetur, graui ægritudine poſt ſex méſes à natiuitate infirmabitur. Qui tertia facie Aquarij naſcetur, ægritudo ab eo non remouebitur, donec ſeptem anni à natiuitate ſua tranſierint, poſtea ſanabitur, & vita eius prolongabitur. Hæc idem cap. 9.

*De proiectione nati.*

Aſpice Lunam, quæ ſi cum fortuna in aliquo angulorum vel ſuccedentium fuerit, & infortuna aſpiciet ipſum, natus nutrietur, ſed mater ſua ipſum proiiciet.

Quòd ſi Luna in termino infortunæ fuerit, ambo parentes ipſum proiicient.

Quando Mars in natiuitate diurna in quarto ſigno poſt Solem, & Luna peregrina exiſtens ipſum à ſeptima domo aſpexerit, natus proiicietur. Et eodem modo per Saturnum in natiuitate nocturna iudicabis. Hæc idem cap. 10.

*De pulchritudine nutrimenti nati.*

Sciendum eſt quòd ſeparatio ab infortuna ſignificat pulchritudinem nutrimenti, & quòd natus erit fortunatus inter fratres, ac opera fratrum diriget. Quando pars fortunæ cum Luna fuerit, ita quòd Iupiter eam natiuitate diurna aſpiciat, & Venus in natiuitate nocturna, ſignificat pulchritudinem nutrimenti, præſertim ſi dicta pars & planeta orientalis in ſigno maſculino in natiuitate diurna exiſtens, erit fortitudo eius firma atque ſana in re nutrimenti, & ita dic de planeta occidentali, ac in ſigno fœmineo in natiuitate nocturna exiſtente. Et quemadmodum de pulchritudine nutrimenti, per partem fortunæ iudicamus. Ita per partem abſentiæ iudicare poterimus. Pars abſentiæ ſiue futurorum accipitur in die à Luna in Solem, & in nocte econtrà, & proiicitur ab aſcendente, & vbi finierit terminus, ibi erit dicta pars, quæ ſi cum Luna vel aliqua ex fortunis fuerit, aut Lunam aſpexerit, natus erit pulchræ ſtaturæ ac nutritionis, & naſcentur ei dentes ſine dolore. Hæc idem cap. 11.

## TEXTVS.

### Πεϱὶ σινῶν καὶ παθῶν σωματικῶν.

Ἑπομένου δὲ τούτοις, τοῦ πεϱὶ τὰ σωματικὰ σίνη τε καὶ πάθη λόγου, συνάψομεν ἑξῆς τὴν κατὰ τοῦτο τὸ εἶδος συνισταμένην ἐπίσκεψιν, ἔχουσαν οὕτως. καὶ ἐνταῦθα πρὸς μὲν τὴν καθόλου διάληψιν, ἀποβλέπειν δεῖ πρὸς τὰ τοῦ ὁρίζοντος δύο κέντρα. τουτέστι ἀνατολικὸν καὶ τὸ δυτικὸν μάλιστα δὲ, πρός τε τὸ δῦνον αὐτὸ, καὶ πρὸς τὸ ἡγούμενον, ὅ ἐστιν ἀσύνδετον τῷ ἀνατολικῷ κέντρῳ, καὶ παρατηρεῖν τοὺς κακωτικοὺς τῶν ἀστέρων, πῶς ἐσχηματισμένοι πρὸς αὐτὰ τυγχάνουσιν, ἐὰν γὰρ πρὸς τὰς ἐπαναφερομένας μοίρας τῶν εἰρημένων τόπων ὦσιν ἑστῶτες, ἤτοι σωματικῶς ἢ τετραγωνικῶς, ἢ καὶ κατὰ διάμετρον, ἤτοι ὁπότερος αὐτῶν ἢ καὶ ἀμφότεροι, σίνη καὶ πάθη σωματικὰ πεϱὶ τοὺς γεννωμένους ὑπονοητέον, μάλιστα δ᾽ ἂν καὶ τῶν φώτων ἤτοι τὸ ἕτερον, ἢ καὶ ἀμφότερα κεκεντρωμένα καθ᾽ ὃν εἰρήκαμεν τρόπον τυγχάνῃ ἅμα ἢ καὶ κατὰ διάμετρον. τότε γὰρ οὐ μόνον ἐὰν ἐπαναφέρηταί τις τῶν κακοποιῶν, ἀλλὰ κἂν προαναφέρηται τῶν φώτων αὐτὸς κεκεντρωμένος, ἱκανός ἐστι διατιθέναι τι τῶν ἐκκειμένων· ὁποῖον ἂν οἵτε τοῦ ὁρίζοντος τόποι, καὶ οἱ τῶν ζῳδίων ὑποφαίνωσι σίνος ἢ πάθος. καὶ ἡ ἀστέρων φύσις τῶν τε κακούντων, καὶ τῶν κακωμένων. καὶ ἔτι τῶν συσχηματιζομένων αὐτοῖς. τά τε γὰρ μέρη τῶν ζῳδίων ἑκάστου τὰ περιέχοντα τὸ ἀδικούμενον μέρος τοῦ ὁρίζοντος δηλώσει τὸ μέρος τοῦ σώματος πεϱὶ ὃ ἔσται τὸ αἴτιον, καὶ πότερον σίνος ἢ πάθος, ἢ καὶ ἀμφότερα τὸ δηλούμενον μέρος ἐπιδέξασθαι δύναται, αἵ τε τῶν ἀστέρων φύσεις, τὰ εἴδη καὶ τὰς αἰτίας τῶν συμπτωμάτων. ἐπειδὴ τῶν κυριωτάτων τοῦ ἀνθρώπου μερῶν, ὁ μὲν τοῦ ♄ κύριός ἐστιν, ἀκοῶν τε δεξιῶν, καὶ κύστεως, καὶ σπληνὸς, καὶ φλεγμάτων, καὶ ὀστῶν. ὁ δὲ τοῦ Διὸς, ἁφῆς τε καὶ πνεύμονος, καὶ ἀρτηριῶν, καὶ σπέρματος. ὁ δὲ τοῦ ♂ ἀκοῶν εὐωνύμων, καὶ νεφρῶν, καὶ φλεβῶν, καὶ μορίων. ὁ δὲ ☉, ὁράσεως, καὶ ἐγκεφάλου, καὶ καρδίας καὶ νεύρων, καὶ τῶν δεξιῶν πάντων. ὁ δὲ τῆς ♀ ὀσφρήσεως καὶ ἥπατος καὶ σαρκῶν. ὁ δὲ τοῦ ☿, λόγου καὶ διανοίας, καὶ γλώσσης καὶ χολῆς καὶ ἕδρας. ἡ δὲ ☾, γεύσεώς τε καὶ καταπόσεως καὶ στομά-

χου καὶ

Digitized by Google

χου καὶ κοιλίας καὶ μήτρας, καὶ τῶν εὐωνύμων πάντων, ἔστι δὲ τῶν καθόλου καὶ τὰ σίνη μὲν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ συμπίπτειν, ἀνατολικῶν τῶν τὸ αἴτιον ποιούντων κακοποιῶν. τὰ πάθη δὲ, τοὐναντίον, δυτικῶν αὐτῶν ὑπαρχόντων, ἐπειδήπερ καὶ διώρισται τούτων ἑκάτερον, τῷ τὸ μὲν σίνος ἅπαξ διατεθῆναι, καὶ μὴ διατείνουσαν ἔχειν τὴν ἀλγηδόνα, τὸ δὲ πάθος ἤτοι συνεχῶς, ἢ ἐπιληπτικῶς τοῖς πάσχουσιν ἐπισκήπτειν. πρὸς δὲ τὴν κατὰ μέρος ἐπιβολὴν, ἤδη τινὰ παρατηρήσεως ἔτυχεν ἐξαιρέτου, συνολικά τε καὶ παθητικὰ σχήματα, διὰ τῶν ὡς ἐπίπαν κατὰ τὰς ὁμοιοσχήμονας θέσεις παρακολουθούντων συμπτωμάτων. πηρώσεις καὶ ὄψεως ἀποτελοῦνται, κατὰ μὲν τὸν ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν, ὅταν ἡ ☾ καθ' αὑτὴν ἐπὶ τῶν προειρημένων οὖσα κέντρων, ἢ συνοδεύουσα, ἢ πανσεληνιάζουσα τύχῃ. καὶ ὅταν ἐφ' ἑκατέρου τῶν πρὸς τὸν ☉ σχήματος λόγον ἐχόντων. καὶ ὅταν συνάπτῃ τινὶ τῶν νεφελοειδῶν ἐν τῷ ζωδιακῷ συστροφῶν, ὡς τοῦ καρκίνου, καὶ τῇ πλειάδι, καὶ τῇ ἀκίδι τοῦ ♐. καὶ τῷ κέντρῳ τοῦ ♏, καὶ τοῖς περὶ τὸν πλόκαμον μέρεσι τοῦ ♌. καὶ τῇ κάλπῃ τοῦ ♒, καὶ ὅταν ὁ τοῦ ♂ ἢ καὶ ὁ τοῦ ♄ ἐπικέντρῳ οὔσῃ αὐτῇ καὶ ἀποκρουστικῇ αὐτοὶ ἀνατολικοὶ ὄντες ἐπιφέρωνται, ἢ πάλιν τοῦ ☉ αὐτοὶ ἐπίκεντροι ὄντες προαναφέρωνται. ἐὰν δὲ ἀμφοτέροις ἅμα τοῖς φωσὶν, ἤτοι κατὰ τὸ αὐτὸ ζώδιον, ἢ κατὰ τὸ διάμετρον ὡς εἴπομεν σχηματισθῶσιν, ἑῷοι μὲν, τῷ ☉, τῇ δὲ ☾ ἑσπέριοι, περὶ ἀμφοτέρους τοὺς ὀφθαλμοὺς, τὸ αἴτιον ποιήσουσιν. ὁ μὲν τοῦ ♂, ἀπὸ πληγῆς ἢ κρούσματος ἢ σιδήρου, ἢ κατακαύματος, ποιεῖ τὰς πηρώσεις· μετὰ δὲ ☿ συσχηματισθεὶς, ἐν παλαίστραις καὶ γυμνασίοις, ἢ κακούργων ἐφόδοις. Ὁ δὲ τοῦ ♄ δι' ὑποχύσεων, ἢ ψύξεων, ἢ ἀπογλαυκώσεων, ἢ καὶ τῶν τοιούτων.

*De impedimentis & infirmitatibus accidentibus corpori nati.* CAP. XI.

QVoniam enarratio impedimentorum, & infirmitatum accidentium corpori præmiſſa ſubſequitur eam: hanc inueſtigando ſpeciem proſequemur: quæ eſt vt ſubiungitur. Cum in iſto loco hoc iterũ generaliter ſcire cupimus, duos angulos hemiſphærij, qui ſunt aſcendens & occidens: propriæ autem ipſum eundem occidentem illud etiam quod ante ipſum eſt, quod id eſſe manifeſtum eſt, cuius nullam cum aſcendens angulo colligationem fore dicimus, duas quoque ſtellas infortunas, & qualis ſit earũ qualitas, reſpectu horum locorum nos obſeruare conuenit. nam cum vtræque vel earum altera reſpectu graduum ad loca prædicta aſcendentium in ipſo eodem loco, vel in eius quarto ſeu oppoſito aſpectu fuerint, infirmitates & impedimenta in ipſo nati corpore contingentia euenire non dubitabimus. Maximè autem cum alterum vel vtrunque luminare fuerit in angulis eo modo quo prædiximus vt in eodem ſecundo vel duobus ad inuicem oppoſitis, ſit vtrunque: tunc etenim non ſolum confortatur infortunarum alterum cum ad eos aſcenderit poſt luminaria, & in angulo fuerit infortuna, ad aliquid ex prædictis infirmitatibus faciendum, vt infirmitates quas hemiſphærij loca ſignificant, & loca ſignorum naturę ꝗ; ſtellarum infortunantium & infortunarum, ſtellæ quoque quæ eis aſſociantur in figura. Verum etiam ſuper hoc iterum confortatur cum aſcenderit ante luminaria, eò quòd vniuſcuiuſque ſigni partes circundantes partem recipientem lumen ex hemiſphærij partibus: dico partem impedimenta ſuſcipientem, eam corporis partem in qua futurũ continget ſignificát. deſignant etiã vtrũ id quod eueniet impedimentũ ſit vel infirmitas aut vtrumque. Naturę quoque ſtellarum impedimenta & caſus ſpecificant, eò quòd Saturnus habet ex dignioribus partibus hominis auditum dextrum, ſplenem, veſicã, & phlegma. Iupiter vero tactum, pulmonẽ, coſtas, cartilagines ac ſperma. Mars autẽ ſiniſtrorũ auditum, rignones, venas, & teſticulos. Sol viſum, cor & cerebrum, neruos & omnia dextrę partis membra. Venus odoratum, epar, carnem. Mercurius locutionem, deliberationem, memoriam, linguam, fel atque nares. Luna guſtum & degluttium ſtomachum, ventrem, mulierum pudenda, & omnia ſiniſtræ partis membra. Impedimenta vero generaliter contingent in maiori parte, cum infortunatrices ſtellæ quę ſunt, & earum occaſio fuerint orientales. Infirmitates autem euenient, cum eædem ſtellæ fuerint occidentales, eò quòd inter vtrumque iſtorum duorum eſt ſeparatio. Nam impedimenta non niſi ſemel contingent,



Digitized by Google

nec multum durabunt. Infirmitates vero vel ſemper durabunt, aut reciprocando contingent. In rebus vero per quas accidentia particularia deprehenduntur cum ipſæ propriȩ experimentatæ ſunt,& obſeruatȩ figuræ & qualitates, inuentæ ſunt infirmitates & impedimenta ſignificantes, quod deprehenſum eſt ex accidentibus quæ ſequuntur & accidunt in parte maiori ſecundum conſimiles poſitiones ſtellarum in qualitatibus. Erit enim in altero oculorum viſus amiſsio, cum Luna ſola fuerit in prȩdictis angulis, fueritque in ipſa hora coniunctio vel peruētio, vel cum fuerit in alia figura cum ſoli,& habuerit alictiſal cum aliqua ſtellarum alaceha quȩ nubibus aſsimilantur, & ſunt in ſignorum circulo velut ſtella nubiloſa, quȩ eſt in Cancro & athoraiæ, quȩ eſt in Tauro & cacumen ſagittæ Sagittarij, cauda quoque Scorpionis,& id quod eſt circa aldhafera ex partibus Leonis, nec non calbec Aquarij. Cumque Luna fuerit in aliquo angulorum occidentalis, fuerit Mars ſolus vel Mars & Saturnus orientales euntes ad eam à longe, vel ſi Sol fuerit in angulorum aliquo,& ante eum hæ duæ ſtellȩ aſcenderint, vel ſi duobus luminaribus aſſocientur in figura,& vtrumque luminare in vno eodemq; ſigno, vel in oppoſitis & reſpectu Solis matutinales extiterint, Lunæq; reſpectu veſpertinales in vtroque oculo futurum contingent. Per Martem igitur id quod ex amiſsione viſus prȩdiximus eueniet aliquo actu, vel ferro aut combuſtione. Et ſi Mercurio fuerit aſſociatus in figura continget hoc ex luctamine vel ludo, ſiue per hoc quod ei ab iniquis fiet. Saturnus autem faciet hoc ex oculorum albugine vel frigiditate, aut iaculatione,& ex his ſimilibus.

## COMMENTARIVS.

HOc caput ſecundum Ptolemæi ordinem eſt duodecimum: ſecundum vero noſtrum eſt vndecimū. In præcedenti capite tradidit Ptolemæus quatuor præcepta, quibus facilè poſſumus coniecturari, vel intelligere, quænam ſit complexio cuiuſque naſcentis indiuidui in ſpecie humana. Nunc autem, ſecundum vſum doctrinæ Peripateticorum proſequitur per tractare ea, quæ poſſunt corpora reddere inualida, ſeu quæ poſſunt corpus aliquando mutilatum in membris aliquando mōſtruoſum, vt ita dicam, reddere. Et hoc cap. principaliter in duas primas partes diuiditur. quia in parte prima in vniuerſum de corporibus ſanguentibus agit, exponit in vniuerſum conſtellationem quæ corpora aut lædit aut infirma facit. in ſecundo loco magis particulariter deſcendit ad declarationem cuiuſcunque offenſionis & infirmitatis, quæ ſecunda pars in duas etiā diuiditur, quia in primo loco pertractat læſiones corporis, in ſecundo loco de infirmitatibus: prima quoque in duas alias partes ſubdiuiditur, quia primum in vniuerſum ponit conſtellationes, & ſiderum poſitiones quibus cognoſcimus, corpora eſſe languida: in ſecunda parte ordinat vnumquodque membrum hominis ſuo planetæ,& ſuo ſideri.

Quo ad primam partem dicitur, poſt præmiſſa ſequitur, vt enarremus ea quæ corpora humana impediunt vel languida faciunt: ponet diſtinctionem infra inter læſionem & infirmitatem. vult ergo, vt primum obſeruemus hæc tria loca, ſcilicet locum horoſcopantem, angulum ſeu cardinem occaſus, & eam cæli partem, quæ non habet configurationē cum aſcendente, & breuibus verbis eſt dicere, horoſcopum occaſum & ſextam domum, redditque rationem, cur magis elegit hæc loca in cognitione bonæ & malæ valetudinis: quia cum ſua natura aſcendens deſignet corpus,& ea quæ corporis ſunt, item & occaſus ſignificet interfectionem & mortē, ſexta aūt dom' circa infirmitates & lāguores apud Aegyptios ex longa obſeruationem: vnde bene poterimus per horum ſignificationem ægritudines prognoſticari, & quæcunque huiuſmodi accidentia accidunt nato: quia per horoſcopum cognoſcemus læſiones & offenſas. Sed per occaſum cognoſcem', an ſint futuræ offenſæ lethales nécne: ex quo occaſus eſt locus peremptorius. Sed ſexta domus ſignificat infirmitates indifferentes. Deinde obſeruemus an in his locis fuerint maleficæ, quæcunque ſit malefica: quia ſi etiā in horoſcopo & in occaſu,& in ſexta fuerint calamitoſæ ſtellæ, in vniuerſum prognoſticabimur, hoc corpus eſſe lædendum aliquo pacto, vel caſurum in aliquam infirmitatem incurabilem, quia Ptolemæus per infirmitatem non intelligit ſpecialiter vnam febrem, ſed longas infirmitates & quodammodo incurabiles, vt eſt paralyſis, & ſimiles infirmitates: ſi ergo fuerint in his locis maleficȩ, dicemus in totum eſſe infirmandum, ſi aliqua partim, quòd ſi cum his maleficis fuerint lumina, tāto erit verius iudicium,& prognoſticatio certa: quia cum offenſa fuerint lumina à maleficis in angulis, corpus lædetur. Et quia quȩreret quis, vbi prouenient hæc impedimēta,& quibus membris. Reſpondet Ptolemæus huic tacitę obiectioni, quòd ſemper erit in eo membro, quod deſignat pars ſigniferi in Zodiaco, quȩ erit in horizonte irradiata à malefica ſtella, id eſt, illud membrum quod ſignificatur per ſignum Zodiaci, non omne, ſed illud tantū, quod in horizonte irradiatur à malefica ſtella: quia ſi Aries erit ī horoſcopo, & ſaucietur à malefica, erit in capite: ſi autem erit aliqua ſtella vt Iupiter erit in pulmone: ſi in occaſu eſſet, malefica ſtella erit, & ſit aliquod ſignū in quo Saturnus fuerit, & impugnetur à Marte aut retrocedat, vel comburatur, patietur in aure. Quare vt hæc eluceſcant, adduxit Ptolemæus dominia planetarum ſuper membra. dicit ergo primū quod Saturn' habet aurē dexterā, veſicā, ſplenē,& phlegma: ꝙ ſi Saturn' iſto pacto fuerit infectus, ſignificabit aliquod detrimentum in his membris. Erit autem iudicium apud aſtrologum ſecundum eius conſti

conſtitutionem, vt nunc in aure, nunc in ſplene, ſi infeliciter conſtituatur, in veſica, ſi in Scorpione, quia habebit retentionẽ vrinæ. Iupiter autem quia pręeſt pulmoni, coſtis, cartilaginibus, & ſpermati, cum fuerit in aliqua genitura infortunatus, iſto pacto in aliquo angulorum neceſſe eſt vt natus patiatur in pulmonem & anguſtiam pectoris: ſicut ego obſeruaui ſæpe ſæpius in multis natiuitatibus, item in coſtis, in cartilaginibus, incurrat natus in puncturas. Item quòd nõ obſeruaui, ſignificat ſterilitatem, vt in aliis vidi ex eo quòd impediatur ſemen: & ratio, quia vt bene dicit Græcus hic, Saturnus cum quodammodo ſignificet intemperiẽ, Iupiter aũt ſit planeta temperatus, quia calidus & humidus: ergo ſemper ſi infortunetur, diſtemperatur complexio. Mars autem vt habet Ptolemæus deſignat aurem ſiniſtram, & renes: & etiam ipſius Martis ſunt venæ: quia cum Mars ſit planeta calid', & renes patiantur caliditatem: ſunt namque calidæ & ſanguis ſimiliter: apparet quòd Mars habeat ſuper hæc aliquam ſignificationem: & quodammodo ſi fuerit infortunatus & infeliciter diſpoſitus, hæc infeliciter diſponit, vt patet: quoniam qui habuerit Martem vel combuſtum vel malè affectũ habet ſæpius ſanguinem in viſu, & ſunt intemperati huiuſmodi Martẽ habẽtes in coitu propter caliditatẽ renũ: ſubdit Ven' habere epar, odoratũ, & carnem: Veneris enim omnia mollia ſunt: cum autem epar & caro ſint mollia, ſubduntur Veneri: quòd ſi beneficè non infeliciter fuerit cõſtituta ad temperiẽ, q̃ poſsibilis eſt in natura reducit omnia: ꝙ ſi male affecta, diſtemperabãtur hæc omnia, quia, vt ita dicam, erit ſcabioſus talis natus, item ſemper propter Veneris infortuniũ & etiã epatic' odoratũ malũ habebit. Mercurius in vniuerſum habet elocutionem, linguam, virtutem phantaſticam, deliberationem, & fel, & huiuſmodi: quare cum ipſe fuerit perperam conſtitutus, damnabit hæc omnia: nam ſi fuerit in horoſcopo, vel ſeptima vel ſexta, vt in particularibus geniturìs obſeruaui, habent oculos glaucos, eodem pacto ſi habuerint aliquod infortuniũ in Mercurio, erũt ſurdi, balbutiẽtes, neſcient ſibi conſulere propter virtutem phantaſticam deprauatam.

Luna autem habet guſtum, & deglutitum, habet & pudenda mulierum credo ratione menſtrui, & quòd Luna mouet menſtrua, imaginatus eſt Lunã habere pudenda mulierum: ſed puto quod alia ratione accipiendũ Lunæ dominiũ, ſuper pudenda.

Quibus ſic poſitis, & declaratis in medium affert cõcluſionem, quæ talis eſt: quòd debemus animaduertere an læſio futura ſit in corpore, an infirmitas: & diſtinguit ac ponit differentiam inter infirmitatem & detrimentum: per detrimentum, læſionem, offenſam, & impedimentum idem ſemper intelligo: & offenſæ & læſiones habet ipſæ quòd ſimul accidunt ſed imprimunt in perpetuum in corpus, vt eſt vulnus, cicatrix, obcęcatio, & mutilatio alicuius membri: quod ſi fuerint alio pacto, quemadmodum contingit in paralyſi, in morbo caduco, in febri quartana, in morbo Gallico, quia reciprocari dixit has infirmitates propriẽ, quia per vices redeunt, adeo quòd in perpetuum reddunt languidum & infirmum, vt qui patiuntur morbum caducum, & omnia impedimenta, quę veniunt per mutilationem membri alicuius dicuntur detrimenta ſi relinquant ſignum: ſed ſi reciprocantur, & reddunt corpus in ſimili dolore dicuntur infirmitates.

Ad quod cognoſcendum primum & quò ad ſecũdam partem agit de orbatis, ſecundo de ſterilibus & mutilatis in quibuſdam membris, poſtea in ſecunda parte agit de aliis infirmitatibus. Quò ad primum ponit tres conſtellationes eorum qui capiuntur in oculis.

Eſt autem prima quod ſi quis naſcatur in nouilunio, ſcilicet in partili coniunctione Solis & Lunæ vel plenilunio pręciſè, dummodo ſint in cardinibus plenilunium vel nouilunium, patietur in oculo: quòd ſi fuerit in horoſcopo vel culmine vel quarta domo, vel ſeptima, patietur in oculo vno: hoc ego non potui ad libellam obſeruare. Sed arbitror Ptolemæum voluiſſe accipere interlunium & plenilunium partiliter, quòd ſit eclipſata, quòd Luna eclipſet Solem in nouilunio, & ſit eclipſata ipſa Luna à Sole in plenilunio alioquin non potui obſeruare nec potui ſimpliciter inuenire: vnde imaginatus ſum hoc à me ipſo.

Quò ad ſecundam conſtellationem, vbi dicit quod quando Luna & ſi non fuerit in interlunio vel plenilunio, ſed in quadrato aſpectu, dicit tex. in alia figura. Sed melius eſt dicere ſit in altera figura à plenilunio quæ eſt quadratio cum hoc quod ſit cum vna ſtella nebuloſa patietur in oculo natus.

Examinaui octauam Sphæram Ptolemæi & Alphonſi quoque, & inueni tantũ quinque ſtellas nebuloſas, ſcilicet Orionis, quod dicũt cap. Abrachis, & noſtris temporibus reperitur in 17. parte Geminorũ, deuiat ab ecliptica per 40. gradus, verſus auſtrũ. Dicet aliq̃s, quomodo poterit ergo impedire Lunam quia dicit ſi fuerit Luna quadrangulata Soli, & ſi cum ſtella nebuloſa, patietur in oculo. Ad quod dicendum eſt, quòd quando Luna & ſtella nebuloſa fuerint in vno circulo poſitionis, ſcilicet quando eleuatio poli borei fuerit eadẽ ſuper Lunã & ſtellam nebuloſam, tunc ſunt in vno & eodem circulo poſitionis: quia ex irradiatione tum Lunæ tum ſtellæ fit influentia ſimul, aliter interciderent ſe. Eſt alia ſtella nebuloſa, quæ eſt in fine Cancri, & quaſi in principio Leonis, & dicitur pręſepe, quæ eſt in ecliptica & diſtat per 40. minutias: vnde cum fuerit Luna in hoc loco, & cum hac ſtella quadrangulata Soli, natus patietur in oculo vno.

Item eſt ſtella quæ dicitur trica Leonis ſecundũ Ptolemæum & Alphonſum: alij dicunt caudam, & temporibus noſtris reperitur in 15. parte Virginis intelligendo de Zodiaco imaginario: quæ etiã diſtat per 30. gradus ab ecliptica: quare ſi Luna quadranguletur Soli, & debeat capi natus in oculo, oportet quod ipſa ſtella ſit in eodem circulo poſitionis, id eſt, in eadem eleuatione poli borei. nominat Ptolæmeus eam ſtellam quæ eſt in cauda Scorpionis, & dicitur ſpina, quæ malefica eſt, vt nebuloſa, & reperitur in 21. parte Sagittarij tempore noſtro, & diſtat ab ecliptica per 12. gradus 30. minu. quare etiam neceſſe erit, quòd ſi Luna quadranguletur Soli, & capiendus ſit natus in oculo, quòd ſint ambæ in eodem circulo.

Alia ſtella quæ dicitur apud Ptolemæum & tabulas, cacumen ſagittæ quæ eſt illa quæ apparet in ſagitta in cacumine Sagittarij. hanc vult Ptoleme' cum

Digitized by Google

cum fuerit Luna cum ea, priuare natum oculo vno: & reperitur temporib' noſtris in quinto gradu Capricorni, & parum diſtat ab ecliptica, ſcilicet ad 45. minutias: quare ſi Luna ſit cum ea, & quadrangulata Soli, ſed ſit ecliptica, id eſt, partilis, lædet natum in oculo: & ſic ſequutus eſt Ptolemæus Dorotheum: dicit litera eius per inflexuram, id eſt, eclipticam.

Citat Ptolemæus Pleiades etiam, quæ non ſunt nebuloſæ. Sed quia vt plurimum hæ ſtellæ imitantur Lunæ, & Martis naturam, ſicut illa ſimiliter, ſed in maiori parte Martis, & Lunæ: accidit ergo in iſtis ac ſi nebuloſæ eſſent, & ſic reddit rationem orbitatis, quando peruenit ex ſiccitate nimia.

Tertia vero conſtellatio eſt, quando Luna fuerit in aliquo angulorum, & vna infortunarum præcedat Lunam, ſit Luna in angulo, ſcilicet in horoſcopo, & præcedat Martem, patietur natus in oculo, tanto magis, ſi fuerit Mars, & Saturnus ſimul. Item & ſi Sol eodem pacto ſit in angulo, & præcedant ipſum maleficæ, vel in medio ambarum obſideatur: quia vna ſit orientalis, patietur natus in oculis. Rurſus ſi contingat, quòd ambo lumina infeſtetur à maleficis ſtellis, adeo quòd ſint ſimul maleficæ ſtellæ, vel ex oppoſitione, vel quadrato reſpiciant lumina, vel lumina inter ſe quadrato aſpectu, & maleficæ opponantur, vel quadrangulentur, iiſdẽ patietur natus in vtroque oculo. & ſubdit in textu quòd Mars ſemper deſignat amiſsionem oculi per ferrum, vel tactu alicuius huiuſmodi, aut per combuſtionem: Saturnus autem per aliquem deſcenſum in oculo. Nam ad libellam Ptolemæi regulas non potui obſeruare: ſed bene Arabis vidi tres & quatuor conſtellationes, quas potui obſeruare. Eſt aũt prima obſeruatio ipſius, ꝙ ſi contingat lumina eſſe obſeſſa ( in parte cum Ptolemęo conuenit ) & dominus aſcendentis infortunatus ſit, & cadãt beneficæ ab aſcendente, natus obcæcabitur.

*Thema cæli Petri Aldobrandini Florentini.*




Ego diu q̃ſiui hanc obſeruationẽ, tamẽ eã inueni in natiuitate Petri Aldobrãdini Florẽtini, in qua reperi Solem coniunctum Saturno, atque oppoſitum Lunæ. Erat enim Sol in 28. gradibus & min. 50. Leonis: & Mars erat ex 21. grad. Geminorum reſpiciens Solem atque Saturnum ex ſextili aſpectu. Sed quia in ſignis magnarum aſcenſionum æquiualebat quadratum, & erat poſitus in noua cæli domo: & Saturnus opponebatur Lunæ: ergo lumina obſidebantur. Et ſciendum eſt quòd lumina, ſeu aliqua ſtella non dicitur eſſe obſeſſa, quando eſt in medio duarum infelicium ſimpliciter: ſed quando & per præſentiam, & varias conſtellationes fuerint in medio vel duarum infelicium, vel duorum maleficorum aſpectuum, & hoſtilium: ſicut contingit in hac genitura. Erat enim Luna obſeſſa à diametro Saturni, & Sol à coniunctione eius: & dominus horoſcopi Mercurius erat in duodecima domo infortunatus, quæ eſt domus anguſtiæ & miſeriæ. Verum eſt quod Venus non cadebat, ſed Iupiter in ſexta cæli domo: quare cæcus fuit in vtroque oculo.

Inſuper dixit in eodem capit. 54. Arabs, quòd quãdo ambo lumina fuerint ſaucia à maleficis aut oppoſitione vel quadrato, natus lædetur in oculis.

Ego

Ego habui familiarem quendam Camillum Falconnettum ſenis virum famoſum in Academia, habuit Solẽ in prima domo, & cum eo erat Mercurius, & in nona cęli domo erat Mars quadrangulabatur eis: & erat Luna in ſexta domo, & quadrangulabatur Saturno: quare iſte fuit læſus in oculis ambobus, & conuenit cum his quæ Ptolemæus habet in litera ex eo q, cum Mars offendebat Solem, & cum Sole erat Mercuri⁹: ergo ſignificauit priuationem luminis, & per iocum fuit, quia propter ludum pilæ: ergo habemus obſeruationem claram: alterũ amiſit per deſcenſum rheumatis à capite: & ſic conueniunt Arabs & Ptolæmeus.

*Camilli Florẽtini Senenſis.*

*Thema cæli.*




Item ipſe Arabs habet in cap. 56. quando fuerit Venus infortunata, ſi fuerit domina ſextæ domus, natus patietur in oculis: quia volens experiri reuolui plures natiuitates, & inueni in natiuitate cuiuſdam Antonij Iacomini Florentini, qui habuit Solem, & Venerem ſimul iunctos: erat autem Venus domina ſextæ domus, quia habebat trigonum & altitudinem: ergo fuit orbatus vno oculo, & læſus in altero.

Vide ſuperius cap. 2. quod lib. 3.

Obſeruaui in genitura Leonis decimi quem omnes norunt habuiſſe impedimentum in oculis, vidi ipſum habuiſſe in horoſcopo Venerem combuſtã, quæ erat domina ſextæ domus, in quo erat Taurus: ipſa autem erat in horoſcopo ad ſex gradus prope Solem.

Habetis tãdem apud Cardanũ, in ſuis aſtronomicis, Vbi dicit, ſe obſeruaſſe quendam in domo ſua, qui habuit propter conſtellationem Arabis in cap. 54. quòd cum Luna fuerit diminuta lumine, & quadrangularetur alicui maleficarum ſtellarum lædetur natus in oculo: iſte habuit Lunam in ſexta applicata Soli diminutam, & quadrangulatam Saturno in medio cæli: quare fuit orbatus & priuatus oculis. Et hæc dicta in hoc ſufficiant.

Vide inferius in hoc capite hoc cęli thema.

## T E X T V S.

Πάλιν ἐπὰν ὁ τῆς ♀, ἐπί τινος ἢ τῶν προειρημένων κέντρων, μάλιστα δὲ ἐπὶ τοῦ δύνοντος, τῷ μὲν τοῦ ♄ συνὼν, ἢ συσχηματιζόμενος, ἢ ἐνηλλαχὼς τοὺς τόπους, ὑπὸ δὲ τοῦ ♂ καθυπερτερούμενος, ἢ διαμετρούμενος, οἱ μὲν ἄνδρες ἄγονοι γίνονται, αἱ δὲ γυναῖκες ἐκτρωσμοῖς ἢ ὠμοτοκίαις, ἢ καὶ * ἐμβρυοτομίαις περικυλίονται. μάλιστα δὲ ἐν καρκίνῳ καὶ παρθένῳ καὶ αἰγοκέρωτι,* (καὶ τοῖς νεφελοειδέσι συνάπτουσα ἡ ☾, ὀφθαλμὸν πηροῖ,) καὶ ἐὰν ἡ ☾ ἐπ' ἀνατολῆς τῷ τοῦ ♂ συνάπτῃ. ἐὰν δὲ καὶ τῷ τοῦ ☿ κατ' αὐτὸ σχηματισθῇ σὺν τῷ τοῦ ♄, τοῦ ♂ πάλιν καθυπερτεροῦντος ἢ διαμετροῦντος, εὐνοῦχοι ἢ ἑρμαφρόδιτοι ἢ ἄτρητοι γίνονται, τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, ἐπὰν καὶ ☉ συσχηματισθῇ, τῶν μὲν φώτων καὶ τοῦ τῆς ♀ ἠρρενωμένων, ἀποκρουστικῆς δὲ τῆς ☾ οὔσης, καὶ τῶν κακοποιῶν κατὰ τὰς ἐπαναφερομένας μοίρας ἐπιφερομένων, οἱ μὲν ἄνδρες, ἀπόκοποι καὶ τὰ μόρια σεσινωμένοι γίνονται, καὶ μάλιστα ἐν ♈ καὶ ♒. αἱ δὲ γυναῖκες, ἄτοκοι καὶ στεῖραι, ἐνίοτε δὲ, οὐδὲ ἀσινεῖς ταῖς ὄψεσιν οἱ τοιοῦτοι διαμένουσιν.

*αλ. ἐμβρυοτοκίαις κα-λῦται.

Hæc redundare videntur.

Item cum Venus in aliquo prædictorum angulorum, & proprie in occidentali fuerit & extiterit cum Saturno, vel ei in figura aſſociata fuerit, ſuaq; loca commutauerit, fuerit Mars eleuatus ſuper eam, vel in eius oppoſitione continget, ex hoc hominibus non habere filios, mulieribus aborſum, & partus intempeſtiui, quandoque etiam puerorum detruncationes inde contingent, & proprie in Cancro ac Virgine, & in Capricorno, & cum Luna ab oriente habuerit alictiſal cum Marte. Quod ſi hoc iterum modo Mercurio, & Saturno Venus aſſocietur, eleueturq; ſuper eam Mars, vel ſit in eius oppoſitione per

per diametrum,natus erit abſque teſticulis aut hermaphroditus,vel clauſus,& cum hoc ita fuerit,& Sol iterum in figura fuerit aſſociatus,maſculináque fuerint luminaria,& Venus,& Luna occidentalis,infortunæ quoque in gradibus ſequentibus,ſi natus fuerit maſculus,emeſitulabitur,vel in ſuis impedimenta teſticulis accident.Maxime autem cum hoc in Leone,Ariete,ſiue in Scorpione,aut Capricorno , ſeu Aquario fuerit , ſi fortuna verò fuerit, erit ſterilis,& forſan iſtorum aliquis oculorum impedimenta non effugiet.

COMMENTARIVS.

IN hac parte Ptolemæus aggreſſus eſt conſtellationes, quæ faciunt ad impedimenta & læſiones , & huiuſmodi : quare animaduertendum eſt , quòd quædam ſunt læſiones naturaliter venientes , quædam ſunt quæ non violenter accidũt. primum agit Ptolemæus de his quæ vt plurimum , vi quadam habentur , & multoties contingunt ex defectu naturæ:declarat ergo quomodo fiunt hæc impedimenta & læſiones, quòd vno modo accidant ex vi naturæ,ſcilicet ex ſuperfluitate materiæ:vel per violentiam.Sed adduxit in medium circa amiſsionem oculorum primam ſiderum poſitionem,qua natus afficitur in vno oculo tantum , deinde duas alias , quando in vtroque.Ad primum ergo dixit,quòd quando erat interlunium vel plenilunium cum hac conditione , quòd fuerit in angulis eodem modo quo diximus , & ſint interlunia vel plenilunia ecliptica ,id eſt partilia, manifeſtum erit ſignum , quòd natus lædetur in altero oculorum.Sed ſi contingat,quòd luna ſit quadrãgulata Soli & ſit vna nebuloſarum ſtellarũ cum ea,ſcilicet quæ eſt in fine Cancri , vel quæ in quinto gradu Capricorni,quia eſt in ecliptica, patietur natus in oculo:quòd ſi ſit in vno , & eodem circulo cum aliis,ſcilicet cum capite Orionis , vel cacumine ſagittæ,vel cum trica Leonis,dico autẽ in vno, & eodem circulo , quoniam ipſæ ſtellæ veniunt ad vnum,& idem punctum,ſcilicet in ipſo circulo reſpectu eleuationis poli borei,quãdo fuerit eadem, reſpectu diuerſarum autem non poteſt fieri, quia ſi eleuetur polus boreus ſuper circulum vtrunque, quòd ſit eadem eleuatio poli:tunc erunt in eodem circulo.

Aſsignauit aliã conſtellationem , quando Luna fuerit in aliquo angulorum, & eam ſequatur Mars vel ambo maleficæ,oculos perdet.

Idem contingit ſecunda regula, ſi Sol ſequatur Martem vel Saturnum vel ſit in medietate eorum.

Idem ſequitur,ſi contingat vt ſit nouilunium aut pleniluniũ,& maleficę aut diametrentur , aut quadrangulentur, aut ſint cum eiſdem luminibus ſiue in ortu vel in occaſu , vel in culmine , vel in imo terrę,ſemper deſignant natum afficiendum in vtroque oculo. Adduximus quoque alias conſtellationes , quæ partim declararunt hæc. Conſequenter Ptolemę' proſequitur agere de aliis corporis incõmodis,ſcilicet de ſterilitate, vel de his, quæ faciũt abortum, & de Eunuchis, q̃ poſſunt fieri p̃ naturã, & per violentiam : tradit Ptolemæus præceptum vtriuſque modi:rurſus & quia fiunt alia incõmoda corporis vt gibboſitas , claudicatio,mutilatio alicuius membri, præcipitatio ab alto,caſus & incurſus in latrones: agit de vnoquoque.

Quantum ad primum conſtellatio ſterilium eſt talis apud Ptolemæũ ſi reperiatur Venus in natiuitate naſcẽtis in occiduo cardine. Si fuerit cum Saturno,& Marte eleuetur ſuper eam:& intelligenda eſt in hoc loco tantũ per eleuationem quadrangulationem aut diametrationem : quia in Iſagoge tractatu dixim' quot modis dicitur planeta eleuari: hic tamen intelligo quadratum quadratura dextera. Erit ergo natus ſterilis : ſi vero fuerit mulier, patietur abortum, & faciet partus intempeſtiuos. ratio quia Venus eſt calida , & humida, quare habet vim generatiuã,ſicut Iupiter:conueniunt enim in natura,differunt autem, quia clarius, & potenti' agit Iupiter,debilius tamen Venus,ſed ad idẽ agũt: quare ſeminis vis generatiua ſicut eſt Iouis , ita eſt etiam Veneris:ſed reuera ſicut ſæpe obſeruaui, vis ignita Iouis eſt cum honeſtate quadam , Veneris autem eſt cum dedecore,& illa Iouis cum lege, illa Veneris ſine lege. Sed quicquid ſit, dicimus , q̃ vis generatiua eſt Veneris : ſi ergo acceſſerit aſpectus Saturni , & præſentia ipſius , neceſſe eſt infrigidare,& exiccare illam caliditatem Veneris:quia eſt fortior Venere quoniam etiam eſt fortior Ioue: ergo exiccabit humiditatem illam , & infrigidabit caliditatem illam.

Et quia dicet aliquis,nõne ſunt etiam aliqui calidi,qui ſunt ſteriles. Ideo dicit , quòd ſi Mars eleuetur , quia tunc eſt ſuperfluus calor, quia aufert vim generatiuam Venus,& maximè quia dixit Venerem præeſſe epati, & Martem Sãguini:ergo cum inficiuntur hæ partes , neceſſe eſt ſperma ſimiliter infici. Quòd autem mulier ipſa patiatur abortum, facile eſt videre : quia cum Venus habeat quodam modo vim generatiuam , & impediatur, neceſſariũ erit,q̃ partus iſti ſint intempeſtiui vel propter caliditatem Martis,vel propter frigiditatem Saturni. Addit aliud adnotatione dignum , dicens , & ſi loca fuerint cõmutata,ſemperq́ reperietur in aliqua genitura Venus , non eſſe partiliter cum Saturno vel non in diametratione , vel quadrangulatione ad hoc quòd habeat effectum,neceſſe eſt, quòd ſint loca commutata:ſi Saturnus eſt in Libra, & Venus ſit in Capricorno.

Ego comprobaui in pleriſque natiuitatibus , q̃ ſemper Venus poſſeſſa à Saturno per diametrum, & cõiunctionem facit ſterilitatem, cum hoc, quòd ſint ĩ ſigno ſterili,& maximè humanã effigiẽ habẽti.

Habetis dogma Iudæi, quòd ſi contingat in aliqua genitura dominum quintæ domus , & ſtellam Almuten natiuitatis eſſe in ſignis humanis , natus erit ſterilis.Comprobaui pluries:id contingit etiã frequenter,quòd mulier pariat foetus in fruſta,ita vt extrahatur per vim fœtus : aſsignat Ptolemæus rationem,& cauſam talem dicens , quòd ſi contingat eadem conſtellatio,& cum hoc Luna ſit in ortu,& in aſcẽdente,& reſpexit Martẽ,tunc ſi ad prædicta hæc cõſtellatio accedat , ſemp̃ mulier pariet fruſta fœtum ſuum : ratio poterit aſsignari,quoniã non habui obſeruationem, quia de his non curaui: cauſa

Digitized by Google

cauſa tamen eſt, quia vt ſuperius dictum eſt, Luna præeſt pudendis mulierum, ꝙ ſi ipſa fuerit infortunata à Marte, neceſſe erit partes illas pati, & quia Mars facit violentiam per ferrum: ergo patietur per ferrum, & in fruſta extrahetur ex vtero, propter infortunium Martis cuius ſemper eſt violentia, & temeritas.

His poſitis aſsignat Ptolemæus, cõſequenter geniturã & cõſtellationem eorum qui ſunt Eunuchi. Matth. ca. 19. & Mar. 14. habetur ꝙ ſunt tres ſpecies Eunuchorũ, quidã enim ſunt per voluntatẽ, quidã per naturã, quidã vero per violẽtiã: de his, qui ſunt per voluntatẽ, nihil pertractat Ptolemæus, cum videret animã, ſeu voluntatẽ nõ ſubiici corporib. cęleſtib. ſed tantũ de ijs tractat, qui per naturã & violentiã ſunt Eunuchi. Per naturã illi, qui in ſuis genituris habent Venerẽ, eodem pacto conſtitutã cum Saturno & Marte ſic eleuato ſuper Venerem: ſed vltra hæc ꝙ interueniat Mercurius, nã ſi Venerẽ viderit, ſimiliter erit natiuitas Eunuchi vel hermaphroditi, vel ꝙ ſint clauſi. i. nõ poſsint coire, ſicut aliqui repeiuntur. aſsignat rationẽ Ptolemæus naturalẽ, dicẽs, ꝙ tunc Venus cũ à Saturno infortunetur propter eius frigiditatẽ, & ſiccitatẽ, & propter aduentũ & exiſtẽtiã Mercurij, qui inſequitur naturã fortioris planetæ: igitur inſequitur naturã Saturni, & adaugebit illã infirmitatẽ, & ſiccitatẽ, ideo ꝙ remaneat tã parua caliditas, ꝙ nõ poterit coire propter nimiã frigiditatẽ. idem accidit ex parte Martis quo ad ſiccitatẽ, quia ibi eſt ſiccitas multa: quare ſi ſperma fuerit fœcundũ, neceſſe eſt, ꝙ à ſiccitate nimia exiccetur: quare nõ poteſt facere ad generationẽ, nec põt cõpellere fœtũ ex illa ſiccitate: ꝙ autẽ ſint vt plurimũ Eunuchi, apparet, quia ipſi propter maleficã cõſtellationẽ ac diminutionẽ calidi & humidi naſcatur, ſine teſticulis, & ſint hermaphroditi, quia Mercurius accipit naturã tũ Saturni, tũ Veneris: quare accipit partẽ maris & partẽ fœminæ. eſt enim Mercurius vt in Iſagoge dictũ eſt, duplex: ſunt ergo hermaphroditi, quia habuerint hãc conſtitutionem planetarum.

Quòd vero attinet ad eos, qui per violẽtiam ſunt Eunuchi, dat Ptolemæus tale præceptũ, & regulam talẽ, ꝙ ſemper animaduertẽdus eſt Sol, & eſt hæc cõſtellatio talis, ꝙ ſi ſint Venus & Saturnus, vt ſupra cũ eleuatione quadrata vel oppoſitione Martis, adſitq; Mercurius & Sol cũ hac conditione, ꝙ tã Luna quã Sol & Venus ſint in ſignis maſculinis. Si ergo ſic reperiãtur hi planetæ, vult Ptolemæus, ꝙ talis fiat Eunuchus à principe vel tyrãno per violentiã. quomodo autẽ id obſeruatione fiat, neceſſariũ eſſet eas habere ex illis, qui apud Turcas degũt, quia mos eſt Tyrãni Turcarũ, cũ acceperit aliquos pro cuſtodia filiarũ, puellarũ, & mulierũ, vt abſcindere faciat eis teſticulos, & aliquib. virile mẽbrũ, imò omnib. adeo, ꝙ pauci mortẽ euadãt: cuius incõmodi ratio eſt, quia ipſe monitus fuit à quodã, vt hoc faceret, nã licet teſtes abſcinderet illis, nõ tamẽ ꝑpter hoc erat, ꝙ nõ coirẽt: vnde etiã mẽtulã abſcindẽdã præcepit: ſed ſi velimus rõnem adducere, qã obſeruationib. cõfirmare id nõ potui, cauſa eſt, vt habuimus, anceps natura Mercurij & maximè cũ recipit infelicitatẽ illã, quæ augetur propter præſentiã Solis, nã vrit & deſiccat, ſed quod peius eſt, à Marte infelicitatẽ: nã vredo eius & caliditas maior eſt quã illa Solis, licet formaliter appareat maior calidus Sol, virtualiter tamẽ eſt ea Martis, & quia Martis eſt, vti ferro & violentia, & Sol infeliciter agat per cõbuſtionẽ Mercurij, vnde cũ aduenerint hæ cõſtellationes in natiuitate alicuius, neceſſum erit, ꝙ patiatur hæc incõmoda, vt dicit Ptol. qđ maximè contingũt hęc, quãdo fuerint cõſtellationes vel in Ariete, vel in Leone, vel Scorpione, vel Capricorno, vel in Aquario, appellat hæc ſigna lãguida & morbida. ſunt enim ſigna infortunãtia: & ratio põt aſsignari, quia Aries eſt domus Martis & exaltatio Solis, vnde fit violẽtia Martis & Leo eſt ſignũ calidũ & ſiccũ, & ſterile: dom' Solis, & Scorpio præeſt mẽbris pudẽdis, & vuluæ, & Aquarius habet effigiẽ humanã vnde poſſumus cõficere & facilè excerpere rationẽ, quia ſi fuerint iſto modo planetæ in his ſignis, neceſſe eſt incõmoda accidere membris deſignatis per iſta ſigna, poſitis ergo his cõſtellationib. quæ pertinent ad orbitatem & priuationem luminis, & ad ſterilitatem, & eos qui per naturam & violentiam fiunt Eunuchi.

## T E X T V S.

Ἐμποδίζονται δὲ τὴν γλῶτταν, καὶ γίνονται τραυλοὶ, ἢ μογιλάλοι, ὅσοι τόν τε τοῦ ♄ καὶ τὸν τοῦ ☿ συνόντας ἐπὶ τῶν εἰρημένων κέντρων ἔχουσι τῷ ☉. μάλιστα δ' ὅταν καὶ δυτικὸς ᾖ ὁ τοῦ ☿. καὶ συσχηματίζωνται ἀμφότεροι τῇ ☽. τούτοις δ' ὁ τοῦ ♃ παραλυχὼν, λύειν εἴωθεν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, τὸ τῆς γλώττης ἐμπόδιον, ἐφ' οὗ ἂν ἡ ☽, τὴν πρὸς αὐτὸν ἀπάντησιν ποιήσηται. πάλιν ἐὰν ἤτοι τὰ φῶτα, ἐπὶ κέντροις τοῖς κακοποιοῖς ἐπαναφέρηται ἅμα, ἢ κατὰ διάμετρον ὦσι τοῖς φωσὶν οἱ κακοποιοὶ, καὶ μάλιστα τῆς ☽ ἐπὶ συνδέσμων, ἢ ἐπὶ καμπίων οὔσης, ἢ ἐπὶ τῶν ὑπαιτίων ζωδίων. οἷον ♈. ♉. ♋. ♒. ♓, γίνονται λωβήσεις τοῦ σώματος κυρτώσεων ἢ κυλλώσεων ἢ χωλώσεων ἢ παραλύσεων, ἐὰν μὲν συνῶσι τοῖς φωσὶν ὥσπερ οἱ κακοποιοὶ τῶν ἀπὸ τῆς γενέσεως αὐτῆς. ἐὰν δὲ ἐν τοῖς μεσουρανήμασι, καθυπερτεροῦντες μὲν τὰ φῶτα διαμηκίζοντες δ' ἀλλήλους, ἀπὸ κινδύνων μεγάλων, ὡς ἀπὸ κρημνισμῶν, ἢ συμπτώσεων ἢ λῃστηρίων, ἢ τετραπόδων. ♂ μὲν ἐπικρατοῦντος, τῶν διὰ πυρὸς ἢ τραυμάτων ὀχλικῶν ἢ λῃστηρίων ♄ δὲ τῶν διὰ συμπτώσεων, ἢ ναυαγίων, ἢ σπασμῶν. ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ δὲ, γίνονται σίνη, τὰ περὶ τὰ τροπικὰ καὶ ἰσημερινὰ σημεῖα, τῆς ☽ οὔσης. μάλιστα δὲ περὶ μὲν τὸ ἐαρινὸν, τὸ δι' ἀλφῶν, περὶ δὲ τὸ θερινὸν, τὰ διὰ λειχήνων. περὶ δὲ τὸ μετοπωρινὸν τὰ διὰ λεπρῶν, περὶ δὲ τὸ χειμερινὸν, τὰ διὰ φακῶν καὶ τῶν ὁμοίων, πάθη δὲ συμβαίνειν εἴωθεν, ὅταν ἐπὶ τῶν προκειμένων στάσεων, οἱ κακοποιοὶ συσχηματίζωσι κατὰ τὸ ἐναντίον μέντοι τουτέστιν ἑσπέριοι μὲν τῷ ☉, τῇ δὲ ☽ ἑῷοι, καθόλου γὰρ ὁ μὲν τοῦ ♄, ψυχροκοιλίους ποιεῖ, καὶ πολυφλεγμάτους, καὶ ῥευματώδεις καὶ ἰσχνούς τε καὶ ἀσθενικοὺς, καὶ δυσεντερικοὺς, καὶ βηχικοὺς, καὶ ἀνα-



Digitized by Google

φρενικοὺς, καὶ κωλικοὺς καὶ ἐλεφαντιῶντας, τὰς δὲ γυναῖκας ἔτι καὶ ὑστερικάς. ὁ δὲ ♂, αἱμοπτυϊκοὺς, μελαγχολικοὺς, πνευμονικοὺς, ψωριῶντας, ἔτι δὲ τοὺς διὰ τομῶν ἢ καύσεων, ἢ κρυπτῶν, τόπων συνεχῶς ἐνοχλουμένους, συρίγγων ἕνεκεν, ἢ αἱμορροΐδων, ἢ καὶ πυρωμάτων, ἢ καὶ τῶν πυρωδῶν ἑλκώσεων, ἢ νομῶν, τὰς δὲ γυναῖκας ἔτι καὶ ἐκτρωσμοῖς, ἢ ἐμβρυοτοκίαις, ἢ ἀναβρώσεσιν εἴωθε περικυλίειν. ἰδίως δὲ καὶ περὶ τὰς εἰρημένας τῶν συσχηματιζομένων ἀστέρων φύσεις, πρὸς τὰ μέρη τοῦ σώματος, τὰ ἰδιώματα ποιοῦσι τῶν παθῶν. συνεργεῖ δ' αὐτοῖς πρὸς τὰς ἐπιτάσεις τῶν φαύλων, ὁ τοῦ ☿ ἀστὴρ τῷ μὲν τοῦ ♄, πρὸς τὸ ψυχρὸν συνοικειούμενος καὶ μᾶλλον ἐν κινήσει συνεχεῖ ποιῶν τοὺς ῥευματισμοὺς, καὶ τὰς τῶν ὑγρῶν ὀχλήσεις, ἐξαιρέτως δὲ, τῶν περὶ θώρακα καὶ στόμαχον καὶ φάρυγγα. τῷ δὲ τοῦ ♂ πρὸς τὸ ξηραντικώτερον συνεπιτυχών, ὡς ἐπί τε τῶν ἑλκωδῶν ψιλώσεων, καὶ *ἐσχαρώσεων, καὶ ἀποστημάτων καὶ ἐρυσιπελάτων καὶ λειχήνων ἀγρίων ἢ μελαίνης χολῆς, ἢ νόσου ἱερᾶς, ἢ τῶν τοιούτων. καὶ παρὰ τὰς τῶν ζωδίων ἐναλλαγὰς τῶν τοὺς προειρημένους ἐπὶ τῶν δύο κέντρων σχηματισμοὺς περιεχόντων, γίνονταί τινες ποιότητες παθῶν. ἰδίως μὲν γὰρ ὁ καρκίνος, καὶ ὁ αἰγόκερως, καὶ οἱ ♓, καὶ ὅλως τὰ χερσαῖα, καὶ τὰ ἰχθυϊκὰ ζώδια, τὰ τῶν νομῶν πάθη ποιεῖ. καὶ λειχήνων ἢ χοιράδων, ἢ συρίγγων, ἢ ἐλεφαντιάσεων, καὶ τῶν τοιούτων. ὁ δὲ ♐, καὶ οἱ δίδυμοι, τὰ διὰ πτωματισμῶν ἢ ἐπιλήψεων. καὶ ἐν ταῖς ἐσχάταις δὲ μοίραις παρατυγχάνοντες οἱ ἀστέρες τῶν δωδεκατημορίων περὶ τὰ ἄκρα καὶ μάλιστα πάθη, καὶ τὰ σίνη ποιοῦσι, διὰ λωβήσεων ἢ ῥευματισμῶν, ἀφ' ὧν ἐλεφαντιώσεις τε καὶ ὡς ἐπίπαν ποδάγραι τε χειράγραι συμβαίνουσι. τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, ἐὰν μηδεὶς τῶν ἀγαθοποιῶν συσχηματίζηται τοῖς τὰ αἴτια ποιοῦσι κακοποιοῖς, ἢ τοῖς κεκεντρωμένοις φωσὶν, ἀνίατα καὶ ἐπαχθῆ, τά τε σίνη, καὶ τὰ πάθη γενήσεται. ὡσαύτως δὲ κἂν συσχηματίζωνται μὲν, καθυπερτερῶνται δὲ, ὑπὸ τῶν κακοποιῶν ἐνδυναμούντων. ἐὰν δὲ καὶ αὐτοὶ κατὰ κυρίων ὄντες σχημάτων καθυπερτερῶσι τοὺς τὸ αἴτιον ἐμποιοῦντας κακοποιοὺς, τότε τὰ σίνη εὐσχήμονα καὶ οὐκ ἐπονείδιστα γίνεται, καὶ τὰ πάθη μέτρια, καὶ εὐπερηγόρητα. ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ εὐαπάλλακτα, ἀνατολικῶν ὄντων τῶν ἀγαθοποιῶν. ὁ μὲν γὰρ τοῦ ♃, βοηθείαις ἀνθρωπίναις, διὰ πλούτων ἢ ἀξιωμάτων, τά τε σίνη κρύπτειν εἴωθε, τε τὰ πάθη παρηγορεῖν, σὺν δὲ τῷ τοῦ ☿, καὶ φαρμακείαις ἢ ἰατρῶν ἀγαθῶν ἐπικουρίαις. ὁ δὲ τῆς ♀, διὰ προφάσεως θεῶν καὶ χρησμῶν, τὰ μὲν σίνη, τρόπον τινὰ εὔμορφα καὶ ἐπίχαρη κατασκευάσει. τὰ δὲ πάθη, ταῖς ἀπὸ θεῶν ἰατρείαις εὐπαρηγόρητα. τοῦ μέντοι ♄ *προσιόντος, μετὰ παραδειγματισμῶν καὶ ἐξαγορεύσεων καὶ τῶν τοιούτων. τοῦ δὲ τοῦ ☿ κατ' ἐπικουρίας καὶ μερισμοῦ τινος, ἢ δι' αὐτῶν τῶν σινῶν, ἢ καὶ παθῶν τοῖς ἔχουσι περιγινομένους.

*al. ἰσχαρῶν.

*al. προσόντος.

NAti quidem, quorum linguæ tenentur in loquendo, & qui balbutientes exiſtunt, ſunt hi quibus Saturnus & Mercurius in prædictis angulis cum Sole fuerint. Maximè quidem cum Mercurius occidentalis extiterit, & vtrique Lunæ in figura aſſociatus fuerit. Mars autem ſi cum his duab. ſtellis fuerit, ex quo Lunæ aſſocietur ſuarum linguarum tenacitatem in parte maiori denodabit. Item cum ad infortunatrices ſtellas & in angulis infortunatas iuerint luminaria, vel cũ in oppoſito luminariũ infortunatrices fuerint, proprie autẽ cũ Luna fuerit in altero duorũ nodorũ vel in caſmõ, aut in ſignis infirmãtib. vt Aries, Taurus, Cancer, Scorpius & Capricornus, cõtingent corpori gibboſitatis impedimẽta, vel alicuius mẽbri deſtructiones, vt claudicatio, deſiccatio, aut diſiunctio. Quod ſi fuerint cũ luminarib. infortunatrices ab ipſa hora partus hæc eadem impedimẽta cõtingent. Si autẽ in cæli medio fuerint & ſuper luminaria eleuẽtur, fuerintq; loca earũ in lõgitudine cũ eis, aduenient hæc impedimẽta per accidentia maxima plena timoris, vt præcipitatio vel caſus in manus latronum, ſeu per quadrupedia. Et ſi Mars eleuatus extiterit, & dominetur ex cõbuſtione ignis vel ex plagis maximis, ſiue quia in latronũ manus incidet, hæc cõtingẽt impedimẽta. At ſi Saturnus eleuetur & dominetur, hæc eadẽ accidẽt impedimẽta ex præcipitatione, vel ſubmerſiõe, aut ex paralyſi. Impedimẽta quidẽ quæ frequentius accidũt, cũ Luna in duob. punctis æquinoctialib. & duob. ſolſtitialibus exiſtit, ſunt hæc. Cum fuerit itaque Luna in puncto æquinoctiali vernali impedimentum inde contingens erit proprie morphea, & ſi fuerit in puncto ſolſtitiali æſtiuali, erit impetigo, & in puncto æquinoctiali autumnali, erit albaras. at ſi fuerit in puncto ſolſtitiali hyemali, frequentius inde contingens erit lentigo & ſimilia. Accidunt autem infirmitates, cùm infortunæ prædicto modo aſſociantur

Digitized by Google

ciantur in figura Soli vel Lunæ, modo tamen contrario, ideſt vt ei aſſocientur, & ſint matutinales & aſſocientur Lunæ, & ſint veſpertinales. Illud autem quod generaliter ex infirmitatibus continget, eſt id quod ſubiungitur Complexionem vẽtris nati, faciet Saturnus frigidam & valde phlegmaticam, aut ex humoribus ad membra diſcurrentibus macilentum, morbidum, & ictericum, plagam etiam in inteſtinis, tuſſim, ſputum, cauleq́ atque lepram, & cum his omnibus accidet mulieribus dolor vuluæ. Mars autem ſputum ſanguinis & melancholiam, quæ ex nigris coloribus prouenit, apoſtemata in pulmonem atque ſcabiem, & cum hæc accident ei, ſemper impedimẽta ex inciſionibus & aduſtionibus in eo factis propter infirmitates, quas in occultis locis patientur, vt ſunt ficus atque fiſtulæ, & id quod in corpore naſcitur & amplificatur, aut quemadmodum ſunt vlcera calida ignea, necnon & vlcera quæ corrodendo creſcunt mulieribus, etiam cum his accident puerorum abortus & eorum detruncationes, prædictæ quoque naturæ ſtellarum quę ad inuicem aſſociantur in figura, proprias infirmitates in membris corporis quandoque faciunt, quas in augmento malitiæ Mercurius adiuuat. Saturnum etenim iuuat in infrigidando & propriè in decurſu humorum ad membra, & in eorum nocumẽtis. Maximè autem in his quę ad palatum & pectus atque ſtomachum diſcurrunt. Martem vero iuuat in deſiccando, & in his quæ ex deſiccatione proueniunt, vt ſunt cruſtæ vlcerum, & eſcare dubailet, & eriſipila, & impetigines iniquæ, melãcholia, phreneſis, epilenſia, & his ſimilia. Hæ iterum habẽt quandoque proprietates ſecundum ſignorum differentias, in quibus fuerit earum ſocietas in prædicta figura, quæ ſuper duos angulos fuerit, nã Cancer, Capricornus, Piſces, & omnia ſigna quorum figuræ ſylueſtribus animalibus atque Piſcibus aſſimilantur, infirmitates propriè generant, quæ corrodendo augmentantur. Petigines quoque ex coriationes ſcrofulas, fiſtulas, lepras, & his ſimilia. Sagittarius autẽ & Gemini faciunt caſum & epileſiam, & his ſimilia. Cumq́ in poſtremis partibus ſignorum ſtellę fuerint, accidens infirmitas proprie in corporis extremis apparebit, quod euenit propter impedimenta ei contingentia, & propter humorum decurſus per quos lepra prouenit, & ſecundum maiorem partem podagra & chiragra inde contingit, cũ hęc ita fuerint, ſi fortunæ non aſſocientur in figuræ ſtellis infortunantibus, quæ ſunt horum occaſio, nec lunaribus etiam in angulis exiſtentibus, erunt infirmitates & impedimenta inde prouenientia valde grauia & incurabilia. Idem iterum eueniet cum eis aſſociantur in figura, & ſuper eas eleuatę fuerint infortunæ, vel magis fortes Cum autẽ in ſuis dignioribus figuris, & fortiores infortuniis, quę ſunt operum occaſiones fortunæ fuerint, tunc non erunt impedimenta turpia, nec ad verecundiam erunt etiam infirmitates leues, quæ cito quieſcunt. Hoc autem eueniet, cum fortunę fuerint orientales. Iupiter etenim occultat impedimẽta, & quieſcere facit infirmitates aliorum auxiliis ei cauſa pecuniæ vel probitatis attributus. Cumq́; fuerit cum Mercurio delebit infirmitates cum medicaminibus, vel per iuſtorum medicorum medelas. Venus autem decorabit impedimenta parte quadam decorationis cauſa, diuinis occaſionibus vel prophetiis, infirmitates quoque quoquomodo lenit, & eas medicaminibus diuina occaſione prouenientibus ceſſare facit. At ſi Saturnus cum ea fuerit, erit hoc notum & manifeſtum, vel horũ ęquipollens. Et ſi Mercurius cum ea fuerit, fiet hoc cum proficuo & lucro patientis, quod propter hoc patietur, illi continget.

*COMMENTARIVS.*

Agit conſequenter in hac parte de conſtellatione eorũ, qui naſcuntur muti, vel balbutientes, quæ eſt pluries obſeruata, in qua non eſt in aliquo dubitandum: quia pluries reperi, ſi cõtingat Mercuriũ eſſe cum Sole & cum Saturno, quòd reperiantur hi tres planetæ ſimul in aliquo malefico aſpectu Lunæ, quòd diametrentur vel quadrangulentur, erit natus mutus & maximè ſi ſint in ſigno muto, ſcilicet in Scorpione vel in Cancro vel Piſcibus, vt obſeruauit Arabs, qui habent ſimilitudinem quandam cum his mutis, quia iſta ſunt effectus illarum, cognoſcimus Cancrum Piſces & Scorpionem eſſe muta non quia ſint cæleſtia ſigna muta: ſed quia agunt mutilationem & ſurditatem, & reddunt naſcentes ſub ſe ſurdos & mutos: vnde ſi ſic planetæ reperiantur in ſigno muto, erunt nati muti, quòd ſi reperiantur in aliis ſignis, ſcilicet habentibus vocẽ, dicemus natum habiturum loquelã, ſed futurũ balbutientem & tardam loquelam habiturum, & hoc continget etiã, quando Mercurius fuerit diametratus Saturno.

Aſsignatis his, ponit conſtellationem eorũ, quæ fiunt in ipſo corpore, tum per violentiam tum per infirmitatem: eſt autem talis conſtellatio in vniuerſum, ſi lumina accedant ad angulos vbi fuerint in fauſtæ ſtellæ, & deprauentur, cum hoc tamen, quòd non ſint ita in angulis ſimpliciter, ſed cum illis ſint calamitoſæ ſtellæ, vel cum erunt in diametro luminarium, natus incurret vel giboſitatẽ, vel erit claudus, vel in aliquo membro mutilatus, ſed neceſſe eſt quòd Luna fuerit in cauda vel in capite draconis, vel in corpore quæ conſtellatio eſt vera, vt obſeruaui in vno tantum, ſcilicet in claudis.

*Petri de Nerlis Natiuitas.*




INSPEXI enim natiuitatem Petri Nerli Florentini Canonici, qui habuit in aſcendente Martem in penultima parte Geminorum, cui Luna in corpore Draconis exiſtēs quadrā gulabatur, propter quam conſtellationem natus eſt claudus, quia dicit in litera Ptolemæus, ab hora natiuitatis ſi fuerit conſtellatio naſcentis in ortu. Obſeruaui quoque in genitura Saulis Cardinalis qui habuit Lunā in horoſcopo in capite draconis, quę proficiſcebatur ad trigonum Martis, ſed in ſignis paucarum aſcenſionum, ſed & ipſe Sol quadrangulabatur eidem: ergo duo lumina malè ſe habent ad infelices ſtellas: quare anno ſecundo quia hæc conſtellatio fuit in culmine, & confracta tibia, claudus eſt effectus.

*Ioannis Zozini Senenſis Natiuitas*




ITEM & Ioannes Zozinus Senenſis habuit Solem circa medium cæli, in Capricorno, & habebat Saturnum ipſum ſequentem, & Lunam habuit in ſua domo ſequentem Martem qui erat in Ariete, & erant quoque in propriis ſignis, vt habet litera: vnde prognoſticatus fui, ipſum paſſurum in tibiis, & claudum inceſſurum, & ſic euenit, quia ibi fuit vulneratus, & inceſſit claudus.

Concludit

Concludit tandem Ptolemæus ſi eleuetur Saturnus in hac perfida conſtellatione, erunt hæc incommoda in corpore propter præcipitium ab alto, aut per ſubmerſionem vel per infirmitatem paralyſis. Si autem Mars incurret hæc detrimenta per ignem, per combuſtionem, ferrum, & per caſus in manus latronum, vt in fine capitis, licet multa dicat, quia clara ſunt: vnico tantum verbo abſoluemus, quod infirmitates, q̃ ex pręmiſsis cõſtellationibus cõtingunt, ſunt diuerſæ, & variæ ſecũdũ p̃ſentiũ Lunæ in diuerſis ſignis æquinoctij, & ſolſtitij. nã ſi in Ariete Luna exiſtat, erit infirmitas quæ reciprocat, & reddit vt vitiligo, quæ apparet in viſu. ſi autem fuerit in Capricorno, erit impetiligo: ſi autem in Libra erit tabes, & ſi in Virgine erit lentigo, quæ etiam aboletur, & reciprocatur. reliquæ infirmitates patent in litera, quia textus eſt clarus, niſi quod addit hoc, quòd ſi Iupiter fuerit in hac conſtellatione bene conſtitutus, vel Venus, hæ infirmitates erunt aliquando curabiles, vel non turpes per Iouem & Mercurium per pecuniam, & per bonos medicos: quia ſi non adeſſet Iupiter, eſſet inops. Cum autem fuerit Mercurius per bonos medicos, qui ſi Mercurius fuerit cum Venere, ſanabitur per carmina, & per prophetias, & diuina verba, & talia: alioquin erit ſignum, & vulnus inſigne. Et ſic patent quæ in hoc capite habentur,

Nunc ſubiungemus particulares tractatus de variis morbis, partim ex noſtro ſpeculo Aſtrologico olim edito decerptos, partim ex variis noſtris obſeruationibus confectos, partim etiam ex multis præſtantiſsimis Aſtrologis deſumptos.

### *Annotationes particulares de nati infirmitatibus.*

DVplex inuenitur infirmitas in noſtro corpore: vna dicitur incurabilis, quæ nobiſcum naſcitur, cùm eximus è ventre matris noſtræ, & vſque ad finem conſeruatur: cum qua poſſumus aliquando facere inducias, nunquã autem pacem. Alia curabilis, quę naſcitur ab humorum diſcordia, propter extranea accidentia. De prima igitur infirmitate vide Albubatrem à capite 53. vſque ad 89. incluſiuè. De ſecunda infirmitate accipe iudicium à directionibus Horoſcopi, & Lunæ, & Hylegij, &c.

Valetudo igitur corporis cognoſcitur
Ab Horoſcopo, & domino eius,
A luminaribus, ſed magis à Luna quàm à Sole.
A ſexta domo, & domino eius.
A planeta, vel planetis in ſexta domo.

Si omnes hi ſignificatores, vel eorum maxima pars fuerint fortes & fortunati, ſignificant corpora ſana & valida. Si autem fuerint omnes vel maior pars debiles & infortunati, reddunt corpora imbecillia, & multis morbis obnoxia. Et ex his cauſis iudicare poteris, vtrum aliquis ſæpe ægrotabit in vita ſua, quod fiet, ſi plures ſignificatores fuerint imbecilles & infortunati, & è contra.

### *Aphoriſmi.*

1 Aſcendens cùm fuerit boni eſſe, & dominus eius mali, ſanitatem quidem corporis indicant, anxietatem verò & triſtitiam animi. Si autem fuerit è conuerſo, diffinias è conuerſo. Hermetis Aph. 87.

2 Andruzagar ait, Si ſtatus domini primæ triplicitatis ſextæ domus laudabilis fuerit, parum ægritudinibus laborabit natus. Sin illaudabilis, natus morbis multis affligetur. Et id confirmat Abenragel par. 5. cap. primo.

3 Pars infirmitatis, & eius dominus ſi fuerint ambo infortunati, & in malo ſtatu, ſignificant infirmitates fortes, & malas, & azemena: ſi autem ambo fortunati fuerint, & in bono ſtatu, ſalubritatem ſignificant, & ſalutem. Abenrag. cap. 4. par. 5. Pars verò infirmitatis de die à Saturno in Marte ſumitur. Nocte econtra, & proiicitur ab aſcendente.

4 Pars ſtabilitatis & eius dominus ſi fuerint fortunati, natus erit ſanus in omni vita ſua: & è contra ſi fuerint malè affecti.

5 Pars vitæ, quæ accipitur in die à Ioue in Saturnum: nocte è contra, & proiicitur ab aſcendente, ſi fuerit boni eſſe, ſignificat ſanitatem corporis. Hæc Albumaſar diff. 8. in ratione primæ domus.

6 Quando horoſcopus, & ſexta cæli domus ac eorum domini, & dominus genituræ fuerint malè affecti, nec in dignitatibus ſuis poſiti, languefaciũt corpus nati: vt inſinuat natiuitas Antonij de Leua, qui ſub auſpiciis Caroli V. Imperatoris maximas res feliciter geſſit. Is valetudinarius fuit, & in lectica circumlatus eſt.

7 Luna ſi fuerit in ſexta domo malè affecta, natus patietur morbum incurabilem, atque eo magis ſi domina fuerit aſcendentis.

8 Mars in ſexta domo, vel duodecima ſi collocatus fuerit, & à Sole, Saturnoúe conſpectus fuerit, vitia & ægritudines maximas corporis decernit.

9 Saturnus in Medio cæli, & Mars in imo cæli ſi poſiti fuerint, corporis, membrorúmque imbecillitatem ſignificant.

Quæ omnia & ſequentibus Natiuitatibus patent.



Digitized by Google

*Geneſis cuiuſdam Petri Caldebornij, cuius valetudo fuit afflictiſſima.*

Hic multis annis ſæuiſsimos cruciatus ſuſtinuit, & in dies ferè copioſiſsimam euomuit bilem admodum copioſè. Tandem victus atrocitate morbi, diem clauſit ſupremum ſpaſmo correptus.




*Latitudines planetarum.*

♄ 2. 8. Mer. Aſc.
♃ 1. 14. Sep. Aſc.
♂ 0. 12. Sep. Deſc.
☉ 0. 0.
♀ 1. 0. Mer. Aſc.
☿ 1. 30. Mer. Deſc.
☽ 0. 16. Mer. Deſc.

*Geneſis cuiuſdam Hectoris ſcolij Medici Doctoris in Dunckelſpul.*

Hic triennio ante mortem afflicta valetudine vſus, cibum in ventriculo retinere nõ potuit: quotidiano vomitu tandem vires proſtratæ ſunt totius corporis. Placidè hic, optimæ ſpei artium magiſter, ſtudioſus medicinæ mortuus eſt anno 1565. Ianuarij, die 21.




*Latitudines planetarum.*

♄ 1. 32. Sep. Aſc.
♃ 1. 52. Mer. Aſc.
♂ 0. 4. Mer. Aſc.
☉ 0. 0.
♀ 0. 9. Sep. Deſc.
☿ 2. 18. Mer. Aſc.
☽ 0. 5. Sep. Deſc.

10 Benefici Planetæ, nullã dignitatem habentes in horoſcopo, ſi in ſexta domo fortes, nec à maleficis particulariter afflicti conſtituantur, ferè ſemper ſana corpora largiuntur, aut certe paucioribus malis obnoxia.

Geneſis

*Geneſis Principis Barnimi, ducis Pomeraniæ ſenioris.*




Sic in genitura dicti ducis, Venus fuit in ſexta cæli domo fortis, nec à maleficis læſa. Hunc nunquam ferè aduerſam ſenſiſſe ualetudinem certum eſt.

*Antiſcia planetarum.*

♄ 12. 24. ♋
♃ 3. 41. ♍
♂ 2. 40. ♌
☉ 9. 6. ♑
♀ 9. 49. ♐
☿ 6. 1. ♑
☽ 4. 16. ♈

11 Cum beneficus benè affectus in ſexta conſtitutus eſt, ita vt in prima dignitatem aliquam habeat, idem quidem decernit: ſed remiſsius aliquanto, ita vt non prorſus in vita morbis careat: ſed interdum tamen & leuiter aliqua imbecillitas natum tentet.

*Vincentij Laurei Natiuitas.*




Sic in genitura Vincentij Laureæ, Venus domina horoſcopi, eſt in ſexta, in ſua exaltatione & à maleficis libera. Hunc ſcribit Gauricus, vſque ad annum 28. ægrotaſſe nunquam: Anno 1542. Iunio 28. die Mercurij, Romæ fuit à Tauro cum cornibus in altum ſublatus citra vllam noxam. Ipſe autem ſtuduit in Gymnaſio Patauino, & doctoratus fuit, eſtque Orator, Poeta, Philoſophus, Phyſicus, in Mathematicis diſciplinis eruditus & in Græcis literis doctus.

12 Maleficus planeta in ſexta cæli domo, læſus ab altero malefico vel eidem coniunctus in Ariete, Tauro, Cancro, Capricorno, Piſcibus, chronicis paſsionibus, ſæuiſsimiſque morbis afflictum corpus decernit, præſertim ſi alter eorum prærogatiuam aliquam in horoſcopo habuerit, vel dominum horoſcopi, aut alterutrum luminare afflixerit.

*Geneſis Ioannis Amulthonis Archiepiſcopi Scotiæ.*




EXEMPLVM huius Aphoriſmi patet inferius, vt eſt apud Cardanum, genitura ſecunda in commentariis Ptolemæi, in geneſi Ioannis Amulthonis, Archiepiſcopi Scotiæ. Is habuit Saturnum, & Martem placticè coniunctos in Scorpione, & domo ſexta, quorum Mars, & dominum horoſcopi Mercurium, & alterum luminare partiliter affligebat. Hunc ſcribit Cardanus fuiſſe valetudinarium, & magna cum pertinacia, morbum inexpugnabilem, & ſæuiſſimum ex pituita exortum eſſe affirmat.

*Geneſis Eraſmi Rhoterodami.*




IN genitura Eraſmi Rhoterodami, malefici ſunt in Piſcibus, in ſignis contiguis, debiles, quorum alter etiam dominum horoſcopi, oppoſito radio ferit, ad quæ incommoda accedit etiam combuſtio Lunæ. In tota igitur vita ſua, acerbiſſimos calculi dolores perpeſſus eſt, podagræ, alioſque graues morbos, qui à cerebro originem duxerunt.

*Antiſcia planetarum.*

♄ 18. 8. ♍
♃ 4. 18. ♋
♂ 3. 20. ♎
☉ 16. 38. ♒
♀ 9. 20. ♓
☿ 0. 42. ♓
☽ 16. 38. ♒

Thema

*Thema cælicum Ioannis Alberti Marchionis Archiepiſcopi Magdeburgenſis.*

In themate Ioannis Alberti Marchionis, Archiepiſcopi Magdeburgenſis, Luna fuit in Ariete, in domo ſexta, & circumſeſſa à Marte, qui & ipſe Lunæ iunctus in Ariete retrogradus, & à Saturno in Tauro: oppoſito verò aſpectu Solē Mars afflixit, dominus horoſcopi. Sol quoque, & Mercurius ex diametro pugnant. Fuit igitur aſſidua morborum ſæuitia, vexatus ac naturali quadam inclinatione ſtellarum, valetudinarius fuit.




*Guglielmi Mar. Mon. Natiuitas.*

Manifestum eſt, quòd hic habuit Lunam in ſexta cæli domo dominam horoſcopi, & Saturnus eam aſpexit ex ſextili aſpectu in ſignis lõgarum aſcenſionum, qui quidem aſpectus æquiualet quadrato, & ita ſine aſpectu fortunarum reperitur: quare fuit æger perpetuo tempore, & diuturnæ vitæ non fuit: vt narrat Cardanus.




*Antiſcia planetarum.*

♄ 2. 56. ♈

♃ 8. 28. ♎

♂ 7. 23. ♋

☉ 2. 8. ♉

♀ 20. 46. ♌

☿ 19. 57. ♈

☽ 7. 2. ♓

13 Dominus primæ in ſexta, per ſe debilis, & in ſigno noxio, aut à maleficis afflictus, valetudinariũ, aut ſæpius in vita cum aduerſa valetudine conflictantem decernit.

14 Infauſta valetudinaria conſtitutio eſt illa quoque, in qua malefici debiles ſupra ſignificatores valetudinis, verſus medium cæli eleuantur. Dicitur autem hoc loco eleuatio planetæ, cum fuerit ſupra finitorem circulum, aut alium ſignificatorem quęcunque ſubleuatus verſus mediũ cæli, ſeu in altiore loco figuræ cæleſtis poſitus, reſpectu ſignificatoris.

Quid eleuare planetæ.

15 Malefici ſupra ſignificatores valetudinis eleuatio, ſi ipſos quoque grauiter affligunt, nonnunquã vitia potius, & alia magna pericula, quàm morbos decernunt.

An cura

## *An curabiles futuri ſint morbi, vel incurabiles:*

**Si planetæ benefici** loca ſignificatorum feliciter aſpexerint, morbi erunt facile ſanabiles. Si autem nō aſpexerint, immedicabiles. Et in hoc iudicio ob ſeruādus eſt etiā aſpectus partilis & placticus, quò magis partilis fuerit, eò facilius curabitur morbus, quò magis placticus, eò difficilius curā admittet.

Erit impedimentum circa illam partem corporis, quam ſignificat ſignum, quod fuerit natiuitatis tempore impeditum. Hermetis Aph. 87.

Pars infirmitatis ſi fuerit deprauata à maleficis, natus patietur ægritudinem in membro, quod deputatur ſigno, ſub quo ipſa pars infirmitatis ſeu azemene reperitur. Abenrag. par. 5. cap. primo.

Aries ſignificat caput, & capitis partes, faciem, oculos, aures, dentes, barbam, &c. & harum partiū affectiones, vt vulnera in facie, dolores oculorum, ſurditatem, dolores dentium, puſtulas & neuos in facie, impetiginem, morpheam, & epilepſiam.

Taurus ſignificat collum, guttur, & horum morbos ſcrofulas, bocium, infirmitates colli, choleram nigram, aliquantulum temperatam.

Gemini ſignificant ſpatulas, brachia, manus; & eorum ægritudines ex ſanguine.

Cancer ſignificat, pectus, mamillas, ventrem ſuperiorem, ſplenem, pulmonem, & illarum partium ægritudines: item impedimenta oculorum, ſcabiē, impetiginem, ſerpiginem, lepram, lentigines, & maculas faciei.

Leo ſignificat pectus, cor, ſtomachum, diaphragma, coſtas, ſpinam dorſi & eorum infirmitates.

Virgo ſignificat ventrē, inteſtina, diaphragma, & omnes infirmitates, cuius radices ſunt ex melancholia, ſeu cholera nigra.

Libra ſignificat renes, vertebras, femora, lumbos, nates vſque ad clunes, & horum morbos: videlicet tenebroſitatem viſus, retentionem vrinæ, & egeſtionum: ſanguinis fluxum per inferiora.

Scorpio ſignificat anum, pudenda, veſicam, ilen, & horum morbos, ſcilicet lepram, ſcabiem, maculas faciei, cancrum, fiſtulas, difficultatem ſeceſſus, hæmorrhoidas, calculum, tenaſmon.

Sagittarius ſignificat coxas, femora, verenda, & horum morbos, febrem, caſum ab alto, & à 15. gradu vſque ad 18. ſignificat impedimenta oculorum, & infirmitates occaſione malarum beſtiarum.

Capricornus ſignificat genua eorúmque infirmitates, ſcabiem, lepram, amiſſionem loquelæ, mutitatem, ſurditatem, caliginem oculorum, febres, fluxum ſanguinis per inferiora: & à 22. gradu vſque ad 25. ſignificat impedimenta oculorum.

Aquarius ſignificat tibias cum ſuis morbis, ictéritiam nigram, venarum inciſiones: & à 20. gradu vſque ad 25. ſignificat oculorum dolores.

Piſces ſignificant pedes, & ægritudines pedum, podagram, ſcabiem, lepram, paralyſim, & eſt ſignū omnino morboſum, & phlegmaticum.

## *De ægritudinibus, quas cauſant planetæ in quolibet ſigno, ſecundum diuerſitatem membrorum corporis.*

| | ♄ | ♃ | ♂ | ☉ | ♀ | ☿ | ☾ |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ♈ | Pectus | Ventrem | Caput | Femora | Pedes | Crura | Caput Genua |
| ♉ | Ventrem | Dorſum | Collum | Genua | Caput | Pedes | Collum Crura |
| ♊ | Ventrem | Verenda & Succedentia | Pectus & Succedentia | Crura Talos Cauillos | Collum | Caput | Brachia Humeros Femora |
| ♋ | Virilia & Succedentia | Femora | Pectus | Pedes | Brachia Humeros | Guttur Oculos | Caput Pectus Stomachū |
| ♌ | Verenda & Succedentia | Genua Femora | Ventrem | Caput | Cor | Guttur Humeros | Collum Cor Stomachū |
| ♍ | Pedes | Genua & Succedentia | Ventrem | Collum | Ventrem Stomachum | Cor | Humeros diaphragma Genua |

## *De ægritudinibus, quas cauſant planetæ in quolibet ſigno, ſecundum diuerſitatem membrorum corporis.*

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ♌ | Genua & Succedentia | Caput Oculos | Verenda & Succedentia | Humeros | Caput | Ventrem | Cor Ilia Nates |
| ♍ | Cauillos & Succedentia | Pedes | Caput Brachia Femora | Cor | Verenda & Succedentia | Dorſum | Ventrem Verenda |
| ♐ | Pedes | Caput Crura | Manus Pedes | Ventrem | Brachia Femora | Cor Verenda | Dorſum Femora |
| ♑ | Caput Pedes | Oculos Genua | Humeros Crura | Dorſum | Cor Femora | Verenda & ſuccedentia | Femora Genua |
| ♒ | Caput Collum | Humeros Pectus Pedes | Cor Cauillos | Verenda & Succedentia | Genua & ſuccedentia | Cor Femora | Verenda Tibias |
| ♓ | Collum Humeros Brachia | Caput Cor | Ventrem Cauillos | Femora & Succedentia | Collum Dorſum | Verenda Crura | Femora Pedes |

## *De doloribus oculorum, & cæcitate, ex ſuffuſione aliiſque periculis Aphoriſmi memorabiles.*

1 Saturnus in duodecima domo ſi fuerit, & reſpiciat Solem, Lunam, & Martem ſimul iunctos trigonica radiatione, cæcitatem ſignificat. Materni ſent. lib. 6. cap. 31.

2 Saturnus in ſeptima domo, & Sol in ſecunda domo, & Luna in ſexta ſit conſtituta, proceſſu temporis, aſſiduæ valetudines ſuffuſionis vitio afferunt cæcitatem. Mat. vt ſup.

3 Mars ſi in medio cæli fuerit inuentus, & Saturnus in vndecima domo, Sol verò in ſecunda, & reſpiciat Lunam in octaua domo exiſtentem per diametrum, extincto vno lumine oculorum, alterius reſeruatur. Mat. vt ſup.

4 Mars ſi fuerit in vndecimo loco, & Mercurius in nono, & Luna in ſexto, & reſpiciat Martem ex diametro: & Saturnus, & Sol fuerint coniuncti in octaua domo, miſerum cæcitatis malum infligũt, Mat. vt ſup.

5 Sol in horoſcopo, & Saturnus in quarta domo ſi fuerint inuenti, & Luna dextrum trigonum ab horoſcopo poſſideat, ſignificat periculum cæcitatis. Mat. vt ſup.

6 Sol & Luna ſi fuerint in horoſcopo ſimul coniuncti, aut vnus horoſcopum præcedat, & alter ſubſequatur, ita tamen, vt hoc in horoſcopi ſigno fiat, & Mars reperiatur in ſecunda domo, & reſpiciat Saturnum aliquo aſpectu, hæc conſtellatio miſerũ oculis onus cæcitatis imponit. Mat. vt ſup.

7 Sol in horoſcopo, & Mars & Saturnus in ſecunda domo, ſi fuerint inueti, in dextro oculo aliquod vitium infligitur. Mat. vt ſup.

8 Sol ſi fuerit inuentus in horoſcopo, & Saturnus in ſecunda domo, & Luna in medio cæli, & Mars in vndecima: miſeria decernitur cæcitatis, & luminis. Mat. vt ſup.

9 Sol & Mars ſi fuerint in octaua domo, & in diametro eorum in humano ſigno fuerint coniuncti Luna & Saturnus, cæcitatem cum corporis infirmitate decernunt. Mat. vt ſup.

10 Sol in natiuitate diurna ſi fuerit in vno angulorum cum infortuna, aut in eius malo aſpectu, ſignificat nocumentum in oculo dextro. Quòd ſi fuerit infortuna in ſigno habente figuram humanam, proueniet nocumentum hominis percuſſione: & ſi in ſignis impedientibus (ſcilicet Ariete, Tauro, Cancro, Scorpione, Capricorno, & Piſcibus) fue

bus) fuerit infortuna, erit nocumentum propter ægritudinem, ſecundum naturam infortunæ, & etiam naturam loci illic exiſtentis. Abrahami Auenaris ſententia in ratione ſextæ domus.

11 Si Luna fuerit in natiuitate diurna in domo ſeptima, vel decima, & fuerit infortunata, impedimentum exiſtet in oculo ſiniſtro. Idem vt ſup.

12 Luna & Sol ſi fuerint infortunati, impedimentum aderit in ambobus oculis. Almanſoris ſententia. 15.

13 Luna ſi fuerit in natiuitate diurna in alijs domibus extra ſeptimam & decimam domum, & ipſam aſpiciat vnus malorum, aut quòd ita ſit Sol, non denotabit impedimentum perfectum in oculo.

14 Luna ſi in natiuitate nocturna fuerit infortunata & ſupra terram, ſignificat impedimentum in oculo dextro. Quòd ſi damnans Mars, & fuerit in ſigno humano, denotat nocumentum venturum ex parte hominis cum baculo, vel gladio. Abrahami Auenaris ſent. vt ſup.

15 Meſſahalach dicit: Si in gradu aſcendentis fuerit locus Pleiades, aut Luna illic in aſpectu malo cum aliquo malorum, denotat infirmitatem in oculis.

16 Hermes inquit: Si fuerit diſtantia inter Solem & Saturnum, aut Martem, ſiue orientales, aut occidentales ſint 82. gradus, denotat nocumentum in oculo.

17 Luna ſi fuerit in Sagittario in horoſcopo, ſiue impedita à malis, vel non impedita, accidit nato impedimentum in oculis, & timetur ſuper eum cæcitas. Abrahami Auenaris ſent. vt ſup.

18 Luna & Saturnus ſi fuerint ſimul coniuncti in ſigno tropico, & in eorum diametro fuerint pariter collocati Sol & Mars, oculis periculum ſemper affertur. Materni ſententia lib. 6. cap. 31.

19 Luna & Saturnus ſi fuerint inuenti in medio cæli, & Sol & Mars in octaua domo, ſic etiam miſeria decernitur cæcitatis. Mat. vt ſup.

20 Luna ſi fuerit in horoſcopo, & Sol in ſeptima domo eam reſpiciat per diametrum, maximum vitium oculis affert. Mat. vt ſup.

21 Luna & Mercurius ſimul coniuncti, & in ſiniſtro, quadrati latere Martem habeant, & Venerem conſtitutos, aut corpus acuto capite deformant, aut oculorum aciem peruerſa luminum compoſitione dedecorant, aut ceruicem faciunt ab vno turpiter latere deflexam. Mat. vt ſup.

22 Luna ſi fuerit in quarta domo, & reſpiciat trigonica radiatione Saturnũ Solẽ, & Martem poſitos in octaua domo, cæcitatem, & corporis debilitatem miſerámque mendicitatem decernunt. Mater. vt ſup.

23 Luna in horoſcopo & Mars & Saturnus in ſecunda domo ſi fuerint inuenti, in ſiniſtro oculo vitium aliquod accipiet: Sed hæc in nocturna genitura. Mat. vt ſup.

24 Luna ſi fuerit in medio cæli, & Sol fuerit in horoſcopo conſtitutus: Saturnus verò nonam domum teneat, maximam viſus debilitatem inducũt. Mat. vt ſup.

25 Luna ſi in Tauri Pleiadibus fuerit inuenta, aut in Cancri nebula, aut in Leonis iuba, aut in Scorpionis fronte ab octauo vſque ad decimum gradum Sagittarij, aut in ſpinis Capricorni, aut in Piſcium lino, aut in Arietis capite, & ſit minuta luminibus, & eam aut Saturnus aut Mars aliqua radiatione reſpiciat, cæcos efficiet. Si verò Luna ſit plena luminibus, cæcos quidem non efficiet, ſed aut vitium, aut valitudinem, vel cicatricem, ſeu notam in vultu ſemper infligit, vt inhoneſta quadam ſpecie formæ faciem dedecoret. Mat. vt ſup.

26 Luna in Geminis, vel Libra, vel Aquario à Marte infortunata, ſignificat putredinem oculorum, ac ipſorum lippitudinem. Guidonis Bonati ſententia, par. 5. cap. 3. in ratione 6. domus.

27 Sol cum Marte, aut cum Mercurio in ſeptima domo ſi fuerit inuentus, natus luſcus efficietur, ſed cui aliquando homicidij facinus inferatur. Mater. Sent. lib. 7. cap. 7.

28 Luminaria vtraque, aut alterum, conſtitutum in via lactea, aut cum ſtellis nebuloſis, aut oppoſita ad inuicem, & afflicta à maleficis, ☌. ☍ aut □. vel Sol quadrato affligens Lunam ſic conſtitutam, præſertim in ortu, occaſu, aut in ſexto ab horoſcopo loco: vel cæcitatẽ, ſi vtrunque Luminare ſic conſtitutum fuerit, vel alterius oculi priuationem, minatur: Dextri quidem, ſi Sol, ſiniſtri, ſi Luna hoc modo afflicta, & conſtituta fuerit. Saturno quidem, ex diffuſione, ſeu catarrho aliquo ad oculos defluente. Marte ex ictu & violentia.

Quod ſi aſpectus aliquis beneficorum interceſſerit, aut Luminaria abſque maleficorum radiis malignis, in locis ſupradictis conſtituta fuerit, mitigari quidem periculum poteſt, non tamen omnino auerti. Fieri enim poteſt, vt cæcitatem quis effugiat, ſed dolores oculorum, & debilitatem viſus tamen ſentiet. Vnde tales plerunque, quibus Luminaria (quæ oculis præſunt) ita affecta fuerint, habent vel hebetem viſum, & obtuſum, vel luſcum, vel cæcutientem.

Thema

Digitized by Google

*Thema cæli Heliſabethæ Gatæ ex gente illuſtri natæ Londini.*




VIDI apud Cardanum hanc geneſim, in qua obſeruationes reperio, quas dicit Ptolemæus. Ipſe enimuero ait, Quando Luna fuerit in horoſcopo, vel ſeptima domo, & applicuerit ad vnam ſtellam nebuloſam ſigniferi, ſcilicet ad Pleiades, Aſinos, cuſpidem Sagittarij, aculeum Scorpionis, vrnam Aquarij, & quæ in Leone ſunt iuxta Crinem Berenicis, fiunt cæcitates. Quare quatuor ſunt loci facientes vitia in oculis. Primus eſt nebuloſa ſtellarum. Secundus Lacteæ viæ. Tertius ſtellarum, quæ ſunt naturæ Solis & Martis, vel Lunæ & Martis. Quartus ſtellarum occultarum. Item ſubiungit, ſi Luna coniuncta Soli in vno angulorum poſt Martem, vel Saturnum fuerit, vel ſi loco Lunæ fuerit Sol, & ante ipſum Saturnus vel Mars in angulo fuerit, tunc ſignificatur ex quocunque horum trium modorum cęcitas in altero oculorum, vt in figura ſubiecta patet. Nam Lunam habuit coniunctam Soli, & cum ſtella occulta ex Zodiaco, & Iupiter erat in cauda eius, & Venus etiam impedita à Saturno, & Saturnus in angulo dominus loci luminarium, & Iouis & Mercurij, & cum tribus ſtellis de natura Martis & Lunæ, quarum vna etiam eſt nebuloſa, & omnes Planetæ in via Lactea & ſub terra: quare hæc puella fuit cæca ambobus oculis: quæ cæcitas fuit incurabilis, & incępit à paralyſi quarto anno cæcitatis, & proceſsit ex dilatione pupillæ. Et ideo erit etiam breuis vitæ, vel ſaltem morboſa toto tempore vitæ ſuæ.

*Termini viæ Lacteæ, ſiue Galaxiæ, qui ſunt in Zodiaco.*

Exoritur Lacteus circulus in Septentrionali parte Zodiaci circa 20. gradum Geminorum, & extendit ſeſe vſque ad primum gradum Cācri. Deinde in meridionali parte Zodiaci oppoſita à Sexto Sagittarij vſque ad 16. gradum eiuſdem ſigni, circa quem rurſus euaneſcit.

Denique rurſus aperit ſeſe circa 24. gradum Sagittarij, & circiter quintum gradum Capricorni terminatur.

In his igitur ſpaciis intermediis Zodiaci, Luminaria ſi extiterint, in via Lactea eſſe dicuntur.

*Nebuloſæ ſtellæ quæ ſint.*

Nebuloſæ ſtellæ, in hac conſideratione, maximè efficaces in his Zodiaci locis conſtituuntur.

Præſepe, hodie eſt in primo gradu 22. minut. Leonis.

Pleiades in dorſo Tauri, circa 23. gradum, 24. min. Tauri.

Coma Berenices hodie eſt in 15. grad. 23. min. Virginis.

Nebuloſa Scorpij eſt in 22. grad. 12. min. Sagittarij.

Nebuloſa in oculo Sagittarij eſt in 6. grad. 12. min. Capricorni.

Huc etiam refert Pontanus libro decimo de rebus cæleſtibus, Linum Piſcium, in dodecatemorio Arietis, & caput Arietis præſertim circa 2. 4. 13. & 25. aut 26. Arietis gradum.

Orionis nebuloſa eſt in 18. gradu Geminorum.

Stella Capuli enſis Perſei eſt in 19. gradu Tauri.

Nebula in capite Perſei, in 20. grad. Tauri.

A

*Geneſis Donni Iulij Eſtenſis.*




EXEMPLI cauſa, quidam Ferrarienſis (vt narrat Gauricus) ~~habuit~~ Solem in initio Leonis circa præſepe, in oppoſito Lunæ & Saturni, vtroque luminari ſimul in quadrato partili ~~malefici Martis conſtituto~~. huic oculi effoſsi ſunt cum ſtilo ligneo acuto, dum eſſet in venationibus: ſed illos pendentes ſupra naſum propriis manibus in ſuis locis adaptauit, ſiniſter transuerſo ordine interpoſitus, ~~eius aciem amicit~~ vixitque 36. annos in carceribus, & ibidem morti occubuit.

*Geneſis Aurelij Vergerij Iuſtinopolitani.*




ALIVS quidam habuit Solem circa Linum Piſcium in coniunctione Martis. Huic dexter oculus vltimo chordæ nodo campanæ caſu excuſſus eſt, dum intraret eccleſiam ad audiendum diuinum officium. Erat enim doctus in poetica facultate: pleroſque docuit extrahere cifras, anno 1519. die Octobris 2. Sol ad quadratum Saturni fuit in culpa, vt effoderetur ei oculus dexter. 107.42. Dicunt plerique ipſum in vrbe interiiſſe 1532. labente.

Alius habuit Lunam circa Pleiades in oppoſito Saturni. Is poſitus oculum ſiniſtrum ei ex ſuffuſione ei ademit, & in altero oculo periculum metuendū eſt, propter Solem non longe à præſepe cum Marte conſtitutum.

Aphor. 26. Luminare conditionarium, id eſt, Sol in diurna genitura, & Luna in nocturna, iunctum corporaliter malefico, vel ſi eidem luminarium, aliquis maleficorum ſucceſſerit, aut etiam anteceſſerit, ita vt ratione primi mobilis vel luminare in locum à malefico infectum, vel maleficus eodem motu in locum luminaris feratur, periculum cæcitatis, aut certè graue vitium in eo oculo minatur, cui luminare hoc modo conſtitutum præeſt. Nam progrediens maleficus hoc modo ex illo loco, quem pridem Luminare tenuerat, vel Luminare progrediēs in locum malefici, ſtatim eum præſentia ſua inficit, cauſaſque naturales excitat, quibus nati illius oculo vitium affertur.

De

Digitized by Google

*Geneſis Fantini Cornelij Veneti.*

De hoc Aphoriſmo ſcribit Gauricus, quendam Venetum habuiſſe Solem temporis luminare ab oppoſito Saturni afflictum, qui ſucceſsit motu primi mobilis in locũ à Marte infectum, quæ ſanè conſtitutio dextri oculi aciem ei hebetauit.

*Antiſcia planetarum.*

♄ 6. 44. ♐
♃ 0. 13. ♌
♂ 14. 54. ♋
☉ 5. 23. ♊
♀ 23. 53. ♉
☿ 22. 13. ♉
☽ 16. 30. ♈




*Geneſis Iacobi de Panico Patauini, ſeu Bononienſis Patritij.*

Siquidam Patritius Bononienſis, debiliſsimum habuit viſum: Sol enim fuit in via Lactea cum nodo auſtrino, ac proximè motu diurno delatus eſt in locum à Marte infectum.

*Antiſcia planetarum.*

♄ 4. 31. ♐
♃ 6. 6. ♌
♂ 5. 8. ♌
☉ 3. 16. ♋
♀ 1. 32. ♋
☿ 16. 48. ♋
☽ 11. 17. ♎






CARDANVS genituræ poſitum tradit, 38. numero in opere geniturarum, in qua Sol cum nebuloſa in capite Orionis exiſtens, ſtatim ſucceſsit motu primi mobilis in locū Saturni, ſupra omnes Planetas, in medio cæli eleuati. Hunc ludendo ſibi dextrū oculū effodiſſe ſcribit.

*Antiſcia planetarum.*

♄ 0. 49. ♌
♃ 3. 31. ♎
♂ 8. 44. ♊
☉ 13. 6. ♋
♀ 8. 20. ♊
☿ 18. 50. ♊
☽ 28. 49. ♊

Aphor. 30. Luminaria oppoſita, præſertim ex angulis, ſi fuerint libera à maleficis, luſcos atque ſtrabos decernunt oculos.

Si alterutrum fuerit cum ſtellis nebuloſis, aut in via Lactea, & ſimul læſum ab alterutro maleficorū, alterius oculi cæcitatem, aut certè hebetudinem decernit.

## *Geneſis Alemani Lipſienſis.*

SI vtrumque, vtriuſque orbitatem promittunt. Sic quidam Lipſienſis, cuius meminit Gauricus, tractatu ſexto, Luminaria oppoſita habuit in angulis, & affligebantur ei quadrato Martis partili, altero eorum non procul diſtante à capulo enſis Perſei. Is igitur vtroque oculo orbatus eſt.




*Antiſcia planetarum.*

♄ 5. 0. ♑
♃ 8. 16. ♈
♂ 15. 50. ♉
☉ 21. 45. ♒
♀ 17. 52. ♑
☿ 7. 52. ♒
☽ 14. 20. ♌

Aphor. 31. Luminaria vtraque cum ſtellis nebuloſis, aut in via Lactea exiſtentia, extra radios maleficorum: ſed ſeſe inuicem tamen affligentia, luſcos aut ſtrabones decernunt.

Aphor. 32. Luminaria vtraque, vel alterutrum obſeſſum, aut afflictum à maleficis radiis maleficorum, extra tamen viam Lacteam, aut ſtellas nebuloſas, periculum cæcitatis, aut grauem oculorum morbum decernit, niſi beneficus Planeta aut corpore, aut radio interuenerit, quod cum ſit, cæcutientes, vel luſcos, aut ſtrabos vt plurimum efficit.

Sic quidam habuit Solem in Geminis, ab vtroque malefico obſeſſum extra viam Lacteam & ſtellas nebuloſas, ita vt Venus benefica corpore intercedet. Periculum igitur cæcitatis, & cæcutientes oculos decernit.

Sic

Digitized by Google

*Geneſis Victorini Strigelij.*




Sic Victorinus habet in geneſi Solem cum obſcura ſtella in ſcapula Sagittarij & quadrato Martis partiliter ex angulis, quæ conſtellatio ei debilitatem viſus tribuit.

*Antiſcia planetarum.*

♄ 8. 20. ♎
♃ 27. 40. ♍
♂ 20. 39. ♓
☉ 14. 43. ♐
♀ 1. 58. ♒
☿ 8. 42. ♑
☽ 25. 0. ♒

Vide eius natiuitatẽ pag. 169.

Aphor. 33.

Sic Henricus Rex Galliarum Solem habuit obſeſſum à maleficis circa Linum Piſcium, vtriuſque quadrato radio. Confoſſus eſt ei oculus in haſtiludio, anno 1559. & ex illo vulnere mortuus eſt.

Luna lumine diminuta, & à maleficis afflicta, ſiniſtri oculi amiſsionem decernit. Quòd ſi ſimul tunc fuerit in via Lactea, aut cum ſtella nebuloſa, vel dominium in ſexta habuerit, eò deterius erit.

Quòd ſi à Marte læſa fuerit, præſertim ex angulis, vitium inferetur, aut ferro, aut igni, aut ictu, aut vi quapiam externa.

Quod ſi idem Mars Lunam quadrangulo aut oppoſito radio, & Mercurium ſimul afflixerit, vitium expectandum eſt gymnicis palæſtricisque certaminibus & ludis.

Si Saturnus fuerit autor illius *mali*, à vitioſis humoribus, & perniti oſa ſuffuſiõe originem ducet. Sic Cardanus 86. genitura exemplum tradit cuiuſdam, in cuius geneſi, Luna lumine diminuta afflicta eſt quadrato Saturni partili ex angulo medij cæli. Hunc Scribit circa annũ 14. exphlegmone in palpebra ſiniſtra, magnum periculũ amiſsionis oculi ſenſiſſe, verum vita eius erit plena laboribus: vt inſinuat Luna in cuſpide ſeptimę cæli domus.




Plura de oculorum morbis vide in Pontano lib. decimo de rebus cæleſtibus cap. 2. Et inferius in Albubatre.

*De difficultate auditus.*

Dominus ſextæ, ſi fuerit maleficus, debilis, & ab altero malefico impeditus, difficultatem audiendi decernit. Sic quædam puella habet Saturnum dominum ſextæ eleuatum verſus medium cæli ſuper reliquos Planetas, debilem, & quadrato Martis afflictum. Hic poſitus ſurditatem ei tribuit, qua ab ineunte ætate laborauit.



Digitized by Google

In animaduerti poteſt in geneſi cuiuſdam Medici, laborantis ex difficultate auditus, quoniã in ei' natiuitate erat Luna domina ſextæ domus in Capricorno cũ Marte, & Saturnus diametrabatur ei. Hic omnium rerum eſt ſtudioſiſſimus, & in primis Medicinæ, quã exercet feliciter.




*Latitudines planetarum.*

♄ 0. 31. Mer. Deſc.
♃ 0. 43. Sept. Aſc.
♂ 0. 20. Mer. Deſc.
☉ 0. 0.
♀ 1. 3. Sept. Deſc.
☿ 3. 15. Sep. Deſc.
☽ 3. 43. Sep. Deſc.

Saturni ſtella ſurditatis vitium denũciat, auditũ lædit, & maximè dextram aurem, vbi in Saturni domo, aut finibus eſt Mercurius, in octaua domo.

Mala etiã collocatio Saturni auditum planè eripere poteſt, vt pernitioſis & latẽtibus humorib', quorum ipſe fons eſt, vitientur aures, accedente etiam frigiditate Saturnina. Humidum enim craſſum & lentum, ac frigus ipſum permultum obeſt auribus, cuius Saturnus eſt excitator. Mercurio autem malè poſito, qui mouẽdis aëris affectionibus præſidet, audiẽdi quoque ſenſum, qui eſt aërius, affligi neceſſe eſt.

4 Saturn' & Iupiter infortunati ſi fuerint ſuper terram, erit in auditu natus damnatus.

5 Saturnus dominus ſextæ domus ſi fuerit ſupra terrã, & Mars eũ malè aſpiciat, ſeu inficiat, procul exiſtẽtib' ſtellarũ radiatiõib', malũ aliquod in aure dextra excitabit ſiue tinnitũ, ita qđ auditũ impediet. Si verò fuerit ſub terra, ſplenis infirmitatem faciet.

6 Iupiter ſi fuerit cõbuſt', vel infortunat', & adhuc procliui' ſi in domo ſexta fuerit, denotat dolorem auris ſiniſtrę in natiuitate diurna, vel nocturna. Sed ſi fuerit ſub terra ſecundum obſeruationen Hermetis, patietur natus in hepate.

7 Mercuri' ſi fuerit in ſexta domo, exiſtẽtque dominus ſextæ, vel duodecimæ infortunatus, natus erit ſurdus, vel mutus, aut læſus in auribus & loquela. Abenragelis ſent. par. 5. cap. 4.

8 Mercurius ſi fuerit dominus ſextæ domus, & in oppoſito Saturni, natus ſurdus erit.

Hic natus ex difficultate auditus patitur, prout inſinuat vltimus Aphoriſmus.




*Latitudines planetarum.*

♄ 2. 24. Mer. Deſc.
♃ 1. 36. Mer. Deſc.
♂ 0. 9. Sep. Deſc.
☉ 0. 0.
♀ 1. 8. Mer. Deſc.
☿ 1. 24. Mer. Aſc.
☽ 2. 43. Mer. Aſc.

*Antiſcia planetarum.*

♄ 14. 41. ♋
♃ 14. 26. ♍
♂ 15. 40. ♒
☉ 22. 41. ♐
♀ 3. 20. ♐
☿ 7. 25. ♑
☽ 26. 7. ♒

De

*De linguæ vitiis & impedimentis.*

1 Cum igitur de linguæ diſpoſitione pronūciandum eſt, conſidera ſtatum Mercurij, & Saturni, qui cum Sole in genitura, partiliter coniuncti in cardine præſertim ortus vel occaſus, ac Lunæ cōfiguratione, ac Mercurio ſimul exiſtente occidentali, hic poſitus linguæ vitium minatur: aut enim balbutiet natus, aut bleſè, aut hæſitanter loquetur. Mercurius enim linguæ, & orationi præſidet. hinc à Saturnō, & Sole afflictus, accedentibus Lunæ noxiis radiis, linguæ malum habitum tribuit. Mitigat hoc malum Mars coniunctione ſua obſiſtens aut Lunæ occurrens radiis beneficiis, propter inſitam ſuam celeritatem, & vigorem.

2 Sic Mercurius debilis, id eſt, combuſtus, retrogradus, aut in detrimento ſuo, aut caſu, in malo cæli loco, ſtupidum, & fatuum decernit. Quòd ſi ſimul ſit in malefici, præſertim Saturni, & Lunæ inimicis radiis, vel ei motu diurno maleficus ſuccedat, vel eum antecedat, ita vt alter in alterius locum incurrat, Mercurio, aut malefico in ſexta exiſtente, aut dominium in eo habente, aut omnino mutum, aut impeditæ linguæ hominem decernit maximè ſic conſtitutus in Tauro, Cancro, Scorpione, & Piſcibus: quæ ſigna dicuntur muta, & voce carentia. Sic quidem futurus, & mutus, habuit Mercurium in octaua ſub radiis, & detrimento, retrogradum, à Saturno domino ſextæ peſſimè affectum in piſcibus. *Quæ ſigna dicuntur muta.*

*Aldi Vrbani Cardani Natiuitas.*

Sic in genitura filij Cardani Aldi Vrbani, Mercurius in Tauro, circa Pleiades affligitur ab oppoſito Saturni radio, in ſexta dominium habentis, Luna ſimul in Piſcibus lumine diminuta, & à Marte ex angulis impedita exiſtente. Hunc pater Cardanus teſtatur māſiſſe mutum vſque ad annum quintum, & poſtea linguam eſſe ſolutam. Luna in ſeptimo loco, peregrina pericula ex aquis decernit, quæ ſubiit bis, adeò vt eſſet ſine ſpe. Eadem vagabundum reddit atque ita eſt ab anno 14. nunquam ſe in vno in loco continuit: ſed per Italiam perpetuo peregrinatur.




*Thema cæli Alexandri comitis de Rubeis.*

Gavricvs muti exemplum ponit in vltima genitura, comitis cuiuſdam qui Mercurium circa Pleiades à Sole combuſtum & ab vtroque malefico obſeſſum habuit. quin etiā ex Marte, Solem, & Venerem radiatione tetragona cōmaculante, Mercurius, & Sol in finibus Saturni itidem affirmare videntur.






Addam memorabile exemplum cuiuſdam puellæ, quæ tenet Mercurium in ſua natiuitate combuſtum in ſigno Sagittarij ſauciatum à Marte ex quadrato aſpectu, qui quidem reperitur in ſigno muto, ſcilicet in ſigno Piſcium. Et ſimiliter Luna domina horoſcopi exiſtẽs in ſigno Arietis (qui caput ſignificat) à Saturno ex ſigno muto impedita eſt ex tetragona radiatione. Quare hæc puella orta eſt ſurda atque muta.

Sic impeditæ linguæ ſunt, quibus eſt Aſcẽdens, dominus aſcendentis, & Mercuri⁹ in ſignis mutis, & in quadrato, vel oppoſitione Saturni: vel qui omnes Planetas habent in ſignis mutis. Pro magnitudine autem infortunij, de impedimento linguæ eſt pronunciandum. Cùm enim omnes iſti ſignificatores ſunt in mutis ſignis impediti, natus erit mutus. Si aliqui verò in ſignis mutis, & impediti, aliqui verò in ſignis vocem habentibus, & in bonis aſpectibus Iouis, Veneris, aut Martis, natus erit bleſus. Ac ſemper principales ſignificatores conſiderandi ſunt, & ex multitudine teſtimoniorum aliquid certi eſt pronunciandum.

4 Mercurius combuſtus, mouebit linguam balbutientem.

5 Mercurius ſi iunctus fuerit cum Saturno, vel in eius aſpectu quarto, vel oppoſito, aut fuerit cadens ab angulis in loco vili, & infortunato, aut combuſtus, vel retrogradus, aut peregrinus in ſigno muto, natus ex qualibet harum ſignificationum erit lingua damnatus, vel mutus.

6 Mercurius ſi fuerit infortunatus in ſigno Piſciũ, & fuerit dominus aſcendentis, vel Almuten natiuitatis, natus erit mutus, vel impeditæ linguæ. Verum ſi Mars, vel Saturnus nõ reſpiciãt Mercurium, erit loquax ad faſtidium, atque nimium verboſus.

*De doloribus dentium.*

Saturnus combuſtus à Sole, in ſigno aqueo, vt Cancro, Scorpione, aut Piſcibus, amiſsionẽ dentium cum grauiſsimis doloribus decernit, præſertim in horoſcopo ita conſtitutus, vel in ſexta domo dominium habens. In aliis autem ſignis, ſic combuſtus dolorẽ potius, ex crebro defluxu pituitæ ad gingiuam decernit.




Hoc patet ex geneſi Cardani patris Hieronymi Cardani, qui omnes dentes amiſit anno ætat. 58. Fuit à Sole combuſtus Saturnus in ſigno Cancri, & quidem in horoſcopo. Nõ pauca in hoc viro adnotatione digna fuere. Primum fuit longitudo vitæ, cum 79. exceſſerit annos. Præſtat hoc Sol fortis in horoſcopo. Secundum fuit, doctrina ſuo tempore non contemnenda, græca, latinaque. Hoc indicabat Mercurius in Leone in trigono Lunæ: quæ erat in Cauda Draconis. Et ita fuit iuris vtriuſque doctor, Medicus, & Mathematicus. Tertium fuit, Occultarũ doctrinarũ notitia, Necromantiæ peritia tanta, vt omnes ætatis noſtræ ſuperauerit: vt narrat fili⁹ ſuus. Humidiſsimo fuit cerebro. Præſtat hoc Saturnus in horoſcopo, & Luna in ſexta, in Sagittario, in trinõ Mercurij. Publicè credebatur ſpiritum familiarem habere, quod & ipſe fatebatur ingenuè. An ita id ſit, penes lectorẽ iudiciũ eſto.

*Thema cœli Facij Cardani.*

De

*De capitis dolore.*

Iupiter dominus primæ domus in ſexta conſtitutus à Saturno læſus, dolores capitis, & ſpinæ dorſi paſsiones, aut difficultatem ſpirandi, vel anginam portendit.

2 Idem decernit Iupiter dominus ſextæ, in prima, vel ſeptima conſtitutus, & hoc modo afflictus.

3 Dominus primæ in ſexta valetudinarios decernit. Quòd ſi fuerit Saturnus debilis & afflictus à Sole, aut Marte, aut coniunctus Lunæ, natum catarrhoſum, & forte paralyſi obnoxium decernit.

4 Luna in octaua domo infortunata, acerbum morbum in capite, & plerunque exitialem ſignificat. Abrahami Auenaris ſententia in ratione 6. domus.

5 Luna iuncta Saturno plena luminibus affliget cerebrum, & ventriculum, & membrum ſigni, in quo eſt, correſpondens.

## *Franciſci 2. Regis Gallorum natiuitas.*




FRANCISCVS ſecundus Rex Franciæ Henrici 2. filius mortuus eſt anno 1560. Die 5. Decembris hora 10. min. 30. poſt meridiem ex exulceratione mādibulorum: ſeu ex apoſtemate in capite: vt inſinuat dominus horoſcopi in ſexta cæli domo debilis, & Luna coniuncta cum Saturno domino ſextæ domus, infortunato à Marte, vt demonſtrat 3. Aphoriſmus. Exiſtimo principem hunc, ſi non ad tollendam ſectarum rabiem ex ſuo regno, ad compeſcendam ſaltem fuiſſe progenitum. Nam in horoſcopo regiæ ſtellæ ſunt inuentæ, quæ ingenium, bonáſque animi, & præclaras dotes decernunt. Mars autem cum Ioue iuxta cæli imum, fortitudinem, & militiæ peritiam non mediocrem præſtat. Et quia omnes planetas habuit ſub terra, ideo vitā longam habere non potuit. Et ſic quando Gallia credidit quietem inuenire, tunc Rex ad aliam vitam migrauit: Quare ortæ ſunt deinde multæ tribulationes, diſsidia, bella, & hominum ſtrages. Res rari exempli.

*De morbo epileptico & comitiali.*

Ex cerebri vitio manat comitialis morbus, qui caducus nunc dicitur. Sunt autem epilepticorum tales conſtitutiones.

1 Luna ſi fuerit in medio cæli conſtituta in duplici ſigno, & Saturnus in occaſu, & Mars in quarta domo caducos efficiet. Maternus cap. 31. lib. 6.

2 Luna cum Sole & cum Marte in medio cæli, & Saturnus, aut cum iis, aut in occaſu poſitus, caducos ſimili ratione perficiet, qui inſano mentis furore mutati, rectum perdant ordinem vitæ. Idem vt ſupr.

3 Luna in horoſcopo conſtituta, Saturnus autem cum Mercurio in ſeptima domo in eius oppoſitione morbum comitialem, animique languorem, ac quandam fatuitatem decernit, & natum efficiet epilepticum.

4 Luna, Sol, Mars & Saturnus in ſignis duplicibus, videlicet, vt Sol in Geminis in horoſcopo poſitus: Luna in medio cæli in piſcibus: Mars in virgine in quarta domo, & Saturnus in Sagittario occaſum occupans, comitialem morbum portendunt.

5 Luna medium cæli poſsidens, ſi & ipſa in duplici ſigno poſita fuerit, & ſi Martem in quarta domo poſitum in ſigno etiam duplici contra ſe ſtātem viderit, & Saturnus ab occaſu vtrique quadrangulabitur, comitiali morbo eum qui tunc naſcitur, afficiet, exagitatis multifariam, vitiatiſq; humoribus, qui morbum ipſum excitabunt.

6 Luna Soli ac Marti partiliter copulata in medio cæli, eundem morbum ingenerabit, vitiato ab humorum exceſſu cerebro: ſi autem Saturnus fuerit cum illis cōiunctus, aut Lunæ in ſeptima domo poſitus quadrangulabitur, quin etiam mentem ita turbabit, vt forte à recto illum vitæ ordine retractum in furorem impellat.

7 Sol in horoſcopo ſi fuerit inuentus in ſigno Geminorū, & Luna in Piſcibus in medio cæli, & Mars in Virgine in quarta domo, caducos perficient, ac graui morbo furentes. Mater. cap. 31. lib. 6.

8 Sol in octaua domo, & Luna in eius diametro in ſecunda domo, vel ei ſi coniuncta fuerit partiliter, & Mars & Saturnus cum ipſo copulati, aut oppoſiti aut quadrangulati exiſtentes, eius qui tunc naſcetur caput ita grauabunt humoribus, cerebrúmque vitiabūt adeo, vt inde lunaticus ac comitialis morbus

Digitized by Google

bus erumpat, natúſque ipſe ſæpius eo morbo intercipiatur, deſipiátque inter loquendum.

9 Sol in domo Martis, vel Saturni ſi fuerit conſtitutus in horoſcopo cum Mercurio partiliter, Mars vel Saturnus in ſeptima domo fuerit, ſignificat morbum comitialem.

10 Mars & Mercurius in Horoſcopo in ſignis tropicis, vel duplicibus ſi fuerint coniuncti, & Iupiter eos reſpexerit ex ſeptima domo, aut epilepticos faciunt homines, aut certe præpoſtera mente ſemper inſanos. Materni ſent. lib. 6. c. 31.

11 Iupiter & Mars inuicem ſeſe percutientes, vnus ſcilicet ī medio cæli poſitus, alter in quarta domo, ſignificāt morbum comitialem: nam vitiatis humoribus, hunc morbum afferent: ex quo tamen natus ſanabitur.

12 Iupiter in horoſcopo poſitus & Mars in ſeptima domo in eius oppoſitiōe, decernit comitialem morbum, dum tamen Mars Solem ac Lunam quacunque radiatione reſpexerit.

13 Saturnus & Mars ſi fuerint in ſignis fixis, & ex oppoſitis locis inuicem aduerſantes, vel fuerint in Cancro & Capricorno in horoſcopo & in occaſu per diametrū ſe reſpicientes, natus laborabit morbo cōmitiali & efficietur epilepticus, & morbus ipſe ſanari vix poterit.

14 Saturnus & Mars ſi copulati fuerint in horoſcopo in ſigno tropico, ſeu duplici, & Iupiter fuerit in ſeptima domo eos aſpiciens per diametrum, eum qui ſub hac configuratione in lucem venerit, comitiali morbo infeſtabunt: neque enim Iupiter liberare illum poterit.

15 Saturnus & Mars ſi ſe aſpexerint, fuerintque luminaria in ſexta, octaua vel duodecima domo, natus ex morbo incurabili vitam miſeram ducet, & triſtis viuet.

16 Saturnus in cardine occidentali Lunam in cardine aſpiciens quadrato aut oppoſito aſpectu, accedente coniunctione partili, itemque Mars & Mercurius in tropico ſigno intuentes Lunam, & Saturnum quocunque aſpectu, eundem morbum, & inſaniam minantur. Vbicunque enim in his configurationibus Mercurius à maleficis ſtellis verberatus fuerit, mentem cui præſidet, infectus ipſe inficit.

17 Iupiter ſuperiore è loco Martem aſpiciens, illius rabiem moderatur, & Lunam ad ſe proficiſcentem, aut benignè accipiens, aut iamiam accepturus, morbi curationem pollicetur, vitio ipſo per vomicam expurgato. Iupiter enim nato in graui periculo conſtituto, morboque ex hoc laboranti ſuppetias feret.

18 Mars & Saturnus iiſdem ſimul in partibus copulati, & in horoſcopo collocati, in ſigno tropico ſeu duplici, Ioue in oppoſito conſtituto, configuratio eſt epileptica, & furorem minatur. Mercurius enim & Iupiter domicilia hic corrumpunt, & Ioue illum ſub hoc poſitu natum maleficorum improbitate confectus, liberare non poteſt.

19 Sole, Luna, Marte & Saturno conſtitutis in duplicibus ſignis cardinaliter, ita tamen, vt Sol in oriente poſitus Geminos teneat, Luna in Piſcibus culminet, Mars ſit in imo cæli in Virgine, Saturnus in occaſu in Sagittario, comitialis morbus portēditur.

20 Eundem morbum portendit Sol in Martis, aut Saturni domicilio, in horoſcopo cum Mercurio partiliter conſtitutus. Sæpe etiam ſimul violentam mortem obnunciat, cum fortunæ eſt in aliquo domicilio maleficarum, Sole cum Mercurio in horoſcopo, & ex occaſu accedente Marte & Saturno oppoſito radio.

### *De natis lunaticis & fatuis.*

1 Sic comitialis morbus, inſania, & mors violenta, portēditur ei, qui Saturnum aut Martē habet in vndecima, aut alterum in vndecima, alterum Lunę copulatum, aut quadrangulantem, pulſante ſimul Marte aut Saturno Mercurium, quauis radiatione.

2 Luna in horoſcopo conſtituta, in oppoſito Saturni & Mercurij, eundem morbum minatur, ſimulque animi languorem & fatuitatem. Sæpe etiā violenta mors portenditur, ſi Mars in hac configuratione cardinem occupauerit.

3 Futuri etiam ſunt ij cum Lunatici tum inſani, in quorum genituris Luna & Sol partiliter cohærent, aut in cardinibus opponuntur, Marte ſimul aſpiciente luminaria, aut Saturno ex quadrato, vel oppoſito, quod ex cardinibus fieri neceſſe eſt. Vnde maleficam vim acrius exercere poſſunt.

4 Eodem morbo capientur, qui habent Iouem in ortu, Martem in occaſu, ita tamē vt ſeſe intueātur Mars Sol & Luna quacunque radiatione.

5 Mars in imo cæli, ſeu quarto loco poſitus in diurna genitura, & languore & comitiali morbo afficere conſueuit: quod malum creſcet, Sole conſtituto in horoſcopo in Martis domicilio, ſimulque benefico Planeta in Martis domo. Hæc conſtitutio facit & inſanos, & lunaticos.

6 Sol in octaua, & Luna in oppoſito plena, aut Soli coniuncta partiliter eodem in loco, Mars item & Saturnus iiſdem copulati, aut oppoſiti, aut quadrangulati, capitis grauedinem minātur. Hic enim poſitus vitiat humores, & cerebrum ita grauat & corrumpit, vt inde lunaticus & comitialis morbus erumpat, natuſque ipſe ſæpius eo morbo intercipiatur, & inter loquendum deſipiat.

Hoc

Digitized by Google

Hoc ex ſequenti geneſi patet.

*Antiſcia planetarum.*

♄ 11. 17. ♋

♃ 13. 37. ♌

♂ 18. 55. ♊

☉ 20. 18. ♌

♀ 9. 50. ♋

☿ 1. 12. ♌

☽ 18. 55. ♓




*Species phreneticorum.*

Inſanorum alij furiis agitantur, terrenturque imaginibus, alij ſolitudines quęruntur, alij in riſum ſoluuntur nimium, aut nimiam rurſus in triſtitiam deiiciuntur: alij denique alio rapiuntur exceſſu. Alij ſeſe Deos eſſe ſomniant: alij mortuos exiſtimant: alij velut Sibyllæ futura prænunciant. Ad hunc morbum, animi potius affectionē, quam corporis, gignendum, plurimum conferunt Martis & Saturni habitus in genituris, & Mercurij ſtatus. Mars enim rufæ, Saturnus atræ bili, Mercurius rationi præſidet, & ipſius affectiones atræ bili, quàm ſimillimæ ſunt.

*Ex qua cōſtitutione cæli malū hoc colligi poteſt.*

7 Mercurius in Virgine, vel Piſcibus in prima domo poſitus ſi fuerit partiliter, & à Marte & à Saturno è quadrangulo percuſſus fuerit, natus ab inſania vexabitur.

8 Mars in natiuitate diurna in aliquo cardine cæli ſi fuerit cōiunctus cum Mercurio vel in eius diametro, vel quadrato: Sol quoque in octaua domo poſitus, ſi Martem aut Saturnum ſocium ſortitus ibidem fuerit, aut forte illis quadrangulabitur, diametrabiturque, deliros facient, aut inſanos, aut cardiacos: indicant enim febres ardentiſsimas.

9 Mars in diurna genitura in quarta domo ſi horoſcopum reſpexerit per quadratum, & Sol teneat horoſcopum in Martis quidem domicilio collocatus, inſanos ac lunaticos illos faciet, qui tunc è matris vtero prodierint.

10 Saturn' ſi fuerit in culmine cæli, & Luna ab ipſo Saturno ad Martis coniunctionem proficiſcens in natiuitate nocturna, ſignificat quòd nati erunt futuri lunatici, aut inſani, aut languido ſaltem corpore.

11 Saturnus in medio cæli, & Mars in imo, & econtra per diametrum ſe reſpicientes, natū agitabunt inſania, à qua ſanabitur tandem, ſi Mercurius irradiationem illis ſuam obiecerit.

12 Luna in octaua cæli domo cum Sole, aut contra illum plena, in coniunctione Martis & Saturni oppoſito aut quadrato, non ſolum pernicioſas valetudines indicat, verum caput ipſum & cerebrum, noxiorum humorum ſuperfluentia, infeſtandum decernit, vt qui ſub hac configuratione natus fuerit, aut lunaticus futurus ſit, aut mente captus, aut vitiliginoſus, aut Phthiſicus, aut hydropicus, aut elephantiacus, forſan etiam paralyticus, aut claudus, aut gibboſus, aut mutilus, pro natura ſigni. Eadem vitia portenduntur, ſi hæc configuratio Solis, Lunęque contigerit non tantum in octaua, ſed etiam in ſecunda, ſexta, aut duodecima. Quod ex ſequentibus natiuitatibus comprobari facile poterit.

Hic

Hic phreneſi laborauit longo tempore ex initio amore puellæ ex qua poſtea conualuit.

*Latitudines planetarum.*

♃ 1. 42. Mer. Aſc.
♃ 1. 6. Mer. Aſc.
♂ 0. 16. Mer. Aſc.
☉ 0. 0.
♀ 0. 40. Sep. Deſc.
☿ 0. 40. Mer. Aſc.
☽ 3. 9. Mer. Aſc.

*Antiſcia planetarum.*

♄ 25. 35. ♎
♃ 1. 35. ♒
♂ 5. 30. ♐
☉ 4. 18. ♑
♀ 10. 40. ♑
☿ 23. 52. ♐
☽ 20. 50. ♐




*Ioannis Hanuſsij Bohemi Natiuitas.*

Hic eruditus vir ex nimio ſtudio in phreneſim incidit.

*Latitudines planetarum.*

♄ 1. 54. Sep. Aſc.
♃ 0. 15. Sep. Aſc.
♂ 1. 24. Mer. Deſc.
☉ 0. 0.
♀ 1. 26. Sep. Aſc.
☿ 3. 12. Mer. Deſc.
☽ 4. 40. Sep. Aſc.

*Antiſcia planetarum.*

♄ 14. 21. ♑
♃ 12. 57. ♊
♂ 12. 30. ♎
☉ 29. 13. ♋
♀ 27. 43. ♊
☿ 10. 57. ♌
☽ 21. 58. ♓




Danielis

## *Danielis Garcæi iuris ſtudioſi Natiuitas.*

Hic iuuenis melancholia extinctus, anno ætatis ſuæ 27. poſt dies 198. Incidit in phreneſin, laborans ardentiſsima febri, cum compleuiſſet annum climactericum tertium ferè.

*Antiſcia planetarum*

♄ 25. 46. ♉

♃ 0. 46. ♒

♂ 14. 47. ♎

☉ 9. 39. ♍

♀ 4. 29. ♍

☿ 3. 47. ♍

☽ 28. 20. ♍




Hic inſignis Arithmeticus ad inſaniam redactus eſt. Cauſa huius accidentis eſt Saturnus, qui ſauciabat Solem & Mercurium ex quadrato aſpectu: & Lunam ex diametro: quare ad inſaniam venit, vt ſcribunt Arabes.

*Antiſcia planetarum.*

♄ 3. 46. ♐

♃ 22. 19. ♌

♂ 26. 48. ♍

☉ 9. 35. ♍

♀ 2. 0. ♍

☿ 24. 36. ♌

☽ 25. 39. ♉




### *De neruorum vitijs & morbis.*

1 Sol in ſexta domo, Saturnus in duodecima, inimica ſeſe radiatione oppugnantes, ex locis maleficis, paralyſim minantur. Sol enim cerebro præſidens à Saturno infeſtatur, qui pituitæ eſt excitator, & atræ bili præeſt, ex qua infeſtatione nerui elangueſcunt, & tremorem contrahunt.

2 Luna ſi in medio cæli fuerit inuenta, & Saturnus in quarta domo cum Marte, & Ioue, is qui ſic

B

habuerit cælum conſtitutum de laribus patris retractus, graue iugum captiuitatis accipiet. Mater. cap.31.libr.6.

3 Luna, Mars & Saturnus ſi fuerint coniuncti in duodecima domo,& Sol fuerit in ſexta, laborabũt nati neruorum reſolutione.

4 Luna ſi fuerit iuncta corporaliter cum Saturno,& Mars eos aſpexerit,natus erit coxus,vel contractus,ita quòd ire nõ poterit,vel habebit magnã, & fortem azemenam in inferioribus,aut malam affectionem, vel turpem tortuoſitatem in crurib.aut pedibus.Abenragelis ſententia cap.1.par.5.

5 Luna & Sol ſi fuerint coniuncti, & à maleficis inficiantur, laborabunt nati neruorum reſolutione.

6 Sol ſi fuerit in ſeptima domo inuentus,& Saturnus,Luna & Mars in duodecima domo reſpiciẽtes Solem per diametrum,facient debiles,paralyticos, & quorum ſoluta neruorum compagine,omne corpus,fractis ac diſsipatis viribus dedecoretur. Materni ſententia lib.6.cap.31.

7 Sol in ſexta domo, & Saturnus in duodecima in eius oppoſitione, ſignificant quòd natus erit paralyticus.

8 Saturnus in aliquo cardine ſi fuerit cõſtitutus, Mars vero in anaphora eius collocatus, aut in alio cardine,& ambo reſpiciãt Lunam ex quadrato vel oppoſito aſpectu, aut cum ipſis fuerit coniuncta, aut claudi, aut paralytici fient nati. Et è contra ſi Mars fuerit in cardine, Saturnus vero in anaphora,& Luna videat Martem vel Saturnum,hoc idem ſimili ratione perficiunt. Hæc Maternus capitul.7. libr.7.

9 Mercurius,Saturnus & Sol ſi pariter fuerint in ſeptima domo,& Luna & Mars in octaua domo,natus ille aut claudus futurus erit, aut certè mutilus.

10 Mars in Cancro, aut Capricorno,aut Scorpione,vel Piſcibus, aut Tauro ſi fuerit poſitus in vno angulorum,Lunæque quadranguletur,aut apponatur, aut cum illa coniunctus ſit,aut claudos faciet, aut gibberos, aut contortis ceruicibus, aut certè membrum aliquod vitiabit,ob nimiam atque aſsiduam noxiorum humorum ad illud defluxionem.

11 Saturnus ſi fuerit in vno angulorum,& Mars in alio per diametrum ſe reſpiciẽtes, & luminaria fuerint ab ipſis infortunata, facient natum claudum, vel paralyticum,aut imbecillum vitiatis neruis.

### *De vitiligine,ſiue morphea & impetigine.*

1 Luna cum maleficis planetis in ſigno aqueo ſi fuerit, natus habebit morpheam, vel ſcabiem,aut alopeciam.

2 Luna ſi fuerit infortunata in ſigno Arietis, decernit vitiligines,& aſperget corpus nati albis maculis,cui vitio nomen eſt Morphea: ſed ſi fuerit in Cancro,lichenas ſeu impetiginem minatur: in Capricorno poſita,lentigines, ſeu ephelides,& generaliter dat exanthemata ac defœdationes: in Libra verò tetram illam ſcabiem,quæ lepra dicitur.

3 Mercurius in ſexta domo poſitus & copulatus Lunæ iam creſcenti, vitioſas contrahere valitudines ſolitus eſt, & corpus nati albis maculis inficere & variare ſolet, quæ infirmitas dicitur vitiligo ſiue Morphea,cuius ſpecies ſunt tres, teſte Celſo, duæ albinæ,tertia ſubnigra.

4 Mars in Cancro,aut Scorpione,aut Capricorno,aut Piſcibus ſi fuerit inuentus, Lunam è fronte oppoſitam viderit,ſignificat nato impetiginem.

5 Luna Saturnus & Mars ſi fuerint coniuncti in ſignis æquinoctialibus, notis quibuſdam totũ corpus immaculant,aut albis varietatibus dedecorãt, aut certè hominum corpus poſsidebit,ſerpẽs molliter impetigo, aut minutis ſquamis cadentibus, exaſperati corporis forma mutabitur, aut hominẽ ſcabies diuturna quaſſabit, aut lepra certè inhoneſta figuratione deturpabit.Mater.cap.31.lib.6.

6 Luna ſi fuerit impedita in Geminis, & eorum triplicitate à Marte, ſignificat putredinem à lepra, ſi non aſpexerit eũ aliqua fortuna.Omaris ſent.li.3.

7 Luna ſi fuerit impedita in Cancro & eius triplicitate à Saturno abſque aſpectu fortunarum, ſignificat lepram albam,& cancros, & podagrã,& morbos quos vocant Acila,id eſt malum gutturis. Omaris ſent.vt ſup.

8 Luna cum Saturno ſine aſpectu fortunarum, ſi fuerit in ſigno terreo,ſcilicet Tauro, Virgine, vel Capricorno, & fuerit eiuſdem latitudinis, lepram fœtidam excitabit,vel morbum caducum.Abrahami Iudæi ſententia in ratione ſextæ domus.

9 Luna,Saturnus & Mars ſi fuerint ſimul coniuncti in ſignis æquinoctialibus,nati illius corpus,ſanguinemque ita inficient, vt is futurus ſit aut vitiliginoſus,aut impetiginoſus, aut leproſus, aut ſcabioſus.

10 Mercurius malè affectus in domo Martis dat cancrum,morbum regium, ignem ſacrum, caliginem oculorum præmaturam: & cogitationes & cõturbationes horrendas.

11 Dominus primæ in ſexta domo cum Sole combuſtus,lepram portendit.Talis eſt genitura cuiuſdam,qui dominum primæ in ſexta,Saturnum à Sole combuſtum in Cãcro habuit laborauit igitur lepra in oculo ſiniſtro.

### *De Elephantia ſiue de morbo gallico.*

1 Luna in Tauro,& Saturnus in Scorpiõe in eius oppoſitiõe,vel Saturnus in Tauro & Luna in Scorpione, ſi nulla benefica ſtella radiis ſuis Lunam ab hoſtica Saturni irradiatione protexerit, elephãtiæ vitium decernunt.

2 Luna ſi fuerit in vndecima domo coniuncta Soli & Ioui,& Saturnus & Mars horoſcopum percutiant,alter è quadrangulo,alter ex oppoſito,portendunt hoc genus elephantiæ: quamuis Saturnus fuerit in Libra,& Mars in Ariete:& è cõtra.Mater. cap.31.lib.6.

3 Luna in diurna genitura à Marte & Venere in ſignis tropicis per oppoſitionẽ ſi infortunata fuerit,dum tamen Saturnus eaſdem ſtellas de Leone videat,ſeu de Tauro,Sagittario, aut Piſcibus,elephantiæ morbum portendit.

4 Venus in ſuo occaſu vel detrimento quando infortunata fuerit à Saturno & Marte: & dominus horoſcopi infortunatus ſit:vel Saturnus & Mars diuerſa radiatione horoſcopum reſpiciant, & vnus ipſorum in æquinoctiali ſit poſitus ſigno,elephantiæ longam & diuturnã ægritudinem vſque ad vltimum vitæ diem decernunt.



Digitized by Google

Vt in Themate Camilli hoc accidens apparet, qui obiit ex morbo gallico admodum veneno ſo, quippe qui pene, obſcœnas partes, & viſcera omnia deuorauerit. Habuit enim Venerem coniunctam cũ Marte domino horoſcopi in ſigno æquinoctiali, & Saturnus eos reſpiciebat ex trino aſpectu in ſignis breuium aſceſionum, quæ ſigna æquiualent quadrato. Et Sol per Antiſcium cadebat in Cancro, qui ſauciabatur à Marte ex quadrato aſpectu. Quare ex ipſa infirmitate mortuus eſt.




*Camilli de Marſiliis Bononienſis Natiuitas.*

*De icterícia.*

1 Mars ſi fuerit dominus ſextæ domus male affectus ſupra terram, infirmitatem in auricula dextra efficiet: ſi verò ſub terra fuerit combuſtus, vel male affectus, natus ictericia laborabit. Abrahamus in ratione ſextę domus.

2 Mercurius ſi fuerit dãnatus ſub terra, ſignificat fellis ægritudinem.

*De calculo.*

Calculi vitio ſolus homo vexatur, qui veſicæ admodum anguſtum os & canalem habet. Terreni igitur humoris quicquid in illã intruſum eſt, vbi ſubſidet, nec propter canalis anguſtias excernitur, paulatim concreſcit, & areſactum à calore craſſius fieri ſolet, ac particulæ illæ ſibi inhærẽtes in calculi formam ſenſim tranſeunt, & dolor inde oritur in excernendo, propter canaliculi anguſtias. Totũ hoc vitiũ eſt Saturni, qui ſua natura maleficus, veſicæ, & humori terreno præſidet.

1 Saturnus cum Mercurio in octaua domo in natiuitate diurna, ſignificat quòd natus erit calculoſus, & laborabit veſicæ vitio.

2 Saturnus conſtitutus in malis locis, pernicioſos, & latentes humores excitat, eoſdémque continuos, atque eo magis, ſi Mars, vires ſuas illi ad nocendum porrexerit.

3 Saturnus & Mars quocunque in ſigno ſimul poſiti, occultos corporis dolores exuſcitant, ac tum neruos, tum etiam ſtomachum & inteſtina infeſtãt. Et iidem in ſexta aut duodecima domo ſimul iuncti, præſertim in ſigno duplici aut tropico, aut ſi in eodem loco ſigni fortunæ ſtella partiliter inuenta fuerit, non ſolum vitia, & ægritudines corporibus minantur: verumetiam animo, & menti, præſertim ſi etiam Luminaria quadrato aut oppoſito radio feriãt. Quod ex ſequẽtib' natiuitatib. fiet manifeſtũ.

Hic vir fuit fortunatus ſed calculoſus: ex regno Bohemiæ.

*Latitudines planetarum.*

♄ 0. 54. Mer. Aſc.
♃ 0. 17. Sep. Deſc.
♂ 0. 6. Mer. Deſc.
☉ 0. 0.
♀ 0. 16. Mer. Aſc.
☿ 1. 34. Mer. Deſc.
☽ 1. 30. Mer. Deſc.

*Antiſcia planetarum.*

♄ 19. 11. ♒
♃ 0. 18. ♈
♂ 1. 21. ♈
☉ 17. 15. ♈
♀ 0. 3. ♓
☿ 17. 4. ♈
☽ 0. 51. ♓




*Chriſtophori Preui Lytomericẽſis Bohemi Natiuitas.*




*Galeatij Capræ Natiuitas.*

Anno ætatis 48. & hora noctis prima, diei. 11. Auguſti cū hic ex more per ciuitatem obequitaret, furioſus quidam currentem premens equum illi occurrit, totaque vi equi illum & mulam excuſſit, tanto impetu, vt diu pro mortuo iacuerit. Inde ſublatus, excuſſa cruris vertebra, duobus ſuperuixit annis, perpetuo morbo detentus. Inde mali propinquitate, ardore vrinæ vexatus crudelem mortis exitum habuit. Luna autem in ſeptima cæli domo multa pericula ei portendebat vt ei acciderunt.




*Medici cuiuſdam Natiuitas.*

Hic fuit medicus excellens, qui habuit debilitatem, & in anno 33. vitæ ſuæ incidit in lapidem veſicæ. Cū igitur hoc morbo perpetuo detineretur, & ardore vrinæ intolerabili haberetur mortuus eſt anno ætatis ſuæ 56. ex difficultate ſpirandi in quinque diebus, prout prædixerat ei Cardanus.

*Antiſcia planetarum.*

♄ 10. 52. ♓
♃ 0. 37. ♉
♂ 14. 26. ♒
☉ 24. 22. ♋
♀ 29. 3. ♋
☿ 8. 20. ♋
☽ 19. 0. ♋

*De hydropiſi.*

*Vnde ſit hydrodiſia.*

Hic morbus oritur, vt putant Medici, modo ex mala iecinoris affectione, modo è malo ſtomachi habitu, ſæpe ex renibus, pulmone, aut liene malè affectis, aut menſtruorum hæmorrhoidumve vitio. Sæpè ex ardentiſsima, & diuturna febri oritur, cùm iecur nullum ſanguinē gignit, vrit magis quam concoquit.

1 Hydropici futuri videntur, in quorum natiuitatibus Mars & Saturnus in ſignis tropicis conſtituti, Lunam quadrangulis ſimul radiis hoſtiliter pulſauerint. Mars enim ſanguinem vitiat ob nimium calorem, & febres ardentiores. Saturnus ob frigus, & febres diuturniores. Ac ſigna hic tropica valent plurimum.

2 Dominus primæ domus in tropicis ſignis præſertim vero in Libra, & Capricorno in ſexta cæli domo à Sole combuſtus, vel hydropicos, vel aſsiduum vrinæ fluxum decernit.

*De cardiaco.*

Cardiacus morbus oritur ex nimia imbecillitate corporis & languente ſtomacho, quod malum pulſus imbecillus, & ſudor toto corpore prorumpens, declarat, pedibus tantummodo, & cruribus ſiccis, & frigentibus, cui vino ſuccurrendum tradunt. *Vnde ſit hoc malū.*

Hic

1 Hic morbus portenditur illis, qui in genitura Martem habent in cardine aliquo, in quadrato aut oppoſito aſpectu Mercurij.

2 Sol in octaua domo, cum Marte, aut Saturno, aut maleficorum quadrato vel oppoſito aſpectu, deliros facit aut inſanos, aut cardiacos, pro ſigni natura. Indicat enim febres ardentiſſimas, è quarũ nimio æſtu, aut delirium oriatur, aut inſania, aut hic ipſe morbus Cardiacus.

3 Sol dominus primæ in ſexta, vel ipſe dominus ſextæ exiſtens, ſi à maleficis afflictus, & debilis fuerit, cardiacas paſſiones & tremorẽ cordis decernit.

ID manifeſtè patet in genitura Hieronymi Cardani in qua Sol in ſexta in ſuo caſu debilis, decreuit ei tremorem cordis, quo ſe laboraſſe ſcribit, vſque ad annum 27. ſuæ ætatis. Hanc hic appoſui, ſicut ab ipſomet fuit ſupputata.

*Antiſcia planetarum*

♄ 8. 32. ♋

♃ 26. 34. ♌

♂ 18. 41. ♋

☉ 19. 23. ♓

♀ 6. 57. ♓

☿ 6. 57. ♓

☽ 18. 18. ♎




*Hieronymi Cardani medici ac Mathematici peritiſſimi Natiuitas.*

IDEM animaduerti poteſt ex hac quoque. Hic puer miſerrimè toto corpore, omnibus membris tremẽs incedit: quaſi mox in terrã collapſurus. Ita enim mater grauida ebrium hominem incedentem viderat.

*Latitudines planetarum.*

♄ 0. 47. Mer. Deſc.

♃ 0. 14. Mer. Aſc.

♂ 1. 57. Sep. Deſc.

☉ 0. 0.

♀ 1. 1. Mer. Aſc.

☿ 2. 14. Sep. Deſc.

☽ 2. 34. Sep. Aſc.

*Antiſcia planetarum.*

♄ 10. 42. ♒

♃ 6. 0. ♋

♂ 19. 7. ♊

☉ 18. 47. ♍

♀ 14. 48. ♍

☿ 8. 30. ♍

☽ 14. 18. ♓




*Thomæ Nickel Brandeburgi Natiuitas.*

*De pectoris doloribus.*

1 Luna ſi fuerit ſub terra collocata cũ aliquo planeta malefico in aliqua domorum Saturni, vtpote in Capricorno vel Aquario, pectoris dolorem cum tuſſi excitabit. Abrahami Auenaris ſententia in ratione ſextæ domus.

2 Luna ſi in natiuitate diurna ſub terra fuerit infortunata, denotat infirmitatem in pulmone, aut in ventre ſuperiori, & minime in oculo.

3 ~~Luna ſi fuerit ſub terra in natiuitate diei~~, vel noctis infortunata, incurret natus infirmitatem ictus.

4 Sol ſi fuerit dominus partis infirmitatis, & fuerit infortunatus, natus habebit infirmitatem in corde, maximè ſi Sol aſpexerit partem fortunæ.

5 Sol ſi fuerit malè affectus ſub terra, ſignificat affectum malum ſtomachi. Abrahami Iudæi ſent. in ratione ſextæ domus.



Digitized by Google

6 Venus domina primæ in ſexta, vel ipſa domina vitæ exiſtẽs, debilis & à maleficis afflicta, hepatis, & ſtomachi imbecillitatem tribuit. In mulierum verò genituris ſic conſtituta, paſſiones matricis, difficultates partus, aliáque incommoda decernit.

7 Saturnus & Mars ſimul coniuncti in ſexta, vel duodecima domo, ſuſcitant occultos corporis dolores, ac tum neruos, tum etiam ſtomachum, inteſtináq; infeſtant: præſertim in ſigno duplici, aut tropico, in quibus non ſolum vitia, ægritudinéſque corporibus minantur, verumetiam animo ac menti.

8 Saturnus in ſeptima domo cum luminaribus coniunctus, vel in eorum oppoſitione vel quadrangulo, ſtomachi vitia, malumque decernit habitum, ob frigus, pernitioſóſque humores.

9 Saturnus ſi fuerit inuentus in ſecunda, vel quarta domo, & infortunauerit Lunam, graues ac nonnunquam diuturnas minatur valitudines, & horrores corporis, ſtomachique dolores.

10 Saturnus ſi fuerit coniunctus Soli, aut illum irradiauerit ex quadrangulo vel oppoſitione, ſignificat ſtomachi dolores.

11 Saturnus in ſeptima domo in ſigno Cancri horoſcopante Capricorno, reddet natum malè olentem ob inconcoctionem ſtomachi.

*De dyſenteria, & torminibus ventris.*

1 Luna in ſeptima domo conſtituta, Saturnus autem cum Mercurio in ſexta domo, decernunt tormina, ſiue dyſenteriam. Cum enim Saturnus inteſtinis præſideat, iis in locis ægritudo futura decernitur, & ex vitiatis humoribus præcipuè ex atra bile, propter Saturnum, & Mercurium, necnon ex copioſa ſalſa pituita, propter Lunam horoſcopo minitantem, & Saturnum pituitæ excitatorem è loco malefico. Signi quoque horoſcopi natura, in quem humorem morbus ipſe inclinaturus ſit, non parum indicabit, Ac fortunæ loc' infectus à ſigni Domino plus nimio etiam excitabit & inficiet vitioſos humores.

2 Dominus primæ in ſexta, ſi fuerit debilis, & à Sole combuſtus, vel alioqui impeditus à Marte in ſexta domo, febres acutas aut tertianas, & combuſtiones decernit: præſertim in ſignis igneis. In aqueis verò dyſenteriam, aut fluxum alui periculoſum.

3 Luna domina primæ, in ſexta à Saturno afflicta, plerumque colicas paſſiones, tormina ventris, & dolores inteſtinorum, præſertim in Virgine, aut Libra decernit.

4 Sol & Saturnus coniuncti aut oppoſiti, in ſigno aqueo, aut podagram, aut colicam paſſionem portendunt.

## *Hieronymi Aleandri Cardinalis Natiuitas.*

Sic quidam Cardinalis Hieronymus Aleander, ex colica paſſione mortuus eſt. Habuit enim Solem in Piſcibus plaſticè Saturno oppoſitũ qui retrogradus fuit in Virgine. Pręterea, in tibiis ſemper quodammodo aliquid mali patiebatur: quare anno 1542. ætatis ſuæ 63. ex directione Solis Hilech ad oppoſitum Martis diem vltimum cum morte ſigillauit.



## *Ioannis Iacobi Medicis Mediolanenſis Natiuitas.*




Hic vir, ex humili fortuna, bellicis factis, ad potentiam magnam euectus eſt. Nam multa oppida ac villas ſubegit: poſt in carceribus fuit à Cæſaris miniſtris detentus, non breui temporis ſpacio: inde Dux exercitus aduerſus Turcarum Regem fuit creatus: poſt cum Cæſare aduerſus Gallorum Regem pugnauit. inde ex hoc bellicorum tormentorum Cæſaris factus fuit præfectus. In fine 48. anni affinitatem arctam cum Placentiæ duce contraxit: deinde anno 1554. conflictum cum Petro Strozza fecit, & eum ſuperauit, & rempublicam Senenſem ſubiugauit. Tandem anno 1555. die 8. Nouẽbris Mediolani ex fluxu corporis, ſeu ventris, cum difficultate vrinæ obiit. Nã Sol in ſigno Libræ tenebat ſuum Antiſcium in 25. gra. & Saturnus eū ſauciabat ex diametro: quare fuit podagroſus, & in renibus, aut veſica patiebatur lapidem & harenulas.

5 Saturnus ac Mars ſi in ſignis tropicis conſtituti, Lunam quadrangulis ſimul radiis hoſtiliter pulſauerint, decernunt nato aquam intercutem, id eſt, quòd natus erit hydropicus.

6 Saturnus & Mars ſimul poſiti in ſerta domo vel à Marte ipſo è quadrangulo, oppoſitóue loco ſi percuſſi fuerint, ſignificant occultos corporis dolores. Nam humores mouent & faciunt natos torminoſos, qui dyſenterici dicuntur. Quæ ex infra poſitis geneſibus probari poſſunt.

## *Hieronymi Beneuenuti Natiuitas.*




Hæc natiuitas habetur à Cardano. Dicit enim ipſe quod huic nato 1545. euenit dolor à materia frigida & humida cum flatu, incipiens ab ilio ſiniſtro extendens ſe ad pudenda, inde ad femur, vſque ad genu. Quapropter mortuus eſt. Nam Luna infortunata à Saturno ex quadrato aſpectu ſignificauit morbum incurabilem. Quare Luna in Capricorno afflixit ilia & genitalia & femora.

*Aloyſi Alamani Natiuitas.*

**Aloysius** Alamanus Florentinus, Poëta & Orator excellẽtiſsimus obijt ex fluxu ventris, ſiue de dyſenteria anno ætatis ſuæ 59. Die 18. Aprilis hora 2. poſt meridiem. ipſe autem fuit ab Heluetiis incarceratus ex Antiſcio Solis in octaua cæli domo: Luna igitur cum Saturno & in quadrato aſpectu Martis ſignificauit accidens hoc ſcilicet dyſenteriam illam, & cum Mars dominus Lunæ reperiretur in cuſpide ſextæ domus, portendebat ventris dolorem. vt dicunt omnes Aſtrologi.




*Antonij Tibaldæi Natiuitas.*

**Antonius** Tibaldæus poëta Ferrarienſis obiit Romæ anno 1537. ætatis ſuæ 74. completa die Veneris, in qua venit in lucem, ex febre venenoſa cũ ventris profluuio: vt declarauit horoſcopi directio ad caudã Draconis Lunæ & ad terminos Saturni: Nam horoſcopus ſemper eſt ſignificator vitæ, vt declarabimus in ſequẽti capitulo. Mortis qualitatem declarauerunt luminaria infortunata à Saturno.



*Bacci Tinghi Florẽtini Natiuitas.*

IN piſano Gymnaſio, in quo operam literis nauabat, amicitiam contraximus. Erat enim vir hilaris, & vrbanus, & bonis morib⁹ prçditus. Verum propenſus erat ad dolores colicos & gonorrheæ vitium. Et ſæpe ſæpius Lugduni vidi illum quaſi ſemimortuum remanere cauſa colicorum dolorum: tandẽ anno 1573. Florentiæ die 12. Martij hora prima cum duobus tertiis obiit ex dolore colico. Nam horoſcopus peruenit ex directione ad terminos Martis. Cauſam huius infirmitatis reperio fuiſſe Saturnum poſitũ in duodecima cæli domo, & in ſexta cum ſuo Antiſcio in primo gradu Libræ. Quare lienterioſus fuit.

276. 20.




6. 20.

In capitulo de carceribus reperitur natiuitas Ioannis Iacobi Medices Mediolanenſis: qui obiit die 8. Nouembris 1555. ex fluxu corporis ſeu ventris cum difficultate vrinæ.

*De hepaticis.*

1 Mars ſub terra ſi fuerit damnatus, ſignificat affectum, & læſionem hepatis. Abrahami Iudæi ſent. in ratione 6. domus.

2 Iupiter ſi fuerit dominus ſextæ domus, & ſupra terrã à maleficis ſauciatus, infirmitatẽ ſiue aliqđ impedimẽtum in aure ſiniſtra prouocabit: ſi verò ſub terra eodem pacto ſe habuerit, hepatis infirmitatem excitabit. Idem, vt ſupra.

3 Iupiter dominus primæ in ſexta, à Marte afflictus, inflammationem hepatis aut rubedinẽ faciei, aut puſtulas in ea decernit.

*De genitalibus.*

1 Saturnus & Mars in horoſcopo coniuncti ſi fuerint in ſigno fœminino, aut in medio cæli partiliter exultantes in ſigno fœminino, & Venerem & Mercurium calcantes ſignum fœmininum viderint, genitalia minantur ſe exciſuros, natóſque ipſos euiraturos.

2 Venus cũ Marte in Scorpione denotat quòd nato mẽtula curtabitur.

3 Venus ſi iũcta fuerit cũ Mercurio & ambo ſub radiis ſolis, ſignificat, ꝙ natus caſtrabitur. Aber. par. 5. cap. 4.

119. 5.

*Thema cæli F. Hieronymi Treuiſani Veneti.*




209. 5.

4 Venus ſi fuerit infortunata, vel combuſta in natiuitate nocturna, vel diurna ſupra terram, ſignificat infirmitatem in rate ſiniſtra: ſi autem fuerit ſub terra, ſignificat infirmitatem in virga, aut in ſpermate.

*De Moriſcis.*

1 Luna cum Marte in ſeptima domo, portendit hæmorrhoidas.

2 Mars in natiuitate diurna in ſeptima domo, ſignificat hæmorrhoidas, ſanguinis profuſionem.

3 Saturnus in natiuitate nocturna in ſeptima domo, decernit hæmorrhoidas, ſanguiniſq; ꝓfuſionẽ.

4 Saturnus ſi reſpexit Lunam per diametrum, dũmodo ipſa Luna non ſit poſita in ſua, neque in Saturni ipſius domo, ingenerabit fiſtulas circa anum, & hæmorrhoidas decernit.

HIERONYMVS Triuiſanus ſacri ordinis prædicatorum factus eſt Epiſcopus Veronenſis anno 1561. Sed anno 1562. die 9. Septembris mortuus eſt Tridenti ex febre, & dolore, & vlceratione hæmorrhoidum: vt ei Venetiis prædixi. Nam anno 35. currente ætatis ſuæ directio Lunæ (quæ eſt hilech in hac natiui

Digitized by Google

hac natiuitate) peruenit ad Martis interfectoris quadratum, quæ vitam terminauit. Cauſa eius mortis fuit Saturnus retrogradus in ſuo caſu in ſeptima cæli domo, qui ſauciabat lunam (quæ erat temporis lumen) ex diametro. Fuit enim amiciſsimus meus: vir doctus, religioſus, & prædicator excellentiſſimus, & apud principes gratus, & honoratus, vt inſinuat Iupiter in ſuo domicilio in cuſpide dom°.

*De tabe ſiue phthiſi.*

1 Saturnus in diurnis genituris ſi Mercurium ſecum copulatum habuerit in decima domo, ipſeque deficientis Lunæ cornu extremo inhæſerit, ab oppoſito vero quadranguloque loco Martem ſibi repugnantem viderit, phthiſicos faciet natos. Quòd ſi Luna ab eo recedens, ad Martis coniunctionem feſtinauerit, aut lunaticos reddet, aut languidos.

2 Saturnus ſi fuerit coniunctus Marti in ſexta domo, valetudines corporis ſignificat, modo phthiſicos, modo dyſentericos facere conſueuit natos.

3 In hac configuratione phthiſica, Saturnus ob loci maieſtatem, excitandis nociuis humoribus lōgè eſt valentiſſimus, præſertim Lunæ imminutæ cōiunctus. Eius malitiam auget Luna corniculata, vnde deſtillationes continuæ à capite excitantur. Humores etiam exacuit Mercurius, conuerſus in maleficam Saturni naturam. Mars quoque calorem excitat, & ſanguinem incendit. Non temerè igitur tabes hinc exoritur, cum tot mala concurrant.

4 Mars aſpiciens Saturnum ex quadrato aut oppoſito radio exiſtens in ſexta cæli domo, ſignificat phthiſicos, vel dyſentericos natos.

5 Saturnus in ſexta domo, & Mars inuicem oppoſiti, vomitum ſanguinolentum prouocant. Saturnus enim propter malum ſtomachi habitum vomitum ciet. Mars vero ſanguinem reiectat. Forſan ambo, & tuſſim mouent, excreatus cruentos, & ſputa cruenta.

6 Dominus primæ in ſexta cæli domo in Scorpione à Sole combuſtus propter domicilium Martis ita conſtitutus, vt plurimum phthiſicos, ac ſcabie tetra, ac vlceribus erodentibus laborantes, portendit.

7 Luna, & Mars coniuncti vel oppoſiti, cum ſtellis fixis violentis, vt ſunt Caput Meduſæ, oculus Tauri, Hercules, Cor Scorpij, & Lanx auſtralis, ac dominiū in prima domo habuerit, aut hæmophtoicos, id eſt, ſanguinem excreantes, aut phthiſicos, ſeu qui ſibiipſis manus inferent, decernit. Talis eſt genitura cuiuſdam apud Cardanum, qui Lunam habuit in horoſcopo, iunctam Marti, cum lance Auſtrali, quæ ſanè conſtitutio, vt violenta per ſe fuit, ita ipſe iugulo ſibi abſciſſo, mortem ſibi intulit.

*F. Caliſti Placentini Natiuitas.*

F. Calistvs Placentinus fuit & hæmophtoicus, ita vt integras ex pectore denas Libras ſanguinis reiectaret. facit hoc vt ſupra dixi Luna in quadrato Saturni cum luminoſiore lance, & in quadrato Solis, & Mercurij: hoc ſolum mirum eſt, cur euaſerit. Fuit concionator inter primos ſui temporis primus, vt inſinuat Mercurius coniunctus partiliter cum Sole. Fuit & religioſus, nam Iupiter, & Saturnus reperiuntur in nona cæli domo.




Ingeni

*Gualteri Corbettæ natiuitas.*




IN genitura etiam Gualteri, quam Cardanus ponit, Luna domina primæ Marti coniuncta fuit in Scorpione: quare mortuus eſt violentiſſima hæmophtoide. Hoc accidens etiam confirmauit Sol exiſtens in duodecima cęli domo infortunatus à Saturno exiſtente in ſigno piſcium in medio cæli. Fuit igitur in eo eruditio Græca Latinaque tanta, vt illud primum neſcires, Græcus eſſet an Latinus. Fuit enim doctus in omni genere ſcientiarum.

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 2 | 14. | ♎ |
| ♃ | 27. | 55. | ♓ |
| ♂ | 19. | 10. | ♒ |
| ☉ | 8. | 20. | ♋ |
| ♀ | 19. | 16. | ♊ |
| ☿ | 17. | 50. | ♋ |
| ☽ | 19. | 48. | ♒ |




HAEC honeſta matrona ſputo ſanguinis laborare cœpit, an. 1570. circa tempus dierum Canicularium. Moritur placidè anno 1571. menſe Februario die 3.

*Latitudines planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 0. | 41. | Sept. Deſc. |
| ♃ | 1. | 33. | Mer. Aſc. |
| ♂ | 0. | 6. | Sept. Deſc. |
| ☉ | 0. | 0. | |
| ♀ | 1. | 17. | Sep. Aſc. |
| ☿ | 1. | 38. | Mer. Deſc. |
| ☽ | 5. | 0. | Sep. Deſc. |

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 28. | 26. | ♑ |
| ♃ | 26. | 70. | ♎ |
| ♂ | 5. | 29. | ♓ |
| ☉ | 21. | 16. | ♒ |
| ♀ | 5. | 59. | ♓ |
| ☿ | 8. | 56. | ♓ |
| ☽ | 7. | 3. | ♍ |

Simonis

## *Simonis Montegatij aurificis natiuitas.*

Mortvvs eſt tabe, an. 1509. Die 17. Februarij manè anno ætatis 21. cōpleto, id eſt tertio climacterico, vt refert Cardanus. Sol ergo damnatur à Marte, & Mars à Sole, & vterque dānat Iouem de quadrato: quia Luna cadit in Aquario, vbi eſt Iupiter, & ideo infortunatur à Marte: Horoſcopus verò infortunatur à Saturno per quadratum aſpectum, & ideo fuit breuis vitæ, licet haberet omnes planetas ſub terra.




*Antiſcia planetarum.*

♄ 10. 5. ♑
♃ 21. 3. ♑
♂ 13. 22. ♒
☉ 19. 58. ♒
♀ 3. 4. ♑
☿ 0. 25. ♓
☽ 14. 37. ♑

## *Infantis infelicis natiuitas.*

Haec puella mortua eſt tabe, anno tertio ætatis ſuæ. Cum Luna eſſet in duodecima cum Saturno, & Mercurius dominus horoſcopi cum Marte eſſent. Sed vtrum admiratione dignius, an talem morbum poſſe ei ætati ſuperuenire, an tātam morbi magnitudinem infantulā poſſe perferre. Quapropter diu viuere non potuit.




*Antiſcia planetarum.*

♄ 22. 20. ♉
♃ 8. 7. ♐
♂ 19. 10. ♓
☉ 7. 42. ♈
♀ 19. 41. ♉
☿ 14. 4. ♓
☽ 4. 21. ♉

Pauli

*Pauli Sfortiæ natiuitas.*




Hic debilis, ex reiectione ſanguinis ex pulmone, ac quaſi tabificus fuit: Cauſa ex genitura reiectionis ſanguinis, eſt Mars in quadrato Solis, & Mercurius dominus horoſcopi cum Saturno infortunato. hic autem in itinere repente ſuffocatus eſt anno 1535. vt narrat Cardanus.

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 17. | 52. | ♍ |
| ♃ | 17. | 2. | ♑ |
| ♂ | 5. | 28. | ♑ |
| ☉ | 2. | 21. | ♎ |
| ♀ | 29. | 36. | ♌ |
| ☿ | 24. | 48. | ♍ |
| ☽ | 12. | 55. | ♌ |

*Viri variæ fortunæ natiuitas.*




Hic vir medicus eſt, qui fuit deploratus ter, aut quater, & fuit empicus. Quia Luna in quadrato Martis in duodecima, & Sol in quadrato Saturni ſignificauit morbum inſeparabilem, ex genere Phthiſis, & hecticæ: Et ita fuit, vt legitur apud Cardanum.

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 9. | 12. | ♋ |
| ♃ | 24. | 17. | ♌ |
| ♂ | 27. | 12. | ♋ |
| ☉ | 16. | 50. | ♈ |
| ♀ | 11. | 46. | ♈ |
| ☿ | 26. | 20. | ♓ |
| ☽ | 28. | 14. | ♎ |

Eraſmus Reinholdus mortuus eſt phthiſi conſumptus, anno 1523. menſe Februario die 19. ætatis 42. climacterico ſexto. vide cap. 9. lib. 3. quadripartiti eius natiuitatem.

*De hernia.*

1 Saturnus in occiduo cardine exiſtens, Luna verò in alio aliquo cardine, Saturnum aſpiciente quadrato aut oppoſito radio, minatur ſectionem genitalium, aut aliarum partium, quæ in corpore abditæ ſunt. Si Luna fuerit lumine imminuta, ſine præſidio Iouis ex ſectione illa morietur. Luna enim imminuta, Saturno prorſus malè conciliatur.

2 Saturnus & Mars in horoſcopo in ſigno fœminino copulati, aut in cęli culmine partiliter iuncti. Venere quoque & Mercurio conſtitutis in ſignis fœmininis, exciſionem genitalium minantur. Hic poſitus in geneſi puellæ, pudicitiam, quæ potiſsima laus eſt mulierum, proſternet.

3 Sol & Luna in fœminino ſigno copulati, & Mercurius exiſtens in ſigno fœminino, & in horoſcopo conſtitutus, natum ita exagitabunt, & animum eius ita perturbabunt, vt ipſemet caſtrationi cauſam præbeat, vel ſuis manibus virile membrum amputet.



Digitized by Google

*Ruberti Pucci Florentini natiuitas.*

QVIDAM Cardinalis Florentinus anno 1549.& ſuę ętatis 85. obiit ex hernia ventoſa, quæ in veſica erat inſtar ſui capitis.

Fuit candenti facie, procerus ſtatura, tamen proportionatus, venereus, modicæ literaturæ, oblectabatur ſecreta naturæ perſcrutari. Sed anno 1541. menſe Septembri fuit creatus Piſtoriæ Epiſcopus, & anno 1548. Cardinalis à Paulo 3. Pontifice maximo.




*Antiſcia planetarum.*

♄ 21. 56. ♎
♃ 17. 53. ♎
♂ 5. 7. ♋
☉ 12. 7. ♋
♀ 20. 10. ♌
☿ 29. 46. ♋
☽ 18. 11. ♍

*De fœtidis.*

Sic fœtidos & malè olentes reddit Venus malè conſtituta in Capricorno, quod Saturni domiciliũ eſt, à Saturno oppoſita è regione infecta. Nati enim illius humores inficiuntur ob cruditatem, & corrumpuntur adeò, vt malè prorſus, ob incoctionem eorum grauiterque natus oliturus ſit, Saturno pręſertim impugnante, à quo malè concocti humores, iidemque terreni, maleque reſolubiles excitantur.

Venus igitur odorum artifex, & à ſigno, & à ſigni ipſius domino corrupta, fœteat neceſſe eſt, quando odores ipſi, corruptis, & fœtentibus rebus immixti, fœtorem ipſum augent.

Sępè etiam eadem configuratio mulierum odiũ prouocat, & infames coitus decernit.

*De caluitio.*

1 Venus ſi fuerit poſita in ſuo domicilio in medio cæli, caluitium portendit.

2 Luna poſita in cardine tranſeunte ſigni partes, quę glabrę & leues ſunt in animali, in primis Sagittarium perambulante, ita vt maleficæ ſimul ſint in ſignis tropicis ſeu ſolidis in ſexta cæli domo, idem ſignificat.

Cauſam hanc reddit Pontanus: Venus in ſua domo poſita & cæli culmine, natum ad Venerem procliuiorem facit, & ex hac intemperantia cerebrum refrigeſcit, quod ſua natura eſt frigidiſsimum, vnde ob reſolutionem caloris, alimentum capillorum deficere neceſſe eſt, ſicut in arborum frondibus idẽ accidere videmus.

Solida ſigna ſunt ♉ ♌ ♏ & ♒

Tropica ſigna ſunt ♈ ♋ ♎ & ♑

*De canitie.*

Canitiem ſenectus ipſa ſecum affert, quæ hominis propria eſt, paucis etiam aliis animalibus caneſcentibus. Quidam tamen in ipſa penè adoleſcentia à canitie occupantur, præſertim cum Saturnus inter Solem & Lunam, perinde vt ab hoſtibus circũuentus, intercipitur. Sæpè etiam morbi & curæ, nõ tantum ætas ſenilis canitiem afferunt.

Cum igitur Saturnus à Sole & Luna oppugnatur, vel corpore, vel aſpectu hoſtili intercipitur, ac nullius Luminaris benefico radio fouetur, excrementum ad cutem perlatum ſic vitiat, vt ex eo putrefacto capillum & pilos ante tempus albeſcere neceſſe ſit.

In conſtellatione canitiei, neceſſe eſt Saturno circumuento in eodem ſigno à Sole & Luna, ipſam quoque Lunam properare ad coniunctionem cum Sole, & Saturno interim coniungi, vel à Solis coitu digreſſam, poſt Saturno coniunctam, aliò proficiſci: vt ſit Saturnus in mediis partibus Arietis, Luna in primis, Sol in vltimis. hic Luna ad Saturni copulationem primum, hinc ad Solis coitum proficiſcitur. Idem Sol paucis ante diebus Saturno fuit copulatus.

Contrà: ſit Sol in primis partibus Arietis Luna in vltimis, hic cum Sole prius, poſterius verò cum Saturno Luna coniũgitur, cum quo non multos poſt dies Sol quoque copulatur. Ex hac configuratione intemperatura eſt humorum, & canities ſequitur.

*De podagricis.*

Podagra, id eſt, articulorum & iuncturarum doloribus laborant, vel in pedibus, vel manibus, ij qui Luminaria vtraque à maleficis afflicta ſunt in ſignis infirmitatum, videlicet Ariete, Tauro, Cancro, Scorpione, Capricorno, Aquario & Piſcibus, ita vt alterutrum Luminare vel alteruter maleficorum, domum vel exaltationem habeat in prima vel ſexta domo.



Digitized by Google

Hic poſitus non tantum à pueritia valetudinarios, ſed etiam poſt conſiſtentem ætatem, arthriticos, id eſt, chiragricos & podagricos monſtrat, vel qui dolore iuncturarum excruciantur.

*Caſimiri à Polheim Baronis natiuitas.*




Talis eſt poſitus in genitura cuiuſdam Baronis, qui fuit maximè podagricus. Habuit enim Saturnũ dominum ſextæ coniunctum Lunæ in Ariete, quæ etiam oppoſito radio Martis affligebatur.

*Antiſcia planetarum.*

♄ 17. 33. ♍
♃ 11. 47. ♋
♂ 26. 17. ♓
☉ 28. 56. ♈
♀ 28. 5. ♒
☿ 18. 47. ♒
☽ 26. 8. ♍

*Pauli Pratorij Conſiliarij natiuitas.*




Idem eſt aſtrorum concurſus in themate cuiuſdam conſiliarij duorum Archiepiſcoporum Magdeburgenſium. Is valetudinarius ferè & podagricus fuit, vt monſtrat hæc ſequens cæli figura.

*Antiſcia planetarum.*

♄ 23. 8. ♒
♃ 13. 39. ♈
♂ 0. 13. ♊
☉ 15. 50. ♒
♀ 21. 4. ♎
☿ 0. 6. ♒
☽ 1. 47. ♉

2 Eundẽ morbum efficiunt Mars & Venus, & Luna nocturnis in genituris poſiti in cardinibus, & ſe inuicem aduerſis radiis laceſſentes, ita tamen vt Saturnus illos ſic poſitos intueatur aut ex Leone, aut ex Tauro, aut ex Sagittario, aut ex Piſcibus. Si hæc configuratio accidit diurnis in genituris, elephanticos potius facit, quàm podagricos.

3 Luna ſi fuerit malè affecta, & cadens, & pars infirmitatis fuerit in ſecunda, & Mars in 8. in oppoſito eius, natus habebit fracturam in corpore ſuo, vel e-



Digitized by Google

rit raucus, aut arthriticus, adeo quòd nõ poterit ſe mouere, vel manibus, & pedibus erit contractus.

Luna ſi fuerit cum Venere poſita in Cancro, & Mars in eius oppoſitione in Capricorno: & Saturnus in Leone in anaphora, hoc eſt in ſucceſsione Veneris & Lunæ, à Martis vero loco, octauo, ſignificat natos podaguricos.

5 Mercurius Saturno copulatus in ſeptima domo natiuitate nocturna, ſignificat pedum debilitatem ac languorem.

6 Saturnus & Mars ſi in cardinibus ita collocati fuerint, vt diametrentur inuicem, lunámque aut è quadrangulo in cardine conſtitutã viderint aut è diametro, qua ratiõe neceſſe eſt alteri eorũ coniungi, pedum debilitatem, ac languorem portendunt.

7 Saturnus in duodecima domo podagram minatur: in ſexta autem morbum perpetuum.

8 Si fuerit aſcendens Aquarius, vel Piſces, vel Capricornus, & infeſtabuntur à Marte, vel à Saturno, aut ab vtroque, genua, crura & pedes vitiabuntur.

9 Saturnus in Piſcibus conſtitutus, podagricos, aut aſsiduum fluxum in pedibus ſignificat.

*Thema cæli illuſtriſsimi Principis Iacobi de Sauoia Ducis Nemurenſis.*

Haec eſt genitura illuſtriſſimi Ducis Nemurenſis, princeps bellicoſus & clarus, vt notum eſt omnibus. Audio tamen quòd ipſe eſt podagroſus & infirmus: vt iã ei ſignificaui ex noſtra prognoſticatione, quam feci ex eius mandato: quoniam Mars dominus horoſcopi per Antiſcium in ſexta cæli domo, & per præſentiam in duodecima ſignificabat ventris dolorem. Et quia diametrabatur Soli, denotabat podagram, & Saturnus in ſigno Geminorum chiragram. Et in hoc verificatur primus Aphoriſmus. Atque hæc omnia & plura alia declaraui, vt patent ex noſtro iudicio, quod ipſe habet.




Lavrentivs Campegius, natus Mediolani, ex clariſsimo genitore Mantuano, qui in ciuitate Patauina publico ſalario ſatis honeſto profitebatur ius ciuile pleriſque annis: poſtmodũ mortua vxore in partu, ſe contulit ad vrbem Romam, vbi factus fuit Auditor Rotę 1510. Deinde electus Feltrenſium Epiſcopus. Deinde anno 1517. creatus fuit Eccleſiæ Cardinalis à Iulio 2. poſtmodum Legatus ad Ducem Mediolani, & paulopoſt ad Anglorum Regem. Anno ſuæ ætatis 49. incepit fieri podagricus, & chiragricus, vſque ad ſupremum diem, poſt eius interitum Chirurgus ſubſecuit ei pectus, & in iecinore, ſeu hepate comperit 15. lapillos, vt narrat dominus Gauricus. Dicit enim Albubater cap. 69. ſuarum obſeruationum. Quando Sol natiuitate diurna exiſtente in Scorpione fuerit, natus dolorem iuncturarum patietur.

*Thema cæli Laurentij Cãpegij Cardinalis.*




Marcvs

*Thema cæli Marci Antonij Campegij Epiſcopi.*




Marcus Antonius Campegius Bononienſis, Germanus olim Laurentij Cardinalis, Epiſcopi Groſſeti, corpore ſuccipleno, paruæ ſtaturæ, oratoriæ, & Poeticæ facultatis apprimè eruditus, pecunioſus, ſed auarus, noctes atque dies ſedit in lecto podagricus: paſſus eſt plurima in corpore incommoda, quoniam Luna fuit in ſeptima cæli domo. Et quia Venus eſt coniuncta Lunæ in ſeptima domo, ſignificat multa circa mores, tum gratiam dicendi, & manſuetudinem.

*Thema fratris Cornelij.*




Ex Cardano accepi hanc geneſim cum multis aliis. Ipſe enim dixit quòd hic vir laborabat podagræ genere, annis fermè 30. vt tophis omnes habebat excuſſos artus ac velut lapis totus immobilis eſſet præter linguam. Huic malo cauſas dederunt omnes erraticæ, cum horoſcopo in aqueis ſignis: Marſque in quarto cęli loco in Piſcibus, Saturni & Mercurij radiis imbutus. Verum dixit Albubater cap. 69. ſuarum obſeruationum. Quando Sol in natiuitate diurna exiſtens in Scorpione fuerit, natus dolorem iuncturarum patietur. Religionem oſtendunt Sol & Luna, & claritatem nominis Luna in Cancro fortis, in Solis trigono, facitque vt Ἀμμοχαριςης habeatur. Mercurius cum Saturno & Sole, & Nodo ſtudium & eruditionem non vulgarem præſtant, & acutiſſimum ingenium. Signa igitur humida memoria nō pollent: contrà ſicca, ſiquidem memoria tenax in ſicco fit.

*Thema Baptiſtæ Landuani.*




Hic eſt infimæ ſortis. habet Solem & Mercurium, & caput Draconis Lunæ coniunctos in vndecima cæli domo, qui ſignificant acuitatem ingenij. Item Saturnum, Iouem, & Martem in eadem parte habet: vnde illi continget vt honore periclitetur, & magni aliquid habeat: ſignificant igitur podagram iſti planetæ inuenti in ſigno Piſcium.

*Latitudines planetarum.*

♄ 1. 32. Mer. Aſc.
♃ 0. 58. Mer. Aſc.
♂ 0. 7. Mer. Aſc.
☉ 0. 0.
♀ 0. 50. Mer. Deſc.
☿ 1. 58. Mer. Deſc.
☽ 1. 28. Sep. Aſc.

*Miſcellanea.*

Venus domina ſextę domus ſi fuerit ſupra terram malè affecta, infirmitatem in aure ſiniſtra obnuntiat, ſiue hebetudinem: ſi verò ſub terra fuerit, natus renum dolores experietur. Abrahami Iudæi in ratione 6. domus.

Mars ſi fuerit infortunatus, vel combuſtus in natiuitate nocturna, vel diurna, & fuerit ſupra terram, denotat infirmitatem in nare dextra: ſi verò fuerit ſub terra, ſignificat infirmitatem cholera. Eiuſdem ibidem.

Saturnus ſi fuerit infortunatus ſupra terram, ſignificat infirmitatem in aure: ſub terra, natus patietur infirmitatem in ſplene.

*Prognoſticatio infirmitatis ex ſtellis fixis.*

Stellæ Saturninę cum Sole, aridos, imbecilles faciunt homines, & ſimiliter cum Luna hoc faciũt.

Cingulus Orionis cum Sole cæcutientes, lippiẽtes, oculis prominentibus.

Cum nebuloſis luminaria cæcitatem, aut obtuſiſsimum viſum.

Cum pleiadibus luminaria, ſi Saturnus aſpiciat, luſcos: ſi Mars, ſtrabos faciunt. Et hoc intelligitur ſi pleiades fuerint cum luminari temporis.

Luminaria in via lactea, aciẽ oculorum obtundũt.

Almutem ſuper loca ſignificatorum infirmitatis ſi fuerit malus & commixtus domino aſcendentis, aut fuerit in angulis impeditum aſcendens ab eis, erit natus obnoxius multis infirmitatibus.

Almuten ſuper loca ſignificatorum infirmitatis ſi fuerit fortuna, & aſpexerit fortuna dominum aſcendentis, ſignificabit proſperitatem nati, & eius ſanitatem, atque ſaluationem in infirmitatibus: & paruas fore nati infirmitates. Abenr. par. 5. cap. 1.

Almuten ſiue ſignificator infirmitatis combuſtũ ſi fuerit, vel cum malefico planeta, iudica natum in membro illius ſigni paſſurum, ſecundum partitionem, quam in ſignis ſupradictis diximus.

Almutenſignificatorũ infirmitatũ trahitur à
- Cuſpide ſextæ domus.
- Domino eius.
- Parte azemenæ.
- Domino eius.
- Primo domino triplicitatis ſextæ.

Genera ergo morborum accipiũtur à natura Almuten ſignificatorum infirmitatũ: Deinde à natura ſigni zodiaci, ꝙ Almuten illi occupat: Tertio à natura malefici, qui autorẽ infirmitatis infeſtat. Exẽpli gratia, Saturnus Almuten infirmitatũ multos quidẽ morbos decernit in genere: ſed ſi fuerit in natiuitate alicui' in ſigno aqueo, & in ſexta domo, & à Sole cõbuſtus, ſignificat tantũ leprã. Quoniã Cancer, vel Scorpio, vel Piſces, omnes pollicentur lepram. Sed vbi ſunt aphoriſmi ſpeciales, qui quidem ab obſeruatione & experientia pendent, his generalibus regulis derogant, vt patebit legentibus.

Saturnus Almutẽ infirmitatum ſignificat, ꝙ nati infirmitates erũt de cauſa frigida & ſicca, erũntque ſimiliter prolixę, vt ſunt Cancer, gibboſitas, podagra, epilepſia, hypoſarca, anaſarca, morphea, elephãtia, lepra, paralyſis, tabes, phthiſis, ictericia nigra, quartana febris, iliaca paſsio, hydrops, hæmorrhoides, pernitioſi catarrhi. Hæmor, peſtiferus humor, ventris ſolutio, cholera nigra, atra bilis, ſpaſmus, & ſimiles ægritudines incurabiles, ſeu multum difficiles ad curandum. Hæc dixit Guido Bonatus par. 5. cap. 3. ſextæ domus.

Iupiter autor infirmitatis ſignificat peripneumoniã, apoplexiã, pleureſin, ſpaſmũ, cardiacã, anginã, conuulſionẽ, cephaleã, ſquinantiã & lethargum: & generaliter omnes infirmitates prouenientes ex abundantia ſanguinis, & eius corruptione, ſubito tamen tranſeuntes.

Mars

Digitized by Google

Mars author infirmitatis ſignificat quòd infirmitates nati eiuſque morbi fient de cauſa calida & ſicca, ſicut ſunt illi qui fiunt de cholera rubea, vel etiã de ſãguine, vt ſunt febres acutę, phrenesis, & apoſtemata, quæ non facile maturantur. ſignificatque peſtem, ictericiam flauam, eriſipelas, carbunculos, fiſtulas, epilepſiã, dyſenteriã, tertianã & quotidianã febrẽ, empimam, ignem ſacrum, hemicraneam, cauſonem, infirmitateſque fellis, & omne incommodum ex nimio calore & meatu ſanguinis proueniens.

Sol ſignificator infirmitatum ſignificat omnes infirmitates calidas & ſiccas: choleram rubeam, ægritudines oris, rheuma, & fluxum ad oculos, catarrhactum, comeſtionem carnium in ore, frigiditatem ſtomachi & hepatis, molliciem egeſtionis, fiſtulas, puſtulas matricis, & partium inferiorum, ſyncopem, cardiacam, ophthalmiam, & fluxus oculorum.

Venus ſignificatrix infirmitatis denotat paſsiões matricis, ſuffocationem, gonorrhœam, diabeten, priapiſmum, ægritudines circa genitalia, molles egeſtiones ſanguinis, frigiditatem ſtomachi, cordis apoſtema, fiſtulas, ſtomachi imbecillitatem, & hepatis, ſcabiem gallicam, lienteriam.

Mercurius Almuten infirmitatis habet has affectiones videlicet tuſsim, ſputi abundantiam, vomitum, febrem quotidianam, phthiſim, maniam, melancholiam, epilepſiam, priuationem ſenſus communis, lethargum, deliria omnis generis, balbutiem & linguę impedimenta, raucedinem, morbum caducum, & alias ægritudines, quæ ex incognita ſiccitate proueniunt.

Luna Almuten infirmitatis ſignificat has infirmitates, videlicet epilepſiam, colicam paſsionem, menſtrua, apoſtemata phlegmatica, paralyſim, guttam caducam, vultus obliquitatem, membrorum commotionem, & ægritudines ex neruorum opilationibus prouenientes.

Ptolemæus in Centil. Aph. 37. inquit, cuius Taurus, vel ſcorpio fuerit horoſcopus, erit cauſa ſuarum infirmitatum, ipſemet natus ex malo eius regimine, aut cibis non conferentibus, ſeu nimio coitu, ſiue crapula, vel bibitione: hoc autem dictum eſt, quoniam dominus orientis conſueuit eſſe dominus ſextæ domus, quam Arabes ægritudinibus deputarunt.

Dominus aſcendentis ſi fuerit in ſexta domo, natus erit valetudinarius. Abenrag. par. 5. c. 4.

*Infirmitates ex febribus.*

Meſſahalach dicit: Si fuerit dominus ſextæ domus aliquis malorum, & gradum aſcendentis infortunet, aut dominum aſcendentis, vel principantem natiuitatis, denotat infirmitatem & dolorem ſecundum naturam infortunæ infortunantis.

Vuelius dat præceptum commune, videlicet, Si fuerit dominus ſextæ domus in ſigno Arietis, ſignificat infirmitatem in capite: ſi in Tauro, in collo, ſecundum modum præſcriptum ſuperius, quod eſt expertum iuxta Abrahami Auenaris obſeruationes.

Saturnus ſi fuerit in ſexta domo, vel in ſexta à Luna vel in quadrato, aut oppoſito, eorũ infirmitates erunt à cauſa frigida, quæ tardè curabuntur. Guid. Bonati par. 5. c. 3. ſextæ domus.

Saturnus ſi Soli coniunctus fuerit, aut illum irradiauerit, valetudines futuræ ſunt Saturninæ.

Mars ſi fuerit in ſexta domo, vel in ſexta à Luna, aut in quadrato, vel oppoſito cuiuſuis earum, infirmitates nati erunt ex caliditate, & tales, quæ cito liberant, vel cito interficiunt. Guid. Bonati par. 5. c. 3. vt ſupra.

Mars in Ariete, vel ſua triplicitate, facit cholericos, quibus vt plurimum imminent calidæ febres ex abundantia choleræ.

Mars in diurna genitura ſi fuerit inuent' in quinta domo, & Lunam reſpexerit per diametrũ, febres ardentiſsimas minatur, quæque inſaniam videantur allaturæ.

Mars in duodecima domo inuentus, ſignificat etiam ægritudines quàm grauiſsimas.

Mars in ſeptima domo inuentus ſi reſpexerit horoſcopum ex diametro aſpectu, vitia & valetudines corporis maximas decernit.

Mars ſi Soli coniunctus fuerit, aut quauis irradiatione Sol à Marte fuerit percuſſus, valetudines futuræ ſunt vehementer calidæ atque ignitæ.

Sol in ſexta domo conſtitutus, graues, ac longos morbos denunciat. quòd ſi Mars horoſcopum vitiauerit, etiam vulnera infliget.

Sol in duodecima domo ab horoſcopo conſtitutus vitia decernit, & ęgritudines etiam maximas, ob loci pernicioſam naturam.

Mercurius malè affectus in domicilio Martis, ciet febres calidas vomicas, ſanguineas.

Luna in Ariete in octaua domo, indicat calidam infirmitatem in capite, & in pectore non medicabilem.

Luna in oppoſito Martis, morbos venenatos inducit, ſicut in ſignis igneis terminantúrque cito, ſed raro ad vitam.

Luna cum malis, vel in eorum malo aſpectu in ſigno humido, ſignificat aduerſas valetudines ex frigido & humido: & ſi in ſicco, erunt ex cholera & ſiccitate. Albohaly ca. 24.

Luna ſi fuerit cum Saturno, & lumen eius minoretur, ſignificat infirmitatem ex frigido: ſi verò augeatur paruam notat infirmitatem.

Luna ſi fuerit cum Marte, & lumen eius maioratur, ſignificat infirmitatem graue ex caliditatis ſuperabundantia: ſi verò lumen minuitur, ipſius infirmitas erit leuis.

Dominus ſextæ domus, ſi applicuerit domino aſcendentis, accident nato aduerſæ valetudines ſecundum ſigni naturam, in quo fuerit dominus ſextæ domus, intellige ex calido, frigido, ſicco & humido, vt dicit Aben. par. 4. c. 9.

Ptolemæus dicit, Si fuerit dominus ſextæ domus cum vno malorum, aut in aſpectu malo, & fuerit in domo ſexta, ſignificat infirmitatem ſtabilem. Si autem fuerit in ſeptima, denotat ſanguinem egredientem per poſticam partem.

Meſſahalach dicit, Si fuerit dominus ſextæ domus aliquis malorum, & infortunet gradum aſcendentis vel eius dominum, aut principantem natiuitatis, & fuerit Oriẽtalis, natus habebit impedimẽtum ſtabile: Si verò Occidẽtalis, minimè ꝑmanebit. Et ſi mal' planeta fuerit in ſigno fixo, denotat lon-



Digitized by Google

gritudinem infirmitatis:ſi autem in mobili, breuem denotat:ſi verò in communi, ſignificat natum mutari de infirmitate in infirmitatem.

Dominus ſextæ domus ſi fuerit in ſignis fixis, erit infirmitas longa: ſi in mobilibus, breuis: ſi in communibus, mediocris. Hæc dicit Ioannes Hiſpalenſis lib.2.c.13.

*De tempore infirmitatum.*

Abrahamus Auenaris in ratione ſecundæ domus dicit, Si vnus planeta malorum in vno angulorum fuerit, malum denotat. Nam ſi fuerit Orientalis, à Sole ſibi infirmitas & malum continget ante medietatem ſuorum annorum:ſi verò Occidentalis, hoc erit poſt medietatem dierum ſuorum.

Si planeta infirmitatē ſignificans fuerit in aſcendente, infirmitas erit in principio vitæ eius: & ſi fuerit in medio cæli, erit in medio vitæ:& ſi in Occidente, erit in ſenectute:& ſi in angulo terræ, erit in fine vitæ circa mortem. Et ſecundum potentiam ac debilitatem, quam habuerit in ſe idem planeta, & in loco ſuo, erit infirmitas. Abenrag.par.5.c.1.

Dominus octauæ domus ſi fuerit ſeparatus à domino aſcendentis, natus habebit multas infirmitates in fine vitæ. Abenrag.par.5.c.7.

Tempus chronicæ ægritudinis hoc modo ſcire poteris, iuxta obſeruationes Dorochij. Nam ſi pars infirmitatis & infortuna ægritudinem ſignificans ab aſcendente vſque ad decimam domum fuerit, ægritudo erit tempore infantiæ. Et ſi à decima domo vſque ad ſeptimam fuerit, ęgritudo erit in pueritia. Et ſi ab aſcendente vſque ad quartam domum fuerit, erit in iuuentute. Et ſi à quarta domo vſque ad ſeptimam, erit in ſenectute, & circa tempus mortis.

Aſcendentis directionem pro iis quæ corporis ſunt facito: partis fortunæ pro iis quæ ſunt externa, Lunæ pro corporis animæque connexione, medium cæli pro actionibus. Ptolemæi ſententia 77.

Per directionem Hyleg ad aſpectus fortunarum & infortunarum ſcies tempora, quibus nato bonum, aut malum eueniet.

Per directionem Lunæ ſcire poteris ægritudinem, quam habebit in corpore, vel in anima.

Per directionem gradus aſcendentis ſcies accidentia corporis.

Per directionem Solis ſcies nati valetudines. Albubatris ſent.c.1.

*Annotationes vniuerſales.*

Dominus primę domus fortunatus exiſtens, natus erit ſani corporis, ſi fuerit in prima domo: ſed ſi fuerit in ſexta domo, ſignificat multas infirmitates & labores.

Dominus ſecundæ domus in ſexta, ſignificat ægritudinem ex cauſis rerum immobilium.

Dominus quartæ domus in ſexta, ſignificat natum proſperari in cauſis ægritudinum & medicinæ.

Dominus quintæ domus ſi fuerit in ſexta, natus viuet, & erit mitis, & de facili tolerans ægritudinem.

Domin' ſextæ domus ſi fuerit {
- In prima domo, ſignificat quòd natus habebit infirmitates de natura illius planetæ, & ſignificat nato varias, & multas ægritudines in corpore.
- In 2. ſignificat ægritudinem in cauſis ſubſtantiæ.
- In 3. decernit natum infirmari in breuibus itineribus.
- In 4. pollicetur ipſi nato euenire ægritudines in propria domo.
- In 5. natus erit ſanus, ſi non aſpexerit eũ dominus aſcendentis: tunc enim ſignificaret nato ægritudines ex parte operum.
- In 6. ſignificat nato ægritudines in cauſis filiorum vel conuiuiorum aut voluptatum.
- In 7. ſignificat ægritudines ex cauſis vxoris, vel amaſiæ, vel inimicorum, litium & controuerſiarum.
- In 8. natus erit ſanus, niſi applicuerit ei dominus aſcendentis, qui ſignificaret ægritudines propter mortem alicuius.
- In 9. infirmabitur extra locum ſuum, & habebit ęgritudines in longis peregrinationibus.
- In 10. ſentiet natus ægritudinem propter aliquod officium, ſeu dignitatem.
- In 11. patietur ægritudinem propter ſpē & fiduciam ſuam.
- In 12. natus capiet ægritudinem propter cauſas inimicitiæ, vel animalium maiorum, & propriè quæ equitantur vel propter carceres & anguſtias, & alia huiuſmodi ſignificata duodecimæ domus.

Dominus octauæ domus in octaua ſignificat, ꝙ natus erit ſanus, & habebit infirmitates leues.

Dominus nonæ domus ſi fuerit in ſexta, infirmabitur natus in itineribus: & ſi ſanus fuerit, in illis recipiet damnum occaſione ſeruorum ſuorum.

Dominus vndecimæ domus ſi fuerit in prima, natus erit ſani corporis.

Saturnus {
- In ſexta domo, ſignificat multitudinem infirmitatum, & fore natum inualidum & paſſurum dolorem ventris & dentium.
- In ſeptima domo extra domicilium & regnum ſuum, exiſtens in ſigno aqueo, dat hæmorrhoides, aut fiſtulam in pudendis.
- In domo ſua in natiuitate nocturna dat multas infirmitates & labores.
- In domo Veneris, dat multas infirmitates.
- In domo Lunæ, dat multas infirmitates, & malum in oculo ſiniſtro, ſi natiuitas fuerit diurna: in nocturna autem in oculo dextro.

Iupiter in ſexta domo, minuit ægritudines, & ſignificat paucitatem infirmitatum.

Extra

Digitized by Google

**Mars**

- Extra domum ſuam, vel exaltationem in ſexta domo, ſignificat mnltas infirmitates calidas & acutas, quæ procedunt à multo ſanguine.
- In domo Solis ſignificat infirmitatem & dolores oculorum & ſtomachi.
- In domo Lunæ ſignificat, quod natus habebit longiſsimam infirmitatem, & in loco occulto patietur malum, & in oculis.

**Sol**

- In ſexta domo, ſignificat multas infirmitates, & ægritudinē cordis & membrorum principalium.
- In ſeptima domo ſi fuerit, natus habebit membra tremula, & dolorem in oculis.
- In domo Martis, dat infirmitatem in hepate.
- In domo Mercurij ſi fuerit, dolebunt nato oculi, & ſtomachus.
- In domo Lunæ coniunctus caudæ Draconis, Saturno, vel Marti, dat malum in oculis.

Venus ſi fuerit in prima domo, natus erit ſani corporis.

Venus in ſexta domo extra domum ſuam vel regnum, ſignificat paucitatem ægritudinum, coitus impotentiam ex defectu debilitatis renum: Et ſi fuerit in domo, vel exaltatione ſua, erit natus fortis & robuſtus, & quaſi nunquam infirmus.

Caput Draconis in ſexta domo, liberat natum de infirmitatibus.

Caput Draconis ſi fuerit in ſeptima domo, natus habebit malum in oculis.

Cauda Draconis in ſexta domo, dat nato multas infirmitates.

**Luna**

- In prima domo ſi fuerit, fiet natus ſani corporis.
- Infortunata in ſexta domo, ſignificat multitudinem ægritudinum, & defectum cerebri.
- In domo Saturni, dat tuſsim, & malum per tuſsim, debilitatem vel malum in oculis.
- In domo Iouis, denotat quòd natus erit pro maiori parte ſanus.
- In domo Solis, ſignificat quòd natus erit infirmus, & debilis in oculis & viſu: & decernit dolores capitis & ſtomachi.
- In domo ſua ſi non fuerit infortunata, dat ſanitatem corporis: ſed ſi fuerit infortunata, dat diuerſas infirmitates, & malum in oculis.

Hæc materia cum multis obſeruationibus explicatur diligenter, ordinatè & copioſè ab Albubatre, ex quo plurima capita hic ſubiecimus.

### *De ægritudinibus nati.*

Quando Sol in natiuitate diurna ab aliqua infortunarum impeditus fuerit, natus ęgritudinem in oculo dextro habebit, aut fortè luſcus, aut ſtrabo erit. Et ſi Sole ſic diſpoſito, natiuitas nocturna fuerit, natus ægritudinem in ſtomacho vel cerebro habebit. Et ſi Luna ſupra terram infortunata fuerit, natus ægritudinem in oculo ſiniſtro patietur. Sed ſi ſub terra infortunata fuerit, dolorem colli aut gutturis, vel pulmonis ex frigiditate & humiditate ſignificat.

Quando Mercurius ſupra terram infortunatus fuerit, ægritudo linguæ portenditur. Et ſi ſub terra infortunatus fuerit, ęgritudo erit in fiſculis locis. Si Venus & Mars infortunati fuerint, ægritudinem narium ſignificat, ita quòd natus odorem non ſentiet, nec appetet, & forſan diſtillationē in eis patietur. Et ſi ſub terra infortunati fuerint, erit ægritudo in hepate, aut venis vel in renibus, & vijs vrinæ cum appetitu coitus.

Quando Saturnus & Iupiter ſupra terram infortunati fuerint, ſicut ſi eſſent combuſti vel in oppoſitione ſuarum augium, aut in locis malis, ſeu in gradibus tenebroſis, ægritudinem in auribus vel earũ meatibus ſignificat. Et ſi ſub terra infortunati fuerint, erit dolor in ſplene vel ſpiritu, ſicut illi qui credunt ſubito mori.

Quidam ſapientes dixerunt quòd quando Luna ſupra terram in natiuitate nocturna fuerit, erit eius ſignificatio ſuper oculum dextrum, & Sol in natiuitate nocturna ſuper oculum ſiniſtrum.

Quando infortunæ in angulis fuerint, nec aſpexerint illas fortunæ, nec aliquas dignitates ibidem habuerint, ægritudines chronicas vel inſeparabiles ſignificant.

Quando Luna ab aliquo planeta ſeparatur, & fortuna ipſam non aſpexerit, ægritudines portendit.

Quando Luna ſine aſpectu fortunæ in ſexta domo fuerit, & infortunæ eam aſpexerint, ęgritudines chronicas portendit.

Quando dominus ſextæ domus in aſcendente, ac in ſigno mobili fuerit, & fortunæ ab ipſo cadentes, ægritudines nati erunt chronicæ ac inſeparabiles.

Quando Mars in Libra ſine poteſtate Iouis fuerit, ægritudines chronicas ſignificat.

Quando Luna in aſcendente fuerit, & infortunæ ipſam aſpexerint, ægritudines & dolores ſignificat.

Quando infortunæ in angulis fuerint, & luminaria aſpexerint, natus in corpore ſuo ægritudinē inſeparabilem habebit.

Quando infortunæ ſub radiis orientales fuerint, ægritudines ſignificant, & ſi occidentales fuerint, miſeriam ac debilitatem decernunt.

Quando Luna cum infortuna alligata fuerit, ægritudines chronicas ac debilitatem corporis ſignificat.

Quando ſignum ſextæ domus ab aſpectu vel radiis infortunæ impeditum fuerit, ægritudines ſignificat.

Quando ſignum aſcendẽtis mobile fuerit, erunt dictæ ægritudines in oculis. Et ſi ſignum ſextæ domus mobile fuerit, & eius dominus in ſigno mobili, nati ægritudines erunt ex phlegmate. Et ſi Mars dominum ſextæ domus aſpexerit, erunt ex calore vel igne. Et ſi Saturnus & Iupiter dictum dominũ aſpexerint, erũt de natura caliditatis & humiditatis. Et ſi Venus domina ſextę domus fuerit, erunt ægritudines nati circa renes & pudibunda, aut ex nimio coitu. Et ſi Mercurius dominus ſextæ domus fuerit, ægritudines nati erunt in lingua vel auditu. Et ſi Luna domina ſextæ domus fuerit, erunt ægritudines nati in genitalibus & partibus inferioribus. Et

hæc

Digitized by Google

hæc de ægritudinibus in generali diximus, ſed quia ſapientes in libris ſuis ſignificationes particulares poſuerunt, eas declarare in ſequentibus propoſuimus. Hæc Albubater c.53.

*De cæcitate & oculorum ægritudinibus.*

Quando Sol & Luna ab infortunis obſeſsi fuerint, & aſcendens infortunatum, & dominus eius in malo loco, necnon fortunæ ab aſcendente cadentes, natus erit cæcus, aut ægritudinem inſeparabilem in oculis habebit.

Quando Luna lumine ac numero diminuta in ſexta domo fuerit, & maxime ex quadrato vel oppoſito aſpexerit, cæcitatem ſignificat.

Quando infortunæ in eodem gradu cum luminarib' fuerit, aut luminaria ſine aſpectu fortunę ex quadrato vel oppoſito aſpectu aſpexerint, natus viſum amittet.

Quando Sol dominus ſextæ domus fuerit, & per malum alicuius infortunæ aſpectum abſque aſpectu fortunæ infortunatus fuerit, ægritudinem in oculis ſignificat.

Quando Luna domina ſextæ domus exiſtens in gradu aſcendentis per malum infortunarum aſpectum infortunata fuerit, & fortunæ ipſam nõ aſpexerint, natus ægritudinem in oculis habebit.

Quando cauda draconis in gradu aſcendentis fuerit, & luminaria infortunata, natus aliquem ex oculis amittet, niſi fortunæ bono aſpectu ibidem aſpexerint.

Quando Mars dominus ſextæ domus fuerit, & aſcendens ſignum mobile, & Luna lumine ac numero diminuta cum cauda draconis, ac in quadrato vel oppoſito Martis aſpectu, natus viſum amittet.

Quando Mars ſuper Lunam exiſtens in ſeptima domo combuſtus fuerit, ægritudinem oculorum ſignificat.

Quando infortuna in tertia domo fuerit, & Mars in aſcendente infortunatus, oculi nati ægrotabunt.

Quando infortunæ cum luminaribus in locis cadentibus fuerint, ægritudines oculorum ſignificant.

Quando luminaria in ſignis, chronicas ægritudines ſignificantibus fuerint, & infortunæ malo aſpectu ipſa aſpexerint, & fortunæ ab eis cadentes fuerint, natus ægritudines in oculis habebit.

Quando Sol & Luna in ſeptima domo fuerint, & Mars immediate poſt Lunam aſcendat, ægritudines oculorum ſignificant.

Quando ſignum ſecundæ domus fuerit vna de domibus Saturni, & Sol domin' partis fortunæ vel aſcendentis exiſtens in ſecunda domo fuerit, ægritudines oculorum portendit.

Et ſciendum eſt quòd in aliquibus ſignis ſunt aliqui gradus, qui deſtruunt viſum. In Tauro locus Achorade gradus 6.9.& 10. In Cancro à 9.gr. vſque ad 15. In Leone locus Alephereph 18. grad. 27.& 28. In Scorpione 19.& 28. Et ſecundum Drocheum in Scorpione 8. grad. 9.10.& 22. In Sagittario 1. grad. 7.8.& 9. In Capricorno à 26. grad. vſque ad 29. In Aquario 6. grad. 10.& 19. Hæc idem c.54.

*De amiſsione vnius oculi.*

Quando Luna lumine creſcens à Marte infortunata fuerit, aut lumine diminuta à Saturno, & Sol in bono loco, amiſsionem oculi ſiniſtri aut infirmitatem inſeparabilem ſignificat.

Quando Sol in natiuitate diurna infortunatus fuerit, & Luna ab infortunis libera, cęcitatem oculo dextro portendit.

Quando Luna in natiuitate nocturna ſuper terrã infortunata, ac dominus ſextæ domus exiſtens, cum cauda Draconis fuerit, & Sol infortunatus, natus erit cæcus, aut oculum vnum amittet.

Quando Sol in natiuitate diurna eclipſatus fuerit, amiſsionem oculi dextri ſignificat.

Quando Sol in natiuitate dominus ſecundæ domus fuerit, natus ægritudinem in oculo dextro habebit, niſi fortunæ ipſum aſpexerint. Hæc idem cap. 55.

*De nebula oculorum.*

Quando aliquis ex planetis ſub radiis Solis fuerit, Mars vel Mercurius præcipuè, natus nebulam aut maculam in oculo habebit, ita quòd per eam viſus impedietur.

Quando Luna cum Marte in eodem ſigno ſub radiis Solis fuerit, nebulam in oculo ſignificat.

Quando Venus domina ſextæ domus in aſcendente fuerit, & infortunæ malo aſpectu ipſam aſpexerint, natus lachrymationem oculorum & humiditatem patietur, aut in eis cicatricem vel nebulam habebit. Hæc idem c.56.

*De oculis luſcis vel ſtrabonibus.*

Quando Luna Saturno orientali, ac ſub radiis Solis exiſtenti iuncta fuerit, natus erit ſtrabo vel luſcus.

Quando Sol & Luna in ſigno mobili iuncti fuerint, & ab aſcendente cadentes, necnon ab infortunis cum aſpectu fortunæ alligantes, natus erit luſcus.

Quando Sol in natiuitate diurna, ac in ſigno tortuoſi aſcenſus impeditus fuerit, & Mars Solem aſpexerit, natus erit luſcus, præſertim ſi Sol in gradu tenebroſo fuerit. Hæc idem c.57.

*De oculis tenebroſis.*

Quando Luna in medio Tauri, vel in 6.9. ſeu 10. gradu fuerit, aut in 9. aut 19. gradu Cancri, ſeu in primo, 7.9. vel in 18. Sagittarij, natus in oculo nebulam habebit, aut oculi eius tenebroſi erunt.

Quando Luna in aſcendente, ac in via combuſta, vel in gradu tenebroſo, aut in gradu deſtructionem viſus ſignificante fuerit, tenebroſitatem oculorum ſignificat.

Quando Sol ſub terra in quadrato aſpectu Saturni fuerit, natus oculos tenebroſos habebit.

Quando Luna in aliquo graduum deſtructionem viſus ſignificantium fuerit, tenebroſitatem oculorum ſignificat, præſertim ſi Luna fuerit lumine diminuta.

Et

Digitized by Google

Et ſciendum eſt quòd in ſignis ſunt aliqui gradus tenebroſi, videlicet in Tauro 9. & 20. grad. In Leone 5.12.14.& 16. In virgine 13.19.& 21. In Libra 19.20.&21. In Scorpione 21.22.& 23. In Capricorno ab 11. gradu vſque ad 15. In Aquario 2.3. & 4. Hęc idem capit. 58.

*De viſu debili.*

Quando Luna lumine diminuta in malo Saturni & Martis aſpectu fuerit, debilitatē viſus ſignificat.

Quando Saturnus & Mars in ſecundo ſigno à Sole fuerit, & Luna infortunata ac numero & lumine diminuta ipſum ab occidente vel medio cæli aſpexerit, natus erit debilis viſus.

Quādo Luna ab infortunis fuerit obſeſſa, & fortuna quadrato vel oppoſito aſpectu ipſam aſpexerit, debilitatem portendit viſus.

Quando Luna lumine ac numero diminuta Saturnum in Sagittario exiſtentem quadrato vel oppoſito aſpectu aſpexerit, natus viſum debilem habebit.

Quando Luna hora ſeparationis à coniunctione vel præuentione Solis Saturno aut Marti fuerit alligata, natus erit viſus debilis, aut in oculis natus ægritudinem inſeparabilem patietur.

Quādo Luna de ſub radiis Solis apparuerit, & infortunæ ipſam malo aſpectu aſpexerint, viſus nati debilitabitur.

Quando Luna ſub radiis Solis iungitur Saturno Iouem ibidem non aſpiciente, debilitatem viſus ac chronicam oculorum ægritudinem ſignificat.

Quando Mars & Sol in angulo occidentali fuerint, & Mars fortis ac orientalis fuerit, erit in viſu nati debilitas, aut in oculis chronica ægritudo.

Quando Sol & Luna in gradib. tenebroſis & ſub radiis Saturni in circulo ſuo deſcendentes fuerint, lachrymationem oculorum ſignificant, præſertim ſi Saturnus ſuper illos exiſtens in ſignis humidis fuerit. Et peius, quod in ægritudinibus oculorum eſſe poſsit, eſt quòd Sol à Marte infortunatus eclipſim patiatur, nam hoc deſtructionem oculorum ſignificat. Idem c.59.

*De ægritudinibus aurium.*

Quando Mercurius dominus ſextæ domus exiſtens in malo loco aſcendente fuerit, & Saturnus eum quadrato aſpectu, vel ſextam domum oppoſito aſpexerit, natus erit ſurdus.

Quando Luna lumine completa Marti in ſexta domo obuiauerit, natus quaſi nihil audiet.

Quando Mercurius natiuitate nocturna exiſtente de ſub radiis apparens, necnon retrogradus & in malo fortunę aſpectu in ſexta domo fuerit, nat' erit in auditu ponderoſus, Mercurius etiam in domo Saturni infortunatus exiſtens, ſi in decima domo fuerit, & infortunæ ipſum aſpexerint, natus omni auditu carebit, præſertim ſi fortunæ ab eo fuerint peregrinæ. Idem c.60.

*De loquela nati.*

Quando Mercurius ſub radiis Solis ac in aſpectu Lunæ exiſtens in aliquo ſignorum voce carentium, ſicut in Tauro, Scorpio vel Piſcibus fuerit, natus erit mutus.

Quando Mercurius in Scorpio ac in termino & facie Martis fuerit, & Luna in oppoſito aſpectu aſpexerit, natus erit balbus aut in loquela ſua aliquantulum impeditus.

Quando Mercurius dominus ſextę domus exiſtens in aſcendente infortunatus fuerit, natus cum difficultate loquetur.

Quando Mercurius dominus ſextę domus, ac in ſigno voce carente fuerit, & infortunæ oppoſio aſpectu ipſum aſpexerint, natus erit mutus.

Quando Mercurius in coniunctione ac termino Martis fuerit, & Mars ipſum malo aſpectu aſpexerit, natus erit impeditæ linguæ, & quaſi mutus.

Quando Luna lumine completa ex aſcendente fuerit alligata Marti, natus chronicam ægritudinem habebit in lingua.

Quando Mercurius in domo ac termino Saturni fuerit, natus cum labore loquetur.

Quando Venus in domo Saturni retrograda & in aſpectu Martis exiſtens decimam domum poſſederit, & Mercurius ab ea cadens fuerit, natus erit balbus, aut in lingua multum impeditus, ita quòd loqui vix poterit. Idem c.62.

*De natis gibboſis.*

Quando Luna in initio vel fine ſigni fuerit, & Saturnus ipſam aſpexerit, natus erit gibboſus.

Quando Luna in tertia domo fuerit, & Saturnus ad eam deſcendens ac in ſigno mobili exiſtens ſuper eam eleuatur, natus erit gibboſus.

Quando Saturnus ad terrā deſcendens, & Mars dominus aſcendentis, ac in ſigno tortuoſi aſcenſus, & paucæ latitudinis exiſtens, iuncti fuerint, natus erit gibboſus, præſertim ſi Mars in tertia parte illius ſigni fuerit. Idem c.62.

*De natis leproſis.*

Quando Luna à coniunctione Solis ſeparata Saturno alligauerit, & fortunæ ipſam non aſpexerint, natus erit leproſus.

Quando Luna cum Saturno & Marte in Ariete vel Tauro fuerit, natus erit corporis ſordidi, & quaſi leproſus.

Quando Saturnus, Mars, Luna & Venus in Cancro, Scorpione, vel Piſcibus fuerint, morpheam vel cancrum, aut apoſtema carnem corrodens, & fœtorem faciens, ſignificant.

Quando Iupiter retrogradus fuerit, & dominus domus ſextæ peregrinus, ac in aſpectu domo vel termino infortunæ, natus ruborem in facie, aut cicatricem vel apoſtema habebit.

Quando Mars aut Saturnus in domo ſeptima peregrini ac ferales fuerint, & fortunæ aſcendentes Martem & Saturnum aſpexerint, natus habebit rubedinem in facie ad lepram declinantem. Similiter Venus ſicut de Ioue dictum eſt diſpoſita, apoſtema & rubedinem in facie portendit.

Quando Iupiter in ſexta domo infortunatus fuerit, malum hepar ſignificat, ac ventoſitates necnon ægritudinem in facie, quæ roſa ſiue roſura dicitur. Idem c.63.

De

Digitized by Google

*De natis morpheam albam habentibus.*

Quando Venus & Luna in ſigno aqueo fuerint infortunati, natus morpheam albam patietur.

Quando Luna cum infortuna in eodem ſigno ſub radiis Solis fuerit, natus morpheam albã cum ſanie & caſu pilorum incurret.

Quando Luna in Ariete, Cancro, Scorpione, Capricorno vel Piſcibus à Saturno infortunata fuerit, morpheam ſignificat.

Quando aliquod de ſignis prædictis fuerit aſcendens, & pars abſentiæ vel fortunæ in eo morphea natum inuadet. Idem c. 64.

*De natis lunaticis fatuis aut luſcis.*

Quando Mars in angulo terræ fuerit, aut Sol ipſum quadrato vel oppoſito aſpectu aſpexerit, natus erit lunaticus aut mali ſenſus, vel quaſi ſtultus ſeu fatuus.

Quando Mercurius cum Saturno in aſcendente fuerit, & Mars cum oppoſito aſpectu aſpexerit, natus erit lunaticus, niſi fortunæ bono aſpectu eos aſpexerint.

Quando Luna in aſcendente iuncta Saturno fuerit, & Mercurius infortunatus eos aſpexerit, natus ſtultitiam incurret, præſertim ſi fortunæ ibi non aſpexerint.

Quando Mars inter Solem & Lunam in eodem ſigno fuerit, natus lunaticus aut luſcus efficietur.

Quando Mercurius vel Mars in aſcendente fuerit, & Saturnus ſuper illum in angulo medij cæli, & Mercurius in oppoſitione Lunæ à ſeptima domo, natus erit lunaticus aut luſcus.

Quando Luna à Saturno ſeparata Marti ſine aſpectu fortunæ iuncta fuerit, natus erit lunaticus, aut parui ſenſus.

Quando infortunæ aſcendens & eius dominium malo aſpectu aſpexerint, & fortunæ ibi non radiauerint, natus erit parui ſenſus.

Quando Luna à coniunctione Martis ſeparata ſub radiis Solis fuerit, & fortunæ bono aſpectu ibidem non aſpexerint, natus erit lunaticus.

Quando dominus triplicitatis Solis in natiuitate diurna fuerit in oppoſitione Solis & dominus triplicitatis Lunæ in natiuitate nocturna in oppoſitione Lunæ natus erit lunaticus.

Quando Saturnus dominum coniunctionis ſeu præuentionis aſpexerit, & Luna lumine diminuta fuerit, natus erit lunaticus, præſertim ſi fortunæ ibidem non aſpexerint.

Quando Luna lumine creſcens in Sagittario vel Piſcibus fuerit, & Martem ſine aſpectu fortunæ malo aſpectu aſpexerit, natus lunaticus efficietur.

Quando Luna & Mars in aſcendente fuerint, & Saturnus in ſeptima domo eos aſpexerit, natus erit lunaticus, præſertim ſi fortunæ Lunam non aſpexerint.

Quando Mercurius & Saturnus ferales fuerint, ac ſe oppoſito aſpectu aſpexerint, & Luna in aliquo angulorum Martem aſpexerit, & dominus aſcendentis in ſeptima domo fuerit, natus erit lunaticus.

Quando Mercurius à domino aſcendentis ſeparatus fuerit, natus quandoque verba aliena proferet.

Quando Sol, per quem ſenſus ſignificantur, ab ambabus infortunis infortunatus fuerit, necnõ in oppoſitione aſcendentis, ac in termino infortunæ, & dominus eius ipſum aſpexerint, natus erit melancholicus aut ſtultus.

Quando Luna & dominus aſcendentis à Marte infortunati fuerint, & Mercurius cum eis iungatur, natus erit lunaticus, & quaſi ſtultus.

Quando Sol & Luna peregrini fuerint, aut in 6. domo, & in eodem gradu coniuncti & infortunæ ſine fortunarum aſpectu aſpexerint, nat' lunaticus efficietur ſiue ſtultus. Idem c. 65.

*De natis epilepticis.*

Quando Sol & Venus in aſcendente fuerint, & Saturnus ex angulo terræ occidentalis eos aſpexerit per diametrum, natus erit epilepticus, aut ſenſu diminutus, aut de illis, qui dicuntur ſtellatici.

Quando Sol in aſcendente fuerit, & Luna in Piſcibus, & Saturnus in Sagittario, & Mars in Geminis aut Virgine, epilepticos cadentes ſignificat.

Quando Luna in natiuitate diurna Mercurium non complectitur, nec aſcendẽti vnitur, natus erit epilepticus. Idem c. 66.

*De natis paralyticis.*

Quando Luna nõ longe à Saturno peregrina fuerit, ægritudinem in neruis & membris ex frigiditate, aut dolorem paralyticum ſignificat.

Quando Luna lumine diminuta cum Saturno in ſigno phlegmatico ſub radiis Solis ſine aſpectu fortunæ fuerit, natus ægritudinem paralyticam incurret.

Quando Luna peregrina exiſtens cum Saturno in aliquo angulorum ſub radiis Solis ſine aſpectu fortunæ fuerit, natus erit paralyticus.

Quando ſignum ſextæ domus, & dominus eius ab aſcendente infortunati fuerint, & Saturnus ſine aſpectu Iouis ipſum aſpexerit, natus ægritudinem frigidam & humidam incurret. Idem c. 67.

*De natis cardiacis.*

Quando Sol ſextæ dominus exiſtens infortunatus fuerit, & fortunæ ab ipſo cadentes, debilitatem cordis & eius ægritudinem ſignificat.

Quando Iupiter in angulo terræ infortunatus fuerit, & maxime à Saturno, natus anxietatem & dolorem cordis habebit.

Quando in natiuitate diurna Saturnus, Iupiter & Mars in quarta domo fuerint, anxietatem ſignificant, & quod natus quando aliquos rumores audiet, motum cordis ſentiet. Idem cap. 68.

*De natis hepaticis.*

Quando ſextum ſignum ab aſcendente fuerit domus Iouis, & in ipſo à quadrato vel oppoſito malorum aſpectu infortunatus, natus dolorem in hepate habebit

Digitized by Google

habebit, & de facili febrem incurret.

Quando Luna ſextæ domus domina fuerit, & infortunæ ſine fortunarũ aſpectu eam aſpexerint, & Martis infortunæ aſpectus fortior fuerit, dolorem hepatis & ægritudinem chronicam ab hepate procedentem ſignificat, præſertim ſi Mars in termino nocturno fuerit, & in quarta vel ſeptima domo.

Quando Luna & dominus aſcendentis à Marte infortunati fuerint, natus dolorem hepatis & ægritudines calidas habebit, & fortè quòd ſanguis ab eius corpore per inciſionem vel percuſsionem exibit.

Quando Sol natiuitate diurna exiſtente in Scorpione fuerit, natus dolorem iuncturarum patietur. Idem cap. 69.

*De Natis ſpleneticis.*

Quando Luna domina ſextæ domus fuerit, & infortunæ ipſam maximè Saturnus ſine aſpectu alicuius fortunæ aſpexerint, natus dolorem in ſplene habebit.

Quando dominus aſcendentis fuerit in aſcenſu ſuo, & infortunæ ipſum aſpexerint, natus dolorem ſplenis incurret.

Quando dominus aſcẽdentis in natiuitate diurna combuſtus vel impeditus, aut in malo loco fuerit, & Mars in angulo terræ exiſtens ipſum impedierit, dolorem ſplenis ſignificat.

Quando Saturnus dominus aſcendentis exiſtẽs, ab infortuna peregrina infortunatus fuerit, natus ægritudinem & apoſtemata incurabilia habebit.

Quãdo Luna lumine ac numero diminuta in domo Saturni fuerit, maximè in natiuitate nocturna, natus erit febrilis, & tumorẽ vel duriciem in ſplene habebit. Idem cap. 70.

*De Natis pulmonicis.*

Quãdo Luna ſub terra infortunata fuerit, natus in pulmone habebit apoſtema, & hoc deterius erit, ſi Luna in angulo terræ fuerit, quia natus grauem tuſsim ex parte pulmonis habebit, & phlegma cum ſanie ſpuet.

Quando Venus domina ſextæ domus exiſtens infortunata à Saturno in ſigno igneo exiſtenti, natus calorem cum ſiccitate, ac pulmonis dolorem patietur.

Quando Luna ſub terra à Saturno quadrato vel oppoſito aſpectu infortunata fuerit, natus ſuffocationem anhelitus habebit. Idem cap. 71.

*De Natis ſtomachicis.*

Quando Mars & Saturnus in ſexta vel duodecima domo fuerint, natus in ſtomacho patietur, & cancrum ac dolores extraneos habebit.

Quando Sol in natiuitate diurna impeditus & infortunatus fuerit, ægritudines nati vt plurimum erunt in ſtomacho.

Quando Luna debilis & infortunata in ſexta domo fuerit, natus multis ægritudinibus in corde vel ſtomacho exiſtentibus ægrotabit. Idem cap. 72.

*De natis in ventre ac inteſtinis dolorem habentibus.*

Quando Mars in ſeptima domo, & in Scorpione ſine poteſtate Iouis & Veneris fuerit, excoriationẽ & dolorem inteſtinorum ſignificat.

Quando Mars in natiuitate diurna in tertia vel quarta domo cum cauda Draconis ſine fortunæ aſpectu fuerit, vlcerationem inteſtinorũ ſignificat.

Quando Saturnus & Mars in ſexta vel duodecima domo ſine aſpectu fortunæ fuerint, natis dolorem in inteſtinis & vlcerationem inteſtinorum ſignificant.

Quando Saturnus & Mars in ſexta vel duodecima domo ſine aſpectu fortunæ fuerint, natus dolore in inteſtinis & vlceratione conſumetur, & ſanguinis putredinem habebit.

Quando Saturnus cum cauda Draconis in ſeptima domo, quæ ventrem ſignificat, fuerit, dolorem inteſtinorum cum ventoſitate, frigiditate & ſiccitate, necnon dolorem ilium, ad colicam paſsionem portendit.

Quando dominus ſextæ domus in aſcendente ac in ſigno mobili fuerit, & dominus aſcendentis ſimiliter in ſigno mobili, & Saturnus ipſum aſpexerit, ægritudinem chronicam ex humiditate & ſanguine, & ventris dolorem ſignificat.

Quando Saturnus peregrinus combuſtus in termino Veneris fuerit, natus ægritudines in ventre habebit.

Quando ſignum ſextæ domus infortunatum, & dominus eius in ſexta domo vel ſeptima ſub radiis Solis fuerint, natus dolorem ac inflammationem ventris incurret.

Quando pars fortunæ, vel Luna aut dominus aſcendentis in ſeptima domo infortunati fuerint, natus dolorem ventris patietur, & erit dolor ſecundum naturam & qualitatem ſigni ſeptimæ domus. Idem cap. 73.

*De ægritudinibus genitalium.*

Quando Luna à Saturno, in aliquo angulorum exiſtenti ſub radiis Solis à lumine diminuta ſeparata fuerit, natus dolorem vẽtris, & genitalium frigiditatem habebit.

Quando Luna lumine creſcẽs, & numero diminuta in natiuitate diurna Martem aſpexerit, dolorem genitalium & ægritudinem chronicam in eis portendit.

Quando Venus peregrina in aſcendente fuerit, & Saturnus ipſam aſpexerit, dolorem genitalium ſignificat.

Quando Luna lumine diminuta in ſecunda domo ac in ſigno humido fuerit, & Saturno in oppoſito augis ſuæ exiſtenti per coniunctionem applicuerit, natus inflammationem, aut relaxationem, vel rupturam in genitalibus habebit.

Quando Venus retrograda cum Marte in octaua domo maximè in Scorpione fuerit, genitalia nati erunt magna.

Quando Luna, Venus, & Mars in eodem loco fuerint, & Saturnus ſine aſpectu Iouis eos aſpexerit, natus in genitalibus ægritudinem habebit. Idẽ cap. 74.

*De lapide & harenulis.*

Quando Saturnus ſignificator ægritudinum fuerit, eo exiſtente infortunato, & Luna ei per coniunctionem vel aſpectum alligetur, lapidem & harenulas in renibus aut veſica, necnon dolorem & ſiccitatem in genitalibus & virga ſignificat.

Quando dominus partis infirmitatis domũ ſextam aſpexerit,& dominus ſextæ ac ſeptimæ domus infortunatus fuerit, natus dolorem in renibus, & veſica ſecundum naturam domus ſextæ patietur. Idem cap. 75.

*De natis multi coitus.*

Quando Venus in ſigno luxurioſo fuerit, natus coitum appetet.

Quando Venus in tertia fortuna, vel facie Geminorum peregrina fuerit, natus erit incontinens & ſterilis.

Quando Venus in prima facie Leonis & in loco malo fuerit, natus palam erit incontinens.

Quando Venus in Aquario ac in bono Martis aſpectu fuerit,natus erit incontinens.

Quando Venus in Piſcibus fuerit, & Mars eam ab exaltatione ſua aſpexerit, natus erit multi coit' & fornicator, ac inde mortem ſibi procurabit.

Quando Venus domina ſeptimæ domus exiſtẽs à Marte in malo loco infortunata fuerit, natus erit incontinens.

Quando Venus in domo Solis ac in malo aſpectu Martis fuerit,natus erit incontinẽs, ac magnus fornicator.

Quãdo Venus cũ cauda Draconis ſine aſpectu Iouis in Libra fuerit,natus erit incontinens & ſodomita. Idem cap. 76.

*De natis qui à mulieribus non diligentur.*

Quando Venus in domo Solis infortunata fuerit,natum mulieres abhorrebunt, quia natus erit mali coitus.

Quando Venus in ſigno mobili præterquam in domo propria retrograda,ac in malo aſpectu infortunæ fuerit, natus à mulieribus abhorrebitur.

Quando Luna in domo Veneris combuſta fuerit, ac in malo fortunæ aſpectu, & Venus peregrina ac retrograda exiſtens duabus infortunis fuerit obſeſſa,natum mulieres in coitu abhorrebunt.

Quando Venus in ſeptima domo infortunata fuerit,& dominus aſcendentis ipſam ex aſcẽdente oppoſito aſpectu aſpexerit, & Luna cum Saturno in quarta domo ac in aſpectu Veneris iuncta fuerit, natus à mulieribus abhorrebitur, & propter fœtorem ſeminis ſui vituperabitur. Idem cap. 80.

*De ægritudine ani.*

Quando cauda Draconis in Libra fuerit, natus hęmorrhoides,aut aliud vitium in ano habebit.

Quando Saturnus in vndecima domo peregrinus fuerit,& Mars retrogradus eum oppoſito aſpectu aſpexerit, hæmorrhoides ſignificat.

Quando Mars in loco coniunctionis vel pręuẽtionis horam natiuitatis præcedentis fuerit, natus hæmorrhoides ſiccas patietur, aut fiſtulam in ano habebit, ac debilis erit.

Quando dominus aſcendẽtis in ſeptima vel quarta domo cum Marte fuerit,dolorem ani & hæmorrhoides cum fluxu ſanguinis ſignificat.

Quando Mars in aſcendente fuerit,dolorem inteſtinorum & ſaniem ex ano manantẽ portendit.

Quando Saturnus peregrinus in aſcendente ſine aſpectu fortunæ fuerit,& Mars ipſum ex occidente aſpexerit, natum dolor ani cum ventoſitate & hæmorrhoidibus inuadet, & ſanguinem cum ſanie ab ano proiiciet.

Quando dominus aſcendentis infortuna fuerit, ac in ſeptima domo ſine aſpectu fortunæ,natus dolorem in inferiori parte ventris ani patietur.

Quando Saturnus in natiuitate diurna ſine fortunæ aſpectu in ſeptima domo retrogradus fuerit, & Mars eum malo aſpectu aſpexerit,natus dolorem in inferiori parte ani patietur,& ſanguinem cum ſanie ex ano proiiciet. Idem cap. 81.

*De natis breuis ſtaturæ.*

Quando Luna in poſtrema parte ſigni quartę domus fuerit,& Saturnus ipſam aſpexerit, natus erit ſtaturę breuis.

Quando Luna erit in ſigno torti aſcenſus, ac in aſpectu Saturni in oppoſito augis ſuæ exiſtentis fuerit,natus erit ſtaturæ breuis,parua membra & diminuta habens,& fortè aliquo membro carebit.

Quando Luna ſub radiis Solis fuerit, & Saturnũ aſpexerit,natus erit ſtaturæ breuis. Idem cap. 82.

*De natis longæ & æqualis ſtaturæ.*

Quando Luna in medio cæli fortunata fuerit, & dominus aſcendentis in eodem ſigno cum ipſa,pulchritudinem ſtaturæ cum ęqualitate ſignificat.

Quando dominus aſcendentis in medio cæli fortunatus,ac à malo aſpectu Saturni vel coniunctione liber fuerit,& Mars dominum aſcendentis aſpexerit, natus pulchram habebit ſtaturam.

Quando ſignum directi aſcenſus fuerit aſcendẽs, & dominus eius in ſigno directi aſcenſus, ſimiliter longitudinem ſtaturæ ſignificat,& hoc fortius ſi Luna non fuerit combuſta,nec in circulo ſuo deſcendens. Idem cap. 83.

*De natis corporum debilium.*

Quando Luna lumine diminuta ab infortuna ſeparatur,& in angulo combuſta fuerit, natus erit debilis corporis,ac in rebus ſuis piger.

Quando Sol in aſcendente peregrinus alicui termino infortunæ fuerit, & Saturnus eum quadrato vel oppoſito aſpectu aſpexerit, natus erit debilis atque piger.

Quando Luna in aſcendente ac in ſigno Arietis fuerit,ac Saturno de ſigno mobili alligauerit,natus erit debilis atque breuis motus.

Quando Sol ab aſcendente cadens fuerit, & Mars in circulo ſuo deſcendens ab angulo ſuccedente eum aſpexerit, Luna in quadrato vel oppoſito Saturni aſpectu exiſtente, natus erit debilis ac breuis motus. Idem cap. 84.

*De natis ſudorem, & anhelitum fœtidum habentibus.*

Quando Venus in domo Saturni retrograda fuerit, ac in eius malo aſpectu, natus ſudorem & anhelitum fœtidum habebit: & hoc fortius, ſi Venus ſignum Capricorni poſſederit.

Quando Mercurius, dominus ſextę domus exiſtens à malo Saturni aſpectu fuerit, nati ſudor erit fœtidus, & os fœtebit.

Quando Venus domina ſextæ domus exiſtens in domo Lunę retrograda, ac in malo Saturni aſpectu aſpexerit, os nati & eius aſellę fœtebunt.

Quando Venus in domo Iouis combuſta fuerit, & Saturnus eam ſine Iouis aſpectu malo aſpexerit, natus erit totus fœtens.

Quando Venus in ſigno mobili in termino Saturni, ac in eius aſpectu fuerit, natus in ore & aſellis fœtorem habebit.

Quando

Digitized by Google

Quando Luna cũ Saturno in Ariete ac in aſcẽdẽte fuerit, nat' erit fœtidi anhelit' & extrane'. Idẽ c. 87.

*De ægritudine nodorum & membrorum fractione.*

Quando Luna & pars infirmitatis in ſecũda domo fuerint, & Mars eas oppoſito aſpectu aſpexerit, corpus nati frangetur, & nodi eius impedientur.

Quando Luna in ſigno torti aſcenſus ac ſub radiis Solis cõbuſta fuerit, & Mars retrograd' ipſum malo aſpectu aſpexerit, Ioue Luna non aſpiciente, natus ægritudinem chronicam patietur, ita quod ei aliquod membrum abſcindetur.

Quando Luna in aſcendente Marti iuncta fuerit, aut ipſa in aſcendente exiſtens peregrina ſine bono aſpectu Martem ex oppoſito aſpectu aſpexerit, aliquod ex membris nati truncabitur. Idem cap. 88.

*De ægritudinibus manuum atque pedum.*

Quando Saturnus & Mars cum Ioue fuerint, Venere in quarta domo infortunata exiſtente, natus impedimentum in manibus & pedibus habebit.

Quando infortunæ ex ſexta domo vel duodecima, ſine bono Iouis aſpectu Saturnum aſpexerint, natus erit incuruatus.

Quando Saturnus & Mars, aut eorum Genzaar & Sol, in ſexta domo fuerint, chronicam in pedibus ægritudinem ſignificant.

Quando pars fortunæ & pars animoſitatis, ac domorum ſuarum domini, in Sagittario, Capricorno, Aquario, vel Piſcibus fuerint, natus podagram & cancrum in pedibus patietur.

Quando Luna in oppoſitione Solis, ac in domo ſexta fuerit, & Marti per malum aſpectum alligauerit, chronicam in pedibus ægritudinem ſignificat, ita quòd natus ſine adiutorio hominis vel baculi ire non poterit.

Quando Saturnus, Luna & Mars in duodecima domo peregrini fuerint, & Iupiter eos bono aſpectu non aſpexerit, chronicam in pedibus ægritudinem portendit.

Quando pars infirmitatis in ſigno mobili, aut in aſpectu infortunæ fuerit, & fortunæ eã non aſpexerint, natus crura & pedes tortos habebit.

Quando dominus aſcendentis in duodecima domo cum infortuna fuerit, aut infortuna ipſum quadrato vel oppoſito aſpectu aſpexerit, chronicam in pedibus ægritudinem ſignificat.

Quando Sol & Luna in ſexta domo fuerint, & infortunæ eos aſpexerint, natus in pedibus podagrã, vel in manibus chiragram patietur.

Quando Mars retrogradus ac peregrinus ſextam domum poſſederit, natus impedimentum aliquod in pedibus habebit.

Quãdo ſignũ ſextæ domus mobile fuerit, & dominus ei' in ſigno mobili, natus pedes tortos habebit.

Quando Saturnus in ſexta domo peregrinus ac impeditus fuerit, natus podagra vel chiragra agitabitur, maxime ſi natiuitas nocturna fuerit. Deinde aſpice ad infortunas, quæ impediunt ſuper aliquod membrum in earum regimine, & ſecundum quod ægritudo in parte ſigni dictam infortunam recipiẽtis fuerit, iudica, computando ab Ariete vſque ad locum in quo erit fortuna.

Dorochius dicit, quòd à medio cæli ſcies in qua parte erit ægritudo, nam ſi in medio cæli fuerit aliquis ex planetis, ægritudo erit à parte dextra, & ſi nullus ibi fuerit, à parte ſiniſtra. Et ſi ſub terra fuerit, erit à parte dextra. Tempus chronicæ ægritudinis hoc modo ſcire poteris: Nam ſi pars infirmitatis & infortuna ægritudinem ſignificans ab aſcẽdẽte vſque ad decimam domum fuerit, ægritudo erit tempore infantiæ. Et ſi à decima domo vſque ad ſeptimam fuerit, ægritudo erit in pueritia. Et ſi ab aſcendente vſque ad quartam domum fuerit, erit in iuuentute. Et ſi à quarta domo vſque ad ſeptimam, erit in ſenectute, & circa tẽp' mortis. Similiter quãdo ſignificator infirmitatũ fuerit in termino terræ, partire debes terminũ illũ ſecundũ partitionem ſupradictam. Et hæc de ægritudinib' tam generaliter quàm particulariter dicta ſufficiant. Idem cap. 89.

*Annotationes particulares ex Materno.*

Saturnus dominus genituræ in domo Lunæ in nocturna genitura, & Luna ſit diminuta lumine, facit natos caluos, & quorũ lumina repentinis cæcitatibus ſolent impediri, vel quorum lumina ex aſsidua ſuffuſione deperdant aciem ſuã: facit etiam pleureticos, hydropicos, podagricos, caducos, ſpaſmaticos. Quod ſi eum beneuolæ ſtellæ bona radiatione reſpexerint, iſtas infirmitates, vel præſidiũ Dei, vel ſolers medicina curabit. cap. 12. lib. 4.

Saturnus in ſecũda cæli domo per noctem facit ægritudines graues & euerſiones maximas. verũ quibuſdã perpetuas indicit corporis valetudĩes. c. 3. li. 3.

Saturnus in quarta cæli domo per noctẽ, facit ægritudines etiã graues, & frigidos horrores corporis: Si verò Lunã per quadratum, vel per diametrũ viderit, aut cum ipſo fuerit, deformat nati corpus ex latentibus doloribus, & vitio perpetuæ valetudinis, & ex mulieribus graues ei valetudines irrogabit, ſtomachiq; faciet perpetuis doloribus fatigari. cap. vt ſup.

Saturnus in ſexta domo, dabit nato multas ægritudines, quoniam malè ſemper in iſto conſtituitur loco. Sed ſi reſpiciat Martẽ ex quadrato, vel ex diametro, vel cum eo in ipſo ſigno fuerit, faciet dolores latẽtis corporis, vel phthiſicos, dyſentericos: & ſi ſic eos poſitos nullius beneuolæ ſtellæ radiatio mitigauerit, faciet eos, qui nati fuerint ex iſtis valetudinibus deperire. cap. vt ſup.

Saturnus in ſeptima cæli domo orientalis per diem indicit dolores latentium corporũ: facit enim natos hęmorrhoicos, aut neruorũ dolore cõtractos. Si verò in hoc loco veſpertinus fuerit, fiſtulas circa anũ facit: & ſimili modo hæmorrhoicos: præſertim ſi ita cum poſitum qualicunque Mars radiatione reſpexerit: facit enim rheumaticos, & quibus frequenter apoſtemata naſcantur. cap. vt ſup.

Saturnus in decima cæli domo inuentus, ſi Mars eum quadrata, vel diametra radiatione reſpexerit, faciet natos paralyticos, ridiculos, gibboſos, nanos, incuruos, hermaphroditos & ſimilia. Per noctẽ verò Saturnus in decima domo, & ab eo recedens Luna, Marti ſe coniũxerit, faciet inſanos, lunaticos, melancholicos & languidos: & phthiſicos faciet natos, ſi in extremo cornu deficientis Lunæ exierit. cap. vt ſup.

Saturnus in duodecima domo inuentus cum Luna, faciet maximas ægritudines, ſed & valetudines non modicas. cap. vt ſup.

Saturnus in Ariete conſtitutus, natos faciet languidos & infirmos. cap. 3. lib. 5.

Saturnus in Tauro inuentus, ſignificat quòd homines in prima ætate fatigabuntur graui lãguore, & patientur multas vitæ anguſtias, & ex feruentium



Digitized by Google

vulnerum exulcerationibus laborabunt, & vitiis quibuſdam, maximíſque obligabuntur. Sed ab his incommodorum diſcriminibus liberati, longæ vitæ ſpacia conſequentur. cap. vt ſup.

Saturnus in Geminis inuetus ſignificat quòd natus habebit periculoſa tempora vſque ad annos 23. Caueat autē ab ægritudinibus illis annis & præſertim cum in ſignis huius quadrati lateribus Saturnus fuerit, ſcilicet in Virgine, vel Piſcib'. ca. vt ſup.

Saturnus in Cancro ſignificat quod homines in ægritudinibus deſperabuntur, & poſt ægritudines difficilè conualeſcent, & patientur incommoda à nigro felle, vel ab eius abundantia.

Saturnus in Leone cōſtitutus ſignificat quòd nat' in prima ætate ac iuuētute erit languidus, periculoſus, & multis occupationibus implicatus: quædam etiam corporis tormenta patietur, ac extremis doloribus fatigabitur, habebit quoque latentia vitia, ſeu dolores. cap. vt ſup.

Saturnus in Virgine inuentus ſi fuerit natus in prima ætate ęgritudines & vitæ incommoda patietur. Sed tunc malis fortioribus implicabitur, cū ad Capricornū, vel Taurum Saturnus tranſitum fecerit.

Saturnus in Libra cōſtitutus ſignificat quòd nat' fatigabitur grauiter ex neruorū doloribꝰ. ca. vt ſup.

Saturnus in Scorpione inuentus ſignificat quòd in extremis corporis nati partibus faciet ęgritudines, & in locis abſconſis, ac latētib' dolores aſsiduos. Si enim Iupiter Saturnum reſpexerit bono aſpectu, hi dolores, ac valetudines, & vitia corporis mitigabuntur.

Saturnus in Capricorno inuentus ſignificat, quod natus erit in ægritudinibus conſtitutus, & habebit vitæ diſcrimina in ſua adoleſcentia. Sed circa annos 15.21.27. natus opprimetur maximis infelicitatibus, tunc enim natus erit in ægritudinibus, damnis, turbis, doloribus, ac iniuriis, niſi fuerit pręſidio bonarum annuarum reuolutionum liberatus. Sed natus habebit dolores & valetudines in extremis corporum partibus. cap. vt ſup.

Saturnus in Aquario inuentus ſignificat quòd natus habebit ex ęgritudinibus maximas vitæ tempeſtates, à quibus tamen omnibus liberabitur.

Saturnus in piſcibus inuentus, ſignificat quòd natus habebit maximas ęgritudines atque diſcrimina, cum in annos intrauerit ſeptenarios, vel enneaticos vſque ad trigeſimum tertium ætatis annum, & etiam decernit nato in extremis corporis partibus aſsiduos dolores. Sed forſitam habebit ex ferro cicatrices. cap. 3. lib. 5.

Saturnus in domo ſua per noctem, laborū, ægritudinumque multitudinem præbet. cap. 10. lib. 3.

Saturnus in domo Solis per diem ſignificat quod hoīes laborabunt ægritudinibus humidis. ca. 10. li. 5.

Saturnus in domo Veneris conſtitutus ſignificat quòd homines grauabūtur fortaſſe tali morbo, quo per omnem vitam grauati, miſera tandem morte pereant. cap. 10. lib. 5.

Saturnus in domo Mercurij ſignificat quod homines incident in multas ægritudines, & difficiles, & periculoſas. cap. 10. lib. 5.

Saturnus in domo Lunæ inuentus homines faciet melancholicis aut frigidis ęgritudinibus laborantes, varios quoque membrorum dolores ſæpiſsimè patientes: ca. 10. lib. 5.

Saturnus cum Luna dare ſolet corporis debilitatem. cap. 25. lib. 6.

Saturnus quadratus ad Martem, ſi Saturnus in dextro fuerit & Mars in ſiniſtro quadrati, diuerſas valetudines, & mixtum caloribus frigus, horrida concuſsione corpus concutit. cap. 10. lib. 6.

Saturni quadratus ad Solē, ſi Saturnus fuerit ſuperior, & Sol inferior quadrati, deformat corpus aſsidua neruorum contractione, & aduerſas valetudines frigido humore concretas irrogat. Si vero Sol ſuperior fuerit, & Saturnus inferior, in prima ætate acerba inducit incommoda, & corpus diuerſis valetudinibus ſemper debilitat. cap. 10. lib. 6.

Saturnus quadratus ad Mercuriū ſi Saturnus in dextro loco fuerit, & Mercurius in ſiniſtro, exitiale malū ab hora natalis decernit: & quorundam linguas impedit, aliquib' vocis blandū ſonū largitur, alios obtuſis auribus efficit ſurdos. cap. 10. lib. 6.

Saturnum oppoſitum ad Solem, ſi Iupiter nō bene aſpexerit, nonnullas aduerſas valetudines nato inducit, quæ grauiores erunt in nocte, & in ſignis fœmininis. cap. 17. lib. 6.

Saturn' oppoſit' ad Mercuriū, ſi alter eorū in ſignis mutis fuerit, natos mutos indicat fore. ca. 17. lib. 6.

Saturnus oppoſitus ad Lunam in ſigno aqueo humidas adducit valetudines: & oculis talis oppoſitio nociua ſemper exiſtit. cap. 17. lib. 6.

Iupiter dominus geniturę inuentus facit valetudines circa iecur, ex vino, vel ex cruditate. c. 12. li. 4

Mars in quarta domo per diem inuentus debilitabit corpus, & faciet natos languidos, caducos, & reddet eos inualidos. cap. 5. li. 3.

Mars in quinta domo per diem inuentus ſi reſpexerit Lunam ex diametro, facit ex aliqua corporis parte debiles, ac interdum inſanias, & lāguores tales inducit, vt nimio febris ardore aduſti, ad inſaniam transferantur. Hæc mala mitigabit Iupiter, ſi benigno aſpectu aſpexerit Martem. cap. 5. lib. 3.

Mars in ſexta domo inuentus, decernit multa mala, nam & inæqualitatem vitæ faciet, ac valetudinis vitia pollicetur. cap. 5. lib. 3.

Mars in octaua domo per diem inuentus in diametro Lunæ, ſignificat oculorum cęcitatē. ca. 5. li. 3.

Mars in 12. domo inuētus per diē, ægritudines maximas decernit, & malis vitiis implicat. cap. 5. lib. 3.

Si Mars in aliquo cardine per diē fuerit inuētus, & Mercurius aliū cardinē genituræ poſſederit, faciet cardiacos, & qualicūque rōe hoīes dānatos. c. 5. li. 3.

Mars in Leone inuentus, quicunque ſic eum habuerit, aliquo dolore ſæpius perculſi, & caput plangent, & pectora pugnis obtundent. cap. 5. lib. 5.

Mars in Virgine ſi fuerit inuētus, & Saturnus peruenerit ad ſignum Tauri, quicunque ſic eū habuerint, ad cæcitatem fortaſſe, & mēbrorum læſionem aliquam deuenient. cap. 5. lib. 5.

Mars in Aquario ſi fuerit inuentus, quicunque eū ſic habuerint, vitia membrorum, oculorumque incurrent, & deuenient in cęcitatem. vnde aliis ſeruire cogantur, nec vllam amplius habeant vitæ ſuæ libertatem. cap. 5. lib. 5.

Mars in domo Solis ſi fuerit inuēt' habebūt hoīes in oculis & ſtomacho ęgritudinem grauē, qua fortè vel ſubita, vel biothanata morte morientur. ca. 12. li. 5.

Mars in domo Lunæ ſi fuerit inuentus, homines patientur morbos multos & ſubita nece peribūt, aut morte biothanata deficient oligochronij. ca. 12. li. 5.

Mars & Luna coniuncti, vitæ paucitatem, & lęſionem

ſionem ſignificant nato futuram. ca. 27. li. 6.

Martis & Lunę trigonus ſi natale nocturnũ fuerit,& Luna fuerit diminuta lumine,corpus aſsidua ægritudinum continuatione debilitat.ca. 5. li. 6.

Mars ad quadratum Solis, ſi Sol in dextro loco fuerit, viſum obſcurat. ca. 12. li. 6.

Mars & Mercuriꝰ quadrati,ſi Mars in dextro loco fuerit,aduerſas indicat valetudines.ca. 12 lib. 6.

Martis ad Solẽ diameter per diẽ, oculis nocet, in nocturna genitura corpus nati debilitat.ca.19.li.6.

Martis ad Venerẽ oppoſitus in die, variis implicat errorum vitiis,& aduerſas indicat valetudines. Quòd ſi in tropicis fuerit ſignis, decernit ea quæ de ipſorum quadrato diximus. ca. 19. li. 6.

Martis & Lunæ diameter, oculis aduerſatur, & modicę vitę reddit infantes. ca. 19. li. 6.

Sol dominꝰ geniturę malè affectus,facit vitia & valetudines circa oculos,& cæteras corporis partes. cap. 12. lib. 4.

Sol in prima domo infortunatus inuẽtus decernit vitia oculorum ex maxima parte. ca. 6. li. 3.

Sol in ſecunda domo inuentus facit homines lãguidos, & paruæ vitæ. ca. 6. li. 3.

Sol in tertia domo inuentus homines faciet inualidos. ca. 6. li. 3.

Sol in ſexta domo inuentus, multa mala decernit: ſemper enim nocebit,& graues ac longas ægritudines faciet. ca. 6. li. 3.

Sol in ſeptima domo inuẽtus maxima vitia & valetudines decernit: præſertim ſi ſic Solem poſitum Mars & Saturnus aliqua radiatione reſpexerint,vel ſi cũ eo fuerint collocati: ſecundum enim naturam maleuolę ſtellæ quę cũ ipſo fuerint collocatæ,indicit vitia & ægritudines: ſi Mars, calidas & ignitas. cap. 6. lib. 3.

Sol in octaua domo infortunatus à Saturno, vel à Marte faciet homines alienos deliros, aut cardiacos,aut phreneticos:ſed ſecundum naturam ſignorum hæc valetudinum vitia decernuntur.ca.6. li.3.

Sol in octaua domo in diametro Lunæ inuentus, & Saturnus & Mars per diametrum,vel ſimul cõſtituti pariter,vel quadrata radiatione coniuncti,valetudines & debilitates maximas facient.Nam caput malitioſis humoribus onerant,& ex humorum ſtatiua perſeueratiõe,qui circa caput collecti fuerint: faciet caducos & lunaticos, aut aſsidua interceptione deficere:& aliorum humores graui iactura debilitant:aliis maculas, lepras,impetigines, phthiſim, hydropen irrogant:alios elefantiacos faciunt,alios claudos,alios gibbos,alios paralyticos,aliorum maximas partes amputant corporis. ca. 6. li. 3.

Sol in duodecima domo inuẽtus decernit ægritudines graues:ſed ſi cũ Sole fuerit maleuola ſtella inuenta,perpetuas ægritudines & vitia maxima decernit.ca. 6. lib. 3.

Sol in Leone ſi fuerit inuẽtus,quicunque ſic eum habuerint poſt annos 50. cis ægritudines, & dolores plerique contingent. cap. 6. lib. 5.

Sol in Capricorno inuentus poſt annos 10. dat ęgritudines,dolores, triſtitias tum honoris, famæque diminutionem vſque ad annum 22. ętatis nati.

Sol in domo Martis per diẽ inuẽtus,hepatis dolorẽ,taleſque decernit ægritudines, ex quibus mors ipſa timeatur. per noctem vero omnia prædicta maIa minuentur. cap. 13. lib. 5.

Sol per diem in domo Mercurij inuentus faciet homines valetudinarios,& humidis ægritudinibus laborãtes.Per noctẽ vero ſignificat hoĩes ꝗ pletũqꝫ oculorũ & ſtomachi ęgritudine fatigẽtur.ca.13.li.5.

Sol per diem in domo Lunæ inuentus homines faciet tales,qui humidis ſæpiꝰ qualitatibus depreſsi, in varias & moleſtas ægritudines decidẽt.ca.13.li.5.

Sol & Luna oppoſiti faciunt pallorem in facie nati valetudinarium, vacuum corpus etiam miſera contractione debilitant. cap. 20. lib. 6.

Mercurius dominus genituræ in ſexta domo ſi inuentus,& maliuolarum ſtellarũ fuerit minaci radiatione conſtitutus: humoribus vitia decernit:Et ſi Luna fuerit malè collocata,aut ſpaticos,aut lunaticos,aut caducos facit. cap. 12. lib. 4.

Mercurius in quinta cęli domo inuentus cũ Luna creſcẽte lumine,ſignificat totũ corpus hominis ſaluum:facit tamen in maculis variari,aut vitioſis valetudinibus implicari, ſecundum naturam ſignorum. cap. 8. lib. 3.

Mercurius in ſeptima cæli domo in diametro Martis inuentus per diem,vel cũ Marte faciet parui temporis vitam, phthiſicoſque. cap. vt ſup.

Mercurius in octaua domo Saturni, vel in eius terminis,faciet natos ſurdos. cap. vt ſup.

Mercurius in decima cæli domo veſpertinus, ſi Saturnus eum reſpiciat ex quadrato, vel diametro aſpectu,decernit vitia,& valetudines ex humorum ſemper abundantia. cap. vt ſup.

Mercurius ſi fuerit in Capricorno,erunt nati valitudinarij,membris vitiati,ac longis laboribus,vitęque impedimentis continuè fatigati. ca.8. li. 5.

Mercurius in domicilio Saturni inuẽtus,hoĩes faciet mutos,aut blęſos,ac lĩgua impeditos.ca.15.li.5.

Luna domina genituræ malè affecta vitia circa oculos ſemper efficiet, aut oculos vulnere dedecorat,aut aciem luminũ obſcura nube ſuffundit.Corpus verò eorũ facit macularũ varietate ſignatũ, aut lepræ maligna vulnera ſemper affligit:aut corpꝰ aſſidua cõtractione deformat,aut hos eoſdem tremuli corporis imbecillitate debilitat. Sed hæc beniuolarum ſtellarum teſtimoniũ publicat.ca.12.li.4.

Luna in ſecũda cæli domo per diẽ inuenta, minuta luminibus, ſi Saturnus in parte,vel in ſigno horoſcopi fuerit conſtitutus, perficit repẽtinis oculorũ vulneribus cæcitatẽ.Si verò ſic fuerit Luna cõſtituta, & Mars in parte horoſcopi, vel in ſigno fuerit inuentus,articulorum dolores vel eiectiones, vel fracturas faciet:alios hæmorrhoica valetudinis aſſiduitate debilitat. cap. 15. lib. 3.

Luna in ſexta cæli domo benè affecta, & aucta lumine,ſanitatẽ corporis ſignificat.Sęd ſi in loco fortunæ Luna deficiens lumine cum Mercurio inuẽta fuerit,vel ad Mercurium feratur,valetudines,vitia, malitiam, malignitatemque decernit. ca. 16. li. 3.

Luna in ſuo domicilio per diem inuenta, valetudines & vitia cum acerbo dolorum cruciatu ſignificat. cap. 16. lib. 5.

Luna minuta lumine infortunata in domo Iouis, neruorum dolores facit. cap. vt ſup.

Luna per diem plena lumine in domo Martis decernit vitium & valetudinem:aut periculorum violẽtis,aut repẽtinis faciet caſibꝰ implicari. ca. vt ſup.

Luna minuta lumine in domo Mercurij, facit phthiſicos,aut inſanos,aut mẽte captos. cap.vt ſup.



Digitized by Google

*Annotationes ex diuerſis.*

Aſcendens Taurus in quorum fuerit natiuitate, hi vt plurimum veneno ſuccumbunt, maleficio, vel colica paſsione, idque in annis fatalibus 6.8.18.20. Excitat idem ſignum etiam ſquinantiam, & omnia apoſtemata, vel vlcera, quæ in gutture contingunt.

Piſcibus aſcendentibus nati, timeant infirmitates calidas, vt puta febres calentes, torſiones ventris, venena imminebunt iiſdem plurimum. Quibus & tales ægritudines partim ab ſcortis, vel malis mulieribus, vel aliunde accident maxime in annis ætatis ipſorum 44.56.68. quibus non longe etiam aberunt ab extremo vitæ limite.

Qui Capricornum aſcendentem habuerit, patietur dolores ſtomachi, pleureſim, tuſsim, hepatis intenſionem, apoſtemata ſtomachi.

Cancer aſcendens facit etiam pneuripimoniam, vt hoc Sole exiſtente in Sagittario, ſimiliter & hecticam, & inflationem pulmonis. Et ſi Saturnus in Sagittario repertus fuerit, pedum inflationes, podagramque conciliabit.

Scorpio in aſcendente chiragram, ſciaticam, & dolorem capitis minatur. Si Saturnus in eodem fuerit in cauillis cruciatum nato infliget.

Virgo aſcendens frequenter naturalem infirmitatem affert crurium, aut pure repletos pedes, aut crura ſanie profluentia, aut genas vomicis obſitas, vel maxillas, ſimiliter & vehemẽtes capitis dolores humoribus ex pedibus exhalantibus ad caput, qui tamen mox ſedatur, inciſo tumore, & hoc tanto vehementius à nato ſentietur, Saturno in Virgine natiuitatis tempore exiſtente.

Aquarius aſcendens, & Sol cũ Saturno in Capricorno in duodecima domo, Iupiter in ſecũda, Mars in Libra in nona Mercurius cum Venere in Aquario, ſignificant debiles, imbecilles, aut ridiculos.

Taurus vel Scorpio ſi in horoſcopo fuerint, natus erit cauſa ſuarum infirmitatum. Ptolemæi ſententia 37. ſuorum dictorum.

Qui habuerint Solem in Ariete, vel Geminis, cõmuniter ſtranguria vel calculo vexabuntur.

Saturnus in Cancro ſignificat dolorem mentulæ, teſticulorum ac genitalium.

Aries in octaua ſignificat dolores capitis.

Cancer in ſexta, vel in octaua, vel in duodecima ex ęgritudinibus facit tuſsim, phthiſim, pleureſim.

Leo in his domibus facit apoſtemata, ictericiam, febres, peſtilentiam.

Virgo in ſupradictis domibus, videlicet ſexta, octaua, & duodecima facit tumorem ventris, hydropiſim, lienteriam, colicam.

Libra in his domibus facit dyſenteriam, dolorem ventris, & circa ſpinam dorſi.

Sol & Luna ſi coniuncti in natiuitate fuerint, hæc natiuitas ſemper cenſetur eſſe mala. Nam in ſenio efficit infelices valetudinarios, aut mentis inſania, aut eiuſmodi ægritudinibus laborantes quæ à medicis difficulter curari poſſunt.

Luna exiſtente malè affecta in genitura, ſentiet natus incommoda corporis magis in ſiniſtra quàm dextra parte. Sole verò impedito, in dextra plus.

Dominus primæ domus, & dominus domus Lunæ, ſignificatores ſunt animæ. Quare ſi aſcendens & Luna ſunt impediti, & eorum domini liberi à malis ſignificant infirmitatem corporis, ſed animæ ſanitatem. Et ſi fuerint aſcendens & Luna liberi à malis, & domini eorum impediti, ſignificant corporis ſanitatem, & triſtitiam animi.

## T E X T V S

Περὶ χρόνων ζωῆς.

Τῶν δὲ μετὰ τὴν γένεσιν συμπτωμάτων ἡγεῖται μὲν ὁ περὶ χρόνων ζωῆς λόγος. ἐπειδήπερ κατὰ τὸν ἀρχαῖον, γελοῖόν ἐστι τὰ καθέκαστον τῶν ἀποτελουμένων ἐφαρμόζειν τῷ μηδόλως ἐκ τῆς τῶν βιωσίμων ἐτῶν ὑποστάσεως ἐπὶ τοὺς ἀποτελεστικοὺς αὐτῶν χρόνους ἥξοντι. θεωρεῖται δὲ οὐχ ἁπλῶς, οὐδ' ἀπολελυμένος, ἀλλ' ἀπὸ τῆς τῶν κυριωτάτων τόπων ἐπικρατήσεως, πολυμερῶς λαμβανόμενος, ἔστι δ' ὁ μάλιστά τε συμφωνῶν ἡμῖν καὶ ἄλλως ἐχόμενος φύσεως τρόπος τοιοῦτος, ἤρτηται μὲν γὰρ τὸ πᾶν ἔκ τε τῆς τῶν ἀφετικῶν διαλήψεως, καὶ ἐκ τῶν τῆς αὐτῆς ἀφέσεως ἐπικρατούντων, καὶ ἔτι ἐκ τῆς τῶν ἀναιρετικῶν τόπων ἢ ἀστέρων. διακρίνεται δὲ τούτων ἕκαστον οὕτω.

*De ſpatio vitæ. Cap. XII.*

EOrum quidem accidentiũ, quæ poſt partum contingunt, enarratio. Primum eſt vitę ſermocinatio, eo quod eorum qui primitus ordinauerunt ex his omnibus, quæ raro cõtingunt tractare, qui ad tot annos vitæ non peruenerit, in quibus iſta perfici poſſunt, nobis riſum habere conuenit. Hæc autem obſeruatio nec leuis eſt, nec plana, imò ex dominantiũ locorum poteſtatibus accipitur & deprehenditur. Quod multis modis obſeruatur. Modus autẽ qui ſecũdum noſtram exiſtimationẽ peruenit, & qui naturalẽ viã imitatur, eſt vt enarrabimus. Hæc autẽ obſeruatio ex loco alhileg, & eorũ quę ſuper alhileg poteſtatẽ habuerint, necnon & ſtellarũ interficientiũ locis conſideratur. Iſtarũ vero rerũ vniuſcuiuſq; notitia eſt vt ſubiũgitur.

## T E X T V S

Περὶ τόπων ἀφετικῶν.

Πρῶτον μὲν τόπους ἡγητέον ἀφετικούς, ἐν οἷς εἶναι δεῖ πάντως τὸν μέλλοντα τὴν κυρίαν τῆς ἀφέσεως λαμβάνειν. τό, τε περὶ τὸν ὡροσκόπον δωδεκατημόριον, ἀπὸ πέντε μοιρῶν τῶν προαναφερομένων

φερομένων

Digitized by Google

φερομένων αὐτοῦ ὁρίζοντος μέχρι τῶν λοιπῶν καὶ ἐπαναφερομένων εἴκοσι πέντε, καὶ τοὺς ταύταις ταῖς λ' μοίραις δεξιοὺς ἑξαγώνους τε τοῦ ἀγαθοποιοῦ δαίμονος, καὶ τετραγώνους τοῦ ὑπὲρ γῆν μεσουρανήματος, καὶ τριγώνους τοῦ καλουμένου θεοῦ, καὶ διαμέτρους τοῦ δύνοντος, προκρινομένων καὶ ἐν τούτοις εἰς δύναμιν τῶν ἐπικρατήσεων, πρῶτον μὲν τῆς κατὰ τὸ ὑπὲρ γῆν μεσουράνημα, εἶτα τῶν κατὰ τὴν ἀνατολὴν, εἶτα τῶν κατὰ τὴν ἐπαναφορὰν τοῦ μεσουρανήματος, εἶτα τῶν κατὰ τὸ δύνον, εἶτα τῶν κατὰ τὸ προηγούμενον τοῦ μεσουρανήματος. τό, τε γὰρ ὑπὸ γῆν πᾶν εἰκότως ἀθετητέον, πρὸς τὴν τηλικαύτην κυρίαν, πλὴν μόνων τῶν παρ' αὐτὴν τὴν ἀναφορὰν εἰς φῶς ἐρχομένων. τοῦτε ὑπὲρ γῆν οὔτε τὸ ἀσύνδετον τῷ ἀνατέλλοντι δωδεκατημόριον, ὃ λέγεται τόπος ἀργὸς, ἁρμόζει παραλαμβάνειν, οὔτε τὸ προδιατεῖλαν, ὃ καὶ καλεῖται κακοῦ δαίμονος. ἐπειδήπερ τὴν ἐπὶ γῆν ἀπόρροιαν τῶν ἐν αὐτῷ ἀστέρων, μετὰ τοῦ καὶ ἀποκεκλικέναι, θολοῖ καὶ ὥσπερ ἀφανίζει τὸ ἀναθυμιώμενον ἐκ τῶν τῆς γῆς ὑγρῶν παχὺ καὶ ἀχλυῶδες, παρ' ὃ καὶ τοῖς χρώμασι καὶ τοῖς μεγέθεσι οὐ καταφαίνονται.

PRimum nanque nobis ſcire conuenit, quòd loca alhileg illa ſunt, in quibus ſtellam cuius dominium fuerit alhileg eſſe oportet, hic autem ſuper ſignum aſcendentis, quod eſt à 5. gradibus, qui ſuper horizontem ante ipſum aſcenderant vſque ad 25. qui ad aſcendendum remanſerint, & poſt hos gradus qui in horum 30. graduum dextera exagona radiatione conſiſtunt, qui ſunt domus fortunij. At hi qui ſunt in eorum aſpectu tetragono, quod eſt medium cæli ſuper terram, & gradus etiam qui ſunt in eorum tetragona radiatione, quod eſt locus qui θεὸν appellatur. Necnon & gradus qui ſunt in eorum oppoſitione, quod eſt occidens. Horum autem id quod ad præmittendum conueniens eſt, eò quòd fortioris auctoritatis exiſtit, id eſſe dicitur quod eſt cæli medium ſuper terrã, & poſt hoc aſcendens, deinceps id quod cæli medium aſcendit, & poſt ipſum occidens ad quod cæli medium præcedit. omne autem quod ſub terra moratur, hac in re tam pręclara & tam excellenti prætermittendum fore decreuimus, præter id quod aſcendens ſuper terram apparuit. Illorum vero quæ ſupra terram ſunt ſigna quæ cum aſcendente non colliguntur, obſeruanda non ſunt nec etiam ſignum aſcendens ante aſcendens quod laboris domus appellatur, ob hoc quòd cum hoc eſſet quòd ab angulo remouetur, eius fortitudinem ad terram prouenientem, ſpiſſus & obſcurus vapor, qui ad ipſam ex humiditate terræ aſcendit diſturbat & deſtruit. Ideoque id quod ex coloribus ac qualitatibus ſtellarum, hac in domo exiſtentium apparuerit natum ex eodem verbo dubitatur.

*COMMENTARIVS.*

QVia hoc caput (quod iuxta Ptolemæi ordinem eſt decimum, ſecundum noſtrum eſt duodecimum) præſtantiſsimum omnium eſt, quæ toto opere continentur, & digniſsimum, quod à quolibet memoriæ mandetur: ideo ſi in cæteris diligentem operam collocauimus, vt diuini huius authoris mentem pateſaceremus, in hoc præcipuum quoddam ſtudium conferre ſtatuimus, pro virili conantes, vt noſtra expoſitio argumenti dignitati quoad eius fieri poſsit, reſpondeat. Sed hic non poſſum non vehementer admirari quorundam Philoſophorum ambitionem, ne temeritatem dicam, qui vt gloriam aliquam captent, non dubitant temerè de iis pronunciare, quæ ignorant: nam ea, quæ infra Lunam in diem occidunt, quorum cauſas oculis non cernunt, ad caſum atque fortunam ſtatim referunt, craſſum ſuum ingenium ad ea, quæ ſub oculorum aciem non cadunt, ſubleuare non valentes. Et quod magis eſt admirandum ſtultam hanc ſuam opinionem Ariſtotelis authoritate detorta illa quidem, confirmare non verentur, de futuris contingentibus, inquientes, non eſt determinata veritas. Ad horum vero audaciam retundẽdam, præſtantiſsimorum philoſopborum, Ariſtotelis præſertim præſidiis abundamus: nam & fortuita quæ videntur & à caſu profecta ſuas habent cauſas licet præter proximorum agentium intentionem in lucem emergant. Veniamus ad bona fortunæ, quæ maxime videntur homini fortuito contingere: ea autem, vt ſuperius diximus iis eueniunt, qui bonos ſunt ſortiti inſtinctus, ad optimè in ſingulis, quæ occurrunt eligendum: nam (vt Ariſtot. in lib. de bona fortuna ſcriptum reliquit) naturales diſpoſitiones à cælo proficiſcuntur. Quod autẽ bona, quæ ad corpus ſpectant, ſint particularis ſimilis planetæ, hinc patet, quòd vnumquodque natura conſtans propriam vitam habeat: nam apud Ariſtot. habetur lib. 2. de generat. tex. 57. tempus & vitam habere numerum, quo terminentur: & paulo poſt, omnium rerum quendam eſſe ordinem: tempus autem vitam vniuſcuiuſque naſcentis periodo menſurari, licet non eadem omnes, ſed alios maio-



Digitized by Google

ri, alios minori. Quæ verba diuinus interpres D. Thomas exponens, plurima affert & cognitu digniſsima, & ad noſtrum propoſitum mirum in modum facientia: dicit enim, illius circuli, ſ. Zodiaci, motum cauſam eſſe determinatæ vitæ ac temporis vniuſcuiuſque naſcentis: cuius rei cognitionem ad Aſtrologum vult pertinere: is ergo ſua authoritate, quæ non poteſt eſſe non maxima, Aſtrologiã ab imperitorum calumniis vindicauit. Hos igitur dimiſsis magis eorum, qui manifeſta in dubium reuocant, vnà cum Ptolemæo explicabimus ea, quæ nato ſunt intrinſeca, poſtquam ſuperius de eius extrinſecis profuſis commentariis tractauerimus. Eſt ergo hic agendum de iis quæ pertinẽt ad corporis coagmentationem, ſcilicet de bona valetudine, & animi diſpoſitione. In hoc autem capite de vitæ ſpatio Ptolemæus diſſerit: in cuius prima parte declarat, quæ ſit ſua mens: cuius etiam rationem reddit: Deinde exponit quæ ſint loca, quæ ad vitã pertineãt, & quæ ſint partes, in quibus planetæ exiſtentes vitam elargiri poſsint, tanquam vniuerſales cauſæ cum particulatibus copulatæ: Poſtea docet, quænam ſtellæ cum inferioribus ad tribuendam vitam concurrãt: Ad hæc manifeſtat, quæ ſint loca, quæ vitam tribuant, & quæ è contrà mortem. Poſtremò per mathematicas rationes quomodo hæ vitæ atque temporis quantitates inueniantur, edocet.

Quò ad primam partem, dicit, enucleatis iis, quæ partem præueniunt, deinceps ſequi, vt ea dilucidentur, quæ ad vitam pertineãt: cuius ratio eſt: nam ſi quis Aſtrologus ſtatim à genito infante vellet prædicere, quæ poſt longa tempora accidere ſolẽt, vt ſunt coniugia, opes, clientelæ, & alia id genus: ſi natus ante id tempus moreretur, in hominum riſus & cachinnos incurreret. Quare ante omnia de vitæ quantitate præuidendum, deinde hoc præſtructo fundamento, ad cætera progrediendum.

Quòd ad ſecundum ſpectat, ſcilicet, quæ ſint loca, quæ ad vitam conferunt, antequam id explicemus, id eſt præmittendum, aliud eſſe ſignificare vitam, aliud eſſe, vitam elargiri: longè enim hæc inter ſe ſunt apud Ptolemæum diuerſa: ea enim ſignificare vitam dicuntur, quæ materiæ inſtar ſe habẽt: ſicut vicem formæ ſubeunt, quæ eandem elargiuntur. Sed ſicut materia omnia eſt potentia, nihil verò actu, & non niſi per formam perficitur: Sic in cælo illæ partes, quæ materiæ imaginem quandam habent, actu nobis vitam ſuppeditare nequeũt, niſi à Planetis aliquam certam formam ſuſcipiant. Totum vero cælum ſecundum Aſtrologicas ſanctiones in duodecim interſtitia, quæ & appellantur templa, ſiue domicilia, diuiditur: nam duo illi magni circuli, Horizon ſcilicet, & meridian', nec non & alij æquatorem in duodecim æquales partes diſſecant: cuilibet autem parti triginta gradus aſsignantur. tanta enim eſt magnitudo vniuſcuiuſque domicilij. Per hæc ergo domicilia aſsiduè incedũt, & recurrunt planetæ, & ſtellæ cælo hærentes. In quibus ſecundum luminum conſtellationem atque ſtellarum variæ quoque ſunt actiones, quæ inde proueniunt: in aliis enim vehementius, in aliis remiſsius ſuam ſtellæ actionem exerunt. Debemus igitur ex iis interuallis ea ſeparare, quæ ad vitam elargiendam, aut conſeruandam, aut etiam ſignificandam pertinere videantur.

Ptolemæus autem, qui ſemper naturalem ordinem perſequitur, hemiſphærium tantum ſuperius deſumpſit, ex cuius ſex domiciliis partes ſolummodo quatuor accepit, nempe Domum vndecimam, nonam, & ſeptimam: item & quintum interſtitium. Hoc vero ordine eſt vſus: à quinto gradu, qui eſt ſupra Horizontem in cardine ortiuo, & ſupra finitorem eleuatur, eſt auſpicatus, deſcenditque infra horizontem vſque ad XXV. gradum, ita quòd vniuerſum interſtitium ex XXX. gradib. cõſtet: quorum quinque in domum duodecimam cadũt: ſed vigeſimus quint' eſt infra illã. Poſtea ſextilẽ figuram accepit huic lateri, ſcilicet vndecimæ domui, quam bonæ fortunæ domũ Aegyptij & Perſæ, & alij quoque appellant. Ad hæc domum ſpei, amicorum & fidei adſciſcũt, itemque figuram quadratam, quæ eſt interſtitium illud, quod ex quadrato horoſcopum ſeu aſcendens, ſcilicet decimam domum aſpicit. Rurſus nonam domum, quæ ex triangulari aſpectu ipſum aſcendens intuetur aſſumpſit: quę ab eo Dea dicitur, ab aliis autem Deus, quia eſt ſuper terram, ſicuti ſecundus locus, quia eſt ſub terra, Dea appellatur.

Poſt hæc aliud interſtitium à vigeſimo quinto gradu in ſeptima domo ſupra Horizontem vſque ad quintum ſub horizonte ex parte occidentis aſſumpſit. Ex his ergo patet, eum quinque interſtitiis eſſe vſum in huius rei explicationem, in quibus ſi ſtellæ vitæ elargitrices fuerint, natus vita fruetur: ſecus autem, ſi aliter. Duodecimam autem & octauam domum reiecit, & quod maius aliquid eſt, inferius quoque hemiſphærium repudiauit. nam aſſerit id ad ſuam rem nequaquam facere, neque ſibi bene eſſe exploratum, num ſub terra vitæ ſignificatores deſumi poſsint: cum enim ea latitent, & tenebris obruantur, quæ terræ oppoſitu à nobis dirimuntur, quì fieri poteſt, vt tantum nobis boni elargiri poſsint? Ratio autem cur duodecima domo non ſit vſus, eſt, quia cum ſtellæ ex ortu ſuper horizontem aſcendant, vapores, qui ex humiditate conſurgunt, earum vitalem virtutem, lucem, caloremque retundunt. Hinc fit, vt ſua naturali vi deſtitutæ, vitam præbere, aut perficere nequeant.

Neque etiam temerè octauam domum repudiauit: nam contrariam prorſus vitæ actionem habet: licet nihil de hoc in verborum contextu dicat: ſolum id pronuncians, ea loca reiicienda, quæ colligationem cum prima domo non habent. Atqui octaua domus nullam conuentionem cum prima habet. Non ergo illius eſt vſus. Sed mea quidẽ ſententia atque aliorum, ea domus eſt repellenda, quæ contrariam vitæ habet operationem: ea eſt domus mortis, & lethalis locus: non enim mortem quærimus, ſed vitam.

Sed dubitatio ſtatim offertur, cur Ptolemæus medium cęli ortui atque vndecimæ domui præponat: hanc vero ſeptimæ & occaſui præferat, ſeptimam vero ipſi nonæ: cum tamen Dorotheus antiquiſsimus Aſtrolog', vt græcus Scholiaſtes refert, eius fuit ſententiæ, vt primus omnium locus eſſet Aſcendens, deinde medium cæli ſequatur. Habemus autem Aſcendens ex ſua natura vitam ſignificare: nam ex ea parte vita dimanat, vnde ſtellæ atque planetæ incipiunt agere, & vnde motus ſumũt exordium: Prima dubitatio.

exordium. Atqui in parte ortiua ſtellæ actionem inchoant, in medio vero cælo conſiſtunt, & ſic deinceps ſemper eorum vis natiua decreſcit. Secunda ergo domus præcipuam vim habet ad vitam elargiendam: in qua etiam ſententia eſt Hermes, & alij qui aiunt, Aſcendens ſignificare vitam, bona corporis, & præclaram animi diſpoſitionem.

Solutio. Ex alia vero parte habemus, medium cæli magna vi præditum ad agendum. Quare dicẽdum eſt, dupliciter contingere poſſe, aliquid vitam ſignificare, vel, quòd maiorem vim agendi poſſideat: vel quòd ſuapte natura vitam propriè ſignificet, atque agat: hac autem diſtinctione admiſſa, facile in concordiam poſſunt adduci, qui contrarium ſentire videntur: nam lumini proprium eſt atque ſtellæ, ad vitam dandam ſuam vim influere: cæleſtis enim calor ille ſua natura eſt vitalis, non ſicut elementaris, qui è contrà eſt noxius, vt etiam Auerroes 12. Metaph. comment. 18. ſcriptum reliquit. Quare ſtellę per lumen calefaciunt, & planetæ generant: primus autem motus hæc inferiora conſeruat. Ideo Sol, Luna, aliæque ſtellæ ſuapte natura primo & principaliter vitam præferunt: quamuis ſtellarum lumen inter ſe (vt alibi ſcripſimus) differat: lux autem quatenus eſt lux, vim calefaciendi habet, Sed tamen ad Martem contracta, exurit, ad Saturnum autem, infrigidat, quod in Iſagoge etiã à nobis eſt dictum. Vitæ autem eſſe ſignificatorem, non eſt proprium Aſcendenti: hoc enim eſt extra eius naturam, cum poſſit etiam alibi mortem portendere: nam in aliis climatibus aliud quoque eſt Aſcendens. ſtellæ vero vitam per ſe inſtillant. Quare vera eſt Dorothei ſententia, quòd ſcilicet rationem vitæ, licet non omnimodam habent: atque melius dixit Ptolemæo, cum vitam attribuit medio cæli.

Quia ſuperius eſt dictum corpora cæleſtia per lumen atque motum ſuam actionem exerere: poteſt etiam alius agendi modus excogitari, qui eſt per influentiam. ea autem eſt virtus quædam occulta, ad nos deriuata per irradiationem. irradiatio poteſt tripliciter fieri, primo modo per lineã perpendicularem, hoc eſt ad capitis verticem: hæc autem efficaciſsima eſt: alia eſt, quæ fit per lineam rectam, non tamen ad verticem capitis, ſed vel ad dexterã, vel ad ſiniſtram: tertia eſt, quæ fit per obliquationẽ, vel declinationem radij lucis. Quare vt ad rem redeam, ſi ſtella in medio cæli fuerit, maiori agendi vi erit prædita: agitur enim per lineam, quæ maximè perpendiculari accidit. nam minus à Zenith diſtat, non tamen in Sphæra obliqua poteſt vnquam Planeta in Zenith eſſe. Linea autem perpendicularis in ſecundo loco erit ad dexteram, in tertio vero erit ad ſiniſtram: ratio primi eſt, quia ſtellæ agũt ad verticem: ratio ſecundi eſt, quia eſt ibi vnde motus incipit, & vnde cæleſtia corpora ſuam in hæc inferiora auſpicantur actionem. ille autem locus ad ſiniſtram ponitur in tertio ordine: ibi enim ſtellæ deficiunt.

Diximus lineam eſſe eo fortiorem, quo magis ad perpendicularem accedit. Sed cum ſtella fuerit à dextra medij cæli, ſcilicet in domo vndecima: tunc, quia ſtellæ per lineam inclinatam, quæ fortior eſt, agunt per lineam meridiei: ergo per lineam rectiorem: quare maiori ſunt vi præditæ. Itaque ſiderum conſtitutio in domo vndecima ad vitam præſtandam facultatem magnam habet: cum vero ſtellæ in duodecima domo, & interſtitio eodem fuerint, vitam imbecillem reddunt: tunc enim per lineas inclinatas agũt, quæ minus ad perpendiculares accedunt, præterquã illæ, quæ ſunt prope cardinem ortiuum, nam eæ quinque gradus ſuper Horizontem accipiunt.

Alia quoque difficultas ex Ptolemei verbis inſurgit. dicit enim, propter vapores ex paludibus atque humiditate terræ ſurſum elatos, ſtellas, cum in duodecima domo fuerint, impediri. Quod quidem prima facie videtur abſurdum: nam ita accideret, vt tempore pluuioſo, aut nebuloſo nemo vitam haberet: tunc enim ſtellarum lumina à vaporibus impedirentur, quo minus agerent. Secunda dubitatio.

Sed dicendum, Ptolemæum non illud attuliſſe tanquam rationem & cauſam, ſed potius vt quoddam veluti ſignum, quaſi diceret, cum ſtellæ in hac parte cæli fuerint, ſunt debiles, & non poſſunt propter radios inclinatos vapores eleuatos abſumere: hinc ſequitur, vt ſint quoque ad vitam deriuandam imbecilles: neque tamen propterea eſt inferendum, vapores eleuatos actionem illarum ſtellarum retardare. Solutio.

Tertium quod difficultatem parit in textu eſt, quod non pauci Aſtrologi multas vitæ partes ex inferiori hemiſphærio accipiunt: cur ergo illud eſt à Ptolemeo reiectum? nam ratio ab eo allata, minus valere videtur: dicit enim, cum cęleſtia corpora per motum & lumen agant, fieri vt nobis ob terræ oppoſitum occultatæ, nullam quoque in nos actionẽ poſſint deriuare: non valet, inquam (quod cum tãti viri venia dictum volo, mihi namque amicus Socrates, amicus Plato, ſed longè magis eſt amica veritas) nam terra cum ad vniuerſum relata, puncti rationẽ obtineat, vt Ariſt. primo Meteororum dicit, ſequitur quòd tot ſtellarum à quibus circumambitur, actioni reſiſtere nequeat: non aliter (vt craſſo exemplo rem manifeſtem) ac granum milij in maximum ignem iniectum, lucem atque calorẽ ex eo in nos promanantem nihil impedire poteſt. Itaque corpora cæleſtia nunquam terrei globuli interiectu à ſua actione retardabuntur, quamuis id nobis minus appareat. Sed ſi ad ſuperiorem aeris regionem aſcenderemus, ſtatim conſpiceremus vniuerſum hunc aerem eſſe cæleſti virtute concalefactum, & colluſtratum. Tertia dubitatio.

Secundo, ſequeretur maximum inconueniens, quod qui naſcerentur, & haberent omnes planetas ſub terra non viuerent: quod eſt contra ſenſum & obſeruationes: ergo antecedens eſt falſum. Conſequentia patet: quia per ipſum habemus vitam à luminaribus, & quinque ſtellis & ſupra terram tantum, ergo ſi erunt ſub terra, vbi non eſt locus vitæ, qui naſcuntur tunc non viuent. Probo falſitatem conſequentis ſic. Quia obſeruaui in ciuitate Lugduni natiuitatem Philippi Tinghi, qui natus eſt anno 1523. Florentiæ, & è vita migrauit anno 1580. die 28. Iunij hora 11. poſt meridiem.

*Philippi Tinghi Natiuitas.*




Is habebat lumina & quinque vagas in hemiſphęrio inferiori à ſecunda domo vſque ad quintam, qui vixit annis 56. menſibus 6. dieb. 22. ergo regula Ptolemæi non eſt vera. Sed hic vir bibliopola fuit, & maximã omniũ librorum copiam ſuis ſumptibus imprimendã curauit. Verum aliquãtiſper fuit auarus, ſed iuſtus, rationabilis, religioſus, & eleemoſynari᷒. Noctes atque dies ſedebat in lecto podagricus, quæ paterna fuit hæreditas: nihilominus hoc accidens ſignificabat ei Saturnus, exiſtens in ſigno Piſciũ. Erat enim impatiens in ſua infirmitate: & retinebat bonum ingenium & iudicium in ſuis actionibus. Vnde inter bibliopolas quaſi primum locum tenebat. Verum erat timidus & agreſtis, negleᴄtor rerum, minimè amator ſuorum: ſed quaſi vir omnino rigidus.

*Thema cæli Domini Petri Baglioni.*




Observavi etiam genituram D. Petri de Balionis, qui ortus eſt ex patre Florentino: datuſque in lucem Lugduni anno 1550. qui adhuc viuit. Hic habet omnes planetas ſub terra: ergo qui habent planetas ſub terra, viuunt. Præterea ipſe animum Cæſareum tenet, vt inſinuat Sol inuentus in medio Veneris & Mercurij, qui quidem planetæ etiam ei plurimas diuitias ſignificauerunt. Verum cum Mars coniunctus ſit Ioui, fecit eum propenſum ad martialia exercitia, in quibus honorem acquiſiuit, & fuit quinquaginta equitum cataphractorum vaxilifer. Sol igitur & Venus in ſua exaltatione, & Mercurius in ſuis terminis ingenium, bonaſque animi & præclaras dotes decernunt. Verum anno ætatis ſuæ 31. labente fuit in periculo vitæ ex febre ardentiſsima ex horoſcopi directione ad trigonum Martis in ſignis breuium aſcenſionum, qui aſpectus æquiualet quadratum.

ITEM

ITEM obſeruaui in genitura Antonij Pinelli Genuẽſis patritij, eius mandato, (ſicut & feci in geneſi dicti Baglionis) qui natus eſt anno 1542. & adhuc viuit. hic habet omnes planetas ſub terra, & tamen non tenuit planetas in locis vitalibus, ergo poſitio Ptolemæi vana eſt. Cauſa longitudinis vitæ fuit Luna domina horoſcopi coniuncta cum Ioue bene affecta. Si ſæpe digredior aliquãtiſper à propoſito, aut potiꝰ rapior extra oratiõis cancellos hoc fit ad corroboratiõẽ veritatis, in gratiãque totius ſcientiæ huius. Nam facio ſicut & fecit Zeuxis pictor excellentiſsimus, quando Helenæ ſimulachrum pictura illuſtrauit: qui cum accepiſſet à diuerſis puellis nudis illud membrum, quod tenebant pulchrum eſſe, & omni laude dignum, compoſuit vnum corpus ſatis proportionatum & pulchrum. Dico igitur quod vir iſte Venerẽ tenet in ſigno Leonis: de qua dicit Abrahamus Iudeus in ratione ſeptimę domus. Et ſi Venꝰ fuerit in Leone amor vſque in languorem intendetur, & cum magna zelotypia. Hic quàm plurima lucrabitur, & diſperdet: vt inſinuant Venus in ſecunda cæli domo & pars fortunæ in ipſius cuſpide: cui quadrangulatur Saturnus. Erit enim bonorum morum amator, & prauorum inimicus: vt oſtendit Luna domina horoſcopi cum Ioue bene affecta. Verum ſi ſigillatim optimos recenſere cœpero, inuidioſum erit, aut ſuſpicionis plenum.

*Thema cæli Antonij Pinelli, Patritij Genuenſis.*




ITEM obſeruaui quòd Ioannes qui imperauit Luſitaniæ datus eſt in Lucem 1502. & obiit anno 1542. relicta grauida vxore, quę poſt viginti dies Sebaſtianũ Principẽ peperit: hic Habuit omnes planetas ſub terra à prima domo vſque ad quintam, & tamẽ vixit 40. annis. ex qua cauſa apparet Ptolemæi opinionem eſſe falſam. Cauſa lõgitudinis vitæ fuit Iupiter in horoſcopo inuentus: quoniam luminaria erant malè affecta. Nam Luna coniuncta eſt cum Marte, & Saturnus coniunctus cum Sole. Fuit enim Rex ſtudioſiſſimus, & muſicorũ amator: vt declarant Mercurius & Venus coniuncti in ſigno Geminorum. Hoc animaduerſione dignũ eſt, nullum ſignum bellicoſiores efficere Tauro. horum enim eſt propriũ arma tractare. Cũ verò, quod ſæpius dictũ eſt, nec piget repetere, tres fortunę in vna genitura iungũtur magnũ pollicetur bonum. Hic autẽ cum Ioue habet Mercurium coniunctum & Venerẽ, qui planetæ omnia proſpera, magnamque animi ſecuritatẽ ei dederunt. Quare hæc genitura doceat artem non eſſe inanem.

*Thema cæli Ioannis Regis Portugalliæ.*




ITEM

## *Thema cæli Herculis Gonzagæ Cardinalis.*




Item obſeruaui geneſim Cardinalis Mantuani Herculis Gonzagæ, qui habuit omnes planetas ſub terra, & dat' eſt in lucem anno 1505. & mortu' eſt anno 1560. Vixit tamen annis 55. Nam horoſcopus peruenit ad Saturni corpus domini octauæ domus, qui erat interfector vitæ. Nam cum Venetiis ann. 1558. eſſem oblatum mihi fuit temp' eius natiuitatis à quodam ipſius ſecretario: quod ego ſupputaui, vt patet per hoc thema cælicum, quod rectificaui ad inſtar Lunæ per Annimodar, iuxta regulam Ptolemæi ſupra traditam: & ad eum vaticinium meum miſi. Hæc ſcripſi libenter, vt ſciat lector, quanta ſit artis veritas.

## *Auguſtini de Eccleſia Genuenſis Thema cæli.*




Rvrsvs, habui natiuitatem Auguſtini de Eccleſia Patritij Genuenſis, qui eam dedit mihi anno 1563. vt vaticiniũ facerẽ: cui prædixi vitam, & non mortem, cum infirmaretur in illo anno. Nam datus fuit in lucem anno 1538. & adhuc viuit: habet omnes planetas ſub terra, & in hemiſphærio inferiori, & nullum planetam in loco vitali ſecundum Ptolemæũ. Dico tamen ipſum agere annos 43. Patet ergo, regulam hãc Ptolemæi non eſſe bene datam. Item Iupiter cum capite Draconis Lunæ in ſecunda cæli domo bonam fortunam in acquiſitione ſubſtãtiæ promittit cum quadam iactura, vt oſtendit pars fortunæ quadrangulata Saturno, & Iupiter Marti. Luminaria verò bene affecta vitam longeuam ſignificauerunt: & plures filias quàm maſculos eum habiturũ: vt inſinuat Luna in cuſpide quintæ domus in ſigno fœminino.



Digitized by Google

*Thema cæli Simonis Rigoni.*




Item pro faciliori declaratione meæ opinionis ponam exemplum quod ponit Cardanus genit. 39. de quodam Simone Rigono, qui anno 1506 publicè laceratus fuit, quod ei prædictum fuerat, periturum acerba morte. Nam non erat ei diſpoſitor vitæ, præter aſcendens. Erant enim planetæ omnes ſub terra, & Mars peregrinus in angulo, & Mercurius dominus horoſcopi cadens à domo ſua in angulo imi cæli cum Cauda Draconis Lunæ, combuſtus à Sole. Hæ ſunt cōſtellationes quas ipſe dixit, quæ fecerunt vt is per iret mala morte. Et ſubiungit. Quibus Virgo aſcendit aliqua ex parte, ſunt malorum morum, qualem hunc fuiſſe patet cui dominus horoſcopi cōbuſtus cum Cauda Draconis, & in Sagittario fuerat, & Mars in horoſcopo.

Sed redeamus ad materiam noſtram, dico quod Ptolemæus ſibi ipſi contradicit. Nam in ſegmento 7. aphoriſmo j. dixit, Quibuſcunque planeta nullus eſt ſupra terram nec in prima hora ortus ſui, non ſolum longam habere vitam, ſed egregium aliquid perficere eſt impoſſibile. Et ponit de hac re tale exemplum, quod eſt natiuitatis Ludouici Behoioſij, & dixit.

*Thema cæli Ludouici Behoioſij.*




Hæc ſignificabat egregium animum, & in rebus bellicis eum fore clarum, ob Solem in Saturni ſextili, ſecundum partem eandem, & in proprio domicilio oſtendebat, & præclara facta, ob Mercurium, Iouem Martē ſimul iūctos in Piſcibus: ſed hæc præueniente morte in irritū ceciderunt: quia omnes planetæ ſub terra ſunt. Hæc Cardanus: ſed nec tempus mortis, nec finem exitus huius viri ex hoc mundo narrauit. verum Antiſcium Martis in horoſcopo breuitatem vitæ ſignificabat, & Sol infortunatus à Saturno ex partili quadrato hoc accidens etiam deſignabat: imo Luna in ſexta cæli domo ægritudines plurimas ei portendebat: quare vitam cito amiſit.



Digitized by Google

### *Thema cæli Magiſtri Ioannis Baptiſtæ de Rubeis Rauennatis Carmelitæ.*

Oblata mihi fuit hæc Natiuitas ab ipſomet Doctore in ſacra Theologia cum eſſet Romę ab aduerſariis ſuis afflictus anno 1547. & cum fuiſſet prædicator famoſus inculpatus fuit de hæreſi: & ego dixi ex eius geneſi quod euaderet de illo periculo, & perueniret ad dignitatem ſupremã ſuæ ſacræ religionis Carmelitanæ: quod id euenit. Nam cũ mortuus eſſet anno 1563. Frater Nicolaus Audet Cyprius, generalis prior totius ordinis, in locum demortui electus eſt iſte Iõanes Baptiſta. Hora verò mortis eius fuit cum horoſcopus Hilech peruenit per directionẽ ad Saturni Corpus domini octauæ domus, qui erat vitæ interfector. Et ſic in anno ętatis ſuę 70. cum morte vitam commutauit. Et cum hæc quis rectè conſiderauerit, videbit principia noſtra eſſe veriſſima, videlicet quòd nõ omnes, qui habẽt planetas ſub terra, ſunt breuioris vitæ.




### *Thema cæli Ioannis Baptiſtæ Rimbotti Florentini.*

Hæc genitura eſt Mercatoris, qui nunc agit 36. annum, ſatis proſpera valetudine, & nihilominus omnes planetas habet ſub terra: nec inueniuntur in locis vitalibus. Hic habet lumina malè affecta cũ Venere domina horoſcopi, quæ Marti eſt coniũcta pro ſignificatione vitæ breuitatis. ſed cauſa longitudinis vitæ naſcitur à parte vitæ, quæ nõ eſt infortunata, vt dicitur ab Albumaſare in magno introductorio diff. 8. in ratione primæ domus. Idem confirmatur ab Abẽragele cap. 9. tract. 4. quoniam Mercurius primus dominus triplicitatis horoſcopi non eſt adhuc ſub radiis Saturni: quare hic amicus meus vitam longam habuit. ſed cum horoſcopus ex directione peruenerit ad Martis corpus, tunc erit in mortis periculo.



*Thema cæli Alphonſi Gianniuelli Ferrarienſis.*




OBLATA mihi fuit hæc Natiuitas ab ipſomet nato Lugduni, in qua reperiũtur omnes planetæ ſub terra, & tamen nõ agit 38. annũ & viuit. Quare poſitio Ptolemæi nõ eſt bona: ideo amicus Plato, amic' Ptolemæus: ſed magis amica veritas. Hic vir negotia ſui principis in hoc regno Galliæ pertractat cũ ſapientia, & cõſilio. Eſt enim ingenio præditus, & magni conſilij inuetus: vt oſtendunt Saturnus Mercurius & Luna coiũcti: imò prudentiã & eruditionẽ ei' ipſi planetę declarãt. Atque ita ex teſtimonio Iouis & Solis, abſq; noſtra celebratione, tãta virtus patet. Dicit enim Abenragel parte 5. ca. 7. quod omnis natiuitas in qua multi planetæ iuncti ſunt in vna domo, ſignificãt quod illi nato accidet mirabile quid ex natura illius dom', de quo obſtupeſcẽt homines audientes accidentia. Cũ enim quinque planetæ ſint coniuncti in quarta cæli domo, quæ ſignificat parentes, & res parẽtum, ædificia, theſauros abſcõditos, agrorum culturam, bona immobilia, & ſimilia, in quibus rebus hic natus poterit conſequi aliquod bonum, ex qua cauſa multi obſtupeſcunt. Eſt enim melãcholicus, ſed affabilis, & officioſus, atq; nobilem animum tenet. Cęterum cum horoſcopus ad Martis corpus peruenerit, erit natus in periculo mortis.

*Thema cæli Ioannis Baptiſtæ Aquilani.*




IN hac Natiuitate videntur omnes planetæ ſub terra fuiſſe: & tamen vixit annos ſuæ ætatis 63. hebdomaticos, & enneaticos: fuit enim proceræ ſtaturæ, ſed macilentus, orator facundus & poeta. Sedente Paulo 3. Pontifice Maximo, edidit 1500. verſus elegos contra nouam, & Gothicam linguam Ethruſcam, & illos qui transferunt libros latinos in vernaculam linguam. Ipſe autem plerumque habuit orationes elegantiſsimas coram Paulo 3. & Cardinalibus, atque prælatis Eccleſiæ. Obiit Romæ in ſuburbio labente anno humanati verbi 1544. circa finem mẽſis Februarij. Item vide inferius in hoc capite in natiuitate Ioannis de Saluiatis Cardinalis Florentini, qui habuit etiam omnes planetas ſub terra: & tamen vixit annis. 63. hebdomaticis, & enneaticis.



Digitized by Google

*Thema cæli Filiæ Philippi de Meliori Florentini.*




Hæc natiuitas eſt cuiuſdam mulieris, quæ nunc agit annum 37. & adhuc viuit in bona valetudine. Cauſa vitæ longitudinis (cũ habeat omnes planetas ſub terra) naſcitur à luminibus benè affectis, & Venus domina horoſcopi reperitur etiam optimè poſita: quarè vitæ longitudinem decernunt: imo Luna & Iupiter coniuncti in ſecunda cæli domo maximam fortunam denotant. Verum in puella hoc non refert, ſicut in viro, vt aliàs dixi: omnia enim fœminarum, ex aliena, non propria pendent fortuna.

*Thema cæli Lucretiæ Filiæ Petri de Saluiatis.*




Hæc mulier habet omnes planetas ſub terra, & tamen adhuc viuit in maxima proſperitate: & nata eſt annos 34. Luna enim eſt cum Ioue & Venere benè affectà, & dominus horoſcopi benè affectus: quare ei promittunt vitam longæuam eſſe. Verum Sol cum Saturno denotat ſuſtinuiſſe multa incommoda cauſa virorũ. Nam Sol ſignificationem viri accipere dicitur à Ptolemæo cap. 4. lib. 4. Multa alia incommoda & anguſtias & contradictiones ſuſtinuit hæc mulier, quę non opus eſt hic recenſere.

Thema

Digitized by Google

*Thema cœli Magdalenæ filiæ Raphaelis de Corſinis.*




Hoc thema cælicum habui ſic ſupputatum ab Aloyſio Alamanno Florentino, qui erat Mathematicus & Poeta eximius. Hæc puella nō habuit virum, ſed circa annos 14. mortua eſt: vt inſinuat horoſcopus per directionem ad caput Draconis Lunæ. Cauſa breuitatis vitæ fuit Mars in horoſcopo inuentus, qui per radios ſuos corpus Lunæ offendebat, & omnes planetæ in hac geneſi non benè ſe habent, imo ſunt infortunati excepto Ioue: quare mortua eſt 14. annorum, vt ſupra dixi. Nunc ſequitur, vt de ſignificatoribus vitæ aliqua dicamus. Quapropter Ptolemæus dicit.

## TEXTVS.

Μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν *ἀφέτους παραληπτέον τοὺς κυριωτάτους δ' τόπους ☉ καὶ ☽, ὡροσκόπον, κλῆρον τύχης, καὶ τοὺς τούτων οἰκοδεσποτήσαντας. *al. ἄθλας

Poſtea conuenit vt quatuor dominantia quę ſunt Sol, Luna, Aſcendens, Pars fortunæ, eorumq́ue locorum diſpoſitores alhileg conſtituamus.

Περὶ τοῦ κλήρου τῆς τύχης.

Κλῆρον μὲν τοι τύχης τὸν συναγόμενον ἀπὸ τοῦ ἀριθμοῦ πάντοτε τῶν μοιρῶν καὶ ἡμέρας καὶ νυκτὸς τοῦ τε ἀπὸ ☉ ἐπὶ ☽, καὶ τὰ ἴσα ἀφαιροῦντες ἀπὸ τοῦ ὡροσκόπου κατὰ τὰ ἑπόμενα τῶν ζωδίων, ὅπου δ' ἂν ἐκπέσῃ ὁ ἀριθμὸς ἐκείνην τὴν μοῖραν τοῦ δωδεκατημορίου, καὶ τὸν τόπον φαμὲν ἐπέχειν τὸν κλῆρον τῆς τύχης, ἵνα ὃν ἔχει λόγον καὶ σχηματισμὸν ὁ ☉ πρὸς τὸν ἀνατολικὸν ὁρίζοντα, τοῦτον ἔχῃ καὶ ἡ ☽ πρὸς τὸν κλῆρον τῆς τύχης, καὶ ᾖ ὥσπερ σεληνιακὸς ὡροσκόπος. (*πλὴν ὀφείλομεν ὁρᾶν ποῖον τῶν φώτων ἐπὶ τὰ ἑπόμενα εὑρίσκηται τοῦ ἑτέρου, εἰ μὲν γὰρ ἡ σελήνη πρὸς τὰ ἑπόμενα μᾶλλον εὑρίσκη(ται) τοῦ ☉, τὸν ἐκβαλλόμενον ἀπὸ τοῦ ὡροσκόπου ἀριθμὸν ἐπὶ τὸν κλῆρον τῆς τύχης, ὡς πρὸς τὰ ἑπόμενα τῶν ζωδίων δεῖ ἡμᾶς τοῦτον διεκβάλλειν. εἰ δὲ ὡς πρὸς τὰ ἡγούμενα τοῦ ☉ μᾶλλον εὑρίσκη(ται) ἡ ☽ τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν ὡς πρὸς τὰ ἡγούμενα τοῦ ὡροσκόπου διεκβάλλειν.*) ἴσως δὲ καὶ αὐτὸ τοῦτο ἐστί τε καὶ δυνα(ται) παρὰ τῷ συγγραφεῖ, τὸ τοῖς νυκτὸς γεννωμένοις, ἀπὸ ☽ ἐπὶ ☉ ἀριθμεῖν, καὶ ἀνάπαλιν ἀπὸ τοῦ ὡροσκόπου τουτέστιν εἰς τὰ προηγούμενα διεκβάλλειν· καὶ οὕτω γὰρ κἀκεῖνος ὁ αὐτὸς τόπος τοῦ κλήρου, καὶ ὁ αὐτὸς τοῦ σχηματισμοῦ λόγος εὑρεθήσεται.

*Hæc parentheſi incluſa ſuppoſititia videntur.

Partem igitur fortunæ ſciemus, ſi numerum quem inuenerimus à loco Solis vſq; ad Lunę locū, in die ac nocte acceperimus, & ab Aſcendente inchoando illius numeri quantitatem ſecundum ſignorum ſucceſſionem computauerimus. Hoc itaq; modo partis locum addiſcemus. Quod iccirco facimus, vt Solis qualitas reſpectu aſcendentis ſit velut qualitas Lunæ reſpectu partis fortunæ. Erit enim fortunæ pars quaſi aſcendens Lunę. Hanc autem eandem rationem imitari videntur, qui dicunt, ꝙ in nocturnis natiuitatibus, vt à Luna in Solem enumeremus oportet. Deinde ab Aſcendente initiando eiuſdem numeri quantitatem in contrarium eius quod prædiximus, id eſt ſecundum ordinatam ſignorum antecedentium computemus. Quod cum fecerimus, idem partis fortunæ locus qui nobis exierat, ſecundum modum apparebit, & eadem erit ſocietatis figuræ qualitas.



Digitized by Google

Πόσοι ἀφέται.

ΠΡοκριτέον δὲ τούτων ἡμέρας μὲν πρῶτον τὸν ☉ ἐάν περ ᾖ ἐν τοῖς ἀφετικοῖς τόποις, εἰ δὲ μή, τὴν ☽. εἰ δὲ μή, τοὺς πλείονας ἔχοντας λόγους οἰκοδεσποτίας πρός τε τὸν ☉ καὶ τὴν προγενομένην σύνοδον καὶ τὸν ὡροσκόπον. τουτέστι δύο ἢ τριῶν οἰκοδεσποτικῶν τρόπων. ε. ὄντων, ἐὰν τρεῖς ἔχῃ πρὸς ἕνα ἢ καὶ πλείονας τῶν εἰρημένων, εἰ δὲ μή, τελευταῖον τὸν ὡροσκόπον. νυκτὸς δὲ πρῶτον τὴν ☽, εἶτα τὸν ☉, εἶτα τοὺς πλείονας ἔχοντας λόγους οἰκοδεσποτίας πρός τε τὴν ☽. καὶ τὴν προγενομένην πανσέληνον., καὶ τὸν κλῆρον τῆς τύχης, εἰ δὲ μή, τελευταῖον συνοδικῆς μὲν οὔσης τῆς προγεγενημένης συζυγίας, τὸν ὡροσκόπον πανσεληνιακῆς δὲ τὸν κλῆρον τῆς τύχης, εἰ δὲ μὴ τελευταῖον ὁ ὡροσκόπος ἀφίησι τοὺς χρόνους. εἰ δὲ καὶ ἀμφότερα τὰ φῶτα καὶ ὁ τῆς οἰκείας αἱρέσεως οἰκοδεσπότης ἐν τοῖς ἀφετικοῖς εἶεν τόποις, τὸν μὲν τῷ κυριωτέρῳ τόπῳ τῶν φώτων παραληπτέον, τότε δὲ μόνον τὸν οἰκοδεσπότην ἀμφοτέρων προκριτέον, ὅταν καὶ κυριώτερον ἐπέχῃ τόπον, καὶ πρὸς ἀμφοτέρας τὰς αἱρέσεις οἰκοδεσποτίας λόγον ἔχῃ.

Conuenit etiam vt ex his in die Solem ſi fuerit loco alhyleg, primitus eligamus, ſin autem Lunam, quam ſi nequiuerimus eligere ſtellam, quæ maiores auctoritates habuerit in diſpoſitione loci Solis, & loci præcedentis coniunctionis, necnon & Aſcendentis eligemus, id eſt ſtella quę habuerit ex quinq; poteſtatibus per quas diſpoſitio conſiſtit tres vel plures auctoritates in aliquo locorum prædictorum, eſt eligẽda. Quod ſi non contigerit, aſcendentis gradũ accipiemus. In nocte vero conuenit, vt Lunam primitus eligamus, poſtea Solem, deinde ſtellam, quæ maiores auctoritates habuerit in diſpoſitione loci Lunæ, ac loci pręcedentis præuentionis, lociq; partis fortunæ. Cum autem hoc non euenerit, dominum, ſi natiuitatem coniunctio præceſſit, accipiemus Aſcendens. Si autem pręuentio præceſſerit fortunę partem, ꝙ ſi fuerint vtraque luminaria, & qui ſecundum conueniens alahiz diſpoſitor fuerit in locis alhyleg, conuenit vt ex luminaribus, illud quod loco maioris & fortioris poteſtatis fuerit, ſumamus: diſpoſitorem autem eligere ſuper luminaria, nullatenus conuenit, niſi cum loco maioris & fortioris dignitatis fuerit, habens in diſpoſitione ſecundum duo alahiz autoritates.

*COMMENTARIVS.*

DEterminatis locis aphetalibus iuxta Græcos, ſecundũ autem Arabes, hylogialibus, incipit pertractare de ſignificatorib. vitæ, hoc eſt, de Aphetis, ſeu de liberatoribus: cicit autem hos quatuor eſſe, nempè Solem, Lunã, Aſcendens, & partẽ fortunæ: Si ergo vitã tribuunt in illis locis cõſtituti, in quib. eam tribuere poſſunt: nõ enim ſatis eſt, vt aliquid ſit vitæ ſignificator, ſed debet quoque eſſe in parte apta nata ad vitam elargiendam. Si ergo Sol id propriũ habet, vt ſit vitalis, vita ex eo huc dimanabit, ſi in loco idoneo fuerit. Quare optima ratione Ptolemæus ante omnia de locis diſſeruit quæ vitæ ſunt accõmodata. Quia verò ſuperius loquutus eſt de parte Sortis, vel fortunæ, vel Sorte fortunæ (omnibus enim his nominibus appellatur) nunc quid ea tandem ſit, declarat.

Eſt ergo pars Sortis diſtantia, quæ eſt inter Solem & Lunã, ſi horoſcopo ſuperaddatur: hæc autẽ ita inuenitur, ſi ſciuerimus, quantum Sol à Luna diſtet, ordinẽ ſignorum ſequetur: hanc vero diſtantiam ſupra horizontem poſuerimus, habebimus partẽ Sortis. Exemplum ſit: Aſcendat alicui 20. pars Leonis, Solẽ in 14. grad. Cancri ponamus: ſit Luna in 29. grad. diſtãtia ergo eſt per 15. grad. ſi enim 14. à 29. ſubtraxerimus, quindecim remanent: qui numerus ſi ſupra horizontẽ ponatur, erit pars Sortis in quinto gradu Virginis.

Subijcit Ptolemæus, vt videatur cũ antiquis cõcordare, nos idem effecturos, ſi noctu à gradu Lunæ ad gradum Solis enumerauerimus, procedendo contra ſignorum ſucceſſionem. Itaque idem eſt, ſi à Sole in Lunam iuxtã ſignorũ ſeriem procedamus, vel ſi ordine conuerſo à Luna in Solem regrediamur.

Sunt ergo quatuor vitę ſignificatores prædicti. Sed obijciet quiſpiam, Solem tantum ſufficere: nã, vt Ariſtotel. dicit 2. Phyſ. Sol & homo generãt hominẽ, nec ibi de vlla alia ſtella fit meatio: itẽ idem 2. de Generat. Acceſſus Solis generationẽ efficit: receſſus verò corruptionem: quare Sol præſtat cæteris lumine, magnitudine, & plurimis velocitate motus. Quare ipſe ſolus ad vitam elargiendam ſat eſſe poteſt. Dubitatio.

Sed dicendũ ex ſentẽtia D. Thomæ in cõmentario lib. 2. de Generat. tex. 2. 5. & 58. ſi Sol ſemper ſufficiet ad generationẽ vitæ, in maximo illius à nobis receſſu, qui eſt in bruma, nulla fieret generatio, & nihil tũc veniet ad lucẽ: quod tamẽ non ita eſt. Sed ad vitã requiritur relatio ſigni horoſcopantis ſupra horizontẽ ad reliqua ſigna circuli cũ ſuis ſignis, atque planetis, itémque ſtellæ, quæ in obliquo circulo inueniũtur. Ad Ariſtotelis autem auctoritatẽ poſſumus reſpondere, eum partem pro toto accepiſſe, eo ꝙ Solis actiones longè ſunt nobis euidentiores, quã cæterarum ſtellarum: nã ſi aut Sol & homo hominem generant, ita cælũ & homo eundem generant. Ad rationẽ in contrariũ allatã dici poteſt: quia cum ad rerũ inferiorum procreationẽ atq; cõſiſtẽtiã requireretur magnitudo, corpus, motus velocitas, & magna lucis copia, ſiue influẽtia, q̃ qdem oĩa in Sole maximè apparẽt: nã is cæteris magnitudine pſtat, vt patet ex differẽtia 22. Alfragani: eſt. n. terra maior ducẽties ſexagies ſexies: ad quã magnitudinem nulla ſtella puenit: nã eorũ maximę nonagies, ad ſummum Solutio.

Digitized by Google

mũ cẽties ſunt terra maiores: Sol ergo reliquis magnitudine antecellit: itemq; luce præſtat, ꝓpter ipſius ſcilicet appropinquationem maiorẽ: ex quo maior quoque ſequatur actio neceſſe eſt. Quare Ariſtoteles Solem accepit vel pro vniuerſis cęli partibus, vel pro omnium præcipua.

An pars fortunæ agat. Quod vero ad partem ſortis attinet, nũ vere exiſtat, an potius quidpiã cõmentitiũ ſit, vehementer ambigitur: nã Picus Mirãdulanus hoc cõtra eã validiſsimũ, & putat, argumentũ intorquet: Corpora cæleſtia agũt in hæc inferiora per lumẽ, per motũ, & per influentiã: Sed pars hæc fictitia nullo horum modorũ agere poteſt. Ergo penit⁹ eſt explodẽda.

Sed reſpõdetur, Aſtrologos illã partem ponere tanquã realem & exiſtentẽ: nã eſt quędam quãtitas proportionata luminis, nempe eſt Solis radius aut ſtellæ ad tantã diſtãtiã, quãta Sol diſtat à Luna: nam ita Luna ſe ad partẽ fortunæ habet, perinde atque Sol ad Aſcẽdens. Addit Lucius Bellãcius, ſicut ſe habet cor ad animal, ita ſe habere Solẽ ad cælũ: nã ſicut cor ſpirit⁹ vitãq; in oĩa mẽbra influit, ita quoque Sol per oẽs cæli partes vim ſuã atq; lucem didit, præcipuè vero in horoſcopũ, quę eſt pars quędam principalis: nã minor mundus, qui eſt homo, & maior inter ſe mutuo quadã proportione reſpõdent, vt teſtatur Ariſtoteles. Sicut autẽ Sol ſe habet ad Aſcẽdens, ita Luna ad aliquid, quod vicẽ Aſcendẽtis obtineat: nã hæc duo luminaria magna ſunt inter ſe ſimilia creata, alterũ vt præeſſet diei, alterum vt præeſſet nocti. Pars vero Aſcendẽti reſpondens eſt ꝑ Luna pars fortunæ: nã eadẽ ratione Luna ſe habet ad partem fortunę, qua Sol ad horoſcopum. Et ita Pici argumentum diſſoluitur.

Dubitatio. Sed hic aliquis dubitauerit, ſi eſt quædã cõfiguratio, & illuſtratio determinata, deberet declarari inter aſpectus. Quod cum non ſit factum, manifeſtum eſt, non eſſe determinatã configurationem.

Solutio. Dicẽdũ eſt, præpollẽtes cõfigurationes eas eſſe: quibus ſtellę in hæc inferiora agũt. At nos nõ reponimus inter aſpectus oẽs cõfigurationes. Cur autẽ hæc cõfiguratio inter aſpectus nõ recẽſeatur, ratio ea eſt, quòd aſpectus ſunt harmonia proportione quadã accepti: quare qui eiuſmodi naturã nõ ſortiũtur, aſpectus nõ ſunt nominãdi. Hæ autẽ cõfigurationes ſunt vel ſextiles, vel trinæ, vel oppoſitæ, & quãto magis ſtellæ ad has figuras bonas accedunt, tantũ natus bonæ fortunæ ſortietur: vt quãdo Luna cũ Sole partiliter fuerit, & ibi quoq; fuerit pars fortunæ. Quare Ptol. Aphor. 46. dixit, magnas fęlicitates à locis partis fortunæ conferri, cum horoſcopus in eis fuerit repertus: ita vt ſufficiat, à cælo bonos inſtinctus ſortiri, & ꝓnitates ad mores, diuitias, ſciẽtiã, & id genus alia. Si autẽ per diametrationẽ diſtẽt, pars fortunæ erit in ſeptima: qđ quidẽ bonũ eſt, quia natũ reddit pronũ ad bona cõiugia, & bonã fortunã. Si diſtãtia fuerit in quadrato, erit in decima domo, vel quarta. Secũdũ acceſſum ad has cõfigurationes, partẽ fortunæ dicimus optime eſſe diſpoſitã, imo & experientia quotidie probamus. Quare non eſt fictitium quidpiam, vt aduerſarij Aſtrologorum volunt.

His expoſitis, declarat Ptolemęus, quomodo vitã debeamus eligere: primãque hãc regulã tradit, ſi Sol fuerit in aliquo horũ locorũ, ſ. infrà gradũ à quinto ad 25. in Aſcẽdente, vel in medio cæli, vel in vndecima, vel ſeptima, vel nona, tũc erit Sol diſpoſitor vitæ, vel ſignificator. Si vero cõtingat, Solem eſſe ſub terra, vel in cacodæmone, vel in 8. domo, tunc ante oĩa eſt quęrendũ, quomodo ſeſe habeat, an ſcilicet in Aſcẽdẽte fuerit, vel in medio cęli, vel in vndecima, vel in ſeptima, vel in nona: nam ſi in nullo horũ locorũ Sol fuerit, ſed ſit Luna, dominiũ accipiet. Sed quia fieri põt, vt neq; Luna, neque Sol in ſupradictis locis inueniatur, tũc ſecũdũ Ptolemæi præceptũ tria loca ſunt inſpiciẽda, quæ ſunt, locus Solis, ſi natiuitas fuerit diurna, loc⁹ interlunij, natiuitatẽ præcedẽtis: itẽ & Aſcendẽtis locus. Et illa ſtella vitæ ſignificator dicetur, quæ in horum locorum aliquo plures iuriſdictiones habuerit, nã ſi eſſet ſub terra, vel in duodecima, aut octaua domo, dominium nequaquam accipiet.

Hinc patet, quòd ſi Sol fuerit in duodecima domo, exploratũ tũc eſt, eũ nõ poſſe eſſe vitę ſignificatorẽ: Luna quoq; ſi fuerit in octaua domo, vel ſub terra, à vitæ ſignificatione repelletur. Tũc videndũ eſt, quæ ſtella plures habeat iuriſdictiones in loco Solis, vel interlunij præcedẽtis, vel Aſcẽdẽtis: ſi horoſcopet Leo, ſit autẽ Solis locus in duodecima in Cãcro, & cõiunctionis locus in eodẽ Cancro: tunc certũ eſt Iouẽ in Aſcendente habere trigonũ, & in gr. interlunij, atque loco Solis ſortiri altitudinem. habet ergo tres iuriſdictiones. Quia in verborum cõtextu Ptol. dicit, ſi habuerint duas, vel tres, vel etiã plures iuriſdictiones. Videam⁹ an Iupiter ſit in hylech, id eſt, in loco vitam ſignficante. Si fuerit in decima vel vndecima, vitã dabit: ſi aũt in locis nõ vitalib⁹ fuerit, & natiuitas fuerit diurna, & neque Sol, neq; Luna in vitalibus locis fuerint, neq; horũ locorũ diſpoſitor, tũc eſt accipiẽdus horoſc. Si vero natiuitas fuerit nocturna, incipiendũ eſt à Luna & vidẽdũ eſt nũ fuerit in aliquo loco vel ſupra terram vel his locis aſsignatis. nã ſi fuerit, poterit quoque eſſe hylech. Ea ſi nõ fuerit vidẽdũ eſt, an Sol, ꝙ ſi Sol ſit, nõ eſt neceſſe de Luna inquirere. Si autem neq; Sol, neque Luna ſit, perueſtigetur tũc ſtella, quę plures authoritates habuerit in loco Lunæ in gra. plenilunij, ac loco partis fortunæ: nã quæ plures authoritates habuerit his in locis, erit hylech, & ſignificator vitæ. Quòd ſi contigerit & diſpoſitores non eſſe in loco ſignificatiuo vitæ, videndũ eſt an natalis fuerit, ſequens plenilunium vel interluniũ: quod ſi plenilunium, pars ſortis accipiatur quæ erit vitæ ſignificator. Sin autẽ grad⁹ horoſcopãs accipiatur. Hæc ergo eſt Ptolemæi doctrina, in vitæ ſignificatore indagando.

Sed ſi reperiamus in vno, eodẽq; loco, aut in aliis locis cõuenietibus poteſtate hyleſiatis, ſ. vt Sol ſit in Aſcẽdente, Luna vero in medio cæli, diſpoſitor in vndecima, tũc ſecundũ Ptolemæi præceptũ Sol ſemper cæteris præponi debet, nã, vt habet Aphor. 86. Sol eſt fons vitalis potẽtiæ, Luna naturalis: ideo Sol eſt Lunæ anteponẽdus: ſed tamẽ ſi Luna fuerit Cardinalis, ea eſt accipiẽda: nec vllus diſpoſitor eſt adſciſcẽdus, niſi iuriſdictiones plures vna habuerit: Verbi gratia, ſi Sol reperiatur in vndecima domo, & Iupiter in culmine: Soli ergo Iupiter præponetur, quia eſt in cardine: Sol autem in ſuccedẽti: item Iupiter quia eſt diurnus & in ſigno maſculo, treſque habet iuriſdictiones, ideo erit diſpoſitor, Solique præponetur. Arabs dicit, ſi in cadentib. & ſuccedẽtib⁹ fuerit in ſigno maſculino & quarta maſculina (quę in oriẽtali parte eſt ſita)



Digitized by Google

eum vitam ſignificaturum.

Sed mea quidem ſententia cum eis eſt in hac poſitione ſentiendum, cum ſcilicet tertiam, quartam, & quintam domum aſſumunt: cum vero etiam ſecundam & octauam adſciſcunt, à veritate recedere mihi videtur; eæ enim domus nullam cum prima domo connexionem habẽt: decretum eſt enim ratum. Ptolemæi domos, quæ cum prima non conſentiunt, nequaquã pro loco vitæ capiendas: nam cum horoſcopus ſuapte natura vitam ſignificet: hæc loca vt quæ nullam cum horoſcopo configurationem habeant, nihil ad vitam ſignificandam faciunt. Quatuor ergo ſunt domus tantum ad hanc materiam vtiles.

Iudæi in hoc conueniunt quòd de prima nullam faciunt mentionem: ſed id arbitror tranſlatorum vitio eſſe factum: iidem excipiunt illas quatuor, octauã & ſecundam, ſunt enim eiuſdem rationis: nam cum ex diametro inter ſe opponantur, eiuſdem ſunt quoq; rationis genericæ: cum ergo octaua domus ſit morti dicata, ſua natura habet mortem quoque ſignificare: quòd ſi non ſemper immediatè & per ſe eam portẽdit, mediatè ſaltem id facit. Iidem pro vitę qualitate ſtellam obſeruant, quæ eſt pro quantitate vitæ aut Sol, aut Luna. Sol quidem in natiuitate diurna, ſi ſcilicet fuerit in vno quinque locorum ſupra terram: ſi vero non fuerit Sol, Lunam accipiunt, idque indifferenter in prima, vndecima, & decima, in ſigno fœmi nino, vel maſculino: ſed in nona & ſeptima in ſigno tantum fœminino: quòd ſi neque Sol neque Luna poſ ſunt accipere vitæ ſignificationem, tunc recurrunt ad Aſcendens, & gradum interlunij, vel partem fortunæ dummodo habeant Alcocoden.

Sed tamen ij id cauent: quia ſcilicet volunt aphetã habere alcocoden: hoc eſt, ſi Sol ſit in prima domo, vel nona, vel decima, poteſt eſſe hylech, dummodò ipſum aſpexerit aliqua ſtella, quę in illo loco habeat iuriſdictionẽ: aliter non eſſet hylech. Quòd ſi fuerit in ſigno Geminorũ vel in prima, vel in decima, vel in nona, vel in ſeptima, tunc neceſſe eſt, vt Mercurius, qui habet domum, vel Saturnus qui habet trigonum, vel planeta, qui habet fines, ipſum recipiat: oportet ergo, vt planetã reſpicientẽ habeat, vel exaltationẽ, vel domũ, vel trigonũ, vel fines in eo loco: quòd ſi nullã harum dignitatum habuerit, habeat ſaltem ibi decamoriam, id eſt, faciem. Quod non tantum eſt de Sole intelligendum: ſed regula eſt generalis, nempe, ſiue Sol, ſiue Luna, ſiue pars fortunæ nõ habuerit alcocoden, id eſt planetã reſpicientẽ locum illũ, non poteſt eſſe hylech.

## TEXTVS.

Περὶ τρόπου ἀφέσεως.

Τοῦ δὲ ἀφετικοῦ διακριθέντος, ἔτι καὶ τῶν ἀφέσεων δύο τρόπους παραληπτέον, τόν τε εἰς τὰ ἑπόμενα τῶν ζῳδίων μόνον ὑπὸ τὴν καλουμένην ἀκτινοβολίαν, ὅταν ἐν τοῖς ἀπηλιωτικοῖς, τουτέστι τοῖς ἀπὸ τοῦ μεσουρανήματος ἐπὶ τὸν ὡροσκόπον τόποις ὁ ἀφέτης ᾖ. καὶ τοῦτον, οὐ μόνον εἰς τὰ ἑπόμενα ἀλλὰ καὶ εἰς τὰ προηγούμενα κατὰ τὴν λεγομένην ὡριμαίαν.

CVmq; patuerit alhylech, duas eius ſpecies nobis obſeruare cõueniet. Quarum altera eſt ſecundum ſignorum ſucceſſionem ſolummodo. Altera vero & ſecundum eorundem ſucceſſionem & in ſucceſſionis contrarium. Illam quę eſt ſolummodo ſecundum ſucceſſionem in qualitate, quæ radiorum proiectio nũcupatur, nos obſeruare conuenit, quę tunc eſſe dicitur cum alhylech in locis orientalibus, id eſt à cæli medio vſque ad aſcendens fuerit. Illam vero quæ ſecundum ſucceſſionem & in ſucceſſionis contrarium exiſtit, ea in qualitate quæ Græcè vrine appellatur, conſiderabimus.

## COMMENTARIVS.

EXpoſitis præcedentibus, nempe inuento diſpoſitore vitæ ſiue is ſit Sol, ſiue Luna, ſiue quiuis alius planeta, plures in illis locis habens dignitates: Cùmque duplex ſit hylech, vnum ſcilicet, quod ſecundum ſignorum ſucceſſionẽ habetur, alterum vero, quod eſt contra ſignorum ſucceſſionem: nunc Ptolemæus declarat quæ ſint amborum nomina, inquiens, prius dicitur proiectio radiorum, alterum vero ad præcedentia vocatur.

Hæc verba cum ſint obſcura, declaratione longa indigent. Suppoſuimus ſupra, quòd natus ſtatim in lucem editus aſpiratione attraxerit impreſſionem poſitionis ſiderum: quæ quidem non eſt vna, licet quodãmodo in temporis momento recipiatur: nam cœleſtia corpora ſicut & inferiora in inſtanti ſuam actionem ex ſe excludũt. Eſt autem ea impreſſio multiplex, ſicuti conſtellationes & configurationes ſunt inter ſe varię: ideo varias quoque atque multiplices ex eis impreſſiones promanare, neceſſe eſt: illarum vero aliæ ad vitam, aliæ ad interitum, aliæ ad optimam corporis conſtitutionem, aliæ ad imbecillem, aliæ ad aliud faciunt. Licet ergo per vnum tantum nomen, ſeu ſub vna ratione generica, vna dicatur configuratio, ſunt tamen plures ſpecies, quas Ptolemæus hac in parte declarat.

Secundo loco eſt animaduertendum, à ſubſequẽtibus alterari ea quæ præcedunt: quod in cũctis rebus naturalibus eſt cernere: nam ſi aliqua ſuperueniat aëris alteratio, quæ aliquandiu permaneat: alia quoq; ſi mox adueniat, oportet vt prior ei cedat: idem in humorib. cõtingit, ad quod oſtẽdendũ experiẽtia ſufficit.

Aliqui hæc nomina antecedens, & ſubſequens ſignatori & promiſſori attribuunt: nam per locum præcedentem ſignificatorem intelligunt, per ſequentem vero promiſſorem: ſed hæc diſtinctio, mea quidem ſententia, non valde ad rem facit: nam tam antecedens quàm ſubſequens ſignificat, & pariter pollicetur vitã: ſi enim Sol fuerit hylech, ſignificare dicitur: ſi vero eum Saturnus, aut Mars ſequatur, hæc loca dicentur ſubſequentia ac promiſſoria: itaque pollicetur Sol vitam, ſicut & iſta. Alias quoque dicimus, Solem eſſe promiſſorem, Saturnum autem & Martem eſſe ſignificatores. Sed longè melius fuiſſet dicere per locum præcedentem intelligendum quodammodo

modò

Digitized by Google

modo agens,& ipſius diſpoſitiones.per ſubſequentem autem intelligendum ipſum actuans,&educẽs de potentia ad actum:verbi gratia,Sol ſignificet vitæ quantitatem ad annos ſexaginta,ſed ipſum Mars ſubſequatur ad paucos gradus,illa vita,quæ eſſet in naſcente per Solis impreſsionem,per adductum,vt ita dicam,loci ſubſequentis ad præcedentem ad actum reducitur.

Vt hoc intelligamus, debemus mente concipere,quòd licet per inſpirationem fiat hęc impreſsio, & differat impreſsio Solis atque Martis,nam manifeſtè patet per primum tempus atque ſecũdum, eas tempore differre: nam quando ponitur, primũ gradum Geminorum horoſcopare, & Solẽ eſſe in eo, Martem verò in Cancro, vocant locum præcedentem quo ad motum diurnum, & locum, qui ſequitur,tempore poſteriorem dicũt: nam vbi erat primus gradus Geminorum,poſtea aliquot horarum ſpatio erunt aliquot quoque gradus Cancri, ſcilicet decem & octo: & ſecundum horum ſententiam dicitur Mars promiſſor,ſecundũ vero Ptolemæum dicitur locus ſubſequens atque interfector. Quare cum Sol tantum vitæ ſpatium fuerit pollicitus, id per locum ſubſequẽtem aufertur. fortior eſt enim Martis impreſsio quàm Solis, locuſq; ſequens deſtruit præcedentem.

Explicat deinde Ptolemæus obſcuris quidẽ verbis, tempus,quo locus ſequens venit ad præcedentem,quam directionem & progreſsionẽ dicimus, alij eam vocant inambulationem, quã faciunt propter motum primi mobilis:quando locus ſecundus peruenit ad primum locum,tunc gradus ſequentes menſurantur: dicemuſq; euentus ad tot annos ſequuturos.

Duo ergo erunt Hyleg,ideſt progreſsionum modi,vnus qui eſt ad ſequentia, ea ſecundum ſignorũ ſeriem,quando ſcilicet progreſsio fit à Geminis ad Cancrum,& à Cancro ad Leonem, diciturq́; progreſsio ad ſequentia, & tũc per motum primi mobilis ſemper ſecũdus locus venit ad primum.Si Sol fuerit in Cancro, & in Leone Mars aut Saturnus: tunc dicere poſſumus, hunc locum ad illum proficiſci. Quod vt bene fiat, accipiendæ ſunt aſcenſiones,quæ ſunt huius loci, temporibus cõnumeratis, quæ ſunt in medio: id vocant proiectionem radiorum.Præcipit autem Ptolemæus, hoc ſemper fieri debere ſecundum ſucceſsionem ſignorum,hoc eſt, vt accipiantur aſcenſiones ſignificatoris,& ab aſcẽſionibus ſignificatoris auferantur ſecundum ſignorum ordinem: nam quadraturæ. & aliæ configurationes promiſſoris, quod erat in potentia in ſignificatore reducunt ad actum.

Altera ſpecies,id eſt alter modus promiſsionum eſt ad *præſentia* & ſubſequentia, id eſt ſecundum vel contra ſignorum ſucceſsionem : quæ ſpecies temporalis appellatur,nam nullam aliam regulam habemus, niſi quando ſignificatores fuerint inter culmen & aſcendens: Quæ prædicta regula eſt ſumenda,quando ſignificatores fuerint inter culmen & Aſcendens, ſequendo ſcilicet ordinem ſignorũ, & minuendo aſcenſiones ſignificatoris ab aſcenſionibus loci ſubſequentis.

Alia verò ſpecies eſt à culmine ad occaſum:nam quando ſignificatores in hac parte fuerint, progrediendum eſt contra ſignorum ſucceſsionem: cuius rei rationem Ptolemæus affert, dicens, quia tunc locus, qui erat præcedens, videtur magis eſſe ſequens.Eſto ergo Solis locus in Arietis nona domo, tunc Sol eſt Hyleg,& ſignificator vitæ iuxta regulas ſupra traditas. Si fuerit interfector, videtur vitæ ſignificator ad locum ſubſequentẽ proficiſci. Quare tunc,quia gradus quartæ domus,& occidens dicitur interemptor.Si ergo fuerit vitæ ſignificator à culmine ad ſeptimam domum, ſemper occaſus eſt locus interficiẽtis,qui eam vitam aufert, quam Sol fuerat pollicitus.Sed tamẽ cum ſimpliciter hic locus fuerit, & ſeptimæ domus gradus interfector, non vitam abſcindit,ſed infirmitates ſolum infert: cuius rei ea eſt ratio, quia quando Hyleg, & locus vitæ ad interfectorẽ vadit,tunc potiſsima eſt mortis ſignificatio, quando interfector ad locum vitæ vadit non tam vehemens eſt mortis comminatio.ſi namque ſignificator in parte orientali ſit conſtitutus,ipſumque ſequatur interfector vel Mars,vel Saturnus,interimet abſque dubio. Si verò è contra à culmine ad ſeptimam domum, cum interfector ad locum vitæ proficiſcatur,tunc non mortem quidẽ infert, ſed graues morbos inducit: nam occidens ſimpliciter poteſt alias interficere,alias ſecus, quãdo ſcilicet cum eo fuerit malefica ſtella. tunc enim locus ille maiores vires capit ex eo quod duplicem interficiendi poteſtatem obtineat, quorum altera eſt ex parte occidentis.is enim eſt locus, vbi ſtellæ occidunt,ita vt ſuas functiones nequeant exercere: altera verò eſt,eo quòd in ea domo ſit ſtella interficiens ſiue ex erroribus,ſiue ex cælo hærentibus:nã eadem malignitate ſunt præditæ ſtellæ hærentes, dictæ Saturniæ,aut Martiæ,qua Saturnus,atq; Mars ſunt præditi. Sicut etiã è contrà ſtellæ dictæ Iouiæ atque Veneriæ eandem beneficentiam huc diffundunt,atque Iupiter aut Venus,illis præſidentes.

Quod verò attinet ad ſignorum cõſequutionem quando ſignificator fuerit in culmine ad cardinem ortiuũ,diuerſa eſt ratio vitæ, ſiue mortis nati inueſtigãdæ.Sed hic ſunt plurima animaduertẽda, nam ſimpliciter maleficæ ſtellæ ex ſui præſentia interficiũt.Sed numerãdi ſunt grad' inter ſignificatorẽ, & ſequentẽ locum, cuilibet gradui vno anno aſsignato. Idem quoque accidit, vt vult Ptolemæus, quando fuerint ſtellæ cælo hærentes: nam eandem vim habent,præcipuè verò ſi fuerint primæ, aut ſecundæ magnitudinis. Sunt etiam cõſiderandæ diametrationes atque oppoſitiones maleficarum ſtellarum: nam ſi dixerimus,Solem eſſe in decimo gradu Geminorum, malefica verò ſtella ſuum radium proiecerit ex oppoſito aut quadrato in ſignũ Tauri, tunc locus ſequens vadit ad præcedentem: connumerandique ſunt gradus inter hæc loca atque gradum illum & Hyleg:tantaque erit vita,quot gradus diſtantiæ fuerint. Sed Ptolemæus vnà cum Aegyptiis,Iudæis,Perſis,Arabibus obſeruauit, quod ſæpe etiam mors inferatur nõ tantum ex his conſtellationibus,ſed & aliis,ſicut ex ſextili in ſignis obedientibus: nam in Iſagoge à nobis dictum eſt,ſigna obedientia imperitiam rationibus ſe accommodare.Quare ſi fuerit ſignificator in Piſcibus, quod ſignum Arieti obedit,ſitque interfector in eodem Ariete cum irradiatio ſit ſexagona,malè eſt, quandoquidem in ſignis obedientibus exiſtit.Contingit etiã idem in gradibus dictis artificiis,id eſt, eiuſdẽ potentiæ.

potentiæ ac fortitudinis, vt in Iſagoge eſt dictum: nã ſi fuerit ſignificator in vno gradu, & poſtea magnifica ſtella ſuum artificium proiiciat in aliquam partem, quæ ſignificatorem ſubſequatur: tunc numerãdi ſunt gradus inter artificium, & ſignificatorem. nam ſecundum eorum quãtitatem, erit quoque multitudo annorum nati.

Dicit præterea Ptolemæus vitam mẽſurandam non tantum per præcepta iam tradita, ſed etiã ſæpe accidere, ſi Luna acceperit diſpoſitionem vitæ, vt Sol interficiat, licet non ſimpliciter id vſu veniat, quod quidem explicatius inferius pertractat, cum hic confuſe & vniuerſaliter tetigerit. Et quia ſextilis figura, cum configuratio fuerit in ſignis magnarum aſcenſionum, quadratæ æquiualet: & trina in ſignis paruarum aſcenſionum æquiualet quadratæ. Sententia eſt Ptolemæi, ſi interfectores fuerint ſicut ſtella in ſignis magnarum aſcenſionum, interficere. Si autem aſpectus triangularis in ſignis paruarum aſcenſionum, etiam interficere. Et quia fieri poteſt, vt infrà obſeruationib' declarabimus, vt natus in grauem morbum incidat, ex eo tamen incolumis euadat, duo tradit hic præcepta, quorũ alterum eſt, quãdo ſunt ſignificatores in parte, atq; in quadripartio occidẽtali: alterũ, quãdo ſunt iidẽ in quadripartio orientali, in priori non debemus ſemper ita de vita iudicare, ſicut ſimpliciter ab illis portenditur, ſed quãdoq; minui quãdoq; vero auferri hoc modo: nam ſi benefica ſtella, quæ viderit Hyleg, conſtituatur in quadripartio orientali, ſemper tot annos vitæ addet, quot eſt ſua hora tẽporalis ſingulis horis ſingulis annis aſſignatis. Ex ſphæræ autem tractatu diſci poteſt, & ex ſecundo libro magnę conſtructionis, duplicem eſſe horam, ſcilicet æquatoris & zodiaci: hora æquatoris ſemper quindecim gradibus conſtat: hora autem zodiaci quandoque pluribus, quandoq; paucioribus. Quare ſi contigerit Iouem eſſe in horoſcopo, & ex trino aſpicere locũ Hyleg, ſi fuerit diurna natiuitas, tot annos addet, quot horæ graduum ſint temporales. Tribuat ergo Sol nato vitæ ſexaginta annos, Iupiterque locum Hyleg aſpiciat, quocũque aſpectu, nam is ſemper eſt beneficus: patet, horam eius temporalem ex decem & octo gradibus conſtare: addet ergo ad annos, qui tribuebantur à Sole: atq; ita natus ad ſeptuageſimumoctauum annum vitam prorogabit. Si verò ſtella malefica fuerit, cuiuſmodi eſt Mercurius, tot annos auferet, ad quadragintaduos tantum annos viuet, hora enim temporalis Saturni ex decem & octo gradibus conſtat.

Quòd ſi alibi benefica ſtella conſtituatur, quam in horoſcopo, huiuſmodi additionem atque diminutionem facere debemus in proportione ad duodecim horas temporales hoc pacto, id eſt in horoſcopo ſemper tot annos elargitur, quota fuerit hora temporalis: in occaſu autem nihil dat. iuxta igitur receſsũ maleficæ, ſiue beneficæ ſtellæ à cardine ortiuo, vitæ quoque fit accrementum, ſiue decrementum. Eſto ergo benefica ſtella in culmine, vitæq; ſignificatorem aſpiciat, quia eius hora temporalis ex duobus gradibus conſtat: tantum dabit annos nouem in proportione ad horas 12. nam dies ſiue artificialis, ſiue temporalis duodecim horas in ſe continet. Cum ergo fuerit ſtella in culmine dies in ſex partes ex vna parte, in totidem ex alia. Quare nouem tantũ annos addet, quod eſt, natus ad quinquageſimum primum tantum annum perueniet.

Quòd ſi ſtella in locis intermediis fuerit, id eſt, inter cardinẽ ortiuum, atque culmen, regula iuxta proportionem eſt adhibenda: vt ſcilicet videamus quota ſit hora temporalis ſtellæ, & per quot horas temporales ea à cardine ortiuo diſtet: tunc multiplicandæ ſunt eius horæ temporales, hoc gradus eius temporales per diſtantiam à cardine ortiuo, quas per duodenarium numerum diuidemus. Itaque numerus duodenarius ſemper eſt primus, ſecundus numerus ſit graduum horæ tẽporalis, tertius ſit horarum, quibus ſtella addens vel minuens diſtat à cardine: quartus numerus exiſtet, ſi multiplicemus vnum ſecundum & tertium, & quod ex illis cõficitur, per primũ diuidamus. Exempli gratia, Iupiter, qui decem & octo annos elargiebatur, per tres horas à cardine ortiuo diſtet: hora autem temporalis ex duodecim gradibus conſtat: totus autem numerus diei eſt duodecim. Seponamus ergo 12. in prima parte, in ſecunda 18. in tertia 3. Ex 18. per tria multiplicatis, quinquageſimus quartus numerus reſultat, qui ſi per duodenarium diuidatur, redit ſumma quatuor & dimidium, quæ à 18. ſunt detrahenda. Natus igitur tunc vitæ 73. annos & dimidium habebit. Eodem quoque pacto ſi malefica ſtella fuerit, idem à malefica eſt detrahendum: nam reſiduum auferet à loco & quantitate vitæ: nam ſi malefica habet horas decẽ & octo graduum, qui quidem per ternarium multiplicentur, & quod ex iis effectum fuerit, per duodenarium diuidatur, quatuor & dimidium remanebũt de ſumma, ergo totidem de decem & octo eſt demẽdum, atque ita tredecim atque dimidium remanerent, qui quidem à ſexaginta debent detrahi: Ac proinde tunc nati vita erit quadraginta ſex annorum cum dimidio.

## TEXTVS.

Ὅταν μὲν ἐν τοῖς ἀποκεκλικόσι τοῦ μεσουρανήματος τόποις ὁ ἀφέτης ᾖ, τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων ἀναιρετικαὶ γίνονται μοῖραι, κατὰ μὲν τὴν εἰς τὰ προηγούμενα τῶν ζῳδίων ἄφεσιν, ἡ τοῦ δυτικοῦ ὁρίζοντος μόνη, διὰ τὸ ἀφανίζειν τὸν κύριον τῆς ζωῆς, αἱ δὲ τῶν οὕτως ἀπαντώντων ἢ μαρτυρούντων ἀστέρων, ἀφαιροῦσι μόνον ἢ προστιθέασιν ἔτη, τοῖς ὑπὸ τοῦ ἀφέτου συναγομένοις, μέχρι τῆς καταδύσεως τοῦ ἀφέτου, * οὐκ ἀναιροῦσι διὰ τὸ μὴ αὐτοὺς ἐπιφέρεσθαι τῷ ἀφετικῷ τόπῳ, ἀλλ' ἐκείνων

*ἀναιρετικῶν.

ἐκείνων

ἐκείνων τοῖς αὐτῶν. καὶ προστιθέασιν οἱ ἀγαθοποιοί, ἀφαιροῦσι δὲ οἱ κακοποιοί. ὁ δὲ τοῦ ☿ πάλιν, ὁποτέροις αὐτῶν συσχηματισθῇ προστιθέμενος. ὁ δὲ ἀριθμὸς τῆς προσθέσεως ἢ ἀφαιρέσεως θεωρεῖται διὰ τῆς καθ᾽ ἕκαστον μοιροθεσίας, ὅσοι γὰρ ἂν ὦσιν ὡριαῖοι χρόνοι τῆς ἑκάστου μοίρας, ἡμέρας μὲν οὔσης, οἱ τῆς ἡμέρας, νυκτὸς δὲ οἱ τῆς νυκτὸς, τοσοῦτον πλῆθος ἐτῶν ἔσται τὸ τέλειον, ὅπως ἐκ τῆς ἀνατολῆς αὐτῶν ὄντων ὅλον λογιστέον καὶ κατὰ τὸ ἀνάλογον τῆς ἀποχωρήσεως ὑφαιρετέον, ἕως ἂν πρὸς τὰς δύσεις εἰς τὸ μηδὲν καταντήσῃ, κατὰ δὲ τὴν εἰς τὰ ἑπόμενα τῶν ζῳδίων ἄφεσιν, ἀναιροῦσιν οἵ τε τῶν κακοποιῶν τόποι ♄ καὶ ♂ ἤτοι σωματικῶς ὑπαντώντων, ἢ ἀκτῖνα ἐπιφερόντων ὅθεν δήποτε τετράγωνον ἢ διάμετρον, ἐνίοτε δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ἀκουόντων ἢ βλεπόντων κατ᾽ ἰσοδυναμίαν ἑξάγωνον, καὶ αὐτὸς δὲ ὁ τῷ ἀφετικῷ τόπῳ τετράγωνος ἀπὸ τῶν ἑπομένων, ἐνίοτε δὲ καὶ ἀπὸ τῶν πολυχρονιούντων δωδεκατημορίων κακωθεὶς ὁ ἑξάγωνος ἀναιρεῖ, ἐπὶ δὲ τῶν ὀλιγοχρονιούντων πάλιν κακωθεὶς ὁ τρίγωνος. σελήνης δὲ * ἐφιείσης καὶ ὁ τοῦ ☉ τόπος ἀναιρεῖ, ἰσχύουσι *ἀφιείσις. γὰρ κατὰ τοιαύτην ἄφεσιν αἱ ὑπαντήσεις καὶ ἀναιρεῖν καὶ σώζειν, ἐπειδὴ καὶ αὗται τῷ τοῦ ἀφέτου τόπῳ ἐπιφέρονται. οὐ πάντοτε μέντοι τοὺς τοιούτους καὶ πάντως ἀναιρεῖν ἡγητέον, ἀλλὰ μόνον ὅταν ὦσι κεκακωμένοι, παραποδίζονται γὰρ ἐάν τε εἰς ἀγαθοποιοῦ ὅριον ἐκπέσωσιν, ἐάν τε τῶν ἀγαθοποιῶν τις ἀκτῖνα συνεπιφέρηται τετράγωνον ἢ τρίγωνον ἢ διάμετρον ἤτοι πρὸς αὐτὴν τὴν ἀναιρετικὴν μοῖραν, ἢ εἰς τὰ ἑπόμενα αὐτῆς, ἐπὶ μὲν Διὸς μὴ ὑπὲρ τὰς ιβ΄. μοίρας. ἐπὶ δὲ ♀ μὴ ὑπὲρ τὰς η΄. ἐάν τε σωμάτων ὄντων ἀμφοτέρων, τοῦ τε ἀφιέντος καὶ τοῦ ὑπαντῶντος, μὴ ταυτὸ πλάτος ᾖ ἑκατέρων, ὅταν οὖν δύο ἢ καὶ πλείονα ᾖ ἑκατέρωθεν τά τε βοηθοῦντα καὶ κατὰ τὸ ἐναντίον ἀναιροῦντα, σκεπτέον τὴν ἐπικράτησιν ὁποτέρου τῶν εἰδῶν κατά τε τὸ πλῆθος αὐτῶν συλλαμβανομένων αὐτοῖς καὶ κατὰ τὴν δύναμιν. κατὰ μὲν τὸ πλῆθος αὐτῶν, ὅταν αἰσθητῶς πλείονα ᾖ τὰ ἕτερα τῶν ἑτέρων, κατὰ δύναμιν δὲ, ὅταν τῶν βοηθούντων ἢ ἀναιρούντων ἀστέρων, οἱ μὲν ἐν οἰκείοις ὦσι τόποις, οἱ δὲ μὴ, μάλιστα δ᾽ ὅταν οἱ μὲν ὦσιν ἀνατολικοί, οἱ δὲ δυτικοί. καθόλου γὰρ τῶν ὑπὸ τὰς αὐγὰς ὄντων, οὐδένα παραληπτέον, οὔτε πρὸς ἀναίρεσιν οὔτε πρὸς βοήθειαν. πλὴν εἰ μὴ τῆς ☽ ἀφετίδος οὔσης αὐτὸς ὁ τοῦ ☉ τόπος ἀναιροῖ, συντετραμμένος μὲν ὑπὸ τοῦ συνόντος κακοποιοῦ, ὑπὸ μηδενὸς δὲ τῶν ἀγαθοποιῶν βοηθούμενος καὶ ἀναλελυμένος.

HÆc quidem eſt, cum alhileg in loco recedente à cæli medio fuerit: & cum taliter iſta fore percipientur, gradus interitum ſignificans ſecundum alhileg quę eſt in ſpecie quę contra ſignorum accidentia inuenerimus, erit gradus occidens eo ſolummodo quòd ipſe vitæ dominium occultat, ſecundum ſtellarum gradus ipſi eidem alhileg, quæ ſic inuenta fuerit applicantium aut eidem teſtificãtium, ob hoc, ſcilicet quòd ipſe collectis numeris ſuperaddunt & minuunt vſque ad horam qua cecidit alhileg, pręter quòd nõ occidunt, eo quòd ad locum hyleg ipſę non eunt, ſed ipſa vadit ad earum loca. At illæ quæ ſemperaddunt, fortunæ, quę vero minuunt, infortunæ dicuntur. Mercurius iterum erit cum ſtellis quibus aſſociabitur in figura. Numerus autem augmenti vel diminutionis ex locis graduum vniuſcuiuſque eorum deprehendetur. Ipſe etenim ſecundum numerum temporum, horarum, quem vnuſquiſque gradus eorum habuerit, inuenietur. Nam cum tempus diurnum fuerit, tempora diurnalium horarũ attribuemus. Cumq; nocturnum extiterit, tempora nocturnalium horarum, ſecundum quorum quantitatem erit numerus annorum perfectorum. Quod intelligẽdum eſt eſſe dictum, cum in aſcendente fuerint. poſthoc ſecundum ipſius elongationem ab aſcendente, numerus itaque ex ipſo cum ad occidentis punctum peruenerimus, nihil remaneat. At ſecundum alhileg eſt quæ in ſpecie quam ſecũdum ſignorum ſucceſſionem inueſtigamus, loca ſtellarum infortunarum, ideſt Saturni & Martis ſunt pereuntia, cum corporaliter ad hyleg peruenerint, vel cum radios ex quolibet iſtorum locorum proiecerint, ideſt ex locis quartæ, ac oppoſitæ radiationis, & fortaſſis ex ſextilibus, quæ obediunt aut aſpiciunt & æquantur in fortitudine. Item etiam quartus aſpectus loci alhileg, qui eſt ſecundum ſignorum ſucceſſionem, occidet. Iterum & forſitan idem operabitur ſextilis, cum fortuna fuerit, & cum ex ſigno multarum aſcenſionum extiterit. Similiter quoque faciet trinus, cum fuerit infortuna, & in ſigno paucarum aſcenſionum manſerit. Cumq; Luna fuerit alhileg, interficiet: Solis locus quandoque, eo quòd cum Sol ad locum alhileg iſtius ſpeciei peruenit, interficiendi & ſanandi vim ha

Digitized by Google

vim habebit. Ibit enim ipſe ad locum alhileg, nec nobis exiſtimare cõuenit, quòd hæc loca neceſſariò ſemper occidant. Nam nullatenus occident, niſi cum infortunabuntur ſolummodo, quia prohibetur hoc. Cum vnius fortunarum terminus fuerit, vel cum altera fortunarum ex quadrato vel trino, ſeu ex oppoſitione ad ipſum gradum qui occidit, ſeu ad gradum, qui poſt ipſum occidit ſuccedit, radios proiecerit, ita quod in proiectione radiorum Iouis, pluſquam 12. gradus, ipſum non tranſgrediantur, nec Veneris pluſquam 8. Similiter etiam ita eueniet, cum coniungetur alhileg ſtellæ, cui corporali conditioni adhærebit, nec eorum duorum latitudo fuerit eadem. Cum autem ſtellæ ſaluãtes vel adiuuantes aut interficientes duæ vel plures fuerint in vnoquoque iſtorum duorum, conuenit vt ſecundum rerum ea iuuãtium multitudinem ac eorundem fortitudinem id quod ipſorum duorum fortius eſt obſeruemus. ſecundum multitudinem igitur cum altera duarum ſpecierum pluſquam altera fuerit augmentatione manifeſta. Secundum fortitudinẽ vero, cum ſtellæ quæ iuuant vel interficiunt in locis ſibimet conuenientibus fuerint, nec in huiuſmodi locis aliæ permanſerint, maximè autem cum ſtellæ vnius ſpeciei fuerint orientales, alteriuſque ſpeciei ſtellæ occidentales. Quapropter eorum quæ ſunt ſub radiis in occidendo, iuuando, ac ſaluando nos nihil generaliter oportet obſeruare, niſi vt Luna ſit alhileg, tunc etenim ipſe idem locus Solis erit interfector, & tunc etiam ſi infortuna quæ cum ipſo fuerit cum impedierit, & nulla fortunarum eum adiuuauerit cõſiderabimus.

## COMMENTARIVS.

POSTQVAM Ptolemæus de locis apheticis diſſeruit, cœpit vitæ periodũ vniuſcuiuſq; naſcentis examinare: dicebat autem, cum patuerit, quis ſit vitæ elargitor, neceſſe eſt, vt eius duas progreſsiones inueſtigemus, vnam ſcilicet, quę eſt ſecundũ ſignorũ progreſsionẽ hoc eſt ad ortũ, ſiue ad ſequẽtia, alter ſecũdum ſignorũ conuerſum ordinẽ, quæ eſt ad præcedentia. Hileg ergo cum fuerit in parte cæli oriẽtali, debet iuxta ſignorum ſucceſsionẽ dirigi. Si verò is fuerit in loco recedente à medio cæli, hoc eſt in parte occidua, obſeruandæ ſunt progreſsiones ad præcedentia, & ad ſuccedẽtia: nam ſi fuerit Sol, verbi gratia, in parte occidua, tunc locus interfectoris erit occaſus. Quare ſunt numerandi gradus æquatoris, qui inter aphetam & locum occiduum interſunt: tot enim annis natus viuet. Locus autem interemptorius eſt ſeptimus, atque occaſus, propter rationem ſupradictam. Numeratis ergo partibus æquatoris à loco aphetæ ad ſeptimam domũ: hęc autẽ ſumma augeri vel etiã minui poteſt ad beneficarum ſiue maleficarum præſentiam: nam ſi beneficæ ſtellæ Hileg aſpexerint, aut diuiſorem, tot annos addunt, quot gradibus horæ planetarũ conſtat. Si autem malefica fuerit de ſumma aliquid eadem ratione auferet: nempe ſi benefica ſtella fuerit in horoſcopo, tot annos addet, quota eſt hora temporalis, eo modo, quo ſuperius eſt dictum. Si eadem fuerit in occaſu, nihil addet: ibidem ſi fuerit malefica, interficit. In locis autem intermediis, agendum eſt iuxta proportionem ad duodecim: nam ſi in culmine fuerit, medietas eſt addenda, vel minuenda

Si verò Hileg in parte fuerit orientali, tunc eſt animaduertendum ad Saturnum & Martem, quãdo ſcilicet per progreſsionem peruenerit locus ad corpora maleficarum ſtellarum, & ad quadraturas atque oppoſitiones: & ſi ſextiles fuerint in ſignis obedientibus, idem efficitur, idem quoq; antiſcia, idem ſextilis in ſignis magnarum aſcenſionum, & configurationes triangulares, ſi fuerint in ſignis paucarum aſcenſionum.

Quòd ſi quis à Ptolemæo quæſierit, ſemperne quadraturæ ac diametrationes hæ, & præſentia maleficarum interficiuntur. Reſpondet huic quæſtionim, non ſemper: nam tantum cum ſimpliciter fuerint, tunc ſemper interficient: nam ſi contigerit, vt beneficæ ſtellæ illum locũ progreſsionis aſpiciant, non interficient: vt verbi gratia, ſi Sol ſit dator vitæ, & Saturnus peremptor, dicimus, connumerandos eſſe gradus inter Solem atque Saturnum, ſi gradus ſunt æquatoris, tot annos natus vitæ fruetur. Si autem non reſpiciat Iupiter Saturnum, aut ſit cum eo, vel Mercurius fortunatus, vel Venus eum locũ intueatur, quacunque tandem configuratione, nihil refert, ſiue ea ſit quadratum Iouis, vel Veneris, aut oppoſitio, nam idem faciũt, quod triangulationes.

Sed quia Ptolemæus de ſextili figura nullam fecit mentionem, dubitat Punicus, an ſi Iupiter, vel Venus, vel Mercurius fortunatus ex ſextili illorum locum aſpiciant, ſint futuri propitij, ac ſalutem allaturi necne. Ipſemet reſpondit eos non fore tunc ſalutares: quia ea cõfiguratio eſt exilis, nec ob imbecillitatẽ valet amouere malum, quod à malignis impendet. At ego eius pace dixerim, ſi configuratio quadrata ſaluat, quæ eſt perquam aſpera, quanto magis ſextilem aſpectum allaturum eſſe ſalutem? Nõ meminit autem de ea Ptolemæus: quia ſi id, ꝙ minus videtur ineſſe, ineſt, ergo id, quod magis. At quadrangulatio, & oppoſitio ſaluant, ergo magis figura ſextili, quæ eſt benefica. Sed quiſpiam addubitauerit, quare ergo non pariter reticuit triangulationes? Reſpõdemus quia cum triangulus ſit prima figurarum, vt daret intelligere, per omne genus figurarum beneficas ſaluare, ideo de primaria mentionem fecit. Quare ſi fuerit ſtella benefica in eo loco, vel per præſentiam, vel per triangulum, vel per oppoſitionem, vel per quadraturam, vel aliam configurationem, maleficæ ſtellæ malignitatem vel tollit, vel refringit.

Sed notandum eſt, quòd ſi malefica fuerit comitatu alterius adiuta, fortius agit. Quare non ſolum animad

Digitized by Google

animaduertendum eſt ad configurationes, ſed etiã ad fines. Item è contra ſciendum fines quoque beneficarum poſſe ſaluare, & aliquando etiam magnum periculum creare. Configurationes vero hę poſſunt eſſe & partiles, & plaſticæ: dummodo non excedant in Ioue duodecim gradus, & in Venere octo: nam anni minores Iouis ſunt duodecim, & Veneris octo. Quare per præſentiam radiorum ad duodecim in Ioue, & ad octo in Venere, ſemper natus ab infortunio, quod ſibi impendet, ſaluatur.

Si autẽ ſint ſimul Saturnus atque Mars (quæ ſunt maleficæ ſtellę) per oppoſitionem, vel quadratum vel oppoſitum, vel quadratum vnum alteri opponatur. Quod ſi ſint duæ configurationes, vidẽdum eſt, ſi benefica ſtella ſit vna vel plures.

Reſpondit hic Ptolemæus, ſecundum multitudinem atque fortitudinem eſſe iudicandum: iuxta enim hanc diſpoſitionem, vita ſeu mors nato eſt denuntianda. Vt verbi gratia, ſit Sol apheta, qui in 14. parte Cancri exiſtat, ſit autem interfector in 18. parte Aquarij, cuius diametratio erit in 18. parte Leonis: certum tunc eſt, quòd locus ſequens, id eſt, Saturni diametratio proficiſcatur ad aphetam. numerandi itaque ſunt gradus interfectoris: ſunt autem ij ſcilicet intercapedo à loco ſcilicet Solis ad 18. gradum Leonis 42. gradus. Ergo quadrageſimoſecundo anno veniet natus in magnum vitæ diſcrimen, quod non euadet. Quare notãdum eſt, num in 18. parte Leonis ſint fines beneficæ ſtellæ, an maleficæ, idem de radiationibus eſt dicendum. Si ſit benefica, vel eius fines, periculum quidem natus incurret, ſed illud euadet, beneficæ beneficio, ſi ſit Iupiter, aut Venus: nam ſi cõtigerit eſſe Martem, nam concedant duæ maleficæ ſtellæ, ſcilicet diametratio Saturni, in præſentia Martis, tũc Venus vel Iupiter tantum non poſſunt ei ſalutem afferre. Quod ſi contigerit, vt in eo loco ſit beuefica ſtella, & è regione ſit etiam benefica, natus ex maximo periculo vitæ tandem eripietur.

Quia Ptolemæus dicit de multitudine & fortitudine ſtellarum, multitudo refertur ad ſtellarum numerum, fortitudo autem ad earum poſitũ: nam ſi fuerint planetæ malefici, non ſaluabitur, ſin benefici, euadet. Quo ad fortitudinẽ ſi locus ſequens ſit cadens, & benefica ſtella, ſiue eius radius ſit angularis, natus ſaluabitur. Si è contra contigerit, quòd ſcilicet locus lethalis ſit angularis, & benefica ſtella ſit cadens, natus periculum minimè effugiet, tunc enim maior eſt interfectoris fortitudo quam ſeruatoris.

Debemus quoque adimaduertere latitudinem tum aphetæ, tum etiam interfectoris: nam ſi fuerint inter ſe diuerſæ, interfector non interficiet: tunc enim ſunt duo circuli: & vt alicuius ſtellæ cõiunctiones ſciamus, neceſſe eſt, vt videamus eas in vno, eodemque poſitionis circulo. Quare ſi latitudines erunt diuerſæ, circuli quoque erunt diuerſi. Si ergo latitudo vna erit ſeptentrionalis, & altera meridionalis, erũt duo circuli, & diuerſæ altitudines poli ipſarũ ſtellarũ. Quare nihil oberũt.

Vt epilogus omnium habeatur, obſeruentur loci aphetici, qui quidem ſunt quinque, quorũ quatuor ſunt per ſe, Sol, Luna, Aſcendens, Pars ſortis, & vnus per accidens, ſcilicet aut diſpoſitor loci Solis, aut coniunctionis, aut aſcendentis, vel reſpectu Lunæ diſpoſitor loci Lunæ, gradus fortunæ, & loci plenilunij. Si quis fuerit in loco aphetico tribuet vitam, eamque tantam tribuet, quantum eſt interſtitium inter aphetam, locumque lethalẽ: quoniam quando Apheta fuerit in parte occidentali, ſeptimus locus erit interfector, ſed quando in parte orientali fuerit apheta, tunc corporalis præſentia Saturni & Mars, vel quadrãgulationes, aut oppoſitiones erunt quoque interfectores.

Item & Sol erit interemptor, quando ſcilicet Luna erit hylech interdum: cur dixerit, interdum, poſtea declarabitur.

His poſitis, videamus quomodo Aegytij & alij cum Ptolemæo conueniant, & quomodo differãt, & vtra harum opinionum ſit verior. Aegyptij aliũ modum de vita prognoſticandi ſunt commenti: nã acceperunt non tantum quinque loca illa ſupra terram, ſed etiã tria ſub terra addiderunt: volunt autem Solem eſſe hylech, in quocunque ſigno fuerit, nempe in prima, vel decima, vel vndecima: maſculinum ne, an fœmininum ſignũ fuerit, nihil refert: ſed in octaua vel ſeptima ſi fuerit Sol in ſigno fœminino, eum à ſua conſideratione abiiciunt: cũ idem fuerit ſub terra, ſcilicet in quarta, & quinta & ſecunda, vel Sol ſit in ſigno fœminino non poterit eſſe hylech, ſed in tertia, neceſſe eſt, vt ſit in maſculino tantum, & in ſecunda, ſecundum aliquos, quia reiiciunt ſextam & duodecimam, & accipiũt ſecũdam atque octauam: ſed, vt ſupra ſcripſimus, octaua eſt reiicienda, quia eſt locus mortis, nullamque habet cum prima domo conuenientiam. Non hoc ergo ſufficit, ſed oportet etiam aliquem planetarum reſpicere hylech, atque habere aliquã dignitatem: nam non ſufficit Solem eſſe in decimo quarto gradu Cancri in domo vndecima, ſed requiritur etiam, & Iupiter, vel Luna, vel Mars, aut ſtella habens ibi fines, Solem aſpiciat. Item nõ ſufficit, quòd Luna ſit in nona domo, in ſigoo fœminino, ſed oportet, quòd aliquis planeta habens dignitatem, eam reſpiciat. Dicuntque illi, ſicut ſe habent vxor & vir inter ſe in filiorum procreatione, quorum neuter ſine altero generare poteſt, ita neque hylech poteſt vitã ſine alcocode præſtare, id eſt, ſine datore annorum. Aegyptij ergo vitę periodum terminant iuxta fortitudinem atque qualitatem ſtellarum in his locis. & exempli gratia, ſi fuerit ſtella dans annos, in aliquo angulorum partiliter, ſuos annos dabit maiores, prout in noſtra iſagoge eſt traditum. Quod ſi fuerit in principio ſuccedẽs dom' medios annos dabit: Si in principio cadẽtis dabit annos minores. Sit ergo Sol hylech, & à Marte reſpiciatur in culmine cæli: patet tũc maiores fore annos. nam eſt in culmine in angulo partiliter. Anni autem maiores Martis ſunt 66. quare qui Solem hyleg fuerit ſortitus, qui quidem à quacunque radiatione aſpiciatur, annos quoque maiores ſortitur. Quod ſi idem erit in principio domus ſuccedentis, medios annos tunc impartiet, id eſt, quadraginta tantum: ſed ſi fuerit in principio domus cadẽtis, minores annos elargietur. hoc eſt, quindecim. Itaque Martis conſtitutio vitæ periodum determinat.

Sed cum ſtella non fuerit partiliter in culmine, vel principio alterius domus, ſecundum proportionem eſt agendum: nam videndum eſt, quantum

F

Digitized by Google

inter ſe anguli diſtent,& per regulam traditam in Iſa goge ſemper intercapedo inter domos trium graduũ erit:tunc eſt notandum quantũ portio ſtellæ à principio domus,vel culminis,vel alterius diſtet,multiplicãdáque eſt ſtellæ diſtantia per differentiam annorũ, ſecundũ ꝙ ſtella eſt in cardine,vel in alia domo: ac poſtea diuidenda eſt per diſtantiam domus à domo:numerúſque,qui remanebit,erit addendus, vel minuendus hoc modo. Verbi gratia,ſit Mars diſtans à culmine per octo gradus:quãdo erat in culmine dabat 66.ann. ſed nec cum diſtet à culmine, nõ totidẽ elargietur:ſed tot iuxta proportionem ad diſtantiã illam:differentia inter annos maiores & medios, eſt 26.annor.qui numerus multiplicetur per octo: tunc exibũt 208.quæ ſi diuidantur per 30.habebimus ſeptẽ. Quare ab annorum maiorũ numero decidendi ſunt ſeptẽ.viuet igitur natus tantum 59. ann.& quando fuerit inter cadentẽ & ſuccedentem,numerus 30.erit primus numerus,differentia autem inter annos maiores & medios erit ſecundus numerus, tertiæ autem erit diſtantia ſtellæ à principio domus,vel angularis,vel ſuccedentis. Multiplicetur igitur tertius numerus in ſecundum,& diuidatur primus, numerúſque quartus exiens erit remouendus à parte maiori annorũ: Si fuerit inter culmen & ſuccedentem,erunt numeri quoti à parte maiori remouendi:Si inter ſuccedentem, & cadentem ab annis medijs.Et hæc eſt illorum diſtantia.Conſentaneũ autem eſt rationi,vt dicit Abenrag.part.4.ca.6.& interdum ſummæ augeatur,vel etiã imminuantur per ſtellas beneficas atque maleficas,hoc modo,quia ſcilicet, ſemper Iupiter & Venus per præſentiam trigoni & ſexanguli addunt annos minores ſi beneficæ conſtituãtur,ſin autem ſecus,menſes,vel dies, vel horas,ſecundum ſtellæ diſpoſitionem, vt infra dicemus. Quòd ſi fuerint maleficæ,à ſumma illa decident, quia cũ Mars habeat annos 66.ſi Iouem aſpiciat,annos 12.addet: ſi vero Saturnum intueatur, tũc à ſumma ſecabit annos ſuos minores qui ſunt triginta.Quare natus viuet tantum 36.ann.Hec eſt Ægyptiorum ſententia,longius à nobis recitata,ſed de ea dicemus in ſequenti ſegmẽto.

Ὁ μέντοι τῶν ἐτῶν ἀριθμὸς ὃν ποιοῦσιν αἱ τῶν μεταξὺ διαστάσεων, τοῦ τε ἀφετικοῦ τόπου, καὶ τοῦ ἀναιροῦντος, οὐχ ἁπλῶς οὐδ' ὡς ἔτυχεν ὀφείλει λαμβάνεσθαι κατὰ τὰς τῶν πολλῶν παραδόσεις, ἐκ τῶν ἀναφορικῶν πάντοτε χρόνων καθ' ἑκάστης μοίρας, εἰ μὴ μόνον ὅταν ἤτοι αὐτὸς ὁ ἀνατολικὸς ὁρίζων τὴν ἄφεσιν ᾖ εἰληφὼς ἢ τις τῶν κατ' αὐτὸν ποιουμένων* ἀνατολικήν. (*al. ἀνατολήν.) Ἑνὸς* (*τούτου.) γὰρ ἐκ παντὸς τρόπου, τοῖς φυσικῶς τοῦτο τὸ μέρος ἐπισκεπτομένοις προκειμένου τοῦ σκοπεῖν μετὰ πόσους ἰσημερινοὺς χρόνους ὁ τοῦ ἑπομένου σώματος ἢ σχήματος τόπος ἐπὶ τὴν τοῦ προηγουμένου κατ' αὐτὴν τὴν γένεσιν παραγίνεται, διὰ τὸ τοὺς ἰσημερινοὺς χρόνους ὁμαλῶς τε ἔρχεσθαι καὶ τὸν ὁρίζοντα, καὶ τὸν μεσημβρινὸν πρὸς οὓς ἀμφοτέρους αἱ τῶν τοπικῶν ὁμοιότητες λαμβάνονται, καὶ ἰσχύει ἕκαστον τῶν χρόνων ἐνιαυτὸν ἕνα ἡλιακὸν εἰκότως. Ὅταν μὲν ἐπ' αὐτοῦ τοῦ ἀνατολικοῦ ὁρίζοντος ᾖ ὁ ἀφέτης καὶ προηγούμενος τόπος. τοὺς ἀναφορικοὺς χρόνους τῶν μέχρι τῆς ἀπαντήσεως μοιρῶν προσήκει λαμβάνειν, μετὰ τοσούτους γὰρ ἰσημερινοὺς χρόνους ὁ ἀναιρέτης, ἐπὶ τὸν τοῦ ἀφέτου τόπον, τουτέστιν ἐπὶ τὸν ἀνατολικὸν ὁρίζοντα παραγίνεται, ὅταν δὲ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ μεσημβρινοῦ, τὰς ἐπ' ὀρθῆς τῆς σφαίρας ἀναφοράς, ἐν ὅσαις ἕκαστον τμῆμα διέρχεται τὸν μεσημβρινόν. ὅταν δ' ἐπ' αὐτοῦ τοῦ δυτικοῦ ὁρίζοντος, ἐν ὅσαις ἑκάστη τῶν τῆς διαστάσεως μοιρῶν καταφέρεται, τουτέστιν, ἐν ὅσαις αἱ διαμετροῦσαι ταύταις ἀναφέρονται. τοῦ δὲ προηγουμένου τόπου μηκέτ' ὄντος ἐν τοῖς τρισὶ τούτοις ὅροις, ἀλλ' ἐν ταῖς μεταξὺ διαστάσεσιν, οὐκέθ' οἱ τῶν προκειμένων ἀναφορῶν, ἢ καταφορῶν, ἢ συμμεσουρανήσεων χρόνοι τοὺς ἑπομένους τόπους οἴσουσιν ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς τοῖς προηγουμένοις, ἀλλὰ διάφοροι. ὅμοιος μὲν γὰρ καὶ ὁ αὐτὸς τόπος ἐστὶν, ὁ τὴν ὁμοίαν, καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη θέσιν ἔχων ἅμα πρός τε τὸν ὁρίζοντα, καὶ πρὸς τὸν μεσημβρινόν. τοῦτο δὲ ἔγγιστα συμβέβηκε τοῖς ἐφ' ἑνὸς κειμένοις ἡμικυκλίου τῶν γραφομένων διὰ τῶν τομῶν, τοῦ τε ὁρίζοντος, καὶ τοῦ μεσημβρινοῦ, ὧν ἕκαστον κατὰ τὴν αὐτὴν θέσιν, ἴσην ἔγγιστα τὴν ὥραν ποιεῖ, ὥσπερ ἂν περιάγηται περὶ τὰς εἰρημένας τομάς, ἔρχεται μὲν ἐπὶ τὴν αὐτὴν θέσιν καὶ τῷ ὁρίζοντι, καὶ τῷ μεσημβρινῷ. τοὺς δὲ τῆς διελεύσεως τοῦ ζωδιακοῦ χρόνους ἀνίσους ἐφ' ἑκατέρου ποιεῖ, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ κατὰ τὰς τῶν ἄλλων ἀποστάσεων θέσεις, δι' ἀνίσων ἐκείνοις χρόνων τὰς παρόδους ἀπεργάζεται. Μία δή τις ἡμῖν ἔφοδος ἔσται τοιαύτη δι' ἧς ἐάν τε ἀνατολικὴν, ἐάν τε μεσημβρινὴν, ἢ δυτικὴν ἐάν τε ἄλλην τινὰ ἔχῃ θέσιν ὁ προηγούμενος τόπος, τὸ ἀνάλογον τῶν ἐπ' αὐτὸν φερόντων χρόνων τὸν ἑπόμενον τόπον καταληφθήσεται. προδιαλαβόντες γὰρ τήν τε μεσουρανοῦσαν τοῦ ζωδιακοῦ μοῖραν, καὶ ἔτι τήν τε προηγουμένην καὶ τὴν ἐπερχομένην, πρῶτον μὲν σκεψόμεθα τὴν τῆς προηγουμένης θέσιν, πόσας καιρικὰς ὥρας ἀπέχῃ τοῦ μεσημβρινοῦ, ἀριθμήσαντες τὰς μεταξὺ αὐτῆς τῆς μεσουρανούσης οἰκείως, ἤτοι ὑπὲρ γῆν, ἢ ὑπὸ γῆν μεσουρανοῖ, ἐπ' ὀρθῆς τῆς σφαίρας ἀναφοράς, καὶ μερίσαντες εἰς τὸ πλῆθος τῶν αὐτῆς τῆς προηγουμένης μοίρας ὡριαίων χρόνων, εἰ μὲν ὑπὲρ γῆν εἴη τῶν ἡμερησίων, εἰ δὲ ὑπὸ γῆν τῶν τῆς νυκτός. Ἐπεὶ δὲ τὰ τὰς αὐτὰς καιρικὰς ὥρας ἀπέχοντα τοῦ μεσημ-

βρινοῦ

Digitized by Google

βελοῦ τμήματος τοῦ ζῳδιακοῦ, καθ' ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ γίνεται τῶν προειρημένων ἡμικυκλίων, δεήσει λαβεῖν μετὰ πόσους ἰσημερινοὺς χρόνους καὶ τὸ ἑπόμενον τμῆμα τὰς ἴσας καιρικὰς ὥρας ἀφέξει τοῦ αὐτοῦ μεσημβρινοῦ τῷ προηγουμένῳ, ταύτας γὰρ διειληφότες, ἐπισκεψόμεθα πόσους τε μετὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς θέσιν ἀπεῖχεν ἰσημερινοὺς χρόνους καὶ ἡ ἑπομένη μοῖρα τοῦ μετὰ τὸ αὐτὸ μεσουράνημα, διὰ τῶν ἐπ' ὀρθῆς πάλιν τῆς σφαίρας ἀναφορῶν, καὶ πόσους ὅτε τὰς ἴσας καιρικὰς ὥρας ποιεῖ προηγουμένῃ, πολυπλασιάζοντές τε καὶ ταύτας ἐπὶ τὸ πλῆθος τῶν τῆς ἑπομένης μοίρας ὡριαίων χρόνων εἰ μὲν πρὸς τὸ ὑπὲρ γῆν εἴη μεσουράνημα πάλιν ἡ σύγκρισις τῶν καιρικῶν ὡρῶν τῶν ἡμερησίων, εἰ δὲ πρὸς τὸ ὑπὸ γῆν, τῶν τῆς νυκτὸς, καὶ τοὺς γινομένους ἐκ τῶν τῆς ὑπεροχῆς ἀμφοτέρων τῶν διαστάσεων, λαβόντες ἕξομεν τὸ τῶν ζητουμένων ἐτῶν πλῆθος.

## Ὑπόδειγμα.

Ἵνα δὲ φανερώτερον γένηται τὸ λεγόμενον, ὑποκείσθω προηγούμενος μὲν τόπος ὁ τῆς ἀρχῆς τοῦ ♈, λόγου ἕνεκεν. ἑπόμενος δὲ ὁ τῆς ἀρχῆς τῶν διδύμων. κλίμα δὲ ὅπου ἡ μὲν μεγίστη ἡμέρα ὡρῶν ἐστὶ ιδ'. τὸ δ' ὡριαῖον μέγεθος τῆς ἀρχῆς τῶν διδύμων, ἔγγιστα χρόνων ἰσημερινῶν ιζ'. η', καὶ ἀνατελλέτω πρῶτον ἡ ἀρχὴ τοῦ κριοῦ, ἵνα μεσουρανῇ ἡ ἀρχὴ τοῦ αἰγοκέρω, καὶ ἀπέχῃ τοῦ ὑπὲρ γῆν μεσουρανήματος τῶν Π ἡ ἀρχὴ χρόνους ἰσημερινοὺς ρμη. μϛ', ἐπεὶ οὖν ἡ τοῦ κριοῦ ἀρχὴ, ἀπέχει τοῦ μεσημβρινοῦ μεσουρανήματος καιρικὰς ὥρας ἕξ, ταύτας πολλαπλασιάζοντες ἐπὶ τοὺς ιζ. η', ὅτι τρεῖς εἰσὶ χρόνοι τοῦ ὡριαίου μεγέθους τῆς ἀρχῆς τῶν διδύμων, ἐπειδὴ πρὸς τὸ ὑπὲρ γῆν μεσουράνημά ἐστιν ἡ τῶν ρμη χρόνων ἀποχὴ, ἕξομεν καὶ ταύτης τῆς διαστάσεως χρόνους. ρβ. μη'. μετὰ τοὺς τῆς ὑπεροχῆς ἄρα χρόνους μϛ', ὁ ἑπόμενος τόπος ἐπὶ τὸν τοῦ προηγουμένου μεταβήσεται. τοσοῦτοι δ' εἰσὶν ἔγγιστα χρόνοι καὶ τῆς ἀναφορᾶς τοῦ τε κριοῦ, καὶ τοῦ ταύρου, ἐπειδὴ ὁ ἀφετικὸς τόπος ὑπόκειται ὡροσκοπῶν. Μεσουρανείτω δὴ ὁμοίως ἡ ἀρχὴ τοῦ ♈, ἵνα ἀπέχῃ μετὰ τὴν πρώτην θέσιν ἡ ἀρχὴ τῶν διδύμων τοῦ ὑπὲρ γῆν μεσουρανήματος, χρόνους ἰσημερινοὺς, νη, ἐπειδὴ οὖν μετὰ τὴν δευτέραν θέσιν ὀφείλει μεσουρανεῖν ὁ ἀφετικὸς τόπος, ἕξομεν τὴν τῆς προτέρας διαστάσεως ὑπεροχὴν, αὐτὴν τὴν τῶν. νη. χρόνων, ἐν οἷς πάλιν διὰ τὸ μεσουρανεῖν τὸν ἀφετικὸν τόπον, διέρχεται τὸν μεσημβρινὸν ὅτε. ♈ καὶ ὁ ♉. Δυνέτω δὲ πάλιν τὸν αὐτὸν τρόπον ἡ ἀρχὴ τοῦ ♈. ἵνα μεσουρανῇ μὲν ἡ ἀρχὴ τοῦ καρκίνου, ἀπέχῃ δὲ τοῦ ὑπὲρ γῆν μεσουρανήματος ἡ ἀρχὴ τῶν διδύμων εἰς τὰ προηγούμενα χρόνους ἰσημερινοὺς, λβ. ιϛ'. ἐπεὶ οὖν πάλιν ἓξ ὥρας καιρικὰς ἀπέχει τοῦ μεσημβρινοῦ ἡ ἀρχὴ τοῦ κριοῦ πρὸς δυσμὰς, ἐὰν ἑπτακαιδεκάκις ταύτας ποιήσωμεν ἕξομεν ρβ μη' χρόνους, ἀφέξει τοῦ μεσημβρινοῦ καὶ ἡ ἀρχὴ τῶν διδύμων ὅταν δύνῃ. ἀπεῖχε δὲ καὶ μετὰ τὴν πρώτην θέσιν ἐπὶ τὰ αὐτὰ χρόνους λβ. ιϛ', ἐν τοῖς ὑπὲρ γῆν ἄρα χρόνοις ἑβδομήκοντα, ἐπὶ τὸ δῦνον συνήχθη, ἐν οἷς καὶ καταφέρεται μὲν ὁ κριὸς καὶ ὁ ταῦρος, ἀναφέρεται δὲ τὰ διαμέρουντα δωδεκατημόρια τό, τε τῶν χηλῶν, καὶ τὸ τοῦ. ♏. ὑποκείσθω τοίνυν ὑπὸ μηδὲν μὲν ὄσα τῶν κέντρων. ἤγουν ἡ ἀρχὴ τοῦ ♈. ἀπέχουσα δὲ, λόγου ἕνεκεν, εἰς τὰ προηγούμενα τῆς μεσημβρίας καιρικὰς ὥρας τρεῖς ἵνα μεσουρανῇ μὲν ἡ ταύρου μοῖρα ὀκτωκαιδεκάτη, ἀπέχῃ δὲ μετὰ τὴν πρώτην θέσιν ἡ τῶν διδύμων ἀρχὴ τοῦ ὑπὲρ γῆν μεσουρανήματος εἰς τὰ ἑπόμενα, χρόνους ἰσημερινοὺς δεκατρεῖς, ἐὰν οὖν πάλιν τοὺς ιζ. η χρόνους ἐπὶ τὰς γ'. ὥρας πολλαπλασιάσωμεν, ἀφέξει μὲν καὶ κατὰ τὴν δευτέραν θέσιν ἡ τῶν διδύμων ἀρχὴ τῆς μεσημβρίας εἰς τὰ προηγούμενα χρόνους να. κδ'. τοὺς δὲ πάντας ποιήσει χρόνους ξδ' κδ' ἐποίει δὲ διὰ τῆς αὐτῆς ἀγωγῆς, ὅτε μὲν ἀνέτελλεν ὁ ἀφετικὸς τόπος, χρόνους μϛ', ὅτε ἐμεσουράνει χρόνους νη, ὅτε δὲ ἔδυνε χρόνους ο. λβ'. διήνεγκε μὲν ἄρα καὶ ὁ κατὰ τὴν μεταξὺ θέσιν τῆς μεσουρανήσεως καὶ τῆς δύσεως τῶν χρόνων ἀριθμὸς ἑκάστου τῶν ἄλλων, γέγονε γὰρ χρόνων ξδ', διήνεγκε δὲ κατὰ τὸ ἀνάλογον τῆς τῶν γ' ὡρῶν ὑπεροχῆς, ἐπειδήπερ αὐτὸς ἐπὶ μὲν τῶν ὅλων κατὰ τὰ κέντρα τεταρτημορίων, ιβ' χρόνων ἦν, ἐπὶ δὲ τῆς τῶν τελείων ὡρῶν ἀποστάσεως, ἓξ χρόνων. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἐπὶ πάντων ἡ αὐτὴ σχεδὸν ἀναλογία συντηρεῖται, δυνατόν ἐστι κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον, ἁπλούστερον τῇ μεθόδῳ χρῆσθαι. πάλιν γὰρ, ἀνατελλούσης μὲν τῆς προηγουμένης μοίρας, τὰς μέχρι τῆς ἑπομένης ἀναφορὰς χρησόμεθα μεσουρανούσης δὲ ταῖς ἐπ' ὀρθῆς τῆς σφαίρας, δυνούσης δὲ καταφοραῖς ὅταν δὲ μεταξὺ τούτων ᾖ οἷον λόγου ἕνεκεν, ἐπὶ τῆς ἐκκειμένης διαστάσεως τοῦ κριοῦ, πρῶτον ληψόμεθα τοὺς ἐπιβάλλοντας χρόνους ἑκατέρων τῶν περιεχομένων κέντρων, διέλωμεν δὲ, ἐπειδὴ μετὰ τὸ μεσουράνημα τὸ ὑπὲρ γῆν ὑπέκειτο ἡ ἀρχὴ τοῦ κριοῦ, μεταξὺ τοῦ τε μεσουρανοῦντος κέντρου, καὶ τοῦ δύνοντος, τοὺς ἐπιβάλλοντας χρόνους ξδ' ἔγγιστα μέχρι τῆς ἀρχῆς τῶν Π, τῶν δὲ συμμεσουρανήσεων νη, τῶν δὲ συγκαταδύσεων ο. Ἔπειτα μάθωμεν, ὡς πρόκειται, πόσας καιρικὰς ὥρας ἀπέχει τὸ προηγούμενον τμῆμα ὁποτέρου τῶν κέντρων, ὅσον ἂν ὦσι μέρος αὗται τῶν τοῦ τεταρτημορίου καιρικῶν ὡρῶν ἕξ, τοσοῦτον μέρος τῆς ἀμφοτέρων τῶν συναγωγῶν ὑπεροχῆς προσθήσομεν ἢ ἀφελοῦμεν τῷ συγκρινομένῳ κέντρῳ. Οἷον ἐπεὶ τῶν προκειμένων ὡρῶν ἡ ὑπεροχὴ ἐστὶ χρόνων

ιβ', ὑπέκειτο δὲ τὰς ἴσας καιρικὰς ὥρας γ'. ὁ προηγούμενος τόπος ἑκατέρου τῶν κέντρων ἀπέχων, αἵ εἰσι τῶν ἓξ ἥμισυ μέρος, λαβόντες δὲ καὶ τῶν ιβ' χρόνων τὸ ἥμισυ, καὶ ἤτοι τοῖς νη' προσθέντες, ἢ τῶν ο' ἀφελόντες, εὑρήσομεν τὴν ἐπιβολὴν χρόνων ξα'. Εἰ δέ γε δύο καιρικὰς ὥρας ἀπεῖχεν ὁποτέρου τῶν κέντρων, αἵ εἰσι τῶν ς' ὡρῶν τὸ τρίτον πάλιν τῶν τῆς ὑπεροχῆς χρόνων ιβ', τουτέστι τοὺς δ', εἰ μὲν αἱ τῶν δύο ὡρῶν ἀποχαὶ ἀπὸ τοῦ μεσουρανήματος ὑπέκειντο, προσεθήκαμεν ἂν τοὺς νη' χρόνοις, εἰ δ' ἀπὸ τοῦ δύνοντος ἀφείλομεν ἂν ἀπὸ τῶν ο'. Ὁ μὲν τρόπος τῆς τῶν χρονικῶν διαστάσεως ποσότητος, οὕτως ἡμῖν κατὰ τὸ ἀκόλουθον, ὀφείλει λαμβάνεσθαι.

NVmeros autē qui ſunt ſecūdū lõgitudinē, q̃ inter locū alhileg & locū abſciſorē inuenimus, vt diſſolute, & qualitercūq; ſumatur, minimè cõuenit. Quēadmodū plurimi faciebāt qui ſecūdū quātitatē tēporū aſcenſionum graduum illius lõgitudinis hoc ſemper eſſe dicebant, nec etiam vt hoc aliquo tempore conſideremus, niſi cum aſcēdens fuerit ipſe locus alhileg, vel vnus locorū aſcendentium ad aſcendens. Illos igitur qui naturali conſideratione hāc ſpeciem obſeruauerint, omnibus modis vnum obſeruare conuenit, ſcilicet quot tēporum ex ęquinoctialis circuli temporib. erit locus ſtellæ, vel figuræ ſequētis loco ſtellæ, vel figuræ p̄cedētis in natiuitate, eo ꝙ æquinoctialis circuli tēpora circulū horizõtis & meridiei lineā æqualiter perābulāt, qui duo ſunt, per quos cõſimiles lõgitudines locales accipiūtur, vnūquodq; vero æquinoctialis circuli tēpus loco vnius anni ſolaris cõſtituitur. Cõuenit igitur vt cū ipſe locus alhileg p̄ceſſerit & ſuper orietalē circulū horizõtis fuerit, tēpora aſcēſionū graduū ab ipſa hora vſque ad horā, q̃ interficit accipiātur, ob hoc ꝙ poſt hāc quātitatē tēporis æquinoctialis circuli, in loco alhileg, q̃ eſt orietalis circulus horizõtis, erit interfector. cūque fuerit alhileg in linea medij diei, & aſcēſiones circuli directi ſecūdū quas erit tēpus trāſitus illius partis circuli ſignorū in circulo medij diei, accipiātur oportet. Cū autē in occidētali circuli horizõtis fuerit, numerū tēporū, in quib. vnaquæq; illarū lõgitudinū cadit, & occidit, accipiemus: qđ eſt ſicut numerus graduū aſcēſionū partiū circuli ſignorū, q̃ ſunt iſtiꝰ oppoſita. At ſi locus alhileg cū p̄ceſſerit, nõ in aliquo iſtorū triū, ſed in locis inter ipſa cõſtitutis fuerit, p̄fatū tēpus aſcēſionū, & tp̄s occaſus ac tp̄s trāſitus p̄ cæli mediū, nõ erūt illa, in quib. loca ſequētia ad loca p̄cedētia: ſed erūt in quib. ad differētia loca p̄uenerint, eo ꝙ locus ad quē vadit ſequēs, loco in quo fuerat p̄cedēs, nec ſimilis nec talis qualis ipſe eſt diiudicatur, niſi cū eius poſitio, ipſius poſitiōi aſſimilabitur, & eiꝰ pars reſpectu horizõtis & cęli medij, quēadmodū ipſiꝰ pars fuerit. Nec cõtingit etiā vt reſpectu horū vna ſit eiꝰ poſitiōis cū fuerit ꝓpe loca, q̃ ſunt ſupra ſemicirculū, ex circulis per locū cõmunē circulo medij diei, & circulo horizõtis trāſeūtib. Et hi ſunt, quorū vnuſquiſq; vnā tēporalē efficit horā, ęquales ad inuicē ferè. Cū autē hic ſemicirculus, prędictū locū cõmunē circūrotauerit, erit eiꝰ poſitio quãq; ſicut poſitio hemiſphęrij quãq; verò ſicut poſitio circuli medij diei. Erūtq; tēpora, in q̃b. circuli ſignorū partes hęc duo loca pertrāſibūt, inæqualia. Tēpora verò, in q̃b. partes circuli ſignorū, hūc ſemicirculū trāſgredietur, cū in certis locis alijs extiterit, q̃ differētiū ſunt lõgitudinū, erūt differētia. Generalē autē modū, p̄ quē operabimur ponemus hoc ꝙ ſubiūgitur, videlicet cū pręcedēs duorū p̄dictorū locorū, in aſcēdēte vel in circulo medij diei, vel in occidēte, ſiue in alio loco fuerit, ſolꝰ ipſe locus ſequēs ibit ad pręcedētē, ſecūdū tēpora, q̃ per ipſum eūdē antecedētē locū pertrāſibūt. Nā cognito gradu medij cæli, ac gradu p̄cedētis necnõ & ſequētis, locū antecedētis gradus prius inueſtigādo conſiderabimus, quot tēporalib. horis à medij diei circulo diſtat, numerādo aſcēſiones, q̃ ſunt ſub gradib. qui ſunt inter hūc & cæli medij gradū, qui ſuper terrā, vel ſub terra, in circulo directo cõſtituitur. Poſt hoc eas per numerū tēporū horarū, quē p̄cedēs gradus habuerit, diuidemꝰ. Quod ſi ſuper terrā fuerit per diurnaliū horarū tēpora, & ſub terra fuerit, per horarū nocturnaliū tēpora, & q̃ exierit, erūt horę ipſius lõgitudinis, à medij diei circulo. Quapropter q̃a circuli ſignorū partes, quarū longitudo à circulo diei, eſt vna eadēmq; quātitas numeri tēporaliū horarū, ſunt cadētes ſup̄ vnū eūdēmq; ſemicirculū, ex pręfatis circulis, oportet vt ſciamꝰ, in lõgitudine q̃ti tēporis, ex tēporib. æquinoctialis circuli, lõgitudo gradus ſequentis à linea medij diei, reddet horas tēporales æquales in numero horis lõgitudinis gradꝰ p̄cedētis à circulo medij diei. Cūq; hoc ſciuerimꝰ, cõſiderabimꝰ quot tēporū ex æquinoctialis circuli tēporib. fuerit lõgitudo gradꝰ ſequētis à gradu medij cæli, cū poſitio gradꝰ ſequētis prima poſitio fuerit. Hoc autē ex aſcēſionib. circuli directi deprehēdemꝰ: poſt hoc igitur obſeruabimꝰ q̃ta erit eiꝰ lõgitudo ab eo iterū ꝙ ſuarū tēporaliū horarū numerꝰ q̃ ſunt inter eū & medij diei circulū erit, ſicut ſunt horæ gradꝰ p̄cedētis, iſtarū horarū numerū tēporū horarū ſequētis multiplicādo. At ſi horæ q̃ nobis extiterint reſpectu medij cæli qđ ſupra terrā eſt, accepit fuerint, ea p̄ q̃ multiplicabimꝰ erūt tp̄a diurnaliū horarū. Si aūt fuerit reſpectu medij cæli, qđ eſt ſub terra p̄ nocturnaliū horarū tp̄a multiplicabimꝰ, deinde id qđ inter vtrāq; lõgitudinē ex ſuperatiōe vniꝰ ad alterū exierit accipiemꝰ, q̃a ipſum erit numerꝰ annorū q̃ſitorū. ¶ Et vt hoc qđ diximꝰ ſit euidētiꝰ, Arietis principiū locꝰ p̄cedēs ponatur, locūſq; ſequēs, ſit Geminorū initiū. clima ēt in quo fuerimꝰ quēadmodū & illud cuiꝰ dies lõgior eſt. 14. horarū, tp̄a igitur horarū prīcipij Geminorū erūt fere. 17. aſcēdatq; primitꝰ Arietis initiū, ita ꝙ Capricorni principiū ſit in cęli medio, tūc etenim erit lõgitudo Geminorū à medio cæli qđ ē ſup̄ terrā. 148. tēporū. ex æq̄noctialis circuli tēporib. & q̃a lõgitudo initij Arietis à medio cæli qđ eſt ſupcirculū medij diei eſt. 6. horarū tēporaliū cū eas in 17. tp̄a multiplicauerimꝰ, q̃ ſunt q̃titatis tēporū horar. initij Geminorum,

rum, eò quòd longitudo 148. temporum nō eſt niſi reſpectu medii cæli, quod eſt ſuper terram, erit tempus huius longitudinis 102. temporum. Sequens igitur locus poſt tempora quot ſunt tempora ſuperationis, quæ ſunt. 46. ad præcedentem locum mutabitur. tempora igitur aſcenſionum Arietis & Tauri tot ſunt ferè, quot & iſta tempora. hoc autem ita poſitum eſt, vt ſi locus alhileg ſit ipſe locus aſcendens. Sit iterum cæli medinm Arietis initium, ita quod ſi primam poſitionem initii Geminorum longitudo à medio cæli, quod eſt ſuper terram ſit æquinoctialis circuli temporibus. 58. temporum. Quapropter in hoc ſecundo loco, nobis obſeruare conuenit quando erit ea in quibus Aries & Taurus medii diei circulum abſcindunt. Ideoque mediam diem accipimus ſic, quandoque ibidem alhileg eſſe ponimus. Item ſit occidens Arietis principium ſuper eundem modum ita quod initium Cancri ſit in cæli medio, & longitudo principii Geminorum à medio cęli quod ſuper terram eſt ſit ſecũdum ſignorum acceſſionem. 32. temporum ex æquinoctialis circuli temporibus. Rurſus quia longitudo principii Arietis à medii cæli circulo, verſus occidentem eſt. 6. horarum temporalium, cum eas in. 17. multiplicauerimus, habebimus 102. tempora, quę ſunt à medii diei circulo Geminorum initii longitudo cum occiderit, eratque iam ipſius longitudo verſus hanc eandem partem, cum in ſuo primo loco fuerat. 32. temporum. Probatum eſt igitur ipſum ire ad occidentalem locum in ſuperatione quæ eſt inter hæc duo tempora, quod eſt tempus occaſus Arietis & Tauri, ac tempus aſcenſionum duorum ſignorum eis oppoſitorum, quæ ſunt Libra & Scorpius. Item non ſit Arietis initium in angulorum aliquo, & ponamus eius longitudinem verſus partem præmiſſam à circulo medii diei trium horarum temporalium, ita quod medium cæli ſit 18. gradus Tauri, ſitque Geminorum principij longitudo cum in ſuo loco primo fuerit à medio cæli, quod eſt ſuper terram ſecundum ſignorum antecedentiam. 13. temporum ex æquinoctialis circuli temporibus. Cum autem 17. tempora in tres horas multiplicauerimus, erit geminorum initij longitudo à medio cæli circulo cum ad ſecundum locum peruenerit ſecundum ſignorum ſucceſſionem 51. temporis. Erunt quidem hæc omnia tempora 64. & iam perambulauerat locus alhileg, cum in aſcendente fuerat 46. In medio autem cæli 58. In occidente vero 70. Differunt itaq̃ue numeri temporum qui ſunt inter occidentē cęliq; medium, cũ eius locus fuerit ab vnoquoque numerorum qui tunc ſunt cũ ipſius locus aliter quàm nũc diximus extiterit, eſt enim 64. temporum, & ſecundum tres horas adiectionis eſt eius differentia, eo ꝙ ſuperatio temporũ, quę nobis extiterat cũ per angulos operabimur, qui ſunt de 4. in quartá circuli 12. tēporum fore non dubitatur, cũque trium horarũ longitudo fuerat. 6. temporũ erat ſuperatio. Modum aũt his omnibus rebus conuenientem ſic agendo proſequemur, licet in hac alia leuiori apertiorique via quā mox enarrabimus, conuenienter vti poſſumus. Cũ accedens igitur gradus fuerit oriens aſcenſiones quæ ab ipſo vſque ad ſequentē extiterint in hoc obſeruabimus. Cũ aũt in cęli medio fuerint, aſcenſiones circuli directi cōſiderabimus, cũque fuerit in occidente, aſpiciemus illorũ graduũ occidentia. At cũ inter hęc loca ſteterint, & erit exēpli cauſa in ſupra poſita longitudine Arietis tēpora ſuperationis vnius ad alterũ eorũ. ſ. quæ debētur vnicuique duorum angulorũ, qui formãtur ex vtraque parte Arietis primitus accipiemus. Quapropter quia principiũ Arietis eſt inter angulum medij cęli, & angulum occidentis, erat enī poſitũ ipſius initiũ poſt mediũ cęli, quod eſt ſuper terrā, accipiemus tēpora quæ ſigno Geminorũ debentur. ſi foret Aries in cæli medio, quæ ſunt 58. ſumemus tēpora quæ debentur ei, ſi foret Aries in occidente, quæ ſunt 70. Cũque ſic factũ fuerit eorũ ſuperationes accipiemus, & tũc quot horarũ tēporaliũ lõgitudo pręcedētis puncti ab vtroque duorũ angulorũ ei intrinſecus poſitorũ inuenta fuerit, & quanta ſit eius pars ex 6. horis tēporalibus, quæ quãta ſunt obſeruabimus, & ſecundũ ipſius partis quãtitatē ex ſuperatione, quā inter duos angulos inuenerimus, accipiemus. Quod aũt acceptũ fuerit ab angulo, cui relationē fecimus, minuēdum vel addendũ fore decreuimus. verbi gratia. Qm̄ augmentũ quod fit per has 6. horas poſitas 12. tēporũ fuerat, & quia præcedētis loci longitudinē ab vnoquoque duorũ angulorũ triũ horarum temporaliũ quæ ſunt medietas de 6. poſuerimus, accipiemus dimidiũ. 12. quod addimus ſupra 58. vel minuimus ex 70. inueniemus augmentum eſſe 60. quod ſi fuerit huius loci longitudo à quolibet duorum angulorum, duarum temporalium horarum quod eſt illarum 6. horarũ pars tertia, tertiam partem de 12. quæ ſuperatio ſunt accipiemus, quod eſt 4. Si autem illæ horæ lõgitudinis à medio cæli longitudo fuerit, addimus illa 4. tempora ſuper 58. Si vero fuerunt lõgitudo ab occidenre, illa eadem 4. de 70. minuemus. Idoneum eſt igitur, vt ex hoc modo quantitates temporum prædictarum longitudinum ſicut conuenit & oportet, addiſcamus.



Digitized by Google

COMMENTARIVS.

IN HAC parte Ptolemæus pergit in expoſitione, quomodo ſint vitæ quantitates intelligendæ, ac primum cōtrariam opinionem refellit: Deinde modum hac in re procedendi declarat. Poſtremo per exemplorum oppoſitionem rem vniuerſam dilucidat. Nos vero primum ruditer verborum contextū explicabimus. Deinde mathematicis demōſtrationibus Ptolemæi ſententiam cōfirmabimus. Tertio loco iuniorum quorundam in medium afferemus rationes, quibus hunc canonē illuſtrarūt.

Quod ad primum attinet, diximus, quòd cū locus ſecundus peruenerit ad primum, tunc ſit rei euentus, & quòd hæc periodus non tantum referatur ad mortem, ſed etiā ad diuitias, honores, & ad alia quæcunque fortuita. Quare hæc intercapedo non temere eſt capienda, ſicuti quidam antiquorū faciebant, qui ſemper numerabant gradus, qui inter primum & ſecūdum locum ſunt interiecti, quę erat intercapedo inter hæc loca ad climata quæcunque: quod quidem ſibi minime conſtare poterat. vt verbi gratia, ſi Sol ſit hylech, ponaturque in principio Leonis, locus autem pereptorius Saturni in principio Virginis, non ſimpliciter eſt aſſerēdum. igitur, cum ſint triginta gradus, ad triginta quoque gradus ſunt futuri euentus. Aliquis forte ſubiiciet, hæc intercapedo graduum æquatoris accipiatur in climate, vbi eſt poli eleuatio per 43. gradus. Non poteſt id fieri, niſi fuerit primus gradus horoſcopans. Si autē primus gradus horoſcopauerit, tunc Leo poteſt accipi: ſed ſi principium fuerit Leo inter culmen & aſcendens, tunc animaduertenda eſt circuli poſitio, & ipſius horizontis ſtellæ: nam iuxta eleuationem poli circuli illius erit hæc intercapedo aſsignanda. Quare non temerè eſt illa capienda. Id autem tantū debemus aſſerere, quotieſcunque cum gradus hylech fuerit gradus horoſcopans: nā ſi in climate, vbi polus boreus eleuetur 43. gradibus, vt verbigratia, Piſis, primus gradus Leonis horoſcopabit, & ibi erit intercapedo graduum æquatoris 38. graduum, ad totidem igitur annos durabunt euentus: nam tunc Saturnus, qui erat in principio Virginis, peruenit ad principium Leonis, ſcilicet ad terminum finitoris per duas horas, & 33. minutias, quæ accipiūt 38. gradus æquatoris, ſicut etiam Ptolemæus concedit, & alij quoque. Sed ſi alibi ſit, erit loc' hylech, tūc ſemper pro aſcenſionibus hylech in loco horoſcopātē, vtendum eſt aſcenſionibus climatis. At ſi locus hylech fuerit in culmine, vtēdum eſt aſcēſionibus ſpheræ rectę, vt verbi gratia, ſi ſit principium Leonis in culmine, & ſit interfector Saturnus in principio Virginis, intercapedo eſt ſumenda in æquatore ad ſpheram rectam, ingredique debemus tabulas rectarum aſcenſionum, & videre quot gradus principio Leonis reſpondeant, & quot principio Virginis, detrahereque aſcenſiones principij Leonis ab aſcēſionib' principij Virginis. quot autē fuerint gradus in hac intercapedine, tot quoque euentibus enim attribuentur. Item ſi fuerit hylech in ſeptima domo, debemus vti obliquis aſcēſionibus, quia deſcenſiones æquiualent aſcenſionibus obliquis, & Tohem circuli id facileque id fieri poteſt, cum hylech in cardine fuerit actiuo, vel in culmine: nam ſæpe acc dit, locum hylech, vitæque ſignificatorem inter culmē atque orientem exiſtere, item in 12. 11. & 10. domo. neque admirandum ſi dixi in 12. domo, poteſt enim aliam rem atque diuerſam ſignificare, nam eſt vniuerſalis quidā canon ad cuiuſcūque rei determinationem, vt in lib. quarto latius explicabimus. Quare hac regula eſt vtendum, vt Punicus dicit, atque Græcus ſcholiaſtes, ꝙ hæ aſcenſiones per quas accipimus intercapedines, & terminātur periodi, & tempora, & debent eſſe mixta ex rectis aſcenſionibus rectis, & obliquis, vidēdum eſt, per quot gradus hylech à culmine diſtat: Item per quot horas à cardine actiuo ſit remotum, vel etiā à ſeptima domo. multiplicandaque eſt diſtantia illa per temporales horas, addendumque eſt, aut detrahendum, pro eo ac volumus aſcenſiones, ſiue deſcenſiones. cuius rei ea eſt ratio, nā vt euentuū tempus adueniat, oportet vt locus ſecundus ad primū perueniat. aliter enim non erit tempus. nam neceſſe eſt, illum locum ad hunc peruenire. Sin autem diuerſi circuli fuerint, fieri nō poterit, vt hic ad illum locum accedat. nā vnus tantum circulus eſſe debet, qui primū atque ſecundum locum complectatur. ſi enim ſimilis poſitio non fuerit, hæc determinata quantitas haberi non poterit: nam eſto (vt dicit Ptolæmeus) locus hylech in principio Arietis, in eoque horoſcopet, ſit interfector vel Mars vel Saturnus in principio Geminorum: In hac obſeruatione vidēda eſt diſtātia principij Geminorum à culmine, qui eſt 148. gradibus in climate, vbi maximus dies ex 14. horis conſtat, deinde animaduertendum eſt ad horas temporales loci ſecundi, qui eſt 17. graduum.

Poſtea diſquirendum eſt, quot horis temporalibus horoſcopus diſtet à culmine, quæ quidē ſunt ſex horę: nam in cæli medio eſt Capricornus, & in horoſcopo Aries, multiplicetur ergo ſenarius per 17. ex hoc 102. gradus eueniant. Si ergo 102. à 148. detraxerimus, remanebit intercapedo determinata æquatoris, quæ eſt 46. graduum. Quare locus ſecundus ad primum perueniet per 46. gradus æquatoris trium horarum ſpatio, & quatuor minutorum. Expletis ergo 46. annis natus mortem obibit: nam 46. gradus interſunt inter principia Geminorum atque Arietis.

Sed ſi Iupiter in culmine fuerit, & Venus in principio Geminorum, natus maximis honoribus afficietur, præcipue eccleſiaſticis. Sed vt ad verborum cōtextum reuertamur, Sit hylech quicunque ſit ille in cardine occiduo, hoc eſt in principio Arietis, tunc principium Geminorum à culmine, diſcrepabit per 32. gradus. eſt autē hora temporalis 17. graduum: diſtantia vero aphetæ à culmine & à medio cæli eſt per ſex horas. Si autem ſenarius multiplicetur per 17. tunc 102. gradus prouenient. Si vero detracti fuerint 32. gradus à 102. remanebunt 70. Quare tranſactis 70. annis rei euentus erit, & natus morietur, ſi fuerit apheta vitæ ſignificator, ſiue ſit ſignificator diuitiarum aut honorum, tunc natus diuitiis vel honoribus abundabit. Sed ſi hylech, neq; in culmine, neque in occaſu, neque in ortu fuerit, ſed ſit alibi, tunc mixtis

vtendum

Digitized by Google

vtendum eſt aſcenſionibus, id eſt, obliquis ſimul atque rectis: hoc ſcilicet modo, culminet decimus octauus gradus Tauri: ſit autem apheta in principio primi gradus Arietis, ſignificator autem vel promiſſor, vel locus ſecundus ſit in principio Geminorum. In principio Arietis ſi ſit locus vitæ, in principio autem Geminorum ſi fuerit Saturnus vel Mars, mortem portendit: nam principium Geminorum 17. gradibus à medio cęli diſtat per gradus æquatoris. quādo autē erat hylech in ſeptima erant 70. grad. & quando erat in medio cæli, grad. erant 58. Nunc autem quia tribus horis tēporalibus à medio cęli diſcrepat, 70. autem grad. ſuperāt 58. gradibus 12. accipiendus eſt Senarius in proportione ad ternarium, cúmque addemus 58. eundemque detrahemus 70. Remanebūt ergo 64. Iuniores autem Aſtrologi alium modum illuſtriorē excogitarunt: nam ſi ponamus primum gradū horoſcopi eſſe locum vitæ, & ſignificatorem, vt diximus, frequenter locus horoſcopi ſuapte natura vitam, corpus, atque animi pronitatem deſignat. Si ergo accidentia nato euentura prænoſſe cupimus per inambulationem loci ſecundi ad primum, videlicet ſi horoſcopet principium Leonis, ſitque in principio Virginis Saturnus, non eſt dubitandum, quin, cum Saturnus ad principium Leonis peruenerit per motum primi mobilis, nati euentus contingant ad tot annos, quot fuerint gradus. diſtat autem 38. gradibus æquatoris. Ex hoc natus in morbos incidet, qui ex frigidis & ſiccis humoribus creabuntur in anno 38. In hac vero re indaganda ſic eſt procedendum, accipiendæ ſunt aſcenſiones obliquæ in illo climate, in quo de aliqua re prognoſticari volumus, vt verbi gratia, in climate Piſano, in quo eleuatio poli borei eſt 43. gradibus, deinde in eadem tabula ſunt accipiendæ aſcenſiones obliquæ principij Virginis, & ab ipſis aſcenſionibus obliquis detrahendæ ſunt obliquæ aſcenſiones primi gradus Leonis: remanebunt gradus 38. Si autem fuerit Apheta mediū cęli, & ſit etiā principiū Leonis, ſit aūt Saturnus in principio Virginis: tunc affirmemus licet per iā declarata in Iſagoge, quòd cum ſecundus locus, id eſt, principium Virginis, erit vbi eſt principiū Leonis, ꝙ eſt in culmine: nā cū principiū Leonis eſt in culmine, principium Virginis eſt in prima domo. Quare numerādæ ſunt aſcēſiōes rectæ principij Leōis in tabula aſcēſionū rectarū, & tunc inuenietur intercapedo, & ad quot annos nat⁹ magnis afficiēdus ſit honorib⁹, ſeu ꝓſpera fortuna ſit vſur⁹ ad diuitias & alia huiuſmodi parāda. Quòd ſi cōtigerit partē fortunę, vel Venerē, vel aliquā beneficarū ſtellarū eſſe in cardine occiduo, ꝙ aliqd ſignificet, vt verbi gratia, ſi fuerit Ven⁹, erit coniugiū, ꝙ prout Venus fuerit affecta, proſperū, aut infelix fuerit. Et ſi loc⁹ ſecūdus fuerit in nona domo, & ſit in ſeptima principiū Leonis, in quo ſit Ven⁹: ſit autē Iupiter in principio Virginis: tunc capiēdæ ſunt aſcenſiones obliquæ virginis in climate Piſano, ab eiſq; amouēdæ ſunt deſcēſiones obliquæ principij Leonis ad idē clima ſemper, nā vbi quis natus fuerit, ibi ſunt capiendæ aſcēſiones & deſcēſiōes: qđ quidē facile factu erit, quādo fuerint ex in angulis, ſin minus erit opus magis laborioſum, quod maiori indiget declaratione.

Nā ante oīa eſt animaduertendū, an Apheta habeat latitudinē (ꝙ quidē Ptol. ꝓ regula ponit relinqui Aſtrologi iudicio) & ab ecliptica diſcrepet necne. nā alia rō eſt incūda cū diſcrepat, ac cū eſt ſimul. Iā declarauimus qđ, quādo locus ſecūdus & primus habuerint diuerſas latitudines, nō cōtiget euētus, nā in eodē circulo nō ſunt. Quare habendi ſunt ſignificatores in vno & eodem circulo. In quo habem⁹ directoriū Ioānnis de Mōte regio, in quo cōferūtur oēs grad. æquatoris vſque ad eleuationē 60. grad. poli borei, ibiq; inueniūtur tabulæ aſcēſionū rectarū, ſiue planetę latitudinē habeāt, ſiue minus, cōferūturq; illę ad planetas latitudinē habētes ad 8. grad. propter quarūdā ſtellarū cælo hęrentiū conſtitutionē, vltra & citra eclipticā: itēq; propter Zodiaci latitudinē, quæ 12. gra. eſt. Sed etiā propter ſtellas, quæ magni ſunt pōderis. idē tabulā fecit, ad latitudinē 8. gra. ab ecliptica. Si ergo fuerit apheta in prima domo, habeatque latitudinē, ante oīa per primū canonē illarū tabularū capienda eſt declinatio ſtellæ ab ęquatore. Deinde ꝑ ſecūdū canonē capiēda eſt aſcēſio recta ipſius in tabula, quæ inſcribitur cæli mediationū, eiuſque diſtādia inquirenda à culmine ipſi⁹ ſtellæ per ſubtractionē aſcenſionū rectarū medij cęli ab aſcēſionib⁹ rectis ipſius Aphetę, cū qua diſtātia & declinatione prius accepta, poſſumus animaduertere eleuationē poli borei ſuper illū ſignificatorē: nā ꝑ diſtantiā (vt eſt in 28. canone) & declinationē ſtellæ ab æquatore poli eleuatio inuenitur, ſimúlque labetur circulus poſitiōis primi circuli, & ſecūdi: nā neceſſe eſt, vt ſit in eodē circulo, quare vna erit poli eleuatio vtriuſq;. Poſtea capiēda eſt differētia aſcēſionalis, quæ eſt inter diem æqualē & inæqualē: tūc ſi Apheta fuerit in ſigno boreali, borealēque declinationē habuerit, detrahēda eſt hęc differētia aſcēſionalis ab aſcēſione recta, ſuperius accepta: habeturque aſcēſio obliqua ad poli eleuationē, itēque Aphetæ, & loci climatis: ad quā poli eleuationē accipiendæ iterū ſunt aſcēſiones loci ſecūdi, à quibus auferēdæ ſunt aſcenſiones obliquę Aphetæ: & ſic deprehēditur ad amuſsim intercapedo determinata. Quòd ſi Apheta ſit in medio cęli, capiēdæ ſunt aſcēſiōes rectæ in tabula cæli mediationū, nēpe ſi habuerit latitudinē, eodēque pacto ſi locus ſecūdus, id eſt promiſſor habuerit latitudinē, tūc ſubtrahēdæ ſunt aſcēſiones rectę inuētę in tabula cæli mediationū, ab aſcenſionibus rectis ipſius promiſſoris, tūc intercapedo, quę remāſerit, erit tēpus rei euētus. Quòd ſi nō fuerit Apheta neque in culmine, neque in ortu, ſed fuerit inter culmē & ortū: primū eſt videndū, Apheta habeat latitudinē necne: capiatúrq; primū eius declinatio ab æquatore, ſecūdo loco aſcēſio recta, vel per tabulā ſimplicē, ſi nō habēt latitudinē, vel tabula cæli mediationū, ſi habeat latitudinē: tertio loco inueſtigetur ei⁹ deſcēſio à medio cæli per ſubtractionē aſcēſionū rectarū culminis ab aſcēſionib⁹ rectis loci climatis: cū qua diſtātia & declinatione ab æquatore quæratur poli eleuatio ad locū Aphetæ: his iā inuētis, habeatur in tabula propria differētiarū aſcēſionaliū differentia aſcēſionalis loci primi vel Aphetæ, vel ſignificatoris: & ſecūdū qđ fuerit declinatio borealis, auferēda erit ab aſcēſionibus rectis eiuſdē, ſi fuerit meridionalis: illa autē declinatio eſt addēda illis aſcēſionibus. Quare hoc pacto aſcēſiones obliquæ inueniētur ad poſitionē Aphetæ: ad quam poli eleuationē aſſumenda eſt aſcēſio obliqua loci ſecūdi: quia ſi habeat latitudinē, accipiēda eſt aſcē-



Digitized by Google

ſio recta in tabula cæli mediationum, & in tabulis differentiarum aſcenſionaliũ differentia aſcẽſionalis, quæ prout eſt meridionalis, vel borealis, addẽda vel minuenda erit, vt ſupra diximus. Atque ita habemus aſcenſiones obliquas loci ſecundi ad eãdem poli eleuationem, à quibus ſi loci primi aſcenſiones obliquas auferamus, rei determinatam periodum inueniemus.

## TEXTVS.

Διακρινοῦμεν δὲ λοιπὸν ἐφ' ἑκάστης τῶν προειρημένων ὑπαντήσεων ἢ καταλύσεων, κατὰ τὴν ἀπὸ τῶν ὀλιγοχρονιωτάτων τάξιν, τάς τε ἀναιρετικὰς, καὶ τὰς κλιμακτηρικὰς, καὶ τὰς ἄλλως παροδικὰς, δεῖ τε τοῦ ἢ κεκακῶσθαι τὴν ὑπάντησιν, ἢ βοηθεῖσθαι κατὰ τὸν προειρημένον ἡμῖν τρόπον, καὶ διὰ τῶν καθ' ἕκαστον τῶν διασημαινομένων ἐκ τῆς ὑπαντήσεως χρονικῶν ἐπεμβάσεων. κεκακωμένων γὰρ ἅμα τῶν τόπων, καὶ τῆς πρὸς τὴν ἔκβασιν τῶν ἐτῶν τῆς παρόδου τῶν ἀστέρων κακοποιούσης τοὺς κυριωτάτους τόπους, ἄντικρυς θανάτους ὑπονοητέον, τοῦ δ' ἑτέρου τούτων φιλανθρωποῦντος, κλιμακτῆρας μεγάλους καὶ ἐπισφαλεῖς, ἀμφοτέρων δὲ, νωθείας μόνον ἢ βλάβας, καὶ καθαιρέσεις παροδικὰς, τῆς καὶ ἐν τούτοις ἰδιότητος λαμβανομένης, ἀπὸ τῆς τῶν ὑπαντητικῶν τόπων πρὸς τὰ τῆς γενέσεως πράγματα συνοικειώσεως. οὐδὲν δὲ ἐνίοτε κωλύει, διστάζομένων τῶν τὴν ἀναιρετικὴν κυρίαν λαμβάνειν ὀφειλόντων, τὰς καθ' ἕκαστον αὐτῶν ὑπαντήσεις ἐπιλογιζομένους, ἤτοι ταῖς μάλιστα πρὸς τὰ ἐκβάντα ἤδη τῶν συμπτωμάτων συμφωνούσαις, καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα κατακολουθεῖν, ἢ πρὸς ἁπάσας ὡς κατ' ἰσότητα τῆς δυνάμεως ἰσχυούσας παρατηρικῶς ἔχειν τὸ μᾶλλον, καὶ ἧττον αὐτῶν κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπισκεπτομένους.

Remanſit autem nobis vnamquamque ſpeciem rerum præmiſſarum ipſi Alhileg obuiantium notificare, quę illarum quæ breuiores ſunt temporis fuerint occidentia, & quæ fuerint ex his quæ vocantur felimecaturaz, & alia etiã quæ ei obuiare dicuntur. Cuius rei cognitio erit ex ſcientia iniquæ obuiationis impedientis, & bonæ iuuantis, quæ ſecundum mox prædictum modum euenire dicuntur, nec non ex initiis annorum ſequentium, ſuper quos locus ille qui ipſi Alhileg obuiauerit ſignificationem habere non dubitatur. Nam cum iniqua & infortunata fuerint obuiationis loca, fuerintq; loca ſtellarum in annorum ſubſequentium initiis impedientia loca dominantia, illud quod inde proueniet, veraciter eſſe mortem nobis ſcire nõ eſt incongruum. At ſi alterum iſtorum duorum tantum bonum fuerit, id quod inde continget magnam felicaturaz eſſe non dubitamus, quę ſunt impedimenta grandia magni timoris. Quod ſi vtraque bona fuerint pigritiam, & debilitatem vel impedimentum, aut exultationem, ſeu peregrinationes inde cõtingere manifeſtum eſt: proprias autem ſpecies in vnaquaque iſtarum rerum contingentes ex ſimilitudine loci rei obuiantis rebus natiuitatis deprehendimus. & cum quandoque dubitauerimus, qui locorum earum interfectores eſſe debeant, nihil nobis prohibere poterit, quin exiſtimemus, & obſeruemus res quæ in vnaquaque re nati perueniunt ad alhileg, & in hoc quod inde futurum eſt, id quod ei aſſimilatur, quod ex accidentibus iam contingit & apparuit proſequemur, eorumq; modum omnium conſiderabimus, eò quod modus in perfectione eorum quæ per ea contingunt æqualis fortitudinis eſt in omnibus. Secundũ hoc igitur noſtram inueſtigationem & eorum augmentum ac diminutionem conſtituemus.

## COMMENTARIVS.

Nunc Ptol. exponit, quando progreſsiones huiuſmodi, hoc eſt locus ſequens vadit ad præcedentẽ per motũ primi mobilis. Accepit aũt aſcẽſiones ſignificatoris ad poli eleuationẽ: recentiores aũt, vt Ioãnes de Regiomõte, accipiũt aſcenſiones vel deſcenſiones obliquas loci præcedentis & ſequentis eaſdẽ eſſe. Id igitur declarandũ ſupererat, quo pacto huiuſmodi progreſsiones ſint beneficæ, vel maleficæ, quãdóue mortem abſq; dubio, aut morbos deſperatos inferant, vt puta cæcitas, paralyſis, & cætera id genus. Ad hanc rẽ diiudicandã, duo Ptol. pręcepta affert. primũ, vt videam᾽, an obuiationes hæ ad maleficas ſtellas perueniant. nã tunc aliquid mali portendunt. alterũ eſt, vt animaduertamus, an in progreſsione oriẽtis ad corp᾽ vel quadraturã, vel oppoſitionẽ, vel aliã cõfigurationẽ maleficã Saturni, & Martis ſit aliqua alia cõſtellatio: nã ſi maligna fuerit obuiatio, & ſtellæ dominatrices, atq; in aliquo loco iuriſdictionẽ habẽtes q̃ diuiſores locorũ dicũtur, ſi fuerint vel Saturn᾽ vel Mars, malefica proculdubio eſt cõſtellatio. Quare ſi hoc euenerit, ſtellæq; ibi habẽtes iuriſdictionẽ, ſint infortunatæ, natus extra controuerſiã morietur. Circa hoc ego aliud quidpiã obſeruaui, nempe,

nempè,conſtituatur thema reuolutionis: tunc videatur,an dominus anni perperam fuerit conſtitutus,Lunaque num fuerit infortunata. Quando igitur hileg ad corpus Martis vel Saturni peruenerit, ad lethales ſcilicet configurationes,& fuerit dominus anni infortunatus,per quadraturam, & repedationem, vel per cōbuſtionē,vel oppoſitionē,& huiuſmodi,natus obibit, niſi benefica aliqua ſtella præſto fuerit,quæ locū illū intueatur.Hoc vero obſeruaui in geneſi mea in 51. anno vitæ meæ,me omnia hæc habuiſſe,præterquā ꝙ Saturni progreſſio fuit ad ſextilē Veneris: nā Veneris radij ibi erant,ideo ex eo morbo euaſi:ſi vero cōtigerit,vt ibi ſint beneficæ ſtellæ radij,dicunt aliqui,bonā futurā obuiationē.At Ptolemęus aſſerit id ſignificare, natū illo anno in aliquod impedimentū magni timoris incurſurum:quod ab Arabica verſione dicitur felicatura: quod verbū magnū aliquod vitæ diſcrimē ſonat,vt eſt morbus diuturnus,in quē ego incidi : verbi gratia,ſi quis in geneſi habeat vt ferro vulneretur,q a ſ.habet Martē, ſi habuerit ibi quoq; beneficā ſtellam euadet quidem ex vulnere mortem, ſed tamē vulnerabitur:ſi autem eū locū duę beneficæ aſpexerint,exulabit à patria:ſi vna tantum, impedimentum aliquod habebit:& ſecundū progreſſum decimæ domus iacturā in honore patietur,in magiſterio, in actionib.ſuis, & negotiis:nā ſi quiſpiā quæreret,vtrū eo anno negotia alicui fœliciter ſint obuentura,culmen eſt obſeruādū,& videndū,an ſit progreſſus ad beneficas, ſiue maleficas:ſi quidem ad beneficas,fœlicitas obueniet, ſin ad maleficas, infortunia euenient.Eodē pacto de Sole dicēdū,quia multiplicē rationē obtinet imperij, dominij,& vitæ,ſecundū hileg naturā:quæ per ſe vitā deſignat,vt etiā ex Aphor.86.habetur,Sol eſt fons vitalis caloris, Luna autē naturalis. Quare erit animaduertēdū,ꝙ ſi progreſſio fit ad maleficā ſtellā, vel hoſtilē cōfigurationē,mala erit cōfiguratio,ſin ad beneficā ſtellā,erit quoq; bona cōfiguratio:Si fuerit ad maleficā, natus aliquādo poterit in periculo vitæ verſari,aliquādo dignitatis,cū.ſ.honoris ſignificator fuerit in geneſi: nā ſi Sol fuerit in 12.domo,vel 6.id malū nō portēdet. Si ergo fuerit aliqua bona irradiatio,in magnū periculū natus incidet:ꝙ ſi plures fuerint beneficæ.& vna tātū malefica conſtellatio,natus peregrinabitur,iacturamq; faciet in ſuis negotiis. Et cōcludit Ptolemæus, hæc omnia eſſe iudicanda iuxta ſignificatoris naturā: Verbi gratia, Sol diuitias & honores deſignat, Luna vero corpora,& huiuſmodi. Quare ſecūdū harū ſtellarū progreſſionē de his actionibus erit iudicandum. ſed alibi de his clarius à nobis dicetur.

Circa prædicta hæc ſe nobis prima offert dubitatio , cur hæ ſignificatorū inambulationes per gradus æquatoris,non autem ſigniferi accipiantur?quare per motum primū nō autē per ſecundū?dubitationis verò eſt hæc ratio:nā cū illæ ſint attributæ ſignificationi generationis,alterationis,& nutritionis: quarū eſt proxiſſima cauſa circulus obliquus, ſecundum enim Ariſtotelem per acceſſum Solis, & ſtellarum ad verticē capitis fiunt generatiōes:ergo magis vtendū eſſet gradibus Zodiaci,quàm æquatoris.Quę ratio confirmatur ex eo ꝙ gradus Zodiaci ex ſua natura id ſignificāt; ac æquatoris gradus id faciūt tantū per deſignationē.

Vt hæc difficultas ſoluatur,ſciēdum eſt,ꝙ Ariſtoteles 2.de gener.tex.56. dicit omnē generationem & corruptionē fieri per motū ſecūdū, perpetuationem vero atq; æternitatē per motum primū conſeruinam duplex eſt motus cæli : inceſſus planetarū ſub ecliptica,& acceſſus ad nos facit generationē.cum vero debeat generatio eſſe perpetua, hoc efficitur per primū motū:quia vero idē inuariatū,& eodem modo ſe habens,ſemper idē facit:neceſſe fuit, vt alius quidā motus exiſteret per quē planetę accedēdo ad capitis verticem,& ab eo recedendo hāc diuerſitatē generationis,ac corruptionis quā cernimus , efficerent. Ex hoc facile cernamus licet, ꝙ ſi cælum vnico tātum motu moueretur,eo ſcilicet, qui proprius eſt planetarū, cū ſemper vna ſtella ſit ſupra terrā,& altera ſub terra, propter maximā caliditatē vel frigiditatē nūq̄ fieret generatio,neq; corruptio rerū, nā cū planetæ calidi ſupra terrā incederent, vt ſcilicet Sol, atque Mars, ſuo tunc calore omnia deuaſtarēt:idē dici poteſt de ſtellis natura ſua frigidis:Quare neceſſariū fuit, primum motū exiſtere, qui cū ſic vniformis, ſemper æquales angulos in centro mundi facit, tēporibus æqualibus: mouet ergo modo calida,modo frigida, & alia, quæ hoc ſublunari orbe cōtinētur. Ex ipſo ergo rerū generatio atque corruptio dependent.

Sed aliquis rurſus obiecerit, non adhuc ſolutū eſſe argumentū:nam cū ſecūdus locus ad primū peruenerit, magnū prouenit incōmodū: quare à primo motu corruptio dimanat.Reſpōderi poteſt niſi primus motus exiſteret,nullā fore generationē:nā cū corruptio à natura ipſa cæli nō intēdatur,quæ per ſe alioqui eſt benefica,imo potius cælū vniuerſum ad generationē & vitā omnia refert. Quare cū ſtellæ per motū primum peruenerint ad ſignificatorē,atq; primū locū, erit tūc per accidēs generatio atq; corruptio. Et ita perennes ſunt rerū generationes atque corruptiones. Quòd ſi progreſſio illa ad beneficā ſtellam fuerit,ad rei perfectionem faciet eam nāq; de potentia ad actum reducit.Patet ergo,hāc periodum per partes æquatoris,nō autem ſigniferi haberi.

Poſſet adhuc aliquis ſubdubitare, vnde proficiſcatur,ꝙ ſignificatores vitæ in quadripartio cæli occidētali poſſint ſecūdū ſucceſſionē dirigi,atq; ècōtra. Ptolemæus dicit,ꝙ in parte oriētali ad ſuccedētia dirigantur,id eſt ſecundū ſignorū ſucceſſionē:nam ſi fuerit in vndecima & duodecima domo, erit ſtella malefica: tūc ſignificator eſt dirigendus iuxtà ſignorū ſucceſſionē.Vnde ergo factū eſt, vt hic tantū ſecundū ſucceſſionē ſignorū fiat directio ſignificatoris in quadripartio cæli occidentali,ad ſequentia,& ad præcedentia?

Dicēdum eſt,ꝙ ſignificator in parte cæli orientali, id habet,vt patiatur, & locus promiſſoris habeat rationē agendi:Quare ſignificator ſecundum vnam rationē ad locū promiſſoris dirigitur,id eſt,ſecūdū ſignorū ſucceſſionē:ac in alia parte duplicē conditionē habet,agendi.ſ.& patiēdi, reſpectu.ſ.promiſſoris, atque ſtellæ præcedētis ſimul:nā ſi ponatur hileg in cōtraria reſpectu præcedentis,habet rationē,vt agat, & ſequētis,vt patiatur:Quare fit, vt ille ſignificator & ſecundū ſucceſſionē ſignorum,& etiā è cōtrà dirigi poſſit.

Sed petet aliquis, vnde eſt,ꝙ in hoc cęli quadripartio habet ſignificator vnā tātū rationē,& in alia duas. Ad hoc vnà cū Ptolemæo dicerem, quoniā in quadripartio cęli oriētali ſtellæ agere incipiunt,& ad culmē cæli progredientes ſemper magis præſtantes atq; fortes efficiuntur: quare habēt quoq; rōnē agendi tantū: à culmine vero ad occaſum è contra ſemper debiliores cū reddantur in agēdo,hinc fit, vt duas habeant rationes, agēdi.ſ.& patiēdi,ſed magis patiēdi:ratione

quidem

Digitized by Google

quidem agendi obtinent, reſpectu ſecundæ domus, pa tiendi autem reſpectu eorum quę pręcedunt.

Dixerat Ptolemæus, ꝙ cũ Luna fuerit vitæ ſignifica trix fieri poteſt, vt Sol vitã auferat. Quęſiuerit aliquis, vnde hoc proueniat. Ad hoc reſpõdeo cum Punico, ꝙ Ptolemæus nõ dixit, ſemp id accidere, ſed tunc, quãdo Sol fuerit extra conditionem ſuam, vel ſit cũ Saturno, aut Marte, aut aliqua ſtella maleſica: tunc enim, quædam commixtio maleſica conficitur: atque propter huius influxus diſtemperiem, ex ſe vitales ac beneficos influxus non poteſt deriuare.

Poſtremo poſſet hic addubitari, vnde ſit, quòd Ptolemæus ſtellas combuſtas reijciat? Dicendum, quòd, cum ſtellæ vel errones, vel cælo hærentes Soli comparatæ imbecillibus ſint viribus præditæ: hinc fit, vt illos Sol in ſuam quodammodo naturam conuertat. Ergo cum ſtellę ſic ſe habentes ſuas vires exprimere nequeant, Solem tantum tunc conſiderabimus. Tunc autem ſi benefica fuerit ſtella cõiuncta, beneficẽtior adhuc redditur, ſi vero ſit malefica, ſit quoq; maleficẽtior, nam eius vires in Solis vires conuertuntur, illas ſcilicet augendo, vel minuẽdo ſecundũ beneficentiã.

Cum iam verborum contextum expoſuerimus, reſtat pertractare exactius, quid de vitæ ratione ſit ſentiendum: nam cum Ptolemæi decreta, & vice communis inter ſe nõ admodum conſentiãt, videndum eſt vtri ad veritatem magis propè accedant. Hæc autem cognitio ſummopere omnibus eſt expetenda, cum in ea de vita agatur, quę longè omnium eſt nobis chariſſima. Sed hic ordine quodam progrediemur: nam ante omnia quæſtionis cardinem conſtituemus: Deinde rationes, quibus Ptolemæi ſententia oppugnatur, in medium proferemus: Tertio loco quæſtionem ipſam elucidabimus, quid ſentiendum ſit, pronũtiantes. Extremo loco cõtrarias rationes diſſoluemus.

Vt quæſtio hæc facilius intelligatur, eam ſub hac forma propono, An ad vniuſcuiuſque naſcentis determinatam vitæ periodum cognoſcendam, cognitio hileg ſit ſatis, an vero etiam cognitio alcocoden ſit neceſſaria: nam Ptolemæus tantum de hileg videtur meminiſſe: determinat enim vitam per intercapedinem ſignificatoris vitæ ad locum interemptorem: Recentiores autem aſtrologi alcocoden, id eſt, datorem annorum addiderunt: Quorũ rationes ſunt ſequẽtes.

Primò: Omnis ſentẽtia, quæ apud maximã peritorũ partẽ eſt ſine cõtrouerſia recepta, eſt pro vera aſſerendã: Huiuſmodi eſt hæc de Alcocodẽ. Ergo de ea nõ eſt dubitandũ. Argumenti aſſumptũ patet: nã Babylonij, Æthiopes, Ægyptij, Arabes, Saraceni, Iudæi, Latini (Materno excepto) id ſuis ſcriptis teſtatũ reliquerũt.

Secundò: ſicut ſe habet materia ad formam, potentia ad actum, perfectibile ad perfectum, ita hileg ad Alcocoden: ſed ſicut materia nullum habet eſſe ſine forma (non loquor de actu, quem vocant entitatiuũ) eodem pacto potentia nihil eſt, niſi ad actum reducatur, nec perfectibile, niſi ſuam adipiſcatur perfectionem: Quare hileg vitam ſignificare nequierit, niſi Alcocoden, hoc eſt, annorum datorem habuerit.

Tertiò: ſecundum Ariſtotelem 2. de generat. text. 57. vnumquodque ſuæ vitæ periodum habet: quæro per quod id fiat: non per hileg, nam tunc quæſierim, quis ſit iſte vitæ ſignificator, nam non poſſumus nato aliquam determinatam vitam aſſignare, vt per hileg talis vita ſignificetur: immo neceſſe eſt, vt per aliquã ſtellam id fiat: non per aliam autem, quam per alcocodem. Confirmatur adhuc ratio per Auicennam prima parte primi capituli de ætatibus, vbi dicit, vnumquemque habere præfixum terminum, in quo ſiccitati reſiſtere poſſit: qui tamen non poteſt niſi per ordinem atque conſiderationem planetæ deſignari, quod quidem eſt Alcocoden. Confirmatur adhuc ratio ex D. Thoma in commentario libr. 2. de generat. vbi dicit, non ſufficit Sol ad generationem, ſed requiritur quoque relatio ſigni aſcendentis ſupra Horizontem ad cætera ſigna cum cõſtitutione aliarum ſtellarum, & planetarum: vnde poſtea ſubiungit, planetæ fortiores plures annos dãt, debiliores autem pauciores: quibus verbis alcocoden manifeſtè tangit.

Quartò: ſi de quo magis videtur ineſſe, & nõ ineſt, ergo nec de quo minus. Si autem poſſemus vitæ ſignificationem ab hileg ſumere, eam maximè à Sole acciperemus: At Sol vitam abſque Alcocoden elargiri non poteſt: Ergo neque alius quilibet hilegialis locus id per ſe præſtare poterit. Quod autem Sol non ſufficiat, patet ex D. Thomæ verbis allegatis: nam ſe queretur hyemis tempore vitam dari non poſſe.

Vltimo: Ptolemæus videtur ſibi non conſtare: nam aphoriſ. 66. dicit, non abſcindas per directionem ſolem: niſi aphetæ domini ſignificatorum fuerint, & ſignificent veram fore directionem, per hoc, ad quod peruenerit alinthia in natiuitatibus: quare neceſſarium eſt vt in vita eligamus datorem annorum: nam non vult idem, vt progreſſio ſimpliciter vitam auferat: fieri enim poteſt, vt datores annorum plures annos tribuãt. Idẽ habet Punic9, & Græcus ſcholiaſtes.

Sed ſupradictæ rationes non videntur mihi neceſſariæ, ſed probabilitatem tantum quandam prę ſe ferre: & pro contraria ſentẽtia aſſerenda, ſequentes mihi ſe offerunt rationes, quibus Alcocoden impugnatur, tanquam figmentum à quibuſdam excogitatum.

Primò: ſi exigeretur Alcocodẽ vltra hileg, ergo ſemper ijdem eſſent termini vitæ in quacũq; regione terræ: quod eſt contra Ariſtotelem: nam ſi planetæ determinatos annos habẽt, qui augeri nequeũt, debẽt enim anni ſolares maximi eſſe 120. quãdo ergo Sol bene cõſtitutus fuerit, annos maximos 120. elargietur: ſi autem fuerit in ſuccedẽtibus annos medios, ſcilicet 40. tribuet, ſi in cadenti annos minimos, ſ. 19. conferet. Quare in qualibet terræ parte, cũ Sol annos dat, ſemper aut 120. aut 40. aut 19. dabit. Cui rei Ariſtoteles contradicit in libro de longitudine & breuitate vitæ, dicens, eos qui in calidis regionibus degunt, plus viuere, quàm habitantes in frigidis.

Deinde ſequeretur, ꝙ vltra annos maximos vita nõ daretur, neq; citra annos minimos: quod quidem manifeſtè eſt cõtra experientiã: nã accipiamus annos minimos inter annos planetarũ: hi ſunt Veneris, quæ minimos dat octo: videmus autẽ quotidie multos antequã annum octauum attingãt, vita fungi: vltra etiã maximos annos plures vitam produxerunt, vt in obſeruationibus dicemus. Sequitur ergo quòd commentum alcocoden ſit vanum.

Poſtea ſequeretur ꝙ maximę cõiunctiones, & eclipſes non ita aërem inficerent, vt plurimis vitã adimerent: Item nemo poſſet à peſte lædi, ſi datorẽ annorũ eſſet ſortitus: ſed ad annos decretos ſibi viueret: quod tamen minimè fieri videmus.

Sed dixerit quiſpiã, hoc eſſe per aliã conſtellationẽ: ergo fruſtra laborãt illi aſtrologi, qui volũt, datorẽ annorũ vitam elargiri: nã debẽt animaduertere eclipſes, & magnas coniunctiones: ſi enim dator annorum cẽtũ annos polliceatur, poteſt peſtis ſupuenire, quæ illũ de me

Digitized by Google

de medio auferat, antequã ad terminũ perueniat.

Item ſequeretur aliquid cõtra medicos, nempe quòd vita non poſſet diutius per medica præcepta prorogari: quod Galenus docet in 3 tech. vbi plurima tradit præcepta ad corpora lapſa inſtaurãda. Item in libro de ſanitate tuenda cap. 6. idem habet & lib. therapeut. cap. 5. de curatione febris, & Auicẽna plerisq; in locis, & philoſophi præcipuè Ariſtoteles docet, aërẽ, cibũ, elementa, & huiuſmodi poſſe nos ęgrotos ad ſanitatẽ reuocare, & nobis vitã quoq; ꝓrogare. Si autẽ determinata eſſet vitæ periodus ꝑ alcocodẽ, futilia eſſent hæc præcepta.

Sed quid opus eſt tot rationes fruſtra congerere, cum illuſtriſsima exempla his rebus abunde fidem facere poſsint? Habemus geneſim Iulij 2. in qua ſm Alcocodẽ vita erat ei protelãda vſq; ad 89. annũ: ex quibus vixit tantum 67. nõ peſte aut alia externa cauſa ſublatus, ſed morte naturali peremptus. Fuit autem in ea aſcendens ſignificator vitæ 15. gradus Aquarij, vbi Saturnus triãgulum habet & exaltationem: is autem erat in medio cæli & angularis: ergo annos maiores 57. elargiebatur: adfuerunt autẽ Mercurius & Iupiter fortunati: ergo addiderunt annos 32. Quare is viuere debuerat ann. 89. ſecũdum regulas ab Hali traditas in par. 4. c. 6.

*Vide ſupra pag. 122.*

Rurſus obſeruaui in geneſi Leonis X. in qua nullum Alcocoden inuenire potui: cuius rei ea eſt ratio, quia ſcilicet tantum habuit in horoſcopo Solem, ſed infra horizontem extra dignitates ſuas, neque aliquis planeta dignitates habens, ipſum intuebatur: erat enim Sol in 29. parte Sagittarij, & horoſcopabat pars 20. Sagittarij: ergo infra horizontem erat. Venus autem erat in horoſcopo partiliter, ſed ibi nullam dignitatẽ erat ſortita. Ergo cũ neque Sol, neque horoſcopus & hylech, neque Luna, quia cadẽs, neque aliquis planeta ipſi hylech cõfiguretur, alcocoden nõ habuit. vixit tamen ad 46. annũ: quod quidẽ eſt admirandũ: nam ſecundũ eorũ regulas vita omni erat ſpoliandus.

*Vide ſupra pag 120.*

Item obſeruaui in geneſi Clementis VII. & ſi per hylech, & Alcocoden de eius vita mihi fuiſſet prognoſticãdũ, longã ei vitã polliceri debuiſſe: nam Solẽ in medio cæli fuerat ſortitus in 12. grad. Geminorũ: erat autẽ Mercurius per recentiorũ decreta annorũ clargitor: ſed, qđ eſt maioris momẽti Iupiter culminabat, & ex quadrato intuebatur primũ vitæ ſignificatorẽ, qui eſt aſcẽdens, ibi dignitatem poſsidens. Quare ad 79. annum vitam producere debuerat: vixit autem tantum 57. falſa ergo eſt regula de Alcocoden.

*Vide ſupra pag. 120.*

Item Paulus III. ſecundũ eorũ placita hylech habet 22. partes Aquarij: ibi Mercurius in ſuo trigono ſiſtit: eſt ergo dator annorũ: dat autẽ annos 76. is vero ad 82. peruenit. Sed poſſet quiſpiã dicere, ꝙ Iupiter annos minimos addidit, ſ. 12. quia ex trino Mercuriũ intuebatur. Eadem ego quoq; rõne infringere poſſem, Martem annos 15. debuiſſe auferre, quia ex quadrato reſpiciebat. Debebat ergo viuere tãtum 73. Regula igitur manifeſtè eſt falſa.

*Vide eius geneſim, pag 204*

Item geneſim inſpexi Laurentij Puccij Cardinalis, qui Solem in Leone habuit circa horoſcopum ad gradũ vnũ: ergo Sol ſecundũ hos, vel oriẽs erat hylech. Sed Sol erat hylech & alcocoden, quia in prima domo & ꝓpria erat. nã habent aſtrologi, ꝙ cũ duo luminaria in propriis domibus fuerint, vel altitudinibus, poſſunt eſſe hylech, atq; datores annorũ. Quare is vitã ad 120. annos protelare debuerat: vixit autẽ tantũ 73. Quare regula de Alcocodẽ fictitia eſt. Sed quiſpiã obiiciet, ꝙ põt fieri, ꝙ ibi aliqua ſtella infęlix fuerit, quę aliquã læſionẽ irrogauerit: At ibi nulla huiuſmodi fuit, vt videre cuilibet facile fuerit.

Rurſus in natiuitate Cardinalis Piccolominei Senẽſis vidi horoſc. in 2. gr. Aquarij, Veneremq; in 1. domo horoſcopantẽ, quæ quidẽ erat Cardinalis. Quare is ad 82. annũ peruenire debebat: vixit tamẽ tãtũ 62. Neq; vero Venus erat impedita, neq; Martem aut Saturnũ intuebatur, nam lõge erat amota à diametro aut quadratura illorum.

*Vide ſupra pag. 121.*

Petrus Bembus per eorũ decreta nullã habuiſſet vitã, quia hylech nõ habuit, nec Alcocoden: & tamẽ vixit annos 76. Eius autem geneſim ſubiunxi.

CARDANVS dicit hanc natiuitatem fuiſſe die 20. Maij in meridie. & fuiſſe Aſcendens ♍ 12.

♃ 24. ♍
☽ 8. ♎
☿ 14. ♉
♄ 23. ♉
☉ 8 ♊
♀ 16. ♊
♂ 26. ♋




*Thema cęli Petri Bembi Veneti Cardinalis.*

Si vera

Digitized by Google

Vide inferius ca 13. Si vera ſunt,quæ à recentibus afferuntur,Franciſcus Galliæ Rex vſque ad centeſimum annum vitam proferre debebat : nam horoſcopus erant 24.partes Geminorum in facie Solis.Sol autem in quarta domo erat dâta annorum : nam locum intuebatur,dignitatemque habebat: vixit autem tantum annos 53.

Vide ſupra pag.123. Alphonſus quoque Ferrariæ Dux habuit in hylech horoſcopũ 18.partes Aquarij: quẽ locũ Mercurius partiliter conſtitutus in occaſu, ex diametro intuetur:ergo 76.annos elargiebatur, nam trigonum in horoſcopo habebat; is tamen tantum 58. vixit.Quare regula falſiſsima.

Vide ſupra pag.123. Franciſcus etiã Mediolani Dux non habuit Alcocodem neque hylech,qui iuxta eorum aſſertiones erat ſtatim moriturus, vixit tamen 40.annos.

Obſeruaui quinetiã in natiuitate Antonij Puccij fuiſſe horoſcopum 8. partes Sagittarij, vbi Iupiter erat horoſcopãs,& partiliter. Quare horoſcopus erat vitæ dator,& Iupiter annorum.Debebat igitur vitam prorogare vſque ad annos 79.nulla enim ſtella impediens exiſtit: vixit tamen tantum 29.

Henricus Angliæ Rex Solem in ſua geneſi habebat ſignificatorẽ exiſtentem in medio cæli, & Lunam datorem vitæ, quia erat recedens ab octaua domo verſus ſeptimam, & qui erat in ſuccedenti, dabat primum annos 66.cum dimidio, ſcilicet annos medios,addebat autem per acceſſum ad ſeptimam ſeptem alios annos. Quare vita erat fruiturus 74.annos:vixit tamen tantum 58. Eius autem geneſis eſt huiuſmodi.




Thema cæli Henrici Angliæ Regis.

PRAETEREA genituram contemplatus ſum Roberti Acciaidi Florẽtini,qui ueque hylech,nec datorem vitæ eſt ſortitus: attamen 80. annum expleuit, nam natus eſt anno 1467.mortuuſq; eſt anno 1547. Et quidem Alexander Barbatus annis 70.vixit,neq; hylech neque Alcocodem in geneſi habens.

Expoſitis rationibus pro vtraq; parte: Nũc videndũ eſt,vtra ſit ſententia verior,& vbi nos aſſentiam'.

Sed ſciendum eſt, periodum vitæ eſſe præfixam annorum quantitatem,quæ partim ex materia proficiſcitur,partim etiam ex influxu conſtellationum exiſtentium vel in cõceptione,vel in natiuitate.Quod quidem ſententia Ariſtotelis confirmatur in 2. ſcilicet de generat. tex.58. vbi dicit per acceſſum & receſſum Solis ad nos fieri generationem & corruptionem: & propterea vnumquodque viuens determinatã vitæ periodũ habere.Hæc vero periodus impediri põt ratione materiæ:nã idem lib. de vita & morte dicit,mortem naturalem contingere, quando calore conſumpto & humore deſiccato, terreſtre quidpiam ac ſolidum in animali cõcreſcit. Quare facile ſenes moriuntur. Hæc vita eadem determinari poteſt per influxus cæleſtes: nam fieri poteſt vt aliquis optimam corporis conſtitutionem in vtero materno nactus, malam in ſeminis coangulo conſtellationem ſortiatur,vel etſi cælum eo tẽpore toto,qui intra viſcera genitricis ſe continuerit,optime fuerit cõſtitutum, vſuvenit interdum, vt in lucem prodiens ſtatim aërem circunfuſum malignum hauriat per aſpirationem. Quod autem ratione materiæ periodus vitæ ſit metienda, patet etiam ex Auerroe tertio Collig.ca.1. & ex Galeno 3. techn. de reſtauratione corporis lapſi: nam ſi contigerit materiam eſſe male diſpoſitam, ad meliorem conſtitutionem redigi poteſt. Et Auicẽna (vt etiam ſupra diximus)aſſerit,per aërem,cibum, elementa,& bonam loci conſtitutionem nos poſſe diutius viuere. idem in 3. parte primi habet quòd vnumquodque corpus habet terminum, in' quo reſiſtat accidenti: quod ſignificat, materiam terminum quendam habere,ad quem cum viuens peruenit, viuere amplius nequit. Et D. Thomas quãuis dicat planetas fortiores plures annos dare, tamen ſubiungit,hęc neceſsitatem non imponere. Hæc materiæ conſtitutio poteſt conſiderari vel ſecundum accidentia interiora,vt ex cõplexione parentum & ſyderum poſitione in cõceptione,& alia huiuſmodi:vel etiã iuxta accidẽtia exteriora, vt, cũ fœtus in luce emergit propter circũambiẽtem aërem,qui corruptus ac peſtilens eſſe poteſt.Item crapula,coitus immodicus plurimum de vita decidit:loci conſtitutio prout ſe habuerit,non minimum habet momentum ad vitam ſiue prorogandam,ſiue decurtãdam:nã,vt habetur apud Ariſt.6. de natur. animal.cap.22.vita equi per bonam aurã ad annos 50.perduci poteſt.

Quantũ ad cæleſtẽ periodum eſt alia ratio: nam hæc nõ quidẽ ſententia neq; ꝓduci,neq;corripi,aut impediri põt.Et hoc eſt,ꝙ Ariſ.aſſerit loco ſepe citato, vnũquodq; naſcẽs periodũ determinatã habere, quę quidẽ per materiã determinari nequit. Auic.etiã 1.parte c.1.de ætatib' habet,vnũquodq; naſcens

naſcens terminum præfixũ habere: Imo & Pſal. 103. habet, terminum poſuiſti, quem tranſgredi non poterunt, & Pſal. 89. Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur, dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni, ſi autem in potentatibus octoginta anni, & amplius eorum labor & dolor.

Habemus ergo ex parte materiæ, quòd ſi qui bona corporis conſtitutione fuerint præditi, vſque ad 80. annos vitam prorogare poſſunt: ſi qui mediocrem nacti fuerint, ad 70. peruenire poterunt: qui quidem anni reſpectu materiæ impediri ſolent. Ratione autem ſuperiorum corporum, iam determinatum à nobis eſt iuxta recentiora dogmata quando anni maiores, quando medij, & quando minores tribuantur. Si quis vero quæſierit, quæ ſit hæc vitæ periodus apud Aſtrologos, iuxta eorum ſcita reſpondebimus, eſſe determinatam annorum quantitatem iuxta Alchocoden, nempe cum fuerint planetæ in quatuor angulis, dant annos maiores, videlicet Sol tribuit 120. Saturnus 57. Iupiter 79. Mars 66. Venus 82. Mercurius 76. & Luna 108. Quòd ſi in ſuccedentibus fuerint, annos medios elargiētur, hoc eſt, Sol dabit 48. Luna 66. Mercurius 48. Venus 45. de reliquis conſulenda eſt Iſagoge.

Iuxta autem Ptolemæi placita aliter eſt & ſentiēdum & dicendum: nam ſecundum eum periodus vitæ eſt annorum quantitas decerpta per intercapedinem inter vitæ ſignificatorem, atque locum peremptorium, vt ſi ſit intercapedo graduum 40. periodus hæc erit annorum 40. Quid, ſi intercapedo fuerit graduum 180. num natus ad eos annos vitam prorogabit? Minime gentium: nam vita ad locum peremptorium determinatur: qui quidem non eſt vnus: nam diximus eſſe tum corpora maleficarum ſtellarum, tum quadraturas, & huiuſmodi. item & maleficæ annuæ reuolutiones, quando ſcilicet in eis dominatores perperam conſtituūtur, & ſub Solis radiis in locis cadentibus, à maleficis ſaucij, & retrogradi, plurimum vitæ naſcentium incommodatur, intercapedo ergo annorum, quæ eſt inter annū primū, & hūc, eſt periodus. Quod hoc ita ſit, patet, quia mathematicus ſcit, quādo ille periodi terminus ſit aduēturus per gradus æquatoris interciſos. Quare periodus vitæ eſt determinata quantitas annorum, accepta per intercapedinem arcus æquatoris inter ſignificatorē vitæ atque locum peremptorium qui quidem eſt multiplex. Quòd ſi in loco illo peremptorio, beneficæ affuerint, dictum eſt ſupra, quid ſit agendum.

Quod aūt hæc vera ſint, facile eſt declarare. Nā dicebamus Iuliū II. ſecūdū neotericorū placita habuiſſe hilech, & alchocodē, ſecūdū q̃ victurus erat 89. annos, ex quibus vixit tantū 67. ſed ſi Ptolemæū audiſſent, nō ita fœde errāſſent: nā in poſtremo anno illius vitæ fuit Eclipſis in diametro loci ſignificantis vitam: Quare neceſſe fuit tunc illum vita defungi iuxta Ptolemæi dogma Aphoriſmo 24.

De Leone X. ſi eius geneſim ſecūdū Ptolemæum examinemus, non errabimus. nam ſi lumina ſint ſub terra, & nulla reperiatur ſtella in locis vitæ, ſemper horoſcopus erit vitæ ſignificator: propriū eſt enim gradus horoſcopi, vitam ſignificare. Et quia quadraturæ atque oppoſitiones maleficarū ſunt loca interemptoria: quod patet per progreſſionē. diameter enim Saturni ad gradū horoſcopi venit, ſcilicet ad 47. annū vitæ. Nā progreſſo Oriente ad Saturni diametrū, eſt vita functus eo ſcilicet modo, quo locus peremptorius ei comminabatur: erat enim Saturnus in 8. domo, qui mortem per ſuffocationem portendebat: ideo is apoplexia eſt mortuus.

De Clemēto VII. ſi hi ad Ptolemæi dicta aduertiſſent, nō eſſent hallucinati. inueniſſēt enim, Solē eſſe hilech, quia erat in medio cæli: Quare quā primum per progreſſionem venit ad duas ſtellas cælo hærētes maleficas, hoc eſt Saturnias & Martias, atq; ad Saturni diametrationem, eſt vita functus.

Quod ad Paulū III. pertinet, ratio eius vitæ eſt ſecundum Ptolemæum, quia hilech ad tempus illud non venit ad loca peremptoria.

De Laurētio Puccio ſi obſeruaſſent iuxta Ptolemæi regulas, ꝙ locus Solis qui hilech erat, ad ſtellā cælo hærentem maleficā eo anno, quo & mortuus eſt peruenerat, licet per accidens, quia à duabus maleficis ſtellis obſidebatur ex ſextili, ſ. à Mercurio infortunato in ſignis magnarum aſcēſionum, qui quadrato æquiualent. inueniſſent quoque, eum cū peruentum eſſet ad eum locum, ſcilicet ad ſtellam in 22. gradu Libræ exiſtentē, vita quoque priuādū.

Quatenus ad Cardinalē Piccolemineū ſtella ipſa ſecundū Ptolemæum erat hilech & dator vitæ: quæ cum ad locum Saturni peruenit, eſt mortuus: ibi enim erat locus peremptorius, neque vlli erant radij beneficarum.

Cardinalis Bembus iuxta decretū Ptolemæi habet datorem vitę Solem, nam is in meridie maximè dat vitam: qui cum primum venit ad quadratum Saturni, vbi non erant radij beneficæ ſtellæ, vitam cum morte commutauit.

In geneſi Cardinalis Puccij ſecundum Ptolemęū Sol ſignificator vitę erat, quia in medio cæli fuerat: qui cum ad 15. gradum Sagittarij perueniſſet, vbi eſt quædam ſtella malefica, cælo inhærens, quæ eſt de natura Martis, & Lunæ, & quia ibidem erant radij Martis & Lunæ, mortuus eſt.

Aſſerebāt recētiores Franciſcū Gallię Regē ad annos maximos Solis victurū: q̃a tertia decameria Geminorum horoſcopabat, in qua Sol faciem habet: ſed decepti ſunt. nam Luna erat vitæ ſignificatrix in nona domo: quæ cum per progreſſionem veniſſet ad Martis terminos in 21. gradu Arietis exiſtentis, vita functus eſt.

In geneſi Hērici regis Anglorum ſi ad Solē hilech animaduertiſſent, nō errāſſent: nā cū is ad quadratū Saturni peruenit, mortuus eſt, q̃a ibi radij beneficæ nullius exiſtebāt. Ergo neq; Luna, neq; Mars annos elargiebatur: nā ſecundū eos oriens poterat eſſe hilech, & Mars dator annorum: nam annos partiliter habebat, eratque in horoſcopo, ibi fines habēs atque trigoni participationem.

Quātū ad Alphōſum Ducē Ferrariæ ad ſuū periodū non p̄uenit propter eclipſin, qui eſt locus perēptorius, per ea quæ ſunt à Ptolemæo tradita.

Dux Mediolanenſis ſecundum Ptolemæū hilech habebat Saturnum, qui in loco Solis, & coniūctionis natiuitatem præcedentis, & in loco horoſcopi plures dignitates poſſidebat: quare is fuit vitæ ſignificator, & quā primum gradus ille ad quadratum Martis peruenit vita caſſus eſt.

In Acciaioli geneſi Luna erat in medio cæli in primo gradu Arietis: Ergo ea fuit hilech, vixitque



Digitized by Google

quo ad hilech ad quadratum Martis nõ peruenit.

Ad rationes in cõtrariũ adductas respondeo: quarum prima refellitur, eo ꝙ cõmunis ea tantum opinio eſt admittenda, quæ rationi potius quam conſuetudini nititur. At hæc de Alchocoden non eſt huiuſmodi.

Ad ſecundam, ſimilitudo illa non valet: nã materia ſine forma eſt nihil: ac hilech per ſe ſeparatim eſt habitus quidam, & ſtella quæ in rerum natura exiſtit.

Ad tertiam iam dictum eſt, vitæ periodum, de quo meminit Ariſtoteles, eſſe intelligendum ſecundum Ptolemæi ſenſum.

Quod ſpectat ad authoritatem D. Thomæ, ipſe ſeipſum interpretatur, cum dicit, quod planetæ fortiores cum ſunt vitæ ſignificatores, & in angulis vel cardinibus, ſunt promptiores ad vitam donandam, & maxime cum à beneficis ſtellis fuerint reſpecti. Quare optime dixit, quòd non tantum Sol & Luna, ſed alij quoque poſſunt eſſe vitæ ſignificatores.

Ad Aphoriſmum Ptolemæi contra nos citatum dicimus, quod is intelligat per donatiões, quas beneficæ ſtellæ ex ſeſe emittunt, cum locum hilech intuentur, ſiue etiam locum peremptorium: non autem eas capit pro vitæ datoribus.

Hæc de tam intricata quæſtione mihi occurrunt dicenda, itemque de vniuerſo verborum cõtextu. ſed quia tractatio de vita eſt omnium de quibus ab Aſtrologo diſſeritur, longe potiſsima, vt omnibus tam nobilis cognitio, tamque expetenda fiat perſpicua, operæ pretiũ facturus mihi ſum viſus, ſi de ea paulo latius pertractauero, hinc inde ex variis autoribus adſcitis iis, quæ ad rem facere videbuntur, non exiguam autem partem ex noſtro ſpeculo Aſtrologico huc tranſtulimus. Ac primum particulares de vita regulas adducemus in medium.

*De vita, & vitæ prorogatoribus Aphoriſmi particulares.*

Vitæ longitudo ſoli Deo cognita eſt.

De longitudine vitæ, ſiue quantitate, hinc apud Aſtrologos quæſtio eſſe ſolet. Etſi vero Fata ſingulorum hominum ſoli Deo deliberata, decreta, definita, & cognita ſint, ac vita hominis ſit in ipſius manu, ſicut teſtatur ſcriptura, In ipſo ſumus, viuimus
Act. 17. & mouemur. Item ipſe eſt vita & longitudo dierum
Deut. 30. noſtrorum: item Dierum longitudinem annos vi-
Prou. 3. tæ & pacem, apponent tibi præcepta mea obſeruata: nec aſtris inſculpta ſint, neque cuiquam communicata hominum, nec à quoquã perueſtigari queãt: tamen cum ſecundarum, & ordinariarum cauſarum miniſterio vtatur Deus, nec ſemper, aut actiones earũdem impediat, aut prohibeat effectiones, etſi multa peragit, non adhibitis illis, imo excluſis, impium non eſt conſiderare quid phyſicæ cauſæ apportent & conferant, (excluſa tamen neceſſitate fatali, & aliis ſtoicorũ commentis) ita tamen, vt ſeruemus ordinem, quem vox cæleſtis præcipit & conſtituit, ſtatuamus Deum vitæ eſſe datorem & gubernatorem, qui vitam prolongare, & mortuis reddere poteſt, ac ad ipſum ſolum ardentibus votis confugiendũ, vt ipſe Fata noſtra dirigat ad ſui nominis gloriam, & noſtram aliorumque ſalutem, ac cum ſunt ſignificationes vitæ longioris ex geneſi notæ, faciat nos ſalutaria organa, vel cum contrariæ ſunt, cauſas ſecundas, quibus alligatus non eſt, ita immutet & regat, vt nobis ſint ſalutares.

Impium nõ eſt phyſicas de vita conſiderare cauſas.

Quid ratione vitæ petendum ſit à Deo.

Collatio Medicorũ & Aſtrologorum.

Cùm vero Aſtrologi coniecturis nonnullis vtantur, quibus de longa, vel breui vita pronunciant, nos quoque ſecuti Ptolemæum, ex phyſicis rationibus, quaſdam de vita commonefactiones eruditas ſubiungemus. Sicut enim ex conſideratione ægri peritus medicus de robore virium, aut debilitate potẽtiæ vitalis ratiocinatur, ac de morte mox irruitura, aut longiore vita colligit coniecturas: ita Aſtrologus conſideratis locis aphęticis, ſiue hylegialibus, præcipuis nimirum partibus genituræ, quid de longitudine aut breuitate vitæ ſtatuendum ſit, ſalua libertate actionum diuinarum, aptè pronunciat.

Duplices ſignificationes de vita.

Sunt autem ſignificationes termini vitæ duplices. Quædam generales, quædam ſpeciales. Generales, longam vel breuem vitam non expreſſo, vel determinato certo annorum numero, deſignãt ac denotãt. Speciales, vitæ terminũ & periodum definiũt.

Generales prædictiones de vita vnde colliguntur.

Generales prædictiones, vel potius coniecturæ colliguntur ex his locis: Ex planeta, qui eſt hylech, eiuſque robore, vel imbecillitate, atque cum cæteris planetis configuratione: Ex planeta præſidente horoſcopo, aut eundem obtinente, & Domino genituræ, Sole & Luna, ac cuſpide Aſcendentis.

Hi ſignificatores omnes diligenter conſiderandi ſunt, & videndum eſt accuratè, vtrum horum locorum aliquis, in quadratos, vel oppoſitos radios Martis, & Saturni incurrat, vel quæ etiam eorundem locorum ſit conditio, vtrum fortunata ſint ac fortia, an vero infortunata ac imbecillia. Hi enim omnes planetæ, cum ſunt de numero beneficorum, collocati in ſuis aliquibus dignitatibus eſſentialibus, non retrogradi, nec combuſti, non obſeſſi, aut impediti à maleficis, nec eorundem hoſtilibus, ac noxiis radiis infecti, à bonis planetis, fœlicibus radiis, vt trigono, vel ſextili, ac receptione ex domicilio, exaltatione, vel termino adiuti, vitã prorogant. Contrario modo affecti, eandem decurtãt.

Quid ſit hylech, vel locus aphęticus, Quid Alchocodẽ vocent Arabes.

Eſt autem hylech, ſiue locus Aphæticus, pars cæli in Zodiaco, à qua accidentia nati in tota vita quæruntur, ſalubritas & ægritudo. Alchocoden vero vocant Arabes, annorum datorem, qui oſtendit tempus, quo natus ſecundum naturæ curſum viuere debeat, niſi ratione directionis alicuius, vel alterius violenti & ſubiti accidentis, vita ei abrumpatur.

Quid ſit ſpecialis prędictio vitę.

Specialis prædictio vitæ, vtrum longa vel breuis futura ſit, certo annorum numero, & termino, accuratam conſiderationem requirit. Non enim tãtum ex natura, conditione, ſitu, applicatione, & aſpectibus Alchocoden, ad planetas reliquos, bonos, vel malos (bonorum enim planetarum boni aſpectus vitam extendunt, malorum vero intuitus eandem breuiorem reddunt) vitæ ſpacia colliguntur: Sed etiam ex directionibus hylech, ad interfectorũ, vel corpora, aut oppoſitos, vel quadratos radios. Ptolemæus enim ex progreſſione hylegij, ad loca interficientia, annum quo mors oppreſſura ſit natum, probabiliter coniecturis Phyſicis colligit: quæ nihil aliud eſt, quàm deductio ſignificatoris vitæ ad maleficos radios ſeu corporis iterfectoris, vel ad ipſum interfectorem.

Ptolemæi coniecturæ de vita vnde colligantur.

Quid doceant directiones.

Oſtendũt igitur directiones, ex ſententia Ptolemaica, quo vitæ tẽpore hylech implicetur, vel coniunctionibus, vel hoſtilibus radiis malorũ, cũ ſingulis gradibus directionũ ĩ æquatore, ſinguli anni, ſingulisq; minutis ſeni dies tribuãtur. Ac teſtãtur experientiæ

Digitized by Google

Regula na tabulis. rictia, illo anno, quo ſignificator incidit in coniun-ctionem Planetæ interficietis, aut in hoſtiles eius radios, natũ vel ingẽti morbo affligi, aut omnino etiã extingui, imprimis ſi ipſum datũ Alchocodẽ coueniat, cõſentiat reuolutio, & annua ꝓfectio, nec nõ trãſitus ſtellarũ. Nõ enim niſi multa cõcurrant teſtimonia, de abſciſione vitæ definiẽdũ eſt, maximè nato adhuc iuuene exiſtente, cui tantum directio in corpore accidens malum afferret. Ac directio tunc ſola nunquam interficit, niſi reuolutio, profectio annua, & tranſitus congruant. In ſenectute verò homine conſtituto, quæ virtutem hylegij quotidie remitti ſentit, ex ſola directione, etiam non admodũ potente, vitæ terminum definiunt Aſtrologi.

*Quàm cautè de vita iudicandũ ſit.*

*Quòd ſola directio nũquam interficiat iuuenem.*

### *Notabile.*

Cum vniuerſales ſignificationes cum vniuerſalibus congruunt, non raro eo natum mors occupat, quo deſignatur.

### *De Eclipſibus.*

Conſiderant etiam Aſtrologi, vtrum Eclipſis aliqua gradum Aſcendentem, aut aliquem figuræ angulum cardinalem, id eſt, decimam, ſeptimam, aut quartam domum inficiat. Hic enim in tali caſu, niſi admodum potens fuerit vitæ ſignificator, de termino pronunciant. Ac regulariter, locus Eclipticus ſemper aliquid mali ſignificat, ſi ad thema natalitium, ſequentibus etiam annis, poſt momentum geniture, conferatur, quacunque in parte cæli deprehẽdatur. Nã Ptolemæi ſententia 24. Cẽtiloquij eſt.

*De loco Eclipticо.*

*Defectus luminarium in cardinibus genituræ annuarũmve conuerſionum noxius eſt.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 1500 | ☾ | 23 | 2 | ♉ |
| 1501 | ☾ | 24 | 11 | ♍ |
| 1502 | ☉ | 16 | 55 | ♎ |
| 1502 | ☾ | 1 | 30 | ♉ |
| 1504 | ☾ | 20 | 23 | ♍ |
| 1505 | ☾ | 0 | 34 | ♓ |
| 1506 | ☉ | 6 | 2 | ♌ |
| 1507 | ☾ | 1 | 0 | ♑ |
| 1509 | ☾ | 21 | 0 | ♐ |
| 1511 | ☾ | 22 | 18 | ♈ |
| 1513 | ☉ | 26 | 40 | ♓ |
| 1515 | ☾ | 19 | 41 | ♌ |
| 1516 | ☾ | 8 | 55 | ♌ |
| 1516 | ☾ | 0 | 13 | ♒ |
| 1516 | ☉ | 12 | 0 | ♑ |
| 1518 | ☾ | 17 | 12 | ♐ |
| 1518 | ☉ | 25 | 56 | ♊ |
| 1519 | ☉ | 9 | 6 | ♒ |
| 1519 | ☾ | 23 | 25 | ♉ |
| 1520 | ☉ | 27 | 51 | ♎ |
| 1522 | ☾ | 22 | 5 | ♓ |
| 1523 | ☾ | 20 | 35 | ♍ |
| 1523 | ☾ | 11 | 12 | ♓ |
| 1525 | ☾ | 21 | 32 | ♑ |
| 1525 | ☾ | 18 | 19 | ♋ |
| 1526 | ☾ | 6 | 48 | ♋ |
| 1529 | ☾ | 3 | 22 | ♉ |
| 1530 | ☉ | 17 | 55 | ♈ |
| 1530 | ☾ | 22 | 46 | ♈ |
| 1532 | ☉ | 16 | 17 | ♍ |
| 1533 | ☾ | 21 | 11 | ♒ |
| 1534 | ☉ | 4 | 19 | ♒ |
| 1534 | ☾ | 20 | 2 | ♌ |
| 1536 | ☉ | 6 | 16 | ♋ |
| 1536 | ☾ | 15 | 42 | ♊ |
| 1537 | ☾ | 12 | 30 | ♐ |
| 1537 | ☾ | 4 | 31 | ♊ |
| 1538 | ☾ | 2 | 2 | ♐ |
| 1538 | ☾ | 23 | 42 | ♉ |
| 1539 | ☉ | 7 | 25 | ♉ |
| 1540 | ☉ | 26 | 57 | ♈ |
| 1541 | ☾ | 1 | 21 | ♎ |
| 1541 | ☉ | 7 | 20 | ♍ |
| 1542 | ☾ | 20 | 58 | ♍ |
| 1544 | ☾ | 29 | 33 | ♋ |
| 1544 | ☉ | 13 | 56 | ♒ |
| 1544 | ☾ | 21 | 51 | ♑ |
| 1544 | ☾ | 18 | 6 | ♋ |
| 1547 | ☾ | 23 | 10 | ♒ |
| 1547 | ☾ | 14 | 28 | ♉ |
| 1547 | ☉ | 26 | 35 | ♒ |
| 1548 | ☾ | 12 | 25 | ♒ |
| 1551 | ☾ | 11 | 52 | ♍ |
| 1551 | ☉ | 16 | 42 | ♍ |
| 1553 | ☉ | 4 | 21 | ♓ |
| 1553 | ☾ | 10 | 55 | ♒ |
| 1554 | ☾ | 27 | 0 | ♊ |
| 1555 | ☾ | 22 | 57 | ♐ |
| 1556 | ☾ | 5 | 1 | ♊ |
| 1556 | ☉ | 19 | 55 | ♒ |
| 1558 | ☾ | 22 | 44 | ♎ |
| 1558 | ☉ | 7 | 48 | ♉ |
| 1559 | ☾ | 2 | 36 | ♈ |
| 1560 | ☾ | 1 | 54 | ♎ |
| 1560 | ☉ | 7 | 45 | ♍ |
| 1562 | ☾ | 2 | 18 | ♒ |
| 1563 | ☉ | 5 | 50 | ♋ |
| 1563 | ☾ | 22 | 16 | ♑ |
| 1565 | ☾ | 25 | 37 | ♉ |
| 1566 | ☾ | 14 | 52 | ♉ |
| 1567 | ☉ | 28 | 50 | ♈ |
| 1567 | ☾ | 3 | 57 | ♉ |
| 1569 | ☾ | 22 | 48 | ♍ |
| 1570 | ☾ | 12 | 14 | ♍ |
| 1570 | ☾ | 1 | 51 | ♓ |
| 1572 | ☾ | 13 | 32 | ♑ |
| 1573 | ☾ | 27 | 8 | ♊ |
| 1574 | ☉ | 1 | 10 | ♐ |
| 1576 | ☾ | 24 | 34 | ♈ |
| 1577 | ☾ | 22 | 57 | ♎ |
| 1577 | ☾ | 13 | 26 | ♈ |
| 1578 | ☾ | 2 | 20 | ♈ |
| 1580 | ☾ | 21 | 50 | ♌ |
| 1581 | ☾ | 10 | 27 | ♌ |
| 1581 | ☾ | 2 | 43 | ♒ |
| 1582 | ☉ | 7 | 41 | ♋ |
| 1584 | ☉ | 19 | 38 | ♉ |
| 1584 | ☾ | 26 | 0 | ♉ |
| 1387 | ☾ | 23 | 9 | ♓ |
| 1588 | ☾ | 23 | 8 | ♍ |
| 1588 | ☾ | 12 | 30 | ♓ |
| 1589 | ☾ | 2 | 9 | ♓ |
| 1590 | ☉ | 7 | 24 | ♌ |
| 1590 | ☾ | 19 | 30 | ♋ |
| 1591 | ☉ | 26 | 59 | ♋ |
| 1591 | ☾ | 8 | 23 | ♋ |
| 1592 | ☾ | 3 | 15 | ♑ |



Digitized by Google

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 1592 | ☾ | 27 | 30 | ♊ |
| 1593 | ☉ | 8 | 57 | ♊ |
| 1594 | ☾ | 5 | 34 | ♉ |
| 1595 | ☾ | 3 | 35 | ♏ |
| 1595 | ☉ | 9 | 37 | ♎ |
| 1596 | ☾ | 23 | 22 | ♎ |
| 1598 | ☾ | 2 | 53 | ♍ |
| 2568 | ☉ | 17 | 3 | ♓ |
| 1598 | ☾ | 23 | 18 | ♒ |
| 1599 | ☾ | 21 | 33 | ♌ |
| 1600 | ☉ | 18 | 10 | ♋ |
| 1601 | ☾ | 18 | 4 | ♊ |
| 1601 | ☉ | 3 | 14 | ♑ |
| 1602 | ☾ | 13 | 44 | ♐ |
| 1603 | ☾ | 3 | 14 | ♐ |
| 1603 | ☾ | 26 | 8 | ♉ |
| 1605 | ☾ | 14 | 24 | ♎ |
| 1605 | ☾ | 3 | 54 | ♈ |
| 1605 | ☉ | 19 | 10 | ♎ |

*1. Quomodo Generalis vitæ prædictio inſtituenda ſit.*

Loca quæ ſint idonea ad electionem hylegij.

Secundum Ptolemæum ſuperius in præſenti capitulo quærendus eſt vitæ prorogator. Arabes vocant hylech. Loca idonea hylegij ſunt hæc. Prima domus, decima, vndecima, nona, & ſeptima, & quælibet domus ex eis habet 30. gradus, quinque ante initium domus, & 25. gradus proximè cuſpidem domus ſequentes, & id ſummè notandum venit. Omnia enim loca, quæ ſub terra ſunt, probabiliter reiicit, nec probat niſi ea, quæ ſupra terram aſcendunt atque apparent: Imo nec locum ſupra terram aſſumit, qui otioſus dicitur, & aſcēdēs nō intuetur.

Quomodo eligendum ſit Hylech in diurna genitura.

*In diurna natiuitate regulæ.*

Prima. Si Sol in loco idoneo hylegij repertus fuerit, erit hylech.

Secunda. Si Sol non fuerit in loco idoneo, vide Lunam, quæ ſi in idoneo reperta fuerit loco, erit hylech.

Tertia. Si neque Sol, neque Luna fuerit in idoneo loco, accipe planetam plures habentem dignitates eſſentiales, in his locis tribus, videlicet,

| | |
|---|---|
| 1 Coniunctionis ante natiuitatem<br>2 In loco Solis<br>3 In aſcendente | Si talis planeta in loco idoneo fuerit, ipſe erit hylech. |

Quarta. Si talem planetam non inueneris, qui in his dictis tribus locis dignitatem habuerit, & poſſe, tunc vide alium planetam, qui in aliquo dictorum locorum habuerit ad minus tres dignitates eſſentiales, quia ipſe erit hylech.

Quinta. Si nullus eſſet planeta, qui in his locis tres dignitates eſſentiales ad minus haberet, tunc Gradus Aſcendentis eſſet accipiendus pro Hylech.

*In nocturna genitura regulæ.*

Prima. Si Luna reperta fuerit in loco idoneo hylegij, ipſa erit hylech.

Secunda. Si Luna non fuerit in loco idoneo, vide tūc Solē, qui ſi in aſcendente fuerit, ipſe erit Hylech.

Tertia. Si neq; Luna, neque Sol poteſt eſſe Hylech, conſiderandus eſt planeta plures dignitates habens in loco

| | |
|---|---|
| Oppoſitionis præcedentis natiuitatem,<br>In loco Lunæ,<br>In loco patris fortunæ. | Et ſi talis planeta eſſet in loco apto pro Hylech, ipſe erit Hylech. |

Quarta. Si talē planetā nō inueneris, q in his locis dignitatē habuerit, inquire aliquē planetā ad minus in aliquo triū dictorū locorū tres dignitates eſſentiales habētē. Et ſi ī loco idoneo fuerit, ipſe erit Hylech.

Quinta. Si nullus eſſet planeta, qui in his locis tres dignitates eſſentiales haberet, cōſidera ſi natiuitatē p̄ceſſit proximius Cōiunctio: quia tūc accipe gradū aſcēdentis pro Hylech. Si verò Oppoſitio proximius præceſſerit, accipe partem fortunæ pro Hylech.

Hæc opinio Ptolemæi recitata eſt ab Abenragele part. 4. cap. 3. quę confirmata fuit ab Ioāne Hiſpalēſe lib. 1. cap. 6. ab Antonio de Monte vlmo in capitulo de quantitate vitę: ab Ioanne de Monteregio, & finaliter obſeruata eſt à modernis Aſtrologis pro meliori, & veridica.

Confirmauit hanc opinionem eſſe verā Abrahamus Hebræus. Et de hac materia lege Omarē Tiberimū li. 1. q cōuenit cū Ptolemæi opinione, poſtquā recitauit illam Dorochij & aliorū Aſtrologorum.

Nota. Eſt etiā notādū, q ſi Hylech inter mediū cęli & occidētē reperies, videlicet in parte cæli cadēte, dirige retrorſum cōtra ordinē ſignorū, verſus occidentem: ſicut docuit Alchabitius, Ioānes de Saxonia, & Albumaſar in libro introductionū. Quā opinionē dico eſſe Ptolemæi li. 3. ca. 10. vt oſtēſum eſt ſupra.

Abrahamus Iudæus etiam dixit, Si Hylech fuerit in ſeptima, vel nona, retro contra ſucceſsionem ſignorum fiat directio.

Abēragel aūt par. 4. cap. 7. ſic ait, Opinio Ptolemæi, & ei adhærētiū eſt, q ſi quādo fuerit hylech in octaua domo, vel nona, Atazir ſiue eius directio fiat cōtra ordinē ſignorum: quod alij ſapientes non cōcedunt, ſed dirigunt illud directo modo. Quod ego in multis natiuitatibus expertus ſum bonum ſic fore: nam ſæpe rei veritatem ſic inueni. nota

Lucas Gauricus in libro directionum ſuarum regulam dirigendi ſecundum ordinem ſignorum in partem cæli cadentem, veram eſſe confirmauit, cōprobauit, & obſeruauit.

*Aliorum in Hylech eligendo opinio, videlicet Arabum, Aegyptiorum, Græcorum, & Maurorum.*

Arabes facilem rationem tradunt, ſed fortaſſis longius à phyſicis recedentem, qua ſpacium vitæ nati & periodum inquirunt ex ſitu & conditionibus Alchocoden, quem datum Alchocoden vocāt.

Hinc pro Hylech in diurna natiuitate vide primò Solem, qui ſi fuerit in

| | | |
|---|---|---|
| Aſcendente<br>Decima<br>Vndecima | In quouis ſigno, numerando 5. grad. ante & 25. poſt cuſpidem eiuſdem domus, vt ſup. | Erit Hylech. |
| Septima<br>Octaua<br>Nona | In ſigno maſculino tantum, vt Dorochius tenet, qui ſi fuerit in his locis, in ſignis fœmininis, is effœminabitur, & debilitabitur eius fortitudo, erit inæqualis, id eſt intemperatus. | |

Dico

Digitized by Google

Dico autem quod in octaua cæli domo Solem nunquam accipies pro hylech, nec diſpoſitorẽ pro Alchocoden: quia nulla vita, nec tempus ab eorum effectibus deſcendunt in indiuiduas quia in loco mortis, non vita aſſignanda eſt, quanquam reſpicerent aſcendens trino aſpectu. Caſum magnum vitæ eſt partitio octauæ, & nulla ſpes vitæ in ea eſt.

Secundo vide Lunam, quæ ſi fuerit in

| | | | |
|---|---|---|---|
| Aſcendente<br>Secunda<br>Tertia<br>Septima<br>Octaua | In quocunque ſigno vt ſupra numerando. Si extra hæc loca fuerit, & inueniatur in aliquo ex quinque illis gradibus ante gradum | Aſcendentis<br>Decimæ<br>Quartæ<br>Quintæ | In ſigno fœminino, erit Hylech. |

Pro Hylech in nocturna natiuitate vide primò Lunam, quæ ſi fuerit in

| | | |
|---|---|---|
| Aſcendente<br>Decima<br>Vndecima | In quouis ſigno | Erit Hylech. |
| Septima<br>Octaua<br>Nona | In ſigno fœminino tantum | |

Secundò, Solem, qui ſi fuerit in

| | | | |
|---|---|---|---|
| Septima<br>Quarta<br>Quinta | In quouis ſigno. Si extra hæc loca fuerit, & inuenitur in aliquo ex quinque gradibus ante gradũ | Septimæ<br>Quartæ<br>Quintæ | In quocunque ſigno erit Hylech. |
| Aſcendente<br>Secunda | In maſculino. Si extra hæc loca fuerit, & inuenitur in aliquo ex quinque gradibus ante gradum | Aſcendentis<br>Quintæ | In ſigno maſculino, erit Hylech. |

Si neutrum luminare aptum fuerit, & præceſſerit natiuitatem

| | | |
|---|---|---|
| Coniunctio<br>Oppoſitio | accipe gradum | Coniunctionis<br>Oppoſitionis |

ſi in angulo, vel ſuccedẽti fuerit. Si non, accipe gradum Aſcendentis. Sed in hoc genera ſignorum non erunt conſideranda. Hæc ſunt, quæ ſcripſerunt Arabes, & alij Aſtrologi, vt habetur ab Alchabitio diff. 4. ab Abenragele par. 4. cap. 3. à Meſſahala in fine 3. libri, & ab Abohaly cap. 2.

Dubium. Ptolemæus putauit, quòd Sol non ſit Hylech in octaua domo, quia hic locus turbidus eſt, & tenebroſus, & nullum lumen aſcendentis eſt in eo, & laudauit nonum, quia eſt in triplicitate aſcendentis ſibi conſimile, & eiuſdem generis. Eſt quoque locus gaudij Solis, quod eſt fundamentum eius: quumque temperatus fuerit in eo Sol, bona in eo efficietur vita, & durabit, ſi Deus voluerit. Et in hoc cum Ptolemæo conuenerunt omnes Iudæi. Quare ergo omnes Arabes, & Perſæ voluerunt luminaria in octaua domo fore Hylech?

Reſponſio. Contra Ptolemæum dicit Abenragel parte 4. cap. 4. Ego tamen miratus ſum de Ptolemæo quòd non accipit Hylech in octaua domo, licet non aſpiciat, quum ipſe accipiat dominos Hylech non aſpicientes pro Alchocoden, ſimiliter eos qui addunt in vita ſine aſpectu. Hæc videtur à ſe ipſo diſcrepantia, quod miratus ſum, nec aliquem vidi, nec audiui qui contradicat mihi in hoc quod dico de Ptolemæo. Benedictus tamen & laudatus ſit ille, qui eſt cognitor ſecretorum.

### *De Alchocoden.*

Quemadmodum circa Hylech altercati ſunt ſapientes antiqui, ita non minori tumultu, & negotio ſe mutuò exagitarunt in declaratione Alchocoden, dum vnus hanc opinionem ratam voluit, alius aliam. Ptolemæus dicit, quòd Alchocoden eſt planeta habens maius dominium in Hylech, & quod ille planeta qui habet plures dignitates in Hylech, eſt Alchocodẽ, ſiue aſpiciat, ſiue nõ aſpiciat ibi. Dorochius tamen non ponit Alchocoden præter illum, qui habet dominium in Hylech, & qui cũ aſpicit: etiam ponit dominum termini antequam dominum domus, & quàm dominum triplicitatis. Et ſi fuerint duo, tres, vel quatuor qui ibi aſpiciãt, aptior eorum eſt habens ibi plures dignitates.

Iudæi ergo, cum quibus conuenio, dixerũt quod quicũque planeta dignitatem habuerit in loco Hylech, & eundem aſpexerit, is dicitur Alchocoden, vbi ſemper præferendus erit potior in vtroque aſpectu, ſcilicet & dignitate, ſi quando contigerit plures atteſtari. Nota.

| | |
|---|---|
| Sol<br>Luna | cum fuerit Hylech, & fuerit in domicilio proprio, aut exaltatione, erit Hylech & Alchocoden. |

Luna combuſta non erit Hylech.

### *De annis Alchocoden, & de augentibus & minuentibus.*

Magna pars ſapientum dicit, quòd ſi Alchocodẽ fuerit in angulo, dat annos ſuos maiores: & quando in ſuccedenti, dat annos ſuos medios: & quando in cadenti ab angulo, dat annos ſuos minores.

Alia pars ſapientum, quorum vnus eſt Albatæ genus, dicit quod quando Alchocoden fuerit in

| | |
|---|---|
| Aſcendente<br>Medio cæli<br>Vndecima<br>Quinta | & fuerit in dignitatibus ſuis, & in eo quod conuenit ei de maſculinitate, vel fœmininitate, & de diurnitate, vel nocturnitate, & fuerit liber à cõbuſtione, & à retrogradatione, tunc dat annos ſuos maiores. |

Sed ſi fuerit Alchocoden in domo

| | |
|---|---|
| Septima<br>Quarta<br>Nona<br>Tertia | & habuerit bonitates modò dictas, dat annos ſuos medios. |

Sed ſi fuerit Alchocoden in domo

| | |
|---|---|
| Secunda<br>Octaua<br>Sexta<br>Duodecima | & habuerit dignitates modò relatas, tunc dat annos ſuos minores. |

Dicit ergo Abrahamus Iudæus in cap. de Hylegio, quòd ſi Alchocoden eſt aliquis ſuperiorum trium, & occidentalis à Sole, vel aliquis inferiorũ, & orientalis à Sole, annos mediocres vitæ contribuet.

Zehel Alfadal filius dixit quòd quando aliquis planetarum ſuperiorum fuerit Alchocoden, & orientalis cuſtodit annos ſuos maiores.

Alchocoden quando fuerit in domo vndecima, vel quinta, & fuerit ille planeta vnus de tribus ſuperioribus, & orientalis à ſole, vel vnus de tribus inferioribus, & occidentalis à Sole, reputat eum quaſi eſſet in angulo, vitæque nati maximos annorum adſcribet, Abrahami ſententia.

Alchocoden quando fuerit in ſecunda, vel octaua ſiue orientalis, ſiue occidentalis à Sole, adſcribet annos mediocres vitæ. Si verò fuerit in domo caſus in cadenti minimos annorum vitæ ſignificat. Idem.

Alchocoden quando retrogradus fuerit, & inter primam ſtationem, & oppoſitum, deme vnam quintam, reliquum vitæ aſcribens, & hæc eſt ſentẽtia Albumaſaris, de qua Scheden eius diſcipulus in libro ſuo mentionem fecit.

Nota. Vide Aben ra. par. 4. capit. 5.

Inſuper nota, quòd de ſecretis occultis, & ſignis abſconſis huius ſcientiæ eſt, quòd ſi Alchocoden fuerit in gradu decimæ domus, dat annos ſuos maiores, & quando fuerit in gradu vndecimæ domus, dat annos ſuos medios. Etiam quando remoueatur ab vno iſtorum duorum locorum, & vadat ad alium, aſpice quot gradus ſint ab vno ad alium & diuide ſuper eos annos, qui ſunt inter eos annos maiores, & annos medios.

Exemplum huius, ſtatuatur quòd gradus punctus decimæ domus eſt tertius gradus Sagittarij, & Venus Alchocoden in decimotertio gradu Sagittarij: vnde ſi ipſa eſſet in tertio gradu Sagittarij, qui eſt punctus decimæ domus, ſignificat annos ſuos maiores. Et quãdo declinat ab illo pũcto decẽ gradibus, minuemus annos eius medios, qui ſunt quadragintaquinque ab annis eius maioribus, qui ſunt octoginta duo, & remanebunt triginta ſeptem anni. Etiam ſi volueris aſpice cuiuſmodi proportionem habeant illi gradus, quibus declinata eſt Venus à puncto decimæ, ad omnes gradus, qui ſunt à puncto decimæ ad punctum vndecimæ de gradibus æqualibus, qui ſunt triginta, & accipe talẽ partem de differentia annorum, & eam minue ab annis maioribus Veneris, & quod remanet, erit optatum, ſiue datum.

Similiter etiam ſi ipſa declinet à puncto vndecimæ domus verſus duodecimam domum (nam cùm fuerit in puncto vndecimæ domus, ſignificaret annos ſuos medios) minues annos ſuos minores ab annis ſuis mediis, & ſcies differentiam inter eos, & accipies ſimiliter proportionem ab ea ſecũdum gradus declinationis, & eos minues ab annis mediis eiuſdem planetæ, & quod remanet erit ſignificatio veridica: ita vt quando fuerit in puncto duodecimæ domus, erit ſignificatio eius de minoribus annis ſuis.

Practicæ exemplum.

3 ♐ Decima domus.
13 ♐ ♀ Alchocoden.

10 Differentia declinationis, quæ erit ſemper ſecundus numerus.
82 anni maiores. ♀
45 anni mediocres. ♀

37 Differentia annorum inter maiores & medios, quæ erit ſemper numerus tertius.

30 Grad. erit ſemper Diuiſor, qui dicitur numerus primus. Multiplica ergo tertium numerum per ſecundum, & natum ex ea multiplicatione partire in primum, vt exiſtat quartus numerus, videlicet

30 dant 10 quot dant 37?
370
12.10

*Anni quos ſinguli Planetæ cùm Alchocoden ſunt, decernunt in*

| | Angulo Maiores | Succedente Medij | Cadente. Minores. |
|---|---|---|---|
| Saturnus | 57 | 43 — ½ | 30 |
| Iupiter | 79 | 45 — ½ | 12 |
| Mars | 66 | 40 — ½ | 15 |
| Sol | 120 | 69 — ½ | 19 |
| Venus | 82 | 45 | 8 |
| Mercurius | 76 | 48 | 20 |
| Luna | 108 | 66 — ½ | 25 |

Iupiter & Venus quando aſpexerint Alchocodẽ de trino, vel ſextili, vel fuerint corporaliter cũ eo, addunt ei ſecundum numerum annorum ſuorum minorum annos vel menſes, vel dies, vel horas, ſecundum virtutes, vel debilitates eorum.

Saturnus & Mars quando iunguntur corporaliter cum Alchocoden, vel ipſum aſpexerint de oppoſito aut quarta, minuũt ei numerum annorũ ſuorum minorum.

Mercurius quando fuerit cum fortunis addentibus Alchocoden, addit ipſe ſimiliter numerum annorum ſuorum minorum. Et ſi fuerit cum infortunis minuentibus Alchocoden, minuit etiam partem ſuam.

Mars & Saturnus etiam quando aſpexerint Alchocoden de trino à ſignis breuium aſcenſionum: aut de ſextili à ſignis longarum aſcenſionum, minuunt.

Sol etiam addit in trino vel ſextili numerum annorum ſuorum minorum: ſed quando Sol, aut Luna reſpexerit ſuum Alchocoden ex quadrato vel oppoſito, detrahere non debes aliquid de numero annorum ad Alchocoden, ſecundum obſeruationes Iudæorum: nec etiam addere.

Multi Aſtrologi moderni & antiqui inter ſe conferentes dicunt Lunam fortunatam addere numerum annorum ſuorum minorum, quando aſpexerit Alchocoden de trino, vel ſextili aſpectu: in Cauda tamen & Capite Draconis diſſentiunt inter ſe diſcordia magna, quia vnus eorum dicit, quòd ſi Caput fuerit cum Alchocoden, & fuerit inter ipſum, & Alchocoden vſque ad duodecim gradus, addit ei quantum eſt quarta pars annorum, quos ſignificat

ſignificat Alchocoden, & quòd Cauda tantum minuit iſto modo.

Albumaſar diſputans ſuper hoc negotio aduerſatur ſibimetipſi in libro ſuo de Hylech & Alchocoden, vbi dicit quòd caput & Cauda addunt, & minuunt: cùm in libro minori natiuitatum nõ loquatur de eis, nec ipſis attribuat nec additionem, nec minutionem. Rurſus in libro ſuo de Aphoriſmis, dicit quòd nullo modo addunt, nec minuunt.

Ego verò dico quòd Caput & Cauda non addũt nec minuunt, ſed fortificant, & debilitãt, nec aliud faciunt, idque exemplo intelligibilium ſapientum Maſtrorum in Aſtronomia.

Mars ergo & Saturnus, aut Mercurius quando fuerint infortunati, & reſpexerint ex trino vel ſextili Alchocoden, non addunt, neque minuunt numerum annorum ſuorum minorum ad Alchocoden, ſecundum obſeruationes Iudæorum.

Alia eſt opinio Iulij Firmici de quantitate vitæ in lib. 2. cap. 28. ſed quoniam ſibimetipſi contradicit, ideo nõ opus eſt eam declarare. Nam ipſe dixit lib. 4. cap. 12. Solem & Lunam dominium genituræ accipere non poſſe, ſicut cæteros planetas: & hic dicit Solem & Lunam vitæ annos ſignificare. Quare eius opinionem non confirmo ex meis obſeruationibus.

Quæ verò de vitæ ſpatio, & numero annorum nati conſiderationes ſumuntur ex poſitura corporum cæleſtium, & ſi multorum riſu ac cachinnis excipiantur, plerique etiam de ea re prædictiones fieri poſſe negent: tamen veterem hanc eſſe doctrinam ex Ptolemæo, & aliis multò antiquioribus ſcriptoribus apparet, & experientiam reſpondere, ſi quis eam rectè ad vſum accommodet, multorum exemplis veteris, & noſtræ ætatis conſtat. Proinde nos arte, & experientia cõtenti, nihil moramur iſtorum præpoſtera iudicia.

2 *Quomodo ſpecialis prædictio inſtituenda ſit.*

Ptolemæus autem ex directionibus annum colligit, quo natum mors oppreſſura ſit. Ad hoc notandæ ſunt hæ regulæ.

Regulæ Quomodo iuxta Ptolemæũ anni fatales inquirendi ſunt.

1 Dirige aſcendens, pro annis fatalibus, non tantum ad corpora planetarum malignorum, aut eorum inimicos aſpectus, & quæ his accedunt: ſed etiam ad alia loca interficientia, id eſt, ad terminos maleficorum planetarum, vel eorum, qui in octaua domo verſantur, aut eidem imperant.

2 Cum horoſcopus ad aliquem locorum anaræticorũ, ſiue qui interficiunt, pertingit per viam directionis, ille annus plerumque fatalis eſſe ſolet.

3 Loca interficientia ſunt, malefici planetę & eorum hoſtiles radij. Nec tantum malignorum, ſed etiam cuiuſuis alterius planetę radius inimicus interficit, cum occurſus eius directionis, in termino eius planetæ contingit, qui in radice ſignificationem mortis habet.

4 Cùm plures anni fatales eſſe poſſint, ille annus nato erit omnium periculoſiſſimus, in cuius reuolutione promiſſa directionis cognationem habet, cum domo mortis, aut domino eius.

5 Saturni radius ſextilis dexter, & trigonus Martis ſiniſter, in ſignis longarum aſcenſionum quando ſe aſpiciunt æquiparantur malignis aſpectibus interficientibus. Sic coniunctio Solis & Lunę habet vim interficiendi ſi incidat in tempus directionis: Item Antiſcia malignorum planetarum, & cor Leonis.

6 Ptolemæus dicit quòd ſi fuerit aſpectus trinus in ſignis breuium aſceſionum, quæ ſunt Capricornus, Aquarius, Piſces, Aries, Taurus & Gemini, vel ſextilis in ſignis longarũ aſcenſionum, vt ſunt Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpio, & Sagittarius, ſecundum latitudinem terræ, ambo debent, vt aſpectus quartus reputari. Quod ſi fuerit aſpectus quartus in ſignis curtis, debet vt ſextilis cõputari. Quã poſitionem negat Abrahamus Auenaris in libro experimentorum, cum authoritate ſapiẽtum ſuorum temporum: nam ipſe Abrahamus fuit anno à natiuitate Chriſti 1145. tẽpore Alchindi, & Ioãnis Hiſpalenſis, excellentiſſimorum Aſtrologorum.

7 Quando Saturnus aut Mars, vel Mercurius fuerint ſub luce Solis, non abſcindunt vitam, neque infirmitatem aliquam cauſant. Imò Ioannes Hiſpalenſis cap. 11. & 16. lib. 2. & lib. 1. cap. 3. dicit quòd omnis planeta fortunatus vel infortunatus, qui eſt ſub luce Solis, & aſpicit locum ſectionis, neque bonũ neque malum ſignificat: eo quod omnis planeta ſub luce Solis virtute caret.

8 Idem autor cap. 8. lib. 2. dicit, quòd antiqui dixerunt, quod termini planetarum infortunarum vitam ſecabant, ſic etiam fines eorum, & gradus dedecoris cuiuſque planetæ: ſed ipſe experimento depellitur, & cum pertingit aliquis locorum præter eum, à quo vita eſt recepta ad locum ſectionis, infirmitatem leuem facit.

9 Cauda Draconis abſcindet ſuper Lunam: & aliqui antiquorum dixerunt caput Draconis Lunæ idem facere: quod tamen non eſt verum, ſecundũ opinionem Abrahami Auenaris.

10 Gradus orientis vitam corrumpit ſi Luna eſt hylech: ſi gradus orientis eſt hylech, Luna vitam corrumpit. principium quoque quartæ domus, & ſeptimæ domus ſimiliter vitam corrumpit, vt dicitur à Iudæis.

11 Is planeta habet mortis ſignificationem.

1. Qui octauam domum poſſidet, aut eidem imperat.
2. Qui gubernatori octauæ domus iungitur.
3. Qui locum planetæ octauã domum poſſidentis aut eidem dominantis diſponit.

Ex his primus eſt validior, reliqui duo imbecilliores eſſe iudicantur.

12 Ptolemæus inquit, quòd finis ſigni abſcindet vitam: & iſtud nõ eſt verum: quoniam diuiſio circuli eſt in cogitatione, non autem in re.

13 Sciendum quòd aſpectus trinus Solis aut eius ſextilis & ſimiliter omnes aſpectus Iouis, aut Veneris ſiue ſit quartus, aut oppoſitionis, omnes ſaluabunt natum, neque accidet abſciſio: cùm locus vitæ attigerit ad gradum infortunatum vel ad eius aſpectum. & coniunctio Iouis, vel Veneris ſaluabunt, ſi non fuerint combuſti aut retrogradi: quoniam tunc non proderunt, neque ſaluabunt: & eodem modo ſi fuerint in domo ſexta, aut octaua, vel duodecima.

14 Solis coniunctio damnificat ſuper Lunam per ſe, non autem ſuper alia loca vitæ.

15 Mercurius ſi fuerit in ſigno fortunæ, aut in eius



Digitized by Google

aſpectu, aut eius coniunctione, ſaluabit: & ſimiliter eius aſpectus trinus & ſextilis: ſed eius aſpectus quartus, vel oppoſitus non proderit, neq; nocebit.
16 Lunę coniunctio in omnibus directionibus locorum vitæ ſaluabit, niſi tantum in gradu horoſcopi. Et ſimiliter eius aſpectus trinus & ſextilis, quartus & oppoſitus.
17 Sciendum eſt, quòd ſi duo coniungantur aſpectus malorum in vno gradu non abſcindent: quoniam natura vnius eſt contraria naturæ alterius: cauſabunt tamen infirmitatem. Et ſecundum vim naturæ vnius eorum erit natura infirmitatis.

*De anno climacterico.*

Obſeruetur etiam accuratè annus Climactericus. Experientia enim teſtatur, non tantum ipſis diebus criticis, ſed etiam hoc anno ſcalari inſignes fieri mutationes cum totius vitæ, tum etiam valetudinis noſtræ, vt dicit Marſilius Ficinus cap. 20. lib. 2. de triplici vita. Eſt autem κλιμακτηρικὸς, quaſi dicas ſcanſilis annus, periodus annorum, quæ ex ſeptenariis velut per gradus colligitur & aſcendit.

Alias dicitur ἑβδοματικὸς. Huic Medici nonum annumerant annum. vnde ἐννεατικὸς, dicuntur anni, quos nouenarius gignit. Hos annos ex ſeptenario & nouenario conflatos, quibus certis de cauſis virtus in corporibus mouetur, vt ſint quaſi articuli quidam, in quibus ad ſequentis temporis conſecutionem ſeſe inflectat natura, in genere climactericos dicimus. Ac cum tunc ſingulares virtutis corporum motus fiant, hinc exiſtimatum eſt, quòd periculoſi ſint vitæ, & nonnunquam lethalia nocumenta inferant, præſertim cum plures iam dictæ cæleſtes cauſæ concurrunt. Inter hos velut Criticos annos, ſexageſimus tertius ideò eſt periculoſior, quod ſeptenaria & nouenaria mutatio tum cõcurrat, cùm ſepties nouem ſint 63. & ex vtroque genere κλιμακτηρῶν conſtet. Vnde commotionem in corporibus maiorem excitans, Climacter ſenũ appellari ſolet. Inter climactericos & enneaticos periculoſiores ſunt qui per tres hebdomadas annorum aſcendunt, vt ſunt 21, 42. 63. 84. 105.

Cur climacterici vitæ periculoſi eſſe iudicentur.

Climactericus omniũ periculoſiſſimus.

Periculoſiſſimi autem 49. 56. & 63. præſertim ſi malefici ſunt in ſecunda aut octaua cæli domo natiuitatis, aut loca hylegialia ad malos planetas & eorum radios his annis perueniunt.

Quia primus numerus anno 49. cõtinet ſeptem ſeptimanas & ſepties ſeptem annos: In ſecundo 56. concurrunt ſeptimus & octonarius. In vltimo 63. ſeptimus eſt & nonus, climactericus & enneaticus. Nam 63. anni continent in ſe nonies ſeptenarium, aut ſepties nouenarium.

In quo cùm ſeptenaria & nouenaria mutatio cõcurrant commotionem in corporibus maiorẽ fieri neceſſariò arbitrantur, qui naturam aliquanto proprius perueſtigando aſpiciunt. Hicque annus 63. Firmico teſtante, ex hac cauſa Androdas ab AEgyptiis dictus eſt, quòd omnem vitæ ſubſtantiam frãgat, ac debilitet: Multique illuſtres vnico anno perierunt: vt patet per totum hunc librum.

Auguſtus Imperator ad filium ſcribens, Lætare, inquit, mecum fili: tranſgreſſus enim ſum omnibus ſenibus periculoſum annum ſexageſimumtertium. Et ſibi gratulantur de ſuperato hoc ſenum Climactere.

De his autem annorum hebdomadibus & annis climactericis ſcripſêre Plato, Cenſorinus, Gellius, Philo Iudæus, Macrobius, Cicero, Boetius, S. Ambroſius & D. Auguſtinus, Beda, Georgius Valla, & multi recentiores Philoſophi, & docti viri, & nobis in monumentis ſuis reliquêre, hanc obſeruationem nõ eſſe ſuperſtitioſam, ſed vſu & experientia comprobatam.

Cauſas tamen plerique non adferunt, quare annis his certis talia contingant: quanquam enim in eo omnes conſentiunt, quòd ita fieri conſtat, ſed cur id fiat, non addiderunt.

Seneca ſcribit ſe exponere non poſſe per philoſophiam, quare ſeptimus quiſque annus ætati ſignũ imprimat: tamen cũ dies diem, & annus annũ, ætas ætatẽ doceat vt in prouerbio dici ſolet, ſemperq; à poſteris, præceſſorum inuentis aliquid addatur, aut planè nouæ conſiderationes & demonſtrationes inueniantur: Marſilius Ficinus Aſtrologicam huius rei cauſam adfert, quòd ſingulis ſeptem annis ordo planetarum reuertatur ad Saturnũ, ita vt Saturnus ſeptimo anno gubernet mortales, & corũ corpora.

Capit. 20. lib. 2. de tu end. ſanit.

Nonnulli alij numeris his tantam vim tribuunt, cùm ſeptenarius ſit plenus, & diuidi poſſit, vt nullus alius primò in vnionem & ſenarium, deinde binarium & quincuncem, poſtremò in ternionem & quaternionem, & ex variis figuris compoſitus, multas formas admittat. Quæ quanquam bene excogitata ſunt: nihilominus Henrici Rantzonij opinio multum mihi ſatisfacit. Et adfert rationem, quæ talis eſt. Quia Saturnus eſt peregrinus & interfector mortalium, & quod ſingulis ferè ſeptem annis ad quadratum loci: aut ſi minus, ad contrarium naturæ ſigni, vnde egreſſus eſt, peruenit. Et quemadmodum Luna, quæ nobis proxima eſt, & motu celerrima, ferè ſeptimo quoque die in contrarium ſignũ eius naturæ, vnde eſt egreſſa, progreditur, & inde criticos producit dies, qui in morbis vel ad ſalutẽ vel ad mortem, vehementem adducunt mutationem: ita Saturnum, qui motu eſt tardiſsimus, & tot annos ferè, quot diebus Luna in vno ſigno cõmoratur: hos periculoſos annos, ac climactericos operatur & has mutationes humorum cauſatur, cùm in generalibus temporum decretis Saturnus nõ parum momenti habeat, quemadmodum Luna in diebus, ſecundum Ptolemæum.

Adiuuant illum & cæteri planetæ, propterea quòd hi ſingulis ſeptem annis vnà cum horoſcopi profectione ad oppoſitum quadratumue ſigni, aut ad ſeptimam, octauam, & duodecimam domum alicuius natiuitatis perueniunt: quæ ſunt loca aduerſa, infortunata & formidoloſa bonis & vitæ hominum, & quod ſemper ſeptimo quoque anno horoſcopus & planetę omnes perueniunt profectione ad ſeptimam domum aut ſignum oppoſitum, in quo vltimo præterlapſo ſeptenario anno fuerũt. Qui locus eſt oppoſitus naturæ contrarius, & ſemper aduerſus: ita vt ſic planetæ, & horoſcopus vnà cum Saturno frangant, debilitent, & opprimant naturam & vitam his temporibus ex commotione & alteratione humorum.

Addo & hanc cauſam, vt ſeptimo aut nono mẽſe nati iuſtam vitæ perfectionem obtinent: ita cõtingere quoque vt vita plurimorum hominum ad climact

Digitized by Google

climactericos vſque annos in quibus ſeptenarius numerus, nouenariuſque in ſeſe quaſi in circulum recurrunt, producatur, ibiq; abſoluatur & finiatur.

Et cum Selneccerus climactericos annos in ætate hominis pulchrè verſibus deſcripſerit, etiam illos huic tractatui inſerere libuit.

7. Infans ſeptenos poſtquam cōpleuerit annos,
Producti dentes, murus & oris erunt.
14. Poſt ſeptē alios DEVS hinc cōceſſerit annos,
Fit pubes, nato ſemine nomen habens.
21. Eſt iuuenis cùm ſeptem alios cōceſſerit annos
Et lanugo genas primaque barba tegit.
28. His addas ſeptem virtutis nomine clarus
Eſt vir, & hæc ætas optima robur habet.
35. Adiicias alios ſeptem, volet eſſe maritus,
Et memor arcanæ poſteritatis erit.
42. His alios iungas ſeptem, prudentia pectus
Ornabit ſtudium nec leuitatis erit.
49. Annumeres ſeptē, grauitas erit inclyta linguę:
56. Septem alios, linguæ congruit ingenium.
63. Additur his nonus cum ſeptenarius ipſe eſt
Perfectus, vires ſed animis interimit:
Scilicet his annis multi periere duobus,
Quorum laus celebris Marte togaq; fuit.
Hi quoq; nunc variis fortunæ caſibus anni
Subiiciunt multos exitiumq; ferunt.
70. Accedant alij ſeptem, mors dura vocabit
Ad tumulum feſſos decrepitoſque ſenes.

Thales Mileſius ex ſeptem ſapientibus Græciæ anno 70. mortuus eſt, cùm certamen gymnicum ſpectaret, æſtu ſcilicet ac ſiti & infirmitate fatigat'.

Pyttacus Mitylenæus ex ſeptem ſapientibus vixit annos 70.

Cleobulus Lydius inter ſeptem Græciæ ſapiētes numeratus, deceſsit anno ætatis 70.

Philippomenes exulum dux Meſsinēſium ab iis à quibus captus eſt, veneno eſt quoque interfectus anno 70.

Ennius Poeta 70. anno moritur.

Annibal Carthaginienſis veneno ſumpto periit cùm à Romanis obſeſſus eſſet anno 70.

Flauius Veſpaſianus Auguſtus ad imperiū poſt familiam Iuliorum peruenit, cùm Vitellium per ſuos viciſſet. Natus eſt poſt Chriſti natalem anno 11. iuxta occaſum ſolis: diſceſsit teſte Euſebio anno ætatis 70.

Antoninus Cæſar mortuus eſt cùm triduo annū ex eſu caſei Aſpini in febrim incidiſſet 70. anno.

Aelius Publicus Pertinax crudeliter à ſuis militibus interfectus anno ætatis 70.

Publius Licinius Valerianus imperator in igno miniosa captiuitate mortem cum vita commutauit anno 70.

Origenes mortuus eſt anno 70.

Sanctus Thomas Aquinas obiit anno Chriſti 1270. anno ætatis 70.

Conſtantinus nonus imperator obiit anno 70.

Edoardus primus rex Anglię mortuus anno 70.

Franciſcus Petrarcha obiit anno 70.

Nunc adiectæ ſunt hic duæ tabulæ annorum climactericorum & enneaticorum, quæ ſunt collectæ ex 7. & 9. numero, ex quibus videre licet ad quos aſpectus & domos horoſcopus & cæteri planetæ profectione his annis perueniunt.

| Numerus. | Anni climacterici. | Aſpect' in profectione. | |
|---|---|---|---|
| 1 | 7 | ☍ | 7. dom. |
| 2 | 14 | | 2. dom. |
| 3 | 21 | △ | 9. dom. |
| 4 | 28 | □ | 4. dom. |
| 5 | 35 | ✱ | 11. dom. |
| 6 | 42 | | 6. dom. |
| 7 | 49 | ☌ | 1. dom. |
| 8 | 56 | | 8. dom. |
| 9 | 63 | ✱ | 3. dom. |
| 10 | 70 | □ | 10. dom. |
| 11 | 77 | △ | 5. dom. |
| 12 | 84 | | 12. dom. |
| 13 | 91 | ☍ | 7. dom. |

| Numerus. | Anni enneatici. | Aſpect' ꝑ ꝓfectioné. | |
|---|---|---|---|
| 1 | 9 | △ | 9. dom. |
| 2 | 18 | | 6. dom. |
| 3 | 27 | ✱ | 3. dom. |
| 4 | 36 | | 12. dom. |
| 5 | 45 | △ | 9. dom. |
| 6 | 54 | | 6. dom. |
| 7 | 63 | ✱ | 3. dom. |
| 8 | 72 | | 12. dom. |
| 9 | 81 | △ | 9. dom. |
| 10 | 90 | | 6. dom. |



Digitized by Google

*Secunda pars.*

Nota. Vide ſuperius cap. 9.

An natus victurus & nutriendus, & ad ſenectutem perueniturus ſit.

Vide locum Lunæ hora natiuitatis, & illi gradui in quo ipſa fuerit, adde 26. gradus, & aſpice quis aſpiciat gradū ſuum, & in quo termino cadat, quia ſi fuerit in termino fortunæ, & aſpexerit ibi fortuna, ſignificat bonam nutritionem, & maximè ſi terminus ille fuerit fortunæ potentis.

Luna cùm fuerit cum Sole in eadem parte, & ambo fuerint in quadrato vel oppoſito Saturni, natus non nutrietur.

Luna ſi fuerit in Ariete in oppoſito Martis partiliter, vix nutrietur.

Luna cùm inter ambas infortunas fuerit cadens, vel in ſigno maſculino, nunquam aut vix nutrietur.

Luna ſi fuerit infortunata in aſcendente, nutritionem non ſignificat: ſi verò fuerit infortunata in ſeptima domo, & ſine aſpectu fortunæ, ſignificat quòd ille natus non nutrietur. & quando fuerit in quarta domo iuncta corporaliter cum infortunio, aut de quadrata raditione aut oppoſitione, ſignificat, quòd non nutrietur.

Venus & Mercurius ſi iuncti fuerint in vno gradu in aſcendente, ſignificāt quòd natus non viuet, quia cōtrarij ſunt ambo, nec iūgi poſſunt in bono.

Sol ſi fuerit in ſeptima domo infortunatus, ſignificat quòd natus non nutrietur.

Almuten natiuitatis ſi fuerit infortunatus & cadens ab angulis exiſtentibus inter eum & infortunium aliquibus gradibus, ſignificat quòd natus viuet, & durabit ſecundū quātitatē illorum graduū.

Gradus aſcendentis & luminare temporis ſi male affecti fuerint, ſignificant, quòd natus nō nutrietur, niſi domini triplicitatis fuerint ſalui, & in angulis firmis.

Dominus aſcēdentis ſi fuerit cōbuſtus, nō ſignificat nutritionē, & maximè ſi aſcendens fuerit Capricorn⁹, vel ſi cōbuſtio illa fuerit in octaua domo.

Quatuor, vel quinque planetæ in aſcendēte alicuius nati ſi iuncti fuerint, natus ille non viuet.

Cùmque ambæ infortunæ fuerint in aſcendente, & luminaria cadentia ambo ab angulis, natus non nutrietur.

Quibuſcunque planeta nullus eſt ſupra terram, nec in prima hora ortus ſui: non ſolum longam habere vitam, ſed egregium aliquid perficere, eſt impoſſibile.

Vitæ validæ ſunt, quibuſcunque Aries vel Leo aſcendit, & Sol fuerit in nona, decima, vndecima, vel ſeptima domo: aut Taurus vel Cancer & Luna fuerit in his domibus ſupradictis.

Sol & Luna poſt Deum, omnium viuentium vita ſunt. Hermetis Aphor. primo.

Vita omnium animantium eſt ſecundum gradū Solis & Lunæ. Almanſoris prop. 104.

Sol eſt vita animalis. Vnde quando in natiuitatibus diurnis aſpexerit aſcendens alicuius nati, ille natus viuere debet. Sētētia Abenragelis part. 4. c. 5.

Omnes natiuitates diurnæ confortātur per Solem, quando idem configuratur beneuolis: nocturnæ verò per Lunam, quando ipſa aſpicitur à beneuolis: & hoc ſi non fuerit, ſi tamen fuerint boni planetæ in angulis, ſic natiuitas eſt fortunata. Hermetis Aphoriſm. ſecundo.

Primus dominus triplicitatis aſcendentis ſi fuerit fortuna in aſcendente, aut in decima domo, in domo vel exaltatione ſua, aut in aliqua dignitatū ſuarum fortunis aſpicientibus, & recipientibus eū, ſignificat bonam nutritionem, longam vitam, corporis ſanitatem, & quòd ad ſenectutem perueniet: ſi verò fuerit peregrinus & infortunatus, & cadēs, malam nutritionem, & modicam vitam ſignificat, & quòd in hoc mūdo niſi modicum durabit. Abenrag. par. 4. cap. 9. parag. De ſignificationibus, &c.

Pars fortunæ ſi fuerit ſalua, & extra radios Solis, & dominus eius ſimiliter, ſignificat quòd natus erit ſanus, & bonam nutritionem habebit, & longam vitam. Sed ſi fuerit infortunata ſub radiis Solis, ſignificat quòd natus erit miſer, & in mala nutritione.

Pars vitæ quæ accipitur in die à Ioue in Saturnū, nocte è contra, & proiicitur ab aſcendente: ſi fuerit ſalua, & exta radios Solis in bono ſtatu, ſignificat longam vitam, ſalutem corporis, & hilaritatem ſpiritus. Sed ſi fuerit in diuerſo ſtatu à iam dicto, contrarium ſignificat. Hæc dicit Albumaſar in ſuo introductorio, diff. 8. in ratione primæ domus.

Pars hylech ſi fuerit in ſignis maſculinis & ſub radiis Solis, ſignificat quòd natus breuē habebit vitam. Quæ pars accipitur in die ac nocte à gradu coniunctionis, vel oppoſitionis præcedentis natiuitatem, in gradum Lunæ, & proiicitur ab aſcendente. Idem Albumaſar.

Luna ſi fuerit in aſcendente fortunata in domo, vel exaltatione ſua, eſt bona ſignificatio, quia dat fortunam, & ſanitatem corporis, & longam vitam: tamen ſi fuerit ibi in diuerſo ſtatu à iam dicto, eſt mala ſignificatio.

Secundum ſtatum Lunæ, & dominum eius iudica ſtatum vitæ, & ſecundum eos planetas, quibus Luna iungitur. Leopoldus in tract. 7.

Luna lumine creſcens ſi iuncta fuerit corporaliter cum Marte, maximè in Ariete, ſignificat breuem vitam.

Iupiter vel Venus ſi fuerit in octaua domo, fortis, & liber à radiis infortunarum, natus erit fortunatus & laudatus, & viuet annos ſeptuaginta duos. Abenragel particula quinta, cap. 7.

Aſcendens ſi fuerit Aries, aut Gemini, & Luna fuerit in eis infortunata, ſignificat quòd natus longam vitam habebit in anxietate & miſeria.

Dominus aſcendentis & dominus partis fortunæ ſi fuerit ſub radiis, modicam vitam viuet.

In aſcendente ſi fuerit fortuna, vel ambæ, aut in aliquo angulorum, ſignificat nato vitam longam & bonam nutritionem. Sed ſi fuerit infortuna in aſcēdente, aut in aliquo angulorum, ſignificat contrarium eius quod diximus de fortunis, ſcilicet malignitatem nutritionis & modicam vitam.

Dominus triplicitatis aſcendentis ſi fuerit in tertia domo, infortunatus à quouis planeta, ſignificat breuem vitam, niſi dominus triplicitatis fuerit Luna, quoniam Luna fortis eſt in tertia domo propter gaudium ſuum.

Luminaria vtraque, præſertim non coniuncta, aut oppoſita, & præcipuè id quod dignitatem habet apheticam (Sol in diurna genitura, aut Luna in nocturna) vel in decima, vel horoſcopo, vel vndecima, ſeptima, aut nona, itē gradus aſcendentis, partis

For-

Digitized by Google

Fortunæ,& domini horũ ſignificatorum, cùm ſunt maxima ex parte potentes,id eſt cum ſuis dignitatibus eſſentialibus,vt puta,domo, exaltatione, aut triplicitate,vel in receptionibus mutuis harum,vel in domibus ac terminis beneficorum,& ab hoſtilibus radiis maleficorum liberi,& in beneficorum aſpectibus conſtituti, longam vitam & vitalem virtutem robuſtam, nec variis morbis obnoxiam decernunt. Cùm contrario modo diſpoſiti ſunt ſignificatores vitæ, debilem & breuem vitam, multis morbis obnoxiam decernunt.

Quando directio horoſcopi tempore editi infantis, eſt in termino malefici planetæ, aut in termino domini mortis(vt tamen ille ſit in figura natiuitatis debilis)aut ſub maligno aſpectu planetæ, qui vim interficiendi,& cum domo mortis cognationem habet,natus non nutrietur. Notab. aphoriſm.




*Alberti Ducis Boruſsiæ Natiuitas.*

EXEMPLVM vitæ lõgæuæ præbet conſtitutio ſiderum illuſt. principis Alberti Ducis Boruſsiæ. Is natus eſt anno Chriſti 1490. die 16. Maij hora 22. min. 57. poſt meridiẽ. Onol. Habet ad hoc momentum genituræ Solem in medio cæli potentiſsimum,coniunctum cùm benefica Venere,& Stella fixa regia ac capiti Draconis Lunæ, liberũq; à maleficorum terminis& radiis. Lunam verò in Tauro ſuæ exaltationis ſigno,& in nona domo,cui minus poteſt nocere coniunctio Martis propter Mercurium interpoſitum qui naturam beneficæ Veneris propter receptionem ex domiciliis accipit. Deinde quia Luna,à Marte ſeparatur,& recta ad corpus Iouis defluit, Horoſcopus quoq; liber eſt à maleficorũ radiis & fortis. Nã quadratus Martis Horoſcopũ cõtingere non poteſt. Domin⁹ quoq; horoſcopi & partis fortunæ,& Sol potẽs & fortunatus eſt. Cùm igitur ſignificatores vitæ, maxima ex parte potentes ſint & fortunati, lõgam vitam, & ſenectutem rebus gerendis aptam, huic principi decernũt. Moritur anno 1569. die 20. Martij, anno ætatis 78. completo, in quo tempore per directionem venit Sol Hilech ad quadratum & Antiſcium Lunæ.




*Henrici Iunioris Ducis Brũſuicenſis Natiuitas.*

SIMILIS eſt conſtitutio in geneſi Henrici Ducis Brunſuicenſis. Is natus eſt, vt aliqui opinantur anno Chriſti 1489. die 10. Nouẽbris ho. 18. min. 9. poſt meridiem, horoſcopante ſigno Scorpij in decimo gradu. Hic etſi vtraq; luminaria in aſcendentẽ coniuncta habuit, tamẽ partilis tantum fuit. Coniunctio, & Luna libera eſt à Cõbuſtione & radiis Solis, bene affecta, ſimulque Veneris ſextili fouetur ita vt ſit fortior quam debilior. Deinde radij Martis quadrati nõ affligũt ipſam, cũ ſint plactici extra orbis medietatem. Sol quoque in Scorpio fortis eſt, ac fortunatus,& ob receptionem mutuam ex domiciliis in angulo orientis & cuſpide regali. Nec quadratus Martis in progãda vita multũ detrahere poteſt, ſed potius alia pericula in vita, captiuitatẽ &c. decernit. Moritur in arce Vulfebitel anno 1568. vixit annos 79.



Digitized by Google

*Franciſci Petrarchæ Florentini Natiuitas.*

Franciscvs Petrarcha, vir doctiſsimus, & poëta egregius, nat9 eſt anno Chriſti 1304. die 19. Iulij hora 16. min. 20. poſt meridiem. Habuit Solē in Leone in proprio domicilio, & horoſcopo, nullo maleficorum radio afflictum: Lunam in Piſcibus in triplicitatis participatione fortem & benè affectā, horoſcopum in termino Iouis, nec à maleficis impeditum: Sol dominū horoſcopi potentem, & ibidem conſtitutum fortiter. Hi vitæ ſignificatores, cum omnes ſint potentes, & fortunati, longam vitam decernūt, quam ad 70. annum produxit. Nam mortuus eſt anno 1374. die 18. Iulij, in Arqua, quod oppidum eſt in agro Patauino.




*Ioachimi ſecundi Ioachimi primi Filij Electoris Natiuitas.*

Illvsriſsimvs princeps Elector Ioachimus ſecundus Marchio Brandeburgenſis placidè hinc emigrauit anno 1571. die 3. Ianuarij circa quintā horā anno ætatis ſuæ ferè exacto 66. & factus fuit Elector anno 1535.

*Latitudines planetarum.*

♄ 0. 20. Sept. Aſc.
♃ 0. 54. Sept. Aſc.
♂ 0. 3. Mer. Deſc.
☉ 0. 0.
♀ 1. 11. Mer. Deſc.
☿ 0. 58. Mer. Deſc.
☽ 0. 27. Sep. Aſc.




Ioannis

*Ioannis Marchionis Brandeburg. Natiuitas.*

IOANNES Marchio Brandeburgenſis obiit idibus Ianuarij 1571. mane inter. 5. & 6. horam, & anno ætatis ſuę currente octauo & quinquageſimo.

*Latitudines planetarum.*

♄ 2. 15. Sep. Deſc.

♃ 1. 36. Mer. Deſc.

♂ 0. 6. Sep. Aſc.

☉ 0. 0.

♀ 4. 33. Mer. Deſc.

☿ 0. 50. Sep. Aſc.

☽ 0. 4. Mer. Aſc.




*Auguſti Ducis Saxoniæ & Electoris Natiuitas.*

ILLVSTRISSIMVS princeps Elector Saxoniæ Auguſtus adhuc viuit, qui celebrauit nuptias cum Chriſtiani Daniæ regis filia Torgæ, anno 1548. Die 14. Octobris.

*Latitudines planetarum.*

♄ 2. 45. Mer. Deſc.

♃ 0. 49. Mer. Deſc.

♂ 0. 13. Sep. Aſc.

☉ 0. 0.

♀ 0. 51. Mer. Aſc.

☿ 0. 36. Sep. Aſc.

☽ 4. 5. Mer. Aſc.






Digitized by Google

*Pauli 3. Pontificis ſummi Natiuitas.*




Similes ſignificationes vitæ longæuæ videant ſtudioſi in Natiuitate Pauli 3. ſummi pontificis, qui mortuus eſt 81. anno ætatis ſuę. Obiit 1549. die 10. Nouẽbris ob repentinũ diſceſſum Octauij Nepotis iſalutato Auo. ſanguis enim aſcenſus circa cor, ipſum ſummum Pontificem repente peremit. vt inſinuat horoſcopus ad terminos Martis per directionem: Nam omnes planetæ ſunt ſub terra, & luminaria non habent autoritatem ſignificandi vitam: Quare horoſcopus erit Hylech, qui peruenit in anno 81. ad terminos Saturni. Quapropter mortuus eſt ex ſupradicto accidente.

*Chriſtierni Regis Daniæ Natiuitas.*




In geneſi Chriſtierni regis Daniæ ſunt ſimiles conſtellationes. Nam decem annos vixit in exilio. Captus, annis 27. in cuſtodia habitus, emigrauit ex hac vita anno ætatis 78. anno Chriſti 1559. Die 24. Ianuarij, poſt obitũ Chriſtiani regis. Quare hoc accideret, dicemus infra in capitulo de Carceribus, qui in ordine erit 13. & ſecundum Ptolemæum 8. caput lib. 4.

Chriſtiani

*Chriſtiani Regis Daniæ Natiuitas:*

Christianvs Friderici filius Rex Daniæ moritur anno 1559. die primo Ianuarij: anno ætatis ſuæ 56. Hic habuit quinque planetas in ſuis domiciliis, & exaltationibus. Talis conſtitutio, vt Aſtrologi opinantur, portendit maximam felicitatē, ſplendidam & illuſtrem fortunam: ſicut habuit ipſe Rex. Verum Mars in vndecima cæli domo dedit inimicitias cum amicis, & deſtruxit plurimas eius fiducias. Iupiter autem in duodecimo cæli loco dedit ei moleſtias à viris magnis, & potentibus: ſed Sol in ſecunda cæli domo fecit eum valde ſplēdidum & diuitem.




*Puellæ cuiuſdam Natiuitas.*

Exemplvm genituræ, in qua ſignificationes vitæ ſunt valde debiles. In hac genitura eſt coniunctio partilis duorum maleficorum planetarum, & interueniente Venere, plactica coniunctio Lunæ & Solis. Hæc puella ab anno ætatis 14. vel ſecundo climacterico, vſque ad annum ætatis 28. vel quartum climactericū ſæpe ſpaſmo, & Epilepſia, aliiſque ſæuiſſimis laborauit morbis.

*Latitudines planetarum.*

♄ -2. 55. Sep. Aſc.

♃ 1. 51. Sep. Deſc.

♂ 0. 35. Sep. Deſc.

☉ 0. 0.

♀ 4. 30. Sep. Aſc.

☿ 1. 47. Sep. Aſc.

☽ 4. 55. Sep. Deſc.






Digitized by Google

*Puellæ cuiuſdam Natiuitas.*

Alivd exemplum puellæ, quæ miſerrimè periit: nam mortua eſt ex incendio, prunis incidentibus in ſinu puellæ abſentibus parentibus die Mercurij poſt aſcenſionis domini feſtiuitatem, anno 1567. circa horam ſecundam vel tertiam poſt meridiem. Altera die Veneris mortua eſt mane circa horam ſeptimam.




*Antiſcia planetarum*

♄ 2. 24. ♊

♃ 29. 30. ♉

♂ 5. 57. ♌

☉ 4. 8. ♒

♀ 21. 28. ♎

☿ 29. 48. ♎

☽ 29. 30. ♈

*Thema cæli Dominici Grimani Veneti Cardinalis.*




Dominicvs Grimanus Venetus Cardinalis obiit morte glorioſa anno 64. Menſe. 5. ex directione horoſcopi ad imum cęli. Fuit enim philoſophus eminentiſſimus, perſpicaciſſimus, & theologus doctiſſimus, in eloquio humaniſſimus, proceræ ſtaturæ, ſed bene proportionatus, in facie palidus, rarò viſus fuit ridere, melancholicus, cogitabundus. Bibliothecam diui Antonij Venetiis exornauit infinita propemodum librorum cōpia in qualibet ſcientia, reliquit etiam nepotibus maximam copiam & congeriem numiſmatū auri, argenti & metallorum, in quibus erant impreſſæ imagines Imperatorum, Regum, & illuſtrium virorum.



Digitized by Google

*Thema cæli Ennij Verulani Natiuitas.*




ENNIVS Verulanus de Bauco Cardinalis Albanenſis vixit annos 82. Menſes 9. & obiit Romæ in mole Adriani. Nam Hylech huius Natiuitatis fuit Sol, qui peruenit ad eius quadratũ. in anno currente 83. Hæc natiuitas eſt admodum admirabilis propter Martem in octaua cæli domo, qui quadrãgulabatur Soli in ſigno violento, qui erat cõiunctus Saturno, qui ſignificabant mortem violentam: Et Luna in ſeptima cæli domo denunciabat multas infelicitates. nihilominus propter Mercuriũ dominum horoſcopi in regia domo benè conſtitutum Iulius ſecundus pontifex maximus fecit eum Epiſcopum, & miſit eum legatum ad Heluetios, quos ſua eloquentia irritauit contra Gallos, & Iacobum Triuulcium ductorem exercitus Regis Francorum decẽ & octo milium ex illis Heluetiis, qui profligarunt milites ſingulos Gallorum. Et anno 1536. die 22. Decembris, Paulus 3. Pontifex max. donauit eum galero rubro, ſeu Cardinco.

*Thema cæli Iacobi Sadoleti Cardinalis.*




IACOBVS Sadoletus Mutinenſis vir doctiſſimus Theologus, & philoſophus egregius obiit anno ætatis ſuæ 69. ex horoſcopi directione ad quartam domũ. Et quamuis Sol eſſet Hylech in hac Natiuitate, nihilominus horoſcopus ſemper eſt ſignificator vitę. Quare hac auctoritatem accepit, vt ſæpe ſæpius obſeruaui in multis natiuitatibus. verum Mercurius dominus horoſcopi erat infortunatus à Marte, qui ſignificabat paucitatem vitę. Quare laborauit febre, & ventris profluuio anno ætatis ſuæ 59. Deinde factus eſt Eccleſiæ Cardinalis. Fuitque vir ſummæ probitatis, & eloquentiſſimus, & ſecretarius Leonis X.



Digitized by Google

*Thema cæli Pauli 4. Pontificis maximi.*

Pavlvs 4. Pōtifex maximus vixit annos 83. completos: vt oſtendit horoſcopus Hylech ad corpus Saturni. Fuit enim nobiliſſimus patritius Neapolitanus de Caraphis, vir Græcè, & Latinè doctiſſimus, facundus, elegāti eloquio, religioſus, macie cōfectus, & incuruus ob ſenium. In prima ætate perpeſſus fuit in capite duas cicatrices, vti docuit Ptolemæus inquiens, Quicunque habuerit Martem in horoſcopo, vt hic, omnino habebit inſignē in facie cicatricem. Anno 1536. à Paulo 3. pontifice Max. creatus eſt Cardinalis. ſed anno 1555. factus eſt Pontifex Maximus.




*Thema cæli Ioannis Aluari Cardinalis Hiſpan:*

Frater Ioannes Aluarus, de Toleto, fili' Ducis Albari Sacri ordinis prædicatorum, Epiſcopus Burgenſis, qui factus eſt deinde Archiepiſcopus Compoſtellanus, & presbyter Cardinalis tituli S. Clementis: quiquidē galerum rubeum à Paulo 3. Pōtifice maximo recepit anno 1538. Sed obiit anno ætatis ſuæ currēte 73. vti docet horoſcopus (qui erat Hylech) ad Saturni diametrum. Iupiter ergo in horoſcopo ei promittebat vitam longā: quamuis Saturnus ex quadrato aſpectu eum reſpexiſſet, imo Luna domina temporis à Marte infortunium patiebatur ex tetragona radiatione: nihilomin' habebat in ſua geneſi Martem dominum primum triplicitatis horoſcopi benè affectum, qui ſignificabat ei vitam longam. Quare peruenit vſque ad annum 73. currentem.




Thema

*Thema cæli Ioannis Cardinalis de Saluiatis Florentini.*

IOANNES de Saluiatis Florentinus Epiſcopus Cardinalis Portuenſis & S. Rufinæ, oẽs planetas habet ſub terra. quos quidem vitam ſignificare, Claudius Ptolemæus neutiquam approbare videtur. Ego autẽ id in natiuitate Pauli 3. põtificis Maximi, & in multis aliis genituris experientia compertum habui fuiſſe longioris vitæ illos, qui habuerunt in ſuis genituris oẽs planetas ſub terra, quam qui ſupra terram. Erit ergo horoſcopus Hylech, qui in anno 64. peruenit ad Saturni quadratum: qui terminauit eius vitã. Anno igitur 1553. quinto Calendas Nouẽbris Rauẽnæ obiit: & Cadauer Ferrariam portatum in Sacrario Eccleſiæ cathedralis ſepultum eſt. Fuit autem ditiſsimus atque locupletiſsimus, rerum cæleſtium, & philoſophiæ non ignarus, altæ ſtaturæ, pinguis, bene tamen proportionatus, ſed cæcutiens.




*Thema cæli Nicolai de Gadis Florentini Cardinalis.*

NICOLAVS de Gadis Florentinus à Clemente 7. Põtifice Maximo creatus fuit Cardinalis tit. S. Mariæ in via latea anno 1527. Et in depopulatione Romæ facta à Duce Borbonio cõtulit ſe in Galliam, vbi manſit pleroſq; annos apud regem Franciſcum. A quo multa habuit beneficia magni prouentus, literarum non ignarus, latino ſermone ſuos conceptus eleganter enunciauit: verum anno 1552. & ſuę ætatis 62. obiit Florentiæ 13. Calendas Martij, ibique ſepultus eſt. Et quãuis omnes planetas habuiſſet ſub terra præter Saturnum: veruntamẽ Iupiter cum Mercurio erant in horoſcopo, qui longitudinem vitæ ei ſignificabant, & ad decrepitam ætatem peruentum oſtendebant, ſcilicet ad annos 68. currẽtes: quoniam ad tempus hoc directio horoſcopi peruenire videbatur ad cuſpidem




quartæ domus quæ interficit vt dicunt Iudæi. Sed Ptolemęus accipit in hac natiuitate Iouem pro Hylech. vnde in anno ætatis ſuæ 62. peruenit per directionem ad Saturni diametrum: quæ regula me fefellit in natiuitate Caroli 9. Regis Gallorum. Quare iudicio eam relinquo Lectoris.



Digitized by Google

### *Thema cæli Nicolai de Rodulphis Cardinalis Forentini.*




In hac Nicolai natiuitate Lunā & Solem reperio infortunatos eſſe à Marte ex quadrato aſpectu, qui etiam horoſcopum offendebat ex diametro. quare natiuitatem hanc dicimus fuiſſe debilem, & non multum potentem pro vitæ longitudine: imo Venus domina triangularitatis horoſcopi ſub radiis Solis reperiebatur, quæ vitæ breuitatem oſtendebat. Quapropter anno 1550. Calend. Februarij obiit, ſuæ verò ætatis 49. hebdomatico, ſiue climacterico ex directione horoſcopi ad oppoſitū Saturni qui erat interfector propter præſentiam ſuam in octaua cæli domo: Et quāuis Sol ſupra terrā in nona cæli domo accepiſſet dominū pro vitæ ſignificatione, vt eſſe Hylech, tamen tūc temporis Sol per directionē venit ad Martis terminos. Quare mortuus eſt: verū nō fuit literarū ignarꝰ, & delectabatur in ſuis ædibus habere viros doctos, erat tamen luſcus, ex Luna ad tetragonum Martis Sphærali vulnerata. Fuit vir cholericus, intrepidus, & magnæ motionis: ſed ſtabilis & firmus in ſuis opinionibus, vt inſinuat Luna in ſigno fixo.

### *Thema cæli Franciſci Philelphi Florentini.*




Sol in horoſcopo in hac geneſi ſignificationē vitæ accipit, ideo dicimus eum fuiſſe Hylech, qui in anno 82. currente per directionem venit ad Martis tetragonum: quare mortuus eſt. Obiit ergo anno ætatis ſuæ 81. menſe 8. die 12. Verum longitudinem vitæ ſignificat Sol coniunctus Ioui dominus horoſcopi & triāgularitatis in linea horizontali inuentus, & bene affectus. Quapropter dixerunt Arabes, vitæ validæ ſunt, quibuſcunque Leo aſcendit, & Sol fuerit in horoſcopo. Luna autem cum ſit cum Saturno in quinta cæli domo, nihilominus ab eo ſeparata eſt: & ideo bene affecta. Item, Mercurius in ſua altitudine & domicilio Veneris hexagona radiatione plactica irroratus effecit eum oratorem facundiſsimum, & Poëtā egregium, & in vtraque lingua celeberrimum.



Digitized by Google

*Thema cæli Michaelis Angeli Florentini.*




Hæc genitura eſt Pictoris, ſeu ſculptoris eminentiſsimi Phidia & Praxitele clarioris: vt inſinuant Venus & Mercurius ambo cōiuncti in horoſcopo. Quapropter ex ſui ingenij dotibus theſauros affluentiſſimos cumulauit, & à principibus Eccleſiaſticis honores clariſsimos obtinuit: quā felicitatem affirmare videtur Iupiter in vndecima cæli domo, dominus regiæ domus & horoſcopi. Dixit enim Ptolemæus ſententia 37. ſuorum dictorum. Qui Piſces horoſcopum habent, hi poteſtates ſortientur. verum obiit ſenio confectus anno 1563. Romæ die 18. Martij, & eius corpus ſepultum eſt Florentiæ cum honore maximo, vt legitur in exequiis factis ex publico ærario. Fuitque Mors vltima linea vitæ, ſed tamen ipſius nomen in orbe viget.

In Italia enim fuerunt Pictores eminentiſsimi, Leonardus Vincius Florentinus, Donatellus pictor, & Sculptor eximius, Raphael Vrbinas Titianus, Andreas Mantegna Mantuanus, Franciſcus Stozza, Georgius de Aretio & plerique alij, quorum genituræ non circunferūtur. Excellentiſsimus omnium eſt Michael Angelus Florentinus. Horoſcopus ergo ad corpus Saturni per directionem, vitam cum Morte ſigillauit anno ætatis eius 89. Venus & Mercurius cum Sole in horoſcopo benè affecti, dederunt ei vitam decrepitam & longæuam.




*Thema cæli Marci Antonij Grimani Veneti.*

Sol in hac geneſi fuit Hylech, ſecundū regulam Ptolemæi, & eius directio peruenit ad ſuum quadratum in anno labente 83. Obiit ergo an. 1562. quare rectificatio mea ſecundum regulam conceptionis & per accidentia fuit vera: ſed Rabi Abrahamus Zacut Hebræus, qui fecit Almanach perpetuum, rectificauit per Venerem tēpus natiuitatis, & ſecundum talem rectificationem accidentium tēpus inuenire nō potui. Verum huius clariſsimi viri intrinſecus & intimus familiaris fui, & omnia ſecreta ſua, ac facta mihi reuelare nō dubitauit. Habuit ipſe oēs magiſtratus & honores maximos, quos ſolet dare patria ſua clariſsimis hominibus, & fuit procurator Sancti Marci: vt inſinuat Sol in regia domo inuentus benè affectus: quoniam inter Solem & Saturnum mediat Iupiter, qui eſt fortior Saturno in ſigno Sagittarij: & domin' horoſcopi reperitur etiam in domo regia qui ſignificabant tales dignitates. Verum cum Mars diametrabatur Saturno fuit offenſus in genu dextro ex præcipitatione cū vellet aſcēdere in nauim: ex qua cauſa ſe faciebat ſuper ſellam ferre à duobus ſeruis.

## *Thema cæli Fabritij Maramaldi Neapolitani.*




Hic vir ſæpe fuit militum Ductor ſtrenuus, in capite, facie, & ſpatula paſſus fuit vulnera ex ſclopo 1522. in prima Martij hedomada interfecit vxorem ex Marte in ſeptima. Anno eodem Auguſti 3. die in ciuitate Mãtuana in cõflictu duellico equeſter interfecit Comitem Cerriti Carraphæ. In bello vniuerſali pluſquam centum pedites interfecit. verum anno 1530. Franciſcus Florentinus Ductor intrepidus exercitus Reipublicæ Florentinæ (qui veniebat ad liberandã ciuitatẽ ab obſidione) cum exercitu Hiſpanorum coactus fuit ad cõflictũ bellicum ſe conferre, in quo princeps Orãgiæ præfectus generalis Hiſpanorũ mortuus fuit: ſed Hiſpanorũ exercitus victoriam obtinuit: quare Ferruccius iſte deuenit in manus victoris. Quapropter iſte Maremaldus cum ſuo æterno dedecore pugione ipſum interfecit & ſine iuſta cauſa, & quando Ferruccius erat ſine armis & captiuus, & ſic quãdo ſub Volaterrana ciuitate nõ potuit ipſum Ferrucciũ expugnare, tũc de ſua ignominia ſe vindicauit cum morte iſtius magni viri. Anno verò ætatis ſuę 51. cum diebus 17. ex febre phlegmatica, ſiue melancholica cum maximo dolore ſui corporis & clamore occubuit, ex directione horoſcopi ad tetragonum Saturni.

## *Thema cæli Tiberij Baccillieri Bononienſis philoſophiæ profeſſoris.*




Hic Philoſophus obiit in Gymnaſio Papiẽſi, anno ſuę ætatis 50. menſe 9. die 23. ex horoſcopi inambulatione ad Saturni corpus: Erat enim Oriens hylech iuxta regulam Ptolemæi. Sed ex Venere in horoſcopo ferè partiliter ſupputata in ſuo throno, erat facie roſeus, venuſtus, iucundus, alacer, lætus, affabilis, ridens, facetus decenti corporatura procera, bene proportionatus, ſanguineæ complexionis: ſiniſtra man' erat fortior quàm dextra. Docuit Dialecticã Bononię, deinde Patauij & philoſophiam extraordinariam, demum clariſsimus Artium profeſſor, cõductus fuit à Papienſi Academia cum ſalario 500. aureorum, & ibi profitebatur philoſophiam, & multos in philoſophia edidit libros, qui ſunt impreſſi.



Digitized by Google

### *Fratris Baptiſtæ Carmelitæ poetæ Natiuitas.*




FRARER Baptiſta Mantuanus circa tertium mẽſem anni ſuæ ætatis 56. labentis grauiter ægrotauit ex directione horoſcopi, qui erat Hylech, ad Saturni corpus: & anno 69. circa 8. mẽſem occubuit, ex horoſcopi directione ad foueam planetarum. Fuit enim modicę ſtaturę, & totius ordinis Carmelitanorum prior generalis, & poeta non obſcurus. Eſt aliud antiquæ imitationis exemplũ in ipſo Baptiſta, qui vt patria, ſic arte Virgilium eſt conſecutus. Vincitur ab illo fateor, cum prę ter linguæ Latinæ nunc detrimẽta hic nullum inuenerit Auguſtum. Cum enim plurimum auxilij literis boni Principes ferant, vatibus etiã ſunt neceſſarij, quòd carmina proueniãt animo deducta ſereno, cum reliquæ diſciplinæ ſtudio magis ac diligentiæ pareant.

Habuit enim Lunam in horoſcopo conſtitutam, quæ ſemper decernit vitam longæuam, & animum vario mẽtis ardore æſtuantẽ. Cum verò Venus & Mercurius cõiuncti ſint, eum poëtam fecerũt: quare principibus charus fuit vſque ad extremam ſenectutem: & innumera ſui laboris monumẽta reliquit: quorum præſentia viuens gaudebat, nunc autem illorum teſtimonio poſt obitum per multa ſæcula fama extendetur.

### *Thema cœli Camilli Palliotti Bononienſis.*




HIC poëta & orator anno domini 1530. die 21. Iulij obiit, & anno ætatis ſuæ 49. climacterico occubuit ex febre peſtifera, atq; venenoſa, ex directione horoſcopi ad caudam Draconis Lunæ de natura Saturni & Martis. Fuit poëta elegantiſsimus, & orator facundiſsimus, literarum Græcarum nõ ignarus. In Gymnaſio Felſineo patriis quippe laribus poëticam facultatẽ publicè profitebatur. Ipſe verò Camillus conflictatus anno 1501 aduerſa valitudine, eaque longa, & à principio periculoſa, vt poſtquam ægrotare cœperat tertia die à pleriſque Medicorum mortuus omnino reputaretur, & ipſe tunc ægrotauit à Calendis Septembris, vſque ad natalẽ dominicũ: pridie nanque eius diei paulatim modo vſq; ad ædem Diui Iacobi ædibus ſuis proximiorem egredi cœpit paſsibus 30. circiter.

Thema

*Thema cæli Caroli Capellij Veneti.*



Carolvs Capellius obiit in Cyprio regno Prorex, labente anno 1547. & anno ætatis ſuæ 55. quando horoſcopi inambulatio ad Martis fines peruenit. Fuit enim clarus poëta, & orator, Græcæ, & Hebraicæ linguæ non ignarus. habuit pleroſque filios, & duos fratres germanos, quorum vnus minor natu nomine Bernardus Poëta & orator eximius, à Senatu Veneto fuit profligatus, quoniam habuit orationẽ coram Senatoribus in vtilitate, & honore iuniorũ: & in vrbe Roma à Paulo 3. obtinuit pleroſque magiſtrat' ſibi opportunos. Luna ergo in ſeptima cæli domo conſtituta, mortem ſubitam & opinatam, vel omnino graues affert infelicitates.

*Thema cæli Franciſci de Monza Mediolanenſis.*



Solem in hac geneſi dicimus eſſe Hylech, qui ex directione ad Saturni oppoſitum mortuus eſt. Ipſe obiit anno 1543. ſuæ ætatis verò anno 47. menſe 4. die 15. Fuit Muſicorum omnium eminentiſsimus Orpheo, & Apolline clarior in pulſanda cheli teſtudinea, & quolibet Organico inſtrumento: de quo Gauricus ſcripſit,

*Qui tecum certet fidibus, Cytharæue, Liræue,*
*Hic velut à Phœbo Marſia victus erit*
*Pulchram ſume chelim, docto quoque pellice chordas*
*Percute & ad cantus pellice ſaxa tuos.*

*Thema cœli Heliſabethæ filiæ Henrici Regis Gallorum Reginæ Hiſpaniæ.*

HORAM huius partus cum inſtrumento Aſtronomico accepit Aloyſius Alamanus Florentinus Poeta & Mathematicus: quam deinde ſupputaui. Hæc puella Heliſabeth nupta eſt Philippo Regi Hiſpaniæ, & mortua eſt in partu anno domini 1568. & anno ætatis ſuæ currente 25. ex directione horoſcopi ad Antiſcium Saturni. Cauſa breuitatis vitæ dicimus fuiſſe Saturnũ in horoſcopo, qui etiam ſignificauit quod inter ſorores eſſet primogenita: deinde ſunt omnes planetæ ſub terra qui breuitatem vitæ ſignificat. & horoſcopus in hac geneſi eſt Hylech, & Saturnus interfector vitæ propter ſuam præſentiam in horoſcopo, vt dicunt Arabes.




*Thema cœli Pauli 2. Veneti Pontificis maximi.*

HIC Pontifex maximus vixit annos 66. ex directione horoſcopi ad Martis quadratum qui obiit apoplexia, die 28. Iulij anno domini 1471. Sol ergo Hylech in parte cæli deſcendenti contra ordinem ſignorũ per directionem venit ad Iouis quadratum domini octauæ domus. Et ſecundum ordinem ſignorũ peruenit ad Saturni trigonum, qui æquiualet in ſignis paucarũ aſcenſionum quadrato. Sed mors ſubita orta eſt à luminibus infortunatis. Nam Saturnus diametrabatur Soli, & Mars quadrangulabatur Lunæ in ſignis violentis: & cum eſſet Pontifex maximus, & ſummus Antiſtes, iuſſit exædificari Eccleſiam, & Palatium Regium Romæ Diui Marci, in memoriam dulcis patriæ.



*Thema cæli Pompei Columnæ Cardinalis.*




Horoscopvs in hac geneſi ſignificationem Hilegij accipit, Cum enim perueniſſet ad Martis corpus in anno ſuæ ætatis 53. ferè completo, ipſe vita functus eſt. Ipſe princeps illuſtriſsimus ac Reuerendiſsimus erat corpore ſatis bene proportionatus, perconcinnus, magnanimus, orator, Philoſophus, & Theologus egregius, erga virtute præditos munificentiſsimus. In ciuitate Neapolitana, dum ageret vicem Regis, morti occubuit, & ibi eius cadauer fuit honorificentiſſimè humanum. Luna autem in duodecima cæli domo triangulata partiliter Marti in ſignis breuium aſcenſionum multiplicauit hoſtes & inimicos, & dedit multa impedimenta, contradictiones, & infortunia multa.

*Sereniſsimi Principis Philiberti Emanuelis Sabaudiæ Ducis Natiuitas.*




Oblata mihi fuit hæc Natiuitas à quodam Medico Pedemontano, qui veram eſſe affirmabat. Cum autem eam inſpexiſſem, vidi Solem in octaua cæli domo, & Lunam ſub terra, qui autoritatem hilegij accipere non poterant: quare horoſcopus hylech fuit, qui quidem per directionem peruenit ad Martis, Soliſque diametrum anno ætatis currente 53. ſcilicet anno domini. 1580. labente. vnde vitã amiſit ex febre violentiſsima, quæ ſubitò eũ interfecit, vt inſinuant Mars, & Sol in octaua cæli domo, & Luna in ſigno violento infortunata à Marte ex quadrato aſpectu. Fuit enim princeps ſapiens, & iuſtus, armipotens, militum Ductor, bellipotens, & fortunatus: vt demonſtrant Mars & Iupiter ambo cõiuncti. Quapropter expugnauit ſanctum Quintinum cum iactura totius Galliæ. Et ipſe multa incommoda ſuſtinuit, vt lumina infortunata decernunt Habuit vxorem nomine Margaritam filiam Franciſci primi regis Galliæ, quæ mortua eſt ante virũ quę quidem præſentem Sabaudiæ Ducem genuit.

*Thema cæli Ruberti Nobilis de Monte Pulciano Cardinalis.*




Sol in hac geneſi dicitur eſſe Hylech, qui peruenit ex directione ad corpus Saturni anno ætatis labente 17. ſcilicet anno domini 1558. die 19. Ianuarij. Erat enim iuuenis magnæ expectationis: ſed Mors immatura maxima conſilia fregit. Nam ex febre melancholica diem ſuū clauſit nouiſſimum. Eius vero cadauer iacet in templo Ioannis Baptiſtæ ſatis quidem honorificè humatum.

*Iacobi Putei Cardinalis Natiuitas.*




Iacobvs Puteus Nicienſis, perp. adminiſtr. Archiepiſcopus Barenſis tt. S. Mariæ in via, obiit anno ætatis ſuæ. 63. climacterico: ex directione horoſcopi ad quadratum Saturni. Fuit vir doctus in V. I. & auditor Rotæ, qui factus eſt Cardinalis à Iulio 3. anno domini. 1551. 13. Calen. Ianuarij: & quia Mars reſpicit Mercurium feliciter ex parte vtriuſque, vel ſaltem Mercurij, ſignificat ingenium acutum. Et quia Iupiter eſt in ſecunda, ſignificat diuitias, & ſanitatem, quamuis Saturnus Lunæ opponebatur: qui decernebat corporis debilitatē: nihilominus propter Veneris Antiſcium in horoſcopo fuit corpore ſanus.



Digitized by Google

*Thema cæli Odeti de Caſtilione Cardinalis:*

Odetvs de Caſtilione Frãcus Gallus, Epiſcopus Beluacenſis, ac Par Frãciæ, Diaconus Cardinalis tt. S. Adriani, obiit die 14. Februarij anno 1568. ex directione Lunæ Hylech, ad Martis terminos, & etiam Horoſcopi ad Martis terminos quare vita functus eſt. Cauſa breuitatis vitæ fuit, quòd Lumina fuerunt infortunata: Luna cum Marte, & Sol cum Saturno reperiuntur: & ſi Iupiter non fuiſſet per Antiſciũ in horoſcopo ipſe nõ perueniſſet ad annos 46. currentes. Verum ex his conſtellationibus multa incommoda, & pericula pertranſiuit. Habuit tamen ingenium turbulentum, ſeditioſum & temerarium, vt inſinuat Luna cum Marte in decima cæli domo: Quapropter erit hæc cõcluſio, quòd in hac geneſi videtur, quòd vbi bona, nulla melior, & vbi mala, nulla deterior.




*Thema cæli Fabij Mignanelli Senenſis.*

Fabivs Mignanellus, Senẽſis Epiſcopus Groſſetanus, preſbyter Cardinalis tt. S. Syluestri: creatus fuit Cardinalis 1551. 13. Calen. Ianuarij; Sed obiit anno 1557. die 10. Auguſti, & anno labente ætatis ſuæ 61. ex horoſcopi directione ad Martis terminos: Sol ergo per Antiſcium in cuſpide regiæ domus ſignificauit maximam dignitatem: Quapropter factus eſt Cardinalis: Iupiterque in Secunda cæli domo diuitias, & Sanitati corporis decernebat. Mercurius cum Sole cautum valde, & conſilio recto oſtendebat. Verum ex humili fortuna euaſit ditiſſimus cum dignitate, & potentia.




Thema

Digitized by Google

*Thema cæli Ioannis Baptiſtæ Cicadæ Genuenſis.*




IOANNES Baptiſta Cicada, Genuenſis, Epiſcopus Albigaunenſis, Cameræ Apoſtolicæ auditor, presbyter Cardinalis tit. S. Clementis, obiit anno 1570. die 8. Aprilis ex directiõe Solis Hilegij ad Martis Sexagonum in ſignis longarum aſcenſionum: quare mortuus eſt anno ætatis ſuæ 60. Verum anno 1551. 13. calen. Ianuarij creatus eſt Cardinalis: vt oſtẽdunt Luna domina horoſcopi in regia domo, & Sol in horoſcopo. Hi planetæ honores, legationes, potentiam, magiſtratus, rationẽmque firmam, & illuſtrem præſtant. Sol ergo cum Mercurio in horoſcopo oſtendit ingenium valde acutum cum conſilio recto, & diſcurſu bono: quoniam Mercurius in horoſcopo facit natum valde ingenioſum, & cuiuſlibet artis exploratorẽ: fuit itaque ſapiens, diſcretus, & florens intellectu, & ſcientia, quod peruenit ad ſupremos gradus eccleſiaſticos 7.

*Thema cæli Tiberij Criſpi Romani.*




TIBERIVS Criſpus Romanus arcis præfectus, creatus eſt Cardinalis anno domini 1544. 14. Calendas Ianuarij, & obiit die 4. Octobris anno 1566. & ſuæ ætatis labente. 69. ex directione Horoſcopi ad Saturni terminos. Luna autem fuit Hylech que venit per directionem ſecundum ordinem ſignorum ad Martis Antiſciũ domini octauæ domus in anno 69. Quare mortuus eſt ex duplici tertiana. Mars verò in cuſpide regiæ domus decernebat exaltationẽ ex martialibus actionibus, quia ſexangulabatur Soli: Luna in Septima domo plura pericula tulit: ſed quia erat partiliter in horoſcopo per Antiſcium, cauſa fuit longitudinis vitæ, quam cõfirmauit Venus in horoſcopo: verum Mercurius in duodecima cæli domo valde ingenioſum eum fecit, & procliuem ad philoſophiam, & ad omnia naturæ ſecreta.

*Thema cæli Fratris Clementis Dolera.*




FRATER Clemens Dolera, de Monolia, Ligur, ordinis minorum de obſeruantia generalis miniſter, creatus fuit Cardinalis tit. S. Mariæ de Ara cæli idib' Martij anno 1557. & mortu' eſt anno 1568. die 6. Ianuarij quando profectio horoſcopi ad Solis quadratum venit. Fuit enim in Sacra Theologia doctiſſimus, probus, modeſtus, hilaris, altæ ſtaturæ, pinguis, bene tamen proportionatus. Et ſi nihil eſſet egregium in hoc Cardinale, hoc ſolum ipſum egregium, maximũque, fuiſſe Cardinalem, quod ex priuata conditione, ad ſtatum maximum, & ex mediocri dignitate ad dignitatem cardinalatus aſcenderit: vt inſinuat Iupiter in cuſpide regiæ domus, & per Antiſcium in horoſcopo, & hæc conſtellatio fuit etiam cauſa longitudinis vitæ: quamuis eius horoſcopus ſit Romæ horoſcopus: & ideo in ipſa ciuitate fuit exaltatus atque ſublimatus.

*Thema cæli Ioannis Michaelis Saraceni Neapolitani.*




IOANNES Michael Saracenus Neapolitanus Archiepiſcopus Materanus, Vrbis Gubernator, presbyter Cardinalis tit. S. Mariæ de Ara cæli, obiit die 27. Aprilis anno domini 1568. & ſuæ ætatis anno 70. ex horoſcopi directione ad Saturni terminos. Non fuit locupletiſſimus Antiſtes, vir formoſus, hilaris, elegans, facundus philoſophus, theologus, virtute præditus, munificentiſsimus: vt inſinuat Luna in horoſcopo, in diametro Mercurij, & Veneris dominæ horoſcopi.

REV.

Digitized by Google




Rav. Cardinalis Amulio Venetus obiit anno 1570. die 17. Martij, & anno ætatis ſuæ 65. completo ex horoſcopi directione ad cuſpidem quartæ domus. Dicunt enim Iudæi in ratione primæ domus, quòd gradus Orientis vitam corrumpit, ſi Luna eſt Hylech: ſed ſi gradus Orientis eſt hylech, principiũ quartæ domus vitam corrumpit. Quapropter dicimus horoſcopum eſſe Hylech in iſta geneſi, eo quòd Sol neque Luna ſunt in parte cæli ſignificantes vitam: quare horoſcopus fuit Hylech: qui rectificatus eſt ad inſtar Martis per Animodar, ſecundũ Ptolemęi regulam, & quando oriẽs peruenit per progreſsionẽ ad principium quartæ domus, vita functus eſt. Mars autem in horoſcopo multa ei incommoda & contradictiones tulit: quoniã cum eſſet Reipublicæ Venetiarum legatus apud Pontificem Maximum Paulum 4. creatus eſt Cardinalis. Quare Senatores ſuæ patriæ contra eum inſurrexerunt, & tanquam exulem eum declarauerunt, vt inſinuat horoſcopus Venetæ vrbis, qui erat in ſexta cæli domo ſui natalitij.

## ANNOTATIONES VNIVERSALES.

Dominus primæ domus in prima domo fortunatus, dat nato longam vitam. Infortunatus verò vel combuſtus ſignificat vitam breuem.

Dominus primæ domus in octaua cæli domo ſignificat non diu victurum.

Dominus octauæ domus in prima ſignificat, quòd natus non viuet diu.

Dominus vndecimæ domus in ſexta, ſignificat quòd natus erit breuis vitæ.

Saturnus ſi fuerit in prima domo, natus erit modicæ vitæ, ſi Saturnus non fuerit in ſuo domicilio vel regno.

Iupiter in prima domo ſignificat longitudinem & prolixitatem vitæ.

Mars non in domo ſua vel exaltatione in prima domo ſignificat, quòd natus erit breuis vitæ.

Venus in prima domo ſignificat, quòd natus erit longæ vitæ.

Luna fortunata in octaua domo dat longam vitam: infortunata verò eam breuem tribuit.

Caput Draconis in decima domo ſignificat, quòd natus erit longæ vitæ.

Luna combuſta, vel cum Marte, vel cum Saturno in duodecima domo, ſignificat, quòd natus erit breuis vitæ.

Luna in domo Iouis, ſignificat, quòd natus erit longæ vitæ.

Saturnus in medio cæli inuentus cum Mercurio, dabit nato longitudinem vitæ, præſertim ſi dominus genituræ vel dator vitæ fuerit, ex Materni ſententia cap. 3. lib. 3.

Saturnus in Leone inuentus, ſignificat, quòd natus habebit longam vitam, & morietur in ſenectute poſt multos annos ſuæ vitæ. ex eodem cap. 3. lib. 5.

Iupiter in quinta domo in aliqua ſuarum dignitatum inuentus, ſi Mercurius eum reſpiciat, longos annos, & vitæ maxima ſpacia decernit. idẽ c. 4. li. 3.

### *De Directionibus.*

Directio nihil aliud eſt, quàm arcus æquatoris reuolutus, ſiue tranſiens per articulum anterioris loci, donec locus ſequens per motum firmamenti peruenerit ad eundem locum anterioris loci, ſed dirigere nihil aliud eſt quàm prædictum arcũm inuenire.

Sciendum quòd in directione cõſiderantur duo loca, ſcilicet, locus dirigendus, & locus ad quem volueris dirigere.

Item ſciendum eſt, quòd duplex eſt directio, ſcilicet directio directa, & directio conuerſa. Directio directa eſt, quæ fit ſecundum ſucceſsionem ſignorum. Directio vero conuerſa, eſt quæ fit contra ſucceſsionem ſignorum. Ad propoſitum in directione directa locus anterior eſt locus ſignificatoris dirigendi, & locus ſequens, eſt locus, ad quem

fit directio: ſed in directione cõuerſa eſt è contrario. Locus anterior, eſt locus ad quem fit directio, & locus ſequens eſt locus ſignificatoris, qui dirigitur. Et hoc quia in directione directa, locus ad quẽ fit directio, mouetur ad locum ſignificatoris dirigendi, ſed in directione conuerſa fit è contrario, quia locus ſignificatoris dirigendi, mouetur ad locum, ad quem fit directio.

Item notandum quòd ſecũdum communem opinionem hylech & planetę directi debēt dirigi ſecundum ſucceſsionem ſignorũ, Partes vero & planetæ retrogradi debent dirigi contra ſucceſſus ſignorum, & hoc quia partes & planetæ retrogradi mouentur contra ſucceſſus ſignorum. Ptolemæus tamen in preſenti capitulo videtur velle, quòd ſignificator dirigendus ſi fuerit in parte orientali, ſeu in parte aſcendente, dirigi debet ſecundum ordinationem ſignorum ſolummodo: ſed ſi fuerit in parte occidentali, ſeu in parte deſcendente, dirigi debet non ſolum ſecundum ordinationem ſignorum, ſed etiam in contrarium ordinationis ſignorum. Dicit tamen Halialben. capitulo præallegato, quòd alij ſapientes non concordant in hoc. Item ſciendum eſt, quòd niſi planeta, vel ſtella, ad quam fit directio, fuerit in vna linea, via, vel circunferentia cum ſignificatore, qui dirigitur, ſiue fuerit fortuna vel infortuna, nõ apparebit multum eius ſignificatio in bono vel in malo. Et hoc, quia licet ipſe planeta obtinet locum ſignificatoris ſecundum longitudinem, non obuiat ei ſecundum latitudinem. Si autem volueris ſcire vtrũ hæc duo loca ſint in eadem circunferentia, ſcias declinationem gradus ſignificatoris, & eius partẽ, & ſimiliter ſcias latitudinem ſignificatoris, & eius partem. Et ſi ambæ fuerint in eadem parte, ſcilicet, Septẽtrionali vel Meridionali, aggrega eas ſimul: ſed ſi fuerint in diuerſis partibus, minue minorem de maiori, & habebis declinationem ſignatoris ab æquatore æquatam, quæ erit Septentrionalis vel Meridionalis, ſecundum quod fuerit prædictum aggregatum Septentrionale vel Meridionale, vel pars vincẽs. Similiter ſcias de loco vel Planeta, vel ſtella, ad quam fit directio, & habebis ipſius declinationem æquatam, & ipſius partem. Poſt hoc conſidera, an amborum locorum declinationes æquatæ ſunt æquales, & in eadem parte, quia tũc ambo, ſcilicet ſignificator, qui dirigitur, & Planeta vel ſtella, ad quam dirigitur, ſunt & currunt in eadem circunferentia. Si vero ipſorum declinationes æquatæ fuerint inæquales, aut in diuerſis partibus, non ſunt nec currunt in eadẽ circunferentia, ſed in diuerſis. Et ſcias, quòd ſi Planeta vel ſtella non habet latitudinem, ſed eſt in ecliptica, tunc eſt, & currit in circunferentia ſui gradus, ſed ſi habuerit latitudinem, tunc eſt, & currit in circunferentia gradus, cuius declinatio eſt æqualis, & in eadem parte declinationis æquatæ ipſius Planetæ. Et ſi declinatio æquata planetæ vel ſtellæ non reperitur in tabula declinationis, ſcias quòd ipſe planeta, vel ſtella, non eſt, nec currit in circunferentia alicuius gradus zodiaci, quia eius declinatio æquata eſt maior quàm tota declinatio zodiaci ab æquatore.

Aſpectus vero ſeu radiatio, eſt radioſa commixtio planetarum & ſtellarum ad inuicem à certis & determinatis locis circuli, ſeu cæli, per quam influitur, & applicatur ipſorum virtus vnita ad certã & determinatam partem terræ. Aſpicere vero, & radios proiicere, eſt planetam radios ſuos multiplicare & extendere ad certam & determinatam partem circuli, in qua ſi fuerit planeta vel ſtella cõtingit eorum virtutes vniri & commiſceri, & ad terram applicari.

Sciendum eſt autem, quòd ſapientes antiqui aſſignauerũt ſolummodo quatuor aſpectus, ſeu quatuor ſpecies aſpectuum, videlicet, aſpectum oppoſitionis, trinum, quartum & ſextilem. Eſt autem aſpectus oppoſitionis, qui attenditur penes lineam diametralem, ſubtenſam arcui ſex ſignorũ, quę ſunt medietas circuli: Ita quòd duo puncta terminantia dictam lineam, dicuntur ſe aſpicere de oppoſitione, à quibus punctis lineæ rectæ ductæ ad centrum conſtituũt prædictam lineam diametralem, quarũ vtraque conſtituit vnum angulum rectum ſupra centrum cum alia diametro tranſeunte à puncto medio prædicti arcus per ipſum cẽtrum. Aſpectus verò trinus eſt, qui attẽditur penes lineam rectam ſubtẽſam arcui quatuor ſignorum, quæ ſunt tertia pars circuli, ita quòd duo puncta terminantia prædictam lineam, dicuntur ſe aſpicere de trino, à quibus punctis lineæ rectæ ductæ ad centrum, ſuper ipſum conſtituunt angulum cõtinentem angulum vnum rectum, & tertiã partem alterius recti. Aſpectus vero quartus, eſt qui attenditur penes lineam rectam, ſubtenſam arcui trium ſignorum, quæ ſunt quarta pars circuli, ita quòd duo puncta terminantia prædictam lineam, dicũtur ſe aſpicere de quarto, à quibus punctis lineæ rectæ ductæ ad centrum ſuper ipſum conſtituunt vnum angulum rectum. Aſpectus vero ſextilis, eſt qui attenditur penes lineam rectam ſubtenſam arcui duorum ſignorum, quæ ſunt ſexta pars circuli, ita quòd duo puncta terminantia prædictam lineam dicuntur ſe aſpicere de ſextili, à quibus punctis lineæ rectæ ductæ ad centrum ſuper ipſum conſtituunt angulum continentem duas tertias vnius anguli recti. Cauſa autẽ propter quam ſapientes antiqui dixerunt, aſpectus fieri ſolum per has elongationes & quantitates, ſcilicet, per medietatem tertiam, quartam & ſextam circuli, & non per alias, eſt hæc. Dicunt enim quòd elongatio ſecundum medietatem circuli eſt elongatio maxima, quæ poſsit eſſe in circulo, quæ cum attendatur penes lineam rectam diametralem, trãſeuntem per centrum circuli, ipſum circulum diuidentem per medium, manifeſtum eſt per ſe, quod puncta terminantia dictam lineam, ſunt in oppoſitione ſecundum lineam rectam. Et propter hoc dicuntur ſe aſpicere de oppoſitione, vnde contingit quòd quando vnum prædictorum punctorum eſt in oriente, aliud eſt in occidente, & quòd quando vnum eſt in medio cæli, aliud eſt in angulo terræ. Cum autem prædicta medietas fuerit diuiſa per medium & tertium, quæ ſunt primæ & maiores diuiſiones, & illud tertium fuerit duplicatum, exibunt quantitates aliorum aſpectuum, ſcilicet, quarti, ſextilis & trini, quæ quantitates aſpectuum omnes ſunt adinuicem comparabiles per proportiones muſicales ſimplices, quæ ſunt proportio dupla, proportio ſeſquialtera, proportio ſeſquitertia, quæ in Muſica dicuntnr diapaſon, diapente & diateſſaron, & ſunt conſonantiæ ſimplices muſicales.

Arcus

Arcus enim aſpectus oppoſitionis ad arcum aſpectus quarti, eſt duplus. Et ſimiliter arcus aſpectus trini ad arcum aſpectus ſextilis. Et ſic inter eos cadit proportio dupla & conſonantia muſicalis, quæ dicitur diapaſon. Item arcus aſpectus oppoſitionis ad arcum aſpectus trini, & ſeſquialter. Et ſimiliter arcus aſpectus quarti ad arcum ſextilis, & ſic inter eos cadit proportio ſeſquialtera, conſonantia muſicalis, quæ dicitur diapente. Sed arcus aſpectus trini, ad arcum aſpectus quarti, eſt ſeſquitertius, & ſic inter eos cadit proportio ſeſquitertia, & conſonantia muſicalis quæ dicitur diateſſaron. Item arcus aſpectus oppoſitionis ad arcum aſpectus ſextilis, eſt triplus,, & ſic inter eos cadit proportio tripla, & conſonantia muſicalis, non ſimplex ſed compoſita, ex diapaſon & diapente. Quia vero nullæ aliæ quantitates ſunt in circulo ſic proportionales, idcirco ſapientes antiqui in prædictis quantitatibus aſsignauerunt aſpectus; & non in aliis, ſed cum planetæ vel ſtellæ ſunt in eodem puncto circuli, non dicuntur ſe aſpicere, ſed coniungi, maximè cum eorum longitudo & latitudo eſt vna.

### *De diuerſis opinionibus.*

Quantum autem ad propoſitum, ſciendum eſt, quòd quidam dirigunt ſecundum gradus æquales, id eſt, ſecundum gradus zodiaci, & huius opinionis videtur fuiſſe Albumaſar octaua differentia ſecundi tractatus de coniunctionibus magnis, vbi dirigit Lunam ad locum coniunctionis infortunatarum per gradus æquales. Similiter quidam accipiunt aſpectus & radios ſecundum gradus æquales, & huius opinionis videtur fuiſſe Alchabitius prima differentia ſui introductorij, & Meſahalah libro de receptione, capitulo de vita nati, vbi ſic dicit: Et ſcito quòd extẽſio radiorũ planetarũ fit à gradibus æqualibus, ſed da annos ab hylech per gradus aſcenſionis. Hoc idem videtur ſentire Ptolemæus 3. in præſenti capitulo vbi dicit, quòd aſpectus ſextilis quandoque interficit ſcilicet, quando fit à ſignis circuli directi, vel ſecundum aſcenſiones, breuium aſcenſionum: & hoc contingit, quia tunc æquiparantur aſpectui quarto, & pro ipſo iudicantur, & dicit Hali ibidem in commento, quòd hoc dictum docet nos, quòd Ptolemæus ſemper facit radios per gradus æquales, & non per aſcenſiones mixtas, ſicut multi hominum credunt. Quidam vero alij dirigunt per gradus aſcenſionum, id eſt, per gradus æquatoris, ſed aliquando per aſcenſiones circuli directi, videlicet, cum ſignificator dirigendus fuerit in angulo meridiei, vel mediæ noctis, & aliquando per aſcenſiones circuli regionis, videlicet, cum ſignificator dirigendus fuerit in angulo orientis vel occidentis, aliquando per aſcenſiones ex his mixtas, videlicet cum ſignificator dirigendus fuerit extra prædictos angulos. Et hanc opinionem ſequitur maior pars ſapientum, ſicut Ptolemæus capitulo præallegato & Alchabitius 4. differentia ſui introductorij: & Meſſahalah capitulo præallegato, & Haliaben. tractatu quarto capitulo ſeptimo de attazir, & multi alij cum eis. Similiter quidam accipiunt aſpectus, & per radios ſecundum gradus aſcenſionum. Et hoc dupliciter, quia aut ſecundum aſcenſiones circuli directi, ſiue planeta, cuius radios quærimus, fuerit in angulo, ſiue fuerit extra angulum, aut ſecundum aſcenſiones circuli directi, vel ſecundum aſcenſiones circnli regionis, vel ſecundum aſcenſiones mixtas ex eis ſecundum diuerſitatem poſitionis, & ſitus planetæ, cuius aſpectum quærimus in figura, videlicet ſecundum modum dirigendi. Primum modum tangit Ptolemæus ſexageſima propoſitione centiloquij, vbi dicit, quòd mutationes morborum ad bonum vel malum ſunt, loca Lunæ in angulis quadrati concluſi circulo directo. Et iſto modo extendẽdi radios, & aſpectus vtũtur multi in interrogationibus & in reuolutionibus annorum mundi & in multis aliis. Secundũ vero modũ obſeruant plurimi modernorũ, & maximè in natiuitatibus. Alij vero dicunt, quòd aſpectus & radij planetarum debent extendi ſecundum æquationes domorum, vnde dicunt, quòd domus ſe aſpiciunt, ita quod quælibet domus aſpicit tertiam domum ante ſe & tertiam poſt ſe de ſextili aſpectu, & quartam domum ante ſe, & quartam poſt ſe de quarto aſpectu, & quintam domum ante ſe, & quintam poſt ſe de trino aſpectu, & ſeptimã domum de oppoſitione. Secũdum hoc ergo cum fuerit aliquis planeta in principio alicuius domus, radij eius extendentur ad principia domorum 3.4.5. ante ſe, 3.4. & 5. poſt ſe, & etiã ad principium ſeptimæ domus. Sed ſi elongatus fuerit planeta à principio ſuæ domus, radij eius non extendentur ad prædictas domos, ſed elongabuntur à principiis earum proportionaliter ſecundũ quantitatem elongationis ipſius planetæ, à principio domus in qua fuerit. Ioannes vero Hyſpalenſis dicit, quòd directio fit duobus modis. Vno modo videlicet, per gradus æquales. Alio vero modo per aſcenſiones circuli directi, aut circuli regionis, aut per aſcenſiones mixtas ex illis, ſicut dictum eſt ſupra. Similiter dicit quòd aſpectus & radij planetarum extenduntur & proiiciuntur duobus modis. Vno modo videlicet, per gradus æquales. Alio vero modo, per latitudinem regionis per gradus quidem æquales, vt quot gradus comprehenderit planeta de ſigno, totidẽ proſpiciat alterius ſigni vel aſpectu oppoſitionis, vel quadrati, vel trini, vel ſextilis. Per latitudinem vero terræ, vt per quot gradus fuerit planeta in aliqua domo, totidem gradus proſpiciat alterius domus iunctæ ſecundum latitudinem terræ. Mihi autem videtur ſecurius dirigere ſecundum vtrumque modum videlicet, & per gradus æquales, & per gradus aſcenſionum. Et ſimiliter ſecundum vtrumque modum extendere radios & ſecundum vtranque directionem & vtroſque aſpectus iudicare. Et ſic operandum docet Ioannes Hyſpalenſis in iſagogis capitulo de directione & aſpectibus: & in ſecunda parte quadripartiti ſui capitulo de iudiciis primæ domus. Pu-



Digitized by Google

to tamen radios & aſpectus planetarum aliter debere extendi, prout inferius declarabo. Quidam extendunt radios per gradus æquales, & dirigunt per gradus aſcenſionum, aut Meſahalah capitulo præallegato, quod & videtur ſentire Haly fuiſſe de mente Ptolemæi in hoc libro capitulo decimo in commento. Sciendum eſt autem, quòd in natiuitatibus & reuolutionibus annorum maiorum, & in magnis principiis, pro quolibet gradu directionis accipimus annum. Sed in reuolutionibus annorum natiuitatum, & in reuolutionibus annorum mundi minorum, pro quolibet gradu accipimus diem, & melius pro minut. 59. & ſecundis 8. quæ ſunt medius curſus Solis in vna die accipimus diem.

## *De quibuſdam præambulis.*

Pro intellectu modorum, quibus autores docent dirigere, ſciendum eſt, quòd quoddam ſignum in ſphera recta occidit cum eiſdem, ſeu cum æqualibus aſcenſionibus, cum quibus oritur. Et hoc ideo quia in ſphæra recta, quælibet duo ſigna oppoſita, æquales habent aſcenſiones, ſed in ſphæra obliqua quodlibet ſignũ cum aliis aſcenſionibus oritur, & cum aliis occidit, quia quodlibet ſignum in ſphæra obliqua oritur cum aſcenſionibus ſuis deſcriptis in tabula regionis, & occidit cum aſcenſionibus ſigni ſibi oppoſiti deſcriptis in tabula eiuſdem regionis. Duorum ſignorum oppoſitorum aſcenſiones ſemper ſunt diuerſæ, quia in ſphæra obliqua quantum aſcenſiones alicuius ſigni creſcunt ſuper aſcenſiones circuli directi, tantum aſcenſiones ſigni oppoſiti minuuntur ab illis, & è cõtrario. Et ex hoc ſequitur, quòd aſcenſiones ſignorum oppoſitorum in ſphæra obliqua ſimul aggregatæ, ſunt æquales aſcenſionibus eorundem, ſimul aggregatis in ſphæra recta, ſequitur etiam ex prædictis, quòd in ſphæra obliqua quodlibet ſignum dum eſt in occidente, tot habet aſcenſiones, quot habet ſignum illi oppoſitum, dum eſt in oriente. Cum enim quoddam ſignum in tanto tempore occidat, in quanto tempore ſignum illi oppoſitum oritur, neceſſe eſt cuiuſlibet ſigni tot eſſe aſcẽſiones, quot ſunt deſcenſiones ſigni ſibi oppoſiti: vnde ſequitur, quòd in ſphæra obliqua aſcenſiones cuiuſlibet ſigni, & cuiuſlibet gradus cõtinue ſunt variabiles ſecundum aſcenſum, & deſcenſum eorum: & propter hoc quodlibet ſignum, & quilibet gradus alias aſcenſiones habet in ſphæra obliqua, dum eſt in oriente, & alias, dum eſt in occidente, & alias, dum eſt in locis mediis. Omne quidem ſignum, & quilibet gradus tranſit per angulum orientis cum aſcenſionibus circuli regionis, & per angulum occidentis tranſit cum aſcenſionibus ſui oppoſiti, & per angulum meridiei & mediæ noctis tranſit cum aſcenſionibus circuli directi. Per loca verò media inter vtroſque duos angulos immediatos tranſit cum aſcenſionibus mixtis, ex aſcenſionibus duorum circulorum, ſcilicet, circuli regionis, & circuli directi. Quæ aſcenſiones mixtæ differunt ab aſcenſionibus prædictorum duorum circulorum, plus & minus ſecundum maiorem & minorem diſtantiam ipſius gradus ab angulis. Et quia inuenire huiuſmodi aſcenſiones mixtas, non eſt facile, redditur opus dirigendi & proiiciendi radios & aſpectus difficile. Vtile eſt igitur habere notitiam modorum dirigendi & proiiciendi radios & aſpectus, qui compoſiti ſunt ab autoribus, vt in illis habituati expeditius operentur, & vt ex omnibus modis faciliorem & expeditiorem eligamus.

## *De diuerſis modis dirigendi, & proiiciendi radios & aſpectus.*

Conſequenter igitur ponamus modos dirigendi & proiiciendi aſpectus & radios, ſecundum opinionem Ptolemæi, & aliorum ſapientum. Cum igitur volueris dirigere & extendere radios & aſpectus ſecundum opinionem illorum, qui hæc faciunt per gradus æquales, facilis erit operatio. Vnde ſcias gradum ſignificatoris dirigendi, & ſimiliter ſcias gradum planetæ vel ſtellæ, ad quem volueris dirigere, & computa gradus zodiaci, qui fuerint inter hæc duo loca, & eos ſerua, quia eſt quantitas directionis, quam quærebas. Pro aſpectibus verò & radiis ſcias, quòd ſicut ſunt quatuor aſpectus, ita ſunt quatuor arcus, quibus ſubtenduntur lineæ aſpectuum, vnde linea aſpectus ſextilis ſubtenditur arcui ſexaginta graduum. Linea vero aſpectus quarti, ſubtenditur arcui nonaginta graduum. Linea vero aſpectus trini, ſubtenditur arcui centumviginti graduum. Sed linea aſpectus oppoſitionis, ſubtenditur arcui centum octuaginta graduum, ſicut dicebatur in primo capitulo. Cum igitur volueris aſpectus prædictos per gradus æquales ſuper gradum planetæ vel ſtellæ, cuius radios & aſpectus quæris, adde arcus prædictorum aſpectuum, & extende in circulo ſignorum, & habebis omnes aſpectus ſiniſtros, & à loco planetæ vel ſtellæ minue arcus prædictos, & quod remanſerit, extende in circulo ſignorum, & habebis omnes aſpectus dextros. Si autem volueris dirigere vel extendere radios ſecundum opinionem eorum, qui illud faciunt per aſcenſiones circuli directi, ſimiliter facilis erit operatio. Vnde poſtquam ſcieris gradum ſignificatoris dirigendi, & gradum planetæ vel ſtellæ, ad quem volueris dirigere, ſcias aſcenſiones horum duorum locorum in circulo directo, & computa gradus aſcenſionum, qui fuerint inter hæc duo loca, & ſerua eos, qui erunt quantitas directionis quæſitæ.

Pro

Pro aſpectibus verò & radiis ſcias aſcenſiones planetæ vel ſtellæ, cuius radios & aſpectus quæris in circulo directo, ſuper quas adde arcus prædictorum aſpectuum pro aſpectibus ſiniſtris, & ab eis minue eoſdem arcus pro aſpectibus dextris. Et quod inde prouenerit, extende in eodem circulo directo, & vide, quo de circulo ſignorum peruenerit vnuſquiſque prædictorum aſpectuum, reducendo aſcenſiones ad gradus æquales, & ſerua, quia ad illa loca extendentur radij, & aſpectus ipſius planetæ vel ſtellæ tam dextri quàm ſiniſtri.

Si vero volueris dirigere & extendere radios ſecundum opinionem illorum, qui hæc faciunt per aſcenſiones amborum circulorum, videlicet per aſcenſiones circuli directi, & per aſcenſiones circuli regionis, & per aſcenſiones mixtas, ex iſtis difficilis & longa eſt operatio: niſi ſignificator dirigendus vel planeta vel ſtella cuius radios & aſpectus quærimus, fuerit in aliquo angulorum.

Vnde ſi ſignificator dirigendus fuerit in gradu aſcendentis, aut oritur cum gradu aſcendentis, licet non ſit in ipſo gradu aſcendentis, quod contingere poteſt, quando ipſe ſignificator habet latitudinem, ſcias aſcenſiones gradus aſcendentis in circulo regionis. Et ſimiliter ſcias aſcenſiones gradus planetæ vel ſtellæ, ad quem volueris dirigere in eodem circulo, aut aſcenſiones gradus, cum quo ipſa planeta vel ſtella oritur, ſi forte habet latitudinem, & computa gradus aſcenſionum, qui fuerint inter hæc loca, & ſerua eos, quia ipſi erunt quantitas directionis quæſitæ. Si verò ſignificator dirigendus fuerit in angulo occidentis, aut habens latitudinem, occidit cum gradu anguli occidentis, ſcias aſcenſiones nadir gradus ſignificatoris aut gradus, cum quo occidit, & ſimiliter ſcias aſcenſiones nadir gradus, cum quo ipſe planeta vel ſtella occidit in circulo regionis, & computa gradus, qui fuerint inter hæc duo loca, & ſerua eos, quia erunt quantitas directionis quæſitæ. Cauſſa autem, qua operamur per aſcenſiones nadir ſignificatoris & planetæ vel ſtellæ, ad quem volueris dirigere, cum ſignificator dirigendus eſt in angulo occidentis, eſt, quia quilibet gradus occidit cum aſcenſionibus, cum quibus oritur gradus illi oppoſitus, ſicut dictum eſt ſupra.

Si verò ſignificator dirigendus fuerit in angulo medij cæli, aut in angulo terræ, aut habens latitudinem mediat cælum vel angulum terræ, cum gradu ipſius medij cæli, vel cum gradu anguli terræ, ſcias aſcenſiones gradus ipſius anguli, videlicet, medij cæli vel anguli terræ, videlicet illius anguli in quo fuerit ipſe ſignificator in circulo directo, ſcias ſimiliter aſcenſiones gradus planetæ vel ſtellæ, ad quem volueris dirigere, vel gradus cum quo ipſe planeta vel ſtella mediat cælum vel abyſſum in eodem circulo directo, & computa gradus, qui fuerint inter hæc duo loca, & ſerua eos, quia ipſi erunt quantitas directionis quęſitæ. Gradum verò cum quo planeta vel ſtella mediat cælum vel abyſſum, & cum quo oritur vel occidit, ſcire poteris per canones primi mobilis. Sed ſi ſignificator dirigendus non fuerit in aliquo angulorum quatuor prædictorum, ſed remotus fuerit ab eis, tunc operatio redditur difficilior.

Pro quo notandum eſt vnum generale, quod maxime requiritur in omnibus modis dirigendi, quando ſignificator dirigendus fuerit extra angulos, videlicet, quæ & quanta ſit longitudo ſignificatoris ab angulo.

Cum ergo volueris ſcire longitudinem ſignificatoris ab altero duorum angulorum, videlicet, medij cæli & mediæ noctis, ſiue fuerit citra angulum, vel vltra, ſcias aſcenſiones anguli medij cæli, vel mediæ noctis illius, videlicet eorum reſpectu cuius quæris longitudinem in circulo directo, ſcias etiam aſcenſiones gradus, cum quo ſignificator venit ad lineam vel circulum anguli, ſiue habeat latitudinem, vel non: deinde ſubtrahe aſcenſiones anterioris loci de aſcenſionibus loci ſequentis, ſiue angulus præcedat, & ſignificator dirigendus ſequatur, ſiue econtrario, & reſiduum ſerua, quia eſt quantitas longitudinis ſignificatoris ab angulo, quam ſi diuiſeris per partes horarum gradus, cum quo oritur ſignificator dirigendus, ſiue habeat latitudinem, ſiue non, ſi fuerit in medietate orientali, vel gradus cum quo occidit: ſi fuerit in medietate occidentali, horarum dico diurnarum, ſi ſignificator dirigendus fuerit ſuper terram, nocturnarum vero, ſi fuerit ſub terra; habebis horas longitudinis ſignificatoris ab angulo medij cæli, vel mediæ noctis. Cum autem volueris longitudines ſignificatoris ab angulo orientis, ſcias aſcenſiones anguli orientis in circulo regionis, & aſcenſiones gradus, cum quo oritur ſignificator in eodem circulo, ſiue oriatur cum gradu ſuo, ſiue cum alio, & ſiue fuerit infra terram, ſiue ſupra. Deinde computa gradus qui fuerint inter hæc duo loca, & ſerua eos, quia erunt quantitas longitudinis ſignificatoris ab angulo orientis, quam ſi diuiſeris per partes horarum circuli, vt dictum eſt ſupra, habebis horas longitudinis ſignificatoris ab angulo orientis, quas ſerua. Cum vero volueris longitudinem ſignificatoris ab angulo occidentis, ſcias aſcenſiones gradus aſcendentis in circulo regionis, ſcias etiam aſcenſiones nadir gradus, cum quo occidit ſignificator in eodem circulo, ſiue occidat cum gradu ſuo, ſiue cum alio, & ſiue ſit ſupra terram, ſiue infra, & computa gradus, qui fuerint inter hæc duo loca, & ſerua eos, quia erunt quantitas longitudinis ſignificatoris ab angulo: quam ſi diuiſeris, vt dictum eſt, habebis horas longitudinis ſignificatoris ab angulo occidentis quas ſerua.

Sciendum eſt autem quòd quamuis Ptolemæus & alij ſapientes, qui docuerunt modos dirigendi, docuerunt ſolum operari per aſcenſiones gradus ſignificatoris, & etiam per aſcenſiones gradus, cum quo vterque, vel alter eorum mediat cælum, aut cum quo oritur vel occidit. Dederunt tamen nobis hoc intelligere maxime cum dicant: Si ſignificator fuerit in angulo circuli, non enim dicitur planeta vel ſtella eſſe in angulo, niſi tangat lineam vel circulum anguli, ſiue eius gradus ſit in eo, ſiue non. Sciendum eſt etiam, quòd quamuis dederim modum inueniendi longitudinem

& horas

Digitized by Google

& horas longitudinis ſignificatoris ab angulo, tam ab angulo orientis & occidentis, quàm ab angulo medij cæli, & mediæ noctis. Et hoc fecerunt, quia aſcenſiones non diuerſificantur in circulo meridiei & mediæ noctis, cum ſint eædem & æquales in omni regione & climate. Et hoc ideo accidit, quia circulus meridianus tranſit per polos mundi, & per polum horizontis, ſeu per zenith capitis noſtri in omni regione, & climate, ſed aſcenſiones circuli regionis variantur tam in oriente quàm occidente, in regionibus & climatibus ſecundum diuerſitatem latitudinum eorum. Et propter hoc ſolum docuerunt operari per longitudines ſignificatoris, aut ab angulo medij cæli, aut ab angulo mediæ noctis, & non per longitudinem ipſius ab angulis orientis & occidentis.

Hoc generaliter ſuppoſito, deſcendamus ad declarationem modorum dirigendi poſitorum ab antiquis, & incipiamus à modis Ptolemæi, qui ſunt duo, pro quorum primo ſciendum eſt, quòd aut ſignificator, quem volueris dirigere, eſt citra angulum medij cæli, vel mediæ noctis, aut eſt vltra.

Itē aut tu vis directionem directam, aut conuerſam. Primus igitur modus dirigendi poſitus à Ptolemæo eſt iſte. Scias horas longitudinis ſignificatoris dirigendi ab angulo per modum ſuperius poſitum. ſcias etiam longitudinem, quæ eſt inter angulum & gradum, cum quo planeta vel ſtella, ad quem vis dirigere, mediat cælum in aſcenſionibus circuli directi. ſcias etiam partes horarum gradus, cum quo oritur ipſe planeta vel ſtella, ad quem volueris dirigere, ſi ſignificator dirigendus fuerit in parte orientali, vel partes horarum gradus, cum quo occidit, ſi ipſe ſignificator dirigendus fuerit in parte ſeu medietate occidentali, oportet etiam, vt ſit operatio tua per partes horarū diurnarum, ſi ſignificator dirigendus fuerit ſub terra. Poſtea vero multiplica partes prædictas horarum per horas longitudinis ſignificatoris dirigendi ab angulo. deinde ſi ſignificator dirigendus & planeta vel ſtella, ad quem volueris dirigere, ambo fuerint citra angulum, & cum hoc volueris directionem directam, aut ambo fuerint vltra angulum, & cum hoc volueris directionem conuerſam, quid tibi prouenerit ex multiplicatione prædicta, ſubtrahe à longitudine, quæ eſt inter angulum, & gradum, cum quo planeta vel ſtella ad quem volueris dirigere, mediat cælum vel abyſſum. Si verò ambo fuerint citra angulum, & cum hoc volueris directionem conuerſam, aut ambo fuerint vltra angulum, & cum volueris directionem conuerſam, aut ambo fuerint vltra angulum, & cum hoc volueris directionem directam, ex multiplicatione prædicta ſubtrahe aſcenſiones circuli directi, quæ fuerint inter angulum & gradum, cum quo planeta vel ſtella, ad quem volueris dirigere, mediat cælum vel abyſſum. Si vero ſignificator dirigendus fuerit vltra angulum, & planeta vel ſtella, ad quem volueris dirigere, fuerit citra angulum, & cum hoc volueris directionem directam: vel econtrario, ſi ſignificator dirigendus fuerit citra angulum, & planeta vel ſtella, ad quem volueris dirigere, fuerit vltra angulum. Et cum hoc volueris directionem conuerſam ſuper illud, quod prouenit ex multiplicatione prædicta, adde aſcenſiones circuli directi, quæ fuerint inter angulum & gradum, cum quo planeta vel ſtella, ad quem volueris dirigere, mediat cælum vel abyſſum. Et quocunque modo operatus fueris, quid tibi ex additione prouenerit, vel ex ſubtractione remanſerit, ſerua, quia eſt quantitas directionis quæſitæ.

Poteris etiam operari, ſi volueris cum ſignificator dirigendus fuerit in medietate orientali per aſcenſiones circuli regionis, & per horas longitudinis ſignificatoris dirigendi ab angulo orientis, & per longitudinem gradus, cum quo oritur planeta vel ſtella, ad quem volueris dirigere ab eodem angulo. Et ſimiliter ſi ſignificator dirigendus fuerit in medietate occidentali, poteris operari per aſcenſiones circuli regionis, & per horas longitudinis nadir gradus, cum quo occidit ſignificator dirigendus, ab angulo orientis, & per longitudinem nadir gradus, cum quo occidit planeta vel ſtella, ad quem volueris dirigere ab eodem angulo.

Secundus vero modus dirigendi poſitus à Ptolemæo eſt iſte: Scias horas longitudinis ſignificatoris dirigendi vel gradus, cum quo ipſe ſignificator mediat cælum vel abyſſum, ab angulo medij cæli ſi fuerit ſuper terram, vel ab angulo mediæ noctis, ſi fuerit ſub terra per modum ſuperius dictum, poſt hoc ſcias gradus aſcenſionum, qui ſunt inter gradum ſignificatoris dirigendi, vel gradum, cum quo ipſe ſignificator mediat cælum vel abyſſum, & gradum planetæ vel ſtellæ, ad quem volueris dirigere, vel gradum, cum quo ipſe planeta vel ſtella mediat cælum vel abyſſum in circulo directo, ſeu prima directio. Scias etiam gradus aſcenſionum, qui ſunt inter gradum ſignificatoris dirigendi, vel gradum cum quo oritur ſignificator dirigendus, ſi fuerit in medietate orientali, & gradum planetæ vel ſtellæ, ad quem volueris dirigere, vel gradum cum quo ipſe planeta vel ſtella oritur in circulo regionis. Sed ſi ſignificator dirigendus fuerit in medietate occidentali, operare per nadir gradus ſignificatoris dirigendi, vel per nadir gradus, cum quo ipſe ſignificator occidit, & per nadir gradus planetæ vel ſtellæ, ad quem volueris dirigere, vel per nadir gradus cum quo occidit ipſe planeta, vel ſtella, & gradus aſcenſionum circuli regionis, ſeu ſecunda directio.

Poſt hæc ſcias differentiam, quæ fuerit inter has duas directiones, cuius differentiæ accipe ſextam partem, & ipſam multiplica per horas longitudinis ſignificatoris dirigendi ab angulo, aut totam differentiam multiplica per horas longitudinis ſignificatoris ab angulo, & dictarum operationum adde ſuper directionem primam

primam, quæ fuit directio circuli regionis, vel ab ea minue ſi fuerit maior, & quod inde prouenerit ſerua, quia eſt quãtitas directionis quæſitę.

Poteris etiam operari ſi volueris per longitudinem ſignificatoris dirigendi ab angulo orientis, aut ab angulo occidentis, nec differt hæc operatio ab operatione præcedenti, niſi quia directio circuli regionis erit directio prima, & directio circuli directi erit ſecunda directio. Et ſi ſignificator dirigendus fuerit in medietate oriẽtali, operari debes per gradum ſignificatoris dirigendi, & per gradum planetæ vel ſtellæ, ad quem volueris dirigere, aut per gradum cum quo vterque ipſorum oritur. Sed ſi ſignificator dirigendus fuerit in medietate occidentali, operari debes per nadir gradus ſignificatoris dirigendi, & per nadir gradus planetæ vel ſtellæ, ad quem volueris dirigere, aut per nadir gradus, cũ quo vterque ipſorum occidit.

Eundem modum dirigendi ponit Alchabitius quarta differentia ſui introductorij, & addit, quòd ſi ſignificator dirigendus fuerit in vna quarta, & planeta vel ſtella, ad quem volueris dirigere, fuerit in alia quarta, Primo debes dirigere ſignificatorem dirigendum ad angulum, qui eſt inter ipſum ſignificatorem, & planetam, vel ſtellam, ad quem volueris dirigere: Deinde debes dirigere ab ipſo angulo ad ipſum planetam vel ſtellam, ad quem volueris dirigere per aſcenſiones circuli ipſius anguli. Poſt hoc prædictas duas directiones ſimul iunge, & habebis directionem quæſitam. Dirigere autem ſignificatorem ad angulum, nihil aliud eſt, quàm inuenire gradus aſcenſionum, qui erunt inter planetam vel ſtellam, ad quem volueris dirigere, & ipſum angulum, quando ipſe planeta vel ſtella venerit ad locum ſignificatoris dirigendi. Cum igitur volueris dirigere ſignificatorem ad angulum, multiplica horas longitudinis ſignificatoris ab angulo per partes horarum gradus planetæ, vel ſtellæ, ad quem volueris dirigere, horarum dico diurnarum, ſi ſignificator dirigendus fuerit ſuper terram: nocturnarum vero, ſi fuerit ſub terra, vel ſi planeta vel ſtella ipſa habuerit latitudinem, & fuerit ipſe ſignificator dirigendus in medietate orientali, operare per gradum, cum quo oritur ipſe planeta, vel ſtella, ad quem dirigis, ſed ſi ſignificator dirigendus fuerit in medietate occidentali, operare per gradum, cum quo occidit ipſe planeta, vel ſtella.

Vel aliter. Scias aſcenſiones gradus planetæ vel ſtellæ, ad quem volueris dirigere, vel gradus, cum quo venit ad angulum in circulo regionis, & ſimiliter in circulo directo faciendo principium ab Ariete, & ſcias differentiam, quæ fuerit inter prædictas aſcenſiones, cuius differentiæ accipe ſextam partem, & ipſam multiplica per horas longitudinis ſignificatoris dirigendi ab angulo. & quod inde prouenerit, adde ſuper gradus aſcenſionum, qui ſunt inter ſignificatorem dirigendum, & angulum in aſcenſionibus circuli anguli, ſi partes horarum gradus ſignificatoris fuerint minores partibus horarum planetæ vel ſtellæ, ad quem volueris dirigere, vel ab eis minue, ſi partes horarum gradus ipſius ſignificatoris fuerint maiores, & habebis directionem ſignificatoris ad angulum. Primus modus eſt facilior.

Ex hoc apparet, quòd illi errant, qui dirigunt ad angulum per differentiam, quæ eſt inter aſcenſiones gradus anguli in circulo directo, & in circulo regionis, quia non ponunt in loco ſignificatoris dirigendi planetam vel ſtellam, ad quem volunt dirigere, ſed ipſum angulum. Scias tamen, quòd ſiue dirigas primo ad angulum, & poſtea ab angulo ad locum, ad quem volueris dirigere, ſiue dirigas per vnicam operationem ab ipſo ſignificatore dirigendi ad locum, ad quem volueris dirigere per ſecundum modum dirigendi Ptolemæi ſuperius poſitum, nihil refert, quia vtroque modo exibit eadem directio.

Scias etiam, quòd Alchabitius loco præallegato docet inuenire quo de circulo ſignorum perueniet directio in aliquo annorum. Dicit ergo cum ſciueris ſignificatorem, & volueris ſcire quo de circulo ſignorum perueniet directio in aliquo annorum, ſi ſignificator dirigendus fuerit in angulo aſcendentis, aut oritur cum gradu aſcendentis, adde numerum annorum ſuper aſcenſiones gradus aſcendentis, & quod inde prouenerit, quære in circulo regionis, quia in eius directione inuenies gradum circuli ſignorum, quo perueniet directio in eodem anno. Si vero ſignificator dirigendus fuerit in angulo occidentis, vel occidit cum gradu occidentis, adde ſuper aſcenſiones nadir gradus ſignificatoris, hoc eſt ſuper aſcenſiones gradus aſcendentis numerũ annorũ, & quod inde prouenerit, quære in aſcenſionibus circuli regionis &c. facias prout fit, cũ ſignificator dirigendus ponitur eſſe in aſcẽdente, quia ad nadir gradus circuli ſignorũ quo exierit arcus, perueniet directio in eodem anno. Si vero ſignificator dirigẽdus fuerit in angulo medij cæli, aut in angulo medię noctis, vel mediat cælum cum gradu medij cæli, aut abyſſum cum gradu anguli terræ, adde numerum annorum ſuper aſcenſiones gradus anguli medij cæli vel anguli terræ in circulo directo. Et quod inde prouenerit quære in aſcẽſionibus circuli directi, quia quo peruenerit, de circulo ſignorũ, ibidẽ peruenerit directio in eodẽ anno. Sed ſi ſignificator dirigẽdus fuerit extra angulos, ſcias horas lõgitudinis ſignificatoris ab angulo medij cæli, vel mediæ noctis, ſicut dictũ eſt ſuperius. Deinde ſi ſignificator dirigendus fuerit in medietate orientali, adde ſuper aſcẽſiones gradus ſignificatoris, vel gradus, cũ quo ſignificator mediat cælum, numerum annorum quos volueris. Et quod inde prouenerit, quære in a-

ſcenſionibus circuli directi. Et vide quo extenditur de circulo ſignorum, quia illic perueniet directio circuli directi quam ſerua. Addes etiam eundem numerum annorum ſuper aſcenſiones gradus ſignificatoris vel gradus, cum quo oritur ſignificator. Et quod inde prouenerit, quære in aſcenſionibus circuli regionis, & vide quo extenditur de circulo ſignorum, quia perueniet directio circuli regionis, quam ſimiliter ſerua. Poſt hoc videas differentiam, quæ fuerit inter prædicta duo loca directionum, cuius differentiæ accipe ſextam partem, & ipſam multiplica per horas longitudinis ſignificatoris ab angulo, & quod inde prouenerit, adde ſuper locum directionis primæ, videlicet, ſuper locum directionis circuli directi, ſi minus extenditur, quàm locus directionis ſecundæ, videlicet quàm locus directionis circuli regionis, vel inde minue, ſi magis extenditur, & quod reſultauerit, vel remanſerit, ſerua, quia illuc perueniet directio ex circulo ſignorũ in eodem anno. Sed ſi ſignificator dirigendus fuerit in medietate occidentali, operare cum nadir gradus ſignificatoris, aut cum nadir gradus, cum quo occidit ſignificator, ſicut feciſti cum gradu ſignificatoris, vel cum gradu, cum quo oritur ſignificator in opere præcedenti, & quod ex operatione huiuſmodi reſultauerit vel remanſerit, nota, quia ad eius nadir perueniet directio ex circulo ſignorum in eodem anno. Poteris etiam ſi volueris operari per horas longitudinis ſignificatoris dirigendi ab angulo orientis, & etiam ab angulo occidentis. Sed certe hic modus inueniendi quo de circulo ſignorum perueniat directio in aliquo annorum, non videtur mihi præciſus, & hoc quia quamuis in qualibet hora temporali quinis gradus ſemper æqualiter reuoluatur de circulo æquinoctiali, non tamen æqualiter reuoluitur de circulo ſignorum, quod poteſt per exemplum demonſtrari. Sit enim exempli gratia aſcendens principium Tauri, cuius aſcenſiones in circulo regionis ſunt gra. ſexdecim, & minut. ſeptem, tunc in medio cæli eſt ſignum Capricorni gra. 15. & minut. quinquaginta, cuius aſcenſiones in circulo directo ſunt gra. 16. & minut. ſeptem, ſitque ſignificator dirigendus in fine eiuſdem ſigni Capricorni, eſt ergo lõgitudo ſignificatoris ab angulo medij cæli gra. 16. & minut. ſex, quibus diuiſis per partes horarum diurnarum gradus ſignificatoris exibunt hora vna, & minuta vigintiquinque, quæ hora & minuta ſunt horæ longitudinis ſignificatoris ab angulo prædicto. Cum autem ſuper aſcenſiones graduum ſignificatoris in circulo directo, quæ ſunt gra. trigintaduo, & minut. tredecim, addiderimus numerum annorum viginti, reſultabunt gra. 52. minut. 13. in directo, quorum in circulo directo, ſunt grad. 19. & minut. 47. ſigni Aquarij. Cum vero ſuper aſcenſiones gradus eiuſdem ſignificatoris in circulo regionis, quæ ſunt gra. 323 & minut. 52. addiderimus numerum prædictorum annorum 20. prouenient gra. 343. minut. 52. in directo, quorum in circulo regionis, ſunt gra. 29. & minut. 58. ſigni Aquarij. Et ſic differentia duorum locorum prædictorum directionum eſt, gra. 10. & minut. vndecim, cuius differentiæ ſexta pars eſt gradus vnus, & min. 42. ferè, quæ multiplicata per prædictas horas longitudinis ſignificatoris ab angulo, reddunt duos gra. & minut. 24. qui additi ſuper locum directionis circuli directi, cum minus extendatur quàm locus directionis circuli regionis reddunt grad. 22. & minut. vndecim, ſigni Aquarij. Sed nunc econtrario videamus quot gradus directionis ſunt inter ſignificatorem prædictum & gra. 22. minut. vndecim ſigni Aquarij. Certum eſt enim diligenter operanti, quòd aſcenſiones quæ ſunt inter locum ſignificatoris dirigendi, & locum ad quem volumus dirigere, ſunt gra. 22. & minut. 22. in circulo directo. Et quòd inter prædicta duo loca in circulo regionis ſunt gra. quindecim, minu. 21. Et ſic differentia harum duarum directionum eſt gra. ſeptem minu. vna, cuius differentię ſexta pars eſt gradus vnus, & minu. 10. ferè, quæ multiplicata per horas longitudinis ſignificatoris ab angulo reddunt gradum vnum, & minut. trigintanouem, qui gra. & minut. ſubtrahi debent à directione circuli regionis, qua ſubtractione facta remanet gra. 20. & minut. quadragintatria, qui ſunt quantitas directionis inter prædicta loca. Et ſic manifeſte apparet ex prædicto exemplo, quod operatio prædicta, quam docet Alchabitius, non eſt præciſa, quia vbi non debuerunt cadere inter prædicta loca, niſi gra. viginti, præciſe reperiuntur gra. 20. & minu. quadragintatria. Sed ſi dixerimus ſignificatorem prædictum ad gra. vigintiunum, & minut. viginti tria, prędicti ſigni Aquarij ſecũdum modum Ptolemæi & Alchabitij, inueniemus quòd inter duo prædicta loca cadent de directione grad. viginti præciſe, ergo à loco ſignificatoris dirigendi proueniet directio in fine viginti annorum propoſitorum ad gra. vigintiunum, & minut. vigintitria ſigni Aquarij præciſe, & non ad gra. vigintiduo, & minut. vndecim, eiuſdem ſigni, quo tamen veniebat ſecundum operationem Alchabitij.

Quidam vero alij alio modo dirigunt, non tamen multum differente à ſecundo modo Ptolemæi ſuperius poſito. Iſti enim accipiunt longitudinem ſignificatoris ab angulo per aſcenſiones circuli illius anguli, à quo accipiunt longitudinem, abſque quòd eam reducat ad horas, ſicut faciunt præmiſſi, poſtea accipiunt directiones duorum circulorum, videlicet circuli directi & circuli regionis orientalis vel occidentalis, ſecũdum ꝙ ſignificator dirigẽdus fuerit in medietate orientali vel in medietate occidentali, ſicut faciunt præmiſſi operantes per gradus ſignificatoris dirigendi, & per gradus planetæ & ſtellæ ad quem volunt dirigere, aut per grad. cũ quo vterque, vel alter eorum mediat cælum vel abyſſum, aut per gradum, cum quo vterque, vel alter eorũ oritur vel occidit ſecundũ quod expedit. Deinde differentiam, quæ eſt inter prædictas duas directiones, multiplicant per lõgitudinem ſignificatoris

Digitized by Google

toris dirigendi ab angulo, & quod inde producitur, diuidunt per medietatem arcus diurni gradus ſignificatoris, ſi ipſe ſignificator fuerit ſuper terrā, per medietatem vero arcus nocturni, ſi fuerit ſub terra, quod vero ex prædicta diuiſione exiuerit, addunt ſuper directionem primam ſi fuerit minor directione ſecunda, vel ab ea minuūt ſi fuerit maior, & quod ex hac operatione prouenerit, erit quantitas directionis quæſitæ. Primam autem directionem voco illam, quæ accepta eſt per aſcenſiones circuli illius anguli, in quo accepta fuerit longitudo ſignificatoris dirigendi. Modus vero inueniēdi radios & aſpectus planetarum & ſtellarum per modum dirigendi, nō differt à modo, quo Alchabitius docet inuenire, quo de circulo ſignorum perueniet directio in aliquo annorum, vnde ſicut ſuper aſcenſiones gradus ſignificatoris dirigendi, vel ſuper aſcenſiones gradus cum quo oritur ipſe ſignificator, vel ſuper aſcenſiones nadir, cū quo occidit, vel ſuper aſcēſiones gradus, cum quo mediat cælum vel abyſſum, addebas numerum annorum propoſitorum. Ita ſuper aſcenſiones gradus planetæ vel ſtellæ, cuius radios & aſpectus quęris, aut ſuper aſcenſiones gradus cum quo oritur, vel ſuper aſcenſiones nadir gradus, cum quo occidit, aut ſuper aſcenſiones gradus, cum quo mediat cælum vel abyſſum, addes arcus aſpectuum ſextilis quarti & trini, pro radiis & aſpectibus ſiniſtris, & ab illis ſubtrahes arcus eorum aſpectuum pro radiis & aſpectibus dextris. Et quod tibi proueniet quæres aut in aſcenſionibus circuli directi, aut in aſcenſionibus circuli regionis, ſecundum quòd docetur in modo illo, & quo de circulo ſignorum extendentur arcus prædictorum aſpectuū, illic erunt radij & aſpectus illius planetæ vel ſtellæ. Arcus vero aſpectus oppoſitionis non debet addere ſuper aſcenſiones predictas, quia ſemper radius, & aſpectus oppoſitionis cadit directè in gradu & minuto diametraliter oppoſito loco ipſius planetæ vel ſtellæ. Sed tu iam ſciuiſti in exemplo, quòd hic modus inueniendi radios & aſpectus, non eſt præciſus.

Modus vero inueniendi & proiiciendi radios & aſpectus planetarum & ſtellarum ſecundum illos, qui extendunt radios & aſpectus ſecundum æquationes domorum eſt iſte. Si enim planeta vel ſtella cuius radios & aſpect' quæris, fuerit in principio alicuius domus, manifeſtum eſt ex dictis ſuperius capitulo ſecundo, quòd radij & aſpectus ipſius extenduntur ad principia domorum 3.4.5.7.9.10. & 11. à domo in cuius principio fuerit ipſe planeta vel ſtella, ſed ſi ipſe planeta vel ſtella elōgatus fuerit à principio domus, in qua fuerit, ſcias per quot gradus aſcenſionum circuli directi elongatus fuerit ab ipſo principio, & ipſos multiplica per gradus aſcenſionum circuli directi, qui fuerint inter principium & finem illius domus, ad quam extenduntur radij planetæ vel ſtellæ. Et quod inde prouenerit, diuide per gradus aſcenſionum circuli directi, qui fuerint inter principium & finem illius domus, in qua fuerit planeta vel ſtella, & quod inde exiuerit, adde ſuper aſcenſiones principij domus, ad quam extenduntur radij, & quod inde prouenerit, extende in aſcenſionibus circuli directi. Et ſcias quòd in eius directo fuerit de circulo ſignorum, quòd illic extenduntur aſpectus & radij planetæ vel ſtellæ. Vel aliter gradus lōgitudinis ipſius planetæ vel ſtellæ, à principio domus in qua fuerit, diuide per partes horarum gradus ipſius planetæ vel ſtellæ duplicatas, diurnarum quidem, ſi fuerit ſuper terram, nocturnarum vero, ſi fuerit ſub terra, & prouenient tibi minutæ horæ longitudinis planetæ vel ſtellæ à principio domus, in qua fuerit, quæ minuta multiplica in aſcenſiones circuli directi, quæ fuerint inter principium & finem cuiuſlibet domus, ad quā proiicit, & extendit radios ſuos, & quod prouenerit, adde ſuper aſcenſiones principij cuiuſlibet earum, & quod inde prouenerit, extende in aſcenſionibus circuli directi, & verte in gradus æquales, & habebis quo de circulo ſignorum extendentur aſpectus, & radij ipſius planetæ, vel ſtellæ, à qualibet domo quam aſpicit. Sed pro inueniendo quo de circulorum ſignorum extenduntur radii & aſpectus ſecundum modum Ioannis Hiſpalen. Nota quòd aſcenſiones circuli regionis omnium quartarum cuiuſlibet figuræ ſunt æquales. Manifeſtum quidem eſt, quòd aſcenſiones duarum quartarum occidentalium ſunt æquales aſcenſionibus duarum quartarum orientalium, propter illud, quod dicebatur ſupra capitulo tertio, videlicet, quòd quodlibet ſignum, & quilibet gradus deſcēdit cum aſcenſionibus ſui oppoſiti. Patet etiam quòd aſcenſiones duarum quartarum orientalium ſunt æquales ex hoc. Cum enim partes horarum diurnarum gradus medii cæli ſint æquales partibus horarum nocturnarum gradus anguli terræ, & vterque eorum elongetur ab angulo aſcendentis per ſex horas temporales, manifeſtum eſt, quòd aſcenſiones circuli regionis, quæ ſunt inter angulum medii cæli, & angulum aſcendentis, ſunt æquales aſcenſionibus circuli regionis, quę ſunt inter anglum terræ & angulum aſcendentis, ſed cum aſcenſiones regionis vtriuſque duarum quartarum orientalium diuiſæ fuerint in tres partes æquales, & viſum fuerit quo de circulo ſignorum perueniunt prædictæ partes, erit tota medietas orientalis diuiſa in ſex partes ad ſimilitudinem ſex domorum. Et ſimiliter intellige de tota medietate occidentali, cum ſit æqualis medietati orientali, & ſecundum hæc tota figura cæli, erit diuiſa in duodecimæ partes, ad ſimilitudinem duodecim domorum. Si ergo planeta vel ſtella, cuius radios & aſpectus quæris, fuerit in principio alicuius domorum prædictarum, vel ſint domorum principia, proſpiciet principia aliarum domorum, quæ ſibi iunguntur per aſpectum. Si vero fuerit elongatus à principio alicuius domus, per quot gradus circuli regionis fuerit elongatus à principio domus, totidem gradus circuli regionis proſpiciet alterius domus ſibi iunctæ per aſpectum, quos reduc ad gradus æquales, & habebis quo de circulo ſignorum extendentur radii ipſius planetæ vel ſtellæ. Sed ſi planeta vel ſtella, cuius radios & aſpectus quęris, fuerit in medietate occidentali, & eius radij extenduntur ad me-



Digitized by Google

dietatẽ orientalẽ, operari oportet per aſcenſiones nadir gradus planetæ vel ſtellæ, vel radiorũ ipſius.

Vel aliter & breuius, ſcias aſcenſiones ipſius planetæ vel ſtellæ, cuius radios & aſpectus quæris in circulo regionis, ſi fuerit in medietate orientali, vel eius nadir ſi fuerit in medietate occidentali. Scias etiam partes horarum diurnarum gradus medij cęli vel nocturnarũ gradus anguli terrę, quę ſemper ſunt æquales, quas multiplica ꝑ quatuor pro aſpectu ſextili, & per ſex pro aſpectu quarto, & per 8. pro aſpectu trino, & per 12. pro aſpectu oppoſitionis. Et quod inde prouenerit, adde ſuper aſcenſiones gradus ipſius planetæ vel ſtellæ, ſi fuerit in medietate orientali, vel ſuper aſcenſiones ipſius nadir, ſi fuerit in medietate occidentali pro aſpectibus & radiis ſiniſtris, & ab eis minue pro radiis & aſpectibus dextris. Et inde aggregatum vel reſiduum extende in aſcenſionibus circuli regionis, & reduc ad gradus æquales. Et habebis quo de circulo ſignorum peruenient, & extendentur aſpectus & radij ipſius planetæ vel ſtellæ. Vnde ſi planeta ipſe vel ſtella fuerit in medietate orientali ipſius radij, & aſpectus cadent in locis extenſionum prædictarum. Sed ſi fuerit in medietate occidentali, cadent in oppoſitione locorum extenſionum prædictarum. Diligenter tamen aduerte, an radij planetæ vel ſtellæ extendantur vltra angulum medij cæli vel mediæ noctis in medietate occidentali, quia ſi extenduntur vltra angulum mediæ noctis, minuere debes aſcenſiones ipſius anguli de aſcenſionibus extenſionis radiorum, & reſiduum adde ſuper aſcenſiones gradus medij cæli, & quod prouenerit, extendere debes in aſcenſionibus circuli regionis, & reducere ad gradus æquales, quia in nadir eorum cadent radij, & aſpectus ipſius planetæ vel ſtellæ. Sed ſi radij planetæ vel ſtellæ extenduntur vltra angulum medij cæli, minuere debes aſcenſiones extenſionis radiorum de aſcenſionibus anguli, & reſiduum minuere de aſcenſionibus anguli terræ, & quod prouenerit, extendere debes in aſcenſionibus circuli regionis, & reducere ad gradus æquales, quia in nadir eorum cadent radij & aſpectus ipſius planetæ vel ſtellæ. Sed ſi radij planetæ vel ſtellę extenduntur vltra angulum medij cæli, minuere debes aſcenſiones extenſionis radiorum de aſcenſionibus anguli, & reſiduum minuetur de aſcenſionibus anguli terræ. Et quod prouenerit, extendere debes in aſcenſionibus circuli regionis, & reducere ad gradus æquales, quia in nadir eorum cadent radij & aſpectus ipſius planetæ vel ſtellæ.

Quidam vero cupiens prolixitati horum modorum dirigendi prouidere, quoddam inſtrumentum compoſuit aptum & vtile ſatis ad dirigendum, proijciens ſphæram in plana ſuperficie, ſicut docetur in Aſtrolabio, ſuper cuius centro ſeu polo, linea medij cæli & linea mediæ noctis, cum circulo horizontis, ſeu cum brachiis circuli horizontis, quem circulum, vel quæ brachia prædicta linea diuidit per medium tranſiens per centrum mundi, & etiam per centrum dicti circuli horizontis, quæ linea circumferri poteſt ſuper dicto centro ſeu polo cum prædicto circulo horizontis, ſeu cum brachiis prædicti circuli. Sed certe operatio per iſtud inſtrumentum non poteſt eſſe præciſa, niſi inſtrumentum eſſet adeo magnum, quod in ipſo poſſent inſcribi gradus, ſicut deſcribuntur in tabulis. Poteſt tamen aliud inſtrumentum directionis & aſpectuum imaginari, quod erit longè facilioris operationis, licet non præciſioris illo. Imaginemur ergo ſphæram ſolidam, in cuius ſuperficie ſint ſcripti duo circuli maiores, ſcilicet, circulus æquinoctialis & circulus ſignorum cum ſuis diuiſionibus, ſintque, ſi placet, in ſuperficie eiuſdem ſphæræ deſcriptæ ſtellæ fixæ, & maximè illæ, quæ ſunt primæ & ſecundæ magnitudinis. Imaginemur etiam duos alios circulos maiores extra ſphæram prædictam, ſub quibus poſſit rotari ſphęra habiliter ſuper polis propriis, qui ſunt fixi in ipſa ſphæra in duobus locis diametraliter oppoſitis, ita quòd ab vtroque ipſorum diſtet æqualiter prędictus circulus æquinoctialis, quorum circulorum exteriorum, alter ſit circulus horizontis, ſuper quem eleuetur polus Septentrionalis, illi videlicet, qui eſt in parte declinationis ſigni Cancri à prædicto æquinoctiali circulo ſecundum quantitatem latitudinis regionis, in qua fueris. Alter vero circulus exterior ſit circulus meridianus, qui interſecans dictum circulum horizontis in parte ſeptentrionis & meridiëi, ad angulos rectos ſphærales & orthogonaliter erectos ſupra dictum circulum horizontis tranſeat per polos mundi, & per zenith capitis noſtri, qui eſt polus circuli horizontis. In duobus vero punctis huius circuli meridiani, qui contingunt polos mundi, ſint duo foramina, per quæ poſſunt intrare poli mundi, & in eis circumuolui cum tota ſphæra, fixis & immobilibus permanentibus prædictis duobus circulis exterioribus. Imaginemur eſſe alium circulum maiorem, qui poſſit circumuolui ſuper duos polos, qui ſunt in duobus punctis oppoſitis, in quibus dicti duo circuli, ſcilicet horizõ & meridianus ſe interſecant, qui circulus vocetur circulus exterior mobilis, ſeu circulus horarum. Cum igitur per hoc inſtrumẽtum volueris dirigere, cognoſce partes mundi in ipſo inſtrumento, videlicet partem orientalem, & partem occidentalem, partem ſeptentrionalem, & partem meridionalem, & diſpone cælum ad quodcunque inſtans volueris, vt puta ad inſtans cuiuſuis natiuitatis vel alterius principij: ita ꝙ gradus aſcendẽs ſit ſub circulo horizontis in parte occidẽtis, & gradus occidẽtis ſit ſub eodẽ circulo in parte occidẽtis, & gradus medij cæli ſit ſub circulo meridiano ſuper terrã, & gradus anguli terræ ſit ſub eodẽ circulo ſub terra. Poſtea vide, an ſignificator, quem volueris dirigere, fuerit in aliquo angulorum, hoc eſt in aliquo prædictorum quatuor locorum. quod ſi ſic fuerit, pone notam in æquinoctiali circulo ſub circulo illius anguli, deinde circumuolue ſphæram ſecundum ſucceſsionem ſignorum, ſi volueris directionem directam, vel contra ſucceſsionem ſignorum, ſi volueris directionem cõuerſam, donec planeta vel ſtella, ad quem volueris dirigere, venerit ad circulum eiuſdem anguli, & tũc pone aliam notam in ęquinoctiali circulo ſub circulo eiuſdem anguli, & computa gradus ęquinoctialis, qui intercipiuntur inter dictas duas notas, & ſerua eos, quia erunt quantitas directionis, quam quærebas. Si vero ſignificator dirigendus non fuerit in

Digitized by Google

rit in aliquo prædictorum quatuor angulorum, diſpone ſphæram ad quoduis inſtans, deinde prædictum circulum exteriorem mobilem, ſeu circulum horarum pone ſuper locum ſignificatoris dirigendi, ſiue habeat latitudinem, ſiue non. Et pone notam in æquinoctiali circulo, ſub eodem circulo horarum, quo immobili permanente, nec ampliatis, nec anguſtatis angulis, quos conſtituit cum prædictis duobus circulis horizontis & meridiei, circumuolue ſphæram ſecundum, vel contra ſucceſſus ſignorum, prout directionem directam vel conuerſam volueris, donec planeta vel ſtella, ad quem volueris dirigere, venerit ad prædictum circulum horarum. Et tunc in æquinoctiali circulo pone aliam notam, & computa gradus in æquinoctiali circulo, qui intercipiuntur inter prædictas duas notas, & ſerua eos, quia erunt quantitas directionis quam quærebas. Si vero per idem inſtrumentum volueris ſcire, quò de circulo ſignorum perueniet directio in aliquo annorum, aut quò cadent radij & aſpectus planetarum ſecũdum opinionem illorum, qui radios proiiciunt, & extendunt per modum dirigendi. Vide ſi ſignificator, cuius directionem quęris, aut planeta vel ſtella, cuius radios & aſpectus quæris, fuerit ſub aliquo circulo angulorum. quòd ſi ſic, poſita nota in æquinoctiali circulo ſub circulo illius anguli in quo fuerit ipſe ſignificator dirigendus, vel planeta vel ſtella, cuius radios quæris. Deinde ab ipſa nota computa in circulo æquinoctiali gradus ſecundum numerum annorum, quos volueris, ſecũdum ſucceſſus ſignorum pro directione directa, cõtra vero ſucceſsionem ſignorum pro directione conuerſa. Similiter computa ab ipſa nota in eodem circulo æquinoctiali pro radiis & aſpectibus ſiniſtris ſecundum ſucceſſus ſignorum 60.gra. pro aſpectu ſextili, 90.gr. pro aſpectu quarto, 120. gr. pro aſpectu trino, pro aſpectibus vero & radiis dextris, computa contra ſucceſſus ſignorum. Et in quolibet prædictorum locorum pone in eodem æquinoctiali circulo aliam notam, deinde volue ſphæram ſecundum ſucceſsionem ſignorum pro directione directa & aſpectibus & radiis ſiniſtris. contra vero ſucceſsionẽ ſignorum pro directione cõuerſa, & pro aſpectibus & radiis dextris, donec ipſa nota vel ipſæ notæ directionis vel aſpectuũ veniunt ad circulum ipſius anguli, & nota gradus vel gradum circuli ſignorum, qui tunc venerit, vel veniũt ad prædictum circulum anguli, quia illic perueniet directio in eodem anno, ſi operatus fueris ad directionem, vel illic extendentur radij, & aſpectus planetæ vel ſtellæ &c. Si operatus fueris ad radios & aſpectus, & per circulũ anguli tranſibunt gradus de æquinoctiali circulo ſecundum numerum annorum, ad quorum terminum quæris locũ directionis, & ſecundum numerum graduum, cuiuſlibet arcus prædictorum aſpectuum. Si vero ſignificator dirigendus vel planeta vel ſtella, cuius radios & aſpectus quæris, fuerit extra angulos, diſpone ſphæram ad inſtans ſicut dictum eſt ſupra, & circulum mobilem exteriorem, qui etiam dicitur circulus horarum, pone ſupra gradus ſignificatoris dirigendi, ſi quæris directionem, vel ſuper gradus planetæ vel ſtellæ, cuius radios & aſpectus quę-ris, & pone notam in æquinoctiali circulo ſub eodem circulo horarum. Deinde pone in eodem circulo æquinoctiali alias notas directionis vel aſpectus, ſicut dictum eſt ſupra. Deinde prędicto circulo horarum immobili permanente, volue ſphærã, quo facias, & habebis quo de circulo ſignorũ peruenerit directio in anno propoſito. Et quo extendentur aſpectus & radij circuli. Et hoc ſecundum illos, qui inueſtigant & proiiciunt aſpectus & radios planetarum & ſtellarum per modum dirigendi. Sed ſecundum veritatem & modum, qui inferius declarabitur, cũ volueris aſpectus & radios alicuius planetæ vel ſtellæ, per iſtud inſtrumentũ, diſpone ſphæram ad quodcunque inſtãs volueris, vt dictum eſt ſupra. Deinde diſpone prædictum circulum horarum ſuper gradus planetę vel ſtellę, cuius radios & aſpectus quæris, ſiue habeat latitudinem, ſiue non. Et pone notam ſub eodem circulo in æquinoctiali circulo, ſphæra immobili permanente, volue prædictum circulum horarum ſecundum ſucceſſus ſignorum, pro radijs & aſpectibus ſiniſtris, contra vero ſucceſſus ſignorũ pro radiis & aſpectibus dextris, donec inter prædictam notam & circulum prædictum, intercipiantur de gradibus æquinoctialis circuli, quantum eſt arcus cuiuſlibet aſpectus, cuius locum extẽſionis quęris, videlicet aſpectus ſextilis aut quarti, aut trini aut oppoſitionis. Et nota gradũ circuli ſignorum quę tangit prædictus circulus horarum, cum fuerit in terminis prædictorum aſpectuũ, quia ad prædictũ gradum circuli ſignorũ extẽdentur radij planetæ, quos quærebas. Eſt tamen notandũ, quòd ſiue planeta dirigẽdus, aut planeta vel ſtella, cuius radios & aſpectus quæris, habet latitudinem, ſiue non, nihil refert, quia quando circulus anguli, vel circulus prædictus horarum, tangit ſignificatorem vel planetam vel ſtellam, oſtendit cum quo gradu oritur vel occidit, aut cum quo gradu mediat cælum vel abyſſum, & etiam cum quo gradu venit ad quemlibet locum figuræ, & etiam oſtendunt aſcẽſiones graduum vtriuſque eorum in quocunque loco figuræ fuerit. Vides quàm faciliima, & breuis ſit operatio dirigendi & proiiciendi radios & aſpectus per hoc inſtrumentum. Non enim expedit computare longitudinem ſignificatoris dirigendi, aut planetæ vel ſtellæ, cuius radios quæris ab angulo, nec inueſtigare quanta ſit directio circuli directi, & circuli regionis, nec notare differẽtiam inter eas, nec illam multiplicare per lõgitudinem prædictam ſignificatoris ab angulo, nec quod inde prouenerit, diuidere per medietatem arcus diurni vel nocturni ſignificatoris dirigendi: quod tamen totum expedit nobis facere, ſi voluerimus dirigere per aliud inſtrumentum, de quo dictum eſt ſupra. Item nota ſi planeta habuerit latitudinem, & non fuerit in ecliptica, & ſcieris ſignum, & gradus eius, & quantitatem, & partem latitudinis, poteris ſcire per iſtud inſtrumentum locum ipſius planetæ in ſphæra. Et ſimiliter cuiuſlibet ſtellæ non deſcriptæ in ipſa ſphæra, hoc modo videlicet, imaginemur alium circulum maiorẽ tranſeuntem per polos circuli ſignorum, & ſuper eos circumuolui, qui diuiſus ſit in 360. partes ſiue gradus. prædictum ergo circulũ volue ſuper gradum

planetæ vel ſtellæ,in ecliptica, cuius locum vel ſitum quæris in ſphæra,poſtea computa in prædicto circulo ab ecliptica gradus latitudinis planetæ vel ſtellæ verſus partem illam, in qua fuerit eius latitudo,& ibi pone paruam notam, quia illic erit locus planetæ vel ſtellæ in ſphæra quem quærebas. Nunc ſequitur canon directionum iuxta Ptolemaicam doctrinam.

## CANON DIRECTIONVM IVXTA PTOLEMAICAM DOCTRINAM.

### I. PARS CANONIS, DE INVENIENDA DIſtantia ſtellæ aut loci Eclipticæ, à Medio vel Imo cæli.

Si locus Cæli fuerit
- Inter principium decimæ aut primæ domus,vel inter IIII. & VIII. — Subtrahe Aſcenſionem rectam Medij cæli, vel Imi Cæli, ab Aſcenſione recta Planetæ, & prodibit diſtantia Planetæ, à Medio cæli vel Imo cæli.
- Inter principium primę& IIII. vel inter VII. & X. — Subtrahe Aſcenſionem rectam Planetæ,ab Imo cæli,vel à medio cæli, & prodibit diſtantia Planetæ,ab imo cæli, vel Medio cæli.

### II. PARS CANONIS, DE DIRECTIONE SIgnificatoris, conſtituti in cardinibus cæli quatuor.

Si Significator fuerit,
- In aſcendente — Aufer Aſcenſionem obliquam Significatoris, ab Aſcenſione obliqua Promiſſoris, & prouenit arcus directionis quæſitæ.
- In angulo Occidentis — Subtrahe Deſcenſionem obliquam Significatoris à Deſcenſione obliqua promiſſoris, & prouenit directio quæſita.
- In Medio aut Imo cæli — Subtrahe Aſcenſionem rectam Significatoris, ab Aſcenſione recta promiſſoris, & reſiduum tempora Directionis quæſitæ oſtendet.

### III. PARS CANONIS, DE DIRIGENDO SIgnificatore,conſtituto extra angulos,ad ſuos Promiſſores.

Si Significator,qui deducendus eſt ad ſuos promiſſores, fuerit extra Angulos, in ſpaciis intermediis, quære
- I. Significatoris & Promiſſoris diſtantiam à Medio,vel Imo Cæli.
- II. Horaria tempora & Significatoris & Promiſſoris,ſub conueniente Eleuatione Poli diurna,ſi Significator fuerit ſupra terram:nocturna, ſi infra terram.
- III. Horaria tempora Significatoris,diuide in diſtantiam promiſſoris,à Medio vel Imo cæli, & prodibunt horæ temporales, quibus Significator remouetur à Medio,vel Imo cæli.
- IIII. Multiplica tempora horaria Promiſſoris,per Horas temporales,quibus Significator abeſt à Medio cælo vel Imo cælo: Productum oſtendet, quot partibus æquatoris,à Medio cęlo vel Imo cælo diſtare debeat,vt ſimilem locum Significatoris obtineat.

IIII.PARS

### IIII. PARS CANONIS DE REGVLIS IN ſubtractione obſeruandis.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Si fuerit | I. | Significator & promiſſor, inter medium Cæli & Horoſcopum, vel inter imum cęli, & Septimam. | Productum, quod prouenit ex multiplicatione horarum temporalium, quibus diſtat Significator à Medio vel imo cæli, ex differentia promiſſoris, aufertur. |
| | II. | Significator & Promiſſor, inter Horoſcopum & imum cæli, vel inter VII. & medium cælum. | Diſtantia promiſſoris, ex producto eſt auferenda. |
| | III. | Significator inter ſeptimam & decimam, vel inter primam & imum cæli, Promiſſor verò inter decimam & primam, vel quartam & ſeptimam. | Tum differentia Promiſſoris eſt producto addenda. |

*De horariis temporibus.*

Quid ſint horaria tēpora.

HOraria tempora dicuntur arcus æquinoctialis, graduū & ſcrupulorum, qui ſingulis horis peroriuntur. Cùm enim dies & noctes artificiales, non tantum ratione regionum, ſed etiam punctorū Eclipticæ ſint inæquales, & hora temporalis ſemper 12. partem diei vel noctis artificialis complectatur, neceſſe eſt eam quoque ob prædictas cauſas inæqualem eſſe, ita vt interdum in hora temporali plura, interdum pauciora tempora quam 15. de æquinoctiali aſcendant aut deſcendant.

Multi ſunt modi inquirendi tempora horaria.

Etſi verò plures ſint modi inquirendi tempora horaria, ſeu quot gradus & minuta æquinoctialis, in hora temporali, ad datum locum Zodiaci & eleuationem poli aſcendant: tamen facilis eſt ratio, quæ ex ſpacio ſemidiurno aut ſeminocturno in tabula quantitatis dierum Ephemereidibus præfixa dependet.

Quomodo diuidantur tempora horaria.

Sicut autem in Tabula Quantitatis dierum & noctium, ſpacia temporis diuiduntur in ſemidiurna & ſeminocturna: Ita, quoque tempora horaria diuiduntur in diurna & nocturna. Tempora diurna dicūtur quę aſcēdūt de æquinoctiali in ſpatio horæ tēporalis, ſignificatoribus in ſignis Septentrionalibus exiſtentibus, vt in Ariete, Tauro, Geminis, Cancro, Leone, & Virgine. Tempora verò nocturna dicuntur, quę aſcendunt de æquinoctiali in hora temporali, ſignificatoribus in ſignis meridionalibus exiſtentibus, vt in Libra, Scorpione, Sagittario, Capricorno, Aquario, & Piſcibus.

Quæ ſint tempora diurna. Quæ ſint nocturna.

Inquiſiturus igitur tempora horaria Solis, Lunę, & aliorum locorum Eclipticæ quorumcunque datorum, ingredere tabulam quantitatis dierum cū ſigno, gradibus & minutis loci propoſiti, & ex ea profer arcum Planetæ vel loci dati in Ecliptica, iuxta loci tui eleuationem, ſemidiurnum aut ſeminocturnum, atque eundem per differentiam & dimidium multiplica aut 2. & 30. multiplica, numerus emergens ex multiplicatione oſtendit tempora horaria. Hæc diurna ſunt, ſi ingreſſus in tabulam Quantitatis dierum per ſignum Septentrionale factus fuerit: vel nocturna, ſi per meridionale, id quod tituli quoque in tabula aſcripti docebūt. Vel quod eſt compendioſius ingredere Canonem temporum horariorum, cùm dato arcu Eclipticæ, & addita conueniente correctione per partem proportionalem quæſitum inuenies.

Huius rei exemplum Canon horarius, ad Eleuationem 53 graduum demōſtrabit.

*EXEMPLI CAVSA.*

*Thema cæli Henrici Iulij Ducis Brunſuuicenſis.*




Exemplũ. In genitura Illuſtriſsimi Principis HENRICI IVLII, Iupiter eſt in 3. G. min. 52. Virginis in Boreali. Quæritur quæ ſint horaria tempora Iouis in hoc loco ſigniferi, ſub eleuatione 54. graduum. Inuenio per poſteriorem modum in angulo communi 17. H. min. 26. Sequens numerus eſt ad ſextum gradum 17. H. min. 10. decreſcens. Differentia eſt 0. H. min. 16. ſub. Iam ſic dico.

3. Gradus Zodiaci, dant differ. ſub. 0. H. min. 16. quid min. 52. integris gradibus Iouis adhærentia. Pars proportionalis eſt 4. minutorum, 37. ſecundorum, 20. tertiorum. ſub. Fiat ſubtractio à numero prius inuento 17. Grad. min. 26. & relinquitur numerus 17. Hor. min. 21. ſe. 22. ter. 40. Sunt igitur Iouis tempora horaria 17. min 21. cùm incidat in ſignum boreale, ſub latitudine 54. Grad.

Alia forma tractandi exemplum. Idem inueſtigabimus per priorem formam, ex canone quantitatis dierũ & noctium: Iupiter eſt in 3. G. min. 52. Virginis ſub Eleuat. 54. Grad. eſt arcus ſemidiurnus 6. H. min. 59. Differentia 0. H. mi. 7. ſubtrahenda, P. P. demenda min. 2. 1. relinquitur arcus correctus ſemidiurnus 6. Ho. min. 57. Multiplico per 2. & ſec. 30. & prodit aggregatum 17. H. 22. min. 30. ter. Et hæc ſunt tempora horaria Iouis diurna.

*Aliud exemplum.*

Aliud exemplum. Quærenda ſunt tempora horaria Saturni in hac genitura Principis, ipſo conſtituto 14. G. m. 12. Leonis, ſub Eleuatione poli 54. G. Ingredior iuxta priorem formam Canonem quantitatis dierum & noctium. Ad 15. gradũ (duplici enim ingreſſu vtimur propter præciſionem indagandam) inuenio 7. H. min. 35. Ad 18. Gra. 7. H. min. 30. Differentia decreſcens eſt min. 5. Pars proportionalis ſubtrahenda min. 2. Eſt ergo arcus ſemidiurnus Saturni 7. H. min. 33. Multiplicetur per 2. & 30. prodeunt horaria tempora 18. H. min. 52. ſec. 30. ter. 0.

| | | | H. | Min. |
|---|---|---|---|---|
| Multiplicandus. | | | 7. | 33. |
| Multiplicans. | | | 2. | 30. |
| | | | 16. | 30. |
| | | 3. | 30. | |
| | | 1. | 6. | |
| | 0. | 14. | | |
| Aggregatũ | 0. | 18. | 52. | 30. |

Sunt ergo horaria tempora Saturni 18. H. minu. 52. ſec. 30. diurna, cùm ſit in ſigno Boreali Leonis.

Iuxta alteram formam ingredior Canonem horarium, cum dato arcu Zodiaci 16. min. 12. Leonis. Ad 15. G. inuenio 18. H. min. 58. Ad 18. G. aſcendendo, 18. H. min. 44. Differentia eſt 0. H. min. 14. Iam ſic dico: 3. Gr. dant differentiam min. 14. quid 1. G. min. 12. reſiduum arcus propoſiti. Pars proportionalis eſt min. 5. ſec. 36. ſubtrahenda, à 18. Hor. min. 58. numero primo loco inuento. Sunt igitur ex hoc Canone tempora horaria Saturno, 18. Hor. 52. min. 24. ſec. diurna.

*Aliud exemplum.*

Inueſtiganda ſunt horaria tempora Solis. Sol autem in hac geneſi incidit in 1. G. 37. Scorpionis Signum eſt Auſtrale. Ergo Canon vtroque modo nocturna tempora ſubminiſtrabit. Arcus ſeminocturnus eſt ad propoſitum locum Eclipticæ. 7. H. 8. min. 14. ſec. Hic multiplicatus per 2. & 30. conſtituit tempora nocturna Solis 17. Hor. 50. min. ſec. 35. Aliud exemplum.

H. Min. ſec.
7. 11. ad 3. G. ♏
7. 5. ad 0. G. ♏
0. 6. Differ. add.
G.——G.
3. 1. 37. min.
(3. 14. pp. add.
7. 5.
3. 14.
7. 8. 14. Arcus ſemidiurnus correctus.
2. 30. Multiplicetur.
17. 50. 35. 0. Aggregatũ cõſtituẽs tẽpora horaria.

Iuxta

Iuxta alterum modum Canon horarius ſuppeditat 17. H. 50. min. Ita ſatisfactum eſt quæſtioni.

*Quomodo inquirenda ſint tempora nocturna, vbi ex Canone diurna inuenta ſunt vel contrà.*

Sæpe in directionibus ſiue progreſsionibus ſignificatorum, inueſtiganda ſunt tempora nocturna, vbi Canones exhibet diurna. Cùm igitur talia exempla occurrunt, ex diurnis inquirenda ſunt nocturna, tantum ſine longiori operatione vtimur ſubtractione. Tempora enim diurna demantur ex 30. gradibus æquatoris & nocturna producentur. Diurna enim & nocturna hora temporalis, ſi coniungātur, duas æquales horas, aut 30. tempora æquinoctialia conſtituunt. Vt in ſuperiori genitura Iouis tempora diurna ſunt 17. H. 22. min. Subtraho à 30. gradibus & relinquuntur 12. horæ 38. minu. ♄ tempora diurna ſunt 18. Hor. 52. min. Fiat ſubtractio à 30. & prouenium nocturna, 11. Horarum 8. min.

Diurna & nocturna tēporalis, ſi addatur, cōſtituunt duas æquales.

Eadem regula ſeruanda eſt, cùm nocturna tempora in diurna conuertenda ſunt. Vt Solis nocturna tempora ſunt 17. H. 50. min. Dematur hic numerus à 30. & relinquuntur 12. H. 10. min. diurna tēpora Solis.

*De diſtantia ſtellæ aut loci Eclipticæ, à medio vel imo cæli.*

Quid ſit hæc diſtātia. Quomodo hic arcus indagādus ſit.

Diſtantia ſeu differentia Planetæ vel loci Ecliptici à medio vel imo cæli, eſt arcus æquatoris, numeratus ſecundum aſcenſiones rectas, & interceptus inter medium vel imum cæli, ac datum locum Zodiaci.

Cùm igitur hic arcus diſtantiæ inquirendus eſt, quære Planetæ vel dati Eclipticæ loci alicuius aſcēſionem rectam, ex canone aſcenſionum rectarum more ſolito. Deinde quadruplici modo conſidera locum eius in figura cæleſti.

Regulæ de inueniendo arcu diſtātiæ.

Primo, Si locus Planetæ aut ſtellæ fixæ, pars aut radius eſt inter principium decimæ & Horoſcopi, ſubtrahe aſcenſionem rectam medij cæli, ab Aſcēſione recta Planetæ vel loci Eclipticæ propoſiti, & reſiduum oſtendet diſtantiam à Medio cæli.

Secundo, Si Planeta inter Principium primæ & quartæ fuerit, ſubtrahe rectam Planetæ, vel loci Eclipticæ propoſiti, ab Aſcenſione recta imi cæli, quā deprehendes, ſi 180. gradus vel ſemicirculum aſcēſioni Medij cæli addideris, & reliquum oſtendet diſtantiam Planetæ ab imo cæli.

Tertio, Si planeta vel locus Eclipticæ inter 4. & 7. fuerit, ſubtrahe aſcenſionem rectam imi cæli, ab aſcenſione recta Planetæ vel loci illius, & remanebit diſtantia eius ab imo cæli.

Quarto, ſi inter 7. & 10. ſubtrahe aſcenſionem rectam Planetæ, ab Aſcenſione decimæ, & reſiduum erit diſtantia Planetæ à medio cæli.

*CAVTELA.*

Cùm ſubtractio fieri non poteſt, alterutrius ab altero, addendus eſt integer circulus, id eſt 360. gradus, à quibus ſubtractio fieri debet.

*Exemplum de primo caſu.*

Iupiter in ſupradicta genitura conſiſtit inter cuſpidem regalem & Horoſcopi in 3. 52. G. min. Virginis.

Quare ipſius diſtantia à medio cæli indagāda eſt, cui' aſcēſio recta eſt 120. G. 45. m. Imi cæli verò 300. G. 45. m. Ingredior Canonē rectarum aſcenſionum, & inuenio aſcenſionem rectam Iouis 155. Gr. 46. m. 24. ſec. Iuxta primam igitur regulam ſubtrahatur aſcenſio recta medij cæli, ab aſcenſione recta Iouis, & remanet diſtantia ſeu differentia Iouis à medio cæli 35. Grad. 1. min.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| ♃. | 3. | G. | 52. mi. ♍ | |
| 155. | 54. | ad | 4. | G. |
| 154. | 57. | ad | 3. | G. |
| 0. | 57. | Differ. add. | | |
| 1. | | | 52. | |
| | 49. min. 24. ſec. p.p. add. | | | |

| | | |
|---|---|---|
| 154. | 57. | |
| | 49. | 24. |
| 155. | 46. | 24. |
| Aſcen. Rect. ♃ | | |

| | | |
|---|---|---|
| ♃ Aſcenſ. Rect. | 155. | 46. |
| M.C. Aſcenſ. Rect. | 120. | 45. |
| Diſtantia ♃ à M. C. | 35. | 1. |

*EXEMPLVM SECVNDI CASVS.*

In genitura ipſius Principis Sol eſt inter Horoſcopum & quartam domum.

CANON

Digitized by Google

*CANON HORARIVS DIRECTIONIBVS SERuiens ad Eleuationem Poli LIII. Graduum, vnde tempora horaria diurna vel nocturna ſine magno labore elici poſſunt.*

| *Diurna.* | ♈ | | ♉ | | ♊ | | ♋ | | ♌ | | ♍ | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *Nocturna.* | ♎ | | ♏ | | ♐ | | ♑ | | ♒ | | ♓ | |
| *Gr.Zod.* | H. | mi. | H. | mi. | H. | mi. | H. | mi. | H. | mi. | H. | mi. |
| 0 | 15 | 0 | 17 | 4 | 19 | 52 | 20 | 52 | 19 | 52 | 17 | 37 |
| 1 | 15 | 5 | 17 | 42 | 19 | 56 | 20 | 52 | 19 | 49 | 17 | 32 |
| 2 | 15 | 11 | 17 | 47 | 19 | 59 | 20 | 52 | 19 | 45 | 17 | 27 |
| 3 | 15 | 16 | 17 | 52 | 20 | 3 | 20 | 52 | 19 | 41 | 17 | 22 |
| 4 | 15 | 21 | 17 | 57 | 20 | 6 | 20 | 51 | 19 | 27 | 17 | 16 |
| 5 | 15 | 26 | 18 | 2 | 20 | 10 | 20 | 51 | 19 | 33 | 17 | 11 |
| 6 | 15 | 32 | 18 | 7 | 20 | 13 | 20 | 49 | 19 | 29 | 17 | 6 |
| 7 | 15 | 37 | 18 | 12 | 20 | 15 | 20 | 49 | 19 | 25 | 17 | 1 |
| 8 | 15 | 42 | 18 | 16 | 20 | 18 | 20 | 48 | 19 | 20 | 16 | 56 |
| 9 | 15 | 47 | 18 | 21 | 20 | 21 | 20 | 46 | 19 | 16 | 16 | 50 |
| 10 | 15 | 53 | 18 | 26 | 20 | 24 | 20 | 45 | 19 | 12 | 16 | 45 |
| 11 | 15 | 58 | 18 | 31 | 20 | 27 | 20 | 44 | 19 | 8 | 16 | 40 |
| 12 | 16 | 3 | 18 | 36 | 20 | 29 | 20 | 42 | 19 | 3 | 16 | 35 |
| 13 | 16 | 9 | 18 | 40 | 20 | 32 | 20 | 40 | 18 | 50 | 16 | 30 |
| 14 | 16 | 14 | 18 | 50 | 20 | 34 | 20 | 38 | 18 | 46 | 16 | 25 |
| 15 | 16 | 19 | 18 | 50 | 20 | 36 | 20 | 36 | 18 | 50 | 19 | 19 |
| 16 | 16 | 25 | 18 | 45 | 20 | 38 | 20 | 34 | 18 | 50 | 16 | 14 |
| 17 | 16 | 30 | 18 | 50 | 20 | 40 | 20 | 32 | 18 | 40 | 16 | 9 |
| 18 | 16 | 35 | 19 | 3 | 20 | 42 | 20 | 29 | 18 | 36 | 16 | 3 |
| 19 | 16 | 40 | 19 | 8 | 20 | 44 | 20 | 27 | 18 | 31 | 15 | 58 |
| 20 | 16 | 45 | 19 | 12 | 20 | 45 | 20 | 24 | 18 | 26 | 15 | 53 |
| 21 | 16 | 50 | 19 | 16 | 20 | 46 | 20 | 21 | 18 | 21 | 15 | 47 |
| 22 | 16 | 56 | 19 | 20 | 20 | 48 | 20 | 18 | 18 | 16 | 15 | 42 |
| 23 | 17 | 1 | 19 | 25 | 20 | 49 | 20 | 15 | 18 | 12 | 15 | 37 |
| 24 | 17 | 6 | 19 | 29 | 20 | 49 | 20 | 13 | 18 | 7 | 15 | 32 |
| 25 | 17 | 11 | 19 | 33 | 20 | 51 | 20 | 10 | 18 | 2 | 15 | 26 |
| 26 | 17 | 16 | 19 | 37 | 20 | 51 | 20 | 6 | 17 | 57 | 15 | 21 |
| 27 | 17 | 22 | 19 | 41 | 20 | 52 | 20 | 3 | 17 | 52 | 15 | 16 |
| 28 | 17 | 27 | 19 | 45 | 20 | 52 | 19 | 59 | 17 | 47 | 15 | 11 |
| 29 | 17 | 32 | 19 | 49 | 20 | 52 | 19 | 56 | 17 | 42 | 15 | 5 |
| 30 | 17 | 37 | 19 | 52 | 20 | 52 | 19 | 52 | 17 | 4 | 15 | 0 |

*MODVS CONFICIENDI HANC TABELLAM HORAriam pro tua Eleuatione Poli.*

1. Quæratur Aſcenſio obliqua loci Signiferi propoſiti, ex Canone Aſcenſio obliqua. Aſcenſionis tuæ Latitudinis.
2. Indagetur Aſcenſio Recta eiuſdem ſigni & gradus. Vtere hac in re tabellis Directionum Regiomontani.
3. Minorem Aſcenſionem aufer ex maiore.

4. Diffe-

Digitized by Google

## CANON HORARIVS DIRECTIONIBVS SERuiens ad Eleuationem Poli LIII. Graduum, unde tempora horaria diurna vel nocturna ſine magno labore elici poſſunt.

| Diurna. | ♎ | | ♏ | | ♐ | | ♑ | | ♒ | | ♓ | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Nocturna. | ♈ | | ♉ | | ♊ | | ♋ | | ♌ | | ♍ | |
| Gr. Zod. | H. | mi. | H. | mi. | H. | mi. | H. | mi. | H. | mi. | H. | mi. |
| 0 | 15 | 0 | 12 | 56 | 10 | 8 | 9 | 8 | 10 | 8 | 12 | 23 |
| 1 | 14 | 55 | 12 | 18 | 10 | 4 | 9 | 8 | 10 | 11 | 12 | 28 |
| 2 | 14 | 49 | 12 | 13 | 10 | 1 | 9 | 8 | 10 | 15 | 12 | 33 |
| 3 | 14 | 44 | 12 | 8 | 9 | 57 | 9 | 8 | 10 | 19 | 12 | 38 |
| 4 | 14 | 39 | 12 | 3 | 9 | 54 | 9 | 9 | 10 | 23 | 12 | 44 |
| 5 | 14 | 34 | 11 | 58 | 9 | 50 | 9 | 9 | 10 | 27 | 12 | 49 |
| 6 | 14 | 28 | 11 | 53 | 9 | 47 | 9 | 11 | 10 | 31 | 12 | 54 |
| 7 | 14 | 23 | 11 | 48 | 9 | 45 | 9 | 11 | 10 | 35 | 12 | 59 |
| 8 | 14 | 18 | 11 | 44 | 9 | 42 | 9 | 12 | 10 | 40 | 13 | 4 |
| 9 | 14 | 13 | 11 | 39 | 9 | 39 | 9 | 13 | 10 | 44 | 13 | 10 |
| 10 | 14 | 7 | 11 | 34 | 9 | 36 | 9 | 15 | 10 | 48 | 13 | 15 |
| 11 | 14 | 2 | 11 | 29 | 9 | 33 | 9 | 16 | 10 | 52 | 13 | 20 |
| 12 | 13 | 57 | 11 | 24 | 9 | 31 | 9 | 18 | 10 | 57 | 13 | 25 |
| 13 | 13 | 51 | 11 | 20 | 9 | 28 | 9 | 20 | 11 | 10 | 13 | 30 |
| 14 | 13 | 46 | 11 | 10 | 9 | 26 | 9 | 22 | 11 | 14 | 13 | 35 |
| 15 | 13 | 41 | 11 | 10 | 9 | 24 | 9 | 24 | 11 | 10 | 13 | 41 |
| 16 | 13 | 35 | 11 | 14 | 0 | 22 | 9 | 26 | 11 | 10 | 13 | 46 |
| 17 | 13 | 30 | 11 | 10 | 9 | 20 | 9 | 28 | 11 | 20 | 13 | 51 |
| 18 | 13 | 25 | 10 | 57 | 9 | 18 | 9 | 31 | 11 | 24 | 13 | 57 |
| 19 | 13 | 20 | 10 | 52 | 9 | 16 | 9 | 33 | 11 | 29 | 14 | 2 |
| 20 | 13 | 15 | 10 | 48 | 9 | 15 | 9 | 36 | 11 | 34 | 14 | 7 |
| 21 | 13 | 10 | 10 | 44 | 9 | 13 | 9 | 39 | 11 | 39 | 14 | 13 |
| 22 | 13 | 4 | 10 | 40 | 9 | 12 | 9 | 42 | 11 | 44 | 14 | 18 |
| 23 | 12 | 59 | 10 | 38 | 9 | 11 | 9 | 45 | 11 | 48 | 14 | 23 |
| 24 | 12 | 54 | 10 | 31 | 9 | 11 | 9 | 47 | 11 | 53 | 14 | 28 |
| 25 | 12 | 49 | 10 | 27 | 9 | 9 | 9 | 50 | 11 | 58 | 14 | 34 |
| 26 | 12 | 44 | 10 | 23 | 9 | 9 | 9 | 54 | 12 | 3 | 14 | 39 |
| 27 | 12 | 38 | 10 | 19 | 9 | 8 | 9 | 57 | 12 | 8 | 14 | 44 |
| 28 | 12 | 33 | 10 | 15 | 9 | 8 | 10 | 1 | 12 | 13 | 14 | 49 |
| 29 | 12 | 28 | 10 | 11 | 9 | 8 | 10 | 4 | 12 | 18 | 14 | 55 |
| 30 | 12 | 23 | 10 | 8 | 9 | 8 | 10 | 8 | 12 | 56 | 15 | 0 |

4. Differentiam diſtribue per ſex, & adde 15 tempora.
6. Hinc producens tempora, quæ roraria dicuntur.
7. Hæc ſunt Diurna, cum ſignum eſt boreale: Nocturna, cum ſignum eſt auſtrale.
8. Diurna demantur ex 30. Grad. & nocturna relinquuntur. Sic contra, nocturna ſubtracta 30. ex Gra. relinquuntur tempora diurna.

Quærenda

Quærenda eſt diſtantia ab imo cæli, ſiue cardine ſubterraneo. Aſcenſio Recta Imi cæli eſt 300. Gra. 45. min. Aſcenſio recta Solis eſt 209. G. 27. min. Recta Solis à recta imi cæli ſubtrahatur, & relinquitur diſtantia ab imi cæli 91. G. 18. min.

| | | |
|---|---|---|
| Aſcenſio recta imi cæli. | 300. | 45. |
| Aſcenſio recta Solis. | 209. | 27. |
| Diſtantia ab imo cælo. | 91. | 18. |

*Exempli III. caſus.*

Luna in genitura dicti Principis eſt in 27. Gr. 5. minut. Aquarij. Conſiſtit inter ſeptimam & quartã. Recta aſcẽſio imi cæli eſt 300. G. 45. m. Recta verò aſcẽſio Lunæ eſt 329. G. 19. m. ſubtrahatur recta imi cæli à recta Lunæ, & relinquitur diſtantia Lunæ ab imo cæli, 28. G. 24. min.

*Exemplum de quarto caſu.*

Quærenda eſt diſtantia oppoſiti Solis. Hęc ſumẽda eſt à cuſpide Medij cæli, quia conſiſtit inter ſeptimam & decimam. Incidit autem in 1. G. 37. mi. Tauri. Aſcenſio recta eſt 29. G. 27. min. Medij cæli eſt 120. Gr. 45. min. Subtraho rectam oppoſitionem à recta medij cæli, & remanet differentia à Meridiano ſupra terram 91. G. 18. min. Eadem eſt diſtantia corporis Solis ab imo cęlo.

Simili ratione omnium ſignificatorum & promiſſorum inquirãtur tempora horaria & diffentiæ, vel ab imo cælo, vel medio cælo, prout neceſsitas flagitat.

*Quomodo progreßiones inſtituendæ ſint via Ptolemaica.*

Monſtranda nunc eſt doctrina deducendi ſignificatores ad promiſſores, vt ſpacia euentuum determinẽtur, quæ aut felicitatem pollicentur, aut noxia decernunt, pro natura occurſus Planetarum & radiorum, quibus ſignificatores coniunguntur. Tempora enim deductionum, malam vel bonam conditionem euentuum demonſtrant. Conſtituit autem Ptolemæus quinque loca Hylegialia, quorũ progreſsiones inquiruntur, locum Solis, ſcilicet, Lunę, partis fortunæ, Aſcendentis & medij cęli. Recentiores omnium Planetarum loca pro ſignificatoribus aſſumũt.

Quinque loca Aphetica Ptol.

Horoſcop' cur dirigatur.

Horoſcopum dirigunt, in quauis geneſi, ad explorandum ſtatum vitæ & corporis, complexionem & corporis atque animi affectiones & mores. Cùm enim ad loca benigna via deductionis pertingit gradus aſcendentis, corporis & animi proſperitatem, ſanitatem, alacritatem, pollicetur. Sin ad mala, contrarium minatur.

Lunæ directionis.

Lunam coniungunt aſcendenti, quæ in directionibus ſignificat complexionem corporis & animũ, itinera, peregrinationes, matrimonium, ſtatũ vxoris & mulierum ſanguine iunctarum.

Cur Sol dirigẽdus ſit.

Solem dirigunt, pro explorando euentu honorum, dignitatis & gloriæ.

De parte fortunæ.

Partem Fortunæ pro diuitiis, incremento aut decremento facultatum. Idẽ ſignificat Dominus partis Fortunæ, quiſquis ille fuerit.

De medio cæli.

Medium cæli, pro honoribus, dignitatibus, officiis & adminiſtrationibus publicis, fauore magnatum, magiſterio nati, matre, procreatione liberorũ, amicitiis & reliquis vitæ actionibus.

De Saturno, & reliquis Planetis, cur dirigantur.

Saturnum, pro maioribus natis, patre & auo, hæreditatibus, ædificationibus, poſſeſsionibus fructibus terræ, ac diſpoſitione animi.

Iupiter.

Iouem, pro gloria, laude, diuitiis & liberis.

Mars.

Martẽ, pro victoria, fortitudine, incremento vel decremento, fratribus &c. & rebus bellicis.

Venus.

Venerem pro matrimonio, gaudiis, rebus precioſis, virginibus & mulieribus ſanguine iunctis.

Mercurius.

Mercurium pro ingenio, induſtria, magiſterio, mercatura, itineribus, & fratribus minoribus.

Hæc per ſe ſinguli Planetæ in directionibus ſignificant, & pro harum ſignificationum euentu dirigi ſolent. Interim accidentales ſignificationes aſſumunt à natura domorum, in quibus conſtituunt, & quibus imperant, quæ ex domiciliorum naturis facilè colligi poſſunt.

De accidentalibus ſignificationibus, locorum Apheticorum.

Hi ſignificatores præcipui, aut omnes ſimul cum ſunt deducẽdi, vt tempora conſtent, quę elabuntur interea, dum ſignificatores interiecta ſpacia pertrãſeunt, & ſuis ſedibus natalitiis ſiue radicis tempore genituræ, egreſsi, ad Planetas vel radios aut ſtellas fixas perueniunt, diligenter ex canone radiationũ excerpenda ſunt ordine loca promiſſorum, hoc eſt, ſtellarum & aſpectuum, quæ ſignificatori occurrũt.

Vſus Canonis. Radiationum.

2. NOTA. Locus cæli in quo conſiſtit ſignificator, diligenter conſiderandus eſt.

Deinde conſiderandus eſt ſignificator, in qua parte cæli conſiſtat. Nam locus dirigendus aut eſt in ipſo cæli medio ad vnguem, vel in ipſo horoſcopo, vel Occidentis, vel Imi cæli cardine, aut eſt in loco aliquo intermedio inter hos angulos. Quomodo autem deductio, in tanta diuerſitate caſuum abſoluenda ſit, ordine exponemus.

Primus caſus.

*I. Quid ſit agendum, cum ſignificator præciſè eſt in medio cæli.*

Cum ſignificator eſt in medio cæli præciſè, vel ipſum medium cæli ſit ſignificator, quære medij cęli & promiſſoris aſcenſionem rectam, hinc rectam ſignificatoris ſiue Medij cæli ſubtrahe ab aſcenſione recta promiſſoris, & reſiduum quęſita tempora directionis monſtrabit, cùm promiſſor eſt inter medium cæli & horoſcopum. Vel contra, ab aſcenſione recta medij cæli ſubtrahe promiſſoris rectam, ſi fuerit promiſſor inter medium cęli & occidẽtis angulum. Quod prouenit, erit tempus progreſsionis.

Exemplũ primi caſus.

*Exempli cauſa.*

Volo deducere in genitura Principis ſupra dicti medium cęli ad corpus Saturni. Medium cęli in hac geneſi eſt 28. G. 37. min. Cancri. Aſcenſio recta 120. G. 45. min. Saturnus eſt iuxta ſtadij calculum Ephemeridũ in 16. G. 12. m. Leonis. Aſcenſio recta eſt Saturni ex canone rectarum aſcenſionum, 138. G. 41. min. ſubtractio fiat medij cæli, rectæ à recta Saturni, & relinquitur arcus directionis 17. G. 56. min.

*Aliud exemplum.*

Quæro tempora deductionis inter medium cæli & cor Leonis in hac genitura. Aſcenſio recta eſt medij cęli, 120. G. 45. min. Cor Leonis, eſt hac ætate in

23.

Digitized by Google

23.g.38.m.Leonis.Aſcenſio recta eſt 145. G. 53. mi. Facta ſubtractione cuſpidis à ſtella regia, relinquitur interuallũ 25.G.8. m. Et hæc eſt directio q̃ſita.

2. *Secundus caſus, de ſignificatore in imo cæli.*

CVm ſignificator eſt in cardine Meridiani infra terram, ſubtrahe ſignificatoris vel Imi cæli rectam aſcenſionem, ab aſcenſione recta promiſſoris, vt modo dictum eſt, & reſiduum eſt deductio quæſita ſignificatoris.

*Exempli cauſa.*

Exemplum ſecundi caſus.

Volo deducere Imum cæli ad copus Lunæ, in geneſi Principis. Recta aſcenſio anguli eſt 300. gr. 45. min. Recta Lunæ eſt 329. graduum 19. min. Subtraho minorem numerum cardinis à recta Lunæ, & relinquitur diſtantia ab Imo cæli 28.G.34.min.

*Tertius caſus, de ſignificatore in Aſcendente.*

Quomodo Horoſcopus dirigatur, vel ſignificator præciſè conſtitutus in cardine Orientis.

CVm ſignificator eſt in cardine Orientis, vel ipſum Horoſcopum ad locum aliquem ſubſequentis promiſſoris dirigere volueris, aufer obliquam aſcenſionem ſignificatoris, ex obliqua promiſſoris aſcenſione, hoc eſt, principium arcus à fine. Id quod remanet, arcum directionis quæſitum exhibet, ſeu interuallum, quo promiſſor diſtat à ſignificatore in partibus æquatoris. Ac pro ſingulis gradibus Ptolemæus in tempore ſingulos annos numerat. Ergo quinque ſcrupula temporis menſem, & vnum ſcrupulum primum, ſex dies conficit. Cardanus, ſingulis gradibus tribuit vnum annum, quinque dies, octo horas. Et ſingulis minutis, ſex dies, quatuor horas, octo minuta.

*Exempli cauſa.*

Declaratio precepti per exemplum.

In genitura dicti Principis dirigendus eſt Horoſcopus ad corpus Martis. Horoſcopus eſt 21. G. 13. m. Libræ. Aſcenſio obliqua eſt 210.g.45. m. Mars eſt in 28.G.16.m.Libræ. Aſcenſio obliqua ſub Eleuatione regionis 53.G. eſt 221.G.1.m. ſublata aſcenſione obliqua horoſcopi, ex obliqua Martis promiſſoris remanebunt partes deductionis 10.G. 16.mi. id eſt 10.anni 3.menſes & ſex dies, quo tempore horoſcopus & Mars maleficus cõiungentur, & annus hic erit fatalis, ſiue periculoſus.

*Aliud exemplum.*

Quæritur deductio horoſcopi ad Quadratum Saturni dextrum in 16.G.12.m.Scorpij. Aſcenſio obliqua Aſcendentis eſt 210.G.45.m. Quadratum Saturni eſt ſub polo regionis 247.G. 14.m. Differentia Aſcenſionum eſt 36.G.29.m. interuallum directionis, in tempore 36.annorum, 5.menſium, 24. dierũ.

*Quartus caſus, de ſignificatore in Occidente.*

CVm ſignificator vel Apheta eſt in occidente, deductio abſoluenda eſt per obliquas deſcenſiones. Subtrahenda enim eſt deſcenſio ſignificatoris ex obliqua promiſſoris, & arcus directionis relinquitur. Hæ autem deſcenſiones obliquæ inueſtigentur ſub latitudine regionis propoſitæ. Sunt enim eædem ad vnguem, cum aſcenſionibus obliquis puncti oppoſiti.

*Exempli cauſa.*

Exemplum quarti caſus.

Quæritur interuallum deductionis inter ſeptimam, occidentis angulum, coniugio deputatum, & Martis oppoſitum. In ſeptima eſt 21. G.13. m. Arietis. Oppoſitus arcus eſt in Ecliptica 21.G.13.m. Libræ, cuius aſcenſio obliqua 210.G.45.m. Martis oppoſitus eſt in 28.G.16.m. Arietis. Oppoſitus arcus ſigniferi eſt 28.G.16.m. Libræ, cuius aſcẽſio obliqua ſub polo regionis eſt 221.g.1.m. Subtrahatur aſcẽſio obliqua horoſcopi ſignificatoris loco ſeptimæ domus ab aſcenſione obliqua oppoſitio Martis promiſſoris, & relinquuntur tempora directionis 10. G.16.min. Id eſt, 10.anni, tres menſes & ſex dies.

*Hæc eſt ſimplex & facilis dirigendi ratio, cum ſignificatores ſunt in ipſis cardinibus, aut anguli ſunt dirigendi.*

*De directione ſignificatoris conſtituti extra angulos, ad ſuos promiſſores.*

Generalis ratio deducendi, ſignificatore cõſtituto extra angulos Cardinales.

CVm ſignificator deducendus eſt in ſpaciis intermediis angulorum, extra cardines, hac forma directionis ad promiſſores ſuos vtimur.

1. Primum inquirenda eſt diſtantia ſignificatoris & promiſſoris, à Medio vel imo cæli.
2. Deinde horaria tempora vel indaganda ſunt, & ſignificatoris & promiſſoris, ex tabula horariorum temporum, ſub data eleuatione poli. Diurna, cum locus ſignificatoris eſt ſupra terram, nocturna verò, ſi infra terram.
3. Per Horaria tempora ſignificatoris, diuide diſtãtiam ſignificatoris ab Imo cæli, vel Medio cæli, & prodeunt horæ temporales, quibus ſignificator à Medio cælo vel Imo cælo remouetur.
4. Multiplica tempora horaria promiſſoris, per horas temporales, quibus ſignificator abeſt à Medio cæli, vel Imo cæli. Productum oſtendet, quot partibus æquatoris à Medio vel Imo cæli promiſſor diſtare debeat, vt ſimilem locum ſignificatoris obtineat, ſeu in eodem circulo poſitionis cõſiſtant, vel ad Horizontem & Meridianũ ſimilẽ poſitũ habeãt.
5. Hoc productum addendum vel auferendũ eſt à diſtantia promiſſoris, à Medio vel Imo cæli iuxta cautelas ſequentes. Numerus enim, qui prouenit, erit numerus tẽporũ & minutorũ directionis quæſitæ, ſeu numerus annorũ, mẽſiũ & dierũ, quibus exactis promiſſor ad ſignificatorem perueniet. Singulis enim gradibus æquatoris ſinguli anni, 5. m. Scrupulis menſis, & 1.m. ſex dies congruunt.

Tempus Directionis.

*Cautiones quatuor, quibus Labor deductionis abſoluendus eſt.*

| | | |
|---|---|---|
| Si fuerit | 1. Significator & promiſſor inter medium cæli & Horoſcopum, vel inter Imum cæli, & Septimam. | Productum, quod prouenit, ex multiplicatione horariorum temporum, quibus diſtat ſignificator à Medio cæli, vel Imo cæli in horaria tempora promiſſoris, ex differẽtia promiſſoris aufertur. |
| | 2. Significator & promiſſor inter Horoſcopum & I.C. vel inter 7.& M.C. | Diſtantia promiſſoris à producto eſt auferenda. |
| | 3. Significator inter 7.& 10. vel inter Horoſcopum & I. C. Promiſſor verò inter 10.& 1.min. vel 4.& 6. | Tum differentia promiſſoris producto eſt addẽda. |
| | 4. Significator in Medio cæli. | Nihil addimus differentiæ aſcenſionum, ſed deductio abſoluitur per rectas Aſcenſiones. |

*Sequuntur Exempla, quibus regularum vſus declarabitur.*



Digitized by Google

1. *Exemplum primi caſus, de ſignificatore & promiſſore inter Medium cæli & Horoſcopum.*

Quæritur interuallum in ſupradicta geneſi, via deductionis, inter Saturnum & Iouem, conſtitutis in Quadrante orientali Saturnus ſignificatoris locum obtinet, & incidit ad momentum genituræ, in 16.G.12.m.Leonis. Iupiter promiſſor eſt in 3.G.Virginis. Dirigendus igitur eſt Saturnus genituræ dominus, ad Iouem participantem, & promiſſorem, vt de interuallo temporis certo aliquid conſtet.

| | | |
|---|---|---|
| Aſcenſio Recta Saturni eſt | 138.G.41.min. | Aſ.Rect.Iouis eſt 155.G.46.min. |
| Aſcenſio Recta Medij cæli, | 120.G.45.min. | M.C. 120.G.45.min. |
| Fiat ſubtractio & prodit diſtantia Saturni à M.C. | 17. 56. | Diſtantia Iouis 35.G. 1.min. |
| Saturni igitur diſtantia eſt ſignificatoris | 17.G.56.min. | |
| Iouis verò differentia à M.C. eſt | 35 G. 1.min. | |

Hæc data cum ſunt in promptu, vtriuſque Planetæ quærenda ſunt tempora horaria diurna ſub Eleuatione regionis 53.graduum. Saturnus enim ſignificator eſt ſupra terram, & in ſigno Boreali. Sunt igitur ex Canone quantitatis dierum & noctium, horaria tempora Saturni 18.temporum 45.m. 0.ſec. Iouis verò 17.gr.17.m.30.ſec. Tertio, quærendum eſt quot horis temporalibus ſignificator diſtet à Medio cæli, per regulam proportionum, hoc modo: Saturni diſtantia ſignificatoris à Medio cæli (18.temporum 45.min. horaria tempora diurna Saturni ſcilicet) dat vnam horam temporalem, quot horæ vel horarum partes præteribunt, dum diſtat Significator à Medio cæli 17.Gr.56.min.

*Numeri ſic collocentur.*

| Grad. | | Hor. | Grad. | |
|---|---|---|---|---|
| 18 | 45.min. | 1. | 17 | 56.min. |

Fiat diuiſio ex canone ſexagenarum & productū eſt 0.H.57.m.22.ſec. Abeſt ergo Saturnus ſignificator à Medio cæli 0.H.57.min.22.ſec. horarum temporalibus, iuxta ſua tempora horaria diurna.

QVARTO Deducendus eſt promiſſor, id eſt, corpus Iouis ad ſimilem ſitum ſignificatoris, iuxta ſua tempora horaria diurna, hoc eſt, quærendum eſt quot temporibus æquatoris Iupiter reſpectu ſuorum temporum horariorum abeſſe debeat in 57.m.22.ſec. horæ temporalis quibus ſignificator Saturnus abeſt à Medio cæli, vt ſimilem ſitum ſignificatoris obtineat. Quare numeri ita diſponantur.

1. Vna hora dat horaria tempora promiſſoris Iouis 17. Grad. 18. minu. quot ſunt numerandæ partes æquatoris, vt Iupiter diſtet à Medio cæli 57 min.22.ſec.

| | | Grad. | Min. | Min. | Sec. |
|---|---|---|---|---|---|
| | 1 | 17. | 18. | 57. | 22. |
| | | 57. | 22. | | |
| | | 6 | 36. | | |
| | 6 | 14. | | | |
| | 17 | 6. | | | |
| 16 | 9. | | | | |
| 16 | 32 | 26 | 36. | | |

Producuntur ergo facta multiplicatione 16. G. 32.min.26.ſec.36.ter. quib. ſi Iupiter diſtiterit à M.C. eundem vel potius ſimilem obtinebit ſitum, quē tenebat Saturnus ſignificator, Id eſt: Sicut Saturnus ſignificator abeſt à M.C.17.g.36.m. vnius horæ temporalis in 57.m.22.ſec. vnius horę temporalis, iuxta ſua tempora horaria: Ita Iupiter reſpectu ſuorū tēporum horariorum in iiſdem 57.m.22.ſec. vnius horæ temporalis, diſtat ab eodem Medio cæli 16.g.32.m.26.ſec. Obtinet igitur promiſſor cū ſignificatore eundem vel ſimilem ſitum, ſeu circulum poſitionis eundem in horis temporalibus, ſeu tempore, quo diſtat ſignificator à Medio cæli, etſi gradibus æquatoris non conueniant.

Quod verò promiſſor eandem diſtantiā cū ſignificatore, à Medio cæli in tēpore, obtineat, per conuerſionē demōſtrari pōt hoc modo: 17.g. 18.m. tēpora diurna Iouis reſpondēt vni horæ tēporali quot horæ reſpondebūt 16.G.32.m. Operatio oſtendit 57.m.22.ſec. Sed tot Scrupulis temporalibus Saturnus ſignificator diſtabat à Medio cæli. Quare Iupiter promiſſor ad eundem poſitum Sphæræ ſiue circuli poſitionis deductus eſt, quòd petebatur.

Poſtremò cum conſtet Iouem eundem locū, quem tenebat Saturnus occupaturum, cum illius diſtantia erit à Medio cæli 16. Grad. 32. minu. & per hypotheſin diſtantia Iouis à Medio cæli data ſit 35.gr.1.mi. manifeſtum eſt, per primam regulam, hunc numerum ſeu productum 16.gr.32.min. ſubtrahendum à diſtantia Iouis maiori, quæ primum data eſt per hypotheſin, & cognoſcetur, quot tempora æquatoris intercedant inter diſtantiam Iouis ad ſimilem poſitum ſignificatoris inuentam, & differentiam primo oblatam, per ſubtractionem Medij cæli ab eius aſcenſione recta.

| | | |
|---|---|---|
| Diſtantia Iouis à Medio cæli data. | 35.G. | 1.mi. |
| Productum ſimilis diſtantiæ. | 16. | 32.mi. |
| Reſiduum. | 18. | 29.mi. |

Facta igitur ſubtractione producti ex diſtantia Iouis, remanent 18.gr.29.min. in æquatore, quibus 18.anni reſpondent 5.menſes & 24.dies, quibus Iupiter aſcendit & attingit locum ſignificatoris.

*Aliud*

Digitized by Google

*Aliud exemplum.*

Volo dirigere in hac genitura corpus Iouis ad corpus Veneris. Iupiter ſignificatoris vicem gerens eſt in 3.gr.22.m. Virginis. Venus verò promiſſoris locum obtinens eſt in 14. gr. 11. min. Libræ. Vterque locus primus & ſecundus eſt ſupra terram inter M.C. & Horoſcopum. Aſcen. Recta Iouis eſt 155.gra.46.mi. Veneris verò 193. gr. 2. min. 16. ſec. Medij cæli 120.gr.45.min. Diſtantia Iouis, à M. C. eſt 35.g.1.m. Veneris 72.g.17.m. Horaria tẽpora Iouis 17.g.18.m. Veneris, verò 12.g.4.m. ſub polo 53.g.

*Iam ſic dico:*

17.Gr. 18.min. Iouis horaria dant 1.horam temporalem, quid 35.gr.1.min. diſtantiæ Iouis à M.C. Proueniunt horæ temporales ſecundæ, 1. min. 26. ſec. Hæc eſt diſtantia Iouis ſignificatoris à Medio cæli in horis temporalibus.

Hinc Venus deducenda eſt ad eundem locum ſiue circulum poſitionis Iouis, idque fit hoc modo: vni horæ temporali congruunt in circulo poſitionis Veneris 12.g. 4. tempora horaria ſcilicet quot reſpondebunt 2. Horis 1.min.26. ſec. vt Venus diſtet à Medio cæli ſimili temporis interuallo. Productum multiplicationis eſt 24.gr.25. min. Dico ergo diſtante Venere à Medio cæli 24.gr.25. min. ipſam Venerem obtinere eandem vel ſimilem diſtantiam à Medio cæli, iuxta ſua tempora horaria, quam Iupiter ipſe ſignificator obtinebat.

Hæc differentia ſubtracta à diſtantia Veneris primo data à Medio cæli, relinquit arcum directionis quæſitæ 47.gr.52.min. Id eſt, 47.annorum, 10. menſium & 12.dierum. Hoc tempore Iupiter pertinget ad locum Veneris in radice. Idẽ aliomodo:

Diſtantia Iouis à M.C. multiplicanda per tempora horaria Veneris & numerus emergens eſt 7. gr. 2.m.35.ſec.4.ter. & diuidatur per tempora horaria Iouis 17.18. Productum diuiſionis eſt 24.gr.25.mi. differentia ſubtrahenda, vt ante, à diſtantia prima Veneris à medio cæli & relinquitur directionis quæſita.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | | 35. Grad. | 1.min. |
| | | 12. | 4.min. |
| 7 | 2 | 32. | 4. |
| 17. | 18. | (24. Grad. | 25. |
| | | 72 | 17. |
| | | 24 | 25. |
| | | 47 | 52. Interuallum direction. |

*Aliud Exemplum ex Ephemeridibus Stadij.*

IN ſecunda genitura Stadij, quæ eſt Principis Illuſtriſſimi Renati Chalonij, facta anno Chriſti, 1519. Februarij die 4.H.23.m.36. poſt meridiem. ſub latitudine regionis 51. gr. ½ horoſcopante 24. gra. 14. Geminorum, culminante 18.gr.22.mi. Sol eſt Apheta, ſeu vitæ prorogator ex ſententia Ptolemæi. Quæritur quo tempore ἀναιρετικὴν μοῖραν quadratum ♂ attingat, qui incidit in 23.g.35.m. Piſciũ. Geneſis eſt diurna, & vterque ſignificator & promiſſor ſupra terram inter 10. & Horoſcopum conſiſtunt.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Aſcenſio Recta Solis eſt | 328.Grad. | 56.ferè. | min. | |
| Aſcenſio Recta quadratum Martis eſt | 355. Grad. | 56. | min. | |
| Aſcenſio Recta Medij cæli eſt | 320.Grad. | 48. | min. | |
| Solis Diſtantia à M.C. eſt | 8.Grad. | 8. | min. | |
| Quadratum Martis diſtantia à M.C. eſt, | 35.Grad. | 9. | min. | |
| Horaria tempora Solis | 12.Grad. | 15. | min. | Diurna ſub Eleuatione 51. ½ |
| Horaria tempora quadrati Martis | 14. | 35. | | |
| Diſtantia Solis à M.C. o. H. | 39.min. | 50.ſec. | | iuxta tempora horaria diurna. |
| Diſtantia quadrati Martis à M.C. 9.gr. | 40.min. | 54. reſpectu horariorum tẽporum Solis. | | |
| Productum ex ſubtractione | 25.Grad. | 27.min. | | |
| In tempus conuerſum, 25. Annorum | 5.menſium, | 12. dierum. | | |

Hoc tempore exacto à momento geniture, ictus globo bombardico interiit: Vel,

Diſtantia Solis à M.C. 8.gr.8.m. multiplicãda eſt per horaria tempota quadrati Martis 14.g.35. mi. & proueniunt 118. tempora 37.m. quæ diuiſa per horaria tẽpora Solis ſignificatoris, id eſt, per 12.g. 15.mi. producent 9. tempora & 41.m. ſcrupula, quæ iuxta primam cautionem ſubtracta ex diſtantia promiſſoris ſiue quadrati Martis à Medio cæli 35.g.9.m. relinquunt tempora 15. & 27.m. quæ vt antea monuimus, æquiualent annis 25. expletis, menſibus 5. & diebus 12.

*Aliud exemplum.*

Tertia genitura in Ephemeridibus Stadij eſt Ducis SABAVDIAE præfecti, qui natus eſt Anno Domini 1533. die 21. Martij, H.19.m.47. poſt meridiem ſub latitudine 52. partium. In Horoſcopo eſt 9.g.26.m. Geminorum, in culmine cæli 4.g.25.min. Aquarij.

Deducendus eſt Apheta Sol in 10.G.53.min. Arietis, ad quadratum Martis ſiniſtrum. Promiſſoris in 18.g.46.min. Tauri, cui & caput Algol reſpondet.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Aſcenſio Recta Solis eſt | 10.Grad. | 9.min. | Diſtantia Solis à M.C. 63.Grad. 15.min. |
| Aſcenſio Recta Martis quadrati | 46. | 18. | Diff. quadrati Martis à M.C. 99.33. |
| Aſcenſio Recta M.C. | 306. | 45. | |
| Solis Horaria tempora | 15. | 55. | Diurna ſub polo 52. partium. |
| Quadratum Martis Ho.temp. | 18. | 56. | |
| Diſtantia Solis à M.C. | 3.Horarum | 58.min. 16. ſec. | |

Diſtantia quadrati Martis à M.C. 57. Grad. 14.min. obtinente radio eundem ſitum ſignificatoris, quem tenebat Apheta.



Digitized by Google

Subtracta à diſtãtia primo dat, relinquit directionis arcum quæſitum 24. gr. 19. min. quibus reſpondent 24. anni, 4. mẽſes, 24. dies, videlicet quo exacto tempore quadratum Martis ad Solem aſcendit: Hoc tempore in pugna interfectus eſt ad Quintini Fanum 4. Idus Auguſti, Anno 1557.

Vel multiplicanda eſt diſtantia ſignificatoris Solis à Medio cæli per horaria tempora promiſſoris, productum eſt diuidendum per horaria tempora ſignificatoris, productum ſubtrahendum eſt, iuxta primam regulam à diſtantia data promiſſoris à M. C. & reliqua ſunt tempora directionis, vt

| | Grad. | Min. | Sec. | |
|---|---|---|---|---|
| Diſtantia Solis à M.C. | 63. | 15. | | |
| Multiplico per horaria tempora quadrati Martis | 18. | 56. | | |
| Numerus emergens eſt | 19. | 57. | 32. | 0. |
| Diuidatur per horaria tempora Solis | 15. | 55. | | |
| Productum diuiſionis | 75. Grad. | 14. | | |
| Subtrahatur productum ex diſtantia prima Quadrati Martis à M.C. | 99. | 33. | | |
| Interuallum directionis | 24. Grad. | 19. vt ante | | |
| In tempore. | 24. Annorum 3. Menſ. 24. Dierum. | | | |

II. *Exemplum, de ſignificatore conſtituto inter quartam & ſeptimam.*

Aliud exemplum, ſecundi caſus, id eſt ſignificatore conſtituto inter 4. & 7.

Simili prorſus ratione arcus Directionis inueſtigandus eſt, ſignificatore & promiſſore inter Imũ cæli & cardinem occidentis conſtitutis. Vt in prima genitura Stadij Luna eſt in 28. gr. 49. mi. Capricorni, poſita inter 4. & 7. ac dirigenda eſt ad Oppoſitionẽ Martis, qui incidit in 11. gr. 53. mi. Leonis.

Exemplum Stadij.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Aſcenſio Recta Lunæ eſt | 300. | G. | 57. min. |
| Aſcenſio Recta Oppoſitionis Martis eſt | 314. | G. | 21. min. |
| Recta Imi cæli eſt | 233. | G. | 57. min. |
| Diſtantia Lunæ ab Imo cæli | 67. | G. | 0. min. |
| Oppoſitionis Martis diſtantia ab Imo cæli | 80. | G. | 24. min. |
| Tempora horaria Lunæ | 19. | | 41. } Nocturna. |
| Tempora horaria Oppoſitionis Martis | 18. | | 58. } Nocturna. |

Cùm igitur in vna hora temporali, perorianțur de æquatore 19. gr. 41. min. diſtantia Lunæ ab Imo cæli 67. gr. 0. min. efficit horas temporales 24. M. 14. ſec.

Hinc Oppoſitio Martis ad eundem ſitum ſeu circulum poſitionis ducendus eſt ſignificatoris Lunæ ſiue Aphetæ, & producuntur 64. gr. 33. min.

Hoc productum ſimilis ſitus Oppoſitioni Martis cum Luna, ſubtractum à diſtantia primum inuenta Oppoſitione Martis ab Imo cæli 80. gr. 24. min. iuxta primam cautionem, relinquit 15. gr. 50. min. directionis quæſitæ. Eodem tempore Horoſcopus fatali ſucceſſione Saturni affligitur, quo Edoardus VI. Angliæ Rex, Henrici VIII. filius ex hac vita diſceſſit.

Mors Edoardi Regis Angliæ, ex Directione inuenta.

*Diagramma ſignificatoris inter 10. & 7.*




♈ ♌ *eſt arcus directionis*

Aliud

*Aliud Diagramma de ſignificatore & promiſſore conſtituto inter Horoſcopum & imum cæli.*




*a b eſt arcus directionis.*

*Aliud exemplum ex Ducis Brunſuicenſis geneſi.*

LVna in genitura ſupradicti Principis eſt deducenda ad Oppoſitionem Martis conſtituta ſub terra, in quarto domicilio, id eſt, inter cardinem quartæ & ſeptimæ domus.

Aſcenſio Recta Lunæ eſt 329. gr. 19. m. Luna in 27. g. 5. m. ♒. Oppoſitionis Martis Aſcẽſio recta eſt 26. gr. 15. min. in 28. gr. 16. mi. Arietis. Recta Imi cæli eſt 300. gr. 45. min.

| | |
|---|---|
| Diſtantia Lunæ ab I. C. | 28. G. 34. min. |
| Diſtãtia Oppoſitionis ♂ ab I. C. | 85. G. 30. min. |

Tẽpora horaria { Lunæ 17. G. 58. min. / Oppoſitionis ♂ 12. 27. } Noctur na.

Horæ temporales congruentes diſtantiæ Lunæ ab imo cæli. 1. H. 33. min.

Tempora horaria Oppoſitionis Martis, congruẽtia horis temporalibus diſtantiæ Lunę ab imo cæli 19. G. 7. min. 51. ſec.

Productũ ſubtractum à priori diſtantia Oppoſitionis Martis ab I. C. relinquit tẽpus quæſitum directionis 66. Graduum 12. Scrupulorũ primorũ.

*Tertius caſus, cum ſignificator eſt inter Horoſcopum & Imum cæli.*

IN genitura Edoardi regis Angliæ, Sol eſt in 28. gr. 6. min. ♎. tertiæ domus. Ac dirigendus eſt ad quadratum Martis in 11. gr. 53. min.

| | Grad. | Min. |
|---|---|---|
| Aſcenſio Recta Solis | 206. | 6. |
| Aſcenſio Recta quadrati Martis | 219. | 26. |
| Aſcenſio Recta I. C. | 233. | 57. |
| Diſtantia Solis ab I. C. | 27. | 51. |
| Diſtantia quadrati Martis ab I. C. | 14. | 31. |
| Tempora horaria { Solis | 17. | 23. |
| Tempora horaria { quadrati ♂ | 18. | 28. |

58. Stadius ponit.

*Iam ſic dico.*

17. gr. 23. min. Solis dant, id eſt, horam temporalem, quot 27. gr. 51. min. diſtantia Solis ab Imo cæli. Productum eſt 1. H. 36. min. 6. ſec.

*Rurſus dico.*

In vna hora temporali tranſeunt de loco quadrati Martis, 18. gr. 28. min. quot tranſibunt tempora 1. H. 36. min. 6. ſec. quibus quadratũ Martis ſimilem poſitum ſignificatoris aſſequi poterit.

Vtor hic ſola multiplicatione, & productum eſt 29. gr. 35. min. Ex hoc producto, iuxta ſecundam cautelam diſtantia prima quadrati Martis auferenda eſt, & remanet arcus directionis quæſitæ 15. temporum, 4. min. quæ faciunt 15. annos & 24. dies, quibus emenſis quadratum Martis ad Solem Aphetam aſcendit.

*Aliud exemplum ex Henrici Brunſuicenſis genitura.*

VOlo dirigere Solem ad quadratum Saturni. Sol Apheta eſt in 1. gr. 37. min. Scorpionis. quadratum Saturni promiſſoris in 16. gr. 12. min. Scorpionis.

| | Grad. | Min. |
|---|---|---|
| Aſcenſio Recta Solis | 209. | 27. |
| Aſcenſio Recta quadrati Saturni | 223. | 43. |
| Aſcenſio Recta I. C. | 300. | 45. |
| Diſtantia Solis } ab I. C. | 91. | 18. |
| Diſtantia quadrati Saturni } ab I. C. | 77. | 2. |
| Tẽpora horaria { Solis | 17. | 50. } Nocturna. |
| Tẽpora horaria { quadrati Saturni | 19. | 4. } Nocturna. |

*Iam ſic dico.*

17. gr. 50. m. Solis horaria dant 1. H. tẽp. quid 91. gr. 18. min. diſtantia Solis ab Imo cæli. Productum ex diuiſione 5. Horarum, 0. Minut.

*Rurſus dico.*

Vna hora temporalis dat in quadrato Saturni 19. gr. 4. min. quid dabunt 5. H. 6. min. quo momento temporis quadratum Saturni incidet in locum Solis, ac ſignificator & promiſſor, in eodem circulo poſitionis coniungentur.

Productũ eſt 95. gr. 20. mi. Subtrahatur prima diſtantia quadrati Saturni, 77. gr. 2. min. ab hoc producto, & elicitur arcus directionis quæſitus 18. Graduum, 18. Minutorum. In tempore reſpondent 18. anni 3. Menſes. 18. dies.

*Quarti caſus exẽpla, ſignificatore cõſtituto ĩter 7. & 10.*

CVm ſignificator & promiſſor oppoſita loca obtinent, id eſt, conſtituti ſunt inter ſeptimam & decimam, tractanda ſunt exempla illo modo quem nunc in tertio caſu expoſuimus, & rectè tempora directionum deprehendes. Exempla paſſim in ipſa operatione occurrent.

GENESIS EDOARDI VI. ANGLIAE REGIS, HENRICI VIII. FILII.




*Exemplum, de hoc quarto caſu.*

In Geneſi EDOARDI VI. REGIS Angliæ, cõſiſtit inter ſeptimam & decima cuſpidem, IOVIS ſtella, in 17. G. 44. min. Arietis. Quæritur quo tẽpore attingat oppoſitus Solis in 28. G. 6. min. Arietis ipſum corpus Iouis. Vtor in operatiõe hoc ꝓceſſu.

| | Grad. | Min. | Sec. |
|---|---|---|---|
| Aſcenſio Recta Iouis eſt | 45. | 15. | |
| Aſcenſio Recta Oppoſitionis Solis | 26. | 52. | 42. |
| Aſcenſio recta Anguli occidentis | 335. | 54. | |
| Aſcenſio Recta Medij cæli | 53. | 40. | Neglecta præciſione. |
| Diſtantia Oppoſitionis Solis à M.C. | 27. | 34. | |
| Diſtantia Iouis, à M.C. | 8.G.25.min. | | |
| Tempora horaria { Oppoſitionis Solis | 17.G.27. | Diurna, negligo præciſionem. | |
| Tempora horaria { Iouis | 19.G. 3. | | |

*Iam ſic dico.*

Oppoſitionis Solis tempora horaria 17. G. 27. min. dant 1. H. temp. quid dant gradus diſtantiæ Oppoſitionis Solis ab occaſu 27. G. 34. min. Productum eſt 1. Horæ, 34. min. 46. ſec. ferè.

*Rurſus dico:*

Vna hora tẽporalis in Ioue poſita dat 19. G. 3. m. quid dabũt Oppoſitionis Solis tẽporis momẽta 1. Horæ, 35. mi. ferè. Productũ eſt 29. G. 31. mi. 42. ſec.

Ex hoc producto 29. gr. 32. min. ferè. Diſtantia promiſſoris auferenda eſt, & prouenit arcus Directionis 21. gr. 5. m. Reſoluatur hic arcus modo præſcripto, & tempus Directionis elicietur.

*Quinti Caſus exempla, id eſt, de ſignificatore, & promiſſore, conſtitutis, in diuerſis Quadrantibus ſigniferi.*

IN hoc caſu eadem eſt ratio operationis, cum ſignificator & promiſſor in diuerſis quadrãtib. cõſiſtunt, id eſt, cum ſignificator eſt inter 7. & 10. promiſſor inter 10. & 1. vel ſignificator inter 1. & 4. promiſſor inter 10. & 7. niſi quod productum. Vltimũ ſemper ſit addendum, ad diſtantiam promiſſoris à M.C. vel I.C. Quod enim prouenit, ex illa additione, eſt arcus directionis quæſitæ. Exempla in 5. caſu, id eſt ſignificato re conſtituto & promiſſore in diuerſis Quadranti bus ſigniferi.

*Exemplum:*

Vt ſit in alicuius genitura Luna conſtituta inter 7. & 10. deducenda ad Oppoſitionẽ Martis, inter 10. & primam. In hoc caſu ſic procedo.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Aſcenſio Recta M.C. | 207. 4. | Aſcenſio Recta | { Oppoſitionis Martis | 224. | 56. |
| Aſcenſio Recta Lunæ | 188. 1. | | { M.C. | 207. | 4. |
| Diſtantia | 19. 3. | | | 17. | 52. |

Horaria diurna Lunæ 14. mi. 10. Oppoſitionis Martis 11. 5. m. *Iam ſic dico.* 14. 10. m. dãt in Luna 1. h. tẽp. quot 19. 3. mi. Prouenit vna hora 20. mi. 41. ſec. *Rurſus dico.* Vna hora temporali tranſeunt de Oppoſitione Martis 11. grad. 5. min. quot in 1. H. 20. min. 41. ſec. Producuntur 14. gr. 54. min. vna diſtantia ſimilis poſitus Oppoſitionis Martis Huic iuxta tertiam cautelam addatur diſtantia Oppoſitionis Martis à M.C. 17. g. 52. mi. & prouenit arcus directionis quæſitę, quo Oppoſitio Martis ad Lunã aſcẽdit. Sequitur diagramma.

De directione

Digitized by Google




*De directione conuerſa.*

Quomodo hæc Directio, contra ſignorũ ſeriem perficiatur.

Directio conuerſa ſeu contra ſignorum ſeriem quæ Parti fortunæ & Planetis retrogradis tribuitur à recẽtioribus Aſtrologis, eodem prorſus modo, quo directa perficitur, ſi tamen ſtatuas promiſſorem eſſe locum ſignificatoris, & ſignificatorem locum promiſſoris.

*EXEMPLVM.*

In genitura HENRICI Ducis Brunſuuicenſis Pars fortunæ eſt in 16. Grad. 41. min. Aquarij. Volo dirigere Partẽ fortunæ cõtra ſignorum ſeriem ad quadratum Solis in 1. Grad. 37. min. Aquarij, vel libet cognoſcere quot horis temporalibus diſtet quadratum Solis à Parte fortunæ, & quantus ſit arcus directionis.

| | Grad. | Min. | |
|---|---|---|---|
| Aſcenſio recta imi cæli. | 300. | 45. | |
| Aſcenſio recta quadrati Solis. | 303. | 52. | |
| Diſtantia quadrati Solis ab I.C. | 3. | 7. | |
| Aſcenſio recta Partis fortunæ. | 319. | 9. | |
| Diſtantia Partis fortunæ ab I.C. | 18. | 24. | |
| Horaria tempora quadrati Solis. | 19. | 47. | Nocturna ſub Eleuatione 53. Grad. |
| Horaria tempora Partis fortunæ. | 18. | 50. | |

*Iam ſic dico.*

Horaria tempora quadrati Solis 19. Grad. 47. min. efficiunt 1. horam temporalem, quid differentiæ quadrati Solis ab I.C. 3. G. 7. min.

Productum o. Horæ 9. Minutorum.

*Rurſus dico,*

1. Hora temp. Partis fortunæ dat horaria temporaria Partis fortunæ 18. Grad. 50. min. quid dabit productũ iam inuentũ, o. Horæ 9. Minutorũ.

Numerus hinc emergens ex multiplicatione deducit locum Partis fortunæ ad ſimilem ſitum quadrati Solis.

Subtrahatur iuxta ſecundam cautelam à diſtantia Partis fortunæ ab I.C. primo data & relinquit arcum directionis quęſitæ 15. Grad. 52. min. 30. ſec. Hic arcus in tempus reſoluatur.

Hæc eſt integra dirigendi ratio Ptolemaica, quam etſi Cardanus & Stadius paucis mutatis ad vnam ſpeciem redigant: tamem ea reductio nihil habet commoditatis aut compendij, præſertim vbi ad ſignificatorem ordine plures promiſſores deducendi ſunt.

Optimũ & memorabile Compẽdium. Nota.

Inuenta enim ſemel diſtantia, in horis temporalibus ſignificatoris à Medio cæli, vel Imo cęli, tantum ſequentium promiſſorum horaria tempora multiplicentur in diſtantiam ſignificatoris, & productam oſtendit eundem vel ſimilem poſitum promiſſoris, quem habet cum ſignificatore, quod cum corrigitur, iuxta regulas cautionum πρὸς ἀφαιρετῶν ſupra poſitas, arcum directionis quæſitæ relinquit.

*De directione Horoſcopi ad terminos Planetarum.*

Deductio ſignificatorum, imprimis Horoſcopi, ad Planetarum fines, magnam vim habet in iudiciis genethliacis, vt infirmitates aliaque corpori obuentura accidẽtia, hinc præuidere liceat. Dirigitur autem Horoſcopus ad fines Planetarum hoc modo: Conſideretur gradus Horoſcopi, ex tabella terminorum, ad cuius Planetæ referatur, & quouſque fines ſe extendant iſtius Planetæ.



Digitized by Google

Deinde extremæ partis finium illius Planetæ, quęratur Aſcenſio obliqua, ad eleuationem loci propoſiti. Ex hac ſubtrahatur aſcenſio obliqua horoſcopi, & remanebit directio quæſita horoſcopi ad terminum propoſitum.

*Exempli cauſa.*

Declaratio regulæ per exemplum.

In Henrici Brunſuuicenſis geneſi Horoſcopus eſt 12.Grad.13.min.Libræ, ſub Eleuatione poli 53. Grad. Aſceſio obliqua eſt 210.Grad.45.min. Cum verò ingredior canonem terminorum ſupra poſitum, Mars eſt dominus termini gradus Aſcendentis, in quo poteſtatem exercet ad 28.Grad.o.mi. Libræ. Aſcendunt autem obliquè cum 28.Grad. Libræ 220.Grad.37.min. Hinc auferatur obliqua horoſcopi aſcenſio, & remanent 9.gradus 53.min. Id eſt, 9.anni, decem menſes, octodecim dies, cuius directionis dominus eſt Mars.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 220. | | 38. | | |
| 210. | | 45. | | |
| 9. | | 53. | | |
| 9. | A. | 10. | M. | 18. Dies. |

Hunc proximè in Tabella terminorum iterum Mars ſubſequitur, cuius gradus finium extendunt ſeſe & durant vſque ad o.Grad.Scorpij. Aſcenſio obliqua eſt o.Grad.Scorpij 223.G.34 min. Differentia eſt 12.G.49.min. directio quæſita. Id eſt, 12. annorum 5.menſium 24.dierum.

| | |
|---|---|
| 12. | 49. |
| 12. | A. |

Hinc ſequitur dominum Veneris cuius termini à o.Grad.Scorpij ad 7.Grad.Scorpij extenduntur. Aſcenſio obliqua 7.gradus eſt 233.grad.47.mi. Aſcenſio obliqua ſubtrahatur horoſcopi, & relinquit arcus directionis 23.Grad.2.min. Id eſt, 23.annorum, o. M.22.dierum.

Hoc modo inquirendi ſunt Domini finium Aſcendentis omnium ſequentium terminorum Planetarum vſque ad finem vitæ, quæ in hac naturæ fragilitate vt plurimum 70. aut 80.annum nō excedit quantitate. Quare ad id ſpacium fere directiones Horoſcopi & reliquorum ſignificatorum, ad ſuos promiſſores inſtitui poſſunt.

Ad quē vitæ terminū Directione dirigāt Aſtrologi.

Poſtremo vt fundamentum operationis Ptolemaicæ in dirigendo rectius aſſequātur ſtudioſi, vtemur diagrammate, quo in hac doctrina Cardanus quoque vtitur. Sit Horizon rectus κ,η,ι,θ, punctum Orientis ſit κ, punctum Occidentis ι. Semicirculus æquatoris ſupra horizontem κ,α,ι, Meridianus κ,α,θ, Circulus poſitionis ductus per locū Solis ſignificatoris & per interſectionem Meridiani & horizontis ſit θ,β,η. Circulus poſitionis ductus per locum quadrati Martis ſit θ,δ,η. Circulus poſitionis in quo quadratum Martis conſimilem habet ſitum à Medio cæli reſpectu ſuorum tēporum horariorum ipſi ſignificatori θ,γ,η. Arcus æquatoris, quo Sol diſtet à M.C. ſit β,α,8.Grad.8.min. Arcus æquatoris, quo Mars abſit ab eodē Medio cæli α,δ, ſit 35.Gr.8.min. Arcus æquatoris ſimilis diſtantiæ quadrati Martis, à Medio cęli α,γ, ſit 39.min.50. ſec. vnius horæ temporalis. Sic quadratū Martis diſtat ab eodem M.C. totidē minutis horæ inæqualis, quæ diſtantia promiſſoris, reſpectu ſuorum tēporum horariorum, conuerſo in tempora æquinoctialia facit 9.Gr.41.min. Hæc diſtantia α,γ, ſimilis ſitus promiſſoris inuenta & ſublata ex diſtātia primo data quadrato Martis promiſſoris α,δ, 35.Gr.8.min. relinquit arcum directionis quæſitæ δ,γ,25.G.27.min. quo emenſo, quadratum Martis aſcendet ad corpus Solis.

Optimum Diagrāma Directionum.

*Med. Cæli.*




Memorab

*Memorabiles tres genituræ trium quorum Tragicus fuit exitus.*

In hac geneſi, Sol eſt vitæ prorogator. Anno Chriſti 1544. ictu tormentarij globi, Iulij die 14. in dextro humero læſus, ſequenti die animam efflauit.

Has tres geneſes, poſuit nuper in Ephemeridib. ſuis Stadius, vir excellens in Mathematicis ſtudiis.




Hic audaciſsimus Heros anno 1557. ad Quintini fanum. 4. Idus Auguſti expirauit, anno ætatis 25. completo.




Hic




Hic ardentiſsima febri correptus, aliquot dierũ interuallo, expirauit, anno ætatis 38. Tunc enim horoſcopus incidit in quadratum Martis.

## *ALIVD EXEMPLVM.*

In genitura Edoardi Regis Angliæ diximus Solem Aphetam ad ἀναιρέτικον radium quadrati Martis. In diagrammate horizon rectus eſt κ,η,ι,θ,κ, eſt punctum Orientis, ι punctum Occidẽtis. κ,α,ι, Semicirculus æquatoris ſupra horizõtem, κ,α,θ, Meridianus ſeu medium cæli, θ,β,κ, circulus poſitionis dictus per locum Solis ſignificatoris, & per interſectionem meridiani & horizontis, θ,δ,κ, eſt circulus poſitionis dictus per locum quadrati Martis, θ,γ,κ, eſt circulus poſitionis, in quo quadratum Martis conſimilem habet ſitum à Medio cæli, reſpectu ſuorum temporum horariorum, ipſi ſignificatori. β,α, eſt arcus æquatoris, quo diſtat Sol à Medio cæli 8. Grad. 8. min. α,δ, eſt arcus æquatoris, quo quadratum Martis abeſt ab eodem Medio cæli 35. Grad 8. min. α,γ, arcus æquatoris ſimilis diſtantiæ quadrati Martis à Medio cæli eſt 39. min. 50. ſec. vnius horæ temporalis. Quare Martis quoque quadratum diſtat ab eodem Medio cæli totidem minutis horæ inæqualis, quę diſtãtia promiſſoris reſpectu ſuorum horariorum temporum, conuerſa in tempora æquinoctialia, facit 9. grad. 41. min. Hæc diſtantia α,γ, ſimilis ſitus promiſſoris inuenta & ſublata ex diſtantia primo data quadrato Martis promiſſoris. α,δ, 35. grad. 8 min. relinquit arcum directionis quæſitæ, δ,γ, 25. grad. 27. min. quo emenſo, quadratum Martis aſcendet ad corpus Martis.

Digitized by Google

*NVNC ADDEMVS IN GRATIAM SCHOlaſticorum integrum exemplum directionis quinque locorum Hylegialium ſiue apheticorum genituræ illuſtriß. Henrici Brunſuuicenſis Principis, iuxta Ptolemaicam viam.*

HOROSCOPI PROGRESSIONES SVB Latitudine 53. Grad.

| Aſcendit. | | | 12. Grad. 18. min. ♎. | | Aſcend. obliqua eſt 210. G. 45. min. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Longitudo promiſſorum. | | | Aſcenſio obliqua. | | Directio quæſita. | |
| | Grad. | Min. | Grad. | Min. | Grad. | Min. |
| | ♎ | | | | | |
| △ Lunæ. | 27 | 5 | 226 | 26 | 8 | 33 |
| ♂ terminus. | 28 | 0 | 220 | 38 | 6 | 53 |
| ♂ | 28 | 16 | 221 | 1 | 10 | 16 |
| | ♏ | | | | | |
| ♂ term. | 0 | 0 | 223 | 34 | 12 | 49 |
| ☉ | 1 | 37 | 225 | 55 | 15 | 10 |
| ✶ ♃ .d. | 3 | 52 | 229 | 12 | 18 | 27 |
| Lucida coronæ. | 5 | 38 | 231 | 47 | 21 | 2 |
| ♀ term. | 7 | 0 | 233 | 47 | 23 | 2 |
| Chelæ auſt. | 8 | 58 | 236 | 40 | 25 | 55 |
| ☿ term. | 11 | 0 | 239 | 39 | 28 | 54 |
| Chelæ Boreal. | 13 | 8 | 242 | 37 | 31 | 52 |
| Secunda. | 13 | 50 | 243 | 45 | 33 | 0 |
| □. ♄ .d. | 16 | 12 | 247 | 14 | 36 | 29 |
| ♃ term. | 19 | 0 | 251 | 18 | 40 | 33 |
| ☿ | 21 | 44 | 255 | 15 | 44 | 30 |
| ♄ term. | 24 | 0 | 258 | 30 | 47 | 45 |
| □ Lunæ. | 27 | 5 | 262 | 54 | 52 | 9 |
| | ♐ | | | | | |
| ♃ terminus. | 0 | 0 | 267 | 2 | 56 | 17 |
| □ ♃. | 3 | 52 | 272 | 27 | 61 | 42 |
| Cor ♏ | 3 | 38 | 272 | 8 | 61 | 23 |
| Caput Herculis. | 8 | 38 | 278 | 56 | 68 | 11 |
| ✶ ♀ .d. | 14 | 11 | 286 | 17 | 75 | 32 |
| △ ♄ | 16 | 12 | 288 | 53 | 78 | 8 |
| Caput Draco- | 20 | 38 | 294 | 25 | 83 | 39 |
| nis ☊. | 21 | 55 | 295 | 58 | 85 | 13 |

Spec..l

Digitized by Google

## DIRECTIONES MEDII CAELI

*In 28. Grad. 37. min. ♋ Aſcenſio Recta 120. G. 45. min.*

| Longitudo promiſſorum. | | | Aſcenſio obliqua. | | Directio quæſita. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | Grad. | Min. | Grad. | Min. | Grad. | Min. |
| | ♌ | | | | | |
| ♃ terminus. | 0 | 0 | 122 | 22 | 1 | 27 |
| Præſepe. | 1 | 18 | 123 | 21 | 2 | 36 |
| □ ☉ | 1 | 37 | 123 | 52 | 3 | 7 |
| Aſellus boreus. | 1 | 18 | 124 | 13 | 3 | 28 |
| Aſellus Auſt. | 2 | 17 | 124 | 34 | 3 | 49 |
| ♀ term. | 6 | 0 | 128 | 24 | 7 | 39 |
| ♄ teminus. | 16 | 0 | 132 | 27 | 11 | 42 |
| Hum. Vrſæ Ma. | 11 | 38 | 134 | 7 | 13 | 22 |
| ⚹ ♀ | 14 | 11 | 136 | 40 | 15 | 55 |
| ♄ | 10 | 12 | 138 | 41 | 17 | 56 |
| □ ☿ | 21 | 44 | 144 | 7 | 23 | 22 |
| Cor ♌ | 23 | 28 | 145 | 53 | 25 | 8 |
| Ceruix ♌ | 23 | 8 | 148 | 30 | 27 | 45 |
| ♂ terminus. | 24 | 0 | 146 | 20 | 25 | 35 |
| ☍ ☽ | 27 | 5 | 149 | 19 | 28 | 34 |
| ⚹ ♂ | 28 | 16 | 150 | 26 | 29 | 41 |
| | ♍ | | | | | |
| ☿ terminus. | 0 | 0 | 152 | 6 | 31 | 21 |
| ⚹ ☉ | 1 | 37 | 153 | 38 | 32 | 53 |
| ♃ | 3 | 52 | 155 | 46 | 35 | 1 |
| Vndecima. | 5 | 26 | 157 | 16 | 36 | 31 |
| ♀ terminus. | 7 | 0 | 158 | 45 | 38 | 0 |
| Cauda ♌ | 15 | 28 | 171 | 24 | 50 | 39 |
| ♃ terminus. | 17 | 0 | 168 | 3 | 47 | 18 |
| ⚹ ☿ | 21 | 44 | 172 | 25 | 51 | 40 |
| | ♎ | | | | | |
| ♄ term. | 0 | 0 | 180 | 0 | 59 | 45 |
| XII. | 0 | 33 | 180 | 30 | 59 | 55 |
| Vindemiatrix. | 3 | 8 | 189 | 2 | 68 | 17 |
| ♃ terminus. | 14 | 0 | 192 | 52 | 72 | 7 |
| ♀ ♍ | 14 | 11 | 193 | 2 | 72 | 17 |

DIRE

Digitized by Google

## DIRECTIONES LVNAE AD PROMISSORES.

*Aſcenſio Recta ☽. 329. Grad. 19. Diſtantia ab Imo cæli 28. Grad. 34.*

*Horaria tempora 17. Grad. 58. min.*

| Longitudo promiſſorum. | | | Aſcenſio Recta | | Diſtantia ab Imo C. | | Horaria tempora. | | Directio quæſita | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | Grad. | Min. | Grad. | Min | Grad. | Min. | Grad. | Min. | Grad. | Min. |
| | ♒ | | | | | | | | | |
| △ ♂. | 28. | 16 | 330 | 26 | 30 | 41 | 17 | 52 | 2 | 30 |
| | ♓ | | | | | | | | | |
| ♀ terminus. | 0 | 0 | 332 | 6 | 31 | 21 | 17 | 42 | 3 | 28 |
| △ ☉ | 1 | 37 | 333 | 42 | 32 | 57 | 17 | 34 | 5 | 17 |
| ☍ ♃ | 3 | 52 | 335 | 46 | 35 | 1 | 17 | 22 | 7 | 40 |
| Quinta. | 5 | 26 | 347 | 16 | 36 | 31 | 17 | 14 | 9 | 23 |
| ♃ terminus. | 12 | 0 | 343 | 25 | 41 | 40 | 16 | 39 | 16 | 26 |
| ☿ terminus. | 16 | 0 | 347 | 8 | 46 | 23 | 16 | 17 | 20 | 44 |
| Ala Pegaſi. | 17 | 38 | 448 | 38 | 47 | 53 | 16 | 18 | 22 | 13 |
| ♂ terminus. | 19 | 0 | 349 | 54 | 49 | 9 | 16 | 1 | 23 | 47 |
| △ ☿. | 21 | 44 | 352 | 52 | 41 | 40 | 15 | 45 | 26 | 52 |
| Crus Pegaſi. | 23 | 8 | 353 | 42 | 52 | 57 | 15 | 38 | 31 | 33 |
| Cauda Ceti. | 26 | 38 | 356 | 55 | 56 | 10 | 15 | 18 | 32 | 4 |
| ♄ terminus. | 28 | 0 | 358 | 10 | 57 | 25 | 15 | 11 | 33 | 30 |
| | ♈ | | | | | | | | | |
| ♃ terminus. | 0 | 0 | 0 | 0 | 59 | 15 | 15 | 0 | 35 | 38 |
| Sexta. | 1 | 33 | 1 | 25 | 60 | 40 | 14 | 52 | 37 | 15 |
| ♀ terminus. | 6 | 0 | 5 | 30 | 64 | 45 | 14 | 27 | 42 | 0 |
| Dex. hum. Cephei. | 7 | 38 | 7 | 0 | 66 | 15 | 14 | 19 | 43 | 42 |
| ☿ terminus. | 12 | 0 | 11 | 1 | 71 | 56 | 13 | 54 | 50 | 3 |
| ☍ ♀ | 14 | 11 | 10 | 16 | 69 | 31 | 13 | 45 | 47 | 51 |
| △ ♄. | 16 | 21 | 14 | 55 | 74 | 10 | 13 | 31 | 52 | 52 |
| ♂ terminus. | 20 | 0 | 18 | 27 | 77 | 42 | 13 | 11 | 56 | 56 |
| Septima. | 21 | 13 | 12 | 8 | 71 | 23 | 13 | 4 | 50 | 48 |
| ♄ terminus. | 25 | 0 | 23 | 9 | 82 | 24 | 12 | 45 | 62 | 19 |
| ⚹ ☽. | 27 | 5 | 25 | 8 | 84 | 23 | 12 | 34 | 64 | 36 |
| ☍ ♂. | 28 | 16 | 26 | 15 | 85 | 30 | 12 | 27 | 66 | 6 |

## DIRECTIONES SOLIS.

*Aſcenſio Recta ☉. 209. Grad. 27. min. Diſtantia ab Imo cæli 91. Grad. 18. min. Horaria tempora 17. Grad. 50. min. Aſcenſio Recta I. C. 300. G. 45. min.*

| Longitudo promiſſorum. | | | Aſcenſio Recta | | Diſtantia ab Imo C. | | Horaria tempora noct. | | Directionis arcus. | | *In tẽpore internallũ irectiõn.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | Grad. | Min. | Grad. | Min. | Grad. | Min. | Grad. | Min. | Grad. | Min. | An.M.C. |
| | | ♏ | | | | | | | | | |
| ✶ ♃. | 3 | 52 | 211 | 36 | 89 | 9 | 18 | 2 | 3 | 11 | |
| *Lucida Coronæ.* | 5 | 38 | 228 | 45 | 72 | 0 | 18 | 12 | 21 | 10 | |
| ♀ terminus. | 7 | 0 | 214 | 39 | 86 | 6 | 18 | 24 | 8 | 6 | |
| Chelæ Auſt. | 8 | 58 | 216 | 49 | 83 | 56 | 18 | 29 | 9 | 12 | |
| ☿ terminus. | 11 | 0 | 218 | 34 | 82 | 11 | 18 | 29 | 10 | 57 | |
| Chelæ bor. | 13 | 8 | 223 | 17 | 77 | 28 | 18 | 49 | 17 | 52 | |
| Secunda | 13 | 50 | 221 | 21 | 79 | 24 | 18 | 52 | 16 | 11 | |
| □ ♄ | 16 | 12 | 225 | 43 | 77 | 2 | 19 | 4 | 19 | 34 | |
| ♃ terminus. | 19 | 0 | 226 | 32 | 74 | 13 | 19 | 17 | 23 | 29 | |
| ☿. | 21 | 44 | 229 | 18 | 71 | 27 | 19 | 35 | 27 | 46 | |
| ♄ terminus. | 24 | 0 | 231 | 36 | 69 | 9 | 19 | 39 | 30 | 25 | |
| | | | 0 | 0 | 0 | 0 | 0 | 0 | 0 | 0 | 0 0 |
| □ ☽. | 27 | 5 | 234 | 42 | 66 | 3 | 19 | 52 | 34 | 36 | |
| ♐ | | | | | | | | | | | |
| ♃ terminus. | 0 | 0 | 237 | 48 | 62 | 57 | 20 | 4 | 38 | 13 | |
| □ ♃. | 3 | 52 | 241 | 52 | 58 | 53 | 20 | 18 | 43 | 58 | |
| Cor. ♏. | 3 | 38 | 240 | 49 | 59 | 56 | 20 | 17 | 42 | 50 | |
| ♀ terminus. | 12 | 0 | 0 | 0 | 0 | 0 | 0 | 0 | 0 | 0 | |
| | | | 250 | 29 | 50 | 16 | 20 | 44 | 54 | 47 | |
| ✶ ♀ | 14 | 11 | 252 | 50 | 47 | 55 | 20 | 49 | 57 | 33 | |
| ☊ *Ophiuchi.* | 15 | 48 | 258 | 17 | 42 | 28 | 29 | 52 | 63 | 15 | |
| Tertia. | 15 | 35 | 254 | 22 | 46 | 23 | 20 | 52 | 59 | 20 | |
| △ ♄. | 16 | 12 | 255 | 0 | 45 | 45 | 20 | 53 | 59 | 58 | |
| ☿ terminus. | 17 | 0 | 255 | 52 | 44 | 53 | 20 | 55 | 6 | 6 | |
| ☊ *Draconis.* | 20 | 38 | 266 | 2 | 34 | 43 | 21 | 0 | 7 | 4 | |
| ☊. | 21 | 55 | 261 | 12 | 39 | 33 | 22 | 2 | 72 | 5 | |
| ♄ terminus. | 21 | 0 | 260 | 12 | 40 | 33 | 21 | 1 | 65 | 56 | |
| ♂ terminus. | 26 | 0 | 265 | 38 | 35 | 7 | 21 | 6 | 71 | 47 | |

Digitized by Google

## DIRECTIONES PARTIS FORTVNAE
*ſecundum ſignorum ſeriem.*

*Aſcenſio recta ⊕. 319. 9. Diſtantia ab Imo cæli 18. G. 24. min. Horaria tempora 18. Gr. 50. min.*

| Longitudo promiſſorum. | | | Aſcenſio Recta | | Diſtantia ab Imo C. | | Horaria tempora. | | Arcus directionis. | | In tẽpore interuallũ deeſt |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | G. | M. | G. | M. | Grad. | Min. | G. | M. | G. | M. | Anni M. D. |
| | ♒ | | | | | | | | | | |
| □ ☿. | 21 | 44 | 324 | 7 | 23 | 22 | 18 | 25 | 4 | 33 | |
| ♄ terminus. | 25 | 0 | 327 | 18 | 26 | 33 | 18 | 9 | 7 | 51 | |
| ☽ 2. | 27 | 5 | 329 | 19 | 28 | 34 | 17 | 57 | 10 | 13 | |
| Fomahand. | 27 | 57 | 330 | 8 | 29 | 23 | 17 | 53 | 11 | 7 | |
| △ ♂. | 28 | 16 | 330 | 26 | 30 | 41 | 17 | 52 | 12 | 26 | |
| | ♓ | | | | | | | | | | |
| ♀ terminus. | 0 | 0 | 332 | 6 | 31 | 21 | 17 | 42 | 13 | 16 | |
| △ ☀. | 1 | 37 | 333 | 42 | 32 | 57 | 17 | 34 | 15 | 1 | |
| Cauda Cygni. | 0 | 7 | 307 | 7 | 6 | 22 | 17 | 42 | 11 | 43 | |
| ☍ ♃. | 3 | 52 | 335 | 46 | 35 | 1 | 17 | 22 | 17 | 17 | |
| Quinta. | 5 | 26 | 337 | 16 | 36 | 31 | 17 | 14 | 19 | 18 | |
| ♃ terminus. | 12 | 0 | 343 | 25 | 42 | 40 | 16 | 39 | 25 | 14 | |
| ☿ terminus. | 16 | 0 | 347 | 8 | 46 | 23 | 16 | 17 | 30 | 7 | |
| Ala Pegaſi. | 17 | 38 | 448 | 38 | 47 | 53 | 16 | 18 | 31 | 14 | |
| ♂ terminus. | 19 | 0 | 349 | 54 | 49 | 9 | 16 | 1 | 32 | 46 | |
| ☿. | 21 | 44 | 352 | 25 | 51 | 40 | 15 | 45 | 35 | 35 | |
| Crus Pegaſi. | 23 | 8 | 353 | 42 | 52 | 57 | 15 | 38 | 36 | 59 | |
| Cauda Ceti. | 26 | 38 | 356 | 55 | 56 | 10 | 15 | 18 | 40 | 32 | |
| ♄ terminus. | 28 | 0 | 358 | 10 | 57 | 25 | 15 | 11 | 41 | 55 | |
| | ♈ | | | | | | | | | | |
| ♃ terminus. | 0 | 0 | 0 | 0 | 59 | 15 | 15 | 0 | 43 | 56 | |
| Sexta. | 1 | 33 | 1 | 45 | 60 | 40 | 14 | 52 | 45 | 29 | |
| ♀ terminus. | 6 | 0 | 5 | 30 | 64 | 45 | 14 | 27 | 50 | 0 | |
| Dex. hu. Cephei. | 7 | 38 | 7 | 0 | 66 | 15 | 14 | 19 | 51 | 38 | |
| ☿ terminus. | 12 | 0 | 11 | 1 | 71 | 56 | 13 | 54 | 57 | 44 | |
| ☍ ♀ | 14 | 11 | 10 | 16 | 69 | 31 | 13 | 45 | 52 | 9 | |
| △ ♄ | 16 | 12 | 14 | 55 | 74 | 10 | 13 | 31 | 60 | 22 | |
| ♂ terminus. | 20 | 0 | 18 | 27 | 77 | 42 | 13 | 11 | 64 | 14 | |
| Septima. | 21 | 13 | 12 | 8 | 71 | 23 | 13 | 4 | 58 | 3 | |
| ✶ ☀. | 27 | 5 | 25 | 8 | 84 | 23 | 12 | 34 | 71 | 33 | |
| ☍ ♂. | 28 | 16 | 26 | 15 | 85 | 39 | 12 | 27 | 72 | 47 | |



Digitized by Google

## SPECVLVM ASTRONOMICVM huius genituræ.

| Gr. | ♈ | ♉ | ♊ | ♋ | ♌ | ♍ | ♎ | ♏ | ♐ | ♑ | ♒ | ♓ | Minut. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 0 | termin. VI. | ♀ terminus. | ☿ ter. Hyades | ♂ terminus. | ♃ ter. Præſepe. | ☿ terminus. | ♄ ter. XII. | ♂ terminus. | ♃ terminus. | ☿ terminus. | ☿ terminus. | ♀ terminus. | VI. 33 |
| 1 | | ☍ | | △ | □ Aſell⁹ Boreus. | ✶ | | ✹ ○. ○. | | ✶ | □ | △ Cauda Cygni. | |
| 2 | | | | | Aſell⁹ auſtrinus. | | | | | | | | |
| 3 | | △ | □ Palilicium. | ✶ | | ♃ ○ 47. S. | Vindemiatrix. | ✶ | Cor ♍ | △ | Vmbilicus Pegaſi. | ☍ | ♃ 52. |
| 4 | | | | | | | | | | | | | |
| 5 | | | | | | XI. | Ala dextra Corui. | Lucida Coronę | | | | V. | V. 26. |
| 6 | ♀ ter. | | ♃ ter. | | ♀ ter. | | Roſtrũ Corui. ☿ ter. | | | ♃ ter. | | | |
| 7 | Dexter humerus Cephei. | | | ♀ ter. | | ♀ ter. | | ♀ ter. | | | ♀ ter. | | |
| 8 | | ☿ ter. | | | | | | Chelę auſtralis. | Caput Herculis. | Vultur | Cauda Delphi. | | |
| 9 | | | | Canis maior. | | | | | | | Delph. auſt. | | |
| 10 | | | | | ♄ ter. | | Siniſter humer⁹ Bootis. | | | | | | |
| 11 | | | Siniſter hamer. Oriõis. | | Vrſæ maioris. | | | ☿ ter. | | | Delphini Borealis. | | |
| 12 | ☿ ter. | | ♀ ter. | | | | | | ♀ ter. | | | ♃ ter. | |
| 13 | | VIII. | | ☿ ter. Caput ♊. | | | | Chelæ II. borealis. | | | ♃ ter. | | II. 50. |
| 14 | ☍ | ♃ ter. | △ | Præcedẽs □. | ✶ | | ♄ ter. ♀ ♍. 44 m. | | | ♀ ter. □ | △ | | ♀ II. Recta. |
| 15 | | | Hircus IX. | | | Cauda Leo. | | | Caput III. Ophiuchi | | | | III. 35. |

Digitized by Google

## *SPECVLVM ASTRONOMICVM*

*huius genituræ.*

| Gr. | ♈ | ♉ | ♊ | ♋ | ♌ | ♍ | ♎ | ♏ | ♐ | ♑ | ♒ | ♓ | Minut. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 0 | termin. VI. | ♀ terminus | ☿ ter. Hyades | ♂ terminus. | ♃ ter. Treſepe. | ☿ terminus. | ♄ ter. XII. | ♂ terminus. | ♃ terminus. | ☿ terminus. | ☿ terminus. | ♀ terminus. | VI. 33 |
| 16 | Scapulũ Andromed. ▽ | □ | ⚹ | | ♄ ☌ 19. S. | | ⚹ | □ | ▽ | | ☍. ⊕. | ☿ terminus. | ♄ 12. |
| 17 | | | ♂ terminus. | Caput ♊ ſequẽs. | | ♃ terminus. | Arcturus. | | ☿ terminus. | | | Ala Pegaſi. | |
| 18 | | | | | ☿ terminus. | | Spica Virginis. | | | | | | |
| 19 | | | | ♃ terminus. | | | | ♃ terminus. | | | | ♂ terminus. | |
| 20 | ♂ terminus. | Caput Meduſæ. | | Canis minor. | Lucida Hydræ. | | | | Caput Draconis. | | ♂ ter. | | |
| 21 | VII. | VIII. ☍ | IX. ☋ | X. ▽ | XI. □ | ♂ ter. XII. ⚹ | ♀ ter. Horoſcop. | ☿ II. 2. 33. Min. | ♌ III. ♄ ter. | IIII. * | V. □ | VI ▽ | ☿. 44 |
| 22 | | | Dexter humer. Oriois. | | Regul⁹ ſiue cor ♌. | | | | | | | | ♌. 55. |
| 23 | | | Humer. dexter Aurigę | | Ceruix ♌. ☿ ter. | | | ♄ ter. | | aquila. | | | |
| 24 | Cigulũ Andro. | Vergiliæ. | ♄ ter. | | | | | | | | | | |
| 25 | ♄ ter. | Dextrũ lat⁹ Perſei. | | | | | | | | | | | |
| 26 | | | | ♄ ter. | | | Haſtile Bootis. | | ♂ ter. | ♂ ter. | | Cauda Ceti. | |
| 27 | Cornu ♈ ⚹. | ♂ ter. □ | ▽ | | ☍ | | ▽ | Palma Serpẽtarij. □ | ⚹ | | Luna. Fomahand. 4. 32. S. | | Luna. 5. |
| 28 | Iuba Ceti. ☍ | | X. Cor cæli. ▽ | □ | ⚹ | ♄ ter. | ♂ ter. ♂. ☌ 3. S | | ⚹ | □ IIII. | △ | ♄ ter. | |
| 29 | | | | | | | | | | | | | |
| 30 | | | | | | | | | | | | | |



Digitized by Google

## *Canon radiationum Directioni inſeruiens, in genitura Henrici Iulij Ducis Brunſuuicenſis, &c.*

| Significatorū & Promiſſorū loca. | Longi. G. | Longi. M. | Latitu. G. | Latitu. M. | Denominatio. |
|---|---|---|---|---|---|
| | ♎ | | 0 | 0 | 0 |
| Horoscopus. | 21 | 13 | 53 | 35 | S. |
| Haſtile Bootis | 26 | 38 | 2 | 12 | M. |
| △ Lunæ. d. | 17 | 5 | 0 | 0 | 0 |
| ♂ terminus. | 28 | 0 | | | |
| ♂ | 28 | 16 | 0 | | S. |
| | ♏ | | | 3 | |
| ♂ terminus | | 0 | 0 | | 0 |
| | 0 | 37 | 0 | 0 | 0 |
| ☉ | 1 | 52 | 0 | 0 | S. |
| | 3 | | | 23 | |
| ⚹ ♃ dexter | | | | | |
| Lucida Coronæ | 5 | 38 | 44 | 30 | S. |
| ♀ terminus | 7 | 0 | 0 | 0 | 0 |
| | 8 | 58 | 0 | 40 | M. |
| Chelæ auſtralis. | 11 | 0 | 0 | 0 | 0 |
| ☿ terminus | | | | | |
| Chelæ borealis | 13 | 8 | 2 | 30 | S. |
| Secunda | 13 | 50 | 0 | 0 | 0 |
| | 16 | 12 | 0 | 0 | 0 |
| □ ♄ dexter | 19 | 0 | 0 | 0 | 0 |
| ♃ terminus | | | | | |
| ☿ | 21 | | | | |
| | 24 | 44 | 2 | 33 | M. |
| ♄ terminus | 27 | 0 | 0 | 0 | 0 |
| Palma Serpētarij | 27 | 0 | 17 | 30 | S. |
| □ Lunæ. d. | ♐ | 5 | 17 | 30 | S. |
| ♃ terminus | 0 | 0 | 0 | 0 | 0 |
| □ ♃ | 3 | 52 | 0 | 0 | 0 |
| Cor Scorpij | 3 | 38 | 4 | 0 | M. |
| Caput Herculis | 8 | 38 | 37 | 0 | S. |
| ♀ terminus | 12 | 0 | 0 | 0 | 0 |

| Significatorū & promiſſorum loca. | Longi. G. | Longi. M. | Latit. G. | Latit. M. | Denominatio. |
|---|---|---|---|---|---|
| | ♒ | 11 | 2 | 20 | S. |
| △ ♀ dexter | 14 | 12 | 0 | 19 | M. |
| ☍ ♄ | 16 | 41 | 0 | 0 | 0 |
| ⊕ | 16 | 0 | 0 | 0 | 0 |
| ♂ terminus | 20 | | | | |
| □ ☿ dexter | 21 | 44 | 0 | 0 | 0 |
| ♄ terminus | 25 | 0 | 0 | 0 | 0 |
| | 27 | 5 | 4 | 32 | S. |
| ☽ | 27 | 57 | 23 | 0 | M. |
| | 28 | 16 | 0 | 1 | M. |
| Fomahand | | | | | |
| △ ♂ dexter | | | | | |
| ♀ terminus | ♓ | | | | |
| | 0 | 0 | 0 | 0 | 0 |
| △ ☉ dexter | 1 | 37 | 0 | 0 | 0 |
| Cauda Cygni | 0 | 7 | 60 | 0 | S. |
| ☍ ♃ | 3 | 52 | 0 | 47 | M. |
| Quinta cuſpis | 5 | 26 | 0 | 0 | 0 |
| ♃ terminus | 12 | 0 | 0 | 0 | 0 |
| ☿ terminus | 16 | 0 | 0 | 0 | 0 |
| Ala Pegaſi | 17 | 38 | 19 | 40 | S. |
| ♂ terminus | 19 | 0 | 0 | 0 | 0 |
| △ ☿ dexter | 21 | 44 | 1 | 16 | S. |
| Crus Pegaſi. | 23 | 8 | 31 | 0 | S. |
| Cauda Ceti | 26 | 38 | 20 | 20 | M. |
| ♄ terminus | 28 | 0 | 0 | 0 | 0 |
| ♃ terminus | ♈ | 0 | 0 | 0 | 0 |
| Sexta cuſpis | 0 | 33 | 0 | 0 | 0 |
| ♀ terminus | 16 | 0 | 0 | 0 | 0 |

| Significatorum & promiſſorum loca. | Longi. G. | Longi. M. | Latit. G. | Latit. M. | Denominatio. |
|---|---|---|---|---|---|
| Siniſter Hum. Orionis | ♊ | | | | |
| ♀ terminus | 11 | 18 | 17 | 30 | M. |
| △ ♀ Siniſter | 12 | 0 | 0 | 0 | 0 |
| Hircus. | 14 | 11 | 2 | 20 | S. |
| | 15 | 58 | 22 | 30 | S. |
| Nona cuſpis | 15 | 39 | 0 | 0 | 0 |
| ⚹ ♄ ſiniſter | 16 | 12 | 0 | 9 | S. |
| ♂ terminus | 17 | 0 | 0 | 0 | 0 |
| | 21 | 55 | 0 | 0 | 0 |
| ☋ | 22 | 58 | 17 | 0 | M. |
| Dexter hum. Orionis | | | | | |
| Humerus Dex. Aurigę | 23 | 48 | 20 | 0 | S. |
| ♄ terminus | 24 | 0 | 0 | 0 | 0 |
| △ ☽ ſiniſter | 27 | 5 | 2 | 12 | M. |
| △ ♂ ſiniſter | 28 | 16 | 0 | 1 | M. |
| ♂ terminus | ♋ | | | | |
| | 0 | 0 | 0 | 0 | 0 |
| △ ☉ | 1 | 37 | 0 | 0 | 0 |
| ⚹ ♃ ſiniſter | 3 | 52 | 0 | 23 | S. |
| ♀ terminus | 7 | 0 | 0 | 0 | 0 |
| Canis maior | 8 | 38 | 39 | 10 | M. |
| ☿ terminus | 13 | 0 | 0 | 0 | 0 |
| Caput ♊ præcedens | 14 | 18 | 9 | 40 | S. |
| □ ♀ ſiniſter | 14 | 11 | 0 | 0 | 0 |
| Caput ♊ ſequens | 17 | 38 | 6 | 15 | S. |
| ♃ terminus | 19 | 0 | 0 | 0 | 0 |
| Canis minor | 20 | 8 | 16 | 0 | M. |
| △ ☿ | 21 | 44 | 1 | 15 | S. |
| ♄ terminus | 26 | 0 | 0 | 0 | 0 |

Canon

## Canon Radiationum directioni inſeruiens, in genitura Henrici Iulij Ducis Brunſuuicenſis. &c.

| Significatorū & Promiſſorū loca. | Longi. G. | Longi. M. | Latit. G. | Latit. M. | Denominatio. |
|---|---|---|---|---|---|
| ⚹ ♀ dexter | 14 | 11 | 2 | 20 | M. |
| Caput Ophiuchi | 15 | 48 | 36 | 0 | S. |
| Tertia | 15 | 35 | 0 | 0 | o |
| △ ♄ dexter | 16 | 12 | 0 | 9 | M. |
| ☿ terminus | 17 | 0 | 0 | 0 | o |
| Caput Draconis | 20 | 38 | 75 | 30 | S. |
| ♌ | 21 | 55 | 0 | 0 | o |
| ♄ terminus | 21 | 0 | 0 | 0 | o |
| ♂ terminus | 26 | 0 | 0 | 0 | o |
| ⚹ Lunæ.d. | 27 | 5 | 2 | 16 | S. |
| ⚹ ♂ ſiniſter | 28 | 16 | 0 | 1 | S. |
| ☿ terminus | ♑ | | | | |
| ⚹ ☉ | 0 | 0 | 0 | 0 | o |
| | 1 | 37 | 0 | 0 | o |
| △ ♃ .d. | 3 | 52 | 0 | 23 | M. |
| ♃ terminus | 6 | 0 | 0 | 0 | o |
| Vultur | 8 | 18 | 62 | 0 | S. |
| ♀ terminus | 14 | 0 | 0 | 0 | o |
| | 14 | 11 | 0 | 0 | o |
| □ ♀ | 21 | 44 | 1 | 16 | M. |
| ⚹ ☿ dexter | 22 | 0 | 0 | 0 | o |
| ♄ terminus | 24 | 43 | 9 | 20 | S. |
| Aquila | | | | | |
| ♂ terminus | 26 | 0 | 0 | 0 | o |
| | 28 | 16 | 0 | 0 | o |
| □ ♂ dexter | 28 | 0 | 0 | 0 | o |
| Quarta cuſpis | | | | | |
| | ♒ | 0 | 0 | 0 | o |
| ☿ terminus | 0 | 37 | 0 | 0 | o |
| □ ☉ | 1 | | | | |
| Vmbilic⁹ Pegaſi | 3 | 18 | 36 | 30 | S. |
| ♀ terminus | 7 | 0 | 0 | 0 | o |
| Cauda Delphini | 8 | 27 | 29 | 10 | S. |
| Delphi. auſtralis | 9 | 18 | 32 | 0 | S. |
| Delph. borealis | 11 | 7 | 33 | 50 | S. |
| ♃ terminus | 13 | 0 | 0 | 0 | o |

| Significatorum & promiſſorum loca. | Longi. G. | Longi. M. | Latit. G. | Latit. M. | Denominatio. |
|---|---|---|---|---|---|
| Dexter hum. Cephei | 7 | 38 | 96 | 0 | S. |
| ☿ terminus | 12 | 0 | 0 | 0 | o |
| □ ☍ ♀ | 14 | 11 | 4 | 40 | S. |
| Scapulū Andromedæ | 16 | 18 | 24 | 30 | S. |
| △ ♄ ſiniſter | 16 | 12 | 0 | 9 | M. |
| ♂ terminus | 20 | 0 | 0 | 0 | o |
| Septima cuſpis | 21 | 13 | 0 | 0 | o |
| Cingulū Andromedę | 24 | 48 | 36 | 30 | S. |
| ♄ terminus | 25 | 0 | 0 | 0 | o |
| ⚹ Lunæ | 27 | 5 | 2 | 12 | S. |
| Cornu ♈ | 27 | 38 | 7 | 20 | S. |
| ☍ ♂ | 28 | 16 | 0 | 3 | M. |
| Iuba Ceti | 28 | 38 | 4 | 10 | M. |
| | ♉ | | | | |
| ♀ terminus | 0 | 0 | 0 | 0 | o |
| ☍ ☉ | 1 | 37 | 0 | 0 | o |
| △ ♃ | 3 | 52 | 0 | 23 | M. |
| ☿ terminus | 8 | 0 | 0 | 0 | o |
| Octaua cuſpis | 13 | 50 | 0 | 0 | o |
| ♃ terminus | 14 | 0 | 0 | 0 | o |
| | 16 | 12 | 0 | 0 | o |
| □ ♄ | 20 | 38 | 23 | 0 | S. |
| Caput Meduſæ | | | | | |
| ☍ ☿ | 21 | 44 | 2 | 33 | S. |
| ♄ terminus | 22 | 0 | 0 | 0 | o |
| Vergiliæ | 24 | 38 | 5 | 20 | S. |
| Dextrū latus Perſei | 25 | 48 | 30 | 0 | S. |
| | 27 | 5 | 0 | 0 | o |
| □ Lunæ | 27 | 0 | 0 | 0 | o |
| ♂ terminus | | | | | |
| ☿ terminus | ♊ | | | | |
| Hyades | 6 | 0 | 0 | 0 | o |
| | 1 | 19 | 4 | 35 | M. |
| □ ♃ ſiniſter | 3 | 52 | 0 | 0 | o |
| Palilicium | 3 | 38 | 5 | 10 | M. |
| ♃ terminus | 6 | 0 | 0 | 0 | o |

| Significatorū & promiſſorum loca. | Longi. G. | Longi. M. | Latit. G. | Latit. M. | Denominatio. |
|---|---|---|---|---|---|
| □ ♂ ſiniſter | 28 | 16 | 0 | 0 | o |
| Cor cæli | 28 | 37 | 0 | 0 | o |
| | ♌ | | | | |
| ♃ terminus | 0 | 0 | 0 | 0 | o |
| Præſepe | 1 | 18 | 0 | 4 | S. |
| □ ☉ | 1 | 37 | 0 | 0 | o |
| Aſellus boreus | 1 | 18 | 20 | 40 | S. |
| Aſellus Auſtralis | 2 | 17 | 0 | 10 | M. |
| ♀ terminus | 6 | 0 | 0 | 0 | o |
| ♄ terminus | 10 | 0 | 0 | 0 | o |
| Hum. Vrſę Maioris | 11 | 38 | 49 | 0 | S. |
| ⚹ ♀ ſiniſter | 14 | 11 | 2 | 20 | M. |
| ♄ | 16 | 12 | 0 | 19 | S. |
| ☿ terminus | 18 | 0 | 0 | 0 | o |
| Lucida Hydri | 20 | 58 | 20 | 30 | M. |
| □ ☿ | 21 | 44 | 0 | 0 | o |
| Cor ♌ | 23 | 28 | 0 | 10 | S. |
| Ceruix ♌ | 23 | 8 | 8 | 30 | S. |
| ♂ terminus | 24 | 0 | 0 | 0 | o |
| ☍ Lunæ | 27 | 5 | 4 | 32 | M. |
| | 28 | 16 | 0 | 1 | S. |
| ⚹ ♂ ſiniſter | ♍ | | | | |
| ⚹ ☉ | 1 | 37 | 0 | 0 | o |
| ♃ | 3 | 52 | 0 | 47 | S. |
| | 5 | 26 | 0 | 0 | o |
| Vndecima cuſpis | 21 | 44 | 1 | 16 | M. |
| ⚹ ☿ | ♎ | | | | |
| | 0 | 33 | 0 | 0 | o |
| Duodecima | | | | | |
| Vindemiatrix | 3 | 8 | 15 | 10 | S. |
| ♀ [illegible] | 14 | 11 | 4 | 40 | M. |
| ⚹ ♄ dexter | 16 | 12 | 0 | 39 | S. |
| Arcturus | 17 | 58 | 31 | 0 | S. |
| Spica ♍ | 17 | 38 | 2 | 0 | M. |
| ♀ terminus. | 21 | 0 | 0 | 0 | o |



Digitized by Google

## Περὶ ποιότητος θανάτου.

Καταλειπομένης, δ' ἐπὶ πᾶσι τῆς περὶ τὸ ποιὸν τῶν θανάτων ἐπισκέψεως, προδιαληψόμεθα διὰ τῶν ἐν τοῖς περὶ τῶν χρόνων τῆς ζωῆς ἐφωδευμένων, πότερον κατὰ ἄφεσιν ἀκτῖνος ἡ ἀναίρεσις ἀποτελεσθήσεται, ἢ κατὰ τὸ δυτικὸν τοῦ κρατήτορος καταφορᾷ. εἰ μὲν γὰρ κατὰ ἄφεσιν καὶ ὑπάντησιν ἡ ἀναίρεσις γένοιτο, τὸν τῆς ὑπαντήσεως τόπον, εἰς τὴν τοῦ θανάτου ποιότητα προσήκει παρατηρεῖν. εἰ δὲ κατὰ τὴν ἐπὶ τὸ δῦνον καταφορὰν, αὐτὸν τὸν δυτικόν. ὁποῖοι γὰρ ἂν ὦσιν, ἤτοι οἱ ἐπόντες τοῖς εἰρημένοις τόποις, ἢ ἐὰν μὴ ἐπῶσιν, οἱ πρῶτοι τῶν ἄλλων αὐτοῖς ἐπιφερόμενοι, τοιούτους καὶ τοὺς θανάτους ἔσεσθαι διαληπτέον. συμβαλλομένων ταῖς φύσεσιν αὐτῶν, πρὸς τὸ ποικίλον τῶν συμπτωμάτων, τῶν τε συσχηματιζομένων ἀστέρων, καὶ τῆς αὐτῶν τῶν εἰρημένων ἀναιρετικῶν τόπων ἰδιοτροπίας, ζῳδιακῶς τε, καὶ κατὰ τὴν τῶν ὁρίων φύσιν. ὁ μὲν οὖν τοῦ ♄ τὴν κυρείαν τοῦ θανάτου λαβὼν, ποιεῖ τὰ τέλη διὰ νόσων πολυχρονίων, καὶ φθίσεων, καὶ ῥευματισμῶν, καὶ ῥιγοπυρέτων, καὶ σπληνικῶν, καὶ ὑδρωπικῶν, καὶ κολικῶν, ἢ ὑστερικῶν διαθέσεων. καὶ ὅσαι κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ψυχροῦ συνίστανται. Ὁ δὲ τοῦ ♃, ποιεῖ τοὺς θανάτους ἀπὸ συνάγχης, καὶ περιπνευμονίας, καὶ ἀποπληξίας, καὶ σπασμῶν, καὶ κεφαλαλγίας, καὶ τῶν καρδιακῶν διαθέσεων, καὶ ὅσαι κατὰ πνεύματος ἀμετρίαν ἢ δυσωδίαν ἐπισυμπίπτουσιν. Ὁ δὲ τοῦ ♂ ἀπὸ πυρετῶν συνεχῶν καὶ ἡμιτριταϊκῶν, καὶ αἰφνιδίων πληγῶν, καὶ νεφρητικῶν, καὶ αἱμοπτυικῶν διαθέσεων, καὶ αἱμοῤῥοικῶν, καὶ ἐκτρωσμῶν, καὶ τοκετῶν, καὶ ἐρυσιπελάτων, καὶ ὀλέθρων. καὶ ὅσα τῶν νοσημάτων κατ' ἐκπύρωσιν καὶ ἀμετρίαν τοῦ θερμοῦ, τοὺς θανάτους ἐπιφέρει. Ὁ δὲ τῆς ♀, διὰ στομαχικῶν, καὶ ἡπατικῶν, καὶ λειχήνων, καὶ δυσεντερικῶν διαθέσεων, ποιεῖ τοὺς θανάτους, ἔτι δὲ διὰ νομῶν καὶ συρίγγων, καὶ φαρμάκων δόσεως, καὶ ὅσα τοῦ ὑγροῦ πλεονάσαντος ἢ φθαρέντος, ἀποτελεῖται συμπτώματα. Ὁ δὲ τοῦ ☿, διὰ μανιῶν καὶ ἐκστάσεων, καὶ μελαγχολικῶν πτωματισμῶν καὶ ἐπιλήψεων, καὶ βηχικῶν, καὶ ἀναφορικῶν νοσημάτων. καὶ ὅσα τοῦ ξηροῦ πλεονάσαντος, ἢ φθαρέντος, συνίσταται, ἰδίοις μὲν οὖν τελευτῶσι θανάτοις, οἱ κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον μεταστάντες τοῦ ζῆν, ὅταν οἱ τὴν κυρείαν τοῦ θανάτου λαβόντες ἐπὶ τῆς ἰδίας, ἢ τῆς οἰκείας φυσικῆς ἰδιοτροπίας τύχωσιν ὄντες, ὑπὸ μηδενὸς καθυπερτερηθέντες, τῶν κακῶσαι καὶ ἐπιφανέστερον ποιῆσαι τὸ τέλος δυναμένων. βιαίοις δὲ καὶ ἐπισήμοις, ὅταν ἢ ἀμφότερα κυριεύσωσιν οἱ κακοποιοὶ τῶν ἀναιρετικῶν τόπων ἤτοι συνόντες, ἢ τετραγωνίζοντες, ἢ διαμηκίζοντες, ἢ καὶ ὁπότερος αὐτῶν, ἢ καὶ ἀμφότεροι τὸν ☉. ἢ καὶ τὴν ☾. ἢ καὶ ἀμφότερα τὰ φῶτα κακωθῶσι, τῆς μὲν τοῦ θανάτου κακώσεως, ἀπὸ τῆς αὐτῶν συνελεύσεως συνισταμένης, τοῦ δὲ μεγέθους, ἀπὸ τῆς τῶν φώτων ἐπιμαρτυρήσεως, τῆς δὲ ποιότητος πάλιν, ἀπὸ τῆς τῶν λοιπῶν ἀστέρων ἐπιθεωρήσεως, καὶ τῶν τοὺς κακοποιοὺς περιεχόντων ζῳδίων. Ὁ μὲν γὰρ τοῦ ♄ τὸν ☉ παρὰ τὴν αἵρεσιν τετραγωνίσας, ἢ διαμηκίσας, ἐν μὲν τοῖς στερεοῖς, ποιεῖ τοὺς διὰ κατάληψιν ὄχλων ἢ ἀγχόνης, ἢ στραγγαλισμοῖς ἀπολλυμένους ὁμοίως δὲ κἂν δύνῃ τῆς ☾ ἐπιφερομένης. ἐν δὲ θηριώδεσι ζῳδίοις, ὑπὸ θηρίων διαφθειρομένους, κἂν ὁ τοῦ ♃ ἐπιμαρτυρήσῃ κεκακωμένος καὶ αὐτὸς ἐν δημοσίοις τόποις ἢ ἐπισήμοις ἡμέραις, θηριομαχοῦντας. ἀνθωροσκοπήσας δὲ ὁποτέρῳ τῶν φώτων, ἐν εἱρκταῖς ἀπολλυμένους, τοῦ δὲ τοῦ ☿ συσχηματισθεὶς, καὶ μάλιστα περὶ τοὺς ἐν τῇ σφαίρᾳ ὄφεις, ἢ τὰ χερσαῖα τῶν ζῴων, ἀπὸ δακετῶν ἰοβόλων ἀποθνήσκοντας, ἀφροδίτης δὲ αὐτοῖς προσγινομένης, ὑπὸ φαρμακειῶν, καὶ γυναικείων ἐπιβουλῶν,

πιβουλῶν, ἐν παρθένῳ δὲ καὶ ἰχθύσιν, ἢ τοῖς καθύγροις ζῳδίοις τῆς ☽ συσχηματισθείσης, ὑποβρυχίους ἐν ὕδασιν ἀποπνιγομένους, περὶ τὴν ἐργῷ, καὶ ναυαγίοις περιπίπτοντας. ἐν δὲ τοῖς τροπικοῖς ☉ συνὼν, ἢ διαμηκίσας. ἢ ἀντὶ τοῦ ☉ τῷ τοῦ ☿, ὑπὸ συμπτώσεων καταλαμβανομένους, ἐὰν δὲ καὶ μεσουρανήσωσιν, ἀπὸ ὕψους καταχρημνιζομένους.

*De qualitate mortis nati.* CAP. XIII.

Quia poſt compendioſam prædictorum enodationem mortis qualitates nobis obſeruandæ ſunt eorum, quæ in vita prædiximus, vtrũ mors ex radiorum proiectionibus, an ex aduentu ſignificatoris ad occidentalem angulum ſuperuenerit, nobis ſcire cõueniens eſt. Nam ſi mors ex radiorum proiectiõibus, vel propter illius, cui coniungetur, vllam coniunctionem interuenerit, cum mortis qualitates ſcire voluerimus, eorum quibus coniungetur, loca conſiderare, non eſt incongruum. At ſi propter ipſius ad angulum occidentis applicationem, mors affuerit, ipſe occidentalis angulus erit obſeruandus: Eo quòd ſecundum planetas, qui locis prædictis ſubſequentur, ſi qui ſubſequẽtur, vel ſecundum planetas, qui ad ea primitus iuerint, ſi planetæ, qui eis ſubſequantur, non inueniantur, mortis qualitas deprehendetur, ſi cum eorum naturis in ſcientia differentiarum accidentium ſtellarum in figura proprietates acceperimus. Proprie autem ſi qualitates prædicti loci occidentis, quas ex ſignis & ex naturis terminorum habuerint, conſiderabimus. Cum Saturnus igitur dominus mortis fuerit, occaſione longæ infirmitatis, ſeu phthiſis aut catarrhi, ſiue propter corporis diſſolutionem, vel ethicam febrem, necnon ex liene, aut hydropiſi, vẽtriſue ſolutione, ſeu ægritudine vuluę, & alijs infirmitatibus, quæ magis frigoris occaſione proueniunt, mors ſuper uenire dicetur. At ſi Iupiter dominus mortis extiterit ex ſynantia, vel ex peripleumonia, aut apoplexia, ſeu ſpaſmo, vel ex caphalalgia, ſeu cardia, omnibúſque infirmitatibus, quæ magnæ ventoſitatis occaſione naſcuntur, vel per fœtidos odores, eis mortẽ prouenire non dubitamus. Quòd ſi Mars eius dominus fuerit, occaſione febris aſſiduę, vel tertianę continuæ ictuſue ſubiti, ſiue nephreſis, aut empici morbi, cuiuslibẽtue ſanguinis meat⁹ vel abortus, ſeu partus, vel heriſipile, aut ægritudinis mortiferæ, omniũve infirmitatum febrili feruore, ſeu calore ſuperfluo venientium, vitæ terminus imponetur. At ſi Venus domina mortis extiterit, ſtomachi, vel hepatis ſeu cordis vitio, aut ſanguinis egeſtione, ſiue mobilibus apoſtematibus vel fiſtulis, aut potionibus, omnibúſue morbis humorum ſuperfluitate, vel malitia contingentibus, vitam terminari pronunciabimus. Quod ſi Mercurius illius dominus fuerit, mentis perturbatione, vel mania, ſeu melancholia, ſiue pręcipitatione, aut epilepſia, vel tuſſi ſeu ſputi ſuperabundantia, conctiſue morbis nimia vel incongrua ſiccitate prouenientibus, mors occurret. Illi autem quibus modo prædicto natura, obitus iniunxerit, cum planetæ, quorum eſt mortis diſpoſitio, ſecũdum ſibi proprias & naturales qualitates, vel his ſimiles fuerint, nec ſuper eos aliquis planetarum, quorum occaſionem mala mors & grauis ſuperuenit, eleuabitur, vitã exuerit. Mors vero quæ vi, & non lege naturæ infertur, continget, cum loco mortis vtræque infortunæ* dominabuntur, ita quòd in ipſo eodem loco, vel in eius aſpectu quarto ſeu oppoſito permaneant, aut earum quælibet dominium & poteſtatem ſuper Solis aut Lunæ, vel ſuper vtriuſque locum habeat. Mors autem mala & iniqua, propter duarum infortunarum coniunctionem continget. Eius verò magnitudo per luminarium teſtimonia proueniet. At ipſius mortis qualitas ſecũdũ aliorum planetarum aſpectus, ac ſigna, in quibus infortunę fuerint, adueniet. Nam cum Saturnus in quarto Solis aſpectu, vel in ipſius oppoſito, & in ſuæ alaiz cõtrario fuerit, ſi in ſignis fixis permanſerint, manu populi lapidante, mortis nexibus opprimetur, vel ſtrangulatione, ſeu pœnis mortiferis affligetur. Cumque occidentalis fuerit, & eum Luna ſequatur, idem euenire non ignoremus. At cum in ſignis quorum figuræ ferarum figuris aſſimilantur, extiterit, ferarum morſibus interibit. Quod ſi Iupiter ei teſtificetur, & infortunatus exiſtat, in cõuentu virorum die nota & ſolemni, ferarum obiectus voratui dãnabitur. Quod ſi in alterius luminaris in aſcendente locum obtinentis oppoſitione permanſerit, carceris interitu periclitabitur. At ſi Mercurius ei in figura coniungatur, maximè autẽ in figuris ſerpentũ cœleſtis ſphæræ, vel in ſignis, quorum figuræ ſunt ferarum rapacium, venenoſorum animalium morſibus dilaniabitur. ¶ Si Venus autem cum eis extiterit, potu mortifero fraude mulierum attributo, morietur

*dilabuntur.

rietur. Quod ſi in Virgine, vel in Piſcibus, aut in ſignis humidis ſibi locum vendicauerit, Lunæque in figura aſſocietur, vitam ſubmergendo terminabit. At ſi in naui fuerit, tempeſtuoſa fluctuatione maris vita priuabitur. Et ſi in aliquo ſignorum ſolſtitialium, vel in ſignis quadrupedibus cum Sole fuerit, ſeu in Martis oppoſitione vice Solis permanſerit, ruinæ caſu perimetur. Si autem in cæli medio, vel eius oppoſitione fuerit, ex alto præcipitabitur & morietur.

## COMMENTARIVS.

Qvia ſecũdum noſtri Speculi ordinem poſt tractatum de Vita ſequitur ſtatim diſputatio de Morte, ideo neceſſe nobis fuit, doctrinæ ordinem ſequi volentibus, Ptolemæi ordine omiſſo, caput octauum libri Quarti huc transferre: In quo Ptolemæus cum egiſſet de ijs, quæ pertinent ad bene eſſe nati, & concretionem, nunc tranſit ad cauſas quibus diſſoluũtur hæc omnia, & diſſoluitur ipſe homo. Agit enim de morte, & vltimo omniũ rerum terribilium. Eſt autem eius cognitio vtilitatis non paruæ: quia ſiquis cognouerit ex his, ſe morituruũ vel naturaliter vel violenter, poterit diſponi, vt minus timeat mortem, ſi ea fuerit ineuitabilis: ſi autem fuerit euitabilis, poterit remedia conquirere quibus poterit illam effugere: quia aliquando ſunt conſtellationes adeò potentes, vt natus non poſſit effugere niſi Dei ope: ſunt enim aliæ conſtellationes medio modo ſe habentes: quod ſi natus ſibi cauerit, euadet: ſi verò nullam curam ſibi adhibeat, mortem patietur. In hoc capitulo Ptolemæus quatuor facit: quia primo agit de tempore mortis: ſecundo verò loco & de genere Mortis, ſcilicet an mors ſit violenta, vel naturalis. Tertio autem loco de ſpecie. Vltimo de loco: quæ omnia ſunt vtilia & per ſe expetibilia ad cognoſcendum.

Quantum ad primam, neceſſarium eſt, vt recurramus ad ea quæ dicta fuerunt cap. 12. libri tertij: & reuocemus in memoriam, quæ de vitę longitudine dicta fuere: quia tempus mortis debet eſſe ad illud momentum: igitur pro clariori notitia recurrendum eſt in natiuitate cuiuslibet ad hylech, & contuendum eſt, An hylech, vel vitæ ſignificator, vel Alpheta fuerit in parte occidua cæli, ſcilicet in quadripartio occidentali vel orientali: quia alia eſt ratio, quando fuerit in parte orientali, alia quãdo in parte occidentali: Nam, vt dicit ibi Ptolemæus, progreſſio aphetarum duplex eſt, conuerſa, & directa. Conuerſa progreſſio eſt, quando ipſe apheta proficiſcitur motu diurno ad locum interfectoris: Sed recta progreſſione Contrario modo procedẽdum eſt: quia tunc interfector proficiſcitur ad locum ſignificatoris præcedentem: Vnde hæc conſtellatio potior eſt: nam peius eſt, quando interfector proficiſcitur ad aphetam, quàm cum apheta proficiſcitur ad locum interfectorem (intelligo ſemper per motum diurnum) Vnde annotandus eſt arcus æquatoris inter hæc duo loca: quia accipiendus eſt primo locus ex circulo poſitionis, & connumerãdus eſt arcus æquatoris inter interfectorem & aphetã, & debemus dare ſingulis gradib. annos ſingulos: quod ſi erit arcus ille quatuor graduũ, erit terminus vitæ ad quatuor annos, ibi erit prognoſticandum de Morte.

Quando fuerit apheta in parte occidua, habemus tantum cardinem occiduum interfectorem: ideo ſi fuerit ſignificator vitæ in hac parte, debemus examinare locum ſeptimum: & iuxta conſtitutionem illius gradus erit prognoſticandum de vita, & eius termino: Sed ſi fuerit in parte orientali, non eſt ſic faciendum: quia non poſſumus accipere tantum vnum locum interfectorem: nam ſunt plura: quia ſunt ambæ calamitoſæ ſtellæ, & quadratum & oppoſitũ & ſextilis in ſignis magnarum aſcenſionum, & trinus in ſignis paruarum aſcenſionum earumdem ſtellarum: quare erunt plures interfectores: Si verò in parte occidentali, erit tantum vnus interfector, & poterit fieri vt per progreſſionem aphetæ ad loca Saturni & Martis, inferantur ægritudines: Sed Mors non affertur. Et ſic habemus modum & regulam inueniendi quantitatẽ vitæ, & decernendi tempus mortis.

Quò autem ad genus mortis, dupliciter eſt mors, vt Ariſtoteles etiam dicit in libro de Morte & vita: Eſt enim mors naturalis, & mors violenta: Naturalis ab intrinſeco accidit ex diſtemperie humorum: Violenta verò ab extrinſeco. Sed quando Mathematicus voluerit examinare de Morte, ſic procedere debet. Primum, ſi apheta fuerit in parte occidua cæli, cum ſeptima ſit interfector: Animaduertẽdum eſt, An in eo loco ſit vna ſtella tantũ, & an ſequatur, an præcedat: & neceſſe eſt, quod ſit malefica, vel benefica infortunata ad hoc, vt inferat mortem: quia ſi fuerit vna malefica tantum, vel quadratus, vel oppoſitio ipſius, erat mors naturalis: quod ſi fuerit Iupiter, & malè conſtituatur, etiam morietur morte naturali: & ſic Iupiter affert mortem. Quod ſi non fuerit per præſentiã, ſed per configurationem, erit obſeruanda illa configuratio: quod ſi contingat, quod nulla ſit cõfiguratio ſtellarum, & radiatio: debemus examinare ſignum loci illius, quod erit in ſeptima domo, & in occaſu, an ſit domus Saturni, vel Martis, vel Mercurij, vel Iouis, & cum his animaduertendus dominus eius, quomodo conſtituitur: ſimiliter & rationẽ finium obſeruemus, cuius planetæ ſint fines, An Saturni, An Iouis, & an alterius. Et quod diximus de erronibus, dicamus de ſtellis cælo hærentibus: quæ habent vim ſaluandi, & interficiendi. Quòd ſi contingat, quod in occaſu ſint duæ maleficæ ſtellæ, vel duæ quadrangulationis eandem, vel duæ oppoſitiones, vel duæ ſtellæ cælo hærẽtes maleficæ, mors erit violenta: Similiter examinandum eſt in alia parte, ſcilicet orientali: quia ſi contingat, quod in loco interfectoris ſit vna tantũ ſtella ſiue benefica, ſiue malefica morietur morte naturali: ſi vna quadrãgulatio tãtũ & vna oppoſitio: ſimiliter & ſi fuerit aliqua ſtella benefica, q̃ facta ſit malefica: ſimiliter ꝙ ſi cõtingat aphetã progredi ad locũ interfectorem, vbi ſint duæ maleficæ ſtellæ, violẽter morietur ſi ꝓgredietur ad duas quadrãgulatiões, vel oppo-

ſitiones

ſitiones violenter morietur: & hæc eſt prima cõſtellatio mortis violentæ: ſed ſemper aduertendum eſt an ſtellæ fixæ ſint beneficæ, an maleficæ: quia maleficæ dant mortem: beneficæ ſaluant aliquando.

Secunda conſtellatio, vt habemus in litera, eſt, vt ſi contingat, quòd Sol diametretur Marti, vel quadranguletur eidem: vel Saturno quadranguletur, vel opponatur eidem: vel quod aliqua ſtellarum infælicium ſit cum luminibus, vel alterum eorum infortunando, vel vtrunque, vel vna quadrãgulatione, vel duplici, vel oppoſitione, ſemper erit expectanda (vt in pluribus) mors violenta: vt infra obſeruationib' declarabo. Vnde dicit, quòd genus mortis ſic accipiendum eſt; ſed magnitudo mortis: quia accedunt quædam mortes famoſæ, accipiuntur à teſtimonio luminum. Quomodo autem intelligitur id, dictum eſt, quòd ſi contingat ambas ſtellas maleficas dare mortẽ: afferet mortem violentam: quod ſi occurrat cum hoc quadrãgulatio Solis, erit mors famoſa.

Sed ſpecialis mors accipitur à qualitate ſtellarum. Si enim velimus videre, an mors ſit futura per ſuffocationẽ, vel abſciſsionem capitis, vel pœnas mortiferas, vel naufragium, & alias ſpecies mortis animaduertamus ad naturam ſtellarum ſecũdum quarũ proprietatem erit prognoſticandum.

Quantum ad ſpecies ſigillatim declarat cuiuſq; ſtellæ proprietatem circa mortem; quæ accidit ex intemperie ipſius nati. Dictum eſt enim pluries, quòd corpora cæleſtia ex natura ſua non habent malum afferre: quia in cælo non eſt malũ & inordinatio: ſed propter varias configurationes & poſitiones, cum materia non poſsit ſufferre illas impreſsiones, operantur malum. Si ergo contingat, quod ſit Saturnus interfector, & Sol ſit Hylech, & peruenerit quadrageſimo anno ad diametrũ Saturni, vel quadraturã eius, & nulla adſit benefica ſtella: ſed diſtet per præſentiam & rationẽ, morietur natus quibuſdam infirmitatibus diuturnis: vt eſt phthiſis, & diſſolutiones corporis, & ſimiliter ſolutiones ventris, & fluxus, & tãgit alias infirmitates particulares pertinentes ad mulieres: vt ſunt infirmitates, & ægritudines vuluæ: quas mulieres ſciunt. & ſubdit ſignificata omnium infirmitatum, quæ proficiſcuntur à materia frigida & ſicca: & ſic poteſt fieri vt in vulua contingat aliquod accidẽs proficiſcens à ſiccitate & frigiditate, quod ſit fluxus ſeminis, vel alterius huiuſmodi, vel ſuffocatio matricis.

Iupiter verò cũ fuerit autor mortis, dabit mortẽ ex infirmitate cauſata ex ſynocha & cephalalgia infirmitate, & ſpaſmo: & dicit ſicut potui accipere, ex proprietate Iouis cauſabitur mors ab omni infirmitate, quæ proficiſcitur à putrefactione ſanguinis: quia Iupiter præeſt ſanguini, & ſemini: vt diximus in 11. cap. huius libri.

Mars autẽ cum eius natura ſit vrere & exiccare, affert mortem ex morbis acutis ex tertianis ſimplicibus: item ex infirmitate, quæ ex phreneſi proficiſcitur ꝓpter materiã aduſtã, & in ſumma ex infirmitatibus ꝓficiſcẽtibus ex nimia vredine, & calefactione: ſicut accidit cuidã Carmelitano Romæ, qui propter nimiam vredinem, & phreneſim proiecit ſe in Tyberim fluuium.

Venus mortem generabit à pituita & humido: & ex quibus qui cum ventriculo rem habent.

Mercurius autem etiam affert mortem ex tuſsi, vel ſputo ſanguinis, ex epilepſia, & huiuſmodi: vel quia cadet ab alto: ſed dubitabitur: quia Ptolemæus cap. 10. tertij tractatus dixit, quòd quãdo apheta ad interfectorẽ venerit, & ibi fuerint radij beneficæ ſtellæ, auferent mortẽ: quomodo autem vult Iouem & Venerem eſſe autores mortis? Sed Græcus Scholiaſtes dicit, quòd ſtellæ dupliciter cõſiderantur, vno modo quò ad propriam naturam, & ſic ſunt duæ beneficæ, Iupiter & Venus: & ſimiliter ſunt duæ maleficæ, ſcilicet Saturnus & Mars in ſua ſimplici natura. poſtea cõtingit, quod beneficæ fiant maleficæ per accidens: & maleficæ fiant beneficæ. Exponit ſe ipſum Græcus, ſi fuerint Iupiter, & Venus in ſuis directionibus, ſi repedantes, ſi ſauciæ à maleficis, & in ſuis detrimentis, & occidentales, & aliquod impedimentũ habuerint, illæ beneficæ maleficæ fiant. Quod ſi contingat maleficis oppoſitum, quod ſint in ſuis altitudinibus, & orientales, & ſuis factionibus nocturnæ, ſuper terram de nocte: de die diurnæ, & diurnæ ſub terra: de die nocturnæ, & nocturnæ ſupra terram. Similiter in ſuis trigonis ſtellæ, quæ erant intẽperatæ fiunt temperatẽ agẽtes. Et ſic vult quod Iupiter perperã conſtituatur, quãdo accipit ſignificationẽ mortis.

Dubium. | Reſpon. | Quomodo beneficæ ſtellæ ſint maleficæ & quomodo maleficæ ſint beneficæ.

Et ſi quis dicat, cur ergo non cõnumerauit luminaria, cũ ipſa poſsint ſuccedere, & præeſſe Anæretæ, vel aſpicere ſuccedentem locum? Reſpondetur quod luminaria non ſignificant vllam qualitatem propriam: ſed ſolum mortem illuſtrem, & claram, de qua in ſequenti dicetur.

Quò verò ad genus mortis violentæ, ſunt plura conſideranda: & antequam aggrediar textũ vnum dicam: ego credo Ptolemæum obſeruationibus comprobaſſe mortem violentam, & ſpecies eius, ſicut mortes, quæ fiunt non tantum à ſuffocatione, & laqueo, ſed etiam oppreſsione, compreſsione, naufragio & ſubmerſione. Ipſe verò diſtinguit has ſpecies mortis inter ſe, & plures affert conſtellationes: deinde oſtendemus quomodo obſeruatis reſpondet de morte violenta. Non enim eſt dubium quin quotieſcunque fuerit Saturnus in factione aduerſa in natiuitate cuiuſcunque & diametretur, vel quadranguletur luminaribus, ſint futuræ in vniuerſum mortes violentæ. Dicit ergo Ptolemæus, quòd ſi diametretur Sol, vel quadranguletur, & fuerit Saturnus in ſignis fixis, tunc deſignat natum periturum ex ſuffocatione, vt dicit Barbarus textus, ſtrangulatione, vel affligetur pœnis mortiferis: vel obruetur lapidibus à populo. Quod ſi contingat Saturnum ſic infeſtantem Solem eſſe in ſignis feralibus, & non tantum in ſignis zodiaci imaginarij, ſed realis, dicit, quòd morietur morſibus quadrupedum & beſtiarum.

Mors verò quæ vi & non lege, &c.

Si verò teſtificetur ei Iupiter, quod intelligere debemus, quando Iupiter fuerit infortunatus natus obiicietur in die quadam ſolemni beſtiis dilaniandus. Et hic loquitur Ptolemæus more Romano: quia ipſe floruit ſub Antonino Pio, anno 140. à verbo incarnato: & hic modus mortis apud

Digitized by Google

apud eum tunc temporis erat in vſu, ſed religio & dogma mutatum eſt: etiam modus mortis mutatus eſt, vt dicemus in capite 9. lib. 4. Quod ſi cum Ioue interuenerit Mercurius, & ipſe fortunatus fuerit, & cum ipſis interueniant ſimulachra octauæ ſphæræ, ſicut Draco, Serpens, & Hydrus. Draco eſt imago inter Vrſam maiorem & minorem: de quo Dracone ſæpe ſæpius diximus multos decipi: quando reperiunt in libris Arabum, quod ſi Mars fuerit in octaua cæli domo cum capite Draconis, infert mortem violentam. ipſi intelligunt de Dracone Lunæ, quod eſt falſum: quia oppoſitum videmus in obſeruationibus: ſed intelligatis de ſtella, quæ eſt in capite Draconis, quæ Martia eſt, & perfida: & hic Draco eſt tertia imago ex quadraginta octo, & ſecundus Serpens, ſcilicet Ophiulchi: qui apud Aratum, & Hyginium eſt decimaquarta imago à parte Septentrionis, & Hydrus quadrageſima prima imago à parte meridiei. Si ergo cum illis reperiantur hæ imagines, natus morietur morſibus venenoſis. Si interuenerit Venus, inſidiis mulierũ morietur, aut veneni mortiferi potione. Hæ ſunt mortes violentæ pertinentes ad naturam Saturni: ſed videamus, an hæ poſitiones & cõſtellationes faciant ſtrangulationes & ſuffocationes & huiuſmodi an non.

Eius geneſim, vide pag. 237.

Ego obſeruaui primum duos pueros ſuffocatos à nutrice, vnum in familia nobili Bartholina, cuius aſcendens fuit Scorpio, & dominus aſcendẽtis Mars in octaua cæli domo, & in vigeſima parte Geminorum, & Saturnus diametrabatur Marti: vt dicit litera: quod dat mortem violentam: ſed quod peius eſt, ſauciabat Solem ex quadrato: quia erat in parte decimaquinta Piſcium. quadrangulabatur ergo tam Saturno quàm Marti. Facit etiã ad hoc, quod ſignum illud aëreum ſemper facit ſuffocationem, quia Mars erat in ſigno aëreo.

Eius geneſim, vide pag. 237.

Alter, quem obſeruaui, habuit aſcendens ſignũ Geminos, & fuit Saturnus in octaua cæli domo. Luna autem in quinta, & quadrangulabatur ei: & ipſa erat in ſigno aëreo, quare ſuffocatus eſt à nutrice: Saturnus autem erat in Capricorno, & Luna in Libra.

Eius geneſim, vide pag. 180.

Obſeruaui etiam hoc in natiuitate Alphõſi Petruccij. Habuit enim Cãcrum in horoſcopo, & Luna in Scorpione in ſigno fixo in decima parte Scorpionis, & Saturnus in octaua cæli domo in ſecunda decamoria Aquarij: quare Luna quadrangulabatur Saturno, & erat Saturnus in ſigno fixo, & aëreo, ergo ſuffocationem deſignabant, & ideo ſtrangulatus eſt: quod magis confirmauit præſentia Solis cum Marte in decima cæli domo.

Eius geneſim, vide pag. 179.

Cum ergo eſſet Saulus in eodem crimine læſæ maieſtatis cum Alphonſo Petruccio: quare non fuit etiã ipſe ſuffocatus, ſicut fuit Alphõſus? Nam Saturnus in natiuitate Sauli fuit in ſigno aëreo, & in diametro Solis temporis luminis, & Mars quadrangulabatur Soli: quæ conſtellationes mortem violentam ſignificabant ex ſuffocatione. Reſpondetur ad mentem Albumaſaris diff. 8. ſui magni introductorij, ꝙ pars mortis erat in 4. gradu Tauri bene affecta: & dominus horoſcopi & Luna benè affecti, quare trãſiuit de hoc periculo, & maiꝰ ſubintrauit, ſcilicet in animi ægritudinem. Quapropter vitam amiſit Romæ, cadauerque eius ad S. Sabinam ſepultum eſt.

*Thema cæli Raphaelis Riarij.*

RAPHAEL Riarius Cardinalis Epiſcopus Oſtienſis, & S. R. E. camerarius, qui fuit vnus ex complicibus coniurationis eius, vitã finiuit Neapoli Nonis Iulij, anno 1520. cadauerq; Romam tranſlatum in titulo S. Laurentij in Damaſo ſepultum eſt: obiitq; morte naturali: verũ hæc natiuitas mortem violentam afferre videbatur: quoniã Mars Solem lædit ex diametro, & Lunam dominam horoſcopi ex quadrato aſpectu. Et Saturnus erat in cuſpide octauæ domus quæ cõſtellationes mortem violentam denotabant: ſed quoniã pars mortis fuit bene affecta: & Venus reperiebatur in octaua cæli domo illuſtrata ex Iouis ſextili aſpectu, cauſa fuit quod mors fuit naturalis: vt dixit Abrahamus Iudæus in ratione octauæ domus: & non amiſit vitam, ſed pileum, quod ei poſtea reſtitutũ fuit.




Philippus

*Eius Geneſim vide pagin. 240.*

PHILIPPVS à valle Florentinus etiã ſuffocatus eſt à nutrice die primo Iulij anno domini 1551. Nam Mars erat in octaua cæli domo in ſigno aereo, & Luna in quadrato Solis in ſeptima cæli domo, quę quidem mortem violentam ſignificabant.

*Eius geneſim vide pag. 138.*

Idem ferè accidit in natiuitate Fräciſci Bartolini Florētini, qui ſuffocatus fuit à nutrice. Habuit Scorpionem aſcendentem, & Mars dominus horoſcopi erat in octaua cæli domo in oppoſitione Saturni: imo erat per antiſcium cum Luna in ſigno aereo in octauo cæli templo. Quapropter accidit ei Mors per ſuffocationem.




FVIT quidam puer Florētiæ ex humili fortuna natus, qui ortus eſt anno 1549. die 3. Octobris, qui intra paucos dies fuit ſuffocatus à matre, quæ eum lactabat. Habuit enim Aquarium in horoſcopo, cuius dominus fuit Saturnus infortunatus à Marte ex quadrato aſpectu, quiquidē Mars erat coniunctus Soli in octaua cæli domo in ſigno aereo, quare puer iſte mortuus eſt ex ſuffocatione.

*Thema cæli Antonii Populeſchi Florentini.*




QVÒ ad illos qui ſuſpenduntur, ego obſeruaui in natiuitate cuiuſdam Antonij Nicolai Populeſchi Florentini, qui natus eſt anno domini 1441. Habuit iſte Geminos aſcendens, & calamitoſas ſtellas, ſimul in duodecima cęli domo. In vniuerſum nunquam fallet regula, quæ erat in prima decamoria Geminorum, & ſexãgulabatur Soli. Erat autem Sol in ſigno fixo, & magnarum aſcẽſionum, quæ figura, vt ſupra dixi, æquipollet quadrato, vt etiam ſcripſit Ptolemæus in textu, non autē dicit an ſponte nécne. Hanc obſeruationem inueni apud Antonium Spyrigatum Florētinum Mathematicum, qui vixit tempore Laurentij primi Medicis, & Marſilij Ficini, quem nominat Cardanus Aphor. 108. Segmen. 7. in ſupplemento Almanachi, & ego eam ſuppuraui.

Pavlvs Franciſci Buonagratia Florentinus, vir nobilis cum Franciſco Bucarello, & Laurentio Spinello Die 9. Iunij anno 1549. ante ortum Solis intrauerunt per feneſtram in quandam domum, vt interficerent quendã iuuenem de Capponis. & quia ille ſine cuſtodia cauſa inimicitiarum non permanebat, accidit quod ad horum ſtrepitus famuli ipſius Capponis concurrerunt, & eorum dominum defenderunt, ita vt iſti tres iuuenes compulſi fuerint in fugã ſe dare. Quare iſte Buonagratia per quandam feneſtram ſe præcipitans, in puteum aquarum cecidit ſupra quem cũ lapidibus & aliis inſtrumentis mortiferis irruerunt aduerſarij vt occiderẽt illum, & non potuerunt. tandem lictores eum extraxerunt de puteo ſemimortuum ex vulneribus, quæ ipſe acceperat, & ſtatim ex mandato Magni Ducis eum ſuſpenderunt in die Dominico. Res rari exempli, quòd illum, quem ex manibus inimicorum ſtellæ liberauerũt, eædem ad mortem ita contumelioſam adduxerint. Tale exemplum accidit tempore Martini V. Papæ. Nam Ioannes de Lignano pater præuidens ex genitura filium ſuſpendendum, volenſque fatali geneſeos diſpoſitioni obuiam ire, eum ſacris initiari ac apprimè erudiri fecit. Sed nec ſic quidem euitare potuit vim fati. Nam cùm eum Conciues ſui ad Martinum Papam allegaſſent, rediens domum, propter legationem non fideliter tractatam, de nocte à magiſtratu Bononienſi ſuſpenſus eſt, quem cùm eluceſcente die pater pendentem vidiſſet, deplorans inquit, Heu fili mi, tu infeliciſsimum fatum nec humanis literarum adminiculis, nec diuinis miniſteriis ſuperare potuiſti? Cauſa accidentis in Bonagratia oriri videtur ex eo quòd Luna cum Saturno erat in ſigno violento, & ipſe Saturnus ſauciabat mortis partem ex diametro in ſigno aereo, & ex quadrato aſpectu Venerem dominam octauæ domus offendebat. Deinde ipſe Saturnus reperiebatur per Antiſcium partiliter coniunctus Soli. quare ſecundum Ptolemæi decreta ſuſpenſus fuit.




*Pauli Buonagratiæ Florentini natiuitas.*

Iam hic infœlix iuuenis ſuſpenſus fuit die 10. Iunij anno 1549. quoniam fuit in ſocietate Pauli Bonagratiæ: captus itaque fuit die 9. eiuſdem menſis circa horas 22. horologij. Nam in agro frumenti poſt conuentum Diuæ Mariæ ordinis ſeruorum ſe occultauit, ſed à quodam ruſtico eſt accuſatus, quare miſsis lictoribus in carcerem eſt coniectus vſque ad diem lunæ, & in ipſa die ſuſpenſus fuit. Cauſa vero ſuſpẽſionis fuit diametratio Saturni ad Solem, qui poſitus erat in octaua cæli domo cum capite Draconis Lunæ in ſigno violento, & Mars erat per Antiſcium etiam in octaua cæli & in ſigno Libræ, quod quidem ſignum aëreum eſt. Quare ſuſpenſus fuit in ætate 20. annorum.




*Thema cæli Frãciſci Bucarelli Florentini.*

Thema

*Thema cæli Laurentij Spinelli Florentini.*




HIC iuuenis cum Franciſco Bucharello ſuſpēſus fuit Die 10. Iunij ob coniurationem factam contra iuuenem de Capponis. Reperio ergo in eius geneſi Lunam temporis lumen in ſeptima cæli domo, quæ ſemper in hoc angulo conſtituta, mortem ſubitam, violentam atque inopinatam, vel omnino graues affert infœlicitates, quod pluribus genituris confirmari videbis. Cæterum quod ad eius mortem attinet, Saturnus eſt in Piſcium conſtellatione cum Sole, qui per Antiſcium reperiutur in Libra, quæ eſt ſignum aereum, imo Mars manet in ipſo ſigno Libræ in horoſcopo, quare ſuſpenſus fuit ad feneſtram domus poteſtariæ Magni Ducis, vt extrahitur ex dictis Ptolemæi, vbi ſupra.

*Thema cæli Baptiſtæ Freſcobaldi Florentini.*




QVIDAM Baptiſta Freſcobaldus Florentinus etiam de antiquis habuit aſcendens Scorpionem. fuit autem Mars in duodecima cęli domo in ſigno Aquarij, & in ſigno aereo, & diametrabatur Soli. Iſte fuit publicè laqueo ſuſpenſus propter coniurationem in rempublicam.

OBSERVAVI Dominici de Arena natiuitatem, qui ſe laqueo ſuſpendit. Habuit primas partes Leonis in horoſcopo, & Solē & Lunam in quarta cæli domo qui ibant ad quadratum Saturni in ſigno aereo, & extra factionem ſuam exiſtenti in octaua cæli domo, quia erat de nocte ſuper terram. Eius geneſim vide pag. 179.

*Thema cæli Hieronymi Sauanarolæ.*

|272.44.|



Hieronymvs Sananarola aduerſarius Aſtrologiæ habuit Arietem in Aſcendente,& Martem in medio cæli in ſuo regno,ideo illi aſcendebant quinque partes Arietis, & Florentiæ horoſcopabant tres partes eiuſdem. ſignificauit ergo ſublimitatem & eleuationem. Habuit autem prope occaſum Solem & Mercurium iunctos,& ad duodecimum gradum Saturnum, & Venerem iūctos in ſeptima cæli domo in medio cæli,Luna cum Marte. Sol autem offendebatur à præſentia Saturni, & à quadrato Martis, Luna autem à præſentia Martis & quadrato Saturni, & erant Saturnus & Sol in ſigno aereo. Iſte laqueo ſuſpenſus eſt, ſed propter vredinem Martis etiam crematus eſt igne. Reſtat, vt pauca dicamus de iis,qui naufragio pereunt. |2.44|

Sed primum eſt aduertendum quod ſi contingat conſtellatio Lunę & fuerit in ſignis terreis,vel humidis,vel aereis, naufragus peribit natus,ſicut obſeruationibus poteſt patere,ſed obſeruatum eſſe,quod idem faciūt ſigna fixa, & ſigna aerea: quia licet mors, quæ fit per ſuffocationem fit vna & eadem, quæ fit per laqueum,& huiuſmodi,tamen differūt ratione quodammodo:quia iſti ſuffocantur in aqua, illi in fouea,& ille laqueo.ſed conſtellationes ſimiles hanc mortem afferunt, niſi quis ſibi cauerit, magis autem adipiſcetur ſalutem ex diuina DEI clementia: idem de illis, qui ſubmerguntur, dicendum eſt, quia inueni illos affici hac morte ſimili conſtellatione,quando fuerint, aut ambo lumina,aut alterum illorum infortunata in ſigno aereo.

*Thema cæli Petri de Puccis Florentini.*

|237.48.|



Examinavi genituram Petri de Puccis Florentini, inueni aſcendens eſſe Scorpione, ſed inueni in hac genitura Saturnum in octaua cæli domo apud vltimas partes Virginis. Erat autē Luna in medio cęli quadrāgulata eidē. Erant enim in vigeſima quarta parte Geminorū. Sol opponebatur Lunæ,& quadrāgulabatur Saturno:quod habui à Ptolemæo cū dicit,maximè ſi fuerit in Virgine,& erat in domo mortis, quare naufragus & rebellis vitam finiuit. |327.48|

*Antiſtia planetarum.*

♄ 0. 7. ♈
♃ 0. 18. ♐
♂ 9. 12. ♊
☉ 29. 28. ♊
♀ 14. 4. ♌
☿ 6. 0. ♊
☽ 4. 3. ♑

Ioannis

*Ioannis Regis Vngariæ Natiuitas.*

|162.48.|




|252.48.|

Obſeruaui genituram Ioannis Regis Vngariæ Filij Matthię Regis. Hic iniuit bellum contra Turcas, & propter ſuam infœlicitatem, & malum diſcurſum, & impetum fatalem infœlix in ineundo bellum, fractus fuit, vnde fugam arripuit, & interiit in foueá aquæ propter ſimilem conſtellationem.

Apud Fluuium Gariglianum Petrus Medices ſuffocatus interiit. hic habuit Solem quadrangulatum Saturno in ſigno Geminorum, & Solem in ſigno piſcium, quæ conſtellatio flexit animum eius ad iter arripiendum, quare ſubmerſus eſt in fluuio. Eius geneſim vide pag. 154.

Hic eſt aduertendum, quòd circa differentias mortis violentæ obſeruare oportet morem regionũ & legũ in quibus mors cõtingit. In Gallia enim plerique exponũtur, in Italia nõ ita, apud Germanos etiam, & Turcas crudeliora ſunt mortis publicæ genera pro eiſdem peccatis, quã apud Gallos, aut Italos. Modi etiam alij aliis in locis occidendi. In Anglia, Gallia & Italia frequens laqueus: apud Germanos rota, apud Turcas palus, & apud quaſdam regiones ſepeliuntur homines viui ſub terra, apud Belgas lacerantur à quatuor equis.

Sunt etiam conditiones hominum conſiderandæ. Nam principes, rarò niſi ſecuri percutiuntur, non laqueus, multo minus rota, vel palus adhibetur. Miſerorum hæc ſunt ſupplicia, potius fortunæ quam ſceleri debita.

Luminaria ergo faciunt, vt dixi, claras & illuſtres, ſcilicet publicas, & quæ in conuentibus hominum celebrantur. Et hæc eſt magnitudo, vt dixi. Quare Saturnus Soli in fixis ſignis coniunctus, vel quadrangulatus, vel oppoſitus, lapidationem, ſtrangulationem, aut ſuffocationem igne, vel aqua portendit.

2 Saturnus Soli in feralibus ſignis iunctus à feris dilaniandos.

3 Saturnus iunctus Soli cum Ioue imperante exiſtente Anæreta, vel ex quadrato eum reſpiciens Saturnum, expoſitos publicè feris.

4 Saturnus Soli, aut Marti in tropicis iunctus, aut oppoſitus, ruina opprimendos.

5 Saturnus Soli, aut Marti in tropicis iunctus, aut oppoſitus in cæli medio, ab alto præcipitãdos.

6 Saturnus Mer. iũctus, oppoſitus, aut ex quadrato in ſerpẽtibus, aut terreſtribus, venenatorũ ictu.

7 Saturnus Mercurio, vt dictũ eſt, & Veneri congrediens, ex veneficio & fœminarum dolis.

8 Saturnus occidens & Lunam ſequens, Arabes legunt præcedens, ſuffocatos igne, vel aqua.

9 Saturnus Lunæ in aqueis ſignis, aut virgine cõfiguratus, aquis ſuffocandos.

10 Saturnus Lunæ in Argo configuratus, naufragio mergendos.

11 Saturnus in occidente, ſeu Soli, ſeu Lunæ oppoſitus, mortem in carceribus denuntiat.

Obſeruandum eſt, quòd Saturnus maximè offendit in occidente, quia occidens habet vim ſeptentrionis, vt viſum eſt, & eſt frigidum & letiferum, & hæc eſt natura Saturni, ideò nullo in loco Saturnus tantum offendit, quantùm in occidente. Sicut nullo in loco Mars eſt pernicioſior, quãtum in medio cæli. hic enim locus meridiei vicem gerit, & eſt calidus, & ſiccus, & natura Martis ſimiliter eſt calida & ſicca, ideo ibi furit Mars, & maximè quia eſt in ſublimi. Ideo hac ratione par eſt Iouis vim in oriente confirmari, & quaſi ibi planetam illum gaudere.

Ex ſupradictis habemus, quòd multæ ſunt ſpecies mortis violentæ, nempè amputatio capitis, ictus machinæ, & ſiquis ſagittis cõfixus, cadat ab equò, mordeatur à rabidis canib⁹ & Lupis, cadat ab arbore, & caſu obruatur, acu pũgatur, vulneret ſe ſe, imbuto letali veneno, comedat cicutã, vel apiũ



Digitized by Google

Sardonicũ, cadat in puteum, in foueam, obruatur cœno, obruatur nimbis nocte ſuperueniente, vt in fuga quandoque contingit, ſuffocetur in domo ex fumo carbonum, à nutrice, vel in cymba, moriatur in pugna nauali, vel præcipitio, vel veneno, vel inedia, vel in imo turris, vel ob tormenta, vel ob metum. In exilio proſcriptus, relegatus ad inſulas deſertas, vel in ſolitudinem, de quibus accidentibus infra dicemus.

Eſt etiam aduertendum, quod idem ſignificator multa genera mortis ſignificat, quæ nobis videntur valde diuerſa, & tamen inter ſe ſunt affinia, vt ſtrangulatio, ſuffocatio in aquis, & è ruina.

Item, ruina & caſus ab alto multum differre videntur, & tamen ſunt affinia; ſicut etiam ictus à longe veniens. Similiter venenum morſus canis rabidi, & veneficium inter ſe conueniunt. Et item caſus ab equo, & ab alto, & morſus canis inter ſe ſunt ſimilia, non tamen caſus ab alto & venenum. Et ita oportet bene conſiderare affinitatem horum generum mortis, quæ etiam mutatur, vt dixi, iuxta reditus planetarum & fines annorum.

Sed dicet aliquis, Ptolemæus (vt ſupra) vult angulum occidentis terminare vitam, quando fuerit hylech in parte cæli cadenti inuentus, ergo ſeptima domus eſt domus mortis, quæ vltima linea rerum eſt, & non octaua domus. Si autem vita morti contraria eſt, certè tum optimè philoſophabuntur de ea ipſa, vbi oppoſitum vitę, locum morti aſſignauerint.

Rurſus ſi oriri nihil aliud eſt quã naſci: occidere nihil aliud quàm vita priuari, certe concedere debent, locum ſeptimum magis locum mortis eſſe, quam octauum, vt pote in quo occaſum conſtituant. Hanc opinionem tenuit Marcus Manilius dicens.

*Septima cenſetur ſæuis horrenda pericli s,*
*Si male ſubſcribunt ſtellæ per ſigna locatæ:*
*Nobilitas tenet octauam, qua conſtat bonoris*
*Conditio & famæ modus, & genus, & ſpecioſo*
*Gratia prætextu.*

Diuus Thomas Aquinas Doctor ſanctus, in ſecundo de generatione, textu 58. ait, & ideo in Aſtronomia ſeptima domus vocatur domus mortis, & aſcendens domus vitæ. Mors enim vitæ cõtrariã, hanc ſententiã veram affirmare non erubeſcit Pontanus inquiens,

*Vita tibi motuſque animi quærendus ab ortu,*
*Vnde etiam toto lux ipſa effunditur orbe.*
*Surgit ab occaſu mors importuna maligno.*
*Qua tenebræ, qua nox nigrantibus aduolat alis.*

Ad hæc dicimus, quòd experientia occultas proprietates octauæ domus docuit homines, & ratio aperuit variari poſſe vires domorum ſecundum diuerſas rationes. Nam ſeptima domus ſignificat coniugium, ex quo naſcitur homo, & reſpondet hæc domus Orienti, & ideo Arabes & Chaldęi deputauerunt eam connubiis, nuptiis, quæ viris obſeruntur, aut viro qui agit, & mulier patitur. Significat etiam hoſtes manifeſtos, altercationes, iurgia, & mutuas ſimultates. Sed poſtquam natus eſt homo, deinde ſequitur mors, ideo octauam domum aſcripſerunt morti, quæ domus ſequitur in ordine poſt ſeptimam domum. Quare octauus ab horoſcopo locus ſecundum Arabes, Chaldęos, & noſtrates neotericos à morte cognominatus eſt, quippè qui corporis internecionem, & vitæ labem obnunciat, reſque hæreditarias, & vxorum dotes: hoc in loco creſcens Luna lumine, atque fœliciter collocata, longam ætatem, diuitias, & fœlicitates decernit, voluntque plerique genethliaci, quatenus in octauo cæli templo Luna exaltetur, & gaudeat veluti Sol in nona cælorum ſtatione per diem.

Hæc obiter explicuiſſe, nec ineptum ſanè, neque intempeſtiuum fuerit.

Ὁ δὲ τοῦ ♄ τῷ ☉ παραίρεσιν ἢ τῇ ☽ τετράγωνος ἢ διάμετρος σταθεὶς, ἐν μὲν τοῖς ἀνθρωποειδέσι ζῳδίοις, ἐνστάσεσιν ἐμφυλίοις, ἢ ἀπὸ πολεμίων ποιεῖ σφαζομένους, ἢ αὐτόχειρας ἑαυτῶν γινομένους, διὰ γυναῖκας δὲ ἢ γυναικῶν φονευομένους, ἐπὰν καὶ ὁ τῆς ♀ αὐτὸν μαρτυρήσῃ, κἂν ὁ τοῦ ☿ δὲ αὐτῷ συσχηματισθῇ, ὑπὸ πειρατῶν ἢ λῃστηρίων, ἢ κακούργων ἀπολλυμένους. ἐπὶ δὲ τῶν μελοκοπουμένων, καὶ ἀτελῶν ζῳδίων, ἢ κατὰ τὸ γοργόνιον τοῦ περσέως ἀποκεφαλιζομένους, ἢ μελοκοπουμένους, ἐν δὲ ♏ῳ, ἢ κενταύρῳ, καύσεσιν ἢ τομαῖς, ἢ ἀποτομαῖς ἰατρῶν, ἢ σπασμοῖς ἀποθνήσκοντας. ἐπὶ δὲ τοῦ μεσουρανήματος, ἢ ἀντιμεσουρανήματος, σταυροῖς ἀνορθουμένους, καὶ μάλιστα περὶ τὸν κηφέα, καὶ τὴν ἀνδρομέδαν, ἐπὶ δὲ τοῦ δύνοντος ἢ ἀνθωροσκοποῦντος, ζῶντας καιομένους, ἐν δὲ τοῖς τετράποσιν, ἀπὸ συμπτώσεων, ἢ συρμάτων ἀποθνήσκοντας. τοῦ δὲ τοῦ ♃ καὶ τούτῳ μαρτυρήσαντος καὶ συγκακωθέντος, ἐπισήμως πάλιν ἀπόλλυνται, κατακελεύσεσι καὶ χόλοις ἡγεμόνων ἢ βασιλέων. συγγενόμενοι δὲ ἀλλήλοις οἱ κακοποιοὶ, καὶ οὕτω διαμηκίσαντες ἐπί τινος τῶν εἰρημένων αἰτιατικῶν διαθέσεων, συνεργοῦσιν ἔτι μᾶλλον πρὸς τὴν τοῦ θανάτου κάκωσιν, τῆς κατὰ τὸ ποιὸν κυρείας περὶ τὸν τυγχάνοντα αὐτοῦ τοῦ ἀναιρετικοῦ τόπου * αἰτίας, γινομένης, ἢ καὶ πολλῶν τῶν θανατικῶν συμπτωμάτων, ἢ διισῶν, ἤτοι κατὰ τὸ ποιὸν, ἢ κατὰ ποσὸν ἀποτελουμένων, ὅταν ἀμφότεροι λόγον

ἔχωσι

Digitized by Google

ἔχωσι πρὸς τοὺς ἀναιρετικοὺς τόπους. Οἱ τοιοῦτοι δὲ καὶ ταφῆς ἄμοιροι καταλείπονται, δαπανῶνται δὲ ὑπὸ θηρίων, ἢ οἰωνῶν, ὅταν περὶ τὰ ὁμοειδῆ τῶν ζωδίων οἱ κακοποιοὶ τύχωσι μηδενὸς τῶν ἀγαθοποιῶν ἐν τῷ ὑπὲρ γῆν ἡμισφαιρίῳ ὄντος, ἢ τοῖς ἀναιρετικοῖς τόποις μαρτυρήσαντος. ἐπὶ ξένης δὲ, οἱ θάνατοι γίνονται τῶν τοὺς ἀναιρετικοὺς τόπους κατασχόντων ἀστέρον, ἐν τοῖς ἀποτελέσμασιν ἐκπεσόντων, καὶ μάλισθ᾽ ὅταν καὶ ἡ ☾ παροῦσα, ἢ καὶ τετραγωνίζουσα, ἢ καὶ διαμηκίζουσα τύχῃ τοὺς εἰρημένους τόπους.

## TEXTVS.

MArs autem, cùm in quarto, ſeu oppoſito Solis ſeu Lunæ fuerit aſpectu, & in ſuæ alaiz contrario, ſi in humanæ formæ ſignis rotauerit, propter guerras & alterationes inter ſuos conſanguineos contingentes, ſeu bellando capitis abſciſſione peribit, vel ſibi manum propriam cauſa mulierum inferet, aut mulierum manibus interficietur. Iſtud autem eueniet, cum ei Venus iterum teſtificabitur. Quòd ſi ei in figura Mercurius aſſocietur, latronum & piratarum inſidiatorumve manibus dilacerabitur. At ſi in abſciſſis membra vel imperfectarũ formarum ſignis, ſeu in cathenæ capite cum eis domino Perſeo fuerit, capitis, ſiue membrorũ abſciſſione migrabit. Et ſi in Scorpione, vel Tauro fuerit, cõbuſtione, aut perforatiõe, aut medi dicorũ inciſione, vel ſpaſmo, vitę terminos tranſibit. At ſi in cæli medio, vel in eius oppoſito permãſerit, in cruce ſuſpendetur. Maxime autẽ ſi cũ Ficare & Andromade fuerit. Quòd ſi in ſigno occidentali, vel in aſcendente locũ habuerit, viuus igne cremabitur. Et ſi in ſignis quadrupedibus extiterit, cadendo conteretur. Si verò Iupiter ei teſtificetur & infortunatus exiſtat, ira poteſtatis, vel regis, mortis ſubibit iudicium manifeſtum. Quòd ſi vtræque infortunæ iungatur, vel altera alteri opponatur, quemadmodum prędiximus, vt mortis, ſcilicet ſit occaſio, malam vitalis ſpiritus priuationem peiorabunt. Dominus autem qualitatis mortis eſt dominus interficientis loci. Interficientia quidem accidentia in quantitate vel qualitate multiplicabuntur cum vtræque infortunæ in locis interficientibus autoritatem habuerint. Cumque ſtellarum qualitates huiuſmodi fuerint, ſepultura carebit & regimine. Greſſibilia vero rapacia, volatilia, prędatoria, cum in ſignis horum animalium formarum ſuſceptiuis infortunæ fuerint, nec locis interficientibus fortunarum aliqua teſtificetur, & eis in hemiſphęrio inferiori commorãtibus ipſius cadauere paſcentur. Cumque planetæ locorum interficientium dominatores in locis declinantibus extiterint. Maximè autem cum Luna prædictis in locis, & in quarto ſeu in iſtorum locorum oppoſito manſerit, inter alienigenas iuri mortis obediet.

## *COMMENTARIVS.*

QVantum attinet ad Martem, Ptolemęus tria facit: quia primum ponit conſtellationes Martis in vniuerſum, & in ſignis humanis. Secundo ponit eius conſtellationem ad diuerſa ſigna. Tertio loco ipſum ordinat ad diuerſas conſtellationes ad Ioue, Mercurium, & Venerem, ſecundum quas configurationes affert diuerſas ſpecies mortis violentæ.

Quo ad primum, quando inuenitur Mars diametratus, vel quadratus Lunæ: vel Sol cũ eiſdem, & fuerit in ſignis humanis, natus interibit, aut manu domeſticorum, aut in bello, aut iniiciet ſibi manus violentas: & ſi teſtificata ei fuerit Venus, erit ratione mulierum. Signa humana declarata fuerunt in Iſagogis, ſcilicet eſſe Geminos, Virginem, Aquarium, Libram, & primam in parte Sagittarij.

Sed circa hanc conſtellationem eſt aduertendum: quòd ſiue Mars, ſiue lumen, quod ipſe ſauciat ſi ſit in ſignis humanis, idem contingit. Quòd hæc autem certa ſint, ſic declarantur obſeruationibus. Demonſtrationes enim harum concluſionum debent fieri per obſeruationes: poſſunt tamẽ probabili ratione induci: ſed rationes probabiles non ſunt magnæ fidei.



Digitized by Google

*Thema cæli Ioannis Mariæ Ducis Mediolani.*




Obseruavi natiuitatem cuiuſdã Ducis Mediolani Ioannis Mariæ antiqui anno domini 1388. habuit iſte primam partem Sagittarij, quo in loco erat cor Scorpij,& cum eo Luna in horoſcopo, quæ ſtella Martis eſt. Habebat autem poſtea Solem in medio cęli in ſigno humano, ſcilicet in virgine, & Mars erat in oppoſito in imo terræ, & ſic diametrabatur eidem. Vnde excerpi ipſum debere interire manu domeſticorum. Erat enim adeo impius, vt coegerit quoſdam ſuos domeſticos ad ipſum interficiendum.

Ipſe enim Dux, cum eſſet annorum duodecim, regnum accepit hæreditarium: Sol ergo in oppoſito Martis, imo Saturnus in nono cæli templo inuentus fecerunt eum inhumanũ & crudelem. Nam pueros canibus edendos expoſuit: quare inuenit ciuem fortem, qui eum in templo interfecit. Quapropter cum Luna & horoſcopus (quamuis Sol eſſet Hylech) in annis 24. ad Solis quadratum peruenerunt & occiſus eſt. Hãc figurã ſupputauit & ſequentem Hieronymus Cardanus.

*Thema cæli Galeatij Sfortiæ Ducis Mediolani.*




Galeatius Sfortia Dux Mediolani habuit vltimas partes Scorpionis in aſcendente,& Martem in nona cæli domo: Sed in decimo tertio gradu Leonis, in oppoſito habebat Solem, qui erat in quarta parte Aquarij, & ibat ad oppoſitionem per applicationem. Luna autem per diuiſionem domorum erat in prima in ſeptima parte Sagittarij. Igitur Luna defert naturam Solis ad Saturnum. Erat autem Saturnus in octaua domo in ſigno Geminorum. Erat duplex infortunium hic, ſcilicet Solis ad Martem, & Lunæ ad Saturnum, quia erat Saturnus in Geminis, & Luna in Sagittario. Iſte etiam manu domeſticorũ interiit, quia interfecerunt ipſum in die ſolemni 26. Decembris in Eccleſia cathedrali Mediolani, Andreas Lampognanus, & duo alij.

Mortuus eſt ætate Neronis, cui moribus etiam non valde diſsimilis, verum populari iuſtitia longè melior. Cum à Sacerdote de mortis genere, ac de ætate admonitus eſſet, beneficij loco habuit, illum fame necare. Mars dominus horoſcopi in nona cæli domo ſic poſitus, in principe omia mala atque facinora patranda decernit, fuiſſetque deterior, ſi diutius vixiſſet. Tredecim igitur vulneribus in ęde ſacra à tribus coniuratis ciuibus qui diu antea conſpirauerant, interiit.

RVRSVS

Digitized by Google

*Thema cæli Petri Burgenſij Senenſis.*




RVRSVS obſeruauit Senis præceptor meus genituram Petri Burgenſij, cui erat valde familiaris, & fouebatur ab eo, qui erat vir illuſtris, & bis fuit Senator Romæ: ipſe habuit in aſcendente vltimas partes Cancri. Habuit autem dominum aſcendentis Lunam in medio cæli in Tauro, & in ſua exaltatione. Quare exaltatus fuit: habuit in octaua domo in vltima parte Aquarij Solem in domo mortis: & Mars quadrangulabatur eidē in 28. parte Tauri. Quapropter & ipſe à domeſticis fuit interfectus. Hanc natiuitatem præceptor meus mihi dedit, & eam hic appoſui.

Similiter obſeruaui in natiuitate Neapulionis, filij Ioannis Iordani Vrſini. Hic habuit Martem cum Sole, & Luna eiſdem in ſignis magnarum aſcenſionū ſexangulabatur. Saturnus autem diametrabatur eidem: quæ conſtellatio mortem violentam ſignificauit: ſed quia Mars, & Luna erant in ſignis humanis, fuit ergo interfectus à ſuo fratre.

Eius geneſim vide pag. 160.

Notum eſt etiam omnibus qualiter illuſtriſsimus Dux Florentiæ, Alexander primus fuit interfectus à Laurentio Medice conſobrino ſuo. Is habuit aſcendens ſecūdum præceptorem meum 27. partes Aquarij, & Solem partiliter in horoſcopo, & Mars in Scorpione quadrāgulabatur eidem, ſed quod maius eſt, habebat Lunam cum Saturno in octaua cęli domo, quare fuit naufragus, ſed quia vis Martis præualebat: ideo fuit interfectus, quia etiam erat Sol in ſigno humano.

Eius geneſim vide pag. 120.

Quòd autem ſignificet Mars manus violentas ſibi iniicere, patet in Philippo Strozza, qui habuit 15. partes Virginis in horoſcopo, & dominum aſcendentis in quinta cæli domo in vltimis partibus Capricorni, quæ domus eſt voluptatis & gaudij: ideo deditus fuit voluptatibus ſemper, & erat boni ingenij. Habuit autem Lunam in octaua cæli domo in 10. parte Arietis. Mars autem erat in medio cæli, & quadrangulabatur eidem. Saturnus autem & ipſe in quinta quadrangulabatur eidem: ſed diametratio Saturni ad Martem, deſignabat carcerem, ſed quadratū Lunæ ad Martem prædicta ſignificauit: ipſum ſibi iniecturū manus violētas: patet ergo quomodo quadratum, ſeu oppoſitio, ſeu præſentia Martis cum luminibus in ſignis humanis, vel eodem Marte, vel luminibus exiſtentibus in tali ſigno, afferant mortes, vel per manus domeſticorum, vel in bello, vel propriis manibus.

Eius geneſim vide pag. 173.

Quòd ſi Mars eſt in ſignis imperfectis, ſicut eſt Taurus, & vbi etiam repertus fuerit cum capite Gorgonis, vt habetur apud Aratum, & Hyginium, qui deſcribunt has imagines. Eſt enim quædam imago in cælo, quæ dicitur Perſeus: habetque in manu caput Gorgonis abſciſſum: ſed illæ figuræ ſunt ex natura rei in cælo, licet iſti fabulati ſint multa, ſed illi philoſophi deſcripſerunt figuras illas hoc modo per effectus, quos faciunt in hæc inferiora. Si ergo reperta fuerit hæc imago cum Sole, & infortunata à Marte, portenditur hominem multandum pœna capitis, vel membratim diſcerpendum: quod ſi contingat Martem eſſe in Scorpione, vel in Tauro cum hac conditione, quod quadranguletur vel opponatur, vel ſit cum præſentia Solis, vel Lunæ, ſignificat natum vri debere, vel combuſtione, vel inciſione alicuius membri propter inſcitiam chirurgi: vnde cauſabitur ſpaſmus moriturum.

Quòd ſi Mercurius contingat conuenire cum Marte, incidet in manus latronum, & ab eis ſpoliabitur, vel in manus inſidiatorum. quòd ſi fuerit Iupiter & perperam conſtitutus, natus ſententia iudicis, vel via legis peribit. quòd ſi fuerit in medio cæli, ſuſpendetur in cruce. & maximè ſi reperiatur apud Andromedam, vel Cepheum, quæ finguntur ligatæ à parte poſteriori ab effectu, quem faciunt. quòd ſi Venus interuenerit, aut veneno, vel inſidiis mulierum peribit.

Sed quia Ptolemæus in hac parte poſuit nouem ſtatus ex Marte, quos illuſtrioris doctrinæ gratia hic ſubiicio.

1. Mars Soli, vel Lunæ tetragonis, aut oppoſitis radiis configuratus in ſignis humanis, ſeditione, bellōue, aut propria manu interficiendum deſignat.
2. Mars alterutri eorum vt ſupra in humanis cū teſtimonio Veneris iunctus fœminarum cauſa occidendos.
3. Mars vt ſupra in humanis cum Mercurij teſtimonio

monio, à latronibus, vel pyratis, vel maleficis interficiendos.

4. Mars, vt ſupra in mutilatis, tum iuxta caput Meduſæ, mutilandos, aut capite plectendos.

5. Mars, vt ſupra in Scorpione, vel Sagittario, vſtionibus, ſectionibus, aut medicorum reuulſionibus morituros.

6. Mars, vt ſupra in cæli medio, vel imo, crucibus affigendos, maximè circa Cepheum & Andromedam,

7. Mars, vt ſupra in occaſu, viuos comburendos.

8. Mars, vt ſupra in occaſu, in quadrupedibus diſtractos, aut ruina oppreſſos,

9. Mars, vt ſupra, ſi ei malè diſpoſitus Iupiter teſtificetur, illuſtri mortis genere perituros denunciat, ob iram principis, aut Regis.

Sunt & aliæ ſpecies mortis violentæ, quas ad libellam apud Arabem & Iudæos eſt videre. Poſſem afferre alias obſeruationes, ſed pro nunc hęc quæ ſequuntur, ſufficiant.

Quò ad locum facile eſt videre: nam ſi interfector fuerit in locis cadentibus ſicut in duodecima, & maximè in nona & tertia, vel ſexta, vel ſeptima: morietur natus extra patriam: ſi autem fuerit in ſuccedentibus, vel in angulis apud natale ſuum. Poſſent aliæ conſtellationes circa hæc adduci, ſimiliter & obſeruationes multæ, ſed hæc, quæ ſequuntur ſufficere poſſunt ad cognitionem dictorum Ptolem.

*Ex Abenragele.*

Quidam nobilis fuit à ſeruis interfectus. Quando hylech vitæ principio ♓ & diametro ♂ applicuit per directum Athazir ad gradum ♄ qui erat in ſexta domo ſub 22. grad. ♈ fuit nocte ſuffocatus à ſeruis.

Alter nobilis fuit à ſeruis interfectus, quando ☉ hylech in quinta cæli domo partiliter ſupputata ſub 20. grad. ♍ per athazir peruenit ad 28. grad. ♎ locum ♄, & ſextam domum, quæ eſt ſeruorum, fuit ſuffocatus à ſeruis.

Quidam fuit ſuſpenſus, quando ☉ hylech ſub ♍ Mercurij domicilio, & in nona domo, & ♄ in ♎ finibus ♂, ſed ♂ in quinta domo ſub ♉, quando gradus decimæ applicuit ☍ ♂ in trabe ſublimi triſte pependit onus.

Quidam fuit combuſtus, quando ☉ hylech in vndecima domo & finibus Martis peruenit ad ☍ ♂, qui erat in nona domo, & vltimo decano ♊, antequam perueniret ad terminum vltimum ſuæ ętatis, quem ſibi pollicebatur ☉ ſuum hylech, ſiue apheſis.

Alter fuit ſubmerſus in aquis quando ☽ hylech in tertia cæli domo ſub 24. grad. ♒, & ♄ in imo cæli in 29. grad. ♓ peruenit ad locum ♄ exiſtentis, vt dictum eſt in imo cęlorum, qui locus eſt tenebricoſus, & fouęa planetarum.




Qvidam fuit ſuſpenſus qui habebat Solem in nona cæli domo cũ Luna & cauda Draconis in 10. grad. ♉ in polo 24. Saturnus erat in culmine cælorum ſub 16. grad. ♊ quãdo ☉ applicuit ad ♄ & decima domus ad ☍ ♂, vt pote anno 41. menſe 2. die 14. vel circiter fuit laqueo ſuſpenſus.

☞ Quando labor Solis celebrabitur in loco ☋ eſt fortior & peior omnibus aliis locis, qui ſi hylech pro priè diurnum applicuerit ad illum gradum per athazir, non poterit euadere natus ille niſi Iouis patrocinio, in quocunque tempore ætatis ſuæ fuerit illa applicatio, quoniam in hoc coniunguntur tria infortunia, vt pote corpus ☉ ☽ ☋.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| ☍ | ♂ | 116. | o. | Aſcenſio recta. |
| Decima domus. | | 74. | 47. | Aſcenſio recta. |
| x. ☍ | ♂ | 41. | 13. | ſuſpenſus. |

Solis




Solis apheſis, hoc eſt, hylech in tertia cæli domo. & ♂ in imo cæli ſub 27. grad ♈ quando peruenit Sol ad locum Martis, fuit incarceratus à miniſtris Regis, & paulò poſt incidit in ægrotationẽ, quæ dicitur ignis ſacer, & deceſsit in eodem carcere ex febre acuta. Hæc Abenragel es.

*Thema cæli Ioannis de Nicolinis Florentini.*




Ioannes Nicolinus Florentinus miles ſancti Ioannis hoſpitalis in Hieruſalem interfectus fuit à quodam amico Hiſpano. Huic accidit anno 1577. menſe Maij cũ triremes equitum Diui Ioannis reuertiſſent ex Hiſpania, & ex tempeſtate eiectæ eſſent ad portum Sauonenſem, miles de Nicolinis cum eſſet grauiter infirmus, deſcendit in terram cum milite Hiſpano, qui erat etiam infirmus: quiquidem Hiſpanus cum vexatus eſſet ab ardore acutæ febris, venit in phreneſim, ex qua cauſa de lecto ſuo ſurrexit, enſemq; ſuum accepit, & interfecit equitem Florentinum de Nicolinis, qui & ipſe manebat in eodem diuerſorio, & erat grauiter infirm⁹. Quare iſte Ioannes infelix, qui incolumis euaſit anno 1571. de conflictu bellico contra Turcas, nũc euitare nõ potuit hoc accidens ſatis lachrimabile, quoniam in die illa in ipſa triremi, vbi erat iſte Florentinus non ſeruati ſunt niſi ſeptem equites, inter quos iſte Florentinus fuit vnus.

Habuit enim is Martem cum Sole in ſexta cæli domo, & Saturnus quadrangulabatur Veneri dominæ horoſcopi: quare interfectus eſt ab amico, vt narrant Iudæi in ratione octauæ domus.

Thema

*Thema Arrighi de Arrighis Florentini.*




OBSERVAVI natiuitatẽ Arrighi de Arrighis Florentini militis ſancti Ioãnis Hoſpitalis in Hieruſalem, cui prædixi periturũ morte violenta, qui interfectus eſt à Turcis in conflictu bellico anno domini 1571. die 6. Octobris. Erat enim cũ Ioanne de Nicolinis in eadem triremi, in qua nõ remanſerũt homines viui, niſi ſeptẽ, inter quos fuit ſupradictus nominatus Ioannes de Nicolinis. Habuit iſte Arrigus in ſua natiuitate Martem in cuſpide octauæ domus, in ſigno violẽto, & Saturnus quadrãgulabatur Lunæ exiſtenti in ſigno violento: & Luna erat per Antiſcium in ſexta cæli domo, & diametrabatur Soli, quẽ aſpiciebat Saturn' ex quadrato aſpectu: quare iſte eques interfectus eſt ferro, & àb inimicis: cum Sol ſit domin' duodecimę cęli dom'.

*Domini de Gap Natiuitas.*




ANNO 1572. cum eſſet Rex Galliæ, & Poloniæ Lugduni, quidam vir nobilis de Delphinato, qui gratus erat Regi venit ad me vt vaticinium facerę ſuper eius natiuitatem: Quapropter feci, & ei prædixi periturum morte violẽta. Ex qua cauſa factus eſt meus maximus inimicus: & ab ipſo contumeliam accepi pro beneficio, &c. Verum anno 1575. Pariſiis in domum ſuam interfectus eſt, eo anno quo ei prædixi: vt notum fuit multis, qui mea ſcripta & vaticiniũ viderũt, quod ei feci. Nomen propriũ iſtius viri ignoro, ſed dicebatur dominus de Gap. Habuit enim in ſua geneſi Martem coniunctũ Soli in domo regia, & erãt ambo in octaua cæli domo per Antiſcium: Et Saturnus quadrãgulabatur Soli in ſigno violento: quare interfectus fuit, & directio horoſcopi peruenit ad Saturni terminos: Et in annua reuolutione anni 33. horoſcopabatur Leo 19. grad. Et Sol & Mars erant coniuncti in duodecima cæli domo & diametrabantur Lunæ: & ideo eodem anno interfectus eſt, anno ſuæ ætatis labente 33.

Thema

*Thema cæli Petri Arnaldi Naualiæ.*




PETRVS Arnaldus Naualius Nemurenſiū Ducis, cohortis prætoriæ præfectus interfectus fuit à familiaribus ſuis anno 1577. Iſte fuit vir doctus, Mathematicus, & Philoſophus & literis operam dedit in ſua iuuentute in collegio Pariſienſi. Hic ergo pro ſua quiete, & vt vacaret literis ſuam præturam dimiſit & domo ſua ſe continuit, & vxorem accepit. Verum inuidia cuiuſdam interfectus eſt. Habuit enim in ſua natiuitate Martem quadrangulatum Lunæ in ſigno violento, quæ erat lumen temporis, & Mars per Antiſcium erat in octaua cæli domo, qui erat coniunctus domino octauæ domus & horoſcopi: quare interfectus eſt ab amico. Nam Luna erat domina vndecimæ cæli domus, & Saturnus erat per Antiſcium in vndecima cæli domo in ſuo detrimento: Quapropter hæ conſtellationes hoc accidens ſignificauerunt: vt ei prędixi: & ipſe præturam ſuã reliquit, vt hoc malum euitaret: ſed incidit in Scyllã cupiẽs euitare Carybdim.




QVIDAM vir doctus & Sagax, qui dicebatur Dominus Ciapetta, miſſus fuit Orator à Mareſcallo de Villa villæ ad Vicelegatum Auinionenſem. Cum ergo exiuit de ciuitate ſupra pontẽ Rhodani interfectus eſt à militibus qui portam cuſtodiebãt, anno 1563. Menſe Augusti: vt ei prædixi Lugduni, ſcilicet quod periturus erat morte violenta, eo quod ipſe tenebat in ſua geneſi Martem in octaua cæli domo, qui quadrangulabatur Soli, & Saturno, qui erant coniuncti in ſigno Geminorum, & erat Sol lumen temporis, & dominus horoſcopi, & Mars per Antiſciũ erat cum Ioue domino octauæ domus in ſigno violenti. Quare occiſus eſt.

*Thema cæli Federici Benalij Mantuani.*

Hic vir nocturno tẽpore mortuo Marchione eius patrono, ab ſuis hoſtibus minutatim ferè fuit conciſus, Anno 1520. Iulij 17. die, ſuæ vero ætatis 38. ex directione horoſcopi ad diametrum Saturni, quæ denotat talem finem nato. Fuit enim Mars in ſigno Aquarij in octaua cæli domo, & quadrangulabatur Lunæ, quę erat coniuncta Soli in ſigno aereo, & Saturn' erat in ſigno aereo: Erat enim iſte Benalius gratioſus apud Franciſcum Mantuanum Marchionem inuictiſſimum, cuius munere fuit ditiſſimus agri. habebat magnificas ędes, vxorẽ venuſtam, ex qua vnicum ſuſcepit filium. & ante annum 30. morbo gallico laborauit, vt inſinuat Luna in ſigno Tauri coniuncta cũ Venere. fuit ergo multis vulneribus cõfoſſus, & ab ſciſſis teſtibus, & penè erutis oculis, cõfractis dentibus, trucidato minutatim corpore interiit Anno 1520. die 17. Iulij ſuæ ætatis 38. completo.




*Thema cæli Franciſci Caſtelli de Rio.*

Franciſcus Caſtelli de Rio, Papiæ, Cardinalis dum ageret Legatum in ciuitate Bonon. Bentiuoli exules accerſiti ab amicis, noctu ingreſſi fuerunt Bononiam. Vnde infelix ille Cardinalis cum Guidone Vayno, & paucis militibus, comitantibus, coactus fuit arripere fugam, & tota nocte cum equo velociſſimo Rauennã aduentare, vbi circa horã prãdij defatigatus, & ſemimortuus, & à nemine ſuorum adiutus, repente à Franciſco Maria Vrbini Duce intrepido confoſſus fuit ſexdecim vulneribus. quare inambulatione horoſcopi ad Martis diametrum deuoluta anno ætatis 44. currente vitam cum morte commutauit. Hoc accidens ſignificauit Mars in octaua cæli domo, qui quadrangulabatur Lunæ, quæ erat lumen temporis. Et Sol dominus horoſcopi reperiebatur in ſigno violento, & tandẽ pars mortis erat infortunata à Marte ex quadrato aſpectu: quare occiſus fuit.




Thema

Digitized by Google

*Thema cæli Baptiſtæ Pagani.*




Hic iuuenis miſer iuxta diem 16. Iulij 1526. deprehenſus in lecto nocte media, cum muliere, quam deperibat, à marito illius cum ipſa viro renudus vterque magnis vulneribus occiſus eſt. Anno igitur 23. directio horoſcopi peruenit ad Martis diametrum, quo tempore mortuus eſt. Cum igitur dominus horoſcopi Saturnus cadat in Cãcro, iungatúrque Ioui aſcendentis inimico, domino verò ſeptimi, qui ferè ſemper dominus eſt mortis, atque in Veneris quadrato, Sol iuxta caput Algol. Hęc omnia, dicit Cardanus, oſtendebant quod ferro erat periturus. Ego verò non ſum huius opinionis: ſed credo quòd tempus huius natiuitatis ſit corruptum. Nam tanta ſyderũ aduerſus eum conſpiratio mortem violentam afferre non poterat, niſi Mars fuiſſet conſtitutus in octaua cæli domo. Et qui poteſt vel euentui, vel ſignificationi ſyderum aliquid addere, addat. Ego certè fingere opinionem meam non poſſum. Nam luminaria ſunt bene affecta, & Mars per quadratum Solem non offendit. In reliquis hic iuuenis fuit bonis moribus ornatus, muſicæ deditus, callidus, non multum ad literas propenſus, ornatus, atque ſalax.

*Neronis Cæſaris Natiuitas.*




Anno ætatis ſuę 32. mortem violentam ſibi conſciuit compulſus timore publicæ pœnæ, & ſic amiſit cũ vita ſcelus proprium, ſicut prædictũ fuit à Traſyllo Aſtrologo. Cauſam huius accidentis fuiſſe reperio Saturnum quadrãgulatum Soli, & oppoſitum Lunæ: erant enim ambo in ſigno humano: imo Luna erat per Antiſcium cum Saturno, & ipſe Saturnus cum Luna, & pars mortis erat infortunata: quare occidit ſe ipſum. Cum verò Babylum Aſtrologum de Crinita ſtella, quæ ante eius mortem orta eſt, conſuleret: Aſtrologus reſpondit ſummis poteſtatibus exitium portẽdere ſolere. Hic vt fatum à ſe auerteret, multos claros viros ſuſtulit: & ideo fuit crudelis & vitioſus, vt hæc genitura demõſtrat. Verum nec nix niui ſimilior, vt geneſis hæc geſtis, moribus ac fortunæ Neronis.

Sed eſt notandum quòd ad regnum adipiſcendum ex tribus, duo ſemper ſunt neceſſaria: ſcilicet coniunctio familiæ cum ſucceſſione, bonum aliquod ingens in genitura, & eius conuenientia cum regno, vt exemplum habetur per iſtam genituram, & per ſequentem.

*Domitiani Cæſaris Natiuitas.*




ASCLETARIVS prædixit Domitiano mortem violentam ex vulneribus:ſicut accidit ei anno ætatis 45.per coniuratos.Nam teſtante Suetonio,Domitianus annum diemque vltimum vitæ ſuſpectum habuit,horam etiam,necnon genus mortis, adoleſcentulo Chaldæi cuncta prædixerant.Cùm itaque fatalem horã metueret, ac præteriiſſe periculoſum tempus opinaretur, ſciſcitanti ipſi horam inſidiatores cubicularij ex induſtria ſextam, pro quinta quã metuebat, nunciauerunt. Sed is egreſſus cubiculo, ab inſidiatoribus exceptus,ſeptem vulneribus trucidatus eſt,Cauſa eius mortis oriri videtur à Marte per Antiſcium in octaua cæli domo in ſigno violento, deinde Saturnus ſauciabat Lunam ex quadrato aſpectu, quæ erat lumen temporis,& Sol per Antiſcium cadebat in ſigno Piſciũ & Saturnus ſimiliter per Antiſciũ in ſigno Libræ. Quare occiſus eſt à coniuratis 14. calendas Octobris hora.5.diei,Anno imperij 15. ætatis 45. vt inquit Suetonius à quo hanc natiuitatem venati ſumus & Cardanus eam ſupputauit.

*Fratris Cyriaci ſeruitæ Natiuitas.*




HAEC genitura fuit admirabilis, fuit autẽ Patauinus ſpurius. Nã erat ex familia Mazochorũ:& fuit religioſus.& quoniam Mercurius cum Sole manebat in ſecunda cæli domo,& Iupiter in quarta ſignificauit diuitias,& ſic congregauit ad mille aureos.Item Saturnus in nona,& Mars cum Luna in quadrato aſpectu Mercurij ſignificauit omne genus ſceleris, & rapinas, quibus congregauit diuitias cum maxima hypocriſi. Et ita defraudata religione,& multis ciuibus,& admiſtis multis aliis flagitiis, congregauit eas, & multo plures pecunias,quarum partem in alia illicita effudit.Fuit enim honoratus ab omnibus, ita vt ſanctus coleretur,& tamen erat malorum morum valde,ſine fide,& religione. Et quia Mars interfector fuit cum Luna corpore ipſo domina horoſcopi, ſignificauit hoc expreſſe,quòd ſemetipſum occideret, & ita res mira accidit, quod in arce Cremonæ accuſationibus impulſus, & melancholia vrgente,ſemetipſum iugulauit. vixit tamen vſque ad alteram diem: mortuus eſt anno 50. ſiquidem anno 1545.Die vero 20.Iunij.

*Chriſtopho*

Digitized by Google

*Chriſtophori Notarij Natiuitas.*




Christophorvs Notarius Bononienſis interfectus eſt in Eccleſia ſancti Franciſci: quoniam pater huius notarij interfecerat vnum ex Mareſcottis, duo ex Mareſcottis interfecerunt hunc Chriſtophorum, & eius fratrem Bononiæ in dicta Eccleſia, anno ætatis 33. vertente: ſcilicet anno 1538. Huius accidentis cauſa eſt Sol in ſeptima cæli domo cum Marte, & Luna, & diametrabatur Saturno domino octauæ domus. Et quia luminaria erant infortunata, & in ſigno violento, quapropter occiſus eſt, & Venus in cuſpide octauæ domus tollere non potuit hoc accidens. Nam dixit Almanſor ſent. 19. ſuorũ dictorum. Si aliqua fortunarum fuerit in octaua, bonam, & pulchram mortẽ ſignificat: quod patet hũc Aphoriſmum non eſſe ſemper verum.

*Stephani Triuilij Natiuitas.*




In pluribus Natiuitatibus obſeruaui quòd natus vulnerabitur, quando Mars fuerit in corde cæli, in Ariete, & reſpexerit ex quadrato aſpectu Iouem exiſtentem in Capricorno, quoniam Iupiter ipſe in horoſcopo tenet ſuam exaltationem. Eodẽ modo, ſi in Scorpione Mars ibi, aſcendat autem Aquarius, pulſet verò Saturnum in Leone. Verum cum Luna & Iupiter valde infortunati ſunt, etiam ſi reliqua ad libitum aptentur, erit natus infeliciſſimus: vt patet in hac geneſi. Hic anno 21. expleto, occiſus eſt die decima octaua Iulij hora 18. Habuit enim vulnus in gula & crure, & Mortuus eſt ſubito. Martem tenet in corde cæli, qui ſauciabat Iouem exiſtentẽ in ſigno Capricorni ex quadrato aſpectu, & Luna reperiebatur combuſta: quare occiſus eſt & fuit infeliciſſimus iuuenis.



Digitized by Google

*Laurentij Louanienſis Natiuitas.*




Hic de hæreſi accuſatus, iuxta annum 1547. vnde captus, & morti adiudicatus, viuus crematus eſt: vt demonſtrat Sol lumen temporis in ſigno igneo, qui læſus eſt à Marte quadrato aſpectu in horoſcopo exiſtente in ſigno violento cum capite Draconis Lunæ: & pars mortis eſt in ſeptima cæli domo cũ cauda Draconis malè affecta: Quare Venus in octaua cæli domo eum non liberauit: nam Luna domina nonæ domus reperta eſt in duodecima cæli domo, quæ ſignificauit ei mortem cauſa religionis: imo Mars per Antiſcium in tertia cæli domo fecit ipſum prauum Chriſtianum, & non timentem Deum, vt dicunt Arabes: & Mercurius per Antiſcium in ſexta cæli domo ſignificauit conuerti à fide ſua in aliam: vt annotauit Hermes in ſententia 67. ſuorum dictorum.

*Baſilij Hæretici Natiuitas.*




Hanc Natiuitatem Cardanus ponit in numero 76. Sed iudicio meo cauſam veram eius mortis non denotauit. Nam Saturnum reperio in Octaua cæli domo & Martem coniunctum cum Venere domina horoſcopi in ſigno igneo, & cum Luna: verum ipſe Mars reperitur in duodecima cæli domo. Quare ignis periculum non effugit. Ipſe enim ſæpe fuit vulneratus, vt demonſtrat dominus horoſcopi cum Marte in domo inimicorum: qui etiam ſignificat carceres: fuit in eis ſæpe ſæpius, & quandoque etiam ad perpetuos damnatus inde hæreticus iudicatus. Quapropter dico quod ſemper dominus horoſcopi in duodecima cæli domo carceres nato affert, & cum veritate id affirmare potero per multas obſeruationes, quas ego ſæpe ſæpius feci. Nam inter aliquas obſeruaui cuiuſdam geneſim, cuius horoſcopus erat. 22. gradibus Sagittarij, & Iupiter reperiebatur in Capricorno grad. 22. min. 15. Quapropter Antiſcium Iouis cadebat in duodecima cæli domo in ſigno Sagittarij. Hunc virum die. 11. Iunij anno 1557. inimicus manifeſtus, accuſauit ob inimicitiam, ſcilicet quòd multis annis elapſis colloquium habuiſſet, de poteſtate ſummi Pontificis cum eo, & ipſe vir non contradixit eius opinioni: Sed quia tacebat, credebat quòd eſſet eiuſdem opinionis. Quare ei aſſignata eſt ciuitas Romæ pro carcere, donec ad ſui iuſtificationem canonicè ſe purgaſſet. & cur iſte vir non fuit incluſus carcerẽ: Reſpõdeo propter Iouem benignũ planetã

quamuis

Digitized by Google

quamuis iuſtitia ſciuiſſet ipſum virum fuiſſe catholicum & bonam opinionem habentem de poteſtate ſummi Pontificis: eum non incarcerauit, ipſe enim vir verè credebat & credet quod ſummus pôtifex Romanus ſit caput ſuper omnes Eccleſias, & gerat in terra Chriſti ſaluatoris noſtri vicem. Cùm ergo hoc accidens, accidit huic viro tunc ſurrexerunt maiores eius inimici, & vim faciebant, vt eum culpabilẽ redderent: ſed non potuerũt. Res rari exẽpli per ſæuas torturas brachiorum die 18. Auguſti eum ad fatendum, quod non erat compellere ſtudebant & nihil inuenerũt, ipſe vir cum eſſet in tormentis cõfeſſus eſt veritatẽ, ſcilicet quod ſemper credidit pontificem in terra Dei vices gerere. Iudex quanquam iniuſtus erat, credens accuſationi ſui inimici manifeſti, etſi accuſatio nõ erat valida, eoquod dicebat credere, & non affirmabat ipſum habuiſſe contrariam opinionem catholicorum Doctorum, tamen poſtquam dedit ei torturã brachiorum, miſit eum liberè ire ad domum ſuam: & dixit ei vultu irato. Cras reuertere ad locũ iſtũ: quia volo etiam tibi dare torturam. Et iuro per Deum viuum quod non dimittam te donec brachia remaneant refixa ſuper ipſam funem. Craſtina die liberè, & ſine metu eſt reuerſus coram iudice, quẽ cum vidiſſet iudex cũ vultu horribili dixit, reuertere in diem craſtinũ: quia te modo torquere non poſſum. Et ſic per quindecim dies fuit hæc hiſtoria. Tandem die 27. Septembris eodem anno eum iuſtificauit, & pronunciauit ſententiã, immunem eſſe ab accuſatione facta. Ecce quomodo plantæ benefici dant carceres non tetras & quomodo iſte Baſilius ſæpe ſæpius liberatus fuit à carceribus, etiam perpetuis: quoniã Venus domina eſt horoſcopi. Et ſi iſte religioſus (nõ verè religioſus) non habuiſſet abſurdas & inauditas opiniones, ignis periculum effugiſſet. Erat enim non ſolum in ſacra Theologia doctus, ſed ex omnibus diſciplinis plures callebat.

*Franciſci Marſilij Romani Natiuitas.*




Hic propter adulteratam pecuniam, fuit ſuſpenſus, & eius cadauer combuſtum, anno 1545. & anno ætatis 41. Nam multa nouit ſecreta in arte alchimica, & imprimebat pecuniam adulterinam, & adeò ſimilem veræ, vt vix ab expertiſsimo dignoſceretur. Cauſa huius accidentis eſt, quia Saturnum damnatum habet cum cauda Draconis Lunæ in ſeptimo cæli loco, qui ſignificat ſuſpendium: & quia eſt in ſigno igneo, ideo crematus eſt. Sed Sol in octaua cæli domo ſexangulatus Saturno, qui aſpectus æquipollet quadrato: quia eſt in ſignis longarum aſcenſionum, ideo mortem violentam portendebat. Hic erat Saturninus & melanholicus, eoquod Aquarius aſcendebat ei: & Saturnus dominus horoſcopi erat in parte oppoſita horoſcopi in Leone, qui triſtitiam auget: ſed habebat blanda verba & lenia, & ipſe mitis & placidus videbatur, qnia caput Draconis Lunæ erat in horoſcopo.

O 4.

Digitized by Google

### *Camilli Triuultij Natiuitas.*




HIc habet Lunã dominatã, quę ſignificat mortem violentam, ſeu repentinam. Item infortunæ in angulis horoſcopi vel ſeptimi idem ſignificãt. Item dominus horoſcopi infortunatus denotat mortem violentam. Nam Sol Luna & Mercurius ſunt in cuſpide duodecimæ domus per Antiſciũ in ſigno igneo. Quare ictu bellici tormenti crus totum ablatum mortem illi protinus peperit. adiuuabat hoc malum quadrata radiatio Saturni & Aſcendentis: & Mercurius dominus eius cum capite Algol, & luminare vtrumque cũ ſtellis Arietis de natura Martis. Anno autem 36. quo mortuus eſt, Sol ad quadratum Martis peruenit: & Mars eſt cum cauda Piſcis de natura Saturni, & fuit vtraque infortuna eo anno in angulo, Mars in ſeptima & Saturnus in horoſcopo.

### *Caroli Ducis Aurelianenſis Natiuitas.*

Carolvs Aurelianus Princeps, vltimus filius Frãciſci Gallorũ Regis Chriſtianiſsimi labẽte anno humanati verbi 1545. obiit ex veneni potione ex horoſcopi inambulatiõe ad fines Saturni dũ eſſet in rei militaris bello contra Cęſarẽ Carolum V. in Flãdria ſub mœnibus altis Bononię ciuitatis. Planetæ enim quatuor in duodecima cæli domo, & potiſsimum Sol ſub Aquario eius detrimento à Martis cõgreſſu ſauciatus. Item idem quatuor planetæ per Antiſcium in octaua cæli domo in ſigno Scorpionis, eidem Principi citam mortem denunciabant.




*Antiſcia planetarum*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ☿ | 28. | 14. | ♑ |
| ☉ | 71. | 50. | ♑ |
| ♂ | 16. | 0. | ♑ |
| ♄ | 12. | 55. | ♑ |
| ♃ | 17. | 20. | ♐ |
| ♀ | 19. | 3. | ♐ |
| ☽ | 17. | 14. | ♑ |

anciſci

## *Franciſci Sfondrati Cardinalis Natiuitas.*




Haec eſt genitura ſeptima in ordine à Cardano poſita in libro de genituris lib. quad. quam profectò cum mirabili fortunæ ſucceſſu declarat: tamen anno 56. vita functus eſt, ſuccedente longo morbo, ſeu tædio, ſeu, vt quidam volunt, veneno tabifico, ex quo extinctus eſt. Hoc inſinuat Saturn⁹ per Antiſcium in horoſcopo, & in diametro Martis & Lunæ: quæ erat domina temporis luminis, qui erant in ſignis magnarum aſcenſionum: qui quidem aſpectus æquipollet quadrato aſpectui: quare ei accidit accidens prædictum. Fuit procera ſtatura, & liberali forma, obæſus, & rubicundus, comis, elegans, lætus, ſapiens admodum & eruditus. In negotiis præterea cautus, prudens, promptus & efficax, iracundus, & aliquantulum præceps. Fato credebat & ſortibus Vergilianis, quas ſæpius veras ſe expertum teſtatur. Corporiſque proceritas & obæſitas fuit propter Venerem cum Ioue coniunctam, & Venus erat aſcendentis domina: & Iupiter in abſide & vterque in ſigno calido humido. Spica enim Virginis in horoſcopo præſtat lepôrem magnum in dicendo & ſcientiam eorum, quæ ad noſtræ religionis ſacra, arcanaque pertinent.

## *Cuiuſdam mulieris Natiuitas, quæ veneno periit.*




Haec mulier mortua eſt anno 30. ætatis ſumpto veneno propinato ab inimicis ſuis. Nam Sol lumen temporis coniunctus eſt Marti, qui etiam eſt coniunctus Veneri partiliter in ſigno Libræ cum Luna ſimiliter. Et Saturnus reperiebatur in duodecima cæli domo in ſigno Scorpionis, qui ſextangulabatur Soli in ſignis magnarum aſcenſionum: qui æquiualet quadrato. Quare obiit morte violenta: quam mortem etiam pars Mortis confirmauit in primo gradu Leonis à Marte infortunata ex ſextili aſpectu in ſignis longarum aſcenſionum.

Quintus locus eſt maſculinus & dominus eius in ſigno maſculino cum Venere ſuſcepit filios nouem ſoſpites maſculos.



Digitized by Google

## *Cuiuſdam latronis Natiuitas.*




EL Preſino cognominatus vulgo Lucenſis, latronum princeps maximus cum ſcala ex lino, aut cannabe contexta, noctu conſcendebat atria, ſiue domos potentiorum, & in aliquo angulo latitabat, donec opportunum fuiſſet aliquid furto ſurripere. ipſe anno ætatis ſuæ. 31. ad furcas deductus fuit, non autem ſuſpenſus, ſed in cauea poſitus, & inde aufugit. poſtmodum anno ætatis ſuæ 37. cum 15. diebus, vt ppte. 1548. Aprili ſupra pontem Sancti Angeli Romæ ſuſpenſus fuit cum capiſtro deaurato. Erat enim Saturnus in ſigno aëreo in horoſcopo, & diametrabatur Soli exiſtenti in ſigno violento in occaſu, qui erat lumen temporis, & Mars reperiebatur in octaua cæli domo: Quare ſuſpenſus fuit.

## *Ioannis Florentini latronis Natiuitas.*




IOANNES Filius Lucæ Sutoris Florentinus, die 23. Maij anno 1551. hora. 15. horologij Florentiæ ſuſpenſus fuit cum capiſtro deaurato tanquam inter latrones maximus. Et poſt ſuſpenſionem laniatus fuit in quatuor partes à carnifice. Habuit hic latro Solem & Saturnum coniunctos in ſigno aëreo, & in diametro Martis: imo cadebant per Antiſcium in 29. grad. Tauri in cuſpide octauæ domus: quare fuit ſuſpenſus, ſecundum decreta Ptolemei. Verũ dixit Albumater c. 192. ſuarũ obſeruat. Quando aliqua infortunarum, natiuitate nocturna exiſtente in octauo ſigno à Luna idem ſignificat, quod in octaua domo ab aſcendente ſignificabat. Saturnus ergo diſtabat à Luna per octo ſigna: quare obiit morte violenta. Similiter dixit Albubater. Si vna ex infortunis fuerit in medio cæli, & altera in angulo terræ, natus occidetur, vel ſuſpẽdetur. Et idem autor dixit cap. 35. Quãdo Mars ſine aſpectu alicuius fortunæ in aliquo angulorum retrogradus, ac debilis fuerit, natus erit latro, præſertim ſi Saturnus eum malo aſpectu aſpexerit. Erat enim ſine fide, & religione, vt inſinuat Mars in nona cæli domo. Et quia diametrabatur Soli, inclinabat eum ad prodigalitatem: quapropter ad furandum animum appulit.

### *Lazari Cupedinarij Florentini Natiuitas.*




LAZARVS Florentinus filius Georgij Cupedinarij in ſocietate Ioannis ſuſpenſus fuit cum capiſtro deaurato. Et antequã ſuſpenſus fuiſſet, manus dextera reſciſſa fuit propter multa homicidia, quæ fecit: deinde ſuſpenſus, & inde in quatuor partes laceratus à ſpiculatore. Hic latro Solem habuit in ſua geneſi dominum horoſcopi infortunatum à Saturno: quoniã Solis antiſciũ reperitur in ſigno Cãcri, & à Saturno lęſus per aſpectũ quadratum. Pręterea, pars mortis reperitur infortunata à Marte per aſpectum oppoſitum: quare obiit morte violenta. Nam dixit Albubater cap. 192. ſuarum obſeruationum. Quando infortunæ, partem mortis ſine aſpectu fortunatum aſpexerint, natus interficietur. Item, Quando Saturnus & Luna in parte occidentali fuerint, & Mars in angulo terræ, natus occidetur, vel ſuſpendetur. Is enim fuit magni animi, & crudelis: vt demonſtrat Mars per Antiſcium in cuſpide ſextæ domus, & Saturnus in nona cæli domo, qui dedit ei pronitatem ad religionem, & vt eſſet ſine fide, & Dei timore. Quando ergo Carnifex ipſum cõtrudit, & deiecit, tunc cœpit eius reuolutio annualis habere principium: vt obſeruaui per Aſtrolabium in illa die & hora, in qua ſuſpenſus fuit.

### *Leonarti Caſanati Hiſpani Natiuitas.*

HIC iuuenis in fine anni 29. cũ eſſet extra patriam natando voluptatis cauſa interiit. Hoc ſignificauit Sol dominus horoſcopi, & Iupiter dominus octauæ domus infortunati à Saturno, qui eos reſpiciebat ex quadrato aſpectu, & Luna per Antiſciũ erat cũ Saturno. Quare obiit morte violenta.




*Latitudines planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 2. 25. | Merid. | Aſcend. |
| ♃ | 1. 20. | Septen. | Aſcend. |
| ♂ | 0. 32. | Merid. | Deſcen. |
| ☉ | 0. 0. | | |
| ♀ | 2. 11. | Septen. | Aſcen. |
| ☿ | 1. 35. | Merid. | Aſcend. |
| ☽ | 4. 41. | Merid. | Deſcen. |

*Antiſcia planetarum.*

| | | |
|---|---|---|
| ♄ | 28. 52. | ♋ |
| ♃ | 22. 25. | ♈ |
| ♂ | 24. 3. | ♏ |
| ☉ | 15. 24. | ♈ |
| ♀ | 20. 24. | ♉ |
| ☿ | 4. 56. | ♈ |
| ☽ | 8. 47. | ♊ |

## *Socij Haly Natiuitas.*

Hic vir ſe præcipitauit in aquã: vt narrat Haly Abenragel: quoniam Mars cum Saturno Lunam aſpexerat ex ſextili aſpectu, qui quidem aſpectus æquiparatur quadrato ex ſigno longarum aſcenſionum: & indicat in aqua, vel ex aqua eſſet eius mors futura: quia Luna eſt in ſigno naturæ aqueæ: & Venus domina horoſcopi per Antiſcium reperitur in ſigno Piſcium oppoſita Saturno: quare mortuus eſt ex morte violenta. Dixit enim Ptolemæus ſententia 37. ſuorum dictorum: Quorum autem aſcendens erit Libra, ij mortis ſuæ cauſa erunt: quoniam Venus domina eſt horoſcopi & octauæ domus. Et ideo deſignat mortem voluntariam.

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 18. | 29. | ♈ |
| ♃ | 28. | 52. | ♈ |
| ♂ | 25. | 56. | ♈ |
| ☉ | 0. | 12. | ♈ |
| ♀ | 19. | 0. | ♓ |
| ☿ | 10. | 0. | ♓ |
| ☽ | 28. | 16. | ♒ |




## *Capponi de Capponis Natiuitas.*

Capponvs de Capponis nobilis Florentinus, cum eſſet omni ſpe deſtitutus ſe præcipitauit in flumen Araris anno 1571. Is habuit in ſua geneſi Martem inter Lunam & Solem in ſigno Piſcium: & Venus domina horoſcopi erat coniuncta Saturno, & pars mortis fuit læſa à Marte ex quadrato aſpectu: quare ſe præcipitauit in flumen, & ſuffocatus ab aquis, & eius cadauer non fuit inuentum.

*Latitudines planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 0. | 52. | Merid. Deſcen. |
| ♃ | 0. | 5. | Septen. Deſcen. |
| ♂ | 0. | 3. | Merid. Deſcen. |
| ☉ | 0. | 0. | |
| ♀ | 0. | 4. | Septen. Deſcen. |
| ☿ | 2. | 8. | Septen. Deſcen. |
| ☽ | 2. | 43. | Merid. Aſcend. |

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 8. | 48. | ♍ |
| ♃ | 19. | 23. | ♐ |
| ♂ | 19. | 12. | ♎ |
| ☉ | 13. | 4. | ♎ |
| ♀ | 6. | 36. | ♍ |
| ☿ | 5. | 20. | ♍ |
| ☽ | 26. | 4. | ♎ |



## *Comitis Hieronymi de Pepulis Natiuitas.*




Comes Hieronymus de Pepulis Bononiẽſis anno 1551. die 9. Septembris repente interiit, ſuæ ætatis 57. anno completo, ex directione horoſcopi ad Saturni quadratum. Nam Saturnus quadrangulabatur Lunæ & Veneri dominæ horoſcopi & octauæ domus: quæ erant in octaua cæli domo ſignificabãt mortem repentinam: & hoc accidens cõfirmabat etiam pars mortis infortunata à Marte ex quadrato aſpectu. Luminaria itẽ, in finib' maleficorum planetarum fecerunt ipſum aliquãtiſper luſcum. Saturnus in quinta cæli domo intulit Thadęo filio mortem ictu trium ſcloporũ in Germania, & alteri filio Annibali ex papulis ardẽtibus mortem creauit, Bononiæ ſolo natali. Mars deinde in Veneris domicilio à Saturno hexagona radiatione illuſtratus, efficiebat ipſum intrepidũ, crudelem atque inhumanum, manu prõptum, pauperes abſque cauſa pugno, ſeu alapa percutiebat. A Venetis factus fuit militum moderator, & Dux in Ciuitate Brixię, ibique mortuus eſt.

## *Alexandri de Marſiliis Bononienſis Natiuitas.*




Alexander de Marſiliis dum pulſabat cheli teſtudinea, obiit repente anno ætatis ſuæ 24. mẽſe 9. ex directione horoſcopi ad quadratum Martis intuitum, & Solis ad Saturni tetragonam radiationem. Is habuit Mercurium dominum horoſcopi ſauciatum ex diametro, & Sol lumẽ temporis fuit cum cauda Draconis Lunæ in duodecima cæli domo, cuius Antiſcium reperiebatur in ſigno Virginis, quod ſauciabat Saturnus ex diametro, & Luna per Antiſcium erat in octaua cæli domo, & Mars eam per tetragonam radiationem infortunabat. Quare obiit morte violenta & repentina.

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 29. | 56. | ♎ |
| ♃ | 27. | 35. | ♉ |
| ♂ | 2. | 10. | ♈ |
| ☉ | 4. | 22. | ♍ |
| ♀ | 16. | 50. | ♎ |
| ☿ | 28. | 10. | ♍ |
| ☽ | 16. | 35. | ♑ |

*Margaritæ P. Natiuitas.*




Hvic puellæ accidit vt miro modo præcipitaretur. Vnde quiſpiam volens, cadere non poſſet. Quare Cardanus, qui locum vidit, dixit quòd Aſtra ſola hoc potuerunt. Cauſa eſt, radius Solis exiſtentis in corde cæli, ad Lunam, quæ defertur ad Martis radios combuſti, & ipſa eſt aſcendentis domina. Et hoc fuit 7. anno expleto, cùm aſcēdens peruenit ad trinum Solis infortunati, & Mercurius ſublimis, Saturno ea hora opponebatur.

Si quis ergo decreta aut regulas Ptolemæi rectè intellexerit, & has obſeruationes ſanè legerit, de hominis morte, & eius qualitate poterit profectò iudicium facere.

Petrus Leonius Spoletanus medicinæ & Aſtrologiæ peritiſsimus, cùm ſibi ſubitæ mortis periculum in aquis portendi cognoſceret, Patauio Venetiiſque in Vmbriam Spoletum migrauit, vt frequentes nauigationes effugeret. Sed ad Laurentium Medicem vocatus eſt, qui grauiter infirmus iacebat. poſt mortem Laurentij, incertum eſt, an deſperatione actus, an illata vi à Petro Laurentij filio in prædio dicto Caregio in puteum præceps datus mergitur, in principis Florentini morte, aut iudicij errore, vel in medicinarum præparatione deceptus.

Bartholomæus Chaſſenæus audiuit, vt ipſe narrat, Mediolani, quòd eximius Aſtrologus dixiſſet Duci Mediolanenſi Galeacio Mariæ Vicecomiti, ipſum ex vulnere periturum, quod eſſet ei proprius vaſallus inflicturus. Interrogatus à Duce, quo mortis genere ipſe Aſtrologus eſſet moriturus, qui cum reſpondiſſet ſe in publico interemptum iri ex trabe cadente. Mox Dux ira accenſus illum decollari iuſsit, vt ex rei euentu cerneret, aſtrologicam artem eſſe falſam. Cùm interim pararetur locus, & campana ſolito more pulſaretur, vt populus concurreret, & traditus carnifici, cùm deduceretur ad locum, ſub porta magna, quę eſt ante Eccleſiam cathedralem, cecidit turris, quę dictum Aſtrologum & Carnificem cum aliis interfecit, & Dux Mediolanenſis in feſto S. Stephani in Eccleſia ipſi Sancto dicata Mediolani vniuerſo aſtante populo, & ipſius aulicis, interfectus multis vulneribus à proprio vaſallo.

Picus Mirandulanus edidit librum aduerſus Aſtrologos. Lucius Bellantius Senenſis, vt artem veram oſtenderet, illi interitus ſui annum indicauit, ex directione Aſcendentis ad Martem, nempe annum ætatis 33. quo periit, quemadmodum ex ſcriptis conſtat. Quapropter dixit Origenes, Quemadmodum poteſtas humana minimè tollitur quamuis Deus, quæcunque facturi ſumus, prę uideat, ſic etiam ſigna quæ ad ſignificandum ordinata ſunt, diuinitus libertati noſtræ nequaquam officiunt. Sed eſt vniuerſum cælum, quaſi liber quidam apertus, omnia futura in ſe ſcripta continens. Et Deus Iobum alloquens ait cap. 38. Nunquid noſti ſtatuta cæli? Nunquid dominium eius ponis in terra? Quod dictum non tantum ad ſphærarum & ſingulorum ſiderum, aut ſtellarū influentiam, quam vocant, ſpectat, & poteſtatem quam Deus illis attribuit, ſed & inferiorum ſucceſſus nobis demonſtrat. Atque huc reſpiciens Euſebius lib. præparationis Euangelicæ 6. rectè ait.

Πολλῷ μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον δ' δύναται κατ' ἀλήθειαν ἐκλαμβάνειν ἀπὸ τ κινήσεως τῶν ἀστέρων τὰ περὶ ἑκάστου τῶν ὅτι ποτε οὖν ἐνεργούντων, ἢ παχόντων.

Verum igitur eſt, quod Seneca inquit. Quicquid patimur mortales, quicquid facimus, venit ex alto. Regitur fatis mortale genus. Quapropter Sanctus Auguſtinus de Ciuitate Dei, Cap. 5. dicit. Fatum dicit ordinem quendam, & diſpoſitionem ſecundarum cauſarum ad effectus producēdos in his corruptibilibus, & generabilibus pręter Dei, & hominum voluntates.

Q. Curtius lib. 5. inquit. Errant, quibus ſorte ac temere humana negocia volui agíque perſuaſum eſt. Ego quidem ęterna conſtitutione crediderim, nexúmque cauſarum partim latentium, partim euidentium, & multo antè deſtinatorum, ſuum quemque ordinem ab immutabili lege percurrere. Deo tamen hæc, pro arbitrio ſuo (vt mihi videtur) cōſentiente, & permittēte. Nam certò ſtatuendū eſt, tametſi corpora cæleſtia arcanam quandam vim & virtutem admirabilem in rebus humanis exerceant: Deum tamen omnipotentem, vniuerſarum rerum naturæ opificem & architectum, vitæque & mortis dominum, atque arbitrum vnicū propterea à gubernatione corporū inferiorū nequaquam eſſe remouendum, ſed verè cū omnibus aſtris,

Digitized by Google

aſtris aſtrorúmque influxibus dominari, eorumdémque curſum & efficaciam, vel promouere vel impedire, omnes itẽ inclinationes ab aſtris ortas moderari, morbóſque ſępenumero ſecundum immẽſam ſuam bonitatem auertere, & in melius mutare, nonnumquam etiam ſecundum arcanum & iuſtum ſuum iudicium, propter delicta noſtra exaſperare & in pœnas conuertere. Diuina enim maieſtas non ex aſtris, quæ ipſe ad vtilitatem & conſeruationem generis humani condidit, aſtricta, nec fatali quadam neceſsitate, veluti carceri clauſa tenetur, ſed liberrimè agit, & vt præcipua cauſa, cæteras omnes liberrimè moderatur ac gubernat.

*Credite quod non aſtra Deo, Deus imperat aſtris,*
*Fata augere poteſt, tollere fata poteſt.*

Sed ad primum reuertamur inſtitutum, cũ multa exempla inſeruerimus eorum qui mortui ſunt violenter. Nunc ſequuntur regulæ particulares, Aphoriſmi, & multæ obſeruationes, ex quibus quilibet vel mediocriter in hac ſcientia eruditus de mortis qualitate poterit iudicium facere.

*Annotationes particulares, De morte.*

Diuiditur autem hoc caput in quatuor mẽbra. Quæritur primò an natus moritur' ſit morte naturali, an violenta.

Quæritur ſecundò, ex qua ſpecie, vel genere mortis natus moriturus ſit.

Quæritur tertiò, vtrũ natus moriturus ſit in patria ſua, vel extra natale ſolum.

Quæritur quartò, an natus moriturus ſit in bono ſtatu, & diuitiis, an non.

*Prima quæſtio, an natus moriturus ſit morte naturali, an violenta.*

Mors duplex eſt, aut naturalis, aut violenta. Nã repentina mors eſt veluti medium quiddam inter naturalem & violentam. Naturalis dicitur, quæ accidit, natiuo calore extincto, & abſumpto humido radicali. Et ſi verò multæ ſunt cauſæ, quæ calorem naturalem exhauriunt, & vitam decurtát, mortemque accelerant, tamen paucißimi homines naturali morte moriuntur. Mors duplex eſt. Mors naturalis.

Violenta eſt quę igne, ferro, lapſu, ſubmerſione, ictu lapidis, venenis aut ſimilibus modis infertur. Mors violenta.

Repentina, vel accidentaria eſt, quæ ex morbo accidit, quorum multæ ſunt differentię. Et pro ſolutione iſtius quæſtionis vide vndecim regulas, quas D. Cyprianus Leonitius in ſuis Ephemeridibus expoſuit, illaſque dixit ſe in veteri quodam libro Aſtrologico manu ſcripto inueniſſe, cuius copia erat apud R. D. Andream Abbatem monaſterij Elchingenſis in ripa Danubij, propè Vlmam, quæ tales ſunt, videlicet, Mors repentina.

*1. Aphoriſmus.*

Ambo luminaria in ſignis violẽtis, diuerſis, nec contiguis, mortem violentam portendunt. Violenta ſigna ſunt ♈ ♎ ♏ ♑ ♒. Sic dicta quòd malefici planetæ dominium, vel exaltationem in illis habent. Reg. 1.

*2. Aphoriſmus.*

Vtrumque luminare cum ſtellis fixis violentis intra diſtantiam quinque graduum, mortem violentam minatur. Reg. 2.

*Violentæ ſtellæ ſunt hæ.*

| | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Caput Algol | 20. | 40. | ♉ | eius lat. S. | 23. | 0. | Decl. 39. | 55. | S. |
| Oculus Tauri | 3. | 40. | ♊ | eius lat. M. | 5. | 10. | Decl. 15. | 49. | S. |
| Hercules | 17. | 40. | ♋ | eius lat. S. | 6. | 15. | Decl. 28. | 29. | S. |
| Cor Scorpij | 3. | 40. | ♐ | eius lat. M. | 4. | 0. | Decl. 24. | 50. | M. |

*Cautela.*

Hæ duæ regulæ autem tunc ratæ ſunt, & effectum habent, cùm dominus Horoſcopi, vel octauæ domus alteri luminarium corpore iũgitur, vel cùm luminare alterutrum dominium ſibi in prima vel octaua vendicat.

Hieronymus Sauonarola combuſtus Florentiæ iuſſu ſummi Pontificis ob religionem, anno 1498. vtrumque luminare in ſignis violentis habuit, & alteri, Lunæ videlicet, in Capricorno iunctũ Martem dominum aſcendentis in decima domo. Vide eius thema ſuperius in præſenti capite.

De viro hoc multa leguntur apud ſcriptores, quæ ſunt annotatione digna Carolo octauo Regi Fráciæ, qui Regnum Neapolitanum ſubegit, victoriam ex bellico conflictu apud Tarum prædixit, & quomodo ſuperaturus erat exercitum coniuratorum annunciauit. Sed quia Florentinis fidem non obſeruauit, poſt talem victoriam reportatam cito moriturum eum prædixit. Et ita ſanè accidit. Nam cum perueniſſet ipſe Rex Lugdunum, apoplexia mortuus eſt, cùm tantum 22. dies à climacterico abeſſet 28. an. Legitur etiã in hiſtoria Iacobi Nardi, ꝙ cũ eſſet ipſe Hieronymus extremo ſupplicio afficiẽdus inter alios confortatores confraternitatis templi, fuit Iacobus de Nicolinis vir bonus, qui interrogauit eum dicens, Eh pater reuerende, quando hæ maximæ calamitates quas minaris huic ciuitati accident? Reſpondit ei F. Hieronymus, Erunt profectò in tempore cuiuſdam Clementis Pontificis maximi. & ita ſanè factum eſt, quoniam Pontifex Clemens Medices rempublicam Florentinam cõmutauit in principatum, & Florẽtinos priuauit ſua libertate. Eſſent & alia de eo dicenda, quæ relinquo iudicio lectoris, quoniam quidam admirantur fœlicem genituram infœlici exitu terminatam, & prudentiam deteſtátur, quæ tam infauſtum finem habuerit. Coniunctio etenim planetarum in ſeptima cæli domo plurima decernebat mala. Quare illa paſſus eſt. Scripſit multa & præclara & lectu digna.



Digitized by Google

*Gaſparis Vicomercati natiuitas.*




GASPAR Vicomercatus habuit Solem Saturnum & Venerē in Scorpione, & Lunam in Ariete in octaua cæli domo, qui oſtenderunt periculum veneni, quod vix effugit. Fuit enim occiſus anno ætatis 25. mulieris cauſa à fratre puellę, in cuius amore parum prudenter ſe geſſerat. Nam percuſſus in pectore, ne verbo quidē emiſſo expirauit, vt inſinuauit Mars in Aquario, qui quadrangulabatur Saturno, Soli & Veneri. Hora qua occiſus eſt, anno 1537. hora noctis prima, diei vigeſimæ Iulij, tunc Sol in eadē parte ſexta Leonis erat, in cacodæmone aſcendens, locus oppoſitus Saturno reuolutionis, ſcilicet Piſcium pars prima, aſcendens etiam reuolutionis in quadrato Solis, Veneris, & Mercurij erat, quod illi in Scorpione, in quo & Mars, iūcti eſſent. Verum Mars in quadrato Veneris decernit multa incommoda & mala cauſa mulierum & ſtabilitatem in ſuis actionibus.

*Vide eius geneſim pag. 169.*

Henricus Rex Francorum, in equeſtri à ſuo antagoniſta haſta ictus, percuſſuſque fuit in oculo dextro, & obiit poſt decem dies anno 1558. ei vtrunque luminare ſimiliter in ſignis violentis conſtituebatur. Saturnus enim (teſte Ptolemæo) offenſionem lethalem in capite ex aëre venientem minabatur, & ipſe vulnerabat vtrumque luminare ex quadrato aſpectu. Mars autem diſpoſitor luminaris conditionarij fuit in Cancro in tertia, qui hominem amicum ſignificabat.

*Ludouici Regis Boemiæ natiuitas.*




LVDOVICVS Vltimus Rex Boemiæ & Vngariæ, qui anno domini 1526. Menſe Auguſto ſcilicet anno ætatis ſuæ labēte Climacterico 21. bello cum Turcis infœliciter geſto, occubuit, præcipitatus, vt fertur, ab equo in paludoſo loco. Solem habuit cum Hercule, Lunam cum corde Scorpij, Venerem dominam horoſcopi, & octauæ domus iunctam Soli. Cúmque ſtellæ iſtæ ſint Martię, & Mars fuerit in duodecima, ab equis cauſam mortis orituram portendit. quod idem ſignificauit etiam Saturni Antiſcium in octaua cęli domo in ſigno Tauri inuentum, quā uis ipſe Saturnus fuiſſet in ſigno Leonis, quare mortuus eſt morte violenta.

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 15. | 21. | ♉ |
| ♃ | 17. | 57. | ♈ |
| ♂ | 8. | 26. | ♈ |
| ☉ | 12. | 2. | ♊ |
| ♀ | 3. | 17. | ♊ |
| ☿ | 28. | 51. | ♉ |
| ☽ | 26. | 56. | ♑ |

Alexander

*Alexandri 6. Pontificis maximi Natiuitas.*




Alexander vi. Pontifex Maximus anno 1503. 15. cal. Septembris obiit ex veneno, anno ætatis ſuæ 72. menſe 10 die 12. Hic habuit Solem dominum octauæ domus cum Saturno in Capricorno in prima domo, & Lunam in ſigno Arietis in tertia, quadrangulatā ipſi Saturno, qui erat ſub radiis Solis, qui hanc mortem demonſtrauit. Hic natus eſt Valentiæ in Hiſpania, & fuit hoſtis acerrimus Iulio 2. Sauonenſi tunc Cardinali, ſed poſtquam Alexāder creatus fuit Pontifex maximus, confeſtim Iulius aufugit in Galliam. Verum multo antequā Alexander occumberet, iuſsit fabrefieri turrim marmoreā cum ſuis vexillis in mole Adriani ſupra pontem Tyberis.

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 21. | 17. | ♐ |
| ♃ | 28. | 0. | ♍ |
| ♂ | 10. | 25. | ♒ |
| ☉ | 9. | 32. | ♐ |
| ♀ | 8. | 54. | ♒ |
| ☿ | 20. | 52. | ♒ |
| ☽ | 29. | 55. | ♍ |

*Laurentij Medicis Natiuitas.*




Lavrentivs Medices, qui iugulauit Alexandrum Florentiæ ducē, anno 1548. die 26. Februarij, occiſus fuit ex multis vulneribus: & in capite grauiter percuſſus fuit. Solem & Lunam in ſignis violentis habuit. Sol enim lumen temporis in Ariete quadrangulabatur Marti, & Luna in Aquario Saturno, qui erat in octaua domo in ſigno Scorpionis. Quapropter obiit morte violēta.

Vir hic alioquin hac calamitate indignus. Nam fuit ſtudioſus, eruditúſque in lingua latina & Græca, & bonus philoſophus & poeta, vt inſinuat Mercurius cum Venere coniuncti in duodecima cæli domo. Verùm poſtquam homicidium commiſit, vt denotauit Mars in ſuo regno in regia cæli domo, vt dicitur ab Hermete, & patriam liberare nō potuit à principatu, & in priſtinā libertatem aureā redigere, aufugit, & ad vrbem Byzantij nauigauit, poſtea Venetias remigrauit, & in vicinia Sancti Thomæ circa veſperas fuit obtruncatus.

*Traiani Martinenghi natiuitas.*




TRAIANVS Martineghus,qui fuit decapitatus Brixiæ, habuit vtrumque luminare in ſignis violẽtis. Nam Sol lumen temporis fuit in Ariete:& quadrangulabatur Saturno & Marti, qui erant coniuncti in prima domo, & Saturnus erat dominus octauę domus,& Luna reperiebatur in ſigno Scorpionis. Ex qua cauſa ipſi planetæ, ſignificabãt mortem violentam ſupradictam. Hic fuit crudelior Nerone. Nam anno 1527.die 16. Februarij hora 7.noctis illicet ſequentis tranſcendit muros ruris ſuburbani, circundantes domum Vlyxis fratris germani, quem interfecit ſimul cum duobus nepotibus, ſperans ſuccedere opibus fraternis. Sed impius ille Traianus non multo temporis interſtitio pœnam ſoluit delicti. Sed Sol dominus tertiæ cæli domus, quã genethliaci fratribus deputauerunt,in culmine cælorum Martis tetragono vulneratus,fuit potiſsima cauſa ſceleris tam nefandi. Dicunt enim Arabes quod prima cæli domus caput denotat. Quapropter Ptolemæus dicit Aph. 74.Centil. Quicunque Martem aſcendentem habet,omnino cicatricem in facie habebit.Et Albubater cap.186.ſuarum obſeruationũ inquit.Quando Mars in domo Lunæ fuerit,natus ferro,aut ſanguinis effuſione ſubito morietur. Et hoc notauit in ſuo lib.5.cap.12.Maternus. Quare hic vir decapitatus fuit.

*Ioannis Medicis Florentini natiuitas.*




IOANNES Medices pater magni Ducis Ethruriæ,qui anno 1526.die 3.Decembris fuit ab ictu tormentalis machinæ vulneratus in tibia dextra, quam illico ſecari iuſſerat,ſed paucis interiectis horis, ex ſpaſmo vitam cum ſanguine fudit: vtrumque luminare habuit in ſignis violentis. Sol autem lumen temporis coniunctus erat cum Saturno in ſigno Arietis, & Saturnus ipſe erat dominus octauæ domus,& Sol Horoſcopi, & Luna manebat in Scorpione in quarta domo, qui ſignificabant mortem violentam &c.

Hic vir fuit exercitus ductor intrepidus,contra milites Alemanos bellum gerens, in agro quodã Mãtuano dum ageret ſuæ ætatis annũ 28.menſes 8.vitã terminauit, vt inſinuauit horoſcopi directio ad Martis terminos in ſigno igneo. Mores & eius ingenium declarat Solis cũ Saturno, item Mercurij cum vtroque conſtitutio,tum etiam poſitio Lunæ.Fortitudinem ſummam, an potius dicam temeritatem, Martis radius ſextilis ad horoſcopum, & qualitas horoſcopi,vt dicitur à Materno cap.1.lib.5.& domini horoſcopi in maſculino ſigno in angulo & in ſuo regno exiſtentis. Ex qua cauſa fuit vir quidem crudelis admodum. Cæterum peritia rei militaris & fortitudine inclytus. Eum Borbonio adiungere voluimus,ſed obliuione pretermiſſum, hic inſerendum curauimus. Poſt ergo eius mortem,milites,qui eum ſecuti erant,vexilla fecerunt colore nigro,& dicebantur pro memoria de mortui viri,Milites vexillorum nigrorum.

*Rentij Acerræ Vrſini Natiuitas.*




Rentivs Acerra Vrſinus vtrumque luminare habuit in ſignis violẽtis, Lunam in Scorpione, & Solem, Martem, & Mercurium dominum octauæ domus in Ariete, qui anno 1536. die 11. Februarij vrgens equũ, vt ſaltu latã foueã trãſcẽderet, cũeo cecidit & coſtis ſellæ illiſis, ac cõfractis, confeſtim obiit. Hic vir fuit Princeps Mauortius, heros Vrſin', gentis gloria Romuleæ, & omni laude dignus. Verum quò ad religionẽ quamuis Iupiter & Luna fuerint in tertia cæli domo, qui ſignificabant eum perfectum & bonum animum habere: nihilominus Saturnus in nona cæli domo hypocriſim denotat, & oſtendere videtur ad extra, ea quæ intus non ſunt. Et idem ſignificat Scorpius in horoſcopo inuentus, idque Mars dominus horoſcopi coniunctus Mercurio. Quare fuit intrepidus & crudelis, & ſuſpicioſus. Fuitque rarus inter illius ætatis belli duces, inclytuſque victoriis plurimis: etiam familiam adauxit proprio ſplendore.

*Thema Theobaldi de Annibaldis de Iamelara.*




Theobaldvs, qui fuit anno 1550. die 20. Septembris decapitatus, habuit vtrunque luminare in ſignis violentis, & dominus octauę domus erat in horoſcopo: & fuit Saturnus dominus horoſcopi partiliter coniunctus Marti. Quare obiit morte violenta anno labente ætatis ſuæ climacterico 35. ex horoſcopi inambulatione ad Martis terminos.

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 16. | 24. | ♑ |
| ♃ | 16. | 28. | ♊ |
| ♂ | 17. | 54. | ♑ |
| ☉ | 6. | 50. | ♓ |
| ♀ | 6. | 23. | ♓ |
| ☿ | 0. | 57. | ♓ |
| ☽ | 6. | 6. | ♓ |

Ioãnes Paulus Baglionus Peruſinus, qui anno 1520. die 2. Iunij in mole Adriani fuit decapitatus, anno verò ætatis ſuæ 49. climacterico ferè completo, habuit Lunam in 4. gra. Sagittarij cum corde Scorpionis ſtella violenta, & Saturnus ei opponebatur, & Sol erat cum Hercule, Saturno ſimul dominium in horoſcopo habente. Quapropter obiit morte violenta. vide eius geneſim pag. 161.

Similiter Henricus rex Francorum obiit anno 1559. die 10. Iulij, & in haſtiludio lãcea percuſſus in oculo ex vulnere mortuus eſt. Habuit vtrunque luminare in ſignis violentis, & Saturnus quadrangulabatur eis. vide eius geneſim pag. 169.



Digitized by Google

### *Conſtantij Cæa inſulæ Epiſcopi Natiuitas.*




**Frater** Conſtantius Cææ Inſulę Epiſcopus, tenebat Lunã cũ Hercule ſtella malefica, cõiũctã Marti, & Sol in capite Meduſſę reperiebatur cũ Saturno & Mercurio domino primę domus, qui anno 1546. die 8. Ianuarij, nocte ſequenti circa mediam noctem, dum ire volebat ad quandam mulierem nobilem, fuit Romæ interfectus. Vir iſtę anno ætatis ſuæ 11. cecidit in torrentem, vt oſtendebat Saturnus coniunctus Soli, & dominó horoſcopi. Anno 1511. menſe Maio factus fuit monachus 1538. Octobris 28. carceratus, & cõdemnatus, vt concremaretur, quoniam præpararat venenum quibuſdam potentibus viris, ſed patrocinio dominæ Conſtantię Farneſię fuit liberatus è carceribus, & ignea punitiõe. Anno 1540. Auguſti 27. fauore eiuſdem Farneſiæ fuit electus epiſcop' Cææ Inſulæ, & Septembri conſecratus. Et hæc omnia oſtendebat Sol in culmine cæli in loco vbi gaudet. Qui ergo eum interfecit, nihil ei abſtulit. nam tenebat annulos in digitis & cathenam auream in collo, & fuit iugulatus non procul ab Eccleſia ſancti Marci in vrbe.

### *Franciſci Floridi Sabini Natiuitas.*




**Franciscvs** Floridus Sabinus, orator & poeta celeberrim', qui periit ex veneni potione, vtraque luminaria in ſignis violentis, diuerſis nec contiguis, & alteri dominum horoſcopi iunctum habuit. Quare obiit morte violenta Pariſiis, quod Lunę deliquiũ prope ſui natalis horoſcopum denunciare videbatur. Nam dixit Ptol. ſententia 24. ſuorum dictorũ, videlicet, Defectus luminariũ in horoſcopo geniturę, annuarũue conuerſionum noxius eſt. Erat enim corporatura formoſus, alacri vultu, vt demõſtrat Sol in horoſcopo genituræ: & Iliada Homeri tranſtulit in Latinum carmine heroico elegantiſsimè. Et hoc habetur ab Antiſcio Mercurij cum Luna, Ioue, & Marte, in domo Saturni.

Hermetis

*Hermetis de Marſiliis Natiuitas.*




Hermes de Marſiliis Bononienſis, qui ob perpetrata homicidia anno ætatis 34. fuit de collatus, habuit vtraque luminaria in ſignis violentis, altero ſimul in octaua domo cum Saturno exiſtēte, & Mars erat in horoſcopo cum ſuo domino, & Saturnus diametrabatur Soli, quare obiit morte violenta. De ſpecie mortis iam ſupra de ſcripſimus, eo quod Mars in horoſcopo caput offendit: Et Saturnus eſt in octaua cæli domo in ſigno Arietis, quod quidem ſignū denotat caput. quapropter amputatum ei fuit. Verū perpeſſus fuit plurima brachiorum tormēta, & alios cruciatus acerbos, propter pleraq; homicidia ab ipſo noctu perpetrata. Et terminauit vitam ſuam quādo horoſcopus peruenit per directionem ad Saturni diametrum.

*Vuilhelmi à Grumpach Natiuitas.*




Vvilhelmvs à Grumpach captus eſt in arce Grimmēſten, anno 1567. Aprilis 13. die, hor. 6. poſt meridiem. & diiudicatus eſt ad mortē 18. Aprilis. Cauſa huius accidentis eſt Saturnus in octaua cæli domo cum antiſcio Solis, cui quadrangulabatur Mars dominus horoſcopi in ſigno violento, & pars mortis infortunata eſt à Saturno ex quadrato aſpectu partiliter in ſigno Arietis, in quo ſigno eſt etiam Mars dominus horoſcopi quod ſignificat caput. Item, Luna ex ſuo antiſcio cadebat in ſigno Arietis cōiuncta parti mortis: Quare decapitatus fuit anno ætatis ſuæ labente 64.

Iuſti

*Iuſti Ionæ Natiuitas.*




Ivstvs Ionas eſt capite plexus in Haſnia Daniæ, anno 1567.& anno ætatis ſuę 42.climacterico. Cauſa huius accidentis fuit ipſa Luna domina temporis per antiſcium in octaua cæli domo reperta: cui
Δ. quadrangulatur Mars in ſignis paucarum aſcenſionum, qui aſpectus æquiualet quadrato. Item Saturnus Solem offendit ex quadrato aſpectu, & Mars dominus horoſcopi reperitur in ſigno violento, & per antiſcium reperio ipſum in horoſcopo, qui quidem capitis offenſionem ſignificat, ſecundũ decreta Ptolemæi ſentẽtia 74. ſuorum dictorum: Deinde pars mortis eſt cum Marte. Quapropter fuit decollatus. Vnde eſt ſententia Almaſoris prop. 106. ſuorum dictorum, quę dicit, Auerte oculos tuos à figura, in qua Mars fuerit in angulo, maximè cùm fuerit aſcendens Scorpio.

Qvidam decollatus in Hollandia: Cauſa huius accidentis eſt Sôl dominus horoſcopi in ſigno violento qui ſexangulatur Marti in ſignis rectis aſcendẽtibus. Et Luna in ſigno violento coniuncta eſt Soli,& antiſcio Saturni.




*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 5. | 0. | ♍ |
| ♃ | 25. | 0. | ♈ |
| ♂ | 7. | 0. | ♑ |
| ☉ | 3. | 13. | ♓ |
| ♀ | 18. | 0. | ♒ |
| ☿ | 15. | 0. | ♒ |
| ☽ | 28. | 0. | ♒ |

Quidam

Qvidam decollatus Louanij fuit in foro. Reperio in hac geneſi Saturnum cum Sole in octaua cæli domo, quiquidem mortem ſignificant violentam. Deinde in tertia cęli domo inuenio coniunctos Lunam, & Martem partiliter, quę cōſtellatio mala eſt & denotauit plurima mala & pericula ei accidere propter Geminorum ſignum contrapoſitum ſigno Sagittarij, vbi morantur Saturnus & Sol. Rurſus Mars mittit antiſcium ſuum in Cācro, quod decernit mortem violentam ex ferro, aut ſanguinis effuſione: ſicut iam ſupra ſcripſimus cum autoritate Albubatris & Materni. Quare capite plexus eſt. Verum ſæpe obſeruaui illos, qui in horoſcopo tenent Arietem, ſunt cauſa ſuæ mortis.




*Gabrielis à Streitpergk.*




Gabriel à Streitpergk anno 1531. in die paraſceues oppreſſus & iugulatus fuit in templo à propriis aggregatis. Moritur enim anno ętatis climacterico 63. Nam eo tēpore horoſcopus per directionem venit ad Saturni terminos exiſtentis horoſcopi domini in ſigno Tauri in tertia cæli domo, quæ ſignificat religionem & religioſorum cōgregationem. Cauſam huius accidentis denotauit Luna obſeſſa à quadrato Martis exiſtentis in ſigno humano, & Luna erat in ſigno violento, & fuit lumen temporis. Quare habuit mortem violētam. Rurſus reperio Lunam per antiſcium in octaua cæli domo, & Saturnum in cuſpide dictę domus. Et partem mortis non eſſe benè affectam. Quapropter iugulatus fuit ab his qui congregati erant in templo. Hic habet omnes planetas ſub terra, & tamen vixit per multos annos, contra decreta Ptolemæi: vt narrauimus ſupra cap. 12.

Valen

Digitized by Google

*Valentini à Streitpergk Natiuitas.*




Valentinvs à Streitpergk, Gabrielis tertius filius, perpetrata cæde in Doctoris Hirter Spiræ, occubuit ex ictu bombardæ in oppugnatione Budenſi. In hac geneſi Luna, quæ eſt temporis lumen, reperitur poſita in ſexta cæli domo in ſigno violento, quod eſt natura igneum. Et quia natiuitas fuit nocturna, ideo ipſa Luna ſignificatrix mortis fuit, quę quidem cum ſit infortunata à Marte partiliter ex quadrato aſpectu, denotauit ei mortem fore violentam. Deinde Luna mittit antiſcium ſuum ad ſignum Virginis in primo gradu, qui opponitur Soli. Quare mortuus eſt violenter.

*Latitudines planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 0. | 47. | Septen. Aſcen. |
| ♃ | 1. | 46. | Septen. Aſcen. |
| ♂ | 0. | 15. | Merid. Deſcen. |
| ☉ | 0. | 0. | |
| ♀ | 0. | 18. | Merid. Aſcen. |
| ☿ | 1. | 0. | Merid. Aſcen. |
| ☽ | 4. | 6. | Septen. Deſcen. |

Qvidam religioſus variæ fortunæ homo, anno 1506. cecidit in flumen & penè fuit ſubmerſus.

Item itinere amiſſo per triduum oberrauit in ſylua. Breui poſt ægrotauit & de vita deſperatum eſt.

Circa idem tempus, cadēte ſuper eum trabe, penè interiit.

Anno 1514. vel 1515. penè fuit interfectus.

Deinde poſt 9. vel 10. annos penè interiit ex caſu lapidis. Tamen ſemper euaſit. Luminaria enim & hylegialia loca non fuerunt læſa, ſed fortunata, & in bonis aſpectibus, licet ſint in ſignis violentis, & Luna in quadrato aſpectu Martis.

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 24. | 0. | ♒ |
| ♃ | 15. | 0. | ♓ |
| ♂ | 2. | 0. | ♈ |
| ☉ | 22. | 31. | ♓ |
| ♀ | 20. | 0. | ♈ |
| ☿ | 9. | 0. | ♈ |
| ☽ | 12. | 0. | ♋ |




*III. Aphoriſmus.*

Reg. 3. Alterum luminare in ſignis violentis, alterum vero cum ſtella fixa violenta itidem mortem violentam ſignificat. Sed in hoc caſu neceſſe eſt, vt ſimul maleficarum altera luminare alterutrum, aut dominum octauæ infeſtet.

Talis conſtitutio fuit in themate Bartholomæi Vueſſeri iunioris, Patritij Auguſtani, qui Solem in Scorpione habüit, Lunam cum oculo Tauri. Porro Saturnus coniunctione, Mars verò quadrato Solem circundabat. Occiſus eſt igitur ab Hiſpanis cū ſuo ſodali, qui fuit ex nobili familia Huttenica, Anno 1545. in India.

Henri

Digitized by Google

*Vide eius Geneſim in Leouitio.*

Henricus Heintzelius, patritius Auguſtanus, interfectus Lugduni in Galliis, anno 1529. die 3. Iulij, ſimiliter Solem habuit in Aquario, Lunam cum Hercule. Saturnus Lunam coniunctione, Solem oppoſitione inſectabat, Marte Ioui domino octauæ domus oppoſito.

HIPPOLYTVS Medices Cardinalis, qui anno 1540. ſuæ verò ætatis 28. cum 3. menſibus completis, ex veneni potione interiit. habuit Solem, & Venerem dominam primę & octauæ domus cum Marte coniunctos cum oculo Tauri, & Luna reperiebatur in Capricorno quadrangulata Saturno. Mars autem erat in octaua cæli domo in ſuo detrimento, & Saturnus verò in horoſcopo, quæ conſtellationes malæ ſunt. Quare in anno Climacterico mortuus eſt, ex veneni potione quam quidā perfidus, & ſceleſtiſſimus proditor ei porrexerat. qui poſt obitum quodammodo repentinum à militibus dicti Cardinalis deductus fuit ligatus ad mole vſque Adriani in qua ſtetit 8. diebus, deinde aufugit ad ſuorum fratrum penates, & vnus illorum, proditori facinoroſo cum dentibus extirpauit nares, qui mox populi furore lapidatus, & ſub lapidum congerie obrutus. Hic Cardinalis erat venuſtus, formoſus, tota corporatura bene proportionatus, doctus Orator, & poeta, omnibus bonis artibus atque omni doctrina p̄ditus, cui præter ingenij manſuetudinē, quæ plurima in homine fuit, munditia verborum, & compoſitus ille ſermo, ad omnem ingenuitatem plurimum acceſſionis faciebant. erat muſicus, & in milites viros eruditos, & Muſicos munificentiſſimus.




*Hippolyti Medicis Cardinalis Natiuitas.*

Carolus Aureliæ princeps filius Frācifci primi regis Frācorū, q. anno 1545. obiit ex veneni potione, Lunā prope oculū Tauri in Geminis habuit, & Sol manebat cū Marte & Saturno in Aquario, & Mars erat dominus octauæ dom': & quatuor planetæ erāt per Antiſcium in ſigno Scorpionis in octaua cæli domo. Vide eius geneſim ſuperius in hoc capite.

IOANNES Gozadinus Bononiēſis habebat in ſua natiuitate Lunā cū corde Scorpionis ſtella violenta, & Saturnus reſpiciebat eā ex quadrato, & Sol manebat in Capricorno à Marte quadrato: vnde die vltima Decēbris, (dū eſſet gubernator Regij) in p̄torio poſt prādiū cū maximo toti' populi furore fuit gladiis & pugionibus confoſſus, & fruſtullatim conciſus, anno ętatis ſuę 40. cōpleto, ſimul cū ſuis famulis, qui ſecū aderāt. Hic fuit à Iulio 2. Pontifice maximo creatus Datarius in Vrbe: q̄a erat legum Doct. Deinde gubernator Regij, quę ciuitas eſt Inſubriæ ſub sereniſſimorū Ducum Ferrariæ dominio, in qua cū multis menſibus potiretur imperio, iam turpis facie, & oblōgus, volebat pulchras virgines, & matronas venuſtas habere in delitiis, & noctes atque dies amplexari, earumque maritos pilifaciebat. Quapropter occiſus fuit, quo anno directio horoſcopi peruenit ad Saturni quadratum.




*Ioannis Gozadini Bono. Natiuitas.*

Galeatius Sfortia dux Mediolanenſis, qui anno ætatis ſuæ 33. currente multis vulneribus confoſſus eſt, habuit Lunam cum corde Scorpionis à Saturni oppoſito plactice damnatum, & Solem in Aquario, oppoſitione Martis afflictum. Vide eius geneſim in commentatione præſentis cap. 13.

Q

Digitized by Google




Talis eſt genitura Veronicæ adulteræ apud Cardanum, quæ à marito in adulterio deprehenſa & occiſa eſt. Habuit enim Lunam non procul à corde Scorpij, Solem vero ſimul dominium in octaua habentem afflictum quadrato Martis partiliter in ſignis violentis, & Saturnus erat in octaua cæli domo: quare mortua eſt ex violenta morte. Cum igitur Luna ad Saturni quadratum peruenit, à marito occiſa, multorum iã malorum pœnas dedit, & plurimarum quas iam paſſam fuiſſe antea neceſſario conuenit, finem inuenit calamitatum. Quis ergo negare poteſt, quod Venus in Capricorno in horoſcopo mulieres non faciat meretrices? vt dicitur à Materno cap. 31. li. 6. Quapropter nos dicimus quod quicunque Venerem habuerit infortunatam à Marte quocũque aſpectu, ei cauſa amoris ingentia inconuenientia contingant neceſſe eſt. Modo hæc mulier Venerem tenet in Capricorno: ergo fuit meretrix. Sed quia Mars eam nõ reſpiciebat ex quadrato, ſed ſextili aſpectu: ideo ſuam impudicitiam palam detegebat, cum ipſa eſſet ad omne ſcelus prompta.

*Veronicę Natiuitas.*

Napuleonus Vrſinus, qui maxima pericula ab equis habuit, tandem interfectus eſt à fratre. Habuit Solem cum corde Scorpionis afflictum à Marte, Lunã verò in Aquario in oppoſito Saturni partili.

Vide eius Thema cæli pag. 160.

IIII. *Aphoriſmus.*

Reg. 4.

Ambo Luminaria ab vtroque malefico læſa, ita vt alterum luminare, & alteruter maleficorum in ſigno violento vel cum ſtella fixa violenta conſtituatur, mortem violentam portendunt.

Similiter cum ambo luminaria ab vnico duntaxat malefico infeſtantur, altero maleficorum læſo, vel in ſigno violento verſante, ac dominium ſibi in octaua domo vendicante.

Huldericus in Hoff, Patritius Auguſtanus ita vtrunque luminare damnatum habuit ab ambobus maleficis, Solem à Marte coniuncto in Ariete ſigno violento, Lunam à Saturno oppoſito. Interfectus eſt Aquilegiæ, anno 1517. die 2. Februarij.

Vide eius geneſim in Leouitio.

Mvtivs Columna, qui globo bombardario traiectus interiit, habuit vtrunque Luminare læſum à maleficis, ita vt alter maleficorum in ſigno violento, & alterum luminare cum ſtella fixa violenta conſtitueretur. Sed mortis ſpeciem declarauit Mercurius dominus horoſcopi in ſigno igneo inuentus, quem Mars ex quadrato aſpectu offendebat, & Iupiter dominus octauæ domus ſimiliter erat infortunatus à Marte, & à Saturno: quare cauſa ignis mortuus eſt anno ætatis ſuæ 37.

*Thema Mutij Columnæ.*



### *F. Raimundi Natiuitas.*




Frater Raimundus ordinis Cæleſtinorum, qui combuſtus fuit, habuit vtraque Luminaria læſa ab vno maleficorum, altero in ſigno violento conſtituto, ac dominium in octaua ſibi vendicate. Dicit enim Ptolemæus ſententia 75. ſuorum dictorum ſic. Quum Mars aſcendentis domino coniungitur in Leone, nec Mars aliquam in aſcendente prærogatiuam habuerit, nec benefica in octauo loco fuerit, qui ſic natus eſt, exuretur. Nam Gauricus dicit ſe vidiſſe pleroſque ſic habentes Martem & Solem in Leone, ex fulgure, vel igne, aut epidimia occubuiſſe. Quapropter hic vir labente anno 1508. calendis Aprilis, hora 14. horologij communis, in tribunali ligneo alto expoliatus ſacris ordinibus, iuſſu Cardinalis Papienſis tunc legati in ciuitate Bononiæ, die verò ſecunda eiuſdem menſis, à trabe ſublimi triſte pependit onus, & confeſtim concrematus eſt: qui ob turpem amorē cuiuſdam pueri perpatrare non dubitabat facinora inaudita quæ potius tacenda quàm ſcribenda ſunt. Quo circa ipſe profanus merito dignus fuit laqueo & igne, anno ſuæ ætatis enneatico 27.

### *Marchionis de Manzolinis Natiuitas.*




Marchio de Manzolinis Bononienſis, qui multis vulneribus confoſſus fuit, habuit vtraque Luminaria læſa à Saturno, altero ſimul in ſigno violento cōſtituto. Erat enim Sol dominus horoſcopi infortunatus, & Mars mittebat Antiſcium ſuū in octauā cæli domum: quare obiit morte violenta. Et quia pars fortunæ erat in horoſcopo bene affecta, & Iupiter in imo cæli, ideo dederūt ei circiter ſeptem milia aureorum de prouentibus: ſemper enim ludebat aleis, & taxillis, & exponebat in ludis maximam ducatorum congeriem contra illos, qui ludendo ſecum certare volebant: quoniam erat ſatis fortunatus in ludendo vt inſinuant ſupradictæ conſtellationes.



Digitized by Google

*Ioannis Simi Natiuitas.*

IOANNES Simus, qui fulmine tactus ſubito concidit & mortuus eſt, habuit Lunam ab vtroque maleſico grauiter afflictam, ita vt maleſici ſeſe inuicem damnarent. Fuit autem concurſus ille in ſigno igneo non procul à ſtellis Martialibus, ipſo quoque Marte cum conſtellatione, de ſua natura exiſtente. Quare aut ex igne, aut fulmine, aut bombarda mortis violentæ diſcrimen ei ſignificabatur.




*Antiſcia planetarum.*

♄ 14. 3. ♑
♃ 8. 56. ♐
♂ 17. 45. ♋
☉ 17. 16. ♐
♀ 9. 56. ♑
☿ 24. 38. ♐
☽ 0. 3. ♑

*Sebaſtiani de Laureto Natiuitas.*

SEBASTANVS de Laureto, qui propter interfectum Sororium, & matrem, fuit ſupplicio affectus: habuit vtrũque luminare in ſignis violentis, & alteri, ſcilicet Lunæ Martẽ coniunctũ horoſcopi dominum, & pars mortis erat infortunata à Saturno ex quadrato aſpectu, & Mars mittit Antiſcium ſuum in horoſcopo: qui quidem locus denotat caput. Quare fuit ſupplicio affectus. Et qui poteſt, vel euentui, vel ſignificationi ſyderum aliquid addere, addat: ego certè fingere haud poſſem, Cum verò omnes, quibus Scorpio aſcendit, aliqua ex parte ſint malorum morum, qualem putas hunc fuiſſe, cui dominus aſcendentis cum Luna in Aquario fuerat angularis? Vnde dixit Almanſor ſententia 106. Auerte oculos tuos à figura in qua Mars fuerit in angulo: maximè cum fuerit aſcendens Scorpio.




*Antiſcia planetarum.*

♄ 4. 10. ♓
♃ 7. 14. ♈
♂ 9. 15. ♒
☉ 21. 20. ♓
♀ 22. 35. ♒
☿ 24. 56. ♓
☽ 8. 40. ♒

V. Apho

Digitized by Google

V. *Aphoriſmus.*

Reg. 5. Coniunctio Saturni & Martis in angulo, potiſsimum verò medij cæli in ſigno violento, aut alterutrum luminare infeſtans, mortem violentam minatur.

Idem facit coniunctio, oppoſitus, vel quadratus aſpectus maleficarum mutuus in aliis quàm violentis ſignis ex angulis tamen, altero eorum dominiũ octauæ domus ſibi vendicante.

*Mareſchalis ſancti Andreæ Natiuitas.*




Talis eſt genitura domini Mareſchalis ſancti Andreæ, qui anno 1562. die 19. Decembris Orlieſis occiſus fuit in prælio à Retris. Habuit enim Saturnum in Scorpione, qui opponebatur Marti: & Lunam dominam horoſcopi in Aquario in quadrato eorũ in octaua domo. Et pars mortis erat coniuncta Saturno in ſigno violento: & ipſe Saturnus mittebat Antiſcium ſuum in octaua cæli domo, quare obiit morte violenta. Verum Sol in cuſpide medij cæli, & in loco vbi ipſe gaudet & Iupiter, & Venus coniuncti in regia domo tulerunt ei multos honores & dignitates, & fuit Lugduni gubernator, & peruenit ad maximum ſtatum & gradum.

*Latitudines planetarum.*

♄ 2. 42. Sep. Aſc.
♃ 1. 8. Mer. Aſc.
♂ 0. 13. Sep. Aſc.
☉ 0. 0.
♀ 0. 31. Mer. Aſc.
☿ 2. 39. Sep. Deſc.
☽ 4. 6. Sep. Deſc.

*Vliſsis Martinenghi Natiuitas.*




Vlisses Martinenghus Brixianus, qui anno 1527. die 16. Februarij circa mediam noctem fuit iugulatus à fratre ſuo, tenebat in ſua genitura in angulo Occidentis Saturnũ & Martem partiliter coniunctos, qui etiam partiliter per diametrum infeſtabant Solem poſitum in Aquario, & Luna erat in ſigno violento in Ariete & duæ infortunæ reſpiciebãt partem mortis ex diametro aſpectu: quare à Traiano fratricida (vt ſcripſi) fuit iugulatus, eo tempore quo directio horoſcopo peruenit ad Martis terminos. Hic vir habuit Martẽ & Saturnum per Antiſcium in tertia cæli domo, quam deputauerunt Arabes fratribus: Quapropter à fratre conſobrino fuit interfectus.

*Antiſcia planetarum.*

♄ 14. 48. ♉
♃ 15. 37. ♈
♂ 14. 48. ♉
☉ 11. 45. ♒
♀ 14. 48. ♐
☿ 4. 16. ♒
☽ 28. 48. ♍



Digitized by Google

Galeazvs Capra (vt dicitur à Cardano) anno ætatis ſuæ 48. & hora noctis prima, die 11. Auguſti, cum ex more per ciuitatem obequitaret, furioſus quidam currentem premẽs equũ, illi occurrit, totáque vi equi illum & mulam excuſsit, tanto impetu vt diu pro mortuo iacuerit. Inde ſublatus, excuſſa cruris vertebra, duobus annis ſuperuixit, perpetuo morbo detentus. Inde mali propinquitate, ardore vrinæ vexatus, crudelem mortis exitum habuit. Hoc accidens demonſtratur à Saturno domino horoſcopi in ſigno Sagittarij, qui diametrabatur Marti, & ambo infortunabant Solem ex quadrato aſpectu: & Venus domina octauæ domus reperiebatur ab vtroque planeta malefico infortunata: quare hũc horrendum caſum minime effugere potuit. Quamobrem & illi ab Antonio Caſtiloneo regio Medico, annis ante fermè triginta iure merito prędictũ fuerat, quòd abſque vxore, & filiis moreretur, quod & euenit. Luna enim in ſeptima cæli domo ſemper adfert nato multa pericula corporis. Vir hic alioquin hac calamitate indignus, ſtudioſus, eruditusq́ue. Bellum quod ſuo tempore acciderat in Inſubrum finibus, eleganter ſcripſit, & edidit: aliáque etiam eius monumenta extant. Mercurius ergo cũ Venere in horoſcopo hoc ſignificauit.




*Thema cæli Galeazi Capræ.*

Hieronymus Vrſinus Romanus habuit Martẽ in angulo Orientis, qui vulnerabat per quadratũ Saturnum dominum octauæ domus poſitum in Scorpione, & infeſtabat Solem per coniunctionem poſitum in duodecima domo, qui anno 1540. die 3. Nouembris nocte ſequenti, ſuæ verò ætatis 27. cum 4. menſibus, diductis 3. diebus in Roma ſolus ante ædes pulchræ puellæ fuit vnico vulnere ſauciatus in capite, & paucis interiectis diebus in quodã ſuo oppido interitu expertus fuit.

Vide inferius eius thema in §. de periculis corporis.

Angelvs Politianus habuit maleficos ita oppoſitos in ſignis venenoſis, ideo ſibi ipſi ex veneni potione mortem conſciuit. Taceant igitur omnes, qui dicunt Venerem in octaua cæli domo mortem violentam tollere: quod experientia docet non eſſe verum. Hic habuit Venerẽ in octaua cæli domo, & tamen interiit violenter. Multa in hoc viro præclaro, egregia fuere. Primum carminum ſuauitas elegans. Præſtat hoc Mercurius extra Solis radios in trino Lunæ, & per Antiſcium in ſigno Geminorum. Et ideo ſuauiloquentiam præſtat hæc conſtitutio.

Secundum eſt profunditas ſenſuũ cum ſtudio maximo, vt eius opera, q̃ extant, demonſtrant. Præſtitit hoc Luna in trino horoſcopi & in quadrato Veneris, quod in ampliſſimũ auxit Mercurius in cuſpide nonę domus, quam domum Arabes deputauerunt ſcientiis omnibus. Atque eo modo autoritatem cum doctrina, & eloquentia coniunxit. Mortuus eſt anno 1509. die 24. Septembris.




*Angeli Politiani Natiuitas.*

Herculis

### *Herculis de Strozis Natiuitas.*

HERCVLI de Strozis Ferrarienſi Poëtę celeberrimo, qui noctu ob amorem mulieris interfectus eſt, fuerūt ambo malefici cōiuncti in apice medij cæli, non in ſigno violento, ſed tamen alterū luminare affligentes. Luna verò fuit in ſigno violento cum Antiſcio Solis. quare obiit violenter anno ſalutis 1508. die 20. Maij, ſuæ ætatis verò 36. cum 8. menſibus, vel circiter. Verum ob multa vulnera, quæ perpeſſus fuerat, claudicabat, vt notauit Luna in ſeptima cæli domo: & Mars in quadrato horoſcopi multa pericula ſignificauit, vel omnino graues tulit infelicitates, quod pluribus geniturıs confirmari videbis. Rurſus Mercurius horoſcopi & culminātis œcodeſpotes in ſuo throno, & domicilio, atque finibus, fecit ipſum Herculem Poëtā celeberrimum, in verſibus præcipuè elegis.




### *Branchini Mantuani Natiuitas.*

BRANCHINVS Mantuanus, Leno inſignis, qui fuit forcipibus candentibus laceratus, deinde ab equis in quatuor partes diſcerpt', maleficos oppoſitos habuit ex angulis in violentis ſignis, vtroque tamen ſimul dominum octauæ affligente. Verum Saturn' fuit in Sagittario, de qua conſtellatione dicit Ptolemæus. Quicunque Saturnum tenuerit Saturnum, vel Martem in Sagittario ab equo proſternetur in terram. Rurſus Saturnus in horoſcopo infortunatus, ſignificat quod natus conſtringetur fortiter, & vincietur, ac retinebitur & cruciabitur, vt dicitur ab Omare lib. 3. Item Mercurius & dominus horoſcopi reperiuntur ſub radiis Solis combuſti, qui quidem ſignificauerunt eum fuiſſe lenonem maximum & ſceleſtiſsimum nobiliū mulierum. Et hoc etiam demonſtrauit Martis Antiſcium in octaua cæli domo.






Digitized by Google

*Thema Ioannis Iuncij.*




Ioannes Iuncius decollatus fuit in Borruſsia & in carcere Oſiandri errorem reuocaſſe dicitur. Hic habuit Martem & Saturnum coniunctos in horoſcopo in ſigno violento: & dominus horoſcopi reperiebatur in ſuo detrimento in octaua cæli domo, ex motu retrogrado: imo Solem dominum octauæ domus inuenio in nona cæli domo in ſigno violento per Antiſcium quem ſauciabant Saturnus & Mars.

M. Antonius Barcellinus Bononienſis, maleficos habuit quadrato ſe reſpicientes, & alterum luminare grauiter affligentes in Sagittario ex angulis, altero malefico ſimul octauæ imperante. Cecidit igitur cum equo, & in pariete capite contuſo, ita vt cerebrum emanaret, ſtatim eſt mortuus. Verum per peſſus eſt etiã ter decies brachiorum tormẽta, tandem liber è carceribus contulit ſe ad ſuum rus, & dum reuerteretur, accidit ei ſupradictum accidens. Vide inferius ei' Thema ſub paragrapho De periculis corporis.

Notabilis regula. Vniuerſaliter enim malefici, aut luminaria afflicta in ♈ ♌ & ♐ præcipuè verò ♐, magna pericula ab equis & magnis animalibus decernunt: eoq; magis, cum in duodecima cæli domo incidunt.

*Ducis Burbonij Natiuitas.*




Sic Dux Burbonius, qui in oppugnatione Romæ anno 1527. ictus globo bombardæ incautius emiſſo à quodam ex mœnibus die 6. Maij mortuus eſt, anno ætatis 39. maleficos habuit oppoſitos ex angulis, vnum in ſigno violẽto, alterum cum ſtella fixa violenta, & cauda Lunæ Draconis circa principium octauæ domus cum Marte. quare mors fuit inopinata. Nam qui infortunas oppoſitas in ſeptimo, & primo loco, vel in ſeptimo cæli templo iunctas habuerit, violẽta morte peribit. Auxit tamen malum, quòd ambæ cum nodis erant, & Mars in Cancro infortunatus. Vnde etiam eo ictu diſſipatum eſt corpus. Erant autem Iupiter & Ven' domina regiæ domus in loco cadenti, ob hæc ſpoliatus fuit ſuo principatu & profugus, tormento bellico ictus mortuus eſt. Sed antequam obiret, vidit ſuum Regem eſſe captiuum, de qua calamitate lachrymatus eſt, vt dicunt ſcriptores. Fuit tamen inſignis in arte militari (vt manifeſtum eſt ex genitura) vt vix quicquam addi poſsit: niſi quòd felix eſſe non potuerat.

Sic

Sic infans quidã matre abſente deuoratus eſt à ſue, cui malefici ex angulis opponebantur, altero dominium habente in octaua, & altero effectum ſuum in octaua exercente. & Luna domina horoſcopi fuit cõiuncta partiliter cũ Sole, quare hoc accidens euitare nõ potuit, quamuis Venus ſit in octaua cæli domo, quam dicunt Arabes tollere mortẽ violentam, quando fuerit in octaua domo.




*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 19. | 12. | ♉ |
| ♃ | 27. | 43. | ♈ |
| ♂ | 22. | 18. | ♏ |
| ☉ | 8. | 39. | ♎ |
| ♀ | 14. | 28. | ♏ |
| ☿ | 1. | 42. | ♎ |
| ☽ | 8. | 38. | ♎ |

*VI. Aphoriſmus.*

Maleficus planeta in octaua domo, & dominus octauæ læſus à malefico, aut natura ſua maleficus exiſtens, ac in ſigno violento, ambobus luminaribus, aut eorum altero læſo, aut in ſigno violento conſtituto, mortem violentam portendit.

## *Ioannis Pauli Zaſij Natiuitas.*

Talis eſt genitura Ioãnis Pauli Zaſij, qui anno 1552. die 6. Iunij in Vngaria occubuit, interfect⁹ à Turcis. In figura enim eius cœleſti Mars in octaua, & domus octauæ Iupiter in Martis quadrato conſtituitur. Sol in Aquario ſigno violento. quare obiit morte violenta.

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 4. | 51. | ♉ |
| ♃ | 26. | 33. | ♉ |
| ♂ | 17. | 0. | ♎ |
| ☉ | 9. | 17. | ♏ |
| ♀ | 23. | 17. | ♐ |
| ☿ | 5. | 24. | ♐ |
| ☽ | 9. | 5. | ♋ |

*Latitudines planetarum.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| ♄ | 2. 26. | Septen. | Aſcend. |
| ♃ | 0. 52. | Septen. | Aſcend. |
| ♂ | 0. 9. | Merid. | Aſcend. |
| ☉ | 0. 0. | | |
| ♀ | 2. 22. | Septen. | Deſcen. |
| ☿ | 1. 10. | Septen. | Deſcen. |
| ☽ | 0. 5. | Merid. | Deſcen. |



*Thema Simonis Manlichij.*




Similis eſt conſtellatio in Simonis Manlichij Auguſtani natiuitate, qui Saturnũ in octaua in Scorpione retrogradum habuit, Venerẽ dominã octauæ læſam à Marte per coniunctionem, & vtrunq; luminare à Saturno impeditum. Et Saturnus erat in horoſcopo per Antiſciũ quare interfectus fuit.

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 18. | 42. | ♒ |
| ♃ | 8. | 58. | ♍ |
| ♂ | 26. | 26. | ♋ |
| ☉ | 27. | 57. | ♌ |
| ♀ | 17. | 40. | ♋ |
| ☿ | 14. | 55. | ♍ |
| ☽ | 22. | 5. | ♉ |

*Latitudines planetarum.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| ♄ | 2. | 52. | Septen. | Aſcend. |
| ♃ | 1. | 5. | Merid. | Deſcen. |
| ♂ | 0. | 16. | Septen. | Aſcen. |
| ☉ | 0. | 0. | | |
| ♀ | 1. | 29. | Septen. | Aſcen. |
| ☿ | 2. | 49. | Merid. | Aſcen. |
| ☽ | 3. | 50. | Merid. | Aſcen. |

*Marcelli de Marſiliis Natiuitas.*




Reperio item in natiuitate Marcelli de Marſilis Bononienſis, qui interfectus fuit Bononiæ anno 1523. menſe Octobri, ætatis ſuæ 29. cum quinque mẽſibus, Solem, Martem, & Venerem dominam octauæ domus coniunctos in ipſa domo octaua, & Saturnus reſpiciebat Lunam ex quadrato, & ipſe erat per Antiſcium in duodecima cæli domo. Sol ergo in quadrato Saturni per orbem, & Marti plaſticè alligatus, & Venus in corde Solis fecerunt hunc virum cæcutientem, luſcum, & deformem atque homicidam. Quapropter regula quę dicit, Caue à ſignatis, aliquando eſt vera. præſtat hoc Sol & Mars ſub Geminis ſigno humano in octaua cæli domo.



Digitized by Google

### *Iacobi Attenduli Natiuitas.*




INVENI o præterea in natiuitate Iacobi Attenduli, Saturnum in octaua domo in ſigno Sagittarij, qui ex diametro reſpiciebat Solem, & Iouem dominum octauæ domus ex quadrato aſpectu, & Luna erat à Marte quadrangulo ſauciata. Hic ruſticus cum eſſet, virtute ſua fact' eſt dux exercitus. reliquit autem Franciſcum Sfortiam primum, qui fuit Dux Mediolani. ſed obrutus eſt aquis 55. ætatis anno. Fuit autem die mortis, atrocis prælij, in tranſitu fluuij, tertia Ianuarij, 1424. Quare dum collabentem puerum adiuuare nititur, ipſe lapſus ex equo, ſubmerſus eſt, ac ſuffocatus. Quapropter ex bellicis factis, ad potentiam magnam euectus eſt, vt oſtendunt ſtellæ fixæ per angulis figuræ. Nam primo oppida multa ac villas ſubegit, poſt terrorem principibus incuſsit: ac ſuperauit omnes exercitus, qui contra ſe erant. Fuit tamen audax, violentus, callidus, crudelis, iracundus, & qui in arte bellica, parem arte & audacia, minimè habuit, atque in his negotiis fuit valde fortis & prudens, vt inſinuauit Mars in ſuo domicilio in ſeptima cęli domo triangulatus Ioui.

### *Renati Chalonij Natiuitas.*




STADIVS in Ephemeridibus genituram tradit Renati Chalonij, Principis Orangiæ, qui ad fanum Deſiderij ictu tormentarij globi dextro humero violato, die 15. Iulij, anno Chriſti 1544. animam exhalauit. Habuit enim Saturnum in octaua cæli domo, & proprio domicilio, ſed violento, altero luminari ſimul conſtituto in ſigno violēto. Verū Mars erat in horoſcopo in ſigno humano, qui mittebat Antiſcium ſuum in Cancrum, & ſignificabat mortem violentam ex ſanguinis effuſione, vt dicitur ab Albubatre: & Saturnus Lunam reſpiciebat, & trino aſpectu in ſignis paucarum aſcēſionum, qui aſpectus ęquiualet quadrato: quare obiit morte violenta.

Sic Laurentius Medices habuit Saturnum in octaua domo retrogradum, & affligētem Lunam, Dominum verò octauæ Martem natura maleficum, & in ſigno violento conſtitutum, ac Solem impedientem. Fuit igitur Venetiis interfectus, vide eius thema ſuperius Aphor. 2.

In genitura Magdalenæ filiæ Georgij Ducis Saxoniæ coniugis Ioachimi ſecundi Marchionis Brandeburgenſis Electoris, maleficus planeta fuit in octaua domo, & dominus octauæ in ſigno violento, altero luminari ſimul à Marte afflicto. Mortua eſt igitur ex partu, quæ mors ſimilis eſt violentæ.

Digitized by Google

*VII. Aphoriſmus.*

Reg.7. Dominus octauæ in horoſcopo in ſuo detrimento,vel caſu,aut in ſigno violento,vel cū ſtella fixa violenta, altero luminarium à maleficis infeſtato,violenta morte perituros ſignificat.

Idē decernit dominus octauæ in ſuo detrimēto vel caſu læſus ab altera maleficarum ſimul luminarium altero,aut maleficorum altero in ſigno violento poſito.

Huius regulæ exēplum eſt genitura Ioānis Mariæ Ducis Mediolanenſis,qui Lunam dominam octauæ domus in horoſcopo cum ſtella fixa violēta, & cum cauda Draconis habuit, Sole ab oppoſito Marte infeſtato,occiſus eſt in templo ſancti Stephani die,à ſuo ciue.vide ſuperius ei' natiuitatem in hoc capite.

Ioannes Vveſſerus ſenior,patritius Auguſtanus ſubmerſus in aquis caſu anno 1527.Dominum octauæ domus Iouem in detrimento ſuo conſtitutum habuit,in Saturni oppoſito,qui in Piſcibus in duodecima conſtitit, Sole in Ariete ſigno violēto decurrente. Vide eius geneſim apud Leouitium.

QVIDAM Nauagerius patritius Venetus obrutus in aquis anno 17. ſuæ ætatis,habuit Iouem dominum octauæ domus in horoſcopo cum Luna in ſigno Virginis,quam reſpiciebat Saturnus ex diametro partiliter.& erat Saturn' in ſigno aqueo, & pars mortis erat infortunata à Marte ex ſextili aſpectu in ſignis multarum aſcenſionum:quare mortuus eſt violenter ex aquarum ſuffocatione.

A. M. D.

*Obrutus in aquis 17. 3. 0. ætatis*
*Naufragus interiit Piſcibus eſca miſer.*
*Nec mortem timeo,genus eſt miſerabile mortis*
*Demite naufragium, mors mihi munus erit.*




*Cuiuſdā Nauagerij Natiuitas.*

COMES Ludouicus dominus Mirandulæ,cui ab ictu tormentalis machinæ à triremibus Venetorum caput fuit ab humeris cōuulſum,anno ætatis ſuæ 34. cum menſibus 3. diebus verò 5.habuit Saturnum dominum octauæ domus in horoſcopo cum Marte in ſigno Leonis: & Luna lumen temporis erat in Capricorno ſigno violento,quā Mars reſpiciebat ex diametro. Erāt enim Mars & Saturnus in ſigno igneo, quare ex ictu bombardæ fuit interfectus,eo tempore quo directio horoſcopi peruenit ad partem mortis: & Sol per debitum Atazir peruenit ad Martis quadratum. Hic vir fuit electus equitum ductor ab Alphōſo Ferrariēſi duce, dum intrepidus ſecus agerā Eridani fluminis ad quartum lapidem Ferraria ſupra magnanimum ſonipedem vellet quandam trāſcendere rupem interfectus eſt.




*Comitis Ludouici Mirādulæ Natiuitas.*

*Thema Gerardi de Robertis.*



Hic comes Gerardus de Robertis Ferrarienſis decapitatus fuit. Pleiades, quas caput Meduſæ ſeu diaboli vocitant, in culmine cælorum, & Saturnus ibidem in finibus Martis, effecerunt ipſum Comitem diabolicum, & ſtragem ei intulerunt Anno ætatis ſuæ 36. cum 16. diebus vel circiter. Hic omnia tormentorum genera perpeſſus fuit. Habuit dominum octauæ domus in ſuo detrimento combuſtum, cum domino horoſcopi, & Lunam cum Marte quadrangulatã, & ipſe Mars mittebat Antiſcium ſuum in octauam cæli domum, & pars mortis fuit infortunata à Saturno ex quadrato aſpectu. Quare decapitatus fuit, & hæc natiuitas conuenit obſeruationibus Ptolemæi.

Ita Petrus Strozza interfectus eſt die 20. Iunij anno 1558. à Theõuilla ex ictu Bombardæ. Habuit Martem dominum octauæ domus in ſigno violento in horoſcopo, & ſimul alterum luminare affligentem, & Saturnus diametrabatur Marti. Vide eius Thema. pag. 173.

*Thema Ioannis Fontanæ.*



Ioannes Fontana Brixianus anno ætatis ſuę 33. cum dimidio mortuus eſt ex ſubitanea morte, quando horoſcopus peruenit ad quadratum Martis. Habuit enim dominum horoſcopi in ſuo detrimẽto in ſigno violenti ſub radiis Solis, & Mars quadrangulabatur ei, & Soli, & Saturno exiſtẽtes omnes in ſignis violentis:

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 22. | 23. | ♒ |
| ♃ | 5. | 14. | ♎ |
| ♂ | 16. | 36. | ♒ |
| ☉ | 10. | 29. | ♒ |
| ♀ | 6. | 17. | ♒ |
| ☿ | 1. | 57. | ♒ |
| ☽ | 20. | 38. | ♈ |

*Latitudines planetarum.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| ♄ | 2. | 2. | Septen. | Aſcend. |
| ♃ | 1. | 52. | Merid. | Aſcend. |
| ♂ | 1. | 25. | Merid. | Aſcen. |
| ☉ | 0. | 0. | | |
| ♀ | 0. | 40. | Septen. | Deſcen. |
| ☿ | 0. | 43. | Merid. | Aſcen. |
| ☽ | 4. | 14. | Merid. | Aſcen. |

### VIII. *Aphoriſmus.*

Reg. 8. Dominus horoſcopi in ſigno violento, vel à maleficis infeſtatus, & diſpoſitor luminaris conditionarij ſimiliter, vel in ſigno violento, vel afflictus à maleficis, viothanatos ſignificat. Sed in hoc caſu neceſſe eſt, aut dominum horoſcopi, aut diſpoſitorem luminaris vtroque incommodo laborare, ſi alter vno tantum laboret: excepto eo caſu cùm vterque eſt natura maleficus. Sin alter beneficus, alter verò maleficus fuerit, oportet beneficum duplici incommodo laborare, hoc eſt in ſigno violento eſſe, & afflictum à maleficis, maleficum aut in ſigno violento, aut ab altero maleficorum eſſe afflictum.

Huius aphoriſmi plurima geniturarum exempla paſsim reperiuntur.

Vide eius geneſim apud Leouitium. Talis fuit genitura bellicoſiſsimi Herois Caroli Burgundiæ Ducis, qui occubuit anno 1476. ab Heluetiis ſuperatus. Dominus horoſcopi ☿ in Libra cum ſigno violento, & diſpoſitor Luminaris conditionarij, Mars ſcilicet, vtroque incommodo laborabat, id eſt, in ſigno violento, & ſimul à malefico altero afflictus erat.

Item Alexāder Medices Dux Florentinus à ſuo conſobrino interfectus, habuit dominum horoſcopi Saturnum in ſigno violento, & ab altero malefico afflictum. Diſpoſitorem verò luminaris cōditionarij ſimiliter in ſigno violento. Vide eius geneſim p. 126.

Petrus Aloiſius Farneſius Dux Placentiæ, Pauli 3. Pontificis maximi filius multis vulneribus confoſſus, anno 1547. Martem habuit dominum horoſcopi à malefico infeſtatum, & Iouem diſpoſitorem Luminaris conditionarij cum ſtella fixa violenta, atque ab vtroque malefico afflictum. Vide eius geneſim p. 122.

Eraſmus Heruuardus, Patritius Auguſtanus, qui in exercitu Imperatoris contra Gallos fortiter pugnās, apud Allobroges occubuit anno 1544. talem quoque conſtellationem ſortitus eſt. Vide eius geneſim apud Leouitium.

### IX. *Aphoriſmus.*

Dominus horoſcopi in octaua, natura maleficus, & damnatus, morte violenta natum periturum ſignificat. Quòd ſi non ſit natura maleficus, attamen in ſigno violento, & damnatus à maleficorum inimico aſpectu, perinde eſt. Reg. 9.

### *Marci Antonij Columnæ Natiuitas.*




Hvivs regulæ exemplum eſt genitura Marci Antonij Columnæ, qui Saturnum dominum horoſcopi habuit in octaua domo ſub luce Solis, & Mars cum Luna in Sagittario in corde Scorpionis reſpiciebat eum ex quadrato. Obiit anno ætatis ſuæ 44. menſe 6. ictu machinæ tormentalis in tibia, ſeu poplite ſauciatus in obſidione arcis Mediolanenſis. Quod portendere videbatur horoſcopi directio ad Martis quadratum Hic fuit orator facundiſsimus, in Mathematicis diſciplinis præcipue Arithmetica, Geometria, & proſpectiua celeberrimus. Dum enim eſſet Venetiani exercitus Imperator in ciuitate Veronæ, in humero dextro fuit ictu Sclopi vulneratus, ſed optimi Chirurgi ſolertia liber euaſit. In eo autē cōflictu extra Ciuitatis Rauennæ mœnia vbi vtrinque ex Gallis, & Hiſpanis circiter duodecim milia equitum atque peditum truculentam ſtragem perpeſsi fuerunt, & Imperator exercitus Gallorum cum 16. militum ductoribus interiit, & iam tandem fugatis Hiſpanis, Galli ſuperſtites victoria potiti, Rauennam depopularunt. Inclitus verò princeps Columnenſis abſque iactura, cum honore maximo tutatus fuit Arcem, poſt modum quibuſdam interiectis temporibus, electus ductor exercitus Regis Francorum in obſidione Arcis Mediolanenſis, mortuus eſt violenter.

Pauli

Digitized by Google

*Pauli Sfortiæ Natiuitas.*

Pavlvs Sfortia, qui in itinere re pentè ſuffocatus eſt anno 1535. die 8. Martij, habuit Mercurium dominum aſcendentis in octaua domo cum Saturno in Ariete ſigno violento, & Mars reſpiciebat Solem ex quadrangulo lumen temporis: quare mortuus eſt violenter. Hic debilis fuit, ex reiectatione ſanguinis ex pulmone, ac quaſi tabificus. Cauſa huius accidentis eſt Mars in quadrato Solis, & Mercurius dominus horoſcopi infortunatus à Saturno. Narrat enim Cardanus, quòd cū Paulus conſuluiſſet Conſtantium Bononienſem de Symis, An adepturus eſſet à Cæſare principatum loco fratris. Dixit ei Cardanus, illo oſtendente figuram, moriturum eo anno. Nā ipſe animaduertit ad Lunam inter pleiades, quæ in reuolutione anni erat in ſexta cæli domo, in quadrato Martis & Iouis in fixa Saturni domo peregrinantium, & ſic repente in itinere ſuffocatus eſt.




*Dionyſij Ripaldi Natiuitas.*

Dionysivs Ripaldus, qui obiit anno 1553. die 9. Auguſti per caſum & ruinam, habuit Lunam dominam horoſcopi in octaua domo cum Saturno in ſigno Aquarij, quibus Mars diametrabatur, & Saturnus triangulabatur Soli in ſignis paucarum aſcēſionum: & pars mortis fuit cū Saturno, quare mortuus eſt violenter, & non duxit vitam longam.

*Latitudines planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 1. | 2. | Merid. Deſcen. |
| ♃ | 0. | 5. | Merid. Aſcend. |
| ♂ | 0. | 53. | Septen. Deſcen. |
| ☉ | 0. | 0. | |
| ♀ | 0. | 44. | Septen. Aſcend. |
| ☿ | 0. | 8. | Septen. Aſcen. |
| ☽ | 1. | 52. | Septen. Deſcen. |

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 7. | 34. | ♒ |
| ♃ | 14. | 31. | ♊ |
| ♂ | 16. | 50. | ♉ |
| ☉ | 17. | 22. | ♋ |
| ♀ | 26. | 50. | ♊ |
| ☿ | 18. | 10. | ♋ |
| ☽ | 10. | 46. | ♒ |



### *Ladiſlai Regis Vngariæ Natiuitas.*




HVIC genituræ nō admodum diſſimilis eſt Ladiſlai Regis Vngariȩ,& Bohemiæ,qui anno ætatis ſuȩ 19. toxico periit. Habuit enim dominum horoſcopi Martem in octaua natura maleficum, & ſimul damnantem alterum Luminare,& Saturnus diametrabatur Lunæ,quæ eſt temporis lumen in ſigno violento reperta, quare obiit violenter. Rurſus pars mortis reperitur in ſigno violento infortunata à Marte ex diametro,iō mors fuit violenta & non potuit habere vitam longam, ac intra horas 56. ſanus, viuus & mortuus fuit annū excedens vix 18. Reperio apud ſcriptores alium Ladiſlaum Iuniorem Regem Hungariȩ,ac Bohemiȩ,qui cùm pacem iuramento firmatam cum Turcis,ex Iuliani Cardinalis inſtinctu renunciaſſet,apud Vernā à Turcis interfectus eſt, anno 21. quanquam alij ſcribunt, anno ætatis 18. anneatico.

*x. Aphoriſmus.*

Reg. 10. Octauæ & primæ domus domini vtriuſque luminaris diſpoſitores,altero eorum verſante in ſuo detrimento,vel caſu altero natura malefico & dānante alterutrum luminare conſtitutum in ſigno violento, violentæ mortis exitum portendit.

### *Edoardi 6. Regis Angliæ Natiuitas.*




TALIS eſt genitura Edoardi 6. Angliæ Regis filij Henrici 8. qui habuit Venerem dominam loci Solis in horoſcopo cum Saturno in ſigno Virginis, & Luna erat in Aquario,& reſpiciebat Martem ex diametro, qui infeſtabat dominū octauæ domus. Ipſe obiit ex veneni potione, vt deſcribitur à Sleidano,& Hieronymus Cardanus dixit, eum obiiſſe ex febre tabifica cum æſtu, fluente per os ſanguine ex cauſa veneni potionis. Ipſa enim natiuitas fuit per ſe admirabilis. Nam exciſus ex vtero materno fuit, ipſa mater parum, vt parerat,ſuperuixit. præſtabat enim,vt reor,hunc puerum non naſci, aut natum & educatum ſuperuiuere diutius. Aderant enim illi gratiæ. Linguas enim multas adhuc puer callebat, Latinam, Anglicam patriam, Gallicam,non expers,vt audio Græcæ, Italicæ,& Hiſpanicæ, & forſan aliarum. Non illi dialectica deerat,non naturalis philoſophiæ ptincipia, nō Muſica. Humanitās mortalitatis noſtræ imago, grauitas Regiæ Maieſtatis, indoles tanto principe digna. In vniuerſum magno miraculo humanarum rerum tanti ingenij & tantæ expectationis puer educabatur. Sed mors immatura omnia diſſipauit.

Lælij

*Lælii Comitis de Manzolini Natiuitas.*




Comitem Lęlium de Mãzolinis Bononienſem, anno ſuæ ætatis 16. menſe 10. in haſtiludio lancea penetrauit per armillam æneã, & perforato cerebro, ſeu capite, repentè mortem deguſtauit. Ipſe ergo habuit in ſua natiuitate Martem in domo Lunæ cum Saturno in Cancro, qui reſpiciebat Lunam ex quadrato poſitam in ſigno violento in Ariete quod ſignũ caput denotat, ideo in capite fuit læſus. Verum Mars in Cancro denotabat mortẽ repentinam, vel ex ſanguinis effuſione. Et quia mittebat Antiſcium ſuum in Geminos, ideo ab homine interfectus eſt, quod admodum omnibus diſplicuit, quoniam ſupra planetam Bononiæ in haſtiludio cum quodam adoleſcente de Gozadinis ſibi coæqueuo certabat.

Vide eius geneſim p. 405.

Ludouicus Bredoridius Ducis Sabaudiæ præfectus habuit Saturnum dominum octauæ domus in ſuo detrimento, ſcilicet in Cancro, & reſpiciebat Solem poſitum in ſigno violento, ſcilicet in Ariete ex quadrato, & Mars dominus Solis manebat in Aquario. Hic haſta ſiue picca percuſſus fuit in fronte, quo ictu diſſipato cerebro, expirauit 4. idus Auguſti, anno 1557. ad Quintini fanum.

Huc congruit adducere geneſim Mauricij Electoris. Is enim primæ domus dominum, natura maleficum, & diſpoſitorem Solis in ſuo caſu, & ipſum Solem affligentem habuit. Octauæ domus dominus Mercurius, in ſuo detrimento & caſu, fuit diſpoſitor Lunæ, quæ conſtitutio mortem violentam ei attulit. Anno 1553. die nono Iulij.

Thema natiuitatis habebis inferius in paragrapho de periculis corporis.

*Baptiſtæ Balioſi Natiuitas.*




Sic Baptiſta Balioſus Bononienſis, qui anno ætatis ſuæ 39. nocte à ſuis inimicis minutim ferè conciſus fuit, habuit dominum ☿ diſpoſitorem Lunæ in ſuo detrimento, dominum verò octauæ natura maleficũ, & quadrato Solem affligentem in ſigno violento conſtitutum. Deinde pars mortis in octaua cæli domo infortunata à Saturno exiſtentibus in ſignis violẽtis ſignificat mortem violentam, ſecundum obſeruationes Arabum, & Mars cadebat per Antiſcium in octauam cæli domum qui mortem per ferrum confirmabat.

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 7. | 30. | ♐ |
| ♃ | 27. | 57. | ♋ |
| ♂ | 4. | 30. | ♉ |
| ☉ | 4. | 30. | ♒ |
| ♀ | 25. | 30. | ♐ |
| ☿ | 22. | 20. | ♑ |
| ☽ | 5. | 30. | ♈ |

xi. *Aphoriſmus.*

Reg. 11. Luna in ſeptima, in ſignis, quæ violentas ſtellas habent, vtpote Tauro, Geminis, Cancro, Sagittario, & à Sole inimico radio aſpecta, vel maligno planeta octauam occupante, aut ſaltem domininm octauæ domus ſibi vendicante, ita vt ſimul violentum ſignum occupet, ſimiliter violentæ mortis indicium præbet.

*Baptiſtæ Cardani Natiuitas.*




Sic Baptiſta Cardanus, Hieronymi Cardani filius, qui ob propinatū venenum coniugi ſuæ, Mediolani ante aliquot annos fuit decollatus, habuit Lunā in ſeptima, in ſigno Geminorum, quod oculum Tauri ſtellam violentam habet, vtroque malefico ſimul exiſtente in octaua. Fuit ergo hic ab infantia oppreſſus multis morbis, & ſępius relictus pro mortuo: quia luminaria erant deſtituta omni præſidio, & Lunæ ſuccedebat Mercurius inde infortunæ, ſola Venus tuebat aſcendens, remanſit ſurdus ex aure dextra. Erat paruus potius quàm magnus, inclinato corpore aliquantulum, oculis albis, paruis, ſemper mobilibus, facie candida, rubra, digitum ſecundum à paruo pedis cum medio iunctum habuit, cùm Sol peruenit ad Mercurium, lauream in medicina ſuſcepit. Erat bonus Muſic⁹ & pręclaris aliis animi dotibus præditus, ſed infortunatus fuit in vxore, vt dicitur à patre ſuo, vide Cardanum.

*Caualeroti filii Natiuitas.*




Ita in genitura filij Caualeroti, quam Cardanus ponit, Luna fuit in ſeptima domo ſigni Geminorum, & à Sole inimico radio infeſtata. Anno igitur 1536. Februarij die 23. Sclopeto, vt dicūt ictus interiit. Eodem anno horoſcopus ad Solis quadratum peruenerat, & Luna fermè ad Saturni quadratum. Mors ergo horoſcopum & ſeptimam domum offendit ex quadrato aſpectu, & pars mortis nōn benè conſtituitur, quoniam cōiuncta eſt Saturno, qui violentam mortem palàm pronuntiant vt iam ſæpe ſcripſimus.

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 9. | 43. | ♓ |
| ♃ | 1. | 40. | ♑ |
| ♂ | 28. | 16. | ♈ |
| ☉ | 0. | 58. | ♈ |
| ♀ | 17. | 58. | ♒ |
| ☿ | 9. | 16. | ♈ |
| ☽ | 10. | 30. | ♋ |

Ab his

Ab his aphoriſmis ſingulis violentę mortis indicia ſatis certa ſumuntur. Fieri autem poteſt, interdum vt non tantum vnus, ſed plures ſimul ad eandem natiuitatem accommodari poſsint Id vbi fit, eò triſtius eſt, & euidentius, ac certius violentæ mortis ſignum. Similiter vbi in aphoriſmis alteri' luminaris damnati mentionem fecimus, ſi id vtrique eueniat, itidem ominoſum, & violentum eſt. Item ſi vtraque maleficarum aliquem ſignificatorem infeſtet, &c.

Huius aphoriſmi plurima geniturarum exempla paſsim reperiũtur. Talis fuit genitura Philippi de vallis Florentini, qui ſuffocatus fuit à ſua nutrice anno 1551. die primo Iulij, qui habuit Lunam in ſeptima domo in Tauri 20. gradu, in quadratura Solis, qui manebat in decima domo in Leonis ſigni gradu 22. & Mars dominus aſcendentis manebat cum Ioue in octaua domo, & reſpiciebat Mercurium dominum octauæ ex quadrato. Vide eius thema ſuperius.

*Thema Coclitis Chiromantici.*




Cocles Chiromanticus clarus habitus eſt, qui mortuus eſt anno 1504. ętatis ſuę verò 37. claua ict', quòd offendiſſet Bentiuolos vrbis dominos, prædicens eos breui regno pulſandos, quod & euenit. Obiit autem cum horoſcopus ad Martis corpus peruenit, & directio Lunæ ad quadratum Mercurij domini octauæ domus. Violentę mortis argumentum eſt Luna, in ſeptimo loco conſtituta, aſcendenti inimica, & cũ capite Algol, & Iupiter inter Virgilias in eodẽ ſeptimo ab horoſcopo peregrin'. Semper enim Luna in ſeptimo loco conſtituta, mortem ſubitam & inopinatam, vel omnino graues affert infelicitates, quod pluribus exemplum genituris confirmari videbis. Sed per aphoriſmum, ſcilicet Saturnus quadrãgulatur Marti exiſtentibus in ſignis violentis, quare mortuus eſt morte violẽta.

*Cautela in iudiciis obſeruanda.*

Porrò omnium horum aphoriſmorum vna eſt generalis exceptio, quæ omnibus regulis, etiam cùm plures in eodem ſignificato cõgruunt, derogat: videlicet beneficorum planetarũ, alterius in octaua, alterius in prima domo, conſtitutio. Hic poſitus omnem violentæ mortis ſignificationem, quantumuis tetram, infringit & tollit. Qui ſi abſit, violentã mortẽ ſatis euidẽter ſignificãt ſinguli hi aphoriſmi, ex ſuprapoſitis natiuitatum exemplis adhibita diligenti conſideratione cruti.

*Sententiæ aliorum.*

Aphoriſ. 1 Saturnus & Mars ſi fuerint inuenti in horoſcopo, & in eorum anaphora ſit poſita Luna, vitiatis luminibus facient viothanatos interire. Maternus libro 7. cap. 27.

2 Mars & Saturnus ſi quadrata ſe radiatione reſpexerint, Mars autem in quocunque cardine ſit conſtitutus, & vnus ex iis Lunam quadrata, vel diametra radiatione viderit, aut cum ea fuerit, viothanatos faciet. idem.

3 Sol ſi fuerit conſtitutus cum Saturno, Marte & Mercurio in vndecima domo, & Luna ſine teſtimonio Iouis fuerit poſita in tertia domo, ex facinoribus, faciet viothanatos interire. Idem.

4 Sol ſi fuerit in horoſcopo, & Mars & Saturnus partiliter fuerint coniuncti in duodecima domo, & Lunam poſitam in ſexta domo diametra radiatione reſpiciant, ſeruos viothanatos reddẽt. Idem autor.

5 Luna in medio cęli ſi fuerit partiliter collocata, & Mars fuerit partiliter in horoſcopo poſitus, Saturnus verò ſit in Lunæ anaphora conſtitutus, viothanatos efficiet. Idem autor.

6 Luna cum Mercurio ſi fuerit inuenta in octaua domo, & Mars cum Saturno in quinta, vel duodecima domo ſit collocatus, viothanatos efficiet. idẽ.

7 Luna cum Marte in octaua domo ſi fuerit inuẽta, & Sol in ſeptima, Saturnus verò in medio cæli, aut in quocunque cardine ſit conſtitutus, viothanatos efficiet. Idem autor.

8 Luna, aut Sol in horoſcopo ſi fuerit, & Mars & Saturnus in eorum anaphora, ſimiliter facient oculis vitiatos, viothanatos interire. Idem.

9 Luna in ſeptima domo, & infortunæ ipſam ſi aſpexerint, natus mala morte morietur. Albubater cap. 185.

10 Luna quãdo in duodecima domo fuerit, & infortunę ipſam aſpexerint, natus mala morte morietur, & hęc ſignificatio fortior erit, ſi vna dictarum infortunarum domina ſeptimæ domus extiterit. Idem autor, vt ſupra.



Digitized by Google

11 Luna quando aſpexerit Martem exiſtentem in ſeptima domo, natus mala morte morietur. Idē.
12 Infortunæ quando poſt ſeptimam domum deſcendentes fuerint, & Luna ex aliquo angulorum aſpexerit, malam mortē nati ſignificat. Idē autor.
13 Domini triplicitatis quartæ domus in malis locis quando fuerint, & infortunæ eos aſpexerint, natus mala morte morietur. Idem autor.
14 Dominus primus triplicitatis octauę domus ſi fuerit infortunatus, cadens & peregrinus, morietur natus mala & turpi & manifeſta morte. Abenr. par. 5. cap. 7.
15 Dominus primus triplicitatis anguli terræ, vel gradus aſcendentis, & dominus eius, vel Sol in natiuitatibus diurnis, & Luna in nocturnis ſi fuerint impediti, morte extranea natus vitam ſuam complebit. Albohaly cap. 37. & Guido Bonatus part. 5. cap. primo in ratione octauæ domus.
16 Pars mortis, quæ accipitur tam de die quàm de nocte à gradu Lunæ in gradum domus octauę, & proiicitur à Saturno, ſi fuerint cū domino ſuo infortunata, & nō aſpexerint eos fortunæ, interficietur natus morte turpiſsima. Et ſi fortunati, dic è contra. ex Leopoldi ſententia tract. 5.
17 Quando gradus occidentis & eius dominus ambo malè afflantur, ſignificant malam mortem.
18 Luna ſi fuerit in octaua cum Saturno, vel Marte, vel Mercurio, male affecta ex quadrato vel oppoſito aſpectu, natus male morietur. ex Ptol. ſent.
19 Sol ſi fuerit infortunatus in natiuitate diurna, vel Luna in nocturna, ſignificat malam mortem.
20 Saturnus ſi natiuitate nocturna exiſtente, in octaua domo fuerit, & fortunę eum non aſpexerint, natus mala morte morietur. Albubater cap. 185.
21 Saturnus, Mars, & Mercurius cum Ioue, ac Venere in quarta domo quando fuerint, natus mala morte morietur. Idem autor.
22 Saturnus vel Mars cum Luna, vel Sol in octaua domo, mortem nati denotat fore violentam.
23 Saturnus in quarto loco in ſigno fixo malum finem plerumque ſignificat.
24 Saturnus vel Mars in octaua domo iunctus cū domino octauæ, ſignificat malam mortem. Si verò fortunæ ibidem fuerint, in lecto ſuo migraturus eſt natus. Alman. ſent. 19.
25 Almuten ſignificatorum mortis ſi fuerit infortunatus, vel retrogradus, aut combuſtus, ſiue in caſu ſuo, malam mortem ſignificat, maximè ſi in ſeptima domo fuerint infortunæ, vel eam reſpiciant quadrato vel oppoſito aſpectu. Abērag. par. 5. ca. 7.
26 Quibuſcunque dominus aſcendentis eſt infortunatus cum cauda Draconis, & fuerit infortuna in angulo violēta, vt illis mors accidat, neceſſe eſt.

### *De morte naturali Aphoriſmi.*

Nota. 1 Dominus octauę domus ſi fuerit fortunatus, & in domicilio ſuo, & termino fortunæ, vel fuerit in exaltatione ac bono ſtatu, cum ſigno octauæ domus, nat' bono modo & naturali morte morietur.
2 Iupiter ſi fuerit dominus domus mortis, aut ipſe fuerit in domo mortis, ſignificat longam infirmitatem, multos labores, longam mortem, grauem & tardam.
3 Venus & Iupiter in octaua domo non combuſti neque retrogradi, natum ita naturali, & non violenta morte interiturū ſignificāt. Abraham' Auen.
4 Si aliqua fortunarum fuerit in octaua, vel iuncta fuerit cum domino octauæ, bonam & pulchram mortem ſignificat. Almanſor ſent. 19.
5 Pars mortis cum ſuo domino bene affecti ſignificant mortem naturalem.
6 Dominus primus triangularitatis octauę dom' bene affectus ſi fuerit, & in angulo vel ſuccedenti, ſignificat mortē naturalem. Abenrag. par. 5. cap. 7.
7 Almuten ſignificatorum mortis ſi fuerit liber ab infortuniis & combuſtione, & domus ſeptima ſimiliter libera, ita quòd non ſit in ea infortunium, nec in quadrato, vel oppoſito eius, nati ſaluationē ſignificat, & quòd habebit pulchram & bonā mortem. Albohaly cap. 37.
8 Hermes dicit, ſi fuerit Almuten mortis, ſeu principans Venus, vel Mercurius, & fuerint in ſtatione ſua prima, morietur natus morte diuerſa: ſed ſi fuerint in ſignis impedimentotum, morietur natus infirmitatibus diuerſis.
9 Dominus octauæ domus ſi fuerit in bono loco, neque ipſum aliquis malorum aſpiciat, morietur in ſuo lecto morbo ſibi occurrente. Abrahami Auenaris ſententia.

### *Secunda quæſtio, ex qua ſpecie, vel genere mortis natus ſit moriturus.*

Quo ad ſecundum quæſitum dicit Abrahamus Auenaris, quòd ſi fuerit Luna in octaua domo cum planeta malefico, vel in eius aſpectu quadrato, vel oppoſito, ſignificat mortem diuerſam ſecundum naturam malignantis, & locum in quo extiterit. Mars autem ſignificat occiſionem, aut comeſtionē à feris. Saturnus verò ſignificat ſubmerſionem in aqua, ſi fuerit in ſigno aqueæ naturæ, aut in Aquario. In ſigno autem terreo, ſignificat parietem caſurum ſuper ipſum.

### *Capitis pœna.*

Caput Draconis ſi fuerit in octaua domo, & fuerit ei iūctus Mars, aut illud aſpexerit de quadrato, vel oppoſito aſpectu, ſine receptione alicuius fortunarum, ſignificat quòd natus interficietur ferro, vel truncabitur ei caput.

Luna ſi fuerit cum Marte in octaua, maximè in natiuitate nocturna. vel ſi ſit Luna in aliquo angulorum, aut ſuccedenti, Marte aſpiciente eam contrario & inimico aſpectu, ſine aſpectu Iouis, ſignificat quòd natus interficietur ferro, vel truncabitur ei caput. Abenrag. par. 5. cap. 7.

Sol vbi repertus fuerit cum capite Gorgonis, ſiue Meduſæ, ſi neque aſpiciatur à benefica ſtella, neque benefica ſuo loco præeſt, dominúſque conditionarij luminis Marti opponitur, aut eum è quadrangulo percutit, ei qui natus eſt, caput truncabitur. Ptolemæi ſententia 73.

### *Mors ex ferro.*

1 Iupiter ſi fuerit dominus octauæ domus, fueritque infortunatus à Marte ex diametro, morietur natus manu Regis. Hiſp. cap. 19.

2 Mars ſi fuerit in octaua domo damnificans dominum octauæ domus, mors nati erit ex ferro, Albubatris ſententia cap. 192.

3 Mars ſi fuerit in quarta domo, iunctus cum domino quartæ domus, mors erit per ferrum.

4 Mars in quadrato Solis in humanis ſignis, oſtendit natum debere interfici. Abrahami Auenaris ſententia in ratione ſextæ domus.

5 Mars ſi fuerit in parte medij cæli, vim non habẽs in aſcẽdente, ſi vixerit natus, omnino interficietur.

6 Mars in octaua domo, & in ſigno humano, aut in ſecunda facie Tauri, vel prima Leonis, ferro interiturum obnunciat.

7 Mars in Leonis ſigno conſtitutus in quarta domo, ſi reſpiciat horoſcopum ex quadrato aſpectu, gladio faciet natum interire.

8 Mars in Capricorno in quarta domo ſi reſpiciat horoſcopum ex quadrato aſpectu, etiam ſic percuſſum gladio faciet interire. Mater. ſen. li. 6. ca. 31.

9 Venus ſi fuerit conſtituta in partibus Tauri, in quibus ſunt poſitę pleiades, & ſit Luna plena luminibus, & Mercurius & Mars, aut cum ea ſint coniũcti, aut de quadrato eam reſpiciant, natus à latronibus captus peribit, ſed minacis gladij mucrone percuſſus. Mat. vt ſup.

10 Dominus aſcendentis ſi fuerit infortunatus à domino duodecimæ domus, natus morietur per manus inimicorũ ſuorum, & maximè ſi fuerit ipſe planeta Mars: tunc erit mors eius in bello inimicorum, per manus inimicorum ſuorum. Omar, ſent. lib. 3. cap. de inimicis.

11 Dominus aſcendentis ſi applicuerit domino domus mortis, vel fuerit dominus domus mortis in aſcendente, aut fuerit dominus ſeptimæ in aſcendente, & fuerint remoti ab aſpectu Lunæ, ſignificant quòd natus interficiet ſeipſum.

12 Dominus octauæ domus ſi fuerit in ſigno ſimilitudinis humanæ, & fuerit Mars, vel Mercurius, & fuerit in angulo aſcendentis, vel in angulo domini aſcendentis, morietur natus ferro ab homine ducto. Hiſpalenſis ſententia, cap. 19.

13 Si inter Mercurium & Solem habentur gradus vigintiquinque, fueritque Mercurius dominus octauæ domus, qui ſic natus fuerit, mala morte morietur. Si fuerit in ſigno ſimilitudinis humanæ, interficietur ab homine. Idem vt ſupra.

14 Luna ſi fuerit cum Marte in domo quarta, vel in eius oppoſitione, vel quadratura, ferro morietur. Idem vt ſupra.

15 Mercurius ſi fuerit cum Marte in ſigno ſimilitudinis humanæ in quarta domo, vel in eius oppoſitione, vel quadratura, ferro morietur. Idem.

16 Sol ſi fuerit in domo ſeptima, & cum ipſo dominus horoſcopi, & fuerit ſignum humanum, interficietur ab homine. Idem vt ſupra.

17 Mars ſi fuerit in quarto ſigno, impediens dominum octauæ domus, erit mors nati per ferrum. Albohaly cap. 37.

*Mors ex ſuſpenſione.*

Aphor. 1 Saturnus cùm cæli medium tenet, & opponitur ei conditionarium luminare poſitum in ſigno humano, ab hominibus ſtrãgulatione, aut laqueo flagellíſue natus peribit. Ptolemęus ſen. 76.

2 Saturnus in quadrato Solis, mortem decernit per ſtrangulationem rei duræ, vt cum fune, ruina, lapidibúſue obruuntur, & hoc in fixis ſignis, in ferarũ figuris à feris opprimetur, aut à cane rabido.

3 Saturnus & Mars ſi fuerint partiliter collocati, & in occaſu Sol & Mercurius pariter poſiti, eos diametra radiatione reſpiciant, ex iſta radiationis ſocietate, aut pes amputatur, aut manus: ſed poſtea natus ſuſpendetur: Materni ſententia li. 6. cap. 31.

4 Saturnus vel Mars ſi fuerit in Geminis vel Piſcibus, & fuerint oppoſiti Soli in die, vel Lunæ in nocte, fuerintque in angulo aſcendentis, natus morietur ſuſpenſione. Hiſp. cap. 19.

5 Iupiter ſi fuerit inuentus cum Andromeda, & Luna coniuncta fuerit cum Saturno, maxima infelicitatis decernuntur incommoda: ſed ſi Mars reſpexerit Lunam per diametrum, faciet homines ſceleratis cogitationibus deprehenſos, in patibulo ſuſpendi. Mater. vt ſup.

6 Mars cum Luna in octaua domo, eoſque aſpiciat Mercurius per diametrum, ſignificat quòd natus in multis facinoribus comprehenſus, publicæ animaduerſionis ſeueritate plectatur. Mater. vt ſu.

7 Mars & Mercurius ſi fuerint in medio cæli, vel in ſeptima domo ſimul coniuncti, & eos aſpiciat Luna per diametrum, vel quadratum, aut cum ipſis fuerit plena luminibus, idem ſignificat. Mat. vt ſup.

8 Mars & Mercurius ſi teneant quintum locum, & Luna & Saturnus diametra radiatione eos percutiant, propter falſi crimen, publicæ decernũt mortis exitium, ita vt in iſto deiecti vitio, ſeuera iudicis animaduerſione plectantur. Mater. vt ſupra.

9 Mars ſi fuerit in Geminis, & Sol in Piſcibus per quadratum, ſcilicet diſtantes in natiuitate diurna, vel Luna in nocturna, natus ita ſuſpendio peribit. ex Abrahami Iudæi ſen. in ratione octauæ domus.

Mars ſi fuerit in prima, vel ſeptima, vel quarta, vel duodecima domo cum corde Scorpionis, & Luna cum oculo Tauri, natus ſuſpendetur.

10 Mars ſi fuerit cum capite Draconis Lunæ in quarta domo, erit mors nati in furca, ſiue ſuſpendio. Albohaly cap. 37.

11 Sol, Mars, Saturnus & Mercurius ſi fuerint in ſeptima domo collocati, & in tropico ſigno coniuncti, ſignificant exitium mortis. Nam multis facinoribus natus comprehenſus, ſeuera animaduertẽtis ſententia erigitur: id eſt ſuſpendetur natus in furcam. Mater. ſent. lib. 6. cap. 31.

* Sol ſi fuerit in horoſcopo cum Mercurio poſitus, & Saturnus & Mars in occaſu poſiti, Solem diametra radiatione reſpiciant, facient in falſi crimine comprehenſos, in patibulo ſuſpẽdi. Mat. vt ſup.

* Luna ſi fuerit in aſcendente, & Saturnus in medio celi, & Mars in angulo terrę ſine aſpectu fortunarum, quæ liberant virtute diuina, interficietur natus, & poſtmodum ſuſpendetur.

*Mors ex aqua & ſubmerſione.*

1 Saturnus ſi fuerit in Cancro, vel Scorpione, vel Virgine, vel Piſcib' coiunctus Soli, vel in eius quadrato, vel oppoſito, & Marti ſimiliter, natus ſubmergetur. Aphor.

2 Saturnus ſi fuerit infortunatus, & dominus octauæ domus, & fortem ſignificationem habuerit in morte, & ſignũ in quo fuerit aqueum, & ſignũ octauæ domus ſimiliter aqueũ, natus in aqua morietur.

Saturnus

Digitized by Google

3 Saturnus ſi fuerit in decima domo, & lumen conditionarium in quarta in ſigno humido reſpexerit ex diametro, natus aquis ſuffocabitur. Ptolem. ſen. 76. verùm ſi benefica in octaua domo eſt, proprior his erit, non tamen morietur.

4 Saturnus ſi reperiatur in quarta domo infortunatus, vel eam domum ex quadrato vel oppoſito reſpexerit, ipſaque in ſigno aqueo fuerit, in aquis ſubmergetur.

5 Saturn' ſi fuerit in octaua domo in ſignis aqueis, in aqua moriturum minatur. ex Auenaris ſenten.

6 Saturnus ſi fuerit in Geminis, aut Virgine, ſeu Libra, vel in prima medietate Sagittarij, vel in Aquario, vel etiam in Piſcibus, fuerítque Luna ſibi aſſociata in figura, natus ſubmerſione vitam ſuam terminabit.

7 Venus ſi fuerit in quarta domo in ſigno Cancri, vel Scorpionis, aut vitioſis humoribus oppreſſos, aut torrentibus vndis ſubmerſos, miſeræ faciet vitæ munus implere. Mate. ſen. li. 6. ca. 31.

8 Dixit Zael ſe in multis natiuitatibus experimẽto comprobaſſe, ſi Luna fuerit in Virgine Solis diametro ſauciata, natum in aquis periiſſe.

9 Dominus octauæ domus ſi fuerit in ſigno naturæ aqueæ, & fuerit Mars, vel Mercurius, & fuerit in angulo aſcendentis, mors nati ex aqua calida, vel medicina calida erit. Hiſpalenſis ſen. cap. 19.

10 Saturnus ſi fuerit in aliquo angulo ſigni aſcendentis & fuerit dominus ſeptimæ, vel octauæ domus, fueritque in ſigno aquatico, aqua morietur. Idem vt ſupra.

11 Sol ſi fuerit in domo ſeptima, & cum ipſo dominus horoſcopi, & fuerit in ſigno aquoſo, morietur natus in aqua. Idem vt ſupra.

*Ex veneno mors.*

1 Saturnus in ſignis venenoſis, cum Sole, vel Marte, vel in eorum quadrato, vel oppoſito, venenum proculdubio natus bibet & morietur.

2 Saturnus ſi fuerit infortunatus & exiſtens in ſignis quadrupedibus, & fuerit dominus octauæ domus, ex ictu ſerpentis, aut Scorpionis, vel quod his aſſimilatur, ex venenoſis reptilibus morietur.

3 Saturnus ſi fuerit in quarta domo, vel iunctus cum domino quartæ domus, mors erit ex toxico, vel infirmitate ventris.

4 Venus ſi fuerit domina octauæ domus, & iuncta cum Saturno, vel in aliqua domorum ſiue terminorum Saturni, ſignificat quòd natus interficietur propter inuidiam, mala opera & toxico.

5 Mercurius ſi fuerit cum cauda Draconis in octaua domo, vel quarta, ſignificat quòd mors nati erit propter mala opera, vel toxicum, aut facta necromantiæ. Albohaly cap. 37.

6 Mercurius ſi fuerit in medio cæli, & fuerit aſcendens Leo, vel Cancer, homines veneno facit interire. Mater. ſent. lib. 6. cap. 31.

7 Luna ſi fuerit cum cauda Draconis in octaua domo, vel quarta, mors nati erit propter toxicum, vel medicinam laxatiuam. Albohaly cap. 37.

8 Luna ſi fuerit in Leone cum cauda Draconis, ſignificabit natum moriturum ex veneno ſibi cum medicinis purgantibus exhibito. Guidonis Bonati ſen. par. 5. cap. primo octauæ domus.

9 Si inter Solem & Venerem habentur gradus 45. fueritque Venus domina octauæ domus, ſignificatur mors mala. Quod ſi fuerit in Scorpione, ſignificatur mors ex toxico à mulieribus dato. Si in alio ſigno, ſignificatur mors ex dolore graui. Hiſp. ſen. cap. 19.

10 Si fuerit infortuna in quarta domo, vel applicans quarti ſigni, minatur mortem in exteris regionibus. Quod ſi fuerit hæc infortuna Saturnus, morietur ex occaſione veneni, cibi, aut pharmaci. Albohaly cap. 37.

*Ex igne mors.*

1 Mars ſi fuerit dominus domus mortis, & fortẽ ſignificationem habuerit in morte, & ſignum in quo fuerit igneum, & ſignum octauæ domus fuerit igneum, natus igne morietur, vel accident ei combuſtiones ignis. Aphor.

2 Mars ſi fuerit in quarta domo vel iunctus cum domino quartæ domus, mors erit per ignem, ſi ſignum fuerit igneum.

3 Mars in quadrato Solis in occidente, vel aſcendente in ſignis igneis, natus comburetur.

4 Mars & Sol coniuncti in quarta domo, & fuerit aſcendens Leo, vel Cãcer, aut gladio perimuntur, aut flagrãtia ignis exurũtur. Mater. ſen. li. 6. cap. 31.

5 Sol cùm iungitur domino aſcendentis in Leone, nec Mars aliquam in aſcendente prærogatiuam habeat, nec benefica in octauo loco, qui natus eſt, exuretur. Ptolem. ſen. 75.

6 Luna in natiuitate nocturna ſi iuncta fuerit corporaliter infortunis, aut in quadrato, vel oppoſito ipſorum in ſigno igneo, & maximè cum Marte, mors erit propter ignem.

7 Luna ſi fuerit in quarto aſpectu Solis, aut cum eo in vno ſigno, ſcilicet combuſta, aut in quarto aſpectu Martis, vel in eius oppoſito, comburetur natus igni. Guid. Bonati ſen. par. 5. ca. 3. ſextæ domus.

8 Mercurius ſi fuerit in principio, vel in fine Sagittarij in eadem parte cum Sole: aſcendens autem fuerit Virgo, vel Gemini, natus comburetur.

9 Dicit Sahal Iſraelita ſe vidiſſe in libro conſiliorum Hermetis, quòd ille qui fuerit natus in fine Piſcium, morietur ignis combuſtione.

10 Dominus octauę domus ſi fuerit in ſigno igneę naturæ, & fuerit Mars vel Mercurius, & fuerit in angulo horoſcopi, vel ſub luce Solis, morietur igne. Hiſpalenſis ſenten. cap. 19.

11 Luna ſi fuerit coniuncta Soli, aut in quadrato aſpectu, aut oppoſito, erit mors nati per ignem. Albohaly cap. 37.

*Ex ruina Mors.*

1 Saturnus ſi fuerit in domo octaua in ſigno terreo, finis nati erit mors ex ruina. Abrahami Auenaris ſen. in octaua domo.

2 Saturnus in Cancro, vel Capricorno in quadrato vel oppoſito Solis, aut Martis, vel cum eis fuerit, in locis humidis, ruina opprimetur: ſi in nona, vel decima, vel vndecima, præcipitio.

3 Saturnus & Mars ſimul iuncti in ſeptima domo in ſignis duplicibus ſignificant violentæ mortis exitium: nam natus comprehenſus ex furore mentis, in præcipitia ſe dabit. Mat. ſen. lib. 6. cap. 31.

4 Saturnus ſi fuerit dominus octauæ domus infortunatus in ſigno terreo, ſignificat caſum ab alto, aut ruinam parietis, ſiue domus.

5 Saturnus ſi fuerit in medio cæli, & lumen conditionarium in quarta domo in ſigno terreo, per oppo-

Digitized by Google

oppoſitum ſe aſpicietes, qui natus eſt, ædificiorum ruina interibit. Ptolemæi ſententia 76.

6 Saturnus ſi reperiatur in quarta domo in ſigno terreo, & fuerit infortunatus, ex caſu parietis natus obruetur.

7 Saturnus ſi fuerit in horoſcopo, & fuerit dominus ſeptimæ vel octauæ domus, fueritque in ſigno naturæ aëris, morietur ex ruina altitudinis, vel præcipitatione: Et ſi in ſigno naturæ terreæ, obruet eū paries. Hiſpalen. ſen. cap. 19.

8 Saturnus, vel Mars ſi fuerit domin' ſeptimæ domus, fueritque in oppoſito, vel qnadrato aſcendētis, vel eius dominus, mors nati erit vel ex præcipitatione ab alto, vel ex ſubmerſione in profundum. Quod ſi ita in natiuitate inueneris, nec Luna aſpiciat horoſcopū, natus occidet ſe ipſum. Idē vt ſup.

9 Mars, vel Saturnus ſi fuerit dominus ſeptimę domus, & fuerit in domo octaua cū domino horoſcopi, cadet ex alto. Idem vt ſup. Et Dorochius dixit Saturnū vel Martem eſſe in octaua vel ſeptima domo ſine aſpectu fortunæ ſignificant caſum ab alto.

10 Luna, Mars & Sol iuncti in quarta domo, & Saturnus ſi fuerit inuentus in medio cæli, & eos reſpiciat diametra radiatione, vitio mentis oppreſſos, & per præcipitia iactatos, excipiet miſeræ mortis exitium. Materni ſententia lib. 6. cap. 31.

11 Dominus ſeptimæ domus ſi fuerit in tertia, vel in nona domo, & maleficorum aliquis eum reſpexerit, à loco edito cadet, vel ex ruina natus interibit, ex ſenten. Auenaris. 8. dom. 9.

12 Dominns octauæ domus ſi fuerit infortunatus in nona domo, ſignificat natum ruiturum ex loco alto, & mori inde. Auenaris, in 8. domo.

13 Dominus octauæ domus ſi fuerit in ſeptima infortunatus, ſignificat caſum ab alto. Hiſp, cap. 19.

14 Principans natiuitatis ſi fuerit in octaua domo in ſigno Geminorum cum Mercurio, ruet natus ex alto, & morietur. Abrahami Auenaris 7.

15 Cùm infortuna in prima, vel ſeptima, vel quarta domo, vel in vndecima, vel nona, vel duodecima fuerit cum oculo Tauri, & Luna cum corde Scorpionis, natus iaculo, vel ruina morietur.

*Ex animalibus mors.*

Aphor. 1 Dominus octauę dom' ſi fuerit in Scorpione, & ipſū aſpiciat aliquis malorū, aliquis canis mordet ipſum, & morietur: ſed ſi fuerit in Leōe, rapinatur.

2 Aries, vel Scorpius, vel Capricornus, aut Aquarius ſi fuerit inuentus in horoſcopo, & dominus aſcendentis reperiatur in duodecima domo, faciet canū morſibus diſſipari. Mater. ſen. lib. 6. cap. 31.

3 Saturnus vel Mars ſi fuerit domin' duodecimæ dom', & reperiatur in ſeptima domo, hoc idē mortis diſcrimen indicit, niſi flebile mortis huius exitium, & grauium infortuniorum metuenda diſcrimina, bonum teſtimonium Iupiter pariter ac Ven' ſalutari numinū ſuorum præſidio mitigarint. Mat. ſent. lib. 6. cap. 31.

4 Saturnus ſi fuerit dominus octauæ domus exiſtens in ſigno quadrupede & octauæ domus ſignū fuerit etiam quadrupedum, ab animalib' & beſtiis dilacerabitur.

5 Saturn' vel Mars ſi fuerit in Sagittario, ab equo proſternetur, aut interficietur. Et hoc eſt cum autoritate Ptolemęi.

6 Mercurius ſi iungatur Saturno, & eo fortius ſi eorum coniunctio in Leone, vel Scorpione fuerit, vel cum cauda Draconis, ſignificabit natum venenoſorum, vel rapacium animalium occaſione vitā ſuam finiturum. Guidonis Bonati ſent. par. 5. ca. 1. octauæ domus.

7 Si inter Mercurium & Solē habentur gradus 25. fueritque Mercurius dominus octauæ domus, qui ſic natus fuerit, morietur mala morte. Si fuerit in ſigno animalis aquoſi interficietur à maritimis belluis. Hiſp. ſen. cap. 19.

*Ex membris abſciſsis mors.*

Venus ſi fuerit impedita ſimul à Saturno, & à Marte, & à Sole atque Mercurio in natiuitate alicuius ſine aſpectu fortunę, abſcindentur virilia nati. Quòd ſi aſpexerit eam dominus octauæ, vel fuerit aliquis prędictorum dominus octauæ domus, morietur natus ex abſciſsione illa. Hęc Omaris.

Luna ſi fuerit iuncta cū Marte, & dominus aſcēdentis iūctus cū Sole, & ambo in ſignis membrorū ♈ ♉
inciſorū, & eorum vnus fuerit dominus octauę domus, ſignificat quòd nato incidentur membra. ♌ ♓

*Ex carceribus mors.*

1 Saturnus ſi fuerit in octaua domo damnificās dominū octauæ domus, mors nati erit propter carcerē & torturas: ſimiliter quādo fuerit aliquod infortuniorū in octauo ſigno à Sole in natiuitate diurna, vel in octauo ſigno à Luna in natiuitate nocturna, illud idem ſignificat, ꝙ facit octaua ab aſcendente. Aphor.

2 Saturnus ſi fuerit in quarta domo impediēs dominum octauæ domus, vel in quarto ſigno à Sole, vel à Luna, eueniet nato mors ex tortura & carcere. Albohaly cap. 37.

3 Dominus octauæ domus ſi reperiatur in duodecima cum aliquo planeta malefico, vel in eius aſpectu maligno, captiuus interibit, vt pote in carceribus aut profugus.

4 Dominus octauæ domus ſi fuerit in quarta domo afflictus, in carcere natus morietur.

5 Mercurius ſi fuerit in ſexta domo impeditus, natus in carcere morietur. Si Saturnus in vndecima, includetur. Hermetis ſententia 95.

NOTA.

Sciendum erit quòd mors violenta duplex eſt, ſcilicet quæ procedit à materia extrinſeca vt à ferro, fune, ſuſpēſione, aqua, veneno, igne, ruina & ſimilibus: de quibus rebus ſupra ſcripſimus. Alia eſt quę procedit à materia intrinſeca, vt à catarrho, apoplexia, morte ſubitanea & ſimilibus. Vnde Alchindus dixit.

*De morte repentina.*

Si Almuten ſignificatorum mortis, fuerit in domo ſui honoris, & nullus malorum eum aſpiciat, ſed fuerit ſub radiis Solis morietur ſubito, & non perpendet donec moriatur.

Repentina mors, quæ veluti mediū quoddā eſt inter violentā & naturalē, proprior tamē violentę, portendi intelligitur ex imperfecta conſtitutione, quæ violentam mortem ſignificatura erat.

Exēpli gratia: Iuxta quartū apho. ſuperiorē, ambo luminaria ſint ab vtroq; malefico lęſa, & alterū eorū tātū in ſigno violēto cōſtituatur. Hæc eſt imperfecta cōſtitutio mortis violētæ, & ꝓ ea poti' repentinā & ſubitaneā mortē decernit. Nam ad violentę mortis conſtitutionem requiritur, vt etiam altera maleficarum violentum ſignum obtineat.

Exem

Digitized by Google

Exemplvm mortis repentinæ tradit Cardanus genitura 27. de Comite Gaiazio, viro ſtrenuo, qui anno vitæ 32. menſe Maio, cum cœnaſſet luculenter, intra quartam noctis horã prorſus extinctus eſt. Habuit autem imperfectam conſtitutionem mortis violentæ. Nam malefici ſe-quidem reſpiciebant quadrata radiatione ex angulis, iuxta quintum aphoriſmum, ſed neuter eorũ cognationem cum octaua domo habuit, nec alterum luminare in ſigno violento afflictum fuit. Saturnus quoque ex decimo loco damnauit quadrato aſpectu Solem, Mercurium, & Martem, dominum aſcendentis. Ac illo anno, quo mortuus eſt, Horoſcopus ad locũ Mercurij combuſti peruenit.

*Thema Comitis Gaiazij.*




Saturnus, Mars, & Caput in quarta domo, ſubitam mortem nunciant.

Iupiter ſi fuerit in medio cæli, & aſcẽdẽs ſi fuerit Leo vel Cãcer, inter pocula & mẽſas, ac inter lætos conuiuarum ſtrepitus, ex cruditate, aut nimio potu, mors repẽtina decernitur. Mat. ſen. lib. 6. cap. 31.

Dominus octauæ domus ſi applicuerit ad dominum aſcendentis, vel ſi Sol fuerit dominus octauæ domus, aut ſi Mars fuerit in angulo ſeptimæ dom', & Luna in eius oppoſito: vel ſi Mars fuerit in octaua, & Luna in ſecunda, ſignificant vna hora, & morte ſubitanea eſſe natum moriturum.

Luna cum Saturno ſi partili ſocietate fuerit cõiuncta in octaua domo, nec aliqua beneuola ſtella in cardine fuerit conſtituta, nimia ſanguinis effuſione mors inferetur. Mater. ſen. li. 7. cap. 27.

Luna ſi cum Marte in ſeptima domo fuerit inuẽta, hemorrhoicos faciet interire. Sed generaliter Saturn' in nocturna natiuitate, Mars vero in diurna genitura in ſeptima domo cõſtituti, hemorrhoicas ſanguinis eruptiones efficiũt. Mater. ſen. vt ſup.

Venus ſi fuerit in horoſcopo in ſigno Leonis, vel Cancri, & Luna fuerit in medio cæli, ſacris ægritudinibus quaſſatos homines faciet interire. Materni ſent. lib. 6. cap. 31.

Saturnus ſi fuerit in medio cæli, & aſcendat in horizonte oriẽtali, Leo, vel Cancer, faciet homines hydropicos interire. Mat. ſen vt ſup.

Dominus primus triplicitatis octauæ domus ſi fuerit ſub radiis ſolaribus, occulta morte peribit. Sententia Abenrag. par. 5. cap. 7.

Domin' aſcẽdẽtis ſi fuerit ſub radiis, nat' morietur ex infirmitate abſcõdita & occulta. Aben. vt ſu.

*De inueniendo Almuten mortis.*

Almutẽ ſignificatorum mortis excipitur à
- Cuſpide octauæ domus.
- Domino eius.
- Parte mortis.
- Domino eius.
- Octaua à Sole in diurna genitura.
- Domino eius.
- Octaua à Luna in nocturna genitura.
- Domino eius.
- Cuſpide aſcendentis.
- Domino eius.
- Cuſpide ſeptimæ domus.
- Primo domino triplicitatis 4. domus.
- Primo domino triplicitatis octauæ.

Almuten horum locorum ſi eſt in fortuna in termino mali, mortem malam indicat: ac ſecundum qualitatem huius iudica qualitatem mortis. Nam ſi fuerit infortunatus, vel impeditus, & à nullo planeta beneuolo ſubleuatus, ſignificat malam & turpem mortem. Si autem fortuna fuerit & bene diſpoſita, ſignificat bonam mortem. Senten. Albohaly cap. 37.

Saturnus ſi fuerit Almuten ſignificatorum mortis, & fuerit infortunatus, ſignificabit nati mortem ex actuali frigiditate, vel non naturali atque humiditate, vt niue, glacie, ſubmerſione, aut ſuffocatione ſi fuerit in ſigno aqueo: in terreo ſi fuerit, ex ruina, nam cadet aliquid ſupra natum: in aëreo autem, ſtrangulabitur, vel ſuſpendetur.

Si autem fuerit bene poſitus, ſignificat mortem nati ex chronica infirmitate, vel catarrho, ſiue nimia corporis diſſolutione, aut propter longam febrem quartanam non veram, aut dolorem ſplenis, vel hydropiſin. Item obnuntiat mortem ex animi triſtitia vel ex nimia conſumptione, vt tabe maraſmone, vel propter hecticam infirmitatem. Et ſi fuerit Saturnus in loco oppoſito Augis & retrogradus, morietur natus ventris fluxu: ſed ſi fuerit in loco Augis, morietur natus cholica paſsione. Abrahami Auenaris ſententia in ratione octauæ domus.

Iupiter ſi fuerit Almuten ſignificatorũ mortis, & fuerit malè poſitus, accidet ei mors nominata propter mandatũ regis, ſiue iudicium conſilij ciuitatis. Si autem fuerit bene poſitus, accidet ei mors ex febre tertiana maximè nota, vel ſquinantia, vel alia gutturis paſsione, aut cardiaca, ſiue iliaca, vel etiam ex alia qualibet ægritudine, quæ occaſione multę vẽtoſitatis incluſę poſſet deuenire vel ex Synocha, vel aliqua ex illis infirmitatibus quæ occaſione

ſione nimiæ ſuperfluitatis ſanguinis euenire conſueuerunt, vt obſeruauit Abrahamus Auenaris, vt ſup. Item mors erit propter infirmitatem pulmonis ſiue peripleumonicæ, & ſputum ſanguinis; aut propter dolorem cordis, vel affectum hepatis, aut ex eo quòd bibit multum vinum.

Mars ſi fuerit Almuten ſignificatorum mortis, & fuerit male diſpoſitus, ſignificabit nati mortem per aliquod inſtrumentum bellicoſum futuram. Et ſi fuerit in ſigno aëreo, morietur ſupra beſtiam, vel in loco alto, ſcilicet ſuſpendio, vel ſtrangulatione, & in ſigno humano, mors erit per ferrum ſiue incurſum in prælijs, & in interfectionibus. Sed ſi fuerit combuſtus, reges natum occident.

Sed ſi fuerit fortunatus, ſignificabit mortem nati occaſione tertianæ vel quotidianæ febris, vel hæmoptoica paſſione, vel ex febre cauſonidis, vel hæreſipelate, vel cãcro, vel fluxu ſanguinis, vel apoſtematibus cholericis, & propter omnem morbum doloris acuti cum magno calore.

Sol ſi fuerit Almutẽ ſignificatorum mortis & male diſpoſitus, ſignificat mortem ex cardiaca paſſione, vel ſtomachi calore, eius vitæ terminum impoſiturã ſubito, vel moriturum natum cauſa patris, aut alicuius cõſanguinei ſui, vel ex mandato regis in loco vili, vel in locis lamentationum, vbi magna ſocietas congregatur. Sed ſi fuerit in octaua, aut ſexta domo, morietur natus apud plures homines morte diuerſa, vt obſeruauit Abrahamus Auenaris in ratione octauæ domus.

Sed ſi fuerit bene diſpoſitus, ſignificabit mortem ex qualibet infirmitate de ſuperfluitate ſanguinis ſuperueniente futuram, aut propter infirmitatem magni caloris, & moriturum inter ſocietatem & conſanguineos ſuos, & inter magnam ſocietatem hominũ.

Venus ſi fuerit Almutẽ ſignificatorũ mortis, & fuerit male diſpoſita, mortẽ nati ex veneno ſibi per mulieres exhibito, acceſſuram ſignificat, vt ait Abrahamus Auenaris: maximè ſi fuerit in ſigno aqueo: vel mors erit ex ſuperfluo coitu, aut ſpeciebus medicinalibus, aut ſtomachi, vel hepatis ægritudine, aut cardiaca, ſiue per os nimia ſanguinis effuſiõe, vel fortè fiſtularum, vel aliquo apoſtemate, maximè quæ de materia ſanguinea naſcuntur, aut ex venenoſæ potionis aſſumptione: nec ex his ægritudinibus tantùm, verũ etiam ex aliis quibuſlibet, malicia quorumlibet humorum, & ſuperfluitate aduenientibus acceſſuram.

Sed ſi fuerit bene affecta, mors erit ex dolore ventris & propter hęmorrhoides, vel ex crapula, ſeu ebrietate.

Mercurius ſi fuerit Almuten ſignificatorũ mortis, & fuerit infortunatus ex incertis doloribus: quaſique imperceptibilibus, natum moriturũ poteris nunciare. Si autem aſſociatus fuerit, vicem ſuam ſocio ſuo cõmittet, & ſecundum eſſe illius natiuita terminabitur, vel forte maniaca paſſione, aut amiſſione ſenſus, vel ſyncopa vel phthiſi, vel (vt ait Ptolemæus) ſputi ſuperabundantia, vel hectica, vel etiam melancholia, aut ex quacunque alia ægritudine quę habet ex nimia ſiccitate ſuperuenire. Vel erit mors propter cauſas & ratiocinationes, aut verba prolata, aut ſcripta, aut ex conſilio date, aut propter inteſtinorum dolorem aut ictericia.

Sed ſi fuerit ſaluus & purus ab infortuniis, mors erit ex dolore capitis, & perturbatione ſenſus, vel ex cholera, & omni dolore ac infirmitate, quæ cito interficit, & non durat: vel mortem iudicare poteris futuram per alios dolores ex diuerſorum humoribus ſimul commixtorũ ſuperabundantia ſuperuenientiũ.

Luna ſi fuerit Almuten ſignificatorum mortis, & male diſpoſita, iuxta impedientis ſignificatum mortẽ nati futuram iudicabis. Si autem non à planeta, ſed alio modo impedimentum ſibi aduenerit ex nauigatione, aut ex venatione, aut ex nimia fatigatione, aut ex crebra de loco ad locum mutatione, mors iudicabitur nato ſuperuentura.

Si autem fuerit libera ab infortuniis & pura, mors erit ex diuerſis doloribus & ex comeſtione ſuperfluarum rerum humidarum, vel ex ſuperfluo coitu, vel potu. Hæc ex Guido. Bon. par. 5. cap. 1. in ratione octauę domus: Abenrag. par. 5. cap. 7. & Albohaly cap. 37.

*Mortalis exitus ex ſtellis fixis.*

Hercules cum Marte mortẽ portẽdit violẽtia graſſatorum: cum Saturno, telo, aut globo tormentario.

Paliliciũ cum Saturno ſubmerſionis pericula vrinãdo aut caſu: Idẽ cũ Marte naufragio, aut tẽpeſtate.

Mars cum Orionis humero dextro aſcendens, calamitoſum exitum, aut à fulminatis, aut bombarda percuſſis.

Cor Scorpionis cum luminaribus cruentam mortem, aut ex veneno repentinam.

Lucida hydri cum anæreta venenum.

Lucida coronæ Gnoſiæ cum domino octauæ, aut locis pernicioſis, intoxicandum minatur.

Aculeus Scorpij potionãdum cum domino genituræ præſagit.

Pleiades cum Luna, ſi à Marte affligantur, ſeditione, aut inſania vulgi opprimendos: & tales plerumq; cæcutiunt.

Succulæ cum Saturno præcipites deuoluunt, aut lapidibus obruunt, cum multis clade generali peſſundatos.

Mars cum cane maiore, & cum humero dextro Orionis horoſcopo occurrens publicam lætitiam funeſtat, vel oblæſo in haſtiludiis, aut haſtatum concurſu perempto aliquo.

Eadem Saturnus ex hoſtium inſidiis, aut ſubito incurſu minatur.

Quibus Delphin culminat, varia fortuna, & præcipiti fato agun tur: quibus deſcendit, ſubmerſionem minatur. Vide Guidum Bonatum par. 4. cap. 108.

*Signorum natura, & ſignificatio.*

Signa {
- Ignea, ex igne, fulmine, vel bombarda mortem minantur.
- Aërea, caſum ab alto, & ſtrangulationem.
- Aquea, ſubmerſionem.
- Terrea, ruinam.
- Humana, ab homine per arma ac violentiam.
- Venenata, à veneno.

*Domorum natura, & ſignificatio.*

Decima domus, mortem à magnatibus, aut eorũ iuſſu futuram ſignificat.

Duodecima, ab equis, vel occultis inimicis.

Sexta, à ſeruis, vel vicinis. Et ſic de reliquis.

Saturnus pro ſua natura ſignificat mortem ex ſubmerſione, ſeu naufragio, venenis & ruina.

Mars ex ferro, igne, fulmine, vel globo bombardario, laceratione beſtiarum & raptatione, ſeu ictu equorum. Vterque propter caſum ab alto, vel ſtrangulationem.

*Ex infirmitatibus.*

1 Saturnus ſi fuerit fortunatus, & dominus octauæ domus, & ipſe in eadem, aut aſpexerit eam, mors nati erit humiditatis cauſa.

2 Saturnus ſi fuerit in octaua domo, oriens igneæ naturæ, ex febre tertiana, vel quartana indicat mortem nati.

3 Saturnus ſi fuerit in horoſcopo & fuerit dominus ſeptimæ vel octauę dom⁹, fueritq; in ſigno naturæ ignis morietur ex ſollicitudine. Hiſp. cap. 19.

4 Mars ſi fuerit dominus octauæ domus, & fuerit in ſeptima ſub ſigno aëreo, vel aquatico, ex fluxu ſanguinis per inferiores partes corporis interibit.

5 Luna ſi fuerit in Scorpione & in aliquo quatuor cardinum, & Saturnus in circulum eccentricum deſcendens, eam infecerit ſua præſentia, vel hoſtilibus radiis, ventris profluuio peribit. Sin aſcendens Saturnus Lunam in Scorpione ſupputatam commaculauerit, ex alui conſtipatione obibit.

6 Luna cum Saturno ſi fuerit in Scorpione vel aliquis horum fuerit dominus octauæ domus, & Saturnus fuerit rectus in ſua via & fuerit in loco alto circuli parui, morietur ex conſtructione ſeceſſus. ſi idem fuerit retrogradus morietur ex ſolutione. Hiſp. c. 19.

7 Luna ſi cōbuſta fuerit in aliqua domorū Saturni, & in aliquo angulorū, vitio pulmōis & tuſſi interibit.

8 Dominus aſcendentis ſi applicuerit domino octauæ domus, natus erit occaſio ſuæ mortis, ſicut qui exponit ſe fortune in lite forti, vel in ſimili re, vel multū bibit, & comedit: vel facit rem aliam per quam morietur: ſed ſi ſeparatus fuerit ab eo, multum timebit mortem.

9 Dominus octauæ domus ſi fuerit in ſeptima domo infortunatus, morietur natus ex egeſtu ſanguinis. Ex autoritate Hermetis.

Aries vel Libra ſi fuerit aſcendens alicuius natiuitatis, ſignificat quòd natus erit cauſa ſua mortis: vt dicit Ptolemæus in Centiloquio Apli. 37. Sed Albohaly cap. 37. ita dicit. Si domini horum ſignorum fuerint fortunati, morietur natus ex cogitatione multa. ſi vero fuerint infortunati, morietur pro verbo quod dicet vel ex comeſtione.

*Tertia quæſtio, vtrum natus moriturus ſit in patria ſua an extra natale ſolum.*

1 Quo ad tertium quæſitum dicit Abrahamus Auenaris in ratione octauæ domus, quòd ſi dominus octauæ reſpiciat domum ſuam, natus morietur in terra ꝓpria. ſed ſi fuerit in domo duodecima, aut in loco in quo domum ſuam non aſpiciat, morietur natus in terra peregrina.

2 Pars mortis ſi fuerit in domo itineris, natus morietur extra terram ſuam.

3 Pars mortis ſi fuerit in aſcendente cum ſuo domino & cum domino octauæ domus ſimiliter, ſiue fuerint in ſignis in quibus dominus aſcendentis nullam habeat dignitatem, ſignificant quòd natus morietur extra terram ſuam.

4 Pars mortis ſi fuerit in vna quarta figuræ & eius dominus in altera, natus morietur extra terram ſuā.

5 Pars mortis ſi fuerit in tertia domo, natus morietur extra terram ſuam.

6 Saturnus ſi fuerit in octaua domo, licet ſit peregrinus, vel ſi fuerit in Sagittario, ſignificat quòd natus morietur extra terram ſuam.

7 Saturnus ſi fuerit dominus octauæ, & ipſe in eadē, aut aſpexerit eam, mors erit in terra extranea.

8 Dominus octauæ domus ſi fuerit in tertia, vel nona domo, inter alienos, vel extra natale ſolum, ita genitus obibit.

9 Dominus anguli terrę in octaua, vel dominus octauæ in tertia, ſignificat quòd natus morietur extra terram ſuam.

10 Almuten ſignificatorum mortis & dominus octauæ domus ſi fuerint in domibus vel exaltationibus ſuis ab infortuniis liberi, natus morietur in terra, vel domo ſua: ſi vero fuerint extra domos vel exaltationes ſuas, & infortunati, morietur extra locum ſuum. Abenragelis ſententia, par. 5. cap. 7. & Albohaly c. 37.

11 Si ſolus Almuten ſignificatorum mortis fuerit in domo vel exaltatione ſua à malis liber, erit mors eius inter parentes & proximos ſuos in patria ſua: & è contra.

12 Pars mortis ſi fuerit in angulo ab infortunijs libera, morietur in terra ſua morte naturali.

13 Dominus octauæ domus ſi fuerit in octaua, vel ipſam fęliciter irradiauerit vel fuerit in quarta domo, natus in ſua patria, vel prope morietur. Hiſp. cap. 19.

14 Indi verò conſiderāt hæc à domino horæ, in qua natus quiſpiam fuerit, & quia dominus primæ horæ & octauæ perpetuo erit idem planeta, conſiderant illum dominum, qui ſi fuerit in ſua aliqua poteſtate, & non fuerit in aliena domo, morietur in domo ſua. Et ſicut fuerit hic dominus, in bono, aut malo loco, à Sole, & ab Aſcendente, & in ſuis circulis, ſic morietur natus cum honote, vel contra, vt infra dicetur.

*Quarta quæſtio. An natus moriturus ſit in bono ſtatu & diuitijs, an non.*

Quo ad quartum quæſitū reſpondet Abrahamus Auenaris in ratiōe quartæ domus, quod ſi fuerit fortuna in quarta domo, & non retrograda, neque combuſta, neque in domo ſui dedecoris, aut caſus, tunc finis bonus inerit nato.

Dicit Alber. dominum domus Lunæ ſignificare finem nati, quod ſecundum eius fortituddinem debemus iudicare nati finem.

Dominus primus triplicitatis octauæ domus ſi fuerit fortunatus & fortis, ſignificat quod natus in diuitiis ac nobilitate, & altitudine morietur. Abenragelis ſententia par. 5. cap. 7.

Gradus quartæ domus ſignificat, quid futurum ſit de corpore poſt mortem, videlicet an ſit ſepeliendū in terra, an ſuſpendendum in furcis, aut incidendum per fruſta, vel proijciēdum aut fœtidum, &c. Vnde ſi gradus quartæ domus fuerit purus ab infortuniis ſepelietur cadauer, & remanebit ibi ſaluum. Et ſi fuerit illuſtratus à ſtellis fixis, ſepelietur cadauer honorificè & magnificè. & poſt mortem manebit de eo bonū nomen, optimáque fama. Abenragel vt ſupra.



Digitized by Google

Angulus terrę partes & terras,locum etiam in quo natus eſt infans,horam quoque mortis, & ſepulchra demonſtrat.Almanſoris ſententia,89.Et hinc ortum eſt(vt credo)quod Aſcletarius Aſtrologus cùm prædixiſſet Domitiano imperatori qua morte moriturus eſſet,ira percitus imperator dixit Aſtrologo:Tu autẽ qua morte morieris?Tunc Aſcletarius ,cùm conſideraſſet hunc angulum quartæ domus ſuæ natiuitatis, dixit,Parati iam ſunt canes,vt edant corpus meum. De quo iudicio imperator ridens ſtatim iuſſit Aſtrologum capi,& interfici,& corpus comburi,ne à canibus ederetur:ſed dum corpus vreretur,pluuia è cælo veniens,ignem extinxit:Vnde venerunt canes & ederunt Aſtrologi corpus vſtulatum magis quàm combuſtum,iuxta iudicium ab illo factum. Ex qua cauſa dixerũt ſapientes antiqui,quod ſi Mars aut Saturnus fuerit in domo quarta,neque ſit domus alicuius fortunarum,neque aliqua fortuna eum aſpiciat, ſignificat natum extrahendum ex fouea, poſtquam fuerit ſepultus.Hæc narrat Abrahamus Auenaris in ratione quartæ domus.

Si dominus octauæ domus horoſcopum, vel eius hoſpitatorẽ male reſpexerit,timore & anguſtia affligetur:Sin eoſdem fęliciter intueatur timore ſolo abſque anguſtia affligetur.

*Annotationes vniuerſales.*

Dominus primæ dom⁹ ſi fuerit
- In 4.vel in 8.infortunatus, morietur natus in carcere.
- In 5.infortunatus,vel combuſtus,ſi ſignũ fuerit aqueum,natus morietur ex ebrietate,aut ex ſuperfluitate aſſumpta.
- In 6.infortunatus,moleſtabitur longa infirmitate,& tandem miſerè peribit.
- In 7.infortunatus, vel combuſtus ſi eo in loco fuerit Sol, vxor nati erit cauſa mortis nati,ſecundum naturã ſigni ibidẽ inuenti:ſi Scorpio, toxicum caueat & venenũ.Si ſignũ igneum,cadet in ignẽ cauſa vxoris,& ſic cremabitur.ſi in terreo,nat⁹ cadet ab alto,& morietur.
- In 10.infortunatus, vel combuſtus,natus ex parte principis malum habebit, captiuabitur,& ex ira principis mortem incurret.
- In 12.infortunatus,vel combuſtus ſi inueniatur,ſignificat quod in carcere morietur.
- In 8.morietur natus extra natale ſolum.

Dominus quartę domus ſi fuerit
- In 12.natus forte in loco extraneo morietur.
- In 4.domo mors nati erit in propria domo.

Dominus octauæ dom⁹ ſi fuerit.
- In 7.morietur extra ſolum natale.
- In 8.ſignificat natum ſæpius venturum in mortis periculum : tamen habiturum mortem leuem,& bono modo.
- In 9.morietur natus extra terram ſuam.
- In 10,mors nati erit ex mandato Regis, verum tamẽ morietur in alto ſtatu honoris,officij,ſeu dignitatis.
- In 11.morietur in meliori ſtatu vitæ ſuæ.
- In 12.oppugnabitur & inficietur ab inimicis ſuis,& mors ei erit cũ tribulatione & anguſtia multa, vel morietur in carcere.

Dominus decimæ domus in nona, ſignificat ꝙ natus morietur extra locum ſuum.

Saturnus in prima domo,ſignificat ꝙ natus ſubibit mortem cauſa debiti & terrarum.

Saturnus in domo octaua non in domo vel exaltatione ſua,ſignificat malam mortem,mœrorem & triſtitiã cauſa mortis,& longam lamentationẽ. In domo ſua,vel regno denotat eum moriturũ bona morte ex longa infirmitate, vel moriturum ex peſte, vel de fluxu,& infirmitate frigida ſicca & longa.

Saturnus in decima domo in Leone cum Sole vel Luna ſi fuerit,morietur natus in carcere,morte condemnatus.Si Iupiter fuerit dominus decimæ,occidetur ſine culpa:ſi Mars fuerit dominus decimæ,morietur ex culpa ſua. Si Mercurius fuerit dominus decimæ,morietur per falſum teſtimonium cum magna infamia:Et ſi aſpexerit Venus aut fuerit cũ Marte,cędetur virgis & torquebitur,& erit condemnatus morte.

Iupiter in prima domo ſignificat longitudinem,& bonam mortem.

Iupiter in quarta domo ſi fuerit ,ſepelietur honorificè corpus nati,& erit laudatus omni tempore,etiã poſt mortem.

Iupiter in octaua domo deſtruit malam mortem, ſignificat enim laudabilem finem,& ꝙ natus nõ morietur morte violenta, eritque honoratus in morte, & poſt mortem.

Mars in quarta domo,peſſimam famam poſt mortem ſignificat.

Mars in octaua domo extra domum & regnum ſuum,ſignificat mortem velocem, aut epidimialem, vel interfectionem , aut abſciſionem manuum, vel pedum,& tandẽ vituperio adfectos occidendos ſignificat.Et ſi cũ illo fuerit caput Draconis,ſuſpẽdetur.

Mars in domo Solis,ſignificat quòd mors nati erit ſubita,aut occidetur per ferrum, aut ignem :& morietur extra patriam ſuam.

Sol in quarta domo ſignificat quod corpus nati ſepelietur in loco honorato,& erit laudatus poſt mortem,& etiam in fine vitæ ſuæ.

Sol in octaua domo ſignificat ꝙ natus morietur bona morte,cùm poſitus fuerit in dignitate, & honorabitur in morte per reuerentẽ ſepulturam.Quando aũt Sol fuerit infortunat⁹ à Saturno,vel à Marte in ſigno aqueo,facit mortẽ in aqs:in ſigno igneo,ꝑ ignẽ, aut ꝑ ferrũ:in ſigno terreo ex aliqua ruina,ꝗ ſup ipſũ cadet,vel ꝙ ille cadet de alto: in ſigno autem Scorpionis,facit illum mori in peſte,vel de rebus venenoſis,aut per morſum ſerpentis,aut canis rabidi:in ſigno aëreo efficiet,ꝙ ſuſpendetur,aut brachiorũ tormenta patietur,aut coniicietur in carcerem.

Venus ſi fuerit in quarta domo,finis nati erit laudabilis,honoratus in ſua morte,& ſepelietur in loco honorato,& habebit bonam famam poſt mortem.

Venus in octaua domo ſignificat leuitatẽ mortis ꝓpter leuitatẽ ægritudinis,& remouet malã mortẽ, & horribilẽ,& facitꝙ nũquã nat⁹ morietur mala morte.

Mercurius in ſexta domo cum Marte,vel Saturno ſi fuerit,periculũ erit ne natus occidatur à ſeruis, vel famulabus,aut veneno tollatur,aut moriatur in carcere.

Mercurius in ſeptima domo cum Marte, vel cum Saturno,ſignificat,quòd natus occidetur,vel patietur brachiorum tormẽta,& erit iudicio damnatus,& morietur propter iudicium,vel propter iuſtitiam.



Digitized by Google

Mercurius in octaua domo ſignificat nato mortē ex difficultate cogitationis, & mirabili occultatione rerum agendarum:ſed coniunctus cum Marte,vel cū Saturno portendit nato malam mortem.

Luna in octaua domo ſi fuerit fortunata, ſignificat mortem facilem.

Luna in duodecima domo combuſta,aut cum Saturno,vel cum Marte ſi fuerit,morietur natus ferro, aut peſte,aut in aqua.

Cauda Draconis in octaua domo dat nato horrēdam mortem.

*Ex Materni Aphoriſmis.*

Saturnus dominus genituræ in domo Lunæ in nocturna genitura infortunatus,& Luna diminuta lumine,facit mortes ex longa & graui infirmitate:quę ęgritudo vicioſa humorum inundatione perficientur. Moriuntur autē in locis humidis aut aquoſis,aut abſconſis & incognitis.Cap.12.lib.4.

Saturnus per diem ſi fuerit in horoſcopo & Mars alium genituræ cardinem poſſederit,vel fuerit in anaphora cardinis,& ipſe Mars Lunam lumine creſcētem malè aſpexerit,facit natos viothanatos.c.3.lib.3.

Saturnus per tertiam domum cū Mercurio & Luna decurrens,ſi à Marte aſpecti fuerint quacūque radiatione, facit natos mala ſemper morte pereuntes. cap.3.lib 3.

Saturnus per noctē in octaua domo, & reſpiciat Lunam ex quadrato,vel ex diametro , aut Mars ſi Lunam poſitam cum Saturno reſpiciat,viothanatos facit.cap.3.lib.3.

Saturnus per diē in domo Solis cum Marte ſignificat quod nati fortaſſe viothanati morientur. cap. 10.lib.5.

Saturni & Martis oppoſitus malæ mortis exitium ſæpe minatur. At ſi in aquoſis ſignis alter horum fuerit,grauibus ſubmerſos procellis naufragos reddit, aut maligno humore concreta peſtis fortes infligit calamitates.Si aūt de duobus alter in ferino ſigno fuerit à quadrupedibus,vel feris vitæ periculum afferet, aut veneno occidet. Si autem in ſigno quadrupedum animalium alter eorum fuerit non ferino, natū graui ruinę pondere perimet, quæ fortiora erunt, ſi Iupiter eos nō aſpexerit.Quòd ſi Luna in cardinibus poſita ex quadrato reſpexerit hoc, hæc grauiora cōtingent.At ſi in quinta,vndecima,nona vel tertia cōſtituti,diametraliter ſe aſpexerint, omnia proſperę fęlicitatis incrementa reſtringunt.Et hæc infortunia medio vitæ tempore conualeſcunt. Si vero in deiectis aut pigris locis cōſtituti fuerint minus nocebūt, ſed dolores & egeſtates adducent, Quæ omnia Iouis aut Veneris proſperis radiationibus mitigantur, aut fetè tolluntur.cap.17.lib.6.

Saturni oppoſitus ad Solem ſi Iupiter non bene aſpexerit nato decernit malæ mortis exitium quod grauius erit in nocte,& in fœmininis ſignis.cap. 17. lib.6.

Iupiter dominus genituræ inuetus ſignificat,quod mors nati erit ab hilaritate, & deiectione victus: & erit deditus venereis coitibus.cap.12.lib.4.

Iupiter in octaua domo inuentus ſignificat quod nati ſemper in prima ætate morientur.cap.4.lib.3.

Iupiter in duodecima domo inuentus,& Mars in ſeptima domo conſtitutus viothanatos ſine dubitatione perficiet.Maiora autem erunt hæc mala,& fortiori calamitate prævalida ſi in duodecimo loco Iouem conſtitutum per diametrum Sol Saturnusque reſpexerint:cap.4 lib.3.

Mars dominus genituræ faciet mortem aut repētinam aut violentam.Si Lunā reſpexerit plenam, aut à latronibus occupatos occidit,aut accuſatos publicis poteſtatibus tradit,& delationibus oppreſſos publicis facit animaduerſionibus percuti:Sed & malitia ei⁹ radijs Solis fuerit incēdia, & publicę aduſtionis decernit exitia.Sed hoc fortius decernit,ſi in diurna genitura dominus effectus principales poſſederit cardines:vel ſi in medio cęli vel in occaſu fuerit inuēt⁹, & Luna in alio cardine cōſtituta plena ſe radijs Martis impegit,& ſi plena dominiū decreuerit Marti.Si vero Mars in ſeptima domo fuerit poſit⁹ cū Saturno,Ioue vel Luna,facit natos viothanatos īterire.Sēper enim Mars in occaſu poſitus cū iſta cōiunctiōe violētę mortis diſcrimē intendit,ſed ipſa Mors ſicut frequēter diximus pro ſignorum qualitate perficitur.ca.12.lib.4.

Mars in ſeptima domo inuentus,& Saturnus Martem quando reſpexerit maligno aſpectu, magnorum malorum ac funeſtæ calamitatis infortunia decernūtur:tunc enim accuſationes,tunc vincula,tunc carceres,tunc damnationes,tunc contra eum capitales ſententiæ proferūtur,aut enim beſtijs objicitur, aut per præcipitia iactatur,aut ruina deprimitur, aut domeſticis inſidijs laniatur, aut à latronibus interimitur, aut nauigio periit.Sed hæc pro natura ſignorum decernuntur.Nam in ſignis terrenis Mars cōſtitutus,feris faciet objici:In ſolidis vero opprimi ruina, aut in præcipitia iactari.In aquoſis autē naufragio ſubmergi:ſed in humanis ſignis conſtitutus,gladio facit interire.Si vero Sol in diametro fuerit,vel cum eo,vel in alio genituræ cardine,viuos facit exuri,vt omnifariā in hoc loco conſtitutus,miſera calamitate ac flebili hominem vitæ atrocitate diſperdat.Sed ante diē vltimum vitæ habebit actus,qui nunc genituræ ſeptimo Martem in loco habuerit,aut de igne:aut de ferro,aut de quadam violētia: aut de tormentis, aut de homicidis.cap.5.lib.3.

Mars in octaua domo per diē in diametro Lunę ſi Iupiter nō reſpexerit eos,faciet viothanatos,ſecundū tamen ſignorū naturā: In humanis enim ſignis ſi fuerit Mars poſitus:ab hominibus gladio perimitur: ſed à pyratis,aut à latronibus,aut à domeſticis interemptus,q̄ ſic Martē habuerit occiditur, aut gladio percutitur:ſententia iudicantis varia & criminum diuerſitate coniunctus:frequentet tamen ſic cum Luna poſitus ſicut diximus ſine Veneris, aut Iouis teſtimonio gladiatores facit.Sed eos qui conſpectu populi crudeli necis atrocitate depereant.In terreſtribus vero ſignis in deſertis locis facit occidi: multiplici tamē prius periculorum cōtinuatione turbatos.In quadrupedibus vero ſignis cōſtitutus cum Luna hac radiatione qua diximus:aut in fluuijs, aut in ſtagnis, aut in mari ſubmergi facit,aut occiſos à pyratis,vndis facit fluctibusque diſperdi.In ſolidis vero ſignis conſtitutus per præcipitia lapſos interimet.In igneis vero ſignis conſtitutus,exuri faciet.Impetus autem Martis in hac domo fœliciſſimè mitigetur à bono aſpectu ac teſtimonio Veneris & Iouis.cap.5.lib.3.

Mars in octaua domo per noctem inuentus,decernit mortem violentam, aut repentinam, ſicut apoplexitica interire cōſueuerunt. Hæc vero mala ſi Iupiteri



Digitized by Google

piter Martem reſpexerit benigno aſpectu, ex parte maxima mitigentur.Cap.5.lib.3.

Si Mars in aliquo cardine per diem fuerit,& Saturnus alium poſſederit genituræ cardinem,facient viothanatos,aut ipſos ſibi inferentes necem.ca.5.lib.3.

Si Mars in aliquo cardine per diẽ fuerit, & Venus alium poſſederit genituræ cardinem, faciet aſſiduis malorum illecebris fatigari:& reddet aut vxorum interfectores aut ipſos ſibi necem inferentes.c.5.lib.3.

Si Mars in aliquo cardine fuerit inuentus per diẽ: & Sol alium geniturę cardinẽ poſſederit,faciet quocunque libet ſemper exuri.cap.5.lib 3.

Marte & Luna coniunctis,malæ mortis natus ſortietur exitum.cap.27.lib.6.

Marte habente quadratum ad Lunam ſi Mars in dextro loco fuerit,nat⁹ debilis vitæ erit,& malæ mortis hoc eſt indicium.Si Mars in termino Saturni fueris,& Luna in terminis Mercurij,vel Martis,eius anima dum in corpore fuerit malignorum ſpirituum infeſtationi & obſeſſioni erit obnoxia.cap.12.lib.6.

Sol dominus geniturę malè collocatus mortis exitus in peregrinis locis violentos,publicoſque decernit:cap.12.lib.4.

Venus domina geniturę bene affecta decernit mortes notas & glorioſas.cap.12.lib.4.

Venus in octaua domo per diem cũ Mercurio inuenta:& ſi maliuola ſtella fuerit cum eis, vel eos reſpexerit per quadratum vel per diametrũ? ſignificat quod mors illi per gonorrhæã id eſt per defluxionẽ hominis aut contractionem,aut per ſpaſmum, aut per apoplexiam fertur.cap.7.lib.3.

Mors vero illis cito & ſine dolore: & ſine aliquo tormento decernitur.Venus in duodecima domo inuẽta per diem,mulierum cauſa necem,vel malę mortis decernit atrocitatem,ſecundum naturam ſignorum.cap.7.lib.3.

Mercurius dominus genituræ cum Marte,vel in eius quadrato,& Mars ſi fuerit inuentus in occaſu & plenũ creſcentis Lunæ lumẽ exceperit & Saturnus reſpiciat Mercuriũ & Martẽ,ob maleficia,& ob illicita Sacra:& ob adulterinas pecunias publice accuſatos facit gladio interire:cap.12.lib 4.

Si fuerit Mercurius dominus geniturę,in ſexta domo inuentus & fuerit ſtellarum maliuolarum minaci radiatione conſtitutus,& Luna infortunata, mors illis aut ex aquis,aut ex humoribus ſemper infertur. cap.12.lbi.4.

Mercurius in 12.cæli domo cũ Marte inuentus vel ipſe Mars Mercurium reſpiciat de quadrato,vel de oppoſito aſpectu,faciũt ex malitia natorũ graues condẽnationes incurrere. Nam aut quaſi malefici,ſeu falſarij damnabũtur,& qui per tabulas,aut acta publica damnati,malis cogantur mortibus interire.Faciẽt etiam aut à ſeruis,aut per ſeruos,maximas damnationes,periculaque incurrere.Si autem Luna fuerit infortunata viothanatos facient:Sed qui iudicantis animaduerſione plectantur.Si verò Sol cum ipſis fuerit inuentus ſine teſtimonio Iouis,flammis faciet exuri, omniaque hæc pro natura ſignorum decernuntur.ca. 8.lib.3.

Luna domina geniturę malè affecta indicat ex malignis humoribus cõcreta peſte malum exitium mortis indicit.Sed hæc beniuolarum ſtellarum teſtimoniis minuunt.ca.13.lib.4.

Luna in octaua cæli domo,inuenta,mors nato cito,& ſine dolore maxime,& ſine aliquo tormẽto decernitur.Quod ſi Mars,aut Saturnus eandem quadrato,aut diametro reſpexerit,interitũ dabit, ac depoſitionẽ eius à ſtatu ſolito, & lunaticos ſæpius efficiet. cap.9.lib 3.

Luna in loco fortunæ per diem cum Saturno deficiens lumine inuenta,vel ſi ad Saturnũ feratur,viciorum,valitudinis,& malæ mortis,& proſcriptiones incommoda decernit cap.16.lib.3.

*Capitulum,in octaua domo,quæ mortis dicitur ſignificatrix.Ex Albubatre.*

Sciendum eſt quòd mortes hominum ſunt multimodæ:Aliqui ſunt qui volunt mortẽ, & ipſam timẽt. Et aliqui qui diligunt mortem & non timent eam: Et aliqui ſunt in morte fortunati,id eſt pulchram mortẽ habentes.Et alij qui pœnam,malum, & laborem in morte habent.Sunt etiam qui ſe occidũt.Et quidam, qui mala morte moriuntur.Et quidã ornatè in lecto ſuo vitam finiunt.Et quidam in terra aliena moriuntur,& alij in patria ſua,& de his particulariter in ſequentibus diſſeremus.

Quando Aries fuerit aſcẽdens,Mars,qui eſt dominus eius,erit ſignificator mortis,eo quòd Scorpio erit in octaua domo, cuius etiam Mars eſt dominus. Natus ergo propter Martem in domo ſua morietur, & ſimiliter propter Martem erit litigioſus,qui cauſa ſuæ mortis magnam habebit fortitudinẽ, necnon lites, bella,& latrocinia natum ad mortem inducentia inferet.

Similiter quando Libra aſcendens fuerit, Taurus erit ſignum domus mortis,& domina Venus octauæ, quæ domina mortis & vitæ ſignificat,quòd nat⁹ mortem ſibi inducet.

Similiter mulieres, in quarũ natiuitatibus Libra fuerit aſcendens,mortem ſibi per fornicationẽ,adulteria, & alias moleſtias inducent, & forſam quòd coitus erit cauſa mortis earum,quando Libra in aſcẽdente hoc magis appetunt.Quando Sagitarius aſcendens fuerit,cuius dominus eſt Iupiter ſignum exaltationis eius,videlicet Cancer erit in octaua domo, & quia Iupiter ſignificat religioſos ac fideles,atque clericos,heremitas,& homines Deum orantes, erit bona ac honorabilis.

*De natis mortem timentibus.*

Et ſunt Mercuriales,quia domus ſuæ mortis eſt Saturni vel Martis,quę ſignificat metum ac mortes laborioſas & malas.

Loca ſignificatorum mortis ſunt hæc, aſcendẽs & eius dominus,ſignum octauæ domus,& eius domin⁹ ac infortunæ ibidẽ exiſtentes,pars mortis et eius dominus,primus triplicitatis anguli terræ dominus,ſignum octauum à Sole,ſignum octauum à Luna,dominus termini,gradus ſeptimæ domus,Luna,& domin⁹ domus eius.Scias ergo hæc loca,& aſpice planetam, qui coniungit teſtimonia iſtorum locorum, & ſicut videris de eis modo & natura,ſic de morte nati iudica idem cap.183.

*De natis qui aliqua ægritudine morientur.*

Quando Mars vel Sol dominus octauę domus exiſtens in ſigno humido fuerit, natus ex ægritudine calida & humida,ſicut ex fluxu ventris, & ſimilibus morietur.



Digitized by Google

Quando Mars ſub radijs exiſtēs dominus ſeptimæ domus fuerit, natus dolore vētris, vel alicuius corporis ſui membri morietur.

Quando Sol in ſeptima domo eclipſatus fuerit, & dominus illius anguli in ſtatione ſua vel retrogradus, mors nati erit ex chronica ægritudine.

Quando Luna in angulo occidentis infortunata fuerit, natus ægritudine calida & humida, aut ex apoſtematibus cancroſis ac fœtentibus morietur.

Quando Sol in aſcendēte fuerit, & Luna in occidēte, & Mars in medio cæli, vel in angulo terræ, & Iupiter ibi teſtimonium non habuerit, nec mortem aſpexerit, mors nati erit ex humoribus aduſtis.

Quando Luna cū Marte in ſeptima domo fuerit, natus ex fluxu ſanguinis per anum vel alium locum morietur. Idem cap. 184.

*De natis qui mala morte morientur.*

Quādo Luna in 7. domo fuerit, & infortunę ipſam aſpexerint, natus mala morte morietur.

Quando Luna in 12. domo fuerit, & infortunæ ipſam aſpexerit, natus mala morte morietur, & hæc ſignificatio fortior erit, ſi vna dictarum infortunatum domina 7. domus extiterit. Quando Saturnus, Mars & Mercurius, cum Ioue ac Venere in 4. domo fuerint, natus mala ac fœtida morte morietur.

Quādo Mars in ſeptima domo fuerit, & Luna ipſum aſpexerit, natus mala morte morietur.

Quando infortunæ poſt ſeptimam domum deſcēdentes fuerint, & Luna eas ex aliquo angulorū aſpexerit, malam mortem nati ſignificant.

Quando domini triplicitatis quartę domus in malis locis fuerint, & infortunæ eos aſpexerint, natus ſuper exitu animæ granabitur.

Quando Saturnus natiuitate nocturna exiſtente in octaua domo fuerit, & fortunę eum nō aſpexerint, natus mala morte morietur. Idem cap. 185.

*De natis qui morte ſubitanea morientur.*

Quādo caput Draconis, Saturnus & Mars in quarta domo fuerint, natus mortem ſubitaneam incurret.

Quando Luna natiuitate nocturna exiſtente in octaua domo fuerit, & infortunæ ipſam aſpexerit, natus morte ſubitanea morietur.

Quādo primus dominus triplicitatis anguli terræ extra domū ſuā fuerit, & octaua domus infortunata fuerit, ac fortunæ ab ea cadētes, mors nati erit ſubita.

Quando Mars in domo Lunæ fuerit, natus ferro aut ſanguinis effuſione ſubito morietur. Idem c. 186.

*De natis qui in aqua morientur.*

Quādo Saturnus in quarta domo occidentalis ac in ſigno mobili fuerit, & Mars ipſum aſpexerit, natus in aqua morietur.

Quando ſignum quartæ domus, pars mortis, & eius dominus, necnon Saturnus & primus triplicitatis dominus in ſignis aqueis fuerint, & eorū maior pars, natus in aqua morietur.

Quādo planeta, q teſtimonia dictorū ſignificatorū cōiungit, in ſigno aqueo fuerit, mors nati erit in aqua.

Quando dominus quartæ domus in ſeptima domo, ac in ſigno aqueo fuerit, natus in aqua aut propter nimium potum aquæ morietur.

Quando Saturnus, Mars & Luna in medio cæli ac in ſigno aqueo fuerint, mors nati erit in aqua vel à nubibus cœli. Idem cap. 187.

*De natis qui per ignem morientur.*

Quādo dominus quartę domus in ſeptima domo ac in ſigno igneo fuerit, & fortunæ ipſum ex ſignis igneis aſpexerint, natus igne morietur.

Quando Luna cum Marte in octaua domo fuerit, natus comburetur.

Quando omnes planetæ mortem ſignificantes in ſigno igneo fuerint, natus igne morietur.

Quādo planeta, qui teſtimonia planetarum ſignificatorum mortis coniungit, in ſigno igneo fuerit, natus cremabitur.

Quando Luna ſeptimæ domus domina fuerit, & Mars ac Sol ipſam ex ſeptima & decima domo aſpexerint, natus comburetur.

Quando Luna in ſigno angulorum vel ſuccedentium ac in ſigno igneo fuerit, & infortunę ſine aſpectu Iouis ex ſignis igneis aſpexerint, natus igne morietur. Idem cap. 188.

*De natis qui cadendo ab altis morientur.*

Quando Sol in octaua domo fuerit peregrinus ac infortunatus, & infortunæ dominum octauæ domus aſpexerint, natus ex loco alto corruet vel morietur.

Quando Luna in aliquo angulorum vel ſuccedentium fuerit, & Iupiter peregrinus in ſecunda vel duodecima domo ac in ſigno terreo extiterit, natus cadēdo ab alto morietur.

Quando Saturnus dominus octauæ domus fuerit, in medio cæli, ruet & morietur.

Quando Iupiter & Mars in occidente fuerint, & angulum terræ non aſpexerint, natus cadēdo de alto morietur.

Quando Luna in medio cæli fuerit, & infortunæ in eius oppoſitione, domus, vel murus, aut arbor ſuper natum corruet & morietur Idem cap. 189.

*De natis qui veneno vel toxico morientur.*

Quando dominus octauę domus peregrinus, & à Marte vel Saturno infortunatus fuerit, & in Cancro, Scorpione vel Piſcibus extiterit, natus à ſerpente percutietur, aut veneno vel toxico morietur.

Quando Venus domina 8. domus exiſtens impedita fuerit, natus veneno à mulieribus dato morietur, aut medicinam accipiet, quæ ipſum mori faciet.

Quando Venus domina octauæ domus exiſtens, infortunata fuerit, & ſimiliter ſignum octauæ, domus infortunatum, natus ebrietate aut nimia vini potatione vel veneni ſuſceptione morietur.

Quando Venus mortis aut præſcriptorum locorū mortem ſignificantium dominatrix fuerit, necnon ab omni nocumēto libera, natus dolore vētris morietur. Et ſi impedita fuerit, natus propter exceſſum medicinæ vel coitus interibit.

Quādo cauda Draconis in 4. domo cum Mercurio fuerit, natus mortifero medicamine, aut per necromantiam vitam finiet.

Quādo Luna in octaua domo cum cauda draconis fuerit, natus purgatorijs venenoſis, aut hauſtu mortifero morietur. Idem cap. 190.

*De natis qui à beſtijs comedentur, vel interficientur.*

Quādo dominus 12. domus cum Saturno in aſcēdente fuerit, beſtiæ natum comedent, ipſe tamen venationem & canes amabit.

Quando pars fortunę in ſecunda domo fuerit, & infortuna aſcendens, & dictam partem aſpexerit, natus à feris vel canibus comedetur.

Quando Mars dominus octauæ domus exiſtens, cum Luna in ſigno beſtiæ iunctus fuerit, animalia natum comedent, ac eum interficient.

Quando

Digitized by Google

Quando Luna in aliquo angulorum vel ſuccedentium fuerit,& Iupiter peregrinus in angulo, ac in ſigno quadrupedo, maximè in Leone, natus à feris comedetur vel interficietur.

Quando Luna cum Saturno & Marte in medio cæli iũcta fuerit, ac in ſigno quadrupedo, aut in Virgine feræ natum comedent,& interficient.Idem cap.191.

*De natis, qui gladio morientur, vel ſuſpendentur.*

Quando dominus domus vitæ in ſeptima domo fuerit, & Mars dominus ſeptimæ domus, ceruix nati abſcindetur.

Quando Mars in decima domo & Luna in ſeptima fuerit, & fortunæ ipſam non aſpexerint, natus ab inimicis vel latronibus occidetur.

Quando Luna domina ſeptimæ domus exiſtens infortunis ſe alligauerit, aut à combuſtione impedita fuerit, & Sol in ſexta domo infortunatus, natus iuſſu regis occidetur.

Quando vna ex infortunis in medio cæli fuerit, & alia angulo terræ, natus occidetur vel ſuſpendetur.

Quando Luna in aſcendẽte,& Saturnus in medio cæli, & Mars in angulo terræ ſine alicuius fortunæ aſpectu fuerint, natus interficietur aut decapitabitur, & poſtea ſuſpendetur.

Quando Mars cum capite Draconis in octaua domo fuerit,& dominum octauæ impedierit, natus in carcere morietur.

Quando Mars in octaua domo fuerit,& dominũ octauæ impedierit, mors nati erit per ferrum.

Quando aliqua infortunarũ, natiuitate diurna exiſtente, in octauo ſigno à Sole fuerit, vel in octauo ſigno à Luna, natiuitate nocturna exiſtente, idem ſignificat, quod in octaua domo ab aſcẽdẽte ſignificabat.

Quãdo gradus ſeptimæ domus impeditus fuerit, & eius dominus ſimiliter, mortẽ peſſimã ſignificat.

Quando luminaria cum capite Algol fuerint, & Mars ibidem malo aſpectu ea aſpexerit, natus manibus ac pedibus truncatis ſuſpendetur.

Quando Sol in ſeptima domo poſt coniunctionẽ Lunæ eclipſatus fuerit, natus à prędonibus vel raptoribus occidetur.

Quando Mars, natiuitate diurna exiſtente, in medio cæli fuerit, & Luna in Scorpione, & nulla ex fortunis ibi ex angulis aſpexerit, nec ibi alligauerit, natus ab inimicis vel latronibus occidetur.

Quando cauda Draconis, Iupiter, Venus & Saturn⁹ in octaua domo fuerint natus occidetur, & forte ſine cauſa decapitabitur vel ſuſpendetur.

Quando Saturnus in aſcendente fuerit, & Luna in occidente & Mars eos ex quarta domo aſpexerit, natus occidetur vel ſuſpendetur.

Quando Saturnus cum Marte in occidente vel angulo terræ fuerit, natus gladio occidetur.

Quando Saturnus, Iupiter & Mercurius in occidente fuerint, natus in bello occidetur.

Quando infortunæ partem mortis ſine aſpectu fortunarum aſpexerint, natus interficietur.

Quando dominus partis mortis in oppoſito domini octauæ domus fuerit, ac in ſigno ſibi inimicante, natus interficietur.

Quando Saturnus & Luna in occidẽte fuerint, & Mars in angulo terræ, natus occidetur vel ſuſpẽdetur.

Quando Mars in octaua domo fuerit, aut octauã domum impedierit, natus ferro morietur. Idẽ c.192.

*De natis, qui ſe interficient.*

Quando Sol & Luna Iupiter & Ven⁹ in medio cæli fuerint, & Saturnus ac Mars ipſos aſpexerint, dum tamen vnus eorum ſit dominus ſecundæ domus, natus ſe ſuſpendet.

Quando ſeptima domus & eius dominus infortunati fuerint, & dictus dominus in aſcendente fuerit, natus occidet ſe.

Quando dominus vel aſcendens ſeptimæ domus Lunam non aſpexerit, natus ſe occidet.

Quando dominus aſcendentis domino domus mortis applicuerit, vel dominus domus mortis, aut dominus ſeptimæ domus in aſcendente fuerit, & Lunam non aſpexerint, natus ſe interficiet.

Quando Saturnus & Mars in decima domo fuerit, & dominus aſcendentis infortunatus, & Luna à domino aſcendentis ſeparata aſcendens non aſpexerit natus ſuſpendet ſe & occidet.

Quando Mars in aſcendente fuerit, & Luna in occidente, & fortunæ eos non aſpexerint, natus ſe interficiet. Idem cap.193.

*De natis, qui occaſione mulierum morientur.*

Quando pars nuptiarũ in octaua domo fuerit, & dominus eius infortunatus fuerit, natus occaſione mulierum morietur.

Quando Venus domina nuptiarum exiſtens, in ſexta domo infortunata fuerit, mors nati erit cauſa ancillæ.

Quando Venus, Luna peregrina exiſtente, in ſeptima domo fuerit, & infortunæ eam aſpexerint, natus occaſione mulierum morietur. Et ſi Iupiter loco Veneris fuerit, mors nati erit cauſa ſuę prolis. Et ſi Mars loco Veneris fuerit, natus occaſione fratrum morietur. Et ſi Saturnus loco Veneris fuerit, mors nati erit occaſione patris. Et ſi Luna loco Veneris fuerit, natus occaſione matris morietur. Idem cap.194.

*De natis, quorum mors erit ſecreta.*

Quando dominus triplicitatis quartæ domus in quarta vel ſeptima domo fuerit, natus in ſecreto loco morietur, & non reperietur aliquid de ipſo.

Quãdo dominus octauæ domus infortunatus fuerit, vel ſignum decimum infortunatum, natus occaſione amicorum & propinquorum ſecretè morietur.

Quando dominus octauæ domus, & dominus partis mortis, & ſignificatores in morte communes, nec non planeta qui teſtimonia ipſis coniungit, in quarta domo ſub radijs Solis fuerit, aut eorum maior pars, natus ſecrete morietur.

Quando dominus aſcendentis infortunæ, in angulo terræ exiſtenti appplicuerit, nullus de morte nati notitiam habebit. Idem cap.195.

*De natis, qui in terra vel patria ſua morientur.*

Quando dominus octauæ domus in domo 8. & in aliqua domorum ſuarum fuerit, natus in domo vel patria ſua morietur.

Quando ſignum octauæ domus & eius dominus infortunati fuerint, nec impediti, natus in domo vel patria ſua vitam finiet.

Quãdo Iupiter & Venus ſine Saturni aſpectu, octauam domum trino aſpectu aſpexerint, natus in terra vel patria ſua morietur.

Quãdo Mars ĩ aſcẽdẽte fuerit, & Iupiter ipſũ trino

aſpectu aſpexerit, natꝰ i terra vel patria ſua morietur.

Quãdo pars mortis in aliquo angulorum ab infortunis ſalua fuerit, natus in terra vel patria ſua morte naturali dies ſuos finiet. Idem.

*De natis, qui extra patriam aut in loco extraneo moriuntur.*

Quando dominus. 8. domus in 12. domo fuerit, natus in itinere morietur, & occaſione mortuorum impedimentum habebit.

Quando dominus quartæ domus naturaliter ſigno dictæ domus inimicus fuerit, & 6. vel 12. domum poſſederit, natus in terra extranea morietur.

Quando pars mortis in vna. 4. fuerit, & eius dominus in altera, natus extra terram ſuam morietur.

Quãdo pars mortis in 3. vel 9. domo fuerit, natus extra terram ſuam morietur.

Quando pars mortis & eius dominus, ac dominus 7. domus in aſcendente fuerit, aut in ſignis, in quibus dominus aſcendentis nullam dignitatem habeat, natus extra terram ſuam morietur.

Quando dominus anguli terræ in 8. domo fuerit, natus extra terram ſuam morietur.

Quando dominus. 8. domus in 3. domo fuerit, natus extra terram ſuam morietur.

Quãdo Luna natiuitate diurna exiſtente, in 5. domo fuerit, ac infortunæ ſe alligauerit, natus extra terram ſuam morietur.

Quando Saturnus in 4. domo fuerit, & Mars peregrinus exiſtens ipſum aſpexerit, natus extra terrã ſuã morietur.

Quando Iupiter dominus 8. domus, necnon peregrinus ac infortunatus fuerit. 8. domo ſimiliter infortunata, natus in loco extraneo cauſa regum vel principum morietur.

Quando dominus 8. domus in 2. domo fuerit, natus in loco extraneo morietur.

Quando Venus, Saturnus, Mars, & Luna in 9. domo fuerint, natus in terra extranea ſiti vel morſu beſtiæ morietur.

Quando dominus 8. domus peregrinus fuerit, natus extra terram ſuam morietur.

Quando Sol in medio cæli fuerit, & Mars ipſum malo aſpectu aſpexerit, natus in terra extranea morietur. Idem cap. 197.

# DE PERICVLIS ET ACCIDENTIBVS CORPORIS.

## *De Carceribus.*

### *Aphoriſmus primus.*

Regulæ ſpeciales de carceribus.

LVminare alterutrum, læſum ab altera maleficarũ, in angulis ☌, □. vel ☍ aſpectu, ita vt luminarium vtrunque vel alterum, ſiue quod læditur à malefica, ſiue quod liberum eſt, conſtituatur in domibus maleficorum, vt pote ♈, ♏ ♊ ♎ ♑ & ♒, aut in ſignis, quæ violentas ſtellas habent vt ſunt ♉ ♊ ♋ ♐ & altera ex maleficis in ♋ aut ♌, vel oppoſitis ſignis, carcerem vel captiuitatem minatur.

*Maximiliani primi Imperatoris Natiuitas.*




Exempla magnorum Heroum.

HVIVS poſitus plurima ſunt exẽpla in genituris etiam magnorum heroum. Maximiliano. I. imperatori, Sol in angulo occidentis, à quadrato Saturni ex imo cæli læſus vtroque luminari in domibus Martis, ac Marte in Leone conſtituto captiuitatem ſignificauit, quę ei adoleſcenti Brugis apud Belgas à ſuis ſubditis per ſeditionem cõtigit, anno Chriſti 1487. ætatis 28. cum horoſcopus peruenit ad Mercurij diametrum, qui eſt dominus duodecimæ domus.

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 21. | 29. | ♐ |
| ♃ | 7. | 50. | ♈ |
| ♂ | 18. | 20. | ♉ |
| ☉ | 19. | 20. | ♍ |
| ♀ | 2. | 6. | ♍ |
| ☿ | 11. | 15. | ♍ |
| ☽ | 11. | 52. | ♒ |

Fran

*Franciſci primi Regis Gallorum Natiuitas.*

FRANCISCO Regi Galliarum, Luna in Aquario in medio cęli conſtituta, à Marte in Leone ex angulo imi cęli oppoſito radio infeſtabatur: quę conſtitutio ei captiuitatem portendebat, in quam incidit bello geſto, cum Imperatore Carolo V. ad Papiam anno Chriſti 1525.




Hic rex Chriſtianiſſ. paſſus eſt plurima in corpore incõmoda propter Saturnum poſitum in decima cęli domo, tandem morbo confectus, qui in alui profluuium deſijt, admonito filio ſuo vnico Henrico de rebus ad regni gubernacula pertinẽtibus, ac ſumptis ſacramentis eccleſiaſticis, vita functus eſt, anno regni 33. die 31. Martij.

Ioanni Friderico Electori Saxonię, Sol in Cancro Saturno coniunctus, in angulo occidentis, Luna in Libra verſante, in quadrato Saturni, captiuitatem & plurima incõmoda minabatur, quę ei anno ętatis 44. currente. id eſt, anno domini 1547. menſe Aprili Electoratus dignitate amiſſa poſt bellũ geſtum cũ Carolo V. Hanc natiuitatem inuenies infrà in iſto Capitulo.

*Philippi Landgrauij Haſsiæ ducis Natiuitas.*

PHILIPPO Landgrauio Haſſię, Luna in Aquario in imo cæli, à Saturno in Leone, ex medio cæli infeſtata, captiuitatem ſignificabat, in quam incidit anno 1547. poſt confectum bellum Smalcaldicum in Salinis Saxonicis, ab Imperatore Carolo. V.




Dux iſte fuit in re militari clarus ac valde fortis & prudens vt ſignificat Mars triangulatus Ioui exiſtenti in regia domo. hic igitur ſtatus declarat, eum fuiſſe notum, vt fuit, ac in maximis rebus verſatum. Ob egregias igitur animi virtutes, ſuffragãte Solis & Veneris coniunctione, poſt multa prælia infęliciter geſta poſt captiuitatem, & in regnum reſtitutus dignam tanto viro egit vitam, vt non tam ab hoſte victus, quàm aduerſam fortunam ſuperaſſe credatur. Paſſus eſt plurima in corpore incõmoda ob diametrum Saturni ad Lunam, & Solis coniunctionem cũ Marte & Antiſcium Saturni in octaua cæli domo. verum à filio, & Electore Mauritio liberatus in ſua ditione perijt anno ætatis ſuæ 63.

Henric

## *Henrici Ducis Brunſuuicenſis Natiuitas.*

Henrico Duci Bruſuuicenſi, Sol in angulo orientis in Scorpio, à Marte in Leone quadrato radio, ex medio cæli infeſtatus, captiuitatem portendit, inquam incidit, anno domini 1545. menſe ſeptembri, à Ducibus Saxoniæ.

*Latitudines planetarum.*

♄ 0. 43. Septen. Aſcen.
♃ 0. 50. Septen. Aſcen.
♂ 0. 3. Septen. Aſcen.
☉ 0. 0.
♀ 4. 40. Mer. Aſcen.
☿ 2. 32. Mer. Deſcen.
☽ 4. 10. Sep. Aſcen.

*Antiſcia planetarum.*

♄ 13. 48. ♉
♃ 26. 8. ♈
♂ 1. 44. ♓
☉ 28. 23. ♒
♀ 15. 49. ♓
☿ 8. 16. ♒
☽ 2. 55. ♒




## *Chriſtophori Ducis Megelpur. Natiuitas.*

Christophoro Duci Megelpurgenſi Sol in medio cæli infeſtatus per coniunctionem à Marte in Capricorno, altero luminari ſimul in dignitate Martis conſtituto, captiuitatem ſignificauit, in quam incidit, ann. 1563. ſuperatus ab exercitu Regis Poloniæ in Liuonia, & abductus in Ruſſiam. Luna autem in ſeptima cæli domo cõſtituta, mortem ſubitam & inopinatam ſignificare ſolet; vel omnino affert infœlicitates plurimas, & maxima pericula: qui quidem Mars in quadrato horoſcopi multa pericula ſignificat. Et Saturnus per Antiſcium in horoſcopo idem pollicetur.




Vide eius geneſim pag. 120. Leoni x. Pontifici, Sol in angulo Orientis in ſigno Sagittarij, lædebatur quadrato plactico Martis, altero malefico ſimul in Leone exiſtente. Captus eſt igitur ann. 1512. ab exercitu Gallorum, cum Legatus eſſet exercitus Pontificij.

*Cautela.*

Porrò quę de luminaribus & maleficis dicta ſunt, ea conditione intelligi debent, ſi non in ſuis dignitatibus principalibus conſtituãtur, aut ſint cum beneficis, in ſignis permutatis. Hoc modo enim ſi ponantur, periculum captiuitatis duntaxat afferunt.

11. *Aphoriſmus.*

Luminare alterutrum in duodecima cæli domo coniunctum cum altero maleficorum, ſi imbecilles ſint, captiuitatem denunciat.

Chri

Digitized by Google

*Chriſtierni Regis Daniæ Natiuitas.*




TALIS eſt conſtitutio in themate Chriſtierni Regis Daniæ, qui Soli Martem coniunctum habuit in Cancro domo duodecima. Captus & regno exutus eſt, à Chriſtiano principe, Holſatiæ, & maritimis ciuitatibus Saxoniæ. Moritur an. 1559. die 25. Ianuarij. verum pro regula generali habetur, quod cum dominus horoſcopi natiuitatis fuerit in duodecima cæli domo, ſemper ſignificat carceres. Et quia Iupiter & Venus erant in horoſcopo, habuit vitã lõgam, & fuit ſanus corpore & peruenit ad annum 78. ſuæ ætatis: Et quamuis Saturnus mittat Antiſcium ſuum in octaua cæli domo, qui ſignificat mortem violentam: nihilominus quia Iupiter eum reſpiciebat ex ſextili aſpectu, dedit ei mortem naturalem & bono modo.

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 22. | 36 | ♓ |
| ♃ | 18. | 24 | ♉ |
| ♂ | 6. | 9 | ♊ |
| ☉ | 11. | 23 | ♊ |
| ♀ | 0. | 20 | ♉ |
| ☿ | 0. | 53 | ♋ |
| ☽ | 10. | 30 | ♈ |

*Georgij Vicecancellarij Natiuitas.*




SIC Georgius Genger, regis Ferdinandi Vicecancellarius Solem habuit coniunctum Saturno in Tauro & in duodecima domo. Captus eſt anno 1556. Item habuit Mercuriũ dominum horoſcopi in duodecima cæli domo, quare carcerem intrauit, & propenſus fuit ad carceres.

*Additio.*

Verum quia Luna iuncta fuit cum Ioue, fecit eum Doctorem legiſtam, & cancellarium, & dedit ei multos bonos fideles, & vtiles amicos, & de rebus deſideratis bonum finem: & attulit etiam multitudinem fortunarum & proſperitatum. Mercurius verò in linea horoſcopi in ſuo domicilio ſignificat ingenium memoriam, imaginationem & rationem bonã: Sed quia ipſe eſt in quadrato Lunæ, denotat conſilium, & audaciam in ſuo genere. Venus autem in horoſcopo vitæ diuturnitatem ſignificat, & illum honore decorauit.

III. *Aphoriſmus.*

Mars vel Saturnus occupans ſeptimam aut duodecimam domum in ♈, ♒, ♉, ♑, ♌, ♋ conſtitutus, & altero luminariũ ab eo, vel Saturno læſo, aſpectu plactico vel partili, carcerem vel captiuitatem minatur.

*Alberti*

*Alberti Marchionis Natiuitas.*

Hoc modo poſitus eſt Mars in themate principis Alberti Marchionis Brandeburg, Caſemiri filij. Mars enim in Ariete in ſeptima Soli placticè coniungitur. Captus eſt anno domini 1547. die 2. Martij ad Rochlitiū Miſniæ oppidum, à Ioanne Friderico Electore & Duce Saxoniæ.

Hic Marchio Lunam habet coniunctam Mercurio, quę quidem conſtellatio denotauit eum in omnibus actionibus ſuis fore prudentem & cautum, ac in maximis rebus verſaturum, & eum futurum omnibus notū, vt eſt. Et quia Mars eſt cum capite Draconis Lunæ & cum Venere, denotauit etiam aliquot aduerſa prælia. Et Saturnus in quinta cæli domo ſignificat audentem incredibilia violentū fore, terribilem, in ſuis viribus confidentem: atque inter cætera, magnam potentiam ſemper habere ſignificat illa coniunctio quinque planetarum in ſigno æquinoctiali, quod eſt domus Martis.




*Erneſti Ducis Saxoniæ Natiuitas.*

Eadem conſtitutio eſt Saturni in figura principis Erneſti, Ducis Saxoniæ, Friderici ſecundi filij. Saturnus enim in Tauro in ſeptima cęli domo, Lunæ partiliter coniungitur. Raptus eſt puer cum fratre Alberto, ex arce Aldenburgenſi. Sæpe enim dixi Lunā in ſeptima cæli domo ſignificare mortem ſubitam & in opinatā, vel omnino adferre infelicitates plurimas & maxima pericula. Cumque Luna ſit in ſeptima cum Saturno, qui eſt Veneri coniunctus, tardum ſignificat coniugium, vel non habere vxorem. Sol autem in ſuo regno ſignificat quod quamdiu vixerit, erit potens apud reges, & in honore, quod fuit.




*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 13. | 8 | ♌ |
| ♃ | 6. | 55 | ♎ |
| ♂ | 15. | 27 | ♎ |
| ☉ | 16. | 1 | ♍ |
| ♀ | 13. | 48 | ♌ |
| ☿ | 9. | 15 | ♎ |
| ☾ | 5. | 36 | ♌ |

*Mariæ*

*Franciſci Gonzagæ Mantuæ Marchionis Natiuitas.*

In genitura Franciſci Gonzagæ, Marchionis Mantuæ, fuit Mars cum vtroque luminari in angulo occidẽtis in Leone. Captus eſt igitur à Lucio Maluetio Bononienſi, qui eum deduxit Venetias, vbi per aliquot menſes captiuus detentus fuit quouſque Iulius 2. Pontifex max. in cauſa fuit vt libertate donaretur.

ADDITIO.

Hic fuit armipotẽtiſſimus, & munificentiſſimus, in Marmirolo rure ſuburbano habebat 500. Equos magnanimos, quodãmodo alatos. ipſe in villa quadam prope Veronã, Auguſto menſe requiem captans, incautus peruenit ad manus Lucij Maluetij. Hæc omnia prædixerat Gauricus multo ante in vaticinio quodã, publicè impreſſo.




*Antiſcia planetarum.*

♄ 27. 17. ♍
♃ 4. 35. ♌
♂ 7. 20. ♉
☉ 4. 54. ♉
♀ 18. 35. ♈
☿ 21. 57. ♉
☽ 19. 45. ♉

IIII. *Aphoriſmus.*

Saturnus, & Mars ſeſe reſpicientes quadrato vel oppoſito radio, vel coniuncti extra domicilium, altitudinem, aut receptionem beneficorum, aut luminarium, ſi vterque eorum, vel alteruter duntaxat ſit directus, & dominium vel altitudinem ſibi vendicet, in principio ſeptimæ aut duodecimæ domus, carcerem portendunt. Talis eſt conſtitutio in themate M. Antonij Barzelini Bononienſis. Nam Mars & Saturnus ſeſe quadrato aſpiciebant extra ſuas dignitates aut receptiones mutuas, ex his altero ſimul dominium in duodecima ſibi vedicante. captus igitur & torturas perpeſſus eſt. Cuius figura patebit infra pag. 511.

*Ioannis filij regis Sueciæ Natiuitas.*

Sic in themate Ioannis ſecundi, filij Guſtani Regis Sueciæ, Saturnus & Mars inuicem iuncti in Virgine extra domicilia & exaltationes, aut mutuis receptionibus ex his dignitatibus, vtroque directo exiſtente, & Saturno ſimul dominium in cuſpide ſeptimæ habente. Is captus eſt à ſuo fratre Erico Sueciæ, anno 1563.




*Latitudines planetarum.*

♄ 2. 4. Sep. Deſc.
♃ 1. 28. Mer. Aſc.
♂ 3. 4. Sep. Aſc.
☉ 0. 0.
♀ 2. 9. Sep. Deſc.
☿ 1. 47. Sep. Deſc.
☽ 4 22. Sep. Deſc.

*Antiſcia planetarum.*

♄ 9. 10. ♈
♃ 18. 14 ♌
♂ 26. 31. ♈
☉ 20. 53. ♐
♀ 28. 25. ♑
☿ 15. 42. ♑
☽ 2. 42. ♉

T

*Mariæ Reginæ Scotiæ Natiuitas.*




MARIA Regina Scotiæ filia Iacobi V. Regis Scotorũ, ſeptẽ dies nata regnare cœpit ann 1542. mortuo patre, & Frãciſco Delfino Frãciæ q̃ poſt ea Rex Frãciæ renũciatus eſt, nupſit; ſed poſt mortẽ Frãciſci Regis mariti, iã vidua aula relicta, in vrbẽ Rhemenſem ſe recipit, Lotharingiã inuiſit, Caleto deinde ſoluẽs proſpero vento in Scotiam appulit, & honorifice à ſuis excepta, in multaſque anguſtias à ſuo in regnum appulſu coniecta eſt. Cũ igitur tumultus magis per dies augerẽtur in Scotiæ regno: Regina autẽ vidẽs ſeditionẽ populo cõtra ſe, diſceſſit, & verſus Galliæ regnũ iter arripuit, ſed in itinere à Regina Anglorũ capta eſt, quam in carcerem miſit in arce vt vulgo dicitur Ponfrẽ. Quis ergo q̃reret fælicitates præteritas, & calamitates præſentes huius Reginæ, ad plenũ perſpiceret, q̃d fortuna in humanis rebus ſuam partẽ quætit. Habet enim in ſua Natiuitate hęc Regina Saturnũ quadrãgulatum Marti, qui ſunt in ſignis cõmutatis, & violẽtis & habent dominium in 7. & 12. domo, & Luna cum Antiſcio Solis reperitur in Capricorno, quæ dat propenſionẽ ad itinera. Eſt enim Mars in duodecima domo in Aquario, Saturnus vero in ſeptima in Scorpione qui quidem planetæ portendunt carceres, & plurima pericula, & incommoda, & viri mortem, vt ei accidit.

*Ferdinandi Ducis Aluariæ Natiuitas.*




QVIS ex hiſpanicis fęlicior habitus Ferdinando de Toleto Duce Aluariæ? Fuit enim Prorex & gubernator totius Italiæ, & Germaniæ inferioris: quibus ſtatuta & leges dedit, & Flandiæ terror maximus fuit: tandem poſt omnes fælicitates ſuas captus fuit ex mandato Regis Hiſpaniæ, & miſſus in carcerem: vbi permanſit cum vitæ periculo vſque ad annum 1580. Ex quo exiuit cum maxima gloria, & factus fuit præfectus totius exercitus Regis Hiſpanorum contra Portugallenſes: Quapropter acquiſiuit Philippo Regi Regnum Portugalliæ cum honore maximo. Cauſa illius accidentis fuit quod ipſe Dux Saturnum, & Martem habuit ſeſe reſpicientes ex quadrato aſpectu in ſuis dignitatibus tenentem dominium in duodecima cæli domo, ſcilicet ipſe Mars fuit dominus illius domus, qui Lunam in octaua cæli domo lædebat partiliter, & quadrato aſpectu, & Saturnus opponebatur ei, Quare incarceratus fuit, vt iſti planetæ portendebant. Et quamuis prudentia humana doceat principes non includi ſolere in carceribus, niſi vt vita priuentur, nihilominus innocentia ſubditi poteſt eſſe talis, & clementia principis bona, vt prouerbium non habebit locum: quia omnis regula patitur exceptionẽ. Et Mercurius dominus regiæ domus in hac Natiuitate cum Sole benẽ affectus, & Iupiter dominus horoſcopi coniunctus partiliter Soli, hęc omnia ſupradicta declarauerunt.

Iulij

Digitized by Google

### *Iulij Eſtenſis Natiuitas.*




IVLIVS Eſtenſis habuit Saturnum Marti quadrangulatum coniunctumque Lunæ & oppoſitum Soli: & Mars habebat dominiũ in duodecima cæli domo. Effoſſi autem fuerunt oculi eius, cum ſtylo ligneo acuto, dum eſſet in venationibus, ſed illos pendẽtes ſupra naſum, proprijs manibus in ſua loca repoſuit, ſiniſter cum tranſuerſo ordine fuiſſet repoſitus aciem amiſit. Vixit 36. annos in carceribus, & ibidem occubuit.

### V. *Aphoriſmus.*

Idem minantur, ſi oppoſiti ex dignitatibus ſuis vel in permutatis ſignis, alter eorum primam vel ſeptimam, vel octauam occupet, altero dominante ſigno duodecimæ domus.




*Ludouici Sfortiæ ducis Mediolani Natiuitas.*

TALIS eſt poſitus in themate Ludouici Sfortiæ Ducis Mediolanẽſis, q̃ anno 1500. captus eſt, & in Galliã adductus, vbi aliquot poſt annis captiuus interiit. Habuit enim maleficos oppoſitos in ſuis dignitatibus, quorũ alter primã, alter ſeptimã occupabat, altero ſimul ſigno duodecimæ cæli domui imperante. Admirantur q̃dã felicẽ geniturã infelici exitu terminatã, & prudentiã deteſtãtur, quę tam infauſtũ finẽ habuerit. Mars dominus horoſcopi in horoſcopo infortunatus & Saturnus in ſeptima plurima mala decernebat: Venus verò q̃ iuxta Saturnũ erat prodeſſe nõ potuit. Nã ſupra diximus incõgruã fore mixtionẽ Saturni, & Veneris. Verum ſtellæ beneficæ, quæ ſunt in domibus cadentibus, & Sol, qui ſexangulabatur Saturno in ſignis longarum aſcenſionũ, qui aſpectus ęquiualet quadrato, ſignificabant regnũ paternum nõ fore ei reſtituendum. Sola enim Luna cum Ioue popularem auram promittebat. Quare fęlicitas regni adepti, diu non potuit permanerę. Nam Mercurius cum cauda Draconis Lunę moleſtiam animi auxit, deinde longã ægritudinem corporis irrogauit.

Vide eius Geneſim pag. 158.

Dux Borbonius in arte militari fuit ita inſignis, vt vix quicquam addi poſſit: niſi quod felix eſſe nõ potuit. Quoniam Saturnus in Oriente in ſigno Capricorni opponebatur Marti, qui erat in ſeptima cæli domo dominus duodecimæ domus. Quapropter ſpoliatus, regno profugus, tormento bellico ictus, continuo mortuus eſt.

Vide eius Geneſim pag. 158.

Eſt etiam quidam vir inſignis, & magnæ autoritatis, qui anno 1551. Florentiæ permanſit per plures menſes tanquam exul & profugus à patria, plurimaque incõmoda perpeſſus eſt: ſicut demonſtrat Saturnus in medio cæli in Capricorno, qui diametrabatur Marti, qui eſt in imo cæli dominus regiæ domus: quare depreſſus fuit in ſuo ſtatu: imo hoc



Digitized by Google

infortunium ei accidit cauſa fratris ſui, vt inſinuat Mercurius dominus tertiæ domus infortunatus à Marte: ſed quoniam nullus horum planetarum fuit dominus duodecimæ domus, vel ſextæ ideo ex ſuo ingenio carceres deuitauit.

Vide eius Geneſim pag. 158.

Eſt quidã princeps magnus, qui habet in ſua Natiuitate omnes planetas poſitos in ſuis dignitatibus (excepto Mercurio) quæ quidem conſtitutio (vt opinor) portendit maximam fœlicitatem in præcipuis vitæ actionibus, & ſplendidam atque illuſtrem fortunam. Quare ex his cauſis, & tot fælicitatibus ſimul concurrentibus, credo quod diametratio Saturni, & Martis, & planetarum, qui etiam poſiti ſunt in duodecima cæli domo nullum damnum, ſiue infortunium ei afferre poſſunt, & quamuis fata patris cognoſcantur etiam per filij Natiuitatem, vt dicitur à Ptolemæo, nihilominus ea nos non vtemur, propter cõſtellationum bonitatem patris, dicimus ipſum patrem debere in ſuo fœliciſſimo paterno imperio perſeuerare vſque ad mortem cum maxima fœlicitate. Quamuis Saturnus ſit dominus duodecimæ domus qui portendit multa incommoda & pericula vitæ, in ſeptimo cæli loco. vt ſupra ſcripſimus in multis Natiuitatibus.

*Natiuitas Philippi Magni Principis Ethruriæ.*




In genitura Nicolæ Vrſini comitis Pitigliani, fuit Mars in ſuo detrimento in nona cæli domo, & diametrabatur Saturno in Capricorno: Erat enim Mars dominus horoſcopi & ſextæ domus, & Saturnus regnum ſuum tenebat in duodecima cæli domo. Captus eſt ex mandato Pontificis Pauli 4. & miſſus in carcerem in mole Adriani, quam vulgo nunc caſtellum ſancti Angeli vocitant, anno 1556. & ibi permanſit vſque ad primum diem Ianuarij anno 1558. ſicut prædixi, quoniam fui eius familiaris in dicto caſtello: & ex hac prædictione is eſt erga ſme affectus perquã beneuole: ſed anno 1562. die 11. Ianuarij amiſit ſuum ſtatum.

*Nicolæ Vrſini comitis Pitigliani natiuitas*

*Antiſcia planetarum.*

♄ 22. 22. ♐
♃ 17. 33. ♓
♂ 22. 44. ♊
☉ 2. 47. ♒
♀ 3. 19. ♓
☿ 21. 18. ♑
☽ 1. 22. ♍



*Caroli Carapha Neapolitani Natiuitas.*




EADEM conſtitutio eſt Saturni & Martis in figura Caroli Caraphæ militis hoſpitalis in Hieruſalem. Saturnus enim in Sagittario repedans in tertia cæli domo diametrabatur Marti, qui erat in nona cęli domo in Geminis. Captus eſt ex mãdato Pij 4. pontificis maximi, & miſſus in caſtellum ſancti Angeli, tandem anno 1560. ſuffocatus fuit.

*Latitudines planetarum.*

♄ 1. 21. Sep. Aſc.
♃ 1. 3. Sep. Deſc.
♂ 1. 0. Sep. Deſc.
☉ 0. 0.
♀ 0. 43. Mer. Deſc.
☿ 1. 19. Sep. Deſc.
☽ 0. 5. Sep. Aſc.

*Antiſcia planetarum.*

♄ 0. 46. ♑
♃ 19. 16. ♉
♂ 5. 46. ♋
☉ 11. 29. ♍
♀ 14. 13. ♎
☿ 21. 17. ♌
☽ 18. 59. ♊




PRAETEREA eſt quidam, cuius nomen taceo propter modeſtiam: & quoniam procliuis ad occidendum homines, (vt ita dicunt, ſicut eſt in clinatio pauperum in occidendis pediculis) cui aſcendunt partes 20. min. 19. Arietis, & Mars reperitur in horoſcopo in partibus 12. minutis 26. Tauri: & in contrario loco manet Saturnus retrogradus in partibus 19. minutis 27. Scorpij in diametro Martis: qui quidem vir ſæpe verſatus eſt in carceribus, propter homicidia perpetrata, & alia facinora horrenda, & execrabilia. Verum Mercurius eſt cum Marte, & triangulatur Lunæ, qui dat ei intellectũ & ingenium acutum ad faciendum hæc. Iupiter autem in ſeptima cæli domo, dedit ei vxorem diuitem, & Luna in domo regia filios & filias: ſed Sol in duodecima cæli domo, fecit eum habere plurimos aduerſarios potentes, qui ei moleſtias exhibuerunt maximas. Exitus erit infeliciſſimus, quando Deus voluerit, vt ei prædixi ſæpe cum coloquendo: quamuis luminaria ſint bene affecta: ſed ſunt in ſignis violentis, & Mars eſt dominus in horoſcopo infortunatus. Quare morietur violenter.



Digitized by Google

VI. *Aphoriſmus.*

Dominus duodecimæ cæli domus in eſſentiali dignitate Martis id eſt in domicilio vel regno ♂. & angulum occidentis occupans, à maleficis partiliter damnatus, captiuitatem minatur.

*Hieronymi Baumgartneri Natiuitas.*




Exemplvm videre licet in genitura Hieronymi Baumgartneri, qui habuit Mercurium dominũ duodecimæ domus in Ariete iunctũ Saturno per coniunctionem placticã in ſeptima cæli domo exiſtentẽ. Domum igitur ex comitiis reuerſurus, captus eſt ab Alberto à Roſenberg viro nobili, & equeſtri. Hic vir habet Lunam oppoſitã Marti in ſigno violento, quæ ſignificauit itinera mala cum periculo corporis & vitæ, quare in itinere captus fuit. Rurſus, Saturnus in octaua cæli domo & Mercurius dominus horoſcopi in cuſpi de octauæ domus denotabant mortem violentã. Deinde Saturnus mittebat Antiſcium ſuum in ſignum Virginis, in quo pars mortis iacet. An autem mortuus ſit violenter, neſcio: relinquo iudicio Germanorũ hanc veritatem, vt & ipſi iudicent.

VII. *Aphoriſmus.*

Dominus duodecimæ domus in ſuo detrimento, vel caſu damnatus à maleficis partiliter, vel placticè, carcerem portendit.

*Victorini Natiuitas.*




Exemplvm huius regulæ eſt in geneſi Victorini, qui dominum duodecimæ domus Mercurium in detrimẽto, & quadrato Saturni partili læſum habuit in ſexta, quæ conſtitutio captiuitatem minabatur. Hæc ei accidit Ienæ anno 1559. ætatis 36. currente, cum directio Medij cæli ad Lunæ quadratum, & horoſcopus ad terminum Mercurij domini duodecimæ: & profectio annua ad duodecimam domum, ☍ ☿ & □ ♄ perueniſſet.

*Antiſcia planetarum.*

♄ 12. 20. ♎

♃ 27. 10. ♍

♂ 20. 30. ♓

☉ 14. 43. ♐

♀ 1. 58. ♒

☿ 18. 42. ♑

☽ 25. 0. ♒

Sic

Sic Ioanni Iacobo Medici, Mercurius dominus ſextæ domus in duodecima in ſuo caſu reperitur, & à Sole per coniunctionem læſus eſt. Captus eſt igitur à militib' Cæſaris, & aliquãdiu fuit captiuus.

*VIII. Aphoriſmus.*

Sol & Luna coniuncti in octaua cæli domo, in quouis ſigno, exceptis ſuis domiciliis, plerumq; carcerem denunciant, niſi interueniat inſignis aliqua beneficorum prohibitio. Quod ſi in propriis domiciliis fuerint, ſed tamen à maleficis læſi, idem minantur.

## *Vuilhelmi Ducis Iuliacenſis Natiuitas.*




ITA coniuncta fuerunt luminaria in octaua cæli domo in propriis domiciliis, ſed à quadrangulo Martis læſa, in natiuitate Vuilhelmi Ducis Iuliacenſis. Quare captus fuit. Rurſus Mars mittit Antiſcium ſuũ in ſignum Leonis in octaua cæli domo prope Solem, qui plurima incommoda & pericula corporis ſignificat, & mortem violentam: Et coniunctio Solis & Lunæ ſignificat quod natus debebat laborare neruorum reſolutione. Et tandem obſeruaui natos ſub iſta coniunctione non habere vitam longam: aut eſſe in ſenio ſemper infirmos. Sed tandẽ ſapiens dominari videtur Aſtris.

*Antiſcia planetarum.*

♄ 19. 1. ♈
♃ 26. 13. ♉
♂ 22. 18. ♌
☉ 15. 38. ♉
♀ 0. 45. ♈
☿ 22. 20. ♈
☽ 25. 57. ♉

## *Ecelini Tyranni de Romano Natiuitas.*




ECELINVS cognomento Monachus in ſomnis variam filiorum ſuorum vidit fortunam: viſus eſt enim ſibi videre collem, in quo Romanum oppidum ſitum eſt, ita in ſublime extolli, vt cælum ſuo vertice cõtingeret, eundemq; paulo poſt veluti niuẽ liqueſieri, adeoq; demitti, vt amplius non extaret. Sequens euentus id comprobauit, quod ſomnium portendebat. Nam prior natu filius, & ipſe Ecelinus nuncupatus, Veronæ, Patauij, Vicentiæ, & Marchiæ Taruiſianæ dominium obtinuit: alter iunior in alias ciuitates tyrannidem exercuit. Cæterum poſtea variante fortuna, omnia cœperunt ei in peius ruere, Nam Patauini eius inſolentiam ferre amplius non valentes iugo excuſſo, ſe in libertatem aſſeruerunt. Quo ille audito, tanto eſt furore concitatus, vt duodecim Patauinorũ millia, quos in ſuo exercitu habebat, tanquam

obſides, variis atque inuſitatis tormentis, partim ſcilicet fame, partim incendio crudeliſsimè interfecit. Nam in quodam prato miſerabile ſpectaculum exhibuit, plurimis ex illis ad palum ligatis, ac ſermentis circundatis: quos igne ſuppoſito, iuſsit incedi. Quam inuſitatam crudelitatem abominata ipſa natura, per plurimos annos ſuis fructibus pratum illud priuauit. Quid dicam de eo immanitatis genere, quo vſus eſt in paruulos damnatorum ciuium filios, quos truculentiſsimus Tyrannus caſtrari mandauit? nec hoc contentus, tam multis quoque eodem tempore erui oculos iuſsit, vt ingentem patinam oculis non repleret modo, ſed etiam ſpectare vellet. O barbarum planè hominem! barbarum autem? immo immaniſsimam belluam: quæ nunquam humano ſanguine expleri poterat. Sed diuina vltio non diutius tam horrendũ monſtrum regnare eſt paſſa: nam viuus cum in hoſtium manus perueniſſet, qua iam pridem erat morte digniſsimus, fuit affectus. nam in carcere ex deſperatione eſt mortuus. Albericus autem ſceleſtiſsimi Tyranni frater non multo innocentior, cum etiam captus eſſet, in impiiſsimi fratris odium ſuis oculis corã ſe vidit ſex filios crudeliſsimè obtruncari, vxorem cum duabus puellis flammis abſumi: demum ipſe minutatim per ſingulos artus conciſus, ſimul pœnas meritas pro ſuis deq; fratris ſceleribus exſoluit, & patris ſomnium, impia hac ſtirpe radicitus euulſa, impleuit.

Cauſa talis accidentis fuit coniunctio Solis & Lunæ in octaua cæli domo, quæ ſignificauit carceres. Item, Dominus duodecimæ domus & horoſcopi in octaua cæli domo combuſtus, minabatur carcerem. Rurſus, Mars & Venus per Antiſcium in duodecima cæli domo pollicebatur carceres. Sed mortem quaſi violentam ſignificauit Mars in octaua cæli domo, vt patuit per figuram cæli in eius natiuitate. Hic Tyrannus fuit crudeliſsimus & impiiſsimus omnium Tyrãnorum, qui vnquam fuerũt. Erat enim in aſpectu terribilis, & ſuperbus in ſuis actionibus, & qui eum in vultu reſpiciebat, verè manifeſta indicia eius naturæ tyrãnicæ deprehendebat. Nõ enim loquebatur, nec ridebat. Erat aũt ſemper melancholicus, & iracũdus: & omni ſuſpicione plenus, & habebat animum ſic crudelem vt ad aliud nõ cogitaret: niſi ad ſpargendum ſanguinem humanum iniuſtè. Mortuus eſt anno ætatis ſuæ labente 69. nõ tantum ex læſione vulneris, quantum ex iracundia & dolore: & fuit ſepultus in loco prophano: eo quod erat excomunicatus à ſancta Matre Eccleſia Catholica Romana.

Hi Aphoriſmi infinitis exemplis principum, nobilium, clarorum virorum & heroum, noſtræ & ſuperioris ætatis confirmari poſſunt. Si quis igitur in ſua geneſi tales poſitus inuenerit qui captiuitatem denunciant, viuat in timore Dei, & precibus pericula ſibi impendentia auertat, ac cæcos animi impetus frenare, & moderatis conſiliis pericula effugere, aut certè graues ærumnas mitigare conetur. *De efficacia ſanctarũ precũ, contra influx' cæleſtes.*

Quod ſi in geneſi alicuius, omnes conditiones, & regulæ non cõgruunt, ſed aliquæ aut præcipuæ, is periculum captiuitatis aut exilium potius, vel ſimile quiddam, ſibi metuendum eſſe ſciat.

Tales ſunt genituræ Ottonis Henrici Palatini Rheni Electoris, Vdalrici Ducis Vvirtembergẽſis, quorum vterque exulauit.

*Vdalrici Ducis Vvirtembergenſis Natiuitas.*




Hic Dux habet in ſua geneſi Saturnũ contra poſitũ Marti, qui quidem ſignificat carceres, exilium, & multa alia incõmoda, Verũ luminaria benè affecta poteſtatem quidem maxima, aut dignitatem aut nomen inſigne ei dederũt. Cum verò Saturnus ſit in vndecima cęli domo, ſignificauit quod non fuerit cum amicis fortunatus vel dominũ aliquod acceperit ab amicis, vel denotabat amiſsionem amicorum & filiorum.

Sequuntur aliquot genituræ illuſtrium heroum & aliorum hominũ, inſignium in quibus Aphoriſmi ſupradicti patent. Multas alias hominum vulgarium natiuitates in hac parte appoſuiſſem, ſi humana ratio poſtulauiſſet. Sed mirum non eſt in talibus hominibus hoc ſæpe accidere ex eorum ignobilitate, natura, inclinatione & volũtate: quoniã in his multo magis calamitates oriũtur quàm in hominibus illuſtribus.

Iuliani

Digitized by Google

### *Iuliani Cæſarini Natiuitas.*

IVLIANVS Cæſarinus Romanus anno domini 1557. miſſus fuit in carcerem in Caſtello ſancti Angeli, & manſit ibi per multos mẽſes. quoniam Saturnus reſpiciebat Martem ex ſextili aſpectu in ſignis commutatis, & Sol erat infortunat' à Marte ex quadrato aſpectu, & Luna diametrabatur Sol in ſignis violentis. Fuit vir magnanimus, & nobilis animo, & amabat literatos & milites: & me volebat ſemper habere apud ſe in colloquiis & in menſa ſua. Hæc congruunt 4. Aph.

*Antiſcia planetarum.*

| | | |
|---|---|---|
| ♄ | 6. 10. | ♒ |
| ♃ | 12. 34. | ♌ |
| ♂ | 0. 41. | ♐ |
| ☉ | 2. 13. | ♍ |
| ♀ | 15. 16. | ♍ |
| ☿ | 8. 35. | ♍ |
| ☽ | 12. 7. | ♓ |




### *Natiuitas Regis Nauarræ.*

HIC Rex anno 1572 fuit detentus ſub cuſtodia. Deinde relictus eſt. Cauſa huius accidẽtis fuit Luna ſub ſigno violenti in ſeptima cęli domo cui quadrangulabatur Mars in ſigno violẽto: & Iupiter reperitur in duodecima cæli domo, in quam Saturnus mittebat Antiſcium ſuum: faciet igitur itinera cum aliquo periculo, ſiue damno, vt innuat Mars in tertia cæli domo. Verum Venus domina horoſcopi in ſecunda cæli domo & pars Sortis ambo benè affecti ſignificant diuitias maximas, cauſa hæreditatis. Hæc congruunt primo Aphoriſmo. De Luna in ſeptima cæli domo quid ſignificet, iam ſuas ſignificationes ſcripſimus in pluribus natiuitatibus. occiſus est a homine prauo et [illegible] 1610. die maii 14.




natiuitas eius vxoris. fol. 704

## *Lazari à Schuuenda Natiuitas.*

Lazarvs à Schuuenda vir in militari diſciplina excellentiſsimus, qui anno 1565. à Maximiliano 2. Imperatore creatus fuit generalis præfectus ſui exercitus contra Turcas in Vngaria, tandem poſt multos honores perpeſſus eſt multa incommoda & pericula & carceres. Nam Luna in ſeptima cæli domo, cui quadrangulabatur Saturnus, qui erat coniunctus Marti, & cum Marte Sol in ſigno violento, ſignificauit carceres, pericula plurima, mortem ſubitam & inopinatam, vel attulit ei infœlicitates plurimas, & caſus violentos. Hæc congruunt primo Aphoriſmo. Deinde conſidera Antiſcium Solis, Martis, & Saturni in horoſcopo quid ſignificent.




## *Ioannis Nickel Natiuitas.*

Ioannes Nickel vir excellẽs Brãdeburg. multoties in carcerem coniectus eſt, & nunc ad perpetuos carceres ob ſeditionis motus condemnatus eſt. Hic habet Saturnũ in octaua cæli domo contra poſitum Marti, qui erat in horoſcopo in ſigno leonis. quare habuit carceres. Verum dixerunt Arabes, Martẽ qui habet in horoſcopo, multis exponetur periculis, vel omnino cicatricẽ in facie habebit. Hic fuit ſeditioſus: quia Mercurius non reſpiciebat Lunam. quamuis reſpiceret horoſcopum ex benigno aſpectu. hæc congruunt cum 4. Aphoriſmo.

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 24. | 36. | ♎ |
| ♃ | 4. | 15. | ♒ |
| ♂ | 2. | 59. | ♉ |
| ☉ | 9. | 44. | ♍ |
| ♀ | 3. | 25. | ♎ |
| ☿ | 15. | 6. | ♌ |
| ☽ | 15. | 43. | ♑ |




*Aſcanij*

Digitized by Google

### *Aſcanij Columnæ Natiuitas.*




Ascanivs Columna Romanus vir inſignis in caſtro nouo Neapolitano miſſus fuit in carcerem: & poſt multos annos ibi mortuus eſt. Fuit exul ab vrbe donec vixerat Paulus 3. Pontifex maximus. Et ex præcipitio fuit læſus in pede, anno ętatis ſuæ 32. labente ex directione horoſcopi ad corpus Saturni. Verum Martis quadrangulatio ad Solem, & Lunæ ad Saturnum ſignificauit carcerem, & quod periturus erat in carcere. Hoc idē inſinuauit Iupiter dominus duodecimæ domus in ipſa domo cũ Luna. Item & Mars in horoſcopo cum capite Draconis Lunæ ſignificauit multa incōmoda & pericula corporis, & Saturnus dominus regiæ domus in ſecũda cęli domo portēdebat ei omiſsionē ſuæ ditionis quod euenit. Fuit tamen princeps formoſiſsimus, tamen corpore pinguis, & ſucci plenus, vt habetur ab Antiſcio Veneris, Solis, & Mercurij in horoſcopo. Hæc conueniunt Aphor. 17. huius tractatus.

### *Hieronymi Morroni Natiuitas.*




Hieronymi Morroni fortuna fuit maximè rara. Nam ad amicitiam principum, ad tractandam pacem, ad quærendam belli occaſionē, nemo promptior, nemo aptior: varia tamen fortuna fuit iactatus. nam modo exul, modo in magiſtratu, modo in fuga, modo præfectus, modo in carcere, modo omnia, modo nihil. Fuit præſtanti vir ſapientia. Fuit etiam quandoque religioſus, inde ducta vxore numeroſam ſobolem procreauit. Demonſtrat hoc Luna in quinta cæli domo: inter quos genuit Illuſt. ac Reuerendiſ. Cardinalē qui nuper mortuus eſt Romę, & in Concilio Tridentino fuit Legatus. Ingenij vim Veneri iunctus Mercurius in Aquarij conſtellatione demonſtrat. Podagram & repentinā mortē pollicentur Mars & Luna contrapoſiti adinuicem, & Sol lumen temporis in ſigno violento fuit infortunatus à Saturno ex quadrato aſpectu. & hoc etiam oſtenderũt ei carceres, quod inſinuauit Mercurius dominus horoſcopi in ſexta cæli domo. Hæc omnia congruunt primo & ſexto Aphoriſmo.

Vrbani

### *Vrbani Landriani Natiuitas:*

VRBANVS Lādrianus, fuit explorator in Gallorum caſtris: poſt præfectus ſacerdotum factus, venit in magnam autoritatem: poſtea cecidit à dignitate prædicta, inde accuſatus, captus, in fouea poſitus, & pro ſpectaculo ac ludibrio populo expoſitus, lingua lignis conſtricta, demum poſt nouem, aut decem menſes euaſit, exilio damnatus. Hic habet Solē in ſeptima cęli domo infortunatum à Marte ex quadrato aſpectu, & Mercurius fuit per Antiſcium cum Mercurio partiliter, & Saturnus per Antiſcium cum Luna. quare fuit explorator & poſitus in carcere, & ſuſtinuit tātam ignominiam & pericula in vita ſua. Hæc congruunt cum primo Aphoriſmo.

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 14. | 36. | ♐ |
| ♃ | 15. | 52. | ♍ |
| ♂ | 27. | 56. | ♉ |
| ☉ | 23. | 33. | ♌ |
| ♀ | 13. | 16. | ♋ |
| ☿ | 3. | 56. | ♌ |
| ☽ | 22. | 54. | ♈ |




### *Franciſci Gadij Natiuitas.*

FRANCISCVS Gadius fuit religioſus, vt dicit Cardan' & habuit prudentiam ſingularem, adeò quod ex induſtria ſua aſcendit ad multos honores: tādem cum perueniſſet ad annos 52. captus eſt à ſuis, & ad perpetuos carceres damnatus. Oſtēdit hoc Mars & Venus in octaua cæli domo in ſextili Saturni, & Luna infortunata à Saturno ex quadrato aſpectu idem ſignificat. Verum Luna in prima apparitione iuncta Mercurio ingenium acutiſsimum præſtat, in Saturni quadrato, cogitationes melancholicas, & tamen prudentiā ſingularem: nam Saturnus erat in Capricorno. Sol autem & Luna in nona cæli domo, fecerunt eum ex ordine canonicorum regularium. Iupiter in corde cæli, fecit eū apud illos tantę potentiæ, vt Rex appellaretur. Fuit autem intimus amicus Cardani.




Fatidica

*Fatidicæ Mulieris Natiuitas.*




Haec fœmina fuit in carceribus, vt combureretur, euaſit tamen, non tamen euadet: quia faſcinatrix ac præſtigiatrix eſt, & deceptrix maxima, & peſſimorum morum, vt dicũt: quia eſt meretrix valde famoſa, cauſa huius accidentis eſt vtraque infortuna in Leone in nona cæli domo in trino horoſcopi, & ideo maxima eſt deceptrix, cum Luna ſit in Scorpione, & ideo erit peſſimorum morum & meretrix, & multa patietur infortunia, ob locum Lunæ in duodecima cæli domo. & hæc habitat Mediolani, & eſt natura hilaris, boni aſpectus, iocoſa, affabilis, lepida & ſuauis. Hæc congruunt 4. Aphoriſmo.

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 19. | 58. | ♉ |
| ♃ | 23. | 55. | ♈ |
| ♂ | 19. | 0. | ♉ |
| ☉ | 1. | 0. | ♍ |
| ♀ | 15. | 32. | ♍ |
| ☿ | 25. | 52. | ♍ |
| ☽ | 19. | 19. | ♒ |

*Annibalis Raymundi Natiuitas.*




Annibal Raymundus Veronẽſis vir in mathematicis diſciplinis excellentiſſimus, qui multa perpeſſus ab equis pericula. Veruntamen anno 1521. in coxa dextra fuit atrociter vulneratus, & anno 1524. lapide quadrato aperta fuit ei commiſſura capitis, & fuit etiam Sclopo vulneratus in tibia & in brachio ſiniſtro. Et tandem anno 1525. bis carceratus fuit, & bis paſſus papulas ardentes, & fuit exul, ſed tandem ab oĩbus periculis euaſit. Imputatũ fuit ei ſæpe aliquod perpetraſſe homicidium, & hac de cã ſæpenumero brachiorũ torturas perpeſſus fuit atrociſſimas. Ipſe aũt nõ denegauit ſe in præliis pleraque perpetraſſe facinora, & quorundam ſtrages, ſicuti contra hoſtes accidere cõſueuit. Temporibus iam elapſis multos habuit inimicos, & iurgiorum contentioſa certamina. Amicorum gratia & mulierum, à quibus lucrorum copioſa præſidia, potiùſque diſpendia conſecutus fuit, & cum eis habuit geniale conſortium. erga amicos munificus, licet non ſatis pecunioſus: contra ſeruos præſe fert odium, ſiue inimicitiam propemodum inuitus. Quamquam ſuapte natura ſit cholericus, nihilo tamen minus duce prudentia, didicit iram frenare.

Habet ergo hic Martem cum Saturno in octaua cæli domo coniunctum, & Iupiter dominus duodecimæ domus eſt in octaua in ſuo detrimento, quare incarceratus fuit & paſſus eſt multa pericula vitæ. Hæc congruunt 4. Aphoriſmo.



Digitized by Google

*Bartholomæi Beneuentani. I.V. Doctoris Natiuitas.*




Bartholomaevs Beneuētanus vir in lege ciuili excellentiſsimus, qui cum Neapoli fuiſſet maximæ autoritatis, ex multorum inuidia tanquā exul coactus fuit ab illa diſcedere: at cum perueniſſet Romam, à Paulo 4. Pontifice maximo decoratus fuit maximis honoribus. Quapropter cū Caraphis ciuitati imperauit, tandem die 15. Auguſti anno 1558. in mole Adriani in carcerem miſsus fuit. Habet enim Martem & Saturnum coniunctos in ſigno violento, & Saturnus eſt dominus horoſcopi & duodecimæ domus, qui etiam quadrangulabatur Soli, qui erat in horoſcopo, ideo poſt plurimas dignitates depreſſus fuit, & miſſus in carcerē. Luna verò in ſeptima cæli domo maxima mala ei decernebat, vt ſępe ſcripſi, ſic & ei accidit. Nam tempore Petri de Toledo, quando ipſe Vicerex refrenare volebat aliquorum irreligionem, qui malè ſentiebant de religione, ipſe Beneuentanus contra Viceregē pugnā ſuſtinuit, quoniam imperabat plebi. Tandem non poſt multo tempore factus fuit exul à patria, & ſi Vicerex illum capere potuiſſet ſine dubio ſuſpendiſſet. Pro his accidentibus vide Aphoriſmum 4. qui congruit eis.

*Aſcanij Sfortiæ Cardinalis, Natiuitas.*




Hic vir, quoniam erat ex factione imperiali, miſſus fuit in carcerē in mole Adriani, à Paulo 4. Pōtifice maximo, in quo lóco māſit per multos menſes, tandem liberatus fuit. Hic habuit Saturnum & Martem cōtrapoſitos adinuicē. Quare habuit carceres, vt ſupra dictum eſt in quinto Aphoriſmo. Iſte autem Cardinalis electus eſt ab Auo dū ageret annū ætatis 17. ex directione decimæ domus ad ſexagonum Iouis. Eſt autem aliquantulū paruæ ſtaturæ in corporatura non aſsimilatur parentibus.

196.16.

*Antiſcia planetarum.*

| | | |
|---|---|---|
| ♄ | 20. 39. | ♐ |
| ♃ | 14. 54. | ♓ |
| ♂ | 26. 21. | ♊ |
| ☉ | 16. 30. | ♑ |
| ♀ | 13. 36. | ♒ |
| ☿ | 29. 59. | ♑ |
| ☽ | 9. 30. | ♈ |

### *Comitis Marci de Miglis Natiuitas.*




Marcvs de Miglis Comes Veronenſis Venetiis fuit in carcere libera, quoniam erat imperialis factionis Veronæ caput, tandem fuit factus exul à patria & à ſtatu Veneto, & confiſcata fuerunt omnia bona eius. Et fuit mihi familiaris Venetiis, Mantuæ, & Mediolani. Habet enim dominum horoſcopi retrogradum cũ Ioue domino duodecimæ domus in ſeptima cæli domo, qui quidem ſignificant carceres, & alia incommoda. item Mars cõiunctus partiliter Soli in horoſcopo in ſigno violento fecit eum caput factionis Gibellinæ, violentum, & ſuperbum. Quapropter potius voluit amittere omnia bona, & cum animo Cęſareo priuare filiũ hęreditate paterna, quàm quotidie apud Sãctum Marcũm Venetiis ſe ſiſtere, ſicut ei fuerat iuſſum. verum antequam Mantuã abiret, mihi dixit Vale, & narrauit ea, quæ facere volebat. Hæc congruunt Aphoriſmo 15.

### *Pomponij Mediolanenſis Natiuitas.*




Pomponivs Mediolanenſis fuit Conſtantinopoli miſſus in carcerẽ, & tandem vt dicunt multi, caput amiſit. Et iſte fuit mihi familiaris amicus Venetiis. Cauſa huius accidentis patet per ea quæ dicta ſunt in Aphoriſmo 4. Quoniam habuit Saturnum & Martem quadràngulatos in ſignis violentis, & offendebant Solem, qui erat in horoſcopo ex quadrato aſpectu & ex diametro. Quare mortuus eſt violenter & ſtetit in carcere.

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 0. | 33. | ♍ |
| ♃ | 6. | 35. | ♊ |
| ♂ | 11. | 59. | ♐ |
| ☉ | 3. | 18. | ♓ |
| ♀ | 16. | 50. | ♈ |
| ☿ | 7. | 6. | ♓ |
| ☽ | 14. | 5. | ♌ |



Digitized by Google




*Ricciardi de Milaneſe Florẽtini natiuitas.*

Similis caſus accidit Ricciardo noſtro Florentino, quoniam factus eſt exul à patria propter conſpirationẽ factam in principẽ, quare amiſit omnia bona ſua. Et cum eſſet Lugduni, viuebat ſemper cũ timore magno, & timebat ne occideretur. Et quia erat naturæ benignæ & mitis, & pacificus, bonus vir, pius & religioſus, & loquebatur ſemper honorificè de ſuo principe, accidit quod ille magnus Dux ſapientiſsimus ex ſua maxima benignitate, & cum cognoſceret hunc virum non ex propria malitia, ſed ad perſuaſionem quorundam malignorum ciuium peccauiſſe, quamuis ex nobilitate animi hanc coniurationẽ reuelare noluiſſet, reuocauit eum à proſcriptione, & dedit omnib' Florentinis libertatem, vt liberè cũ eo ſine aliquo præiudicio verſaretur. Quapropter ex hac gratia læſus ipſe Ricciardus, Romã profectus eſt Lugduno ad fratrẽ ſuum. Sed hic eſt aduertendum, quod fortuna in omnibus actionibus requirit partem ſuam. Ipſe enim Ricciardus cum nauigaret Neapolim verſus à Piratis Turcis captus fuit, atque ita captiuus mortuus eſt infra paucos dies. Quapropter exitus vitæ fuit infœliciſsimus. Hic habet Martem in cuſpide duodecimæ domus Lunæ partiliter contrapoſitũ, quæ eſt lumen temporis exiſtens in cuſpide ſextæ domus, ideo ſignificauit carceres & exilia, & quamuis Saturnus mittat Antiſcium ſuum in octauã cæli domum in ſigno Virginis, nihilominus, quia luminaria non reperiebantur in ſignis violẽtis, ideo mors nõ fuit ei violẽta, ſed ei accidit ex dolore & ex incõmoditate, quia erat ex cõplexione nobili.

9 Saturnus aut Mercurius in ſexta, vel in duodecima domo ſi impediatur, vel etiam in octaua, natus in carcerem intrudetur. Hermetis ſentẽtia 95.

10 Saturnus ſi fuerit in decima domo ſignificat carceres & ferrum. Hiſpalenſis cap. 16.

11 Mars occupans ſeptimam, aut duodecimam domum in Ariete, Scorpione, Tauro, Capricorno, Aquario, Leone & Cancro conſtitutus, & altero luminarium ab eo, vel Saturno læſo aſpectu plactico, vel partili, carcerem minatur.

12 Sol, vel Luna ſi fuerint infortunati in angulis, & poſiti in Ariete, Scorpione, Libra, Capricorno, vel Aquario, & infortuna quæ infortunat eos, exiſtat in Leone, vel Cancro, carcerem, vel captiuitatem minatur.

13 Pars carceris, quæ accipitur in die à Saturno in partem fortunæ, nocte è contra, & proiicitur ab aſcẽdẽte, ſi fuerit libera à malignis planetis cũ domino ſuo, ſignificat liberationẽ à carcere, & è contra.

14 Pars ſeruorum quando in angulo terræ infortunata aſcendens aſpexerit, & non dominum eius, natus faciet aliquid propter quod ſeruus fiet. Quæ pars accipitur in die à Mercurio in Lunam Nocte è contra, & proiicitur ab aſcendente. Albubatris ſententia cap. 44.

15 Dominus aſcendẽtis ſi fuerit retrogradus, vel ſub luce, & fuerit in aliquo angulo in aſpectu domini duodecimæ domus, quadrato vel oppoſito, captiuitatem portendit. Si autem dominum aſcendentis aſpexerit planeta fortunatus, natus exibit è captiuitate. Hiſpalenſis cap. 18.

16 Dñs aſcendẽtis ſi fuerit in domo quarta, & fuerit in illa ſignũ ſimilitudinis humanæ, fueritq; dñs aſcendẽtis in oppoſito, vel quadrato aſpectu domini domus duodecimæ, & nõ fuerit receptus, natus incidet in captiuitatẽ. Idem erit ſi fuerit dominus aſcendentis in ſexta cum prædictis conditionibus. Quòd ſi domus fuerit de domibus Saturni, longiorem captiuitatis moram portendit. Idem vt ſupra.

17 Dominus aſcendentis ſi fuerit cum Sole, & nõ ſit receptus, habebunt natum optimates ſemper in vinculis, & id plus manifeſtabitur, ſi Scorpius aſcendat. Idem autor cap. 16.

18 Dñs 12. domus ſi fuerit iunctus dño aſcendentis, & fuerint ambo in domo 4. aut 6. vel octaua, vel 12. & fuerit dominus aſcendentis infortunatus, natus in carcerem cõiicietur. Hiſpal. ſen. cap. 18.

*Ex Albubatre Cap.* 145.

1 Saturnus, Mars, Luna, quando in quarta domo ferales fuerint, aut ferales exiſtentes, vnus alium malo aſpectu aſpexerit, nato continget timor aut triſtitia ex plagis & carcere.

2 Saturnus, Mars, & Mercurius qñ in occidẽte cõbuſti fuerint, & dominus 12. domus infortunatus exiſtens, malo aſpectu eos aſpexerit, natus mala ac triſtitiam occaſione vxoris ac filiorum incurret, & propter eos incarcerabitur.

3 Mars qñ in aſcendẽte infortunatus fuerit, & Lunam malo aſpectu aſpexerit, natus incarcerabitur.

4 Mars & Mercurius quando infortunati exiſtentes in occidente, vel angulo terræ fuerint, & Mars dominus duodecimæ domus extiterit, & Iupiter cum eis in eodem loco, ac in ſuo termino, natus indigentiam, miſeriam, ac carceres ſuſtinebit, ſed poſtea euadet, & fortunam bonam habebit.

5 Venus quando domina ſextæ domus exiſtens, in duodecima domo fuerit, & cum Marte retrogrado

grado

grado iuncta fuerit, nato mala euenient, & occaſione mulierum incarcerabitur.

6 Luna & Iupiter quando infortunati exiſtentes ſimul iuncti fuerint, & Lunam ex malo loco Marti alligauerit, & Mars dominus 12. domus in ſexta domo peregrinus ac retrogradus fuerit, natus mala grauia, & carcerem patietur.

7 Luna, Mars, Iupiter & Saturnus quādo in vno ſigno, ac in 12. domo infortunati fuerint, natus mala grauia, necnon carceres ac damna incurret.

8 Luna quando in natiuitate diurna exiſtente, in domo Martis ſine aſpectu fortunæ infortunata fuerit, & Saturnus dominus 12. domus, & combuſtus exiſtēs, Lunā malo aſpectu aſpexerit, natus mala grauia habebit, & in carcere longo tpe manebit.

9 Aſcendēs aut Mercurius infortunat' quādo vim ſuā Saturno in quarta domo exiſtenti dederit, nat' in carcere, & captiuitate multis annis morabitur.

10 Dominus aſcendentis, aut Mercurius ſi dederint vim Saturno, & ipſe fuerit in domo octaua, ſignificabit hunc natum manſurum in carcere, & in captiuitate multis annis.

11 Dominus nonæ domus ſi fuerit combuſtus in vno angulorum, ſignificabit capi hunc natum in itinere, & ingredi captiuationem.

12 Almuten natiuitatis ſi fuerit in ſexta aut in duodecima domo, ſignificat eum capi ab inimicis ſuis. Idem vt ſup. & Abrahamus Auenaris in ratione duodecimæ domus.

13 Almuten natiuitatis ſi fuerit ſub radiis Solis, & non fuerit in Leone, aut Ariete, ſeruiet natus regibus, & ipſi lædent eum vltimò, & confringent pedes eius cum ferreis in carcere. Et ſi aſpiciat aliquis malorum, interficient eum. Abrahamus Auenaris in ratione decimæ dom', & Albubater c. 145.

*De claudicatiōe pedū & de gibboſitate, aliiſq; piculis.*

1 Saturnus, Sol & Mercurius pariter in occidente, Luna & Mars in octaua cæli domo, & in partibus eiſdem collocati, natum claudum, vel mutilū futurum ſignificant.

2 Claudus ille futurus videtur, in cuius natiuitate Saturnus cardini cuipiam præſidens, Martem in anaphora ſucceſſorem habet, ipſe verò aut Lunam intuetur, vt à Marte viſa fuerit.

3 Saturnus cum Mercurio in culmine cæli, in oppoſito domini genituræ, aut vitæ datoris, pulſatus ſimul à Marte minaci radio, aut gibboſos facit, aūt paralyticos, aut fortaſſe incuruos.

4 Saturnus in occaſu inuentus exiſtens orientalis, nato indicit latētes corporis dolores, neruoſque tandem contrahet.

5 Magnum periculum nato illi imminet, in cuius genitura Saturnus ac Mars pariter inuenti fuerint in Capricorno, aut Piſcibus, aut Ariete, aut in Tauro, ne membrum aliquod amputetur pro natura ſigni. Piſces nanque pedibus, Capricornus genibus, Aries capiti, Taur' ceruici & collo præſidet.

6 Mars in quocunque cęli cardine quando inuētus fuerit, & reſpexerit luminaria ex quadrato vel oppoſito aſpectu, aut cum alteri ipſorum partiliter iungitur, Saturno poſsidēte cardinis illius anaphoram, aut alium quemuis genituræ cardinem, natum illum claudum faciet, fortaſſe & paralyticum.

7 Natus ipſe erit aut claudus, aut vitiatis neruis imbecill', in cuius natiuitate Mars fuerit partiliter conſtitutus in aliquo cæli cardine, Saturno in ſuccedēte ipſius, aut quadrato, aut oppoſito, aut quouis alio cardine cęli, ita vt Luna alteri ipſorum aut pariter iungatur, aut vtrunque ex quadrato vel oppoſito intueatur.

8 Mars in ſexta cæli domo conſtitutus, valetudines & vitia decernit pro ſigni tamē natura. Si enim incuruum eſt ſignū, aut claudos aut gibboſos reddit. ſigna enim curua talia vitia corporib' inſerūt.

Mars in Cancro aut Capricorno, Scorpione, Piſcibus aut Tauro, cardinem aliquem cæli tenens, in Lunæ quadrato aut oppoſito, aut ei iunctus, facit aut claudos, aut gibboſos, aut contortis ceruicibus, aut certè membrum aliquod vitiat, ob nimiā & aſsiduam noxiorum humorū defluxionem.

Hoc patet in natiuitate cuiuſdā qui natus eſt gibboſus & factus eſt claudus ex humorum defluxione. Hic tenet Saturnum & Lunam cōiunctos in cuſpide horoſcopi, quibus Mars diametratur, quare timeo ne violēter moriatur ex apoplexia & repentè.

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 2. | 2. | ♋ |
| ♃ | 22. | 26. | ♌ |
| ♂ | 22. | 11. | ♑ |
| ☉ | 21. | 50. | ♌ |
| ♀ | 8. | 37. | ♋ |
| ☿ | 4. | 50. | ♌ |
| ☽ | 1. | 58. | ♋ |

*Latitudines planetarum.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| ♄ | 1. | 3. | Merid. | Aſcend. |
| ♃ | 0. | 59. | Merid. | Aſcen. |
| ♂ | 1. | 26. | Merid. | Deſcen. |
| ☉ | 0. | 0. | | |
| ♀ | 2. | 15. | Septen. | Aſcen. |
| ☿ | 1. | 29. | Merid. | Aſcen. |
| ☽ | 4. | 16. | Septen. | Deſcend. |



9 Mars ſi fuerit iuxta imum cæli cum nodo proprio, vel Lunæ, quo ad Auſtrum tendit, & aſcendens aſpexerit ex quadrato, natus claudicabit.

10 Mars in ſeptima domo & Luna in octaua ſi fuerint conſtituti, partem aliquam corporis excident pro natura ſigni, in quo Mars ipſe fuerit.

11 Amputabitur itaque pes, aut manus, aut membrum aliud pro natura ſigni nato illi, in cuius genitura Mars Saturno coniunctus fuerit, atque horoſcopum partiliter occupans, Solem ac Mercurium in occiduo cardine aduerſum ſe conſiſtentes intuebitur.

12 Mercurius cum Saturno ac Sole pariter in occaſu poſitus, Luna verò Marti pariter coniuncta, octauúmque locum obtinens, conſueuere manus amputare, aut pedes, aut illas, illóſue imbecillos reddere, aut claudicationem inducere.

13 Luna in Ariete, aut Libra, vel Cancro, aut in Capricorno ſi fuerit conſtituta, & Martem è quadrangulo aſpexerit, pedem aut manum excidendam ſignificat.

*Ex Albubatre. Cap. 62.*
*De Gibboſis.*

Saturnus ad terram deſcendens, & Mars dominus aſcendentis ac in ſigno tortuoſi aſcēſus & paruæ latitudinis exiſtens, quando iuncti fuerint, natus erit gibboſus, præſertim ſi Mars in tertia parte illius ſigni fuerit.

Luna quando in initio vel fine ſigni fuerit, & Saturnus ipſam aſpexerit, natus erit gibboſus.

Luna quando in tertia cæli domo fuerit, & Saturnus ad eam deſcendens, ac in ſigno mobili exiſtens ſuper eam eleuatur, natus erit gibboſus. Hæc ille.

*Achillis Balugulæ Natiuitas.*




Achilles Balugula Mutinenſis, fuit elegans ſcriptor, diues, locuples, ſed gibboſus, ſtrumoſus ante & poſt, portentoſus, inſtar teſtudinis, pectus erat altius mento, & caput intra mentum, & gibbum veluti intra ſellam, corpore nanus, naſutus, facie deformis, draucus, aſellus, prædico maximus, loquaciſsimus, eſt diametratio Saturni ad Lunam in ſigno deciſo & non integro & Luna poſita eſt in ſua deiectione in ſigno Scorpionis, ſed quia Mercurius coniunctus fuit Veneri, ideo bonus ſcriptor.

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 18. | 3. | ♌ |
| ♃ | 24. | 40. | ♉ |
| ♂ | 12. | 14. | ♍ |
| ☉ | 23. | 27. | ♊ |
| ♀ | 9. | 0. | ♋ |
| ☿ | 13. | 8. | ♋ |
| ☽ | 16. | 38. | ♒ |

*De nodorum & membrorum fractione.*

1 Luna quando in ſecunda domo cum parte infirmitatis fuerit, & Mars eas oppoſito aſpectu aſpexerit, corpus nati frangetur, & nodi eius impedientur. Albubater cap. 88.

2 Luna quando in ſigno torti aſcenſus, ac ſub radiis Solis combuſta fuerit, & Mars retrogradus ipſum malo aſpectu aſpexerit, Iouem Luna non aſpiciente, natus ægritudinem chronicam patietur, ita quod ei aliquod membrum abſcindetur. Idem Arabs vt ſupra.

3 Luna quando in horoſcopo Marti iuncta fuerit, aut ipſa in horoſcopo exiſtens peregrina ſine bono aſpectu Martem ex oppoſito aſpectu aſpexerit, aliquod ex membris nati truncabitur. Idem autor vt ſupra.

*De præcipitationibus & caſibus.*

Saturnus in quorum geniturīs eſt in medio cæli ſupra reliquos planetas eleuatus, affligens alterum luminare ex coniunctione, quadrato, & oppoſito aſpectu, & dominium in prima, vel octaua habens, ex caſu magna pericula minatur, imò ſemper Saturnus in medio cæli hominem periculis obiicit. Aphor. 1.

Fratris

*Fratris Conſtantini natiuitas.*




Talis eſt genitura Fratris Conſtãtini, qui in pueritia in puteum magno cum periculo cecidit. Nam ei Saturnus in medio cæli ſupra reliquos planetas eleuatus,& alteri luminari coniunctus erat. Habuit etiam Martem & Lunam coniunctos in ſigno Cancri, ideo multa pericula ſuſtinuit. dein de iugulatꝰ fuit, vt ſupra ſcripſimus in capite 13. huius lib.

Obſeruaui genituram cuiuſdam viri reprobi, qui habuit Martem & Solem in culmine cæli cum pleiadibus, & fuit ſuſpenſus.

Hic vir factus fuit Epiſcopus patrocinio Conſtantiæ Farneſiæ: & fuit in gratia omnium mulierum à quibus amatus fuit, vt inſinuat Luna in vndecima cæli domo. Verum Antiſcium Veneris cum Marte & Martis antiſciũ cum Venere inſinuauit mortem violentam oriri ex cauſa mulierum: Nec Iupiter in octaua cæli domo potuit illum à morte violenta ſeruare incolumem.

*Marci Antonij Barzellini Natiuitas.*




Ita in genitura Marci Antonij Barzellini, Saturnus in medio cæli ſupra alios eleuatus, affligebat Lunam, ipſo ſimul in octaua dominium habente. Cecidit igitur cũ equo ad parietem impingens, quo caſu capite contuſo, ſtatim animam exhalauit.



Digitized by Google

*Fratris Honorati Natiuitas.*




EADEM eſt genitura Fratris Honorati, religioſi ſancti Pauli, cui Saturnus in medio cæli exaltationem in prima habẽs, alterum luminare affligebat. Hunc Gauricus ſcribit, ex caſu ab alto factum eſſe gibboſum. Hic fuit orator facundus, vt inſinuat Mercurius in ſuo domicilio & regno in 12. cęli domo, item & Luna coniuncta Ioui fecit vt diſceret literas græcas, & daret operam literis ſacris. Anno 17, factus eſt monachus Sancti Pauli, & paulo poſt exigebat prouentus ſui monaſterij, & degens extra regulam, electus fuit epiſcopus à Iulio 3. Pontifice maximo, vt inſinuauit Sol in horoſcopo partiliter in uentus cum Arcturo ſtella fixa primi honoris, & Luna coniuncta Ioui in nona cęli domo.

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 22. | 35. | ♊ |
| ♃ | 18. | 30. | ♋ |
| ♂ | 12. | 34. | ♓ |
| ☉ | 23. | 7. | ♓ |
| ♀ | 4. | 19. | ♉ |
| ☿ | 0. | 10. | ♈ |
| ☽ | 19. | 35. | ♋ |

*Ioannis Schonerii Natiuitas.*




ITEM in natiuitate Ioannis Schonerij, Saturnum inueni in medio cæli, qui anno ætatis 58. completo die prima Ianuarij, ab alto ſe ceci diſſe ſcribit. Hic vir fuit bonus Aſtrologus, vt Luna cum Marte inſinuauit, & quia fuit Mars in diametro Saturni, multa paſſus eſt pericula, & alia incommoda: vt ſuperius demonſtraui per has conſtellationes quæ fuerunt in multis natiuitatibus.

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 9. | 2. | ♉ |
| ♃ | 11. | 10. | ♎ |
| ♂ | 1. | 44. | ♒ |
| ☉ | 23. | 30. | ♒ |
| ♀ | 10. | 40. | ♑ |
| ☿ | 20. | 15. | ♐ |
| ☽ | 2. | 5. | ♒ |

Hæc ſtudia ac mores, vitámque & fata Schonerij, Lectorem, cæli parua tabella, docet.

Cuiuſdam

Cvivsdam pueri, qui ſępe ex caſu periclitatur, hanc natiuitatem ponit Garceus. Et cauſa huius accidentis eſt Saturnus in domo regia inuentus, qui quidem ſexangulatur Soli domino horoſcopi, qui eſt coniunctus Marti, quare ſæpe periclitatus eſt. verum anno 33. erit in periculo vitæ ex præcipitatione, vt oſtendit directio horoſcopi, & Solis hylech ad quadratum Saturni.

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 10. | 55. | ♋ |
| ♃ | 5. | 29. | ♍ |
| ♂ | 8. | 30. | ♉ |
| ☉ | 3. | 13. | ♉ |
| ♀ | 18. | 8. | ♉ |
| ☿ | 23. | 23. | ♈ |
| ☽ | 18. | 52. | ♍ |




Alivs puer, qui ex caſu ab alto periit, vt dicitur à Garceo, habet Saturnum in regia domo in ſigno aëreo, qui partiliter ſexangulatur Lunæ in ſignis longarum aſcenſionū, qui æquiualet quadrato, & etiam ipſa Luna reperitur in octaua cæli domo, & Sol diametratur Marti, qui eſt in cuſpide horoſcopi: quare mortuus eſt violenter.

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 4. | 45. | ♓ |
| ♃ | 26. | 46. | ♍ |
| ♂ | 7. | 30. | ♐. |
| ☉ | 22. | 40. | ♊ |
| ♀ | 24. | 57. | ♋ |
| ☿ | 29. | 30. | ♉ |
| ☽ | 4. | 35. | ♉ |




Maximi

Digitized by Google

aphor. 2.

Dominus medij cæli, ſi fuerit maleficus in ſuo detrimento, vel caſu, vel peregrinus, vel retrogradus, affligens alterum luminare, ita, vt in prima vel octaua dominium habeat alteruter maleficorum, magna pericula ex caſu ab alto & præcipitatione decernit. Quod ſi non fuerit maleficus, ſed tamen in ſigno malefico conſtitutus, & ab alterutro vnà cum luminari afflictus, idem decernit.

*Maximiliani ſecundi Imperatoris Natiuitas.*




Sic in genitura Maximiliani Imperatoris, Saturnus dominus eſt medij cæli, & conſtituitur in Tauro, peregrin' in quadrato aſpectu Solis, & domin' horoſcopi. Cecidit igitur bis magno cum periculo ab alto, & læſus fuit in fronte & maxilla.

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 26. | 58. | ♌ |
| ♃ | 16. | 43. | ♊ |
| ♂ | 25. | 25. | ♑ |
| ☉ | 12. | 10. | ♉ |
| ♀ | 6. | 38. | ♈ |
| ☿ | 15. | 30. | ♉ |
| ☽ | 21. | 10. | ♓ |

*Franciſci Zazii Natiuitas.*




Eadem eſt genitura Franciſci Zazij, qui Saturnum dominum medij cæli in Geminis ſigno aëreo, & quadrato Solis habuit, altero malefico in prima & octaua exiſtẽte. Cecidit puer in puteum à quo caſu tamen præter ſpem euaſit.

Coniunctio autem Veneris cum Mercurio, ingenium dat, & quia dominus horoſcopi eſt cum cauda, erit fallax, & vix euadet ne corpus eius ab inimicis dilaceretur, vitę dator eſt Luna: Ipſa igitur in cæli medio, in ſextili Solis & Iouis, in trino exiſtentium inuicem, dat honores ex rebus variantibus, non firmis, eritque inſtabilis conſilij: quia aſcendens & Luna ſunt in ſignis mobilibus, & Mercurius etiam.

Talis




Talis eſt poſitus cæli Margaretæ, cuius meminit Cardanus in Aphoriſmis, quæ Iouem dominum decimæ in ſuo detrimento conſtitutum habuit in Geminis, in ſigno aëreo, & à malefico Marte & Sole partiliter ſauciata, altero in octaua dominium habente. Mortua eſt ex caſu ab alto.

Aphor 3. *Margarita P. Natiuitas.*

Saturnus cum eſt cardinalis, & Mars in eius ſucceſsione, ac Luna alteri aduerſatur, ita vt Luna Marti diametretur, & octauum à Saturno locum obtineat, ab ipſo in Lunam numerando, ſic præcipitationis & caſus conſtellatio eſt.

Vel ſi à Luna in Saturnum numeres, vt ſextũ ipſe à Luna locũ obtineat. Si autem diametretur Saturno, ſextum ab ipſo Marte, ab eo numerando, Luna locum retineat, octauum verò ſi à Luna in Martem numeretur. Hi, inquam, in quorũ genituris hæc contigerit figuratio, aut ruinis preſsi, aut ex ędificiis prolabẽtes, aut excuſsi curribus, aut è quadrupedibus deiecti, intervè ambulandum prolapſi, vitę pericula, corporiſque damna accipient, aut ſimilibus diſcriminibus vexabuntur.

4. Aphor. Saturnus & Mars occaſum incidentes, in ſignis duplicibus, præcipitia minantur & ruinas: multo autem vehementius, ſi Lunam in horoſcopo conſtitutam aduerſa radiatione pulſauerint.

5. Aphor. Sol & Luna partiliter culminantes, Saturno tenente imum cæli & oppoſitum radium Marte orientali, quo tempore maximè potens eſt, hic poſitus minatur mentis vitium, quo agitati ex altioribus forte locis ſemet præcipitabunt, vel propter phreneſim at furorem.

Dionyſius Ripaldus obiit anno 1553. die 9. Augu. per caſũ & ruinã, vt dicit Cardan. Vide ei' gen. pag.

6. Aphor. Luna in ſuccedente horoſcopi, nullis radiis fota beneficorum, poſita in ſolidis ſignis, diurno præſertim tempore, eiuſmodi caſuum pericula minatur, qualia etiam Mars poſitus in occaſu, Luna ad eum applicante pleno lumine, aut Saturnus de culmine, horoſcopõue diametretur, in ſigno præſertim ſolido conſtitutus. Signa enim ſolida ruinam potius portendunt quàm caſum. E cõtrario duplicia.

Addam hic exemplum thematis honeſtæ matronæ, quæ ædificio & ſtrue lignorum oppreſſa, ſtatim cum ſimul grauida eſſet, miſerè interiit. In hac geneſi reperiuntur per antiſcia Mars & Saturnus in octaua cæli domo, quare mortua eſt violenter hæc matrona. conſidera ergo eius genituram quia eſt notabilis.

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 15. | 45. | ♍ |
| ♃ | 2. | 45. | ♌ |
| ♂ | 29. | 57. | ♋ |
| ☉ | 7. | 43. | ♌ |
| ♀ | 10. | 40. | ♋ |
| ☿ | 8. | 30. | ♌ |
| ☽ | 3. | 30. | ♒ |




7 Saturnus

Digitized by Google

Aphor. 7 Saturnus & Mars & caput Draconis ſi fuerint in ſexta cæli domo, ſignificant caſum ab alto ad contritionem oſsium. Hiſpalenſis cap. 13.

Aphor. 8 Saturnus in cardine aliquo quando fuerit conſtitutus, Mars verò in anaphora eius poſitus ſit, Luna aut Martem, vel Saturnum videat, decernunt nati diſcrimina, corporiſque damna ex alto, aut ex quadrupede. Maternus lib. 7. cap. 7.

QVIDAM Bononienſis ex familia de Gryphonis, qui erat eques, obiit Romæ ex præcipitatione. Nã ex altiſsimo loco ſe præcipitauit, & mortuus eſt ſubito. Nam Saturnus inuentus eſt in occaſu in ſua deiectione & diametrabatur Lunæ poſitæ in duodecima cæli domo, quæ Soli quadrangulabatur & Saturnus eum reſpiciebat ex quadrato aſpectu, & Mars per antiſcium erat in octaua cæli domo.




*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 3. | 36. | ♊ |
| ♃ | 21. | 37. | ♉ |
| ♂ | 5. | 7. | ♎ |
| ☉ | 13. | 19. | ♍ |
| ♀ | 6. | 2. | ♌ |
| ☿ | 15. | 2. | ♍ |
| ☽ | 8. | 15. | ♓ |

Aphor. 9 Cuicunque Saturnus & Mars in Tauro in 4. domo fuerint in eadẽ arte cõſtituti, vel caſus ab alto, vel ruina cõtiget.

Aphor. 10 Saturnus & Mars in occaſum inſidentes, & in ſignis duplicibus conſtituti, præcipitia minantur, ac ruinas: multò autem vehementius, ſi Lunam in horoſcopo conſtitutã aduerſa radiatiõe pulſauerint.

Aphor. 11 Mars, vel Saturnus quando fuerit in domo octaua, vel ſeptima ſine aſpectu fortunæ, ſignificant caſum ab alto, ex obſeruatione Dorothij.

Aphor. 12 Sol ſi aſpexerit ad partem fortunæ, & dominus dictæ partis fuerit ſub radiis, natus cadet ab alto. Aben. ſen. par. 5. ca. 4.

Aphor. 13 Sol & Luna ſi fuerint partiliter in culmine cæli, & Saturnus in quarta domo per diametrum eos aſpexerit, & Mars ortum Matutinũ faciat, qui ſub hac cæli conſtitutione naſcentur, vitio etiam mẽtis agitati, altioribus forte è locis ſemet præcipitabunt: quod propter phreneſim, tum ob furorem euenire conſueuit.

Aphor. 14 Luna in 2. domo ſi fuerit collocata, & à beneficis ſtellis nulla irradiatiõe fota, & in ſignis ſolidis poſita in natiuitate diurna, caſuũ pericula minatur.

Aphor. 15 Caput Draconis in 6. domo ſi fuerit, & Saturn' & Mars cum eo, aut illum aſpexerint, accident nato ægritudines, & impedimenta, & cadet in puteũ, vel foueam aut ex alto loco. Et ſi fortunæ eõ aſpexerint, euadet ex hoc, & cum toto aſpectu fortunæ debet ſibi ſemper præcauere à 26. anno ſuæ natiuitatis vſque ad 35. annum, & tunc liberabitur ab omni malo. Abenrag. ſen. par. 5. cap. 4.

Aphor. 16 Almuten natiuitatis ſi fuerit in domo 12. aut aſpiciat dominũ domus aſpectu oppoſito, aut quarto, ſignificabit natum caſurum ex animali, quòd equitabit. Auenaris in ratione 12. domus.

*De diuerſis generibus periculorum aphoriſmi.*

1 Saturnus, Sol, & Mercurius ſi fuerint in medio cæli, & Mars eos quadrata, aut diametra radiatione reſpexerit, aut cum ipſis fuerit inuentus, latrones & homicidas, exules tamen fugitiuóſque perficiet. Mater. lib. 7. cap. 27.

2 Saturn' ſi fuerit in domo nona, (Hermete teſte) ſignificat anguſtiam nato contingentẽ in mari, aut flumine. Et magis adhuc ſi in ſigno fuerit aqueo.

3 Quibuſcunque Saturnus & Mars in eadem parte ſunt ſigniferi, neceſſe eſt in eorum vita magna infortunia accidere.

4 Saturnus cum fuerit in angulis in nocte, cõſtringetur natus fortiter, & vincietur, ac retinebitur & cruciabitur. Omaris ſen. lib. 3. cap. de magiſterio.

5 Mars ſi fuerit in domo nona, ſignificat anguſtias magnas, quæ contingent nato in terra, & non in aqua. Et ſecundùm proportionem eius ad dominũ nonæ domus, erit finis nati, ſiue ſit in mari, ſiue in terra. Abraha. Auenaris ſen. in ratiõe nonæ domus.

6 Mars ſi fuerit in decima domo, ſignificat rixas, & minas. Hiſpa. ſen. c. 16.

7 Sol ſi fuerit in 7. domo, nat' ſemper expaueſcet poteſtates. Hiſpal. ſen. cap. 16.

8 Mercurij impedimentum à Saturnó, debet impedire linguam nati: deterius autem, ſi corporaliter coniungatur. Alman. ſen. 69.

9 Luna ſi fuerit infortunata in 9. domo, ſignificat quòd continget nocumentum propter defectũ ſuę fidei. Abraha. Auen. ſen. in ratione nonæ domus.

10 Cauda Draconis exiſtente in ſexta domo, accident nato anxietates: ſed ſi fuerit coniuncta cum aliqua infortuna, euadet ab anxietatibus ipſis. Abenragelis par. 5. cap. 4.

11 Dominus aſcendẽtis ſi fuerit combuſtus ſuper terram in natiuitate diurna, malum infortunium nato ſignificat. Idem vt ſup.

12 Dominus octauæ dom' ſi fuerit in ſigno maſculino cum malis, ſignificat anguſtias cum controuerſia magna ſuper natum tranſituras. Abrahamus Auenaris in ratione octauæ domus.

13 Almu

13 Almuten natiuitatis ſi vim ſuam dederit domino octauæ domus, erit natus continuè in dubio, trepidatione, & timore mortis. Idem in ratione 8. domus.

14 Dominus partis fortunæ ſi fuerit in malo loco, & aſpexerit partem, malum nato ſignificat, maxime ſi fuerit ſub radiis, & in aſpectu infortunarum.

15 Pars infirmitatis ſi ceciderit in 9. domum & eius dominus fuerit infortunium, ſignificat quod damnum & malum accidet ei in credulitate ſuæ legis. Abenra. ca. 4. par. 5.

16 Quibus oẽs ſtellæ erraticæ ſunt in Virgine, Scorpione & Capricorno, multa mala adeſſe neceſſe eſt.

17 Cùm in octauo loco beneficæ dominabuntur, & fuerint infortunatæ damnum à viris bonis afferunt, quæ ſi bene affectæ fuerint, illud dimouebunt. Ptolemæi ſententia 16.

18 Saturnus vel Mars in cuſpide ſeptimæ domus ſi fuerit, natus magnis afficietur calamitatibus.

19 Saturnus, vel Mars cùm fuerit coniunctus Soli in eadẽ parte, vel Lunæ infortunatæ, nato, etiam ſi rex fuerit, magna inconuenientia contingent.

20 Saturnus cum Marte ſi aliquod ſignum aquaticorum tenuerit, minatur infortunium per aquam ebullientem. Sin aliquod igneorum, per ignem futurum nato infortunium inſinuare videtur: Si in ſigno aëreo per ſanguinis effuſionem.

Abrahami Iudæi dicta in ratione octauæ domus.

21 Saturnus vel Mars ſi fuerit in Sagittario, ab equo proſternetur in terra.

22 Si planeta infortuna fuerit in domo duodecima, vel dominus eius fuerit infortunatus, & aſcendentẽ vel eius dominum inimico aſpectu intuebitur, habebit natus detrimentum ex beſtiis, aut ex lapſu ab eis corpus ipſius lædetur. Hiſpalenſis ſent. cap. 18.

23 Saturnus in natiuitate nocturna cum Luna in nona cæli domo conſtitutus, ſi Martem reſpiciat aliqua radiatione, ſignificat nato multa mala cauſa religionis. Materni cap. 3. lib. 3.

24 Saturnus in duodecima cæli domo, decernit pericula per ſeruos & tumultus ſermonis diſcrimina: idẽ vt ſupra.

25 Saturnus in domo Solis in natiuitate nocturna, magnum decernit detrimẽtum & damnum, dedecus quoque & infamiam. Idem. cap. 10. lib. 5.

26 Saturnus & Iupiter ſi fuerint tetragona radiatione coniuncti, ſi ſuperiore loco dextrum Saturni quadratum, Iupiter verò in ſiniſtro iſtius quadrato fuerit, vitæ pericula diſcrimina decernuntur. Si verò Iupiter ſuperior fuerit & Saturnus inferior, præcedentiũ calamitatum infortunia mitigantur. Idem ca. 10. li. 6.

27 Saturni & Martis oppoſitus, grauia periculorum diſcrimina populares ſeditiones, & grauia vitæ pericula ſemper infligit, vulnera aut malæ mortis exitiũ ſepe minatur, multas adducit ſollicitudines, & malis facit contrarietatibus implicari, aſſiduis ægritudinibus, & grauibus implicat laboribus, & domeſticarum inimicitiarum decernit incommoda, crebras ſeditionum tempeſtates apportat. At ſi in aquoſis ſignis alter horum fuerit, grauibus ſubmerſos procellis naufragos reddit, aut maligno humore cõcreto, peſtis fortes infligit calamitates. Si autem de duobus alter in ferino ſigno fuerit, à quadrupedibus, vel fortis vitæ periculum afferet, aut veneno occidet. Si autem in ſigno quadrupedum animalium alter eorum fuerit, nõ ferino, natum graui ruinę pondere perimet, quę fortiora erunt, ſi Iupiter eos non aſpexerit. Quod ſi Luna in Cardinib⁹ poſita ex quadrato aſpexerit hos, hæc grauiora contingent. Exilia enim crebra minatur & publica ſupplicia. Idem cap. 17. lib. 6.

28 Saturni oppoſitus ad Solem, ſi Iupiter non bene aſpexerit, nato anguſtias diuturnas & malæ mortis exitium ſignificat. Idem vt ſupra.

29 Saturni oppoſitus ad Lunam, vitam anxiam inducit & miſeriam. At ſi in ſigno quadrupedum fuerit eorum alter, ab animalibus damna minatur: In humanis ab hominibus. In aqueo, humidus adducit valetudines, & periculum in aquis. Idem vt ſupra.

30 Iupiter in ſexta cæli domo infortunat⁹, maxima mala decernit: faciet enim natum frequenter exponi ad varia periculorum genera. eo quod locus ſextus habet malitiæ propriam prærogatiuã: & quæcunque ſtella fuerit in ipſo loco ad decernenda mala, maximas vires ex loci vitio mutuatur. Idem cap. 4. lib. 3.

31 Iouis & Martis diameter, decernit maxima periculorum diſcrimina, quæ ex temerarijs actibus inferentur. Idem ca. 18 lib. 6.

32 Iouis & Mercurij oppoſitus, eloquentes impugnat, metuendas populi ſeditiones inducit, & à popularibus iurgia, & potentibus viris mala inſinuat, fratres morte horrẽda, aut ex varijs ſimultatibus diſiungit, aut facit vt parricidiali odio ſemper inter ſe depugnent. Idem vt ſupra.

33 Iouis diameter cum Luna, ſi ipſa Luna fuerit minuta luminibus, nihil ex bonis elargitur, & infortuniorum decernit exitia. Et in nocturnis genituris fortius iſta apparebunt. Idem, vt ſupra.

34 Ex Martis in prima domo obſeruatione, inuenit Maternus, multos homines fuiſſe datos in exiliũ, quos bene & ſtrenue reſpublicas adminiſtraſſe, dẽque eis bene meritos fuiſſe, conſtat. Idem cap. 5. lib. 3.

35 Mars in ſecunda domo per diẽ conſtitutus in matutino ortu, maxima mala & magna decernit infortunia. ſi autẽ fuerit cum Luna, creſcente lumine, vel in eius malo aſpectu, faciet tardos, debiles, & qui vulnera ferro frequenter accipiant, debilitabit autem à frigore, aut ex quadrupede vulneratos quoſdã faciet, aut natos exponi, alios facit etiam ſæpe captiuos, aut ex ingenuitate ad ſeruitutem trahi: ſi Iupiter Martem aſpexerit bono aſpectu, hæc mala mitigabuntur. Idẽ vt ſupra.

36 Martẽ in quarta domo in natiuitate diurna, quicunque habuerint, ex ferro frequenter vulnera accipient, & à fœminis ſemper impugnabũtur & à fœminis magnis ſemper moleſtijs deterrebũtur. ſed ſi Martem Sol reſpexerit ex diametro, vel quadrato aſpectu, conſtituet natum in maximis periculis. Idem vt ſupra.

37 Mars in quinta domo, ſi fuerit in natiuitate diurna, erit natus in periculis non modicis conſtitutus. Sed ſi Lunam reſpexerit ex diametro, decernit accuſatiões, ſeditiões, turbas, damna, ac repẽtina pericula:



Digitized by Google

ſi autem Iupiter reſpexerit Martẽ: vel Lunã benigno aſpectu: hæc omnia mitigabuntur. Idem vt ſupra.

38 Mars in ſeptima cęli domo per diem ac noctem non in ſuo domicilio (quoniam Mars nunquam domum ſuam euertit) faciet dolores & lacerationes corporis: aut præcipitat, aut interimit, aut in carcere & vinculis conſtitutos, perpetuis & mortiferis calamitatibus deprimit. Verum in nocturnis genituris, dolores & æſtus faciet ex omnibus actionibus, ſed ex ferro vulnera frequẽter infligit, & vulnera ipſa facit ignita cauteriorũ aduſtione curari. Idem vt ſupra.

39 Mars in octaua domo per diem inuentus, penurias faciet, anguſtias, æſtus, turbas, ſeditiones & pericula. Idem vt ſupra.

40 Martem infortunatum in decima cæli domo in natiuitate nocturna, quicunque habuerit, mala fine deperibit: & amittet vitam pariter & regnum: vel in aliena poteſtate poſitus, morietur. Sed per diem: indicit onus peregrinatonis, alijs maximas imponit neceſſitates, alios fugere compellit: alijs decernit exilia: alios facit peregre, vel in exilijs, procul à patria deperire. Idem vt ſupra.

41 Mars in duodecima domo in natiuitate diurna, cõtinuas, crebras inſidias à ſeruis, & facit talẽ, cui ſerui ſemper nocere deſiderent, & in omnibus per ſuos multiplices ſeruos ſpargit infamiam, & propter incarceratos frequenter, aut etiam damnatos decernit pericula, damna, languores, æſtus, & ſollicitudines. Idem vt ſupra.

42 Mars in domo Veneris ſcilicet in Libra, decernit pericula ex ferro vel igne. Idem cap. 12. lib. 5.

43 Mars & Sol coniuncti ignis combuſtionem ſæpe minantur. Idem cap. 27. lib. 6.

44 Mars & Venus coniuncti, lites & damna mulierũ cauſa ſignificant. Idem vt ſupra.

45 Mars ad quadratum Solis, ſi Sol in dextro loco fuerit, multa mala decernit, & affert infortunium. Nam ſi Mars in occaſu poſitus, vel in decima domo, lumen Lunæ creſcentis exceperit, tunc natus publica animaduerſione plectetur. Idem cap. 12. lib. 6.

46 Mars & Mercurius quadrati, ſi Mars in dextro loco fuerit, omnium malorum cauſa erunt, quoniã natum impugnant, cuſtodijs aut carceri mancipant, horrendarum accuſationum infligunt diſcrimina: quæ mala fortiora ſicut in diurna genitura, in nocturna autem ex parte aliqua mitigantur.

47 Si verò Mercurius, in dextro loco fuerit, alienæ natos cuſtodiæ tradit. Idem vt ſupra.

48 Martis ad Solem diameter in diurna genitura, ex alto loco deiectos præcipitat natos. Idem cap. 19. lib. 6.

49 Martis & Mercurij oppoſitio, dat infortunia maxima, falſarios, malæ conſcientiæ viros, aſſociatos malis hominibus, facinoribus ſemper oppreſſos, accuſationes publicas iudiciorum, qui depoſitum abnegantes & commodatum pudore ſoluto, non reddant: ita quod ex his contra eos publicæ ſententiæ proferantur, fiantque de cauſis his exules, aut fugitiui: idque maximè ſi Mercurius in Saturni hoſpitio fuerit, ſine Iouis teſtimonio. Idem vt ſupra.

Martis & Lunę diameter, periculis implicat grauioribus: quicũque ſic nati fuerint, publicè damnati necabuntur, præſertim ſi Luna fuerit aucta luminibus, & natiuitas fuerit nocturna. Idem vt ſupra.

51 Sol ſi fuerit cũ Marte in horoſcopo, vel ipſe Mars eum infortunauerit, decernit poteſtates & honores cum maxima inuidia, & cum magnis periculis, impedimentis, pugnis, & difficultatibus. Idem cap. 6. lib. 3.

52 Sol in ſecunda cæli domo, faciet natũ varijs contrarietatibus impediri, & reddit eum in vita ſua varia terroris trepidatione ſollicitum. Idem vt ſupra.

53 Sol in quarta domo infortunatus, decernit moleſtias plurimas & contrarietates, & impedimenta ex maxima parte, & interpellationes, Idem vt ſupra.

54 Sol in ſexta cæli domò inuentus ſi Mars fuerit in horoſcopo, infligit frequenter vulnera nato ex ferro. Idem vt ſupra.

55 Sol in medio cæli inuentus in ſuo domicilio vel regno, aut in domo Iouis: ſi Mars fuerit in ſecunda, vel nona domo conſtitutus, & Luna per diametrum vel per quadratum Martis exceperit radios, vel cum ipſo pleno fuerit lumine conſtituta, faciet natos viothanatos, exules & captiuos. Idem vt ſupra.

56 Sol in duodecima domo inuentus, faciet ignobiles & frequẽter ſeruos & captiuos: ſi verò cum Sole fuerit maleuola ſtella, decernit perpetuas ſeruitutes. Idem vt ſupra.

57 Solis quadratus ad Lunam ſi infœlices ſtellæ eos aſpexerint, aut infortunauerint, vitæ diſcrimina, & incommoda infortuniorum decernit. Idem cap. 13 lib. 6.

58 Venus ſi fuerit in ſexta domo in natiuitate mulieris magnas difficultates, & magna pericula nata patietur ex partu: aut enim abortetur, abortabit frequenter, aut difficile edet partum, aut intra viſcera eius dilaceratum pecus à medicis proferetur. Idem cap. 7. lib 3.

59 Venus in duodecima cæli domo, faciet mulierũ cauſa aſſiduo triſtitiæ dolore cruciari. Si vero Mars & Mercurius eam reſpexerint, faciet ab ancillis libidinis cauſa frequentes inſidias fieri animi æſtu: ſed decernit inſtinctu libidinis turpis amoris incendia. Quod ſi per diem Marti ſe ex quacunque radiatione coniunxerit, multorum ac magnorum malorum infortunia decernit. Idem vt ſupra.

60 Venus in domicilio Solis, ſignificat pericula mortis, cauſa mulierum, & detrimenta plurima, quæ poſſunt difficultate vitari. Idem cap. 14. lib. 5.

61 Venus & Mercurius coniuncti, ſignificant damna cauſa mulierum: ſi ſub radijs fuerint coniuncti, caſtrabunt natum. Idem cap. 29. lib. 6.

62 Mercurius in horoſcopo inuentus ſi ipſum Mars reſpexerit de quadrato vel oppoſito, vel cum ipſo fuerit inuentus, eũ, qui ſic natus fuerit, multiplici malorum continuatione proſternet, neque enim definiri, aut deſignari poſſunt mala, quæ ex iſta Mercurij & Martis cõiunctione proueniũt. Idem ca. 8. lib. 3.

63 Mercu

63 Mercurius in ſeptima cæli domo cum Marte, vel in eius diametro faciet fugitiuos exules,& dānatos.Idem vt ſupra.

64 Mercurius in domo Martis ſi fuerit in locis genituræ deiectis, & Mars in dextro loco quadrata radiatione eum pulſauerit, tunc nati propter criminum facinora, aut diuturna carceris cuſtodia, aut perpetuis damnantur exiliis, aut criminum portione poſſeſſi,metuentes imminentis ſententiæ ſeueritatem,deſertis patriis laribus ad ſemota,& longinqua loca, fugitiuo errore ducuntur. Idem cap.15.lib.6.

65 Mercurij & Lunæ quadratus,ſi Mercurius fuerit in dextro loco,largitur quandoque diſcrimen ex populari ſeditione: ſed ſi Luna ex oppoſito aut quadrato Martem aſpexerit,metuendum falſitatis crimen infligit & comprehendi, aut in cuſtodia poni,aut in carceres detrudi publicos,in vinculiſque teneri facit.Idem cap.15.lib.6.

66 Mercurius & Luna oppoſiti,effrenatę multitudinis impetum & populares ſeditiones contra natos ſuſcitant,ac cruenta diſcrimina,ita vt eos ſemper in cœtu publico vox maligna populi perſequatur:ſed & animo,& verbis,deiectam eis timoris trepidationem,fœdúmque pauorem inducunt. Idem cap.22.lib.6.

67 Luna in decima cæli domo per noctem, ſi Saturnus eam reſpexerit per quadratum ſeu oppoſitum aſpectum, decernit frequenti ratione inuidias & infælicitates. Idem cap.15.lib.5.

68 Luna in duodecima in natiuitate nocturna, ſi Saturnus,vel Mars horoſcopum poſſideat, multa mala,& graues caſus, & valetudinis vitia faciet. Idem vt ſupra.

69 Luna in ſuo domicilio per diem,faciet homines laborioſos, peregrinos, & quorum vita frequenter periculorum continuationem quaſſetur. cap.16.lib.5.

70 Luna minuta lumine cū Marte in domo Mercurij facit accuſationibus implicari, aut carceri tradit,aut publicis ligat vinculis cathenarum.Idē vt ſupra.

Quando tres ſuperiores in ſuis detrimentis,ſeu exiliis(vt vocant) fuerint, in quibus nullam habent dignitatem,portendunt maximam infęlicitatem & impedimenta in præcipuis vitæ actionibus: ſicut contra maximam fęlicitatem portendūt ſplēdidam & illuſtrem fortunam tres vel quatuor planetæ in ſuis dignitatibus,id eſt domiciliis, exaltatione,aut receptione mutua conſtituti. Talis eſt conſtitutio Matthiæ regis Vngariæ.Item Chriſtiani Regis Daniæ,qui quinque planetas in ſuis domiciliis & exaltationibus habuit.

Planetae do oppe. tur don ſuæ tunc citur eſſe ſuo detrimento ſi: exilio. Vide cap. 1.lib.4. Vide eti Gene ſim pag.363.

*Ioannis Friderici Natiuitas.*




In genitura principis Electoris Ioannis Friderici, tres planetæ ſuperiores ſunt in ſuis detrimentis, ſeu exiliis(vt vocant)in quibus nullam habent dignitatē,& vnus prorſus eſt peregrinus. Nam Saturnus in Cancro,Iupiter in Geminis, Mars in Tauro exulat.& Venus in Leone peregrina eſt iuxta diſtributionem terminorum Aegytiacam.

Captiuitatem & multas alias calamitates, denunciauit ei Sol in angulo occidentis conſtitutus, & læſus à Saturno coniunctione partili in Cancro. Item tot planetarum exilia ſemper enim poſitus in ſeptima, denunciat plurimas calamitates,diſſidia,inimicitias,bella,lites, exilia, & bellatores infælices.

Talem Solis conſtitutionem habuit Maximilianus imperator.Item Albertus Marchio & alij multi vt dicemus infra. Ipſe enim princeps anno currente 45.infęliciſſimū bellum geſſit contra Carolū V.in quo captus,electoratū amiſit:imo etiam Mars tum vulnus inflixit.

Vide ſupra cap.de carcerib.



Digitized by Google

*Thema ill. Principis Mauricij Electoris.*




ITEM Mauricius Dux Saxoniæ & Elector, eoſdem ferè planetas, exulantes in genitura Ioannis Friderici, in ſuis habuit ſplendoribus & dignitatibus. Vnde ex diſſenſione geniturarum, de animorum diſſidio facilè iudicari potuit. Nam Sol in genitura Electoris Mauricij affligit vtrunque luminare. in geneſi Electoris Ioannis Friderici, vnum ex quadrato, alterum ex oppoſitione aſpectu, ac domini aſcendentium, quorum hic Mars, ille Iupiter, diuerſæ naturæ naturali odio diſsident, & in ſignis ſeparatis conſtituti ſunt: ita Elector Mauricius genituram habuit potentiorem.

Saturnus in prima cæli domo, facit natum laborioſum, ſegnem, triſtem, contumacem, fratrum primũ efficit, vel aliorum morte, non pulchrum. Et in prima ætate, multas ærumnas præſtat.

Saturnus in ſexta cæli domo, pericula & carceris vim minatur.

Saturnus in decima cæli domo, ęrumnas, & labores ſemper ſignificat, & quanto apici propinquior, eo grauius affligit. Dicitur enim ſtella eſſe in apice domus, quæ illi coaſcendens, nõ plus tribus partibus diſtat ad anteriorem locum, aut quinque ad poſteriorem. Dat igitur omnia ibi Saturnus cum difficultate.

Mars in duodecima cæli domo dat carceres, infamiam, debilitatque corpus aliquo periculo, incidentique infortunio.

Infortuna ſi fuerit in ſexta & duodecima domo, incommodum & malum à ſeruis & ancillis tribuit ac grauamina, & anxietates ab eis inſurgent contra natum, & forte captiuabitur ab eis.

Infortunæ in duodecima domo damnum dant & malum per animalia.

Dodecatemorion Saturni in domo Martis, dat anxietates & triſtitias ac indigentiam. in domo Lunæ, miſerias & labores, in domo Solis malum ſtatũ & malos mores.

Albohaly cap. 34. Sol ſi fuerit in horoſcopo & Luna in medio cęli natus erit audax & effuſor ſanguinis. Similiter quãdo aſcendens fuerit maſculinum, & ambo luminaria in ſignis maſculinis & dominus aſcendentis in maſculino, & Mars in angulo.

Idem. Mars in domo Lunæ facit natum crudelem. Sed cum Mercurio in medio cæli in quouis ſigno facit prædonem famoſum.

Idem. Mars cum Mercurio ſub radiis in angulo, facit latronem notum & famoſum.

Idem. Mars cum Luna in angulo ſub radiis, facit latronem ſolitarium & ſecretum.

Dominus horoſcopi ſi in ſua deiectione, vel detrimento fuerit, natus erit exul à patria, vel rebellis.

Qui habuerit ſtellas in ſuis detrimentis, ſecundum diſpoſitionem illius ſtellæ, habebit plura incommoda & detrimenta.

*De ignis periculis.*

Mars ſi fuerit Almuten in natiuitate, & non fuerit iunctus beneuolis, ſignificat quòd natus incendium patietur. Hermetis ſententia 58.

Luna cùm fuerit in 4. aſpectu Solis, aut cum eo in vno ſigno, vel oppoſitione, natus patietur damnum ignis in corpore ſuo. Omar. ſen. lib. 3. cap. de infirmitatibus.

*De accuſationibus & imputationibus.*

Saturnus, Sol, & Mercurius ſi fuerint inuenti in medio cæli, accuſationes, & pericula ex abſconditis, aut falſis literis, aut ex adulteratis pecuniis facient inferri. Mater. ſent. lib. 7. cap. 27.

Si aliquis malorũ fuerit in nona domo impeditus, qui nõ habeat ibi dignitatẽ, ſignificat ꝙ natus accuſabitur & culpabitur cũ cauſa & ſine cauſa. Si verò fuerit ibi fortuna non impedita, & eo fortius ſi habuerit ibi dignitatem, ſignificat quòd laudabitur & honorabitur cum cauſa & ſine cauſa. Guido nis Bonati ſen. par. 1. conſide. 113.

*De genitalium periculis.*

1 Saturnus in ſeptima domo conſtitutus, ſi Lunam in aliquo cardine poſitam reſpexerit per eius diametrum, ſiue quadratum, nato illi aut genitalia ſecabuntur, aut in abditis corporis partibus cædetur.

Saturnus

2 Saturnus & Mars in horoſcopo coniuncti in ſigno fœminino, aut in medio cæli partiliter exultãtes in ſigno fœminino, ſi Venerem & Mercurium calcantes ſignum fœmininum viderint, genitalia minantur ſe exciſuros, natóſque euiraturos.

3 Sol & Luna in fœminino ſimul copulati, & Mercurius in ſigno fœminino in horoſcopo poſitus, natum ipſum exagitabunt adeo, eiuſque perturbabũt animũ, vt ipſemet natus ſpõte, ſuis etiam manibus virile mẽbrũ amputaturus ſit, aut cauſam caſtrationis daturus. Huius rei experimentum habeo. Nam Florentiæ anno 1554. quidam monachus fuit, qui in monaſterio Cartuſiano ſibi amputauit propriis manibus membrum virile, & in tribus diebus mortuus eſt: in cuius natiuitate hanc conſtellationem obſeruaui.

4 Sol & Luna ſi fuerint in ſignis fœmininis, & ſignum horoſcopi fuerit fœmininum, & ibi ſit Mercurius poſitus, nati manibus naturam ſuam amputare coguntur. Materni ſent. lib. 6. cap. 31.

5 Venus cùm impedita fuerit à Saturno & à Marte & Mercurio, & Sole abſque aſpectu fortunarũ, abſcindentur teſticuli nati: in natiuitate verò fœminæ, abſcindentur eius mammæ, & ſeparabitur à viris, & non erit in ea amor, nec aliquod ſolatium Veneris. Omaris ſent lib. 3. cap. de infirmitatibus.

### *De periculis parturientium.*

1 Saturnus & Mars ſi fuerint coniuncti cum Luna in horoſcopo, & Solem & Mercurium videant per oppoſitum in ſeptima domo, mulier abortũ faciet, aut fœtus intra viſcera lacerabitur, cum perpetua quadam matricis valetudine, aut mater ipſa in difficillimum inducetur partitudinis periculum.

2 Mars in ſexta, vel duodecima domo ſi fuerit poſitus in ſigno maſculino, ſi Solem & Lunam pariter quadrangula radiatione reſpexerit, mulier abortũ faciet, aut fœtus intra viſcera lacerabitur cum perpetua quadam matricis valitudine, aut mater ipſa in difficilimum inducetur partitudinis periculum.

3 Luna in horoſcopo ſi fuerit poſita & à maleficis circundata, & Saturnus in anaphora, hoc eſt in ſecũda domo, Solem intueatur quocunque aſpectu, & Mars in duodecima domo ſit poſitus, ſignificat difficultatem partus.

4 Sic plurimum nocet parturientibus Solis conſtitutio in duodecima cæli domo in coniunctione Martis. Ac non tantum aſpectus planetarum, luminaribus obſunt, ſed etiam loca cæli malefica, & officientia, perniciem machinantur.

### *De natis ad ſeruitutem redigendis ex Albubatre cap. 144.*

Saturnus quando in domo, vel exaltatione ſua, nec non in aliquo angulorum ſub radiis Solis fuerit, natus faciet aliquid propter quod in ſeruitutem redigetur.

Saturnus quãdo cũ Sole eclipſato in angulo terræ fuerit, natus in pueritia ſua capietur, & ſeruus efficietur.

Saturnus quando in natiuitate nocturna, in aliquo angulorum infortunatus exiſtens, ac in ſigno poſt Solem fuerit, & Lunam de ſigno, in quo nullã habeat dignitatem, aſpexerit, mater natum in viis exponet, & ſeruus efficietur.

Iupiter & Venus quando in duodecima domo infortunati fuerint, & Saturnus & Mars retrogradi exiſtentes, eos malo aſpectu aſpexerint, vita nati in ſeruitute & miſeria verſabitur.

Mars quando in aliquo angulorum infortunatus exiſtens, ac in ſigno poſt Solem fuerit, & Lunã de ſigno in quo nullam habeat dignitatem aſpexerit, natus ſeruus fiet.

Sol vel Luna coniunctus cum Marte, vel Saturno in duodecima domo, denuntiat captiuitates vt obſeruaui.

Mercurius ſi fuerit ſub radiis Solis, & in angulo & infortunæ aſpexerint eum, natus erit deprædatus, & fortè capietur, & ligabitur, vel forſan ſeruus erit. Abenrag. ſent. par. 5. cap. 4.

Luna quando in tertia domo natiuitate diurna exiſtente fuerit, natus erit ſeruus, actus ſerui faciet, maximè ſi infortuna iuncta fuerit, aut ipſam aſpexerit: nam tunc natus, vt victum ſuum habeat, aliis ſeruiet. Albubatris ſententia cap. 144.

Luna quando in ſexta, vel 12. domo peregrina fuerit, & dominus triplicitatis ſigni in quo eſt infortunatus, ac in malo loco, natus erit ſeruus. Sed ſi in aliquo angulorum, vel ſuccedentium cum infortuna fuerit, & infortuna ipſam aſpexerit, natus etiam ſeruus efficietur. Idem vt ſup.

Luna quando in aliquo angulorũ vel ſuccedẽtiũ præcipuè in ſecunda domo vel exaltatione ſua cũ aliqua infortuna iuncta fuerit, natus in crimen vel maculam incurret, aut forſan capietur, & ſeruus efficietur. Sed ſi Iupiter & Venus Lunam aſpexerint, natus ex illo crimine, periculo vel ſeruitute euadet idem Dominus horoſcopi quando in duodecima domo, ac in aſpectu infortunæ maximè Saturni fuerit, natus erit de terra ſua tranſportatus, & ſeruus efficietur. Pars ſeruorum quando in angulo terræ infortunata aſcendens aſpexerit, & non dominum eius, natus faciet aliquid propter quod ſeruus fiet. Hæc ille.

### *De vulneribus.*

1 Mars in horoſcopo non in domicilio ſuo dabit nato cicatricem in facie & exponet eum multis periculis. Ptolemæi ſententia 74. & Almanſoris 24. ſuorum dictorum. Sic quidam Petrus Carapha, vt Gauricus ſcribit, Martem habuit horoſcopantem in Geminis. Perpeſſus eſt igitur, in prima ætate, duas cicatrices. Alius quidã Hieronymus Vrſinus. Romanus Martem habuit in Leone in horoſcopi linea. Is ex vulneribus in capite mortuus eſt.

Aph.

Vide eius Geneſim pag. 366.

Vide eius Geneſim pag. 169.

2 Malefici planetæ in occaſu inuenti, præſertim ſi in ſignis aeris, aut formam hominis habentibus, ambo, aut alteruter fuerit, vt ſunt Gemini, Virgo, Aquarius, & prior pars Sagittarij, vulnera aliaque incommoda corporis grauia decernunt. Vel idem præſtant malefici horoſcopo dominantes, & ſeſe inuicem ac alterius luminare infeſtantes, in ſignis humanis aut aeris, aut ſupra luminaria peregrini ac debiles, verſus medium cæli eleuati. Horum Aphoriſmorum aliquot exempla extant apud Gauricum & Cardanum.

Apho.



Digitized by Google

QVIDAM Neapolitanus vulnera multa in capite, facie & humeris habuit, in cuius genitura malefici opponebantur ex angulo Orientis, altero eorum in ſigno humano, videlicet in Geminis exiſtente.

*Cuiuſdã Neapolitani Natiuitas.*

*Antiſcia planetarum.*

♄ 2. 56. ♈
♃ 8. 28. ♎
♂ 7. 25. ♋
☉ 2. 8. ♉
♀ 20. 46. ♉
☿ 19. 57. ♈
☽ 7. 2. ♓




Vide eius Geneſin pag. 121.

Quidam Florentinus Cardinalis de Ardinghellis, habuit in genitura Martem dominum horoſcopi affligentem Lunam quadrato radio partili, Saturnum verò plactico in ſigno humano, videlicet Geminis ſupra luminaria eleuatum verſus mediũ cæli. Is perpeſſus fuit in capite vulnera ſeptem, & pleraque alia in pectore. Eius genitura in cap. de Animodar. poſita fuit.

Sic in genitura Marci Antonij Columnæ Saturnus dominus horoſcopi in ſigno humano, videlicet Virgine, ac Soli coniunctus, affligebatur quadrato aſpectu Martis pattili luminari nocturno aſſiſtentis. Hæc ſanè conſtitutio non tantum periculoſa vulnera, ſed etiam violentam mortem portendit. Globo enim traiectus interiit.

Vide eius Geneſim pag. 470.

SIC Franciſcus Roſcius Rauennas, duo vulnera habuit in capite, & vnum in ſiniſtro crure. Et cum eſſet ſcriptor egregius, à ſuis Rauennatibus fuit electus Orator ad Leonem decimum, & in Vrbe ſecus pontem Sancti Angeli ab inuidis fuit vulneratus, adeo quod ſiniſtra manus obtruncata fuit & in loco eius alligata fuit manus ferrea. Quæ mala denũtiabat horoſcopi directio ad Martis quadratum anno ſuæ ætatis completo 42. Verum in calce anni 51. Mars in vndecima cæli domo ſub Sagittarij ſigno, & ſex planetæ intra occiduum cæli & nonam domum, & horoſcopi directio ad oppoſitum Saturni, ei ſtragem ſanguinolentam dederunt, dum vellet trãsfretare Panaram fluuium non ſatis diſtantem à Mutinenſi ciuitate. Luna autem in ſeptima cæli domo, vt ſæpenumero dixi, ſignificat mortem violentam & inopinatam, vel omnino affert infælicitates plurimas, & maxima pericula.

*Franciſci Roſcij Rauennatis Natiuitas.*




3 Luna & Mars coniuncti, vel oppoſiti in angulis, ſi ambo vel alteruter fuerit in ſignis aereis, præcipuè Geminis aut Virgine: vulnera, & læſionem corporis decernunt. Si in domibus aut exaltationibus maleficorum, homicidas portendunt.

*Auguſtini*

Digitized by Google

*Auguſtini Landi Natiuitas.*




*Ioannis Anguſciolæ Natiuitas.*




Talis eſt conſtitutio in genituris Auguſtini Landi, & Ioaunis Anguſciolæ, qui Ducem Petrum Aloyſium Farneſium, Pauli 3. Pōtificis filium, interfecerunt. Habuit enim vterque, vt Cardanus docet in lib. geniturarum duodecim. themate vndecimo, Lunam oppoſitam Marti, in angulo medij cæli, & in ſignis maleficorum.

Iſti duo viri habent Leonem in horoſcopo, quod quidem ſignum ambitioſos & truces creat natos. Verum fuerunt magnanimi & prudentes in ſuis actionibus. Venus cū ſorte vtrique cauſa mulierum, diuitiarum incrementum pollicetur. Quod neſcio quomodo contigerit. Anno enim 1562. Ioānes Anguſciola cum 3. millibus Italorum venit Lugdunum in fauorem Regis Francorum contra rebelles, & certauit ſtrenuè: & quamuis Mars in vtraq; genitura reperiatur in ſuo caſu, qui adminiſtrationes neget, nihilominus quia eſt angularis, oſtendit dignitates in re bellica, aut adminiſtrationes. & ita habuerunt, Mars ergo in oppoſito Lunæ eos naſci fecit pronos ad homicidia. Et narrat etiam Cardanus ſe vidiſſe eiuſdem principis natiuitatem, qui habebat Lunā in oppoſito Martis & ex quacunque cauſa ad hominum cædem prorumpebat, vt ſic iam plures adhuc iuuenis iugulārit. Sed vt ad prędictos reuertar, omnes qui in principem ſuum cum illis coniurarunt, morte violenta perierunt, præter Anguſciolam, qui morte naturali, ſed extra ſuam patriā, eſt mortuus. Et in vniuerſum qui Principes ſuos licet interdum tyrannicam dominationem in ſubiectos exercentes, inſidiis appetunt, & coniurationibus inſectantur, vt plurimum, vel parietibus ipſis cōſpirationis conſciis, clamantibus, deteguntur, & meritas pœnas dāt: vel ſi forte morte eum ſuſtulerint, quem tyrannum exiſtimabant, tamen diuina eos vltione inſectante, plerumque miro quodam modo in portētoſas mortes incidunt: idque non iniuria. nam principes vel mali diuini in ſe neſcio quid continent, & in numinis ſunt patrocinio. Quod videre eſt in C. Iulij Cæſaris nece, cuius mortem mira quædam prodigia præceſſerunt. Brutus vero & Caſsius coniurationis auctores vnà cum conſpiratoribus, omnes ad vnum malè diſperierunt. Auguſtus eius ſucceſſor omnes coniurationes contra ſe factas detexit, & partim iuſta ſeueritate, partim mira quadam clementia diſsipauit. Infinitum eſſet huc exempla plurimorum Imperatorum, Regum & aliorum Principum citare, qui miraculo quodam inſidias ſibi ſtructas vel declinarunt, vel vlti ſunt, vel ſi ipſi non effugerunt, non tamen Deus eorum patronus inultas reliquit. Sed contentus ſum meminiſſe de Coſmo magno Hetruriæ Duce, noſtro principe,



Digitized by Google

qui omnium fui longe fortunatiſsimus in deprehendendis coniurationibus, quæ ſubinde contra ſe emergebant infinitæ propemodum, à quibus tantum abeſt vt vel minimum ſit læſus, vt indies magis ex illis illuſtrior euaſerit.

4 Iupiter in domibus Martis & in gradibus putei, facit ſordidos, & egenos, & à perſonis militantibus læſos. Hermetis ſententia 63.

5 Iupiter quando cum Marte, aut Saturnus cum Venere, aut Sol cum Luna, aut infortuna aliqua, aut regia mala cum aliquo luminarium in eadem parte peregrini fuerint, ingens malum aliquod nato expecta.

6 Quicunque Martem aſcendentem habet, omnino cicatricem in facie habebit. Ptolemæi ſentẽtia 74. & Almanſoris 14. & in 106. ſent. inquit: Auerte oculos à figura, in qua Mars fuerit in angulo, maximè cùm fuerit aſcendens Scorpio.

7 Martem qui habet in aſcendente, multis exponetur periculis.

8 Mars ſi fuerit in horoſcopo conſtitutus, & Luna aut ad Martem feratur, aut ab eo defluat vitæ humilitatem, grauia valetudinis vitia, acerba periculorum diſcrimina, & miſeræ calamitatis incurſus, ex iſta coniunctionis ſocietate decernunt: ſed ſi in occaſu fuerit inuentus, & ab eo defluat Luna, hæc eadem ſimili ratione perficiunt. Matern. ſent. lib. 6. cap. 13.

9 Mars cum fuerit in angulis, & maximè in aſcẽdente, in medio cæli autem in die, periclitabitur natus cauſa operis ſui, & flagellabitur corpus eius & vincietur. Omaris ſententia lib. 3. ca. de magiſt.

10 Mars ſi fuerit in medio cæli in Ariete, & radio quadrato Iouem in Capricorno, dominum aſcendentis aſpexerit, vulnerabitur natus: eodem modo, ſi in Scorpione Mars ſit, aſcendat autem Aquarius, pulſet autem Saturnum in Leone.

11 Mars in natiuitate diurna ſi fuerit in duodecima domo, natus habebit inciſionem ferri in manibus ſuis. Abenrag. ſenten. par. 4. cap. 12.

12 Luna ſi fuerit lumine, aut numero diminuta, & in ſigno membrorum inciſorum, & Mars in oppoſito eius orientalis, & egreſſus ex radiis Solis, natus erit vulneribus mortalibus vulneratus, vel ex membris eius aliqua truncabuntur: & ſi non habuerit aſpectum fortunæ liberantis & ſeruantis eum, propter ea morietur. Abenrag. ſenten. par. 5. capitul. 1.

13 Luna lumine ac numero diminuta ſi fuerit in octaua domo, & dominus duodecimæ domus peregrinus, feralis & infortuna exiſtens, ipſam malo aſpectu aſpexerit, natus dolores, percuſsiones & vulnera incurret. Albu. ſen. cap. 145.

14 Luna cum fuerit cõbuſta, ob iracundiam multa mala patietur.

15 Luna coniuncta Marti in aëreis ſignis, percuſſionem ab homine, maximè in Geminis ſignificat.

16 Pars infirmitatis cùm fuerit cum Luna in nona domo, aut Mars in octaua, & fuerit in ſignis membrorum abſciſorum in natiuitate viri, abſcindetur aliquod membrum eius ferro. Omaris lib. 3. capit. de infirmitatibus.

*Annotationes vniuerſales.*

Dominus primæ domꝰ ſi fuerit
- In 3. infortunatus, ſignificat malum, & periculum nato à conſanguineis, & fratribus ſuis.
- In 9. infortunatus, natus periculum timeat latronum.
- In 11. infortunatus, vel cõbuſtus ſi inueniatur, ex amicis pericula decernit.

Dominus ſecũdæ domus in tertia, ſignificat dãnum à fratribus, vel damnationem ſtatus illorum.

Saturnus ſi fuerit in decima domo extra domũ & regnũ ſuum, tenebitur natus diu in carceribus.

Saturnus in duodecima domo extra domum & regnum ſuum, ſignificat quòd natus concludetur in carcere, aut erit miſſus in exilium.

Iupiter in quarta domo, ſignificat ſecuritatem ab horribilibus.

Iupiter in duodecima domo extra domũ ſuam & regnum, dat carceres, ſeruitutes & damna.

Sol in duodecima domo, dat carceres, vel exilium propter aliquod homicidium, vel propter iram domini.

Sol in domo Lunæ cum cauda Draconis, vel cũ Saturno aut Marte, dat periculum in aquis.

Mars in prima domo non in domicilio vel regno ſuo, dat vulnera capitis, vel in vultu.

Mars in quarta domo, dat vulnera, malum finem & in fine longam tribulationem.

Mars in ſeptima domo, extra domum vel regnũ ſuum, dat damnum in omni re, & malum finem: ac fortè abſcindentur nato manus, vel pedes.

Mars in decima domo extra domum & regnum ſuum, dat flagella, & pericula, & malum finem.

Mars in duodecima domo, ſignificat tribulationem, anguſtias multas, vexationes varias cum grauitate ſuſtentationis: decernítque etiam carceres, captiuitates, percuſsiones, & ſimilia, ex quibus oritur periculum, & habebit aliquod malum, aut vulneratus erit in pedibus.

Mars in domo ſua ſignificat, quòd natus habebit dolores occultos, & cadet ab alto.

Mars in domo Veneris dat vulnera ex ferro vel igne in loco cooperto.

Venus in ſexta domo in genitura mulieris, ſignificat eam laboraturam in partu cum magno vitæ periculo.

Venus in duodecima domo, dat carceres & hoſtes, & tribulationes & anguſtias, aut exilium: in Virgine, Capricorno, aut Aquario iuncta cum Sole, Saturno, aut Marte minabitur periculum occaſione amoris.

Mercurius, ſi fuerit in prima domo cum Marte in Ariete vel Scorpione, natꝰ habebit aliquod vulnus in capite, vel vultu.

Mercurius ſi fuerit in ſexta domo cum Marte, vel Saturno, periculum erit, ne natus occidatur à ſeruis, aut à famulabus, aut veneno tollatur, aut moriatur in carcere.

Mercurius in 12. domo ſignificat quòd natus ſæpe verſabitur in carcere.

Luna infortunata in 2. domo ſignificat mœrorem, & dat dolores & fruſtrationes.

Luna infortunata in octaua domo, dat rixas multas, & ſignificat quòd natus habebit carceres.

Luna infortunata in duodecima domo, dat multa impedimẽta, carceres & exilia. Et ſi fuerit combuſta,

Digitized by Google

buſta, aut coniuncta Saturno aut Marti, indicat nato infinita infortunia.

Luna in domo Martis ſignificat quòd natus erit in periculo ſubmerſionis.

Luna infortunata in domo ſua ſignificat quòd natus erit in periculo in aquis.

Cauda Draconis in prima domo dat perniciem & tribulationem, & adducit natum in periculum perdendi oculos, aut magnum malum in illis infligit.

Cauda Draconis ſi fuerit in ſecunda domo, cadet natus de loco alto improuiſè.

Cauda Draconis ſi fuerit in decima domo, natus cadet ab alto.

Caput Draconis in quinta domo, ſignificat quòd natus cuſtodietur ab omni periculo malo.

## Περὶ ποιότητος ψυχῆς.

ΠΕρὶ μὲν οὖν τῶν σωματικῶν συμπτωμάτων, ὁ τύπος τῆς ἐπισκέψεως, τοιοῦτος ἂν τις εἴη. τῶν δὲ ψυχικῶν ποιοτήτων, αἱ μὲν περὶ τὸ νοερὸν καὶ λογικὸν μέρος, καταλαμβάνονται διὰ τῆς κατὰ τὸν τοῦ ☿ ἀστέρα θεωρουμένης ἑκάστοτε περιστάσεως. αἱ δὲ περὶ τὸ ἠθικὸν καὶ ἄλογον, ἀπὸ τῶν σωματωδεστέρων φώτων, τουτέστι τῆς τε τῆς ☾, καὶ τῶν πρὸς τὰς ἀπορροίας, ἢ καὶ τὰς συναφὰς αὐτῆς συνεσχηματισμένων ἀστέρων. πολυτροπωτάτου δ᾽ ὄντος τοῦ περὶ τὰς ψυχικὰς ὁρμὰς εἴδους, εἰκότως ἂν καὶ τὴν τοιαύτην ἐπίσκεψιν, οὐχ ἁπλῶς οὐδ᾽ ὡς ἔτυχε ποιοίμεθα, διὰ πλειόνων δὲ καὶ ποικίλων παρατηρήσεων. καὶ γὰρ αἱ τῶν ζωδίων τῶν περιεχόντων τόν τε τοῦ ☿, καὶ τὴν ☾, ἢ τοὺς τὴν ἐπικράτησιν αὐτῶν εἰληφότας ἀστέρας διαφοραί, πολὺ δύνανται συμβάλλεσθαι πρὸς τὰ τῶν ψυχῶν ἰδιώματα, καὶ οἱ τῶν λόγων ἐχόντων πρὸς τὸ προκείμενον εἶδος τῶν ἀστέρων σχηματισμοί, πρὸς τὸν ☉ τε καὶ τὰ κέντρα, καὶ ἔτι τὸ κατ᾽ αὐτὴν τὴν ἑκάστου τῶν ἀστέρων φύσιν, πρὸς τὰς ψυχικὰς κινήσεις ἰδιότροπον. τῶν μὲν οὖν ζωδίων καθόλου τὰ μὲν τροπικὰ δημοτικωτέρας ποιεῖται ψυχάς, ὀχλικῶν τε καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἐπιθυμητικάς. ἔτι δὲ καὶ φιλοδόξους, καὶ θεοπροσπόλους εὐφυεῖς τε, καὶ εὐκινήτους. ζητητικάς, εὑρετικάς, εὐεικάστους, ἀπολογητικάς, μαντικάς, τὰ δὲ δίσωμα ποικίλας, εὐμεταβόλους, δυσκαταλήπτους, κούφας, εὐμεταθέτους, διπλᾶς, ἐρωτικὰς πολυτρόπους, φιλομούσους, ῥαθύμους, εὐπορίστους, μεταμελητικάς, τὰ δὲ στερεὰ, δικαίας, ἀκολακεύτους, ἐπιμόνους, βεβαίας, συνετάς, ὑπομονητικάς, φιλοπόνους, σκληράς, ἐγκρατεῖς, μνησικάκους, ἐκβιβαστικάς, ἐριστικὰς φιλοτίμους, στασιώδεις, πλεονεκτικάς, ἀποκρότους, ἀμεταθέτους. τῶν δὲ σχηματισμῶν, αἱ μὲν ἀνατολικαὶ ὡροσκοπίαι, καὶ μάλιστα αἱ ἰδιοπροσωπίαι, ἐλευθερίους, καὶ ἁπλᾶς, καὶ αὐθάδεις, καὶ ἰσχυράς, καὶ εὐφυεῖς, καὶ ὀξείας καὶ ἀπαρακαλύπτους τὰς ψυχὰς ἀπεργάζονται. Οἱ δὲ ἑῷοι στηριγμοὶ καὶ αἱ μεσουρανήσεις, ἐπιλογιστικάς, ἐπιμόνους, μεγαλόφρονας, μνημονευτικάς, ἀποτελεστικὰς ὧν βούλονται, ἀτρέπτους, ῥωμαλέας, ἀνεξαπατήτους, βεβαίας, συνετάς, μεγαλόφρονας, ἀτρέπτους, ὠμάς, ἀνεξαπατήτους, κριτικούς, ἐμπράκτους, κολαστικάς, ἐπιστημονικάς. αἱ δὲ προηγήσεις καὶ αἱ δύσεις, ἀβεβαίους, εὐμεταθέτους, ἀσθενεῖς, ἀφερεπόνους, ἐμπαθεῖς τὰ πεινάς, δειλάς, ἀμφιβόλους, θρασυδειλους, ἀμβλείας, βλακώδεις, δυσκινήτους. οἱ δὲ ἑσπέριοι στηριγμοί, καὶ αἱ ὑπὸ γῆν μεσουρανήσεις, ἔτι δὲ ἐφ᾽ ἑρμοῦ καὶ ♀, ἡμέρας μὲν, αἱ ἑσπέριαι δύσεις, νυκτὸς δὲ, αἱ ἑῷοι, εὐφυεῖς μὲν καὶ φρονίμους οὐκ ἄγαν δὲ μνημονευτικάς, οὐδ᾽ ἐπιμόχθους, καὶ φιλοπόνους. διερευνητικὰς δὲ τῶν ἀποκρύφων, καὶ ζητητικάς, δὲ τῶν ἀθεωρήτων, οἷον μαγικάς, μυστηριακάς, μετεωρολογικάς, ὀργανικάς, μηχανικάς, θαυματοποιούς, ἀστρολογικάς, φιλοσόφους, οἰωνοσκοπικάς, ὀνειροκριτικάς, καὶ τὰς ὁμοίας. ὅτε δὲ ἐν ἰδίοις ἢ ἐνοικείοις ὄντες τύχοιεν τόποις τε καὶ αἱρέσεσιν, οἱ τὴν κυρείαν ἔχοντες τὴν ψυχικήν, καθ᾽ ὃν ἐν ἀρχῇ διωρισάμεθα τρόπον, προφανῆ, καὶ ἀπαραπόδιστα, καὶ αὐτέκαστα, καὶ ἐπιτευκτικὰ ποιοῦσι τὰ ἰδιώματα, καὶ μάλιστα ὅταν οἱ αὐτοὶ τῶν δύο τρόπων ἐπικρατήσωσιν ἅμα τουτέστι τῶν μὲν τοῦ ἑρμοῦ τυγχάνωσιν ὁπωσδήποτε συνεσχηματισμένοι, τὴν δὲ τῆς ☾ ἀπόρροιαν, ἢ καὶ συναφὴν ἐπέχοντες. μὴ οὕτω δὲ διακείμενοι ἀλλ᾽ ἐν ἀνοικείοις ὄντες τόποις, τὰ μὲν τῆς ἑαυτῶν φύσεως οἰκεῖα πρὸς τὴν ψυχικὴν ἐνέργειαν, δυσεπίφαντα καὶ ἀμαυρά, καὶ ἀτελέστα, καὶ

ἀπρόκοπα

ἀπρόκοπα καθιστᾶσι. τὰ δὲ τῆς τῶν ἐπικρατησάντων, ἢ ὑπερτερησάντων, ἰσχυρά τε καὶ ἐπιβλαβῆ τῶν προκειμένων, ὡς ὅταν οἵ τε διὰ τὴν τῶν κακοποιῶν οἰκείωσιν, ἄδικοι καὶ πονηροί, κρατούντων μὲν αὐτῶν, ἀπαρακόρητον, καὶ ἀνεμπόδιστον, καὶ ἀκίνδυνον, καὶ ἐπίδοξον ἔχουσι τὴν πρὸς τὸ κακῶς ἄλλους ποιεῖν ὁρμήν, κρατουμένων δὲ ὑπὸ τῶν τῆς ἐναντίας αἱρέσεως, κατάφοροι, καὶ ἀνεπίθετοι καὶ εὐτιμώρητοι γίνονται. ὅτ' αὖ πάλιν διὰ τὴν τῶν ἀγαθοποιούντων πρὸς τοὺς προκειμένους ὅρους συνοικείωσιν ἀγαθοὶ καὶ δίκαιοι, καθυπερτερήτων, μὲν ὄντων αὐτοί τε χαίρουσι καὶ εὐφημοῦνται ἐπὶ ταῖς τῶν ἄλλων εὐποιίαις, καὶ ὑπὸ μηδενὸς ἀδικούμενοι ἀλλ' ὀνησιφόρον ἔχοντες τὴν δικαιοσύνην διατελοῦσι, κρατουμένων δὲ ὑπὸ τῶν ἐναντίων, ἀνάπαλιν, καὶ δι' αὐτὸ τὸ πρᾶον καὶ φιλάνθρωπον, καὶ ἐλεητικὸν, εὐκαταφρόνητοι καὶ ἐπίμεμπτοι ἢ ὑπὸ τῶν πλείστων εὐαδίκητοι τυγχάνουσιν. ὁ μὲν οὖν καθολικὸς τρόπος τῆς εἰδικῆς ἐπισκέψεως, τοιοῦτος ἂν εἴη, τὰς δὲ κατὰ μέρος ἀπ' αὐτῆς τῆς τῶν ἀστέρων φύσεως, κατὰ τὴν τοιαύτην κυρείαν ἀποτελουμένας ἰδιοτροπίας, ἑξῆς κατὰ τὸ κεφαλαιῶδες, ἐπεξελευσόμεθα, μέχρι τῆς καθ' ὅλο χρείαν θεωρουμένης συγκράσεως.

♄ Ὁ μὲν οὖν τοῦ ♄ ἀστὴρ μόνος, τὴν οἰκοδεσποτείαν τῆς ψυχῆς λαβὼν, καὶ αὐθεντήσας τοῦ τε ☿ καὶ τοῦ τῆς ☾, ἐὰν μὲν ἐνδόξως ἔχῃ πρός τε τὸ κοσμικὸν καὶ τὰ κέντρα, ποιεῖ φιλοσωμάτους, ἰσχυρογνώμονας, βαθύφρονας, αὐστηρούς, μονογνώμονας, ἐπιμόχθους, ἐπιτακτικούς, κολαστικούς, περιουσιαστικούς, φιλοχρημάτους, βιαίους, θησαυριστικούς, φθονερούς, ἐναντίως δὲ καὶ ἀδόξως κείμενος, ῥυπαρούς, σμικρολόγους, ἀδιαφόρους, μονογνώμονας, βασκάνους, δειλούς, ἀνακεχωρηκότας, κακολόγους, φιλερήμους, φιλοθρήνους, ἀναιδεῖς, δεισιδαίμονας, φιλομόχθους, ἀστόργους, ἐπιβουλευτικοὺς τῶν οἰκείων, ἀνευφράντους, μισοσωμάτους. τῷ δὲ ♃ κατὰ τὸν ἐκκείμενον τρόπον συνοικειωθεὶς, ἐπὶ μὲν ἐνδόξων πάλιν διαθέσεων, ποιεῖ ἀγαθοὺς, τιμητικοὺς τῶν πρεσβυτέρων, καθεστῶτας, καλογνώμονας, ἐπικούρους, ἀπίκρους, κριτικούς, φιλοκτήμονας, μεγαλοψύχους, μεταδοτικοὺς, εὐπροαιρέτους, φιλοικείους, πράους, συνετοὺς, ἀνεκτικοὺς, ἐμφιλοσόφους. ἐπὶ δὲ τῶν ἐναντίων, ἀπειροκάλους, μανιώδεις, ψοφοδεεῖς, δεισιδαίμονας, ἱεροφοιτοῦντας, ἐξαγορευτὰς, ὑπόπτους, μισοτέκνους, ἀφίλους, ἐνδομύχους, ἀκρίτους, ἀπίστους, μωροκάλους, ἰώδεις, ὑποκριτικοὺς, ἀδρανεῖς, φιλοτίμους, μεταμελητικοὺς, εὐήθεις, τὸ ὁμοίως, καὶ ἀνεξικάκους. Τῷ δὲ τοῦ ♂ κατὰ τὸν ἐκκείμενον τρόπον συνοικειωθεὶς, ἐπὶ μὲν ἐνδόξων διαθέσεων, ποιεῖ ἀδιαφόρους, ἐπιπόνους, παρρησιαστικοὺς, ὀχληροὺς, θρασυδείλους, αὐστηροπράκτους, ἀνελεήμονας, καταφρονητὰς, τραχεῖς, πολεμικοὺς, ῥιψοκινδύνους, φιλοθορύβους, δολίους, ἐνεδρευτὰς, δυσμηνίτας, ἀδήκτους, ὀχλοκόπους, τυραννικοὺς, πλεονέκτας, μισοπολίτας, φιλέριδας, μνησικάκους, βαθυπονήρους, δράστας, ἀνυποίστους, σοβαρούς, φορτικούς, καυχηματίας, κακωτὰς, ἀδίκους, ἀκαταφρονήτους, μισανθρώπους, ἀτρέπτους, ἀμεταθέτους, ἀπολυπράγμονας, εὐαναστρόφους μέντοι, καὶ πρακτικοὺς, καὶ ἀκαταγωνίστους, καὶ ὅλως ἐπιτευκτικοὺς, ἐπὶ δὲ τῶν ἐναντίων, ἅρπαγας, λῃστὰς, νοθευτὰς, κακοπαθεῖς, αἰσχροκερδεῖς, ἀθέους, ἀστόργους, ὑβριστὰς, ἐπιβουλευτικοὺς, κλέπτας, ἐπιόρκους, μιαιφόνους, ἀθεμιτοφάγους, κακούργους, ἀνδροφόνους, φαρμακευτὰς, ἀσεβεῖς, ἱεροσύλους, τυμβωρύχους, καὶ παγκάκους. Τῷ δὲ τῆς ♀ συνοικειωθεὶς, ἐπὶ μὲν ἐνδόξων διαθέσεων, ποιεῖ μισογυναίους, φιλάρχους, φιλερήμους, ἀηδεῖς πρὸς τὰς ἐντεύξεις, ἀφιλοτίμους, μισοκάλους, φθονερούς, αὐστηροὺς, ἀστόργους δὲ πρὸς συνουσίας, ἀσυμπεριφόρους, μονογνώμονας, φοιβαστικοὺς, θρησκευτὰς, μυστηρίων καὶ τελετῶν ἐπιθυμητικοὺς, ἱεροποιοὺς, ἐνθεαστικούς, ἱεροπροσπόλους, σεμνοὺς δὲ καὶ εὐπρεπεῖς, αἰδήμονας, ἐμφιλοσόφους, πιστοὺς πρὸς συμβιώσεις, εὐσταθεῖς, ἐγκρατεῖς, ἐπιλογιστικούς, εὐλαβεῖς, ἀγανακτικάς τε, καὶ πρὸς τὰς τῶν γυναικῶν ὑποψίας ζηλοτύπους: ἐπὶ δὲ τῶν ἐναντίων, λάγνους, ἀσελγεῖς, αἰσχροποιούς, ἀδιαφόρους, καὶ ἀκαθάρτους πρὸς τὰς συνουσίας, ἀνάγνους, ἐπιβουλευτικοὺς θηλυκῶν προσώπων, καὶ μάλιστα τῶν οἰκειοτάτων, θρασεῖς παμψόγους, καταφερεῖς, μισοκάλους, μωμητικούς, κακολόγους, μεθύσους, λατρευτικούς, ὑπονοθευτὰς, ἀθεμίτως πρὸς τὰς συνελεύσεις διατιθέντας, καὶ διατιθεμένους,

οὐ μόνον

οὐ μόνον πρὸς τὰς κατὰ φύσιν, ἀλλὰ καὶ τὰς παρὰ φύσιν πρεσβυτέρων καὶ ἀτίμων ἢ παρανόμων καὶ θηριωδῶν μίξεων ἐπιθυμητὰς ἀσεβεῖς, θεῶν καταφρονητικούς, μυστηρίων καὶ ἱερῶν διασυρτικοὺς πάμπαν, ἀπίστους διαβολικούς, φαρμακούς, πλαστοποιούς. Τῷ δὲ τοῦ ☿ συνοικειωθεὶς, ἐπὶ μὲν ἐνδόξων διαθέσεων, ποιεῖ περιέργους, φιλοπεύστας, νομίμων ζητητικούς, φιλιάτρους, μυστικούς, μετόχους ἀποκρύφων καὶ ἀπορρήτων, τερατουργούς, παραλογιστάς, ἐφημεροβίους, ἐντρεχεῖς, διοικητικοὺς πραγμάτων, ἀγχίφρονας, περιπίκρους, ἀκριβεῖς, νήπτας, φιλοπόνους, φιλοπράκτους, ἐπιτευκτικούς, ἐπὶ δὲ τῶν ἐναντίων διαθέσεων, ληρώδεις, μνησικάκους, νηλεεῖς ταῖς ψυχαῖς, ἐπιμόχθους, μισοϊδίους, φιλοβασκάνους, δυσευφράντους, νυκτεριρέμβους, ἐνεδρευτάς, προδότας, ἀσυμπαθεῖς, κλέπτας, μαγικούς, φαρμακευτάς, πλαστογράφους, ῥᾳδιουργούς, ἀποτευκτικούς, καὶ εὐεκπτώτους.

Ὁ δὲ τοῦ ♃ ἀστὴρ μόνος τὴν οἰκοδεσποτίαν λαβὼν τῆς ψυχῆς, ἐπὶ μὲν ἐνδόξου διαθέσεως, ποιεῖ μεγαλοψύχους, χαριστικούς, θεοσεβεῖς, τιμητικούς, ἀπολαυστικούς, φιλανθρώπους, μεγαλοπρεπεῖς, ἐλευθέρους, δικαίους, μεγαλόφρονας, σεμνούς, ἰδιοπράγμονας, ἐλεήμονας, φιλολόγους, εὐεργετικούς, φιλοστόργους, ἡγεμονικούς, ἐπὶ δὲ τῆς ἐναντίας διαθέσεως τυγχάνων, τὰς ὁμοίας μὲν φαντασίας περιποιεῖται ταῖς ψυχαῖς, ἐπὶ δὲ ταπεινότερον μέντοι καὶ ἀνεπιφαντότερον, καὶ ἀκριτώτερον, οἷον ἀντὶ μεγαλοψυχίας, ἀσωτίαν, ἀντὶ δὲ θεοσεβείας, δεισιδαιμονίαν, ἀντὶ δὲ αἰδοῦς, δειλίαν, ἀντὶ δὲ σεμνότητος, οἴησιν, ἀντὶ δὲ φιλανθρωπίας, εὐήθειαν, ἀντὶ δὲ φιλοκαλίας, φιληδονίαν, ἀντὶ δὲ μεγαλοφροσύνης, βλακείαν, ἀντὶ δὲ ἐλευθεριότητος, ἀδιαφορίαν, καὶ ὅσα τούτοις παραπλήσια. Τῷ δὲ τοῦ ♂ συνοικειωθεὶς, ἐπὶ μὲν ἐνδόξων διαθέσεων, ποιεῖ τραχεῖς, μαχίμους, στρατιωτικούς, διοικητικούς, κεκινημένους, ἀνυποτάκτους, θερμούς, παραβόλους, πρακτικούς, παρρησιαστάς, ἐλεγκτικούς, ἀνυτικούς, φιλονείκους, ἀρχικούς, εὐεπιβούλους, ἐπιεικεῖς, ἐπανδρους, νικητικούς, μεγαλοψύχους καὶ φιλοτίμους, καὶ θυμικοὺς καὶ κριτικοὺς καὶ ἐπιτευκτικούς· ἐπὶ δὲ τῶν ἐναντίων, ὑβριστάς, ἀδιαφόρους, ὠμούς, ἀνεξιλάστους, στασιαστάς, ἐριστικούς, μονογνώμους, διαβόλους, οἰηματίας, πλεονέκτας, ἅρπαγας, ταχυμεταβόλους, κούφους, μεταμελητικούς, προπετεῖς, ἀστάτους, ἀπίστους, ἀκρίτους, ἀγνώμονας, στασιαστικούς, ἐνστατικούς, ἐπιτευκτικούς, εὐπατάκτους, μεμψιμοίρους, ἀσώτους, ληρώδεις, καὶ ἄλλως ἀνωμάλους καὶ παρακεκινημένους. Τῷ δὲ τῆς ♀ συνοικειωθεὶς, ἐπὶ μὲν ἐνδόξων διαθέσεων, ποιεῖ καθαρούς, ἀπολαυστικούς, φιλοκάλους, φιλοτέχνους, φιλοθεώρους, φιλομούσους, ᾠδικούς, φιλοστόργους, εὐήθεις, εὐεργετικούς, ἐλεγκτικούς, ἀγαθούς, φιλοθέους, ἀσκητάς, φιλαγωνιστάς, φρονίμους, φιλητικούς, ἐπαφροδίτους ἐν τῷ σεμνῷ, λαμπροψύχους, εὐγνώμονας, μεταδοτικούς, φιλογραμμάτους, κριτικούς, συμμέτρους, καὶ εὐσχήμονας πρὸς ἀφροδίσια, φιλονείκους, εὐσεβεῖς, φιλοδικαίους, φιλοτίμους, φιλοδόξους, καὶ ὅλως καλοκἀγαθούς: ἐπὶ δὲ τῶν ἐναντίων, τρυφητάς, ἡδυβίους, θηλυψύχους, ὀρχηστικούς, γυναικοθύμους, δαπάνους, καὶ γυναικὸς ἐρωτικούς, λάγνους, καταφερεῖς, μοιχούς, φιλοκόσμους, φιλομαλάκους, ῥαθύμους, ἀσώτους, φιλομώμους, ὑπομώρους, ἐμπαθεῖς, καλλωπιστάς, γυναικονοήμονας, ἱερῶν ἐκκατόχους, προαγωγικοὺς μυστηριακούς, πιστοὺς μέντοι καὶ ἀπονήρους, καὶ ἐπιχαρίτους, καὶ εὐπροσίτους, πιστούς, καὶ εὐδιαγώγους, καὶ πρὸς τὰς ἐπιφορὰς ἐλευθεριωτέρους. Τῷ δὲ τοῦ ☿ συνοικειωθεὶς ἐπὶ μὲν ἐνδόξων διαθέσεων, ποιεῖ φιλογραμμάτους, φιλολόγους, φιλογεωμέτρας, μαθηματικούς, ποιητικούς, δημηγορικούς, εὐφυεῖς, σωφρονικούς, ἀγαθόφρονας, καλοσυμβούλους, πολιτικούς, εὐεργετικούς, ἐπισκοπικούς, χρηστοήθεις, φιλοδώρους, φιλοχλους, εὐεπιβούλους, ἐπιτευκτικούς, ἡγεμονικούς, εὐσεβεῖς, φιλοθέους, εὐχρηματίστους, φιλοστόργους, φιλοικείους, εὐπαιδεύτους, ἐμφιλοσόφους, ἀξιωματικούς: ἐπὶ δὲ τῶν ἐναντίων, εὐήθεις, ληρώδεις, σφαλλομένους, εὐκαταφρονήτους, ἐνθουσιαστικούς, θεοπροσπόλους, φλυνάφους, ὑποπίκρους, προσποιησόφους, ἀνοήτους, ἀλαζόνας, ἐπιτηδευτάς, μαγευτικούς, ὑποκεκινημένους, πολυΐστορας δὲ καὶ μνημονικούς, καὶ διδασκαλικούς, καὶ καθαρίους ταῖς ἐπιθυμίαις.

Ὁ δὲ τοῦ ♂ ἀστὴρ μόνος τὴν οἰκοδεσποτίαν τῆς ψυχῆς λαβών, ἐπὶ μὲν ἐνδόξου διαθέσεως, ποιεῖ γενναίους, ἀρχικούς, θυμικούς, φιλόπλους, πολυτρόπους, σθεναρούς, παραβόλους, ῥιψοκινδύνους, ἀνυποτάκτους, ἀδιαφόρους, μονοτόνους, ὀξεῖς, αὐθάδεις, καταφρονητικούς, τυραννικούς, δραστάς, ὀργίλους, ἡγεμονικούς,

ἐπὶ δὲ

ἐπὶ δὲ τῆς ἐναντίας, ὠμοὺς, ὑβριστὰς, φιλαίμους, φιλοθορύβους, δαπάνους, κραυγάσους, πλήκτας, προπετεῖς, μεθύσους, ἅρπαγας, κακούργους, ἀνελεήμονας, τεταραγμένους, μανιώδεις, μεσοικιδίους, ἀθέους. Τῷ δὲ τῆς ♀ συνοικειωθεὶς, ἐπὶ μὲν ἐνδόξων διαθέσεων, ποιεῖ ἐπιχάρους, εὐδιαγώγους, φιλεταίρους, ἡδυβίους, εὐφροσύνους, παιγνιώδεις, ἀφελεῖς, εὐρύθμους, φιλορχηστὰς, ἐρωτικοὺς, φιλοτέχνους, μιμητικοὺς, ἀπολαυστικοὺς, διασκευαστὰς, ἐπάνδρους καὶ εὐκαταφόρους μὲν πρὸς τὰς ἀφροδισιακὰς ἁμαρτίας, ἐπιτευκτικοὺς δὲ, καὶ εὐπειστόλους, καὶ συνεχεῖς, καὶ δυσεξελέγκτους, καὶ ἀδιακρίτους, ἔτι δὲ νέων ἐπιθυμητικοὺς ἀρρένων τε καὶ θηλυκῶν, δαπάνους τε, καὶ ὀξυθύμους, καὶ ζηλοτύπους, ἐπὶ δὲ τῶν ἐναντίων, ῥιψοφθάλμους, λάγνους, καταφερεῖς, ἀδιαφόρους, διασύρτας, μοιχικοὺς, ὑβριστὰς, ψεύστας, δολοπλόκους, ὑπονοθευτὰς οἰκείων τε καὶ ἀλλοτρίων, ὀξεῖς ἅμα καὶ προσκορεῖς πρὸς τὰς ἐπιθυμίας, διαφθορεῖς γυναικῶν καὶ παρθένων, παραβόλους, θερμοὺς, ἀτύπους, ἐνεδρευτὰς, ἐπιόρκους, εὐεμπτώτους τε καὶ φρενοβλαβεῖς, ἐνίοτε δὲ καὶ αὐτοὺς φιλοκόσμους, καὶ θρασεῖς, καὶ διατιθεμένους, καὶ ἀσελγαίνοντας ἀπεργάζεται. Τῷ δὲ τοῦ ☿ συνοικειωθεὶς, ἐπὶ μὲν ἐνδόξων διαθέσεων, ποιεῖ στρατηγικοὺς δεινοὺς, δραστὰς, εὐκινήτους, ἀκαταφρονήτους, πολυτρόπους, εὐεκτικοὺς, σοφιστικοὺς, ἐπιπόνους, πανούργους, προγλώσσους, ἐπιθετικοὺς, δολίους, ἀστάτους, μεθοδευτὰς, κακοτέχνους, ὀξύφρονας, ἐξαπατητὰς, ὑποκριτικοὺς, ἐνεδρευτάς. κακοτρόπους, πολυπράγμονας, φιλοπονήρους, ἐπιτευκτικοὺς δ' ἄλλως, καὶ πρὸς τοὺς ὁμοίους εὐσυνθέτους, καὶ εὐσυνδεξιάστους, καὶ ὅλως ἐχθρῶν μὲν βλαπτικοὺς, φίλων δὲ εὐποιητικοὺς: ἐπὶ δὲ τῶν ἐναντίων, δαπάνους, πλεονέκτας, ὠμοὺς, παραβόλους, τολμηροὺς, μεταμελητικοὺς, ἐμπατάκτους, παρακεκινημένους, ψεύστας, κλέπτας, ἀθέους, ἐπιόρκους, ἐπιθέτας, στασιαστὰς, ἐμπρηστὰς, θεατροκόπους, ἐφυβρίστους, λῃστρικοὺς, τυμβωρύχους, μιαιφόνους, πλαστογράφους, ῥᾳδιουργοὺς, γόητας, μάγους, φαρμακοὺς, ἀνδροφόνους.

♀ Ὁ δὲ τῆς ♀ μόνος τὴν οἰκοδεσποτίαν τῆς ψυχῆς λαβὼν, ἐπὶ μὲν ἐνδόξου διαθέσεως, ποιεῖ προσηνεῖς, ἀγαθοὺς, τρυφητὰς, κοινοὺς, ἐλλογίμους, καθαρείους, φιλορχηστὰς, κακοζήλους, εὐφροσύνους, μισοπονήρους, φιλοτέχνους, εὐσχήμονας, φιλοθεωτάτους, εὐεκτικοὺς, εὐονείρους, φιλοστόργους, εὐεργετικοὺς, ἐλεήμονας εὐσυναλλάκτους, ἐπιτευκτικοὺς, καὶ ὅλως ἐπαφροδίτους, ἐπὶ δὲ τῆς ἐναντίας, ῥαθύμους, ἐρωτικοὺς, τεθηλυσμένους, γυναικώδεις, ἀτόλμους ἀδιαφόρους, καταφερεῖς, ἀνεπιψόγους, ἀνεπιφλύτους. Τῷ δὲ τοῦ ☿ συνοικειωθεὶς, ἐπὶ μὲν ἐνδόξων διαθέσεων, ποιεῖ χειροτέχνας, ἐμφιλοσόφους, ἐπιστημονικοὺς, εὐφυεῖς, ποιητικοὺς, φιλομούσους, φιλοκάλους, χρηστοήθεις, ἀπολαυστικοὺς, τρυφεροὺς, εὐφροσύνους, φιλοσόφους, φιλοφίλους, εὐσεβεῖς, συνετοὺς, πολυμηχάνους, διανοητικοὺς, εὐεπιβόλους, κατορθωτικοὺς, ταχυμαθεῖς, φιλομαθεῖς, αὐτοδιδάκτους, ζηλωτὰς τῶν ἀρίστων, ζηλωτὰς τῶν καλῶν, εὐστόμους, καὶ ἐπιχαρίτους τῷ λόγῳ ἐρασμίους, εὐαρμόστους τοῖς ἤθεσι, σπουδαίους, φιλάθλους, κριτικοὺς, μεγαλόφρονας, τῶν δὲ ἀφροδισίων, πρὸς μὲν τὰ γυναικεῖα, φυλακτικοὺς, πρὸς δὲ τὰ παιδικὰ μᾶλλον κεκινημένους, καὶ ζηλοτύπους, ἐπὶ δὲ τῆς ἐναντίας, ἐπιθέτας, πολυμηχάνους, κακοστόμους, ἀλλοπροσάλλους, κακογνώμονας, ἐξαπατητὰς, κυκητὰς, ψεύστας, διαβόλους, ἐπιόρμους, βαθυπονήρους, ἐπιβουλευτικοὺς, ἀσυνθέτους, ἀσυνδεξιάστους, νοθευτὰς, γυναικῶν διαφθορέας καὶ παίδων, ἐπὶ δὲ καλλωπιστὰς, ὑπομαλάκους, κακοψόγους, κακοφήμους, πολυθρηλλύτους, αὐτοπράκτας, καὶ ἐνίοτε μὲν ἐπὶ διαφθορᾷ τὰ τοιαῦτα ὑποκρινομένους, ἐνίοτε δὲ, καὶ ταῖς ἀληθείαις διατιθεμένους τὲ, καὶ αἰσχροποιούσας, καὶ ποικίλοις πάθεσιν ὑβριζομένους.

☿ Ὁ δὲ τοῦ ☿ ἀστὴρ μόνος τὴν οἰκοδεσποτείαν λαβὼν τῆς ψυχῆς, ἐπὶ μὲν ἐνδόξου διαθέσεως, ποιεῖ τοὺς γεννωμένους, συνετοὺς, ἀγχίνους, νοήμονας, πολυΐστορας, εὑρετικοὺς, ἐμπείρους, λογιστικοὺς, εὐστόχους, φυσιολόγους, εὐφυεῖς, ζηλωτικοὺς, εὐεργετικοὺς, ἐπιλογιστικοὺς, εὐστόχους, θεωρητικοὺς, μαθηματικοὺς, μυστηριακοὺς, ἐπιτευκτικούς. ἐπὶ δὲ τῆς ἐναντίας, πανούργους, προπετεῖς, ἐπι-

λήσμονας

Digitized by Google

λήσμονας, ὁρμητικούς, κούφους, εὐμεταβόλους, μεταμελητικούς, μωροκάκους, ἄφρονας, ἁμαρτωλούς, ψεύστας, ἀδιαφόρους, ἀστάτους, ἀπίστους, πλεονέκτας, ἀδίκους, καὶ ὅλως σφαλερούς τε τῇ διανοίᾳ, καὶ καταφόρους τοῖς ἁμαρτήμασι.

Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων συμβάλλεται μέντοι ἡ αὐτῆς τῆς ☾ κατάστασις. ἐπειδήπερ ἐν μὲν τοῖς ἐπικαμπίοις τυγχάνουσα, τοῦ τε νοτίου καὶ τοῦ βορείου πέρατος, συνεργεῖ τοῖς τῆς ψυχῆς ἰδιώμασιν, ἐπὶ τὸ πολυτροπώτερον, καὶ τὸ πολυμηχανώτερον, καὶ ἐπὶ τὸ εὐμεταβολώτερον, ἐπὶ δὲ τῶν συνδέσμων, ἐπὶ τὸ ὀξύτερον, καὶ πρακτικώτερον, καὶ εὐκινητότερον. ἔτι δὲ ἐν ταῖς ἀνατολαῖς, καὶ ταῖς τῶν φώτων αὐξήσεσιν, ἐπὶ τὸ εὐφυέστερον, καὶ προφανώτερον, καὶ βεβαιώτερον καὶ παρρησιαστικώτερον, ἐν δὲ ταῖς οἰκειώσεσι τῶν φώτων, ἢ ταῖς κρύψεσιν, ἐπὶ τὸ νωχελέστερον, ἀμβλύτερον, καὶ μεταμελητικώτερον. καὶ εὐλαβέστερον, καὶ ἀνεπιφανέστερον. συμβάλλεται δὲ καὶ ὁ ἥλιος συνοικειωθεὶς πῶς τῷ τῆς ψυχικῆς κράσεως οἰκοδεσποτήσαντι κατὰ μὲν τὸ ἔνδοξον πάλιν τῆς διαθέσεως. ἐπὶ τὸ δικαιότερον καὶ λυτικώτερον καὶ σεμνότερον καὶ θεοσεβέστερον. κατὰ δὲ τὸ ἐναντίον καὶ ἀνοίκειον, ἐπὶ τὸ ταπεινότερον, καὶ ἐπιπονώτερον, καὶ ἀσεμνότερον. καὶ μονογνωμονέστερον, καὶ αὐστηρότερον, καὶ ὠμότερον, καὶ δυσδιαγωγότερον, καὶ ὅλως ἐπὶ τὸ δυσκατορθότερον.

## *De qualitatibus animæ nati. Cap. XIIII.*

MOdus quidem, quo corporis accidētia prognoſticātur, eſt hic, quem prædiximus. Ex animarum verò qualitatibus, id quod propriè intellectui, & rationi pertinet, per Mercurij qualitates ſemper agnoſcitur. Illud autem quod eſt irrationabilitatis exaltatio ex duum luminarium groſſis corporibus propinquiori, quod Luna dicitur, necnon ex ſtellis in figura ei aſſociantibus, & cū ea alictiſal & alinchiref habentibus deprehenditur. Quapropter quoniam motus animæ eiúſque qualitates multorum ſunt modorum, vt eorum inueſtigatio vno eodémque calle plano & qualitercumque procedat, nullatenus conuenit, ſed vt multis obſeruationibus, diuerſiſq; conſiderationibus attendatur, eò q̄ ſignorum differentia in quibus Luna Mercuriuſq;, & eorum domini fuerint, proprietatum animæ qualitates multum iuuant. Societates iterum figurarum ſtellarum in prędictis, reſpectu Solis, & angulorum partem habentium, qualitates quoque naturis vniuſcuiuſque ſtellarum propriè animæ motibus auxiliantur. ¶Ex ſignis igitur mobilia, generaliter faciunt animam res vnionis, & vniuerſalitatis, atque ciuitates diligere. Item laudem affectare eam compellunt, ac de diuinis cogitare, & eſſe acuti ingenij, laudabilis motus, inueſtigatricē, liberalem alijs, bonæ opinionis, & in ſtellarum iudicijs peritam. ¶Communia faciunt eā multiformem, leuis mutationis, difficilem ad cognoſcendum, agilem, amantem, inſtabilem, doloſam, multiuolam, amatricem muſicę, habilem, perſpicacis intellectus, pœnitibilem. Signa vero fixa faciunt eam rectam, infallacem, immobilē, boni ingenij, quietam, intelligentem, patiētem, laborum toleratricem, rigidam, refrenantem voluptates, inuidam, voluntatis, efficacem, imitatricem, honoris amatricem, contentioſam tranſgreſſoriam, inconuertibilem. Ex ſtellarum qualitatibus, earumq; figuris, id quod orientale fuerit & aſcendens, propriè aut id quod in ſua almiua ſibi propria fuerit, faciet animam liberam, idoneam, & in ſui ipſius conſilio cōfidentem, rigidam, acuti ingenij, largam, & apertam. Stellarum autem matutinaliū ſtationes, & cum in medio cœli fuerint, faciunt animas cogitatrices, fixas, memores, quietas, intelligentes, magnanimas, immobiles, inconuertibiles, infallaces, cognoſcentes, operarias, inueſtigatrices, in veris ſcientijs peritas. Aſcenſiones quoque ſtellarum in noctis exordio, & earum occaſus, faciunt animas leues, agiles, debiles, laborum intoleratrices, leuiter paſſibiles, infortunatas, puſillanimes: efficatrices, puſillanimiter magnas, tentātes, feſſas, tardè mobiles, ſolitarias. Stationes quidem ſtellarum veſpertinalium, & cum fuerint in cęli medio, qui ſub terra eſt. Occaſus etiam Veneris ac Mercurij veſpertinalis, cum tempus diurnum fuerit, & earundem matutinalium occaſus, cum tempus nocturnum extiterit, reddet animam mundam, puram & ſenſatam, inconuenientis memoriæ, illaboratricem, nullius laboris amatricē, rerumq; ſecretarum inueſtigatricem, & occultorum inquiſitricem, velut necromantiæ, abſconditorum, rerum altiſſimarum, ac ſcientię inſtrumentorum & machinarum, operum mirabilium, & iudiciorum ſtellarum, eam etiam faciet prophetatricem, & ſecundū artes augmentatricē, ſomniorū interpretē, & his ſimilia. Itē ſtellę, quæ rerū animatarū diſpoſitioni domināturcū



Digitized by Google

in ſuis locis,ſuiſq; haiz ſibi propriis atque ſimilibus fuerint, ſicut in præmiſſis explanauimus, animarum proprietates apertas faciunt,quarum effectus nihil impedire poterit,& quarũ vnaquaque parte ſola manebit,& proſperabitur.Maximè autem cum vnæ eædemque ſtellę duorum locorum dominatrices fuerint, id eſt vt loco Mercurij qualitercunque aſſocientur in figura,& à Luna ſeparentur,vel habuerint cum ea alictiſal.Quòd ſi non ita fuerit,vt dictum eſt, vel ſi in locis ſibi non propriis extiterint earum proprię naturæ,qualitates animę non apertas, ſed occultas facient,& imperfectas,quæ non proſperabuntur. Naturæ verò ſtellarum illis dominãtium, vel ſuper eas eleuatarum animarum humanarum,opera rigida, ſuiſq; ſubiectis nociua faciunt,velut iniuſti homines & iniqui,quibus propter infortunarum ſimilitudinem hęc contingunt,quæ cum dominantur,ipſorum motus ad alios impediendum leues faciunt,quod nihil prohibebit,nulláque erit in eo difficultas.Cum autem iſtis dominabuntur ſtellæ,quæ fuerint ex haiz,earum haiz contrariis,eos infirmi nominis eſſe faciunt,nec proſperabuntur, & ex eis ſupplicia ſumentur.Nec nõ etiã quemadmodum iuſti homines & æqui, quibus per ſimilitudinem fortunarum hoc accidet, ſuper quas cum nihil eleuetur, in aliis benefacere gaudebunt,& illud commendabunt,nec aliquod eis inde damnum continget,imò eorundem bonitas, ſui proficui erit occaſio. Cum autem earum contrariæ ſtellæ ſuper eas eleuentur,continget prędictorum contrarium,& propter eorum molliciem atque quietem,dilectionem etiã in hominibus & pietatem,paruipendentur ab hominibus & inculpabuntur,& eis violentiam inferẽt.Hæc igitur eſt via gñalis,qua ſenſatæ & rõnales aĩæ qualitates prognoſticãtur, proprietates aũt particulariũ,quæ ex ſtellarum naturis,ſecundũ earum dñium cõtingunt, elocutione generali edocebimus,vſquequo ad cõmixtionẽ,quę gñali calle deprehenditur, perueniamus.

Saturnus ſolus diſpoſitionis Dominus. ♄ Cum ſolus igitur Saturnus diſpoſitioni rerum animatarum dominetur, fueritq; dñs Lunæ & Mercurij,ſi reſpectu mundi & angulorum conueniens fuerit,natus iuſtos homines amabit,& erit rigidi profundiq; conſilij,in ſui etiam ipſius conſilio permanebit. laborioſus erit & diſputator,quandoque autem à veritate modicum declinabit, eritq; locuples & appetitor regni,verſipellis,theſaurizator,ſubterraneus,inuidus. Si autem in huius,quod diximus,contrario extiterit,vt inconuenienter videlicet exiſtat,natus fuerit,immundus,vilis,puſillanimus,inſciens,in ſuo tantum conſilio permanens,inuidus,inaudax,ab hominibus ſeparabitur, in verbis doloſus, amator occultationis & lugubrij, inuerecundus,infortunatus, laboris amator, neminem diligens, deceptor amicorum, numquam gaudebit, bonorum maliuolus. Quod ſi Ioui aſſimiletur ſecũdũ quod prædixim⁹,eiuſq; qualitas cõmẽdabilis fuerit,natus erit iuſtus, ſenes honorabit,eritq; ſani cõſilij,adiutor regni,cognitor,magnanim⁹, bonę notitiæ, dilector amicorũ,quiet⁹,intelligẽs,patiẽs,philoſoph⁹.Sed ſi huius ſtellę qualitas prędictis cõtraria fuerit,natus erit ignarus benefacere,inſenſatus,circa diabolica conuerſabitur,in oratoriis cõmorabitur,futura prædicet,abhorrebit hẽre filios,nõ hẽbit amicos,morabitur in cryptis & ſpelũcis,cũ hominibus nõ cõuerſabitur,nec in eo quis cõfidet,erit inſipiẽs,malus,debilis,honorem nõ amabit,pœnitẽs,malæ receptionis,electionis malæ,laboris patiẽs. Quod ſi Marti aſſimiletur,& ipſæ bonæ qualitatis,& laudabilis exiſtat,erit natus nõ cognoſcẽs,valde laborioſus,miſer & ĩbecillis,nocẽs,magna cũ timore tẽtabit,erit grauis baratator,nõ pius,oĩa paruipẽdet,immoderatus,bellicoſus,animã ſuã ponet in timore,amabit conturbationes,proditor erit,aliorũ perturbator,inuidiæ peſſimæ,pro euẽtu aliquo eius aĩa mutabitur,hoĩes laborare faciet,vi prę erit aliis,tranſgreſſor,odio reges habebit & principes, amabit hypocriſim,& victoriã,inuidus, malę profunditatis,erit grauis ad tolerãdũ,ruſticitate plenus,intolerabilis,oſtẽtator ſui, iniqu⁹, hominibus nocebit,& eos vilificabit,ac odio hẽbit,nec mutabitur, nec alterabitur, intromittet ſe de pluribus,& ab eis leuiter recedet,erit artifex,& ſtudẽs gñaliter,ẽt proſperabitur. Sed ſi hæc ſtella fuerit in prædicti cõtrariũ,natũ faciet eſſe deprædatorem, ac viarum obſeſſorem, miſerum,malæ qualitatis & mali lucri: Deum non timebit,nec aliquem amabit, blaſphemator,perturbator,latro,deceptor,proditor,interfector,inceſtus,malus,impius,homicida,necromanticus,deprædator oratorij,fornicator,ſepulchrorum violator, & generaliter nequam erit in omnibus. Quod ſi Veneri Saturnus aſſimiletur,& ipſa bonæ qualitatis exiſtat,natus mulieres abhorrebit,ſenes & roncinos amabit, eritq; malę receptionis, honorem non appetet, abhorrebit formoſã,erit inuidus,malæ ſocietatis,ab hominibus ſegregabitur,& in ſui ipſius conſilio confidet, Deum verebitur, eritq; celati conſilij,malæ legis, amabit occulta,diuinator,de diuinis cogitabit,pacificus,verecundus,amator ſcientiæ,fidelis,abſtinens, deliberator, ab immundis



Digitized by Google

mundis ſe abſtinens,tædioſus,& in mulieribus zelotypus.Hęc autem ſtella cum fuerit in prædicti contrarium,natus erit fornicator,& immundus, turpia cõmittet in ſuis,turpis adulter, à mulieribus ſe decipi permittet,maximè autẽ à ſuis conſanguineabus, erit valde miſer, imbecillis omnibus modis, circa venereos actus abſque intermiſſiõe ſollicitabitur,abhorrebit formoſa,maledicus,ſuperbus,celabitque animum,vilis,ſceleratus,in coitu turpiter,& extra naturam Veneri ſubijcietur.Hic autẽ cũ annoſis & vilibus hominibus, & cõtra legẽ cum beſtijs et facere deſiderabit:Deum nõ verebitur,vilipendet ſecreta, & orationis domo faſſana caſtaſa & omnia vilipendet,erit necromanticus,& de omnibus ſe intromittet.¶ Quòd ſi Mercurio Saturnus aſſocietur,& ipſe bonæ qualitatis exiſtat,erit natus rerum atque legũ inquiſitor,amabit medicinæ ſciẽtiã,occultꝰ,occultorũ deliberator,mira faciet,ſophiſta erit,leuis, diſpoſitor, boni ingenij,amaræ aĩæ,inueſtigator,acutꝰ,amator intelligẽtiæ, & operũ ei etiã bñ cõtinget. At ſi hæc ſtella fuerit ĩ ꝑdicti cõtrariũ,erit natꝰ inuidꝰ,aĩæq; turbidæ,laborioſus,odioſos habebit cõſanguineos,erit laboris amator,triſtis,in nocte turbabitur portentis,deceptor in ſuis negocijs,nõ aſſociabitur hominibus,latro,ſciẽs,necromãticꝰ,ĩcãtator,verſutus,nõ proſperabitur.

¶ Iupiter autem cum ſolus extiterit dominus diſpoſitionis animę, ſi laudabilis qualitatis fuerit,erit natus magnanimus,largus,iuſtus verecũdus,hilaris,homines amabit atque formoſa,liberalis,æquus,magnę cogitationis,manſuetus,egregius: in ſuis operibus pius, benefaciet hominibus,amabilis ductor.Quòd ſi fuerit in prædicti cõtrariũ,erit qualitas animę nati,ſimilis prædictis præter quàm ꝙ in his erit debilior,& magis occultus, & abſque bono intellectu, loco namque magnanimi erit prodigus,loco iuſti ſeruiet diabolo, vel erit malę opinionis, & verecũdiæ loco,erit caudardus:& loco manſueti,erit ſuperbus,erit etiã loco diligẽdi hoĩes, bonę qualitatis animæ,& loco amandi formoſa,diliget delectationes,at loco magnæ cogitationis erit contumax,& pro libertate inſcius,& his ſimilia.¶ Quòd ſi Marti Iupiter aſſimiletur,& qualitatis ipſe laudabilis exiſtat,erit natus verſutus,placitator,bellicoſus,diſpoſitor, nũc agẽs fortiſſimus,& nulli humiliabitur,erit etiam homo exercituum & operũ, cupiens vindicari,& penitus ſuperare,ſemetipſum dominũ faciet,eritque rerum inuentor,rei veritatem non ignorabit,prouidus erit & magnanimus,proſperabitur,quęret etiam honorari,iracundus, rerũ cognitor,multiſque multa mandabit.At ſi hæc eadem ſtella in huius prædicti contrarium extiterit,erit natus blaſphemator,& verborum perturbator,impudens,nullius rei celator, vilipenſor aliorum,hypocrita,mendicus,ſuperbus,inobediens,deprędator, leuiter alterabitur, leuis, pœnitens,inſtabilis,vilis,infidelis, nullius notitię ac conſilij,inſenſatus,raptor, ſuorũ amiſſor, & generaliter diuerſarũ erit qualitatum modorumque mutabilium.¶ Quòd ſi Veneri fuerit ſimilis,& laudabilis qualitatis exiſtat,natus erit ſimplex,amans nitiditatem, & magiſteria atque rerum inueſtigationes,cantus etiam & iocos atque comeſtiones appetens,eritque bonę qualitatis animę,pius,ſani cordis, Deum amabit & illi ſeruiet,cupiet etiam amore Dei laborioſus eſſe,erit ſenſatus,& amans,humilis animę ſplendidæ, gratificus, munificus, librorum lectiones nullatenus abhorrebit,erit rerum cognitor,& circa legitimos Veneris actus temperatus,ſuos etiam cõſanguineos amabit,honoris nominiſque formam concupiſcet.Generaliter quidem erit iuſtus & probus.Sed ſi hæc ſtella fuerit in prædicti contrarium, natus erit illaborioſus, delicatæ vitæ:muliebris animæ,ſaltator,eius ira mulierum iræ aſſimilabitur,erit prodigus,in rebus mulierum inſenſatus,procus,libidinoſus,delinquẽs,capillorum ornatus amabit,ſemetipſum extollet,ſcius ſuorum amiſſorum gaudebit,in hominum erubeſcentia leuiter impedietur,ſui compos erit,fœmineique ſenſus,in rerum eccleſiaſticarũ dilectione præualebit,in rebus pręcedet,erit occultator,& fidelis,omnium malorum ignarus,cunctis obnoxius.In ſuis operibus commẽdabilis & liberalis in omnibus quę fecerit.¶ Quòd ſi Mercurio Iupiter aſſimiletur,& fuerit qualitatis idoneæ,erit natus in librorũ lectionibus aſſiduus, amabit ſyllogiſmos,& erit geometra peritus in quadriuio,verſificator ac ſermocinator,acuti ingenij,humilis, boni conſilij,laudabilis in moribus,bñficus diſpoſitor,bonę qualitatis animę,dapſilis congregationis,bonæ opinionis amator,bene & ſubito incępta perficiet,erit homo regiminis,bonę credulitatis,medicus regis,Deũ diliget,bonę animę amabilis, conſanguineos amabit,indolis erit bonæ, amator ſcientię,homo diuitiarũ.Quòd ſi hæc ſtella prędicti cõtrariũ obtinuerit,erit natus ſtultꝰ,ſtultiloquus,frequẽter falletur,miſer,cõtinget ei alantuſimus: diuinis adhęrebit,impetuoſus erit,amator animæ,cũ ſit ſtultus,ſapientẽ ſe putabit,ſuperbus, perturbator,in alterius ſententiæ ſemetipſum collocabit,motus erit inordinati,verboſus,bonæ memoriæ,homo doctrinæ & appetitus rigidi.

¶Quòd ſi Mars animæ diſpoſitioni ſolus dominetur & laudabilis qualitatis exiſtat, natus erit fortiſſimus,& potens,iracundus,armorum appetitor,animoſus,ponet animam ſuā in mortis periculo,nulli ſe humiliabit,destructor,in ſuis confidet viribus,primus in bello,vilipendet omnia,violentiā hominibus ingeret,& erit homo regiminis. At ſi hæc eadē ſtella fuerit in iſtorum quæ prædiximus contrario,natus erit tædioſus,blaſphemator, ſanguinis effuſor,cōtrarietatum amator,conſumptor,garrulus,ſtultus,ſuperbus,deprædator,in ipſius maleficijs inordinatus,deinceps conſanguineos abhorrebit,& Deū ignorabit. ¶Si verò ſimilis Veneri fuerit,& idoneæ qualitatis extiterit,natus erit alacer,& bene morigeratus,ſuos amabit ſocios,mollis vitæ,iocoſus,bonus homo,aptæ complexionis & formæ,amabit ſaltationes,procus,homo diuitiarum & quietis,vir leuis in coitu,ei tñ inde continget bene,ſibiq; prçcauebit,ſapiens,verecundus,& cognitor,item libenter habebit rem cū viris & mulieribus, erit etiam deuaſtator, leuis iracundiæ & zelotypus. Quòd ſi hçc eadem ſtella in prædicti contrario cōuerſabitur,natus multus ac ſuperfluus erit in coitu,diuerſarūq; qualitatum oēs vilipendet,delinquens erit blaſphemator,mendax,proditor,ſuos & alienos decipiens,appetitus feſtini,faſtidioſus,coniugatarum & virginum corruptor,verſutus,acutus,inordinatus,deceptor,peierabit,ideoq; in ruborem & verecundiam ſubito cadet,inſenſatus,ſemetipſum fortaſſis adornare cupiet, impetuoſus,turpia committet,& horridus erit. ¶Quòd ſi Mercurio Mars aſſimiletur & commendabilis qualitatis exiſtat,erit nat' cōductor exercituū,rector,feſtini motus,amans,ſapiēs,potēs, laborioſus,cogitator,verſutus,proditor,inſtabilis,aſtutus,malorum operum,leuis intellectus, deceptor,hypocrita,verſipellis,contumax,grandis inquiſitor,rixarum amator,eiq; tamen idē bene cōtinget,ſuos ſimiles diliget,& eos bñ recipiet,generaliter quoque nocebit inimicis, & ſuos iuuabit amicos. Si vero fuerit in prædicti contrario,natus erit deſtructor,inobediens, fatuus & deceptor,pœnitens,inordinati motus,mēdax,latro,Deum ignorabit,falſo iurabit,verſutus,homo contrarietatis,ſapiens,hypocrita,manifeſtè nequā, blaſphemator,viarū obſeſſor, parietum tranſfoſſor,interfector,præcantator,proditor,necromanticus,ac homicida.

♀ ¶Cumque Venus ſola fuerit domina diſpoſitionis animæ,qualitatiſq; laudabilis extiterit, erit natus iuſtus,& quietus,multarum delitiarum,ſenſatus,homo deliberationis,amans ſaltationes,valde zelotypus,impietates abhorrebit,amabit magiſteria,& Deum multū verebitur, etiā erit pulchræ formæ,bonç qualitatis & bonorū ſomniorum amabilis,pius,beneficus, proſperabitur,& generaliter ſubſeruiet Veneri. Et ſi eadem ſtella in eorum,quç prædiximus,contrario fuerit,natus erit piger,procus,effœminatus,eius etiam qualitates mulierū qualitatibus aſſimilabuntur,erit nullius animoſitatis,nulliuſq; notitiæ,nominis infirmi,& qui leuiter ad lapidem pedes ſuos offendet. ¶At ſi Mercurius aſſimiletur,& idoneæ qualitatis fuerit,natus amabit magiſteria,& ſciētias,doctus erit,& acuti ingenij,verſificator,muſicā amabit, & omne commendabile,erit etiam aptę qualitatis animę,homo delitiarum & quietus, alacer, ſuos amicos diliget,eritq; bonç legis intelligens,æquorum amator,erit boni etiam ingenij, & bonæ æſtimationis,rectoq; calle procedet,libenter addiſcet,à ſemetipſo meliorabitur in diſcendo,bonorum ac proborum metes hominū imitabitur,iuſtiſque viris aſſimilabitur,aptus in loquendo,in verbis alacer,erit etiam amabilis,temperatę qualitatis animæ,æquus defenſor,cognitor,magnanimus,poſtponet mulieres,cū pueris aget eritque zelotypus. ¶Quod ſi in iſtius cōtrario fuerit,natus erit verſutus,multæ aſtutiæ,maledicus, faciei duplicis,bilinguis,mali cōſilij,deceptor,mendax,perturbator,falſus,immunda faciet,profundè malus,in conſiliādo proditor,nec amabit nec amabitur,decipiet mulieres,& deſtituet pueros,erit homo malorū operum,culpans & vituperans alios,omnia quærens facere,ſed quandoque ad bonum, nonnunquam ad malum plurima tempora perpetrabit,& in multis ac diuerſis rebus culpabitur.

☿ Mercurius aūt cū ſol' fuerit diſpoſitiōis dñs aīæ & qualitatis idoneç,erit natus boni intellectus,acuti ingenij,rerū antiquarū relator,eritque multarū probitatū & experimētorū,dialecticus,rerū naturæ prolocutor,ſciētiarū inueſtigator,bñfic',deliberator,bonæ çſtimatiōis,doctus in quadriuio,creditorū occultator,& valde proſperabitur. Si aūt ī prçdicti ꝯrio extiterit, erit nat' deceptor & vilis,alios errare faciet, ſm ſuū cōſiliū ꝓcedet,leuis,feſtini mot',leuiter cōuertetur,ſanus,ignorās,magnę fallaciæ,mendax,inordinatæ qualitatis,inſtabilis,infidelis, inobediens dño, faciet iniuſtitiā,generaliter aūt multæ erit fallaciæ. Et cū hçc ita ſint,nobis tm̄ ſcire cōuenit ꝙ Lunæ qualitas hæc,quæ prçdiximus,vtcūq; iuuabit. Nam cū fuerit in locis anteaſ.finis ſeptētrionalis & meridiei,variatiōes qualitatū animæ iuuabit,& eas ſubito faciet alterare. Si aūt in aliquo duorū modorū extiterit,acuitates qualitatum animæ iuuabit,& vt ipſe feſtinanter operetur efficiet. Item cum Luna fuerit aſcendēs aucta lumine, ſignificationes

aug

Digitized by Google

augmentabit, & erũt * aptiores, necnon magis neceſſariẹ. At ſi minuta lumine, vel ſub radijs Solis exiterit, eas faciet magis eſſe abſcõſas, & nõ vt ita ſortirer cõtingat, operabitur. Iuuat ẽt vt cunque in his quæ prædicta ſunt, Sol iterũ cum ſtellis, quæ diſpoſitioni animẹ dominantur, ſimiles exiſtat. Nam cum eis aſſimilatur, ſi eius qualitas commendatur, erunt animæ qualitates magis directæ, & ipſe remotior ab obliquo, necnon potentior & largior, atque fidelior, legiſque melioris. Cum autem Sol in prædicti contrario fuerit, nec ſtellæ aſſimiletur, erunt animæ qualitates deteriores, ipſéque miſerior ac infimus, maiorisque laboris, in ſui ipſius cõſilio magis permanebit, ſtultus erit & grauioris volũtatis, generaliter etiã ad meliorandũ difficilis.

* apertiores.

*COMMENTARIVS.*

HOc quidem caput apud Ptolemæum eſt 13. Sed ego ſecundum ſpeculi Aſtrologici ſeriẽ 14. feci. In hoc determinatis à Ptolemæo accidentibus & offenſionibus corporis, cõſequẽs eſt, vt ad ea q̃ animi ſunt, trãſeam⁹. Et ſicut de corpore egit duo ſic de anima duo facit: quia; primo expoſuit offenſiones determinatas ipſius corporis, in hoc capite idem facit de anima: quoniam primo declarat propẽſionem animi, id eſt, naturales potentias & inflexiones, & accidẽtia, quibus libenter animus flectitur, & in ſecũda parte agit de offenſionibus vt de inſanijs, & delitijs, & quibuſdam alijs infirmitatibus, quẹ impediunt ipſas actiones animi, vt ſigillatim dicemus in vnaquaq; parte: Quæ ſunt valde vtilia ad cognoſcendum: quia ſunt fere ineuitabiles, id eſt adeo certa hæc ſcientia vt in nullo fere poſſimus aberrare: quia ſemper ſenſus & noſtrum corpus ſubijcitur corporibus cæleſtibus, licet dependant à materia: ſed principaliter ab agentibus: Sunt autem agentia, quẹ per corpora cæleſtia agunt in hæc inferiora: & eſt vtilis ſciẽtia: quia quid vtilius quam cognoſcere à quo debeo cauere, & cum quo commercium inire, aſpecta illorum natiuitate? Quia rari ſunt homines qui cogant ſeipſos, vt dicit Diuus Thomas Aquinas: ideo inquit, Aſtrologos plurima vera aſſerere circa mores naſcẽtium: quia reguntur ſenſibus, & appetitu, qui regulatur à corporibus cæleſtibus.

Ad hoc autem, vt ſimus clari ſine difficultate primo Ptolemæus ponit ipſas qualitates. Secundo illas infirmitates declarat.

Ad primum vult eſſe quinque notanda. Primum quod obſeruemus locum Mercurij & Lunæ. Secũdo, vt obſeruemus ſigna ſub quibus deferentur hæ ſtellẹ, & diſpoſitores horum locorum. Tertio, vt aduertamus ad poſitiones ſyderum, tum in mundo, tum ad Solem hoc eſt in qua parte ſuorum orbium repertẹ fuerint ſtellæ, ſicut de corpore dictum eſt, an ſint in parte ſuperiori ſui orbis, an in parte inferiori, an in lõgitudinibus medij, an in alijs intermedijs: quia variæ ſunt actiones Planetarum, ſecundum variam huiuſmodi conſtitutionem. Quarto loco, vult quod annotetur poſitio ſyderum, quæ habent plures iuriſdictiones in locis ſuis, id eſt, in loco Lunæ & Mercurij. Vltimo vult, vt conſideremus quam nam configurationẽ habent ſtellæ auctores cum Sole & Luna.

Quo ad primum, continuando dicit Ptolemẹus in textu. ***Modus quidem quo corporis accidentia prognoſticantur eſt hic &c.*** Itaque ſi velimus cognoſcere q̃ ſint affectiões animi cuiuſcũque naſcentis, debemus animaduertere locum Mercurij & Lunæ.

Quantum attinet ad hanc concluſionem, primum eſt animaduertendum, quod per partem intellectiuã hic non intelligit ſimpliciter intellectũ humanum, de quo habetur ab Ariſt. 3. de anima tex. 5. cùm ſit immixtus. Eſt enim expers materiæ: & ita nõ loquitur proprie de iſta parte animæ intellectiuæ: ſed loquitur Ptolemẹus de ea parte, de qua dicitur in 3. de anima, textu. 2. Non reminiſcimur autem per paſſiuum intellectum: intelligit enim virtutem diſcurſiuam & imaginatiuam & phãtaſiam. Nam cùm intellectus ſit immaterialis, & immobilis nõ poteſt ſubiici corporibus cẹleſtibus propriè & directè: vt in principio diximus, ſed bene indirectè: vt eſt cũ paſſionibus corporis: q̃a anima non poteſt exire in ſuas operationes, niſi mediãte corpore, vt habetur 3. de anima, textu. 2. Neceſſe eſt intelligentẽ phantaſmata ſpeculari: ergo interdum per accidens intellectus flectitur ad ea quæ corporis ſunt, non propriè, neque per ſe: quia ſi deordinetur corpus, & inſtrumẽtum, neceſſe eſt agens quoque in ſuis actionibus deordinari. Si ergo virtus imaginatiua fuerit malè compoſita, non poterit natus rectè agere: quia carebit iudicio & diſcurſu: quod frequenter contingit, quando Mercurius perperam conſtituitur: & eſt regula generalis in conſtitutione Mercurij.

Si aliquis diceret, vnde poteſt eſſe hæc ratio, quod Mercurius habeat hanc tutori autem? licet enim id obſeruatio comprobet, & obſeruationem quoque ad rationem deducere debemus. Quæſtio.

Ego dicerẽ ſic ſaluo meliori iudicio: quia cùm ſtella Mercurij, vt ſæpe vidi, (& ſi aliq̃s vellet videre Mercurium, expectet ad occaſum veſpertinum dum erit in Libra, vel in Piſcibus, q̃a tũc diſtat per quatuor ſigna ab abſide eccẽtrici: & tunc põt de facili videre: ſimiliter in Leone & Virgine ortu matutino: quia per quatuor ſigna diſtat ab abſide eccentrici põt videri: vt declaratũ eſt à Ptolomæo in 9. Mag. conſtruct. & ab authore Theoricarũ parte prima operis, & parte vltima. Eſt aũt eius lux perſpicua & clara, quæ ſcintillat cõtra errantiũ naturã, & quaſi rutilat, & frequẽter occultatur, ſi ſemel apparet, vel bis in anno toto tempore latet) habeat plures motus: nunc repedat, nunc ſit ſtationarius, nunc directus, & multoties quater in anno repedet, & cùm animus human⁹ ad plura poſſit diuertit, & ad plura & diuerſa ſit conuertibilis: ex qua cauſa videtur hoc habere à Mercurio: quia aliæ ſtellẹ id non faciunt. Et hæc ratio maximè experimentis poteſt comprobari. Reſpon.

Luna vero cũ ſit inter corpora cẹleſtia minus purũ, immo magis impurũ, vt oſtendũt eius maculæ, cõueniens eſt vt eidem competat Cancer & virtus irrationalis vel naturalis: quia idem importat & naturalis & irrationalis: vt ab Ariſt. 9. Metaph. tex. 10. habetur: vbi ponit differentiam inter potentias naturales & irrationales: per irrationales, naturales intelligit: per rationales eas, quẹ poſſunt ad vtrumlibet conuerti. Ergò Lunæ cõpetunt actiones & inclinatiões corporis.



Digitized by Google

Quò ad primum vult Ptolemæus quod animaduertamus quomodo ſe habēt hæ duæ ſtellę inter ſe: nā ſi habuerint cōfigurationem ſextilem, vel trigonum nihil melius pro bonitate & ſubtilitate ingenij, & diſcurſu: quia tunc ſignum eſt, quòd ordo ſenſuum exteriorum cū imaginatiua, ſit optime diſpoſitus, quòd nunquam erret, vt frequenter obſeruaui. Si verò hoſtili configuratione ſint cōciliati, puta quadrato vel oppoſitione, licet ſint acuti ingenij: quia colligatio quæcunque ſit Mercurij & Lunæ, bona eſt: ſed cùm fuerit aſpectus hoſtilis, ſignificat quandam diſcordiā, quòd ſcilicet nunc conuertetur ad hoc, nunc ad illud, nunc ad aliud. Et poſſunt omnia adipiſci: ſed habent illam difficultatem, quòd modo ad hoc, modo ad illud conuertuntur. Omnis ergo colligatio Lunæ cum Mercurio clara eſt, & bona & optima ad ſenſuum diſpoſitionē: quia cùm Mercurius ſenſibus interioribus præſit, & Luna exterioribus: ſi fuerit bona colligatio horum planetarum, erit bona conſtitutio ſenſuum.

Quantum vero ad ſigna debemus animaduertere ea, quę Ptolemæus dixit in principio, & iterum repetit in litera, vt obſeruemus illā figuram, in qua ſunt Luna, & Mercurius, & eam in qua conſtituuntur planetæ, qui plures iuriſdictiones habuerint in locis illis & an illa ſigna fuerint mobilia, an fixa, an cōmunia: nā ſi fuerint ſigna mobilia, vt ſunt æquinoctialia & duo Tropica, Aries & Libra, Capricornus & Cancer, erit animus naſcētis idoneus, aptus, & amans: vt plurimum vnitatem, rempublicam, affectās honores, & erit ſagax ad intelligendum ſcientias, & maximè ſcientias Aſtronomiæ: Qui ergo habuerint in his ſignis hos planetas, vt plurimum delectabitur rebus cæleſtibus.

Dubitatio. Sed cum hæc obſeruata ſint, dicet aliquis, qua ratione id factum eſt quod hæc quatuor ſigna habent, vt incitent natum ad concordiam, & diligendū rempublicam?

Reſponſio. Facile eſt reſpondere, & dicere, quod cùm ſint quatuor ſigna cardinalia, & in punctis ipſorū æquinoctialium faciant arcus ſupra terram æquales arcubus ſub terra, & duo ſigna Tropica diſtēt æqualiter ab æquatore, & planeta exiſtēs in his locis nō poſſit vlterius accedere ad verticem capitis: ergo clarum hominis animum faciunt. Ad hæc quia omnia cōcordant, quod affectent laudem, facile eſt videre: quia in Ariete, & Libra ſunt duæ altitudines, ſcilicet Solis, & Saturni. ergo ſi in illis reperiatur Mercurius, neceſſe erit hūc affectare laudē, & honores propter naturā illius ſigni. Eſt enim diſpoſita illa pars cæli ad reddendū animum procliuem ad acquirēdum honores ſecundum naturam planetæ, cuius eſt altitudo: & ſimiliter duo Tropica, quia in Cancro eſt altitudo Iouis, & in Capricorno Martis: licet ſint diuerſæ: & actus quoque diuerſus erit: quia illi, qui habuerint Mercuriū in Ariete vel Libra, affectabunt honores & laudes, ſecundū naturā Solis ad magnos honores & Saturnus ad ędificandum palatia, ad conſtruendum ciuitates & emendum villas, & talia: ſicut videmus id factū fuiſſe à principe Coſino Medice. Cuius eſt ſimilis conſtellatio. Habet ergo ex ſua natiuitate, vt muniat ciuitates, & nouas ædificet: conuenienter ex illis ſignis alius delectabitur armis, alius vero honorib᷒, alius religione. Vide eius Geneſin pag. 127.

Circa hoc eſt notādum, quod ſi quis habuerit in ſignis duplicibus has ſtellas, ſcilicet in Geminis, Virgine, Sagittario & Piſcibus, erit eius animus fallax, multiformis, multiuolens (dicit Ptolemæus) & inſtabilis, doloſus & aliud in ore, aliud ī corde, deſiderabit ſemper decipere ſicut ſunt Iudæi, qui ſemper intendunt nos decipere: quia habent Mercurium in ſigno duplici. Sed ſunt examinanda hæc & ponderanda: quia intelligendum eſt: quod ſiquis habuerit has ſtellas dominatrices in his ſignis & eædem fuerint infortunatæ: tunc ſequetur quod dicit Ptolemæus: ſed poterit eſſe, quod Mercurius ſit in Virgine & Geminis, ille natus animum habebit duplicem, ſed non decipiet homines, habebit tamen animum pronum nunc ad fugiendum hoc, nunc ad ſequendum: & non bene hi tales ſic nati conueniunt: interdū tamen cōueniunt, ſed ſæpius conuertuntur ad diuerſa. Licet ergo propter bonitatem ſtellæ, non decipiant, non tamen propter hoc habebunt firmam animam: Sed ſi erit combuſtus, vel infortunatus alio infortunio, decipient alios & maximè ſi contigerit eſſe in domibus Iouis Mercurius, propter enim bonitatem Iouis non erit ſic doloſi nati, quod ſi fuerit in ſignis fixis, habebunt animam rectam, ſtabilē, firmam, nunquā flectentur ad malas operationes, & maximè ſi nō eſt Mercurius retrogradus: quia ſi eſt retrogradus, aliquando voluētur: Facit enim aliquo modo ad duplicitatē: ſed ſi fuerit directus, erit anima & mens firma, ſtabilis & ſemper laborabit ad intelligendum veritatē: vt Aegyptij, Ptolemæus & Hebręi dicūt: & magis laborabunt, vt inueniant veritatem quàm vt afficiantur honoribus, & huiuſmodi.

Circa quod notandum eſt, quod vt dicebat Haly Rodoam in commento, ſi Mercurius ſit robuſtior Luna, anima rationalis vincet ſenſitiuam: & maxime ſi Mercurius ſit robuſtior Luna: & maximè ſi Mercurius ſit in ſignis longarum aſcenſionum, & Luna in ſignis breuium. quæ ſunt Capricornus, Aquarius, Piſces, Aries, Taurus, & Gemini, alia ſigna ſunt longarum aſcenſionum. Dico ego addendum eſſe quod ſit Mercurius in ſignis imperātibus, Luna in obedientibus, tūc enim omnibus modis rationalis anima ſenſibili imperabit: contrarijs cauſis, ſenſibilis imperabit rationali. Hæc ſunt ſigna in ordine, vide Ptole. Libr. j. c. 15.

♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍ ſigna imperantia.

♓ ♒ ♑ ♐ ♏ ♎ ſigna obedientia.

Itaque Aries imperat piſcibus, & Taurus Aquario & reliqua reliquis, quę in tabella deſcripſimus.

Natus ergo obediens rationi, erit ſobrius, temperatus fortis, & virtuoſus: & in viro virtuoſo tā actus exteriores, quàm interiores concordant rationi, quia homo ſecundum rationem non ſequitur malos, & inordinatos appetitus paſſionum.

Quo ad poſitionem ſyderum & Planetarum habentium plura iura in locis illis, dicit in litera. *Cum fuerint ſtellæ authores loci Mercurij & Lunæ in Aſcendente dummodo ſint matutinæ*, id eſt in parte altiori epicycli. *Deſignāt animam liberam, idoneam, & aptam, & bene diſpoſitam, & ſemper habebit clarum ingenium*: melius vt dicit proſequendo literam: *Si hæc conſtellatio fuerit in medio Cęli*: vt dicūt Græci quod præcedant Solem, & reperiantur in medio cæli cum Sole, quod ſint in ortu meridiano, vt habetur in ſphæra cap, 3. & vt infra demonſtrabimus. habebunt ergo animum magnum, & affectantem honores: quia culmen dat honores, & ea quæ Ptolemæus dicit in litera: quæ eſt clara: & ratio eſt vt ſæpius dictum eſt: quia

fortius

Digitized by Google

ſerti⁹ agũt propter proiectionem radiorũ in illo loco planetæ: ſed ſi apparẽt veſpertini in oriẽte, Sole exiſtente in occaſu, tunc cum repedabunt facient animam debilem & fallacem, & alia id genus. Idem ſi in imo terræ, in quarta cæli domo: niſi quod dicit, quod ſunt debiliores quodãmodo, exceptis Venere & Mercurio. Nam ſi in natiuitate diurna contingat Venerẽ & Mercurium veſpertinos eſſe, vel matutinos in genitura nocturna, hæc poſitio ſyderum reddet natum bene diſpoſitum habentem animum purum, clarum, & aptum præcipuè ad Aſtrologiam, & res Mathematicas quique habeat à cælo, & inſtinctu cæli, vt prædicat futura. Si ergo aliquis reperiet has cõſtellationes, poterit iudicare, (vt dicemus poſtea) quod erũt boni iudiciarij, quod ſint Mercurius & Venus veſpertini in natiuitate diurna: & matutini in natiuitate nocturna. Et ſic habemus omnes propoſitiones aſſignatas, tum ex parte Lunæ & Mercurij, tum ex parte ſignorum & ſtellarum dominantium.

Circa quod notandum eſt, quod ortum matutinũ intelligit Ptolemæus, cùm ſtella oritur ante Solem. Ortum veſpertinum, cum ſtella Sole velocior, vt Venus & Mercurius relicto Sole apparent poſt illius occaſum. Occaſum autem matutinum, intelligit cum ſtella Sole velocior, quæ ante Solem apparere mane ſolebat, abſconditur: quoniam velocitate ſua Solem comprehendit. Occaſum veſpertinum intelligit, cum ſtella Sole tardior, à Sole ſuperueniente occultatur. Manifeſtum eſt igitur ex hoc quod fixę, & ſuperiores non poſſunt habere, niſi duos ſtatus, ſcilicet occaſum veſpertinum, ortumque matutinum. Ruſus inferiores cum habeant quatuor ſtatus ob motum, qui quandoque velocior eſt motu Solis, ea ratione qua tardiores ſunt, habent ortũ matutinum, & occaſum veſpertinũ, ſed vt velociores Sole habent ortum veſpertinum, & occaſum matutinum. Primi igitur, & communes ſuperioribus ſunt cum retrocedunt, aut Sole ſunt tardiores: reliqui duo ſimiles Lunæ ſunt ortus veſpertinus, & occaſus matutinus.

Pro tabulæ igitur intellectu gratia exempli, dicamus quod Venus in initio, Libræ (nam Tabula de hoc intelligitur, ſcilicet initijs ſignorum, vt Ptolemæus teſtatur) habeat gradus. 17 minuta 43. in occaſu veſpertino, & in ortu grad. 7. mi. 43. ſolum: dicet aliquis quę differentia eſt. dico quod Venus dum tarda eſt, & verſus Solem tendit cum proxima Soli. 17. grad. 43. minut. quia Libra obliquè deſcendit, & ipſa eſt in parte inferiore epicycli occultatus. Dum vero iuncta Soli in ſuperiore epicycli parte, illum ſuperat velocitate motus, ſub grad. 7. minut. 53. apparet. Hoc autem maximè etiam contingit ob latitudinem. Igitur Ptolemæus in hoc textu, quo ad inferiores duos mediocres ſtatus proponit: vnum veſpertinum obitum, qui fit cũ planeta eſt velocior. Sed tarditatem die compenſat, cum Planeta eſt ſupra terram: velocitatem nocte, cũ ſit ſub terra, vt Planetæ ſtatus fiat mediocris.



Digitized by Google

## Tabula Ortus & occaſus Planetarum.

| | Saturni. | | | | Iouis. | | | | Martis. | | | | Veneris. | | | | | | | | Mercurij | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | or. | M. | oc. | V. | or. | M. | or. | V. | or. | M. | oc. | V. | or. | M. | oc. | V. | or. | V. | oc. | M. | or. | m. | cc. | V. | or. | V. | oc. | M. |
| ſig. na | g. | mi. | g. | mi. | g | mi. | g. | mi. | g. | mi. | g. | mi. | g. | mi. | g. | mi. | g. | mi. | g. | mi. | ſ. | mi. | g. | mi. | g. | mi. | g. | mi. |
| ♈ | 23 | 1 | 11 | 28 | 20 | 10 | 10 | 19 | 21 | 12 | 11 | 40 | 3 | 0 | 4 | 9 | 5 | 10 | 10 | 28 | 23 | 58 | 9 | 53 | 9 | 58 | 23 | 38 |
| ♉ | 21 | 57 | 11 | 44 | 19 | 6 | 10 | 29 | 20 | 8 | 11 | 48 | 6 | 16 | 4 | 16 | 5 | 5 | 9 | 40 | 22 | 15 | 10 | 15 | 10 | 4 | 22 | 19 |
| ♊ | 17 | 52 | 12 | 26 | 15 | 51 | 11 | 10 | 17 | 21 | 12 | 30 | 9 | 19 | 5 | 17 | 5 | 12 | 7 | 36 | 18 | 0 | 11 | 47 | 10 | 18 | 16 | 44 |
| ♋ | 14 | 2 | 14 | 2 | 12 | 48 | 12 | 46 | 11 | 33 | 14 | 33 | 9 | 50 | 8 | 23 | 5 | 36 | 5 | 59 | 14 | 4 | 15 | 34 | 12 | 22 | 12 | 30 |
| ♌ | 11 | 34 | 15 | 34 | 10 | 31 | 14 | 31 | 12 | 38 | 17 | 15 | 8 | 2 | 13 | 3 | 6 | 16 | 5 | 5 | 11 | 25 | 19 | 59 | 13 | 43 | 10 | 29 |
| ♍ | 10 | 53 | 16 | 53 | 10 | 1 | 16 | 13 | 11 | 46 | 20 | 5 | 6 | 38 | 18 | 2 | 7 | 22 | 4 | 54 | 10 | 21 | 23 | 13 | 18 | 1 | 9 | 59 |
| ♎ | 10 | 48 | 17 | 6 | 9 | 57 | 16 | 34 | 11 | 38 | 21 | 1 | 5 | 41 | 17 | 43 | 7 | 53 | 4 | 54 | 9 | 51 | 23 | 12 | 22 | 49 | 10 | 0 |
| ♏ | 10 | 53 | 16 | 53 | 10 | 41 | 16 | 12 | 11 | 48 | 20 | 19 | 5 | 28 | 13 | 47 | 8 | 20 | 4 | 55 | 9 | 44 | 22 | 1 | 20 | 21 | 10 | 19 |
| ♐ | 11 | 31 | 15 | 34 | 10 | 40 | 14 | 31 | 12 | 34 | 17 | 32 | 4 | 39 | 8 | 1 | 7 | 49 | 5 | 16 | 9 | 25 | 17 | 25 | 18 | 11 | 11 | 19 |
| ♑ | 14 | 2 | 14 | 2 | 12 | 46 | 12 | 48 | 12 | 45 | 14 | 45 | 2 | 42 | 4 | 8 | 6 | 55 | 6 | 35 | 9 | 36 | 12 | 10 | 16 | 54 | 14 | 50 |
| ♒ | 17 | 52 | 12 | 26 | 15 | 51 | 11 | 10 | 14 | 35 | 12 | 39 | 0 | 30 | 3 | 16 | 5 | 51 | 8 | 33 | 21 | 27 | 9 | 50 | 11 | 10 | 17 | 50 |
| ♓ | 21 | 57 | 11 | 41 | 19 | 6 | 10 | 29 | 16 | 25 | 1 | 49 | 0 | 24 | 3 | 38 | 5 | 22 | 10 | 16 | 19 | 15 | 9 | 43 | 10 | 11 | 21 | 46 |

Digitized by Google

Quod vero attinet particulariter ad diſpoſitores, quòd in vnoquoque loco conſtare debet, quęnam ſit natura planetæ: dicit enim Ptolemęus, *Cum inuene vis in natiuitate diſpoſitores ſuper locum Mercurij & Lunæ* id eſt, eum, qui habet plura iura *erit iudicandũ. Secundum naturam illius planetę, ſecundum naturã Saturni: ſi fuerit Saturnus diſpoſitor: & ſecundum naturam Iouis, ſi fuerit Iupiter diſpoſitor*, & ſic conſequenter de omnibus alijs. Secundũ ergo fortitudinẽ ipſorum, & deprauationem erit prognoſticandum de moribus & virtutibus contemplatiuis bonis, vel malis cuiuſcunque naſcentis, ſicut in litera dicit Ptolemęus, quę eſt clara.

Sed reſtat, vt pauca dicamus de his, quę dicit Ptolemęus obſcurè tamen: Dicit enim, *quòd ſi miſceantur Luna & Mercurius, & planetæ conuenientes & in ſtatu*: quid intelligat per hęc Ptolemęus: Secundo loco adducã vltimo dogma ipſius Ptolemęi, & multa alia fragmenta antiquorum ad declarationem omnium impreſſionum animi, & inclinationum.

Quantum ergo ad primam partem, vt expoſuit egregie Abenragel. parte 4 cap. 9. voluit quòd per commixtionem intelligeremus, quando Luna ſeparatur, vel applicatur Mercurio: quia ſi ſeparatur Luna ab aliquo planeta, & applicat Mercurio, tunc affert ei illam diſpoſitionem illius planetę: & è cõtra ſi ſeparatur à Mercurio, & applicat alteri planetę, tũc refert ſubtilitatem ingenij ad illum locum.

Per inconuenientiam intelligit etiam quòd habeant in locis Lunę & Mercurij iuriſdictiones: exempli gratia, ſit Luna & Mercurius in ſigno Librę, in quo habeant iuriſdictiones Saturnus & Venus. Vnde in prognoſticatione debemus animaduertere tum ad Saturnum, tum ad Venerem: quia commiſcentur ſignificatores horum planetarum inter ſe: quia habet ibi Saturnus trigonum & altitudinem, & Venus domicilium: ergo debemus recurrere ad illũ, qui habuerit conuenientiam & ad Saturnum & ad Venerem, ſi Venus habuerit etiam iuriſdictionem in illo loco.

Secundo per conuenientiam intelligit, quòd planeta ſit in domo alterius planetę in hoc eodem caſu: quia ſi reperiantur in loco Saturni, Luna, & Mercurius, & Saturnus ſit in Sagittario, erit Iupiter particeps.

Tertio hęc conuenientia, vt pluries obſeruaui, eſt quando planetę ſe reſpiciunt aliqua notabili configuratione, vt trigono, vel Sextili, vel quadrato, vel aliqua alia configuratione.

Per ſtatum intelligit, quando fuerit in angulis: eſſe in bono ſtatu, quando directi ſimiliter quando in ſuis dignitatibus: Similiter in malo ſtatu è contra vero ſi in locis deiectis, vt in octaua, & in ſexta, ſi repedãtes, ſi combuſti, ſemper dicimus quod ſunt in malo ſtatu. hęc ſunt examinanda ad bonam prognoſticationem.

Quod ad aliud pertinet: neceſſe eſt ad clariorẽ dilucidationem, vt aliqualiter progrediamur ad altiora, & aſſumatur hoc principium, quoniam pręcognitio eſt circa res animi: ideo ne labamur in vitia, & errores, dicimus quòd virtus eſt duplex, vt Ariſt. habet 2 Ethic. in principio. Alia eſt intellectiua, alia dicitur actiua, ſeu moralis Virtus igitur moralis eſt duplex, quædam naturalis, quædam propria, hæc diſtinctio habetur ab eodem philoſopho 6. Ethic. cap. vltimo. vltra principium Propria virtus eſt, quæ dependet immediatè à voluntate: & vt definitur ab eodem philoſopho in 2. eſt habitus electiuus in mediocritate conſiſtens eorum, quæ circa nos ſunt. Sed naturalis virtus eſt quædam propenſio animi, ſeu inclinatio: vt in 2. Et hic. & 6. habetur: dicit enim Ariſt. quòd homines non ſunt virtuoſi à natura: quia mores aſſuetudine fiunt: ſed bene à natura dicimur idonei, vt in 2 habetur. Sumus apti à natura ad ſuſcipiendas has virtutes: quia in 6. dicit, quòd omnibus & ſingulis ex moribus quædam à natura videntur: quia eſſe iuſtum, prudentem, caſtum, & huiuſmodi, quaſi ſtatim ab ortu habemus hanc pronitatem. Sed tamen ex quo in naturalibus non meremur, neque demeremur, non dicimur virtuoſi per iſtas inclinationes, ſed per habitum virtutis dicimur virtuoſi. Ptolem. ergo non de virtute propriè agit, dicta, ſed de naturali virtute.

Quibus poſitis, dicimus quod Luna & Mercurius cum habeant hanc diſpoſitionem, vt ille regat virtutem imaginatiuam, hęc appetitiuam: & ſe habent quodammodo ad inſtar materię, eſt velut materia inclinationum ad bonum & ad malum: formæ autem erunt impreſſiones corporum cæleſtium: quia virtus appetitiua ſeu potentia appetitiua cum attribuatur Lunæ, ſi fuerit Luna cum aliquo planeta, ſemper diſponet natum ad inclinationem illius ſtellæ ſcilicet, ſi inuenta fuerit Luna copulata Saturno, vel quadrato, vel opoſito, vel etiam Sextili, & trino. Verum eſt quod ſemper debemus ponere differentiã inter quadratum & huiuſmodi configurationes, & trigonum, & alias configurationes. Nam dictum eſt ſuperius, quia erunt aliæ diſpoſitiones per trigonum & ſextilẽ: & alię per hoſtilem aſpectum: quia ſi per copulationem quadratam, vel diametram natus erit triſtis, grauis, & huiuſmodi: proinde nunquam ridens, ſemper intentus curis, diligens ad grauia, & ad alia huiuſmodi ſemper propenſus: ergo erit ſe abſtinens ab illecebris, & malis moribus: quod poteſt maximè confici, cum fuerit trigonus, vel ſextilis.

vide eiꝰ geneſim pag. 204.

Vt hoc intelligatur in natiuitate Maieſtatis Cæſareæ Caroli V. adnimaduertatur Luna quæ trino aſpectu Saturnum aſpicit: quæ reddit ipſum pronum ad grauitatem, ad moderationem lætitiæ: adeò vt rarò rideat, ſit boni conſilij, intentus laboribus, altioribus, & grauioribus: hoc habet ex natura, an etiam habet ex habitu electiuo hoc latet.

vide eiꝰ geneſim pag. 117.

Etiam id poteſt animaduerti in Coſmo Mediceo. Hetruriæ magno Duce, qui habet Antiſcium Saturni cum gradibus Lunæ. ipſe enim fuit grauis, omnia ponderauit, omnia conſiderauit, abſtinuit ſe à turpibus, ab illecebris, & voluptatibus, neque propter hoc dictus eſt ſtudioſus, niſi voluntarie inſequntus eſſet has naturales procliuitates.



Digitized by Google

*Georgij Trapezuntij Natiuitas.*




Habetvr etiam apud viros illuſtres natiuitas Georgij Trapezuntij, vt ipſe dicit in libro de Antiſcijs. Habet enim Lunã in quadrato aſpectu Saturni:& propter hanc conſtellationem habuit plures labores,& ſemper fuit in peregrinationibus & laboribus. Notantur in hoc viro multa bona & mala. Habuit enim blanda verba, eloquentiam,& gratiam apud homines diuerſarum linguarum,& plurimarum ſcientiarum peritiam & cognitionem: exilium quaſi perpetuum, multos filios, nominis magnitudinẽ: & plurima volumina è gręco vertit in latinũ: quoniã eo tẽpore latinę literæ ad huc frigebant,& ipſe græcus natione fuit.& vir plurimũ, fellis & mellis habens: Fuit autem vir vagus, ſubdolus, melliteis verbis, robuſtus, vafer, inconſtans, laborioſus, multiſcius, & longæuus. Suam geneſim ipſe in libro, quem ipſe fecit de Antiſcijs cum ſua narratione & declaratione omnium ſuorum euentuum adſcripſit.

Itẽ, ſi inuenta fuerit Luna applicata Ioui optimè, ipſa accipietur, niſi aliunde venerit impedimentum. Nam reddũtur hi tale pronis ad lętitiam,& honeſtos iocos: licet quodammodo gaudeãt: ſed recta ratione: ea enim cõplexio Iouis benefica eſt, ſicut apud quoſdam poteſt accipi.

Vide in tractatu de ſtellis fixis eius geneſim.

Quia obſeruaui in genitura Innocẽtij octaui ſummi pontificis, Habuit enim Lunã triangularam Ioui, & vt referunt chronographi, fuit vir pacificus, lętus, abſtinens à diſcordijs.

vide etiam in dicto tractatu hanc geneſim. Eius geneſim vide pa. 204.

Xyſtus etiam pontifex, quia habuit Lunam triãgulatam Ioui in ſua geneſi, ideo fuit religioſus, gaudens concordia, pace & ſimilibus.

Habebat etiam Carolus V. imperator Lunam ſextangularam Ioui: Quare omnes ſciunt eius actiones propendere ad iuſtitiam,& æquitatem,& huiuſmodi, ergo bonum eſt habere inclinationes has ab ortu, quia flectimur ad bonũ ex illis. Et parentes deberent ab infantia filios ita educare vt malas eis à natura inditas propenſiões in bonas cõmutarent, etiã ſi valde laborarent, ſi habuerint in contrarium naturalem potentiam animi.

Rurſus ſi fuerit Luna applicata Marti procedendũ ad prognoſticationem huius rei, ſecundum quod fuerint configurationes ipſius beneficæ vel maleficæ. erunt enim iudicia eorũ iuxta beneficam, aut maleficã cõfigurationẽ cum Marte. Nã ſi eſt aut quadrata, aut oppoſita, vel coniuncta Marti, ſemper poterimus prognoſticari, hunc natum habiturum propenſionem ad diſcordias, ad cędes,& indignationem,& maximè, vt dicit Albubater, ſi fuerit Mars in ſignis humanis: quia ſemper iſti redduntur proni ad homicidia perpetranda: quod poterimus facilè animaduertere ex multis.

vide eiꝰ geneſim pag. 110.

Nam obſeruaui in genitura Leonis x. qui habuit Lunã quadratum Marti. ipſe licet videretur mitis, introduxit tamen Gallos in Italiam: poſtea fugauit eos propter indignationem, quam habuit propter naturalem inclinationem à cælis datam: quia erat Mars in nona cæli domo & quadrãgulabatur Lunæ, quæ erat in ſexta domo.

vide eiꝰ geneſim pag. 203.

Item, habemus etiam Clementem VII. qui habuit & ipſe Lunam quadrangulatam Marti, ipſe turbauit bellis orbem,& calamitates excitauit, vocauit in Italiam Gallos,& multa alia occurrerunt propter illã cõſtellationem prauam.

vide eiꝰ geneſim pag. 112.

Si fuerit benefica conſtellatio Lunæ ad Martem, reddet hominem forte, animoſum,& quicquid facit, facit propter hoc ſicut ex genitura Iulij ſecũdi pontificis maximi, animaduertimus quod Luna erat triãgulata Marti: ideo excitauit bella pro defenſione Sanctę Eccleſiæ,& pro eius libertate. Bona eſt ergo conſtellatio: quia nemini facit iniuriam.

vide eiꝰ geneſim pag. 204.

Similiter Carolus. V. habet Lunam triangulatam Marti. Vnde habet propenſionem naturalem ad mouendum bella, vt quieſcant Tyranni ad iuſtitiam tuẽdam,& huiuſmodi.

vide eiꝰ geneſim pag. 127.

Poſſimus etiã id ex meo principe Coſmo Mediceo Magno Duce Hetruriæ intelligere: quia in ea natiuitate reperiebatur Luna triãgulata Marti. Vnde fuit pronus ad iuſtitiam,& ęquitatem: & ſi bella fecit, hoc fuit ad iuſtitiæ tutelam.

Igitur ponderanda ſunt hæc, ſiue ſint beneficæ, ſiue ſint maleficæ Lunæ configurationes. Habemus & magnum principem, cuius nomen expedit tacere, qui habet Martem cum Luna copulatum in quarta cæli domo, ipſe aduerſatur religioni, deſiderat tyrannidẽ, & huiuſmodi.

Quare ſi cõtingat, Lunã cõmiſceri Veneri, nati amãt illecebras, amores, ebrietates: & ſi fuerint mulieres, ſe proſtituunt paſſim omnibus: ſi fuerint maſculi, vtroque ſexu abutentur. habent ex naturali inclinatione & ſequuntur: ſed tamen eſt anima ſ-

ducr

uertendum ad poſitionem Lunæ, & ſtellæ: quia ſuper omnia hęc ſunt conſideranda, & ponderanda, & bene examinanda ſic: ſi ſit Veneris, bona conſtellatio: Nam ſi fuerit in ſuo detrimento, ſcilicet in Virgine, vel combuſta, erit natus propẽſus ad omnia perpetranda ex naturali inclinatione, ſicut poteſt intelligi non modo ex obſeruatiõe, ſed etiam Iudæi autoritate in rationibus ſeptimæ domus: quod ſi contingat eſſe cum Mercurio, & non habuerit aliam applicationem alterius planetę, erit natus intelligens, & ſecundum poſitionem Mercurij, habebit animum lucidum, clarum, & obſcurum ſecundum eius conſtitutionem. Quare pauca de Mercurio dicamus.

Habet enim Mercurius auctoritatem ſuper virtutem imaginatiuam, vt ſupra dixi, quia diſponit intellectum paſſiuum, non partem animæ, ſcilicet intellectum, qui eſt hominis: ſed intellectum paſſiuum, de quo dixit Ariſtoteles 3. de anima tex. 20. non reminiſcimur autem: Præeſt ergo huic Mercurius. Vnde ſecundum diſpoſitionem huius ſtellæ, debemus prognoſticari de inclinatione animi. Et primo eſt accipiendum quo ad ſtatum eius. Si fuerit Cardinalis, & maximè in horoſcopo, quia ibi gaudet: vnde ſi ibi conſtituatur, reddet animam nati valdè procliuem ad omnes ſcientias, vt etiam dicit Hermes Aphor. 46. non modo eſt obſeruationibus comprobatum. Dicit enim Hermes. Quicunque habuerit Mercurium in horoſcopo natiuitatis, erit eloquens, & doctus in artibus liberalibus. Item & ſecundum eundem erit valde ingenioſus, qui in duodecima domo Mercuriũ habuerit, quia Ptole. hoc dicit ad intentionẽ Hermetis. Sed Abenragel parte 5. cap. 14. dicit quod omnes planetæ dicuntur infælices in hac domo Mercurio excepto, qui dat pronitatem ad ſcientias & artes liberales. Et prius Abenr. parte 4 ca. 9. in parag. ſignorũ, dicit quòd ſi Mercurius fuerit in duodecima cæli domo, reddet natum procliuem ad philoſophiam, & omnia ſecreta naturæ. Sẽper ergo bona eſt hęc conſtellatio pro his, quæ ad animum faciunt: ſed non pro bonis fortunæ. Idem habet Matern. quia multas dignitates attribuit Mercurio, aut in ſexta, vel in duodecima: Sed maximè in duodecima.

Eſt poſtea obſeruatio Mercurij, vt ſi fuerit in nona, vel in tertia domo, ſignificet bonitatem ingenij, vt ſæpe obſeruaui: ſed tamen ſi culminaret, eſſet bonum. Sed quò ad acuitatem ingenij, & naturalem diſpoſitionem ſcientiarum, videtur melius facere in cadentibus domibus quam in aliis. Idem habet Abraham Iudęus in rationibus primę dom'. Et Auenares eius magiſter idem affirmat. Quò ad fortunam & opes, erit aliud conſilium, vt infra dicetur. Sed præcipuè erit optandum quod Mercurius ſit in domibus Saturni ſi fieri poſſet, vt naſcantur filij, vt habetur apud Ptolem. Aphor. 38. ſuorum dictorum dicentem, Cum Mercurius fuerit in altera domorum Saturni, perſpicacem dat intellectum nato, quod Diuus Thomas Aquinas in 3. contra gẽtes affirmat, dicens, Et benedixit Ptole. quod quicunque habuerit Mercurium in domibus Saturni, ſemper erit ſingularis ingenij. Idem etiam Almanſ. Aphor. 12. Idem etiã habet Albubater, & apud Iudæum habetur: cuius verba formalia ſunt. Si quis habuerit Mercurium in domo Saturni, erit philoſophus clariſsimus omnia intelligens, quod poteſt intelligi ex natiuitate Marſilij Ficini. Habuit ipſe Mercurium triangulatum Saturno: quia idem eſt eſſe triangulatum Saturno, & eſſe in domo Saturni. Habuit enim Mercurium occidentalem, & triãgulatum Saturno in prima cæli domo.

*Perecta Mantuani, magni philoſophi Natiuitas.*




Idem etiam habetur in natiuitate Perectæ: Similiter Picus habet Mercurium in Aquario cum Saturno, ſed melius facit in Capricorno per longas obſeruationes in pluribus natiuitatibus obſeruatas. ſed quo ad Perectam, is erat puſillus corpore, homũcio quodammodo natus, ex Sole & Mercurio in imo cæli, pulchra facie, capite magno, geſtabat infulam in occipitio, facetus, affabilis, philoſophus egregius, Patauij profitebatur philoſophiã ordinariam, concurrẽs Antonij Fracanzanij. Deinde Bononię Achillini, & Sueſſani, & ſcripſit contra eũdẽ Auguſtinũ Sueſſanũ duos libros de immortalitate animorum: duxit tres vxores, vti Lucas Gauricus ei prædixerat, & ipſe ſæpius dicebat, iam tertia ducitur vxor, & nunquã habuit niſi vnicam filiam, deditque ei in dotem duodecim millia ducatorum. Obiit ſenio confectus.

Ioanni

*Ioannis Pici Mirandulani Natiuitas.*




In hoc cæleſti ſchemate ab alijs ſupputati, fuerunt planetæ ad integros gradus examinati. Fuit orator & Poeta,& philoſoph' celeberrimus, & elegantiſſimus,& multos edidit libros elegantiſſimos,& vnum volumen cõtra Aſtrologos ſuæ ætatis admodum iratus, quoniam tres potiſſimum vaticinabantur ei mortem anno 33. ſuę ætatis ferè completo, ex directione horoſcopi ad Martem ſicuti accidit, ſcilicet Bucius Bellantius, Senenſis, Antonius Syrigatus Florentinus:& Angelus de Cataſtinis, Carmelita. Verum Bellantius Senenſis diluit eius argumenta & aniles fabellas, excuſans tamen illum eo quod fuiſſet Aſtrologiæ ignarus, licet philoſophus excellentiſſimus. Is emit Florẽtiæ domũ regiã,& hortos,& ibi mortu' eſt. Frater enim Hieronym' Sauonarola vir doctus in omni genere ſcientiarum, fuit excellentiſſimus etiam in Aſtrologia:& cõtradixit Aſtrologiæ:& ad eius ꝑſuaſionẽ Pic' ſcripſit cõtra Aſtrologos. Cur hoc fecerit teſtis ſit Deus, quia nolo cõſcientiã meã coinquinare. Vnũ enim ſcio, q̃ multa, quæ vaticinabatur ipſe Sauonarola potuerat per ſydera dicere: & multa etiã prædixit, quę per Aſtrologiam dicere non potuit. Poſſem in priuatis natiuitatib' plura adducere exempla, ſed hæc ſufficiant ad præſens.

Eius geneſim vide pag. 405.

Cum de affectibus, ac paſſionibus appetitus ſenſitiui pertractaret Ptolemæus, docuit nos, hæc omnia animaduertere ex poſitione Lunæ per diuerſas habitudines ad ſtellas cælo hærentes, & errones, quia ſi Luna habuerit aliquo modo cum Saturno conuenientiam id eſt, aut ſit in eius iuriſdictionibus, vel aſpiciat eum aſpectu amico, imitabitur natus in ſuo appetitu, quæ Saturni ſunt. Eſt enim vt dicit Ptolemæus Aphor. 86. Luna fons naturalis potentiæ: ergo natus imitabitur, quæ Saturni ſunt in ſuo appetitu: ſed ſi conuenit cum Ioue, imitabitur quę Iouis ſunt,& erit in deſiderio illarum rerum, erit frõte hilaris,& gaudens,& quietus, atque animo pacificus: ſi conuenerit cum Marte, erit audax, fortis: ſi perperã conſtitutus, erit homicida,& huiuſmodi. Quod ſi cum Venere habuerit conuenientiam, erit procliuis ad illecebras,& voluptates,& non ad laborem: ſed ſi cum Mercurio, habebit optimam ſenſuum colligationem: quæ omnia experimentis comprobauimus.

Cœpimus exponere, quæ Mercurius habet,& quæ diſponit & quæuè ipſi tanquam materia ſubijciatur. Habet etiam diſpoſitionem & potentiam artium & diſciplinarum. Quarum ad intelligentiam decreui rẽ iſtam exponere: quia facile erit omnibus inſtituere filios ſuos Dicebamus ergo quòd cum Mercurius fuerit in vniuerſum in angulis,& præcipuè in Culmine cæli, habet magnam poteſtatem. In cadentibus verò ſemper affert ſubtilitatem ingenij, acuit ingenia maximè in ſexta & in duodecima. in angulis verò in prima & decima.& ſi reperiatur Mercurius in domibus Saturni, in eius trino, vel ipſe habeat aſpectũ cũ Saturno, dat perfectã intelligentiam,& tantã capacitatẽ intellectus, vt omnis natus huiuſmodi poſſit percipere etiam occulta naturæ, ſicut expoſuimus in pleriſque: quia dicebamus in natiuitate Marſilij Ficini, qui fuit magnus Platonicus,& doctus philoſophus, reperiri Mercurium in nona cæli domo in finibus Saturni, & eundem ad trigonum Saturni: quia Saturnus erat in prima domo: quare habuit magnam intelligentiam circa ſecreta naturæ, vt patet ex eius operibus.

Vidimus etiam ex natiuitate Perectæ, qui habitus eſt magnus philoſophus,& nihil cum latuiſſe, eum habuiſſe in Libra Mercurium reſpicientem Saturnum ex trino aſpectu, qui erat in Aquario, quare fuit magn' philoſophus. Ecce obſeruatio certiſſima. Item fuit obſeruatum de Sauonarola, ex eius operibus quòd fuerit magnus philoſophus naturalis. Habebat enim Mercurium in Libra in corde Solis partiliter coniunctum,& etiam erat Saturnus in Libra, applicabat ſimiliter Saturno. Vnde fuit magnus philoſophus.

Proinde poſſumus hæc,& plura cognoſcere, ſi velimus apud Punicum intelligere ea, quæ ipſe ſcripſit: Ipſe enim ponit in calce commenti huius libri ſuam genituram: ponit autem Mercurium in domo Saturni,& Solem in Aquario: erat verò Mercurius occidẽtalis in vndecima,& reſpiciebat Saturnum ex Sextili aſpectu:& ſciunt oẽs, quod ille eſt bon' philoſoph'.

Vide inferius ſcilicet Haly Rodoam.

Habemus

*Cornelij Agrippæ Natiuitas.*




HAbemvs inſuper Agrippam, in cuius natiuitate eſt Mercurius in Libra in altitudine & in trigono Saturni & in eius ſextili: quare incubuit ſecretis naturæ, ſed propter retrogradationem Saturni fecit librum de vanitate ſcientiarum. Et quia aſcendens fuit Virginis initium, & ipſe Mercurius dominus domus, exaltationis, trigoni, ac ibi etiam ſtella de natura mercurij & Veneris, ſignificat quòd eſſet totus mercurialis, vt dicunt, id eſt ingenioſus, varius, mutabilis, mendax, ſubdolus, ſtudiis deditus, & ita compoſuit librum de occulta philoſophia, in quo congeſsit mille nugas, nulla penitus re vera exiſtente, & meretur talis liber comburi, cum ſeducat homines, tum argumento, tum viri nomine illo inani. ſcripſit & alia quædam, inter quæ de ignibus, ſed ea non vidi. Fuit tamen in literis Latinis, Græcis, Hæbraicis, & Chaldæis doctiſsimus, & in rerum cæleſtium diſciplinis reliquis etiam mathematicis non obſcurus profeſſor. Habuit vxorem formoſiſsimam, fuit gratus Cæſari Carolo Quinto, mortuus eſt autem in paupertate & miſeria, licet fuerit factus Iureconſultus, & aſcendiſſet ad faſtigium ſcribæ regij. mars autem in quadrato Solis, & Venus domina decimæ domus poſita in duodecima domo ſignificauit carcerem, & tormenta & mortem publicam, & ita fuit captus, vt hæreticus, & manſit pluſquam per annum in carceribus, inde exiuit cum eſſet doctor, & magni nominis. Mors autem eius fuit ex genere veneni, vt dicunt. Quamuis aliter ſentiat Iouius in elogio dicti Cornelij.

Ergo qui habuerit Mercurium in aliqua affinitate cum Saturno, erit propenſus ad cognoſcendum ſecreta naturæ, ſed quomodo cognoſcendi ſunt hi qui operam impendunt ſacris literis per cõſtitutionem Mercurij, quia vt habet Ptolemæus in præcedenti parte, quod ſi fuerit Mercurius concors cum Ioue, idem habet Iudæus, ſignificat decreta legum, animam liberam, & ſacris literis deditam. Eſt enim proprium Iouis hæc inferre. Eſt enim ſtella benefica, clemens, ſemper diſponit animam ad pia, ad religionem, & alia ex temperie ſua, quoniam eius complexio eſt temperata, quia calida & humida, ſed ſi configatur maleficis, fit diſtemperata iſta complexio. Et vt poſsit etiam per experimenta cognoſci, quia omnis ars fit ſcientia & experimentis 1. Metaphiſic. & ij. Ethi. Obſeruaui igitur in Marſilio Ficino mercurium vltra quod erat in finibus Saturni, reſpiciebat ex quadrato aſpectu figuram Iouis, igitur fuit Theologus inſignis, & hoc demonſtrauit opera eius.

Et ſi quis velit animaduertere in natiuitate Petri Pomponatis, inueniet eum habuiſſe magnam pronitatem ad ſacras literas propter ſextilem Mercurij ad Iouem, qui eſt in propria domo in Sagittario, & Mercurius in Libra, quare in hac ſcientia excelluit.

Sauonarola ſimiliter, vt ex eius genitura apparet, fuit theologus. obſeruaui in ea Mercurium copulatum Soli, qui Sol triangulabatur Ioui, qui erat in tertia decamoria Aquarij. Solis autem & Mercurij ſimiliter in prima decamoria Libræ erat triangulatio plactica, ſed non dedit impedimentum, quia per applicationem.



Digitized by Google

*Eraſmi Rhoterodami Natiuitas.*




Observavi præter hæc in Eraſmo Rhoterodamo, qui fuit inſignis Theologus, habuiſſe Mercurium in prima domo ſexangulatum Ioui. Vnde dedit operam ſacris literis, vltra alia, quæ poſſedit, claruit magis in oratoria facultate, quam in Poetica, ſcripſit librum de Prouerbiis, & de copia verborum, Moriam, & pleroſque alios libellos, & in quatuor Euāgeliſtas compoſuit paraphraſes, &c. Vnde quamuis ſacris imbutus, non pro virtute dignitates eſt conſequutus, ſed propter linguarum multitudinem, vt inſinuat Mercurius cum Venere in horoſcopo inuenti. Porrò & Mars ipſe Iouem offendit, & morbos etiam in ſexto loco reuertens. calculo enim frequenter vexabatur. Saturnus in ſeptimo non parua pericula, plurimaſque inſidias portēdit inimicorum, Luna cum cauda & cū Sole poſita, (nam minus duabus partibus diſtat) negat filios, & vxorem, qui etiam ſecreta quædam cum in Scorpione ſit, non probat, cauſam verò calculi etiam auget. Vixit annis 70. & in hoc felix, vt nec ad ſtudium tempus deeſſet, nec ad ineptias & ludibria ſuperabundaret.

*Andreæ Alciati Legum profeſſoris Natiuitas.*




Qvòd ſi quò ad leges, habemus Andream Alciatum, qui habet Mercurium ſexangulatū Ioui. Eſt enim in parte 15. min. 50. Tauri, & Iupiter in parte 9. min. 30. Cancri in ſuo regno: quare valuit in decretis legū, & didicit literas Græcas à Pomponio Gaurico Patauij, ſcripſit et tractatū de ſignificationibus verborū, euaſitque legū doctor egregi⁹ Ferrariæ profitebatur iura ciuilia, ſed textum dumtaxat decretorum eleganter explanabat. Obiit Ferrariæ anno 1546. ex Saturno in oppoſitione horoſcopi, Sole Martis tetragono ſauciato, In conuerſione annua nō ſolum directiones Apheſarum, ſed annuæ conuerſiones penitus commaculatæ interimunt.

Picus & ſi aduerſetur Aſtrologiæ, fuit tamen magnus Theologus, quia habuit Mercurium in domo Saturni, & inſpiciebat Mercurius antiſcium Iouis ex ſextili aſpectu, quare habuit intelligentiam & diſpoſitionem ad ſacras literas. Fecit autem opus inſigne de operibus ſeptem dierum pulchrum & vtile.

Poſſemus alias adducere, ſed ego dicam de pronitate mea, Habui Mercurium in tertia cæli domo in ſigno Piſcium in parte 17, min. 24. & reſpiciebat partiliter Iouē ex ſextili aſpectu: quia Iupiter erat in Capricorno in parte 2. min. 15. quare habui & habeo inclinationem ad ſacram ſcripturā. Et Lugduni nationibus Italicis per continuos annos quatuor pro cōcione expoſui Euangeliū Dei, & publicè profeſſus ſum ſacrā ſcripturam illis tēporibus.

Sed

Sed conſequens eſt, vt videamus quænam conſtellationes reddant homines propenſos ad Mathematicam ſciētiam, & facundiam & eloquentiā. Voluerunt plures autores, Indi, Aegyptij, & Iudęi, à quibus nec Ptolemæus diſcrepat, quod cū Mercurius habuerit conuenientiam cum Marte per aſpectum, vel fuerit in iuriſdictionem Martis, habebit natus propter hoc facilem diſpoſitionem ad Mathematicas diſciplinas. Quod non modo probabili ratione poteſt declarari: quia cùm Mars habeat deſiccare, & vrere, facit quod illa virtus imaginatiua & phantaſtica ita ab humiditate reprimatur, quod facile ſit, quod habeat vim illam obſtructam, quod poteſt ex his intelligi.

*Hali Rodoan Natiuitas.*




PVNICVS qui fuit expoſitor Ptolemæi, habet in ſua genitura in duodecima parte Aquarij copulatum Mercuriū Marti, licet copulatio ſit plactica, tamen ſunt in eodem ſigno ſcilicet, Aquarij, & ſunt occidētales, quare vt demonſtrāt eius commentationes fuit bonus Mathematic', Geometra, & Arithmeticus.

Hic vir, & ſi Barbarus inter viros ſingularis doctrinę connumerandus eſt. Nam expoſuit Galeni artem paruam, Ptolemæiq; libros quatuor iudiciorū, quæ opera extant in linguam noſtram conuerſa. Exiſtimo & reliqua, nam plurima edidit, in propria lingua ſuper eſſe. Magnus pro ætate ſua Aſtronomus, Philoſophus, Medic'. Oſtendit & viri excellētiam omniū erraticarum conſtitutio ſupra terram Lunæque cum Ioue ſextilis, cum ille in cæli medio eſſet, cum ſtella cui nomē inditum eſt Vultur cadens, in horoſcopo habens poteſtatem, & ex ſummo cæli vertice ipſum cum Sole aſpiciens. Sapientia igitur à Sole, fortuna à Ioue declaratur, ab vtriſque autem vita.

*Georgij Purbachij Natiuitas.*




IDEM habemus apud Purbachium, qui compoſuit theoricas & Epitomen ſuper Ptolemæum. Habuit is Mercuriū in octaua domo in 4. parte Geminorum & Martem partiliter in 4. gradu Leonis ex aſpectu ſextili. Erat autem tunc orietalis Mercurius, quare facit homines Mathematicos, & quia vna tantum demonſtratio non ſufficit, videatur genitura Ioānis de Regiomonte, qui illuſtrauit theoricas, & opera Ptolemæi. Habet enim Mercurium prope Martem in domo ſua, ſcilicet, in Geminis, inde ſequitur poſtea Sol. Sed quia fuit in octaua cæli domo, obiit Romæ in quodam loco, iuuenis tamē. Vide eius Geneſim. pag. 236.



Digitized by Google

Idem habetis per Georgium Trapezuntium, qui in ſua genitnra, quam habet in libro de Antiſciis, ſcribit Mercurium & Martem fuiſſe ſimul in Ariete, in domo Martis. fuit igitur bonus Mathematicus, alioquin non potuiſſet interpretari Ptolemæum.

Et animaduertimus etiam Andream Alciatum callere Mathematicam, qui fecit librum de ponderibus & menſuris. Habet autem Mercurium cũ Marte in Tauro, partiliter coniunctos.

Vide p.136.

Poſſemus & plures obſeruationes accipere, ſed produco mecum geneſim quia habeo Mercurium in domo tertia cõiunctum partiliter Marti ad gradus pares & minuta, qui erant in Piſcibus, quare propẽſionem habui ad Mathematicas diſciplinas.

Item videri poteſt in natiuitate mei præceptoris, qui habuit Mercurium in domo Solis in ſecũda decamoria, qui inſpicit ex ſextili aſpectu Martem exiſtentem in ſigno Geminorum, ex qua conſtellatione habuit inclinationem ad Mathematicas diſciplinas. Et quia Mercurius, qui erat in duodecima cæli domo ex oppoſito aſpectu reſpiciebat Saturnum, ideo habuit pronitatem naturalem ad indagationem philoſophiæ naturalis, & publicè profeſſus eſt primam philoſophiam in Academia Senenſi.

Vide eius geneſim p. 172.

*Marci Tullij Ciceronis Natiuitas.*




Qvod verò pertinet ad eloquentiam & facundiam, ego obſeruaui in antiquis natiuitatem M. Tullij, & inueni Venerem & Mercurium ſimul in horoſcopo. Semper enim Venus & Mercurius diſponunt animum ad eloquentiam, ad poeſim & ornatum linguæ, non modo auctoritate illius Indi, ſed omnium ferè qui callent hanc partem. Habuit ergo Marcus Cicero in ſua genitura horoſcopantem Virginem, erant enim coniuncti in ſecunda decamoria Venus & Mercurius in eadem, ſed diſtabat per paucos gradus Mercurius à Venere. Fuit itaque eloquẽtiſsimus: quia multum conferunt ad eloquentiam ſigna humana.

Item habuimus Franciſcum Philelfum copioſum in dicẽdo, obſeruaui in eius geneſi Mercurium in ſigno Virginis in ſecunda domo, in parte quinta, & Venus erat in ſigno Cancri in 7. parte, quæ reſpiciebat Mercurium ex ſextili aſpectu. Ecce conſtellatio manifeſta & clara, quia diſponit ad facundiam.

Eius geneſim vide p. 368.

Obſeruaui quò ad poetas in genitura Baptiſtæ Mantuani Carmelitani Ordinis, qui habitus eſt poeta eximius, quem Franciſcus Marchio in magno honore habuit. Habuit autem ipſe Venerem in Tauro in 24. & Mercurium 26. par. partiliter iunctos in horoſcopo.

Eius geneſim vide p. 371.

Rurſus Petrus Bembus cuius natiuitas perperam eſt apud Cardanum, eam ego ſupputaui. habebat Mercurium in domo Veneris, qui ſexangulabatur Veneri. Erat enim in Cancro in grad. 3. min. 46. Venus ipſa, & non in Geminis, vt etiam ponit Gauricus in ſuis natiuitatibus: quare hæc conſtellatio contulit ad facundiam dicendi & ad poëſim. Nam edidit multos verſus elegos, & heroicos, tandem compoſuit Grammaticam in lingua vernacula Italica, prorſus diſtante à latina elegantiore.

Eius geneſim vide p. 307.

Obſeruaui in Eraſmo Rhoterodamo, eum habuiſſe Venerem & Mercurium in ſigno Libræ in horoſcopo, valuit igitur amœnitate dicendi, & doctrinæ.

Habui & ego quandam paruam diſpoſitionem ad ornatum dicendi, quia explicat coniunctio Veneris cum Mercurio. Nam Venus erat in ſuo throno, & Mercurius in tertia cæli domo: quare publicè oraui, & operã dedi poëſi, & multa ſcripſi meo & alieno nomine diuerſis temporibus ſermone Italico, & ſuper Petrarchæ cantiones, aliquas ſcholias edidi. Et hoc fuit in cauſa, quia Venus reperitur in ſuo throno & Mercurius in ſuis terminis.

Reſtat, vt dicamus hoc tantum de Aſtrologis pro commenti complemento. Habemus ergo quò ad Aſtrologiam ab iſtis, & maximè ab Abrahamo, quod quoties reperitur Mercurius cum Sole, dummodo non ſit combuſtus, vel ſaltem ſit in domo, & occidentalis ab ipſo Sole, hæc conſtellatio reddit hominem propenſum ad Aſtrologiam, quod poteſt intelligi, ab his, quia Punicus habuit Mercurium prope Solem, ſed non erat combuſtus. Comburitur enim tantum infra 7. gradus. cum

quãdo Mercurius dicitur combuſtus.

Digitized by Google

cum fuerit extra 7. gradus à radiis Solis non eſt combuſtus. Fuit ergo bonus Aſtrologus prognoſticatiuus, & ſpeculatiuus.

Etiam obſeruabimus in Hieronymo Sauonarola, qui fuit Aſtrologus, & ſi quadam affectione ductus, vt haberetur propheta, reticuit hæc. Habuit tamen Mercurium in domo Veneris coniunctum Soli, & ego vidi opera eius in Aſtrologia iudiciaria vbi contradicit Aſtrologis argumentis bonis, quæ niſi fuiſſet bonus Aſtrologus, non potuiſſet conficere.

Idem habetur de Purbachio, & Ioanne de Monte Regio: quia erat Mercurius orientalis apud vtrunque, non tamen erat combuſtus apud Solem.

Et ego habui Mercurium orientalem à Sole, & cum Sole coniunctum & non combuſtũ. Et quamuis fuerim ſæpius impeditus à tali ſtudio, tamen præualuit animi diſpoſitio, quod ſum Aſtrologus ſicut & alij.

*De qualitate animi.*
*Annotationes particulares.*

Ex animę qualitatibus, & ea quę propriè ad intellectum & rationem pertinet, generaliter à Mercurio inquiruntur, qui eſt planeta prudẽtiæ, ratiocinationis & diſciplinę. Nam ex eo dependent virtutes intellectuales nati, vt ſunt ingenium, diligentia, & facilitas in diſcendo & intelligendo. Sed diſpoſitionem animæ irrationalis, ſcilicet vegetatiuæ & ſenſitiuæ ex loco Lunæ, necnon ex ſtellis, quæ in figura ei aſſociantur, vel ad eam applicant, vel ab ea ſeparantur, cognoſcimus.

*De ingenio.*

Non amittetis ſenſum, in cuius natiuitate Luna fuerit ad Mercurium. Almanſoris prop. 16.

Significationes autem ingenij & intellectus, ex poſitũ Mercurij deſumuntur, qui ſi in aliqua ſuarum, vel Saturni domorum, præcipuè in Aquario, domicilio Saturni, vel in Geminis fortunatus cum Capite Draconis Lunæ, vel Cauda Draconis in bono aſpectu Saturni, Iouis, Solis, Veneris, & Lunæ, magnum ingenium, & doctrinam ſolidam in omni ſcientia donat. In reliquis ſignis nihil eximij promittit, niſi ſit cum aliquo nodorum præcipuè cum Capite Draconis, & in bono aſpectu Saturni. Sicut enim Luna vegetatiuam potentiam, ita Mercurius rationalem animam, & ſpiritus animales in cerebro, & vires Cerebri gubernat. Ex themate cæli ingenij ſignificatores colligi poſſũt. Mercurius eſt præcipuus ingenij ſignificator.

Cum igitur Luna & Mercurius & eorum loca benè ſunt affecta, & ſe mutuo benigno radio contuentur, efficitur quædam harmonia inter rationalem animam & reliquas vires, vnde excellens ingenium conflatur. Cùm autem malè affecti ſunt, aut inimicis radiis ſeſe intuentur, aut nullis, prorſus ingenium hebes, aut tardum deſignat.

Ex his etiam mediocritatem colligere poteris. Cum enim Mercurius eſt potentior, & in ſignis imperantibus, ac longarum aſcenſionum, Luna verò in obedientibus, & breuium aſcenſionum, qui ſic naſcetur, in eo ratio imperabit reliquis viribus, videlicet, negatiuę & appetitionibus. Cùm verò Luna eſt potentior, hoc modo, quod plerunque fit, affectus & reliquæ inferiores vires facilè rationem vincent.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Imperantia ſigna | ♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍ | longarum Aſcenſionum ſigna. | ♋ ♌ ♍ ♎ ♏ ♐ |
| Obedientia ſigna | ♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓ | Breuium Aſcenſionum. | ♑ ♒ ♓ ♈ ♉ ♊ |

Quinque ingeniorum domicilia

Sunt etiam quinque domicilia ingenij ſignificationibus dedicata propriè ab Aſtrologis 1. 3. 5. 9. 11. quæ vel ſimul inſpicienda & conſideranda ſunt, cum ex omnibus notæ aliquæ boni mali've ingenij elici poſſint, vel ſeorſum, cum in aliquibus tantum ſigna ingeniorum occurrant.

*Primus Aphoriſmus.*

Mercurius & Luna coniuncti, in quocunque ſigno, ingenioſos reddunt. Sic in genitura Regiomontani Mercurius & Luna placticè in Geminis coniunguntur. Vide eius geneſim p. 236. Vnde hæc coniunctio mirabilem ingenij acrimoniam huic excellenti Mathematico decreuit. Eadem eſt coniunctio Mercurij & Lunæ in themate Eraſmi Reinoldi. pag. 237. Gauricus ponit geneſim Ioannis Baptiſtæ Carmelitæ, & pag. 371. affirmat propter coniunctionem Mercurij & Lunæ, ipſum fuiſſe poetam inſignem, & oratorem facundum.



Digitized by Google

*Thema cæli Hermanni Epiſcopi Colonienſis.*




HERMANNVS Archiepiſcopus Colonienſis & Elector Imperij habuit Mercurium coniunctum Lunę, quare fuit homo omni genere virtutum decoratus, & dedit operam literis. Sed Iupiter decorauit eum ſacris dignitatibus, quapropter anno 1536. fecit ſynodum prouincialem, in quo Ioannes Gropperus Doctor in Canonico inſignis compoſuit illum librum, qui intitulatus eſt, Concilium Colonienſe. Verum, non ſine admiratione, vt denotant Mars in nona cæli domo, & Saturnus in tertia, mutauit religionem ſuam & acquieuit opinioni Lutheranæ cum maximo odio omnium ſuorum amicorum. Et quando ſui beneuoli eum reprehendebant, illis reſpondebat ſibi nihil occurrere poſſe imparato, quod ipſe multo tempore prius ſe præparauerat certò ad omnia quæ ei contingere potuiſſent.

Hic fuit ex nobili familia, ſcilicet de Comitibus Vuendenſibus. Mortuus eſt anno 1552. die 13. Auguſti in ſua patria in ætate ſenili, id eſt anno ætatis ſuæ currente 76. In hac geneſi reperitur illa oppoſitio Saturni & Martis, quæ conſtellatio mala eſt, quicquid autem ſignificauerit, ſuperius diximus.

*Thema Fratris Leandri de Albertis Bononienſis.*




HIc vir factus eſt frater ſacri ordinis prædicatorũ, qui habet Mercurium coniunctũ Lunæ in horoſcopo in ſigno Sagittarij qui fecit eum religioſum & ſatis doctum. compoſuit Ephemerides ab aduẽtu Ludouici Regis Franciæ ad annum 1550. Opuſculum de obitu, & ſepultura diui Dominici, De viris illuſtribus ordinis prædicatorum libros tres, & aliqua commentaria Hiſtoriarum Caroli Ducis Burgũdiæ. Item & vitam Ioannis Bentiuoli 2.

In lingua autem Vernacula ſcripſit hiſtorias Ciuitatis Bononiæ lib. 62. incipiendo ab reſtaurata per Theodoſiũ fundatione vſque 1543. Dein deſcriptionẽ totius Italiæ & inſularũ. Edidit quoque multos libros in vtraque lingua, Quos foret hic magnus connumerare labor.

Habet etiam Iouem in ſeptima cæli domo in ſua altitudine, qui pollicetur ei fœlicem, ac virilem ſenectutem. Saturnus autem in medio cæli quid ſignificet, ſuperius diximus.



Digitized by Google

*Thema Iulij de Ruuere philoſophi & Muſici clariſs.*

Hic habet Mercurium in ſigno Geminorum, quadrangulatum Lunæ, quæ erat in ſigno Virginis, quare fuit orator, Poeta, Philoſophus & Muſicus eminẽtiſsimus: Et quamuis Mars fuerit in ſecunda cæli domo, qui aufert diuitias, nihilominus ex ſuorum oppidorũ prouentibus, habet reditus pluſquam ſeptem miliũ ducatorum aureorum. Eſt enim ex familia Iulij 2. pontificis Maximi, ideo ab omnibus iure optimo honoratur. Munificentiſsimus quoque & omni virtute prædítus.




*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 4. | 46. | ♓ |
| ♃ | 29. | 43. | ♍ |
| ♂ | 0. | 14. | ♑ |
| ☉ | 18. | 29. | ♋ |
| ♀ | 24. | 37. | ♌ |
| ☿ | 12. | 48. | ♋ |
| ☽ | 5. | 7. | ♈ |

*Thema Alberti Durerij Pictoris excellentiſsimi.*

Albertvs Durerius fuit Pictor celeberrimus in ciuitate Norimbergenſi, qui etiam monimenta ſuæ artis literis mandauit. Fuit autẽ Luna cum nodo cũ Sole, & cum Mercurio, atque in Iouis quadrato, & in Martis ſextili, quæ quidem conſtellationes fecerunt eum eſſe potius pictorem quàm philoſophum, ſed Venus angularis in decima cæli domo fecit eum artificem famoſum inter alios pictores. Verum Leonardus Vincius Florentinus, Donatellus pictor, & ſculptor eximius, Raphael Vrbinas, Titianus, & pleriq; alij fuerunt pictores eminẽtiſsimi, quorum natiuitates non circunferuntur. Excellentiſsimus omnium eſt Michael Angelus Florentinus. Hic Durerius mortu' eſt anno 1528.

Eius genesi m' vide pag. 369.




*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 26. | 0. | ♋ |
| ♃ | 6. | 0. | ♈ |
| ♂ | 25. | 0. | ♍ |
| ☉ | 11. | 0. | ♋ |
| ♀ | 18. | 0. | ♋ |
| ☿ | 2. | 0. | ♌ |
| ☽ | 4. | 10. | ♋ |

*Thema Ioannis Antonii de Rubeis Mediolanenſis.*

177. II.




Ioannes Antonius, quăuis fuerit ſine literis, nihilominus inſculpēdo figuras cŏcauas, & eminētes, ſiue eleuatas in lapidibus, quos vulgo cameos vocitant, alioſque lapides precioſos, necnon in ferro, calybe, & quolibet metallo eminentiſsimus, ſed in ſculpēdis cameis præclarior. Hic habet Mercuriū coniunctū Lunæ & Soli, & eſt orientalis, & habet conuenientiā cū Saturno & Marte: Nam ipſe Saturnū reſpicit ex trino aſpectu, & Martē ex ſextili: quare inter artifices ſuæ profeſsionis cōnumerandus eſt primus ex excellentia ſui ingenij. Quapropter nos dicimus has cōſtellatiōes ſignificare opera nati, eiuſq; magiſteria cōueniētia, & cōmoda fuiſſe, & quod ex inde cōmēdaretur, & in illis, & ex illis ſecurus exiſtere, nec de eorū cauſa verecundiā, vel opprobriū aliquod eſſe habiturum, ſed honorē atq; vtilitatem, prout opus, ſeu magiſteriū in ſua natura fuerit: & ex illa occaſione ſublimari, atque pro eo meritò magiſter vocari. Hæc igitur declarauit illa coniunctio Mercurij & Lunæ pro præſenti obſeruatione.

167. II.




*Henrici Rantzonij Natiuitas.*

Henricvs Rantzonius Vicarius Regius natus eſt in arce Stinborch in Holſatia. hic habet Mercuriū coniunctū cū Luna, quapropter dicimus quod in quocunque fiat ſigno hæc coniunctio, excellentia facit ingenia, in quibus nō tantū eſt indolis præſtātia, ſed & induſtria atque ſagacitas eximia, ſed quādo Mercurius eſt retrogradus, actiones, non ingenium impedit, imo obſeruaui (quoniā fuerit retrogradus) ipſum facere ingenium acutū & nobile, & magnopere natum eſſe omniū virtutum participē. Verum cum ſit Mercurius in hac geneſi in angulo dat ei alacritatem ingenij, literarum atque diſciplinarum ſtudiū, in primis verò rerum mathematicarum, & naturalium. Sed Daſipodius Aſtrologus excellentiſsimus mortem ſubitaneā ei adſignat, quoniā Sol, Saturnus, & Mars reperiuntur in ſigno violento, & cauda Draconis Lunæ in octaua cæli domo cū ſtella violēta Hercule. Dicit tamē quòd erit longæuus, propterea quòd Hylech, & Alchocoden ſunt fortes, & aſcendentis, & Lunæ ſigna ſunt humida, & ſatis humidi radicalis ſuppeditant nato. Dominus verò aſcēdētis & Almuten, ſcilicet per ſe feruens eſt, & feruidū ſignum domicilium propriū occupat, vnde æquali menſura natiuum calorem humido radicali proportionatum præbet, ita vt neque humoris redundantia calorem extinguat, neque conſumi citò ab illo poſsit.

Deinde ſubiungit quod aſtra minantur illi mortem anno climacterico 56. quoniam profectio eius aſcendentis peruenit ad octauam domum, & □ ☉ ♄ & ♃ & Lunę quæ eſt Hylech ad oppoſitionē ☉ ♄ & ♃. Sed cum directiones non adeò ſint malę (directio enim aſcendentis à △ Martis ad □ Solis tendit) illum annum hunc ſuperaturum ſperat. Id an ita ſit, penes lectorem iudicium eſto.

Secundus

## SECVNDVS APHORISMVS.

Mercarius & Luna, ſextili radio ſe intuentes, ingenium denotant.

*Thema Iacobi Milichii.*



Talis eſt configuratio Mercurij in 19. grad. Aquarij & Lunæ in 23. grad. Arietis, in genitura clariſsimi viri Iacobi Milichij. Hi enim duo planetæ ex ſextili aſpectu partili ſeſe mutuo intuentur. Ingenium ipſius fuit excellens, multa prudenter excogitando, & in intelligẽdo ab aliis tradita feliciſsimum.

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 29. | 16. | ♋ |
| ♃ | 25. | 6. | ♍ |
| ♂ | 18. | 3. | ♋ |
| ☉ | 17. | 52. | ♎ |
| ♀ | 29. | 16. | ♒ |
| ☿ | 10. | 30. | ♒ |
| ☽ | 6. | 8. | ♍ |

Eadem eſt habitudo Mercurij & Lunæ in genitura Victorini, qui hãc lucem venit feliciſsimo ſydere. Vide eius geneſim pag. 271.

*Thema Nicolai de Gianfiliatis Florentini.*



Hic adoleſcens formoſus, nobiliſq; ſanguinis, & animi à parẽtibus ad artes mechanicas applicatus eſt, & ad negocia lucroſa: quam quidẽ artem odio habet, & cum liber fuerit à poteſtate ipſorum, credo quod faciet negocia ſecundum animi ſui nobilitatẽ. Ipſe enim inter alias ſcientias operam nauauit hiſtoriæ, in qua magnum fructũ fecit, ita vt multi admirati ſint eius memoriam in enarratione ipſarum, vt inſinuauit Luna in Leone ſexãgulata Mercurio in principio ſigni Scorpionis. Eſt autẽ meus diſcipulus in mathematicis diſciplinis, & eum reperio ſatis ingenioſum, & memoriam tenet profundiſsimã, & eſt adoleſcens magnæ expectationis. ſed cũ Mercurius & Luna ſint inuenti in ſigno fixo, eum fecerunt firmum in ſuis rebus & cõſtantem, nec permutabilem: Sed tamen eſſe pertinacem decernunt. Eſt enim benignus, hilaris, altæ ſtaturæ, ſed nondũ proportionatus ob ætatem ſuam. Sed cũ Luna in duodecima cæli domo reperiatur, multiplicabit hoſtes & inimicos, & Saturnus in vndecima cæli domo inuentus in Cancro, oſtendet damnum ex amicis, & faſtidium propter eos, vel amiſsionem ipſorum, & faciet ipſe iter, de quo nunquam ad patriam redibit, vel tardè & cum magno labore. Et ſæpeſæpius non habebit quod deſiderabit. Nihilominus euadet fortunatus cum dignitate & potentia. Quid ergo dicat Maternus de quadrangulatione Saturni & Martis, penes Lectorem iudicium eſto.

Tertius

*Tertius Aphoriſmus.*

**Mercurius & Luna trino aſpectu ſeſe intuentes,** ſimiliter ingenioſos efficiunt, ſed imbecillior eſt hic radius, quàm ſextilis in iudicio ingenij.

*Nicolai Copernici Natiuitas.*




Vt in genitura Nicolai Copernici Mercurius eſt in principio Arietis, & Lunam trigono partili in 7. grad. Sagittarij aſpicit. Excellentiã ingenij ei' in mathematicis, monumenta ab eo relicta docent. Ipſe enim eſt Aſtrologus eximius, & in ipſa arte Germanicus Ptol. Fuerunt ergo in hoc viro hæc, videlicet ſingularis doctrinæ cupido, ac in ſtudio perſeuerantia, quæ à ſtellis ad occaſum tendentibus ei portendebantur: at Venus in ſextili aſpectu Mercurij conſtituta & Lunæ radiis amicis fulta, ſcribendi ſtudium auxit, ſapientiamq; addidit vt inter celeberrimos noſtri temporis Aſtronomos, primus haberetur. In hoc viro etiam fuit nominis claritas, principumque familiaritas. Hæc præſtant luminaria bene affecta in angulis, quod non tantum quam habuerat dignitatẽ promiſerant, ſed in futurum tempus lõge maiorem, ſi ſuperuixiſſet. Obiit anno ætatis ſuæ 70.

Talis eſt aſpectus Mercurij & Lunæ ex trigono in genitura Georgij Purbachij, vt ſupra demonſtrauimus per eius geneſim in noſtra commentatione.

*Quartus Aphoriſmus.*

Mercurius & Lunæ quadratus aſpectus ingenium quidem largitur, ſed aliquando turbidius, & minus ſagax.

*Thema Andreæ Oſiandri.*




Sic in themate Oſiandri Mercurius & Luna ſeſe quadrato aſpectu reſpiciunt, cuius ingenium notum eſt.

Idem poſitus eſt in geneſi Pici Mirandulæ, qui ingenioſus fuit, ſed varium magis habuit ingenium etiam, propter Saturnum & Mercurium coniunctum. Inſignis hoſtis Aſtrologiæ, cuius tamen ignarus fuit, fortaſsis odio quorundam, qui ei ex directione horoſcopi ad corpus Martis, annum fatalem 33. prædixerãt, quo etiam mortuns eſt. Sed ego credo quod poſt eius ſcripta contra Aſtrologos, illi interit' ſui annũ indicauerint, vt artem iſtam veram oſtenderent, nempe annum ætatis 33. quo periit, quemadmodum ex ſcriptis hincinde editis conſtat. eius geneſim vide ſuperius in commentatione iſtius capituli.

Quintus

*Quintus aphoriſmus.*

Mercurij & Lunæ oppoſitus, præſertim ex angulis, cõtumacia & turbulẽta ingenia denotat. Quod ſi alteruter ſit in ſuo detrimento, ingenia ſeditioſa, temeraria, ſtolida, quæ audacter periculoſa conſilia ſtruunt, deſignat. Exemplum habes in themate Cornelij Agrippæ in cui' geneſi oppoſitus Mercurij & Lunæ decreuit ei ingenium varium. vide eius geneſim ſuperius in noſtra commentatione.

*Sextus aphoriſmus.*

Mercurius in Tauro, retrogradus, aut combuſtus, vel in Capricorno in duodecimo cæli loco, à malignis partiliter damnatus, ſimplices & rudes efficiet, quantumuis eum Luna aſpiciat.

*Cuiuſdam viri irrationalis Natiuitas.*




VT in genitura, quę facta eſt anno 1526. in ſexta enim domo & in quinta coniunguntur Iupiter, Sol, & Mercurius in Tauro. Ingenium fuit ſimplex, ſtupidum, & prorſus rude.

*Cautela.*

Cum nulla ęſt inter Mercurium & Lunam conueniẽtia per aſpectũ, modo iam dicto, ſequentia conſiderabis.

*I. Aphoriſmus.*

Mercurius ſaluus (id eſt non læſus partiliter à maleficis, præſertim Marte) in Aquario & in bono loco cæli facit ingenium prorſus diuinũ, ad omnes diſciplinas aptiſsimum, & in omni doctrinarum genere excellẽs, præſertim ſi ſit orientalis, velox & cum capite Draconis Lunæ, vt in themathe Philippi Melanchthonis.

*Philippi Melanchthonis Natiuitas.*




Is fuit orator facundus, poeta egregius, & profitebatur literas Latinas, Græcas, & Hebraicas, aſtrorũ peritus: Sed apud Catholicos eius ſcripta ſordet, & ſunt exploſa, quoniam continent hæreſim Lutheranam. Mars enim partiliter coniunctus Soli in tertia cæli domo, quam Arabes religioni deputabant, effecit ipſum hæreticum, Chriſtianæ religionis hoſtem acerrimum, atque prophanum. Cum igitur compleſſet annos 63. dies totidem moritur Vuitebergæ.

Talis eſt poſitus Mercurij in themate D. Andreæ Vaſalij, niſi quod occidentalis eſt cum nodo. Quam meritis excellẽti ingenio, Thema ſuo loco inferius declarabit.

Secun

*Secundus Aphoriſmus.*

Mercurius ingenij acumen adiuuat & induſtriã, ac præcipuè vim admirabilem eloquentiæ, & ad poëſim atque ſcientias liberales ſingularem amorem, in iiſque tractandis inſignem fęlicitatem excitat, cum in horoſcopo conſtituitur, orientalis ſimul & velox, præſertim in Ariete, Geminis, Virgine, Libra & Sagittario. In Tauro verò conſtitutus, etiamſi ſit in horoſcopo, tamen magis ſtupidos, ſimplices & rudes efficit, niſi à Venere recipiatur, aut alioquin benigno radio Iouis vel Martis excitetur. Huius aphoriſmi paſsim exempla occurrunt. Referri poteſt hic genitura Eraſmi Rhoterodami, cuius ingenium Germaniæ notum eſt. Sic Franciſcus Petrarcha Mercurium cum Sole in horoſcopo habuit.

Vide eius geneſin pag. 272. vide ſuperius pag. 369.

*Tertius Aphoriſmus.*

Mercurius in domo ſua aut receptus à Venere ex domicilio, aut exaltatione, præſertim in angulis figuræ cæli, acre ingenium decernit, vt in Stofleri geneſi, Mercurius in Geminis circa angulum imi cæli, acre & induſtrium ingenium ei largitus eſt.

Omnes tiu tates iſtas inu nies inferius.

Sic Hermolaus Barbarus vir doctiſsimus Mercurium in Geminis circa imum cæli habuit.

Ac in genitura Andreæ Alciati, Mercurius ex angulo orientis, recipitur à Venere ex domicilio, quæ receptio idem præſtat, ac ſi vterque in ſua domo fuiſſet.

Vide ſuperius in commentariis.

Item, Georgius Sabinus Poeta & orator, Mercurium receptum habuit à Venere ex horoſcopo. Talis eſt receptio Mercurij ex domicilio & angulo orictis à Venere in themate Iacobi Micylli Poëte.

Ita Petrus Bembus Cardinalis, eloquentia & acrimonia ingenij excellens, Mercurium receptum habuit à Venere ex bono cæli loco.

Ac Alberti Dureri in geneſi excellentiſsimi Pictoris, inſignis eſt receptio Mercurij & Veneris mutua, ex domiciliis in angulo medij cæli.

*Georgij Sabini Natiuitas.*

Georgius Sabinus Victimbergenſis orator & poëta clariſsimus aufugiens bellicos tumultus, cum multis ſuis filiis, & filiabus & vxore, ſe contulit ad ciuitatem Monteregij, & inde anno 1550. deſtinauit ad Gauricum Elegiam de Chriſti die natalicio, religioſiſsimam, quippe quòd nullam iſte vir redolet hęreſim Lutheranam, ſed catholicam fidem veneratur, vt bonos decet Chriſticolas.




*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 23. | 36. | ♈ |
| ♃ | 18. | 37. | ♒ |
| ♂ | 18. | 40. | ♈ |
| ☉ | 17. | 32. | ♌ |
| ♀ | 20. | 22. | ♋ |
| ☿ | 3. | 0. | ♌ |
| ☽ | 9. | 11. | ♒ |

Alexan

### *Alexandri Ceſati Florentini Natiuitas.*

ALEXANDER Ceſatus Florentinus, habet Mercurium euntem ad Venerem contrapoſitum Lunæ, qui decernit acre ingeniũ, ideo iſte Alexander eſt clarus in ſculpendo figuras concauas, & eminentes in lapidibus, quos vulgo cameos appellant, & in quocunque metallorum genere: & Typos ad cudenda numiſmata Romæ elegantes effecit.




*Antiſcia planetarum.*

♄ 19. 58. ♉

♃ 22. 55. ♈

♂ 20. 6. ♉

☉ 5. 55. ♍

♀ 20. 29. ♍

☿ 1. 20. ♎

☽ 18. 5. ♈

### *Iuliæ Rattæ Bononienſis Natiuitas.*

IVLIA Ratta de Maluitiis Bononienſis formoſa mulier, macilenta potius paruæ ſtaturæ quã procerę habet Iouẽ, Venerẽ, Mercuriũ in Virgine ipſius Mercurij contubernio in occaſu. Item horoſcopum in finibus Mercurij à beneficis planetis circundatum quæ effecerunt ipſam Iuliam ſatis ingenioſam in pulſanda Cheli, Cythara, atque variis inſtrumentis Organicis celeberrimam. Fuit deſponſata viro nobili primo, ſed non copulata. Tandem anno 1546. deſponſata, & copulata Ioanni Maluitio Equiti aurato, orba fratribus. Licet Mars & Sol ſint in occiduo cæli Cardine, tamen mors ipſius erit naturalis, & glorioſa ex Ioue in octaua cæli domo.




*Antiſcia planetarum.*

♄ 16. 32. ♋

♃ 4. 53. ♈

♂ 7. 42. ♉

☉ 12. 5. ♉

♀ 23. 9. ♈

☿ 17. 56. ♈

☽ 4. 33 ♒



Digitized by Google

*Vlrici ab Hutten Natiuitas.*




VLRICVS ab Hutten habet Mercurium in exaltatione Lunæ, & ipſam Lunã in exaltatione ipſius Mercurij quæ quidem conſtellatio ſignificat bonitatem ingenij & eius ſolertiam. Et quia ſe reſpiciunt ex trino aſpectu, denotant facundiam & eloquentiam. Quare fuit doctus & vir inſignis.

*Antiſcia planetarum.*

♄ 26. 16. ♐

♃ 14. 2. ♎

♂ 26. 9. ♍

☉ 19. 32. ♌

♀ 2. 39. ♎

☿ 8. 52. ♌

☽ 19. 40. ♈

*Quartus Aphoriſmus.*

Mercurius receptus à Luna ex domicilio, vel exaltatione, largitur inſignem ingenij ſolertiam: ſic in genitura Vlrici ab Hutten Mercurius & Luna ex exaltatione ſe mutuo reſpiciunt.

*Quintus Aphoriſmus.*

Mercurius in Ariete, præſertim ſi reſpicitur à Marte ex eadem dignitate, abſentibus radiis maleficorum, ingenij ſolertiam admirabilem exhibet.

Huius Aphoriſmi exemplum conſideretur in themate Ioachimi Camerarij.

Ita ſe recipiunt Mercurius & Mars ex domiciliis in genitura Eraſmi Reinholdi. Vide eius geneſim pag. 237.

*Ioachimi Camerarij Natiuitas.*




IOACHINVS Camerarius Norimbergenſis Orator, & Poeta egregius, Aſtronomus, eleganti Latinitate decorauit duos primos tractatus Apoteleſmaton Ptolemæi. Sed eius opera non leguntur apud Catholicos, quoniam redolent hæreſim Lutheranam.

*Antiſcia planetarum.*

♄ 2. 46. ♌

♃ 7. 12. ♎

♂ 2. 22. ♋

☉ 23. 36. ♌

♀ 8. 0. ♋

☿ 8. 25. ♍

☽ 17. 50. ♓

*Sextus Aphoriſmus.*

Mercurius in receptione Martis, retrogradus, & à maleficis afflictus, ingenium efficit quidem induſtrium & acutum, ſed nimis callidum, ambitioſum, rixoſum & factioſum.




Qvis ſit Matthias Flaccus Illyricus, non eſt opus declarare: quoniam cum omnes cognoſcunt per ſua opera, quæ redolent diuerſas hæreſes. Eſt exul à patria religionis cauſa, vt inſinuat Mars in ſeptima cæli domo, qui ei multa pericula, incommoda, & contrarietates, & alia vitæ diſcrimina dabit.

*Thema Matthiæ Flacci.*

*Antiſtia planetarum.*

♄ 9. 58. ♐
♃ 11. 40. ♓
♂ 1. 5. ♋
☉ 7. 18. ♌
♀ 11. 0. ♎
☿ 24. 7. ♍
☽ 30. 0. ♌

*Septimus Aphoriſmus.*

Luna in nodis callidos, agiles, & ingenio promptiſſimos efficit, ſi lumine creſcat, & non procul ſit ab oppoſitione. Sic cũ eſt ſimul in maxima latitudine, Alcibiadæa ingenia, id eſt, callida, acuta, induſtria, & inſtabilia reddit. Nam in tali ſitu ſubito motum variat.

*Octauus Aphoriſmus.*

Vniuerſaliter ſunt præſtantia ingenia, cum plures planetæ in trigono aereo conſtituuntur, videlicet Geminis, Libra & Aquario. Eius exemplum vides in genitura Pauli Crellij, qui omnes planetas ferè habet in Libra & Aquario.

Mercurius bene affectus in Aquario, & in bono loco cæli, facit homines ingenio ad omnes diſciplinas aptiſſimo, præſertim ſi fuerit orientalis, velox & cum Nodo. Nam ita conſtitutus acumine & celeritate inuentionis mirabiles, ingenio promptiſſimos, & in omni doctrinarum genere excellentiſſimos efficit.

Mercurius in horoſcopo inuentus ſignificat acumen ingenij, & induſtriam, niſi tamen ſit in Tauro: quia vt dixi, in eo ſtupidos facit.

Mercurius & Luna ſi iuncti fuerint in Tauro, erit natus ſtudioſus & etiam eruditus.

Mercurius in Libra, vel Aquario, ingenium celebre, vt nullibi aliàs, præſtat: facit & aliquid in Capricorno.

Mercurius bene diſpoſitus cuicunque fuerit, Luna autem male, bene is intelliget, & male deliberabit. Vnde hi etiam aliis optimè conſulunt, rem ſuã malè gerunt.

Mercurius ſi fuerit in aliqua domorum Saturni in ſua propria diſpoſitione, ab aliis non vitiatus, natus fiet optimi intellectus, & profundi conſilij in rebus, occulti animi, intelliget res perfectiſſimè. Si autem fuerit infortunatus, diminuetur ſignificatum proportionaliter. Ptolemæi ſenten. 38.

Iupiter in aſcendente in domo Mercurij, ſignificat bonitatem intellectus.

Mars ſi aſpexerit dominum aſcendentis & partẽ ſenſus profundi, erit natus intelligens, acutus & feruens in corde ſuo.

Pars ſenſus profundi (quæ accipitur de die à Mercurio in Martẽ, nocte è contrario, & proiicitur ab aſcendente) & eius dominus ſi fuerint cum domino aſcendentis, vel dominus partis habuerit aliquam dignitatem cum domino aſcendentis, & aſpexerit eos Mercurius forti aſpectu, ſignificat quòd natus erit bonæ rationis ac bonæ cogitationis, & bonæ elocutionis ad docendum, quod dicere vult, & erit boni ſenſus & rationalis & ſciens. Leopol. tract. 5. & Abenr. par. 4. c. 12.

Humana ſigna faciunt natum modeſtum & ingenioſum, & rationis capacem.

Domeſtica ſigna faciunt natum mediocris ingenij, non multum rationalem, neque aptum ad diſciplinas.

Cingulus Orionis aſcendens, ingenium acuit, & induſtrioſos facit.

Rictus Capricorni, ingenium præclarum donat, ſi Mercurio permiſceatur.

Serpentarij caput cum Mercurio facit acutos & ſagaces.

Mercurius peregrinus combuſtus à Sole, tardus motu & infortunatus à Saturno, vel Marte, ingeniũ corruptum, & ſtolidum ſignificat.

Mercurius à Luna ſeparatus, id eſt, non intuens eam vllo aſpectu, ingenij vires imbecilles notat. Quod ſi plura incommoda acceſſerint, vt ſi Mercurius ſit peregrinus, & in domo cadente, prorſus corruptum ingenium ſignificat.

Mercurius retrogradus, & latens ſub radiis



Digitized by Google

tardiſſimos, aut in actionibus, aut ingenio oſtẽdit.

Mercurius ſi fuerit in Aquario coniunctus Marti in octaua domo, rude ingenium decernit.

Mercurius ſi fuerit in Martis conſtellationibus, natus erit mali intellectus.

Mercurius in Tauro vel Scorpione infortunatus, ſignificat ingenium rude, & ad ſtudia literarũ minime aptum.

Luna in Ariete ſi fuerit, bonum ingenium, ſed mutabile præſtat.

Silueſtrium ſignorum formam tenentia, faciunt natum deterioris ingenij, & diſciplinæ parum participem & vrbanitatis, ſed ad omne violentum & ruſticum magis inclinatum.

Pars rationis & profunditatis conſilij & intellectus, accipitur in die à Saturno in Lunam: nocte è contra, & proiicitur ab aſcendente. Quæ ſi fuerit bene poſita cum ſuo domino, ſignificat rationem, cogitationem, conſilij profunditatem & intellectus, conſiderationem quoque, & inquiſitionem rerum profundarum, & inuentionem ſapientiarum, & conſiliorum laudabilium.

Dominus aſcendentis ſi fuerit in octaua domo, natus erit mali ingenij, fraudulẽtus, & infirmi cordis & multarum triſtitiarum. Abenr. par. 5. c. 7.

Luna cum ſtellis Aquarij à quarta Piſcium vſque ad decimam ſtupidos facit & ſtultos.

Mercurius cũ ceruice Leonis, ſtupidos & ignauos facit. ſtellæ Saturni & Iouis cum Mercurio, ſtudioſos, ſapientes & induſtrios faciunt.

*De ſcientia & virtutibus contemplatiuis.*

Mercurius ſi fuerit in aſcendente orientalis & velox, tunc natus fit eloquens & in ſcientiis liberalibus doctus. Idem erit etiam ſi fuerit in Sagittario in propriis terminis tali modo. Hermetis Aph. 46. Nam erit procliuis ad omnes ſcientias.

Mercurius in Leone facundos facit; in Ariete autem ſermone gratos, & Aſtronomos. Iudæi in ratione primæ domus.

Cuicunque fuerit Mercurius in duodecima domo, erit ſapiens, magnuſque philoſophus. Almanſoris ſententia 34. Nam Mercurius in duodecima domo ſignificat quòd natus erit valde ingenioſus: vt dicit Abenr. par. 5. c. 14. eo quòd omnes planetæ dicuntur infælices in hac domo, Mercurio excepto: quia dat pronitatem ad ſcientias & artes liberales, & ideo in c. 9. Aph. ſignorum dicit idẽ Aſtrologus, Si Mercurius fuerit in duodecimo loco ab horoſcopo, reddet natum procliuem ad philoſophiam, & ad omnia naturę ſecreta. Et Mater. c. 8. li. 3. multas dignitates attribuit Mercurio in ſexta, vel duodecima domo. Et quo ad acuitatem ingenii & naturalem diſpoſitionem ſcientiarum videtur melius facere in cadentibus domibus, quàm in aliis, vt dicunt Iudæi in ratione primæ domus.

Mercurius ſi fuerit fortunatus & orientalis, erit ei prudentia in fide, & in diſputatione, habens diſciplinam in verbis. Omaris ſen. li. 3. c. de itinere.

Cuicunque fuerit Mercurius in domo Saturni erit magni intellectus, longæque cogitationis, ſapiens, & Philoſophus. Almanſoris ſent. 12.

Mercurius in nona à fortunis aſpectus, oſtendit natum ea per ſe diſcere, quæ ſibi nullius magiſterio fuerint oſtenſa: ſi à malis aſpectus fuerit, dic contrarium.

Mercurius retrogradus cum Venere in eodem ſigno faciunt perfectum cantorem. Almãſoris ſententia. 28.

Mercurius in Geminis in tertia domo à Sole remotus, & à nullo impugnatus, facit clariſſimos ingenio, ac magnos in literis.

Mercurius dominus nonæ domus, aut in nona domo ſi fuerit ſtella de natura Mercurij, natus erit Aſtrologus, rerum celatarum relator.

Mercurius orientalis à Sole, & fortis, cum ſapiẽtia manualium operum peritiam indicat. Abrahami Iudæi ſen.

Mercurius ſi fuerit in domo caſus, ſiue in cadentibus ab horoſcopo domiciliis, ſubtilitatem ſine fama ſignificat.

Mercurius ſi fuerit in aliqua ſuarum domorum, vt pote in Geminis, aut Virgine, liberalium artiũ ſcientiam decernit.

Mercurius ſi fuerit in aliqua domorum Saturni, vel ex ſextili vel trigono eum intueatur, vbicunque ille extiterit, philoſophos & oratores facere conſueuit, & rerum altiſſimarum & diuinarum indagatrices. Abrahami Iudæi ſententia in ratione primæ domus.

Mercurius ſi fuerit in aliqua domorum Iouis, vel eum quocunque modo reſpexerit, animam nati beneuolam, largam, & legum amatricem denotat. Idem vt ſup.

Mercurius in Tauro Veneri coniunctus & veſpertinus, Aſtronomos & Mathematicos facit.

Venus & Iupiter in eodem gradu cum Sole ſi fuerint inuenti, ſignificant quòd natus erit eremita, & quaſi propheta, cuius verba ab omnibus recipientur. Almanſoris ſententia 136.

Venus ſi fuerit in horoſcopo partiliter inuenta, & Saturnus in quarta domo eam reſpiciat per quadratum aſpectum, ſignificat quòd natus erit religioſus, & magnus concionator. Materni ſententia lib. 6. cap. 31.

Sol & Luna ſi fuerint coniuncti in ſigno Tropico, cum quibus Mercurius reperiatur, maximam ſapientiam, & præclarum ingenium, ac multarum rerum ſcientiam, ſed cum oculorum cæcitate, & corporis debilitate decernũt, vt inſinuat Homeri natiuitas. Mater. vt ſup.

Mars & Venus in ſexta domo, arguunt perfectũ medicum. Almanſoris ſent. 28.

Mars & Venus cum Sole in eodem puncto ſi fuerint inuenti in loco Veneris & termino, verba nati ab hominibus recipientur, & à nullo repudiabũtur. Almanſoris ſententia 135.

Iupiter dominus aſcendentis ſolitarius facit, vt diligat natus diſciplinas.

Iupiter in Cancro, remotus ab aſcendente, nec impeditus ab aliquo malefico, facit natum rationalem & in ſcientiis valde peritum, diliget tamen ſolitariam vitam, nec habebit laudẽ de ſcientia ſua. Hermetis ſent. 52.

Iupiter cum Orionis humero, & Mercurio, artifices præſtantiſſimos ingenio docilimo, & diuinos, & excellentes Aſtrologos facit.

Luna in aſcendente, diuinãdi cupidũ & futurorũ ſcientiæ facit, maximè autẽ in cõmunibus ac mobilibus

bilibus ſignis.

Luna, Mercurius & Venus ſi fuerint in vndecima domo in ſigno Cancri, & Mars eos trigonica radiatione reſpiciat, muſicos faciunt, qui lyra, vel harenarios, vel æreneruos, dulci modulatione percutiant. Materni ſententia lib. 6. cap. 31.

Coniunctio planetarum in prima domo, dat ſapientiam.

Tres planetæ in aerea triplicitate cum Mercurio, faciunt præeminens ingenium, & ſublimitatē ſcientiæ.

Signum nonæ domus ſi fuerit domus Iouis in nocte, & Luna in eo, natus erit Aſtrologus, rerum celatarū relator. Idē erit, ſi dominus nonæ domus fuerit Mercurius, aut in nona domo fuerit ſtella fixa de natura Mercurij.

Taurus, vel Piſces ſi fuerit aſcendens alicuius, & Iupiter & Venus atque Mercurius iuncti in aſcēdente, ſique fuerit ipſe Iupiter & Venus in zamini Solis, qualitercunque aſcendens fuerit, natus erit tanquam propheta, & eius verba melliflua reputabuntur.

Virgo aſcendens alicuius & Mercurius boni eſſe vel ſaltem non infortunatus, ſignificat fortunā in medicinis, ſed in lucro, & ſalario cauſa medicinæ infortunium. Si legibus adhæſerit, erit infortunatus in ſuis aduocationibus, aduerſabuntur ei homines pro nihilo, & loquentur de ipſo mala. Guidonis Bonati ſen. par. 1. conſid. 112.

Quicunque Sagittarij ſignum in horoſcopo habuerit, & in eo inuenti fuerint Mars, Mercurius & Venus, & Iupiter reperiatur in ſeptima domo, & Sol in ſecunda, & Luna in quinta, & Saturnus in nona. Hæc genitura diuinū poetam heroici cuiuſdā carminis facit, vt Martios ſtrepitus, pugnarumque metuenda certamina, celeberrimi carminis nobilitate perſcribat. Materni ſen. li. 6. cap. 31.

Quicunque habuerit ſignum Virginis in horoſcopo, & in eodem ſigno fuerint partiliter collocati Mars, Venus & Mercurius, & in ſeptima domo reperiatur Iupiter in ſigno Piſcium, & Sol in ſecunda domo in Libra, & Luna in quinta in Capricorno, & Saturnus in nona in Tauro, erit orator, vt in modum fulminum, dictorū eius ſententię proferantur, ita vt pro eius arbitrio, multitudinis animi, aut quieſcentes excitentur, aut incenſi facile mitigentur. Mater. vt ſup.

Quicunque ſignum Aquarij in horoſcopo habuerit, & Mars & Mercurius & Venus fuerint collocati in ipſo ſigno, & Iupiter ſit inuentus in ſigno Leonis in ſeptima domo, & Sol in ſecunda domo in ſigno Piſcium, Lunáque in quinta domo in ſigno Geminorum, & Horoſcopum reſpiciat ex trigono aſpectu, & Saturnus reperiatur in nona domo, hæc genitura diuinarum & cæleſtium inſtitutionum reddit interpretem & magnum philoſophū in omnibus ſecretis naturæ peritū. Mat. vt ſup.

Quicunque Libræ ſignum in horoſcopo habuerit, in quo Mars, Venus & Mercurius fuerint inuēti: Iupiter verò in ſeptima domo in ſigno Arietis eos aſpiciat ex diametro: & Sol ſit in ſecunda domo, id eſt in anaphora horoſcopi, & Luna in quinta, & Saturnus in nona domo, hic natus erit Poeta famoſiſſimus. Mat. vt ſup.

Quicunque Arietis ſignum in horoſcopo habuerit, in quo fuerint Mars, Mercurius & Venus, & Iupiter reperiatur in ſeptima domo, Sol in ſecunda, Luna in quinta, & Saturnus in nona: is diuinus erit artis mechanicæ repertor, qualis fuit ille Syracuſanus Archimedes. Mater. vt ſup.

Pars legis ſi fuerit cum Saturno, natus perquiret res & ſcientias antiquas, neque faciet aliquid, niſi pręuia deliberatione. Quę pars accipitur in die à Mercurio in Lunam, Nocte è contra, & proiicitur ab aſcendente.

Pars cælati ſi fuerit in Capricorno, natus erit ſapiens, grauis, & ordinatus: Quæ pars accipitur in die à Luna in Solem. Nocte è contra, & proiicitur ab aſcendente. Aben. ſen. par. 4. c. 10.

Pars Mercurij, quæ eſt ingenij, ſi fuerit bene poſita, ſignificat petitionem diuerſarum ſcientiarum, & Aſtronomiæ calliditatem, negotiationem, ſcripturas & numeros. Leopoldi ſententia tract. 5.

Dominus ſpiritus ſi fuerit ex ſuperioribus planetis, fueritque oriētalis à Sole in eius fortitudine magna, erit tunc nato anima ſublimis & vigoroſa in intellectu & ſcientia plena. Abrahami Auenaris ſententia in ratione primæ domus.

Luna ſi fuerit ligata cum Mercurio (teſte Ptolemæo) ligatione aſpectus, aut coniunctione, ambo gradum aſcendentis aſpicientes, tunc anima nati erit perfecta, & fortificabitur eius ſcientia ſuper ipſius deſiderium, neque operabitur aliud, niſi rectitudinem & iuſtitiam: neque commutabitur ſciētia nati in ſuis infirmitatibus. Si verò contrarium fuerit, in omnibus è contrario, magis quàm in eius infirmitatibus. Idem vt ſup.

Sapientes Indorum dixerunt, quòd ſi Mercurius fuerit cum Saturno oppoſito, vel quadrato aſpectu, ſignificabit animam nati ſapientem extrahentem ex eius corde ſcientiam & adhuc melius, ſi alter illorum Almuten ſpiritus fuerit. Idem vt ſup.

Dixerunt & itidē ſe expertos fuiſſe, quòd ſi Mercurius fuerit in vna domorum Saturni, ſignificabit profunditatem cogitationis, & ſcientiam conſiliorum abſconditorum, & rerum altiſſimarum, & maximè ſi Mercurius fuerit Almuten ſpiritus. Idem vt ſup.

Stellæ Iouiales & Martiæ cum Mercurio, medicos inſignes faciunt.

Cor Scorpionis cum Venere, muſicos aut præclaros Poetas facit.

Scientia {
Saturni, ſunt menſurationes.
Iouis, lex eſt.
Martis, medicina.
Solis, ſunt iudicia aſtrorum.
Veneris, cantus.
Mercurij, ſunt grammatica locutionis, & probationis, & ſcientiæ philoſophorū, & numerus, & ei ineſt participatio in omni genere ſcientiæ.
Luna verò ſignificat verba vana, & reprehenſionem.
}

Luna ſi fuerit ſub radiis Solis cum Mercurio, aut Mercurius ſub radiis Solis: Luna autem diminuta lumine, natus erit ſtultus, ſed non omnino.

Sol in Cancro ſi fuerit, & Luna lumine diminuta ſub terra, erit natus ſicut Aſinus.

Saturnus cum Mercurio ſi fuerit in aſcēdēte, & Iu



Digitized by Google

piter eis oppoſitus, erit autem retrogradus, & in ſeptima domo, natus erit duri ſenſus.

Sol ſi in domo Lunæ, ipſa ſub terra infortunata, ac lumine diminuta ſi fuerit, nat' erit duri ac mali intellectus, ſicut Aſinus debilis conſilij, & groſſi cerebri. Lege Albubatrem cap. 29.

*De ſcientiis prohibitis.*

Pars fortunæ & pars fidei ſi fuerint in nona vel tertia domo ſine aſpectu fortunæ, & infortunæ eas ex oppoſito domus ſuæ aſpexerint, natus erit aruſpex, & obſcuritatum ſecreta reſerabit.

Luna quando in domo vel exaltatione ſua aut in termino Mercurij fuerit, natus erit in rebus ſecretis & obſcuris, vel latentibus ſapiens.

Mercurius quando in domo vel exaltatione ſua exiſtens in aſcendente fuerit, Saturnus vero in occidente, natus erit geomanticus, & ſcientias graues ac difficiles indagabit.

Mercurius ſi fuerit cum Luna in tertia domo, & ipſe cum hoc ſit dominus aſcendentis & partis fortunæ, natus in rebus ſecretis erit ſapiens.

Mercurius in quinta domo inuentus ſignificat, quòd natus erit dimicator, iaculator, faciens aliqua per ſubtilitatem manuum, & ad quamuis artem erit propenſus, & habebit faciles & agiles manus: erit bonus pictor, & ſcriba, & faciet res ingenioſas & pulchras.

Mars & Mercurius in angulo terræ ſi fuerint, natus erit de illis qui vadunt ſuper chordas. Albubatris capit. 100.

Mars & Mercurius ſi fuerint in domo Veneris aut alter eorum, natus erit necromanticus, ac experimentis ſuis homines decipiet. Albubater cap. 101.

Mars ſi fuerit in nona domo in ſua vel Iouis domo, aut in altitudine ſua, & Iupiter non fuerit in horoſcopo collocatus, faciet diis terribiles, & qui omnia periuriorum genera contemnant. Erunt enim omnibus dæmonibus terribiles, quorum aduentum praui dæmonum ſpiritus fugiant, & qui ſic laborantes homines, non vi verborum ſed ſola ſui oſtenſione liberent: & quamuis ſit violentus dæmon, qui corpus hominum, animúmque quatiat, iſtius hominis iuſſionem fugiet, quia præceptis eius cum quadam veneratione terrebitur. Materni ſent. cap. 5 lib. 3.

Venus in tertia domo ſi fuerit peregrina, & Saturnus à domo vel exaltatione ſua bono aſpectu aſpexerit, natus erit necromanticus, aut res mirabiles per artem faciet: videbiturque ſicut propheta, & inducet mirabilia, præſertim ſi Venus fuerit in ſigno fœminino.

Mercurius & Saturnus in aſcendente, vel medio cæli fortunati ſi fuerint & liberi, natus erit necromanticus.

Mercurius ſi fuerit in domo Saturni fortunatus, natus erit ſapiens, ſecreta & obſcura rerum cognoſcens, linguoſus, rhetoricus, augur, & Somniorum expoſitor. Hæc omnia ſcripſit Albubater in cap. 27.

## *Alexandri Achillini Bonon. Philoſophi Natiuitas.*

*Exempla varia Doctiſſimorum virorum noſtri ſeculi.*

ALEXANDER Achillinus Bononienſis philoſophus habuit Mercurium quadrangulatum Saturno, & Luna erat in ſigno Geminorũ, quare fuit philoſophus inſignis, & propenſus ad ſecreta naturæ cognoſcenda. is ſtuduit Pariſiis tres annos in philoſophia, euaſitque dialecticus & philoſophus eminentiſſimus, diſputator ſubtiliſsimus, & quaſi ſemper enthymematicè diſputabat. Edidit multos libros, & potiſſimum de orbibus tractatum egregium. In legendo erat obſcurus, & perplexus, eo quod Mercurius non reſpiciebat Lunã: ſed Martem ex ſextili aſpectu: & ideo fuit Mathematicus: obiit Bononiæ ſolo natali, ex febre acuta anno domini 1512, die 2. Auguſti, ſuæ verò ætatis 49. climacterico. Erat venuſtus, altę ſtaturę, ſed bene proportionatus, lætus, iucundus, ridẽs, & affabilis.




Hierony

### *Hieronymi Gubij philoſophi & Medici Natiuitas.*

Hieronymvs Gubius erat paruæ ſtaturæ, magno capite, obeſus corporatura, & caluus: is habebat Mercuriũ cũ capite Draconis in domo Saturni reſpicientem eum ex quadrato aſpectu, & Venus cõiuncta fuit Marti, quare fuit philoſophus & Medicus excellentiſsimus. Anno 1507. Patauij ꝓfitebatur philoſophiam extraordinariã, deinde ordinariam, erat concurrens Ioannis Scotij Neapolitani. vltimo ſe cõtulit ad vrbem Romã, & ex re medica maximam congeſsit aureorum cõgeriẽ, vt declaratur à Mercurio, à capite Draconis, & à Sole poſitis in ſecunda cæli domo. Quapropter emit ibi palatium, regiamq; domũ, & omnia bona reliquit mobilia, & ſtabilia filio vnico Fabio legum doctori, claudo aliquãtiſper, qui euaſit Auditor Rotæ, & ad annum vſq; vixit 1550. Ipſe Hieronymus doctor obiit Romæ 1537. die 21. Februarij, ſuæ verò ætatis anno currente 69.




### *Ioannis Antonij Scotij Philoſophi Natiuitas.*

Ioannes Antonius Scotius patritius Neapolitanus habuit Mercurium non cõbuſtum cum Sole ſexangulatum Marti, & Lunæ triangulatum, quæ Luna erat in nona cæli domo cum Ioue: quare fuit philoſophus elegantiſsimus, quippe qui publicè in Patauino Gymnaſio 1507. profitebatur philoſophiam ordinariam cum eleganti eloquio, in concurrentia Hieronymi Gubij, quem in diſputationibus ſæpe in contradictionem coëgit. Sed in ſuis ædibus priuatè Aſtronomiam profitebatur. Creatus fuit Epiſcopus Anglonenſis 1510. die 24. Aprilis: ætatis ſuę 41. menſe 1. die 4. Et hanc dignitatem demonſtrauit Luna cum Ioue coniunctis in regno ſuo & in domicilio: quoniam dicit Bonatus, Si fuerit aſcendens Scorpius, cuius ille ipſum fuerit aſcendens non habebit fortunam in Eccleſia Romana, propter Cãcrum exaltationem Iouis, qui habet naturaliter ſignificare clericos, qui erit tunc nona domus, quæ ſignificat Eccleſiam, & eſt Iupiter inimicus Martis, qui eſt dominus aſcendentis. Hoc intelligitur, quãdo Iupiter nõ fuerit in nona cæli domo, ſicut eſt in iſta natiuitate: quare Epiſcopus creatus eſt. Obiit 1534. die 15. Ianuarij, ſuæ autẽ ætatis 65. currẽte. Fuit corporatura benè proportionatus & venuſtus; ex Venere in ſuo throno horoſcopum fœliciter irradiante ex trigono aſpectu.



*Hermolai Barbari doctiſsimi Natiuitas.*

Hermolavs Barbarus fuit literis homo ornatiſsimus, boniſq; diſciplinis & ingenuis artibus excultus, ac præter ingenij amœnitatem, quę plurima in homine fuit, doctrina quoq; curioſa & elegãti præditus fuit. Ad cum quotidie dum Romæ ageret, complures viri literati, atque in ſtudiis doctrinarũ magiſtri, ſapientiæq; doctores facundiſsimi, exercendi animi cauſa frequentes vetitabant. Is habuit Mercurium coniunctum Soli cũ cauda Draconis Lunæ in tertia cæli domo in ſuo domicilio cõtrapoſitum Lunæ: quare fuit in doctrina eminẽtiſſimus ſecundum decreta Ptolemæi: & ideo fuit in ſcientiarum ſingulis diſciplinis elegãtiſsimus, & ab omni barbarie alienus, ob ſuas ingenij dotes, & generoſitatem fuit factus Aquileiæ Patriarcha: vixitque annos 66. fuitque mors vltima linea vitæ. Sed tamen ipſius nomen in orbe viget.




*Fratris Antonij de Prato Cardinalis Natiuitas.*

Frater Antonius de Prato, Gallus, monachus, & Abbas Fiſcanẽſis in Normãdia: presbyter Cardinalis tituli ſanctæ Anaſtaſiæ, habuit Mercurium in domo Saturni in quarta cæli domo, & ſexangulatũ Marti, & Luna fuit in horoſcopo, & Sol vin corpore Veneris partiliter coniunctus: quare fuit vir doctrina & prudentia ſingulari: ideo factus eſt Cardinalis Eccleſiæ Romanæ: vt oſtẽdit Mercurius, qui reſpicit Iouem ex trino aſpectu: qui quidẽ Iupiter cadit per Antiſciũ in nonã cęli domum, ideo creatus eſt cardo Eccleſiæ: quãuis ei aſcendat in horoſcopo ſignũ Scorpionis: vt ſupra ſcripſimus ex mente Guidi Bonati: & ſecundum veram gloſſam illius Aphoriſmi. Verũ Sol, Venus & Mercurius fuerunt per Antiſcium in horoſcopo. quapropter fuit doctiſsimus, & ex ſua doctrina meritò connumeratus fuit inter cardinales Eccleſiæ. Ergo ſi Venus in corde Solis fuerit, ingentes largitur dignitates.




Cardanus

### *Cuiuſdam Cardinalis Natiuitas.*

Cardanus in ſuis Aphoriſmis ponit quatuor natiuitates, quę ſunt quatuor Cardinaliũ, inter quas ponit quartam ſine nomine, quæ eſt iſta. Et dicit ſe eam à Bonauentura Caſtellioneo accepiſſe. Hic habuit Mercurium coniunctum Lunæ: quare fuit homo ſingularis doctrinæ, bonæ memorię, bonique ingenij ac acuti. Et quia Mercurius reſpiciebat Iouem partiliter ex ſextili aſpectu: & ſimiliter Venerem: quare fuit legiſta, vel propenſus ad ſacrã ſcripturam cum eloquentia, & maxima facũdia: quapropter ex ſua ſcientia aſcendit ad cardinalatus dignitatẽ, & ad maximum gradum in Eccleſia Catholica: vt demonſtrat Sol cum ſpica Virginis, quæ eſt ſtella fixa primi honoris. Ex his ergo ſequitur q̃ cum fortunarum aliqua cum ſtella regia fuerit, & reſpexerit Solẽ, vel ſub radiis eius fuerit, vel etiam fuerit in parte Lunæ, vel ex parte aſpiciens amico aſpectu, natus non vulgarem adipiſcetur dignitatem.




### *Fratris Franciſci Panicarolæ Natiuitas.*

Franciscus Panicarola Mediolanenſis ordinis fratrum ſancti Franciſci cõcionator facundus, vir eruditus, ingenio & humanitate excellens habet Lunã in horoſcopo, & Mercurium in tertia cæli domo in ſigno Aquarij. Et quoniam Mercurius ſexãgulatus eſt Lunæ & Marti, ideo extitit cõcionator facũdus, & memoriam tenet tenacem, intellectum & diſcurſum bonum, ideo inter prædicatores noſtri temporis merito primum locum dicitur habere. Luna enim in ſigno Sagittarij demonſtrat illam feliciſsimam memoriam, ſigna enim humida memoria non pollent, ſed ſicca: ſiquidem memoria tenax in ſicco fit. Ex hoc palam eſt, etiam ſi Mirandula reuiuiſcat, non dubiam eſſe Aſtrologiã, niſi quis eam minutim concidens, velut in auricht experimẽto, ea proſequi curet, quæ ambigua & caſui ſubiecta, & ſenſui penè abſcondita ſunt.




*Additio.*

Habet hic omnes planetas ſub terra, & Mars offendit Lunam ex coniunctione: ideo dicit Ptolemæus, quod ſi tranſierit annum 39. in quo tempore horoſcopus ad Martis corpus mittit ſuam progreſsionem, perueniet ad annum 63. quod Saturnus interfector vitæ eam ſigillet cum morte. Sed ante mortem aſcendet ad magnã dignitatem, vt inſinuat Sol bene affectus in 3. cæli domo, ſed Mars cum Luna dabit aliquod periculũ ex animalibus.

F. Andreas

Digitized by Google

### *Fratris Andreæ Charitæi Natiuitas.*




F. Andreas Charitæus Florentinus, ordinis Sancti Auguſtini Doctor in ſacra Theologia, habet in ſua geneſi Mercurium contrapoſitum Ioui, qui eſt in nona cæli domo, qui quidem fecit eum propenſum ad ſacras literas. Rurſus Mercurius cum Luna & Sole in ſigno Aquarij in tertia cæli domo, ſecundum Ptolemæi decreta oſtendunt mirabile ingenium, eloquentiam & gratiā apud omnes in concionibus. Et ideo ſuauiloquentiam præſtat hæc conſtitutio planetarū, quæ maiorem præſtare non poteſt. Quare orādi ſtudium auxit, eloquentiam facundiamq; addidit, vt inter celeberrimos noſtri temporis concionatores haberetur. Item Mercurius ſexāgulatus Saturno facit eum philoſophum, & ad cognoſcendum naturæ ſecreta ſatis propēſum. Et quoniam Antiſcium Solis, Mercurij, & Lunæ cadit in duodecimam cæli domum, ideo paſſus eſt pericula multa, incommoda, percuſſiones maximas, & contrarietates à calumniatoribus, hypocritis, & inuidis. Veruntamen Iupiter in nona cæli domo, oſtendit eum liberandum ab omnibus aduerſariorum fraudibus, & cū maxima eius gloria inuidis ſeſe diſrūpentibus, ab omnibus celebrari, & tandē ad ſublimē aliquem gradū euehi debere.

### *Fratris Pauli Florentini Carmelitæ Natiuitas.*




F. Pavlvs Florentinus Carmelita Doctor Theologus, habet Mercurium in horoſcopo, & Iouē in linea horoſcopi coniunctum Soli: quare eſt concionator facundus, & habet eloquentiam & bonam memoriam: imo reperiuntur in horoſcopo quatuor planetæ coniuncti, ſcilicet Mars, Saturnus, Luna & Venus, qui quidem dabunt ei profunditatem intellectus, & bonum ingenium & ſuauiloquium in prædicando. Nihilominus illa coiunctio decernit ſubiectum fore multis incōmodis & periculis: quare iam fuit in carceribus, & ſuſtinuit multa incommoda, infamiam in honore & aduerſitates maximas: & diſpoſuerunt ipſum ad aliqua peragēda, quę non adeò à cæteris probatum fuit. Et denuo peragetur quandoque alia quæ à multis non probetur, ſi nō fuerit prudens & cautus. Iam exiuit ex religione, & Venetiis exercitauit ſub habitu laicali proxencticam artem. Deinde pœnitētia ductus, reaſſumpſit religionis habitum, & peruenit ita ſanè ad multos honores & gradus altitudinis, & factus eſt concionator famoſus. Qui conſiderauerit eius geniturā, quam habui ab ipſo, cum eſſem Venetiis, inueniet ea, quæ ſupra ſcripſi.

Tyreſius

*Tyreſij Fuſcarij Bononienſis Natiuitas*

TYRESIVS Fuſcarius Bononiẽſis Patricius habuit Mercurium, Venerem & Iouẽ in horoſcopo, quare fuit orator, Poëta, & Muſicus eminentiſsimus, ſacris ordinibus decoratus, beneficiat', Leoni X. gratus, & ab eo honoratus. Item ex Ioue, Venere, & Mercurio ferè partiliter in horoſcopo, fuit maior natu inter pleroſq; fratres eius germanos, & virtute generoſior, & ſat religioſus Canonicus, non autem admodum locuples. Habet enim partem fortunæ contrapoſitam Saturno, quæ quidem ſignificauit hoc ſecundum decreta Ptolemæi. Verum Sol in ſecunda cæli domo fecit cum ſplẽdidum & magnanimum & liberalem.

*Antiſcia planetarum.*

♄ 2. 28. ♒
♃ 28. 55. ♈
♂ 23. 34. ♌
☉ 8. 35. ♐
♀ 26. 42. ♈
☿ 4. 17. ♈
☽ 29. 10. ♉




*Andreæ Veſſalij Natiuitas.*

ANDREAS Veſſalius in diſſectione corporum admirabilis, antiquiſq; meritò comparandus. opus de anatomia ſcripſit adeò egregiũ, vt negotium penè totum abſoluerit. celebris fuit in vita Cęſaris medicus, & poſt fata etiam celebrior. Si genitura hæc ipſius eſt, ad amuſſim omnia conueniunt. nam Mars fortis in quadrato Lunæ in ſeptima ſtudium & agilitatẽ manuum præſtat. Mercurius in trino Iouis, & Venus in quadrato, ingenium mirabile, facundiam pro artis conditione, imo ſupra eam, decernunt. Eſt enim Medicus inſignis. Luna in oppoſito Solis, memoriam & ſcĩetiam, & multos dedit inimicos, clarum etiam facit: quia nocturna eſt genitura. Saturnus cum corde Scorpij, in ſextili Mercurij, ei dedit ingeniũ ꝓfundũ, memoriã, ſtudiũ philoſophiæ & ad cognoſcẽdũ ſecreta naturæ eũ ꝓpenſum fecerunt. Rurſus ſpica Virginis in corde cæli, gloriã ex arte, quantam cuique alia tribuit. Decet etiam animaduertere Martem aſpicere Solem in ſuæ exaltatione exiſtentem, tum Lunam in ſuo eſſe domicilio. hæc gratiam apud principes decernunt. Illud ſolum deeſt, quod nullus planeta horoſcopi locum poſsidet. iuxta decreta Cardani, à quo eſt hęc geneſis. Mortuus eſt autem anno 1564. die 13. Octobris, & ætatis ſuæ 50. ex duplici tertiana in reuerſione à ſanctiſsimo Sepulchro Ieſu Chriſti, in inſula, quæ dicitur il Zante.




Narrat

## *Antonij Braſauolæ Natiuitas.*




NARRAT Cardanus in geneſi 82.quæ eſt Antonij Braſauolæ Medici famoſiſsimi ſe hãc geneſim inueniſſe in libro de ſimplicibus medicamentis ſcriptam: quapropter ipſe dicit,hic ſolus poſt Veſſaliũ ſibi videri ſcribere, quæ ſciat,his tẽporibus in medicina, alij vel erroribus chartas implent,vel nugis,vel ambiguis orationibus. Veritatem huius rei relinquo iudicio lectoris. Vnum enim ſcio quod nunc multi reperiuntur Medici doctiſsimi, atque excellentiſsimi. Sed odioſum eſſet forſan, ſi eos vellem nominare. Sed redeamus ad conſtellationes hui⁹ natiuitatis.Hic habet Mercurium,cum Venere & Sole in oppoſito Lunæ, quæ quidem conſtitutio planetarum hæc ſignificauit: ſcilicet quod eſſet Medicus doctus in medicina, & ſcriptor famoſus. Scripſit ergo multa & præclara in medicina & lectu digna.In philoſophia fuit valde peritus, eoquod Mercurius reſpiciebat Saturnum, & hoc eſt ſecundũ decreta Ptolemæi. Verum Saturnus in octaua cæli domo pericula decernebat: eſſe autem pertinacem & ambitioſum, poſitio erraticarum in fixis ſignis portendebat.

## *Ioannis Baptiſtæ de Benedictis Natiuitas.*




IOANNES Baptiſta de Benedictis vt dicit Gauricus in vrbe Veneta natus, & educatus à ſuo genitore Hiſpano philoſopho, & phiſico,antequam 18.expleret ſuę ætatis annum euaſit Philoſophus, Muſicus,atque Mathematicus. Præſtat hoc Mercurius coniunctus Marti, & Soli & quadratus Saturno,&triãgulatus Lunæ.Hic ſcripſit ſatis doctè de gnominibus & alia plura, & eſt vir doctus. Ipſe autem manet in obſequio ſereniſsimi Ducis Sabaudiæ.Et hanc cæleſtem figuram ipſemet ſupputauit. Coniunctio ergo Martis & Mercurij eum facit in ſuis actionibus violentum, aſtutum, & eloquentem: ſed aliquando pertinacem & cautum. Verum Mercurius in ſigno humano pollicetur, quod erit bonæ memoriæ,bonique ingenij ac acuti: ſed aliquando mutabilis in conſiliis.Quid autem Antiſcium Saturni in horoſcopo partiliter portendat,ipſemet diiudicabit.Verum cõiunctio Martis & Solis aliquod periculum decernit.Erit tamen in honore & reuerentia aqud principes, vt inſinuat Antiſcium quinq; planetarũ in ſigno Arietis. Et quia Mars eſt in linea vndecimæ domus dat odia amicorũ & eorũ maliuolentiam.

Paris

Paris de Cæſaris Mantuanus, habet Mercurium coniunctum Saturno in duodecima cæli domo & Lunæ quadrangulatum, quæ quidem conſtellatio fecit eum ingenioſum & doctum legum profeſſorem in literis latinis & Gręcis eruditum. Quum enim ſenectutis limina fuit ingreſſus, incępit dare operam Aſtrologiæ, & ſupputabat domos cæleſtes per gradus æquales, & quidem ruraliter, cuius veſtigia imitantur Ioannes Schonerus, & Cardanus. Verum Paulo 3. pont. Max. prædixit annum pontificatus ſui, & vitæ terminum, vt patet per hãc epiſtolam.




*Paridis de Cæſaris Mantuani Natiuitas.*

Reuerendiſſime domine, vidi & cum ſummo ſtudio ea, quę ad me trāſmiſiſti circa genituram Veſtræ Reu. D. & diem natiuitatis, quæ fuit 28. Februarij. mi. 46. anno domini 1458. cuperem recurſu ſyderū ſatisfacere deſiderio tuę D. Reu. in his proximis comitiis. Verum ſydera pro nunc non ſunt diſpoſita, ſed in aliud tempus erunt benigniora: Pollicentur enim aſſumptionem ad ſummum gradum pontificatus anno domini 1534. Qui erit munus 66. dies 253. hor. 9. min. 34. ex directione Solis ad trinum Mercurij cum teſtimonio Iouis & Saturni. At interim ſubibit non leue periculum in aquis anno 61. menſibus 6. diebus 3. ex directione Lunæ ad quadratum Saturni. Anno 81. diebus 68. 1549. D. Reuerendiſ. grauiter ſe habebit cum magno vitæ diſcrimine, quæ dies erit 4. vel 5. Maij 1549. ex directione aſcendentis ad ſuum trinum qui pro quadrato habetur, eo quia eſt in ſignis breuium aſcenſionum, cum teſtimonio Saturni domini terminorum illius directionis, & ſine auxilio Iouis cum non reperiatur in aſpectu quadrato, trino, vel oppoſito in iſta directione. Poſſet tamen præſentia Iouis cōferre, quod tamen nos non credimus. Hæc iſte vir penè diuinus.

Franciscvs Sanſon, philoſophiam publicè profitetur in Vrbe Roma cum ſalario 300. ducatorum aureorum ſingulis annis, Aſtrorum non ignarus, Græcè & Latinè doctus, Abbatiam poſſidet non parui emolumenti in Calabris ſaltibus. is habet Mercurium in Leone contrapoſitum Lunæ, ſexangulatum Veneri, & quadrangulatum Marti. Quare in his ſcientiis doctus fuit, & acquiſiuit honores & diuitias ex ſuis virtutibus, vt inſinuat Iupiter inuentus in linea nonæ domus. Et quamuis Saturnus in horoſcopo oſtendat ipſum nō fuiſſe primogenitū, nihilominus fuit inter fratres primus in dignitate, ſed non in ordine naturæ: quia habuit Ioannem Baptiſtam fratrem maiorem natu, qui in inſtrumento dicto violone pulſando fuit clariſſimus, & ab illuſt. Cardinalo Mediceo habuit perenniter 15. aureos ſingulis menſibus. Secūdus frater Franciſci, maior etiam natu fuit ignarus, ſed exigebat prouentus Abbatiarum in Calabria & procurabat negotia domeſtica.




*Franciſci Sanſonis philoſophi Natiuitas.*

## *Cuiuſdam Medici Natiuitas.*




Hic vir præſtabilis eſt ſapientia, & in rebus phyſicis doctus. Habet enim Mercurium in duodecima cæli domo, qui hæc ſignificat. Nam dicit Almāſor Aph. 34. ſuorum dictorum hæc verba, Mercurrius in duodecima cæli domo ſignificat ꝙ nat' erit valde ingenioſus, & dabit pronitatem ad ſcientias & artes liberales, & ideo fuit procliuis ad philoſophiam, & ad omnia naturæ ſecreta. Eum literis mandaſſe accepimus multos tractatus in diuerſis rebus. Et modo ſcribit ea quæ ſpectant ad naturas animalium ſatis eleganter, & cum methodo medicinali. Eſt enim poeta, & habet literas Græcas, vt demonſtrat coniunctio illa Iouis, Veneris, Martis, & Solis. & ideo fuit etiam propenſus ad literas ſacras, quamuis operā eis nō dediſſet. Eſt enim bonus Medicus & philoſophus, vt declarat Mercurius ad Lunæ & Saturni ſextilem. Et quia Luna cōiuncta eſt Saturno, vxore carebit: & Venus eſt in ſigno ſterili quod id declarat: & quia luminaria ſunt infortunata, in oculis patietur aliquod impedimentum: & mors eius erit ſubita: verum multi planetæ in vndecima cæli domo inuenti ſignificant multitudinē amicorum & fortunarum, & bonum finem de rebus deſideratis: ſed poſtea Mars hanc fortunā deſtruit, & dat inimicitias cum amicis, & negotia eius vt plurimum erunt vana, & eius fiducia deſtruetur.

## *Ludouici Ferrarij Natiuitas.*




Lvdovicvs Ferrarius Bononienſis habet in ſua geneſi Iouem, Venerem & Mercurium iuxta cor cæli, qui planetæ ſignificauerunt rationo doctrinarum, & ſcientiæ magnum nomen. Et quia ſunt in loco peregrino, hoc erit extra patriam ſuam. Natus eſt autem Bononiæ, Auo adhuc ſuperſtite Mediolanenſi. Hic ergo anno 14. perfecto Mediolanum quadam fortuna, literarum ignarus, peruenit. Notate igitur benigni Lectores, quòd fortuna in humanis rebus aliquam vim habet. Huic cum perueniſſet Mediolanum accidit, vt Cardanus occurreret, quem cum vidiſſet Cardanus, accepit eum in dómum ſuam, cum nihil ad eum attineret, ſic effecit, vt 18. anno publicè Arithmeticam profiteri cœperit: inde architecturam, Geographiam, Aſtrologiam ſic fuit aſſecutus, vt in noſtro æuo anno ſuæ ætatis 23. parem non habuerit. Græcas etiam & Latinas literas egregiè aſſecutus eſt. Oſtendent hoc illius monumenta, ſi non violento caſu aliquo, cui maximè ſubiectus eſt, præcipiatur. Nam habet Martem cum Sole, & Saturnum coniunctum Marti, quæ quidem conſtellationes decernunt magnas calamitates ei debere accidere: ex quibus in maximo erit vitæ diſcrimine fortunarum, & honoris: ſed tamen erit fœlix & magni nominis. Hæc genitura, vt animaduerti, habet magnam conformitatem cum natiuitate Cardani, & ideo fuit fortunatus ex fortuna Cardani. Quare omnes videre poterunt hoc accidens, ſi vtranque natiuitatem conſiderauerint.



Digitized by Google




*Iacobi Mycilli Natiuitas.*

CARDANVS hanc Natiuitatē appoſuit numero 95. ſuarum figurarum: & eſt cuiuſdam viri, qui dicitur Iacobus Mycillus. hic ſcribit multa, maximè de re metrica. Nam Luna eſt in trino Veneris, cum Sole exiſtentis, & Venus fuit in ſextili Saturni, & hoc præbet patientiam magnam, & Mercurius in aſcendente, facit diligere diſciplinas, tamen magis, quia eſt in ſextili Martis, & habet ſcientiam linguæ Græcæ; multáque in latinum vertit è Græco, maximè dialogos Luciani, & eſt vir valde diligens, & Venus in Aſcendente decernit hominem blandum cum eloquij ſuauitate, & ſextilis Saturni temperat hoc.

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 29. | 54. | ♊ |
| ♃ | 19. | 43. | ♋ |
| ♂ | 14. | 46. | ♎ |
| ☉ | 4. | 50. | ♍ |
| ♀ | 0. | 39. | ♍ |
| ☿ | 15. | 0. | ♌ |
| ☽ | 3. | 56. | ♉ |




*Iacobi Pōtij Medici Lugdunenſis Natiuitas.*

IACOBVS cognomine Pons, Philoſophus & Medicus famoſus, habet in ſua geneſi Mercurium in linea decimæ domus, & reperitur ipſe Mercurius etiam in ſigno Aquarij. Deinde, coniunctus eſt Veneri, & Soli, quæ quidem conſtellatio decernit magnam rerum ſcientiam: & dat alacritatem ingenij, literarum atque diſciplinarum ſtudium, in primis verò rerum medicinalium, & naturalium: quare publicè profitetur Lugduni Anatomiam cum eleganti eloquio. Eſt enim facie venuſta & iucūda, alacer, lætus, affabilis, decenti corporatura potius paruæ ſtaturę q̃ proceræ, ſed bene proportionatus.

ADDITIO.

Sol bene affectus in domo regia honores atque dignitates largitur. Pars enim Fortunæ in domo regia partiliter inuenta in ſextili aſpectu Saturni, & dominus ſecundę domus bene affectus faciūt natum illuſtrē, ſplendidam & celebrem fortunam, & in maxima vitæ parte, & in ſuis actionibus fęlicem & fortunatum.

Cum autem reperiantur per Antiſcium Sol, Venus & Mercurius in octaua cæli domo, fœliciſſimū dant coniugium, nobilem, bene moratam coniugem promittunt: & cum Luna intueatur Saturnū aſpectu benigno, concordiam & vnanimitatem cōiugum largiuntur: Mars verò in quinta cæli domo cum Saturno in ſigno ſterili, & ſi in hoc loco ſolent negare filios, tamen cum Iupiter per Antiſcium reperiatur in cuſpide quintæ domus, dabit filios, ſed datos non conſeruabit propter Martis & Saturni præſentiam in quinto loco ab horoſcopo.

Amicos plurimos habebit natus, & ex omni genere perſonarum: præſtant hoc, Sol, Venus, & Mercurius, & Luna per Antiſcium in vndecima cæli domo. Sed quo ad inimicos, Iupiter in duodecima cæli domo dabit nato plurimos aduerſarios ex inuidia.

Itinerum ſignificatores, promittunt itinera honorifica, & ob res Saturninas, taleſque actiones, & ad perſonas infirmas, vel perſonas regias inſtituta.

*Marci Antonij Sanuti Aſtrologi doctiſsimi Natiuitas.*



Clariſsim. Marcus Antonius Sanutus Patritius Venetus fuit clariſſimus Aſtronomus, & fabrefecit ſpherã ſolidã, in metallo æneo ſculptam, & Armillam ex ferro fabricatam perpulchram. præterea Tintinnabulum, ſiue horologium, in quo dignoſcuntur Luminarium coitiones, & oppoſitiones, & vtriuſque defectus. Fieri iuſſit multa inſtrumenta organica. Hæc omnia vidi, cum eſſem Venetiis, & filij eius omnia mihi oſtenderunt. Vidi in magno cubiculo multa inſtrumenta Mathematica de quibus erat plenum. Deinde in alio cubiculo erant multa inſtruta muſica omnis generis, inter alia erat 50. fidicina eburata & hebena: Vidi præterea in tertia ædicula toreumata multa, & diuerſa. Deinde oſtenderunt armamentariũ, in quo erant arma diuerſorum generum. Et hoc inſtrumentum erat dignũ quolibet magno principe. Hic habet in natiuitate ſua Mercurium in domo regia in ſigno Aquarij, qui fecit eum clariſſimum Aſtronomum, & dedit ei propenſionem ad muſica inſtrumenta, eo quod Venus diametrabatur Saturno, qui erat coniunctus Ioui, & reſpiciebat Lunam ex trino aſpectu; & Venus ex ſextili reſpiciebat Martem: quare fuit intentus omnibus his diſciplinis.

*Caroli Capellij Veneti Natiuitas.*



Carolvs Capellius patritius Venetus clarus poeta, & Orator, Græcæ, & Hebraicæ linguæ non ignarus, habuit Mercurium angularem coniunctum Ioui, qui mittebat Antiſcium ſuum in locũ Solis, quare habuit multa genera linguarum. Hic obiit in Cyprio Regno Prorex, labente anno 1547. quando horoſcopi inambulatio ad Martis fines peruenit.

*Antiſcia planetarum.*

♄ 9. 36. ♒

♃ 14. 50. ♊

♂ 23. 13. ♋

☉ 5. 57. ♋

♀ 29. 55. ♉

☿ 21. 59. ♊

☽ 4. 39. ♓

Ianvs Parrhaſius Calaber, facundiſſimus Orator, & Poeta celeberrimus habet Mercurium in ſexta cæli domo in ſigno Aquarij, qui Lunam reſpicit ex ſextili aſpectu, & Saturnū ex quadrato, qui fecit philoſophum & oratorem & rerum altiſſimarum indagatorem. quare ſapientes Indorum dixerunt quod Mercurius ſi fuerit in quadrato Saturni ſignificabit animam nati ſapientem extrahentem ex eius corde ſcientiam, ſignificabitque profunditatem cogitationis, & ſcientiam conſiliorum abſconditorum & rerum altiſſimarum eo quod Mercurius reperitur in domicilio Saturni. Fuit igitur in literis tum Græcis, tum Latinis eminentiſſimus, tamen podagricus, vt inſinuant Saturnus, in principio ſigni, & Mars contrapoſitus Lunæ: qui quidem mittunt ſuum Antiſcium in horoſcopum, vbi poſita eſt pars Mortis. Tempore enim fælicisſimo Leonis Decimi pontificis Maximi in Scholis publicè profitebatur cum eleganti facundia Syluas Statij, ad quem confluebat maxima Auditorum caterua. A natalitio ſaluatoris 1516. Menſe Octobri laborauit in extremis, vt colligebatur ex Lunæ deliquio ſub 9. parte Leonis, & horoſcopi. Aiunt illum interiiſſe anno ſuæ ætatis 63. hebdomatico, & enneatico, ferè omnibus exitioſo.




*Iani Parrhaſij oratoris & Poetæ Natiuitas.*

*Nicolai Petreij oratoris & Poetæ Natiuitas.*




Nicolavs Petreius Corcireus Orator & Poeta habuit Mercurium coniunctum Soli in ſigno Aquarij triangulatum Lunæ, quæ erat in ſigno Geminorum, & reſpiciebat horoſcopum & Venerē ex quadrato aſpectu, & Saturnum per diametrum. quare fuit vir doctus & inſignis. Nam Ioannis Grammatici Commentaria in Ariſtotelis de Animalium generatione libros, Græca ab ipſo primum ſunt edita, tum præfatione Græca, & latinitate elegantiſſima donata. Item Meletius philoſophus de ſtructura, & natura hominis, ab eodem Petreio latinitate donatus, opus quippe vtiliſſimum omnibus bonarum artium ſtudioſis, & nunquam prius viſum. Item Polemonis opus phiſiognomicum latinitate donatum, opuſculum prætereà Hippocratis de homine, omnia ſimul edita vno contextu cum opuſculo Melampi de Neuulis corporis. Edidit prætereà orationes pleraſque elegantiſſimas, Epiſtolas carmine, & proſa oratione ſcriptas, & Epigrammata, & multa alia egregia monumenta, quæ dixit ſe habere in patriis laribus, ſed tandem orationes Gregorij Nazanzeni à ſe latinitate donatas, cum elegantiſsima præfatione in lucem emiſit. Et alia ſcripſit, quæ non ſunt mihi nota.



Digitized by Google

*Ioannis Eremitæ Ferrarienſis Natiuitas:*

**IOANNES** Eremita Ferrarienſis habet Mercurium in domicilio Saturni cum Sole angulari in occidẽte, qui fecit eum ſcientificum: nam in Arithmetica, Geometria, & Algebra erat celeber, & in Aſtronomia theoricali perſpicaciſſimus: nemo melius quàm ipſe intellexit Euclidem, & nullus Ferrariæ fuit excellentior eius genitore, qui ſubtilius intelligeret Euclidem, quem publicè profitebatur in Ferrarienſi Academia: nihilominus Ioannes filius patrem ſuperauit. Erat Canonicus & religioſus in Eccleſia ſanctæ Mariæ transpontina ibique mortuus, & ſepultus fuit in ſuo Canonicatu, vti religioſos decet Sacerdotes.




*Franciſci de Monza Mediolanenſis Natiuitas.*




**FRANCISCVS** de Monza Mediolanenſis habuit Mercurium in linea medij Cæli in ſuo domicilio & regno cum Sole, qui triangulabatur Lunæ, quæ erat in ſuo throno, & Iouem reſpiciebat ex quadrato aſpectu: & Venus erat in nona cæli domo: quare fuit Muſicorũ omniũ eminentiſſimus: fuit Orpheo, & Apolline clarior in pulſanda cheli teſtudinea, & quolibet organico inſtrumẽto: Quippe qui,

*Intonuit nunquam melius, qui tartara flexit,*
*Quod Delphin Graio pondere vexit onus,*

Propertius,

*Hic querulas habili percurrit pollice chordas,*
*Tam doctas quis non poſſit amare manus?*

Lucas Gauricus,

*Qui tecum certet fidibus, Cytharæue, Lyræue,*
*Hic velut à Phœbo Marſia victus erit.*

*Pulchram ſume chelim, docto quoque pollice chordas*
*Percute, & ad cantus pellice ſaxa tuos.*

Hic verò obiit anno 1543. ſuæ verò ætatis anno 48. currẽte ex directione Solis ad oppoſitum Saturni. Genuit filium ſuperſtitem, ex cuius genitura patris cita mors decernebatur: vt oſtendit Saturnus in quinta cæli domo inuentus.

Dere

Digitized by Google

*De religione.*

Quamuis ſecundùm rei veritatem in articulis de religione ſtellæ cæleſtes autoritatem non habeant, nihilominus plurimarum geniturarum exẽplis conſtat, quòd Saturnus, vel Mars, aut cauda Draconis in nona aut tertia domo exiſtentes, inclinant nato ad nõ perſeuerandum in vna religione, ſed ſubinde huc illuc mutãdum, & parum curandum diuina.

In ſexta domo natiuitatis ſuę ſi aliquis habuerit Mercurium, conuertetur à fide ſua in aliam. Et qui partem fęlicitatis habuerit impeditam, hic nõ erit firmus in fide ſua: Hermetis ſententia Aphor. 67. quæ pars accipitur in die à parte fortunæ in Iouẽ: nocte è contra, & proiicitur ab aſcendente.

Iupiter, Venus, aut caput Draconis ſi occupauerint nonam vel tertiam domum, ſignificant conſtantem Chriſtianum, amatorem verbi Dei, & piorum. Vnde ſcripſit Abrahamus Auenares in ratione nonæ domus, quòd ſi Iupiter fuerit in domo nona non combuſtus, neque retrogradus, neque ipſum aſpexerit aliquis malorum aſpectu infortunato, & ſit natiuitas diurna, natus timebit Deum, & eius fides erit integra: & melius adhuc, ſi fuerit in ſigno fixo. Et magis etiam, ſi fuerit orientalis à Sole. Et ſi fuerit principans natiuitatis, oderit omnia, & remanebit ſolitarius, vt reddat obſequiũ Deo. Quòd ſi taliter fuerit in nocte, oſtẽdet ſe fore ſimplicem, tamen non erit ſimplex.

Iupiter ſi aſpexerit partẽ cælati, ſignificat quòd natus ille prædicator legis diuinæ erit iuſtus ac bonus: & ſi aſpectus ille fuerit de quadrato, non erit credibile quod prædicat. Et ſi fuerit in angulis, natus erit firmus & conſtans in lege quam tenet, nec dubitabit de ea. Et ſi dominus dictæ partis fuerit receptus, aſpiciens eam procedet rectis tramitibus, perfectus erit, bonitatem amabit, & legem veridicam. Sed ſi non fuerit in loco ſuo receptus, ſed aſpexerint eum fortunæ infortunis cadentibus ab eodem, oſtendet natus bona & pulchra facta, & ob ea cupiet efferri, tamen non faciet opera conſona veritati, & bona. Abenrag. par. 4. cap. 10.

Iupiter ſi fuerit in tertia domo in nocte, natus erit perfectè iuſtus, & totum erit, niſi fuerit combuſtus, aut retrogradus.

Iupiter ſi fuerit in tertia domo, fueritque natiuitas diurna, erit natus adulator, oſtendet enim gẽtibus ſe iuſtum, quod omnino non erit: ſed erit hypocrita.

Mars vel Saturnus in nona domo, ſignificat natum mendacem in ſua fide, & iurantem falſa. Auenaris ſententia.

Sol in domo nona, ſignificat fidem bonam, cùm eſt in domo ſui gaudij, & ſignificat natum aſcendere ad dominium propter ſuam fidem & iuſtitiam. Auenaris ſent. in ratione nonæ domus.

Sol ſi fuerit in tertia domo, & habuerit poteſtatem in nato, ſignificat ipſum totaliter carere fide. Auenaris ſententia in ratione tertiæ domus.

Venus in nona domo ſignificat fidem Dei, vt ei perfectum obſequium quis reddat. Auenaris ſententia.

Venus ſi fuerit in tertia domo, ſignificat veram fidem, ſi non fuerit combuſta, aut retrograda.

Venus ſi fuerit in aſcendente, & fuerit aſcendens ſignum formæ humanæ, erit natus religioſus aut eremita. Abenrag. ſent. par. 4. cap. 9.

Mercurius ſi fuerit in natiuitate nocturna in duodecima domo orientalis, natus erit deceptor, vel hypocrita, Deo incredulus. Abenrag. ſententia, parte 4. cap. 12.

Mercurius ſi fuerit in nona domo, ſignificat nati ſcientiam fore maiorem ſua fide. Auenaris ſent.

Luna ſi fuerit in domo tertia, ſiue in die, ſiue in nocte, ſignificat hominem diligentem legem ſuam & eius iudicium. Verum ſi natiuitas fuerit diurna, erit natus homo bonæ fidei. Si autem natiuitas fuerit nocturna, natus erit iuſtus, oſtendet tamẽ plus, quàm corde gerat. Auenaris ſententia.

Luna ſi fuerit in nona domo, ſignificat quòd cõtinget nato nocumentum propter defectum ſuæ fidei. Auenaris ſententia.

Luna & Mercurius & dominus aſcendentis ſi fuerint in ſignis bicorporeis, natus hæreſis, aut alienæ legis particeps fiet.

Dominus aſcendentis ſi fuerit in tertia domo in ſua fortitudine, & nullus malorum ipſum aſpiciat, natus erit ſeruiens Deo. Auenaris in ratione ſecundæ domus.

Dominus tertiæ domus ſi fuerit in vno angulorum, & fuerit in ſua fortitudine, & aſpectu amicitię cum ſigno aſcendentis, ſignificat bonam fidem. Auenaris.

Pars cælati ſi fuerit in ſigno Leonis, vel fuerit dominus partis retrogradus, egredietur extra legem ſuam. Auenaris ſententia.

Pars cælati, aut dominus domus eius ſi aſpiciat ſignum coniunctionis, quæ eſt in parte genituræ, & dominus partis fuerit retrogradus, aut in domo ſexta, aut duodecima, natus dimittet legem ſuorũ antiquorum, & conuertetur ad aliam legem. Auenaris ſententia in ratione 3. domus.

Pars cęlati ſi fuerit in nona domo ſalua & pura, ſignificat quòd natus erit iuſtus & religioſus, & quòd relinquet mũdum: & ſi fuerit cum hoc recepta, procedet bono tramite & recto. Abenrag. par. 4. cap. 10. Et ſi dominus huius partis fuerit ſub radiis, non impedit eum, & ſi fuerit in angulo, erit ei melius.

Pars cælati ſi ceciderit in Arietem, aut Taurum vel Scorpionem, ſignificat quòd natus erit perfidus. Abenragel. vt ſupra.

Si dominus partis cælati fuerit retrogradus, & infortunatus, ſignificat quòd natus ſuã legem mutabit & dubitabit de ea, idq; ſecundũ planetã aſpicientẽ, & infortunantem eum. Abenrag. vt ſuprà.

Si cum parte legis cadat cauda Draconis, vel ipſa cauda ſeparatim per ſe in nonam domũ, & pars infortunata fuerit, diminutionem & abrogationẽ legis ſignificat, & multas dubitationes in ea. Abenrag. vt ſuprà: quæ pars accipitur in die à Mercurio in Lunam, nocte econtra & proiicitur ab aſcendente.

Pars fidei & religionis ſi fuerit fortunata cum domino ſuo vel ſi ceciderit in aſcendentẽ, aut cum domino aſcendentis, natus erit religioſus & bonę fidei. Et ſimiliter erit idem, ſi ſignificator dictæ partis reſpexerit eam, aut dominum aſcendentis. Si econtra, dic è contra. Leopoldi ſent. in tract. 5.



Digitized by Google

Quæ pars accipitur in die à Luna in Mercurium, nocte è contra, & proiicitur ab aſcendente.

*Dicta Omaris Tiberini lib. 3.*

In fide nati aſpice hæc loca: videlicet

Ad:
- Nonam domum, & dominum eius.
- Terminum nonæ domus, & eius dominum.
- Planetas, qui erunt in nona domo.
- Partem fidei, & dominum eius.
- Aſpicies ſuper hæc loca Almuten.

Qui ſi fuerit Saturnus, & ſaluus fuerit à malis & à combuſtione & retrogradatione, aut ſi fuerit Iupiter vel Mars, aut Sol, vel aliquis planetarum ſuperiorum, & fuerit liber à malis, erit natus vnius Dei cultor abſque diuerſitate intentionis.

Similiter ſi fuerit liber planeta Almuten ſuper domum fidei, ſaluabitur natus, id eſt, ſaluabit fidem ſuam, & non mutabitur ad aliam. Et ſi fuerint mali in nona, vel in tertia domo, erunt ei diſputationes & contentiones in fide, & cauſis diſciplinarum à deſcriptione.

Item vt cognoſcas ſecretum viri in qua ætate ſit futurus in fide melior, aſpicies dominos triplicitatis partis fidei, quæcunque eorum fuerit fortuna, & melioris eſſe in eadem ætate, erit natus melioris fidei atque religionis.

*De inclinationibus.*

Et ſi Aſtrologi ſuper mores hominum & mulierum iudicium facere videntur: nihilominus ſciendum erit animam diſponi ſecundùm materiæ diſpoſitionem, & ipſam materiam ſuſcipere virtutes cæleſtes, quæ virtutes cæleſtes animam dirigunt ad diuerſos fines: quare non eſt irrationabile per illas iudicare. Nam communi omnium conſenſu homo eſt medius inter æterna, generabilia & corruptibilia: & non tantum ponitur medium per horum excluſionem, verum & participationem. Quare participare poterit de omnibus extremis: & ſic aliquis homo aſsimilatur vni extremorum, aliquis alteri. Hoc idem experimento manifeſtatur: nam ſecundo Ethicorum, & in ſeptimo eiuſdem, quanquam virtutes & vitia non ſunt nobis profecta à natura, ſunt tamen in nobis horum ſeminaria: vnde aliqui homines naturaliter inclinantur ad vnam virtutem, vel vitium aliquod, aliqui verò ad oppoſita. Quare iubet Plato, & approbat Ariſtoteles, vt pueri artes & ſcientias diſcant, ad quas ſunt inclinati, aliter aut nunquàm proficient, aut parum. Hinc eſt, quòd aliquos videmus vt Deos, aliquos vt beſtias, aliquos verò homines tanquam inanimatos. Quare Ariſt. 2. Ethic. virtutẽ heroicam attribuit hominibus, qui multùm de diuino participant: beſtialitatẽ hominibus, qui multùm beſtiis appropinquant. Et quotidiana experientia docet hoc: nanque aliqui homines dicuntur Iouiales, aliqui Saturni, aliqui Mercuriales, & ſic de cæteris, ſecundum quòd in proprietatibus conueniunt cum illis: aliqui ſunt vt Leones, aliqui vt vulpes, aliqui vt Lupi. Quare Albertus in primo ſuo de animalibus ex ſententia approbatorum phyſiognomorum & Philoſophorum dicit, quòd homines in membris aſsimilantibus animalibus, gerunt naturam illius animalis: vnde homo dictus eſt paruus mundus, quoniam tota natura tam ſuperiorum quàm inferiorum, in natura humana eſt comprehenſa: quamuis & ob alias cauſas ſic nuncupetur. Verùm concludimus pro iſtorum intelligẽtia, quòd quanquam intellectus & voluntas non ſubiiciatur primo & per ſe corporibus cæleſtibus, quatenus intellectus & voluntas, tamen quatenus humanus intellectus, vel humana voluntas eis ſubiiciuntur, quoniam ſine corpore operari non poſſunt, ſaltem vt corpori ſunt vnita: quoniam de animæ immortalitate hic non diſputo. Pro qualitate igitur animæ, cõſidera locum Mercurij & Lunæ, quæ ſigna occupent. Nam generaliter ſigna mõbilia gignunt ſpiritus amantes res ad commune populi bonum pertinentes, & nitentes loqui & agere de rebus communitatis, & ciuitatum: diligũt etiam famam bonam, & quòd bonum dicatur de ſe: amant etiam res diuinas, & eas tuentur: ſunt temperati, & facile mouentur: pij ſunt & bonorũ operum, & ſequuntur, & concupiſcunt ſtellarum iudicia, & aliarum ſortium.

*Animam diſponi ſecundum materiæ diſpoſitionem.* — *Ho no quid ſit.* — *Virtutum & vitiorũ ſeminaria ſunt in homine.* — *Pueri quando in ſcientiis aut artibus proficiant.* — *Hominum ſigna varietas in moribus.* — *Quomodo intellectus & volũtas aſtris ſubiiciuntur.* — *Inclinationes bonæ.*

Signa verò communia pariunt conuertibiles ſpiritus, & permutãtes ſe ex re qualibet, qui nõ firmantur in re aliqua diuerſarum conſiderationum, nec poteſt quis ſcire modum morum eorum. Conuertibiles ſunt & amatores: muſicã diligũt, & ſunt vagabũdi, intelligibiles, cupidi eius quod faciunt.

Signa autẽ fixa producunt ſpiritũ nati recti amatorem, veracẽ, non defraudantem, firmũ in ſuis rebus, iuſtum, contentum eius quod habet, intelligẽtem, patientem diligentẽ laborare, fortẽ ſuæ volũtatis refrænatorẽ, nec parẽtẽ cupiditati, & ſuppreſſorem inimicitiarum, quia eas non oſtendit: & nobilitatis amatorem, in rebus ſuis conſtantem, nec permutabilem. Hæc habentur ab Abenragele cap. 9. partic. 4. parag. de formis ſignorum.

Iupiter ſi fuerit in aſcendente, ſignificat nato laudem, & quòd nititur officioſus eſſe, & bonam famam ſectari pro bonis & iuſtis factis, & quòd erit opportunus, & amabilis hominibus, idque ſi natiuitas fuerit diurna.

Iupiter vel Venus ſi fuerint in aſcendente, vel ambæ fortunæ in aliquo angulorum, ſignificant nato fortunam, & quòd habebit bonum nomen & famam, & quòd homines dicent bonum de eo, licet ipſe non faciat illud.

Iupiter & Sol in ſecũda domo ſplẽdidũ efficiũt.

Iupiter & Mars ſi in medio cæli ſimul fuerint partiliter collocati, faciunt homines præconio bonitatis ornatos, & quibus ſemper beatæ fælicitatis inſignia conferantur: præſertim ſi in domo Iouis, vel in eius finibus, hæc fuerit reperta coniunctio.

Venus ſi fuerit in aſcẽdente ſalua & pura, facit natum eſſe dilectum populo, ac bonæ conuerſationis: manſuetum, & bonum, & habentem vitioſam vitam, & bonam famam.

Mercurius ſi fuerit in aſcendente, natus erit iuſtus, multorum gaudiorum: à ſe expellet omnem triſtitiam & anxietatem, maximè ſi fuerit fortunatus & purus ab infortuniorum aſpectu fidelis erit. Credent ſe ei homines, & ſuas res in eius cuſtodiã deponent. Sed ſi Mercurius fuerit apparens cum luminaribus in ſigno & gradibus fœmininis, ſignificat quòd natus erit in bono ſtatu.

Pars

Digitized by Google

Pars fortunæ ſi fuerit ab infortuniis libera, & extra radios Solis, erit natus virtuoſus, bonorum morum, compoſitæ vitæ in victu ſuo. Abenrag. ſententia cap. 10. par. 4.

Pars legis ſi fuerit in Capricorno, ſignificat quòd natus erit bonorum morum, nec erit in eo aliqua malitia. Et ſi fuerit in Ariete, aut Leone vel Scorpione, ſignificat quòd natus erit velocis ac vehementis iracundiæ, nec facile conueniet cum hominibus. Idem Autor.

Si tertius dominus triplicitatis domus ſubſtantiæ fuerit in bono ſtatu, fortis & fortunatus, natus erit fidelis, dicetur bonum de eo, & confidetur in ipſo: & nomen obtinebit boni veridici, & legalis in dictis ſuis & in emendo, vendendo, dando, & accipiendo. Sed ſi fuerit hic ſignificator in diuerſo ſtatu, erit dehoneſtatus, abhorribilis, odioſus, cognitus pro proditore, ac deceptore in dando, & accipiendo, & pro non legali & mendace.

Saturnus Almuten loci Mercurij & Lunæ, fortis ac bene affectus, facit graues cum quadam auſteritate, conſultos, profunda cogitantes, taciturnos, ſolitarios, laborioſos, patientes, cumulatores opum, parcos, proprij commodi ſtudioſos, zelotypos. Si autem fuerit debilis ac infeliciter poſitus, facit abiectos, ſqualidos, humilia cogitantes, querulos, negligentes, timidos, amantes ſolitudinem, triſtes, inuidos, pertinaces, ſuſpicaces, liuidos, obtrectatores, ſuperſtitioſos, incultos, malignos, inſidiantes ſuis.

Iupiter Almuten loci Mercurij & Lunæ, ſi fuerit fortis ac bene affectus, facit honeſtos, religioſos, iuſtos, beneficos, magnanimos, gubernatores, ſplendidos, magna curantes, graues cum quadam moderatione, prudentes, ordinatè viuẽtes, amantes ſui, candidos, apertos. Si autem fuerit debilis & infeliciter poſitus, facit mores ſimiles ſuperioribus, ſed obſcuriores, & magis dilutos: faſtum animi, ſuperbiam, ſuperſtitionem, timiditatem, ſimulatum ac fucatum candorem, negligentiam & prodigalitatem.

Mars Almutem loci Mercurij & Lunæ ſi fuerit fortis, ac bene affectus, reddit generoſos, fortes, animoſos, iracundos, vehementes, promptos manu, apertos cum quadam temeritate, pericula non metuentes, idoneos gubernationi, iactabundos, vindictæ cupidos, impatientes ſeruitutis & incuriarum. Si verò fuerit debilis & infortunatus, reddit crudeles, rixoſos, tyrannicos, præcipites, truculentos, temerarios, inuerecundos, ſumptuoſos, thraſones, iniuſtos, effuſores ſanguinis, feroces in laceſſendo, & vbi ad rem ventum eſt timidos prædones, autores diſcordiarum, &c.

Venus Almuten loci Mercurij & Lunæ ſi fuerit fortis & bene affecta, facit lætos, hilares, formoſos, blãdos, venuſtos in geſtib', bonos, beneficos, miſericordes, ad voluptates pronos, mundiciei & choreis deditos, deliciarum amantes, ſubtiles & elegantes. Si autem fuerit debilis & infortunata, facit mulieroſos, timidos, imbelles, ignauos, procos, pronos ad libidinem, negligentes famæ aut infames, zelotypos.

Mercurius Almuten loci ſuiipſius & Lunæ, ſi fuerit bene diſpoſitus & fortis, facit acumine ingenij excellentes, ſtudioſos, & capaces doctrinarum, vafros, ſolertes, cautos, bene coniecturantes & cum dexteritate omnia facièetes, poëtas, geometras, mathematicos, ſine doctore facile & multa diſcentes, diſertos, moribus compoſitis, &c. Si verò fuerit debilis & male affectus, facit inſtabiles, malitioſos, maleuolos, perfidos, mendaces, præſertim cum cauda Draconis in eſſentiali dignitate maleficorum, cuiuſuis rei ſimulatores, & diſsimulatores, clam ſtruentes fraudem & periculoſa conſilia, infames, falſarios, vbique ſe ingerentes, obliuioſos, ſtolidos, locutuleios, hallucinantes.

Luminaria quoque in qualitatibus animæ adiuuant, dummodo in locis aptis figuræ, & in ſignis naturæ ipſorum conuenientibus reperta fuerint.

Cùm planetæ ponderoſi fuerint occidentales à Sole, dabunt probitatem circa finem vitæ: & econuerſo. Almanſoris ſententia 30.

Cor Leonis cum domino horoſcopi magnanimitatem, venuſtatem, morũ grauitatem decernit.

Spica Virginis, decernit ſuauitatem morum, & induſtriam.

*REGVLAE SPECIALES, DE eligendo ſignificatore morum.*

*Prima regula.*

1 Cùm planeta aliquis horoſcopi ſignum, aut illud quod intercipitur, occupat, is principalis morum ſignificator erit. Particeps autem erit ille, qui in loco ſignificatoris dominium habet, vel dignitatem domus aut exaltationis.

2 Hic planeta ſignificator morum, cum ſuo diſpoſitore, vel domino domus conſiderandus eſt. Cùm enim eſt beneficus, vel beneficis configuratus & potens, decernit honeſtos, bonos, & laudatos mores, pro ſua natura.

3 Sin fuerit maleficus, aut maleficorum radiis infectus, & debilis, tribuit malos mores, diſtortos & pro ſua natura.

4 Malefici potentes, decernunt quidem mores bonos, ſed aliquid veneni ſemper miſcent, & aliqua improbitatis veſtigia imprimunt.

*Cautela.*

Mercurius indifferens eſt. is mores largitur de natura planetæ, cuius ipſe naturam aſſumit, duplici modo.

1 Cùm coniungitur alicui corpore. Quod ſi pluribus iungatur, eius naturam aſſumit, qui inter eos potentiſsimus, & propius ei collocatur.

2 Si nulli eſt coniũctus, naturam eius aſſumit, in cuius eſſentiali dignitate verſatur.

Caput Draconis, æquiparatur conſtitutioni Iouis, ſiue fauſta ſit illa, ſiue infauſta.

Cauda Draconis eodem modo Saturni & Martis conſtitutioni æquiparatur.

Luminaria in horoſcopo conſtituta, tantum generaliter mores diſponunt, magis verò pro natura ſuorum diſpoſitorum.

Eadem eſt ratio Mercurij, cum luminarium naturam aſſumit.

Quod ſi luminaria nullos diſpoſitores habuerint, vt cum in propriis domiciliis verſantur, hìc propter generalem ſignificationem, reliqui etiam ſignificatores adhibendi erunt. Vt in genitura Ioli Iacobi Medicis, Mars in Tauro

Vide ei' geneſim, pag. 295.

Digitized by Google

in Tauro horoſcopi gradum occupat, nullo præterea planeta ibidē exiſtente. Ergo Mars erit principalis morū ſignificator, & Venus erit particeps propter dominium in Tauro. Mars igitur mediocriter poſitus, & à Iouis triangulo illuſtratus, ſignificat vehementem, iracundum, promptum manu, fortem, ſagacem, magnanimum, apertum cum quadam temeritate, vindictæ cupidum, voluptatibus tamen ſæpius indulgentē. Et quia Venus particeps eſt huius ſignificationis morum, & à quadrato Martis affligitur, ideo libidinibus aliiſq; illecebris voluptatum deditum decernit, præſertim cū Mars ſit natura maleficus, & in ſuo detrimēto. Ac propterea etiam moribus aliquid veneni, & quædam imptobitatis ſemina commiſcet, ita vt pro fortitudine ſignificata, magis violentiam, crudelitatem & temeritatem, incredibilia audentem, doloſum, ambitioſum, ſuis viribus confidentem decernat.

Vide ei' geneſim, pag. 542. Sic in genitura Alciati Iuriſconſulti Venus in horoſcopo recepta à Mercurio ex domicilio, & bene affecta exiſtit. Mercurius verò diſponit Venerem aſſumens naturam Martis propter cōiunctionem. Venus igitur & Mars mores diſponunt. Ac ratione Veneris beneficæ, decernuntur mores blandi, benefici, læti, pacifici, humani, beneuoli: Mercurius particeps, naturam Martis aſſumens, bene affectus, ingenij excellentiam admirandam decernit, ſtudioſum & capacem facit doctrinarum, poëtam inſignem, & cum dexteritate omnia agentem, Mars autem ingenium ad rixas ſimul inclinatum ſignificat, & nimis in alienis curioſum: vnde plures inimicitiæ, & alia incommoda ei extiterunt.

*Secunda regula.*

Cùm plures planetæ horoſcopū occupant, oēs ſunt ſignificatores morum, & varietatem quādam efficiūt. Sed planeta inter eos fortiſsimus, largitur mores durabiles, & perpetuo manentes. Reliqui minus durabiles erunt, & qui tantum ad tempus durant. Horum duratio ex directionibus Lunæ, & horoſcopi deprehenditur. Cum enim ad Venerem peruenerint hi ſignificatores, hilaritatem, & ſuauitatem, ac mores reliquos Venereos adferunt. Cum ad Iouem, probitatem & honeſtatem. Ad Saturnum, triſtitiam, timorem, &c.

*Tertia regula.*

Cum nullus planeta horoſcopū occupat, cōſidera quis Lunæ aut Mercurio iūgatur, & pro natura ei' planetæ mores iudicabis. Si plures iuncti fuerint, aut ſi Sol iungatur alterutri, repete quæ iam de planeta, vel planetis, in prima regula dicta ſunt.

Si vtriq; & Lunæ & Mercurio iungatur aliquis, perinde eſt, ac ſi plures planetæ conſtituerentur in horoſcopo. Nam diuerſitatem morum ſignificant: ſed tamen mores ſignificati à potentiore, erunt durabiliores & firmiores, ſiue is iungatur Lunæ, ſiue Mercurio. Exemplum vide in genitura

Vide ei' geneſim, pag. 538. Georgij Trapezuntij. Is natus eſt in coniunctione Martis & Mercurij. Mores igitur eius Martiales fuerunt. Ac cum Mercurius debilis & infortunatus fuerit ratione combuſtionis peregrinitatis, & cōiunctionis cum Marte, mores quoque pro natura ſua tribuit, vtpote vafros, ſubdolos, plurimum fellis & mellis habentes, inconſtantes, laborioſos, fraudulentos, rixoſos, temerarios, ſimulatores, & diſsimulatores cuiuſlibet rei, &c.

*Quarta regula.*

Quod ſi nullus planeta horoſcopum occupat, neque Lunæ, aut Mercurio aliquis iungatur corpore, ſume dominum ſigni horoſcopi, & pro eius natura & affectione bona vel mala de moribus, vt ſupra oſtenſum eſt, iudicabis in primo membro, ita tamen ſi diſpoſitor eius, aliquo cum aſpectu intueatur.

Quod ſi eum non intuetur, recurrendum eſt ad illum planetam, qui fortius Lunam, vel Mercuriū partili radio aſpexerit.

Cùm nullus tali radio aſpexerit, is eſt ſignificator morum, qui in loco Lunæ, vel Mercurij, plures ſibi dignitates vendicarit, ac pro natura eius, & affectione bona, vel mala, iudicium de moribus conſtitues.

*Quinta regula.*

Significatores morum iuncti ſtellis fixis regiis, primæ vel ſecundæ magnitudinis, illis præſertim, quæ parum diſtant ab ecliptica, mirificam vim habent in morum ſignificatione, ita vt planetæ vires excitent & augeant.

Cor Leonis cum domino horoſcopi, aut ſignificatoribus morum, magnanimitatem tribuit, & mores graues ac generoſos. Hodie incidit in 23. grad. 30. min. Leonis.

Spica Virginis, quæ hodie eſt 17. grad. 40. min. Libræ morum ſuauitatem, ſedulitatem, & grauitatem, ſuauitate mirabili temperatam decernit. Talis eſt conſtitutio in themate Eraſmi Rhoterodami. Venus enim in horoſcopo conſtituta, & ipſe horoſcopus non longe à ſpica Virginis abſunt, quæ ei ingenij & eloquentiæ ſuauiſsima dona decreuerunt, cum induſtria, ſedulitate & lepore temperata. Vide ei' geneſim, pag. 542.

Iudicium de ſtellis fixis quære in ſuo tractatu: vt inferius habetur.

*Notabilis obſeruatio.*

Cùm aliqua pugnantia, in regulis expoſitis, de moribus incidit, adhibendus eſt velut arbiter dominus genituræ, & ſecundum eius naturam vel beneficam vel maleficam, his dirimenda erit.

Quales mores à ſingulis planetis oriantur, & in ſpecie decernantur, vide ſuperius in paragrapho, Quando Saturnus fuerit Almuten loci Mercurij, & Lunæ, &c.

*De affectibus.*

Teſtatur experientia, hominum affectus extrinſecus non poſſe cognoſci: ſed ex ſtellarum poſitu facile in eorum cognitionē deuenire poſſum'. nam ἀστοργία, quę eſt cōmunium affectuū priuatio,

affect

Digitized by Google

*Vnde de affectibus ſumatur iudicium.* affectuum cognoſcitur ex prima domo, eiuſque domino, planetis in prima collocatis, vel eidem iunctis aliquo aſpectu, vel dominantibus domino genituræ, ex Lunæ poſitu, ac configuratione ad genituræ ac horoſcopi dominum, ac reliquos planetas. Vt ſi Mars coniungatur Lunæ aſpectu vel coniunctione, iracundos, blandos & ſuaues reddit. Cum Mars in horoſcopum incidit, & Mars eundem obtinet, aut aſpicit ex ſigno ſuæ naturæ, & ſuffragatur dominus genituræ & Lunæ ſitus, nec aliquid mitigant contraria tum ſignificatoribus: inſigniter iracundos & furētes hic poſitus ſignificat.

*Martis & Lunæ coniunctio. Mars in horoſcopo.*

*Saturnus in horoſcopo.* Sic Saturnus vel horoſcopans, vel in aſcendēte dominans accedente Lunæ teſtimonio, ex melancholico ſigno triſtes, moroſos & mœſtos reddit. Ad eundem modum ſi horoſcopum occupet ſignum Venereum, & Luna cum Venere eundem intueatur ex ſextili, vel trino aſpectu, natum amantem mulierum efficit &c. ſed conditio naturaque obiectorum, ex ſigno primæ domus, & planetis cum prima mixtis, facile cognoſci poteſt.

*Patria. Familia. Natio. Hæc ſimul conſiderari debent.* Sed hic nec patriæ ingenium, nec familiæ aut nationis natura prætereunda eſt. Hæc nanque omnia ſimul miſcenda ſunt: imprimis etiam ſimul videndum cuius naturæ ſigna ſint, per quæ luminaria ferantur. Ambo enim in ſignis feris inuenta cum ſpiritui corporique dominentur, nati animū ad aſperitatem violentiamque propellent, præſertim ſi ſignum ferox horoſcopum teneat.

*Mercurius bene poſitus.* Notandum eſt & illud, quod Mercurius bene poſitus in natiuitate, fortior Marte, Venere & Luna, denotet potentiam rationalem cæteras gubernaturam, vt intra metas officij ſui, & actionum congruentium limites conſiſtant.

*Martis cōditio.* Cùm verò talis eſt conditio Martis, natum multa temerario affectu, & cæco quodam ac rabioſo impetu moturum, geſturumque ſignificat.

*Veneris aut Lunæ excellens.* Venus verò, aut Luna excellens reliquis teſtimoniis accedentibus, ad libidines, helluationes, & luxum, natum propenſum efficit.

*Temperamentorum conſideratio. Sanguinei quales habent affectus.* His omnibus addatur conſideratio Temperamentorum. Sanguinei enim natura ſunt hilares, læti, iucundi, affabiles, liberales, faciles, ſine fraude, fide digni, pacifici, veraces, moderati, religioſi, mites, luxurioſi, ad quotidianam vitam idonei, & minimè offenſionum tenaces.

*Cholerici.* Cholerici ſunt iracundi, contentioſi, cupidi vindictæ, diſcordias & bella ſeminantes, importuni, cum impetu omnia facientes, exponentes ſe periculis, nulli credentes, mutabiles, ſed aperti.

*Phlegmatici.* Phlegmatici ſunt puſillanimes, inconſtantes, ſecretorum diuulgatores, ſegnes, tardi, ſtupidi, & hebetes.

*Melanch.* Melancholici ſunt profundæ cogitationis optimorum conſiliorum, tardè iraſcuntur, ſed iram diu retinent, ſolitarij, inuidi, ſuperbi & ſeſe admirantes.

De his copioſius doctrina phyſica conſulatur, & Galenus in libro, quem hoc titulo inſcripſit, Animi mores reſpondere temperamento corporis.

*De conſtantia, vel inconſtantia.*

De conſtantia & inconſtantia iudicaturi aſpiciemus,

1 Signum horoſcopi & eius dominum.
2 Signum domini horoſcopi.
3 Dominum genituræ.
4 Signum domini genituræ.

Signa enim fixa conſtantes homines, non vagabūdos, efficiunt: ſic planetę Solis, Iouis, Saturni, conſtantes, reliqui, inconſtantes dabunt. In his diligenter cōſiderentur aſpectus planetarum ad Aſcendentes, & principalia loca genituræ.

Hinc ex collatione omnium ſignificatorum, & aſpectuum, de conſtantia, & inconſtātia nati, rectè pronunciabit Aſtrologus.

*De continentia, vel incontinentia.*

In hac re diiudicanda principaliter temperamentum nati conſiderabis. Sanguinei enim, phlegmatici, & cholerici, plerumque ſunt incontinentes, & intemperantes. Melancholici verò magis ad continentiam declināt. Hinc Venerem & Martem conſiderabis, qui planetæ in ſignis commutatis, hoc eſt, Venus in Martiali, Mars in Venereo ſigno, natum luxurioſum fore denotant. Deinde coniunctiones & aſpectus planetarum ad Martem & Venerem conſiderabimus, & ex collatione ſignificatorum aliquid certi definiemus. Gauricus hunc Aphoriſmum tradit, ex ſententia Ptolemæi: Venus cum fuerit iuncta Saturno, & domina eſt ſeptimæ domus, natus erit luxurioſus contra naturam. Sed hæc particularia ex doctrina ſupra de moribus & affectibus, cognatis locis ſcilicet rectius diiudicari poſſunt. *Temperamenti natura.* *Venus & Mars in ſignis cōmutatis.* *Venus coniuncta Saturno domina ſeptimæ domus quid ſignificet.*

*De inclinationibus prauis.*

Saturnus ſi fuerit in aſcendente, aut in aliquo angulorum, natus erit multarum anxietatum, & cogitationum, turpis, fraudulentus, triſtis, malè fortunatus, & ſibiipſi & omnibus qui commercium habuerint cū eo. At ſi fuerit Mars, erit magni caloris, cogitationum leuium, & diſſipator, niſi reſpiciatur à beneuolis. Abenrag. par. 4. cap. 9. *Inclinātiones prauæ.*

Saturnus in aſcendente vel Mars, vel ambæ infortunæ in aliquo angulorum, ſignificant malam famam & nomen, & licet natus bonum faciat omnibus, non tamen gratificabitur ei, erit odioſus illis, quibus non faciet malum, & ab omnibus malè recipietur. Idem auth.

Saturnus per quadratum ſuper Venerem eleuatus, facit natos impudicos, & in mulieribus impatientes. Si verò Venus ſuper Saturnum eleuata fuerit, faciet faciles ad mulieres & pronos. Hermetis ſententia 45.

Saturnum in oppoſito Iouis quicunque habent, nunquam quieſcunt.

Saturnus in horoſcopo, facit mendaces, doloſos, ſordidos, & auaros.

Saturnus vel Mars ſi in decima domo aſcendentis non amici, atque ibi peregrini fuerint, natus erit ſuſpectione plenus.

Saturnus vel Mars ſi fuerit in nona domo, ſignificat natum mendacem in ſua fide, & iurantem falſa.

Saturnus

Digitized by Google

Saturnus vel Mars in tertia domo denotat hominem mendacem. Auenares in ratione 3. domus.

Saturnus & Venus ſi fuerint in ſeptima domo, & Mars in octaua. Mercurius verò cum Marte vel cum cum Saturno & Venere, nec aliquam horum Iupiter proſpera radiatione reſpiciat, ſignificant libidinoſos, & qui omnia ſceleſtæ impuritatis vitia ſuſtineant.

Saturnns in ſexta domo, & Venus & Mercurius in duodecima per diametrum reſpicientes Saturnũ, decernunt nato filias ſuas inceſto cupiditatis ardore, ad conuentionem thori genialis aſſociandis.

Saturnus & Venus ſi in medio cæli fuerint conſtituti, & eos Iupiter nulla radiatione reſpiciat, & ſit mulieris iſta genitura, ea cum ſterilibus viris, inefficaci libidinis cupiditate coibit, ac impudico actu miſcebitur.

Saturnus, Venus & Luna in ſeptima domo conſtituti, cum effœminati corporis mollicie, cinædos efficient. Si verò Mars in imo cæli fuerit poſitus, & eos quadrata radiatione reſpexerit, impuros faciet, & ad omne libidinoſæ vitiũ turpitudinis applicatos, & qui ſemper cum vxoribus ſuis, impudico atque impuro coitu iungantur. Si verò hos omnes ſic in occaſu poſitos Iupiter ex imo cæli quadrata radiatione reſpexerit, cum iis omnibus vitiis, puerorum etiam amatores, infameſque prædicones efficiet.

Saturnus, Iupiter & Venus ſi fuerint in medio cæli partiliter conſtituti, & in quarta domo Mars conſtitutus, omnes hos diametra radiatione reſpiciat, puerorum faciunt amatores, ſed qui hoc libidinis vitium propria corporis iactantia diſpendioque compeſcant.

Saturnus, Mars & Luna ſi fuerint cõiuncti in duodecima domo, & eos Iupiter trigonica radiatione reſpiciat, aut in ſeptima, aut in tertia domo ſit conſtitutus, & Sol horoſcopum teneat partiliter, crudelẽ nobis tyrannum iſta genitura demonſtrat.

Saturnus, Mars, Venus & Mercurius ſi fuerint in vndecima domo coniuncti, hominem luxurioſum faciunt, qui profuſis ſumptibus ſit laſciuis cupiditatibus implicatus.

Saturnus, Mars, & Venus ſi in medio cæli fuerint coniuncti, & his quartus teſtis accedat, meretrices efficiet, quæ detrimento nundinati pudoris & proſtituti corporis gratia, miſerum quæſtum per dies ſingulos quærant. Si verò maſculi fuerit iſta genitura, effœminati furoris ardore, mulieribus libidinum vitiis natus implicabitur.

Saturnus & Mars, aut Saturnus cum Mercurio in ſeptima domo ſordidè auaros decernunt.

Iupiter autem in domibus Saturni, & ſpecialiter in Capricorno, & in gradibus putei facit rigidos, & omnibus odioſos. Hermetis ſententia 63.

Iupiter ſemper in medio cæli partiliter cõſtitutus, miſero libidinis ſtudio, ad ſordidarum mulierum concubitus impellit. Si verò cum eo Mars fuerit inuentus, vxorem facit ab alio violenter arripi.

Iupiter & Mars ſi in medio cæli fuerint coniuncti, & in tertia domo Mercurius & Venus fuerint inuenti, octauam verò domum Saturnus teneat, Sol autem ſit in Geminis, & Luna in domo vel altitudine ſua ſit poſita, hoc decretum heroem, virum fortem, homicidamque perficiet, qui victrici dextra, hoſtium aceruos eximia ſtrage conficiat.

Mars quibus eſt in Mercurij quadrata radiatione mali ſunt animi.

Mars in Cancro, ſubitam efficit iram, ſed minimè tenacem.

Mulier, quæ Martem habet cum Luna, caſta & pudica non erit.

Mars facit in aſcendente mendaces, inconſideratos, violentóſque, ac vinolentos.

Mars in nocturna genitura ſi fuerit in quadrati aſpectu Lunæ creſcentis, natus ob impatientiam & irã ſibi negotium ſæpe faceſſet.

Mars in octaua domo in igneo ſigno, vel humano, facit inſanam vindictæ cupiditatem.

Mars in nona domo infortunatus, plerumque facit mendaces, contemptoréſque diuorum.

Mars & Venus ſi fuerint in ſignis maſculinis, natus erit fornicator, adulter, & reddetur pronus ad multas illecebras. Si vero contingat hos duos planetas eſſe in ſignis fœmininis, eueniet oppoſitum: nam ſi ſit vir, erit effœminatus valdè, & faciet omnia, quæ ſpectant ad fœminam: ſi verò ſit mulier, erit meretrix magna, & exponet corpus ſuum omnibus, quòd niſi reprimat paſſiones iſtas, venient in vitium.

Mars & Mercurius cum Luna coniuncti, maleque diſpoſiti, fures, aut latrones faciunt.

In natiuitatibus mulierum cùm fuerit aſcendens aliqua de domibus Veneris, Marte exiſtente in eis: vel de domibus Martis, Venere exiſtente in eis, erit mulier impudica: idem erit ſi in aſcendente Capricornũ habuerit. Hermetis ſententia 25.

Marte occidentali in Capricorno non aſpiciente Saturnum nec Iouem, nec Venerem, nec Solem, natus erit corruptor hominum, & ſanguinis effuſionis amator. Hermetis ſententia 43.

Cùm fuerit dominus domus Martis impeditus, erit malæ fidei, & multæ ſimulationis, videns res commixtas in fide. Omaris ſen. lib. 3. c. de itinere.

Mars ſi habuerit in aſcendente dignitatem, & fuerit in Libra, ſignificat quòd natus erit fornicator. Abenrag. par. 4. cap. 10.

Mars ſi in horoſcopo fuerit inuentus, in ſeptima domo Venus fuerit conſtituta, Saturnus verò decimã domum poſſideat, & Luna, ſit in quarta domo, impurum hominem iſta genitura perficiet. Mater. ſen. lib. 6. cap. 31.

Mars ſi in medio cæli fuerit in fœminino ſigno, & Saturnus cum Venere in vndecima domo fuerint, & in horoſcopo ſint conſtituti Iupiter, Luna, & Mercurius in Veneris ſigno, aut matres ſuas, aut nouercas, aut matrum ſorores, qui ſic has ſtellas habuerint, inceſta libidinis cupiditate corrumpent. Idem.

Mars ſi iungatur Veneri in horoſcopo, & ambo in domo Iouis fuerint conſtituti, Martem quoque & horoſcopum Saturnus trigonica radiatione reſpiciat, & Luna ſit in nouiſſimis horoſcopi partibus conſtituta, hi qui ſtellas habuerint, aut cum matre, aut cum nouerca coibunt. Si verò ſit iſta genitura mulieris, aut cum patre ſuo aut fratribus inceſta libidinis cupiditate concũbet: eritque nihilominus iſta mulier circa omnem libidinem vitio proſtituti pudoris impatiens. Idem.

Mars & Luna ſi in medio cæli fuerint coniuncti, & cum iis Venus & Mercurius, & Saturnus eos diametra radiatione reſpiciat, decretum hoc, in viri-

genitura

genituræ publicos Gallos efficiet, mulieres verò meretrices reddet, ac omni honeſti pudoris præſidio deſtitutas, Idem.

Mars, Sol, & Mercurius ſi fuerint in ſeptima domo & in tropico ſigno coniuncti, homicidam, latronem, & humano ſemper cruore perfuſum, & omni genere crudelitatis armatum, iſta ſtellarum ſocietas efficiet. Idem.

Mars & Mercurius ſi in octaua domo fuerint collocati, malos fures efficient, qui res alienas praua mẽtis cupiditate deſiderẽt, & qui furore mentis immodico, & auaritiæ vitio poſſeſſi, aliena patrimonia, iniuſtis ſemper deſideriorũ cupiditatibus inſequãtur. Idẽ.

Mars ſi in horoſcopo fuerit conſtitutus, & in medio cæli Mercurius fuerit poſitus, & reſpiciat Martẽ per quadratum, publicos ac malignos accuſatores facit. Sed ſi Mercurius in ſeptima domo, & Mars in quarta fuerint, & reſpiciat Mars per quadratum Mercurium, latrones perficient, ſed qui frequenter humano ſanguine cruententur. Idem.

Mars & Mercurius ſi fuerint in quinta domo coniuncti, & eos Saturnus ſuperior effectus, quadrata radiatione reſpiciat, aut cum ipſis coniunctus, falſarios faciet, aut qui pecunias publicas cõflaturarum adulterinis artificiis imitentur. Si verò iis ſic poſitis, aliquo conſenſu in poſteris annuat Luna, latrones, homicidaſque perficiet. Idem.

Mars & Sol ſi in horoſcopo fuerint, & in quarta domo Saturnus, quadrata eos radiatione reſpiciat, Luna verò in medio cæli collocata, Saturnum per diametrum reſpiciat, & Solem & Martem per quadratum, parricidalia parẽtum, circa filios odia, funeſtamque cædem ſemper exagitat. Idem.

Mars & Sol ſi fuerint in ſigno tropico in ſeptima domo cum Mercurio, latronem efficient: ſed qui in peregrinis locis latrocinia exercens humano ſanguine cruentetur. Is tamen in eodem facinore deteɛtus, ſeuera animaduerſione punitur. Idem.

Mars {
- In ſignis aqueis, facit natum timidum.
- In domo Lunæ facit natum crudelem.
- Cum Mercurio in medio cæli facit prædonem famoſum.
- Cum mercurio ſub radiis in angulo, facit latronem notum & famoſum.
- Cum Luna in angulo ſub radiis, facit latronem ſolitarium, & ſecretũ. Albohaly ſententia cap. 33.

Sol ſi fuerit in oppoſitione Lunæ, odio parentes habebunt natum, Omaris ſententia cap. de itinere.

Sol ſi fuerit iunctus Lunæ in ſexta domo, natus erit fatuus, feſtinus, diabolicus, & malæ cogitationis. Aben. par. 5. c. 4.

Sol ſi fuerit in Ariete aut in Scorpione in horoſcopo, Mars vero & Saturnus & Iupiter in opportunis genituræ locis poſiti, trigonica ſe radiatione reſpexerint, facient tyrannos crudeles, terribiles, & efficaces, qui in hominum necibus, & in miſerorum pœnis, crudeli ſemper feritate graſſentur, Materni ſenten. lib. 6. cap. 31.

Venus nato voluptatem affert in membro, cui ſignum, in quo ipſa eſt, dominatur. Ptolemæi ſententia 27. & Alman. ſent. 33.

Venus cum Saturno coniungitur, habẽtque hoſpitatorem aliquem in loco ſeptimo qui natus eſt, ſordidi coitus erit. Ptolemæi ſententia 80.

Venus ſi fuerit in domibus Saturni, & aſpexerit eã Saturnus, erit natus frigidus in coitu. Omaris ſententia lib. 3. cap. de coniugio.

Venus cum fuerit in quarto aſpectu Martis, aut in oppoſitione ſua, vel cum eo in vno ſigno, & euenerit vt ſit Mars in Ariete, vel Scorpione, vel Capricorno, natus erit turpiſſimus in coitu. Idem.

Cum in mulieris genitura Venus ſub radiis Solis fuerit, ex mœcabitur cum nobilibus: ſi verò illius loco Mars, cum vilibus & ſeruis.

Cui Venus peſſimè poſita eſt, is voluptatem in vita nunquam ſentiet.

Venus in domibus, vel exaltatione Martis, ſemper aliquid turpis libidinis pollicetur.

Cuicunque Venus non bene poſita in quadrato, oppoſito vel cõiunctione Martis fuerit, ei cauſa amoris ingentia inconuenientia contingent.

Venus ſi in fœminino ſigno fuerit inuenta in ſeptima domo, & Mars fuerit in ſigno fœminino, & etiã Sol & Luna ſigna fœminina poſſideant, cinædũ tibi hominem iſta conſtellatio demonſtrat. Si verò mulieris fuerit iſta genitura, meretricem publicam & famoſam, nunſinato pudore perficiet. Mater. li. 6. c. 31.

Venus cum Saturno in horoſcopo in quocunque ſigno licentia poteſtatis, meretrices publicas efficiet, præſertim ſi nulla eos Iupiter radiatione reſpiciat. Idem vt ſupra.

Venus ſi in veſpertino ortu in ſeptima domo fuerit, & Saturnus fuerit in medio cæli, viros ad Venerẽ languidos efficiet. Sed & fœminas, Veneris cupiditate ſopita, & omni extincta libidinis ſubſtãtia, frigidas faciet ſemper ad coitum. Idem vt ſup.

Venus ſi fuerit in Capricorno, & reſpiciat per diametrũ Saturnum, facit tales, quos vxores ſuæ omnibus conuitiorum generibus execrentur, quorum corpora hircini odoris triſtem illuuiem, deſudatis grauibus humoribus euaporent: eruntque ipſi execrati coitus, ex venereis libidinibus ſemper infames, & qui promiſcuæ libidinis vitioſos concubitus, proiecta mẽtis cupiditate deſiderent. Sed hæc ex aliqua parte Iupiter mitigat, ſi Venerem trigonica radiationẽ reſpexerit. Idem vt ſupra.

Mercurius ſi fuerit in tertia domo, & fuerit in mixtura vnius malorum, ſignificat natum ſcriptorem falſorum inſtrumentorum & iurantem falſa. Abrahami Auenaris in ratione 3. domus.

Mercurius recipit naturam Martis in domibus illius exiſtens: & ſi fuerit configuratus eidem cadenti ab angulo, erit natus amator venationis, diliget ludere taxillis: ſi verò cadens non fuerit, erit bellicoſus & miles. Hermetis ſen. 64.

Cuicunque fuerit Mercurius in domo Martis, erit natus malæ ſuſpicionis, & feſtinus in ſuis negotiis. Almanſoris ſententia 11.

Mercurius in Piſcibus facit impedimentum in lingua & reddunt natum in ſermone ab ſurdum, qui que dicat aliud quam mente conceperit. ſic & aſcendẽs.

Mercurius ſi fuerit in ſexta domo, erit natus deceptor, infidelis & fur. Abenrag. par. 5. cap. 4.

Luna ſi fuerit in oppoſito Mercurij, & Mars eos aſpiciat quocunque aſpectu, & illi ſint in vno angulorum, denotabit non eſſe aliud artificium nati, niſi latrocinari. Abrahami Auenaris in ratione vndecimæ

domus.

Lunæ configuratio ad ſtellas, natum bene agilem facit, quæ ſi potentes fuerint, effectiuam, ſin imbeciltes inertem ad agendum commotionem indicant. Ptolemæi ſententia 23.

Luna ſi aſpiciat
- Saturnum, (teſte Ptolemæo) omnibus diebus ſuis natus erit, vt plurimum in dolore & cogitatione.
- Iouem, erit in gaudio cum amore ſimul, iuſtitia & pace.
- Martem, erit in ira, die ac nocte.
- Solem, quærens erit natus dominium.
- Venerem, erit quærens comedere & bibere apud concubinam.
- Mercurium, omne genus ſcientiæ quæret. Si autem nullus planetarum Lunam aſpexerit, erit piger in omnib' ſuis operibus. Et ſi aſpicientes fuerint plures, quilibet dabit vim ſuam ſecundum fortitudinem eius. Abrahami Auenaris in ratione primæ domus.

Luna ſi non applicat Ioui in aliquo aſpectu, ſignificat quòd natus erit vilis vitæ, & vilis. Abenrag. par. 4. cap. 10.

Luna ſi fuerit applicata Marti de quadrato, vel oppoſito, vel coniuncta ipſi Marti, ſemper poteris prognoſticari hunc natum habiturum propenſionem ad diſcordias, ad cædes & indignationẽ: & maximè vt dixit Albubater ſi fuerit Mars in ſignis humanis, quia ſemper iſti redduntur proni ad homicidia perpetranda. Si autem fuerit ex ſextili, vel trino aſpectu, erit natus pronus ad iuſtitiam & æquitatem.

Luna ſi fuerit copulata Veneri ex ſextili vel trino aſpectu, nati amabunt illecebras, amores, ebrietates. Et ſi fuerint mulieres, & ipſi planetæ fuerint malè affecti, tradent corpus cuicunque volenti. Si fuerint maſculi, vtroque ſexu vtentur. Et ſi Venus fuerit in ſigno fœminino, erit natus pronus ad ea quæ naturalia ſunt & honeſta: ſed ſi fuerit in ſuo detrimento, ſcilicet in Virgine, vel combuſta, erit natus propenſus ad omnia perpetranda ex naturali inclinatione.

Luna ſi nõn copulatur Mercurio, neuterque aſcẽdẽti, natus erit ſtultus & dæmoniacus Ptolemæi ſententia 70.

Luna cum fuerit in primo gradu ſignorum, aut in fine eorum, proiecerintque mali planetæ radios ſuos ad ipſum terminum, & maximè Saturnus, diliget dilectione maxima, & eius amor publicabitur. Omaris ſent. lib. 3. cap. de infirmitatibus.

Luna ſub Sole exiſtens, cogitabundos & melancholicos facit: aduritur enim cerebrum.

Luna iuncta Saturno, plena luminibus, facit prudentes, tenaces, memores iniuriarum.

Luna in quadrato Solis non recepta, facit humiles corde, & parcos, (ſed tamen qui in quibuſdam rebus ſint immoderatè ambitioſi) ambitioſos, ſplendidos & honoris cupidos.

Luna cùm fuerit in Capricorno in medio cæli, Saturnus vel Mars in quarta domo, natus erit infamis. Si Luna fuerit in Scorpione, & Mars in Tauro in quocunque loco figuræ natiuitatis, natus erit infamis, & ei accident toto tẽpore vitæ ſuæ multa incõueniẽtia,

Cum Luna conuenerit
- Cum Marte, erit natus audax, præceps, iracundus & inconſultus ac agilis.
- Cum Saturno, lentus, iners, timidus, iniuriæ patiens, doloſus.
- Cum Ioue, moderatus, prudens ac boni habitus.
- Cum Sole, ambitioſus & clari nominis erit natus.
- Cum Venere, placidus, manſuetus, iocoſus, & eneruatus.
- Cum Mercurio, dociliſſimus & acutus, animique ſubdoli.

Luna ſi fuerit in principio Arietis, vel Capricorni vel Tauri, mulieres quidem viragines facit: viros verò ad omnia libidinum vitia ſemper impellit, vt miſero concitati Veneris ſtimulo, impuri & impudici coitus vota concupiant. Si verò cum Luna fuerint Mars & Mercurius, ſine teſtimonio Iouis, omne vitiũ impudicæ impuritatis indicant: tunc viri, ſpontanea furoris adhortatione, muliebria patiuntur, tunc impuro honore vitioſæ libidinis ardorem exequi ſtudent. Si verò fuerit mulieris iſta genitura, meretricem proſtituti pudoris efficiet, & quæ corpus ſuum prauis libidinum cupiditatibus tradat, pudorem ſuum mercedis quotidianæ gratia poteſtati lenonis addicens, eritque in publicis meritoriis proſtituta, etiam ſi ex alto genere videatur eſſe progenita. Materni ſententia lib 6. cap. 31.

Luna ſi fuerit in medio cæli, & Venus eam reſpiciat per diametrum in quarta domo exiſtens, inceſtæ cupiditatis ardore, ſorores fratribus iunget vxores. Idem vt ſup.

Luna cum Marte ſi fuerit in octaua domo, & Mercurius eos aſpiciat per diametrum in ſecunda domo exiſtens, facit natum latronem & ſanguinis effuſorem. Idem vt ſup.

Luna ſi reſpiciat Martem & Mercurium exiſtentes in medio cæli, aut in ſeptima domo per diametrum, vel quadratum, idem ſignificat.

Luna ſi fuerit in medio cæli cum Saturno & Marte, aut ſequeſtres, aut turpium libidinum miniſtros faciet, ita vt ex tali quæſtu, quotidiana illis vitæ præſidia comparentur. Idem vt ſup.

Luna ſi in horoſcopo fuerit, & Saturnus aut Iupiter in ſeptima domo eam reſpiciat per diametrum, eius qui ſic eos habuerit conſcientia latenti homicidio polluetur, ac penitus contaminabitur.

Luna ſi fuerit in duodecima domo, exiſtente in horoſcopo ſigno Tauri, & Iupiter & Mars coniuncti fuerint in quarta domo, & Mercurius & Venus poſſideat decimam domum, malitioſæ meretricis animum demonſtrat iſta genitura, ad cuius concubitum plurimos inuitet gratia venuſtatis: ſed hæc per loca peregrina ducetur, & erit frequentibus cauſis, ac magnis accuſationibus implicata.

Ptolemæus in Centiloquio Aphor. 38. dicit, quòd ſecundùm fortitudinem Saturni & eius poteſtatem in eo erit nati tolerantia & labor multotiens. Et ſecundum fortitudinem Iouis in nato erit fortitudo animæ augmentante corporis. Et ſecundum fortitudinem Martis, erit indignatio, & ira. Et ſecundum fortitudinem Solis, erit fortitudo ſuorum conſiliorum & admonitio. Et ſecundum fortitudinem Veneris, erit

eius

eius deſiderium. Et ſecundum fortitudinē Mercurij, erit ſcientia eius & prouiſio. Et ſecundum fortitudinē Lunæ, erit corporis immutatio. Abraham Auenares in ratione primæ domus.

Hermes ait quòd ſi fuerit principans natiuitatis in ſigno Scorpionis, ſignificat natum latronem. Auenares in ratione vndecimæ domus.

Dominus ſpiritus ſi fuerit occidentalis, & fuerit vnus ſuperiorum, habebit natus animam infimam, & falſificabuntur operationes eius omnes nugatione. Idem autor in ratione primæ domus.

Dominus ſpiritus ſi fuerit combuſtus, omnibus diebus erit natus in timore & dubitatione atque ira. Idē vt ſupra.

Dominus aſcendentis ſi fuerit in tertia domo, fortuna exiſtens, natus inſeruiet beneficiens conſanguineis ſuis.

Cùm aſcendens à maleficis oppreſſum fuerit, qui tunc natus eſt, ſordidis rebus delectatur, ac malè olētes odores probat. Ptolemæi ſententia 40.

Quiſquis geniture ſuæ dominatores, aut aſcendens in ſignis humanis non habet, ab humanitate alienus etiam ſibiipſi erit. Ptolemæi ſententia, 45.

In marium geniturs cum vtrūque luminare in ſignis maſculinis fuerit, actiones eorum ſecundum naturam erunt. In geniturs verò mulierum actiones ipſe intendentur. Idem de Marte, Venereque: matutini nanque maſculeſcunt, veſpertini fœmineſcunt. Ptolemæi ſententia 71.

Si fuerint plures planetarum in natiuitatibus maſculorum fœminini, natus laxatus, mollis quaſinō habet os. Et in natiuitatibus mulierum ſi fuerint planetæ maſculini, erit nata virilis, quaſi maſculus exiens de diffinitione mulierum. Omaris ſententia lib. 3. capit. de coniugio.

Almutem aſcendentis quando eſt ſub radiis Solis, ſignificat quòd natus erit fraudulentus, & coopertus in rebus & factis ſuis.

Pars beatitudinis quando fuerit bene affecta cum ſuo domino, ſignificat ſtudium in opere bono & finē laudabilem & fiduciam in bono. Et è contra accidet, quando dicta pars fuerit malè affecta, quæ pars accipitur in die à parte futurorum in Iouem. Nocte è contra: & proiicitur ab aſcendente.

Pars dilectionis quando fuerit bene affecta cū ſuo domino, ſignificat bonam diſpoſitionem in rebus venereis: ſed quādo fuerit malè affecta, ſignificat voluptatem & cupiditatem in coitu, & deſideria animi ad delectationem, quæ pars accipitur in die à parte fortunæ in partem futurorum: nocte è contra: & proiicitur ab aſcendente.

Pars audaciæ quando fuerit bene affecta cum ſuo domino, ſignificat probitatem & acuitatem & audaciā & magnitudinem cordis. Sed ſi fuerit malè affecta, ſignificat interfectionem & latrocinia, & opera turpia & horrida, laſciuias & ſeductiones atque calliditates. Quæ pars accipitur in die à Marte in gradu partis fortunæ. Nocte è contra, & proiicitur ab aſcendente.

*Prognoſticatio ex fixis.*

Deltoton cum Mercurio, facit vaſros, ſubdolos & callidos.

Serpentarij caput cū Luna, facit leues, infidos, callidos & ſagaces.

Spica Virginis cum Saturno, facit zelotypos & aſperos: cum Marte, ſeueros & ſtolidos.

Cor Scorpionis cum domino geniture, cum faſtu & animi fiducia, magnanimitatem, temerarios impetus.

Cor Scorpionis cum Mercurio, decernit crudeles, ſicarios, percuſſores, Marte adiuuāte. Sed Mercurio in tertia domo cum Marte locato fratricidas efficit.

Palilicium cum domino geniture, ferociā, animoſitatem & ſpiritus militares facit.

Aquila facit animoſum, fortem, ſanguinarium, inuictum, & ſi cū Marte culminet imperterritū, & præferocem.

Delphini cum domino geniture, ſimplicem vultu, animo duplicem, aliud pectore condentem, aliud voce promentem.

Stellæ fixæ Iouiales cum Marte, temerarios, impetuoſos: & cū Saturno, vecordes, ſtupidos & ignauos.

Stellæ fixæ de natura Mercurij & Veneris in horoſcopo, in decima domo, & cum Sole, vel Luna, aut Venere, aut Mercurio, aut Ioue, vel cum domino aſcendentis ſignificant gratiam, formam & ſcientiam, & dignitates.

Stellæ de natura Martis & Mercurij, ad opificia manuum, ad bellum & ad venationes promptos efficiunt: cæterum haud fortunatos, niſi in his, fallaces quoque, crudeles, & malorum morum ac rapaces.

Stellæ de natura Iouis & Veneris, formoſos, aut honeſtos, & probos, diuites, & mulierum amatores.

ſtellæ de natura Martis & Veneris, repentinas ac magnas fœlicitates præbent, maximámque incontinentiam, pueros formoſos, ſed turpes viros, eædem etiam violentos caſus, & grandia decernunt infortunia.

ſtellæ de natura ſaturni & Veneris, inuidos efficiunt, & fallaces, aut in diuitiis mediocriter fortunatos, auaros in honeſtis, in turpibus autem cauſis prodigos.

Stellæ de natura Iouis & Saturni, lentos & patientes, aut diuites, vel etiam nimium pertinaces in omnibus grauitatem, & ſenum naturam referunt.

ſtellæ de natura ſaturni & mercurij, turpes nimis, aut doloſos admodum, tamen infœliciſſimos, ac à mulierum ac filiorum amore alienos.

ſtellæ de natura ſaturni & Martis, tantundem malorum decernunt, quantum Venereæ ac Iouiæ bonorum, oppoſitis vndique rationibus.

ſtellæ de natura ſolis & Martis, crudeles efficiunt aut turpes: vel infœlices, plerunque audaces, vt cum Luna aſcendente, vel eius domino aſſocientur, vel ſoli aut marti, vix euadet, quin igne, aut fulgure moriātur. Pauperes etiam, & ad literas ineptos, ſuis locis efficiunt.

ſtellæ de natura Martis & Lunæ populares, ſeditioſos, turpes, vagos, inconſtantes, laborioſos, pauperes, infames, oculorum vitiis captos, mortéque repentina exitum ſortientes, epulones, ac bibones immoderatos.

ſtellæ de natura Iouis & Martis, fortes, fœlices, promptos, fortunam magnam, & infortunia, vt nihil in illis ſit mediocre, præter formam, & mores, qui mixti ſunt.

*Annotationes vniuerſales.*

Dominus primæ domus fortunatus ſi fuerit
- In quinta, habebit natus multa conuiuia & gaudia.
- In ſeptima, habebit cauſas multas natus, & citò iraſcetur, & ſequetur mulieres in cauſis & rebus earum.
- In octaua, ſignificat deceptorem, triſtem & timidum.
- In nona, natus ſcientias amabit.
- In vndecima, conſequetur bonum finem ſuæ ſpei & fiduciæ: eritque natus bono rum morum.
- In duodecima, natus erit malæ vitæ.

Dominus ſecũdę domus ſi fuerit in quinta, ſentiet natus gaudium & lætitiam ex rebus delectabilibus.

Dominus tertiæ domus ſi fuerit in prima, natus erit melior fratribus ſuis, vel erit ſine fratribus.

Dominus quartæ domus in ſexta, facit natum mẽdacem & proditorem.

Dominus quintæ domus in prima, ſignificat multitudinem gaudij & conuiuiorum.

In quinta autem domo, ſignificat quòd natus erit multũ lætus, & gaudebit inſtrumẽtis muſicis, & cãtu.

Dominus ſextæ domus in ſeptima, ſignificat quòd natus rem habebit cũ malis mulieribus, ac vilis progeniei, eritque de malis operibus accuſatus.

In nona domo, ſi fuerit natus erit deceptor, ac malæ voluntatis.

Dominus ſeptimæ domus in ſexta, ſignificat mendacem & proditorem.

Dominus octauæ domus in prima, ſignificat quòd natus erit iracundus, triſtis, implacabilis, nec perficiet quod voluerit.

In nona domo, ſignificat quòd natus erit malæ voluntatis, ac malorum factorum.

Dominus nonę domus ſi fuerit
- In prima domo, natus erit bonæ legis & volũtatis, eritque ſapiens, ac peritus decretorum, & propter bonitatẽ ſuæ naturæ faciet ſe amari ab hominibus.
- In nona, erit natus receptus in ſuis negotiis, ac in dando, & accipiendo, eritque cuſtos ſuæ legis.
- In duodecima, natus erit malæ volũtatis & fidei, neque Deũ, neque eius dicta timebit. ſubtilis erit & macilẽti corporis, maleuolꝰ ſuis fratribꝰ & amicis, malæ legis, & credet quòd in Deo nõ ſit veritas.

Dominus decimæ domus ſi fuerit in nona, erit natus bonæ voluntatis.

In 10. erit natus intelligens ac ſapiens.

Dominus vndecimæ domus ſi fuerit
- In prima, videbit natus res quas vult & deſiderat, & erit bonæ volũtatis & vitæ. Et ſi fuerit receptus, habebit res quas voluerit.
- In ſexta, erit natus malæ vitæ.
- In 12. erit natus malæ vitæ.

Dominꝰ duodecimæ domus ſi fuerit
- In ſecunda domo, natus erit malus, malorũ operũ, malæ vitæ: & dicentur de eo mendacia & inhoneſta.
- In ſeptima, natus habebit rem cum mulieribus vilibus & cõtẽptis, quæ auerſabũtur eum.
- In nona, natus erit malæ legis.
- In decima, natus erit doloroſus & triſtis.

Saturnus ſi fuerit
- In prima domo, natus erit deformis, infortunatus, inuenuſtus, tamen erit primus inter fratres.
- In tertia domo, natus erit parum deuotus vel hypocrita.
- In quinta, ſignificat turbationem mentis, & vt ſit triſtis, rarò lætabitur, ſemper delectabitur vt malè veſtitus incedat.
- In nona, ſignificat malã fidem, & exitum ad malum: facitque hominẽ parum deuotũ, & vt ſit monachus, aut ſacerdos, ſitque hypocrita.

Iupiter ſi fuerit
- In prima, facit hominem cõſcientioſum, iuſtum, pium & miſericordem: ſignificatque reuerentiã & honeſtatem, & facit hominem pulchrum, & honeſtum, diſcretum honoratũ, quique ſit primo genitus inter fratres.
- In ſecunda domo, ſignificat bonam diſpoſitionem & ingenium.
- In tertia domo, erit natus deuotus & credulus.
- In quinta domo, multiplicat gaudium in rebus licitis, honeſtis & iuſtis, & facit vt natus delectetur rebus pulchris, odoriferis & gemmis.
- In nona, ſignificat bonam & perfectam fidem, timentẽ Deũ, & illius cultũ pro durãtẽ, & in hoc laborãtẽ, q; ſit honeſtæ vitæ, deuotus, & firmus in ſua fide.

Mars ſi fuerit
- In 1. domo extra domicilium & regnum ſuum, ſignificat quòd natus erit naturaliter iracundus, furioſus, bellicoſus, malus, peruerſus, & rarò bonũ operans, & ſignificat introitũ ad res, quę ad ipſum non pertinẽt. Si autem fuerit in ſua domo vel regno, facit animoſum, potentem, & fortunatum in armis, facitque hominem litigioſum, qui ſemper quærat rixas, & faciat res horribiles & abſurdas: quique ſit deſtructor rei familiaris, & ſe immiſceat rebus, quæ non pertinebunt ad illũ, de quibus nõ habebit verecundiam: erit parum laudatus.
- In 3. domo, erit natus blaſphemator, non timens Deum: ſed ſi fuerit in domo Saturni, facit ſemper quęrere theſauros. In domo Mercurij ſignificat, ꝙ natus erit ſubtilis in rebus quæ pertinẽt ad diuinationẽ. habebit tamen contra ſe teſtimonia & pericula ex inuidia. In domo verò ſua vel Lunę, vel Solis, facit natum latronem & deceptorem.
- In 4. domo ſignificat interfectionem, ſanguinis effuſionem, & erit natus author homicidiorum.
- In quinta domo, ſignificat remotionem gaudij & delectationis.
- In ſeptima domo extra regnum & domum ſuam, ſignificat quòd natus erit homicida.
- In nona domo extra regnum & domum ſuã, ſignificat hæreſim, & fidei peruerſitatem dehoneſtat legem, facit natum incredulum in ſua fide: & impedit cul-

tum

Digitized by Google

tũ diuinũ: ſed natus delectabitur in armis & equis: & ſignificat etiam potationẽ vini, incontinentiam & infidelitatem, & erit natus prauus, audax & mendax. In domo autẽ ſua ſignificat, ꝙ natus erit terribilis, & delectabitur in necromantia.

In decima domo extra regnum & domũ ſuam, facit natum hominem vilem & ſpretum, iniuſtum, callidum in cauſis iudiciorum: in domo autem ſua vel in exaltatione ſignificat hominẽ faſtuoſum, arrogantem, cum deiectione honoris & dignitatis.

In duodecima domo, ſignificat quòd natus erit ingenioſus in furtũ faciendo.

**Sol ſi fuerit**

In prima domo, facit natum maioris ætatis, aut digniorem fratribus.

In quarta domo, dat nato propenſionẽ ſeu inclinationem vt ex inſtinctu naturali poſſit de rebus futuris iudicare.

In quinta domo, delectabitur natus vt gerat gemmas, & res odoriferas.

In nona domo, ſignificat magnitudinẽ ac fortitudinem fidei, & timorẽ Dei.

**Venus ſi fuerit**

In prima domo, ſignificat ꝙ natus erit luxurioſus, diligens ornamẽta veſtiũ, petet loca amœna, & intererit ſæpe conuiuiis ac gaudiis, habebitque amorẽ in rebus cum deſiderio coëundi, & habebit gaudia multa, & delectabitur nuptiis & choreis, cantilenis & muſicis inſtrumentis, diligens comeſſationes & potatiões, & res odoriferas, & morum honeſtatem, & habebit vultum pulchrum cum lætis oculis.

In tertia domo, natus abſtinebit ſe à malis operibus.

In quinta domo ſignificat lætitiam, ornamenta veſtimentorum, delectationes & conuiuia: erit tamen natus ſemper addictus voluptatibus, ſaltationibus, cãtationibus & muſicis harmoniis, & dabit nato propẽſionẽ vt gerat in manibus gemmas & res odoriferas.

In ſexta domo, natus habebit rem cum famulabus domus. Et ſi fuerit mulier, habebit rem cum ſuo ſeruitore.

In nona domo ſignificat bonitatẽ fidei, multitudinẽ pollutionum in ſomniis: & videbit natus ſe iacere cum mulieribus, actum venereum cum eis perficiendo per apparentiam.

In vndecima domo, ſignificat fortunam, ſpem & fiduciam bonam in rebus: & quòd natus ſpem ſuam conſequetur ſine perditione: adeo quòd ſpes eius nõ erit vana: ſed pro maiori parte obtinebit ſuum propoſitum.

In duodecima domo in natiuitate maſculi, facit eum mollem & cinædũ publicum. Et in natiuitate fœminæ facit meretricem publicam & inhoneſtam.

**Mercurius ſi fuerit**

In primadomo facit natum valde ingenioſum, & cuiuſlibet artis exploratorem, & qui de facili artes concupiſcet & addiſcet, & de eis bonum finem & laudabilem conſequetur: eritque ſapiens, diſcretus, florens intellectu & ſcientia, ac membrorum gracilium, & bene proportionatorum, profundæ cogitationis, longæ memoriæ, mercaturas diligens, & ſculptas res, varióque modo figuratas, nec non in muſica delectabitur & in monetis, in Geometria & Arithmetica.

In ſecunda domo natus erit ſcriptor & pictor, valebitque in omni arte mechanica, & erit doctus & ingenioſus.

In tertia in ſuo domicilio vel Saturni vel Iouis, facit doctiſſimos in omni ſcientia, & qui inuenient res ſuo ingenio, quas nũquã didicerint ab aliis. Et in domo Veneris facit magnos muſicos & cantores perfectos, præſertim ſi fuerit coniunctus vel in bono aſpectu Veneris.

In quinta domo, ſignificat natum eſſe dimicatorem, ioculatorem, facientẽ aliqua per ſubtilitatem manuum, ad quáuis artem applicatum. Erit tamen natus deditus conuiuiis, voluptatibus, & muſicis: ſi autem Mercurius fuerit cũ Venere, ſignificat quòd natus in omnibus faſtidiis ſuis quietem procurabit cum exigua cura, & habebit faciles & agiles manus: & erit bonus pictor & ſcriba, & faciet res ingenioſas & pulchras.

In ſexta domo ſignificat cogitatiões impeditas, & malam memoriam & alienatos ſenſus: immutationem intellectus, obtrectationem, deceptionem per mulieres & luxuriam. Sed ſi Mercurius fuerit infortunatus. facit hominem malè loquentem, deceptorẽ, deditum luxuriæ, & ipſe etiam erit deceptus à mulieribus, ſeruis & ancillis, & erit quaſi inſipiens, vel conuertetur à fide ſua in aliam.

In nona domo ſignificat bonitatẽ fidei, & contemplationem diuinæ bonitatis, & quod natus ſępius cogitabit de Deo & diuinitate: & ſignificat diſciplinam, ſapientiam, Aſtronomiam, laudem à notis & ab omnibus: & quòd erit doctus in Aſtrologia & in omni Mathematica.

In decima domo, natus habebit bonam fortunam in ſcripturis, mercaturis, Arithmetica, Geometria & Aſtrologia, & erit laudatus propter virtutes ſuas ab omnibus in mundo.

In vndecima domo, ſignificat fortunam in ſpe & fiducia in perdiſcendis ſcientiis doctrinis & rebus occultis.

In duodecima domo facit infortunatum hominem aliquantulum leuem ingenio, & qui ſemper quærat de rebus ſine fundamento: & ſignificat etiã for-



Digitized by Google

nicationes turpes & deceptiones: ſed Mercurius in iſta domo non impeditus ſolet facere homines literatos & Philoſophos & peritos in omni ſcientia.

**Luna ſi fuerit**

In prima domo orientalis, nat⁹ erit inſtabilis & vagabundus, diligens res aquaticas.

In quinta domo ſignificat inſtabilitatem in conuiuiis & quòd natus habebit bona noua de lõginquis regionibus, & erit deditus conuiuiis.

In nona domo dat malas cogitationes, & quòd natus delectabitur in rebus variis & diuerſis malis cogitationibus. In domo verò Mercurij ſi fuerit, erit natus magnus Aſtrologus. Sed in domo Veneris, natus delectabitur muſica: & in domo Martis, delectabitur in armis & agricultura: & in domo Saturni, natus erit Alchimiſta: & in domo Iouis, erit magnus in religione: & in domo Solis, habebit natus ſcientiam & prouidentiam de animalibus quadrupedibus: & in domo ſua nullam natus habebit ſciẽtiam de re aquatica.

**Caput Draconis ſi fuerit**

In tertia domo, facit Prælatos timentes Deum.

In quinta domo, delectabitur induere natus veſtimenta ſplendida & magnifica.

In octaua facit natum robuſtũ & animoſum, & quod erit liberalis, prodigus magis quàm auarus.

In nona domo, facit natum deuotum Prælatum.

Cauda Draconis in nona domo facit natum volubilem in fide & indeuotum.

**Saturnus**

In domicilio ſuo, facit hominem grauem, ſapientẽ, ſuperbum, & ꝙ erit primogenitus, vel nobilior inter fratres.

In domo Iouis facit hominẽ veridicum.

In domo Martis, facit hominem duri cordis ſicut ſaxũ, ſine miſericordia, & dat iram maximam.

In domo Veneris, facit natum incredulum in ſua fide, & ꝙ amabit mulieres pauperes & viles, & de illis habebit damnum, verecundiam, & magnum impedimentum propter coitum ſuperfluũ, aut per multam crapulam.

In domo Mercurij dat ingenium & ſcientiam, & quòd natus faciet res occultas, per quas patietur damnum, & habebit nonnihil linguam tardam, & in furore ſubito faciet omne malũ: premeturq́, ĩuidia, & reprehẽdetur ſine iuſta cauſa.

**Iupiter**

In domo Saturni, facit natum parui animi, qui ſemper cogitet mala, & ex ea re habebit mala.

In domo Solis facit natum ſapientẽ, præditum bono ingenio.

In domo Mercurij, facit natum doctum & fidelem.

In domo Saturni facit audacem, & quod natus finiet quicquid incipiet.

In domo ſua facit vt natus magnus rationalis Geometra ſit ſi natiuitas fuerit de nocte. De die autem, ſi non aſpiciat Iouem aut Venerem, erit natus malignus, & vi coget alios cum ſuperbia.

**Mars**

In domo Solis ſi fuerit, delectabitur in vita ſua in rebus de ferro & igne.

In domo Veneris ſcilicet in Tauro dat falſitates & traditiones: in Libra autẽ facit hominem furioſum, qui rem habebit cum conſanguinea.

In domo Mercurij, facit natos pigros & negligentes, ſed prudentes & aſtutos, & qui vincent ſocios malitia, & facient res falſas cum penna, falſas ſcripturas, & docebunt artem ſagittariam & militiæ, negociationes & contentiones.

In domo Lunæ, facit natum leuem ingenio, & quod quæret res ſubtiles & profundas, & erit audax facere mala.

**Sol ſi fuerit**

In domo Saturni de nocte, natus erit inſtabilis.

In domo Iouis, erit natus luxurioſus & fornicator, & habebit rem cum conſanguinea.

In domo Veneris, natus erit verax, & inueſtigator rerum occultarum.

In domo Mercurij dat multas ſcientias, & bona opera, & ꝙ natus ſit Aſtrologus in genitura diurna: in nocturna vero faciet mala multa, maximè in iuuentute immiſcebit ſe rebus magnis & diabolicis.

**Venus ſi fuerit**

In domo Saturni, facit fornicatorem cum mulieribus deſponſatis & Sodomitã, aut ſcortatorem in pueritia, cinædum & mollem.

In domo Iouis, erit natus diſcretus, honeſtus & integer.

In domo Martis, facit natum implicare ſe meretricibus in iuuẽtute: in Ariete autem facit mulieres non amare, ſed maſculos iuuenes, & quod non tenebit legẽ in coitu, nec Deũ timebit. Venus autẽ cum Luna in Ariete, ſi fuerit quãdo Sol erit in ſigno maſculino natus erit inimicus mulierum.

In domo Solis, amabit mulieres minores & pueros, & erit luxurioſus vltra modũ. In natiuitate mulieris ſignificat mulierẽ eſſe immenſæ libidinis & amoris.

In domo ſua amabit natus mulieres ſtultas, & de quibus dicitur malum.

In domo Mercurij, natus amabit multam luxuriam in iuuentute, & erit cinædus & effœminatus: ſed ipſe delectabit ſe potius cum mulieribus, quàm cũ maſculis.

In domo Lunæ dat luxuriã impetuoſam, & facit natũ inſtabilẽ in omni re: & idẽ ſignificat in Ariete, in Libra & in Capricorno.

In domo Saturni facit linguam impeditã, aut balbutientem, vel malè dicentẽ, & ꝙ nat⁹ erit ꝓfundi ingenij in oĩ ſciẽtiæ.

In domo Iouis facit natũ iuſtũ & legalẽ.

In do-

In domo Martis facit natũ malignũ, falſum,nequã,mẽdacẽ,malitioſum,nugacem,loquacem,& faſtidioſum in petẽdo,& qui velit obtinere res iniuſtas. Dat in Ariete facundiam, ſed erit natus perfidus & aſtutus,& affectabit necromantiã,& amabit operatores huiuſmodi rerũ,& erit malæ ſuſpicionis, feſtinus in ſuis negotiis In 1.domo facit natum latronem.

Mercurius ſi fuerit:
In domo Solis facit ſcriptorem : & quod erit natus bonæ memorię, intellectus, & profundi ingenij in omni ſcientia.
In domo Veneris facit natũ deditũ rebus pulchris:magnis voluptatib⁹& muſicis
In domo ua facit natũ ingenioſum, aſtutum cautũ,in omni arte & ſcientia induſtrium præſertim in Mathematica, Philoſophia,Poëſi,& arte oratoria.Et ſic natus erit aptus facere oĩa q̃ videt.
In domo Lunæ,facit natum bonæ voluntatis,caſtum & fidelem.

Notandum ꝙ Mercurius cuicunque planetæ iungitur,in naturam illius conuertitur.

Mercuri⁹:
Si Saturno iungitur,natus erit grauis linguę,inuidus , occultator ſuæ malitiæ, chirurgicus,Philoſophus , & luxurioſus contra naturam.
Si Ioui,per cõniunctionem , vel aſpectũ, mundum,veracem,diſcretũ , honeſtorum verborum,cãcellarium & conſulem principum ſignificat.
Si Marti , facit mendacem , deceptorem omniũ,præcipue mulierũ & virginum.
Si Soli,ſociabitur regibus & eorum ſcriptoribus.
Si Veneri erit natus amator omniũ ſciẽtiarũ,bene loquens, bonus arbiter & procurator.

Luna ſi fuerit:
In domo Saturni, facit pigrum , & malæ famæ.
In domo Iouis,erit natus bonę famę, ſed facit natum multum luxurioſum.
In domo Solis,dat multam iram.
In domo Mercurij natus erit bonæ vitæ & intelligentiæ , & amabit mulieres iuuenes.

Saturnus dominus horoſcopi in bono loco fortunatus,ſignificat quòd natus erit magnanimus , pius, magnæ exaltationis & notabilis in conſiliis.Sed ſi extiterit in malo loco,& infortunatus,erit natus paruæ rationis & animi , deceptor publicus , & occultator ſuarum cogitationum.

Iupiter dominus horoſcopi in bono loco fortunatus,ſignificat natum prudẽtem animo.In malo loco infortunatus,ſignificat malitioſum,craſſi animi, iniuriatorem,deceptorem & mendacem.

Mars dominus horoſcopi,ſi fuerit in malo loco infortunatus,natus erit parui animi,malitioſus, inuid⁹, timidus,ſuſpectioſus,deceptor & valde mali conſilij.

Sol dñs horoſcopi ſi fuerit in bono loco nõ impeditus,natus erit velociter diſcens verã & clarã ſcientiã magnarũ rerũ,boni & magni nominis.Si verò fuerit in malo loco impeditus,erit ſimplicis & leuis animi,modicæ conſcientiæ & cognitionis.

Ven⁹ domina horoſcopi ſi fuerit in bono loco nõ impedita,natus erit pulcher,pius, velox,dulcis loquelæ,acceptus & lætabundus.Sed ſi fuerit mali eſſe, impedita,vel cadens,erit natus immũdus,menſtruoſus, occulti ſecreti & muliebris vitæ.

Mercurius dñs horoſcopi in bono loco nõ impeditus,natus erit bonus orator,ſapiens,pinguis,pulcher, Philoſophus & Poëta,& Conſul Principum.Si impeditus fuerit,erit natus mendax , exercens falſitatem, magis ſtultus quàm ſapiens.

*De moribus nati ac eius natura.*

Scias quòd natura & mores nati ſunt diſtincti, ſecundũ ſignificationes & naturas planetarũ ſeptẽ,in figuris & morib⁹.Nã Saturn⁹ de ſui natura,ſignificat pigritiã, ſtultitiã,turpitudinẽ,metũ,ſeruitutẽ, iniuriã, mendacium,triſtitiam,& malam cordis voluntatem.

Iupiter de ſui natura,ſignificat legẽ,fidẽ,ſcientiam, humilitatem,verecundiam, fidelitatem , liberalitatẽ, patientiam,ſenſum,ſobrietatem,& faciem claram.

Mars de ſui natura,ſignificat iracũdiã,nauſeã,violẽtiã,ꝓdigalitatẽ calliditatẽ , furtũ,inuerecũdiã,lætitiã.

Sol de ſui natura,ſignificat fortitudinem,ſublimitatem,probitatem,& magnam potentiam.

Venus de ſui natura, ſignificat humilitatẽ,pietatẽ, volũtatẽ bonã,cordis dilectionẽ, lætitiã,ac bonos mores,excepto ꝙ nat⁹ effrõs & effœminat⁹ reputabitur.

Mercuri⁹ de ſui natura ,ſignificat mercaturã,loquelã,hiſtoriarũ recitationes,intellectũ,velocitatem ſermonis,Grammaticam,Logicam,Rhetoricam,Arithmeticam & Aſtrologiam.

Luna de ſui natura,ſignificat inceſſum grauẽ,debilitatẽ,miſeriã,itinera,ſuſurratiões,& mali immiſſionẽ.Et hæ planetarũ ſignificatiões erũt fortes aut debiles ſecũdũ fortitudinẽ aut debilitatẽ planetarũ in ſe ipſis,ac in locis ſuis.Cũ ergo aliqs ex planetis fuerit in aſcẽdẽte vel medio cœli,dabit nato mores, & figurã ſecũdũ fortitudinẽ ſuã.ꝙ ſi planeta ei inimicãs ipſũ aſpexerit,immutabit mores datos ſecũdũ fortitudinẽ aut debilitatẽ illius planetæ aſpiciẽtis.Sed ſi dicti planetæ neque inter ſe,nec per aſpectũ inimicẽtur, tunc mores per primũ planetã dati fortificabũtur,ita ꝙ ſi primus planeta nato verecũdiã dederit, ipſe erit adeo verecũdus,ꝙ vix audebit loq̃,& ita de alijs morũ ſignificationibus per planetas ſignificatis iudicãdũ eſt. Sed q̃n dicti planetæ ſibi ꝑ aſpectũ aut naturaliter inimicãtur,vnus ſuper aliũ ſignificationẽ ſuã reddit , & vnus mutat mores & proprietates alterius,prout hic videre poteris.In natiuitate enim illius,q̃ eſt ſine metu,ſiue audax,inuenies Martẽ in aſcendẽte aut in alio forti loco.Et ſi Luna vel dominus aſcẽdẽtis ipſũ aſpexerit,ac in loco forti fuerit, ita ꝙ aliquã ibi dignitatẽ habeat,natus erit dominus & magiſter militũ,ac multæ audacię,& magnarũ viriũ , apparebit audacia ex origine cordis,manu interficere appetet,neces, violẽtiã,& inſaniã diliget,proditor erit,cordis duri & ferocis,groſſi hepatis & lõgæ iræ.Et ſi Saturn⁹ ipſum aſpexerit,dabit ei cogitationẽ cordis mali,metũ, pigritiã, miſeriã,põderoſitatẽ,cordis groſſitiẽ,ac in rebus ſuis triſtitiã.Et ſi Iupiter Martẽ aſpexerit,frãget eius irã,& furorẽ eius minuet,ac ipſum deſcẽdere faciet,leuitatẽ eius compeſcet,& ipſum magis quiete quàm bello lucrari faciet,furorem eius refrenabit,ita quòd propria manu aliquẽ nõ interficiet,necnon ipſũ à locis,vbi caperetur aut iterficeretur,reuerti faciet.Et ſi Sol Martẽ aſpexerit,dabit ei fortitudinẽ, dominiũ & magiſteriũ



Digitized by Google

ſuper homines & milites,necnon formæ pulchritudinem militiam & intellectum. Et ſi Venus Martem aſpexerit,natus erit magnus mulierum amator, ac mores muliebres habebit,& exponet ſe & animam ſuam ad malum atque mortem propter mulieres,ac eorum zelotypiam,erit enim vltra modum zelotypus.Et ſi Mercurius Martem aſpexerit,natus erit timoroſus,ſolitarius,& qui alijs minimè placebit, nec etiam alij ſibi placebunt, ſtulti inceſſus,& multi mẽdacij erit,dicet quòd non ſcierit,& facere vult, quod non poteſt.Stellæ etiam Beibenię nato ſignificationes & proprietates ſuas conferent,quæ cum Sole & reliquis planetis fuerint,& ipſæ de ſui natura magnã ac ſubitam fortunam conferunt.

Quando ſtella Beibenia,quæ eſt in 2.gra.Tauri latitudinis meridionalis,ac ſecundæ magnitudinis:necnon de natura Martis exiſtens,fuerit in aſcendente, vel medio cæli, in natiuitate nocturna,natus erit miles,& dominus & ordinator bellorum, & viſor necis propinquæ,altę magnitudinis,& qui ſub aliquo eſſe dedignabitur.Sed ſi natiuitas diurna fuerit, natus erit duri intellectus,mali lucri,& qui dedecus acquiret.Et ſi in loco dictæ ſtellæ Beibeniæ, fuerit aliqua ſtella de natura Iouis & Martis, natus erit magiſter militum,& ibit cum multis vexillis, eritque in dominio eleuatus,& in loco ſuo altus, magnæ famæ, potens in rebus,& in bello fortunatus ac ſapiens,poteſtatem in terras longinquas habebit,fortis in ciuibus & terris erit,veritatem diliget,& à multis laudabitur. Mars in natiuitate nocturna,in domo ſua exiſtens, ſignificat quòd natus erit vnus dominus, & habebit alios ſub ſe,eritque bonus miles.ac in nece & in bellis fortunatus,& ſemper vincens,& in bellis ſapiens. Et ſi in natiuitate diurna in domo ſua fuerit, natus erit piger in illis,in quibus lucrari debet,infirmus,auarus,malus,alienorum raptor,fornicator,neces & mala diligens,violentus ac inſanus.Et ſi Mars in domo Saturni fuerit, natus hepar pingue habebit, in ſuis actibus velox erit, malum ſibi illatum in corde ſuo ponet,& ipſum diu retinebit,& verba ſua feſtinanter proferet.Et iam dictum eſt,cum Mars in medio cæli exiſtat,ac in loco ſuo gaudeat,quòd natus erit in bello ac nece fortunatus,& pulcher bellorum ordinator,ac in eis ſapiens.Et ſi fortuna Martem ſic diſpoſitum aſpexerit,natus ex bellis ſuis vtilitatem ac famam magnam acquiret.Luna in aliquo angulorum vel ſuccedentium, ac in aliqua dignitatum ſuarum exiſtens in aſpectu Iouis & Veneris, ſignificat quòd natus erit fortis,bellorum dominus,gaudens,ac magni cordis,& omnium quæ ſibi accident patiens.

Quando planeta maſculus erit in ſigno & quarta maſculinis,natus erit fortis,ac in fortitudine completus,boni ſenſus,bonæ memoriæ, ſapiens in nece, ſed neces prohibens,equorum magiſter, ac in equitatu & armis aptus.

Quando pars audaciæ in domo Martis vel eius termino acciderit,& in aliquo angulorum, maximè in medio cæli fuerit,necnon in aſpectu Iouis & Martis ex forti loco,natus erit fortis,ac inter homines famoſus, ab alijs timebitur,in bellis erit fortunatus, miles acierum,& inimicorum ſuorum ſemper victor. Hæc idem cap.15.

*De illo qui habet metum.*

Quando Mars in natiuitate alicuius cadens fuerit, debilis ac infortunatus,non aſpiciens aſcendens, & Saturnus ipſum aſpexerit,natus erit debilis cordis, ac timidus,necnon locum interfectionis abhorrens. Similiter quando Venus in ſigno humano fuerit, natus erit debilis cordis,ac timidus.

Quando Saturnus in natiuitate nocturna in medio cæli fuerit,natus erit valde timoroſus, ac miſerrimi cordis.

Quando pars litium ſiue bellorum ſub radijs Solis,& cadens ab angulis fuerit,& dominus eius cum Saturno, natus erit timidus,debilis cordis,ac in bello & nece vilis atque piger.Sed pars litium accipitur à Marte ad Saturnum in die:& in nocte ècontra,& proijcitur ab horoſcopo.idem cap.16.

*De velocitate nati ad bella & furiam.*

Mars in aſcendente exiſtens,reddit natum ad diſcordiam & lites acutum, interfectorem & inſaniæ fortis.

Quando Mercurius in quarto loco ac de radijs Solis apparens fuerit,necnon in aſpectu Martis & Saturni,natus erit acutæ ac velocis mutationis, inſanus ſemper,ac negocioſus.Mars tam in natiuitate diurna quàm nocturna in octaua domo ac ſigno peregrino exiſtens,ſignificat quòd natus erit inſanus,& inſaniæ durabilis ac ſtultus interfector.

Quando Mercurius in domo ſua fuerit,natus erit timoroſus & inſanus.

Quando Luna lumine aucta in domo Martis fuerit, natus erit acutus,iracundus,magni hepatis, bella appetens,ac de hominibus opprobria palam proferens.

Quando Luna in natiuitate nocturna Marti applicuerit,& lumine aucta fuerit,natus erit magnæ cõmotionis ad iram, lites ac diſcordias ſinę cauſa aptens.

Quando pars fortunæ,vel eius dominus,aut dominus domus vitæ in domo Martis fuerit,natus erit furibundus,triſtis ſemper,ac magnæ furioſitatis,& tardæ reuerſionis. Idem cap.17.

*Du humilitate nati.*

Quando Mercurius ſub radijs Solis, ac in ſigno aquatico fuerit, eo quòd voce carent, & Mars ipſum aſpexerit,natus erit humilis & quietus, & in actibus ſuis grauis.

Quando Saturnus & Mars,Lunam ac Solem, aut eorum aliquem ex medio cæli vel aſcendente,aut ex ſeptima vel quarta domo aſpexerint,natus erit humilis & intelligens,præcipuè ſi Solem in natiuitate diurna,& Lunam in natiuitate nocturna aſpexerint, & quòd Sol aut Luna in termino fortunæ fuerint.

Quando vna de ſtellis Beibenijs de natura Martis,Iouis & Saturni, ac primæ magnitudinis exiſtens in aſcendemte vel medio cæli fuerit, natus erit humilis, ſubtilis ingenij,ac bonæ obuiatiõis.Idem c.18.

*De inuerecundia nati.*

Scias quòd quando Mars Mercurium ex oppoſito aſpectu

Digitized by Google

aſpectu aſpexerit,natus erit ſine verecūdia. Sed ſi Luna Martē ex oppoſito aſpectu aſpexerit,minuet eius inuerecundiā,ac eius litigium mutabit Et ſi Luna lumine minuta,ac in malo loco exiſtens cum Marte fuerit,natus erit ſine verecundia.

Quando Venus & Mercurius in aſcendēte fuerint, ac in oppoſito Martis aſpectu,natus erit paucæ verecundiæ Idem cap. 19.

*De verecundia nati.*

Iupiter ſine aſpectu Martis in aſcendente alicuius natiuitatis exiſtens,ſignificat,quòd natus erit verecundus.

Quando Luna in aſcendente,ac in termino Saturni,& in eius facie fuerit,Mars vero in occidente, & Iupiter Lunam aſpexerit,natus erit verecundus. Idē cap. 20.

*De pulchritudine morum nati.*

Quando Luna in medio cœli exiſtens Saturnum quadrato aſpectu aſpexerit,Saturno in ſecunda domo exiſtēte,ſignum eſt quòd natus erit pulchrorum morum.

Sol in domo Saturni exiſtens,ſignificat quòd natus erit boni animi.

Quod ſi fortuna Solem aſpexerit, natus bonum habebit ac bonos mores & lætitiam.

Quando Mercurius in domo Solis in natiuitate diurna fuerit,natus erit bonorum morum,maximè ſi ab aſpectu infortunæ ſaluus fuerit.

Quando Mercurius in domo Lunæ ſine aſpectu infortunæ fortunatus fuerit,natus erit bonorū morū ac pulchræ faciei.

Quando Sol & Luna in exaltatione Veneris ſine aſpectu infortunæ fuerint,natus erit pulchrorum morum,ſubtilis ingenij, & alacris faciei, necnon ab hominibus dilectus. Idem cap. 21.

*De mendacio nati.*

Quando Mars cum Mercurio in eius domo fuerit, natus erit mendax, & verba mendacia ſine ratione ac radice proferet, linguamque ſuam mendacijs ornabit.

Quando Mars dominus anguli terræ in ſexta domo fuerit,natus erit mendax.

Quando Sol & Venus in ſeptima domo fuerint, natus erit mendacijs repletus.

Quando Mars in nona domo fuerit,natus mendacia inferet,& ea adiurando affirmabit.

Quando in aſcendente vel medio cœli aliqua de Beibenijs de natura Mercurij & Veneris fuerit,natus erit mendax,& mendacium ſuum iurando firmabit, literaſque falſas ſcribet,ac hominibus quod non dixerūt aut fecerunt,imponet,erit tamē magniloquus.

Quando Luna à Marte ſeparata Mercurio applicuerit ac ambo orientales fuerint,natus erit mēdax, necnon fraudis & probationis dominus.

Quando Mars & Mercurius in eodem gradu exiſtentes,in aliquo angulorum ſine alicuius aſpectu fuerint,natus erit mendax, iactanſque de his quæ nō fecit, & verba truffatoria dictis ſuis inferet. Idem cap. 22.

*De veritate nati.*

Quando Luna & Venus in medio cœli fuerint, natus erit veridicus,ac promiſſa adimplens.

Qui aſcendente Sagittario natus fuerit, & Luna in eo,& in trino vel ſextili aſpectu Iouis,ſignum eſt quòd natus erit verax, & implens ea quæ promittet.

Quando Iupiter in aſcendente fuerit,& Mercurius in ſeptima domo ſub radijs, natus erit veridicus. Mercurius in aſcendente vel medio cœli cū Venere exiſtens,ſignificat quòd natus erit orator, veridicus, promiſſa adimplens,& veritatem tam pro ſe, quàm contra ſe proferens. Idem cap. 22.

*De religione nati.*

Iupiter in nona domo ac in natiuitate diurna exiſtens,ſignificat quòd natus erit Dei cultor,ac in Deo confidens,& contemplatiuus,ita quòd propter ornatum & decorum,quem in lege ſua habebit,à regibus & potentibus honorabitur.

Quando Saturnus in ſua triplicitate fuerit, natus erit timens,& orans Deum,& verba eius ſancta, & quaſi angelica,& frequenter pœnitentiam de commiſſis accipiet,peccata ſua deflendo, & hoc fortius erit,ſi Iupiter Saturnum cum receptione bono aſpectu aſpexerit.

Quando Luna in eius exaltatione,necnon in trino vel ſextili aſpectu Iouis fuerit,natus erit contemplatiuus,orator,& eccleſiarum dominus,aut pauperibus diſtributor.

Quando Sol in tertia domo aut in ſigno maſculino necnon bono Iouis aſpectu fuerit, ſignum eſt, quòd natus erit orator,Deo obediens,ac omnia mūdana Dei timore ac amore relinquens.

Quando Venus in tertia domo,ac in eius exaltatione fuerit, natiuitate nocturna exiſtente, ſignum eſt quòd natus erit in dilectione Dei,& eius obedictia ratus atque firmus.

Quando Mercurius,Sol & Venus in nona domo ſine aſpectu infortunæ iuncti fuerint, natus ſemper Deum præ oculis habebit,& ei in ſomnis,cui benefacere voluerit,oſtendet.

Quando Venus in nona domo,ac in propria domo,vel exaltatione ſua fuerit,natus erit eremita, famoſus,& hoc fortius,ſi Iupiter eam bono aſpectu aſpexerit. Si Mercurius in nona domo ſine aſpectu infortunæ fortunatus & orientalis fuerit, natus erit in lege ſua bonus,& fortunatus.

Quādo Luna in nona domo,ac in ſigno fœmineo necnon in bono Iouis aſpectu fuerit, natiuitate nocturna exiſtente,natus erit orator & eremita. Idem cap. 24.

Intelligenda ſunt præcedentia, nō quòd neceſſitatem imponant,ſed quòd inclinent.

*De hypocriſi nati.*

Quando Iupiter in natiuitate nocturna in tertia domo cum Marte,ac in ſigno maſculino fuerit,natus erit hypocrita.

Quādo Venus peregrina exiſtens in nona domo, ac ſigno fœminino fuerit, natus quæret quòd de eo dicatur quòd ſit bonus,ſed erit hypocrita, nouaculas quærens,vt faciat dolum.

Quādo pars abſentiæ id eſt ⊕ celari in aliquo angulorum fuerit,& dominus eius ſine receptione fortunā aſpexerit,& ab infortunis ſaluus fuerit natus vult, quòd homines de eo bene loquantur, & finget benefacere & malū faciet. Sed ſi dicta pars & eius dominus fortis, ac fortunati & ab infortunis liberi fuerint, natus erit bonorum verborum, ac voluntatis ſecretæ. Et ſi dicta pars infortunata fue

ta fuerit,& dominus eius ab infortunis liber,natus erit melior ab intra quàm extra. Et ſi ambo in angulis fuerint,& ab infortunis liberi,natus erit in ſua apparentia firmus & paruæ hypocriſis.

Similiter ſi dominus dictæ partis receptus fuerit,& locum ſuum aſpexerit,natus erit ratus,bonus,ac fortunatus. Sed ſi retrogradus fuerit,natus in ſua fide dubitabit,& fiet alterius fidei.

Et ſi dominus dictæ partis abſentiæ domin⁹ in nona domo fuerit,bonitatē fidei in nato ſignificat,præſertim ſi receptus fuerit. Nā ſi in dicto loco receptionem non habuerit,contrarietatem propter fidem,ac mundi diuiſionem portendit.

Quod ſi cum hoc infortunatus fuerit,dubitationē in fide,atque damnum propter hoc ſignificat. Et eodem modo ſi in tertia domo fuerit,iudica. Sed ſi ſic in ſecunda domo fuerit,conſtantiam in fide ſignificat, & quòd à rebus ſecularibus recedet, & quanto plus ſeruierit,tanto plus mundana fugiet.

Dominus partis abſentiæ ab infortunis liber,necnon locum ſuum aſpiciens,natum ab hypocriſi prohibebit,ac bonitatem ei addet.

Quod ſi receptus fuerit,erit dicta bonitas cum veritate & rectitudine. Sed ſi infortunatus fuerit, deſtruet bonitatem nati intrinſecus. Si pars abſentiæ in locis cadentibus fuerit,bonitas quā natus in apparentia habebit,tandem deſtruetur.

Quod ſi dictæ partis dominus infortunatus fuerit, bonitas nati tam in apparentia quàm ab intra nulla reputabitur. Si in natiuitate diurna Iupiter in tertia domo fuerit,natus erit hypocrita,& ſe gentibus fore oſtendet,quod omnino non erit. Sol in tertia domo ac in aliqua dignitatum ſuarum exiſtens,ſignificat totaliter natum fide carere. Et ſi Luna, natiuitate nocturna exiſtente,in tertia domo fuerit,natus in apparentia erit iuſtus,ſed plus tamen de hoc ab extra oſtēdet,quàm in corde habebit. Idem cap. 25.

*De idololatria nati.*

Quando Iupiter in aſcendente fuerit,& Luna in occidente,& Mars Iouem aſpexerit, natus ſtellas & planetas adorabit.

Quando Venus de ſub radijs apparens in ſecunda domo fuerit,natus erit idololatra. Simimiliter Saturnus in tertia domo cum Luna exiſtens, ſignificat natum fore idololatram ac Deo contrarium.

Quando Luna natiuitate diurna exiſtente, in nona domo,ac in ſigno fœminino fuerit,natus erit ſpretor Dei & ei contrarius.

Quando Venus in vno ſigno à Saturno & Marte obſeſſa fuerit, & infortunæ Lunam & Mercurium quadrato vel oppoſito aſpectu aſpexerint, natus erit multorum idolorū cultor. Mars in aſcendente & in oppoſitione Iouis exiſtens,natū idololatrā portēdit.

Quod ſi Mercurius cum Marte in domo Iouis fuerit,natus erit quaſi idolorum eremita.

Quādo Saturnus dominus aſcēdentis fuerit, aut dominus domus Solis vel partis fortunæ ſeu oppoſitionis vel coniunctionis,ac in nona domo,& Iupiter eum aſpexerit,natus erit abbas vel idolorum pontifex. Et ſi Mercuri⁹ in domo Martis fuerit,& Mars cū ipſo aut cū oppoſito aſpectu aſpexerit,natus erit hæreticus.& ſimiliter ſi Sol,Luna & Mercurius in ſigno duorū corporum fuerint, hoc fortius ſi Mars ibidem quarto vel oppoſito aſpectu radiauerit. Idem cap. 26.

*De ſcientia nati.*

Cum ſaturnus trino aſpectu aſpexerit Iouem, natus erit ſapiens,boni conſilij & ingenij, ſanæ cogitatiōis,& in omnibus naturæ ſecretis peritus, ita ꝙ de eo dicetur ꝙ ſit philoſophus,eritque geſtarū rerū narrator, & res graues ſicut aruſpices prædicet.

Quando Mercurius in domo vel exaltatione ſua, ac in bono figuræ loco fuerit, & Mars ipſum bono aſpectu aſpexerit,natus erit in curſu ſtellarū multum ſapiens,& in rebus ſuis grauis ac profundæ cogitationis,libros componet multaque ſibi adiunget, & mirabilia loquetur.

Quando Mercurius cū Sole in domo propria fuerit, Sole in propria facie exiſtente,natus erit ſapiens, phyſicus & verſificator.

Quando Mercurius in medio cæli directus, & in aliqua dignitatum exiſtens Lunam quadrato vel oppoſito aſpectu aſpexerit,& Luna in domo vel exaltatione ſua fuerit,natus erit ſapiens,ſenſatus,& ſtellarum inſpector.

Quando Mercurius in propria domo fortunatus fuerit,natus erit librorum & ſcientiæ ſtellarum amator,& earum rerum difficilium commentator.

Quando Mercurius in domo vel exaltatione ſua exiſtens in aſcendēte fuerit,Saturnus vero in occidēte,natus ſciētias graues ac difficiles indagabit, & propter hoc dominium & ſublimitatem habebit.

Quando Mars Mercurium in aliqua dignitatum ſuarum exiſtentem trino aſpectu aſpexerit, & Mars fortunatus fuerit, natus erit ſapiens & philoſophus expertus.

Quando Luna in domo vel exaltatione ſua,aut in termino Mercurij fuerit,natus erit in rebus ſecretis & obſcuris,vel latentibus ſapiens.

Quando Mercurius in tertia domo cum Luna, ac in eius facie fuerit,& ipſe cum hoc ſit dominus aſcendentis, & partis fortunæ, natus erit aruſpex, ac in rebus ſecretis ſapiens.

Quando Mercurius de ſub radijs Solis apparens, in dicta tertia domo fuerit,ac in ſigno maſculino,natus erit augur,ac ex augurio viuet,& inde lucrum habebit.

Quod ſi mars orientalis exiſtens Mercurium ſic diſpoſitum aſpexerit,natus notitiam librorum habebit,ac in eis ſapiens erit.

Quādo mercurius ſine aſpectu Martis in nona domo fuerit,natus erit ſomniorum expoſitor,& hoc fortius ſi Saturnus in domo vel exaltatione ſua fuerit. Quod ſi Venus,quēadmodū diximus de Saturno,ſic diſpoſita fuerit,nat⁹ ſimiliter erit ſomniorū expoſitor.

Quando Mercurius & Sol in nona domo,ac in aliquibus dignitatibus ſuis fuerit,natus erit ſapiens,ac ſomniorum expoſitor,& quaſi aruſpex.

Quando Mercurius in nona domo orientalis ac fortunatus fuerit,natus erit augur.

Quādo pars fortunæ & pars fidei in nona domo vel tertia domo ſine aſpectu fortunæ,& infortunæ eas ex oppoſito domus ſuę aſpexerint,natus erit aruſpex, & obſcuritatum ſecreta reſerabit.

Quando Saturnus & Mercurius in tertia domo fuerint,in domo vel exaltatione ſua exiſtentes,natus erit ſapiēs in ſtellis,& inde lucrū habebit. Et ita dic, ſi Mercuri⁹ ī tertia domo ſub radijs apparēs fuerit. Etſi Ven⁹ ī tertia domo peregrina fuerit, & Saturn⁹ à domo

Digitized by Google

mo vel exaltatione ſua bono aſpectu aſpexerit, natus erit necromanticus, aut res mirabiles per artē faciet, videbitúrque ſicut propheta, & inducet mirabilia, pręſertim ſi Venus in ſigno fœminino fuerit.

Quando Mercurius & Saturnus in aſcendēte, vel medio cœli fortunati fuerint, & liberi, natus erit necromanticus.

Quando Mercurius in domo vel exaltatione ſua fuerit, & Saturnus eo exiſtente infortunato, ipſum quadrato vel oppoſito aſpectu aſpexerit, natus erit philoſophus, ſed ſcientia eius nō proficiet, eritque miſer atque pauper.

Quando Mercurius in domo Saturni fortunatus fuerit, natus erit ſapiens, ſecreta & obſcura rerum cognoſcens, linguoſus, rhetoricus, augur, & ſomniorum expoſitor.

Quando Sagittarius aut Piſces fuerint ſignum tertiæ domus, ac Saturnus in eo, natus erit ſapiens in rebus huiuſmodi.

Quando Mercurius cum Venere in domo quarta fuerit, natus erit diſputator, cauſidicus, ac verborum inuētor, & hoc fortius, ſi in ſigno peregrino fuerit.

Quando Sol in nona domo fuerit, natus erit cauſidicus, diſputator in fide, ac Dei laudator.

Quando Iupiter in natiuitate diurna fuerit dominus tertiæ domus, & ſignum dictæ domus maſculinum, natus erit ſapiens. Et ſi natiuitas nocturna fuerit, natus credetur eſſe ſapiens, ſed non erit.

Si Luna à Sole ſeparata, Mercurio in tertia domo exiſtenti alliget, natus erit ſcriptor, & in computatione ſapiens.

Cum Sol, Mercurius, aut Iupiter in nona vel ſecūda domo, & in Leone fuerint, natus erit clari intellectus ac rerum ordinator.

Quando Mercurius in medio cœli fuerit fortunatus, natus erit ſubtilis ac velocis ingenij, & ſimiliter ſi Mercurius in domo Martis fuerit.

Quando Luna cum Saturno in ſua orientalitate fuerit, natus erit intelligens, ſed piger atque mollis.

Quādo Luna à Venere ſeparata Mercurio iuncta fuerit, & ambo occidentales, natus erit ſubtilis & acutus.

Quādo Iupiter Martem receperit, vel ipſum quarto aſpectu aſpexerit, natus erit boni conſilij & intellectus.

Quando Sol in domo Iouis, aut in trino vel ſextili eius aſpectu fuerit, natus erit boni conſilij ac intellectus, & ſcientiæ profundæ.

Quod ſi Mercurius cum ipſo fuerit, natus erit legis peritus, ac in iudicijs ſapiens.

Quando Mercurius in natiuitate diurna in domo Solis fortunatus fuerit, natus erit acutus & ſubtilis. Idem cap. 27.

*De memoria nati.*

Quando Sol in domo Martis fuerit, & Iupiter eū bono aſpectu aſpexerit, natus erit bonæ memoriæ.

Quando Venus & Mars cum Luna bene fortunati fuerint, natus erit memor, & deceptor in ingenio.

Quando Mercurius & Mars fortunati Lunam aſpexerint, natus ea quæ ſciet, pulchriter referabit.

Quādo Mercurius in domo Solis fuerit & Iupiter bono aſpectu eum aſpexerit, natus erit intelligens atque memor, & velocis intellectus.

Quando Iupiter cum ipſo Mercurio iunctus fuerit, natus erit clericorum aut inter cleros iudex. idem cap. 28.

*De malo intellectu nati.*

Quando Mercurius in ſecunda domo ac ſub radijs Solis fuerit, & Luna lumine diminuta infortunata fuerit, natus erit mali intellectus, debilis ſenſus, non recipiens doctrinam.

Quando Mercurius in quarta domo, ac dominus partis abſentię fuerit, natus erit mali intellectus, ponderoſæ loquelæ, paucæ ſcientiæ atque ſenſus.

Quando Sol in domo Lunæ ipſa ſub terra infortunata, ac lumine diminuta fuerit, natus erit duri ac mali intellectus, ſicut aſinus, multi erroris, debilis cōſilij, & groſſi cerebri.

Quando Mercurius & Saturnus in aſcendente infortunati fuerint, & Iupiter retrogradus ac peregrinus, ipſos oppoſito aſpectu aſpexerit, natus erit duri ac mali intellectus, pauca ſciens atque intelligens. Idem cap. 29.

*De bono ac veloci intellectu nati.*

Quando Iupiter Mercurium fortunatum trino aſpectu aſpexerit, natus erit ſenſatus, bonæ loquelæ, & velocis intellectus.

Quando Mercurius in domo ſua fuerit, & Iupiter fortunatus ipſum quadrato aſpectu aſpexerit, natus erit bene ſenſatus, conſilij ſani & intellectus completi, dum tamen Iupiter in medio cęli non fuerit.

Quādo Mercurius in medio cęli fortunatus quadrato aſpectu Venerem aſpexerit, natus erit ſenſatus & intelligens.

Quādo Mercurius cū Saturno in domo Saturni fuerit, ac i bono Lunæ aſpectu ac numero & lumine creſcēte, natus erit bene ſenſatus, pulchrę fidei ac rerum ordinator.

Quando Mercurius, Venus & Sol bono aſpectu Lunā aſpexerint, natus erit bene ſenſatus & actibus ſuis grauis.

Quando Mars & Mercurius fortunati fuerint, & à retrogradatione ac cōbuſtione liberi, & Lunam numero, ac lumine auctam aſpexerint, natus erit boni intellectus.

Quādo Mars & Venus fortunati, ac vnus illorum Solem aſpexerit, natus erit in ſuis actibus grauis, boni intellectus atque conſilij.

Quando Iupiter in aſcendente fuerit, & Venus in occidente, natus erit ſubtilis intellectus ac in ſenſu completus.

Quando Saturnus in aliqua dignitatum ſuarum in occidente vel medio cœli cum Mercurio fuerit, natus erit boni intellectus, ac potentis animi, philoſopho ac ſapienti ſimilis Idem cap. 30.

*De ſtultitia nati.*

Quando Luna lumine ac numero diminuta, nec nō à Marte ſeparata & feralis fuerit, natus erit ſtultus.

Quando Luna in oppoſitione Solis ſeparata in ſeptima domo fuerit, & Mars ipſam infortunato aſpectu aſpexerit, natus erit ſtultus.

Quando pars fortunæ vel fidei in nona aut tertia domo fuerit, & infortunæ eas aſpexerint, natus erit ſtultus.

Quando Venus cum Saturno fuerit, & Mars ac Mercurius in loco Lunæ, natus erit ſtultus, & ob ſui ſtultitiam philoſophum ſe nominabit, deridebunt homines eum.

Quando Saturnus & Mercurius in aſcendente peregrini fuerint, & Iupiter in eorum oppoſitione, natus

Digitized by Google

natus erit ſtultus, ac turpis ſtuſtitiæ. Idem cap. 31.

*De hiſtrionibus natis.*

Quando Mercurius in domo ſua cum Marte fuerit, natus erit hiſtrio.

Quãdo Mars & Mercurius in ſigno regali fuerint, & Sol ſignum illud bono aſpectu aſpexerit, natus erit regum ac dominorũ hiſtrio, & de ipſo ac verbis eius gaudebunt.

Quando Mars & Mercurius in domo Saturni fuerint, & ab angulis cadentes, necnon Luna fortunata, ac lumine creſcens ipſos aſpexerit, natus erit populi hiſtrio, & populus ludet cum eo, & truſabit.

Quando Venus Mercurium aſpexerit, aut cum eo iuncta fuerit, natus erit ita ſubtilis hiſtrio, quòd homines de mirabilibus factis eius mirabuntur.

Quando Mars, Mercurius, & Luna in domo Veneris ſimul iuncti fuerint, natus erit hiſtrio multæ ac pulchræ loquelæ. Idem cap. 32.

*De fidelitate nati.*

Quando Venus in medio cœli ſine malo aſpectu Mercurij fuerit, natus erit fidelis & cõmiſſa fideliter cuſtodiet, præſertim ſi natiuitas nocturna fuerit.

Quando Mercurius cum Ioue fuerit, natus erit fidelis, & cõfident de eo viri alti & ſublimes.

Quando Iupiter Saturnum & Martẽ bono aſpectu aſpexerit, natus erit bonus & fidelis, & ſibi cõmiſſa fideliter cuſtodiens.

Quando Venus in aſcendẽte ac in exaltatione fuerit, natus erit ſibi commiſſorum fidelis conſeruator.

Quando Iupiter in tertia domo fuerit, extranei pecunias ſuas ad cuſtodiendũ nato porrigent, & in ipſo homines confident.

Quando Mercurius in quinta domo ac in facie ſua fuerit, natus erit fidelis ſcriptor, & ob ſui fidelitatem habebit honorem.

Quando Mercurius orientalis ac in ſecũda domo fuerit, natus extraneis fidelis erit. Idem ca. 33.

*De natis ſceleratis & eorum infidelitate.*

Quando Mercurius infortunatus ex medio cæli Martem aſpexerit, & Luna in quarta domo fuerit, natus erit ſceleratus ac infidelis & hominibus ſibi commiſſa denegans.

Quando Mars peregrinus ac retrogradus fuerit, & Luna cum eo in tertia domo, natus erit ſceleratus & infidelis, alienorum raptor, & ſibi commiſſa retinens.

Quãdo Mercurius in termino Martis, ac in tertia domo cum Luna fuerit, eo peregrino ac retrogrado exiſtẽte, natus erit paucæ fidelitatis, præcipuè ſi Mercurius dominu aſcendentis fuerit. Idem, ca. 34.

*De latronibus natis.*

Quando Mars, Mercurius & Luna cũ aliquo angulorum ſine aſpectu fortunæ infortunati fuerint, natus erit latro.

Quando Saturnus peregrinus ac feralis in ſeptima domo fuerit, necnon retrogradus, & in aſpectu Martis, Mercurij & Lunæ infortunatorũ, natus erit latro abſconſus, & finis eius ſuſpenſio.

Quando Mars ſine aſpectu alicuius fortunæ in aliquo angulorum retrogradus peregrinus ac debilis fuerit, natus erit latro, præſertim ſi Saturnus eũ malo aſpectu aſpexerit.

Quando Saturnus, Mars, & Mercurius in occidente retrogradi ac agreſtes fuerint, & Luna lumine ac numero diminuta, & abſque dignitate aliqua ipſos quadrato aſpectu vel oppoſito aſpexerit, nat' erit latro, & ob latrocinium ſuũ mala morte dies ſuos finiet.

Quando Mars & Mercurius in aliquo angulorum iuncti fuerint, & ferales ſeu abſque dignitate aliqua ſteterint, & Saturnus eos malo aſpectu aſpexerit, natus mortuorum ſudaria & veſtes furabitur. Idẽ c. 45.

*De fornicatione natorum.*

Quando Venus in occidente vel medio cæli, & Mercurius cũ ea in termino Martis fuerit, natus erit fornicator, ac prolem in fornicatione habebit.

Quando Venus & Mars ſine aſpectu Iouis in medio cæli vel in occidẽte fuerint, natus erit fornicator ac malæ famæ.

Quando Saturnus, Venus & Mercurius in domo vel exaltatione Veneris, necnon in occidente, vel medio cæli ſine aſpectu Iouis fuerint, natus erit fornicator, & quicquid habebit, in fornicatione exponet.

Quando Mars & Venus ſine aſpectu Iouis in medio cæli, vel in angulo terræ fuerint, natus erit fornicator, & in hoc gaudebit.

Quando Venus in medio cœli fuerit, & Luna Saturnum aſpexerit, & Saturnus Venerem, natus erit leno, & meretricum ſectator.

Quando Saturnus & Mars in ſexta domo fuerint, & Venus eos abſque Iouis aſpectu, bono aſpectu aſpexerit, natus erit meretricum inſecutor.

Quando Venus in natiuitate diurna in domo ſua fuerit, & Mars eam à domo ſua bono aſpectu radiauerit, natus meretrices frequentabit.

Quando Venus in domo Martis fuerit, & Mars in domo Veneris, natus erit manifeſtus fornicator, & ſine verecundia.

Quando Venus cum Marte iuncta fuerit, aut in quadrato vel oppoſito aſpectu, natus malas ac turpes fornicationes committet. Si Mars & Venus in ſigno maſculino fuerint, natus erit fornicator. Si Venus effœminata fuerit, natus erit multum effœminatus, & fornicationes cõtra naturam diliget. Idẽ c. 36.

*De ſodomia natorum & natarum.*

Quando ſignum ſextum maſculũ fuerit, & Mars ac Venus ſine aſpectu Iouis fuerint in eo, natus erit ſodomita, & ſimiliter ſi Venus in domo Mercurij, ac in ſigno cadenti infortunata fuerit, iudicabis. Si Mercurius dominus partis fratrum fuerit, natus erit ſodomita. Et ſimiliter ſi pars fortunæ cũ Mercurio in aliquo angulorum, & in ſigno maſculino fuerit, iudicabis. Si Mercurius ex ſigno maſculino domum coniugij ſine aſpectu Iouis aſpexerit, & Venus etiam in ſigno maſculino, & infortuna Mercurium, natus erit ſodomita. Si Mercurius parti coniugij alligauerit, vel dominus partis illius maſculinus, & in ſigno aut in loco maſculino fuerit, natus erit ſodomita.

Quando

Quando Luna in ſigno maſculino fuerit, Sol atque Venus ipſos ex ſigno maſculino aſpexerint, natus erit ſodomita.

Quando Mercurius ac Venus in ſeptima domo iuncti fuerint, natus erit dominus procorum ac ſodomita. Si Mercurius in ſeptima domo fuerit, & Venus ab eo cadens, necnon domina aſcendentis exiſtens, natus erit ſodomita. Si Mercurius in ſeptima domo cum Marte fuerit, & Venus peregrina exiſtens, eos malo aſpectu ex ſigno maſculino aſpexerit, natus erit ſodomita.

Quando Venus in domo ac termino Martis & in malo loco fuerit, natus erit ſodomita.

Quando Mercurius, Mars, & Saturnus in domo ſui corporis fuerint, natus erit ſodomita, præſertim ſi Venus cum Mercurio in ſigno maſculino fuerint.

Quando pars coniugij in domo Mercurij, & in ſigno maſculino, ac in aliquo angulorum fuerit, natus erit ſodomita.

Quando Venus & Luna in natiuitate mulieris in octaua domo fuerit, nata erit ſodomita.

Quando Venus in ſeptima domo, ac in ſigno maſculino, & Luna in aſcendente fuerint, nata erit ſodomita.

Quando planetæ fœminini in ſignis gradibus atque locis maſculinis fuerint, nata erit ex adulterio procreata, & cum mulieribus concumbere appetet. Idem cap. 37.

*De caſtitate ſeu prohibitione ſodomia natorum.*

Quando Venus in domo Iouis fuerit, & à malo aſpectu Martis libera, natus erit bonæ complexionis, & quantum ad peccatum ſodomiticum caſtus.

Quando Venus in aſcendente vel medio cœli cum Ioue fuerit, vel ex locis ex quibus eum receperit eidem alliget, & Mars Venerem non aſpexerit, natus erit à peccatis contra naturam excluſus atque liber.

Quando aliqua de ſtellis Beibeniis primæ magnitudinis, ac de natura Iouis & Veneris in aſcendente vel in medio cæli fuerit, natus caſtus & ab omni ſodomitico crimine liber, largus, pius, bonus, ac bonæ famæ. Idem cap. 38.

*De muliebritate natorum.*

Quando Mercurius & Saturnus cum Venere in aſcendente vel in medio cœli fuerit, natus erit muliebris.

Quando Sol & Luna in tertia domo fuerint, natus erit muliebris & mores eius ſicut mores mulieris, & victum ex illa muliebritate acquiret.

Quando Venus in Ariete, Tauro, Leone, vel Capricorno fuerit, & Mars atque Sol ſuper Saturnum radios ſuos proiecerint, natus erit muliebris, & viros appetet.

Quando Luna in domo Saturni fuerit, & Saturnus in domo Veneris vel in Scorpione & in angulo terræ, aut in ſexta vel duodecima domo, natus mores muliebres habebit.

Quando Venus cum infortuna in ſigno fœminino exiſtenti fuerit, natus erit quaſi mulier & muliebria aget, necnon viros, ac ſi mulier eſſet, appetet. Idem cap. 39.

*De liberalitate natorum.*

Quando Sol & Venus Lunam in medio cæli exiſtentem aſpexerint, natus erit largus, liberalis, & leuiter bona ſua expendens ſiue tribuens.

Quando Mars Solem quadrato aſpectu aſpexerit, natus erit adeo liberalis, quòd parum aut nihil de ſubſtantia ſua retinebit.

Quando Mars fuerit dominus partis fortunæ & dominus aſcendentis in ſecunda domo natus prodigus, ac inutiliter bona ſua conſumens erit.

Cum Saturnus retrogradus vel combuſtus, ac in aliqua dignitatum ſuarum exiſtens in medio cæli fuerit, natus aliis de bonis ſuis tantum conſumet, quòd ad paupertatem deueniet, præſertim ſi Venus malo aſpectu aſpexerit.

Quando dominus tertiæ domus dominum ſecundæ domus malo aſpectu aſpexerit, natus erit prodigus, & occaſione diuitiarum ſuarum inimicitias & odium acquiret. Idem cap. 40.

*De auaritia nati.*

Qando caput Draconis cum Sole, Venere, & Mercurio in aſcendente fuerit, natus erit auarus.

Quando Mercurius in natiuitate diurna occidentalis, ac in ſecunda domo fortunatus fuerit, natus erit parcus, & pecuniam ſuam vltra modum diligens. Idem cap. 41.

*De inuidia nati.*

Quando Mercurius velox curſu in natiuitate nocturna de ſub radiis Solis occidentalis apparuerit, ac in ſecunda, ac Martis termino fuerit, natus erit inuidus.

Quando Luna à Saturno ſeparata Mercurio applicuerit, natus erit inuidus.

Quando Mercurius Marti alligans in aſcendente fuerit, & Iupiter eũ non aſpexerit, natus erit inuidus. Idem cap. 42.

*De elatione vel magnanimitate nati.*

Quando Venus & Saturnus cum Luna fuerint, aut ipſam aſpexerint, natus erit ſuperbus, magniloquus & animi elati.

Quando Mercurius, Iupiter & Mars Lunam aſpicientes ſimul fuerint, natus erit magni animi, & magna loquetur.

Quando Luna Saturno ſeparata Mercurio alligauerit, natus erit magnanimus & ſine verecũdia.

Quando in propria domo, & in termino Martis fuerit, & Soli ex ſeptima domo oppoſitionem alligauerit, natus erit animi elati, & magnus apparere quæret, ac propter hoc ſe bene induet. Idẽ c. 43.

*De hilaritate faciei nati.*

Quando Venus in domo vel exaltatione ſua, ac in ſeptima domo fuerit, & Mars eam bono aſpectu aſpexerit, natus erit hilaris faciei, & bonæ reſponſionis: erit tamen adulator, & quaſi fatuus.

Quando Venus in medio cæli vel ſeptima domo fuerit, & Mercurius ipſam bono aſpectu aſpexerit, natus erit hilaris faciei, adulator tamen & bonæ loquelæ.

Quando Venus in ſeptima domo ac in ſua facie fuerit, & Mars eam ex propria domo malo aſpectu aſpexerit, natus erit ſine verecundia, & adulator.



Digitized by Google

Quando Luna in aſcendente fuerit, & Venus trino aſpectu ipſam aſpexerit, natus erit hilaris faciei, & bonæ obuiationis. Idem cap. 44.

*De lætitia nati.*

Quando Luna lumine diminuta in propria domo, ac in bono loco cum Venere fuerit, natus erit lætus, & læta loca ob lætitiam ſine pigritia circuibit.

Quando Luna & dominus aſcendentis orientales ac fortunati fuerint, & ab infortunarum aſpectu fuerint liberi, natus erit lætus.

Quando Mercurius in domo vel exaltatione Lunæ directus, ac extra Solis radios fuerit, & Venus bono aſpectu eum aſpexerit, & ipſe Lunam, natus erit lætus, mobilis tamen, ac multæ mutationis.

Quando Mercurius in aſcendente decima, vndecima vel quinta domo fuerit, & Luna ex exaltatione Martis, aut dominus domus Lunæ, vel Mercurius ipſum aſpexerit, natus erit lætus, ac in omnibus rebus ſuis mobilis. Idem cap. 45.

*De triſtitia nati.*

Quando Saturnus fuerit Almuten natiuitatis ac in fine dominij aſcendentis ſine aſpectu fortunæ, natus erit triſtis, malè loquens ac inſanus.

Quando Mars fuerit dominus faciei aſcendentis, & Saturnus eum bono aſpectu aſpexerit, & Venus ex oppoſito, natus erit triſtis.

Quando Venus infortunata fuerit, & ſeptimam domum non aſpexerit, Mars vero & Saturnus Lunam aſpexerint, natus erit triſtis, ac multarum cogitationum, ſuperbus tamen & duri cordis.

Quando Mercurius in medio cœli cum Saturno fuerit, natus erit debilis, piger, ac ſine lætitia, & ſimiliter ſi Luna in domo Saturni fuerit.

Quando Luna curſu vacua fuerit, & infortunæ eam aſpexerint, natus erit ſine lætitia, piger, ac debilis.

Quando Luna & Saturnus orientales fuerint, ac ſimul iuncti, natus erit ſine lætitia.

Quando Luna à Venere ſeparata, Marti in domo Saturni, ac in locis abſconſis exiſtenti, per cōiunctionem applicuerit, natus erit ſine lætitia, in rebus ac opere diminutus.

Quando Luna à Marte ſeparata Mercurio in domo Saturni iuncta fuerit, & ambo orientales, natus erit ſine lætitia, piger, & ſicut vir miſer. Idem cap. 46.

*De auiditate nati in comedendo.*

Quando Mars in natiuitate diurna fortunatus fuerit in quarta domo, natus auidè manducabit, & inde ægritudinem incurret.

Quando Leo aſcendens fuerit, & Mars ibidem, & Sol ipſum bono aſpectu aſpexerit, natus erit auidus comeſtor.

Quando Mars dominus aſcendentis, ac in ſecunda domo, & in ſigno igneo fuerit, natus auidè comedet.

Quando Venus in prima facie Leonis atque in malo loco fuerit, & Sol eam bono aſpectu aſpexerit, natus erit magnus comeſtor. Idem cap. 47.

*De natis diſcordiam inter homines ſeminantibus.*

Quando Mars in nona domo à Ioue ac Venere cadens fuerit, natus erit diſcordiæ & guerræ ſeminator.

Quando Luna à planeta in aſcendente exiſtente ſeparata, planetæ in ſeptima domo collocato alligauerit, & Mars in quarta domo fuerit, natus inter homines diſcordiam ſeminabit.

Quando aſcendens fuerit Scorpio, & Mars ipſum malo aſpectu aſpexerit, natus erit diſcordiæ ſeminator. Idem cap. 48.

*De mala cogitatione nati.*

Quando Mars & Sol in vno loco ſimul fuerint, natus erit malæ cogitationis.

Quando Mercurius in ſexta vel duodecima domo fuerit, & prima domus fuerit vna domorum Martis, natus ſemper malum cogitabit, ac de aliis enormiter loquetur. Idem cap. 49.

*De pulchritudine nati.*

Quando Venus trino aſpectu Lunam aſpexerit, natus erit alacer, ac vt mulier ornatus.

Quando Venus Iouem quadrato aſpectu aſpexerit, natus erit pulchræ ſtatutæ, ac boni eſſe.

Quando Luna Venerem quadrato aſpectu aſpexerit, natus veſtimenta de ſerico appetet, eritque magni vicij ac quietis. Idem cap. 50.

*De ponderoſitate ſeu grauitate ac quiete natorum.*

Quando pars fortunæ in Capricornum ceciderit, natus erit quietus, & cum deliberatione faciet.

Quando Luna cum Saturno in horoſcopo, vel medio cæli fuerit, & Iupiter eam aſpexerit, natus erit quietus.

Quando Luna ſine aſpectu Martis cum Ioue in ſigno fixo fuerit, natus erit ponderoſus & quietus, & hoc fortius ſi ipſa cum Ioue in aliquo angulorum fuerit.

Quando Iouem in horoſcopo exiſtentem Saturnus aſpexerit, & Mars ac dominus eius ab horoſcopo cadentes fuerint, natus erit ponderoſus & quietus. Idem cap. 51.

*De velocitate nati.*

Quando Mars ſine aſpectu Iouis in horoſcopo fuerit, natus res ſuas velociter & ſine deliberatione faciet, & ideo ſtultus reputabitur.

Quando Mars ſine aſpectu alicuius fortunæ in ſeptima domo fuerit, natus erit in rebus ſuis callidus, finem rei non aſpiciens.

Quando Mars ſine aſpectu Lunæ in quarta domo fuerit, natus parum ad finem ſuarum rerum aſpiciet.

Quando Luna in horoſcopo fuerit, & aſcendēs ſignum Igneum, & Iupiter ipſum ex ſeptima domo aſpexerit, natus erit in agendis nimis velox, ac præ nimia velocitate quaſi fatuus.

Quando Luna & dominus horoſcopi in medio cæli fuerint, & Mars ſine aſpectu Iouis eos aſpexerit, natus erit perfidus ac ſine prudentia aliqua, & qui ſibi lites ac diſcordias acquiret. Hæc Albubater cap 52.

*Ex Materno.*

Saturnus dominus genituræ facit natos raro ridentes, iramque diu ſeruantes, ſed erunt nati boni conſilij, & quorum fides recto ſemper iudicio cōprobetur. cap. 12. lib. 4.

Saturnus dominus genituræ in domo vel finibus Martis, vel in domo Lunæ faciet triſtes, laborioſos, ſordidos, humiles, & glorioſos, & qui

Digitized by Google

qui aſsiduè lugubri triſtitia ſordiderunt. capit. 12. lib. 4.

Saturnus dominus geniturę in domo Mercurij, vel in eius finib', facit natos maleficos, veneficos, periuros, inimicos fratrum, & parentum. c. 12. li. 4.

Saturnus per diem in horoſcopo, facit natos inflatos ac ſuperbiæ ſpiritu ſubleuatos. cap. 3. lib. 3.

Saturnus in tertia domo cũ Mercurio & Luna, facit natos cũ ſtultitia malitioſos, ſacrilega contra diuinitatẽ verba iactãtes. Si verò his ita poſitis quacunque ſe Mars rõne cõiunxerit, accuſatores, ſycophãtas, malos, maliuolos, ĩuidos, malicioſos facit.

Saturnus per noctem in octaua domo conſtitutus, ſi Mars & Iupiter eum reſpiciant ex ſextili, vel ex trigono, faciet natos bonos, bonæ vitæ, & opinionis. cap. 3. lib. 3.

Saturnus per diem in nona domo conſtitutus, faciet natos magnos, famoſos, vel philoſophos opinatos, vel ſacerdotes templorum, & in magica opinione ſemper famoſos, facit etiam pro qualitate ſignorum aruſpices, vates, mathematicos, vera ſemper interpretatione fulgentes, & quorũ reſponſa ſic ſint quaſi quadam diuinitatis auctoritate prolata. cap. 3. lib. 3.

Saturnus per diem in nona domo cõſtitutus facit natos in templorum cultu ſemper perſeuerare, aut præpoſitos religionum, interdum ſomniorum diuinos reddit interpretes. cap. 3. lib. 3.

Saturnus per diem in decima domo faciet natos honeſtos, & ſi natus fuerit agricola, erit honeſtis moribus inſignitus. cap. 3. lib. 3.

Saturnus in decima domo inuentus cum Mercurio acumen cordis maximum dabit.

Saturnus in Geminis inuentus, ſignificat quòd multæ res nato credentur, quarum multas ipſe negabit. cap. 3. lib. 5.

Saturnus in Cancro inuentus ſignificat quod homines erunt animo ſimplices, humani, miſericordes, alienas anguſtias ſubleuãtes, animiq́ue ſplendoribus adornati, & qui vitam ſuam proſperis ſemper rationibus regant.

Saturnus in Leone inuentus ſignificat quod natus pulſabitur aſsidua inuidia.

Saturnus in Leone conſtitutus ſignificat quòd natus erit cordatus, peregrinorum inimicus, iracundus, bonus tamen beneuolus, doctus, & qui incorruptam fidem in omnibus contractibus ſeruet, integer, conſilij bonus, atque animi incorruptus.

Saturnus in Virgine conſtitutus ſignificat, quòd natus erit cordatus, doctrina, & ſapientia plenus, ſed multis occupationibus deditus, ac multa appetens.

Saturnus in Virgine inuentus ſignificat quod natus erit contentioſus & qui nunquam poſsit pudoris verecundiam ſuſtinere, eritque humanus & longæuus.

Saturnus in Libra inuentus ſignificat, quod natus erit cordatus, boni conſilij, ſapiens, doctus, omnia deſiderans, imperioſus ac glorioſus, eritq́ue talis, qui nunquam capi, fallíque poſsit, contentioſus, multa ſciens, multos diligens, & futura præuidebit ſui animi inſtinctu.

Saturnus in domo Martis, homines facit aſperos, crudos, ſeueros, & qui nulla vnquam pietatis, ſeu miſericordiæ inclinatione moueantur, graues quoque, iracũdos, & multa tam in factis ſuis, quàm alienis ſæpenumero cogitantes, difficiles quidem, intractabiles, ſuperbos, & inſolentes. cap. 10. lib. 5.

Saturnus in domo Veneris homines efficiet, quorum fides erit exigua. cap. 10. lib. 5.

Saturnus in domo Veneris dat multas cogitationes, ac ſollicitudines.

Saturnus in domo Mercurij, homines faciet occultarum ſciẽtiarum inueſtigatione ſollicitos, ſapientes, cautos, facundos, elegantes, ſed grauis loquælę, & fortè impeditæ linguæ, & qui ſæpenumero talium ſtudiorum ſuorum multiplici grauitate impediuntur. Eruntque hi quoque animo malo & ſtomachoſo, vani, mendaces, & qui multa inuidia fatigentur. cap. 10. lib. 5.

Saturnus cum Marte indicat natum fore manſuetum, ſed tardè quod volet efficiet, & cum difficultate, præmorietur patri & matri ſuæ, & fratres eius adhuc citius è viuis diſcedent. cap. 25. lib. 6.

Saturnus cum Mercurio, natum efficit blęſum, vel malæ locutionis, vagabundum, & in nullo ſe intromi tentem. ca. 25. lib. 6.

Saturni Trinus ad Iouem ſi Mars eos aſpiciat, ſignificat quod natus erit inuidioſus. capitul. 3. lib. 6.

Saturni Trinus & Veneris ſi fuerit in aliqua ſuarum dignitatum, manſuetos indicant natos pudicos, bonæ conuerſationis & famæ, & qui à vilibus perſonis inuidiæ labe pulſentur. capitu. 3. lib. 6.

Saturnus & Iupiter ſi fuerint tetragona radiatione coniuncti, ſi ſuperiore loco dextrum Saturni quadratum, Iupiter vero in ſigno ſiniſtro iſtius quadrato fuerit, omnia conſilia ſæpe peruertunt, actus impediunt, & eorum mentes vanis animi diſſenſionibus ſemper perturbant, parentes impugnant vario ſemper genere contrarietatis. cap. 10. lib. 6.

Saturni quadratus ad Mercurium, ſi Saturnus in dextro loco fuerit, & Mercurius in ſiniſtro, cõſiliorum rationes impugnat, cogitque natum alienę poteſtati eſſe ſubiectum, inuidię labe pulſatum. cap. 10. lib. 6.

Saturni oppoſitus ad Venerem, fornicatorem natum fore ſignificat. cap. 17. lib. 6.

Saturni oppoſitus ad Mercurium, linguæ & ſermonis impedimenta decernit. Quod ſi Luna cum Mercurio fuerit, ſapientiæ decernitur diſciplina, & erit natus diſiunctus à fratribus ſuis. cap. 17. lib. 6.

Iupiter dominus geniturę inuentus, homines faciet magni animi, magna appetentes, & quibus fides ſemper habeatur, facit etiam glorioſos, nobiles, honeſtos, amatores mundiciarum, lætos, qui in omni ratione delectari deſiderant, plurimum cupientes cibum, & qui bene ſemper facere conſueuerunt. cap. 12. lib. 4.

Iupiter in horoſcopo inuentus facit natos bonos, venuſtos, beniuolos, lętoſque, ſi genitura fuerit diurna. cap. 4 lib. 3.

Iupiter in quarta domo inuentus per diem faciet natos iumentorum amatores & cultores. cap. 4. lib. 3.

Iupiter in quinta domo per diẽ inuẽtus in aliqua ſuarũ dignitatũ ſi Luna deficiẽs lumine eum reſpi-



Digitized by Google

ciat,faciet honeſtis moribus homines.cap.4.lib.3.

Iupiter in quinta domo per noctem inuentus, ſi Mars ei vel Venus, vel Luna contrario ſe curſu monſtrauerint,maximis eum, qui ſic natus fuerit, faciet vitiis implicari, ſecundum naturam ſignorum atque ſubſtantiam.

In humanis enim ſignis ſic poſitus,faciet libidinoſos,& circa amores inſana cupiditate præpoſteros,facientes ea quę mulieres facere conſueuerũt.

In quadrupedibus vero ſignis ſic poſitus, venatores faciet,& ferarum amatores, & quos ſemper ſyluarum deſerta delectent, & aſsiduis laboribus implicatos.

In terrenis vero,herbarios faciet,& plus volentes ſcire quam patitur naturæ humanæ ſubſtantia.

In aquoſis verò,piſcatores, & quibus circa fluuium,vel mare,vel paludes ſit ſubſidium,laborioſos ſanè & ex iſtis artibus ſæpe viuentes. c.4.lib.3.

Iupiter in octaua domo inuentus facit natos ignobiles,& ſtulta iactantes animoſitate præpoſteros, & quorum furor ad inſaniam procedat,præſertim ſi ſic poſito Ioue,cardinem aliquem genituræ maleuola ſtella poſſederit,cap.4.lib.3.

Iupiter in nona domo per diem inuentus facit interdum damna & æſtus damni & animi, ſi fuerit natiuitas nocturna facit ſemper falſa ſomnia ſomniantes,& qui de Diis frequenter aliquid mentiãtur,& qui de Deorum ſortibus ſpem ſibi aliquam polliceantur, & qui ex hoc vexatos ſemper exiſtiment.cap.4.lib.3.

Iupiter in decima domo per diem inuentus reddit natos in vita luxurioſos.Si vero per noctẽ fuerit cõſtitutus in medio cæli,honeſtos quidem moribus facit,ſed qui cito fallantur. cap.4.lib.3.

Iupiter in Ariete inuẽtus facit homines præconio bonitatis ornatos,ſed in Deorũ cultu religioſos,& cum fide omniũ pręcepta ſeruantes. c.4.li.5.

Iouem in Tauro inuentum quicunque habuerint,verſabuntur cum ſterilibus, aut infamibus viris,religioni tamen ſeruientibus. cap.4.lib.5.

Iouem in Tauro quicunque habuerint, erunt iuſti,fortes,& amicis exhibentes amorem,eritque in ipſis liber ſermo, & pro amicis fortiter excuſabunt,ſed erunt temerarij in omni certaminum contentione,ac fortes,& qui ſibi nunquam,ſed amicis ſemper prodeſſe deſiderent. Exiſtunt tamen illis amici frequenter ingrati, ipſi quoque ſæpius labentes,iterum corrigantur. cap.4.lib.5.

Iouem in Leone inuentum quicumque habuerint,erunt fortes animo,profuſi,liberales, ſed qui res alienas praua ſemper cupiditate compulſi, deſiderent. cap.4.lib.5.

Iouem in Virgine inuentum, quicunque habuerint,erunt mundi,honeſti,bene nutriti,pudici,efficaces,fideles, moribus ingenui, contentioſi, potentes, laborioſi, non habentes quoque vnum in vita curſum,quandiu Taurum Saturnus tranſierit ab eo ſigno,in quo ipſe Saturnus in genitura fuerit conſtitutus.cap.4.lib.5.

Iouem in Libra inuentum, quicunque habuerint,erunt religioſi & Deorum cultores. c.4. lib.5.

Iouem in Scorpione inuentum,quicunque habuerint, erunt religioſi & potentes, ſed perpetrabunt maxima negocia cum mulieribus infamibus, eruntque animo & corpore fortes.cap. 4.lib.5.

Iouem in Sagittario conſtitutum, quicunque habuerint,erunt boni & apti ad omne humanitatis officium,mundi, honeſti, & omni genere bonitatis ornati.cap.4.lib.5.

Iouem in Aquario inuentum, quicunque habuerint,homines erunt formoſi, bene compoſiti, & qui pulcherrimis, lautiſque veſtimentis delectentur,ob eamque cauſam à pleriſque metuãtur, & diligantur, ſed hoc præcipuè futurum decernitur, poſtquam nati impleuerint ſpacia annorum 30.Ante enim hoc tempus vitioſi erunt,epulones, & bibones, & qui poſt habita omni rei familiaris cura,nihil aliud affectent, niſi Epicureorum more,ſine laboribus, in quiete, & rerum vbertate viuere. Sed cum tertium huius ſigni trigonum id eſt Geminos Saturnus tranſierit, tunc omnia in melius diſponentur.cap.4.lib.5.

Iouem in Piſcibus inuentum,quicunque habuerint,homines erunt docti,ſapientes legum, ac iuriſperiti, multarum ſcientiarum, & occultarum præcipuè,ſolertes inquiſitores. Sed hoc erit poſt 30.annos,cum primùm loca geniturę Saturnus trãſierit. Erunt enim tunc læti,alacres,iucundi & aliquo ẽt nobilitatis genere decorati, ſed ioculationibus dediti,cãticis & voluptatibus,vnde ſibi multa corporis & animi ſolatia conſequantur.c.4.li.5.

Iupiter in domo Martis inuentus, facit Aſtronomos, & qui ſtellarum curſus explorent, cuius rei gratia ad aliqua nonnunquam dignitatum inſignia conferantur. cap.11.lib. 5.

Iupiter in domo Solis per diem inuẽtus, homines faciet ſapientes, boni ingenij & qui ſapientia & probitate ſua,multa reipublicæ conferant emolumenta. cap.11.lib.5.

Iouem in domo Veneris per diem inuentum, quicunque habuerint,nobilium fœminarum conſuetudine vtẽtur,& forte furtiuam Venerem cum eis agitabũt,vnde ſibi gloriam & honoris inſignia, necnon & lautiſsima facultatum ſubſidia comparabunt. cap.11.lib.5.

Iupiter in domo Mercurij inuentus, homines facit boni ſenſus,& intellectus, ſupputatores, Arithmeticos,& qui in communem vtilitatem, non ſine magno honore ſuo, ac emolumento, ingenij vires exerceant. cap.11.lib.5.

Iupiter cum Mercurio decernit maxima religionis inſignia, legiſque peritum reddit, & qui in ſuis rationibus ſenſu completus ſit & intellectu: reddit etiã acutiſsimos ſupputatores. c.26.li. 6. & qui multorum hominum, ſecundum Socraticum inſtitutum,vtilitatem, commodúmque procurẽt.

Iupiter & Mars ſi trigona radiatione fuerint coniuncti,ſignificant audacem, periculis ſe exponentem, patronum prudentem,honoris cupidum & victoriæ,& intrepidum.cap.4.lib.6.

Iouis ad Venerem trigonus gratiam ſignificat venuſtatis, bonis aſſociat, & honeſtis viris amore coniungit.cap.4.lib.6.

Iouis ad Mercurium trigonus oſtendit ingenioſos, cordatos, intelligentes, acerrima ingenij poteſtate fulgentes, & qui cæleſtium ſiderum ſecreta aptè cognoſcant.cap.4.lib.6.

Iouis ad Venerẽ quadratus, ſi Iupiter in dextro loco fuerit,& Venus in ſiniſtro,fidelem natũ indicat,& ſtabilem in fide,& honeſtum.Si verò Iupiter fuerit

Digitized by Google

fuerit in ſiniſtro, & Venus in dextro, fornicatorem dicito, illecebris mulierum, qui ſæpe fallatur, corporis ornamenta inquirens, qui ſi qui l g iu lij ſuſceperit, mutata conditione illa, ſemper gaudia infringet. cap. 11. lib. 6.

Iouis quadratus ad Mercuriũ, ſi Iupiter in dextro loco fuerit, & Mercurius in ſiniſtro, nati ſapientiam indicat, qui ſortilegia ſectabitur. Geometriam, Arithmeticam & Aſtrologiam diſcet, bonæ erit vitæ, & plurima ex aliorum munificentia ſuſcipiet. cap. 11. lib. 6.

Iouis quadratus ad Lunam, ſi Iupiter in dextro loco fuerit, & Luna in ſiniſtro, & natale ſit nocturnum, natum facit boni nominis, & famæ, & honoratum. cap. 11. lib. 6.

Iouis & Veneris oppoſitus, ſi in finibus Veneris Iupiter fuerit, nati cupiditates ac proſperos adducet effectus, qui tamen valde inſtabiles erunt. cap.

Iouis & Mercurij oppoſitus, eloquentes impugnat. cap. 18. lib 6.

Mars dominus geniture inuentus faciet natos aſperos, inuictos, audaces, periculoſos, violentos, qui rationibus ſoleant decipi, multum cibum facile digerentes, fortes, æquales, ignotos, imperioſos, & principalia ſemper ſibi vendicantes poteſtatis inſignia, ſed mentis ardore præpoſteros, & qui res alienas inuidię cupiditate deſiderent. c. 2. lib. 4.

Mars per noctem in prima domo inuentus facit homines callidos, audaces furioſos & peregrinos. cap. 5. lib. 3.

Martem in tertia domo conſtitutum, quicunque habuerit, alienas res deſiderabit, & habebit maximi cuiuſdam facinoris malam conſcientiam. cap. 5. lib. 3.

Mars in ſeptima domo inuentus faciet laborioſos, homicidas, ſceleratos reos, facinorum auctores, vel tortores, aut carnifices, ſeu proditores. cap. 5. lib. 3.

Mars in octaua domo per noctem inuentus faciet callidos, periculoſos & argutos. cap. 5. lib. 3.

Mars in nona domo per noctem inuentus facit natos contemnere Deum, & qui omnia periuriorum genera contemnant, eruntque nati exorciſtæ terribiles dæmonibus, vel erunt necromantici. cap. 5. lib. 3.

Mars in decima domo per noctem inuentus in ſigno fœminеo faciet ſumma honeſtate fulgentes.

Martem in Ariete inuentum quicunque habuerint, homines erunt fures, clamoſi, fraudulenti, vitilitigatores, & qui ſuper alios ſe ſemper contendant extollere. cap. 5. lib. 5.

Martem in Ariete inuentum quicunque habuerint ante 30. annos leues erunt, & amoris laqueis impediti, qui tamē ſemper armis ornati, aliis quærant timorem incutere, & ab eis ſemper venerari. cap. 5. lib. 5.

Martē in Tauro inuentum, quicũque habuerint, homines erũt audaces, temerarij, obliguritores, & quibus fas aut nephas iuxtà ſit, dũ voluntatē ſuam expleant. Hi erunt mulierum lenociniis implicati, iocisque ac ioculationibus cõtinuè dediti. c. 5. li. 5.

Martē in Geminis inuentũ quicũque habuerint, homines erunt ſagaces & aſtuti. cap. 5. lib. 5.

Martem in Cancro inuentũ quicũque habuerint poſt annos 30. erunt intenti præcipuè chirurgicæ, variis occultiſque venenis magicas ſummo ſtudio ſequentur incantationes. cap. 5. lib. 5.

Martem in Leone inuentum quicunque habuerint, homines erunt potentes, audaces & fortes, & qui equeſtri præcipuè iaculatione delectentur, facie autem triſtes, ſed ſolliciti, & multum cogitabundi erunt. cap. 5. lib. 5.

Martem in Virgine inuentum, quicunque habuerint, erunt homines grauiſsimæ iracundiæ, ſed eam intra pectus ſuum diutiſsimè continentes, & qui audaci ſemper animo in res quaſcunque, & ab aliis intentas, & præſertim in homicidia ferantur. cap. 5. lib. 5.

Mars in Libra ſi fuerit inuentus, poſtquam Saturnus tranſierit ſignum Geminorum, tunc in iocoſis conuiuiis, lætiſque ſodalitiis verſabuntur homines, tunc ioculationis, cantuſque exercebunt, tranquilla vitę quiete feliciſsimè perfruentes. cap. 5. lib. 5. eruntque homines delitiis dediti, ſed qui armis præcipuè delectentur, atque equeſtri iaculatione laborent.

Martem in Scorpione inuentum, quicunque habuerint, erunt homines inuidioſi, malorum operum, nonnulliſque militibus inſeruientes, erunt etiam ita mulieribus dediti, vt omni poſthabita pudoris honeſtate, & illis quandoque vim inferre conentur, & cum eis ſæpius irati lites exerceant. cap. 5 lib. 5.

Martem in Sagittario inuentum, quicunque habuerint, homines erunt molles, effœminati, debiles vocis, ac muliebri apparatu gaudētes, ſed cum primum trigonum Saturnus tranſierit, id eſt ſignũ Arietis, tunc audaces erunt, fortes, magnanimi, & qui viribus, & magnanimitate ſua, facile ab omnibus timeantur. Erunt tamē audaces, & læti, ſed qui potius legibus, & æquitate, quàm violenter acta ſua perficere ſtudeant, vnde ſibi magnam gloriam acquirant cap. 5. lib. 5.

Martem in Capricorno inuentum, quicunque habuerint, homines erunt tales qui animum ſemper ad res arduas, cæteris penitus abditas adiungant. cap. 5. lib. 5.

Martem in Aquario inuentum, quicunque habuerint, mali erunt, perfidi, nefarij, vitilitigatores, & qui inter omnes conentur diſſenſiones, diſcordiáſque ſeminare, cæteroſque ſemper inſtigent. Sed cum Saturnus primum trigonum geniture tranſierit, id eſt ſignum Geminorum, tunc alendis equis, bellis mouendis, ac inuadendis hoſtibus operam nauabunt. cap. 5. lib. 5.

Martem in Piſcibus inuentum, quicunque habuerint, homines erunt ioculatores, voluptuarij, mulierúmque ſectatores, & qui omnes delectationes & corporis & animi ſui explere deſiderent. Erunt tamen diuinatores, vates, ſortilegi, & qui magicis operationibus res adeò mirabiles efficient, vt ea de cauſa ab omnibus honorentur, & à multis etiam timeantur. ca. 5. lib. 5.

Mars in ſuo domicilio inuentus, faciet homines ſuperbos, audaces, ſæuos, iracundos, & qui omnes animi ſui conceptus ſtudeant ad finem vſque deducere, erunt quoque feroces, temerarij, impetuoſi, & nullo penitus pietatis aut religionis munere decorati, ſed propria quadam temeritatis ſuæ licentia furioſi. cap. 22. lib. 5.



Digitized by Google

Mars in domicilio Saturni inuentus, homines faciet pulchros, celeres, curſuque agiles, & ad omnia opera ſua tam faciles, quàm induſtrios, melácholicos tamē, & rerum occultarum inquiſitores, vt theſaurorum, ſepulchrorum, aurique & argenti, abſcōditique metalli, & omnium denique rerum, quæ à communi hominum conſuetudine ſunt alienæ.

Mars in domo Veneris inuētus, homines faciet libidinoſos, inceſtos, ſtupratores, adulteros, & qui vel cognatas violent fœminas, vel eis iniuriã inferentes, alienas ſequantur vxores. cap. 12. lib. 5.

Mars in domo Mercurii inuentus, homines faciet ſenſatos, callidos, aſtutos, & qui ſua calliditate ſocios ſuperantes, dolis & inſidiis multa lucrentur. Erit tamen bonæ cogitationis & intellectus, diúque laborabunt & arte & ingenio, vt quoquo modo poſſint, aliquid ſibi honoris & facilitatis acquirere, quod etiam, licet doloſe vt plurimum, ac fictè, ſecundum tamen vota ſua conſequentur. ca. 12. lib. 5.

Mars in domo Lunæ inuentus, homines faciet leues, temerarios, in malis & occultis audaces, ſed intelligentes, ſenſatos, & rerum profundarum & abditarum inquiſitores, ex quibus ſibi facultates acquirant. cap. 12. lib. 5.

Mars & Venus cōiuncti, adulteria cum vilibus ſignificant. Si natale fuerit alicuius fœminæ, ea meretrix erit. cap. 27. lib. 6.

Mars & Mercurius coniuncti, mendacem faciunt natum, ſed aſtutum & eloquentem. capi. 27. lib. 6.

Martis trinus ad Venerem, faciet homines, qui veſtium & ornatus ſunt oſtentatores, & forte publicos ſcortatores, vel contra legem luxuriantes. cap. 9. lib. 6.

Martis & Mercurij trigonus, natí animos & ſapientiam notat, computos & rationes publicas administrantes, cauſidicos optimos & in his laudatos, cap. 9. lib. 6.

Martis quadratura ad Venerem, ſi Mars in decima domo fuerit, mulierum cauſa labores adducit. In natali fœminarum, indicat meretrices. Si verò Venus in decima domo fuerit, natus ex his actibus verecundiã habebit, & celabit quę mala conſcientia perpetrauerat, & abſcondet quicquid libidinibus nefariis fecerat. cap. 12. lib. 6.

Mars & Mercurius ſi fuerint quadrati, ſi Mars in ſiniſtro loco fuerit, & Mercurius in dextro, malos, malitioſos, callidos dicito, peſſima mētis cupiditate armatos, ſimulatores, & diſsimulatores, raptores, ſollicitos ſemper ſtationem quęrentes, vt cuius peſtiferos morſus infligant. cap. 12. lib. 6.

Sol in ſecunda domo inuentus facit homines in omni vita ſuaues ac bonos. Si verò in hoc loco cōſtitutum Solem, Venus ac Iupiter bona radiatione reſpexerint, vel de trigono vel de hexagono, vel ſi cum ipſo fuerint collocati bonorum aliquid repentinum nato dabitur, & fœlicitatis incrementa non modica.

Sol in tertia domo inuentus facit homines in conſiliis bonos ac graues. Si autem Sol fuerit in domo ſua, vel Iouis, vel Veneris, vel in domo Mercurij, vel in altitudine ſua, vel in altitudine horum planetarum ſupradictorum, faciet religioſos, Deorum cultores, qui ſimulachra Deorū & per ſe facta religioſis cōſeruationib' dedicēt, & qui fabricationibus templorū iuſſu principū vel iudicū præſint. In aliis vero ſignis ſicut diximus, poſitus portēdit nato in templis ignobilia officia, aut ſeruile aliquod miniſterium. Si verò in tertio loco ab horoſcopo cōſtituto Sole, Saturnus aut Mars aliqua ſe ei radiatione coniunxerint, vel ſi cum eo fuerint, erunt nati periuri, perfidi, & crebris ab hoc denotationibus miſeri, ganeones, & qui ſordida & abſconſa loca ſectentur ſemper, & qui cōtra diuinitatem irreligioſa proferant verba, ſed aſsiduis animi fatigationibus æſtuantes. cap. 6. lib. 3.

Sol in ſeptima domo inuentus cum Mercurio faciet homines literatos, qui maximam ac variam literarum ſcientiam conſequantur. Si verò ſic Soli ac Mercurio poſitis Saturnus ſe coniunxerit, malitioſos facit, maliuolos, peſsimos, & qui velint difficilium literarum notitiam habere, vel qui eaſdē ipſas difficiles literas facit. cap. 6. lib. 3.

Sol in decima domo cum Mercurio & in omnibus cardinibus cōſtitutus, literatos facit, diſertos, & variis literarum ſtudiis oratores, vnde varij actus & maxima quædam decernitur diſciplina. Erunt autem iſti, qui ſic habuerint Solem & Mercurium, ſi ſe illis Iouis ſtella coniunxerit, literarum gratia & magiſterij cum regibus conſtituti. capi. 6. libr. 3.

Solem in Tauro inuentum, quicunque habuerint ad ſaturandam Venerem, laborabunt, quocūque modo poterunt. cap. 6. lib. 5.

Solem in Cancro inuentum quicunque habuerint, homines erunt cantibus, ludis, fabuliſque potiſsimum dediti, venuſtorum ornatuum amatores, & qui propter tales voluptates ſuas, hominum penitus conciliationes ſocietateſque cōtemnant. cap. 6. lib. 5.

Solem in Virgine inuentum quicunque habuerint, homines erunt clari & alti, ac mirabili quodam ingenio præditi, ſed ludis tantum, fabuliſque intenti, qui conuiuia, cantus, & ſodalitates ament, ac omnibus deliciis, odoribus, & voluptatibus vacent. cap. 6. lib. 5.

Sol in Scorpione ſi fuerit inuentus, erunt homines tales, qui ornatis veſtibus delectentur. cap. 6. lib. 5.

Solem in Piſcibus inuentum, quicunque habuerint, homines erunt ludis & cantibus dediti, inertes, quieti, ocioſi, nihil operantes, ſed ſuis tantum voluptatibus aſſentientes, nec morum honeſtatem, aut turpitudinem æſtimantes, ſed malorum penitus morum, malæque naturæ, vnde multi plerunque labores, multa damna, & anguſtiæ eis contingent. cap. 6. lib. 5.

Sed per diem in domo Saturni inuentus, homines faciet alti cordis, profundæ cogitationis, & qui res magnas & occultas ſagaci ſemper inquiſitione perquirant. cap. 13. lib. 5.

Sol in domo Iouis inuentus, homines faciet manſuetos & fideles, & in genere ſuo maiores & digniores. Erunt etiam hi maximè libidinoſi, & qui cognatorum ſuorum vxores affectent, nec turpe exiſtiment cum parentibus ſuis coire. In mulieris quoque genitura eadem

libido

libido decernitur. cap. 13. lib. 5.

Sol in domo Veneris inuentus, homines faciet diuinos, ſortilegos, aſtronomos, ſomniorum expoſitores, & qui cæleſti quodam myſterio futura prænuncient, rerum occultarum inquiſitores, veridicos, bonos, fideleſque. cap. 13. lib. 5.

Sol per diem in domo Mercurij inuentus, faciet homines multę ſcientiæ, ac bonorum operum, callidos, ſecretos, fideles: per noctem vero ſignificat homines malos, malaque facinora exercentes, & magicis præſtigiis implicatos. cap. 13. lib. 5.

Solis & Veneris coniunctio, laudatum & bonæ famæ, & populi amatorem ſignificat. cap. 28. lib. 6.

Solis & Mercurij coniunctio, piũ, & ſenſatum, ac ſapientem ſignificat. cap. 28. lib. 6.

Venus domina geniture effecta, facit homines delectabiles, lętos, vocabiles, aſsiduo luxui vacantes, amabiles, gratos, venuſtos, amatores, libidinoſos, pios, iuſtos, & qui ſemper venereos coitus crebro cupiditatis ardore deſiderent, & in omni ſane vita nobiles, mundos, & quorum vita, anim⁹, & inſtitutum muſicis ſemper delectationibus inhorreſcat. Erunt quoque ſacrarum diſciplinarum repertores, & viros mulierum, & mulieres virorum bonis affectibus obligabit.

Venus in horoſcopo per noctem inuenta, diuinis ngeniis homines faciet oratores maximos & bonos ſecundum naturam ſignorum: faciet autem gratos, venuſtoſque: ſed per diem faciet homines infames, libidinoſos, impuros: ſed ſi per diem ſic Venerem poſitam Saturnus ex aliqua parte reſpexerit, faciet molles, cinædos, & qui ſe dulcibus actibus dedant. cap. 7. lib. 3.

Venus in ſecunda domo per noctem inuenta, facit gratos & amœnos in venereis cupiditatibus, & qui frequenter pulſantur infamia. cap. 7. lib. 3.

Venus in quarta domo inuenta cum Mercurio, adulteros facit. Sed in prima ætate honeſtos quidem facit, & quibus nihil deſit, ſed vitio quodam mentis implicatos. cap. 7. lib. 3.

Venus in quinta domo inuenta faciet bonos, benignos & qui quicquid facile volunt, impetrent: & qui ſemper futura prænoſcant. Si vero creſcentis Lunæ lumen exceperit, & creſcens ſe ei con ũxerit, ab omni me dacio ſeparatos reddit natos, & qui nec de veris rebus iuriſiurandi neceſſitate, aut dare, aut accipere velint. cap. 7: lib. 3:

Venus in ſeptima domo inuenta, faciet de rebus venereis maximis infamiis laborantes, ſecundum naturam ſignorum. In tropicis ſignis conſtituta, vel ſquamoſis, aut erraticis, ſi cum ea Mars fuerit, aut ſi illi per diametrum aut quadratum forti radiatione coniunxerit, facit impuros, libidinoſos, infames. Si vero ſic poſitam cum Marte Venus in his in quibus diximus, ſignis, alia Saturnum radiatione reſpexerit per quadratum, vel per diametrum aut ſimul poſita facit mulieres impure, & impudice cum mulieribus coire libidinis cauſa: ſed hæc vitia erunt fortiora, ſi in Capricorno vel Ariete hæc ſe ſtellarum mixtura coniunxerit. cap. 7. lib. 3.

Venus in nona domo inuenta per diem, faciet aſsidua cuiuſdam dęmonis interpellatione pulſari: facit autem in templis manere ſordide: & ſic ſemper incedere, & qui nunquam tondeant comã: & qui aliquid velint quaſi à diis dictum hominibus nunciare, quales ſolent eſſe in templis, qui vaticinari conſueuerunt. reddit etiam ſomniorum frequenter interpretes.

Si vero per noctem in hoc loco Venus fuerit, faciet diuinos deorum cultores, & qui ſacris ac religionibus ſtudeant. Quibuſdam vero officia aut dona largitur ex templis. Si vero Mars reſpexerit Venerem de quadrato, vel de diametro, vel ſimul poſiti ei ſe coniunxerit, faciet à mulieribus exagitari, aut ab eis graues infælicitates conferri, & quibus ſemper mulieres ingratæ ſint. Si vero ſic poſitam Venerem de trigono vel de hexagono Iouis ſtella reſpexerit, vel cum ea fuerit inuenta, nati à mulieribus adamabuntur, erunt venuſti, grati, & qui omnia facile conſequantur, & qui in re dominentur vxoris.

Venus in decima domo cum Mercurio inuenta, faciet chordarum & inſtrumentorum muſicæque diſciplinæ auctores: & qui quicquid voluerint, facile conſequantur: ſi vero Mars eam reſpexerit, forti radiatione, aut ſi cum ipſa fuerit, faciet infames, famoſos. Si vero mulier ſic Venerem poſitam habuerit, impura erit, libidinoſa, & ad omnium expoſita voluntatem, & meretriciis actibus ſemper implicata, quę propter neceſsitatem vitæ in meretricio vel lenocinio ſe proſtituat: ſed & ſecundum naturam ſignorum hi actus perficiuntur. In erraticis ſignis, aut tropicis, aut in Saturni domibus, aut in ſquamoſis ſicut diximus collocata talem mulierem reddit. In his vero ſignis ſicut diximus, Venerem ſi vir habuerit conſtitutam, infamis erit in infinitum, & qui res impuras multiplici ratione committat. cap. 7. lib. 3.

Venus in duodecima domo inuenta, ſi Mars & Saturnus eam reſpiciant aliqua radiatione, facit frequenter amatores puerorum, aut mulierum ſcenicarum, vel qui publicis mercimonijs pręſint. cap. 7. lib. 3.

Venus in duodecima domo, ſi reſpiciat Lunam ex diametro, faciet infames, libidinoſos, aut puerorum amatores, & vt ex coitu mulierum inhoneſto ſoleant graui infamiæ pulſari dedecore: ex inceſtis enim & ſtupris ex iſta commixtione graues decernuntur infamiæ: aut enim cum ſororibus, aut nouercis, aut fratribus coire coguntur. Si verò mulier ſic Venerem habuerit collocatam, faciet libidinoſam, & quæ promiſcuis amoribus, & voluptatibus implicetur, ſed ſemper infamiæ labe poſſeſſam, & inceſtis amoribus æſtuantem, & quæ cum aliquibus parentibus ſuis coibit. Alias verò mulieres facit viriles actus appetere. cap. 7. lib. 3.

Venerem in Ariete inuentam quicunque habuerint, erunt multæ cogitationis, & varij diſcurſus, & impuro ſæpius amore detenti. cap. 7. lib. 3.

Venerem in Geminis inuentam, quicunque habuerint, homines boni erunt, bonamque in omnes voluntatem habentes, & qui maximo quodam pietatis ardore, omnibus hominibus, & pauperibus, præcipuè & afflictis ſubuenire conentur. Erunt hi quoque ſapientes, aſtuti, ingenioſi, facundi, & formoſo delectabilique aſpectu, omnibus maximè grati. cap. 7. lib. 5.

Venerem in Cancro inuentam, quicunque habuerint, homines erunt intenti ad omne genus



Digitized by Google

voluptatis, pulchrarumque veſtium amatores. ca. 7. lib. 5.

Venerem in Leone inuentam quicunque habuerint, homines erunt corpore vitiati, diuerſæ variæque naturæ, malis quibuſdam facinoribus ſemper intenti.

Venerem in Virgine inuentam quicunque habuerint, homines erunt ſemper triſtes, anxij, ſolliciti, luctuoſi, & corpore & animo vitiati. cap. 7.

Venerem in Libra inuentam, quicunque habuerint, homines erunt æqui & iuſti, ſed iudiciorum, aut militarium ornamentorum amatores, quique muliebri, ex cauſa compulſi, armis ſæpenumero cogantur aduerſantes expellere, indeque non modica patiantur aduerſitatis incommoda. cap. 7. libro 5.

Venerem in Scorpione inuentam, quicunque habuerint, homines erunt cholerici, litigioſi, ſuperbi, animo elati, & qui ſemper lites, diſcordias ac iurgia ſequantur, cupientes quacunque ratione voluntatum ſuarum deſideria conſequi. Hi etiam, nullo habito reſpectu honeſtatis, aut æquitatis, res concupitas conabuntur ex aliorum manibus violenter extrahere, hacque de cauſa non curabunt aliquando ad interfectiones etiam hominum vſq; deſcendere, ſed poſt annos 37. ad æquitatis rationem quandoque conuerſi, prioris vitę inſtituta in melius vertere ſtudebunt. cap. 7. lib. 5.

Venerem in Capricorno inuentam, quicunque habuerint, homines erunt honeſti, placidi, alacres, voluptatum amatores, & qui conuiuiis potiſsimũ delectentur, reſque formoſas & ornatas ament. cap. 7. lib. 5.

Venerem in Aquario inuentam, quicunque habuerint, homines erunt aucupiis tantum & venationibus dediti, in cæteris verò pigri, inertes, ocioſi, melancholici, & qui nullis ſciant ſe bonarũ rerum operibus applicare: & animalia ad venandum alere ſtudebunt: erunt quoque ad huiuſce exercitationis negocia valde ingenioſi, vnde etiam ſibi non modica quærant vitæ ſubſidia. cap. 7.

Venus ſi fuerit in Piſcibus, homines erunt docti, ſapientes, legales, & qui omnia magno ſenſu, ſummoque ingenio perficiant. Et ſi bona radiatione Iupiter eam reſpexerit, erunt bonis moribus ornati. cap. 7. lib. 5.

Venus in ſuo domicilio inuenta, homines faciet, qui ſtultas mulieres, ac temerarias, ſummo dilectionis proſequantur affectu, vnde ſibi apud populum dedecus & infamiam acquirant. cap. 14. libro 5.

Venus in domo Saturni inuenta, homines facit malos, adulteros, ſtupratores, & qui alienas, & cognatorum ſuorum præcipuè ſequantur vxores, quique aliquam conſanguineam inhoneſta libidinis tentigine, corrumpere nitantur. Erunt hi quoque malæ cogitationis & mentis. cap. 14. lib. 5.

Venus in domicilio Martis inuenta, homines faciet cum mulieribus contentioſos, quarum & malarum præcipuè, omni fœdiſsimo libidinum genere coniuncti, conſuetudine vtentur, vnde eis damna plurima ac detrimenta prouenient. Erunt hi quoque vxorum alienarum ſectatores, vel publicarum meretricum, aut ſeruarum, qua ex cauſa proprias abdicabunt vxores. cap. 14. lib. 5.

Venus in domicilio Solis inuenta, homines faciet puerilium fœminarum ſectatores, quibus nefario quoque libidinis genere abutantur. Erunt tamen nobilium præcipuæ puellarum amatores, ex quarum ſæpenumero cauſa, in damna & detrimẽta plurima, ac in ſummam infamiam deuenient. cap. 14. lib. 5.

Venus in domicilio Mercurij inuenta, homines faciet valde libidinoſos, & puerorum præcipuè, aut paruarum puellarum ſectatores: ſed in reliquis religioſos, & mulierum maximè ornamenta elaborantes. cap. 14. lib. 5.

Venus in domicilio Lunæ inuenta, homines faciet venereos, præter modum incontinentes, diſſolutos, & qui impetuoſa ſemper libidinum tentigine ſtimulentur. Erunt enim tales, qui nulla cognationis, aut conſanguinitatis ratione detenti, ad quoſcunque appetitus ſui ducantur affectus. cap. 14. lib. 5.

Venus & Mercurius coniuncti inclinant natum ad ludos & gaudia, & qui diligat corporis ornatum cantus & omnem mundiciam, & qui ſit pulcher recitator fabularum. cap. 29. lib. 6.

Veneris & Mercurij quadratus, quanquam raro contingat, fœminarum aut mulierum cauſa infamem reddit. cap. 14. lib. 6.

Veneris ad Lunam quadratus ſi Luna in dextro loco fuerit, & Venus in ſiniſtro, à fœminis damna portendit, aut infamiam. cap. 14. lib. 6. Si vero Venus in dextro loco fuerit, ſermonis facundiam & gratiam decernit.

Mercurius ſi dominus genituræ fuerit, faciet cordatos, ingenioſos, cuncta diſcentes, modeſtos omnium artium ſecreta diſcere cupientes. Et ſi in domo quidem ſua fuerit inuentus, vel in finibus ſuis, vel in altitudine ſua, aut in domo Veneris, & ſi trigonica ſe radiatione formauerit, faciet poëtas, oratores, affluentia grati ſermonis ornatos. In Lunæ vero domo inuentus, faciet facundos, & quorum ſermones gratiam conſequentur. Si autẽ in Saturni domo, vel in finibus eius fuerit inuentus, & cum eo Iupiter & Venus bona radiatione reſpiciant, & aut Iupiter aliquem genituræ poſſederit cardinem, vel in tertio ab horoſcopo loco fuerit, faciet quibuſdam religionibus deditos, & ſecretarum ac magicarum artium ſcientes, mathematicos, aſtrologos, aruſpices, & qui omnium religionum, & cæli ipſius ſecreta diſquirant, & quibus legationum creduntur officia, & amantes fratres, & qui cupiant affines ſuos fido neceſsitudinis auxilio protegere, & qui iura amicitiæ arctiſsimis vinculis aſtringant, iuſtos, religioſos, & ab omni profuſionis labe ſepoſitos, & qui firmi conſilij ratione cuncta perficiant. Si vero Mars ſe ei qualibet applicuerit radiatione, vel ſi de quadrato reſpexerit, & ſit Mercurius in tertio genituræ loco in humanis, vel vocalibus ſignis, Iouis teſtimoniis adornatus, Ioue in horoſcopo, vel in medio cæli pariliter conſtituto, faciet aduocatos, oratores, procuratores, quorum ingenium vita fulgeat licentia poteſtatis, & etiam omnia facit eum propriis viribus obtinere. Mercurius ergo dominus genituræ faciet magiſtros, aut grammaticæ artis, aut oratoriæ aut phyſicarum literarum interpretes, ac magiſtros: & quibus omnium ſcientia literarum cõferatur

Digitized by Google

feratur, & qui propter literas, & propter docti ſermonis ornatum aſsiduis ſoleant legationibus fungi: & quos ſecretorum ac religioſarum literarum arcana delectent. Erunt quoque ab omni luxuriarum voluptate, & à conuerſatione publici ſtrepitus ſeparati, & qui omnes religiones quadam trepidatione ſuſcipiant. cap. 12. lib. 4.

Mercurius in horoſcopo in ſignis, quibus gaudet per diem, faciet philoſophos, grammaticæ artis magiſtros, geometras, cæleſtia ſæpe tractantes, aut qui ad hoc apti ſint, vt Deorum poſsint præſentiam intueri, aut ſacrarum literarum peritos, facit oratores & aduocatos. cap. 8. lib. 3.

Mercurius in ſecunda domo inuentus & in matutino ortu, faciet homines obſcuros, ſceleratę mentis, alienos à ſcientia literarum, & qui ſint ab omni vitæ ſubſidio deſtituti. Si vero fuerit in diurna genitura, faciet laborioſarum literarum peritos, & qui naturam ſuam nolunt cæteris hominibus comparare, & qui etiam affectent omnia, quæ illis nulla magiſterij tradidit diſciplina. cap. 8. li. 3.

Mercurius in tertia cæli domo inuentus, faciet ſacerdotes magnos, archiatros, mathematicos, ſed per ſe inuenientes, atque diſcentes quicquid illis non fuerit alieno magiſterio demonſtratum, facit etiam cordatos, fælicesſque, ſi eum reſpexerit Iupiter bono aſpectu, vel ſi cum ipſo fuerit inuētus, faciet magnæ mentis, & magnorum, ac diuerſorum conſiliorum viros. cap. 8. lib. 3.

Mercurius in quinta domo inuentus veſpertinus, faciet magiſtros, geometras, aut aſtrologos, & qui ſyderum curſum, prudentia computationis inueniant: faciet etiam palæſtritis præpoſitos, ac duces. Si verò ſic Mercurio poſito deficiens Luna ſe coniunxerit, dedecoroſis hominem valetudinibus implicabit, facietque frequenter à recto viuēdi ordine, præſtpoſteris dementię caſibus aberrare. cap. 8. lib. 3.

Mercurius in ſexta domo matutinus inuentus, interpretes, piſcatores, aucupes vel ſculptores facit. Sed ſi in decima cæli domo nulla ſtella fuerit collocata, faciet malignos, malitioſos, malorum conſiliorum auctores, & fures, ac qui res alienas, inuido ſemper mentis ardore deſiderent, & qui de alienis caſibus gaudeant, delatores, & qui affines, ac propinquos ſuos omnes acerbis odiis perſequātur, pigros, & cæcos mentibus, & quibus omnia malitiæ genera conferantur. cap. 8. lib. 3.

Mercurius in octaua cæli domo facit ſtultos, malitioſos & vitioſos in natiuitate nocturna, & qui facile aſsiduis languoribus fatigentur. cap. 8. lib. 3.

Mercurius in nona domo ſine alicuius ſtellæ radiatione faciet contentioſos, contradictores, dialecticos, ſcire ſe profitentes quicquid illis nullis eſt magiſteriis intimatum, malitioſos, ſed qui nihil poſſent efficaci ratione complere. Si verò fuerit in hoc loco matutinus, faciet ſacerdotes, diuinos, aruſpices, augures, mathematicos, Aſtrologos, medicos, & quibus ex iſtis artibus & inſtitutis, vitæ ſubſidia quærantur. Si verò eum reſpexerint maleuolæ ſtellæ ex diametro, vel quadrato aſpectu, facient irreligioſos, ſacrilegos, templorum ſpoliatores, damnabiles, & damnatos, & qui ſemper in peregrinis locis oberrent fugientes, aut qui exilij damnationibus opprimantur. Veſpertinus in hoc loco Mercurius inuentus faciet ſacerdotes, magos, medicos, artifices, & quibus ex iſtis artibus vitæ ſubſidia comparentur, tales quoque ingenio, vt per ſe ipſi diſcant, quod illis magiſterij non tradidit aliqua diſciplina. cap. 8. lib. 3.

Mercurius in decima domo ſi eum reſpiciat Iupiter de bono aſpectu, ſignificat quòd nati erunt fideles, beneuoli, ſapientes & graues. cap. 8. lib. 3.

Mercurius in duodecima cæli domo, faciet doctos, grammaticos, oratores, geometras, ſuaque aſsidua mercatione vendentes, aut qui orationis ſuæ præſidio, laborantibus ſoleant hominibus ſubuenire, defendentes eos, & à periculis liberantes. Nam hi tales erunt, vt aliis omnibus cordatiores eſſe iudicentur, & quibus omnium doctrinarum conferantur augmenta. Si eum reſpiciat Mars de quadrato, vel oppoſito aſpectu, vel cum eo fuerit, faciet delatores, abſconſores, ſubdolos, malitioſos, maleficos, fœnerarios aut quib' falſa, artificio malitię perficiantur, vel qui propter horum criminum malitiam graues condemnationes incurrant. Nam aut quaſi malefici, ſeu falſarij damnabuntur. cap. 8. lib. 3

Mercurius in Ariete ſi fuerit inuentus, homines erunt mali, litigioſi, rixatores, contentioſi, homicidę, & qui variis ſemper clamoribus, aſtutè, & inſidioſè omnibus obſiſtere conentur, eaque de cauſa in maximas ſæpenumero iacturas & calamitates veniant. cap. 8. lib. 5.

Mercurius iu Tauro ſi fuerit inuentus, homines erunt intenti voluptatibus, & qui ludis & ingurgitationibus delectentur, inertes, lenti, ocioſi, ac ventri tantum dediti. Erunt tamen callidi, ingenioſi, ſagaces, & qui multa ingenij viribus exequātur. cap. 8. lib. 5.

Mercurius ſi fuerit in Geminis, homines erunt acuti ſenſus, ingenioſi, ſagaces, ſed ſemper in malum proni, & qui facundiam & induſtriam ſuam ad lites & iurgia, diſſenſiones atque diſcordias ſemper accommodent. cap. 8. lib. 5.

Mercurius ſi fuerit in Cancro, homines erunt triſtes, ſolliciti, anxij, ac in multis quotidie cogitationibus verſantes, vafri tamen erunt, aſtuti, callidi, cauilloſi, ac dolorum & inſidiarum pleni, quibus falſò ſemper alios impugnare ac ſuperare conentur. Erunt quoque malorum operum, ex quibus in magnam ſæpius infamiam, ac detrimenta proueniant. Sed poſt 27. annos depoſitis malis moribus doloſiſque operibus, in meliorem vitam cōuertentur, ac proſpero aliquantiſper fortunæ decreto gaudebunt. cap. 8. lib. 5.

Mercurius ſi fuerit in Virgine inuentns, homines erunt induſtrij, & ſagaces: Sed poſt annos 27. vſque ad annum 35. decident in aliquas moleſtias animique perturbationes, ex quibus ſine detrimēto, vix ſe poterunt expedire. cap. 8. lib. 5.

Mercurius ſi fuerit in Libra inuentus, homines erunt oratores, ſupputatores, Arithmetici, geometrię & diuinę matheſeos optimi ſpeculatores. Erūt quoque tales, qui ſemper in libris ac lectionibus verſentur, omniūque ſcientiarum tecondita quæque veſtigent, & ex hac cauſa multi nominis erūt, & à multis amati, & venerati. cap. 8. lib. 5.

Mercurius in Scorpione ſi fuerit inuētus, homines erūt bene morati, honeſti & liberales. ca. 8. li. 5.

Mercu

Mercurius in Sagittario ſi fuerit inuentus mali homines erũt, vitilitigatores, homicidę, ſemper ad diſſenſiones & diſcordias præparati, & qui armis armorumque omnium munimentis, vt plurimum delectentur, nec leges, nec iura ſeruantes, ſed iudicibus eorumque miniſtris ſemper infeſti. cap. 8. libro 5.

Mercurius in Aquario ſi fuerit inuentus, homines erũt Aſtronomi, augures, ſortilegi, magici, ſupputatores, ſomniorum interpretes, & qui diuino quodam furore perciti gentibus futura prædicent. Vnde ſibi & nomen aliquod in populo conſequantur. Erunt quoque tales, qui ſemper rerum occultarum, theſaurorum, metallorum, ac cæterorum abditorum inueſtigatione laborent. cap. 8. lib. 5.

Mercurius in Piſcibus ſi fuerit inuentus, homines erunt acuti, intelligentes, legum, iudiciorumque æquiſsimi cultores, facundi, diſerti, & in multis ſcientiis eruditi, hacque de cauſa ab omnibus honorati. cap. 8. lib. 5.

Mercurius in domicilio ſuo, homines faciet ingenioſos, cautos, aſtutos, & in omni arte ac ſcientia induſtrios, ſed Arithmeticos præcipuè & bonos ſupputatores, medicos, etiã philoſophos, geometras & diuina matheſeos ſpeculatione decoros. Eruntque hi ſanè tanta ingenij facilitate valentes, vt quicquid viderint manuum ſuarum audeat induſtria perficere. cap. 15. lib. 5.

Mercurius in domo Saturni inuentus, homines facit tardos, ſecretos, ſimulatores, multæ cogitationis, ac rerum humanarum abſconditores, religioſos tamen, & legum, ſacrorumque ſecreta percipientes, augures quandoque vel aſtronomos & qui ſapientum, ac religioſorum virorum conſuetudine delectentur. cap. 15. lib. 5.

Mercurius in domo Iouis inuentus, homines faciet ſenſatos, ſapientes, ac iuriſperitos, & qui regũ vel principum conſiliis adhibeantur. cap. 15. lib. 5.

Mercurius in domo Martis inuentus, faciet homines falſos, mendaces, perfidos, & qui fidem ſibi etiam religioſè creditam, ſemper fallere contendant. Cum talibus ſi conſortium iungas, nunquam illis fidei tuæ ſecreta committas, nunquam aliquid ſimplici ratione commendes. Abnegabunt enim, & impudentiam ſuam irreligioſa periuri defenſione communient. Erunt quoque ad omne perfidiæ facinus armati. cap. 15. lib. 5.

Mercurius in domo Solis per diem inuentus, faciet natos mediocres, animo pariter ac mente audientes, excogitantes: ſed & ipſos difficiles ac malitioſas literas tractare perficiet, & laborioſarum literarum officia commendata & publicis faciet officiis deputari: cordatos etiam cum quadam curioſitate perficiet, ac ſecretis & illicitis actibus, inefficacibus ſtudiis implicatos: Si verò per nocte fuerit in domo Solis, aut mente captos efficiet, aut aure linguáve debilitatos, errores quoque vitæ decernit, & vitia: taleſque facit, quos ſemper malæ famę iudicia perſequantur, & quos nunquam recte iudicium boni ſermonis inſinuet. cap. 15. lib. 5.

Mercurius in domo Veneris inuentus, ſermones hominum grato faciet ſplendore venuſtatis ornari. Erunt ſanè in venereo coitu libidinoſi, & qui aliena matrimonia praua mentis cupiditate corrumpant. Erunt etiam vitioſi, & qui ex iſtis vitiis crebra ſemper pulſentur infamia. cap. 15. lib. 5.

Mercurius & Luna coniuncti, ſapientiam nati laudabilem ſignificant, quique erit magni nominis, ſed in omnibus inſtabilis. cap. 30. lib. 6.

Mercurij trigonus cum Luna pollicetur orationis facundiam, aliis præclaras artes, aliis dulcem muſicę ſonum, aliis picturę officium, ac artificium tribuit, & tales quos præclara artium magiſteria ſemper extollunt. cap. 8. lib. 6.

Mercurij & Lunæ quadratus, ſi Mercurius in dextro loco fuerit, & Luna in ſiniſtro, ſapientiæ ornamenta, facundiamque decernit. Sed ſi Luna in dextro loco fuerit, erunt inſtabiles, ita vt conſilia animi ſępe peruertant. cap. 15. lib. 6.

Luna domina geniture inuenta, faciet homines ſtabiles, honoratos, ordinatos & honeſtos. cap. 12. libro 4.

Luna in ſecunda domo facit luxurioſos & deliciarum amœnis voluptatibus deditos. cap. 15. lib. 3.

Luna in tertia cæli domo per noctem inuenta cum Saturno, faciet natos tardos, qui nihil ex his quæ cupiunt conſequantur: & qui religionibus ſacrilega proferant verba, & quibus ex Deorum ira maxima infortunia inferantur. Si verò per diem in hoc loco cum Marte fuerit inuenta, ſacrilegos, templorum expoliatores, iniuſtos, impios, irreligioſos, homicidáſque perficient. cap. 15. lib. 3.

Luna in quarta domo inuenta, & Sol in horoſcopo collocatus compellit maximas colere religiones. cap. 15. lib. 3.

Luna in ſexta domo malè affecta miſeros, humiles, ſeruiles, ac laborioſos faciet procreare. cap. 15. lib. 3.

Luna in nona cæli domo per diem inuenta, faciet natum ſordidè in templis manere, & qui aliquid velit quaſi à Diis dictum, hominibus nunciare. Si verò per noctem in hoc loco fuerit inuenta, faciet diuinos Deorum cultores, & qui ſacris, ac religionibus ſtudeant: dabit etiam multas cogitationes. Et ſi fuerit in domo Mercurij, aſtronomiam dabit. Si Veneris, cantilenas & lætitiam, ſi Martis, opus armorum & inſtrumentorum. Si Iouis, diuinum cultum & ſcientiam in lege. Si Saturni, ſcientiam alchimiæ. Si Solis, prouidentiam in quadrupedibus. Si in Cancro domo ſua, ſcientiam dabit omnium, quæ exeunt de aqua. cap. 15. lib. 3.

Luna in loco fortunæ inuenta cum Mercurio creſcens lumine, vel ſi ad Mercurium feratur, faciet beatos, potentes, nimiumque cordatos, & qui fęlicitate ingenij, aut doctrinæ gratia honores, gratiam, dignitatemque, & patrimonij ſubſtantiam conſequantur. cap. 16. lib. 3.

Luna in Tauro inuenta ſignificat, quod homines erunt compoſitorum morum, & qui negocia ſua modeſto ſemper conſilio, ad finem vſque perducant, tranquilli, quieti, & qui à populo maximè diligantur. cap. 9 lib. 5.

Luna in Geminis inuenta, homines erunt viles, ruſticorum morum: ſed tamen boni ſenſus, acuti ingenij, & ad omnia ſi voluerint acta ſatis induſtrij. cap. 9. lib. 5.

Luna in Cancro inuenta ſignificat quòd poſt annos 15 nati efficientur aliquantulum iraſcibiles, aſperi, duri, ſeueri, & qui ſæpenumero in alios ſæuientes, nonnulla incurrant vitæ impedimenta: ſed

Digitized by Google

Sed poſt annos 22. erunt pij & iuſti, & maxima conſequentur honoris inſignia. cap. 9. lib. 5.

Luna in Virgine ſi fuerit inuenta, homines erũt triſtes, ſolliciti, anxij, multarum cogitationum, variique diſcurſus, quærentes quo pacto ſibi poſſint vitæ alimenta componere: erunt tamen boni intellectus, acuti ingenij, & multarum artium exercitatione compoſiti, & voluptatibus dediti. cap. 9. libro 5.

Luna in Libra ſi fuerit inuenta, homines erunt voluptatibus dediti, ludis, cãtibus choreiſque qui ſemper inuigilent, mulieribus, iocis, & meretricibus vtantur, eaque de cauſa & honoris & famæ ac etiam facultatum ſuarum diſpendia patiantur. cap. 9. libro 5.

Luna in Scorpione ſi fuerit inuenta, homines erunt mali, aſperi, crudeles, ignorantes, rerum humanarum expertes, craſſo ingenio, & qui propter ignorantiam ſuam in multos ſæpius deducantur errores. Vnde & ſibi & ſuis magna quandoque detrimenta proueniant: ſed poſt annos 30. aliquantulum ſubleuati, & rerum experientia docti, miſera inuenient vitæ ſubſidia. cap. 9. lib. 5.

Luna in Sagittario ſi fuerit inuenta, homines erunt boni ſenſus, optimique conſilij, atque iudicij, legum & iuſtitię amatores: ſed literarum expertes, inertes, pigri, otioſi, & qui de rebus, aut imperio ſuo, nullã penitus curam habeant: erunt hi quoque nullius cogitationis, ſiue diſcurſus, & in ſuis præcipuè negociis. vnde quandoque in maxima vitæ impedimenta deuenient. cap. 9. lib. 5.

Luna in Aquario ſi fuerit inuenta, homines erũt vagi, profugi, extorres, & qui fugitiuos vt plurimũ inſequantur, nunquam quieſcentes, ſed in continuo ſemper motu conſtituti. Erunt hi quoque aucupijs, & venationibus dediti, ex quibus tamẽ nullam vel modicam vtilitatem percipiant, eaſque prę cipuè res agere conabuntur, ex quibus nullum penitus emolumentum conſequi poſſint. cap. 9. lib. 5.

Luna in Piſcibus ſi fuerit inuenta, homines erũt ocioſi, inertes, nullarum cogitationum, luſores tamen, & qui huiuſmodi ſint ſemper voluptatibus implicati. cap. 9. lib. 5.

Luna plena luminibus, in domicilio Saturni inuenta, facit homines labentes ingenium temeritatis ardore inflatum. cap. 16. lib. 5.

Luna plena luminis in domo Iouis inuenta, faciet homines honeſtos & efficaces.

Luna plena lumine in domo Mercurij, homines faciet perfidos, & qui res commendatas obſtinatæ mentis furore, auaris cupiditatibus abnegent, faciet etiam effractores, fures, malitioſos, & qui mẽdacia ſua vmbra quadam ſoleant veritatis ornare: ſimiliter aut ſuorũ proditores faciet, aut qui Deos obſtinati ſacrilego furore contemnant: faciet etiam malos & malitioſos, & qui ad omne malitiæ virus libenter accedant, quique aut malos homines, aut mala negocia, obſtinata animoſitate defendant, & quorum per dies ſingulos ad omne facinus creſcat improbitas: ſed & ipſis ſimiles ſibi homines nocere conſueuerunt. Sed ſi cum Marte fuerit ipſa Luna, hos eoſdem malæ conſcientiæ conſortio laboribus iungit.

*Antonij Mellerij Natiuitas.*




Antonivs Mellerius puer Lugdunenſis habet Mercurium in horoſcopo in ſuo domicilio & regno cum Luna & Ioue, in coniunctione Veneris. quæ quidem conſtellatio dabit ei ingenij acuitatem, blanda verba, eloquentiam, & gratiam apud principes: & habebit plurimarũ ſcientiarum cognitionem, & diuerſarum linguarum non vulgarem peritiam. Quoniam Luna coniũcta eſt Ioui, quæ faciet eum propenſum ad leges ciuiles: & Mercurius coniunctus eſt Veneri, qui ei dabit eloquentiam & facundiam, & faciet natum Poetã & oratorem. Et quia Mercurius ipſe ſe applicat ad Solem, ideo erit etiam Aſtrologus & Mathematicus. Et erit in ætate prouecta magnus vir, famoſus, doctus, & inſignis legiſta. Et qui mos noſter eſt nec laudare aliquem, adulandi gratia, nec vituperare ex odio aut inuidia: ideo nos hic de moribus, philoſophia & educatione acquiſitis ſermonem non habemus, verum naturalibus ac talibus, ob quos non puduerit Socratem dici ſtupidum, imperitum & intemperantem eſſe. Alia enim

eſt

eſt naturalis affectio, alia ſtudiorum & diſciplinæ, qua mores vniuſcuiuſque inſtituuntur. Ne verò procœmium tractatióe maius ſit, ad rem venio. Mercurius eſt loci Lunæ & Iouis dominus in trigono martis, qui facit eum ad manuum opificia aptum, animo philoſophico & ſcientiis accommodato, ingenioſum, elegantem, bene moratum, voluptuarium, lætum, pium, fidum, ſapientiæ amatorem, meditabundum, varia machinantem, mente præſtanti, ad diſcendum pronum, ad officia promptum præſtanda, æmulatorem optimorum, inuentorem rerum nouarum, & abſque magiſtri opera proficientem, moribus moderatis, curioſum rerum legalium, ſtudioſum, amarulentum, ſobrium, induſtrioſum, laborioſum, diligentem, ſolertem, in diem viuentem, religionis amatorem, iniuriæ illatæ memorem, obſequioſum, & Mercurialium conuerſatione ſe delectantem. Vnum quoque adiiciam, quod etiam ex aſtris ei datum eſt, vt ſcilicet gratus ſit his, qui ei bene fecerunt. Saturnus autem in quadrato Mercurij dabit ei linguam aliquantulum tardam, nec expeditam.

## ADDITIO.

Planetarum multitudo in horoſcopo oſtendũt ætatis longitudinem, quia Venus & Sol in horoſcopo augent robur vitæ: plurimos tamen præſtat malos effectus Saturnus in quadrato horoſcopi & Mercurij. Viuet igitur annos 54. vt oſtendit inambulatio horoſcopi ad Martis quadratum interfectoris, & domini octauæ domus, ſi ſuperauerit annos 11. & 25. Morietur enim morte naturali: quia luminaria ſunt bene affecta, & Iupiter poſitus eſt per antiſcium in octaua cæli domo. Mors autem erit ex acuta febre cum ſtomachi dolore, & morietur quidem in lecto ſuo inter cognatos & amicos in patria ſua: quia Mars dominus octauæ domus reperitur in ſuo throno benè affect⁹, ideoque cadauer eius honorificè ſepelietur. Sed poſt mortem de eo non erit bonum nomen, vt inſinuat Saturnus inuentus in quarta cæli domo.

Sed quò ad vitia & morbos corporis, benefica eſt in horoſcopo: ideo cum neque in ſexto loco, nec ſeptimo, nec in horoſcopo ſit malefica, vitiis carebit. Saturnus ergo in imo cæli, aliquid circa pedes poſſet facere. Verum Mercurius infortunatus dabit fellis ægrotationem, & affectum malum ſtomachi. Venus autem ſub terra combuſta ſignificat infirmitatẽ in virga, aut in ſpermate. Et quia ipſa Venus reperitur in ſigno Libræ, ſignificat morbos cutis ex aduſtione procedentes, vt ſunt ſcabies, & gallicus morbus, & huiuſmodi. Eruntq; morbi plerumque febres putridæ, vt ſunt duplices tertianæ, & aliquando febres continuæ exortæ à melancholia: quoniam Saturnus horoſcopum reſpicit ex quadrato aſpectu. Quæ curabuntur cum tempore conuenienti, propter præſentiam domini ſextæ domus in ſigno communi. Cæterum Saturnus in Sagittario inuentus in hac geneſi ſignificat quòd natus ab equo decutietur humi cum maximo vitæ periculo. Iupiter autem & Luna in duodecima cæli domo dabit aliquod damnum cauſa inimicorum, vel litium & tribulationes, & contrarietates multas.

Quantum ad diuitias dico, quòd ſors eſt ſub Sole in dignitatibus Veneris & Saturni, & ipſe Saturnus reſpicit eam ex trino aſpectu, & Mars ex quadrato: quare acquiſita per artem ex donis, conuiuiis & voluptatibus maxima ex parte conſumet. Lucrabitur autem plurimum. Et maximè iuxta ſenectutem, id eſt poſt 40. annum. Et generaliter multis modis lucrando erit fœlix. Rurſus magnam occaſionem fælicitatis habebit à principibus, & dominis, & ab actionibus ſuis. Verum fælicitates maximæ diuitiarum ſuccedent nato ſecundum annales reuolutiones: quapropter eas videre licebit, ſi placuerit.

Circa honores, reperio Solem in horoſcopo & in ſigno maſculino in dignitatibus Veneris & Saturni, ſed in ſuo detrimento, quiquidem ſignificat aliquando dignitates, ſed non tales, quales legiſtæ famoſo conuenire videntur. Erit proculdubio gratus principibus. Sed illis vtcunque non ſatisfaciet vt volet. Cæterum magnanimus, ſplendidus, liberalis, honorum appetens. Sed animaduertas ad horoſcopum eius, cui dominus eſt Mercurius, qui eſt infortunatus: Vnde dicunt Aſtrologi. Si natus adhæſerit legibus, erit infortunatus in ſuis aduocationibus & vilipendetur, nec audientur eius verba, & pro nihilo reputabuntur etiam eo dicente verba vtilia, illis qui audierint ea, & verba ſapientiæ: magis enim audient aliquem fatuum & idiotam, illi iidem in quorum vtilitatem ipſe fuerit locutus, licet ſint pauci qui ſciant meliorare dicta ipſius. Et vt plurimum ea de quib⁹ ſe intromiſerit, malè ſuccedent, & inimicabuntur ei homines pro nihilo, & loquentur de ipſo mala, neſcientes reddere cauſam. Ego verò contrariæ ſum opinionis, eo quòd Mercurius eſt benè affectus: quare iſte puer erit in ſuis aduocationibus fortunatus, ex qua cauſa acquiret multa bona: & fiet nominatus, honoratus & ab omnibus amatus ex ſui ingenij manſuetudine & præſtantia.

De vxore dico, quòd Luna eſt in quadrantibus partim orientalibus, & partim occidentalibus, quæ ſignificat in media ætate vxorem, non prima; eo quòd Luna eſt in ſigno ſterili, & in duodecima cæli domo, quæ dabit ei animum ad accipiendum vxorem dubium. Sed ad preces parentum reſoluetur ad eam accipiendam, & hoc erit in media ætate. Accipiet igitur vxorem, quæ erit ingenioſa, circumſpecta, facunda, ſagax, & victui parando idonea: ſed erit aſtuta, aliud in corde, & aliud premẽs in ore. Verum maritus vxori ſuperſtes erit: eo quòd Mercurius eſt infortunatus, ad quem Luna ſe applicat.

Circa filios erit infelix: Nam Mars reperitur in quinta cæli domo, & Saturnus in quarta. In vniuerſum, ſi vxorem habuerit fertiliſsimam, pauci ſupererunt, & ipſo viuente videbit aliquos filios & filias mutare vitam in aliam meliorem.

Multos itaque habebit amicos, vt inſinuãt multi planetæ in horoſcopo: quorum natura erit partim Mercurialis, partim Solaris atque Venereæ, videlicet erunt plurimi Duces & principes, reges, ac nobiles, & homines magni nominis, ſcriptores, negociatores, ſapientes, ſcribæ, artifices, & ignobiles, mulieres, & homines effœminati.

Multoſque etiam inimicos ſignificant Luna & Iupiter

Digitized by Google

Iupiter in duodecima cæli domo. Nam faciunt, vt creſcant inimici nato, & grauamen habeat à viris altis & potentibus. Nam dant inimicos fortes & potentes nato nocituros. Quapropter ipſe habebit contentiones, & lites multas in cauſis inimicorum. Vtrum autem vincet natus aduerſarios ſuos an non, dico quòd Sol dominus duodecimæ domus reperitur in horoſcopo, qui quidem ſignificat ſecundum decreta Hiſpalenſis cap. 18. ſuarum obſeruationum quòd ipſe natus ſuos aduerſarios & inimicos ſuperabit.

Non erit multum procliuis ad iter agendum hic natus: nam Luna eſt in parte cæli aſcendente: Et licet dominus nonæ domus reperiatur in horoſcopo, qui ſignificat quod natus diliget itinera & mutationes ex regione ad regionem: nihilominus reperio dominum horoſcopi in ipſo horoſcopo in ſuo domicilio, qui ſignificat, quòd natus non exibit domum ſuam niſi per accidens, & pro neceſſitate ſuarum actionum. Verum ipſe faciet aliquod iter ad partem ſeptentrionalem atque meridiem verſus, non ſine ſuo incommodo: erunt tamen itinera vtilia, & fæliciora.

De tempore horum accidentiũ habetur per directiones ſignificatorum ad promiſſores, vt docent tabulæ Regiomontani: Quare &c.

*Franciſci Martini Genuenſis pharmacopolæ Natiuitas.*




Hæc Natiuitas in multis ſignificationibus congruit cum altera præcedenti. Hic puer habet Mercurium in linea horoſcopi, orientali à Sole, & ex præſentia ſua reperitur in duodecima cæli domo, qui quidem ſignificat quòd puer iſte erit magni intellectus, profundæ cogitationis, boni diſcurſus & optimæ memoriæ. Erit igitur ſtudioſus diſciplinarum, & in negotiis tractandis habilis, & talis, vt maximè loco & tempori accommodare ſe norit. Et vltimum ſplendoris ac gloriæ humanæ conſequetur, opinionémque ſapientiæ quaſi diuinæ, niſi à communibus conſtitutionibus impediatur. Mercurius ergo reſpiciens Venerem ex trino aſpectu dabit ei eloquentiam, & facundiam, & poeſim: imo erit philoſophus maximus, vt inſinuat Saturnus reſpiciens Mercurium ex trino aſpectu: eritque cupidus ſecretarum rerum & liberalibus diſciplinis delectabitur, & fiet medicus inſignis, ſi non fuerit ab iſta inclinatione à parentibus impeditus, & poſitus ad aromatariam artem, quæ eſt mechanica. Verum in arte medicinæ multum proficiet, ob Venerem in domo Mercurij: quæ etiam ſignificat ingentem in arte famam, & maximam de ſe opinionem apud principes etiam præſtaturum. Quare diues erit. Hic puer

modo ſpiritum tenet viuum,& die noctúque ex inſtinctu naturali literis incumbit,& ex improuiſo reſpondet ad interrogationem ſibi factam, ſicut ſi eſſet ſenex. Deus igitur eum conſeruet.

## ADDITIO.

Ex intentione Ptolemæi dicimus eius corporis concretionem phlegmaticam eſſe, ac ſanguineam. Primum patet, ex ſigno horoſcopi quod eſt humidum atque frigidum, in quod cadit per Antiſcium Luna. Deinde ipſa Luna reperitur in ſigno calido, & humido: quare erit complexionis phlegmaticæ atque ſanguineæ.

Vitiis potius, quàm morbis corporis erit ſubiectus, quod Mars oſtendit, cum Solem percutiat ex quadrato aſpectu: quare erit debilis complexionis. Morbi igitur qui perpetuo manebunt, erunt debilitas oculorum, & ſtomachi, impedimentum in aure ſiniſtra, & ſimilia. Verum Iupiter & Mars inuicem ſe percutientes, vnus, ſcilicet, in medio cæli poſitus, alter in quarta domo ſignificabunt morbum comitialem: Nam vitiatis humoribus, hunc morbum afferrent: qui tamen natus ſanabitur. Febres autem & morbi generales & graues fiunt ex aphetarum directione valida aut debili cum proceſſibus atque ingreſſibus.

Vita debilis omnino non erit, quamuis Sol ſignificator vitæ infortunatus exiſtat: quoniam primus dominus triplicitatis horoſcopi benè affectus vitæ longitudinem demonſtrat: quare viuet ad annos 53. ſi ſuperauerit annos 21. 31. & 42. Hæc ſcripſimus: quia non eſt exquiſitè tempus notum: ideo neque tuto de annis pronúciare licet. Sol eſt Apheta. Mors violenti aliquid habebit cum mœrore, & prohibita tranſpiratione, & forſan cum profluuio catarrhi ex Antiſcio Saturni in octaua cæli domo: ideo caueat diligenter. Mors erit in patria ſua: eo quod Saturnus domum ſuam ſcilicet octauam reſpiciat; Et cadauer honorificè ſepelietur, & erit mors in meliori ſtatu vitæ ſuæ, vt denotat dominus primus triplicitatis octauæ domus benè affectus. Verum cum Mars percutiat horoſcopum ex quadrato aſpectu, accident nato ante mortem ſuam multa pericula corporis, contrarietates, inuidiæ, carceres & cadet ab alto. vel erit in periculo ſubmerſionis.

Sors malè poſita, in malo Saturni aſpectu, & dominus quoque eius læſus à Marte, ſignificant ſubſtantiæ dilapidationem: nihilominus ipſa pars in ſecunda cæli domo denotat ſubſtantiæ acquiſitionẽ in maxima quantitate: & Sol dominus ſecundæ domus in horoſcopo ſignificat quòd natus erit diues & fortunatus in lucrando, & faciet augmentum auri, & patrimonij: & ſubſtantiam habebit à potentibus dominis, à nobilibus, vel ab hominibus conſtitutis in maxima dignitate. Rurſus Mercurius in linea horoſcopi dominus quartæ domus ſignificat bonam fortunam per ingenium, & conſilij profunditatem, & ex actionibus & opificio ſuo, & proſperabitur in rebus immobilibus, & eius bona fortuna incipiet poſt annum trigeſimum quartum: & erit iſte natus vtilis fratribus ſuis: vt inſinuat Venus poſita in tertia cæli domo.

Sol in horoſcopo cum capite Draconis Lunæ ſignificat ſublimationem nati & eius exaltationem, & ſublimabitur à magnis viris, eritque honoratus & præſertim à prælatis: cum quibus ipſe habebit bonam fortunam. Et Iupiter in decima cæli domo, cuius eſt dominus, ſignificat aliqua officia, ex quibus viuet, & ſortem maximam per magiſteria altiora: quibus parabit ſibi natus magnas dignitates. Verum hæ conſtellationes hæc decernere videntur in vniuerſum: nihilominus dico, quòd Sol & Iupiter ſunt infortunati, quare hæ dignitates, honores, officia & alia bona, erunt cum laboribus, & maximis vigiliis: quoniam inueniet multos qui ſibi contradicant inferentes perſecutiones & tribulationes: quapropter honores acquiret, & quicquid pro bona conſeruatione ſui ſtatus faciet, erit vt dici ſolet, cum ſariſſa ſuper coxam.

Luna in ſignis ſterilibus in duodecima cæli domo inuenta, & Venus in tertia domo in ſigno ſterili matrimonium negant, & virum cælibem fore denotant, aut à matrimonio alieniore animo reddent: Si autem naſcetur, quòd ex propria ſua voluntate vxorem ipſe accipiat, habebit vxorem cordatam, animoſam, impatientem ſeruitutis, & iniuriarum, vindictæ & dominij cupidam, iracundam atque ſuperbam. Et ſic etiam circa filios erit infelix, ob Saturnum in quinta cæli domo poſitum. Rurſus, ob Saturni ſtatum, & Iouis cum Marte oppoſitione, omnia illi cum difficultate euenient.

Plurimos amicos hæc geneſis pollicetur propter ſitum Solis & Mercurij in horoſcopo. Erunt autem illuſtres, & nobiles, & diuites, & potentes, & ſapientes & negotiatores, qui quidem erunt ei vtiles, & ex bona fortuna.

Similiter inimicos & aduerſarios Luna in duodecima cæli domo multiplicabit: imo Mercurius in duodecima cæli domo, cuius eſt dominus, pollicetur inuidos plurimos qui non detegent inimicitiam, nec nocebit nato malum vel inimicitia eorum, ſed triſtitiam, anguſtiam, & inſidias in cauſis multorum inimicorum ſentiet, & vilipendet inimicos ſuos, quia ei nocere non poterunt.

Itinera parua & vtilia faciet plurima: vt inſinuat Venus in tertia cæli domo, & Sol dominus tertiæ domus in horoſcopo. Aliorum quoque itinerum neceſſariorum non eſt, vt reddam rationem pro nunc: quoniam accidit in puncto, quod ab Aſtris illud accidens non permittitur: Quapropter erit extra noſtram prudentiam conſideratio illorum. Hæc de Natiuitate huius pueri dicta ſint ſufficienter: quoniam multa ſcripſi ſub breuibus verbis, quæ ſub ſubſtantia multa continere videntur.

OCTA

Digitized by Google

OCTAVIVS Bandinus Romanus habet Mercurium in duodecima cæli domo extra combuſtionẽ, qui faciet natum literatum, philoſophum & peritum in omni ſcientia. Mars ergo reſpiciens Mercurium ex ſextili aſpectu faciet Aſtronomum, Aſtrologum atque Mathematicum. Studium erit circa leges ciuiles, & canonicas. nam Antiſcium Mercurij eſt inuentum partiliter cum Ioue: quare publicè orauit apud Florentinos Romæ in funere Magni Ducis Hethruriæ. Mercurius autẽ & Luna in ſignis fixis nati ſpiritum producunt rectum, veracem, non defraudantem, firmum in ſuis rebus, iuſtũ, intelligentem, patientem & fortem, & qui erit nobilitatis amator, in rebus ſuis conſtans, nec permutabitur. Habebit tamẽ honores magnos & aſcendet ad maximum gradum dignitatis. Et iam factus eſt Abbas. Ego autem ei vaticinarer alia maxima inſignia honoris, ſi Sol non fuiſſet infortunatus & in duodecima cæli domo inuentus cum domino regiæ domus: poterit tamen infula coronari in Eccleſia Dei ſancta. Habet autem tres fratres honoratiſſimos nobileſque animo & moribus, videlicet Horatium, Marium, & Iulium, vltimus verò factus eſt ex ordine equitum ſancti Ioannis in Hieruſalem. primus eius frater, qui erat Abbas, & vt Romæ dicunt vulgò Cherico di Camera, mortuus eſt, & in demortui locum creatus fuit Abbas hic Octauius, qui erit vir inſignis, & magnæ expectationis: ſi Deus dederit ei vitam longæuam.




*Octauij Bandini Natiuitas.*

ILLVST. D. Frãciſcus Salutius de Manta nobilis iuuenis habet Mercurium coniunctum partiliter Lunæ, applicantem ſe ad Saturnum, quæ quidem conſtellatio declarat eius mirabile ingenium, & quia Luna & Mercurius ſe applicant ad ſextilem Veneris, & Iouis, & ad corpus Martis, ideo factus eſt ſapiens & doctus primo in Geometria, architectura, Mathematica, Geographia, pictura & in Muſica: Eum & eius fratrem Imbertum ego docui Mathematicas diſciplinas: ſciebant enim totũ Euclidem, & eum recitabant ſine libro, ſimiliter librum Geographiæ Ptolemæi, & ſphærã de ſacro Boſco: pulſant autẽ omnes inſtrumentis Muſicæ, & inſtrumẽtis Mathematicis vtũtur, ſicut facere ſolet omnis expertus Mathematicus & coſmimetra. ex hoc palã eſt ab Aſtris, etiã ſi Mirãdula reuiuiſcat, nõ dubiã eſſe Aſtrologiã, niſi qs minutim cõcidẽs, velut in auri experimẽto ea proſequi curet, quæ ambigua & caſui ſubiecta & ſenſui penè abſcõdita ſunt. Itẽ anno 1580. is Franciſcus accepit vxorẽ, ex qua habebit multos filios & filias, vt inſinuant Luna & Mercurius in quinta cæli domo. Aſcendet ad honores præcipuos, & iam factus eſt vexillarius arcis Lugdunenſis, & præfectus caſtri Vezzollij quod eſt in Demarcho Salutij. Hic eſt filius Illuſtriſſimi clariſſimique viri Michaelis Antonij Salutij Mantæ domini, Equitis ordinis Regis Chriſtianiſſimi, Legionariorum militum trans Alpes, ac Lugdunenſis Arcis Regij præfecti, ac in abſentia Illuſt. Franciſci Mandelotti ipſe ciuitatem gubernat ex mandato Regio.




*Franciſci Salutij de Manta Natiuitas.*

*Imberri Salutij Natiuitas.*

Imberbus Salutius de Manta eques ſancti Ioānis hoſpitalis in hie ruſalem,tenet Mercurium in ſua geneſi in occaſu angularem, reſpicientem Venerem ex ſextili aſpectu, & Iouem ex trino:quare eſt prudentiſſimus iuuenis, firmus, fortis, vigoroſus,ſcientificus,& magnus coſmimetra,& in arcibus muniendis factus eſt expertiſſim',in doctrina magnus,in docendo inſignis. Quare erit magnæ expectationis,& aſcendet ad honores ſublimes.Et Mars in regia domo declarat eum futurum omnibus notum,vt eſt,ac in maximis rebus verſaturum, faciet autem audacem,violentum,callidum,iracundum,& qui in arte bellica, parem arte, & audacia minime habeat.Atque in his negotiis erit valde fortis & prudens.




Magnus Epiſcopus Dux Megapolenſis ortus eſt anno 1509. die 4. Iulij hora 1.m.30.poſt meridiem:is habuit Martem,Venerem,Mercurium & Solem coniunctos in nona cæli domo, quare fuit magni intellectus, ingenij, & ſcientiæ.

| | |
|---|---|
| ☉ 21. 2. ♋ | ♀ 12. 28. ♋ |
| ☽ 22. 30. ♒ | ☿ 18. 58. ♋ |
| ♄ 21. 19. ♍ | ☊ 11. 14. ♐ |
| ℞.♃ 8. 47. ♐ | M. C. 12. ♌ |
| ♂ 3. 56. ♋ | Hor. 0. ♒ |

Ludouicus comes à Naſſauu ortus eſt anno 1537. die 22.Ianuarij, hora 1.mi.40.poſt meridiem: is habet Mercurium in domicilio Saturni in ſeptima cæli domo:quare fuit vigilantiſſimus & prudentiſſimus in re militari,& fuit præfectus intrepidus in multis conflictibus bellicis.

| | |
|---|---|
| ☉ 12. 46. ♒ | ♀ 8. 15. ♓ |
| ☽ 2. 10. ♋ | ☿ 20. 18. ♑ |
| ℞.♄ 6. 18. ♍ | ☊ 18. 17. ♊ |
| ♃ 11. 22. ♈ | M. C. 9. ♓ |
| ♂ 8. 9. ♒ | Hor. 11. ♋ |

Matthias Stoius natus eſt anno 1526.die 25.Aprilis hora 15.mi.17.poſt meridiem. tenet autem ipſe natus in horoſcopo Mercurium,Solem, Iouem, & Martem coniunctos:quare fuit medicus,& inſignis Mathematicus.

| | |
|---|---|
| ☉ 14. 48. ♉ | ♀ 18. 58. ♊ |
| ☽ 3. 6. ♒ | ☿ 6. 10. ♉ |
| ♄ 13. 19. ♈ | ☊ 16. 6. ♑ |
| ♃ 25. 22. ♉ | M. C. 6. ♑ |
| ♂ 24. 35. ♉ | Hor. 18. ♈ |

Iacobus Homelius natus eſt anno 1528. die 31. Iulij hora 15.poſt meridiem. is tenet Mercurium, Solem,Martem & Iouem coniunctos in horoſcopo,quare fuit inſignis Mathematicus.

| | |
|---|---|
| ☉ 17. 46. ♌ | ♀ |
| ☽ 25. 16. ♓ | ☿ 29. 7. ♌ |
| ♄ 16. 45. ♉ | ☊ 2. 16. ♑ |
| ♃ 7. 59. ♌ | M. C. 6. ♈ |
| ♂ 11. 29. ♌ | Horos. 1. ♌ |

Galeatius Capella,hiſtoricus Mediolanenſis natus eſt anno 1487.die 7.Martij hora 17.poſt meridiem.hic tenet Mercurium,Venerem & Solem iunctos in horoſcopo.excuſſus eſt equo,an.1535.moritur anno 1537.

| | |
|---|---|
| ☉ 25. 5. ♓ | ♀ 20. 50. ♓ |
| ☽ 25. 3. ♌ | ☿ 5. 2. ♓ |
| ♄ 22. 29. ♐ | ☊ 23. 3. ♒ |
| ♃ 7. 42. ♒ | M. C. 11. ♐ |
| ♂ 25. 24. ♊ | Hor. 22. ♒ |

Sebaſtianus Glaſſer vir doctus & cancellarius natus eſt anno 1519.die 31.Decembris hora 15. min. 30.poſt meridiem.is habet Mercurium Solem, Venerem,Martem,& Saturnum coniunctos in Capricorno.

| | |
|---|---|
| ☉ 19. 42. ♑ | ♀ 18. 26. ♑ |
| ☽ 4. 59. ♊ | ☿ 19. 49. ♑ |
| ♄ 23. 30. ♑ | ☊ 18. 17. ♉ |
| ♃ 16. 6. ♒ | M. C. 13. ♍ |
| ♂ 11. 11. ♑ | Horos. 23. ♒ |

Vuilhelmus præceptor Principum Lunæburg. natus eſt anno 1510. die 5. Ianuarij hora 18. min. 30. poſt meridiem. is habet in horoſcopo Mercurium,Solem & Iouem coniunctos in Capricorno: quare eſt vir intelligens, ſapiens & doctus in multis ſcientiis.



Digitized by Google

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| ☉ | 25. 44. | ♑ | ♀ | 2. 32. | ♓ |
| ☽ | 29. 5. | ♒ | ☿ | 10. 28. | ♑ |
| ♄ | 8. 34. | ♎ | ☊ | 21. 0. | ♐ |
| ♃ | 5. 24. | ♑ | M. C. | 7. | ♒ |
| ♂ | 21. 55. | ♎ | Hor. | 3. 13. | ♑ |

Cyprianus Leouitius natus eſt anno 1524. die 8. Iulij hora 21. min. 52. poſt meridiem. Polus 50. gra. is habet Mercurium occidentalem à Sole in ſigno Leonis cum Regulo partiliter: quare fuit excellentiſſimus Mathematicus & vir doctus & inſignis & multa ſcripſit, quæ partim ſunt edita & partim non abſoluit, morte præuentus.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| ☉ | 26. 0. | ♋ | ♀ | 9. 26. | ♋ |
| ☽ | 10. 59. | ♒ | ☿ | 22. 14. | ♌ |
| ℞. ♄ | 22. 38. | ♓ | ☊ | 20. 51. | ♒ |
| ♃ | 9. 28. | ♈ | M.C. | 26. 20. | ♊ |
| ♂ | 2. 10. | ♋ | Hor. | 27. 6. | ♍ |

Franciſcus de Canona natus eſt anno 1491. die 18. Auguſti min. 33. poſt meridiem. ipſe habet Mercurium & Solem coniunctos in nona cæli domo in ſigno Virginis: quare fuit inſignis Muſicus teſtudinem pulſans.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| ☉ | 4. 6. | ♍ | ℞. ♀ | 20. 1. | ♌ |
| ☽ | 3. 32. | ♉ | ☿ | 6. 26. | ♍ |
| ♄ | 24. 40. | ♈ | ☊ | 0. 10. | ♌ |
| ♃ | 4. 16. | ♐ | M. C. | 21. | ♍ |
| ♂ | 18. 36. | ♑ | Horos. | 2. | ♐ |

Albertus Frater Ioachimi. 1. Archiepiſcopus Moguntinus & Magdeburg. Cardinalis, natus eſt anno 1490. die 28. Iunij hora 2. poſt meridiem. hic habet Mercurium coniunctum cum Venere & Sole in nona cæli domo: quare fuit eloquentiſſimus & doctus & vir magni intellectus.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| ☉ | 14. 58. | ♋ | ♀ | 21. 52. | ♋ |
| ☽ | 24. 51. | ♒ | ☿ | 18. 32. | ♋ |
| ℞. ♄ | 22. 45. | ♑ | ☊ | 19. 10. | ♐ |
| ♃ | 28. 16. | ♉ | M. C. | 10. | ♌ |
| ♂ | 7. 10. | ♊ | Hor. | 1. 40. | ♒ |

Iulius Beſalus Venetus natus eſt anno 1519. die 24. Septembris hora 18. min. 14. poſt meridiem, ipſe enim Mercurium, Martem, Lunam, Solem atque Iouem tenet coniunctos in horoſcopo, quare fuit iuriſconſultus excellens, & bonus aduocatus, & cætera.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| ☉ | 10. 43. | ♎ | ♀ | 25. 40. | ♒ |
| ☽ | 25. 7. | ♎ | ☿ | 28. 13. | ♎ |
| ♄ | 15. 12. | ♑ | ☊ | 23. 23. | ♉ |
| ♃ | 26. 28. | ♎ | M.C. | 12. 4. | ♋ |
| ♂ | 28. 50. | ♎ | Hor. | 9. 59. | ♎ |

Clariſ. Dominicus Venerus Patritius Venetus natus eſt anno 1517. die 25. Decembris hora 9. mi. 0. poſt meridiem, hic eſt bonus Poeta & Orator, & multa ſcripſit & edidit, quæ ſunt digna lectione. Et hoc ſignificauit Mercurius cum Marte in quarta cæli domo reſpicientes Venerem ex trino aſpectu: & Luna per diametrum reſpexit eos, quapropter habuit ingenium inſigne, & fuit homo doctus in omni genere ſcientiarum.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| ☉ | 14. 7. | ♑ | ♀ | 19. 18. | ♒ |
| ☽ | 19. 1. | ♊ | ☿ | 18. 32. | ♐ |
| ♄ | 3. 19. | ♑ | ☊ | 27. 15. | ♊ |
| ♃ | 20. 38. | ♍ | M.C. | 3. 18. | ♊ |
| ♂ | 21. 3. | ♐ | Hor. | 8. 12. | ♍ |

Laurentius Minorus Florẽtinus tenet in ſua geneſi Mercurium cum Sole tertia cæli domo: ſed mittit Antiſcium ſuum partiliter ad locum Lunæ, & applicat ſe ad diametrũ Saturni: quapropter factus eſt philoſophus, & Medicus. Et non eſt ignarus literarũ Græcarnm. Verum in medendo diuitiæ ei non contingent, eo quod aſcendat ei in horoſcopo Virginis ſignum, & ipſe Mercurius tenetur ſub radiis Solis. Vnde dicit Guidus Bonatus parag. conſiderationis 112. Si natus adhæſerit medicinę erit fortunatus in medẽdo, & bene accidet ei in ſuis medicinis, vel curis, ſed erit infortunatus in ſalariis, & in lucro cauſa medicinæ: qa malè libẽter ſatisfaciẽt ei illi, q̃bus ipſe ſeruitiũ præbet, & non poterit cõſequi ab eis quod debuerint, niſi à pauciſſimis: eritque infortunatus in ſuis litibus, &c. Habet enim vaticiniũ meum manuſcriptũ, in quo notatũ fuit de omnibus accidentibus corporis, animi, & fortunæ, ſecundum quod conſtellationes ei de bono, aut de malo promittebant.




*Laurẽtij Minori Florentini Natiuitas.*

Hic princeps illuſtriſſimus habet Mercurium, Lunam, Martē, Venerem, atque Solem cōiunctos, qui quidem ſignificant hunc principem fore eloquentem, ingenioſum, & habere magnum diſcurſum & intellectum: quapropter habebit ingeniū inſigne & hoc erit exēplum in principe dignum animaduerſione. Nam dicit Aben. cap. 7. par. 5. Quod omnis natiuitas in qua multi planetæ coniuncti ſunt in vna domo ſignificant quod illi nato accidet mirabile quid ex natura illius domus de quo obſtupeſcent homines audientes accidētia &c. Vnde Mercurius in duodecima cæli domo cum aliis planetis producere ſolet ingenium diuinum in nato: quare in omnibus rebus erit prudentiſſimus. Cum enim Sol in horoſcopo partiliter inuentus ſit, faciet eum promptum, fortem, ſagacem, atque magnanimum, expeditum in negociis, non hæſitantem: Cum verò omnes planetæ ſupra terram ſint illuſtrem, & omnibus cognitum ſignificant. Ex his maxima fælicitas deſignatur. Et quia Mars eſt coniunctus Mercurio, erit prudentiſſimus in omnibus actionibus ſuis.

*Caroli filij Ducis Nemurenſiū Natiuitas.*




Honores, potentiam, principatum, & gubernationes ſemper retinebit, ob aſtrorum non ſolum conſenſum, ſed virtute. Dignitates enim ſudore & præſtātia acquiſitæ, nō niſi cū morte relinquūtur.

Eſt etiam aliud conſideratione dignum, quòd omnes planetæ ſunt in initiis ſignorum præter Venerem atque Solē: & ob id etiam pleriq; in finibus beneficarū. Quo factū eſt, vt pericula & inſidias, euaſerit, & alacriter ad negocia ſemper ſe habebit.

Hic princeps bellicis factis ad potētiā magnā euehendus erit. Nam primo oppida multa, ac villas ſubiget. Hoc indicāt omnes planetæ ſupra terrā inuēti: quapropter futurū omnibus notū, & in maximis rebus verſaturum ſignificant. erit tamē magnus, ac in ſua profeſſione inuictus. Eſt autem eius profeſſio à Marte bellica, quapropter faciet Mars ipſum audacem, callidum, iracundum, & qui in arte bellica parem arte & audacia minime habeat: atque in his negotiis erit valde fortis & prudens. Et quia Sol eſt in horoſcopo, ſignificat quod quamdiu vixerit, erit potens apud reges, & in honore.

Philibertvs Bargiotus Locum tenens generalis ciuitatis Matiſconenſis, Iuriſconſultus excellens Mercurium tenet in duodecima cæli domo Soli coniunctum, reſpicientem Iouem ex tetragono aſpectu, qui dederunt ei propenſionem ad leges ciuiles, & ad ſtudia artium liberalium, in quibus factus eſt clarus, & excellens, ob quam tantam gloriam adeptus eſt, vt maximam de ſe opinionem apud dominos præſtiterit: quod notum eſt omnibus. Pro quo ſciendum eſt, quòd triplex eſt exaltatio, à virtute & præſtantia, à fortuna & caſu, à prudentia & conſenſu, à virtute quidem fit, ab aſpectibus erraticarum. Quapropter cum ſtællæ inter ſe habeant cōfigurationes in hac geneſi, reſpicientes ſe benigno aſpectu, hunc virum oſtenderunt eſſe virtuoſiſſimum, & habere ingenij præſtantiam, & ob cauſam hanc aſcendit ad honores inſignes.

*Philiberti Bargioti Natiuitas.*




Afor

A fortuna & caſu, & hæc fit à ſitu planetarum in angulis & ad comparatione ad Solem. Hic vir tenet Iouem in regia domo per præſentiã & per antiſciũ martem atque Lunam: quare inter omnes ciues ſuæ ciuitatis factus eſt primus.

A prudentia & conſenſu, & hæc fit à planetarum dominio in locis, in quibus ſunt. Quapropter in dignitate eſt primus, in ſcientia excellẽtiſſimus, & inter alios legiſtas & cõſiliarios fori Matiſconẽſis eſt notiſſimus, & honoratus ab omnibus: quia omnes planetæ in hac natiuitate conſtituti ſunt in ſuis dignitatibus, præter Solem, qui eſt peregrinus.

Ex his obſeruationibus patet in vniuerſum, quòd quilibet planeta etiam ſuos habet effectus & animi qualitates, nempe Saturnus, perſeuerantiam & pertinaciam, Iupiter, probitatem & ſimplicitatem, mars fortitudinẽ, & iram, vnde crudelitas: Sol gloriç amorem & ambitionem, ſeu ſuperbiam: Venus amorem & luxum: Mercurius prudentiam & vafriciem, Luna prõptitudinem & inſtabilitatem. Hæ diuerſis in partibus corporis fundamentum habent, vt potè corde & iecore, non tamen ad actum deducuntur, niſi cerebrum, & ſpiritus animalis hos effectus ſuſcipiendo exerceant. At cerebrum, vt dixi, Lunæ, ſpiritus animalis Mercurio ſubijcitur. Quam obrem locum Mercurij, & Lunæ in omnibus affectibus animi conſiderare oportet. Non tamen in ſingulis affectibus hi erunt principales, ſed vt dixi, alios planetas conſiderare decet velut in grauioribus doctrinis Saturnum, & Iouẽ in eloquẽtia, Venerem in decore & maieſtate, & glorioſis facinoribus Solem &c.

## Περὶ παθῶν ψυχικῶν.

Ἐπεὶ δὲ τοῖς τῆς ψυχῆς ἰδιώμασιν, ἀκολουθεῖ πως, καὶ ὥσπερεὶ τῶν ἐξαιρέτων αὐτῆς παθῶν λόγος, καθόλου μὲν πάλιν ἐπισημαίνεσθαι καὶ παρατηρεῖν προσήκει, τόν τε τοῦ ☿ ἀστέρα, καὶ τὴν ☽, πῶς ἔχουσι πρός τε ἀλλήλους καὶ τὰ κέντρα, καὶ τοὺς πρὸς κάκωσιν οἰκείους τῶν ἀστέρων. ὡς ἐάν τε ἀσύνδετοι αὐτοὶ ὄντες πρὸς ἀλλήλους, ἐάν τε πρὸς τὸν ἀνατολικὸν ὁρίζοντα καθυπερτερυθῶσιν, ἢ ἐμπεριεχεθῶσιν, ἢ διαμηκισθῶσιν ὑπὸ τῶν ἀνοικείων, καὶ βλαπτικῶς ἐσχηματισμένων, ποικίλων παθῶν τῶν περὶ τὰς ψυχικὰς ἰδιοτροπίας συμπιπτόντων, εἰσὶ ποιητικοί: τῆς διακράσεως αὐτῶν πάλιν θεωρουμένης ἀπὸ τῆς προκατειλημμένης, τῶν τοῖς τόποις συνοικειωθέντων ἀστέρων, ἰδιοτροπίας. τὰ μὲν οὖν πλεῖστα τῶν μετριωτέρων παθῶν, σχεδὸν καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν περὶ τῶν τῆς ψυχῆς ἰδιωμάτων ῥηθεῖσι, διακέχειταί πως, τῆς ἐπιτάσεως αὐτῶν, ἐκ τῆς τῶν κακούντων ὑπερβολῆς συνορᾶσθαι δυναμένης. ἐπειδήπερ ἤδη τὶς ἂν εἰκότως εἴποι πάθη, καὶ τὰ ἄκρα τῶν ἠθῶν, καὶ ἢ ἐλλείποντα, ἢ πλεονάζοντα τῆς μεσότητος, τὰ δ᾽ ἐξαίροντα ἔχοντα τὴν ἀμετρίαν, καὶ ὥσπερ νοσηματώδη παρόλην τὴν φύσιν, καὶ παρόλον τὸ διανοητικὸν τῆς ψυχῆς μέρος, καὶ περὶ τὸ παθητικόν, ὡς ἐν τύπῳ τοιαύτης ἔτυχε παρατηρήσεως. ἐπιληπτικοὶ μὲν γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γίνονται, ὅσοι τῆς ☽ καὶ τοῦ ☿ ἀσυνδέτων ὥσπερ εἴπομεν, πρὸς ἀλλήλων ὄντων, ἢ τῷ ἀνατολικῷ ὁρίζοντι τὸν μὲν τοῦ ♄ ἡμέρας, τὸν δὲ τοῦ ♂ νυκτὸς ἔχουσιν ἐπίκεντρον, καὶ κατοπτεύοντα τὸ προκείμενον σχῆμα. μανιώδεις δ᾽ ὅταν ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἀνάπαλιν, ὁ μὲν τοῦ ♄ νυκτός, ὁ δὲ τοῦ ♂ ἡμέρας, κεκυριευκὼς ᾖ τοῦ σχήματος, καὶ μάλιστα ἐν καρκίνῳ, ἢ παρθένῳ, ἢ ἰχθύσι. δαιμονιόπληκτοι δέ, καὶ ὑγροκέφαλοι, ὅταν οὕτως ἔχοντες οἱ κακοποιοῦντες, ἐπὶ φῶς ἰοῦσαν κατέχωσι τὴν ☽, ὁ μὲν τοῦ ♄ συνοδεύουσαν, ὁ δὲ τοῦ ♂ πανσεληνιάζουσαν, μάλιστα δ᾽ ἐν τοξότῃ καὶ ἰχθύσι. μόνοι μὲν οὖν οἱ κακοποιοὶ κατὰ τὸν προκείμενον τρόπον, τὴν ἐπικράτησιν τοῦ σχήματος λαβόντες ἀνίατα μέν, ἀνεπίφαντα δὲ ὅμως καὶ ἀπαραδειγμάτιστα ποιοῦσι τὰ προκείμενα πάθη, καὶ τὰ τοῦ διανοητικοῦ τῆς ψυχῆς νοσήματα. συνοικειωθέντων δὲ τῶν ἀγαθοποιῶν ♃ τε καὶ ♀ ἐπὶ μὲν τῶν λιβυκῶν μερῶν ὄντες αὐτοί, τῶν ἀγαθοποιῶν ἐν τοῖς ἀγαθο-

ποιοῖς κεκεντρωμένων, ἰάσιμα μὲν, ἀπαραδειγμάτιστα δὲ ποιοῦσι τὰ πάθη, ἐπὶ μὲν τῶν τοῦ ♃, διὰ θεραπειῶν ἰατρικῶν, καὶ ἔτι ἰατρικῆς ἀγωγῆς, ἢ φαρμακείας. ἐπὶ δὲ τοῦ τῆς ♀ διὰ χρησμῶν, καὶ τῆς ἀπὸ θεῶν ἐπικουρίας. ἐπὶ δὲ τῶν ἀπηλιωτικῶν, αὐτοὶ κεκεντρωμένοι, τῶν ἀγαθοποιῶν δυνόντων, ἀνίατά τε ἅμα, καὶ πολυθρύλλητα καὶ ἐπιφανέστατα ποιοῦσι νοσήματα, καὶ κατὰ μὲν τὰς ἐπιληψίας, συνεχείας καὶ περιβοησίαις, καὶ κινδυνώδεις θανατικοῖς τοὺς πάσχοντας περικυλίοντες. κατὰ δὲ τὰς μανίας καὶ ἐκστάσεις, ἀκαταστασίαις καὶ ἐπαλλοτριώσεσι τῶν οἰκείων, καὶ γυμνητείαις καὶ βλασφημίαις, καὶ τοῖς τοιούτοις. κατὰ δὲ τὰς δαιμονιοπληξίας, ἢ τὰς τῶν ὑγρῶν ὀχλήσεις, ἐνθουσιασμοῖς, καὶ ἐξαγορείαις, καὶ αἰκίαις καὶ τοῖς ὁμοίοις τῶν παραδειγματισμῶν. ἰδίως δὲ, καὶ τῶν τὸ σχῆμα περιεχόντων τόπων, οἱ μὲν ☉ καὶ ♂, πρὸς τὰς μανίας, μάλιστα συνεργοῦσιν. ὁ δὲ τοῦ ♃ καὶ ☿ πρὸς τὰς ἐπιληψίας. οἱ δὲ τῆς ♀, πρὸς τὰς θεοφορίας καὶ ἐξαγορείας. οἱ δὲ ♄ καὶ ☽, πρὸς τὰς τῶν ὑγρῶν ὀχλήσεις, καὶ πρὸς τὰς δαιμονιοπληξίας. ἡ μὲν οὖν περὶ τὸ ποιητικὸν τῆς ψυχῆς καθ᾽ ὅλας τὰς φύσεις νοσηματικὴ παραλλαγὴ σχεδὸν ἔν τε τοῖς τοιούτοις ἐστὶν εἴδεσι, καὶ διὰ τῶν τοιούτων ἀποτελεῖται σχηματισμῶν. ἡ δὲ περὶ τὸ παθητικὸν, κατ᾽ αὐτὸ πάλιν τὸ ἐξαίρετον θεωρουμένη καταφαίνεται μάλιστα, περὶ τὰς κατ᾽ αὐτὸ τὸ γένος τοῦ ἄρρενος καὶ θήλεως ὑπερβολὰς καὶ ἐλλείψεις τοῦ κατὰ φύσιν. διαλαμβάνεται δὲ ἐπισκεπτικῶς κατὰ τὸν ὅμοιον τῷ προκειμένῳ τρόπον τοῦ ☉ μέντοι μετὰ τῆς ☽, ἀντὶ ἑρμοῦ λαμβανομένου, καὶ τῆς τοῦ ♂ συνουσίας τῷ τῆς ♀ πρὸς αὐτοὺς συνοικειώσεως. τούτων καὶ οὕτως ὑπ᾽ ὄψιν πιπτόντων ἐὰν μὲν μόνα τὰ φῶτα ἐν ἀρσενικοῖς ᾖ ζωδίοις, οἱ μὲν ἄνδρες, ὑπερβάλλουσι τοῦ κατὰ φύσιν, αἱ δὲ γυναῖκες τοῦ παρὰ φύσιν πρὸς τὸ ἔπανδρον ἁπλῶς τῆς ψυχῆς, καὶ δραστικώτερον. ἐὰν δὲ καὶ ὁ τοῦ ♂, ἢ καὶ ὁ τῆς ♀, ἤτοι ὁπότερος, ἢ καὶ ἑκάτερος ἠῤῥενωμένοι ὦσιν, οἱ ἄνδρες πρὸς τὰς κατὰ φύσιν συνουσίας γίνονται καταφερεῖς, καὶ μοιχικοὶ, καὶ ἀκόλαστοι, καὶ ἐν παντὶ καιρῷ πρόχειροι, πρός τε τὰ αἰσχρὰ καὶ παράνομα τῶν ἀφροδισίων, αἱ δὲ γυναῖκες, πρὸς τὰς παρὰ φύσιν ὁμιλίας, λάγνοι, καὶ ῥιψόφθαλμοι, καὶ αἱ καλούμεναι τριβάδες. διατιθέασι γὰρ θηλείας, ἀνδρῶν ἔργα ἐπιτελοῦσαι. καὶ ἐὰν μὲν μόνος ὁ τῆς ♀ ἠῤῥενωμένα ᾖ, λάθρα καὶ οὐκ ἀναφανδόν. ἐὰν δὲ καὶ ὁ τοῦ ♂, ἄντικρυς, ὥστε ἐνίοτε καὶ ὥσπερ νομίμους γυναῖκας διατιθεμένας ἀναδεικνύειν. Τὸ δ᾽ ἐναντίον, τῶν φωτῶν κατὰ τὸν ἐκκείμενον σχηματισμὸν ἐν θηλυκοῖς ὑπαρχόντων μόνων, αἱ μὲν γυναῖκες ὑπερβάλλουσι τοῦ κατὰ φύσιν, οἱ δὲ ἄνδρες τοῦ παρὰ φύσιν πρὸς τὸ εὔθρυπτον καὶ τεθηλυσμένον τῆς ψυχῆς, ἐὰν δὲ καὶ ὁ τῆς ♀ ᾖ τεθηλυσμένος, αἱ μὲν γυναῖκες καταφερεῖς, καὶ μοιχάδες καὶ λάγνοι γίνονται πρὸς τὸ διατίθεσθαι παρὰ φύσιν ἐν παντί τε καιρῷ, καὶ ὑπὸ παντὸς οὑτινοσοῦν, ὡς μηδενὸς ἁπλῶς, ἐάν τε αἰσχρὸν ᾖ, ἐάν τε παράνομον· ἀπέχεσθαι τῶν ἀφροδισίων, οἱ δ᾽ ἄνδρες μαλακοί τε καὶ θρυψεῖς πρὸς τὰς παρὰ φύσιν συνουσίας, καὶ γυναικῶν ἔργα διατιθέμενοι παθητικῶς, ἀποκρύφως μέντοι καὶ λεληθότως, ἐὰν δὲ καὶ ὁ τοῦ ♂ ᾖ τεθηλυσμένος, ἄντικρυς καὶ μετὰ παῤῥησίας ἀναισχύντου τὰ προκείμενα καθ᾽ ἑκάτερον εἶδος ἐπιτελοῦσι, τὸ πορνικὸν καὶ πολύκοινον, καὶ πολύψογον, καὶ πάναισχρον σχῆμα περιβαλλόμενοι, μέχρι τῆς κατὰ τὴν λοιδορίαν καὶ τὴν τῆς χρήσεως ὕβριν, συμειώσεως. συμβάλλονται δὲ καὶ οἱ μὲν ἀνατολικοὶ καὶ ἑῷοι σχηματισμοὶ, τοῦ τε τοῦ ♂, καὶ τοῦ τῆς ♀, πρός τε τὸ ἐπανδρότερον, καὶ εὐδιαβοητότερον, οἱ δὲ δυτικοὶ καὶ ἑσπέριοι πρός τε τὸ θηλυκώτερον, καὶ καταστальτικώτερον, ὁμοίως δὲ, καὶ ὁ μὲν τοῦ ♄ προσγινόμενος, ἐπὶ τὸ ἀσελγέστερον καὶ ἀκαθαρτότερον, ἢ καὶ ἐπονειδιστικότερον, ἑκάστῳ τῶν ἐκκειμένων πέφυκε συνεργεῖν.

Ὁ δὲ τοῦ ♃, πρὸς τὸ εὐσχημονέστερον, καὶ αἰδημονέστερον, καὶ φυλακτικώτερον. ὁ δὲ τοῦ ☿, πρὸς τὸ περιβοητότερον, καὶ τὸ τῶν ἠθῶν εὐκινητότερον, καὶ πολυτροπώτερον, καὶ εὐπροσκοπώτερον.

De

*De impedimentis animæ. Cap. XV.*

QVONIAM impedimentorum animæ propriorum elocutiones, narrationem
proprietatum eiuſdem, vtcunque ſequuntur, in ipſorum notitiam Mercuriales ac
Lunares qualitates adinuicem, & eorum ad angulos atque infortunatrices ſtellas
nobis generaliter & ſcire, & obſeruare conuenit. Nam cum Luna & Mercurius ad-
inuicem non colligantur, vel cum qualibet ſtellarum, quarum qualitates impediũt in orientali
horizonte, ſuper eos eleuetur, aut eos circundet, vel in eorum oppoſitione maneant, multorum
impedimenta modorum animæ qualitatibus aduenire ſignificabunt. Hoc quidem ex prædi-
ctis propriis qualitatibus ſtellarum, quæ locis aſſimilantur, cognoſcere & explanare ſatis aptè
poterimus. Nos autem in his quæ in demonſtrando proprietates animæ præmiſimus, plurima
impedimenta ex impedimentis debilioribus animæ, vtcunque iterum explanauimus, & fortaſ-
ſis earum augmentationes ac fortitudines ex ſuperabundantia operum ſtellarum infortunan-
tium deprehendemus. Propterea quòd ſi quis animæ qualitates, quia coerceri nequeunt, im-
pedimenta nuncupauerit, ſiue intendantur, ſiue remittantur circa qualitatẽ temperatã, eas be-
ne & propriè nominabit. Illud autem, quod minus ſuperabũdat, & velut infirmitas eſt, & quod
omnino naturam excedit ac in parte intellectus animę ſit, & in parte recipiente impreſſionẽ,
ſicut dicam, deprehendetur. Epileptici itaque ſunt frequentius hi, in quorũ natiuitatibus Luna Epileptici.
& Mercurius, nec adinuicem, velut prædiximus, nec cum orientali horizonte colligantur. Et
cum hoc etiam in earum diurnis natiuitatibus Saturnus, in nocturnis verò Mars fuerit in angu
lis, ita quod tamen ipſe huic qualitati dominetur. Inſani vero ſunt hi, in quibus hoc erit in eo-
rum contrarium quæ prædiximus. i. qualitatis dominus ſit in nocte Saturnus, in die vero Mars.
Maximè autem cum in Cancro vel in Virgine ſeu Piſcibus fuerit. Dæmociaci quidem, & qui Dæmoniaci.
nuncupantur auroſtafel, in quorum capitibus ſuperabundat humiditas, ſunt hi, in quorum na-
tiuitatibus infortunarum qualitas, queadmodum diximus, extiterit, & ipſæ dominatæ fuerint
Lunæ, ipſaque Luna fuerit aſcendens, is id eſt, ſub Solis radiis, eiuſque dominus in coniunctio-
ne Saturnus extiterit, in prȩuẽtione vero Mars, maximè autem in Sagittario & Piſcibus. Quòd
ſi vtræque tantum infortunæ hac in qualitate vicerint, erunt animæ infirmitates incurabiles,
non erunt tamen feroces, & ignorabuntur. Si autem vtræque fortunę, id eſt, Iupiter & Venus, ei
ſimiles extiterint, & vtræq; infortunę in occidẽtis angulo, fortunę vero in orientis angulo mã-
ſerint, licet ferociſſimas, curabiles tamen generabũt ægritudines. At ſi Iupiter fuerit ille, qui ei
aſſimilabitur, infirmitates medicaminibus curabuntur, ſiue per diætas, ſiue per antidota. Quòd
ſi Venus ei ſimilis fuerit, prophetiis vel diuino auxilio repellentur ægritudines. Quòd ſi in o-
rientali angulo infortunę, & in occidẽtali fortunę fuerint, erunt ægritudines incurabiles ac fe-
roces, minuſq; manifeſtæ, infirmitates epilepſiæ ſemper cũ clamore & timore mortis durabũt.
Inſani vero, ſenſuq; carentes, nullatenus retineri poterunt, & ſuos conſanguineos impedient-
atque turpia dicenr, & his ſimilia, dęmoniacorũ etiã infirmitates, & humiditatis ſuperabundã,
tia, quæ capitibus nocet eſt enthuſiaſmus, detecta nimis, ac ſaltus impetuoſos in hoĩes faciens
eos percutiet, & his ſimilia. Quædam verò locorum, in quibus illa qualitas fuerit, proprio iuua-
mine quandoq; iuuabunt. Loca nãque Solis & Martis propriè iuuant vt ſit inſania. Loca vero
Iouis & Mercurij epilepſiæ iuuant infirmitates. Veneris autem locus per prophetias, & vt oc-
culta dicantur adiuuant. Saturni autem Lunæque loca dęmoniacos, & humorum iuuant im-
pedimenta. Plurimæ igitur ſpecies infirmitatum in agente parte animę contingentiũ ſunt hæ,
quas prædiximus, quæ ſecundũ naturam ſuã generaliter per huiuſmodi qualitates aduenient.
Differentię verò, quę propriè in parte recipiẽte diſpoſitionem accidunt, in augmento ac dimi
nutione rerum naturalium maſculinis & fœmininis apparebunt. Ad quarum prognoſticatio-
nem illa via, qua prędictæ vię aſſimilantur, perueniemus. Poſtquã Luna Solem, quemadmodũ
ibi cũ Luna Mercurium poſuerimus, & Veneris ac Martis ad ipſos ſimilitudinẽ obſeruaueri-
mus. Poſt horum igitur explanationẽ oſtendemus, ꝙ ſi ſola luminaria in ſignis maſculinis fue-
rint, ea quę ſibi naturalia ſunt, homines nimis exercebunt. Mulieres autem quę ſibi contra na
turam ſunt, nimium operabuntur: & quæ ſibi naturalia ſunt in vires & maſculinitatem animæ
cõuertẽtur. Itẽ ſi Mars & Venus, vel eorũ alter maſculinus fuerit, in naturalibus rebus Veneris
valde conuerſabuntur homines, & nimis circa vitium illud ſollicitabuntur. Ex rebus etiã coi-
tus turpia, quę contra legem fuerint, feſtinanter facere deſiderabunt. Mulieres autem innatu-
rales, actus cupidinis plus ęquo perpetrabunt, & erunt thahaherat, id eſt, eò quòd adinuicem

in agendo

in agendo commiſcebuntur. Si Venus autem ſola maſculina fuerit, id quod inde perpetrabũt, erit occultum, & ignorabitur. Sed ſi Mars maſculinus extiterit, ita erit illud manifeſtum, quod quandoque mulieres quæ cum eis conuerſabuntur, quaſi ſibi proprias vxores fore demonſtrabunt. Quòd ſi eædem ſtellæ in prędicti contrarium fuerint, id eſt, vt ſola luminaria cum prædictis qualitatibus in ſignis fœmininis extiterint, mulieres ea quæ ſibi naturalia ſunt, operabuntur. Viri autem ea quæ ſibi ſunt contra naturam committent & cũ mollitie ac fœminitate anima naturalia tranſgredientur. Item ſi ſola Venus fœminina fuerit, illegitimos actus Veneris mulieres nimis adimplebunt, frequentius tamen ad naturalia declinabunt, & cum quolibet, adeo ꝙ nulli coitum denegabunt, ſeu deformis ſeu contra legem fuerit: homines autem erũt effœminati ac molles, & ad innaturales actus Veneris procliuiores, neminem etiam ab illicito coitu prohibebunt, præter ꝙ occultè illud perpetrabunt. Itẽ ſi Mars fœmininus extiterit, iſtorum duorum vtrũque, id eſt, fornicationem & turpitudinẽ, actuſq; illicitos detectos, & abſque frontis rubore facient, ita ꝙ prę nimia detectione blaſphemabuntur & vituperabuntur. Orientales autem & matutinales qualitates Veneris & Martis in maſculinitate detectionem adiuuant. Eorum autem veſpertinalis, & occidentalis qualitas in fœminitate iuuat occultationẽ. Similiter etiam ſi Saturnus cum eis fuerit, horriditates & putredines ac coinquinationes, magnamque verecundiam eos incurrere iuuabit, eo quòd ipſius natura vnumquodque iſtorum de more iuuat. At ſi Iupiter cum eis fuerit, rerum pulchritudinem, atque decorem aptamque verecundiam augmentabit. Et ſi cum eis Mercurius fuerit, rerum detectionem & futurorum feſtinationem ſuarumque ſpecierum multitudinem, & augmentum adiuuabit.

Venus ſola fœminina.

*Commentarius.*

ISTVD eſt caput ſecundũ Ptolemæũ 14. qđ ego feci cap. 15. quoniã addidi huic lib. cap. de morte, ꝙ eſt in ordine c. 8. lib. 4. Dico igitur, quòd poſtquam Ptolemæus explicauit ea quæ pertinet ad ꝓprietates & qualitates animi, & reddidit rationem omnium accidentium & affectionum, quę pertinent ad ipſam animam: in hoc capite exponit poſitiones ſiderum, quas læſiones, ac detrimenta animi demonſtrant, & ægritudines: quia quemadmodũ prædixerat in principio, quòd ſicut euenit corpori, ita & animę: quia prius tractauit de concretione corporis. Deinde de impedimentis: ſic facit in iſto capite de Anima. Nam in capite præcedenti de ipſius qualitate animæ & complexione, & natura pertractauit: nunc vero de offenſis & infirmitatibus eiuſdem agit. & diuiditur iſtud caput in duas partes: quia in priori parte agit de offenſis animi propriè: in poſteriori verò de ægritudinibus eiuſdem. Pro quo debetis animaduertere quod Ptolemæus ponit differentiam inter offenſam, & infirmitatem, quia vult, quòd accidentia, & læſiones pertineant ad intellectum, & phantaſiam. Infirmitates verò & ægritudines eſſe vitia, & paſsiones animi & corporis.

In prima nanque parte agit de his ægritudinibus, in ſecunda verò parte de offenſis. Vnde quantum ad primam partem attinet, ipſe facit in textu primo quatuor. primò proponit intentionem ſuã, & in vniuerſali exponit, quæ ad poſitionem ſiderũ pertinent, & quænam videntur reddere animam infirmam pro ſecunda parte. In tertia verò parte magis ad particularia deſcendendo dat rationem cuiuſcunque infirmitatis animi. Quarto loco, dicit quæ ſint curabiles, & quæ incurabiles.

Quo ad primum, inquit, quòd poſt declarationem eorum, quæ diximus de proprietate animæ, conſequens eſt, vt ad infirmitates eius & offenſas accedamus, & id ſpectat ad poſitionem Mercurij & Lunæ. Et ratio huius rei poteſt eſſe: quia cum poſitio bona iſtorum argueret bonam animi diſpoſitionem, ſimiliter, & deprauata poſitio oppoſitum deſignabat: quare quantum ad ſecundum attinet, dicit in vniuerſali, quòd cum Luna non ſit configurata Mercurio, vel alter eorum non concilietur cardini ortiuo, & calamitoſæ ſtellæ ſint in cardinibus, deſignant offenſam animi: & ratio poteſt dari, ex quo ſenſatio externa ad Lunam, interna verò ad Mercurium pertinet: ſi enim ſint diſiuncti, quomodo poteſt eſſe connexio ſenſus exterioris cum interiori? Facit enim ad inſaniam hęc poſitio: nam vt habetur in optica, cum ſpecies veniant per ſenſus exteriores, & ingrediantur per neruos opticos, & vadant ad cerebrum, & vię ipſæ per quas vadunt, non conueniant cum ventriculis cerebri, & arteria optica non poſſunt peruenire ſpecies ad intellectum, & phantaſiam, quare deordinata virtute phantaſtica, deordinantur ſenſus & intellectiones: vnde iſti qui ſunt malæ memoriæ habent cerebrum indiſpoſitum: & licet ex materia ſuperfluat, vel deficiat, tamen neceſſe eſt, quòd id deficiat vel creſcat reſpectu naturæ agentis, & vniuerſalis: natura ſecundum quod cauſa eſt impedita eſſe effectus impediuntur, concurrunt enim Sol & Luna tanquam cauſæ vniuerſales ad ordinationem ſenſuum, & Mercurius ad ordinationem imaginatiuæ.

Quòd autem iſti planetæ hæc faciant, ſubdit, & ſi ſint per Cardines maleficæ ſtellæ, & non ſe reſpiciant Luna & Mercurius. Dicit per cardines, quia vt ſæpe dictum eſt à nobis, in cardinibus radij ſtellarum accedunt ad nos perpẽdiculariter, quia per lineam rectam, quæ eſt fortiſsima linearum: cum ergo in cardinibus ſint calamitoſæ ſtellæ, & agant per lineas rectas fortior erit virtus eorum & impreſsio: debilior autem eſt virtus, cum agunt per lineam obliquam.: vnde ſi Mars & Saturnus ſint in cardinibus

Digitized by Google

cadinibus cum hac conditione,cum ſint ſtellæ calamitoſæ,neceſſe eſt, quod impediant cerebrum ex nimia caliditate & ſiccitate,ſi fuerit Mars: & ex nimia frigiditate,ſi fuerit Saturnus:vnde ſequitur delirium & inſania.

Quantum ſpectat ad ſecundam partem , debet *Dubitatio.* aduerti quòd morbus ipſe qui à ſtellis infligitur, eſt delirium cerebri.Dicet aliquis,nunquid bene- *Reſponſio.* ficæ ſtellæ conferant ad deprauationem cerebri? Dico quòd non,ſimpliciter intelligendo,ſed cum fuerint cum maleficis & deprauentur,inferunt noxias cerebro : igitur videndum eſt, quonam aſpectu ſe habeant Luna ad Mercurium ; vel Mars ad Mercurium & cum ſtellis fixis.

*Dubium.* Sed quia aliquis dubitare poteſt contra Ptolemæum & dicere,quòd iam per dicta ſupra in cap. præcedenti habuimus per proprietates & poſituras ſtellarum iudicare omnia animi accidétia,cur iterum per iſta ſit cognitio eadem.

*Reſponſio.* Ideo,inquit Ptolemæus reſpondens tacitæ obiectioni,quòd ſupra actum eſt de quibuſdam animi paſsionibus debilibus , quæ erant cauſatæ per minores impreſsiones:hic verò volumus tractare impreſsiones,& poſitiones ſiderum fortiores,quę faciunt ad melancholiam & epilepſiam,vbi ſint adeò fortes,quòd impediant animas,& ſequatur delirium:nam ſemper effectus ſe habent ad ſuas cauſas in proportione. Hic maximas impreſsiones & paſsiones ex forti ſiderum poſitione pertractat: ſupra verò imbecillas,& debiles ex non adeò forti conſtellatione,& hic non ſolum declarantur vitia & affectiones animi , ſed corporis etiam,& mores deprauati ex iam factu habitu, poſtque receſſerũt à medio duorum extremorum : quemadmodum dicimus, quòd liberalitas eſt virtus , quia eſt inter duo extrema,ſcilicet inter auaritiam & prodigalitatem, cùm recedit à medio, dicitur eſſe non amplius virtus,ſed vitium. De his ergo vitiis & aliis grauiſsimis tractat in hac parte Ptolemæus.

Quantum ad primum eius dictum ſunt enim vitia dicta in habitu , vel læſiones , dicit enim quòd debet aduerti iſta cõſtellatio, quæ facit epilepſiã, id eſt,morbum caducum,nam dicuntur epileptici illi,in quorum natiuitate Mercurius non conciliatur Lunę,vel aſcendenti cum hac conditione quòd ſit Saturnus in aliquo angulorum in natiuitate diurna,& ſi ſit nocturna in angulis Mars , hæc enim conſtellatio facit epilepſiam: ex quo , vt dicit Punicus,in commento, epilepſia eſt quidam fumus eleuatus ab aliquo membro ad ſtomachum & occupans cerebrum:& dicit, quòd iſte morbus poteſt multipliciter contingere: quia aliquando ita afficit hominem,vt pro toto tempore vitæ duret, quandoque apprehendit homines ad tempus per tempus determinatum: quemadmodum contigit Alexandro Artinorio Florentino, qui ſciebat tempus & horam determinatam, in qua debebat accidere ei iſte morbus.

Quò ad cauſas agentes eſt Luna ſeparata à Mercurio : quia de ſe eſt humida , & ſi impeditur à Saturno exiſtenti in angulo aliquo : & quia Saturnus ſatis infrigidat, & cerebrum etiam eſt frigidum, vnde præ nimia iſta frigiditate occupatur cerebrum,& ſequitur epilepſia : ſi verò ſit in angulis, deſiccat cerebrum nimia vredine, & maximè ſi impediat Mercurium ex quadrato,vel oppoſito aſpectu : quia eſt conuertibilis Mercurius , & patitur naſcens ab iſta affectione.

Secudo loco diffinit inſaniam : nam ſemper vult Ptolemæus , quòd non colligẽtur inuicem,id eſt,quòd non ſe reſpiciant Luna & Mercurius,nec etiam aſcendens reſpiciant,cum iſta conditione debet intelligi : quia cum aſcendens ſit locus vitæ, & hic nõ ſit aliqua colligatio,neceſſe eſt, quòd ſequatur iſtud accidens.

Secundo debet eſſe in genitura diurna Mars angularis,quia in tantũ vrit,quòd conſumitur cerebri humiditas,& in genitura nocturna debet eſſe Saturnus in angulis , quia nox adauget frigiditatem & malitiam ipſius,ſic idem euenit,ſi iſtæ ſtellæ non colligentur ad inuicem, id eſt, Mercurius & Luna,quoniam non poteſt per ſe ſolus Mercurius reprimere vredinem Martis nec Luna ſola: ideo,qui habent talem conſtellationem, clamant, ſunt inſani & furioſi, & percutiunt homines.

Verùm eſt quòd poteſt eſſe læſio iſta à Saturno, & tunc iſti alia delirij ſpecie afficiuntur & inſania, quoniam non exclamãt,nec percutiunt homines: ſed fugiunt & expaueſcunt : & ratio quia Saturnus infrigidat partem illam nimium , quia nox adauget & frigiditatem Saturni , & ſic coniunguntur multæ frigiditates ſimul, & ſic caueas ne Mercurius,Sol,& Mars ſimul ſint in Leone & genitura ſit diurna.

Quòd ad dęmoniacos pertinet,ſciẽdũ eſt,quòd duplex eſt genus dæmoniacorum. eſt quoddam genus dæmoniacorum, qui à diabolo obſidentur, id eſt,ab intelligentia deprauata , ſunt alij qui dicuntur melancholici : id eſt, qui laborant nigra cholera.quomodo autem naſcatur iſti dæmoniaci,neſcio eſt extra prudentiam meam.quò ad melancholicos neſcit vulgus cognoſcere iſtos , quia cum ſint melancholici , credit eos à dæmone oppreſſos.poteſt tamen eſſe quòd ſit aliquis homo rudis,qui loquatur Græcè & Latinè,quòd ſi ſic eſſet, dicerem,quòd eſſet à Diabolo oppreſſus:ſed nunquam vidi:ſed illi,qui furioſi ſunt, & melancholici, non ſunt dæmoniaci, & de iſta melancholia loquitur Ptolemæus.propter hoc contingit ſæpe, quòd vulgus decipiatur, quia tunc intellectiua anima eſt impedita , & poteſt eſſe quòd conuertatur ad intelligentiam non errantem, & faciat iſta.

An vero peragrẽt Dęmones aërem, non eſt nũc diſputandum: ſecundum verò Chriſtianã fidẽ credo quòd ſint Dæmones , ſed tamẽ exiſtimo, quod Chriſtiani qui Chriſtianè viuunt non afficiantur à dæmone per dicta Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Lucæ 11.nunc venit iudicium mundi,& princeps huius mundi eiicietur foras : quia venit Chriſtus Saluator noſter,& eiecit Dæmonem , & ſurripuit ei totam poteſtatem & libertatem.

Quò verò ad remiſsionem harum infirmitatum dicit quod cum ſit nouilunium,id eſt, cum Luna coit cum Sole,vel ſeparatur à Sole per aliquot gradus,& opponatur vel quadrãgulatur Saturno exiſtenti in angulo,tunc natus erit melancholicus,vt dicit Scotus in ſecundo ſententiarum. Fatuizant enim melancholici in nouilunio:in plenilunio verò(id eſt quando Luna opponitur Soli & applicuerit Marti exiſtenti in angulis quadratum , vel per

oppoſi

Digitized by Google

oppoſitum aſpectum, recedat etiam per aliquot gradus Luna ipſa à Sole: ſi verò ſint ſolitariæ ſtellę maleficæ, vt Saturnus vel Mars in cardinibus, diu durabunt in delirio. Si autem contingat, quòd adſint cum eis fęlices ſtellæ, cum hoc quod Iupiter ſit in horoſcopo, & malefica ſtella in occaſu, vel ſi non Iupiter ſit Venus in horoſcopo, poteſt liberari & quomodo? per Iouem liberantur per abſtinentias & per medicinam, ſi autem ſit Venus, liberatur aut per orationes, vel per carmina, vt quos adducunt ad columnam Diui Petri Romam, vt liberentur à Dæmone. Quò ad verba Ptolemæi dico quòd per bonum ſitum Veneris diſponuntur iſti vexati, vt conuertantur ad amorem Dei per bonã inclinationem ex parte naturę, ita quod poteſt eſſe adeò bona conſtitutio Veneris, quòd diſponatur ad recipiẽdum Dei gratiam, ſed ſi ſit benefica ſtella in occaſu, malefica autẽ in horoſcopo, aſsiduè afflictabuntur iſti delirantes: conſequenter declarat quænã conſtitutiones faciãt magis ad inſaniam, & quæ magis ad melancholiã: vel quid ſi cõueniat Sol cũ Marte vel per cõiunctionẽ vel per quadraturã, aut oppoſitionẽ cũ hoc, ꝙ ſit ĩ angulis ĩ genitura diurna, reddũtur hoĩes furioſi & inſani.

Si verò inter eos fuerit ibi Iupiter & Venus & Mercurius male conſtituatur, facit hæc poſitio ſiderum ad epilepſiam.

Si verò ſit Saturnus & Luna cum illa conditione, quod ſint in angulis in genitura nocturna, facit iſta conſtitutio ad dæmoniacam infirmitatẽ. & ſi Venus fuerit, adiuuabit ad infirmitatem prædicendi futura.

Quòd vero attinet ad vitia, quæ ex habitu & cõſuetudine ſunt, vult quod aduertamus ad lumina, & dicit, ſicut in offenſis animi examinauimus Lunam, nunc debemus obſeruare Solem, quia vt alias dixi, eius potentia & exiſtentia magna eſt: vnde ſi Sol & Luna ſint in ſignis maſculinis, tunc viri erũt in omnibus ſuis actionibus maſculi & fortes, mulieres vero ſi habuerint in ſignis maſculis ambo lumina, imitabuntur mares in ſuis actionibus, vt viſum fuit in domina Imolæ matre Ioãnis Medicis.

Quòd ſi contingat Mars & Venus eſſe in ſignis maſculis, vel alter eorum, tunc qui habebit iſtam conſtellationẽ, erit fornicator, adulter, & reddetur pronus ad illecebras: vnde ſi quis non ſit bene circũſpectus, & caueat ab iſtis diſpoſitionibus, faciet eas poſtmodum trãſire in habitum, & ſic exiſtet infirmitas animæ, efficit. n. etiam iſta conſtitutio Sodomiticum ſcelus, & maximè ſi ſint orientales, vel alter horum.

Si vero cõtingit hos duos planetas eſſe in ſignis fœmininis, cõtingit oppoſitum, nã ſi ſit vir, erit effœminatus valde, & faciet omnia quæ ſpectant ad fœminã. Si vero ſit mulier, erit meretrix magna, & exponet corpus ſuũ omnibus: quod niſi quis reprimat paſsiones iſtas, inde contrahet habitum.

Et ſic ſi conuenerit Mercurius cum his, erit peior cõſuetudo quo ad vitia. Et ad hoc intelligendum notandũ eſt quod dicitur ab Albubatre c. 22. quod ſi quis habuerit Martem in nona cæli domo, valde mendax erit.

Rurſus ab eodem dicitur cap. 45. quod ſi Saturnus & Venus reſpexerint Lunam, & fuerint in angulis, erit natus adeo ſuperbus, & tumidus, vt nihil ſupra, quod obſeruaui in genitura F. Hieronymi Sauonarolæ, qui habet Venerem & Saturnum ſimul iunctos, & Luna in medio cæli quadrangulata. Fuit iſte adeò ſuperbus, & tumidus, vt perſuaſerit ciuitati Florentiæ, ſe eſſe prophetam. *Vide et genesim supra pag. 424.*

Item dicitur ab eodem cap. 26. & ab Omare in 3. lib. de natiuitatibus, quod ſi ſit Iupiter cum Marte in tertia cæli domo, retrahet ſe natus à ſua lege ſemper, vt patuit in genitura Martini Lutheri.

*Additio.*

MARTINVS fuit Monachus per multos annos, demum expoliauit habitum monachalẽ, duxitq; vxorẽ Abbatiſſam altæ ſtaturę Vittembergenſem, & ab illa ſuſcepit duos liberos. Et mira ſatiſque horrenda fuerunt eius dogmata. Incredibile autem eſt, quantum augmenti breui tẽpore habuerit eius hæreſis. Nam Germaniæ maximã partem infecit, Angliam totam, multaſq; alias regiones, nec vlla eſt ꝓuincia ab huius ſectatoribus immunis, pręter Italiã, & Hiſpanias. Feruet mundus huius ſchiſmate, quod, quia Martẽ admixtũ habet, & Caudã, ſoluitur in ſeipſo, infinitaq; reddit capita, vt ſi nihil aliud errorẽ cõuincat, multitudo ipſa opinionum oſtẽdere tamẽ poſsit, cũ veritas vna tãtum ſit, plurimos neceſſariò aberrare.




*Martini Lutheri Natiuitas.*

In ordine ſpeculi noſtri Aſtrologici poſt caput de animi qualitate ſequitur cap. 16. ſ. de actionib': qđ nũc omiſimus: ſed hæc tractatio eſt requirenda in ca. 3. lib. 4. vbi eſt ſecundũ doctrinã Ptolemæi. Et ibi exponetur cum pluribus obſeruationibus, ſecũdum decreta ipſius auctoris.

*Finis tertij Libri.*

# CLAVDII PTOLEMAEI MATHEMATICI DE IVDICIIS, LIBER QVARTVS, CVM EXPOSITIONE FRANCISCI IVNCTINI FLORENTINI DOCTORIS THEOLOGI.

## PROOEMIVM AVTHORIS.

# ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ

## ἈΠΟΤΕΣΜΑΤΙΚΩΝ

### τετάρτον.

ΤΑ μὲν οὖν πρὸ τῆς γενέσεως, καὶ κατ' αὐτὴν τὴν γένεσιν δυνάμενα θεωρεῖ-
σθαι, καὶ ἔτι τῶν μετὰ τὴν γένεσιν, ὅσα τῆς συστάσεώς ἐστιν ἴδια δ' καθόλου
ποιὸν τῶν συγκεμάτων ἐμφαίνοντα, σχεδὸν ταῦτα ἂν εἴη. τῶν δὲ κατὰ δ'
ἐκτὸς συμβεβηκότων, καὶ ἑξῆς ὀφειλόντων διαλαμβάνεσθαι, προηγεῖται
μὲν ὁ περὶ τύχης κτητικῆς τὲ καὶ ἀξιωματικῆς λόγος συνῆπται δ' ὥσπερ ἡ
μὲν κτητικὴ ταῖς τοῦ σώματος οἰκειώσεσιν ἡ δ' ἀξιωματικὴ ταῖς τῆς ψυχῆς.

RERVM igitur, in quibus ea quæ ante partum ſunt, & quæ in ipſius hora partus contingunt, necnon & omnia quæ poſt partum ſunt, obſeruari poſſunt, id quod ei proprium ac naturale eſt, & quod totũ eius eſſe naturaliter probatur, quoniam maximè demonſtrauimus. Eorum verò quæ ei extrinſecus accidunt, illorum ſcilicet, quorum enarratio opportunè præmiſſa ſubſequitur. Primum eſt in ſubſtantia & valetudine, nati proſperitatem iudicare, & ipſius in ſubſtantia proſperitatem collectim cum rebus corpori pertinentibus enarrare, necnon eiuſdem in valetudine proſperitatem, ſimul cum rebus ad animam pertinentibus enodare.

COMMENTARIVS.

ISTE eſt quartus liber Apoteleſmatum Ptolemæi in quo libro cum declarauit omnes ſiderum poſitiones, quibus cognoſcimus ea ad natum pertinent ante geneſim, & poſt geneſim, id eſt de parentibus, & conſanguineis, de concretione corporis, de infirmitatibus de bona valetudine animi, conuenienter dixit, conſequenter hic agit de exteris ipſius nati, ſunt autem extera cuique naſcenti in ſpecie hominum quæ ex fortuna ſunt: quæ fortuna multiplex eſt, nam circa opes, circa honores, & circa actiones verſatur, & circa liberos, côiugia, amicos, peregrinationes, & tandem circa mortem. diuidit ergo has partes in nouem cap. quia in 8. ca. agit de exteris quò ad fortunam, in vltimo pertractat tempora determinata cuiuſcunque euentus. Qui liber totus eſt pulcher, vtilis, & difficultates affert, ſed longis obſeruationibus dilucidabo eas, adeo quòd nihil reſtabit intactum.

Quo ad primum caput proponit principaliter ſex: vult enim in hoc primo cap. ſex declarare, quia præponit intentionem ſuam, & continuationẽ ſimul. ſed in ſecũdo loco declarat poſitiones ſiderũ dico in numero ſingulari, quia confert ad fortunã in vniuerſum, ſcilicet quænam ſit fortuna cuiuſcunque naſcentis. in tertio loco ad opes deſcendendo, declarat fortunam naſcentis circa diuitias. Quarto loco agit de magnitudine diuitiarum, ſeu bona fortuna, & inopia, quia ſicut de vno contrario verba facit, neceſſe & de reliquo pertractare. poſtea reddit cauſam cuiuſcũque particularis fortunæ, id eſt declarat poſitiones ſiderum, quibus poſſumus cognoſcere, vnde proficiſcuntur diuitiæ, an à magiſtratu, an à labore, an ab honoribus, vel ab alia cauſa. deinde altius procedendo, declarat an ſi quis adipiſcatur opes, conſeruaturus ſit eas an non. in vltimo loco pertractat tempora in vniuerſum, ſcilicet ditandi & de temporibus quoque agit, quibus poſſunt amitti diuitiæ, & quia nimis eſt breuis, & plures difficultates claudit, ego igitur ſigillatim procedam, & vbi neceſſarium fuerit ponere dogmata aliorum, ponam, & obſeruationibus declarabo, quia rationes, vt ſæpe declaratum eſt, ſunt probabiles, obſeruationes autẽ ſunt demonſtratiuæ, ſicut Geometricæ demonſtrationes, quia habito ſenſu, non debemus vlterius quærere rationem.

Quò ad primam partem, quodammodo recapitulat dicta in priori libro, id eſt in tertio. nam inquit, quòd cum declarauimus regulas earum rerum, quæ contingunt naſcenti ante geneſim, tũ in geneſi, tum poſt geneſim, conſequens eſt, vt ad extrinſeca tranſeamus, & reddit rationem ſuę intentionis, quia ſicut ſe habet vita ad corpus, ita opes ad fortunam, quemadmodum, vt ego hoc addam ſe habet ſcientia ſpeculatiua ad animam, quia eſt eius perfectio, ex tertio de anima, & anima eſt perfectio corporis, ex ſecundo de anima, anima eſt actus corporis, quæ eſt animæ definitio. ſimiliter ſunt diuitiæ, perfectio fortunæ, nullus diceretur fœlix ſine diuitiis & opibus, ſicut dicebat Ariſt. 8. Ethic. quòd nullus eligeret viuere ſine amicis, ſed ego dico ſine opibus, ergo perfectio fortunæ ſunt diuitiæ & ſubſtantia.

Et quia nulla res mortalibus tam in precio, vel olim fuit, vel nũc eſt, quàm opes, quapropter Ptolemæus primo tradidit de opibus, ſecundo loco de honoribus decreta. Nam ſicut opes exornant corpus, ita honores animum.

Docet enim Haly in hac parte oportere philoſophũ eſſe, qui velit rectè iudicare, & generalia præcepta cognoſcere, atq; intelligere diligẽter, aliter operã oẽm fruſtrabitur. Et ita accidit, quãdo non veri artifices, q dicũtur circulatores garruli faciũt aliquibus hominibus iudicia Aſtrologica, in quib⁹ ſine philoſophia dicũt multaq non eueniunt, & ita vulgus deridet hãc artẽ. Quare in philoſophia eruditũ oportet eſſe, & cõſiderare antequã veniam⁹ ad particularia, ipſa vniuerſalia. i. cõſuetudines gẽtiũ illius prouinciæ, velut Germanorum irã, Parthorũ feritatẽ: Dein mercatorum bona verba, artificum mendacia, & talia innumera, quoniã homines generalibus affectionibus ſubiiciũtur. Rurſus, multi occiduntur abſque ſignis violẽtę mortis. Multi iuuenes moriũtur, q ad ſeniũ peruenire debuerãt. Multi ditãtur abſque diuitiarum ſignis, vt patet in amicis principũ: quoniã diuitię & honores & magiſtratus proueniũt ex amicitia in maxima parte principũ, ſicut cõtingit de Maximiliano Stãpa, qui cũ haberet infœlicẽ geniturã: quia tamẽ inter illã & Geniturã Franciſci ſecundi Sfortiæ Ducis Mediolani fuit cõmutatio, factus eſt ditiſsimus, honoratus, & potentiſsimus, in aliis rebus tamẽ infœliciſsimus, quia genitura talis erat, & non fuit in aliis cõmutata. Et hoc eſt in quo plus habet Fatum, q̃ Aſtrologia. Hæc aũt cõmutatio cũ principibus pars eſt & ſimilis ei, quæ eſt cũ generalibus conſtitutionibus. Sed eſt animaduertendum ꝙ diuitiæ quæ habentur ex lege & iure hæreditario, vt patris opes, nulla cauſa ex aſtris debentur, ſed aliæ ſunt opes, quæ ex arte vel mercibus aſsiduitate longa colliguntur, in quibus fortuna multum poteſt: alię ſunt ex caſu, vt theſauri inuẽtio, nuptiæ, depoſitum, vrbis ruina, ſtulta mulier, ſtultúſque ſocius: alię ſunt, quæ ex conſenſu genituræ cum his, qui armis, vel ſacerdotio euehuntur. Quot enim videas nulla induſtria vili progenie, qui tamẽ dominorum, aut amicorum ingentibus ſucceſsibus opes maximas ſunt conſequuti? horum opes nos exigimus ex Aſtris præcognoſcere. Quare concluſio erit, vt omnes, qui volunt huic ſcientiæ operam dare, cõſiderent decreta Ptolemæi & aliorum Aſtrologorum cum philoſophia, ſi volunt rectè facere iudicium cuiuſcunque nati de bonis Fortunæ: aliter hæc ars erit mera garrulitas, & artifex deridetur.

Vide penlo poſt.

Περὶ τύχης κτητικῆς.

ΤᾺ μὲν οὖν τῆς κτήσεως ὁποῖα τινα ἔσται, ληπτέον ἀπὸ τοῦ καλουμένου κλήρου τῆς τύχης, μόνου μέντοι καθ᾽ ὃν πάντοτε τὴν ἀπὸ τοῦ ☉ ἐπὶ τὴν ☾ διάστασιν ἐκβάλλομεν ἀπὸ τοῦ ὡροσκόπου, καὶ ἐπὶ τῶν τῆς ἡμέρας καὶ ἐπὶ τῶν τῆς νυκτὸς γεννωμένων, δι᾽ ἃς εἴπομεν ἐν τοῖς περὶ

χρόνων

χρόνον ζωῆς αἰτίας, σκοπεῖν οὖν δεήσει τοὺς τοῦ συνισταμένου τὸν τρόπον τοῦτον δωδεκατημορίου λαβόντας τὴν δεσποτείαν, καὶ πῶς ἔχουσιν οὗτοι δυνάμεως καὶ οἰκειότητος, καθ' ὃν ἐν ἀρχῇ διωρισάμεθα τρόπον. Ἔτι δὲ τούτους συσχηματιζομένους αὐτοὺς καθυπερτεροῦντας τῶν τῆς αὐτῆς ἢ τῆς ἐναντίας αἱρέσεως ἐν δυνάμει ὄντες οἱ τοῦ κλήρου τὴν οἰκοδεσποτείαν λαβόντες, ποιοῦ πολυκτήμονας. καὶ μάλιστα ὅταν ἀπὸ τῶν φωτῶν οἰκείως τύχωσι μαρτυρηθέντες ἀλλ' ὁ μὲν τοῦ ♄, διὰ θεμελίων ἢ ναυκληριῶν, ἢ γεωργιῶν. Ὁ δὲ τοῦ ♃, διὰ πίστεως, ἢ ἐπιτροπιῶν. ἢ ἱερατειῶν. Ὁ δὲ τοῦ ♂, διὰ στρατειῶν καὶ ἡγεμονιῶν. Ὁ δὲ τῆς ♀, διὰ φίλων, ἢ γυναικείων δωρεῶν. Ὁ δὲ τοῦ ☿, διὰ λόγου, καὶ ἐμπορειῶν. ἰδίως δ' ὁ τοῦ ♄ τῇ κτηλικῇ τύχῃ συνοικειούμενος, ἐὰν τῷ τοῦ ♃ συσχηματισθῇ, κληρονομίας περιποιεῖ. καὶ μάλιστα ὅταν ἐπὶ τῶν ἄνω κέντρων τοῦτο συμβῇ τοῦ διοῦντος ἐν δισώμῳ ζωδίῳ τυγχάνοντος, ἢ καὶ τὴν συναφὴν τῆς ☾ ἐπέχοντος. τότε γὰρ καὶ εἰς παιδοποιΐαν ἀναχθέντες, ἀλλότρια κληρονομοῦσι. κἂν μὲν οἱ τῆς αὐτῆς αἱρέσεως τοῖς οἰκοδεσπόταις τὰς μαρτυρίας τῶν οἰκοδεσποτιῶν αὐτοὶ τυγχάνωσι ποιούμενοι, τὰς κτήσεις ἀκαθαιρέτους διαφυλάττουσιν. Ἐὰν δὲ οἱ τῆς ἐναντίας αἱρέσεως καθυπερτερήσωσι τοὺς κυρίους τόπους, ἢ ἐπανενεχθῶσιν ἐπ' αὐτοῖς, καθαιρέσεις ποιοῦνται τῶν ὑπαρχόντων, τοῦ καθολικοῦ καιροῦ λαμβανομένου, διὰ τῆς τῶν τὸ αἴτιον ποιούντων πρὸς τὰ κέντρα καὶ τὰς ἐπαναφορὰς προσνεύσεως.

*De proſperitate nati & ſubſtantia. Cap. I.*

QVALITER rerum ſubſtantiæ qualitas adueniat, vt à ſola parte fortunæ notitiā deprehendamus oportet, quam id quod eſt inter Solem & Lunam obſeruando, & ab aſcendente in diurnis ac nocturnis natiuitatibus propter rationes, quas in elocutione vitę monſtrauimus proiiciendo ſemper addiſcemus. Huius autem obſeruationis via eſt velut ſubiungitur. Stellas igitur, quæ ipſius ſigni diſpoſitioni dominantur, obſeruabimus. Et quę ſit earum fortitudo atque ſimilitudo, ſicut prædiximus, conſiderabimus. Itē ſtellas, quę eis aſſociātur in figurā, vel quæ ſuper eas eleuātur, ſiue ſint ex earū haiz, ſiue ex haiz cōtraria, ſimiliter obſeruabimus. nā cū prædictæ partis diſpoſitores fortes extiterint, erit natus multarum diuitiarum. Maximè autem ſi teſtimonio ſimilitudinis eis teſtificentur luminaria, prętér q Saturnus nati diuitias ex ædificationibus, vel ex terrarum cultibus, aut ex nauigationibus prouenire ſignificabit. Iupiter verò deſignabit, q eius diuitiæ, per res creditas, per præfecturas, & per ſacerdotia congregabuntur. Mars autem ſignificabit illius diuitias exercituum dominio, regiminéq; prouenire. Venus ex amicorum donationibus, vel ex mulieribus eas coadunari denunciabit. Mercurius quidem ex mercationis induſtria diuitias affluere ſignificabit. Quod ſi Saturnus propriæ parti ſubſtantię aſſimiletur, & Ioui in figura aſſocietur, ſignificabit hæreditates quas hæreditabit. Maximè autem cum in altis angulis fuerit, vel in ſigno communi Iupiter extiterit, aut cum Luna iterum ictiſal habuerit, tunc enim ſignificabit, quòd natus lucrabitur, & extraneorum hæreditatem hæreditabit. Stellæ quidem quæ fuerint ex haiz ſtellarum diſpoſitionem habentium cum eis teſtificantur, nati poſſeſſionem apud eum remanere & ſaluari deſignabunt. At ſi ſtellæ quæ ex haiz contraria fuerint ſuper loca auctoritatis eleuentur, vel ad ipſa ſubſequentes eam, amiſſionem ſubſtantiæ demonſtrabunt. Vniuerſale vero tempus in quo iſtud eueniet, ex ſtellarum quæ futuri ſunt occaſio aſpectibus ad angulos vel ad loca ad angulos aſcendentia deprehendetur.

*COMMENTARIVS.*

QVANTVM ad primam partem ratio per quam deuenimus in cognitionē cuiuſcunque ditandi, accipitur à parte fortunæ, quæ ſemper accipitur à Sole in Lunam, addendo ſuper aſcendens, vt diximus 12. c. 3. libri cum loqueremur de ſtatu vitæ, & ſignificatoribus vitæ, vbi docuit hoc, accipitur ergo ſecundum ipſum pars fortunæ à Sole progrediendo ſecundum ſucceſsionem ſignorum ad Lunam, addendo hanc diſtantiā ſuper aſcendens, & vbi determinatur ille numerus, eſt pars fortunæ, & dicit in textu, quòd diuitiæ & opes ſunt à ſola parte fortunæ.

Circa quod eſt annotandū, primo neceſſariū eſt videre quid propriè ſit pars fortis, ſecundo loco, quare ſic dicitur pars fortunæ, vel pars fortis, vel



Digitized by Google

ſors fortunę idem eſt, eam partem Solis dicit Maternus, tertio loco videndum eſt, an ſemper à Sole accipienda ſit pars ſortis, an quandoque à Luna. Item debemus vlterius quærere, an opes ſemper proficiſcantur à parte fortunæ, an ab aliis ſtellis & poſitionibus ſiderum, ſiue ſigniferi.

Quò ad primum dico, quòd pars ſortis nihil aliud eſt quam quædam mixta lux & vnio lucis duorum luminum, ſcilicet Solis & Lunæ non ſimpliciter, ſed iſta lux ſic accepta ad tantam diſtantiam in ea proportione, qua ſe habet Luna ad Solem, & econtra, nihil refert ad præſens.

Ex qua declaratione apparet error Pici, qui credidit partem fortunæ eſſe chimericum quippiam, quia eſt diſtantia. Sed ego dico, ꝙ non eſt diſtātia, ſed eſt lux propriè & habitus non priuatio, ſcilicet vnio lucis duorum luminum ad tantam diſtantiam ſecundum acceſſum & receſſum ad Solem: nam videmus quomodo ad plura latera ſeſe extendant radiationes luminum & ſtellarum, quia conficiūt plures figuras in cœlo non tantum ſextilem & trinam, ſed octogonam, decagonam, & alias figuras, ex quibus accipio non eſſe fictitium quid, vt dicebat ille Picus. Habemus ergo conſtitutionem & iaculationem & proiectionem radiorum duorum luminum ad diuerſas partes zodiaci diuerſa afferre circa fortunam, quia ſi ponatur in aliquo bono loco, ſignificatiuum eſt quòd natus habebit inclinationem ad bonos inſtinctus fortunæ per totū & dirigetur ab illo inſtinctu bene fortunato, id eſt voluntas ſequetur appetitum. ſemper enim ab obiecto mouetur: quare qui habent bonam conſtitutionem partis fortunæ, vt ego obſeruaui, mouētur quodam bono inſtinctu, ècontra quando perperā cōſtituitur ſemper facit natum malè fortunatum, quia ſi ille decreuerit mittere merces in Hiſpaniā via maritima, veniet ventus vel tempeſtas, & amittentur merces, ergo cum iſta pars fuerit in locis conuenientibus, ſemper reddet natum propenſum ad bene eligendum, quod eſt in noſtra poteſtate, & dico quòd iſte locus habetur ex habitudine Lunæ ad Solem quia ſi vniātur lumina, ſemper erit locus in horoſcopo, erit valde fortunat', ideo dicit Ptolemæ' in appli.18. quòd qui habuerit lumina ſimul coniuncta, & fuerit benefica ſtella in aſcendente, erit valde fœlix, quia ibi eſt pars ſortis, & fouetur ab illa benefica ſtella, ergo fit fœlicior, & ſuos euētus proſpere agit, ſic cum diametrantur lumina, iſte loc' inuenitur in occaſu, quare obſeruaui ſemper ipſos fortunatos circa coniugia, quando eſt in prima quadratura, quia pars ſortis eſt in culmine, ergo apud reges in ſuis actionibus ſemper fœlicitabitur in ſecunda quadratura, quia pars ſortis eſt in quarta, ſemper in theſauris & terris & his ſimilibus erit fœlix, quòd ſi ceciderit in domos infœlices, vt in duodecima, ſemper ad contrarium faciet, vnde dicitur prouerbio, quòd ſi tetigerit aurū, cōuertetur in lutū, & maximè erit infœlix, ſi ſaucietur à maleficis, ſimiliter & in ſexta. hæc de rationibus partis fortunæ.

Dicitur pars fortunæ, non quia caſu accipiatur, vt dicunt aduerſarij artis, ſed ſemper accipitur in ratione habitudinis luminū, quia eſt determinata quia ſemper ſunt in motu regulari, & accipitur à motu regulari & diurno, ſed dicitur pars fortunæ ab effectu, quia ex ſua poſitione inducit homines ad bonam & deprauatam fortunam.

Quò ad aliud an ſemper à Sole in Lunam proiiciatur, quia Ptolemæus videtur dicere in textu, ꝙ ſic, diximus aliàs, ꝙ amicus Plato, amicus Cicero, ſed magis amica veritas. ratio, quia in iuuentute mea diu laboraui, vt inuenirē veritatem, quia ſemper vidi Ptolemæū, ſic dixiſſe, ab Aegyptiis & aliis reperi, ꝙ in nocte à Luna, in die à Sole, ego diu laboraui in hoc, quare inueni, ꝙ ſi vtrunque lumen fuerit ſuper terrā, vel ſub terra, accipitur à Sole, ꝙ ſi Sol fuerit ſub terra, & Luna ſuper terram, à Luna, hoc obſeruaui, neque fefellit me obſeruatio.

Quare à luminibus ſic accepta pars ſortis & fortunę declaratum eſt ab Albumaſare in 8. magni introductorij cap. 3. & reddit hanc rationem, dicit quòd cum Sol ſit princeps quodammodo propter præſtantiam magnitudinis & luminis, & ſic pater naſcentium, & ego addo his, quòd calor Solis in viſceribus terræ generat pręcipuè aurum, quod pertinet ad diuitias, & bonam fortunam, omnes confitentur quòd Sol præeſt auro, ideo qui volunt facere aurum expectant Solem cum fuerit conſtitutus in Ariete, vel Leone in medio cęli, & nona domo, & Luna bene configuretur, hac ergo ratione & cum Luna ſit finitima terræ, & ſint ſenſibiles rationes eius, præſtat ad bonam fortunam, & ècontra, quia declarauimus ſtellas ſuperioris eſſe præſtantiores luminibus, ſed ipſa lumina eſſe ſenſibiliora. Luna enim recipit impreſsiones illas ſtellarum cælo hærentium, & ſic reddit fortunatos homines, & felices, vt dicemus, quia recipit formam ſuperiorū ſtellarū, ſed non pro ſe id facit, vt refert ipſa Luna, quæ cū ſit finitima terræ, coagulātur & vniūtur hic tanquam in trigono, & ſic fœlicitatur.

Quò ad vltimū, quando dicit Ptolemæ', ꝙ opes tantū à ſola parte fortunę accipiūtur, dubitari pōt, vtrū ſola pars ſortis ſignificet opes, & ſit in cā, quare nat' eſt propēſus ad diuitias acq̃rēdas, primò dico ꝙ eſt pricipalis cā, & principale agēs, vt obſeruauit Ptolemæ', & videatis ſimiliter ipſum in Apho. 77. vbi imitat' eſt Hermetē antiquiſsimū, quia Hermes fuit antiquior Ptolemeo. dicit ergo Ptolemæ' ea, q̃ corporis ſunt, ab aſcendente ſunt, q̃ verò ſunt ſubſtātiæ, à parte fortunæ. idē habetis ab eodē Ptolemæo, qui dicit Apho. 46. ꝙ collatio magnarū diuitiarum eſt à ſtellis fixis, tum à parte fortunæ.

Et Abohales idē hēt c. 2. vel 9. de parte fortunæ. Alberagel parte 4. c. 12. ēt à parte fortunæ, ſed non tantū ab ea ſunt accipiēdæ diuitiæ, ſed ab aliis cōſtellationib', videlicet à dn̄o ſcd̄æ domus ſecundū ei' diſpoſitionē, & illi' loci ſp erit prognoſticatio facienda de diuitiis & paupertate, quæ inſequitur primā cām partis fortunę, ſed quod magis obſeruatū eſt, obſeruetis dominū triāguli, luminis cōditionarij, quia ſi natiuitas diurna, ad dn̄os triplicitatis Solis, ſi nocturna, ad dn̄os triplicitatis Lunæ, & nō tantū hos, ſed dn̄os triplicitatis partis fortunæ. ſic ergo hēmus, ꝙ nō tātū diuitiæ proſiliūt à parte fortunę, ſed à dn̄o ſecūdæ domus, & à dominis triplicitatis luminis cōditionarij. Itē & à parte ſubſtātiæ & ei' dn̄o, vt hēt Albumaſar, & oēs ſequētes ipſum in 8. magn. introduct. c. 4. & ab ipſis dn̄is triplicitatis luminis conditionarij, vt Abohales c. 7. ſuarum natiuitatum, & Abenrag. parte quarta cap. 12.

Quò

Digitized by Google

Quò ad magnitudinem diuitiarum, quod erat quarto loco quærendum, magnitudo diuitiarum, ſecundum Ptolemæum accipitur à diſpoſitoribus partis fortunæ, vt obſeruemus quænam ſtellarum plura iura habeat in loco partis fortunæ, quæ habeat domum, vel altitudinem vel triangulum, vel fines, rurſus hoc non ſufficit, ſed neceſſarium eſt videre ſtatum & ſitum illius, an in cardinibus vel in ſuccedentibus, vel in cadentibus fuerit, quia vt declaratum eſt, quantò altius aſcendunt tantò mittunt radios magis perpendiculares, & fortius agunt, & ſubdit dicens etiam conſideranda eſt ſimilitudo, per ſimilitudinem, quid intelligit, diximus, quòd in vniuerſum intelligit conditionem, quia planeta dicitur eſſe in ſua ſimilitudine, cum fuerit diurnus in die ſuper terram, & nocturnus in nocte ſuper terram, & planeta maſculus in ſigno maſculo, & fœmininus in ſigno fœminino. eſt alia ſimilitudo, ſcilicet cauſæ ad ſuum effectum, quia opes ſunt quidam effectus cauſarum vniuerſalium, & ſunt ab alio, quare ſtellæ quæ fuerint eiuſdem ſimilitudinis cum parte fortunæ, erunt Iupiter, Sol, & Mercurius qui ſua natura habent ſignificare opes, reddere animos propenſos ad inquirendum diuitias, ad congregandas opes & huiuſmodi, quia ſi Iupiter fuerit diſpoſitor huius loci quia habet ibi domum vel altitudinem, quia ſi erit pars fortunæ in Cancro & Iupiter erit ibi, vel erit in ſuo trigono, erit valde diues: quia Iouis natura, vt dicit Græcus, ſignificat opes, quia quotquot vidi, qui habuerunt Iouem in ſecunda domo, ſemper habuerunt aliquid auaritiæ, quia Iouis eſt conſeruare, non diſſipare, vnde & beneficentia illius neceſſe eſt, quòd homines reddantur tenaces, pro conſeruatione bonorum. Sed animaduertatis ad ſingulas conſtellationes, quia ſi Mars quadrato aſpectu aſpexerit Solem, facit hominem diſſipatorem, & prodigum ſuarum rerum. quòd autem Iupiter ſit dator ſubſtantiarum, poteſtis videre apud Abẽragelem parte quarta cap. 12. dicit enim quòd qui habuerit teſtimonium à Ioue in ſua genitura, nunquam erit pauper. ſemper aduertatis quòd natus habeat Iouem habentem aliquam iuriſdictionem vel dignitatem in loco partis fortunæ, vel in ſecunda domo, quia trahentur ab illo impetu, ſecũdum vero naturalem potentiam loquimur.

Rurſus videatis Iudæum, & Auenarem in rationibus ſecundæ domus, qui habuerit Iouem habentem dignitatem in aſcendente, & fuerit orientalis, erit valde diues, qui teſtimonium habuerit ſic, maximè quando fuerit in ſuis dignitatibus, vt obſeruationibus declarabo.

Et Almanſor inter Mauros famoſiſſimus dicit Aphor. 90. Planetæ datores diuitiarum ſunt Sol, Iupiter, & Mercurius. quare ſi fuerint hi tres Planetæ habentes iuriſdictionem in ſecunda domo & in parte fortunæ, erit diues, quia per Iouem vt dictum eſt, ex ſua beneficentia, per Solem per eius magnam potentiam Mercurius reddit hominem habilem ad diuitias.

Rurſus qui habuerit Saturnum triangulatum domino ſecundæ cum receptione, ſcilicet quòd hoſpitetur eum vel ex domo vel ex trigono, & aduenerit Iupiter in aliqua configuratione, vel ſextili, vel triangula, vt dicit Albumaſar, erit valde diues. Item illi diuites maximè erunt, quando dominus ſecundæ domus exiſtens in ſua altitudine applicuerit domino aſcendentis, vt habet Almanſorus Aphor. 131.

Conſequenter in hac parte ſequitur Ptolemæus pertractare ſiderum poſitiones, quæ declarant cauſas à quibus proficiſcuntur opes. non enim Mathematico ſufficit cauſam in vniuerſum cognoſcere diuitiarum, ſed neceſſe eſt exponere, quibus modis adipiſcendæ ſunt diuitiæ & opes, quia cum ſit in poteſtate noſtra, agendi & operandi, conueniẽs eſt vt poſsimus noſipſos diſponere per hanc cognitionem ad acquirendum has diuitias, quia ſi dabitur mihi Sors vt acquiram diuitias ex doctrina, bonum mihi erit doctrinæ operam impendere, ſi ex agricultura, agriculturæ, ſi ex nauigationibus, nauigationibus, ideo ad illas conſtellationes debemus aduertere, quænam ſint.

Inquit ergo Ptolemæus primo, quòd ſi Saturnus fuerit diſpoſitor partis ſortis cum conditione data, quòd habeat plura iura in illa parte fortunæ, & ſit in ſua conditione & beneficiis, vt ſit pars Sortis in Libra, & oriatur Libra. Si fuerit Saturnus in vndecima domo & orientalis à Sole, erit diurnus ſuper terram poſitus in ſuis finibus, in aliqua ſuarum dignitatum, videlicet ſi poneremus ipſum apud partes extremas vel primas Leonis, non impedit, quòd ſit detrimentum eius, dummodo ſit orientalis & matutinus, ex his natus erit propenſus ad acquirendum diuitias per nauigationem, negociationes, & huiuſmodi: quia ſi erit ciuis priuatus, habet aliquam pecuniam & exponit illam in emendis poſſeſsionibus, quas poſtea vendet, & iterum emet, vel ex fructibus poſſeſsionis lucrum capiet, & ſic habebit fortunam circa hoc, & ſimiliter ſi ædificet domos, quia poterit eas vendere & ſimiliter in nauigando, quòd ſi erit princeps in conſtituendis arcibus, & talibus, vt Coſmus Princeps noſter, poterit ergo natus ex his ditari, ſed res Saturni proficiſcuntur lento gradu. Sed non tollit, quod dat. Idem affirmat Iudæus, & addit hoc in rationibus ſecundæ domus. dicit enim, quòd Saturnus per poſſeſsiones & agriculturas & hæreditates, dat diuitias, quia cum ſignificet res antiquas & auos, & hæreditates ſint antiquæ & auorum & patrum, conſequens eſt, vt ei attribuamus hæreditates.

Ptolemæus vero addit, qui non ſimpliciter vult quòd ſignificet hæreditates, ſed ſi habuerit cum Ioue conuenientiam aliquam, & fuerit in ſigno duplici, cum Luna, quoties contingit hoc, dat amplas hæreditates.

*Bartholomei Panciatichi Natiuitas.*




Ego notaui in genitura Bartholomei Panciatichi Florentini qui nunquam erat habiturus hereditatem illam, quam habuit beneficentia Ducis, qnia non pertinebat ad ipſum. habet autem in genitura partem ſortis in ſecunda domo, quæ eſt in trigono Saturni exiſtentis in medio cæli & in triplicitate & Iouis facie, habet conuenientiam Saturnus cum Ioue, Iupiter autem eſt in Virgine in medio cæli cum ipſa Luna, ecce conſtitutio manifeſta.

Si fuerit ſecundum Abohalez Saturnus diſpoſitor, id eſt dominus triãguli luminis conditionarij ſignat natum adepturum diuitias à vilibus, à ruſticis, ab ancillis, ſcilicet compellendo eos ad laborãdum, quia faciet poſſeſsiones, & mittet illos ad laborandum.

Quòd ſi Iupiter fuerit diſpoſitor, id eſt habeat plures iuriſdictiones in loco partis fortunæ, dabit diuitias ex commendationẽ, & baiula ſic dicit textus corruptus, dicunt aliqui ex dominio, ſed Iudæus clarius ait, quòd ſi Iupiter fuerit largitor diuitiarum, dabit illas per iudiciariam poteſtatem, per decreta, & leges, prælaturas, & viam religionis, & huiuſmodi, ſicut dicimus, quòd qui ex ſorte & fortuna adipiſcuntur prælaturas, & dignitates ab ecclesia Dei ſunt & procuratores, iudices, & fiiſcales, & huiuſmodi, ſcilicet aduocati, omnes hi ſecundum poſitionem Iouis ſunt propenſi hac via ad adipiſcendum diuitias, ſecundum diſpoſitionem Iouis, quia habet configurationem cum Marte ad furandum, ſi autem fuerit Iupiter beneficus, via religionis & prælaturæ & ſimilium.

Quaſi in idem incidit Abolaes ca.7. ſuarum natiuitatum, dicit enim, ſi Iupiter fuerit dominus trianguli luminis conditionarij, habet vim natus ex quodam dominio ex parte fidei & religionis ditari vel per conuenientiam talium hominum, ſcilicet quando adhærebit ſimilibus viris magnis, & ſic iſta via adipiſcuntur diuitias.

Quòd ſi erit Mars inquit Ptolemeus, diuitias acquiret via & ductu exercituum, ſicut via prælij & belli, vel ex regimine. idem tenet Iudæus, ſed addit, quòd ſi Mars fuerit malè poſitus, & reſpiciet ex hoſtili partem fortunæ, vel aliquam ſtellam, erit latro, ſic quòd per violentiam acquiret diuitias, vt faciunt milites noſtri temporis, qui ſunt ſacrilegi & prophani, habent hoc ex deprauata conſtitutione ſtellæ, & ſequuntur appetitum ſenſitiuum. incidunt ergo in hæc ſcelera.

Quòd ſi Venus fuerit diſpoſitrix) via coniugij, via nuptiarum, & mulierum natus ditabitur, ſicut obſeruaui in quodam noſtro Italo, qui penitus inops, contulit ſe Pariſios, vt ibi ſuam ſortem experiretur, & quia is habebat partem fortunæ in 7. q. ditãdus eſt cauſa mulierum. accepit enim viduam quandam, quæ ipſum fecit diuitem. licet enim ipſe nobilis eſſet & ductor militum, tamen erat inops. Similiter & quamplures alios vidi ratione quoque alia reſpectu mulierum diuites euaſiſſe, cum ſe adiunxiſſent mulierculis quibuſdam ſimplicibus quæ opes ſuas diſtribuunt amatoribus. & in hac parte erit felix ille amator, quia vero Ptolemæus dicit in textu (donationibus) iſto modo eſt intelligendum, quia etiam & via honeſta poterit eſſe, ſi enim aliquis inſeruiret reginæ, & huiuſmodi mulieribus magnis, poterit regina illum ditare.

Quòd ſi fuerit Mercurius diſpoſitor, vt conueniunt omnes, adipiſcetur opes & ſapientia, mercatura & induſtria, & ingenio, ſicut dicebamus, impelluntur ab inſtinctu illo vnde fortunatorum, vt ingenio acquirant opes.

Addunt Arabes, quòd ſi fuerit Sol diſpoſitor, quia Ptolemæus ſemper excluſit lumina ab his imperiis particularibus, non tamen Aegyptij, & Arabes, ſed incluſerunt etiam Solem & Lunam, ideo dixit Iudæus, ſi fuerit Sol diſpoſitor, habebit diuitias ex poteſtate, imperio, & dominio, vel vt dixit Abolaes eodem loco, à magnatibus & viris illuſtribus.

Luna autem cum fuerit diſpoſitrix, impellet natum

tum ad diuitias ex peregrinationibus: propriis manibus, & artificiis, & exercendo artes mechanicas. Si enim fuerit dominatrix in loco partis fortunæ, reddet natum propenſum ad lucrandum opes, quã do quidem ſi fuerit in nona & tertia domo per peregrinationes, ſi in medio cæli, per artes mechanicas, nobiles & inſignes. Hæc ſunt quæ habet Ptol. ad cognoſcendum cauſas, quibus poſſunt ditari homines.

Sed ego animaduerto vos, quod hæc non tam citò à cælis proueniunt, non enim proiiciunt opes & diuitias, ſed reddunt homines propẽſos, anxios, & appetentes.

Quò ad quintum locum de conſeruatione, hæc tantum dicit Ptolemæus, quod ſi hi diſpoſitores fuerint perperam conſtituti, id eſt quod ſi fuerint deprauati, vel combuſti, vel repedantes, vel extra ſuas conditiones, & ſimilitudines, vt ſi planeta diurnus in nocte ſuper terram, vel ſub terra in die, vel maſculinus in ſigno fœminino, vel in maſculino ſigno fœmininus, quia ſunt deprauati his malis, reddunt nos pronos ad amittendum omnia, quia inclinant ad malè eligendum, vnde incurremus in aliquid, ex quo amittemus opes.

Quò ad tempora, ſi fuerint orientales, dabunt in prima ætate, ſi occidentales in ſecunda ætate: addendum eſt vnum, quò ad deperditionem bonorum, quia quando fuerint ſimul Saturnus & Luna in aliquo angulorum, ſemper reddent natum in periculo amittendi opes, ſcilicet quia natus ex mala temperie Saturni erit procliuis ad malè eligendum, amittit bona, rurſus ſi ambæ ſtellæ infælices & maleficæ in ſecunda domo ſint, idem contingit.

Rurſus & ſi contingat, quod domini ſeu diſpoſitores partis fortunæ fuerint in bonis locis, vt in angulis, vel in ſuccedentibus, ſed ſint infortunati, iſte qui factus eſt diues, amittet diuitias, & decidet in paupertatem: hæc habentur ab Arabe. cap. 147.

Quò ad tempora, quia examinaui textum Ptolemæi longis obſeruationibus, & quicquid habet Abolaes & Abenrag. & Iudæi, & longis obſeruationibus habeo certiorem ſententiam Iudæorum quàm aliorum. Ptolemęus vult quod obſeruem' orientalitatẽ & occidentalitatem, quia orientales primam vitæ medietatem ſignificant, occidentales ſecundam.

Sed Arabs & Abolaes eſt author, volunt quod videamus dominos triplicitatis luminis conditionarij, & aſsignetur primo prima pars: ſecundo ſecunda pars, tertio tertia pars: ita ꝙ vita diſtribuatur in tres partes, prima ſit primi: ſecunda ſecũdi: tertia tertij domini triplicitatis. ſed inueni interdum ſic, interdum non. inueni apud Iudæum eſſe obſeruandos quatuor angulos, ſcilicet quod diuidamus vitam in quatuor partes, vel in duas, adeo quod primæ medietati vitæ ex quatuor quartis aſſignetur prima domus, ex decima ſecundæ medietati aliæ duæ quartæ ſcilicet & ſeptima domus & quarta, & hoc eſt verum & obſeruatum pluries, quia quando inuenietis hos angulos benè fortunatos, ſi erunt duo primi anguli, ditabunt in prima ætate, ſi erunt reliqui duo anguli in ſecunda ætate, è contra, ſi maleficæ ſtellæ deprauauerint has partes, aut beneficas exiſtentes in illis, erit miſeria ad tempus ſecundum diſtinctionem horum locorum. Sed hæc comprobemus experimentis.

Habemus ergo tria, videamus primo quomodo diſpoſitores partis fortunæ ſignificant diuitias, & dominus ſecundæ domus, & dominus triplicitatis luminis conditionarij. ſecundo aduertendum eſt, an per viam horum planetarum aſsignẽtur diuitiæ & opes, & per quam cauſam. Tertiò an ipſę conſeruetur per bonam conſtitutionem harum ſtellarum vel amittantur per prauam poſitionem: vltimo, an dicta Hebręorum circa quantitatem temporis & diſtributiones, ſint melius dicta, quàm aliorum.

Ad primum à viris illuſtribus incipiamus, qui à Sorte ditati ſunt, quia qui naſcuntur diuites, non habent hoc à fortuna. Annotaui genituram Xyſti Pontificis maximi: vt à ſenioribus accepi, hic fuit inops, & obſcurus, & dicunt eum fuiſſe filium nautæ, & fuit frater ordinis ſancti Franciſci: quomo- In tractatu de ſtellis fixis.
do venerit ad pontificatum dicemus infra. Sed quo ad diuitias, quomodo habuerit eas, inueni partem ſortis in tertia decamoria Capricorni in imo terrę, & diſpoſitores eius Saturnum & Martem in vndecima domo, ſed Martem matutinum: ſed ſub radiis adhuc exiſtentem & Saturnum longè à Sole, ſed occidentalem, hęc poſitio partis fortunę ſignificabat ipſum valde ditandum, quia erat in imo terræ: concordat cum Iudęis. & cum eſſet in bonis, ſignificabat ditãdum ſed tardè: quare animaduerti ad dominos ſecundæ domus, erat autẽ Mars, quia horoſcopabat in Libra: Scorpius autem erat in ſecunda, & Mars erat in vndecima matutinus ſub radiis tamen Solis: ſed id magis accepi à lumine conditionario, quia erat Sol dominus temporis: erat genitura diurna, & erat in prima decamoria Leonis: erant autem domini trianguli Sol, quia habet domum & trigonum, & Iupiter ſimiliter qui erat in domo ſua in Piſcibus. habemus ergo duos dominos fortes & potentes, ergo fuit bona conſtitutio ad ditandum Xyſtum: vt habetis in cap. 147. ab Arabe, quia ipſe inquit, cum fuerint diſpoſitores malè conſtituti, attamen ipſi ſint in bonis locis, ex pauperie & miſeria dant opes.

Quò vero ad cauſas, quæ fuit cauſa, fuit Sol principalis, ergo ex poteſtate & ex pręlaturis à Ioue, qui erat in domo propria: habuit ergo ex religione & cauſis fidei.

Quò ad tempora, quia habuit partem fortunæ in quarta cæli domo, & ſic in vltima ætate.

Habuimus poſtea Innocentium Pontificem maximum. animaduerti ad partẽ ſortis, inueni ipſam in ſeptima domo, ergo benè conſtituebatur: erat diſpoſitor Iupiter in domo propria cum parte fortunæ, ecce ſecundum Ptol. dictũ animaduerti ad dominos ſecundæ domus, & inueni Mercurium in nona domo in domo religionis, & ſexangulabatur Ioui partiliter, ergo fuit magna ſignificatio diuitiarum, & fuit in ſecunda ætate, ſcilicet ſecunda medietate vitæ, quo ad Arabes & quo ad Iudæum. Item reſpexi ad dominos trianguli, & erat Venus, quæ ſignificabat primam vitæ medietatem, ꝙ erat pauper, erat domina trianguli in principio Arietis, reſpexi ad ſecũdum dominum, & erat Luna in tertia decamoria Virginis triangulata Ioui & Marti erat in prima domo, ergo erat ditandus per viam religionis, quia Iupiter erat autor & dominus ſe-

cundæ domus in nona. Quo vero ad tempora, poſt medietatem vitæ.

Vide eius geneſin pag. 449.

Venit ad manus meas natiuitas Alexãdri Sexti, examinaui partem fortunæ, quæ erat in partibus 28. min. 46. Libræ: ergo in exaltatione & triangulo Saturni: deinde inueni ipſum Saturnum & Mercurium, quia etiam Mercurius habet ibi trigonũ, quia natiuitas erat nocturna: quare accepi ipſum eſſe ditandum, quia authores erant fortunati in Capricorno, licet Venus domina partis fortunæ coniuncta eſſet Marti, & Saturnus erat in propria domo in horoſcopo, qui dominus ſecundæ domus erat: quod idem confirmauit. Rurſus idem habetur à dominis trianguli luminis conditionarij, ſcilicet à Luna, quę erat in tertia cęli domo, & Iupiter Sol & Saturnus erant domini huius triplicitatis, qui erant in horoſcopo & in tertia cæli domo. Et quia pars fortunæ erat in nona cæli domo in linea decimæ domus, ergo in via religionis, & magis id apparet, quia Saturnus habebat configurationem cum Ioue.

*Iulij ſecundi Pontificis vera Natiuitas.*




Ivlivs ſecundus habuit in natiuitate ſua partem ſortis vt etiam examinabo, in octaua domo in ſigno Geminorum in tertia decamoria erant diſpoſitores Mercurius, & Saturnus, qui erant cum Ioue fæliciter conſtituti, & ipſi ſimul in nona domo patent, ergo quod ex parte fortunæ ditãdus erat, ex parte dominorum trianguli quia Sol erat in Cancro, erat Mars & Luna & Venus domini omnes conuenienter cõſtituti: patet etiam ex parte ipſius domini ſecundæ domus, quod ipſe erat ditandus.

Primo in via religionis, quia erant in nona cum Ioue ipſi diſpoſitores, vt in his omnibus patet, etiam ex conſtitutione eius, ſcilicet quod ſemper diſpoſitores (vt ſunt Sol, Iupiter, & Mercurius) ſua natura habẽt afferre diuitias: patet etiam tempus, quia poſt vitæ medietatem, quia erant in parte occidentali, & etiam in octaua domo pars fortunæ, ſed tamẽ quia ipſa pars erat cum Marte, diſſipauit multum ſubſtantiæ in præliis, vt reſtitueret Eccleſiam in ius ſuum.

Vide eius geneſin pag. 120.

Examinaui ſequentis Pontificis natiuitatẽ, ſcilicet Leonis X. habuit ipſe partem ſortis cum Luna quadrangulata Marti, non ergo à parte fortunę erant accipiendę diuitię non à domino ſecundę domus, quia erat in octaua domo in ſuo detrimento, nec à dominis trianguli luminis cõditionarij, quia omnes erant deprauatæ: & nunquam vidi adeo deprauatam genituram, examinaui diu, vt inuenirem eius diuitias, inueni tandem. Aquilam volantem in horoſcopo partiliter in 20. gra. Sagittarij & ſpicam Virginis in medio cęli, quia vt habetur ab Hermete, Almanſore, & Ptolemæo ſemper ſtellæ fixæ afferunt magnas diuitias propter nobilitatem, & excellentiam eorum, ſed non diu durant earum actiones, quod patet in Leone, quia in iuuẽta fuit inops, poſteą parum durauit illa fęlicitas, quia citò mortuus eſt.

Obſeruaui in genitura Clementis VII. qui fuit eques Hieroſolymitanus, & exul à patria, & nil pertinebat ad eum de diuitiis parentum: ipſe tamen habuit partem ſortis in medio cæli, ergo per Habol. cap. 9. erat habiturus magnas diuitias, & quod maius eſt, erat in 3. gra. 7. min. partiliter cũ Mercurio, ergo erat ditandus ex autoritate Ptole. Item ex ſententia Arabis dominus ſecundę domus erat orientalis & matutinus, & erat dominus trianguli Solis. Dicet aliquis, ergo habuit diuitias ex arte & ſcientia: Imo ex induſtria, nam plures qui retulerunt eius ingenium & artem fuiſſe maximã, ita quod venit ad ſummum Pontificatum, paſſus eſt propter quadratum Saturni, quia fuit bonis exutus: & quia Iupiter teſtificabatur ſecundæ domus, ergo ex parte religionis fuit ditatus quaſi in prima ætate, quia fuit Cardinalis poſtea, quia Sol reſpicit ex trigono ſeptimam & Iouem ex quadrato, ergo in iuuenta & ſenectute debuit ditari. — Vide eius geneſin pag. 120.

Sed examinaui natale Pauli III. Pontificis maximi, is habet partem ſortis in ſecunda domo, & conuenit cum ſecunda domo, quia de natura eius eſt præſtare diuitias, & pars eadem ſimiliter id habet — Vide eius geneſin pag. 204.



Digitized by Google

bet facere. Quare habemus iam duo conuenientia ad diuitias. poſtea animaduerti ad diſpoſitores, erat enim ipſa pars fortunæ in 20. parte Arietis, erat ibi regnum Solis qui erat in prima domo, & dom' Martis, qui erat in tertia in domo religionis & fine Mercurij, qui planeta erat in prima domo, ideo amauit literatos: & vltra hæc habemus Mercurium ex ſextili reſpicientem partem fortunæ. Iupiter autem eidem ſexangulatus poſt hęc Iupiter & Mercurius, quia ſunt authores diuitiarum reſpiciunt ſe ex trigono, quare habemus ex hac conſtellatione, quia hi tres, Sol, Iupiter, & Mercuri' ſunt primi authores, quod eſſet ditandus valde. Patet ex parte Iouis & Solis ex imperio, & etiam ex Marte, qui eſt in domo religionis in tertia domo ex imperio, ergo & ex parte religionis. ſecunda enim domus nihil habet, quia infortunatur à Saturno: habet tamen ex parte Solis, quod diuitiæ ſibi magis in vno tempore quàm in alio competant, quod poſſumus videre, quia in prima vitę medietate fuit Cardinalis & diues, poſtea in ſecunda medietate magis aſcendit ad fælicitatem propter Baſiliſcum in occaſu regiam ſtellam, ſcilicet cor Leonis, quæ eſt primæ magnitudinis.

Vide eius geneſin pag. 204.

Carolus quintus erat tantum dux Auſtriæ, non iure conueniebant illi tot regna, ſed fortuna adeptus eſt: habuit enim partem fortunę in ſecunda domo, & diſpoſitores erant Iupiter & Venus: Iupiter autem erat in propria domo matutinus erat, & orientalis extra radios Solis, id eſt non combuſtus: & Venus etiam in Piſcibus in ſua altitudine erat, & fortunabat partem ſortis, & Mercurius cũ Venere erat ex parte fortunę, deinde Luna, quę eſt lumen conditionale, reſpiciebat hos ex ſextili, & ipſi Ioui & Veneri ex ſextili Saturnus & Mars. Luna autem eoſdem Saturnum & Martem ex trigono: ſunt ergo diſpoſitores omnes, & bene configurati. hinc eſt quod habet diuitias ex diuerſis viis, quia Saturnus dat opes ex hæreditate, quia ſextilis Ioui per conſtitutionem in textu, & ipſe eſt in ſigno duplici, & Luna fauet eidem: quare habet regna quodammodo hæreditaria. item etiam ex imperio, ergo habet ex induſtria, propter diſpoſitionem Mercurij, propter donationem ex parte mulierum, quia ex parte filiæ, vt ſciunt omnes, item & iure armorum propter Martem.

Vide eius geneſin pag. 116.

Afferamus autem exempla ingentis fortunæ noſtri temporis. Primo Alexandrum Medicen, qui ex priuato ſtatu Florentiæ patriæ ſuæ dominium obtinuit: inde eo occiſo anno 24. currente ex inambulatiõe horoſcopi ad Saturni terminos & ad Martis trigonum in ſignis paucarum aſcenſionum (ſed hoc extra eam) Hic princeps partem habuit fortunæ in 20. parte 18. min. Geminorum in quarta cæli domo bene affecta, cuius dominus coniunctus erat Ioui in horoſcopo, & ambo bene affecti: quare acquiſiuit opes vnius imperij ipſius ciuitatis. Cauſa huius accidentis fuit Clemens 7. vt denotauit Mercurius dominus partis fortunæ cum Ioue, qui erat dominus regiæ domus: quoniam ipſe Mercuri' Iouis naturã accipiebat. Eius ſucceſſor Coſmus Medices dominatus eſt in duas Italiæ reſpub. principales, ſcilicet Florentinam & Senenſem, qui iam diu regnauit, cum legitima ſucceſio nõ aſſuerit, ſed fortuna quędã & electio ſeu fauor quadraginta ciuium. Dux iſte magnus Hethruriæ, partem fortunæ in genitura ſua tenet in Leone in 7. parte 35. min. Leonis extra radios Martis in ſeptima cæli domo bene affecta, cuius dominus eſt Sol, & eſt etiam ipſe bene affectus, quare ſecundum decreta Ptolem. acquiſiuit regnum & imperium Floretiæ & Senarum, vt vaticinatus eſt ei quidam Græcus chiromanticus, ſecundum quod dicitur à Paulo Iouio in ſuis hiſtoriis in tempore quo ipſe Coſmus erat ſimplex dominus, & priuatus patritius Florentinus.

Vide eius geneſin pag. 127.

Venio ad Emanuelem Regem Portugaliæ, qui fuit magnus Rex: habet partem fortunæ in nona domo, & habet Mercurium cum ea in ſigno Geminorum & ipſe eſt orientalis in ortu matutino, & dominus ſecũdæ domus. Mars eſt in ſeptima in ſua propria domo: ex quibus accepi quod ipſe erat ditandus ex pecuniis extraneis propter nonam domum, vnde ex regulo factus eſt rex, quia fuit primus qui nauigauit maria incognita, vnde hauſit magnam pecuniam, & ex paruo Principe factus eſt rex magnus, quamuis ipſe mortuus eſt, & nunc regnat Philippus rex Hiſpaniæ, quia eius linea defecit. Videte etiam quod dominus ſecundæ dom' Mars affirmat diuitias ex parte victoriæ, quia debilitauit Barbaros illos, & eos ſubditos ſibi fecit.

Venio modo ad Franciſcum primum, regẽ Gallorum, qui habuit partem ſortis in octaua domo, diſpoſitores eius benè poſitos, quia erat in Capricorno, & Mars in abſide ſui magni orbis, quia tunc ſunt fæliciter conſtituti. quare dicimus propter hoc ipſum adeptum fuiſſe regnum, & opes illas. Poſſem in medium adducere plures obſeruatiões, ſed iſtæ ſufficiant pro nunc, & venio ad eos, qui amittũt diuitias, & opes, poſtquã adepti fuerint eas.

Vide eius geneſin pag. 485.

Quò ergo ad conſeruationem, dicet aliquis, vnde eſt factum, quod Clemens ſeptimus amiſit diuitias, & opes, non tamen amiſit regnum, recolo dictum Albubatris, quod quando pars ſortis & dominus eius fuerit in bonis locis, ſed infortunati à maleficis vel alio infortunio, quod poſt diuitias ad pauperiem deducunt: ergo quia erat pars ſortis in 3. gra. Geminorum, Saturnus autem reſpiciebat ipſam, & eius autorem ex quadrato, ideo à vilibus & ruſticis ſpoliatus eſt. Quod autẽ recuperauerit, fuit ex parte Iouis, qui eſt culminans, & reſpicit horoſcopum ex quadrato aſpectu, & ſecũdam domũ ex trigono. eſt autem orientalis, & habet dignitatẽ in loco partis fortunæ, quia habet participationẽ trigoni in Geminis: primus dominus eſt Saturnus, ſecundus Mercurius, particeps verò eſt Iupiter.

Quòd Carolus quintus conſeruauerit opes, patet ex diſpoſitoribus benè poſitis nõ ſauciis. Quòd autem Franciſcus rex Gallorum amiſerit interdũ opes ſuas, cum ſcilicet anno 1524. circa Papiã fuit ſpoliatus, & captus, hoc eſt, quia habet partem ſortis, & dominos benè poſitos, ſed perperam conſtitutos, & Saturnus in medio cæli erat repedans in ſigno fœminino, & extra conditiones ſuas, & Soli diametrabatur, & Luna infortunabatur à Marte, quæ eſt domina ſecundę domus, ergo conueniens fuit, vt aliquando amitteret opes.

Obſeruauimus in natiuitate Ioannis filij Matthię regis Vngariæ, ipſum habuiſſe partem fortunæ in decima cæli domo, & diſpoſitores per angulos

Vide eius geneſin pag. 425.

Digitized by Google

los, ergo debebat ditari propter dicta Abolais cap. 9. Sed quia iſti diſpoſitores & pars fortunæ erant vulnerati, & ſauciati à maleficis, quia Mercurius in quarta domo ſauciabatur à Marte ex præſẽtia: quia copulabatur ei, & Mars ex diametro vulnerabat partem ſortis, quia ipſa erat in Virgine: Mercurius & Mars in Piſcibus: Saturnus vero ex quadrato aſpectu vulnerabat partem ſortis & diſpoſitorem eius, ergo amiſit opes, & diuitias, non enim ſufficit, quod ſint in bonis locis, ſed cauendum, ne maleficæ ſtellæ ſaucient eos.

*Ioannis Bentiuoli Tyranni Natiuitas.*




Venio ad quoſdam priuatos ciues & tyrannos. accepi à ſenioribus Ioannem Bentiuolum fuiſſe ciuem clarum, nobilem, & tyrannum in ciuitate Bononię, & rexiſſe ciuitatem illam tanquam Principem. hic habebat partem ſortis in ſexta domo in ſigno Arietis, quare prima fronte oſtendit ei pręcipuam fortunam (cocles tamen dixit ei, quòd expellendus erat, ſed ipſe fecit eum ſuffocare) nã domin' eius, ſcilicet Mars erat cum Sole: Venus enim domina horoſcopi erat in ſeptima domo, & Iupiter primus dominus triplicitatis illius, etiam in ſeptima cæli domo, ergo in bono loco, tamẽ quia ipſa Venus domina horoſcopi erat in detrimento & dedecore in Ariete: Luna etiam domina medij cæli ſauciabatur ex quadrato à Saturno: quare amiſit opes, & omnia bona, nam Iulius ſecundus Pont. maximus ei ademit Bononiam quam reſtituit Eccleſiæ Romanæ.

Vide inferius. Obſeruaui Genituram Ludouici Ducis Mediolani. Hic habuit partem ſortis in ſexta cæli domo in parte 7. min. 40. Virginis: ſed eius diſpoſitor erat infortunatus, quia ſub radiis Solis erat conſtitutus, & Saturnus eum reſpiciebat ex ſextili aſpectu in ſignis longarum aſcenſionum, qui quidem aſpectus æquiualet quadrato: Et pars ſortis erat in ſexta cæli domo debilis, quare amiſit opes: fuit autem ductus in Galliam, & ibi vitam finiuit.

Vide eius geneſin pag. 183. Franciſcus vltimus Dux Mediolani partem ſortis habuit in linea quintæ domus, & Luna eius domina quadrangulata erat Saturno. Vnde expoliatus eſt diuitiis & opibus: ſed poſt multas pactiones regnum paternum recuperauit anno ætatis ſuę 37. Deinde amiſit, vt inſinuat Saturnus in horoſcopo: & anno 32. ſuæ ætatis recuperauit, vt dicunt ex beneficentia Caroli V. Ego verò dico (quamuis à ſtellis nulla ſit neceſsitas) quòd hæc accidentia aduenerunt ei à Saturno, Venere, & Ioue dominis triplicitatum luminis conditionarij: quia natiuitas fuit diurna. Nam Saturnus primus dominus dictæ triplicitatis fuit in horoſcopo natiuitatis. Sed Venus reperitur in duodecima cæli domo, ideo regnum amiſit, & poſtea recuperauit, vt docet in ſua triplicitate inuentus in ſeptima cæli domo. Quare fuit fęlix, ſed iudicio meo fortunam bonam ſignificauerunt Iupiter & Mercurius in ſua triplicitate. Venus in ſuo termino, & Mars in ſuo domicilio, vt inferius oſtendemus. Quare reſtitutus fuit in regnum, & fuit ſatis fælix: vt pollicentur illi quatuor planetæ inuenti in ſuis dignitatibus eſſentialibus.

Obſer-

Digitized by Google

*Burgeſij Petruccij Senenſis Natiuitas.*




OBSERVAVI in ciuitate Senarum tres tyrãnos, primum, videlicet Burgeſium Petruccium: hic habuit partem ſortis in vndecima cæli domo in octaua parte Cancri, & habuit dominum trianguli, videlicet Martẽ in eius oppoſito: & etiam ipſe opponebatur Saturno. ſignificauit ergo eius infortunium. Huic ſucceſsit Cardinalis Raphael, cuius natiuitas non eſt apud me. Sed hic Raphael Petruccius Senenſis Epiſcopus Goſſetanus arcis præfectus Sancti Angeli, creatus à Leone X. Pontifice maximo eſt anno 1517. V. calen. Iulij Cardinalis preſbyter tituli ſanctæ Suſannæ. Obiit in Bibiano, diœceſis Senenſis 16. cal. Ianuarij anno 1522.

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 7. | 0. | ♊ |
| ♃ | 17. | 9. | ♊ |
| ♂ | 21. | 21. | ♐ |
| ☉ | 7. | 39. | ♑ |
| ♀ | 24. | 45. | ♒ |
| ☿ | 14. | 30. | ♑ |
| ☽ | 1. | 30. | ♓ |

*Franciſci Petruccij Natiuitas.*




SED poſt ipſum ſucceſsit Franciſcus Petruccius, qui habuit partem ſortis in octaua cæli domo in Ariete. Sol ergo prima fronte demonſtrabat natum diu victurum fælicem, eo quod Sol in ipſo ſigno tenebat trigonum & ſuam altitudinem, & ibi manebat: ſed hæ opes ad paucos mẽſes ei permanſerunt: quoniam Sol erat in octaua cæli domo, & Venus domina ſecundæ domus erat combuſta. Et Iupiter habens trigonum & fines ibi, erat etiam combuſtus: quare ipſe etiam amiſit imperium & opes.

Succeſsit

Digitized by Google

*Fabij Petruccij Natiuitas.*




Svccessit & Fabius Petruccius, qui fuit inſtitutus ad regẽdum ciuitatem à Clemente VII. qui habuit partem fortunæ in ſexta cæli domo, & eius dominum in quinta cæli domo, ſed in ſuo occaſu & dedecore, quoniam ipſa pars erat in Tauro, & Venus erat in Ariete. Sed Luna habebat in partem fortunæ trigonum & altitudinem quia natiuitas fuit nocturna, in culmine cæli iungebatur Saturno. Sed quia d ametrabatur Marti & Soli infœlicitabatur, ergo amiſit imperium & opes.

Dicet quiſpiam. Multi alij viri fuerunt illuſtres & diuites, qui amiſerunt regnum & non diuitias. Vnde hoc accidens accidere potuerit? Ne eadem repetamus, dico quod ſunt animaduertendi ſignificatores ſecundæ domus, ſicut patet in natiuitate Cardinalis ſancti Georgij, qui fuit valde diues. Et ſi prognoſticatio fieret ſimpliciter ex parte fortunæ, certum eſſet iudicium, quod nõ cognoſceremus diuitias illius. Sed quia habebat dominum ſecundæ domus, ſcilicet Solem in domo regia culminantem: ideo fuit valde diues. Verum tenebat in 15. grad. 32. min. Arietis fortunæ partem, cuius dominus erat Mars in ſuo detrimento collocatus; ideo ex ſola ſortis parte iudicium non erat tutum. Rurſus reſpexi ad dominos eius triplicitatis ſcilicet ad Solem, Iouem, & Saturnum, quorum duo fuerunt angulares, & vnus erat in cuſpide ſextæ domus, qui oſtenderunt ipſum fuiſſe diuitem & non pauperem.

*Laurentij Puccij Florentini Natiuitas.*




Lavrentivs Puccius ciuis Florentinus educatus in curia Romana venit ad magnitudinem diuitiarum, & dignitatum: inueni in genitura eius partem ſortis cum Luna, quæ erat propè Solem, qui erat in Leone, & deſignauit, quod ipſe ſua natura daturus eſſet diuitias. Cum animaduertiſſem ad dominos trianguli luminis, qui erant & domini horoſcopi: quia cum Sol dominus trianguli & Iupiter, vnus eſſet in ſecunda domo, ſcilicet Iupiter, & Sol in prima, & Mercurius erat dominus ſecundæ domus in corde Solis: quare adept' eſt diuitias ex his conſtellationibus.

Iſte fuit datarius Apoſtolicus, & à Leone X. Pontifice max. creatus Cardinalis anno domini 1513. 9. calendas Octobr. presbyter tituli SS. 4. Coronatorum, poſt S.R.E. maior pœnitẽtiarius, vt Sol oſtẽdit partiliter in linea horoſcopi. Obiit aũt Romæ 17. cal. Octobris 1531. ſepultus ad Mineruam.

Dominus

Dominus Antonius Puccius habebat partem Sortis in parte tertia Sagittarij, & ideo opes à parte fortunæ partim venerũt & partim à dominis eius triãguli ei contigerunt. Nã Sol dominus eius trianguli erat propè horoſcopum ad tres gradus & Iupiter erat in Sagittario in ſexta parte cõiunctus parti fortunæ: quare propter hanc poſitionem partis fortunæ ditatus eſt valde. Et quia Sol erat in libra cui dominus erat Venus, quæ fuit in vndecima cæli domo collocata, vnde habuit diuitias maximas. Iſte fuit creatus Cardinalis à Clemẽte VII. Pontifice maximo anno. 1531. Et fuit Epiſcopus Albanus maior pœnitentiarius obijt Balneoregij in Tuſcia anno. 1544. Cadauer Romã relatũ in choro ſanctæ Mariæ de minerua ſepultũ eſt.

Vlterius & Hippolytus Medices q venit ad magnã altitudinẽ & ad innumeras diuitias, fuit Nepos Clemẽtis VII. Põtificis maximi. Hic habuit partẽ ſortis in nona cæli domo in ſigno Geminorũ, cui' dñs erat Mercurius inuentus in ſeptima cæli domo in angulo in ſigno Arietis in ſuis terminis: quare dicẽdũ erat hũc virum valde ditandum eſſe: ſed quia is licet eſſet in bono loco, tamen erat ſauciatus à malefico planeta, debebat amittere diuitias: quoniam Saturnus erat in horoſcopo & diametrabatur Mercurio. Et Iupiter tertius dominus trianguli partis fortunæ erat ſauciatus à Marte ex quadrato aſpectu. Patet ergo ex his obſeruationibus vera eſſe illa dogmata aſſignata partim à Ptolemæo, & partim ab Arabibus.

Vide eī geneſim pag. 457.

## ANNOTATIONES PARTICVLARES.

### De diuitiis & facultatibus.

In hoc capite ſoleo procedere quatuor concluſionibus. Nam in prima parte quæro an natus erit diues an pauper. In ſecunda determino, vnde poſſint naſci diuitiæ. Poſtea concludo an diuitiæ ac quiſitæ poſſint conſeruari, an non. In vltima verò parte concludo tempus bonæ fortunę.

### PRIMA CONCLVSIO.

Quo ad primum, Aſpice vtrum natiuitas ſit diurna, an nocturna, vt ſcripſit Albohaly. cap. 7. Nam ſi fuerit diurna proſpicies dominos triplicitatis ſigni in quo fuerit Sol. Si autem fuerit nocturna tunc proſpicies dominos triplicitatis ſigni, in quo fuerit Luna. Qui ſi fuerint in angulis fortunati, ſcilicet atque fortes, aſpexerintque ipſos fortunæ, & eo melius atque fortius, ſi fortunæ receperint eos, ſignificant fortunã ipſius nati proſperam atque fælicem. Quòd ſi fuerint in ſuccedentibus angulorum, fortunæ mediocritatẽ indicabunt. Si vero fuerint in cadentibus, nati ſignificabunt infortunium, eiuſque malum eſſe, vitámque laborioſam. Et hæc eſt opinio omnium Arabum, vt dicunt Hermes & Almanſor ſenten. 88. ſuorum dictorum.

Aſtrologi ſentẽtijs in hoc capite & concluſione diſcrepant.

Sed hic eſt aduertendum, quòd quando dominus triplicitatis primus fuerit in quindecim gradibus primis ſigni, ſignificat, quòd natus tunc magis proſperabitur, & quanto propius fuerit circa gradũ alicuius anguli, tanto erit melior, & maior proſperitas nati. Sin fuerit in alijs gradibus anguli poſt prædictos 15. non proſperabitur tantum quantum ſuperius dixi: ſed tantundẽ erit, ac ſi planeta in ſuccedenti eſſet.

Sequuntur aliquę obſeruationes pro iſtius opinionis corroboratione.

### Natiuitas nocturna, aſcendentibus Geminis.

Sol & Venus in Leone, Saturnus ac Luna eſt in Scorpione, Mars in Aquario, Iupiter in Tauro, Mercurius in Virgne, ſignificatur in iſta figura, infortunium ipſius nati à dominis triplicitatis Lunæ, quia fuit natiuitas nocturna. Erat autẽ dominus huius triplicitatis primus Mars, ſecũdus Venus, ambo cadentes ab angulis, qui ſignificabant paupertatẽ & malum eſſe nati. Quare etiam pauper fuit natus iſte, nec habuit victũ ſuum, niſi poſt laborem.



*Natiuitas nocturna aſcendente Ariete.*




Sol & Mercurius eſt in Aquario, Luna in Sagittario, Saturnus & Mars in Scorpione, Iupiter in Cancro, Venus in Capricorno. ſignificatur fortuna ipſius nati à dominis triplicitatis Solis. Quia fuit natiuitas diurna. Erat enim dominus triplicitatis huius primus Saturnus, ſecūdus Mercurius, ambo in ſuccedentibus angulorum. Saturnus quidem in ſuccedenti angulo occidentis, & Mercurius in ſuccedenti angulo medij cæli, qui ſignificabant proſperitatem ac diuitias, & multitudinē ſubſtantiæ, Fuit ergo hic natus in te latiſſima abundans pecunijs, in ſummo honore, ac maxima proſperitate.

*Natiuitas nocturna, aſcendente Scorpione,*




Lvna eſt in Scorpiōe, Sol in Ariete, Mars in Aquario, Venus in Tauro, Mercurius in Piſcibus, Iupiter & Saturnus in Virgine. ſignificatur fortuna ipſius nati à dominis triplicitatis Lunę. fuit enim natiuitas nocturna. Domin' prim' triplicitatis Lunæ, fuit Mars, ſecūdus Venus, tertius Luna, omnes in angulis, qui ſignificauerūt proſperitatem, ſublimitatem, regnū. & ideo fuit vir iſte magnus, excelſus, & ſtabilis in proſperitate, donec corona aurea fuit poſita in capite eius, ac argentea cum margaritis, & lapidibus precioſis, ac laus eius fuit in ore omnium hominum.



Digitized by Google

*Natiuitas diurna, aſcendente Cancro.*




Sol & Mercurius eſt in Ariete, Iupiter & Luna in Cancro, Saturnus in Piſcibus, Ven' in Tauro, Mars in Scorpione. Hæc figura ſignificat fortunam nati à dominis triplicitatis Solis, quia fuit natiuitas diurna. Et fuerunt huius triplicitatis dominus primus Sol, ſecũdus Iupiter, ambo in angulis & exaltationibus ſuis, qui ſignificabant eius ſublimitatem, & fortunã, ac facultatum multitudinem, famam bonam, & laudem maximã apud reges & nobiles. Et Saturnus dominus triplicitatis tertius nõ impediebat eũ quamuis erat cadens ab angulo in domo Iouis & aſpiciebant ſe trino aſpectu, ideo ſignificabant, quòd ipſe natus fuerit honoratus & collaudatus apud reges altiſſimos.

*Natiuitas nocturna, aſcendente Cancro.*




Iupiter & Luna ſunt in Geminis, Saturnus, Sol, & Mercurius in Scorpione, Mars & Venus in Leone, ſignificatur fortuna iſtius nati à dominis triplicitatis Lunæ: quia natiuitas fuit nocturna. Eius triplicitatis dominus primus fuit Mercurius, & ſecũdus Saturnus, cadentes ab angulis, quorũ ſignificatio penuriam & paupertatẽ portendebat. Sed Iupiter tertius dominus huius triplicitatis erat in ſuccedẽti angulo medij cœli, q̃ tẽperauit & refrenauit infortunium proueniens ab alijs duobus prædictis. Fuit ergo natus iſte mediocris vitę, qualis eſt religioſorum.



Digitized by Google

*Natiuitas diurna aſcendentibus Geminis.*

Sol Saturnus, & Luna, ſit in Ariete, Mercurius ac Iupiter in Piſcib⁹, Mars in Virgine, Venus in Tauro. Conſideraui fortunam iſtius nati, à dominis triplicitatis Solis; quia fuit natiuitas diurna, cuius domin⁹ primus erat Sol, ſecundus Iupiter, terti⁹ Saturnus, omnes in angulis exiſtentes, quorum ſignificatio fortunam & multitudinem diuitiarum inſinuabat: & ideo vir iſte fuit ſublimis ac diues, habens plurimum auri & argenti.




*Natiuitas diurna aſcendente Scorpione.*

Ivpiter eſt in Libræ viceſimo primo gradu. 12. minuto. Sol in Libræ octauo. Mercurius in Scorpionis. 11. gradu. 15. minutis. Saturnus in Tauri 15. gradu. Luna in Leonis 26. grad. Mars in Virginis, 18. gradu. Pars fortunæ in Virginis. 18. grad. caput Draconis Lunæ in Tauri. 8. gradu. 40. minutis. Hæc conſtellatio ſignificat fortunam iſtius nati à dominis triplicitatis Solis, quia natiuitas fuit diurna. Cuius dominus primus fuit Saturnus, ſecundus Mercurius, tertius Iupiter. Quorum quiſque erat detrimentum alij. Saturnus enim erat in oppoſitione Mercurij, coniunctus capiti Draconis, ac cadens: Iupiter ſimiliter cadens & pars fortunæ cum Marte, & dominus partis coniunctus caudæ in oppoſitione Saturni, qui ſignificauerunt laborem & paupertatem bonorū, ac perturbationem ſenſuum, quæ ſic acciderunt huic nato.



*Natiuitas nocturna, aſcendente virgine.*




LVNA eſt in Geminis, Saturnus, Sol & Mercurius in Aquario, Mars in Capricorno, Venus in Sagittario, Iupiter in virgine. Significatur fortuna iſtius nati, à dominis triplicitatis Lunæ. Fuit enim nocturna geneſis, & erat dominus primus triplicitatis Mercurius, ſecundus Saturnus, ambo cadẽtes: qui ſignificabant paupertatem, & malum eſſe iſtius nati, & ita accidit adeo, vt vir iſte tenuis fortunæ fuerit nullis abundans rebus, niſi poſt ſudorem ac laborem. Sed quia Iupiter ac Venus erãt in angulis, ſignificauerũt ſanitatem corporis eius, ac bonã nutritionẽ & victum à regibus ac principibus multisque amicis.

*Natiuitas nocturna, aſcendente Gemino 16. gradu.*




LVNA eſt in Arietis 16. grad. Iupiter in Scorpionis 22. Venus in Scorpionis 13. gradu. Saturnus in Piſcium 15. grad. Mercurius in Scorpionis 21. Sol in Sagittarij 9. grad. Mars in Sagittarij 19. gr. Caput Draconis in Capricorni 23. grad. pars fortunæ in Aquarij 9. grad. ſignificabatur fortuna iſti⁹ nati, à dominis triplicitatis Lunæ. Quia fuit natiuitas nocturna. Cuius domin⁹ primus Iupiter, ſecundus Sol, ambo cadẽtes ab angulis in ſigno ſextæ, qui inſinuabant ſignificationem laboris nati ac paucitatis bonorum. Deinde aſpexi partem fortunæ, & inueni eam in ſigno nono, domino ſuo eã non reſpiciente, quæ conſtellatio etiã laborem & egeſtatem ſignificabat.



Digitized by Google

*Natiuitas nocturna aſcendente Tauri 21.*




Per hanc figuram ſignificatur fortuna iſtius nati à dominis triplicitatis Lunæ, quia natiuitas fuit nocturna, cuius dominus primus Mars, ſub radijs Solis in quadrato aſpectu Saturni, qui ſignificauit laborem & anxietatem nati in prima tertia vitæ eius. Secundus autem dominus triplicitatis erat Venus, & ipſa domina aſcendentis in angulo, orientalis, & augmentata numero, ſignificans proſperitatem & bonum eſſe nati poſt laborem. Decernunt etiam Iupiter & Mercurius, qui ſunt in ſigno ſextæ deſcendentes ad quintam, à parte fortunæ proſperitatem, & bonum ſtatum nati. Atque ita accidit nato.

*Natiuitas nocturna, aſcendente ſecundo grad. Libræ.*




Hæc figura ſignificat fortunam iſtius nati à dominis triplicitatis Lunæ. Fuit enim natiuitas nocturna, cuius dñs primus erat Mars, ſecũd' Ven', ambo cadentes in ſexta, & tertia: qui ſignificabant malum eſſe nati. Sed Luna, quæ erat luminare temporis, erat in medio cæli, ipſa quoque domina triplicitatis poſtrema, & pars fortunæ de natura Veneris, ſignificabant pulchritudinem, & bonum eſſe nati in fine vitæ ſuæ. Quandocunque enim ceciderint domini triplicitatis luminaris, cuius fuerit dominium, aſpice partem fortunæ, quia ipſa ſignificat res maximas & excelſas, quando coniuncta fuerit Ioui, vel Veneri, vel eiſdem applicans radijs.



Digitized by Google

*Natiuitas diurna, aſcendente Cancro.*




HAEC figura ſignificat fortunam iſtius nati quæ accipitur à dominis triplicitatis Solis. Erat enim natiuitas diurna:& erat Sol dominus triplicitatis primus in exaltatione ſua, in medio cæli, applicatus Saturno, nec receptus ab eo, & Iupiter dominus ſecundus, & dominus medij cæli fuere cadentes in ſigno ſextæ. Saturnus autē dominus tertius, in exaltatione ſua, ſignificabat nato proſperitatem in fine vitæ ſuæ. Aſpexi porrò iterum partem fortunæ, & inueni eam in ſigno Sextæ iunctam Ioui, & Lunam in medio cæli à parte fortunæ. Qui ſignificauere fortunam à medio vitæ, vſque ad finē eius.

*Natiuitas diurna, aſcendente Capricorno.*




HANC natiuitatem dicit Cardanus fuiſſe cuiuſdam viri benè fortunati & cauti:& dicit quod Iupiter erat in quadrato Solis ad vnguem & cum mutua beneuolentia:& Luna in prima cæli domo, & Mercurius Soli iunctus erat: quæ conſtellatio ſignificabat huic nato diuitias maximas, honores, legatiores, potētiam, magiſtratus, rationemque firmam & illuſtrem. Verum hoc iudicio meo ſignificauerunt domini triplicitatis luminaris conditionarij: qui quidem fuerunt Venus in ſua triplicitate in ſeptima cæli domo, Mars in domo ſuccedenti angulo & in ſua triplicitate, & Luna in prima cæli domo:& Iupiter in ſecunda cæli domo. Hoc relinquo iudicio lectoris. Quapropter dicerem quòd in hac natiuitate fuerūt quatuor planetę in ſuis dignitatibus eſſentialibus: videlicet Saturnus, in ſuo domicilio: Iupiter, Mars, & Venus in ſua triplicitate, qui profectò oſtenderunt habuiſſe hunc natum diuitias maximas, & potentiā ſupradictam. &c.

*Natiuitas diurna aſcendente Tauro*




IDEM habetur in natiuitate quiuſdam benè fortunati, vt narrat Cardanus, qui quidem habuit magnam in ciuitate autoritatem & poteſtatem gladij: & fuit literis Græcis ac latinis eruditus. Hic habuit Saturnum in ſuo domicilio, Iouem, Martem, & Venerem in ſua triplicitate, qui quidem maximas dederũt huic nato diuitias & honores: & hanc fortunam non habuit à dominis triplicitatis Luminis temporis: videlicet à Venere, quæ fuit in ſexta cæli domo, & à Marte in quinta & à Luna in quarta cæli domo. & hoc habetur ex opinione mea, vt infra patebit.

## SECVNDA OPINIO.

Alia opinio eſt Ptolemæi tract. 4. cap. 1. Quoniam ipſe dicit, fortunam ac proſperitatem nati conſiderari debere ex loco partis fortunæ & ex eius planetæ diſpoſitoribus. Cùm enim locus partis fortunæ in loco conuenienti figuræ repertus fuerit, pollicetur nato magnam fortunam, maximè ſi luminare temporæ prædictum locum aſpexerit, aut ſi prædictus locus in partibus fortunarum repertus fuerit radiationibus eorum fortificatus.

Diſpoſitores etiam partis fortunæ diligenti ratione inueſtiga, quam vim obtineant, & quomodo in figura ponantur: ſcilicet an ſint in ſignis propriç naturæ, vel alienæ. Si enim gubernatores, ſiue diſpoſitores partis fortunæ fuerint in loco conuenienti, fortes, nõ impediti, in propriis domiciliis, aut exaltationibus conſtituti, maxime ſi etiam luminaria eis teſtificentur ratione ſimilitudinis, aut aſpiciant benigno aſpectu, genituram admodum fælicem, & nato multas diuitias decernunt.

## TERTIA OPINIO.

Dixit Alchindus. Vide Almuten ſuper domum ſecundam, & ſuper partem fortunæ, & ſuper locum Iouis, & ſecundum ſtatum illius iudicabis de ſubſtantia & paupertate. Hæc opinio verificatur in natiuitate Pauli 3. pontificis, qui Martem habuit almuten ſupra loca prædicta in ſua triplicitate exiſtentem benè poſitum. Deinde obſeruaui quod quando dominus nonæ cæli domus fuerit in tertia cæli domo efficere ſolet Cardinales, & Pontifices. Hanc natiuitatem vide ſuperius cap. 6. lib 3.

## QVARTA OPINIO CHALDEORVM.

Pro fortuna vel miſeria nati conſidera luminaria & eorum diſpoſitores. Quòd ſi hi ſignificatores ex toto vel maiori parte fuerint in propriis domiciliis, aut altitudinibus ſuis, vel in receptione mutua ex iiſdem & principalibus dignitatibus, atque etiam in optimis cçli locis, vt in decima, prima, vndecima, ſecunda & quinta, fortunam & ſucceſſus ſecundos in vita ſignificant. Contrarium portendunt, cùm ſunt peregrini, vel in caſu, aut detrimento ſuo, & in locis cæli calamitoſis, vtpote in ſexta, duodecima, vel octaua domo. Sed mediocritas colligetur, cùm pars ſignificatorum eſt in ſuis dignitatibus, & benè affecta, pars fortunæ extra ſuas dignitates & male affecta: aut cùm ſignificatores fuerint quidem in dignitatibus ſuis, verum in locis abiectis figuræ cæli, è contra diſſimilem fortunam, inconſtantem, & inæqualem portendunt, ita vt in aliis vitæ partibus fælix ſit natus futurus, in aliis rurſus infælix & infortunatus. Item modò in eadem re fortunatus, modo infortunatus.

## QVINTA OPINIO.

Abenragel parte 4. capit. 12. ita dicit: Aſpice primum dominum triplicitatis domus ſubſtantiæ, & ſi eum inueneris in ſuo curſu, & in bono ſtatu, firmum in angulis, aſcendentem in circulo ſuæ augis, auctum lumine ac numero, & rectum à domino domus ſuæ, vel in domo ſui termini, planetis ei dantibus lumen ac potentiam, ſignificat quòd natus ille diues erit ac abundans ſubſtantia, & quanto magis procedet in ſua vita, tanto creſcet ei ſubſtantia eius, & melior fiet ſtatus eius, & augebuntur eius diuitiæ, honor & bonũ. Sed ſi fuerit in ſtatu diuerſo à iam dicto, ita quòd ſit remotus, cadens, & infortunatus, erit pauper, & miſer, mendicus, & manifeſtæ paupertatis & vilis.

Etiam ſi ſecundus dominus triplicitatis domus ſubſtantiæ fuerit fortunatus, & fortis, & in loco dignita

tis

tis ſuæ receptus à planetis aſpicientibus eum, & conuenientibus cum eo, ſignificat quòd natus erit bonæ & abundantis vitæ, & dabitur ei bonum de ſubſtantia ſua, & bonum faciet de illa omnibus adhærentibus ei. Sed ſi fuerit in diuerſo ſtatu à ſupra dicto, erit natus anguſtæ vitæ, pauper, & vilis valde, & habebit victum ſuum ab hominibus petendo, & erit magis famelicus quàm ſatur.

### *SEXTA OPINIO.*

Vna pars ſapientum dicit, Quòd ſi ſcire volueris nati fortunam, aſpice gradum coniunctionis, vel oppoſitionis præcedentis natiuitatem, & ſi gradum hũc inueneris applicantem fortunis, & dominum eius aſpicientem ipſum gradum, iudica dominium, regnum & diuitias illi nato. Sed ſi fuerit cõtrarium eius, quod diximus, contrarium iudica.

### *OPINIO AVCTORIS.*

Si de fortuna, vel miſeria nati in genere iudicare voles, & deſideras ſcire, vtrum natus in maxima parte vitæ, conſiliorum & negociorum ſuorum ſecundã fortunam & ſucceſſus fœlices ſit habiturus, conſidera genituram, ſi in ea quatuor, aut plures planetæ conſtituti reperiantur in dignitatibus eſſentialibus, illuſtrẽ, ſplendidam & manifeſtam fortunam nato ſignificãt, eumque fore in maxima vitæ & actionum ſuarum parte, & pluribus rebus fortunatum ac fœlicem.

## *Matthiæ Regis Ungariæ Natiuitas.*




Talis fuit conſtitutio in themate potentiſſimi Regis Hungariæ, Matthię Huniadis, qui quatuor Planetas habuit in mutua receptione ex dignitatibus eſſentialibus. Et quanquam calamitatibus initio premebatur, tamẽ ita emerſit, vt ex carcere ad regiam dignitatem euectus, non tantum Imperatori Friderico Auſtriaco, ſed & Turcis formidabilis fuerit.

Hic mortuus eſt Viennæ apoplexia, & obſeruandum quod anno 14. ętatis ſuæ vnà cum fratre fuit incarceratus, vt inſinuat dominus horoſcopi in ſexta cæli domo: frater eius ſupplicio eſt affectus, ipſe magna pecunia liberatus ad regnum Hungariæ peruenit.

Cõtrà quãdo totidẽ planetæ in ſuis detrimẽtis aut deiectionibus conſtituuntur, abſque mutua receptione ex dignitatibus eſſentialibus, vel ſi totidem prorſus peregrini fuerint, hi magnis in vita impedimentis conflictantur. Sic Ioannes Friderici princeps Elector, qui ſingulari fato à Carolo. V. Imperatore captus, electoratus dignitatem amiſit. habuit tres planetas, in ſuis detrimentis, & vnum planè peregrinum.

Vide hanc natiuitatem ſuperius De periculis.

Talis fuit natiuitas Mauritij Ducis Electoris Saxoniæ, cui quatuor Planetæ in proprijs domicilijs conſtituebantur. Vide eī geneſim pag. 181.

Talis fuit natiuitas incliti principis Electoris Auguſti, qui ſolum Mercurium habuit peregrinum, & omnes alij Planetæ conſtituebantur in dignitatibus eſſentialibus. Vide eī geneſim pag. 361.

Hic

*Ioannis Scheirindij Natiuitas.*




Hic vir ex alto faſtigio in magnas calamitates incidit. Ipſe enim habet oēs planetas conſtitutos in ſuis dignitatibus eſſentialib⁹, quare ſemper habere debuerat maximas diuitias, & nunquam incidere in calamitatem. Verum hoc accidens natum eſt à Saturno, qui reperitur in quarta cæli domo in ſuo detrimento, quiquidē ſignificare videtur, quòd natus proſperari non potuerat in rebus immobilibus, imo pati debuerat deſtructiōes ædificiorū, & terrarū & theſaurorū ſuorū. Qua propter ipſe natus deſtruxit id quod habuit, & patrimoniū amiſit, & factus eſt pauper. Rurſus in duodecima cæli domo maior pars planetarū inueniuntur qui ſunt debiles & ſine fortitudine: & ideo cauſa inimicorum perdidit multa & habuit contradictiones maximas, & ſpes eius remanſit ſine ſuo effectu, ſatis impedita.

## SENTENTIAE ALIORVM.

Aphoriſmi ſpeciales de diuitiis.

Stellæ fixæ dant dona grandia & ex paupertate ſubleuant ad ſublimitatem quam non eleuant ſeptem planetæ. Almanſoris ſent. 27.

Valde diuites erunt & diuitiis abundabunt, magníque erunt nominis, quibus dominus ſecundæ domus fuerit in exaltatione ſua, vel domo, iens ad dominum Aſcendentis, maximè autem ſi fuerit Iupiter. Almanſoris ſen. 103.

Cauſa fortunij ac proſperitatis ſunt dominus domus Solis, dominus domus Lunæ, dominuſque Aſcēdentis orientales, ſi ſint in angulis & aſpiciant ſeſe ex bonis locis, id eſt, ex trigono, vel ſextili. Almanſoris ſententia 101.

Luna ſi in octauo domo in genitura nocturna ſolū modo fuerit inuēta, (eo ꝙ nulla ſtella in hoc loco gaudeat, niſi ſola Luna) & ſi creſcēs fuerit ſic poſita ſine ſocietate, vel radiatiōe maleuolarū ſtellarū & Iouē hexagono vel trigono reſpexerit in domo ſua, aut in domo Veneris aut Martis, aut in domo Iouis conſtituta, aut in finibus earum, quas diximus ſtellarum, maximas decernit facultates, & vltra modum diuitias. Iulij Firmici ſententia, ca 22. lib. 2.

Cùm fuerint luminaria coniuncta, qui tunc naſcitur, erit fortunatus in acquiſitione ſubſtantiæ: quia illi pars fortunæ eſt in horoſcopo. Si autem luminaria ſunt oppoſita inter ſe, qui tunc naſcitur, erit ſimiliter fortunatus, quia pars fortunæ eſt illi in ſeptima domo. Leopoldi ſententia tract. 7.

Iupiter ſi fuerit in aliquo angulorum, vel poſt angulum, & orientalis à Sole, & poteſtatem habens ſuper orientem, diuitiarum multarum poſſeſſorem ſignificat. Iudæorum ſententia in ratione ſecundæ domus.

Iupiter in ſeptem partibus primis Arietis, magna bona præſtat natis.

Iupiter autem ſemper valde potens in genitura, bonum aliquod ingens pollicetur.

Iupiter in ſecunda domo, vel Luna in prima, aut in prima Iupiter in ſua dignitate, vel Luna ſimili modo in ſecunda, diuitias præſtant.

Iupiter in domo vndecima ſi fuerit directus & fortunatus, fortuna magna & laudabilis erit.

Sol in Leone in Aſcendente natiuitatis, & Luna in Tauro fortunat multum. Leop. tract. 7.

Sol in medio cæli in ſigno igneo, & Luna in eius trino aſpectu fortunat multum. Idem.

Sol ſi in angulo exiſtens vim ſuam domino Aſcendentis dederit fortuna magna & laudabilis erit. Similiter ſi dominus horoſcopi vim ſuam Soli exiſtēti in angulo dederit, fortuna magna, & laudabilis erit. Abrahami ſent. in ratione ſecundæ domus.

Sol quando in natiuitatibus diurnis, vel Luna in nocturnis fuerit in dominibus fortunatorum, & maxime in Sagittario vel Piſcibus, & Iupiter fuerit in bono loco, & in bono ſtatu ab horoſcopo, & dominus domus ſubſtantiæ liber ab omni infortunio, habebit natus diuitias magnas, magnam ſubſtantiam, abūdantiam & ſublimem gradum, ſententia Abenrag. cap. 12. par. 4.

Venus ſi fuerit in vndecima domo, non lucrabitur natus, niſi parum, & occurrent ei cogitationes poſt omne lucrum. Auenaris ſententia in ratione 11. domus.

Venus ſi ſit in domo quinta, & in domo prima poteſtatem habens, ſignificat ſubſtantiam. Iudeorum ſentent.

Venus aut Iupiter ſi in ſecundo loco fuerint, diuitias dabunt.

Luna ſi in Tauro in ſecunda domo, à Iouis quadrato ſeparetur vel oppoſito, ad Solis trinū iens, natus non obſcuras acquiret diuitias,

Planeta beneficus ſi fuerit in horoſcopo, aut cum domino aſcendentis, & non in domo caſus, ſignificat

Digitized by Google

cat fortunam in acquiſitione ſubſtantiæ.

Planeta beneficus ſi fuerit dominus quartę, fueritque in domo prima, ſignificat natum fore diuitem & abundantem in diuitiis.

Planeta aliquis ſuperiorum trium orientalis à Sole, vel aliquis inferiorum occidẽtalis non combuſtus & ſub radiis, ſiue ſit planeta beneficus, ſiue maleficus quando fuerit, ſignificat vt ſupra.

Planetas multos ſi inueneris in aliqua natiuitate in exaltationibus ſuis, iudica natum fore diuitem, & abundantem in diuitiis.

Pars fortunæ ſi fuerit in oriente, & dominus eius eam reſpiciat, ſignificat natum fore diuitem & potẽtem in ſubſtantiis.

Pars fortunæ ſi fuerit potens & fortunata, & in bono loco, & aſpexerint eam domini triplicitatum ſuarum de bonis, & fortibus locis, ſignificat quòd natus erit acquiſitor ſubſtantiæ, diues, potens, abundãs, fœlix & fortunatus. Sed ſi fuerit infortunata, permutabitur & diuerſificabitur eius ſtatus, & feret modo indigentiã modo abundantiam & diuitias, & accidẽt ei labores & anxietates in lucrando & perquirendo ſubſtantiam. Abenragelis ſententia capit. 12. par. 4.

Pars fortunæ quãdo fuerit in domo fortunæ & in forti loco ab aſcendente, & aſpiciat eã dominus ſuus à loco bene affecto, & fuerit in aliqua ſua dignitate, & Luna recepta fuerit à domino ſecundæ domus, ſignificat quòd natus erit diues ac abundans ſubſtantiarum, in claro gradu, vita bona viuet, & viuent alij cum eo, & aſſociabunt eum ſibi, & alij diuites fient per eum. Sed quando pars fortunæ fuerit cadens & in malo loco, vel fuerit in radiis Solis, aut in radiis infortunij, & dominus eius in loco peregrino, & domi nus ſecundæ domus non aſpexerit aſcendens, natus erit laborioſus, & pauper, anguſtam & miſeram vitã viuet, & mendicus. Idem vt ſup.

Si partem fortunæ in angulo reperies, ac dominũ eius fortem ac potentẽ, dic quòd natus diuitias plurimas habebit.

Si diſpoſitor partis fortunæ fuerit fortuna, largitatem & affluentiam diuitiarum pronunciabis, de quibus natus gaudebit, & bene ſibi faciet.

Pars fortunæ in prima domo vel in ſeptima ſignificat quòd natus erit fortunatus in acquirendo ſubſtãtiam multam, accumulatione. At ſi fuerit aliqua ex infortuniis in prima, vel ſeptima domo in loco partis fortunæ, ſignificat perditionem atque deſtructionem ſubſtantiæ nati. Guidonis Bonati ſententia par. 1. cõſideration, 123.

Pars ſubſtantiæ vel lucri quãdo ceciderit in domo ſubſtantiæ, natus erit potens in lucrando ſubſtantiã, & ſciendo mores, & modos lucrandi eam, maxime ſi fuerit in termino Iouis, qui eſt maior ſignificator ſubſtantiæ. Et ſi fuerit fortunata & fortis, natus erit diues, & lucrabitur, ac congregabit ſubſtantiam, & erit acutus & ſapiens in acquirendo & lucrando eam, & erit fortunatus. Quę pars accipitur die ac nocte à domino domus ſecundæ in gradus domus ſubſtantię, & proiicitur ab horoſcopo.

Planetæ, qui dant grandes diuitias, tres ſunt, videlicet, Iupiter, Sol, & Mercurius. Almãſoris ſentẽtia 90.

Dominus decimæ domus ſi in Oriente extiterit, eúmque nec combuſtum, nec retrogradum planeta beneficus reſpiciat, ſignificat natum fore diuitem.

Quando fortunæ in angulis, & mali cadentes fuerint, ſignificatur proſperitas nati. Albohaly ca. 7.

Quando Luminaria fuerint in bono eſſe, ſignificant fœlicitatẽ, & preciũ altitudinis nati. Idẽ vt ſupra.

Quando dominus aſcendentis, & Luna in angulis fuerint liberi à malis & impedimentis, & quod applicuerit ſe planetis in angulis, promittunt nato proſperitatem, maximè ſi fuerint recepti. Idem vt ſupra.

Quando dominus aſcendentis applicuerit luminaribus, & ipſa reperiantur in exaltationibus, vel domibus ſuis: vel ſi luminaria ſe applicuerint domino aſcẽdentis & ipſe fuerit in exaltatione, vel in domo ſua, ſignificant fortunam nato in tota vita. Idẽ vt ſupra.

Quando pars fortunæ, & dominus eius liberi à malis, & orientales ex angulis aſpexerint aſcendens, ſignificant fortunam nati durabilẽ, & magnitudinem precij, æſtimationiſque eius. Sin verò ijdem ſignificatores cadentes impeditique fuerint, minantur nato laborem & paruam proſperitatem, maximè verò ſi non aſpexerint aſcendens. Idem vt ſupra.

Quando fuerit Sol in natiuitatibus diurnis, & Luna in natiuitatibus nocturnis, ſeparat⁹ à malis, & applicuerit bonis planetis, ſignificat bonũ eſſe nati, & exaltationem eius poſt laborem: Idem vt ſupra.

Quando domini triplicitatis Lunaris (ſi modo ea dignitatem habuerit) fuerint cadentes, applicati planetis, in exaltationibus ſuis domibuſque exiſtentibus ſignificant fortunam nati poſt laborem. Idẽ vt ſupra.

Quando Luminaria fuerint impedita, abſque aſpectu fortunarum, ſignificant bonum eſſe nati poſt laborem. Idem vt ſupra.

Quando domini horoſcopi fuerint cadẽtes ab angulis, applicãtes tamen planetis in angulis, ſignificãt proſperitatem poſt laborem Idem vt ſupra.

Quando dominus horoſcopi fuerit cadens, & in deſcenſione ſua & applicuerit ſe planetę, qui fuerit in domo, vel exaltatione ſua, ſignificat proſperitatem conſecuturam poſt labores Idem vt ſupra.

*Aphoriſmi memorabiles, an natus ſit futurus diues, an pauper, ex ſtellis fixis.*

Iupiter vel Venus, vel Luna coniuncti cum parte fortunæ fortes, & in bono loco cæli, copiam diuitiarũ ſatis magnã decernunt: præſertim ſi accedat ſtella aliqua regia, aut ſi Iupiter, Venus, Luna cum parte fortunæ fuerint in proprijs domicilijs aut exaltationibus aut ſeſe ex ijsdem cum alijs recipiant.

Idẽ præſtat dominus partis fortunæ benè affectus, cum ſtella fixa regia, in bono cæli loco, vel in ſua dignitate eſſentiali, vt pote domo vel exaltatione, coniunctus beneficis, aut alteri luminari, vel in mutua receptione ex ijsdem dignitatibus, cum beneficis aut luminaribus, aut Luminarium diſpoſitoribus.

Dominus ſigni, vel exaltationis ſecundæ domus receptus ab altero luminari, vel alterius luminaris diſpoſitor

Digitized by Google

diſpoſitore, altero eorum primam, vel ſecundam occupante, diuitiarum affluentiam ſignificat, quæ propria nati induſtria, maxima ex parte augebuntur & creſcent. Quod ſi dominus hoc modo affectus fuerit in ſeptima, ex coniugio, & ſignificationibus ſeptimæ. Si in decima à magnis viris, Principibus, item Magiſtratu aliquo venturas diuitias decernit. Idem de reliquis domibus iudicetur.

Idem facit dominus ſigni vel exaltationis ſecundę domus, in propria dignitate eſſentiali, vel ab alio receptus ex eadem, & in bono loco cæli. Quòd ſi domino ſigni vel exaltationis, ſtella quædam fixa acceſſerit regia, eò ſignificatio diuitiarum euidentior erit.

Dominus ſigni vel exaltationis primæ aut ſecūdæ, receptus à domino ſigni Medij cæli ex propria dignitatę eſſentiali, & in bono cęli loco cōſtitut⁹, ac alteri Luminariū, vel cōiunct⁹ vel benignè cōſtitut⁹ præter honores & dignitates maximas, ac beneuolentiā magnatum ſingularē, etiā diuitias affluentes decernit: & ſignificationes magnæ & excellentis dignitatis, & fortunæ plerumque coniunguntur, cùm acceſſione inſigni facultatum, & ecōtra. Quò d ſi igitur ſignificationes tenues appareant diuitiarum, dignitatis verò & honoris magnæ ſint, propter talem conſtitutionem, vis ſignificationis opum magis etiam intenditur, & contrà propter cauſam expoſitam.

Malefici cōiuncti parti fortunæ potenti in ſuis dignitatibus eſſentialibus aut recepti ex ijſdem, in bono cæli loco diuitias quidem promittunt, ſed maiori cū difficultate & inconſtantia. Quòd ſi Saturnus hoc modo coniunctus fuerit parti fortunæ, reddit ſordidos, parcos, auaros ac tenaces. Sed malefici obſidentes partem fortunæ, aut dominum eius extra ſuas dignitates eſſentiales aut receptiones, nunquam ad facultatem colligendi opes emergere ſinunt ſed magis amiſſionem, ac diſſipationem, præſentium facultatū, obærationem & paupertatem decernunt, præſertim ſi acceſſerit aliqua ſtella fixa malefica, qualis eſt caput Meduſæ.

*Thema Alberti Marchionis Caſimiri filij.*

Sic in genitura Marchionis Alberti Caſimiri filij, Venus domina partis fortunæ ac ſecundæ domus, in ſuo detrimento, ſub radijs Solis, & à Marte per diametrum afflicta, decernit ei non tantum amiſſionem ſui principatus, ſed etiam obærationem, aliaque grauiora incommoda.




*Antiſcia planetarum.*

| | | |
|---|---|---|
| ♄ | 5. 28 | ♒ |
| ♃ | 5. 46 | ♐ |
| ♂ | 25. 8 | ♍ |
| ☉ | 12. 45 | ♍ |
| ♀ | 27. 57 | ♍ |
| ☿ | 5. 16 | ♍ |
| ☽ | 2. 46 | ♍ |

Fidicula in ſecunda domo, vel Ioui, vel Veneri aut Sorti permixta, immenſas promittit diuitias.

Dexter humerus Orionis, aut Aurigæ cum Ioue amplam fortunam, & facultatum acceſſionem.

Spica Virginis cum parte fortunæ eadem ſignificat.

Regulus cum parte fortunæ eadem denotat.

Arcturus cum Ioue diuitiarum affluentiam promittit.

Saturnus cum Arcturo, rerum profligationem decernit.

Saturnus cum Spica Virginis mendicitatem minatur.

Gorgonium, ſiue caput Meduſæ cū parte fortunæ diuitiarum confiſcationem, aut rerum diſſipationem portendit.

Hic

*Maximiliani Stampæ Natiuitas.*

Hic vir tenet ſortis partem in 8. grad. 20. min. Leonis benè affectũ, & dominum eius ſimiliter, cuius eſt Sol in ſeptima cæli domo inuentus: deinde, dominus ſecundæ domus eſt benè collocatus, eſt in ipſa domo, & Iupiter in quadrato ad vnguem Solis in angulo exiſtentis, & cum mutua beniuolentia in ſignis permutatis ſuarum exaltationum, & Luna in prima domo, & Mercurius Soli eſt iunctus, hæc conſtellatio diuitias maximas, honores, legationes, potentiam, magiſtratus, rationémque firmam & illuſtrem præſtat. Quare à Franciſco Sfortia Duce Mediolani factus eſt diues vt ſupra dixi. Caput verò cum Saturno domino aſcendentis cautum valde & præditum conſilio recto oſtendit: quamuis plurima pericula ei intulerit Venus in ſeptima in ſuo dedecore inuenta, inclinauit eum ad Venerea, & Mars in octaua cæli domo dedit ei mortem velocem. Et Sol cum Aſinis ſignificauit oculorum detrimenta.




Hic vir fuit valde diues & honoratus, vt refert Cardanus 73. ſuarum natiuitatum. Habuit ipſe partem ſortis in regia domo, cuius dominus fuit Saturnus in culmine cæli inuentus benè affectus, qui ſignificabat ex ſuo opificio eum congregaturum maximas diuitias & ex hæreditate mortuorum ſimiliter. Hic literis Græcis ac latinis eruditus, magnam in ciuitate Mediolanenſi habuit authoritatem, vir iracundus, ſed non adeò malus, pro temporum conditione: præſtat hoc Luna iuncta Ioui, & Venus capiti Draconis, cum ſint domini aſcendentis, eadem Venus in ſexta cum nodo, in aqueo ſigno, podagra enodes facit articulos. Luna cum corde Leonis, perpetuam dat gladij poteſtatem: & quia Luna iuit ad Solis quadratum, & Iupiter cum Saturno in oppoſito, ſignificat ingentia pericula, & inimicos, & quia Iupiter eſt cum Luna, & ſtellis de natura pluuiarum, ſignificat diuitias ex aquoſis, & ſignificat etiam multitudinem filiorum: Habuit enim duodecim filios: mortuus eſt igitur in dignitate ſuę vitæ anno 52. die 29. Octobris ex morbo laterali, & longa ægritudine.



*Geneſis cuiuſdam qui ſortis cum eſſet infima, admodum fuit fortunatus. Ex Cardano.*




OMNES Planetæ in hac geneſi ſunt in trina radiatione Mercurij & Veneris, cum Saturno & Marte, & omnes hi cum Luna. Et rurſus Sol cum Ioue. Ideo ex pauperrimo euaſit ditiſſimus, cum dignitate & potentia. Principibus & Regibus fuit notiſsimus. Peregit multa itinera. Quia Luna eſt peregrina in nona cæli domo. Verum Fortunam iſtius cōſideraui an eſſet à parte ſortis an nō: inueni tamen eam fuiſſe cum Saturno & Marte infortunatam, & ideo à parte ſortis non potuit diues eſſe, quamuis dominus eius fuiſſet in horoſcopo. Reſpexi ergo ad dominū ſecundæ domus, & ipſum inueni benè affectum in horoſcopo placticè coniunctum Mercurio, qui eſt dator maximarum diuitiarum ſecundum decreta Almanſoris ſententia 90. ſuorum dictorum. Quare eius diuitiæ ei contigerunt à Venere, ex obſeruationibus Arabum.

*De natis mendicis.*

Non congregabit pecuniam, nec theſauriſabit niſi ille cuius aſcendētis dominus, & dominus quartæ fuerit idem planeta: ſicut non lucrabitur pecunias, nec diuitias, nec viuet ſplendidè, niſi cuius dominus aſcendentis, & dominus decimæ fuerint idē. Almanſoris ſententia 20.

Cùm duæ infortunæ fuerint in gradu quartæ domus, & in eodem termino, erit natus infortunatus, & valde miſer. Almanſoris ſententia 121.

Cùm fuerint anguli aſcendentis ſigna mobilia & duæ infortunæ in angulis, miſera erit omnis vita nati. Almanſoris ſententia 123.

Non eſt bonus Sol, neque Mars, neque Saturnus in ſecunda domo in aliqua natiuitate, nec inde natus bonum habebit, quia Sol deſtruit planetas, & aufert eis lumen. Et Mars eſt ſignificator impedimentorum, & laborum, & defectus ſubſtantiæ. Et Saturnus ſignificat vacuitatem, paupertatem & indigentiam. Aben. ſent. cap. 12. par. 4.

Dominus domus ſubſtantiæ ſi fuerit combuſtus cum magna læſione partis fortunæ, ille natus qui fuerit in tali conſtellatione & ſtatu, non habebit quo ſibi ſubueniat, laborioſus erit, & vitam viuet vilem, & miſeram, & anguſtam. Idem vt ſupra.

Dominus horoſcopi quando ſeparatus fuerit à domino ſecundæ domus, ſignificat quòd natus modicum perquiret ſubſtantiæ, & erit contentus in eo quod habet, & expectabit benignè quod ad ſe perueniet quietè. Idem vt ſup.

Pars fortunæ quando fuerit cadens ab aſcendente, & non aſpiciat ibi luminare temporis, & eius dominus fuerit debilis & infortunatus, ac remotus ab angulis, & non aſpiciens partem fortunæ, & dominus domus ſubſtantiæ fuerit ab infortuniis malè affectus, vel à radiis Solis, ſignificat quòd natus erit pauper, miſer, nec lucrari poterit victum ſuum completum, & fortè viuet ex eleemoſynis. Idem vt ſupra.

Dominus ſecundæ domus ſi fuerit ſeparatus à domino aſcendentis, ſignificat quod habebit natus magnam voluntatem perquirendi ſubſtantiam, & erit multum ſollicitus in hoc, & propter illud ſe plurimum fatigabit, tamen non erit fortunatus in eo, & vix applicabit ad id quod petit, nec habebit quod ſperat. Idem vt ſupra.

Dominus aſcendentis quando applicuerit domino domus ſubſtantiæ, & dominus domus ſubſtantiæ retrogradus fuerit reddendo ei lumen, & virtutem ſuam, natus erit ſollicitus in perquirendo ſubſtantiam, & defatigabit ſe in hoc: erit tamen infortunatus, & ſemper cum offeretur ei via lucrandi, reuoluetur, & damnum accipiet pro lucro, & accidet ei in hoc moleſtiæ & labores. Idem vt ſup.

Dominus aſcendentis ſi fuerit in duodecima domo, ſignificat quod erit natus malæ vitæ ac laborioſæ: niſi is applicuerit alicui fortunæ, quod minuet de malo & labore ipſius: ſed ſi non applicuerit fortunæ, ſed infortunio, laborioſus erit quamplurimum, donec moriatur.

Dominus ſigni coniunctionis, vel oppoſitionis præcedentis natiuitatem, ſi fuerit in ſecunda domo, ſignificat quòd natus erit infortunatus in lucrādo ſubſtantiam, & modici boni ac ſubſtantiæ.

## SECVNDA CONCLVSIO.

*Per quem modum diuitiæ acquirendæ ſint.*

Quo ad ſecundum, conſiderabis dominum ſecundæ domus, & ſecundùm eius diſpoſitionem per duodecim domos cæleſtes facies iudicium de fortuna

tuna

Digitized by Google

tuna nati, vel paupertate, vt dicit Guido Bonatus par. 5. cap. 5. in ratione ſecundæ domus.

Nam in prima domo ſi fuerit, ſignificat quòd natus ſit acquiſiturus ſubſtantiam ex perſona ſua, ſcilicet per ſuam induſtriam cum parua ſollicitudine, paruóque labore, vel per aliquam ex cauſis quæ ſignificantur per primam domum.

Si fuerit in ſecunda domo, inueniet eam ex ſubſtantia ſua, ſicut ſunt fructus ſuarum poſſeſſionum & ſuorum bonorum, & mercaturis & aliis artibus, quæ cum pecunia exercentur & ſimilibus, vel aliqua ex cauſis, quæ ſignificantur per ſecundam domum.

Si fuerit in tertia domo, inueniet eam cauſa fratrum, vel ſororum, vel vicinorum, non attinentiũ ſibi, vel breuium itinerum, quæ ſunt duorum dierum, vel infra, vel cauſa ſuorum pro pinquorum, ſiue affinium, minorum ſe diuitiis & potentia ſimiliter, & ætate, vel qui tenent eum pro ſuo maiori, vel aliqua ex cauſis, quæ ſignificãtur per tertiã domũ.

Si fuerit in quarta domo, inueniet eam cauſa patrum vel auorum, vel ſocerum, vel aliorum conſanguineorum aſcendentium maiorum, atque longæuiorum ſc: vel ex vſu mercationis terrarum, vel domorum, vel rerum quæ de terra fodiuntur: vel forte inueniet theſaurum ſubterraneum, licet rariſſimè hoc contingat, vel ex vſu fornacum & ſimiliũ, vel aliqua ex cauſis quæ ſignificantur per quartam domum.

Si fuerit in quinta domo, acquiret ſubſtantiam cauſa filiorum, facta regum atque magnatum exercentium, vel cauſa itinerum mediocrium, quæ reputo à duobus diebus in quatuor, vel cauſa comeſtionum vel potationum, quæ venduntur in tabernis, vel ſimilibus locis, vel cauſa ludi & ſimilium, vel cauſa alicuius eorum quæ ſignificãtur per quintam domum.

Si fuerit in ſexta domo, acquiret ſubſtãtiam cauſa ſeruorum, vel ancillarum, ſeu famulorum, vel animalium paruorum, quæ non equitantur, vt ſunt oues, capræ, porci, canes, aues, & ſimilia, vel cauſa alicuius eorũ, quæ ſignificantur per ſextã domum.

Si fuerit in ſeptima domo, acquiret ſubſtantiam cauſa mulierum, vel ſociorum, vel inimicorum, vel cauſa alicuius eorum, quæ ſignificantur per ſeptimã domum.

Si fuerit in octaua domo, inueniet ſubſtantiam cauſa dotis mulierum, vel earum bonorum, vel bonorum ſociorum, vel inimicorum, vel cauſa mortis alicuius, vel bonorum, quæ hęreditantur à mortuis paraphernalium, vel cauſa alicuius eorum, quę ſignificantur per octauam domum.

Si fuerit in nona domo, acquiret ſubſtantiã cauſa religionis, vel religioſorum, vel cauſa longorum itinerum, ſicut aliquando mercatores, & alij longè proficiſcentes facere conſueuerunt, & ſimilia, vel cauſa alicuius eorum quæ ſignificantur per nonam domum.

Si fuerit in decima domo, dic quòd acquiret ſubſtantiam cauſa regis, vt ſunt ducatus, ſeu poteſtariæ, & ſimilia, vel cauſa alicuius quæ ſignificantur per decimam domum.

Si fuerit in vndecima domo, inueniet ſubſtantiam cauſa amicorum, ſeu militum, vel familiarium, vel negotiationis, ſeu accommodationibus, atque meſſibus, vel acquiret eam ex inopinatò ſibi fortuna adueniente, vel etiam ex rebus, de quibus habuerit ſpem lucrandi, vel cauſa alicuius eorum, quæ ſignificantur per vndecimam domum.

Si fuerit in duodecima domo, acquiret ſubſtantiam cauſa carceris, vel incarceratorũ, ſicut aliquãdo conſueuerunt facere incarceratorum cuſtodes, qui à carceribus incarceratos cauſa lucrandi relaxant, vel cauſa inimicorum occultorũ, vel magnorum animalium, vel alicuius vilis officij, & verecũdabilis, & ex furto, vel cauſa alicuius eorum, quę ſignificantur per duodecimam domum. Et huius opinionis eſt etiam Abenra. par. 4. cap. 12.

*De ſcientia cauſarum proſperitatis*

Aſpice cauſam proſperitatis & ſubſtantiæ à parte fortunæ, quæ ſi fuerit in exaltatione Solis, erit fortunatus ex conuerſatione regum ac principum. ☉
Et ſi fuerit in exaltatioce Iouis, erit fortuna eius ex coniunctione nobilium & magnorum hominum ♃
ac religioſorum. Sed ſi fuerit in exaltatione Martis, ♂
erit fortuna eius ex coniunctione Ducum, & virorum bellicoſorum. Sin fuerit in exaltatione Veneris, ♀
veniet fortuna eius ex amicitia mulierum, & hominum effœminatorum.

Quod ſi fuerit in exaltatione Mercurij, erit fortuna eius à viris doctis, ſcribis, & ſapientibus hominibus. ☿
Si verò fuerit in exaltatione Lunæ, erit fortuna eius ex conuerſatione ſeruorum, vulgi, & teſtiũ ☽
legalium.

Denique ſi fuerit in exaltatione Saturni, veniet fortuna nato ex coniunctione ſeruorum & ♄
ancillarum, agricolarum, & ſenum. Simili modo prorſus iudicabis de termino & domo, vbi fuerit pars fortunæ, & maximè ſi aſpexerit eam dominus eius.

Pars fortunæ quando fuerit in angulis, ſignificat magnitudinem fortunæ, & quando fueria in ſuccedentibus angulorum, ſignificat mediocritatem fortunæ: in cadentibus verò laborem, & difficultatem in acquirenda re.

Porrò ſcienda etiam ſunt locus Lunæ in circulo, ☽ ♉ ♎
& conſtitutio eius cum planetis, ſignificationem namque fortem habet cum planeta, cui commixta eſt. Quando fuerit in domo Veneris, coniuncta vel applicans ei, ſignificat quod natus diliget gaudium,
ludum, delectationem: & ſi fuerit in domo Iouis, eo ☽ ♐ ♓
vel reſpiciente ad eam, vel præſente, ſignificat quòd natus erit magni animi, & habebit amicitiam cũ regibus, & erit religioſus ac fortunatus, clarus, ac laudatus apud omnes. Et in fuerit in domo Martis iũcta, vel applicãs ei, ſignificat quod natus erit audax: ☽ ♈ ♏
& amator rixæ, & belli, eritq; homo laborũ, peregrinationũq; patiẽtiſſimus, & admiſcebit ſe hominibus bellicoſis, & erit fortunatus cũ eis. Et ſi fuerit in domo Mercurij cõmixta eidẽ, vel corpore, vel radiis, ſi ☽ ♊ ♍
gnificat quod natus erit callidus, ingenioſus, ſapiẽs, peritus in iure hæreditatũ ac cõtẽtionibus, & cõſequetur fortunã: & bonum ex eis. Si vero fuerit in domo ☽ ♑ ♒
Saturni cõiũcta, vel applicãs ei, erit natus frigidę cõplexionis, triſtis: multũ laboris, atque anxietatis habens in parandis victu, opibuſque: niſi Saturnus fuerit Orientalis, tũc enim affluẽt ei hęreditates, opes, noua ædificia multa.

Quod ſi fuerit in domo Solis cõiũcta ei ſignificat ☽ ♌
malignitatẽ ſubſtantiæ nati, & breuitatẽ vitæ eius,



Digitized by Google

infirmitatúmque multitudinem. Cum verò applicuerit Soli, ex trigono vel ſextili aſpectu, ſignificat quòd natus conſequetur bonum ex altis hominibus, vel erit ex eorũ numero, & fortunatus. & quod de domino domus dixi, idẽ dico de domino exaltationis ac termini: & hoc habetur ab Albohale ca. 9.

## OPINIO IVDAEORVM.

Saturnus ſi fuerit dominus ſecundæ domus, contingent diuitiæ nato ex hæreditate mortuorũ. Abrahami Iudæi ſententia in ratione ſecundæ domus.

Iupiter ſi fuerit dominus ſecũdæ domus, ex fide, vel ex magiſtris fidei. Idem vt ſupra.

Mars ſi fuerit dominus ſecundæ domus, per bella, vel per latrocinia. Idem vt ſupra.

Sol ſi fuerit dominus ſecundæ domus, & patrocinio potentiorum, & per poteſtatem. Idem vt ſup.

Venus ſi fuerit domina ſecundæ domus, ex parte mulierum. Idem vt ſup.

Mercurius ſi fuerit dominus ſecundæ domus, ex ſapientia, vel ex mercatura. Idem vt ſupra.

Luna ſi fuerit domina ſecundæ domus, ex operibus manuum, vel per itinera. Idem vt ſup.

Beneficus planeta ſi fuerit in ſecunda domo, natus inopinato bono gaudebit. Idem vt ſupra.

## OPINIO PTOLEMAEI.

Saturnus gubernator ſiue dominus partis fortunæ dat diuitias ex ædificationibus, vel ex terrarum cultibus, aut ex nauigationibus. Ptolemæi ſententia cap. 1. lib. 4.

Iupiter dominus partis fortunæ, ex commendationibus, bonis moribus, necnõ eccleſiaſticis dignitatibus, aut ex aliis honeſtis actionibus. Idẽ vt ſup.

Mars dominus partis fortunæ, ex exercitu, rerúmque dominio, & imperio dabit. Idem vt ſupra.

Venus domina partis fortunæ dat diuitias ex antiquorũ donationibus vel ex mulieribus. Idẽ vt ſup.

Mercurius dominus partis fortunæ dat diuitias ex mercimoniis, & propria induſtria. Idem vt ſup.

Iupiter ſi in gubernatione cum Saturno participauerit, vel Saturnum dominum partis fortunæ Iupiter aſpexerit, diuitiæ nati erunt ex hæreditate, & bonis mortuorum. Idem vt ſupra.

Iupiter ſi ſit in ſigno communi cum Saturno, vel habeat aſpectum cum Luna, ſignificat quòd natus lucrabitur hæreditates extraneorum. Idem vt ſup.

## OPINIO GVIDONIS BONATI.

Pars fortunæ ſi fuerit in domo vel in exaltatione Saturni, vel in duabus de ſuis aliis dignitatibus minoribus, fuerítque iunctus illi Saturnus, vel aſpexerit eam, ſignificat quòd acquiret natus ſubſtantiam ex cauſa ſeruorum, vel ancillarum, & hominũ ætate mediocrium, ſcilicet à quinquagenariis, & longæuioribus, vſque ad medietatem ſenectutis, & viliũ perſonarum, eritque fortuna ipſius in eis, & in eorum commixtione, & erit eius ſignificatum fortius ſi fuerit pars fortunæ in exaltatione, quàm ſi fuerit in domo, vel in aliis dignitatibus. Quòd ſi fuerit pars fortunæ in angulis, extollетur fortuna ipſius nati, & exaltabitur valde. cap. 9. part. 5. in ratione ſecundæ domus.

Pars fortunæ ſi fuerit in dignitatibus Iouis ſecundùm modum prædictum, acquiret natus ſubſtantiam cauſa commixtionis, atque vſus magnorum virorum, & nobilium, epiſcoporum, etiam & ſimilium, atque aliorum ſapientum, & erit eius fortuna in eis, & cum eis.

Pars fortunæ ſi fuerit in dignitatibus Martis ſecundùm eundem modum acquiret ſubſtantiam ex cauſa ducum exercituum, & hominum bellicoſorum, atque guerrariorum, & qui delectantur in bellis, & bellorum exercitiis, eritque fortuna ipſius in eorum commixtione.

Pars fortunæ ſi fuerit in dignitatibus Solis ſecundùm modum prædictum, acquiret ſubſtantiam ex cauſa commixtionis, & vſus regum, ac aliorum principum regibus ſimilium, eritque fortuna ipſius in eis, & cum eis & ſimilibus.

Pars fortunæ ſi fuerit in dignitatibus Veneris ſecundùm eundem modum, acquiret ſubſtantiam cauſa mulierum, eunuchorum, ſimiliter & hominum effœminatorum, eritque fortuna ipſius in eis, & cum eis & ſimilibus.

Pars fortunæ ſi fuerit in dignitatibus Mercurij ſecundùm eundem modum, acquiret ſubſtantiam ex cauſa commixtionis ſapientum, atque ſcribarũ, & etiam negociatorum, eritque fortuna ipſius in eis & cum eis & ſimilibus.

Pars fortunæ ſi fuerit in dignitatibus Lunæ ſecundùm modum prædictum, acquiret ſubſtantiam ex cauſa commixtionis iuriſperitorum atque hominum legalium, eritque fortuna ipſius in eis & cum eis & ſimilibus.

Et ſcito quòd qualecunque fuerit eſſe prædictorum ſignificatorum, & vbicunque fuerit pars fortunæ in eorum dignitatibus, ea quæ dicta ſunt ſignificabuntur naturaliter, & ſecundũ eorũ diſpoſitionem, & ſecundum eorũ loca in circulo. Nam ſi fuerint in angulis, & boni eſſe, ac aliàs bene diſpoſiti, ſimiliter & pars fortunæ, ſignificabitur fortunæ ipſius nati augmentum atque proſperitas. Si autem ſint in ſuccedentibus, mediocritas fortunæ ipſius nati ſignificabitur. Si quidem fuerint in cadentibus, vel aliàs malè diſpoſiti, ſignificabitur ipſius nati fortunæ laborioſitas, grauamen, impedimentum atque diminutio.

## OPINIO ALIORVM ASTROlogorum.

Pars fortunæ ſi fuerit in quarta domo cum domino itineris, erit fortuna nati in itineribus. Aben. cap. 12. par. 4.

Pars fortunæ quando eſt in vna quarta, & dominus eius in altera, ſignificat quòd nati fortuna affluet à multis partibus. Idem.

Pars fortunæ & eius dominus quando ſunt in quarta domo, ſignificant quòd nati fortuna proueniet à theſauris, vel cuſtodiendo theſauros: ſed quãdo fuerint in decima domo, vel duodecima, ſignificant quòd habebit dominium & poteſtatem ſuper captiuos & in carceribus coniectos. Idem.

Pars fortunæ ſi fuerit in domo octaua, & fuerit for

Digitized by Google

rit fortuna in eius coniunctione, ſignificat quòd natus habebit hæreditatem mortuorum. Auenaris in ratione octauæ domus.

Partis fortunæ ſi fuerit diſpoſitor
- Saturnus, natus nec ſibi nec aliis benefaciet, imò auarus theſaurizabit.
- Mars, ex violentiis, & litibus diuitias aggregabit: quas tandem diſſipabit, & quæ in propria familia parum durabunt.
- Venus, affluentiam præbet ex donationibus, quas natus in laſciuiis, veſtibus, cibo, ac potu plurimũ erogabit.
- Mercurius, diuitias quàmplurimas promittit ex mercibus, aut literis acquiſitis, ſed parum durant diuitiæ à Mercurio datæ.
- Fortuna, largitatem & affluentiam diuitiarum pronunciabit, de quibus natus gaudebit, & bene ſibi faciet.
- Infortuna, & fuerit fortis in figura, diuitias nato dabit, ſed per fas & nefas, & cum infamia.

Pars mercaturæ ſiue fœneratorum, quæ accipitur in die ac nocte à Saturno in Mercurium & proiicitur ab aſcendente, quando fuerit fortunata & ipſa vel eius dominus habuerit ſignificationem in ſubſtantia, vel domo ſubſtantiæ, prouenient ad natum profectus, & lucra occaſione mercandi, vel ex dantibus capitale, vel exponendo ſuũ ad lucrum. Aben. par. 4. cap. 12.

Res paterna tranſit in filium, dum Saturnus fuerit fortunatus, & ex directione aſpexerit dominum aſcendentis: magis ac amplius, ſi fuerit dominus quarti loci. Her. ſen. 56.

Saturnus quando fuerit cum Ioue, fortunis aſpicientibus eos propè, & in natiuitate nocturna, natus habebit bonum, & lucra ratione hæreditatum parentum & auorum, & propter reditus mulierum, vel aliorum conſanguineorum ſuorum. Aben. par. 5. cap. 7.

Saturnus quãdo fuerit dominus octauæ domus, & ipſe in ea in natiuitate diurna, natus quando fuerit multorum dierum, magnum habebit prædium & fortè illud habebit & hæreditabit ex mortuis. Idem vt ſupra.

Saturnus ſi fuerit fortis ex parte Solis, & ex parte angulorum, & principabitur in loco eius, aut fuerit Almuten natiuitatis, tunc natus erit amator aquationis, & innouabit plantationes. Auenares in ratione ſecundæ domus.

Saturnus quando fuerit fortunatus, & aſcẽdens fuerit ſignum terreum, ſignificat natum fortunatũ i poſſeſſione terræ. Hiſp. cap. 11.

Saturnus ſi fuerit in domo quarta fortunatus, vel plus ſi fuerit domus illa terrea, ſignificat natũ fortunatum in poſſeſſionibus terræ: ſimiliter ſi dominus domus quartę det vim domino ſecundæ domus. Idem vt ſup.

Saturnus ſi aſpiciat dominũ quartæ domus aſpectu amicitiæ, erũt nato curiæ, & ꝑdia multa. Idẽ vt ſup.

Iupiter ſi fuerit in natali in honore ſuo, vel habeat vim in horoſcopo, vel cõſideret partẽ fortunæ, vel ſit dominus domus Solis in natali diurno vel dom' Lunæ in natiuitate noctis, & ſit dominus horæ, aut dominus Vigoris, ſcilicet Almuten natiuitatis, & fuerit benè ex parte Solis: vel in loco vbi vim habet, aut in angulo vel in domo vndecima, nõ deerit nato cẽſus, & diuitiarũ affluentia in vita. Et ſi Ioue ſic poſitũ aſpiciat Saturnus aſpectu bono, habebit ſtabilia multa, ſi malo aſpectu, expendet multa in ædificia. ſi Saturnus fuerit in ſigno aquæ, habebit lucrũ maritimum. Si Mars autem ipſum aſpiciat bono aſpectu, habebit cenſum multum ex bello. Si autẽ malo aſpectu, latrones, & germani obruẽt ipſius cẽſum prout domus eſt, in qua Mars fuerit. Idem cap. 9.

Iupiter quando fuerit in vndecima domo, & nõ ſit retrogradus, neque combuſtus: aut vnus planetarum ſuperiorum reperiatur in dicta domo, ſignificat hominem proficientem in omnibus operibus ſuis. Auenares in ratione octauæ domus.

Iupiter & Sol in ſecũda domo ſplẽdidũ efficiũt.

Iouis cõſtitutio cum Saturno, propria eſt ad hæreditates conſequendas, inde Saturni & Veneris, vltimò autem Saturni ac Lunæ.

Iouis conſtitutio cum Venere, ex ſacerdotio diuitias præſtat: eadémque in fixis, quæ de natura horum planetarum ſunt.

Iupiter quãdo fuerit in duodecima domo, ſignificat quòd natus erit conductor terrarum laboris.

Iupiter quando fuerit in domo octaua, in natiuitate nocturna, vel diurna, natus habebit ſubſtantiã & lucra ex bonis mortuorum. Aben. par. 5. cap. 7.

Mars quando fuerit in duodecima domo in natiuitate diurna, ſignificat quòd lucrabitur à conſanguineis, & progenie ſua, ac ex itineribus.

Mars quando oriẽtalis fuerit in Ariete, aut Leone, vel Sagittario, & fuerit dominus ſextæ vel duodecimæ domus, natus habebit multa animalia cõditionis equorũ, ſiue armẽtorũ, & magnorũ corporũ maximè ſi eũ Iupiter aſpexerit. Sed ſi fuerit in Tauro, Virgine, vel Capricorno, animalia alet de vaccarũ genere, ſiue pecudũ, vel caprarũ. Similiter quãdo Mars fuerit per alia ſigna omnia ibi orientalis, & cũ fortuna iunctus, vel in eius aſpectu, natus de beſtiis vtilitatẽ habebit, ꝙ ſunt cõditionis & naturæ illius ſigni, & ſecũdũ proprietatẽ ipſius. Aben. par. 5. ca. 1.

Mars quãdo fuerit in ſecunda vel decima domo & ipſe bene diſpoſitus, ſignificat quòd natus habebit fortunam in his, quæ operantur per ferrum, vel ignẽ, vel comeſtionem, vt ſunt fabrica, fornax, & ſimilia, taberna, hoſpitatio, & ſimilia. Si autem fuerit infortunatus ac malè diſpoſitus, contrarium poteris iudicare. Guidonis Bonati conſideratio. 110.

Mars quando fuerit in ſecunda domo cum bono aſpectu domini ſeptimæ, aut fuerit dominus ſeptimæ domus, denotat natum habiturum lucrum participationum. Auenares in ratione ſeptimæ domus.

Mars ſi aſpiciat aſpectu amicitiæ partem fortunæ, habebit natus proficuum ex parte ſuorum fratrum. Et ſi hic fuerit malus aſpectus, damnificabitur ſubſtantia propter fratres ſuos. Idem in ratione tertiæ domus.

Venus aut Luna ſi aſpexerit dominum ſeptimæ domus aſpectu benigno, ſignificat natum habiturum hæreditatem propter ſuam vxorem. Idem in ratione ſeptimæ domus.

Venus ſi fuerit in vno angulorum, aut in domo quinta, quæ eſt eius gaudij domus, denotat bonum



Digitized by Google

ſine anguſtia & timore:imò in lætitia & bona volũtate.Et ſecundùm fortitudinem eius erit bonum, & ſecundùm dominum quem habuerit.Idem in ratione ſecundæ domus.

Venus ſi fuerit in octaua domo, natus habebit vtilitatem,& bonum à malis hominibus. Abenrag. par.5.cap.7.

Venus quando fuerit in ſuo honore, & in domo bona ab horoſcopo,libera à radiis ſolaribus,habebit multa bona ex parte mulieris: & quando fuerit in domo Iouis:vel ſi Iupiter eam aſpexerit exiſtentem in bono loco,habebit honorem,lucrum, & bonum,cauſa mulieris.Hiſp.cap.14.lib 2.

Mercurius ſi fuerit in octaua domo orientalis, ſignificat augmentum in ſubſtantia, & magnum in magiſteriis incrementum,& bonam & honeſtam famam:& fortè natus erit alacoyn in mercando,& gubernator æris extraneorum hominum.Idem vt ſup.

Mercurius ſi fuerit in duodecima domo,in natiuitate nocturna,ſignificat diuitias,mercimonia, & quòd erit bonæ rationis,plurimarum philoſophiarum,doctus in conſiliis dãdis,& quòd diuitias propter hoc habebit:tamen accident ei impedimenta & moleſtiæ.Idem vt ſupra.

Luna ſi fuerit in octaua domo lumine plena, & aucta numero,& Iupiter fuerit in vndecima domo, natus magnam ſubſtantiam ex bonis mortuorum habebit.Idem vt ſupra.

Luna ſi fuerit in aſcendente,vel in gradu octauę domus,natus lucrabitur aliquid in locis timendis. Idem par.4.cap.9.

Luna ſi in octaua domo in genitura nocturna ſolummodo fuerit inuenta, eo quòd nulla ſtella in hoc loco gaudeat,niſi ſola Luna,& ſi creſcens fuerit ſic poſita ſine ſocietate,vel radiatione maleuolarum ſtellarum Iouem hexagono vel trigono reſpexerit in domo ſua,aut in domo Veneris, aut Martis,aut in domo Iouis conſtituta, aut in finibus earum,quas diximus ſtellarum,maximas decernit facultates,& vltra modum diuitias.Iulij Firmici ſententia lib.2.cap.22.

Lunæ dominus ſi fuerit in Leone & in medio cęli,aut in quinta,vel vndecima domo, diues erit ratione mortuorũ.Et ſi fuerit in hoc caſu orientalis, cuſtodiet illas diuitias & tuebitur eas: ſed ſi fuerit cõbuſtus, deſtruet & diſſipabit illas.Abẽ.par.5.c.7.

Luna ſi fuerit in domo ſui honoris in vno angulorum,aut in domo vndecima,vel tertia, quæ domo eius gaudij in natiuitate nocturna,denotat bonum honorem,& æs pretioſum.Auenares in ratione ſecundæ domus.

Dominus horoſcopi quando fuerit in ſexta cæli domo fortunatus, natus fiet fortunatus ex parte pecoris, & plus, ſi illud ſignum fuerit terreum. Hiſp.cap.13.lib.2.

Dominus ſecũdę domus quãdo vim ſuam dederit planetę exiſtenti in domo vndecima,natus lucrabitur in mercimoniis,& in omni eo in quo applicabit manum vt agat.Auenares in ratione octauæ domus.

Dominus ſecundæ domus ſi dederit vim ſuam domino octauæ domus,& recipiat ipſum dum fuerit in domo fortunæ, natus habebit hæreditatem mortuorum.Idem vt ſupra.

Dominus ſecundæ domus ſi fuerit in ſigno horoſcopi vel reſpiciat dominum horoſcopi bono aſpectu & non ſit in domo lapſa nato lucrum,& æs ſine labore occurret Idem in ratione ſecundæ domus.

Dominus ſecundæ domus ſi fuerit in vno angulorum,inueniet natus ſubſtantiam:& ſi fuerit in domo lapſa,non poterit ſe regere, niſi per ſimoniam, ſeu ſimonizando.Idem vt ſupra.

Dominus ſecundæ domus in ſecunda domo, diuitias ſignificat ex reditibus, in tertia domo à conſanguineis vel itineribus: omnibus igitur planeta in domo ſua aliquid facile bonũ, aut malũ oſtẽdit.

Dominus domus ſecundæ ſi fuerit fortunatus & fortis,ac receperit dominum aſcendentis, & ipſe dominus aſcendentis fuerit debilis & cadens, natus erit debilis & piger,tamen diues & abundans,& ſuperuenient ei lucra, licet non laboret pro eis. Aben.par.4 cap.12.

Dominus ſecundæ domus ſi fuerit fortunatus & fortis,& aſcendens in circulo augis, & auctus lumine,ac numero multis planetis applicantibus ei, & dantibus vim,& lumen ſuum ei, & fuerit receptus ab eis,ſignificat quòd natus lucrabitur multam ſubſtantiam multis modis,& à multis paribus, ſecundùm fortunas planetarum ei dantium lumen ſuum & fortunas domorum ſuarum.Idem vt ſupra.

Dominus ſecundæ domus ſi iuerit ad applicationem domini aſcendentis,ſignificat quòd natus lucrabitur ſubſtantiam à parte quam non ſuſpicabatur,nec credebat,& habebit lucra in bona quiete, & honore,bona ratione,& de bonis rebus, maxime quando dominus domus ſubſtantiæ fuerit fortuna. Idem vt ſupra.

Dominus ſecundæ domus ſi fuerit infortuna, ſignificat lucra,modica tamen,quia ſubſtantia quam lucrabitur natus,erit à locis timidis & expaueſcendis,ſicut per furta,vel denegationes rerum,aut interfectionem,ſiue percuſſionem,vel quod his aſſimilatur.Idem vt ſupra.

Dominus ſecundæ domus ſi fuerit dominus primæ,& fuerit fortuna, profectum habebit à ſeipſo, & congregabit multã ſubſtantiã lucro, & acuitate ſua:ſed ſi fuerit infortuna modicũ erit. Idẽ vt ſupra.

Dominus ſecundæ domus ſi dat vim domino quartæ, & fuerit fortunatus ipſe dominus quartæ domus ſupra terram exiſtens,& Almuten natiuitatis,vel dominus horoſcopi aſpiciat aliquem horũ, inueniet natus theſauros ſubterraneos.Tempus verò inuentionis indagatur à ſtatu domini quartæ domus.Hiſp.cap.11.lib 2.

Dominus ſecundæ domus quãdo fuerit iunctus domino octauę,vel aſpexerit ipſum,vel Iouem,vel Venerem exiſtentes in octaua domo, ditabitur ex mortuis.Idem cap.21.

Fortuna quando fuerit inuenta in quarta *cæli domo*,vel eius dominus dederit vim domino ſubſtantiæ,& fuerit angularis ſupra terram nõ combuſtus, & aſpiciat dominum horoſcopi, habebit cenſum ex occulto.Idem cap.9.

Dominus tertiæ domus quando aſpexerit partẽ Fortunæ aſpectu amicitiæ fructum capiet natus ex fratribus.Si aſpectu inimicitiæ,fratres eius bona diruent.Idem erit iudicium eiuſdẽ aſpectus ad domũ ſecundam,vel eius dominum.Idem cap.10.

Dominus quartę domus ſi fuerit in vno angulorũ, & nõ fuerit combuſtus à Sole, neque retrogradus, nat' terras emet.Auenares in ratiõe ſecũdę domus.

Dominus

Dominus quartæ domus ſi aſpexerit Almuten natiuitatis aſpectu amicitiæ, inueniet natus lucrũ & omne proficuum ex parte terrarum. Quod ſi aſpexerit aſpectu inimicitiæ, naſcentur lites nato propter eas. Idem vt ſuprà.

Dominus octauæ domus ſi fuerit fortuna, fueritque in domo ſecunda, neque ſit combuſtus, neque retrogradus, natus hæreditabit æs. Idem in ratione octauæ domus, ex ſententia Ptolemæi.

Dominus octauæ domus ſi fuerit fortuna, fueritque in ſecunda domo, ſignificat quòd natus acquiret & lucrabitur de bonis mortuorum, & inimicorum, atque vxorum, & eo fortius ſi non fuerit impeditus, vel habuerit ibi dignitatem. Si autẽ fuerit malus, ſignificat diminutionem ſubſtãtiæ nati, niſi habuerit ibi fortem dignitatẽ. At ſi habuerit ibi dignitatem, & fuerit aliàs bene diſpoſitus, ac boni eſſe, parum vel nihil nocebit: ſi verò non habuerit ibi dignitatem, & fuerit aliàs mali eſſe, ſignificat ex toto deſtructionem ſubſtantiæ, ac ipſius omnimodam perditionem. Guidonis Bonati conſideratio 114.

Dominus vndecimæ domus ſi fuerit in bono loco, & dederit vim ſuam domino ſecũdæ domus, ſignificat quòd natus lucrabitur ſubſtantiam ex parte regis: & ſi Iupiter aſpexerit ſecundam domum, vel eius dominum, iuuabunt natum homines à quibus auxilium non ſperabat.

Dominus partis fortunę, ſi luminaria non aſpexerint eam, ſed aſpexerint dominũ partis fortunæ ſine aſpectu, vel teſtimonio infortuniorum, erit natus fortunatus, & bonæ vitæ: ſubſtantiam & diuitias à rege congregabit, ac ab altis, & nobilibus habentibus dominium. Abenrag. par. 5. cap. 12.

Domini triplicitatis domus ſubſtantiæ demonſtrant modum, & cauſam per quam diuitiæ acquirendæ ſunt, quoniã eorum trium, qui fortior fuerit, & in meliori loco, iure debet eſſe ſignificator ſubſtantiæ, potius quàm alij duo. Et de natura & de rebus domus in qua fuerit, erunt lucra ipſius, & eius prouentus. Idem vt ſuprà.

Vt ſi fuerit in prima domo, erunt eius lucra à propria induſtria.

In ſecunda domo ſi fuerit, ſignificat ſubſtãtiam, opes, diuitias, ſupellectilem, lucrum, cenſus ex fortuna & propria induſtria nati.

In tertia domo ſi fuerit, ſignificat ſubſtantiam ex itineribus minoribus, & à conſanguineis.

In quarta domo ſi fuerit, ſignificat ſubſtantiam ex patrimonio & ex immobilibus bonis ædificiorum, fundamentorum, agrorum, villarum, pratorum, theſaurorum abſconditorum & agriculturæ, & fodinarum metallicarum.

In quinta domo ſi fuerit, ſignificat ſubſtantiam ex luſibus & voluptatibus; & ex donis & muneribus atque legationibus.

In ſexta domo ſi fuerit, ſignificat ſubſtãtiam ex ſeruis & animalibus minoribus, & ex medicinis.

In ſeptima domo ſi fuerit, ſignificat ſubſtãtiam ex coniugio, mulieribus, ſocietatibus, contentionibus forenſibus ac ſimultatibus, & ex hoſtibus apertis, furtis, rapinis, &c.

In octaua domo, ſignificat hæreditates mortuorum non ſperatas, & incantationes.

In nona domo, ſignificat ſubſtantiam ex religione, ſciẽtia & peregrinatione longiorũ itinerũ.

In decima domo, ſignificat ſubſtantiam ex regibus, & potentibus viris, & ex magiſteriis, ſtudiis, actionibuſque, & honoribus & magiſtratibus, & matre.

In vndecima domo, ſignificat fœlices euentus, fauores, ſuffragia, conſilia, fęlicem ſucceſſum rerũ ſperatarum, ſpem & fiduciam.

In duodecima domo, ſignificat lucra cauſa magnorum animalium.

Præterea ſi locus ille fuerit domus Saturni, habebit ſubſtantiam ex hæreditatibus & prædiis, & pro laborando & ſeminando terras.

Si fuerit domus Iouis, habebit ſubſtãtiam à nobilibus, & bonis hominib', & religioſis & hominibus legis, & cauſa legis & religionis.

Si fuerit domus Martis, habebit ſubſtantiam ab alchaydis & militibus ac pro litigando cum eis, & pro opibus regis: ſed ſi Mars ibi malè affectus fuerit, & nocens, & in malo loco, habebit eam ex prædatione & furto.

Si fuerit domus Solis, habebit ſubſtãtiam à parentibus, & auis & rege.

Si fuerit domus Veneris, habebit ſubſtantiam à mulieribus, iocatoribus, ſpeciebus, ponderibus ac menſuris.

Si fuerit domus Mercurij habebit ſubſtantiam ex ſcripturis ac mercimoniis.

Si fuerit domus Lunę, & fuerit curſu vacua, erit tabellio, vel curſor deferens per ciuitatem chartas & mandata, & inde parabit victum ſibi.

*Significatoris natura diſtinguitur in res & perſonas.*

| | | |
|---|---|---|
| Saturnus ſignificat ex | Rebus | Agriculturam & terræ fructus, fodinas metallicas, theſauros, ædificationes, opificia impura, tenacitatem, hæreditates mortuorũ, carcerem, æs alienũ, &c. |
| | Perſonis | Senes agricolas, foſſores metallorũ, lapicidas, coriarios, figulos, Iudæos, Mauros, inuidos, pertinaces, ſolitarios, taciturnos inſidiatores, &c. |
| Iupiter ſignificat ex | Rebus | Dignitates eccleſiaſticas, religionem, regnum, iuſtitiam, honeſtatẽ, commendationes, beneficia, &c. |
| | Perſonis | Magnanimos, verecundos, manſuetos, prælatos, epiſcopos, iuriſperitos, iudices, aduocatos, nobiles, diuites, præfectos prouinciarum vel ciuitatum, &c. |
| Mars ſignificat ex | Rebus | Contẽtiones, rixas, militiã, bellum, victoriã, fortiter geſta, fabrilem artẽ alchymiſticã, & omnia opificia, quæ fiunt per ignem, tyrannidem, violentiam, &c. |
| | Perſonis | Contumelioſos, ſeditioſos, coniuratos, prædones, iracũdos, crudeles, audaces, inuerecundos, conuiciatores, chirurgos, lictores, duces, capitaneos, qui ferrum & ignita opera tractant, bombardarios, machæropœos, fuſores, &c. |



Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| Sol ſignificat | Res oẽs maximas vt | Regna, reſpublicas, nobilitatem, magiſtratus, magnanimitatem, fortitudinem, ſplendorem, dominationem, honores, &c. |
| | Perſonas vt | Reges, principes, comites, gerẽtes magiſtratum, ſplendidos, claros, prouidos, amantes, & cupidos honorum, ambitioſos, &c. |
| Venus ſignificat | Res vt | Amorem, miſericordiam, affabilitatem, comitatem, vrbanitatem, pulchritudinem, donationes amicorum, donationes à mulieribus, coniugium, dotem, ornamenta, & res precioſas, libidines, luxum, &c. |
| | Perſonas vt | Manſuetos, comptos, ſaltatores, procos, mulieroſos, appetentes delitiarum, & conuiuiornm, phrygiones, muſicos, poëtas, pictores, &c. |
| Mercurius ſignificat | Res vt | Contractus, negotiationes, omnes artes, quæ in ingenij cõtemplatione verſantur, ſtudia honeſta, inuentionem nouarum artium, diuinationem, curioſitatem, &c. |
| | Perſonas vt | Philoſophiæ profeſſores, mathematicos, arithmeticos, ſcriptores, cãcellarios, mercatores, ſculptores, omnis generis artifices ingenioſos, ſagaces, doloſos, callidos, inſtabiles, &c. |
| Luna ſignificat ex | Rebus | Omnia quæ humore abundant, mare, flumina, & horum afluxus & refluxus, ſtudium hiſtoriarum, legationes, nauigationes, itinera, peregrinationes, &c. |
| | Perſonis | Reginas, viduas, plebem, & eos qui in aſsiduo motu ſunt, vt nautas, curſores, legatos, nuncios, piſcatores, vagabundos, puſillanimes, &c. |

Dominus tertius triplicitatis ſextæ domus, & Luna, & dominus horoſcopi ſi fuerint bene affecti, pecudes habebit, & ab eis vtilitatem ita genitus conſequetur, & econuerſo, iacturas. Abenrag. parte 5. cap. 1.

Dominus ſecundus triplicitatis octauæ domus ſi fuerit fortunatus & fortis, natus hæreditabit parentes, & auos, & ſic erit fortunatus in antiquis hæreditatibus mortuorum. Idem par. 5. cap. 7.

Vna ex fortunis ſi fuerit Almuten ſuper loca ſignificatorum ſextæ domus, & aſpexerit dominum aſcendentis, natus erit fortunatus in animalibus, & ſeruis atque vernaculis. Sent. Tiberiadis Omaris lib. 3. cap. de infirmitatibus.

Signum duodecimæ domus quando quadrupes fuerit & fortuna iuncta cum eo, aut aſpexerit illud, natus vtilitatem ex animalibus & gregem habebit, & ex illis, ac ſeruis multũ poſſidebit. Abenrag. par. 5. cap. 2.

Almuten natiuitatis ſi fuerit in quarta domo in ſua fortitudine, & ſimiliter ſi fuerit in vno ſigno naturæ terreæ, tunc natus erit amator cultiuationis, & innouabit plantationes. Auenaris in ratione ſecundæ domus. Dixit Hermes ſi fuerit planeta in domo quarta in bono loco, & dederit vim ei domino ſecundæ domus in bono loco, neque ſit combuſtus, neque ſit retrogradus, ſignificat natum futurum diuitem propter cenſum repoſitum, quem inueniet. Et poteris ſcire in quo tempore fuerit ætatis nati in reſpiciendo dominum ſecundæ domus ſi fuerit orientalis, aut occidenalis à Sole, & in qua quarta angulorum, & ſi fuerit ſupra terram aut infrà. Idem vt ſup.

Dorochius dicit quòd ſemper debemus aſpicere in natiuitate alicuius ad planetas orientales. Si enim inueneris vnum eorum orientalem à Sole in eius gradu fortunæ, reſpicere debemus in qua domorum circuli habeat poteſtatem, & ab eo ſcimus vnde nato bonum continget. Idem vt ſup.

Omnis planeta exiſtens in domo ſui honoris bonum decernit ſecundum ipſius naturam, ſicut Iupiter ſignificat poteſtatem, & legationẽ. Saturnus nauigium. Mercurius ſcientiam & miniſteriũ. Venus mulieres. Mars bella, & Sol reges. Idẽ vt ſu.

Omnis planeta aſpiciens partem fortunæ, denotat ſubſtãtiam ſecundũ ſuam naturã. Idẽ vt ſup.

Dominus natiuitatis ſeu Almutẽ ſi habeat coniunctionem cum Ioue, vel aſpiciat eum aſpectu bono, erit natus diues. Hiſp. cap. 9. lib. 2.

Mercurius quando fuerit Almuten natiuitatis, erit natus mediocriter diues. Idem vt ſuprà.

Aſcendens Virgo fueritque Mercurius boni eſſe, aut non fuerit ſaltem infortunatus, ſignificat quòd natus ſi adhæſerit medicinæ erit fortunatus in medicando, & bene accidet ei in ſuis medicinis, vel curis ſuis, ſed erit infortunatus in ſalariis, & in lucro cauſa medicinæ, quia malè libenter ſatisfacient ei illi quibus ipſe ſeruitium præbet, & vix poterit conſequi ab eis quod debuerit, niſi à pauciſsimis, eritque infortunatus in ſuis litibus. Et ſi adhæſerit legibus, erit infortunatus, in ſuis aduocationibus & vilipendetur etiam à vilibus necdum ab aliis, nec audientur eius verba, & pro nihilo reputabuntur etiam eo dicente verba vtilia, illis qui audierint ea, & verba ſapientiæ magis enim audiet aliquem fatuum & idiotam, illi iidem in quorum vtilitatem ipſe fuerit locutus, licet ſint pauci qui ſciant meliorare dicta ipſius. Et vt plurimum de quibus ſe intromiſerit, erit ei ſiniſtrum, & inimicabuntur ſibi homines pro nihilo, & loquentur de ipſo mala, neſcientes reddere cauſam quare. *Guidonis Bonati* conſideratio 112.

Tiberiadis verò dixit lib. 3. Quando volueris aſpicere in re ſubſtantiæ nati, ſcilicet aſpice

| | |
|---|---|
| Cuſpidẽ ſecũdæ domus, Dominum eius. Planetas qui ſunt in ſecunda. Partem fortunæ, Dominum eius. Partem ſubſtantiæ, Dominum eius. Iouem naturalem ſignificatorem ſubſtantiæ. | Vide Almuten ſuper hæc loca. ſiue vnus, ſiue plures. Vide ei' eſſe tã in bono, quã in malo, & quam habeat commixtionem cum domino Aſcendentis, & vtrũ ſit liber ab impedimentis, fortunatus, atque |

atque fortis, & ſecundum qualitatē, & eius diſpoſitionem iudica de ſubſtantia, vel paupertate nati.

*De qualitate accumulationis.*

Pars fortunæ quando fuerit in domo ſubſtantiæ, infortuniis non aſpicientibus eam nec proiicientibus ſuos radios ſuper ipſam, & dominus eius aſpexerit eam de bono & fortunato loco, & in bono ſtatu, forti, & libero ab infortuniis, ſignificat quòd natus erit diues & abundans, & quòd perueniet ad eum ſubſtantia, diuitiæ ac lucra, ſine aliqua moleſtia, aut labore. Abenrag. par. 4. cap. 12.

Dominus ſecundæ domus ſi fuerit in prima domo, fueritque fortunatus, ſine labore diuitias poſſidebit. Abrahami Iudæi in ratione ſecūdæ domus.

Dominus ſecundæ domus ſi iungitur domino vitæ vel Lunæ, diues erit ſine labore. Leopoldi tract. 7.

Dominus ſecundæ domus ſi dat vim domino horoſcopi, vel domino natiuitatis, abūdabit natus opibus abſque fatigatione. Et ſi dominus horoſcopi, vel dominus natiuitatis dat vim domino ſecundæ domus erit diues, ſed cum labore. Hiſp. ca. 9. lib. 2.

Dominus ſecundæ domus vbicunque fuerit, & vim ſuam dederit domino primæ, & dominus primæ in aliquo angulorum fuerit, nec combuſtus, nec retrogradus, natus multā & ſine labore pecuniam poſſidebit. Abrahami vt ſuprà.

Dominus aſcendentis & Luna, aut alter eorum & fortior ſi iungitur domino domus ſubſtantię, & ille recipit eum, vel eam, ſiue ſit bonus vel malus: vel ſi bonus, etiam ſi non recipit eum, vel eam, diues erit natus, ſuo tamen labore.

Dominus ſecundæ domus ſi fuerir dominus aſcendentis, & fuerit infortuna, quod proueniet in ſubſtātia, modicum erit, & habebit illud cum labore, & magna ſolertia, & accident ei, dum quærit illud, anxietates, labores & metus. Abenrag. par. 5. capit. 12.

Dominus aſcēdentis retrogradus ſi fuerit, reddens lumen ſuum domino ſecundæ domus, & dominus ſecundæ domus applicuerit ei, accident nato lucra, & patebunt viæ ei ad lucrandum multum ſubſtantiæ: ſed ipſe per ſe piger erit ad lucrandum illa, & ad complendum hęc, quia retrahit ad ſe nec perficit. Idem vt ſup.

Significator ſubſtantiæ quando fuerit in loco occulto, & abſcondito, ſubſtantiam & diuitias magnas ſignificat, maximè ſi dominus ſecūdæ domus planeta fuerit conueniens, ſicut Iupiter qui eſt de natura, & forma ſubſtantiæ. Sed ſi ſignificator ſubſtātię fuerit Saturnus vel Mars, & fuerint ſimiliter abſconditi, ſignificant magnam ſubſtantiam, ſed cum laboribus, moleſtiis, & grauamine acquiſitā; & accident ei impedimenta, quia infortunia impedimenta, & anxietates ſignificant, & labores, & omnem rem quæ perditur, & grauiter habetur, & perquiritur, & omnē rem deſperationis. Idē vt ſup.

Dominus aſcendentis ſi fuerit in domo ſecunda, natus multum laborabit in quærendo & congregando ſubſtantiam. Quod ſi fuerit ex infortunis, iam non deficiet ſibi: habebit tamen per laborem. Auenares in ratione ſeptimæ domus.

*Quibus rationibus licitiſne, an illicitis natus acquiret ſubſtantiam.*

Ex autoritate Guidonis Bonati, par. 5. cap. 6. in ratione ſecundæ domus conſiderabis ſignificatorem ſubſtantiæ, qui eſt dominus partis fortunæ.

Quoniam ſi fuerit Saturnus, fueritque boni eſſe ac bene diſpoſitus, liber ab impedimentis, fortunatus atque fortis, & cum fortunis iunctus, fueritque in angulis, vel ſuccedentibus angulorum, ex laboribus per fas, & per modum licitum & conuenientem natus ſubſtantiam atque diuitias acquiret. Si autem fuerit impeditus, infortunatus atque debilis, cadens ab angulis & mali eſſe, ac malè diſpoſitus per fas potius quàm aliter, per modum etiam deceptionis atque mendacij, nec non & furtiuum, natus ſubſtantiam aggregabit.

Iupiter ſi fuerit ſignificator ſubſtantiæ nati, & ipſe boni eſſe ac bene diſpoſitus, fortunatus & fortis, liber ab impedimētis per fas & per modum licitum atque laudabilem, natus diuitias congregabit: ſi verò fuerit impeditus, ac mali eſſe & infortunatus, aliquando per fas, aliquando per nefas, aliquando per modum licitum, aliquando per illicitum ſubſtantiam natus acquiret.

Mars ſi fuerit ſignificator ſubſtantiæ nati, ipſe quoque boni eſſe ac bene diſpoſitus, fortunatus, atque fortis, liber ab impedimentis, per modum licitum, & non licitum in acquiſitione ſubſtantiæ natus ſtudebit, nec vnde ſibi eueniat, dummodo eam capere poſſit, multum curabit: dicet enim, Bonum eſt vndique pecuniam extorquere: denarius in burſa, ruſticus in foſſato. Si autem mali eſſe maléque diſpoſitus reperiatur, infortunatus, & impeditus, vnde cunque poterit per fas & nefas, per latrocinium, per viarum obſeſsionem, per incendia, per ſanguinis illicitam effuſionem, & per omnem modum per quem poterit, & à quocunque, non conſiderādo ſaxum, vel ordinem, vel dignitatem, pecuniam acquirendi viam inueſtigabit.

Sol ſi ſubſtantiam nati ſignificauerit, bonique eſſe fuerit, beneque diſpoſitus, liber ab impedimentis, fortunatus & fortis, per modum licitum atque debitum, & famoſum, natus ſubſtantiam acquiret. Si vero fuerit impeditus, & mali eſſe, acquiret eam modis omnibus quibus poterit, non quaſi curando vtrum per fas, vel nefas: ſciet tamē ſuum nefas palliare, ita quòd non ſic manifeſtè, vt fuerit malitia apparebit.

Venus nati ſubſtantiæ ſignificatrix ſi fuerit, ipſáque boni eſſe, ac bene diſpoſita, fortunata, & nō impedita, natus laudabiliter atque per modum licitum ſubſtantiam, ſcilicet diuitias aggregabit, Si vero in eſſe contrario ſit inuenta, per modū reprehenſibilem, & in quo mendacia cōmittuntur eam vſurpabit, nec verecundabitur ex tali quęſtu.

De Mercurio autē & Luna non ſicut de aliis eſt, nam quicunque illorum nati ſubſtantiæ fuerit ſignificator, ſecundum eſſe atque ſignificatum illius cum quo iunctus fuerit, natum ſubſtātiam acquiſiturum ſignificabit. Si verò nemini aliquis eorum iungatur, & ſubſtantiam ſignificauerit, per minutorum mercimoniorum baiulationem acquiſiturum monſtrabit, atque per itinera breuiora.

TERTIA

Digitized by Google

### TERTIA CONCLVSIO.

*Vtrum natus conſeruaturus ſit ſubſtantias ſuas, an non.*

Quo ad tertium determinabo vtrum natus cõſeruaturus ſit opes ſuas, an non his obſeruationibus, videlicet,

Nunquam erit pauper, & inops, cuius natiuitatis dominus fuerit Iupiter. Almanſ. ſent. 13.

Meſſahalla dixit, Si planeta beneficus non combuſtus, neque retrogradus fuerit in ſecunda domo, natus erit perpetuo fęlix & diues. Si verò maleficus planeta fuerit in ſecunda domo, natus vltro, ſeu ſponte ſua, opes ſuas & bona dilapidabit. Si verò maleficus ille fuerit, peregrinus, & malè affectus in eadem cæli ſtatione ſecunda, opes amittet ex furto, aut violentia rapiníſquę Martialium, ſeu Saturninorum, vel ſeruorum.

Pars fortunæ ſi fuerit in termino infortunij, & aſpexerit eã domin' eius de bono & forti & fortunato loco, & infortunia non aſpexerint eam, nec dominum eius, ſignificat quòd natus immiſcebit ſe vilibus rebus pro lucrando, vilipendens ſeſe: lucrabitur tamẽ, & erit eius quod lucrabitur, cuſtos.

Pars fortunæ & Almuten aſcendentis ſi fuerint in quarta domo, ſignificat durabilem & fixam fortunam. Abenrag. par. 4. cap. 12.

Pars fortunæ & eius dominus ſi fuerint Orientales, & ab impedimentis malorum liberi, fuerintque in angulis, & aſpexerint Aſcendens, aſpexerintque ipſos fortunæ, ſignificant proſperitatem nati, ac eius fortunam durabilem & augmentum bonitatis vitæ, ipſiuſque firmitatem, & conſtantiã atque robur.

Saturnus in quarto loco in ſigno fixo, maximè in Tauro vel Aquario firmam ſignificat fortunam.

Sol in Leone erigit hominem, nec ſinit mendicare.

Mercurius ſi fuerit in aſcendente & in ſigno fœminino, natus habebit bonum & lucra, & conſeruabit ſubſtantiam ſuam.

Si boni & mali planetæ ſimul partem fortunæ ac eius dominum aſpexerint, ipſique fuerint in angulis fortunæ atque proſperitatis, nati mediocritatem indicabunt.

Cùm verò domini triplicitatis aſcẽdentis fuerint iuncti planetis in angulis, ipſique fuerint cadentes ab eis, ſignificabunt fortunam atque proſperitatem nati, ſed poſt laborẽ atq; fatigationem.

Idem ſignificat dominus aſcendentis, ſi fuerit iunctus planetæ in angulo, & in domo, vel in exaltatione ſua, ipſeq; ſit cadens ac in deſcenſione ſua.

Iupiter ſi comburatur in Leone, vir ille nunquam erit pauper neque diues.

Si planetæ, qui fuerint de hayz planetarum gubernatorum partis fortunæ, eis teſtificati fuerint, aut eos aſpexerint, nati poſſeſſionem durabilem fore, & in domo remanſuram, & fortunandam deſignabunt. Sed ſi planetæ contrarij hayz & naturæ, prædictis ſignificatorum partis fortunæ locis, teſtificati fuerint eleuati ſuper ea, aut iis aſſociati, aut aſpicientes in figura, amiſsionem ſubſtantiæ demonſtrabunt. Ptolemæi lib. 4. cap. 1.

Dominus ſecundę domus ſi fuerit in aliquo angulorum per ſignum, & ſic cadens ab angulo per gradus ſignificat quòd habebit natus nomen, & famam diuitis: ipſe quoque oſtẽtabit diuitias quaſdam, indigus tamen occultè, & faciet maiores expenſas quàm eius ferat ſubſtantia. Sed ſi fuerit in aliquo angulorum per gradus, & remotus fuerit ab angulo per ſigna, natus erit ſine pompa, ordinẽ habens in ſuis factis, non erit nominatus, nec oſtẽdet ſuas diuitias, & maiores diuitias habebit quã præ ſe ferat, immo maximæ erunt diuitiæ eius, ſi planeta ille fuerit occidentalis, vel in angulo terræ: tunc enim habebit maiores diuitias, & ſe magis continebit, ac quod habet, abſcondet. Abenragelis par. 4. cap. 12.

Dominus ſecundę domus ſi fuerit fortis, ſaluus & fortunatus, & in angulo, ac aſcendens non proiicientur ſuper eum omnes hæ virtutes: nec erit nati fortuna in ſubſtantia completa nec perfecta: lucrabitur tamen ſubſtantiam, & in lucrando, & habendo eam fortunatus erit: ſed diminuet, & diſperget eam, nec remanebit apud eum, quia neſcit cuſtodire eam, vel ſeruare. Idem vt ſup.

Luminaria ſi inueneris in angulis applicantia planetis in angulis, ſignificant natum illum eſſe ortum in diuitiis & dominio, quod erit ſemper firmum & durabile, ac morabitur in eo. Sed ſi fuerit in angulis, & applicuerint planetis cadentibus, ſignificant quòd natus eſt ortus in diuitiis & perdet eas. Idem vt ſuprà.

Luminaria ſi fuerint in cadentibus, & applicuerint planetis in angulis, ſignificat quòd natus ortus eſt in vilitate, & quòd poſtmodum ſubleuabitur. Et ſi fuerint in cadentibus & applicuerint planetis exiſtentibus in cadentibus, ſignificant quòd natus ortus eſt in vilitate, & manebit in ea. Idem vt ſuprà.

Luna ſi fuerit in domo vel exaltatione ſua ab infortunis ſalua. & non impedita, ſignificat exaltationem nati, eiuſque nominis magnitudinem. Si autem prædicti ſignificatores fuerint cadentes ac impediti, ſignificant vitam nati laborioſam & paucæ vtilitatis, & eo magis, ſi non aſpexerint aſcendens. Idem vt ſup.

Saturnus vel Mars ſi fuerit in ſecunda domo, fueritque in domo ſuæ poteſtatis, deſtruet totam ſubſtantiam voluntate ipſius: ſi autem non fuerit in ſua poteſtate, ſurripietur ſubſtantia eius præter ſuam voluntatem occultè, ſicut per latrocinium, & manifeſtè, quoniam ei expoliatores occurrent. Auenaris in ratione ſecundæ domus. Nam concludunt ambo Iudæi, quòd ſi malus planeta reperiatur in ſecunda domo, inopinato malo, & bonorũ iactura affligetur.

Saturnus ſi fuerit in aſcendente in natiuitatibus nocturnis, & in gaudio ſuo, natus in vilitate lucrabitur ſubſtantiam & vilipendetur propter eam. Aben. par. 4. cap. 12.

Saturnus ſi in octaua domo fuerit, & Mars ſine aſpectu Iouis, vel Veneris, victus ſignificat diminutionem. Aben. par. 5. cap. 7.

Saturnus ſi non fuerit dominus octauæ domus, & ipſe in ea in natiuitate nocturna, erit natus deſtructor ſubſtantiæ ſuæ & indigens. Idem vt ſup.

Iupiter

Digitized by Google

Iupiter ſi fuerit in aſcendente in natiuitate nocturna, & ibi non habuerit aliquã dignitatẽ, ſignificat, quòd natus diſſipabit patrimoniũ, & erit valde helluo. Idem cap. 9. par 4. de ſig. trip. Aſcen.

Quicunque cum Ioue caudam habent, nũquam ditantur.

## *Franciſci Tagaini Natiuitas.*

Hanc figuram accepi ex obſeruationibus Hieronymi Cardani. Hic vir (qui appellatur Franciſcus Tagainus) fuit vnus ex eius amicis & habuit caudam Draconis Lunæ cum Ioue: ideo maxima ſollicitudine pauca acquiſiuit. Hæc obſeruatio digna eſt annotatione: quoniam pars fortunæ eſt benè affecta cum ſuo domino, & eſt coniuncta Lunæ: quare ſecundum has conſtellationes debebat eſſe diues: imo omnes domini triplicitatis partis fortunæ ſunt in angulis, & ideo hæc natiuitas digna eſt conſiderationibus multis.




*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 21. | 28. | ♒ |
| ♃ | 19. | 18. | ♋ |
| ♂ | 4. | 31. | ♉ |
| ☉ | 14. | 41. | ♌ |
| ♀ | 21. | 49. | ♍ |
| ☿ | 6. | 13. | ♌ |
| ☽ | 5. | 42. | ♑ |

Cum Ioue cauda in ſecunda domo, ſignificat cũ maxima ſollicitudine pauca acquirere.

Iupiter in decima domo in Capricorno, multã dabit bonam fortunam ex violenta iuſtitia, quæ infelicem habebit exitum.

Martem qui in ſecundo loco habet, caueat à mercatura.

Mars quando euenit vt ſit dominus aſcendentis & ipſe ſit dominus partis fortunæ, & cadat in domo ſubſtantiæ, nec eum aſpiciat aliqua fortuna, ſignificat quòd natus diſſipabit & diminuet ſubſtantiam ſuam, & hæreditatem parentum, & deducet ſeipſum ad paupertatem & indigentiam. Et cauſa propter quam diſſipabit & perdet illam, erit ex natura domini ſigni. Quoniam ſi fuerit Venus, expendet eam in cantibus, ludis, mulieribus & lætitiis. Si fuerit Mars, perdet illam in rixis, inimicitiis & cauſis. Si fuerit Mercurius, expendet eã in ediſcendo ſcientiam & ſcripturam. Si fuerit Iupiter, in bonis factis liberatis, ac eleemoſynis expendet eam. Si Saturnus, in ædificando & producendo, ac laborando terras. Abenr. par. 4. cap. 12.

Mars ſi fuerit in octaua domo in natiuitate diurna vel nocturna, erit natus diſſipator ſubſtantiæ, & accident ei impedimẽta indigentia, paupertas, & erit homo volubilis. Idem cap. 6. par. 5.

Mars ſi fuerit in ſeptima domo, ſignificabit participantes, ſeu miniſtros nati furari eius cor, atq; eius ſubſtantiam. Auenaris in ratione ſeptimæ domus.

Sol & Mars in ſecunda domo peregrini, aut cauda draconis, effundere ſubſtantiam hominem ſignificat.

Sol ſi non aſpexerit partẽ fortunæ, vel eius dominum, vel Solem in natiuitatibus diurnis, vel Lunam in natiuitatibus nocturnis, ſignificat detrimẽtum, & nati fortunæ ac ipſius proſperitatis diminutionem. Albohaly ſententia.

Dominus ſecundæ domus ſi fuerit ſub luce Solis, & Iupiter in malo loco, ſemper natus erit pauper. Auenaris in ratione ſecundæ domus.

Cùm Luna fuerit in Cancro in corde cæli, nati fortuna inconſtans erit.

Dominus ſecundæ domus ſi non fuerit fortunatus, eumque planeta maleficus reſpexerit, totã illam pecuniam amiſſurus eſt, quam dederit nato dominus ſecundæ domus. Abrahami in ratione ſecundæ domus.

Dominus aſcendentis ſi fuerit in oppoſito domini domus ſubſtantiæ, vel in quadrato ſine receptione, vel quòd natura cuiuſlibet eorum ſit alteri contraria, & eorum formæ ſimiliter contrariæ: natus erit dilapidator, & deuorator ſubſtantiæ, & expẽdet vltra quã conueniat, nec cuſtodiet quod habet. Tamẽ ſi fuerint in trino aſpectu vel ſextili, ſiue receperint ſe, ſiue non, natus erit auarus, amabit ſubſtantiam, cuſtodiet eam, & viuet auaram vitam, nec habebit profectum de ſubſtantia ſua, nec alij pro eo. Abenrag. par. 4. cap. 12.

Dominus aſcendentis cùm configurabitur domino ſecundi loci, ſponte natus multas impenſas faciet. Ptolemæi ſententia 85.

Dominus ſecundæ triplicitatis ſextæ domus, & Mercurius ſi fuerint malè affecti, à ſeruis malum conſequetur natus: ſin bene, bonum. Abenrag. par. 5. cap. 1. cum autoritate Andruzagaris.

Dominus

Dominus ſextæ domus, & dominus partis azemena quãdo fuerint in aſcẽdente,ſignificant quòd natus,& eius parentes ad paupertatem deuenient, & ad mendicationem, maximè ſi fuerint in ſigno mobili.Idem par.4.cap.9.

Dominus ſecundæ domus ſi fuerit in ſeptima domo,& ſeptima fuerit Aries vel Scorpio,vel Capricornus,vel Aquarius:ſignificat quòd inimici nati auferent ei libenter eius bona. Et ſi habuerit ſocietatem cum aliquo,furabitur ei,quantum fuerit natus iunctus cum eo:ſimiliter vxor eius,vel amaſia furabitur ei quicquid commode ſibi furari poterit,niſi dominus aſcendentis ſit in trino,vel ſextili aſpectu cũ domino ſeptimi,vel in aliis aſpectib' cũ receptione.Guidonis Bonati conſideratio.119.

Si octaua domus,vel eius dominus fuerint impediti,ſignificat quòd natus damnificabitur cauſa mortis alicuius mulieris, cuius dotem oportebit reſtituere cũ,cum ſuo damno. Idẽ in cõſider.115.

Luna in octaua,& dominus aſcendentis in prima,vel ſecunda,vel duodecima retrogradus ſignificat, quòd natus non habebit fortunam in ludis taxillorũ,nec taxilli dicẽt ei bonum.Idẽ conſi.121.

Cauda Draconis in quarta domo ſignificat quòd natus quicquid acquiſierit,ſeu lucrabitur, deſtruetur,& in nihilum deueniet. Et in quacunque alia domo ipſe fuerit, ſignificat quòd damnum ac detrimentum nati in his,& ex his, quæ ſignificantur per illam domum deuenient.Idem conſid.117.

Si fuerit aſcẽdens Scorpius,ſignũ ſit ꝙ nõ habebit ille cuius ipſum fuerit aſcendens, fortunam in Eccleſia Romana, propter Cancrum exaltationẽ Iouis, qui habet naturaliter ſignificare clericos, qui erit tunc nona domus,quæ ſignificat eccleſiã, & eſt Iupiter inimicus Martis, qui eſt dominus aſcendentis.Idem conſid. 110.

Signum duodecimæ domus ſi fuerit fixum, aut in eo vel in eius oppoſitione ſiue quadrato Saturnus fuerit,nato accident grauamina & impedimẽta ex cauſa animalium & gregis,maximè ſi in ſigno illo Mars,& Iupiter nullã habuerint dignitatem. Abenrag.par.5.cap.1.

Pars ſubſtãtiæ ſiue pecuniæ ſi fuerit à beneficis bene affecta,diuitiæ affluent ſine labore, patrocinio perſonarum beneficarum:ſin malè affecta,à maleficis damna accident & pecuniarum detrimenta.Abrahami in ratione ſecundæ domus.

Pars mercaturæ,quæ accipitur in die & nocte à Saturno in Mercurium,& proiicitur ab aſcendẽte, ſi fuerit infortunata, ſignificat quòd natus perdet ſubſtantiam ſuam,vel magnam partem occaſione mercandi,vel ex dantibus capitale, vel exponẽdo ſuum.Abenrag.par.4.cap.12.

Pars fortunæ ſi fuerit in cadente, & dominus eius debilis,pauper futurus eſt.

Quando fuerit aliquis malorum in vndecima cæli domo ab aſcendente,aut cum parte fortunæ, vel Sole in natiuitatibus diurnis: aut cum Luna in natiuitatibus nocturnis,ſignificãt caſum fortunæ, & maximè, ſi non habuerit dignitatem in ſigno. Albohaly cap.7.

Quando pars fortunæ,vel dominus eius non aſpexerint aſcendens, vel Solem in natiuitatibus diurnis:& Lunam in natiuitatibus nocturnis,ſignificat caſum fortunæ,& maximè ſi non habuerit dignitatem in ſigno.Idem vt ſup.

Quando Luna fuerit ſeparata à malis in natiuitate nocturna,& iterum applicata fuerit malis,ſignificat caſum fortunæ.Idem vt ſup.

Quando Alchocoden fuerit in malo loco, & aſpexerint ipſum mali planetæ,ſignificat caſum fortunæ.Idem vt ſuprà.

Dominus horoſcopi quando aſpexerit dominum ſubſtantiæ vel eius domum, vel partem fortunæ aſpectu inimico deſtruet natus opes ſuas manu propria.Hiſp.cap.9.lib.2.

Dominus horoſcopi quando fuerit Mercurius, & dederit vim Saturno,vel Marti, erit natus ſemper de vita ſollicitus,& malè timens.Idem cap.21.

Quando in domo ſecunda habeatur planeta infortunatus ſponte ſua dabit facultates aliis. Si verò talis planeta ſit ibi, & non ſit dominus horoſcopi,vi eripientur ei,aut furto.Idem cap.9.

Infortuna in ſecunda cæli domo,ſignificat multa aduerſa ex inſperato,& fortuna è contra multa præter ſpem proſpera.Idem vt ſup.

Dominus ſecundæ domus, vel Iupiter quando fuerint ſub luce Solis,vel non aſpiciant horoſcopum, vel dominum eius,& fuerint in domo lapſa, carebit natus cenſu.Idem vt ſup.

Mars vel Saturnus quando fuerint domini ſecundæ domus in natiuitate diurna,qui nõ ſint ſub luce Solis,proximè tamen egreſsi è radiis ſolaribus,tantummodo acquiret natus pecuniam cum labore,timore,& furto:& ſi fuerint in ſuo loco recepti,ſua ſponte omnia expendet. Si non fuerint recepti,vi amittet.Idem iudicium vſurpamus pro Luna in natiuitate nocturna. Idẽ cap. 16.

Saturnus quando fuerit dominus horoſcopi, vel Almuten natiuitatis & aſpiciat dominum quartæ domus malo aſpectu,diliget natus diruere turres & ædificia.Idem cap.11.

Almuten natiuitatis quando fuerit infortunatus fiet auarus & tenax.Si fortuna fuerit,erit liberalis.Idem cap.9.

Illi quibus Capricornus aſcendit cupidi ſunt & auari natura:quia dominus horoſcopi, & ſecundæ domus eſt eadem infortuna.Idem vt ſup.

## QVARTA CONCLVSIO.

*In qua ætate ſeu in qua parte vitæ ſuæ natus ſubſtantiam ſit acquiſiturus.*

Multa multi ſcripſerunt de tempore euentuum fortunæ. Nam Ptolemæus dedit nobis regulam, vt ſemper accipiamus dominos triplicitatum ſigni in quo fuerit Sol in natiuitatibus diurnis. Si autem in natiuitate nocturna, nos debemus accipere dominos triplicitatum ſigni,in quo fuerit Luna,& ſecundũ vim cuiuſlibet erit tempus, quo natus fiet diues. Quoniam ſi domini triplicitatis Solis, in natiuitatibus diurnis fuerint fortunati omnes fortes,& recepti in locis, & dignitatibus ſuis,natus erit diues,& abundãs toto tempore vitæ ſuæ.Sed ſi vnus eorum fuerit fortunatus & bonus & fortis,& alij fuerint infortunati & mali, habebit ſubſtantiam & diuitias in partitione vitæ, quæ eſt illius planetæ fortunati, & feret paupertatem

Digitized by Google

tatem & indigentiam in partitione illius planetæ qui inuenitur infortunatus. Quoniam primus horum ſignificatorum ſignificat vitæ principiũ, quod eſt prima tertia. Et ſecundus, ſecundam tertiam. Et tertius ſignificat tertiam reliquam. Etiam hoc modo iudica de dominis triplicitatis Lunæ in natiuitatibus nocturnis. Et hanc opinionem etiam confirmauit Abenragel par. 4. cap. 12.

Sed Aſtrologus Zaradeſt diuidit vitam per iſtos dominos triplicitatis aliter, & primo dat domino triplicitatis ſigni medietatem primam totius vitæ. Et ſecundo dat tertium totius vitæ. Et tertio dat ſextum remanens totius vitæ.

Si domini triplicitatis luminaris, cuius fuerit autoritas, fuerint cadentes ab angulis, vel ab aſcendente, fuerintque ſe iungentes planetis exiſtẽtibus in domibus, vel exaltationibus ſuis, vel in duabus de aliis ſuis dignitatibus, ſignificant laborem nati, ac eius impedimentum in vitæ ſuæ principio. in fine verò proſperitatem atque bonum.

Si mali planetæ fuerint in angulis, & fortunæ fuerint in ſuccedentibus, ſignificant indigentiam nati ac ipſius laborem in prima ipſius vitæ medietate: in vltima verò fortunam & bonum eſſe. Si autem fortunæ fuerint in angulis, mali autem in ſuccedentibus prædictorum, contrarium iudicabunt.

Albumaſar dicit quòd pars fortunæ iudicat ſupra primam medietatem vitæ, eius verò dominus ſupra reſiduum, ſeu reliquam partem vitæ.

Hermes & Dorochius dixerunt planetam exiſtẽtem ſuper terram ſignificare ſuper primam medietatem vitæ. Qui autem ſub terra eſt, ſignificare vltimam medietatem.

Meſſahalla dicit, quòd planetæ orientales à Sole ſuper primam medietatem, occidentales ſuper ſecundam iudicant.

Vuelius dicit, quòd Luna ſignificat medietatem primam, & dominus domus ſecundæ denotat reliquam medietatem.

Alendrugar ait, ſemper eſſe aſpiciendum ad planetas aſpicientes Lunam, & diuidendam quantitatem vitæ per eos, & hoc expertum eſt, quoniam quando nato perfecti ſunt anni in paſsibus gradus ſigni, in quo eſt malus in numero annorum, continget infortunium, & infirmitas ſecundùm naturam planetæ, & ſecundùm ſignum, in quo exiſtit, & ſecundùm proportionem eius ad Solem. Auenaris in ratione ſecundæ domus.

Omar Tiberinus lib. 3. cap. de ſubſtantia, dixit quòd ſi Almuten ſupra ſignificatores ſecundæ domus fuerit orientalis, in iuuentute acquiret ſubſtantiam natus. Si verò fuerit occidentalis, lucrabitur in magna ætate. Deinde aſpice dominos triplicitatis Almuten, omnes tres, primum ſcilicet & ſecundum, & tertium: quia ipſi ſignificant, in qua trium ætatum ſuarum erit plus acquirẽs, & in qua erit plus boni, Ex quali quoque ſubſtãtia lucrabitur bonum ſecundùm naturam ipſorum planetarum. Quòd ſi primus fuerit fortior, lucrabitur in initio vitæ: ſimiliter de ſecundo & tertio.

Iudæi in ratione ſecundæ domus dixerũt, quòd planeta qui fuerit in primo cæli angulo, vtpote in horoſcopo, vel fuerit dominus eius, indicat primã quartam vitæ. Qui verò fuerit in ſecundo angulo, hoc eſt in decima domo, vel fuerit dominus decimę, denotat ſecundam quartam vitę. Qui verò fuerit in ſeptima domo, vel eius dominus, tertiã. Qui in quarta domo, vel eius dominus, poſtremã quartam. Si planeta, qui fuerit in aliquo angulorum, eſſet orientalis à Sole, indicabit primam medietatem, quartæ ſibi aſcriptæ. Si occidentalis, ſecundam medietatem eiuſdem quartæ vitæ.

Alij ſapientes dixerunt, ꝙ quando dominus domus ſubſtantiæ fuerit in aſcendente, & in illa natiuitate fuerit ſignificatio, ꝙ natus ſit habiturus diuitias, ꝙ habebit eas in infantia ſua, & in principio vitæ ſuæ. Sed ſi fuerit inter aſcendens & medium cæli, conſequetur eas in pueritia ſua. Si in angulo medij cæli, habebit ab adoleſcentia ſua: ſi inter medium cæli & ſeptimam domum habebit eas in iuuentute. Si in angulo occidentis, habebit eas in ſenectute, & in tẽpore, quo vitæ finis appropinquat.

Iupiter ſi fuerit in vno angulorum, vel in vndecima, & nõ ſit ſub radiis Solis, neque retrogradus, denotat ipſemet bonum magnum & diuitias & æs. Et ſi fuerit in prima domo, aut decima, hoc bonũ erit ante medietatem dierum ſuorum. Auenaris in ratione ſecundæ domus.

Iupiter ſi fuerit orientalis à Sole ante ſtationem eius primam, aut poſt oppoſitionem Solis in ſtatione ſecunda, habebit honorem & diuitias ante medietatem dierum ſuorum. Et ſi fuerit è contra, erit cõtrariũ. Et erũt ſuæ diuitiæ ſecundùm eius fortitudinẽ. Et omne hoc ſi fuerit principãs ſuper natũ, aut fuerit dominus horę nati, vel ſi fuerit dominus domus Solis in die, & nocte Lunæ: ſed ſi fuerit in domo ſui dedecoris, aut in domo ſui caſus, minuetur de bono ꝑ ipſum denotato tertiũ. Idẽ vt ſupra.

Iupiter retrogradus diuitias non largitur, niſi in fine vitæ.

Sol in natiuitatib' diurnis, Luna verò in nocturnis ſi ſeparabitur ab infortunis, & iũgatur fortunis, ſignificat laborẽ nati, ac eius impedimẽũ vitę ſuę in principio, in fine verò proſperitatẽ atque bonum.

Luna ſi à malis obſeſſa fuerit tam in diurnis quã nocturnis, ſignificat laborem nati, ac eius impedimentum in vitæ ſuæ principio, in fine verò proſperitatem atque bonum. Albohaly ſen. cap. 7.

Dominus ſecundæ domus ſi vim ſuam dederit domino aſcendenti, natus in ſua adoleſcentia habebit ſubſtantiam ſine labore. Et ſi dominus aſcendentis dederit vim domino domus ſecũdæ, veniet gubernatio ipſius cum labore. Auenaris vt ſupra.

Alchocoden ſi fuerit cadens ab angulis, vel ab aſcendẽte atque in malo loco ab ipſo, & in aſpectu alicuius infortunæ, ſignificat in principio vitæ ſuæ impedimentum, ac laborem, in fine verò proſperitatem atque bonum.

Ego autem iſtorum Aſtrologorum dictis non contradico: veruntamen nec his, nec illis abſolutè cõſentio, nec abſolutè ab eis diſſentio: videtur tamen mihi, quòd qui potior eſt in alicuius rei natura, potior ſit in ipſius effectus iudicio. Efficacius enim ac magis naturaliter videntur domini triplicitatis domus ſubſtantiæ ſignificare illam, quàm cæteri. Ideo ſi primus eorum fuerit boni eſſe, ac bene diſpoſitus, acquiret eam in prima tertia parte vitæ ſuæ: in aliis duabus indigebit. Nota.

Si fuerit ſecundus, acquiret eam in ſecunda tertia parte vitæ ſuæ: in aliis duabus indigebit. Si autem fuerit tertius, acquiret eam in vltima tertia parte vitæ ſuæ: in aliis duabus indigebit. Si quidem duo ex eis tantum fuerint fortunati, tertius verò non, acquiret eam in tertiis eis deputatis: in alia indigebit. Nam ſi fuerint fortunati primus & ſecundus, acquiret eam in prima & ſecunda tertia parte vitæ ſuæ, in tertia indigebit. Si fuerit primus & tertius, acquiret eam in prima, & in vltima tertia parte vitæ ſuæ, in media indigebit. Si fuerit ſecundus & tertius, acquiret eam in ſecunda & tertia parte vitæ ſuæ; in prima verò indigebit.

Si autem fuerint omnes fortunati, acquiret eam & abundabit toto tempore vitæ ſuæ. Si verò fuerint omnes infortunati, toto tempore vitæ indigebit, & ſemper in miſeria deget.

Loca circuli ſignificantia tempora illa ſunt iſta: nam aſcendens & ſecunda domus ſignificant principium vitæ nati vſque in finem adoleſcentiæ ſuæ, id eſt ad annos 22. Decima verò & vndecima ſignificant iuuentutem vſque in finem collectæ ætatis, id eſt vſque ad annos 41. Septima quidem & octaua, ſignificant à fine iuuentutis vſque ad medietatem ſenectutis, id eſt vſque ad annos 56. Quarta autem & quinta ſignificant à medio ſenectutis vſque in finem vitæ nati. Et hæc fuit opinio Guidonis Bonati cap. 9. part. 5. in ratione ſecundæ domus, & Albohaly cap. 8.

Tempus verò particulare venturarum diuitiarum oſtendunt directiones ſignificatorum ad beneficos promiſſores, & eorum radios.

Amplius explorabis tempus proſperitatis, vel infortunij nati, vel mediocritatis, videlicet ex directione planetarum, qui ſignificabunt hoc per diſtantiam, quæ fuerit inter eos & fortunas, ac malos in ſignis, gradibus & minutis. Diriges autem partem fortunæ ad corpora tam fœlicium quàm maleficarum ſtellarum, & ad radios earundem. Quia cùm coniuncta fuerit, vel applicata Ioui vel Veneri, ſignificat fortunam in eo tempore, & quãdo coniuncta fuerit, aut applicuerit Saturno, vel Marti, ſignificat amiſsionem pecuniæ nati, & depopulationem domus eius. Albohaly ſent. cap. 8.

A gradu aſcendentis ſciuntur accidentia corporis: à gradu partis fortunæ eſſe ſubſtantiæ. A gradu verò Lunæ eſſe corporis & animæ deprehenditur. A Solis autem gradu valetudines eius, ſed à gradu medij cæli magiſteria & opera dignoſcuntur. Vnicuique gradui da ſingulos annos. Almanſoris ſententia 63.

*Annotationes vniuerſales.*

Dominus primæ domus in prima fortunatus, ſignificat nato fortunam per ſemetipſum, & ſi aſpexerit eum planeta à medio cæli, inueniet hæreditatem magnam.

Si fuerit in ſecunda, ſignificat natum fore diuitem, præſertim ſi fuerit ibi receptus: infortunatus ibi, vel combuſtus, paupertatem & miſeriam portendit.

Si fuerit in quarta domo, ſignificat fortunam per hæreditates, & cauſa patrũ, per productiones aquarum, populationes, vel plantationes, & ædificationes, & quòd ex rebus antiquis & radicalibus proſperabitur, & in rebus immobilibus, vel etiam habebit bonum, & vtilitatem à parentibus, & ex mineris terræ.

Si fuerit in ſeptima domo fortunatus, ſignificat fortunam per conuentiones & factores atque vxores.

Si fuerit in decima domo fortunatus, ſignificat fortunam per regem, vel magiſteria altiora.

Si fuerit in duodecima domo fortunatus, natus fortunabitur in animalibus, quæ equitantur.

Dominus ſecundæ domus ſi fuerit {

In prima domo fortunatus, ſignificat quòd natus erit diues, & fortunatus in lucrando, & ſi fuerit receptus eo melius, & ſi fuerit dominus eius in angulo, habebit illud à nobilibus, vel altis hominibus.

In ſecunda domo, ſignificat multitudinem ſubſtantiæ, & quòd habebit natus lucrum & victum à notis partibus. Et ſi eum aſpexerit dominus aſcendentis, lucrabitur ſubſtantiam, & congregabit eam.

In tertia domo, ſignificat lucrum in breuibus itineribus.

In quarta domo, oſtendit quòd natus & parentes eius erunt in bono ſtatu, & augebitur domus, in qua natus eſt, & procedet in locum, habebítque ſubſtantiam à parentibus, & erit multum fortunatus in rebus immobilibus.

In ſexta domo, ſerui vel ſclaui fugient, & morientur beſtiæ eius, & accidet damnum in ſubſtantia.

In ſeptima domo, ſignificat, quòd natus ſubſtantiam à malis partibus lucrabitur, expendétque eam in mulieribus & cauſis, vel venient nato res immobiles ex parte vxoris.

In octaua domo, natus turpes expenſas faciet, non conſiderans in quos. Et ſi dominus ſecundæ domus dederit vim ſuam domino octauæ, eodem domino ſecundæ in octaua exiſtente, auferetur ei ſubſtantia. Et ſi dominus octauæ dederit vim ſuam domino ſecundæ domus, domino octauæ exiſtente in ſecunda domo, inueniet ſubſtantiam, vel hæreditatem ex cauſa mortuorum, & conſequetur res immobiles.

In nona domo, habebit natus mercimonia extra locum ſuum in itineribus, & ſubſtantiam ac lucra à locis abſconditis, & aduenient ſibi res in cauſis ſpiritualibus, ſeu prælaturæ.

In decima domo, ſignificat quòd natus viuet ex mercede regis, & lucrabitur inde, vel conſequetur ſubſtantiam immobilem

Digitized by Google

mobilem à rege, vel principe, ſeu in cauſis officiorum, ſeu iudiciorum.

In vndecima domo, erit ſubſtantia nati à mercimoniis panis, & rebus quæ ſeminantur, & ex annuis reditibus, & debitis: vel fiet diues propter fortunam ipſi accidentem.

In duodecima domo, erit ſubſtantia nati de malefactis, denegabitur ei ſubſtantia ſua, vel eripietur, aut furto auferetur, ſed lucrabitur ex animalibus maioribus.

Dominus tertiæ domus ſi fuerit in ſecunda, rixabuntur fratres cum nato propter ſubſtantiam eius, & hac de cauſa ei negocium facient.

Si fuerit in quarta domo, auferent fratres ſubſtantiam patris, & ſeparabunt ſe cum nato, & conſanguinei ſui erunt coniunctiores fratribus ſuis.

Dominus quartæ domus ſi fuerit

In prima domo, ſignificat fortunam ex cultu terræ & fructibus, vel per ingenium & conſilij profunditatem, & quòd proſperabitur natus in rebus immobilibus, ædificiis, ſtructuris, agris, vineis, hortis, & ſimilibus.

In ſecunda domo, ſignificat quòd natus cum profectu emat, & vendat domos, & res immobiles, ſcilicet, quòd carè vendat, & bene emat.

In tertia domo, ſignificat quòd res immobiles accident nato in cauſis hæreditatum, ſeu itinerum, ſeu à fratribus.

In quarta domo ſignificat fortunam ex cultu terræ & fructuum, per cauſas patrum, & per res antiquas, & erit natus celebris, ac clarus, nominatus inter homines, ac multum fortunatus in rebus immobilibus.

In ſeptima domo, ſignificat fortunam ex cultu terræ & fructuum, per cauſas vxorum, & ſatorum, & per negociationes, venietque nato ſubſtantia à muliere, ſeu vxore.

In octaua domo, ſignificat ſubſtantiam mortuorum.

In nona domo, ſignificat ſubſtantiam in cauſis ſpiritualium, & ex parte beneficiorum, præpoſiturarum, vel alicuius alterius prælaturæ.

In decima domo ſignificat fortunam per conuentiones, & negociationes, & per vxores, & per cauſas regis. Significat etiam nato ſubſtantiam venire à rege, ducibus, vel potentibus.

In vndecima, ſignificat fortunam propter fortunam ei naturali Fato conceſſam.

In duodecima domo ſignificat quòd natus in cauſis inimicorum ſubſtantiam immobilem conſequetur, & in cauſis tribulationum, & anguſtiæ: ſic quòd cum difficultate profectum habebit.

In ſecunda domo, ſignificat nato euenire gaudium in cauſis diuitiarum.

Dominus 5. domus ſi fuerit

In quarta domo, natus gaudebit de rebus immobilibus, ac parentibus ſuis.

In ſexta domo, natus habebit ſuum victum de beſtiis, ſeruis & ancillis.

In octaua domo, natus dimittet ſubſtantiam ſuam ſuis, & ipſi eorum filiis, & lætabitur de hæreditate mortuorum.

In duodecima domo, minuetur nato tribulatio & anguſtia, & ſentiet gaudium ex animalibus maioribus.

Dominus ſextæ domus, ſi fuerit in prima domo, ſignificat quòd ſerui & beſtiæ morientur ei.

Si fuerit in ſecunda domo, ſignificat quòd victus nati erit ratione ſeruorum, aut pro dando beſtias ad vecturam, & quòd inde lucrabitur modicum, & ſignificat paupertatem.

Dominus 7. domus ſi fuerit

In prima domo, ſignificat fortunam per conuentiones & negociationes, per cauſas Medicinæ, atque Aſtronomiæ, & per opera ſpiritualia, atque ingenium: & ſimiliter mulieres natum amabunt, per quem amorem habebit id quod voluerit ab eiſdem, & habebit bonum ac lucrum ex parte mulierum.

In ſecunda domo, ſignificat amiſsionem ſubſtantiæ cauſa inimicorum & latronum.

In quarta domo, ſignificat fortunam per conuentiones mulierum, & per negociationes, & per cauſas patrum, & hęreditatum, & cultus terræ.

In ſeptima domo ſignificat fortunam per negociationes & conuentiones, & per nutritiones, & mulieres, & per ſatores.

In octaua domo, ſignificat quòd natus hæreditabit bona vxoris, & habebit aliquid ex hæreditatibus mulierum.

In decima domo, ſignificat fortunam per conuentiones & negotiationes & per vxores, & cauſa regis.

Dominus octauæ domus ſi fuerit in ſecunda domo, natus habebit ſubſtantiam & lucra ex bonis mortuorum & rebus celatis, tamen ſecundùm aliquos Aſtrologos ſignificat paucitatem ſubſtantiæ.

Si fuerit in ſexta domo, accident nato occaſiones & impedimenta propter ſeruos & beſtias, nec habebit in eis fortunam, vel lucrum, & videbit mortem familiæ ac animalium minorum.

Dominus nonæ domus in ſecunda domo, ſignificat quòd natus habebit ſubſtantiam ex peregrinationibus, in quibus ditabitur.

Si fuerit in ſexta domo, lucrabitur in ſeruis & beſtiis.



Digitized by Google

**Dominus 10. domus ſi fuerit**

In ſecunda domo, vita nati erit de donis regis, & officiis, & congregabit per hoc diuitias.

In quarta domo, ſignificat quòd natus proſperabitur in cauſis poſſeſſionũ & rerum immobilium.

In ſexta domo, modicam ſubſtantiam habebit natus, & viuet de bonis quæ ſibi dabuntur.

In vndecima domo, ſignificat quòd natus ſubſtantiam aggregabit à partibus regis.

**Dominus 11. domus ſi fuerit**

In ſecunda domo, natus habebit bonum, lucra, ac diuitias per amicos, & ſocios ſuos, & fortunabitur in diuitiis, ſeu lucro.

In quarta domo, natus proſperabitur in rebus immobilibus.

In ſexta domo, ſignificat quòd natus viuet de ſudore ſuo.

In ſeptima domo, ſignificat natum in pueritia pauperem, ſed in ſenio diuitem futurum.

In octaua domo, natus erit infortunatus, & intromittet ſe de mercimoniis, non tamen habebit fortunam in his, & proſperabitur in hæreditate mortuorum.

In nona domo, erit natus fortunatus vſque in finem vitæ.

In vndecima domo, erit natus locuples, & habebit fortunam ac proſperitatem variam.

In duodecima domo, habebit natus modicum boni.

**Dominus 12. domus ſi fuerit**

In prima domo, oſtendit natum in pueritia pauperem: ſed in ſenio diuitem.

In ſexta domo, erit infortunatus in ſeruis & beſtiis.

In ſeptima domo, erit natus miſer in fine vitæ ſuæ: & inimici eius auferent eius bona.

In octaua, hæreditabitur natus ſubſtantiam multam.

**Saturnus ſi fuerit**

In ſecunda domo, non in domicilio vel exaltatione, natus erit modicæ ſubſtantiæ & paucæ, & ſignificat ablationem ſubſtantiæ. Sed in domo ſua, vel exaltatione, facit natum diuitem, ſed auarum & miſerum.

In quarta domo extra domum vel exaltationem ſuam, ſignificat quòd natus in rebus immobilibus non proſperabitur, & patietur deſtructiones ædificij, & terrarum, ſeminum & theſaurorum, & periculum ab ipſis: & talis natus deſtruet id quod habebit. Et ſi non habuerit patrimonium, erit ſemper pauper. In domo vel exaltatione ſua Saturnus dat diuitias in rebus ſtabilibus, & homines in eo confident.

In ſexta domo, infortunatus erit natus in animalibus, & ſignificat inobedientiam ſeruorum.

In octaua domo extra domum & regnum, natus non habebit hæreditatem. Sed in domo vel regno ſuo ſi fuerit, natus habebit hæreditates.

In duodecima domo extra domum & regnum ſuum, erit natus infortunatus in animalibus maioribus. In ſuo regno & domo ſignificat natum fieri fortunatum in animalibus maioribus.

In ſuo domicilio, dat magnas diuitias.

In domicilio Iouis, dat magnas diuitias.

In domicilio Lunæ, natus diruet rem familiarem matris.

**Iupiter ſi fuerit**

In ſecunda domo, ſignificat multam ſubſtantiam, & quod nunquam erit natus pauper.

In tertia domo, reddit natum fortunatum ex fratribus & propinquis ſuis.

In quarta domo, facit natum fortunatum in poſſeſſionibus immobilibus: & ſignificat gaudium ex reliquiis mortuorum, terris, hæreditatibus: & quod inueniet theſaurum, aut bonum non cogitatum, & ſine labore, & dat diuitias ex rebus ſtabilibus. Sed in medio vitæ promittit depreſsionem, verſus autem finem, fortunam.

In quinta domo, habebit natus dona, & oblata ex hominibus potentibus. Quod ſi natus fuerit eccleſiaſtes, habebit multa beneficia, ac diuitias ex hæreditatibus.

In ſexta ſignificat profectum à quadrupedibus.

In octaua domo, ſignificat quòd natus habebit aliquam hæreditatem.

In vndecima domo, ſignificat nato multitudinem fortunarum & proſperitatum, & quòd rerum ſperandarum proſperum, & fortunatum conſequetur effectum.

In duodecima, extra domum vel regnum ſuum, dat paupertatem.

In domicilio Saturni, ſignificat quòd natus erit infortunatus in rebus eccleſiaſticis, ſed erit multum diues, & ſemper dicet ſe eſſe pauperem.

In domicilio ſuo, ſignificat natum multum diuitem, & in ſecunda domo dat diuitias maximas.

In domicilio Veneris, dat lætitiam & magnam vtilitatem à mulieribus, & ſignificat, quòd habebit natus magnas diuitias eccleſiaſticas.

In domicilio Mercurij, facit natum magnum mercatorem, fidelem, & quòd acquirat diuitias plures quàm ſocij ſui & conſanguinei.

Dominus aſcendentis ſi fuerit in malo loco infortunatus, natus plus conſumit quàm lucratur.

In prima extra domum & regnum ſuum, ſignificat ablationem ſubſtantiæ.

In domo

Digitized by Google

In domo autem ſua vel regno, erit natus deſtructor rei familiaris.

In ſecunda domo, ſignificat paucitatem ſubſtantiæ & ablationem eius per furtum, vel per impetum alicuius ſerui violentum, & per turbationem miniſtrorum, & facit hominem deſtructorē rei familiaris, & indigentem, qui ſemper obiurget ſeruos, & ſuos ſubditos.

In tertia domo in Sagittario vel Piſcibus, ſignificat quòd natus erit multum diues, & faciet multa negocia pro bonis acquirendis.

In quarta domo, ſignificat deſtructionem domorum & combuſtionem ex igne, ſic quòd timendum eſt, quòd ędificia eius conſumētur igni, vel alia via infortunij corruent, & diruet res ſtabiles.

Mars ſi fuerit

In ſexta domo, dat nato interitum & damnum per ſeruos.

In octaua domo extra domum & regnum, dat nato paupertatem: in domo verò ſua, vel regno dat magnas diuitias, ſed cum rixa, & lite, & hoc erit extra patriam.

In decima domo extra domum vel regnum, dat paupertatem.

In vndecima domo extra domum vel regnum, ſignificat paucitatem infortunij, & ꝗ ſpes & fiducia nati deſtruetur.

In duodecima domo, natus erit infortunatus in beſtiis maioribus.

In domicilio Saturni, ſignificat quod natus vſurpabit rem familiarem conſanguineorum.

In domicilio Mercurij, lucrabitur natus malo animo, & perdet res multas.

In domicilio Lunæ, ſignificat quòd natus diſsipabit rem matris.

In prima domo, ſignificat augmentum auri, & ſubſtantiam ex rege, vel potente.

In ſecunda domo, facit expendere in rebus magnificis, honoratis & liberalibus.

In quarta domo, ſignificat acquiſitionem caſtrorum & locorum habitabilium, theſaurum, & diuitias in bonis immobilibus.

In quinta, natus habebit dona à magnis viris.

In ſeptima domo, ſignificat quòd natus habebit damnum in ſubſtantia parentum.

In octaua domo, dat hæreditates, ſed dat magnum damnum in rebus familiaribus, quæ ab illo auferentur per magnos viros.

Sol ſi fuerit

In decima domo in Leone, vel Ariete, dat diuitias eximias, & facit natum diuitem & potentem extra ſuam conditionem.

In duodecima domo, ſignificat quòd natus perdet rem familiarem, vel ſubſtantiam: tamen dat bonam fortunam in magnis animalibus.

In domicilio ſuo, natus erit diues, & habebit diuitias non cogitatas.

In domicilio Mercurij ſi fuerit inuentus in diurna natiuitate, ſignificat quòd natus abundabit diuitiis in media ſua ætate: in nocturna natiuitate, quòd erit pauper.

Si fuerit dominus aſcendentis & in bono loco poſitus & non impeditus, natus erit locuples.

In prima domo, ſignificat natum fortunatum.

In ſecunda domo, ſignificat multitudinem ſubſtātiæ, præſertim ad ornatum pertinentis, & denotat ſubſtantiam & profectum à mulieribus, & ab vxore magnas diuitias & vtilitates, & amplius quòd non erit pauper. Et ſi fuerit ſacerdos habebit beneficia eccleſiaſtica.

In quarta domo, ſignificat hæreditates rerum immobilium, & quòd natus inueniet non cogitata, & habebit domus & poſſeſsiones pulchras & magnificas.

In quinta domo, natus habebit dona à magnis viris.

Venus ſi fuerit

In ſexta domo, natus habebit vtilitatem de animalibus quadrupedibus minoribus.

In octaua domo, dat nato diuitias, & hæreditates.

In decima domo, ſignificat quòd natus acquiret diuitias & ſubſtantiam à potentibus, & dominis magnis.

In duodecima domo, dat nato bonam fortunam in animalibus maioribus.

In domicilio Iouis ſi fuerit inuenta, dat nato bona per mulieres, vel per bona eccleſiaſtica.

In ſecunda domo ſignificat diuitias, & mercationes, & profectum ſubſtantiæ, & augmenta diuitiarum per ingenium nati, & erit fortunatus in ſcripturis & mercaturis.

In quarta domo ſignificat quòd natus acquiret res immobiles ingenio & cura propria, varia cum prouidentia. Sed ſi fuerit infortunatus ipſe Mercurius, natus erit deditus agriculturæ, & ædificiis, & ſtudioſus cumulandi pecuniam.

Mercurius ſi fuerit

In octaua domo, dat nato infortunium in hæreditatibus. Si verò fuerit in Geminis vel Virgine, aut in bono aſpectu Iouis vel *Veneris*, habebit natus hæreditates, & diuitias.

In nona domo, dat nato magnum lucrum in itineribus, & vtilitatem, & in rebus eccleſiæ bonam fortunam.

In duodecima domo, fortunatus & non impeditus, dat nato bonam fortunam per animalia maiora.

In domicilio Lunæ, facit natum fortunatum in mercatura.

In prima domo,dat nato magnam vtilitatem à magnis viris,& beneficia ab illis,& gaudium à mulieribus magnis.

In ſecunda domo,ſignificat quòd natus conſequetur diuitias ex piſcinis, ſeu piſcibus & animalibus aquæ, & per molendina. Sed ſi fuerit infortunata,ſignificat perditionem: fortunata vero dat multas diuitias,& vtilitates ex legationibus magnorum principum & dominorum.

In quarta domo, ſignificat quòd natus molendina & piſcinas lucrabitur. Sed ſi natiuitas fuerit diurna, erit natus in principio ſuæ vitæ fœlix, in fine verò laudabilis, & erit multum deditus agriculturæ & ædificiis, & augendis opibus.

In quinta domo ſi fuerit,natus habebit multa dona à populo,& ab vniuerſitate,& nobilibus.

In ſexta domo,ſignificat nato lucrum ex quadrupedibus.

In octaua domo, dat nato hæreditates.

In decima domo,dat nato vtilitatem ex magnis principibus, & dominis, & etiam à populo, & facit acquirat quæ deſiderabit.

In duodecima domo ſi fuerit combuſta,aut cum Saturno,vel cum Marte, natus erit infortunatus in animalibus maioribus.

In domicilio Veneris ſi fuerit inuenta, natus habebit vtilitatem à mulieribus,& vxoribus.

In domicilio Mercurij ſi fuerit, erit natus fortunatus in mercaturis.

In ſecunda domo ſignificat augmentum diuitiarum & bonam fortunam,ita quòd natus non erit vnquam pauper, & habebit hæreditatem,vel bona eccleſiaſtica,& erit diues & auarus.

Caput Draconis

In quarta domo,dat nato res ſtabiles & magnas diuitias, & facit vt inueniat theſauros, aut bonum non cogitatum, ſed ſi fuerit in Cancro, Scorpione vel Piſcibus, ſignificat impedimentum in rebus prædictis.

In quinta domo, dat diuitias maximas aut beneficia.

In octaua domo dat nato diuitias & hæreditates.

In duodecima ſignificat bonam fortunam in animalibus maioribus. Sed paucas diuitias.

Cauda Draconis

In ſecunda domo dat nato paupertatem,& deſtructionem rei familiaris, facitque vt ſit homo prodigus,& fortunatus in ludo: facit tamen diſſipatorem ſuæ ſubſtantiæ.

In quarta domo, ſignificat ruinam patrimonij & rerum ſtabilium. Et vt quicquid natus acquiſiuerit, deſtruatur. Facit tamen quærere res de quibus nunquam vtilitatem habebit.

In ſexta domo ſi fuerit, erit natus infortunatus in animalibus minoribus.

In octaua domo, facit perdere hæreditates, nihilominus facit diuitem natum,& auarum.

In duodecima domo, dat nato damnum in animalibus magnis.

*De excellenti fortuna, in cultura metallicarum fodinarum.*

Duo ſunt memorabiles Aphoriſmi, de ſignificationibus excellentis fortunæ, ex metallicarum fodinarum cultura. 1. Aphor.

Saturnus dominus quartæ domus, in quarto cæli loco conſtitutus in domicilio, vel exaltatione ſua, directus, velox motu, beneficis planetis amico aſpectu configuratus, & fodinarum metallicarum cultura, opum & diuitiarum affluentiam ſignificat. Ac quò fortior eo in loco fuerit, tantò euidentior erit effectus.

Talis eſt conſtitutio in genitura Maximiliani Primi Imperatoris. Nam Saturnus in Capricorno ac domo quarta fuit, in proprio domicilio, directus, velox motu, in triangulo Iouis, nec à Marte læſus. Is inſignem fortunam habuit ex fodinis metallicis, adeò vt potentia eius ex venis illis plurimum creuerit. Vide eius geneſim p. 488.

Idem fuit poſitus, vt narrat Cyprianus, in themate D. Iacobi Fuggeri Senioris, qui floruit imperãte Maximiliano, cui etiam chariſſimus fuit. Hic cùm generoſis dominis Turzonibus facta ſocietate, ex auri venis metallicis in Vngaria, incredibiles, & immenſos fructus percepit aliquot annis continuis, adeò vt huius viri fortuna, ſe ad omnem eius familiæ poſteritatem extenderit. Iacobus Fuggerus.

Dominus quartæ domus, receptus ex dignitate eſſentiali ab altero luminari, aut alterius luminaris diſpoſitore, ſimiliter inſignem fortunam, ex fodinis metallicis decernit. 2. Apho.

Huius Aphoriſmi exempla tradit Cyprianus, vnum eſt viri nobilis D. Vucigmoſeri, in cuius themate Luna quartæ domus domina in Ariete recipitur ex altitudine à Sole, qui fuit in Tauro cum Venere in ſecunda domo. Pater huius cum fodinas infœliciter tractaſſet, adeò vt ære alieno premeretur, moriens præ dolore animi, filio hæreditatem, non leui ſumptu obæratam reliquit, quam cum ille adire recuſaret, exoſus metallicas res, ob patris infœlicitatem, tamen à Matthæo Lango Cardinali, & Epiſcopo Saliſburgenſi domino ſuo perſuaſus eſt, vt ad patris fodinas relictas, ipſe tractandas rediret, promiſſa ſumptuum parte. Non multò poſt, paucis annis elapſis, fortuna arridente, incredibilem auri vim, ex metallicis collegit & ad huc quot annis colligit.

Eadem

Digitized by Google

*Thema Ioannis Roſenbergeri Patritij Auguſtani.*




EADEM eſt conſtitutio ferè Domini Ioannis Roſenbergeri Auguſtani, cui Saturnus eſt in quarta domo & in altitudine ſua, & Mercurius dominus quartæ receptus eſt à Venere alterius luminaris gubernatrice. Quæ conſtitutio amplam ex fodinis ei fortunam decreuit, ſed tardiorē propter Saturnum retrogradum eo in loco, quod & directiones confirmant.

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 28. | 18. | ♓ |
| ♃ | 8. | 34. | ♐ |
| ♂ | 7. | 43. | ♓ |
| ☉ | 0. | 49. | ♌ |
| ♀ | 6. | 45. | ♋ |
| ☿ | 22. | 13. | ♌ |
| ☽ | 23. | 30. | ♊ |

*Capitulum in ſecunda domo, ſiue in ſecunda nati fortuna: ex Albub. cap. 135.*

Quando Saturnus in domo ſua exiſtens trino aſpectu aſpexerit Iouem cum receptione, vel Iupiter Saturnum bono aſpectu, & cum receptione ex angulo ſimiliter aſpexerit, natus erit diues, multæ pecuniæ ac bonæ famæ.

Quando Venus in Tauro fuerit, & Saturnus in Libra, natiuitate diurna exiſtēte, natus erit diues, laudatus, multæ pecuniæ, & mulieres ac filios appetens.

Quando dominus partis fortunæ fortunatus ac in bono loco, vt in nona vel vndecima domo fuerit, & partem fortunæ bono aſpectu aſpexerit, natus erit diues & amplæ ſubſtantiæ ac delicioſus.

Quando pars fortunæ vel eius dominus in aſcēdente orientalis, ac extra radios & ſine infortunarum aſpectu fuerit, & Iupiter fortunatus ex angulo terræ ipſam aſpexerit, natus erit diues ac multæ pecuniæ, ſed eam abſcondet. & idem iudica, videlicet quòd erit diues, poſito quòd Iupiter eam & dominum eius aſpexerit.

Quando dominus domus ſubſtantię fortunatus in aſcendente fuerit, natus erit diues ac bonæ vitæ.

Quando pars fortunæ Solem aſpexerit, aut cum eo de ſub radiis apparens ſine aſpectu infortunæ fuerit, natus erit diues ac in omnibus operibus ſuis laudatus.

Quando Venus in triplicitate Iouis directa & extra Solis radios fuerit, ac aliquem ex angulis poſſederit, natus erit aliqualiter diues.

Quando Luna in triplicitate Iouis ſine infortunarum aſpectu fuerit, & Iupiter fortunatus exiſtēs bonum locum poſſederit in figura, natus diuitias multas habebit, ac vndique fortunatus erit.

Quando Iupiter directus ac de ſub radiis Solis & ab infortunis liber exiſtens in domo Lunæ fuerit, natus pecuniam in itinere lucrabitur, & ſemper erit diues.

Quando Iupiter directus in aliquo angulorum cum Luna fuerit, & ab infortunis & à combuſtione liber, natus erit diues, ac in amplitudine ex bono ſtatu viuet.

Quando Iupiter in aliqua dignitatum ſuarum exiſtens, in aliquo angulorum fortunatus fuerit, natus erit diues, altus & famoſus, & magiſterium eius pulchrum, viuetque vita laudabili.

Quando Sol cum Venere & Mercurio fuerit, Saturnus & Luna in medio cæli ipſos aſpexerint, natus erit diues, & nō remouebitur lucrum ab eo, eruntque facta eius pulchra.

Quando Iupiter & Venus ab infortunis liberi ſimul fuerint, & Luna eos bono aſpectu aſpexerit, natus erit diues, & ſe cum regibus & viris ſublimibus commiſcebit.

Quando Iupiter in exaltatione ſua & in aſcendente fuerit, & Saturnus in Capricorno exiſtens ipſum ex occidente aſpexerit, natus pecuniam & ſubſtantiam habebit.

Quando Sol in exaltatione ſua exiſtens, Lunam trino aſpectu aſpexerit, & ambo ab infortunis fuerint liberi, natus erit diues, ac bonis ſemper abundans, necnon vitam ornatam ducens, præſertim ſi natiuitas diurna fuerit.



Digitized by Google

Quando Sol in ſigno maſculino, & ab infortunis liber fuerit, & fortunæ eum ex propriis domibus bono aſpectu aſpexerint, natus erit diues.

Quando Sol & Venus cum Luna in medio cæli fuerint, & Venus directa ac in bono Iouis aſpectu, natus erit diues, ſani corporis, & à viris ſublimibus honoratus.

Quando Sol cum Ioue fuerit, & Lunam ex medio cæli bono aſpectu aſpexerit, natus erit diues, amplæ pecuniæ, necnon magni dominij atque famæ.

Quando Sol & Mercurius cum Ioue in eius domo fuerint, aut Iouem in domo vel exaltatione ſua aſpexerint, & infortunæ ab ipſis ceciderint, natus erit multæ pecuniæ, ac in ciuitate vbi moratur, honorem & vtilitatem habebit.

Quando Sol in aliqua dignitatum ſuarum exiſtens Lunam ex aſcendente vel quarta domo bono aſpectu aſpexerit, & infortunæ ab ipſo ceciderint, natus erit famoſus ac fortunatus.

Quando pars pecuniæ & eius dominus ab infortunis liberi, in bono ac forti loco fuerint, & fortunæ eos aſpexerint, natus per totam vitam ſuam erit amplæ pecuniæ, gaudens & honoratus.

Quando dominus domus pecuniæ domino aſcẽdentis alligauerit, natus ſine labore pecuniam lucrabitur, eique ex loco, quem non ſperat, veniet. Et ſi dominus aſcendentis domino domus pecunię alligauerit, natus pecuniam cum labore acquiret. Et ſi quis planeta lumen inter eos deferat, natus pecuniam ſecundum naturam illius deferentis habebit.

Quando dominus aſcendentis à domino domus ſubſtantiæ ſeparatus fuerit, natus ſubſtantiam non acquiret, & magiſterium ſuum dimittet. Et ſi dominus domus pecuniæ à domino aſcendentis ſeparatus fuerit, multum laborabit, vt pecuniam acquirat, ſed nihil aut parum lucrabitur.

*De fortuna nati occaſione pecuniæ in terra vel alibi repertæ.*

Quando Saturnus in aliqua dignitatum ſuarum exiſtens in quarta domo, ac in bono Iouis aſpectu fortunatus fuerit, natus magnam pecuniam ſub terra abſconſam inueniet, præſertim ſi Saturnus in motu ſuo fuerit tardus.

Quando Iupiter in angulo terræ exiſtit, & Venus ipſum bono aſpectu aſpexerit, & ambo ab infortunis liberi fuerint, natus magnum lucrum aut pecuniam ſubterratam inueniet.

Quando dominus ſecundæ domus in quarta domo fuerit, & lumen ac ordinatio planetæ in aſcendente vel quarta domo exiſtente pulſauerit, nato ſecreta pecuniæ patebunt, ac pecuniam ſubterratam inueniet.

Quando dominus aſcendentis in aſcendẽte fuerit, & Iupiter ex angulo terrę eidem pulſauerit, natus pecuniam ſubterratam inueniet.

Quando Venus domina ſecundæ domus in angulo terræ fuerit, & Sol ac Luna in ſignis ſuper Venerem eleuatis ipſam aſpexerint, natus extrahet de terra argentum, & pecuniam ſubterratam inueniet.

Quando Mercurius dominus ſecundę domus exiſtens in angulo terræ fortunatus fuerit, natus ſuo ſenſu res graues extrahet, & ſecreta ſcientiarum intelliget, & ei non abſcondetur aliquod quod velit excogitare vel ordinare. cap. 136. Idem.

*De fortuna nati ex hereditatibus mortuorum proueniente.*

Quando Luna lumine completa ac numero aucta in octaua domo natiuitate nocturna exiſtente, fuerit, & Iupiter fortunatus, ac in aliqua dignitatum ſuarum exiſtens, ex vndecima domo ipſam aſpexerit, natus erit diues, ac pecuniam mortuorum hæreditabit.

Quando dominus octauæ domus fortuna exiſtens in ſecunda domo non combuſtus nec retrogradus fuerit, natus ſubſtantiam hæredum habebit ſuorum.

Quando dominus ſecundæ domus vim ſuam domino octauę cum receptione ex termino dederit, ac in domo fortunæ fuerit, natus ſubſtantiam hæredum hęreditabit, & ſimiliter iudica, ſi pars fortunę in octaua domo cum aliqua fortuna iuncta fuerit.

Quando dominus octauę domus cum Sole, non combuſtus ſed fortunatus in medio cæli, vel vndecima domo fuerit, natus ex parte mortuorum pecuniam habebit, ſed eam citò amittet vel conſumet.

Quando Iupiter numero auctus, aut in aliqua dignitatum ſuarum exiſtens, octauam domum poſſederit, natus bonum & fortunã ex parte mortuorũ habebit, pręſertim ſi Iupiter à coniunctione vel aſpectu infortunarum liber fuerit.

Quando dominus octauæ domus fortuna fuerit, & dominus domus ſubſtantiæ alligauerit, natus aliquid ex mortuis habebit.

Quando Saturnus natiuitate diurna exiſtente, in octaua domo fuerit, & aliqua ex fortunis bono aſpectu eum aſpexerit, natus ex mortuis pecuniam conſequetur.

Quando dominus octauæ domus in aliqua dignitatum ſuarum exiſtens in medio cæli fortunatus fuerit, natus fortunam bonam habebit, & pecuniam ex mortuis conſequetur. Et ſi aliqua ex infortunis bono aſpectu aſpexerit, pater eius morietur, & paternas hæreditates habebit, atque dignitates, eritque bonus hæres loco patris.

Quando pars poſſeſsionis in octaua domo fuerit, & fortitudo eius maior domino ſecundæ domus, natus pecuniam & hæreditates habebit.

Quando dominus partis fortunæ in octaua domo fuerit, & dominus aſcendentis ipſum aſpexerit, natus ex rebus mortuorum viuet. Idẽ cap. 137.

*De fortuna nati ex agris & hortis.*

Quando Venus in aliqua dignitatum ſuarum exiſtens in angulo terræ fuerit, & ab infortunis libera, natus multos agros habebit.

Quando Saturnus in bono loco ac in domo vel exaltatione ſua fuerit, & aſcendens trino aſpectu aſpexerit, natus ex terris, hortis vel agris erit diues.

Quando Saturnus, vt proximè dictum eſt, fuerit, ac in

Digitized by Google

ac in aſcendēte eis alligans, vel ipſum ex loco forti aſpiciens, natus fortunam agris & vineis habebit.

Quando Saturnus directus ac in exaltatione ſua exiſtens in medio cœli fuerit, natus erit dominus agrorum, terrarum, vinearum, ac populationes & ædificationes diliget, ac in eis erit fortunatus.

Quando aliqua ex ſtellis Beibeniis ſecundæ magnitudinis, necnon de natura Martis & Veneris in aſcendēte, vel medio cæli cum Sole aut Luna fuerit, natus erit diues, ac in terris vel agris fortunatus, domóſque & palatia ædificabit. Et ſi aliqua ex

NOTA ſtellis Beibeniis primæ magnitudinis, & de natura Iouis & Saturni ſic ſe habuerit, natus erit diues ac pecunioſus, necnon in hæreditatibus, terris, ac vineis abundans, & inde famam ac dominium conſequetur.

Quando Luna à Sole ſeparata in domo Solis fuerit, & Saturno fortunato alligauerit, natus lucrum ex terris habebit, & domos ædificabit.

Quando Saturnus in angulo occidētis, ac in domo Iouis fuerit, & Iupiter in angulo terræ ac Piſcibus exiſtens ei alligauerit, natus multas terras poſsidebit, ac in ædificatione, populatione & ſimilibus fortunabitur.

Quando Saturnus in angulo occidentali infortunatus fuerit, locus vbi natus eſt, deſtruetur, id eſt, ad ruinam ibit. Et ſi Mars in occidente infortunatus fuerit, & Lunam quadrato aſpectu aſpexerit, erit deſtructio dicti loci per ignem. Et ſi Sol, Mars, & caput Genzahar fuerint, & infortuna eos aſpexerit, domus nati deſtruetur. cap. 138. idem.

*De fortuna nati ex ſeruis & famulis.*

Quando Mercurius in aliqua dignitatum ſuarū ac in bono ſigno, loco, necnon ab infortunis liber fuerit, & fortunæ ipſum bono aſpectu aſpexerint, natus fortunam & lucrum ex ſeruis conſequetur.

Quando pars ſeruorum ab infortunis libera in medio cæli ſuper aſcendens eleuata fuerit, & fortunæ eam aſpexerint, natus ſeruos multos habebit, & lucrum ac fortunam ab eis ſuſcipiet.

Quando dominus ſextæ domus in aliquo angulorum fortunatus, ac Venus ex fortunis exiſtens fuerit, natus fortunam atque lucrum ex ſeruis habebit.

Quando Saturnus in aliqua dignitatum ſuarum ac in bono loco figuræ fuerit, & fortunæ ipſum bono aſpectu aſpexerint, ac dominus aſcendentis alligauerit ei, natus ſeruos & ancillas habebit.

Quando Iupiter in ſexta domo ac in aliqua dignitatum ſuarum, & dominus tertiæ domus cum Mercurio in aliquo angulorum, necnon ab infortunis liberi fuerint, natus ſeruos habebit, & cum eis proficiet.

Quando Mercurius in duodecima domo fuerit, & fortunæ eum aſpexerint, natus vendet ſeruos, & ex illa emptione homines lucrum conſequentur.

Quando Venus in aliqua dignitatum ſuarum exiſtens in medio cæli fuerit, & Luna ex domo ſeruorum ipſam aſpexerit, natus ſeruos habebit, & cum eis proficiet.

Quando dominus ſextæ domus in ſeptima domo, vel ſub terra infortunatus fuerit, ſerui nati morientur. Similiter quando cauda Draconis in ſexta domo fuerit, natus ſeruos amittet.

Quando Saturnus in ſecunda, ſexta vel duodecima domo fuerit infortunatus, natus triſtitiam ex ſeruis habebit.

Quando Saturnus in ſexta domo natiuitate nocturna exiſtente, infortunatus fuerit, natus occaſione ſeruorum damnum incurret.

Quando Mercurius in aliqua dignitatum ſuarū exiſtens in aſcendente vel medio cęli, ac in ſigno communi infortunatus fuerit, natus ſeruientes conducet.

Quando dominus domus filiorum in ſexta domo fuerit, natus filios proprios, vt ſerui fiant, vendet, vel ad ſeruiendum aliis exponet.

Quando dominus ſextæ domus in quinta domo fuerit, natus permittet vt ſerui ſui alios ſeruos ſibi generent.

Quando dominus domus filiorum in ſexta domo fuerit, & domino aſcendentis alligauerit, natus filios ſuos vendet aut locabit.

Quando dominus domus ſeruorum in decima domo, vel in decima domo à domino aſcendentis fuerit, natus ſeruos ſuos eleuabit. Idem cap. 139.

*De fortuna nati ex beſtiis.*

Quando Saturnus natiuitate diurna exiſtente, in triplicitate ſua fortunatus fuerit, præſertim in ſigno quadrupedum, natus emet beſtias, & ex eis lucrum habebit.

Quando Saturnus in angulo occidentali, ac in ſigno quadrupede directus, ac à radiis Solis ſaluus exiſtens in aliqua dignitatum ſuarum fuerit, & Iupiter ipſum bono aſpectu aſpexerit, natus fortunā ex beſtiis conſequetur. Et idem iudica, ſi Saturnus in ſigno beſtię non fuerit, & Iupiter ex ſigno beſtię ipſum aſpexerit.

Quando Mars natiuitate nocturna exiſtente, in quarta domo, ac in ſigno quadrupede, & maximè in ſigno igneo fuerit, & Sol ac Iupiter in decima vel vndecima domo fortunati exiſtentes, Martem aſpexerint, natus erit beſtiarum quadrupedum dominus, ac ex eis fortunatus.

Quando Mars in aliqua dignitatum ſuarum in ſigno quadrupede fortunatus fuerit, & dominus illius ſigni à Ioue receptus ei pulſauerit, natus multas beſtias emet.

Quando dominus duodecimæ domus in ſigno quadrupede exiſtens Ioui aut Veneri iunctus fuerit, natus ex beſtiis erit fortunatus, ac proficuum inde habebit.

Quando Sagittarius aſcendens fuerit, & Iupiter Marti iunctus, aut ipſe in ſigno quadrupede fuerit, & Iouem in Cancro exiſtentem aſpexerit, natus ex beſtiis proficiet.

Quando duodenaria ſeptem planetarum, maximè Solis, Lunæ, ac domini aſcendentis ex ſigno quadrupede cciderit, natus erit beſtiarum equitator.

Quando Sol & Luna, aſcendens, pars fortunæ, dominus coniunctionis vel præuentionis natiuitatis in ſigno quadrupede fuerint, natus beſtias emet.

Quando Mars dominus aſcendentis, coniunctionis

ctionis vel præuentionis natiuitatis fuerit, necnon in bono figuræ loco, ac in aliqua dignitatum ſuarum, & fortunæ ex loco forti bono aſpectu ipſum aſpexerint, natus beſtias ad equitandum emet.

Quando Mars in loco dubitabili ab aſcendente, ac in ſigno igneo fuerit, & Iupiter bono aſpectu aſpexerit, natus magnas beſtias emet. Et ſi in Capricorno fuerit, natus diuerſas beſtias, vt ſunt equi, cameli, oues & boues habebit.

Quando ſignum duodecimæ domus aqueum fuerit, & Saturnus peregrinus in eo, natus beſtias dimittet, quia morientur ei. Idem cap. 140.

*De fortuna nati ex mercatura.*

Quando Iupiter in aliqua dignitatum ſuarum exiſtens domum decimam poſſederit, & Mars ipſum bono aſpectu aſpexerit, natus erit magnus mercimoniorum mercator.

Quando Mercurius directus & fortunatus in domo Veneris, & Venus ipſum ex decima domo bono aſpectu aſpexerit, natus erit magnus mercator.

Quando Mercurius in bono loco fortunat⁹ fuerit, natus ſubſtantiam ſuam ex mercatura, ſcriptura, vel computatione lucrabitur.

Quando Venus in aſcendente, vel in ſigno communi, maximè in exaltatione ſua exiſtens, & ab infortunis & retrogradatione & combuſtione libera, natus erit mercator bonæ memoriæ, necnon pecunias multis modis acquirens, & in mercaturis fortunatus.

Quando Mercurius natiuitate nocturna exiſtente in ſecunda domo, ac in aliqua dignitatum ſuarũ orientalis, & à radiis Solis liber fuerit, natus ex aliena pecunia mercabitur, & multa lucrabitur, habebítque in his fortunam.

Quando Mercurius natiuitate diurna exiſtente, in ſexta domo fortunatus, ac in bono Iouis aſpectu fuerit, & infortunæ ab eo ceciderint, natus erit in venditione & emptione fortunatus.

Quando Iupiter in medio cæli fortunatus fuerit, & Mercurius orientalis, & ab infortunis liber, domum cum aliqua ex fortunis poſſederit, natus erit mercator fortunatus, ac multæ pecuniæ.

Quando Mercurius in domo Lunæ directus, & à radiis Solis liber fuerit, & dominus ſecundæ domus, ac Luna in Virgine ipſum bono aſpectu aſpexerit, natus erit in mercaturis fortunatus.

Quando Mercurius dominus decimæ domus ac directus exiſtens in domo Saturni fuerit, & Saturnus directus, & à confuſione ſaluus ipſum ex Libra aſpexerit, natus erit in mercaturis ſapiens.

Quando Luna lumine ac numero aucta, & ab infortunis libera fuerit, & Mercurius in bono aſpectu Iouis exiſtens ipſum ex decima domo bono aſpectu aſpexerit, natus in mercaturis gaudebit, & fortunam ex eis habebit.

Quando Mercurius in domo Iouis directus fuerit, & Iupiter etiam directus ex Piſcibus eum aſpexerit, natus erit fortis mercator & fortunatus.

Quando Iupiter dominus decimæ domus exiſtens in aliqua dignitatum ſuarum fuerit, & Mars fortunatus ipſum trino aſpectu aſpexerit, natus erit à medio vitæ vſque ad finem in mercaturis fortunatus. Idem cap. 141.

*De mediocri nati fortuna.*

Quando pars fortunæ infortunata fuerit, & fortuna orientalis atque fortis exiſtens, ipſam bono aſpectu aſpexerit, & ex forti, natus erit mediocriter fortunatus, & ſecundum quòd lucratus fuerit, expendet.

Quando dominus triplicitatis luminarium in poſtremo gradu ſigni, qui eſt terminus infortunarum exiſtens in aliquo angulorum vel ſuccedentium fuerit, natus erit boni ſtatus atque vitæ, & modico contentus, ita quòd nihil ab aliquo petet.

Quando infortunæ partem fortunæ aſpexerint, & dominus partis fortunæ fortis, ac fortunatus exiſtens in bono loco fuerit, vita nati erit mediocris, ita quod natus non multum eleuabitur, nec etiam deprimetur.

Quando tres ſignificatores, videlicet dominus aſcendentis, dominus medij cæli, & dominus vndecimæ domus fortunati fuerint, aut vnus eorũ fortunatus & alter infortunatus, natus erit mediocriter fortunatus, ita quod ipſe non erit diues, nec etiam pauper.

Quando dominus partis fortunæ infortunatus, ac in malo loco fuerit, & fortunæ oriẽtales atque fortes, ac in aliquibus dignitatum ſuarum exiſtentes Lunam & partem fortunæ aſpexerint, vita nati erit mediocris, & ei ſufficiet.

Quando infortunæ partem fortunæ aſpexerint, & fortunæ ab ea ceciderint, & dominus domus ſubſtantiæ fortunatus fuerit, & dominus aſcendentis in ſecunda domo fortunatus fuerit, non erit diues nec pauper.

Quando planetæ diurni in natiuitate diurna, & nocturni in natiuitate nocturna ſe bono aſpectu aſpexerint, & vnus fortunatus fuerit, & alter infortunatus, natus erit quandoque diues, quandoque pauper.

Quando pars fortunæ in termino fortunæ, ac in bono loco fuerit, & fortuna, ſimiliter planeta in ſexta domo peregrinus ac retrogradus exiſtens ipſam aſpexerit, natus erit inter paupertatem & diuitias mediocris.

Quando dominus aſcendentis fortuna exiſtẽs, & à retrogradatione & à combuſtione ſaluus, necnon in ſecunda domo, & in aliqua dignitatum ſuarum fuerit, nato nihil deficiet, ſubſtantiam tamen cum labore acquiret. Idem cap. 142.

*De miſeria & labore nati.*

Quando dominus ſecundæ domus retrogradus, vel combuſtus, vel peregrinus fuerit, & infortunæ ipſum malo aſpectu, & ex malo loco aſpexerint, natus erit in labore & in miſeria, necnon in triſtitia & paupertate viuens, & ſpes eius ſemper propter aliquam cauſam deſtruetur.

Quando pars fortunæ quadrato vel oppoſito infortunarum aſpectu exiſtens, & dominus eius infortu

Digitized by Google

infortunatus, necnon Iupiter ac Venus in malis locis peregrini, natus erit laborioſus, ac in miſeria poſitus.

Quando ſecunda domus ab infortunis impedita fuerit, & Iupiter in malo loco in fortunatus, natus ſemper erit pauper.

Quando dominus aſcendentis domino ſecundæ domus vim ſuam dederit, aut ei alligauerit, gubernatio & nati ſubſtantia cum magno labore veniet.

Quando dominus ſecundæ domus infortunatus, ac infortuna fuerit, maxime Saturno domino dictæ domus exiſtente, & dominus aſcendentis petens eius alligationem, nec ſit inter eos receptio aut reditus luminis, natus erit tantæ miſerię, quòd plus mortem quàm vitam deſiderabit.

Quando dominus triplicitatis Lunæ in bono loco fuerit, & dominus triplicitatis Solis in malo loco ac in eius detrimento vel deſcenſu, & infortunæ ipſum malo aſpectu aſpexerint, natus erit laborioſus, ac in paupertate viuens.

Quando pars poſſeſsionis in ſecunda domo fuerit, & dominus ſecundæ domus fortitudinem & vim in ſignificatione habuerit, & ambo infortunæ aſpectu malo partem poſſeſsionis aſpexerint, natus erit laborioſus, vitámque ſuam in labore & miſeria ducet.

Quando dominus ſecundæ domus infortunatus, ac in malo loco exiſtens, & in ſecunda domo infortunata peregrinus fuerit, & Sol feralis exiſtens, dictam fortunam malo aſpectu aſpexerit, natus erit laborioſus, ac in vita ſua miſer.

Quando Saturnus agreſtis, retrogradus, in aſcẽdente ſine aſpectu fortunæ fuerit, & fortunæ cadẽtes ab angulis, natus erit miſer, & in paupertate viuens. Idem cap. 143.

*De natis mendicis.*

Quando infortunæ in angulis infortunæ fuerint, & fortunæ ab eis recedentes & occidentales, natus erit mendicus. Et ſimiliter iudica ſi pars fortunæ & Luna infortunati fuerint.

Quando Saturnus & Mars cum Luna in medio cæli retrogradi fuerint, & fortuna eos non aſpexerit, natus erit inops & mendicus.

Quando Mars infortunatus exiſtens Lunam, ſine alicuius bono aſpectu, quadrato vel oppoſito aſpexerit, natus erit pauper, & fortuna eius cum labore & miſeria.

Quando aſcendens, Sol, Luna, & pars fortunæ à dominis domorum ſuarum bono aſpectu aſpecti non fuerint, natus in paupertate & ærumna viuet.

Quando dominus anguli occidentalis & dominus ſecundæ domus, ac dominus anguli terræ Solem in natiuitate diurna non aſpexerint, vel Lunam in natiuitate nocturna, ſed ab angulis cadentes & infortunati fuerint, natus erit pauper atque miſer.

Quando pars fortunæ in loco infortunato ac in quadrato vel oppoſito infortunæ aſpectu fuerit, & neque dominus dictæ partis, nec fortunæ ipſam aſpexerint, nec etiam dictus dominus Solem aſpexerit, natus erit mendicus.

Quando Sol in natiuitate diurna exiſtens infortunatus, necnon ab angulis cadens, & dominus ſecundæ domus combuſtus fuerit, natus erit pauper & inops.

Quando Mars in ſecunda domo infortunatus, necnon retrogradus, ac ſine fortunarum aſpectu fuerit, & fortunæ cadentes & agreſtes cum domino ſecundæ domus extiterint, natus erit ſemper indigens.

Quando Saturnus peregrinus cum Luna in aliquo angulorum fuerit, & Mars eos malo aſpectu aſpexerit, natus erit indigens ac turpi vita viuens.

Quando dominus coniunctionis vel præuentionis natiuitatis infortuna & infortunatus fuerit, necnon ab angulo cadens, maximè in ſexta domo, natus erit pauper.

Quando pars fortunæ in duodecima domo exiſtens, & Luna eam nec infortunæ aſpexerint, & infortunæ in angulis vel ſuccedentibus infortunatæ fuerint, natus erit pauper & egens.

Quando Luna cum infortuna peregrina, ac in malo infortunæ aſpectu fuerit, & fortunæ cadentes, natus erit pauper.

Quando Hylech cadens fuerit, & infortunæ ipſum firmauerint, caſum & indigentiam ſignificant.

Quando domini angulorum ac ſuccedentium cadentes fuerint, natus erit indigens.

Quando Luna à fortuna ſeparata Saturno in malo loco exiſtenti alligauerit, & dominus ſecundæ domus infortunatus, ac in eorum aſpectu fuerit, & fortunæ cadentes, natus erit pauper & laborioſus.

Quando Luna numero ac lumine diminuta, necnon peregrina exiſtens, à Marte ſeparata fuerit, & Saturno per coniunctionem in malo loco applicuerit, natus erit indigens.

Quando aliqua ex infortunis in domo ſubſtantiæ peregrina fuerit, & dominus domus ſubſtantię in malo loco impeditus ac infortunatus exiſtens infortunis firmauerit, & fortunæ ab ipſo ceciderint, natus erit mendicus.

Quando pars pecunię & eius dominus cadentes & occidentales aut infortunati fuerint, & infortunæ ferales atque cadentes, natus erit laborioſus, miſer & inops.

Quando dominus termini Solis & Lunæ cadentes & combuſti, & ſine aſpectu fortunæ fuerint, & fortunę & dominus domus ſubſtantiæ in malis locis infortunatus, natus paupertatem, indigentiam & ærumnam patietur. Idem cap. 146.

*De natis qui ex paupertate ad diuitias eleuantur.*

Quando duæ infortunæ in angulis fuerint, & fortunæ in ſuccedentibus fortunatæ, natus in principio vitæ ſuæ erit miſer, in fine verò diues.

Quando vnus dominorum quatuor triplicitatum in domo alterius fuerit directus, & à combuſtione ſaluus, natus in fine vitæ de malo ad bonum eleuabitur.

Quando pars fortunæ & eius dominus in bonis locis infortunati fuerint, & alij planetæ ex malis locis eos aſpexerint, natus in principio vitę ſuę erit indigens, in fine verò fortunatus. Et ſcias quòd pars

Digitized by Google

pars fortunæ initium vitę, & eius dominus finem ſignificat.

Quando ſignum coniunctionis vel præuentionis natiuitatis infortunatum fuerit, & dominus in bono loco fortunatus, natus in principio vitæ laborem habebit,& in fine non diuitias. Et idem iudica, quando ſignum, in quo erat Luna, poſt tres dies à natiuitate infortunatum fuerit, & dominus eius fortunatus atque fortis.

Quando locus coniunctionis vel præuentionis natiuitatis infortunatus fuerit, & dominus eius in bono loco,ac fortunę ipſum aſpexerint,natus poſt inopiam & laborem ad fortunam & diuitias eleuabitur.

Quando Iupiter in aſcendente decimæ vel vndecimæ domo exiſtens, nec retrogradus, nec ſub radiis Solis fuerit, natus ante medietatem dierum ſuorum fortunam habebit. Et ſi in angulis vel cadentibus fuerit, natus erit poſt medietatem dierum ſuorum fortunatus. Et ſi orientalis à Sole, id eſt in prima eius ſtatione fuerit, aut poſt oppoſitionem Solis in ſecunda ſtatione, habebit honorem & diuitias ante medietatem annorum ſuorum: quantitatem vero diuitiarum ſcies ſecundum Iouis fortitudinem, & erit hoc fortius,ſi Iupiter fuerit principans nati, aut dominus horæ vel dominus loci Solis in natiuitate diurna, ſeu loci Lunæ in natiuitate nocturna.

Quod ſi ſuper loca prædicta Iupiter principans non fuerit, natus paucas habebit diuitias.

Quando Luna infortunata fuerit, & inter ipſam & Solem in oriente 15. gra. id eſt in principio ſuæ occultationis & dominus eius fortunatus ac in loco forti, natus ex infortuna ad fortunam eleuabitur.

Quando Iupiter in angulo terræ infortunatus exiſtens in aliqua dignitatum ſuarum fuerit, & in aſcendente infortuna peregrina, ac in aſpectu fortunæ, natus ex infortuna ad fortunam eleuabitur.

Quando Saturnus in ſuo termino exiſtens, & Venus in ſua domo Lunam bono aſpectu aſpexerit, natus occaſione mulierum ex infortuna ad fortunam eleuabitur.

Quando primus triplicitatis Solis dominus in natiuitate diurna,& Lunæ in nocturna in bonis locis infortunatus fuerit, & fortunæ ipſum bono aſpectu cum receptione aſpexerint, natus ex indigentia ad fortunam eleuabitur. Idem cap. 147.

*De natis qui ex diuitiis ad paupertatem deueniunt.*

Quando triplicitatis Solis domini in natiuitate diurna,& Lunæ in nocturna,in bonis locis fuerint, & infortunæ eos ſine receptione infortunauerint, natus ex diuitiis ad paupertatem deueniet.

Quando dominus aſcendentis infortunatus fuerit, ac in ſecunda domo, & in aliqua dignitatum ſuarum,& fortunæ cum receptione ipſum bono aſpectu non aſpexerint,natus propria voluntate ſubſtantiam diſſipabit.Et ſi dicta fortuna in aliqua dignitatum ſuarum non fuerit,ſubſtantia nati occultè furabitur, aut ſpoliatores ei occurrentes ipſam manifeſtè ſurripient.

Quando ambæ infortunæ ſine fortunarum aſpectu in ſecunda domo fuerint, natus ex diuitiis ad indigentiam deſcendet.

Quando Luna in aliquo angulorum Saturno iuncta fuerit, natus ad indigentiam veniet. Et ſi natus Rex aut Princeps fuerit, perficietur eius mandatum, & gentes ſuæ ipſum prodent.

Quando pars fortunę & eius dominus cadens à Sole fuerit,natus poſt fortunam infortunabitur.

Quando pars fortunæ & eius dominus in bonis locis fortes ac infortunati fuerint, & infortunæ eos infortunauerint, natus ex diuitiis ad infortunium deſcendet.

Quando dominus coniunctionis vel pręuentionis natiuitatis, & dominus domus ſuæ in malis locis, ac in dignitatibus ſuis fuerint, principium vitę erit melius quàm finis.

Quando in ſecunda domo infortuna fuerit, ac dominum ſecundę domus malo aſpectu aſpexerit, (Nota ſemper.) vel in malo loco cum eo iuncta fuerit, nato damnum, caſum & infortunam ſecundum qualitatem illius ſigni portendit. Nam ſi illud ſignum de natura Saturni fuerit, damnum eius occaſione ſeruorum ac miſerorum proueniet. Si de natura Iouis, occaſione magnorum virorum vel Eccleſiaſticorum. Si de natura Martis, occaſione militum, latronum vel bellorum. Si de natura Solis, parentum, auorum aut hæreditatum occaſione. Si de natura Veneris, occaſione mulierum nobilium. Si de natura Mercurij, occaſione ſapientum, vel ſcribarum aut mercaturæ. Si de natura Lunæ, occaſione mulierum infirmarum, nunciorum vel curſorum.

Quando inueneris vnam ex infortunis in medio cęli ſine dignitate, & aliam in fine ſigni, in quo nullam habeat dignitatem,vel fortitudinem, & cũ hoc ſit in malo loco ac dominus domus ſubſtantiæ combuſtus fuerit. Et ſi Iupiter atque Venus in malo loco infortunati malum nato, necnon rerum amiſſionem ſuarum & fortunę remotionem iudicare non dubitabis, niſi Deus eum præſeruauerit. Idem cap. 148.

*Ex Materno.*

Saturnus dominus geniturę, ſignificat quod vita natorum erit malitioſa,laborioſa,ſollicita,& aſſidui animi doloribus implicata, & circa aquã vel in aquoſo loco habentes vitæ ſubſidium. cap. 12. libro 4.

Saturnus per diem ſi in horoſcopo, & Mars ſi alium geniturę cardinem poſſederit, vel fuerit in anaphora cardinis, ſignificat labem patrimonij. cap. 3. lib. 3.

Saturnus per noctem in ſecunda domo, & Mars ſi fuerit in quolibet geniturę cardine, & Solem viderit per quadratum vel per diametrum, aut Lunam lumine creſcentem ſimili ratione reſpexerit, faciet natos miſeros, pauperes, deſtitutos, & qui corpus ſuum quotidianis operibus opponat. Item diſſipat paternam atque maternam ſubſtantiam. Verum per diem in ſecunda domo,dabit nato tardè & gradatim augmenta patrimonij, ipſum verò abſconſum,latentem, & animo pauperem reddit, & habere ſe aliquid ſemper negantem. Quibuſdam verò ex aquaticis actibus, vel ex humidis negotiis vitæ ſubſidia largitur. cap. 3. lib. 3.

Saturnus

Digitized by Google

Saturnus in tertia domo, facit natos pigros, tardos & nullam ſubſtantiam patrimonij requirentes: ſed ſi fuerit in hoc loco cum Mercurio ac Luna, facit eos pdẽtes ſemper patrimoniũ ſuũ,& fures, ſed quos in furto proſper nunquã ſequatur euentus. c. 13 li. 3.

Saturnus per diem in quarta domo faciet pecuniarum auido, cuſtodes auri & argenti. Sed per noctem in quarta domo diſſipat patrimonium paternum & etiam patris mortem faciet.cap.3.lib.3.

Saturnus per diem in quinto loco,& Sol in horoſcopo natiuitatis,vel Iupiter,faciet natos dominos maximi patrimonij,ita vt ex ſuis opibus etiam alios ſuſtentare poſſint.Si verò neque Sol, neque Iupiter in horoſcopo fuerint,& cõiunctionẽ Lunæ creſcẽtis exceperit, dabit ſubſtãtiã & hęreditates.Sed per noctẽ in quinta domo aſſignat in proceſſu ætatis partẽ fælicitatis.Et ſi Luna deficiens cum ipſo Saturno fuerit, facit patrimonium amittere, & quicquid ante quæſitum fuerat miſera laceratione diſperdere.cap. 3.li.3.

Saturnus in ſexto loco ab horoſcopo diſſipat omne patrimonium;male enim ſemper in iſto conſtituitur loco.cap.3.lib.3.

Saturnus orientalis per diem in ſeptima domo bonus erit,quoniam maximam decernit ſubſtantiã: ſed tunc cum fuerint nati limen ſenectutis ingreſſi, maximam ſenectutis largitur ætatem, & pecuniarum cuſtodem facit.cap.3.lib.3.

Saturnus per diem in octaua domo lagitur procedente ætatis tempore augmenta patrimonij.Quibuſdam vero ſimili hoc loco Saturnus conſtitutus, ſi in Martis ſigno,vel finibus fuerit,ex alienis mortibus pecunias decernit per noctem in octaua domo conſtitutus,euerſionem patrimonij faciet.cap.3 lib 3.

Saturnus per diem in decima domo facit natos locupletes,& quorum poſſeſſiones aut mari,aut fluuijs aut ſyluis ſemper adiacẽt:dabit etiam nato maximas ſubſtantias,magnam gloriã, & à maioribus perſonis hæreditates;præſertim ſi ſic ei poſito,nulla ſe radiatione coniunxerit Mars:quod ſi Mars ſic eum poſitum reſpexerit validiſſima coniunctione, hæc quæ diximus minora præſtabit:ſed per noctem decernit infælicitates ac patrimonij amiſſionem. & ſi Luna lumine diminuta cum eo ſit,is qui ſic Saturnum habuerit, erit paupertatis onere adeò confectus, vt & quotidianæ vitæ alimenta vix habeat, præſertim ſi Luna in fœminino ſigno cõſtituta,deficiens lumine ſe Saturno coniunxerit.cap.3.lib.3.

Saturnus in vndecima domo conſtitutus, mediocria decernit bona:ſed poſt trigeſimum ætatis annũ multa bona dabit:nam ante illum,quicquid quæſierit,amittet, nec poterit patrimonium conſequi, niſi prima triginta ſpatia annorum tranſierit:ca.3.lib.3.

Saturnus in diurna genitura in Ariete poſt trigeſimum annum paternam maternamque ſubſtantiam minuit,& quicquid natus ex his facultatibus acceperit,minuet ſemper aut perdet, & aſſiduis amiſſionibus & damnis occurrentibus fatigabitur :ſed poſteaquàm prioris ſubſtantiæ abſtulerit facultatem proceſſu temporis aliam illi patrimonij ſubſtantiam cõferri faciet:cap.3.lib 5.

Saturnus in Tauro inuentus ſignificat quod quicquid in prima ætate acceperint nati, minuat, ac deinde per ſemetipſos magnæ ſibi quærant ſubſtantiæ facultatem.Nam in prima iuuentute,varijs inæqualitatibus deprimentur,alijſque ſubiacebunt,ac viris potẽtioribus neceſſitatis cauſa blandientur.ſignificat etiã quod natus erit quaſi ſine patrimonio, ſed tandiu in fælicitatis onere erit depreſſus,quandiu primum circuli curſum Saturnus impleuerit.

Saturnus in Geminis inuentus faciet quòd natus nihil magni de paterna vel materna ſubſtantia conſequetur,niſi poſt annos 20.Sed tandiu laboris & infœlicitatis oneribus deprimetur: poſt annos verò 20. in omnibus proficiet.dabit etiam nato citas & frequentes patrimonij iacturas,ita vt varia conflictatione iactetur: ſed cum ad extrema venerit vitæ diſcrimina,poſtea in magnis negocijs, ac poteſtate, faciet alicuius iuſſione conſtitutum & cum claris, ac potentibus viris,honoris cauſa verſantem ſimiliter ſignificat quod natus poſt 35.annos erit fælix,glorioſus,ac pecunioſus.& decernit nato in ætate prouecta multa bona,& quod hæreditas ei repentina proueniet,tunc quoque diuitias,ac maximorum fundorum poteſtatẽ, ac ſublimia dominia conſequetur.

Saturnus in Cancro inuentus ſignificat quod natus erit deſtructor patrimonij in ſua prima ætate. Sed poſtea ſuis viribus,ſuaque virtute maximam ſubſtantiam conſequetur,ac talis erit vita eius,vt & quęrat ſemper,& perdat.& ſignificat quod nat⁹ ſuſcipiet aliena patrimonia,atque ex eis habebit ſubſidia vitæ: & nutriet filios aliorum patrum, vel erit dominus fratrum ſuorum.

Saturnus in Leone inuentus ſignificat quod natus erit cum parentibus ſuis infælix, nam aut nihil accipiet,aut quid acceperit perdet.& ſignificat quod natus habebit ſubſtantiam ex aliena ſibi largitione collatam.Sed tantã vt aliorũ poſſit anguſtias ſubleuare.

Saturnus in virgine inuentus ſignificat in illo anno ſubſtantiæ amiſſionem,& maxima damna decernit, ſed quod natus poſtea conſequetur aliam facultatis ſubſtantiam.

Saturnus bene affectus in Libra,decernit nato maxima ſubſidia facultatum:ſi autem non fuerit Saturnus bene affectus,nullum poterit natus habere vitæ ſubſidium:ſed quicquid conſecutus fuerit,vel à parentibus,vel ab alijs,facili ratione deperdet:& etiam demonſtrat quod natus ſuis filijs ſubſtantiam relinquat in maxima quantitate.

Saturnus in Sagittario inuentus ſignificat quòd natus per ſemetipſum maximam ſubſtantiam cõſequetur,& hanc deinde miſera diſſipatione deperdet: ſed cum ad annum 35.peruenerit natus,in quo tempore Saturnus erit in ſigno Piſcium,augmentum patrimonij dabit nato,& facit vt id totũ quod perdiderat, cũ maximo facultatum augmento conſequatur.

Saturnus in Aquario ſignificat quòd natus in prima ætate erit pauper,deinde per ſemetipſum ex magnis actibus proficiet:& dabit nato dona & loca in ſacris templis & faciet vt conſequatur ſacrum ordinem, & habeat lætitiam, & diuitiarum vel beneficiorum fructus accipiat,& ſit natus locuples,& diues,vt & alios ſua facultate ſuſtentet, & ſit poſſeſſor bonorũ beneficiorum tamen cũ bona fama longæuus moriatur.



Digitized by Google

Saturnus in Piſcibus ſignificat quòd in prima medietate annorum natus erit pauper: ſed poſt hoc tempus per ſemetipſum magnos actus agens, maximam quæret ſubſtantiæ facultatem.

Saturnus per diem in ſuo domicilio in horoſcopo inuentus & fortunatus, maximam decernit ſubſtantiæ facultatem. cap. 10. lib. 5.

Saturnus in domicilio Iouis per diem decernit nato ſubſtantiæ copiam.

Saturnus in domo Lunæ inuentus facit matris ſubſtantiam perdere, & ad tantam quandoque deuenire homines paupertatem, vt omnibus vitæ ſubſidijs deſtituti, etiā cogantur oſtiatim mendicare: ac ægritudinū ſuarum miſerabilia quęritent alimenta. c. 10. lib. 5.

Saturnus & Iupiter ſi fuerint coniuncti in alicuius natiuitate, natus habebit poſſeſſiones agrorum, opera regis, & in his fidus & honoratus erit: dūmodo Mars non aſpexerit eos. cap. 25. lib. 6.

Saturnus cum Sole, patrimonij ſignificat amiſſionem, & laborem & damnum in facultatibus acquirendis. Et peius erit hoc in natali nocturno. c. 25. lib. 6.

Saturnus cum Mercurio facit natum inopem & vagabundum: cap. 25. lib. 6.

Saturnus cum Luna à parentibus damna ſignificat: Et ſi fuerit natale diurnum, & fortunæ aſpexerint, erit natus fęlix, & fortunatus, maximè ſi Luna ſit aucta lumine. cap. 25. lib. 6.

Saturni Trinus ad Iouem agrorum multitudinem, domorumque decernit, ac templorum ędificationem. Et ſi Luna aſpexerit, inde laudē aſſequetur, & copias cum magna fælicitate decernit, alijs ex magnis hæreditatibus commoda, alijs lucra confert alieno labore quęſita, & hęc omnia incorrupta fide commendat, cap. 3. lib. 6.

Saturni Trinus ad Martē in ſignis, in quibus alter eorum gaudeat maxima lucra, & quæ quotidiana ſint incrementa decernit. cap. 3. lib. 6.

Saturni Trinus ad Solem in natiuitate nocturna diſſipat patrimonium, ſed rurſus propria virtute facit conferri. cap. 3. lib. 6.

Saturnus & Iupiter ſi fuerint tetragona radiatione coniuncti, ſi ſuperiore loco dextrum Saturni quadratum, Iupiter verò in ſiniſtro iſtius quadrato fuerit, patrimonij ſubſtantiam minuit, ſubſtantiam labefacit. Si verò Iupiter ſuperior fuerit, & Saturn⁹ inferior pro męſura genituræ nato quotidianæ vitæ neceſſaria decernuntur. cap. 10. lib. 6.

Saturni quadratus ad Martem, ſi Saturnus in dextro fuerit, Mars verò in ſiniſtro quadrati, patrimoniū diſſipat, ac fratrum mortem adducit. Si verò Mars ſuperior fuerit & Saturnus inferior, ſignificat quod nat⁹ paternam ſubſtantiam diſſipabit, & aſſidua contētione rurſus augebit. cap. 10. lib. 6.

Saturni quadratus ad venerem, ſi Saturnus in dextro loco fuerit & Venus in ſiniſtro, amiſſionem patrimonij, & graue paupertatis onus infligit. ca. 10. lib. 6.

Saturni oppoſitus ad Solem, ſi Iupiter non bene aſpexerit, nato laborioſæ vitæ pondus imponit, ſubſtātiamque diſſipat, quæ grauiora erunt in nocte, & in ſignis fœmininis. cap. 17. lib. 6.

Iupiter dominus genituræ inuentus facit homines, qui plus largiantur quam patrimonij: vel potentiæ facultas expoſcat. cap. 12. lib. 4.

Iupiter in horoſcopo malè affectus in natuitate nocturna diſſipat omnem paternam ac maternam ſubſtantiam. cap. 4. lib. 5.

Iupiter in ſecunda domo inuentus, extraneas hærèditates decernit, & ab extraneis faciet natum adoptari: dabit autem magnorum nobilium maximarum poſſeſſionum dominia ſi ſic poſito Ioue Mercurius bene ſe radiationi coniunxerit. Si vero Saturnus malè reſpiciat Iouem, ſignificat quod natus in omni vita varia diuerſitate & mutabilis vt nunc abundet diuitiis: nunc paupertatis onere deprimatur. cap. 4. lib. 4.

Iupiter in tertia domo inuentus, nec bonus eſt, nec malus: ſed æquabili ſemper moderatione componitur: vt natorū interdū patrimonia diſſipentur: interdū verò illis inſperatæ diuitiæ conferantur. capit. 4. lib. 3.

Iupiter in quarta domo inuentus per diem dabit nato theſauros, & eos facit inuenire, pro qualitate ſignorum. Semper enim ſic Iupiter poſitus vſque ad mortem fœlicem decernit ſenectutem. Si vero ſic Iupiter conſtitutus, in diametro Solis fuerit collocatus, patrimonium nati circa medium ætatis tempus diſſipabit, & rurſus poſtea colliget. Si vero per noctē fuerit inuentus, mediocres faciet in ſubſtantia homines, & proceſſu temporis fœliciores. cap. 4. lib. 3.

Iupiter in ſeptima domo per diem inuentus facit homines locupletes & diuites, & decernit longæ ac beatæ ſenectutis ſpatia: ſi vero per noctem fuerit inuentus creſcente ætate, augmenta patrimonij dabit. Mediocris vero natus ſubſtantiæ erit: & tantarum facultatum habebit, vt ne quid deſit. cap. 4. lib. 3.

Iupiter in octaua domo inuentus, labefactat frequenter patrimonium. cap. 4. lib. 3.

Iupiter in decima domo per noctem conſtitutus facit patrimonium frequenti ac cita diſſipatione deperdi. cap. 4. lib. 3.

Iupiter in vndecima domo inuentus maximas decernit fælicitates, & magnas diuitias largitur. Si vero Mars in octauo loco infortunauerit Iouem, id totum miſeriarum atque infælicitatis incurſione mutatur. c. 4. libr. 3.

Iupiter in duodecima domo inuentus per noctem ſi Luna deficiens lumine per diametrum ipſum reſpexerit, ſignificat quod nati erunt pauperes & ærumnoſi. cap. 4. lib. 3.

Iouem in Ariete inuentum quicunque habuerint, patrimonia maxima conſequentur. Eruntque alienorum patrimoniorum domini. cap. 4. lib. 5.

Iouem in Geminis inuentum quicunq; habuerint, multa bona conſequentur, ſed hæc eadem rurſus amittent, & bona eorum aſſidua commutatione variabuntur. cap. 4. lib. 5.

Iupiter in Geminis inuentus facit ſubſtātiam acquirere poſt annos 45. infra enim hoc genituræ temporis ſpacium, quicquid habuerint, diſſipabunt. Verum cum ad hoc iam tempus fuerit ventum, tunc notitias habebunt, tunc ſubſidia facultatum. cap. 4. lib. 5.

Iupiter in Cancro inuentus, quotieſcumque venerit in aliquo anno ad ipſum ſignum, dabit nato patrimonia, & augebit opes nati in illo tempore: & quicūque eum ſic habuerit, dominia fundamentorum atque mobilium habebit. Et poſt variam tamen ætatē ac inæqualitatem vitę ad proſpera commoda fælicitatis accedet, vt ſit admiratione dignus, & ipſe quoque ſæpius miretur, qua ratione ad hæc fælicitatis inſignia peruenerit. cap. 4. lib. 5.

Iouem

Digitized by Google

Iouem in Leone inuentum quicunque habuerint, erunt fœlices ac per ſemetipſos fœlicitatis inſignia cõ ſequentur, poſtquam patrimonium paternum fuerit amiſſum.cap.4.lib.5.

Iupiter in Libra inuentus, ſi Saturnus per diametrũ ipſum reſpexerit, decernit patrimonij dilapidationes: ſed poſtquam Saturnus tranſierit ſignum Arietis, tũc initia fœlicitatis accipient, tunc gloriam, lætitiamque habebunt, tunc idonea facultatum ſubſidia, & alienorum patrimoniorum dominia conſequentur.c.4.li.5.

Iupiter in Scorpione inuentus ſignificat dominia magnæ ſubſtantiæ habere.cap.4.

Iouem in Sagittario inuentum quicunque habuerint, erunt locupletes, diuites & multa poſſidentes bona: ſed poſt annos 24. patrimonij habebunt augmenta: tunc hilaritatem ac lætitiam & aliena patrimonia poſſidebunt: Et in medio ætatis curſu conſtituti proſpera fœlicitate lætabuntur: & erũt tamen magnæ fortunæ.cap.4 lib.5.

Iupiter in domo ſua per diem, homines facit fortunatos, diuites, honoratos: & hoc erit ſi Iupiter nõ fuerit infortunatus: per noctem verò illudmet ſignificat, ſed diminuit decreta fœlicitatis.cap.11.lib. 5.

Iupiter in domo Saturni inuentus, homines diuites facit, & locupletes: immo etiam tales efficiet, qui cum multam ſubſtantiam poſſideant, pauperes tamẽ ſe eſſe ſimulent, nullam famam curẽt, nec laudẽ. Erũt autem anguſto corde, & ad lucrum auido, cuius gratia nec labores, nec turpia etiam facinora reputent, vnde ſæpius mala conſequentur.cap.11. lib. 5.

Iupiter in domo Veneris per diem inuentus ſignificat multa bona cauſa mulierum nobilium: ſi verò fuerit in natiuitate nocturna, fidei, religioniſque gratia non mediocrem decernit vtilitatem.ca.11. lib. 5.

Iupiter in domo Mercurij inuentus faciet homines diuites & locupletes.cap.11.

Iupiter cũ Marte ſignificat quòd natus erit diues: cap.26.lib.6.

Iupiter cum Sole ſignificat bonorum inopiam. ca. 26.lib.6.

Iupiter & Luna coniuncti, augmentum cenſus, diuitiarum, atque fortunæ ſignificant nato venturum. cap.26.lib.6.

Iupiter & Sol ſi trigona radiatione fuerint coniuncti ſignificant prædiorum abundantiam.cap.4.lib. 6.

Iouis ad Venerem trigonus ſignificat augmenta patrimonij, quod aut amicorum cauſa, aut vxoris ſibi merito conferentur.cap.4.lib.6.

Iouis & Martis quadratus, ſi Iupiter fuerit in dextro loco, & Mars in ſiniſtro, nocet patrimonio, ca.11. lib.6.

Iouis ad Solem quadratus. ſi Iupiter in loco dextro fuerit, Sol vero in ſiniſtro, ſignificat quod natus valde lucrabitur: ſi vero Iupiter fuerit in ſiniſtro & Sol in dextro, ſignificat patrimonij lacerationem.cap.11. lib.6.

Iouis ad Venerem quadratus, ſi Iupiter in dextro loco fuerit, & Venus in ſiniſtro, vtilitatem ex parte mulieris nato denotat.cap.11.lib.6.

Iouis quadratus ad Lunam ſi Iupiter fuerit in ſiniſtro loco, & Luna in dextro, & natale fuerit nocturnũ, damna minatur in patrimonio.cap.11.lib.6.

Iouis & Martis diameter vitæ inæqualitatem decernit, patrimonijque diſſipationem.cap.18.lib.6.

Iouis & Solis oppoſitus, paternã ſubſtantiam lucerat.cap.18.lib.6.

Iouis & Veneris oppoſitus dat fœlicitatis augmenta, & ſufficientes patrimonij facultates.cap.18 lib. 6.

Mars in prima domo cõſtitutus per noctem matutinus inuentus ſine radiatione Iouis faciet homines alijs largiores, plus volẽtes donare, quàm patrimonij ipſorum ſubſtantia patitur, ita vt profuſi eſſe videantur: ſed per diem in prima domo inuentũ quicunque habuerint, quicquid nacti fuerint, de manibus eorum defluet: patrimonia quoque eorum diſſipabuntur: ſed & omnẽ vitæ ſubſtantiã amittent, nec aliquid illis de paterna ſubſtantia reſeruabitur: ſed hæc mala erunt in prima ætate nati.cap.5.lib.3.

Martem in ſecunda domo per diem inuẽtum quicunque habuerint, erunt ſemper tales, in æſtu animi & in maximis neceſſitatibus cõſtituti, & ea quæ ſunt vitæ neceſſaria, interdum non habebunt.cap.5.lib.3.

Mars in tertia domo conſtitutus & Iupiter ſit in duodecima domo, vel in ſeptima, dabit nato maximã patrimonij facultatem: cap.5.lib.3.

Mars in quarta domo per noctem inuentus, faciet natum diſſipare patrimonium ſuum atque parentũ. Sed per diẽ faciet homines ſine gratia præſtare, quod dederint, nam quicunque aliquid ab ipſis fuerit conſecutus, ingratus illis ſemper exiſtet.cap.5.lib.3.

Mars in quinta domo per noctem inuentus in aliqua dignitate ſua, vel Iouis faciet glorias maximas, & patrimonia magna, ac omne genus decernit fœlicitatis: ſed ſi Venus cũ eo vel eum reſpexerit bona radiatione faciet fœlices, diuites, & qui per ſemetipſos gloriam conſequantur. ſi autem Mars fuerit in quinta domo per diem quicunque eum ſic habuerit, patrimonium labefactabit. ſed ſi cum Marte fuerit Iupiter, vel Venus, vel eum benigno aſpectu aſpexerit, lucra maxima & peregrinationis incommodo conſequentur. cap.5.lib.3.

Mars in octaua domo per diem inuentus denegat facultates patrimoniorum: aut eis qui habent patrimoniũ, miſera facit proſcriptione mutari.cap.5.li. 3.

Mars in decima domo per diem inuẽtus decernit damna maxima & amiſſionẽ patrimonij: faciet quoque proſcriptiones & condemnationes.cap.5. lib. 3.

Mars in vndecima domo bona decernit multa, & augmenta patrimonij largitur.cap.5.lib.3.

Martem in Geminis inuentum quicunque habuerint poſt annos 30. pauperes effecti, & fortaſſe corpore vitiati, vix neceſſaria ſibi poterunt vitæ ſubſidia ſufficienti ratione parare.cap.5.lib.5.

Martem in Cancro inuentum, quicunque habuerint, erunt poſt 30. annos modicę facultatis: c.5.lib.5.

Martem in Virgine inuentum, quicunque habuerint, erũt homines pauperes, vitioſi, obſcuri, maliſque negotijs impediti. & q; vix ſibi neceſſaria vitæ poſſint alimenta ſubminiſtrare: cap.5.lib.5.

Mars in Libra, ſi fuerit inuentus, & Saturnus primum trigonum tranſierit, id eſt ſignum Aquarij, non nullis mœroribus afficientur homines, ex quibus non mediocres fortaſſe illis iacturæ ac damna prouenięt. cap.5.lib.5.

Martem in Scorpione inuentum quicunque habuerint, homines erunt alti nominis, optimæque famæ, & qui ſua bona ſapienti moderatione cuſtodiant; ſed hoc erit præcipuè, cum primum genituræ trigonum Saturnus tranſierit, id eſt ſignum



Digitized by Google

Piſcium. Ante enim hoc tempus, pauperes erunt. ca. 5.lib.5.

Mars in domicilio ſuo inuentus, faciet natos qui parentum ſuorum ſubſtantiam diſſipabunt, hacque de cauſa maiores fortaſſe fratres amittent.capit. 12. lib.5.

Mars in domicilio Saturni inuentus facit vt ſubſtantiam nati fatali ſiderum decreto, minores fratres deſtruat.cap.12.lib.5.

Mars in domo Solis inuentus, homines faciet ſeipſos deſtruentes, patriſque ſubſtantiã perdentes: quique vt vitam ducant, ferream quampiam artẽ exercebunt.cap.12.lib.5.

Martem in domo Lunæ inuentum quicunque habuerint, erunt homines in operibus, & victu ſuo debiles, matriſque ſubſtantiam diſſipabunt, multaque incommoda patientur, & non erunt multum diuites. cap.12.lib.5.

Mars & Sol coniuncti patrimonij amiſſionem, & cenſus, & laborem in omnibus minatur.ca. 27.lib. 6.

Mars & Mercurius coniuncti ſignificant nato bonum patrimonij in foro. cap.27.lib.6.

Mars & Luna ſi fuerint coniuncti, detrimenta ſentiet natus.cap.27.lib.6.

Martis trinus ad Venerem aſſidua lucra decernit. cap.5.lib 6.

Mars & Mercurius quadrati cum fuerint, omne patrimonium, & ſuã ſubſtantiam ſua praua cupiditate homines perdent.cap.12.lib.6.

Marte quadrato ad Lunam, ſi Mars in dextro loco fuerit, & Luna in ſiniſtro, natus erit paruæ ſubſtãtiæ, eritque hoc mendicitatis. Si vero Luna fuerit in dextro loco, & Mars in ſiniſtro, ſuarum facultatum erũt homines deſtructores, & ad nihil idoneos.cap.12. li. 6.ignobiles reddit & laborioſos.

Martis ad Solem quadratus in nocturna genitura, diſſipato patrimonio perpetuam egeſtatem indicit. cap.19.lib.6.

Sol dominus genituræ benè locatus facit homines patrimonia propria virtute quærentes, cap.12.lib. 4.

Sol in ſecunda domo inuẽtus faciet homines ſemper patrimonia quærentes.cap.6.lib.3.

Sol in quarta domo inuentus, ſi Martis & Saturni aliqua fuerit radiatione pulſatus, decernit totius generis euerſionem, atque patrimonij facit totius labem. Sed bonam ſenectutem faciet: ita vt in hac ætate conſtituto lucra maxima conferantur natis.capit.6. lib.3.

Sol in ſexta domo inuentus, omnem ſubſtantiam varijs faciet generibus deperire. Sed ſi aliqua ſtella medium cęlum poſſederit, faciet locupletes, diuites, affluentes, & quibus paterna ſucceſſione maxima fælicitas comparatur. Si verò in ſexto loco Sole poſito, nulla in medio cæli ſtella fuerit conſtituta: Iupiter vero & Venus cum eodem Sole in ſexto loco fuerint inuenti: quicquid malorum decretum fuerit, mitigatur & tota infælicitatis impeditur improbitas.ca.6.lib. 3.

Sol in duodecima domo inuentus decernit totius patrimonij iacturam.capi.6.lib.3.

Sol in Ariete inuentus & Saturnus quando tranſitum fecerit per ſignum virginis, tunc dabit ſubſtãtiã, dummodo Sol non fuerit infortunatus nec poſitus in domibus cadentibus.ca.6.lib.5.

Solem Tauro inuentum, quicunque habuerint, homines erunt tales, qui theſauros ſuos augmentabunt, & tentabunt augere pecunias, etiam iniuſtas. Sed cũ Saturnus impleuerit orbem genituræ, id eſt poſt annos 30.tunc incipient à regibus & principibus vtilitatem & gloriam conſequi, ſi Sol non fuerit infortunatus.cap.6.li.5.

Solem in Geminis bene affectum, quicunque habuerint, hi magnum ex ſocietate prouentũ habebũt: Et hoc erit, quando Saturnus tranſierit ſignum virginis.cap.6.lib.5.

Solẽ in Leone inuentum, quicunque habuerint, erunt tales, qui vtilitatem ſemper & lucrum cum ſumma omnium laudatione, ex omnibus negotijs ſuis reportent.cap.6.lib.5.

Solẽ in Virgine inuentum bene affectum, quicũque habuerint, ſubſtantiam ingenio & doctrina ſua accumulatiſſimè conſequentur Et hoc erit, quando Saturnus ſignum Tauri tranſierit:cap.6.lib.5.

Sol in Scorpione inuentus decernit natũ plurimas hæreditates acquirere: & patrimoniũ augere, vnde ab alijs timeatur: & ex violenta quapiam populatione maxima lucra conſequetur: & maximè ſi Sol non fuerit infortunatus.cap.6.lib.5.

Sol in Capricorno inuentus ante medietatem annorum nati dat diſpendia multa, & dilapidationem patrimonij cap.6.lib.5.

Solem in Piſcibus inuentum quicũque habuerint, bonam fortunam fortaſſe conſequi poterunt quã ſua culpa in malam deinde conuertant.cap.6.lib.5.

Sol per diem in ſuo domicilio, faciet homines diuites & fortes, & qui ab alienis magnas opes gloriãque conquirant.cap.13.lib.5.

Sol in domo Iouis inuẽtus faciet homines, qui nõ multum opibus ac lucris inuigilent.cap.13.lib.5.

Sol per diem in domo Martis, homines faciet ſatis diuites, & opulentos, cap.13.

Sol per noctem in domo Mercurij reddit in prima ætate homines pauperes: cap.13.lib.5.

Sol & Luna oppoſiti ſubſtantiam nati faciunt varia ratione mutari: paupertatem ex diuitijs afferunt. cap.20.lib.6.

Venus per noctem in ſecunda domo facit homines affluentia copioſos: & quibus gradatim fælicitas conferatur. ca.7.lib.3.

Venus in quarta domo inuenta, iacturam patrimonij maximã faciet, & tales reddit qui difficile poſſint aliquid impetrare: Sed & cum Mercurio coniuncta facit propter malas adminiſtrationes, vel publicas vel priuatas proſcribi.

Venus in quinta domo inuenta facit hominibus à mulieribus aut ab vxoribus patrimonia maxima cõferri:cap.7.lib.3.

Venus in octaua domo per diem cum Mercurio inuẽta, ſi maleuola ſtella per quadratum vel per diametrum reſpexerit, eos, vel ſi cum ipſis fuerit: omne eius qui natus fuerit, patrimonium diſſipabit: vel qualiſc unque proſcriptione nudabit.

Venus in octaua domo per noctem inuenta, diuites facit: & quibus morte mulierum magnarum fælicitas conferatur.cap.7.lib.3.

Venus in vndecima domo inuenta cauſa amicorum dabit augmenta patrimonij: facit homines diuites locupletes, & ſubſtantiam gradatim creſcentes.

Venus in duodecima domo per noctẽ inuẽta in bono ſigno, ſi ſe Marti ꝓſpera radiatiõe cõiũxerit, facit natum

Digitized by Google

natum locupletem facultatum, diuitiaſque largitur. cap. 7. lib. 3.

Venerem in Ariete inuentam, quicunque habuerint, pauperes erunt & medici, & quibus plurima noceant diuerſarum calamitatum, impedimenta. cap. 7. lib. 5.

Venerem in Tauro, quicunque habuerint, poſt annos 48. maxima detrimenta in facultatibus ſuis decernit. cap. 7. lib. 5.

Venerem in Leone inuentam quicunque habuerint, homines erunt pauperes, & neglecti, & qui in diuerſa vt plurimum fortunæ conſtituti, crebris ſæpius laboribus fatigentur: ſed poſt annos 45. aliqua conſequentur ſubſidia facultatum. cap. 7. lib. 5.

Venerem in virgine inuentam, quicunque habuerint, poſt annos. 25. exactis malis omnibus, ſecunda quandoque incipiet aliquantulum afflare fortuna. ca. 7. lib. 5.

Venus in ſuo domicilio inuenta, gaudij multitudinem, fælicitatis augmētum, & bonæ fortunæ præmia decernit. cap. 14. lib. 5.

Venus in domicilio Iouis, diuitias, vtileſque reditus, ex mulierum cauſa decernit. & ſignificat opes ex exactionibus. cap. 14. lib. 5.

Veneris quadratus ad Lunam ſi Luna in dextro loco fuerit, & Venus in ſiniſtro, maximè diuitiarū lucra decernit. At ſi Ven⁹ in dextro loco fuerit, maxima fælicitate beat natum. cap. 14. lib. 6.

Mercurius in quinta cæli domo inuentus in matutino ortus, abſconſores auri & diuitiarū faciet, & qui prouidentia ſua maximam faciat ſubſtantiæ facultatem, alienis etiam ſed magnis facit præpoſitos pecunijs, & qui diuinis moribus eſſe videatur. Decernitur autem illis ſic Mercurio poſito, maxima vitæ ſubſtantia. Si verò veſpertinus fuerit in hoc loco inuentus, pecunias nulla poterit ratione ſeruare, ſed totū, quicquid pecuniarum, vel auri, vel argenti, cæterorumque nobiliorum & propoſitum fuerit, profuſis faciet erogationibus diſſipari. cap. 8. libr. 3.

Mercurius in ſexta domo inuentus, aut ex docti facilitate ſermonis, ſeu aduocatione, aut ex negociatione, aut ex Deorum redditibus, faciet natum fortunam ſibi maximam comparare.

Mercurius in octaua cæli domo veſpertinus inuentus, faciet alieni patrimonij hæredes, & qui caſu abſconſas inueniant facultates: Erunt etiā fœlices & beati. Matutinus verò faciet eos, qui ſic nati fuerint, in infinitum pecunias, & magnos actus appetentes, alios autem facit ſollicitudinum, commēdationum, actuū aut inſtrumētorum fidos, ſtabileſque auctores, & frequenter etiam alieni patrimonij poſſeſſores. cap. 8. lib. 3.

Mercurius inuentus in Geminis poſt annos 20. decernit damna, detrimenta, calamitates, inopias. Et hoc erit ſi Mercurius fuerit infortunatus, maximè in annis hebdomaticis & enneaticis, in quibus ad tātam aliquando venient rerum inopiam, vt ab alijs cogantur neceſſaria vitæ ſubſidia miſerabiliter poſtulare. cap. 8. lib. 5.

Mercurius in Libra inuentus, exactionibus plurima dabit facultatis augmenta.

Mercurio in Capricono inuento, pauperes erunt nati, debiles, ignobiles, omnibus facultatibus denudati.

Mercurius in Aquario inuentus, exactionibus dabit facultatis augmenta, & multa vitæ ſubſidia.

Mercurius in Piſcibus inuentus, exactionibus dabit multa ſubſidia facultatum. cap. 8. lib. 5.

Mercurius in domo Veneris inuentus, exactionibus ſignificat ſubſidia facultatum, & augmenta diuitiarum. cap. 15. lib. 5.

Luna domina genituræ inuenta, mutat vitam natorum, ſcilicet vt patrimonium eorum & augeatur aſſiduè, & aſſidua rurſus iactura minuatur. capitul. 12. lib. 4.

Luna in 2. domo per diem in proceſſu temporis dat ſubſtantiam patrimonij in magna quantitate, verum patrimonij ſubſtātiam vario iacturarum genere minui facit. cap. 15. lib. 3.

Luna in 3. domo cum Ioue inuenta iis qui habuerint, à fiſcalibus vel à publicis annonis alimenta ſuppeditat.

Luna in 4. domo per noctem inuenta plena lumine, matrem natorum facit diuitem, & ipſos faciet aſſiduis diuitiarum augmentis maximè ſubleuari: ſi verò Sole partiliter in horoſcopo conſtituto, Luna in quarta domo fuerit inuenta, merita fælicitatis accipient. cap. 15. libr. 3.

Luna in 6. domo bene poſita, & aucta lumine, lucrum dabit à quadrupedibus.

Luna in 7. domo per noctem inuenta in ſignis quibus gaudet & exaltatur, creſcenti lumine, Iupiterque aut Venus eā opportunis radiationib⁹ irradiauerit, fælicem reddit ſenectutem, lucrum etiam à mulieribus affert.

Luna in 8. domo inuenta, hæreditatem dabit ex mortuis.

Luna in 12. domo inuenta per diem, iacturam patrimonij decernit.

Luna in loco fortunæ per diem inuenta cum Marte, vel ſi ad Martem feratur, laborioſos, miſeros ab igne aut ex ferro, aut ex pondere aliquo quotidianæ vitæ faciet alimenta querentes. cap. 16. lib. 3.

Luna in loco fortunæ per noctem cum Saturno inuenta, creſcens lumine, vel ſi ad Saturnum feratur, paternum, ac maternum patrimonium minuet, ipſos vero in prima ætate miſeros ac laborioſos; procedente verò ætate fælices: ſi vero per diem creſcens lumine ad Saturnum feratur, patrimonium miſeris compellet lacerationibus diſſipari. Sed & proceſſu ætatis fælicitates, & augmenta patrimonij conferet. Sed & nocte lumine deficiens, hæc eadem ſimili ratione decernit, cap. 16. lib. 3.

Luna ſi fuerit in Geminis inuenta, pauperes erunt, miſeri & infelices, reſque ſuas atque negocia ſine vllo conſilio vel moderatione tractantes, vnde ſibi & dedecus pariant, & multa ſæpenumero detrimenta facultatum. cap 9. lib. 5.

Luna in Cancro inuenta ſi fuerit, erunt homines diuites, potentes & locupletes.



Digitized by Google

Luna in leone inuenta, diuites, opulentos & locupletes facit.

Luna in Libra inuenta, diuites, locupletes ac potentes facit: ſed qui relictis omnibus negocijs ſuis, inertes, & ocioſi ad animi tantum relaxationem conuertantur.

Luna in Sagittario inuenta ſi fuerit, homines erunt diuites, potentes, ac locupletes.

Luna in Capricorno inuenta ſi fuerit, nobiles erūt diuites & potentes, alti nominis magnæque exiſtimationis & famæ.

Luna in Piſcibus inuenta ſi fuerit, humiles erūt, & abiecti, pauperes, deſpecti, veſtibus & pannis obſiti, ac penitus ſeruis ſimiles. cap. 15. lib. 5.

Luna in ſuo domicilio per noctem inuenta magnā ſubſtātiam decernit. faciet etiam per ſemet ipſos idonea ſibi quærentes ſubſidia facultatum. capitul. 16. lib. 5.

Luna minuta luminibus in domicilio Saturni, facit tales qui amiſſa patrimonij facultate, miſero paupertatis onere deprimantur. cap. 16. lib. 5.

Luna plena lumine in domo Iouis inuenta, facit homines quærentes patrimonia propria, ſibi virtute: alioſque mercandi gratia ad loca peregrina deducet: ſi vero fuerit minuta lumine, ex morte parentum infortunia decernit. cap. 16. lib. 5.

Luna per diem minuta lumine in domo Martis, patrimonium diſſipat. cap. 16. lib. 5.

## Περὶ τύχης ἀξιωματικῆς.

ΤΑ δὲ τῆς αὐτῆς ἀξίας καὶ τῆς τοιαύτης εὐδαιμονίας δεήσει σκοπεῖν, ἀπό τε τῆς τῶν φώτων διαθέσεως, καὶ τῆς τῶν δορυφορούντων ἀστέρων συνορῶντα τὰς οἰκειώσεις αὐτῶν, ἐν ἀρσενικοῖς μὲν γὰρ ζῳδίοις ὄντων ἀμφοτέρων τῶν φωτῶν καὶ ἐπικέντρων, ἤτοι ἀμφοτέρων πάλιν, ἢ καὶ τοῦ ἑτέρου μάλιστα δὲ τοῦ τῆς αἱρέσεως καὶ δορυφορουμένου ὑπὸ τῶν πέντε πλανωμένων, πρὸς ☉ μὲν ἑῴων, ἑσπερίων δὲ, πρὸς ☽, οἱ γεννώμενοι βασιλεῖς ἔσονται.

### *De proſperitate & valetudine nati.* CAP. II.

RES autem valetudinis & eiuſdem in valetudine proſperitates ex luminarium ac ex ſtellarum ea circundantium qualitatibus, & vt eorum itidem ſimilitudinem cum hoc attendemus, & obſeruare neceſſe eſt. Cum enim vtraque luminaria in ſignis maſculinis fuerint, & vtrumque vel eorum alterum in angulis extiterit, maximè autem illud, quod dominus haiz fuerit, & quinque ſtellæ erraticæ ea circundederint, circundantéſque Solem matutinales & Lunam ambientes veſpertinales extiterint, ipſum natum regem fore non dubitabimus.

### COMMENTARIVS.

ISTVD eſt ſecūdū capitulum huius quarti libri, in quo de Sorte fortunæ ac dogmatibus ipſius & honoribus Ptolemęus exponit intentionem ſuam: quia in præcedenti capite continuando dicenda dictis, expoſuit ſortes ac fortunas opum, & in vniuerſum dedit ſiderum poſitionē, quia poſſumus facilè cognoſcere quinam ſint ditandi, & qui non, & addidit conſtitutiones denotantes amplitudinem diuitiarum. attulit etiam in medium cauſas, quibus cognoſcimus vias lucrandi: addidit quando ſunt conſeruandæ diuitiæ, & quando amittendæ, & tandem de tempore, quæ omnia non modo ex Ptolemæo, ſed etiam ab Arabibus & Aegyptijs, & reliquis declarata oſtendimus.

Cōſequenter nunc agit de honore, quia nullus honor eſſe poteſt ſine diuitiis, quia diuitiæ ſunt formæ ipſius fortunæ, quia iſti domini inopes non ſunt propriè domini: ideo primum egit de diuitiis: In hac ergo parte de honoribus, de imperiis dominiiſque pertractat. & diuiditur caput iſtud in tres partes, quia primum affert in medium ſyderum poſitiones, quæ ad diuerſa regna & varia imperia deducunt, & ſecundo declarat ſyderum poſitiones, quæ ad vilitatem homines deducunt: tertio loco cauſas, quibus homines proueniūt ad imperia, & honores magnos, & quibus cauſis cadunt & deijciūtur. Et quia Ptolemæus in hac parte nimium vniuerſalis eſt, & paucis verbis multa perſtringit, neceſſe eſt, vt addamus aliqua de his, quę ab aliis accepimus.

Eſt hic animaduertendum quod in vlla alia cauſa tā diligens fuit Ptolemæus, quàm in capite de vita & de honore. In vita quidē, quòd ea ſit omnium aliorū fundamentum, & etiam quod pulcherrimum de Aſtrologo exemplum præbeat. In honore verò, quod illis omnia bona ſuccedant, diuites, amici, gloria, coniugia nobilium, pręclara ſoboles: Denique poſt corporis incolumitatem, fœlicitas in humanis gloriæ comes eſt.

In primo loco Ptolemæus abſoluit paucis verbis omne genus dignitatis, quia primum ponit conſtellationem quandam, qua fiunt magni imperatores. Secundo loco conſtitutionē eorū qui propriè duces ſunt, & autores mortis & vitæ, & non ſunt domini orbis, nec potentiſſimi imperatores, ſed tantum autores vitæ & mortis. Tertio conſtitutionem eorum adducit, qui ponuntur in pręfecturis, in conſulatu, & ſimilibus dignitatib. ſuo tēpore maximè, quia ipſe floruit 141. anno à Verbo incarnato ſub Antonino Pio, & tunc regebatur vniuerſum ab vno, ideo non poſuit differentiam inter regem & regem, nūc autē moderanda

Digitized by Google

ſanda ſunt eius dicta noſtra tempeſtate, ſicut dicemus poſtea in fine capitis: quia multa ſunt dogmata pro ratiōe imperiorū: poſtea in quarto loco declarat dignitatem quæ pertineat ad vnumquemque in ſuo genere, vt ſunt priores in illo genere & illa familia.

Quantum verò ad primum dicit, quod dignitates in vniuerſum & fœlicitates honorum debent accipi ab vtroque lumine, & ſtellis ſtipantibus lumina maſcula, id eſt in ſignis maſculinis: & cardinalia, id eſt in cardinibus, vt in horoſcopo medio cæli ſeptima & quarta domo, & errones quinque ambiant lumina, & ſtipent. Hæc cōſtitutio ſemper & indubitanter facit reges.

Quapropter vt textus meli⁹ habeatur vult ꝙ ſigna ſint maſcula, quia vt ſciunt omnes ſemper ſunt fortunata, & pollentioris actionis. ſemper enim maſculi eſt agere, & fœminæ pati, licet Luna gaudeat fœmineitate, vult tamē quod maſculeſcat in hac parte, ad hoc vt regnum ſit maius, & vult ꝙ ſint ambo lumina, quia lumina ſua natura ſenſibilius agunt, & quodammodo apparent operationes illorum, quod non conuenit ipſis erronibus, licet ſtellæ ſupra Solem ſint nobiliores, quia accedunt magis ad primam cauſam, ſed quia non ita ſenſibiliter agunt, ſicut Sol, ideo datū eſt regimen Solis, & quia diuiditur dies in diem artificialem & noctem, Sol autem pręeſt diei, & Luna nocti, vt ex ſacris codicibus habetur in libro geneſis, & etiā à Ptolemæo ambo accipiunt vt regimen, vult tamen quòd alterum luminarium ſi non vtrumque ſcilicet conditionatium, ſaltem ſic ſe habeat: vnde eius concluſio eſt hypothetica quia poteſt eſſe copulatiua, ſcilicet quòd ambo lumina ſint maſculina & in cardinibus in die, vt ſtellæ errantes ambiant lumina, videlicet quòd errones ſint matutinæ, id eſt in ortu matutini quo ad Solem & veſpertini quo ad Lunā. & hæc eſt precipua conſtitutio quæ ſub hac forma non credo quòd inueniatur per 10000. annos.



POSSET tamē ſic cōponi ad imaginationem, vt ponamus quòd aſcendat Libra & in medio cæli ponamus in prima decamoria Leonis Solem, eſt autem Cancer tunc culminās, licet non ſit in culmine Sol eſt tamen in decima domo: ponamus ꝙ quinq; vagæ ſint inter primā & ſecūdā decamoriā Cācri. Erūt tunc illæ vagæ in ortu matutino. ſed ponamus quòd Luna ſit in ſeptima domo in occaſu. hæc eſt conſtitutio quam intellexit Ptolemæus quia Sol eſt in ſigno maſculo in medio cæli, & Luna in Ariete in ſeptima. Sunt enim quinque vagæ matutinæ reſpectu Solis & veſpertinæ reſpectu Lunæ, & ſequentes Lunam.

Poteſt eſſe propoſitio Ptolemæi & diſiunctiua, ſcilicet quòd ſi non ambo lumina inueniantur, reperiatur tamē alterum, ſcilicet lumen conditionatiū vt ſit Sol in prima decamoria Leonis, & quinque vagæ inter primam & ſecundā Cancri: ſit autē Luna in quouis loco, ſiue ſit in medio cæli in Tauro, ſiue Luna ſit in ſigno Geminorum, certum eſt quòd ſi ponantur omnes quinque in Cancro, Luna exiſtente in ſigno geminorum omnes illi planetæ ſunt veſpertini: & ſic eſt diſiūctiua. Hanc conſtitutionem dixerunt Arabes ductoriam planetarum, noſtri dixerunt ſecuritatem, quam doryphoriam appellarunt Græci, quæ nomina dicta ſunt quodammodo per metaphoram. nam cum princeps aut imperator incedit, ipſum præcedunt ſatellites, apparitores, & milites, qui faciunt doryphoriam principi, ſcilicet ſecuritatem, aliquādo ſequūtur, ſicut quando Regina incedit, ſemper milites vadunt⁹ poſt ipſam: ex qua translatione dixerunt, hanc conſtitutionem Græci eſſe doryphoriam.

*Quid ſit ductoria planetarum. Quid ſit doryphoria planetarū.*

Sed quomodo hæc doryphoria accipienda ſit, declarabimus, quia Græcus aliter videtur tenere, aliter Punicus: nō enim cōueniūt. Itē & Alchabiti⁹ in ſuis Iſagogicis differētia tertia in cap. de ductoria planetarū.

Nam Græcus dicit quòd planeta dicatur doryphoriam facere Soli, quando fuerit ſeparatus ab eo, & extra radios ipſius infra 30. gr. quādo mane apparuerit.

Et quæret quiſpiam, quando Planeta fuerit infra 15. gradus ſub radijs Solis, eſt & combuſtus: ergo vt faciat doryphoriam, oportet vt ſit extra 15. gradus: ſed Hermes videtur conuenire aliquo pacto cū Græco, ſed in alio nō: quia apho. 84. dicit, quòd planetæ infra 15. grad. cum Sole ſunt combuſti: & in aphor. 65. dixit quòd cæteri planetæ cum ſunt infra 12. & ita eſt magis cōmunis opinio: poſſum⁹ ergo tenere ſic, quia tutius eſt dicere Iouem, Lunam & Saturnum cum ſūt propè Solem infra 15. gradus, eſſe combuſtos, cęteros vero infra 12. tunc ad propoſitum, vult Græcus, quòd quinque errones cum fuerint infra 30. grad. vſque ad 15. gra. diſtātes à Sole faciūt ſecuritatē Soli.

Alcabitius tamen tenet, quòd infra 60. grad. intelligatur hæc diſtantia, cum planetæ fuerint extra radios eo modo, quo dictum eſt, & figura Sexagona inueniantur, ſed in alio capitul. dicit, quod quando Planeta fuerit in angulo, ſeu in ſua ſimilitudine,



Digitized by Google

& Sol in ſua ſimilitudine in altero angulorum,facit doryphoriam.

Punicus dicit quòd non tantum ex præſentia, ſed per omnem configurationem cum Sole ſit doryphoria,ita quòd ſi Sol fuerit in aliquo angulorum & reſpiciatur ab erronibus per ſextilem vel per trigonũ aut quadratam figuram, faciunt doryphoriam.

Sed iudicio meo diſtinguendum eſt,dicendum eſt ꝙ doryphoria poteſt accipi in pleriſque gradibus. Sicut contingit in multis, primus gradus eſt, quando fuerit Sol vel Luna in angulo, & ſtellæ occidentales eidem Soli matutinæ infra 30. grad. quia eſt potentiſſima cõſtitutio faciẽs ad regnum,& maximè ſi Luna fuerit in ſigno maſculino,vt diximꝰ,& erũt veſpertini eidem,erit conſtitutio potiſſima.

In ſecũdo loco debemus apponere cõſtitutionem ſtellarum dictã ſatellitiũ, cum reſpiciant Solem vel per ſextilem vel quadratũ,ſitque quadratus in ſignis minorum aſcenſionum, quia ſi erit quadrata malefica, non eſt ad propoſitum, quæ conſtellatio ſi nõ ſit ita conueniens ſicut prima,& ſi non ita valens,tamẽ ipſa eſt idonea ad reges & principes.Tertio loco poſſumus ponere quæ dicit Punicus,ſcilicet quòd ad omnẽ radiationẽ,dũmodo ſtellæ ſint in locis beneficis, dicuntur facere doryphoriam, cum irradiabunt Solem vel ex ſextile vel trigono vel quadrato vt dictũ eſt,ſintque in ſuis dignitatibus, & cum hoſpitatione, tunc faciunt homines ad imperia & regna aptos: & ſic diſtinguendum eſt in hac parte. Hæc eſt conſtitutio præcipua,quam non tantum Ptolemęus, ſed Albumaſar in ſecundo mag.coniunct.differentia quarta habet:item vt Arabes habent, vt Abenrag.par.quarta cap.11.item ipſam ponit Abolaes cap.6.ſuarum natiuitatum.

Præter hos grad. ductoriæ, ſunt aliæ conſtellationes notabiles,& experimentis obſeruatæ. eſt ergo ita iſta cõſtitutio faciens ad imperia & regna,cũ.ſ.cõiũctiões magnæ fiunt à planetis Ioue & Saturno de triplicitate in triplicitatem abeuntibus, quas explicat Albumaſar per plura verba, & Abraham in rationibus decimæ domus: dicit ergo Albumaſar ꝙ quando contigerit in natiuitate cuiuſpiam, ꝙ gradus aſcendens natiuitatis,vel culmen illius coniunctionis fuerit culmen illius natiuitatis,vel gradus illius coniunctionis fuerit locus Solis vel Lunæ vel Iouis,vel Saturni,hæc conſtitutio ſemper facit ad imperia & regna: hoc autem ipſe intellexit in ordine ad dogmata, quia credidit, quòd etiam dogmata & religiones à cælo proſilirent,vt poteſt videri in differentia tertia primi tractatus,ꝙ cum coniuncti fuerint tres ſuperiores in vno termino vel facie, vel fuerit coniunctio de triplicitate in triplicitates,& aliquis ſuperiorum in nona & tertia ab aſcendẽte eſt natiuitas Prophetæ. Sed eſt animaduertendum,ꝙ prophetarum cum duo ſint genera,ſcilicet verorum & falſorum,veri non ſunt à cælo,quia nullus effectus poteſt id, quod non poteſt ſua cauſa.Sed veri prophetæ ſanant infirmos,& ſuſcitant mortuos,quod cæli facere nequeunt,ergo proficiſcuntur à ſumma Dei maieſtate & infallibili veritate, ſed falſi prophetę poſſunt quidem à cælis proficiſci ex diſtemperie illarum ſtellarum,ſicut Lutherus. habet.n.Iouem & Martem in tertia cæli domo ab aſcendente,quare à veritate deuiauit. vide p. 612.

Addidit ergo Albumaſar natiuitates regum, quòd cum fuerit mutata coniunctio de vna triplicitate ad aliam,& conuenerint quę dicta ſunt,erit natiuitas regis:ſed Gręcus ſimpliciter,quod mihi valde placet, dicit,quòd cum grad. illius coniunctionis fuerit in culmine,vel horoſcopo alicuius natiuitatis, erit Rex, & magnus princeps. Et hæc eſt vna conſtitutio,quã obſeruationibus declarabo.

Tertia magna conſtitutio, quam primum imaginatus eſt Hermes,eſt quòd proficiſcitur à ſtellis fixis.Hermes fuit obſeruator ſtellarum fixarum, circa hæc videlicet quæ in ſuo tractatu de Beibenijs dicit, quod qui habuerit aliquam harum ſtellarum vel in aſcendente, vel in culmine, vel in ſexta, vel in imo terræ, vel in loco Solis & Lunæ,quòd ſi non partiliter,in circulo tamen eodem poſitionis cũ Sole & Luna,vel in loco partis fortunæ,iſte ſi ſit obſcurus,& vilis,eleuabitur vltra captum humanum, adeo quod erit admirabile hominibus.ipſum ſequutus eſt Ptolemæus qui Aphoriſm. 29. dicit, ſtellæ fixæ irrationabiles dant fælicitates, quas vt plurimũ calamitatibus inſigniũt, niſi habuerint fælicitatẽ à planetis, vt alias diximus.Itẽ aphor.46.magnæ in genituris fælicitates conferuntur tum à ſtellis fixis,tum ab interluniorum cardinibus,id eſt,à gradibus interluniorum, vel à locis partis fortunæ,cum horoſcopus fuerit in eis repertus.Idem habet Albohaly ca.99.in principio,vbi præcipuam dignitatem ponit à ſtellis fixis. Idem habent ambo Iudæi,quãdo dicunt obſeruandas eſſe ſtellas fixas:nam ſi quis habuerit eas, erit magnus:ſed videndũ eſt,ne nimis deuient ab Ecliptica,quia exiles parturiunt euentus:ſed non obſeruauit,quia vidi Aquilam volantem & alias ſtellas valde diſtãtes ab æquinoctiali,& mirabilia fecerũt.ſed ſufficit,quòd ſint in eodem arculo poſitionis & maximè ſtellæ ſeptemtrionales,vt oculus Tauri,Aquila,& cæteræ ſtellæ aquilonares,aliæ vero ſtellæ meridionales,fortè ꝓpter obliquitatem radiorum non faciunt ita: ſed quæ ſunt ſtellæ potẽtes,vt Canis maior,quæ eſt ſtella pulcherrima,credo quod multa faciat mirabilia,& vidi ruſticos factos diuites ab his ſtellis.

Idem habet Albubater cap.129.& 131.omnis ergo academia Aſtrologorum conuenit in hoc: cuius rei eſt hęc ratio, quia ſtellæ huiuſmodi cũ ſint in primo cælo propiores primæ cauſæ, neceſſe eſt eas eſſe præſtantiſſimas. Et hæc eſt tertia maxima cõſtitutio.

Sed antequam ad alias accedamus,videamus harũ obſeruationes, ad primam habemus,quòd quando luminaria vel alterum eorum fuerit cardinale & planetæ fecerint ei doryphoriam,natus erit potẽs: cuius tamen potentia prognoſticanda eſt ſecũdum vires ſtellarum & luminum, quia ſi erunt in ſigno maſculino luminaria,melius erit,& ſi in fœminino,ita ſi ſint ſtellæ matutinæ.

Ego

*Solymani Ottomani regis Turcarum Natiuitas.*




Ego obſeruaui in natiuitate Solimani Ottomani Regis Turcarũ qui fuit potentiſſimus: Habuit Solem culminantem in 6. gradu Arietis in ſigno maſculino, & Lunam prope ipſum extra radios, & habuit Iouẽ, Venerẽ, Mercurium & Saturnum in ortu matutino, qui faciebant doryphoriã: Solus Mars erat ei veſpertinus in cuſpide vndecimæ domus. Ecce conſtellatio, quæ dicitur à Ptolemæo in iſto imperatore: qui inter imperatores Turcarum fuit inſignis: ipſe enim anno 1521. expugnauit Belgradum (quæ eſt Alba Greca) in Hungaria maximè propugnaculum chriſtianorum: anno 1523. Rhodus inſula poſt longã obſidionem in eius poteſtatem venit: anno 1537. de Germanis ac Bohemis in Croatia victis triũphauit, & captiuos noſtros truncatos naribus ſuorũ ludibrijs expoſuit. Ea clade 60. tormenta bellica noſtri amiſere, quæ Cõſtantinopolim auecta ſunt. an. 1543. ipſe exercitu propè infinito Hungariam ingreſſus, Strigoniam & Albam regalem ciuitates, multa æneorũ tormentorum vi, ſuorumque immodica ſtrage, ſuo imperio ſubegit. Deinde ſibi conſulens, Cõſtãtinopolim reuerſus eſt. Tandem anno 1566. in expugnatione Segheti mortuus eſt ex fluxu corporis vt prædixi ex eius reuolutione anno ætatis ſuæ 71. labente ex inambulatione Solis Hylech ad Martis terminos. Hanc verò natiuitatẽ habui ab Antonio de Fãtis Mathematico, cum eſſem Patauij. Hic Rex fuit etiam potentiſſimus ex ratione imperij, ſcilicet ab hora in qua Mahometus debellauit Byzantium. Nam dixerunt Arabes, Rex ille firmiter regnũ adminiſtrabit cuius genitura cum regni initio conſentit, vt patet ex præſenti figura.

*Thema cœli cum labenti annis ſalutis in quo ille Mahometus debellauit Byzantium.*




Eſt hic animaduertẽdũ, vt notat Punicus in procemio tertij libri quadripartiti, quod ſi contingat vt filij egregijs genituris ſuffulti ſuccedant, regnum per ſucceſſionem hàbitum non minus, quã virtute partũ roboretur, & augeatur. Si vero filij genitura patris genituræ ſimilis eſt, eiſdem artibus regnum retinetur, qui

quibus partũ eſt,nõ tamẽ augetur.Quoniã iam deductio illa cum generali conſtitutione interrupta eſt. Si autem filij genitura diſcors ſit parenti, vt Dionyſij iunioris olim cum Dionyſij parentis, & filiorum Pyſiſtrati cum patre, & filij Periclis cũ patre, & noſtra ætate Ferdinandi filij,cum Alphõſo patre Rege Apuliæ & Neapolis, & Ludouici Sfortiæ cum Franciſci primi patris, ſemper regnum illud corruet, & filius eo priuabitur,etiam ſi pater non conſenſu,ſed virtute parauerit. Quamobrem cum plurimi ſunt filij, ſi Regnum habẽti meliorem genituram, & magis concordem cum genitura parentis,& hora in qua regnum adeptus eſt pater,vel proauus vt dixi de Solymano, qui habet genituram concordem cum hora in qua Mahometus debellauit Byzantium,tunc regnum illud proculdubio in illa familia ſeruabitur. Quòd ſi plures habeat pater filios,& primus adeptus regnum minus congruentem genituram regno habuerit, & minus efficacem ſecundo,aut tertio filio,tunc niſi cõcordent genituræ efficacioris, cum principis fratris genitura,regnum illud proculdubio euertetur. Ideo tutiſſimum regnum eſt,in quo hæres regni eſt filius efficacior,ſeu qui habet genituram,vt dixi,cum illis tribus conditionibus,congruentem,ſcilicet primi Regis genituræ,primæ horæ qua regno potitus eſt,& luminaria in ſignis maſculinis & angulis,cum planetis alijs orientalibus à Sole,vel occidentalibus à Luna, in angulis,vel cæli medium reſpicientibus.

Mahometi Epitaphium.

*Quem dites Indi,quemque & timuere Britanni,*
*Quique dic medio,quique ſub axe iacent,*
*Orbis terror eram Mahomotus mortuus vmbras*
*Terreo forte mei viuit in orbe metus.*
*Victori fortuna mihi victricia ſemper*
*Arma dedit,ſtygias nunc peto victor aquas.*

Solimani Regis Epitaphium.

*Qui vici innumeros populos,tot regna,tot vrbes,*
*Solus & immenſi qui timor orbis eram,*
*Me rapuit quæ cuncta rapit mors improba,ſed ſum*
*Virtute excelſa ductus ad aſtra tamen.*
*Vici victores Danaos,domuique feroces*
*Chaoniæ populos,Sauromataſque truces.*
*Pannonius ſenſit quantum ſurgebat in armis*
*Vis mea,quę Latio cognita nuper erat.*
*Mens fuerat bellare Rhodon,ſuperare ſuperbam*
*Italiam,ſed non fata dedere modum.*
*Hei mihi,nam rapuit mors aſpera,quæque ſub alto*
*Pectore condideram,vertit & hora breuis.*
*Sic hominum fauſtus,ſic & eunt ſtigmata,ſicque*
*Imperia,atque aurum,quicquid & orbis habet.*

Obſeruaui poſtea in genitura Matthiæ regis Vngarorum,qui fuit maximus rex, valde potens, fugauit frequenter Turcas, & hoc tempore noſtro accidit, imò aggreſſus eſt etiam Byzantium,tutatus eſt fines extremorum Arabiæ Turcarum: hic habuit Lunam horoſcopantem in decimo gradu Capricorni,& planetas omnes veſpertinos:quia erat Mercurius in 21. parte Aquarij,& Iupiter in 13. parte Tauri.Sed Sol & Mars in Piſcibus, & Venus in Ariete,hæc ex trigono, illi ex Sextili ſequebantur Lunæ veſpertinæ: ex quo accepi ipſum fuiſſe maximum regem. vide ei⁹ geneſim p. 633.

Omnes nouerunt Carolum.V.imperatorem, qui erat ſimplex Dux Auſtriæ:non pertinebat ad eum regnum Hiſpaniarum,neque imperium.Hic habet Lunam in 7. parte Capricorni, quæ propter eius latitudinem venit in horoſcopo: ſed habet maiorem doryphoriam: quia habet veſpertinum Iouem in propria domo & Venerem in ſuo regno Solem & Mercurium veſpertinos & maleficas ſtellas triangulatas Lunæ.Hæc eſt magna conſtitutio,licet non ſit in ſigno maſculino, & non omnes planetæ in ſigno maſculino, neque in cardine: Eſt tamen lumen conditionarium in angulo: Ipſe tamen fuit magnus rex. vide ei⁹ geneſim p. 204

PIVS 4. Pontifex maximus,natione mediolanenſis,ex gente medicea, humili quidem,ſed apud ſuos honorata ortus fuit, Ioannes Angelus antea vocatus. Sed anno 1549. à Paulo 3. Pontifice preſbyter Cardinalis tituli Sanctæ Prudentiæ creatus fuit, cum eſſet Archiepiſcopus Raguſinus: qui mortuo Paulo 4. Romæ in eius locũ Die 25. Decembris Hora. 9. min. 24. à meridie anni 1559. Pontifex maximus renunciatus. Die verò 6. Ianuarij hora 2. min. 47. à meridie ſuæ coronationis inſignia ante baſilicam ſancti Petri accepit anno domini 1560. Hic habet Solẽ in ſuo regno in ſigno maſculino,& Lunã ſimiliter in ſigno maſculino in ortu matutino, & Venus, Mercurius, Iupiter & Mars fuerunt matutinales à Sole,& veſpertinales à Luna facientes dotyphoriam Soli:quare peruenit ad maximum gradum,vt dicitur à Ptolemæo. Rurſus fomahant ſtella fixa primi honoris et culminabat partiliter,quæ quidem ſignificauit eum aſcendiſſe ad Monarchiã Eccleſiaſticã: vt ipſe aſcẽdit obijt anno,



Pij 4. Pontificis Natiuitas.

Marcel

## *Marcelli Ceruini Pontificis Maximi Natiuitas.*




MARCELLVS Papa 2. natione Tuſcus, oppido Monte Politiano, agri & diœceſis Florẽtinæ, patre Ricciardo ex gente Ceruina, humili quidem, ſed apud ſuos honorata ortus fuit: ei' enim pater Ricciardus agri Piceni aliquando Theſaurarius fuerat; Marcellus autem Romam veniens in familiares Alexandri maioris Cardinalis Farneſij adſcitus, mox eo in põtificẽ maximum creato, Alexandri Farneſij Iunioris Pauli ipſius Papæ nepotis à ſecretis fuit, quod poſtea munus apud ipſum pontificem Paulum ſumma cũ laude, & integritate exercuit, quare ab eo primo Epiſcopus Neocaſtrenſis, mox Rhegienſis, deinde presbyter Cardinalis, tit. S. crucis in Hieruſalem abſens: nuncius enim erat apud Imperatorem Carolum V. demum perpetuus Eccleſiæ Eugubinæ creatus fuit, dimiſſa Rhegiẽſi. qui poſtea mortuo Papa Iulio 3. Romæ in eius locũ ſex & triginta Cardinaliũ ſuffragijs tunc in conclaui exiſtentium V. idus Aprilis, anno 1555. Pontifex maximus renunciatus, die ſequenti videlicet 4. idus Aprilis ſine ſolemni pompa in baſilica S. Petri ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit. Is tenet Solem in ſua geneſi dominũ horoſcopi qui faciebant ei doryphoriã Venerem, Iouẽ, Martem & Lunam. erant enim in ortu matutino, & veſpertinales reſpectu Lunæ. Et in horoſcopo inueniebatur Baſiliſcus ſtella regia: quare quum primum vtero matris prodijt, pater Aſtrologus lætus cum vidiſſet hanc cõſtitutionem cæli dixit: Hodie eſt mihi natus ſummus Eccleſiæ Antiſtes.

## *B. Gregorij 13. Pontificis Max. Natiuitas, vt inquiunt.*




B. Gregorius 13. ex nobili familia ortus eſt Bononiæ, qui à Pio 4. factus fuit Cardinalis: qui mortuo Pio Papa V. Romæ in eius locum omnium cardinalium ſuffragijs Die 13. Maij, hora horologij 22. anni 1572. pontifex maximus renunciatus. Die verò 25. eiuſdem menſis hora 15. cum duabus tertijs ſua coronatiõis inſignia ſuſcepit. Is habet in horoſcopo Baſiliſcum ſtellam regiam primi honoris, & omnes planetę reſpectu Lunæ ſunt veſpertinales, qui faciunt doryphoriã ipſi Lunę temporis luminis. Et quamuis non ſit ipſa Luna ĩ ſigno maſculino, nihilominus reperitur in ſigno fœminino, in quo ipſa bene ſe cõplacet, vt ſupra diximus. Verum in regia domo reperio dextrum latus Perſei, & Iupiter eſt in nona cæli domo: quare ex prouidẽtia Dei factus eſt pontifex Maximus. Beatiſſimo ergo Gregorio Papæ, & domino noſtro, ſanctæ, & vniuerſalis Eccleſiæ pontifici, multi anni, & æternam memoriam. Amen.

Carolus

Digitized by Google

vide eius genesim pag. 606.

Carolus Filius Illuſtriſſimi Iacobi Ducis Nemorenſis habet Solem partiliter in horoſcopo in ſigno maſculino, ſcilicet, in Aquario, in quo ſunt Venus, Mercurius, Luna, & Mars in ortu matutino, & Iupiter & Saturnus reperiuntur etiam orientales. Quapropter Iuuenis iſte ſi habuerit vitam longæuam, ad maximos gradus aſcendet, ad quos nullus parentum ſuorum peruenire potuit: quia hæc conſtitutio doryphoriæ maxima eſt, ex ſupradictis. Hæc ſcripſi non adulationis cauſa, ſed veritate ductus, quoniam hoc patet ex Ptolemæi decretis. Et iudices huiuſmodi mei iudicij erunt omnes, hanc ſcientiam intelligentes.

## TEXTVS.

Κἂν μὲν οἱ δορυφοροῦντες ἀστέρες ἤτοι ἐπίκεντροι καὶ αὐτοὶ ὦσιν ἢ πρὸς τὸ ὑπὲρ γῆν κέντρον συσχηματίζωνται, μεγάλοι καὶ δυναμικοὶ καὶ κοσμοκράτορες διατελοῦσι, καὶ ἔτι μᾶλλον εὐδαίμονες, ἐὰν δὲ τῶν ἄλλων οὕτως ἐχόντων, μόνος ὁ ☉ ᾖ ἐν ἀρσενικῷ, ἡ δὲ ☾ ἐν θηλυκῷ, ἐπίκεντρον δὲ, τὸ ἕτερον τῶν φώτων, ἡγεμόνες μόνον ἔσονται ζωῆς καὶ θανάτου κύριοι, ἐὰν δὲ πρὸς τούτοις μὴ δὲ οἱ δορυφοροῦντες ἀστέρες ἐπίκεντροι ὦσιν, ἢ μαρτυρήσωσι τοῖς κέντροις, μεγάλοι μόνον ἔσονται καὶ ἐν ἀξιώμασι τοῖς ἀπὸ μέρους στεμματοφόροις, ἢ ἐπιτροπικοῖς, ἢ στρατοπεδαρχικοῖς, καὶ οὐχὶ τοῖς ἡγεμονικοῖς. ἐὰν δὲ τὰ μὲν φῶτα μὴ ᾖ ἐπίκεντρα, τῶν δὲ δορυφορούντων ἀστέρων οἱ πλείους, ἤτοι ἐπίκεντροι ὦσιν, ἢ συσχηματίζωνται τοῖς κέντροις, ἐν ἀξιώμασι μὲν ἐπιφανεστέροις οὐ γίνονται, προσαγωγαῖς δὲ πολιτικαῖς, καὶ μεσότητι περὶ τὰς κατὰ τὸν βίον προλήψεις. μὴ δὲ τῶν δορυφορούντων μήτοι τοῖς κέντροις συνοικειωθέντων, ἀνεπίφαντοι ταῖς πράξεσι, καὶ ἀπρόκοποι καθίστανται, τέλεον δὲ ταπεινοὶ, καὶ κακοδαίμονες γίνονται ταῖς ψυχαῖς, ὅταν μηδέτερον τῶν φώτων, μήτε κεκεντρωμένον ᾖ, μήτ᾽ ἐν ἀρσενικῷ ζῳδίῳ τυγχάνῃ, μήτε δορυφορῆται ὑπὸ τῶν ἀγαθοποιῶν. Ὁ μὲν οὖν καθόλου τύπος τῆς προκειμένης ἐπισκέψεως, τοιαύτην τινὰ τὴν αὐξομείωσιν ἔχει τῶν ἀξιωμάτων. τὰς δὲ μεταξὺ τούτων καταστάσεις παμπληθεῖς οὔσας, καταστοχαστέον, ἀπὸ τῶν περὶ αὐτὸ τὸ εἶδος τῶν τε φώτων καὶ τῆς δορυφορίας αὐτῶν ἐπὶ μέρους ἐναλλοιώσεως, καὶ τῆς κυρίας τῶν δορυφοριῶν. ταύτης γὰρ περὶ μὲν τοὺς αἵρεσιν ἔχοντας, ἢ τοὺς ἀγαθοποιοὺς συνισταμένης, τὸ αὐθεντικώτερον καὶ ἀπταιστότερον τοῖς ἀξιώμασι παρακολουθεῖ, περὶ δὲ τοὺς ἐναντίους, ἢ τοὺς κακοποιοὺς, τὸ ἐπιταγμένον καὶ ἐπισφαλέστερον, τὸ τῆς ἀξίας δὲ τῆς ἐσομένης εἶδος, ἀπὸ τῆς τῶν δορυφορούντων ἀστέρων ἰδιοτροπίας θεωρητέον. ἐπειδήπερ ὁ μὲν τοῦ ♄ τὴν κυρείαν τῆς δορυφορίας ἔχων, ἐπὶ φιλοκτημοσύνῃ καὶ συναγωγῇ χρημάτων ποιεῖ τὰς δυναστείας. Ὁ δὲ τοῦ ♃, ἢ ὁ τῆς ♀, ἐπὶ χάρισι καὶ δωρεαῖς, καὶ τιμαῖς, καὶ μεγαλοψυχίαις. Ὁ δὲ τοῦ ♂ ἐπὶ στρατηλασίαις, καὶ νίκαις καὶ φόβοις τῶν ὑποτεταγμένων. Ὁ δὲ τοῦ ☿, διὰ σύνεσιν, ἢ παιδείαν, καὶ ἐπιμέλειαν, καὶ οἰκονομίαν τῶν πραγμάτων.

SED ſi ſtellæ, quæ ea circundant in angulis item extiterint, aut cum angulis ſupra terram exiſtentibus in figura ſocietatem habuerint, erit natus magnæ valetudinis atque potentiſſimus & rex mundi, eius etiam fortuna, cũ ſtellę circundantes dextrę fuerint, & angulis ſuper terram exiſtentibus fuerint aſſociatæ, augmentabitur. Cum autem cæterarum ſtellarum qualitates velut hæc qualitas fuerit, ſolusque Sol in ſigno maſculino rotauerit, Luna vero in fœminino, & eorum alter in angulis fuerit, natus erit homo ſolius regiminis, & interfector. Quod ſi cum hoc circumdantes ſtellæ, in angulis non appareãt, nec eis teſtificentur, erit natus magni nominis tantum, & eius valetudo, velut illius qui vni parti dominabitur apparebit, ſeu velut dominium baiuli, ſeu dominium exercitus, & non vt dominium alcaidis, qui totum regnum diſponit. At ſi non luminaria, ſed

ſed quamplures illarum ſtellarum circumdatricum in angulis extiterint, vel cum eis in figura ſocietatem habuerint, non erit tantæ valetudinis, nec etiam magni nominis & ignorabitur. In diſponendo tamen ciuitates prævalebit, & in rebus diſpoſitionis vitæ mediocris erit. Si autem ſtellæ quæ luminaria circũdederint, nullam cum angulis ſimilitudinem habuerint, natus in ſuis operibus miſer, & infœlix apparebit. Quod ſi luminaria nec in angulis nec in ſignis maſculinis extiterint, nec ea etiam fortunæ circũdederint, erit in extremo miſeriæ & im proſperitatis. Via igitur qua in harum rerum inueſtigatione eſt incedendum, eſt hæc, quam in augmento valetudinis, ac diminutione mõſtrauimus. Quam plures autem qualitates, quæ ſunt inter augmentum & diminutionem per ea quæ in illa ſpecię particularis alterationis inuenta ſunt, quam habẽt luminaria & ſtellæ quæ ea circumdederint, & quæ circumdantibus diſpoſuerint, nos obſeruare debemus. Nam cum diſpoſitrices dominæ haiz, vel fortunę fuerint, natus in valetudine magis durabit. Si autem contrarię haiz dominẽtur, aut ſint infortunę, eius valetudo debilis apparebit, & leuiter tranſibit. Res vero futuræ valetudinis ex propriis ſtellarum qualitatibus, quæ luminaria circumdant, ſunt obſeruandę. cum huius etenim rei diſpoſitor Saturnus fuerit, fortitudo valetudinis in multitudine ſubſtantię, & in congregatione pecunię permanebit. Sed ſi Iupiter vel Venus extiterit, erit eius fortitudo in iucunditatibus & dominationibus atque honorificentia & magnanimitate. Quod ſi Mars fuerit, erit in dominio expeditionum, & in victoriis, ac in ſuorum ſubditorum timore. & ſi Mercurius fuerit, erit in intellectu & diſciplina ac rerum diſpoſitione,

*COMMENTARIVS.*

IN præſenti textu primò complebo rudẽ expoſitionẽ totius literæ: ſecundò ponam notabilia: Tertiò dubia in medium adducam.

Quantum ad primum pro continuatione, vidimus, quod Ptolemæus aſſignauit primo imperia, & potentiſſima regna huic poſitioni ſyderum, ſcilicet, cum fuerint lumina in ſignis maſculinis, & cardinalia, & errantes ambiant lumina: quod ipſe aſcẽdet ad regnum: quod ſi contigerit hanc conſtitutionem eſſe totalem Cardinalem, quod non tantum lumina ſint maſculina, & in Cardinibus, ſed etiam ambientes ſtellæ, in hoc caſu dicit, quòd natus habebit imperium magnum: & addidimus his quaſdam alias conſtitutiones, ſcilicet, quod ſi contingat in genitura alicuius eſſe gradum magnarum coniunctionum in angulo: iſte natus efficietur Rex, & ad maximas altitudines eleuabitur. Idem diximus accidere, ſi ſtellæ primi honoris, vel ſecundi cardinauerint, vel fuerint cum luminibus, vel in iiſdem circulis poſitionis, quas conſtitutiones adduximus, & aliquibus experimentis cõprobauimus. Reſtat modo, vt conſtitutiones minorum, ſcilicet ducum, & principum adducamus: Dicit Ptolemæus quod ſi lumina fuerint Cardinalia, ſit autem tantum Sol in ſigno maſculino, & Luna in fœminino, & ſtipantes Solem ſint matutini & dextri, Lunam verò ſtipãtes, ſint ſiniſtri, & occidui planetæ, hæc conſtitutio non reges potentiſſimos facit: non eleuat homines ad ſummos honores: ſed ad Ducatus adducit, vt ipſi poſſint præeſſe neci & vitæ. Loquitur Ptolemæus pro tẽpore ſuo, quia ſuo tempore erat tantum vnũ imperium pręcipuum, cæteri verò erant principes, & duces, & nullam habebant regiam poteſtatem: quare appellauit auctores necis, & vitæ, vt ex hiſtoriis patet: quia erat imperium Romanorum, quod erat ſummum imperium. Sed quicquid ſit de his conſtellationibus, ſunt raro, & non frequenter contingunt, ideo non poſſumus ſemper afferre earum obſeruationes.

Afferamus ergo quartam conſtitutionem, quæ facit conſulatum, pręfecturam, & ſimilia: dicit Ptolemæus, ſi lumina fuerint in Cardinibus ſic conſtituta, ſed ſtellæ circumdantes non fuerint in angulis, ſed etiam intelligendo quod non ſint cadentes, ſed in ſuccedentibus angulorum & huiuſmodi, vt ſi Sol fuerit in medio cæli, in ſigno maſculino, erro nes vero ſint in nona domo, vel ſi Luna fuerit in prima domo, ſiue in ſigno maſculino, ſiue fœminino, quia dicit Græcus, nihil refert, quia gaudet fœmineitate. dicit autem Ptolemæus, ad maiorem fœlicitatem in ſigno maſculino, ſi ergo Luna fuerit in horoſcopo, & ſint ſtellæ ſequentes in ſecunda domo, eſt conſtitutio eorum qui pręfecturam habẽt: vt ſunt quædam dignitates priuatæ, vt ſenatores, vel vt dicit textus, qui adminiſtrãt rem militarem, vt ſunt duces militum, ſicut fuit Marchio Vaſti, Marchio Peſcariæ, & huiuſmodi.

Quod ſi contingat, ſtipantes ſtellas eſſe Cardinales, & lumina ſint Cardinalia, hæc conſtitutio facit hominem in ſuo generẽ clarum, non Principẽ neque ducem. ſed ab Arabe accepi documentum obſeruatum, ſcilicet quando fuerit Iupiter ſiue trigonus ſiue ſextilis Saturno dummodo non ſint in cadentibus, ſed in Cardinalibus, aut ſuccedentibus, non retrocedentes, nec combuſti, iudicium erit, natum fore nobiliorem in ſuo genere, vt infinities obſeruaui.

Quò verò ad ſecundam partem, vbi ponit conſtitutionẽ obſcurorũ, ſubdit, quòd quãdo lumina ſunt cadentia, & ſtellæ ſtipãtes cadant, natus erit obſcurus, & vilis, ſi verò ad hæc accedat vt ſint in ſignis fœmininis, vt cadant, & rurſus doryphoriã facientes, ſint beneficæ vel maleficæ perperam ordinatæ, hæc conſtitutio facit homines omnino obſcuros, abiectos, viles, reiiciẽdos, fugiendos, nullius experientiæ, qui multoties ſi ex alia parte habuerint dignitates, eiicientur, & deponẽtur ab honoribus,



Digitized by Google

fient exules & rebelles,& in exilium mittentur.

His ſtantibus & aſsignatis his conſtitutionibus, dat vnum documentum generale,quia poſſet quiſpiam quærere,& dicere, quomodo cognoſcenda ſunt imperia,quomodo augenda,& quomodo minuenda, quanam cauſa, quibuſque regulis poſſumus ſcire. Reſpōdet ad hæc, quòd debet examinari ſecundum bonam conſtitutionem ſtellarum, quia ſi lumina fuerint in ſignis maſculinis, & fuerint ſigna regia, regnum erit potentiſsimum. licet enim Gemini & Libra ſint maſculina non bene habent vim erigendi natum ad altum imperium,ſed ſi fuerint in ſignis regiis,ſimiliter & ſi beneficæ fuerint ī ſuis iuriſdictionibus,quæ ſtellæ attulerint aliquam dignitatem,tunc faciunt magnos honores, & etiā augēt illos: quòd ſi contrà ſe habuerint, eoſdem minuent. ſunt ergo conſiderandæ poſitiones ſiderum & luminum, ſecundum conſtitutionem in angulis, vel in ſuccedentibus,& iſto modo cum habuerimus Principum natiuitates,facilè poterimus prognoſticari,quis eorum fuerit cæteris fortunatior, ſicut in publicis negotiis ſemper feci fœliciorem genituram Caroli V. conferendo eam ad genituram Clementis ſeptimi,& regis Gallorum, quia videbam ſtellas errantes lumina & talia quomodo erant conſtituta: ex quo facile poteram cognoſcere,ſic ſi haberemus plurium Cardinalium genituras,facilè poterimus cognoſcere, quis eorum eleuandus erit ad ſummum Pontificatum,& ſimiliter in ſingulis rebus huiuſmodi faciemus. Et tandem in calce concludit,quòd ſi velimus cognoſcere dignitates, à quibus cauſis proueniant, examinabimus Planetam, qui plura iura habuerit in doryphoria, quando erunt tres vel quatuor ſtellæ examinabimus, quęnam ſtellarum habuerit plura iura, quia ſi fuerit Saturnus,erunt regna ex theſauris abſconditis & huiuſmodi. ſi Iupiter erunt ex magnanimitate, quod ſi Mars, accidet ſicut patet in litera, quæ eſt clara.

Addiderunt & non ineptè ſed & perdoctè tum Abolaes,tum Iudæi & plures alij,nam vt dicit Albumaſar in ſecundo magnæ coniunctionis differentia quarta & Abolaes cap.6.& Abenragel par. quarta cap. 11. quando ambo lumina vel alterum eorū ſcilicet conditionarium fuerit in gradu ſuæ exaltationis,natus erit rex, ſcilicet ſi fuerit in natiuitate diurna Sol in 19.gr. Arietis quia ibi exaltatur Sol, licet per totū ſignū exaltetur, tamen habet imperiū præcipuum in 19.gradibus. quod ſi natiuitas fuerit nocturna,& reperiatur Luna in tertio gr. Tauri habebit imperium & regnum.

Sed Abolaes reſtringit ſe dicens,& ſi non erit de genere regum,habebit tamen dignitatē ſimilē regi & principi. Notaui autē hoc quia ſemper ex lege & propagatione primus natus accipit imperium: poteſt interdum eſſe quod oriatur aliquod incommodum,& captiuetur iſte, ſuccedet ei alter frater, & accipiet regnum ipſius, ideo dicit,ſi fuerit ex genere regum.

Item ſi fuerit dominus aſcendentis in regia domo,talis erit rex. Abolaes dicit,habebit dignitatē ad inſtar regis: rurſus ſi dominus medij cæli fuerit in aſcendente,habens ibi exaltationem ſuam, vel dominus aſcendentis fuerit in aſcendente in domo ſua, tales habentes hanc diſpoſitionem erunt reges,aut duces,aut ſimilem dignitatem habebūt. Rurſus ſi ambæ beneficæ ſtellæ fuerint ſcilicet,Iupiter,& Venus in angulis à ſuis regnis,natum fore regem ſignant,ac ſi Cancer horoſcoparet erunt Piſces in medio cæli ad plura climata, ſi quis habuerit Iouem in prima domo, vbi eſt eius exaltatio nempe in Cancro & Venus in Piſcibus vbi exaltatur,iſte habebit regnum vel principatū magnum. addidit aliud Albumaſar vbi ſupra quod eſt examinandum quod in cuiuſcunque natiuitate fuerit dominus climatis & dominus medij cæli illius natiuitatis & in aſcendēte illius climatis ille erit magnus princeps:& vt intelligamus, quomodo hæc regula ſit attribuenda natiuitati,non intelligit per climata diuiſionem climatum,ſicut author ſphæræ diuidit in tertio tractatu, ſed per climata intelligit regna & prouincias,vel ſatrapias,vt ita dicā, & vult, quod Saturnus præſit Indiæ, quapropter ſi in illo climate oriatur Socrates, cui horoſcopet Taurus, erit autem in culmine Capricornus domus Saturni: quod ſi Saturnus erit in Tauro in horoſcopo,& Venus in Piſcibus in vndecima domo & configuretur Saturno, iſte natus imperabit illi climati, & erit dominus illius primi climatis.

Quòd ſi idem ponet contingere de Ioue erit dominus ſecundi climatis, quia Iupiter eſt dominus ſecundi climatis ſecundum ipſum ſcilicet Babiloniæ: ſi vero fuerit Mars ipſe præerit Turchiæ, id eſt Aſiæ minori, quod ſi Sol fuerit, præerit Romanis: quod ſi Venus fuerit,præerit Arabiæ,quod ſi Mercurius fuerit,præerit Aegyptiis: quod ſi Luna fuerit præerit Aſſur. dicit ipſe.

Hęc habemus ab iſtis viris ſimpliciter dicta,à nobis autem ſunt demonſtrata obſeruatione: quapropter pro ſecundo & ad comprobationem reſpectu conſtitutionum magnarum, adducemus obſeruationes: ſecunda conſtitutio in ordine aſsignata ab Albumaſare & à Iudęis fuit magna coniunctio,pro quo ſciendum quod Saturnus & Iupiter in vno trigono duodecies coniunguntur,adeo quod in vno & eodem ſigno eiuſdem trigoni quatuor coniungūtur,vt ad præſens ſumus ſub trigono aqueo,ſemper ipſi obſeruant hoc,quod coniunguntur duo ſuperiores in nono trigono,& fuit prima coniunctio huius trigoni aquei in octauo gradu Scorpionis anno 1367. ſecunda vero coniunctio in eodem ſigno fuit in 1425. in 15 parte Scorpionis,quia à 60.annis in 60.annis ferè in idem ſignum reuertitur. coniunctio tertia fuit in 20.parte Scorpionis,& ſecundum rectificationem tabularum Tacuini in 22. ſed ſecūdum veritatem in 20.quia infra duos gradus ponitur Saturnus,quia ſi ponatur in 16.& ſit in 17. & in 15. fuit autem talis coniunctio in anno 1544. in 24. parte,auferendo duos gradus ipſius Scorpionis.

Dicunt Iudæi, quod in cuiuſcunque natiuitate fuerint gradus harum coniunctionum in horoſcopo,vel culmine,erunt ſublimati, & exaltati,& maxime ſi fuerit ex prima coniunctione. exempli gratia,ſi quis oriatur ſub anno 1367. vſque ad annum 1425.& habeat in horoſcopo, vel in culmine octauam partem Scorpionis,erit fœliciſſimus per hanc conſtellationem,ſed reges erunt potentiſſimi per hanc. quod ſi quis oriatur à 1425. vſque ad 1484.& habuerit in culmine,vel horoſcopo 15. grad. Scorpionis,erit etiam princeps & rex & vir magnus: eodem

Digitized by Google

dem pacto ſi quis oriatur à 1484. vſque, ad 1544. & habuerit in medio cæli 20. grad. Scorpionis, erit rex: & licet ſit obſcurus, eleuabitur tamen, & ſic cõ ſequenter de iſta alia: nam habito vno trigono, omnes habemus, quod & ſi paucis experimẽtis poſ ſit cõprobari, adducam tamen pro eius confirmatione tria.

Ego noui magnalia quæ fecit Iulius ſecundus: ipſe tenuit vniuerſum orbem, & quicquid fecit, fecit pro Eccleſia Dei. obſeruaui genituram eius, & credidi ipſum habuiſſe hoc ab vna ſtella fixa, quia ipſe profligauit exercitum regis Gallorum, terruit Turcas, ſed tãta ab vna ſtella fixa venire nõ poterat. habui igitur aliã geniturã eius à quodam fide digno, & obſeruaui ad libellã decimãquintã partem Scorpionis in horoſcopo, quia rectificaui ad inſtar loci Lunæ quoniam præerat gradui interlunij, vt in cap. ſecundo tertij libri dictum eſt, quia ipſe natus eſt à 1425. vſque ad 1445. quia anno 1445. natus eſt.

Vide eius Geneſim pag.

Poſtea ego obſeruaui genituram Caroli. V. multoties, quia ipſe erat tantum dux Auſtriæ, & cum vidiſſet hanc genituram Lucas Gauricus (quia nolo tacere id) prędixit totam Monarchiam illum poſ ſeſſurum: quare ego animaduerti ad planetas, & examinaui doryphoriam Lunæ, & ſtando in via Ptolemæi ipſe habet 20. partem Scorpionis in culmine, ergo eſt tertia coniunctio, quare mira fecit, ipſe enim vicit ſuos rebelles, in regione Hiſpaniarum terruit illos, vicit Italos, & Principes, habuit captiuum Regem Gallorum, & ſummum Pontificem Clementem ſeptimum: fugauit Turcas, & tandem ſuperauit Germanos. verùm ad hæc accedunt, quod habet doryphoriam Lunæ, & habet ſtellam lucidam coronæ in culmine, & duo ſimulachra equum alatum in horoſcopo, & in culmine coronam Septemtrionalem.

Vide eius Geneſim pag. 204.

Hanc ſimilem conſtellationem habet magnus Dux noſter Coſmus inuictus, erat enim Coſmus vir priuatus, nobilis genere, habuit enim hæc duo ſimulachra, & coniunctionem illam ſcilicet gradum illius coniunctionis in culmine, habet & coronam ſeptemtrionalem, & Pegaſum, vltra quod Mars dominus medij cæli eſt cum Baſiliſco in 21 partibus Leonis in ſua conditione, & dominus aſcendentis in aſcendente in ſua domo, & plura eſſent examinanda, quæ cum pauci aduertiſſent neſciuerunt cognoſcere, & ipſe vt omnes ſciunt, auxit imperium ſuum, fugauit hoſtes ſuos 1544. qui venerunt vt expugnarent Mediolanum, & fecit ſeipſum immortalem.

Vide eius Geneſim pag. 127.

*Andreæ Dorij Genuenſis, alterius Neptuni in Mari Natiuitas.*




TALIS eſt Natiuitas Andreæ Dorij Genuenſis, qui poſuit ſuam patriã in libertatem, & eam de poteſtate Gallorum liberauit, & ſeipſum potius elegit patricium Genuenſem eſſe, quàm tyrannum ſuæ patriæ. Sed quis è priuato in principatum abſque ſcelere euectus non ſit? Quid egit C. Iulius Cæſar? Nonne patriam prodidit? Quid Sylla cum ſuis proſcriptionibus, vt Dictator euaderet? Quid Marius? Quid Franciſcus Sfortia primus? Nonne eos prodidit, à quibus in exercitus ducem electus fuerat? Nemo ad primos gradus dignitatis aſcendere, niſi duce ſcelere potuit. Dorius hic eſt primus, qui ad principatum via ſceleris venire noluit, ſed virtute ſumma rem hanc egit: & pietatis officia erga patriam non neglexerit, O Dorie omni laude digniſſime, quoniam ſi linguas omnium ſcriptorum habuiſſem, profecto ad laudes tuas narrandas non ſufficerent. Quapropter melius eſt tacere quàm pauca ſcribere. Is habet in culmine cæli coniunctionem illam maximam quæ facta fuit anno 1425. in 15. gradibus Scorpionis, & cũ ea habet lancem Borealem, ſtellam fixam, ſecundi honoris ex natura Iouis & Mercurij. Quare fuit in mari alter Neptunus, & inter omnes præfectos maximus, & ex heroicis factis ſeipſum fecit immortalem. Conſiderent igitur lectores hoc thema cælicum, & cognoſcent ſydera ſignificauiſſe omnia mira, quæ ipſe in vita ſua geſſit.




RVRSVS obſeruaui geniturã Borſij q creatus fuit Dux Ferrarię Mutinæ & Rhegij à Federico 3. Imperatore anno 1452. Is habuit in ſua geneſi gradus côiũctionis magnę in medio cęli, q gradus reſpicitur à Ioue partiliter locato in horoſcopo ex ſextili aſpectu. Et Sol reperitur in nona cæli domo, quæ eſt domus gaudij ſui: & quãuis ipſe Sol ſit in ſigno fœminino, quod deberet eſſe in ſigno maſculino, ſecundũ decreta Ptolemæi, nihilominus in nona cæli domo eſt Sol benè affectus, & planetæ omnes ei faciũt doriphoriã, excepto Ioue: quia ſunt in ortu matutino : quare poſt dominium fratris ſui ſcilicet, Leonelli, ampliauit ſibi dominiũ & regnũ, & acquiſiuit titulũ Ducis ex Demarcho, & poſt ſe famã reliquit immortalẽ, vt oſtẽdit in foro Ferrariæ eius ſimulachrũ, & eius actiones.

*Borſij Ducis Ferrariæ Natiuitas.*

Quo verò ad tertiã obſeruationẽ ſcilicet ad ſtellas fixas, examinaui natiuitatẽ Xyſti 4. põtificis maximi, ipſe enim antea vocabatur magiſter frater Franciſcus, (vt dicit Onuphrius in libro de pontificibus) natione Ligur, ex villa Albizzola, diœceſis Sauonenſis, humili, ac ſordido genere ortus, patrem enim habuit piſcatorem. ab ineunte ætate Sauonæ ordinẽ fratrum minorum profeſſus eſt, in quo breui admodũ in omni diſciplinarum genere ꝓfecit, vt ꝑ omniũ ſui ordinis dignitatũ gradus ad generalatũ aſcenderit, à quibuſdam autem regulis Allobrogibus gentis Ruuereæ, apud quos aliquandiu diuerſatus fuerat, & familiæ nomine, & gentilitiis Clypeis donatus eſt. Eum autem, audita eius fama, Paulus Papa 2. adiuuante maximè Cardinali Beſſarione ex generali miniſtro ſui ordinis, presbyterum Cardinalem tituli. S. Petri ad Vincula creauit. poſt eius mortem in eius locum Romæ V. Idus Auguſti, anni domini 1471. omnium Cardinalium ſuffragiis pontifex maximus renunciatus XV. Calen. Septembris ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit. Is habuit in horoſcopo Arcturum ſtellam regiam, & in culmine Canem maiorem, & dominus horoſcopi erat in domo propria in vndecima cæli domo, ſed tota magnitudo eius venit ab his ſtellis fixis, primam ſtellam dicunt Arabes Alramech Latini Vociferantem.

## *Ferdinãdi Regis Hiſpaniarũ Aui materni Caroli V. & Ferdinãdi Imperatorũ Natiuitas.*




HANC tandem conſtitutionem habuit Ferdinandus rex Hiſpaniarum, dico quòd ad ipſum pertinebat regnum illud, ſed erat Elizabet regina: ipſe habuit has ſtellas, ſicut Xyſtus pontifex maximus habuit, præter hæc ſignum in occaſu & vltra hæc, quia erat Princeps & nobilis, ipſe habuit Saturnum in prima domo in ſua altitudine dominum quartæ, & ſignificauit in rebus ſubterraneis ac theſauris & abſconditis fore diuitem, ac ſi debuiſſet dominari illis terris inuentis: ipſe autem recuperauit regnum Granatæ, & plura alia inuenit, & multa fecit pro Eccleſia, & fugauit Turcas.

*Antonij*

*Antonij Mariæ de Saluiatis Epiſcopi Natiuitas.*




Talem & ſimilem conſtellationem habet D. Antonius Maria de Saluiatis Epiſcopus, & Clericus, de camera (vt vulgo dici ſolet Romæ.) Quapropter aſcendet ad Cardinalatus dignitatem, & ad altiora: ſi Deus det ei longæuam vitam. Ipſe enim habet Canem maiorem in culmine cęli, & in horoſcopo Arcturum, ſiue Vociferantem ſtellam, quæ ſunt primi honoris, & Luna per Antiſcium ſuum reperitur partiliter in domo regia, & Venus in horoſcopo, quæ ei longæuam vitam porriget. Luna autem domina decimę domus benè affecta cum Capite Draconis in nona cæli domo promittit itinera honorata, ſiue legationes, & ſimilia. Et in Eccleſia Dei fiet magnus prælatus, vt denotant hæ obſeruationes.

Habemus de Innocentio Papa octauo quod Ioannes Baptiſta antea fuit vocatus, natione Ligur, patria Genuenſis, ex mediocri genere, honorato tamen ortus, Patrem, Aaron nomine, Medicum habuit. Hic pauper olim adoleſcens inter Alphonſi Siciliæ regis miniſtros diu vixit: inde Romam veniens, in contubernio Philippi Calandrini Cardinalis Bononienſis fuit. à Xyſto autem 4. primo Epiſcopus Sauonenſis, mox Melfitenſis, & Datarius, deinde preſbyter Cardinalis tituli S. Balbinæ: demũ S. Cæciliæ creatus eſt: quo mortuo, Romæ, in eius locum omnium Cardinalium ſuffragiis quarto Cal. Septembris, anno 1484 Pontifex Maximus renunciatus, pridie idus Septembris coronatus eſt. Is habuit in ſua geneſi quatuor ſtellas non multum regias, ſcilicet dorſum Leonis in horoſcopo: quæ ſtella eſt ſecundi honoris: in imo cæli etiam habuit Lancem, in medio cæli, Pleiades, & in occaſu Crus Pegaſi: Hæ quatuor ſtellæ deduxerunt eum ad ſummum Pontificatum. Sed non mira fecit, licet fuerint ſecundi honoris, erant tamen illæ ſtellę debiles: nec aliud aderat.

Sed Alexander ſextus, & Leo decimus ferè habent eandem conſtellationem: quia vterque habuit Aquilam volantem in horoſcopo in 22. parte Sagittarij, & in medio cæli ſpicam, vnde ad ſummum pontificatum venerunt, & quia ſtellæ fixæ in Aphor. 29. quando non habent auxilium à beneficis ſtellis, vt etiam dicit Punicus: quod habeant tantum id à fixis, & nullam partem à beneficis, cálamitatibus inſigniunt, ſcimus quod Alexander veneno mortuus eſt. Et Leo parum tenuit pontificatum.

Vide eius Geneſim pag. 449. & pag. 120.

Quò ad priuatas conſtellationes, quando dominus horoſcopi fuerit in decima, vel dominus decimæ in horoſcopo, vel dominus horoſcopi in horoſcopo in prima domo, ſignificat dignitatem & exaltationem ſui ſtatus.

Examinaui ad hæc genituram Cardinalis Sanctæ Crucis, qui habuit Lunam horoſcopantem ſcilicet 19. partem Cancri, & Luna præerat, & Sol erat in ſua altitudine in medio cæli: fuit magnus Cardinalis, & omnes ſciunt eum fuiſſe ad inſtar dominatoris, & Imperatoris, & fuit maximæ authoritatis.

Obſeruaui in genitura Laurentij Pucci Cardinalis. S. quatuor Coronatorum, fuit iſte priuatus ciuis & aduocatus in curia Romana, habuit tamen ipſe adminiſtrationem totius Reipublicæ Eccleſiæ. Ipſe enim habet ſignum regium in horoſcopo cum Sole.

Vide eius Geneſim pag. 624.

*Aloyſij de Rubeis Cardinalis Florentini Natiuitas.*




Idem habet Aloyſius de Rubeis, qui præfuit Placentiæ, & Romæ: & habuit multas dignitates: is habuit 21. gradus Leonis & Solem ibidem cum Baſiliſco, ſtella regia primi honoris: à Leone X. pontifice maximo creatus fuit Cardinalis anno 1517. quinto Cal. Iulij: & obiit anno 1519. Romæ, & ſepultus ad ſanctum Petrum. Hic ergo non amiſit Pileum, vt ſcripſit Cardanus, ſed ſemper perſeuerauit in maxima æſtimatione & dignitate apud Pontificem & Cardinales.

Vide inferius cap. 4. Dominus Antonius Puccius, qui ſucceſſit patruo ſuo in adminiſtratione Reipublicæ. Habuit ſeptem partem Sagittarij & Iupiter erat in horoſcopo partiliter.

Cardinalis Cortonæ, qui præfuit Reipublicæ Florentinæ tempore Alexandri Ducis, & gubernabat ciuitatem, habuit dominum medij cæli horoſcopantem. Erant autem in medio cæli Piſces, & Venus habebat trigonum, altitudinem & fines, & fuit in horoſcopo, quare fuit Cardinalis inſignis.

*Iulij iij. pontificis Maximi Natiuitas.*




Rvrsvs Iulius Papa. 3. Ioannes Maria antea vocatus, Romæ quidē ortus, ſed oppido, & familia de Mōte S. Sabini, diœceſis Aretinæ in Tuſcia oriundus, patrem habuit Vincentium de Monte Fabiani, patruū verò Antonium de Monte Cardinalem, Epiſcopum Portuenſem, & S. Rufinæ. Hic Archiepiſcopus Sypontinus per reſignationem patrui Cardinalis creati ſub Iulio 2. factus fuit. ſub Clemente autem. 7. vrbis Romę Gubernatorem egit, à Paulo Papa 3. primo Cameræ Apoſtolicæ Auditor, mox presbyter Cardinalis S. Vitalis, tit. Veſtinæ creatus fuit. Quo mortuo poſt longam Cardinalium in conclaui diſceptationem præter omnium expectationem, tertio vacantis ſedis menſe iam ferè tranſacto VII. & XL. Cardinalium ſuffragiis tunc in conclaui exiſtentium, ex Epiſcopo Card. Prænestino, Bononiæ, & concilij generalis legato VI. idus Februarij circa horam noctis tertiam, anno 1550. Pōtifex Maximus renunciatus. VIII. Cal. Martij die cathedræ S. Petri ſuæ coronationis inſignia ſuſcepit. Is habuit Lunam dominam horoſcopi in decima cæli domo cōiunctam Ioui, qui erat in ſuo domicilio. & Luna erat cum Crure Pegaſi partiliter, quæ ſtella fixa eſt de natura Iouis & Martis ex ſecūda magnitudine, quæ fecit eū ſummū pōtificē.



Digitized by Google

*Ioannis de Poggio Bonon.Natiuitas.*




IOANNES de Poggio Bononiē ſis,anno ætatis ſuæ 16. iuit in Hiſpaniam cum Natali Hiſpano citharędo,& ab illo didicit pulſare chelin ruraliter. Paul'.3.in primo anno ſui pōtificatus creauit ipſum Epiſcopū Tropeę in Calabria,eúmque poſtea præfecit Nunciū in tota Hiſpania, vbi ex decimis, & ſpolijs Cardinalium,prælatorum,atque ſacerdotū, congeſsit pro ſummo Pontifice, & Cæſare, & ſui laboris emolumento maximam nūmorū congeriē. Emitque officium theſaureriatus, & in vrbe Regiū palatium. Item Bononiæ, & Mantuæ,quā plurimas ædes. Ipſe poſtea fuit electus Cardinalis à Iulio 3.pontifice maximo anno 1551. Ipſe enim habuit dominum decimę domus in ipſa domo cum domino horoſcopi,& Sol benè affectus inuenitur in nona cæli domo:quare peruenit ad dignitatem Cardinalatus.

Vide eius geneſim pag.364.
Dominicus Grimanus Venetus habuit in ſua geneſi Iouem dominū horoſcopi in regia domo,cuius dominus fuit ipſe Iupiter.

Et Sol manebat quaſi in linea orientali: quare fuit Cardinalis,& vir inſignis.

Vide eius geneſim pag.365.
Similiter Ennius Verulanus de Bauco Cardinalis Albanenſis,habuit Mercurium dominū horoſcopi in regia domo cum capite Draconis Lunæ:quapropter aſcendit ad dignitatem Cardinalatus.

Vide eius geneſim pag.366.
Rurſus in natiuitate Ioannis Aluari Cardinalis de Burgo Hiſpani ſacri ordinis prædicatorū, obſeruaui Iouem, qui erat dominus horoſcopi, regiæque domus cæli, & inueni ipſum fuiſſe collocatum in horoſcopo : quare peruenit ad Cardinalatus dignitatem.

Deinde Ioannes de Saluiatis Florētinus tenuit in horoſcopo ſuo dominū ſcilicet Saturnum,& Haſtile Bootis in regia domo, quare fuit Cardinalis. Vide e geneſim pag.367.

Nicolaus de Gadis Florentinus tenuit Saturnū dominum Regiæ domus in ipſa domo cum Aquila volanre ſtella ſecundi honoris:quare fuit creatus Cardinalis. Vide eī neſim pag. 367.




***Thomæ Cāpegii Natiuitas.***

THOMAS Campegius in ætate iuuenili erat cādid', venuſtus,& in prima lanugine legum profeſſor egregius, & artium Doctor clariſsimus. Bononię profitebatur philoſophiam in publica Academia.In mathematicis diſciplinis valde eruditus.In Romana ciuitate creatus fuit Feltriæ epiſcopus, patrocinio fratris ſui chariſsimi, & ab anno ſaluatoris noſtri domini 1547 ad 1550. fuit in vrbe Rector cancellariæ iuſtiſsimus:poſtmodum iuit ad ſynodum Tridentinam 1551. & ab anno ætatis ſuæ 63.cœpit habere aures aliquantiſper obtuſas. Is habet Solem dominum horoſcopi collocatū in regia domo in ſigno Piſciū & in horoſcopo erat Baſiliſcus ſtella regia primi honoris, quare creatus eſt Cardinalis ſacroſanctæ Eccleſiæ catholicæ Romanæ.

Reſtat nunc, vt aliqua dubia ſoluamus. Et primò an omnis fęlicitas, vt ſic proficiſcatur ab aſtris, & proſperi euentus ſemper eueniant ab inſtinctu bene fortunatorum.

Deinde, an omnes fœlicitates ſic ſequantur, vt reddãt natum vſque ad finem fælicem, & quare aliqui incipiunt fœliciter, & finiunt infauſtè: aliqui econtra, ſunt infęlices, miſeri & inopes, tandem ad tantos honores veniunt, vt excedant captum humanum. Erunt ergo hæ difficultates abſoluendæ. Quapropter paucis verbis dico ad quæſtionem.

Et primum ſentiendo cum veritate catholica, & naturalibus, quòd cum omnis ordo inferior ſit ab ordine ſuperiori, & nihil fiat ſub orbe Lunæ, quin dependeat à primo ordine: qui primus ordo eſt in Deo optimo maximo, & prima cauſa: quapropter quicunque ſint euentus boni, vel mali, ſemper ſunt à prima cauſa: apparent quidem nobis mali, ſed ſua natura boni ſunt: id euenit, quod non cognoſcamus eſſe bonos ex ingenij imbecillitate, & ignorãtia noſtra: id dicerẽt naturales, licet ſub alia ratione, vt autor eſt Ariſtoteles primo Cæli tex. 100. & primo Meteororũ in principio, & in 12. Metaph. Quod à prima cauſa dependet omnis ordo, & totus mundus, ergo à fortiori, & actiones noſtræ. Eſſet diſputandum de prædeſtinatione, & his ſimilibus: ſed quia hæc ſunt extra negotium noſtrum, pertranſeo. ſed dico quod omnis ordo ſublunaris dependet à primo ordine, tanquam à prima cauſa vniuerſali, à quo regitur vniuerſum: & ſic omnes fælicitates, regna & imperia à prima cauſa dependent: poſtea mediatè ab aſtris, ſeu conſequenter ab intelligentiis mouentibus orbem: poſtea à corporibus cæleſtibus, quæ ſimul cum orbe influunt in partem noſtram ſenſitiuam, vt recedam ab Auicenna: qui dicit quod ex intellectu & orbe fit vnũ quod agit de neceſsitate in animam noſtram. Ego autem ſentio ſecundum veritatẽ catholicam: quia concluſimus, quòd corpora cæleſtia agunt indirectè in animam noſtram, ex qua inclinatione fiunt tantum homines procliues ad bonos vel infęlices euentus. Si ergo erunt bonæ conſtellationes, erit natus procliuis ad bene eligendum. Sin è contra erunt conſtellationes prauæ, erit etiam natus procliuis ad prauè eligendum: & ſic ſummatim dico, quòd omnes fœlicitates, & miſeriæ, quæ dicuntur habitus, dependent à prima cauſa: conſequenter ab aliis intelligentiis, & corporibus cæleſtibus: deinde immediatè à voluntate. Quomodo autem moueatur ipſa voluntas, ſcimus quòd ab obiecto, vel illa impulſione corporum cæleſtium, quod nihil refert pro nunc: ergo patet concluſio, quod multa regna ſi mediatè ſunt à prima cauſa, tamen apparet nobis quòd immediatè ſint à volũtate humana: ſed primum ſunt à Deo Optimo Maximo: attamen cum Cor Regis ſit in manu Domini, quocunque voluerit, vertat illud: ſed homines, qui inſtituunt leges, videntur ſibi eſſe primi auctores legum, & huiuſmodi: ſed primum proficiſcuntur à Deo, conſequenter per cauſas ſecundas, deinde ab humana mente, mota ab illo impetu. quòd ſi impetus ille fuerit bonus, bene ordinabit: ſin autem econtra, malè: ſunt ergo dogmata regni per propagationem, vt regnum Gallorum, & Hiſpaniæ, & ſic poſſumus dicere, quod omnes fœlicitates proficiſcũtur à cælo, & à voluntate: attamen indifferenter: quia à cælo mediatè, à voluntate humana immediatè: licet omnia dependeant à Deo optimo maximo.

Quò ad ſecundum dictum fuit vnde fiunt illa: Sed non eſt quærenda cauſa in æternis, quare ita voluerit Deus: quòd iſte naſcatur ſub ſidere cordis Leonis, ſub Aquila, & aliis magnificis ſtellis: dicerent naturales, quòd hoc contingenter fit: quia non intelligunt ordinem primæ cauſæ, ne cogantur dicere, omnia de neceſsitate venire. Sed quia ſuperius dicta ſunt hæc, nolo amplius de ipſis diſputare: ſufficit dicere, quod naſcantur ſub benefica ſiderum poſitione, quæ ſi eſt omnino benefica, à principio vſque in finem fœliciter perſeuerabit. ſi verò contingat, vt Abohales dicit, quod domini triplicitatis ſint in bonis locis, & pars fortunæ vel regni fuerit in locis cadentibus, erit pauper & inops: tamẽ eleuabitur ad altitudinem: quod maximè contingit, ſiquis naſcatur ſub benefica ſtellarum poſitione, & benefica ſtella: quia ſi fuerit in horoſcopo, in adoleſcentia: ſi in medio cæli, in iuuentute: ſi in ſeptima, in ſenecta: ſi in quarta, in decrepitate.

Quod autem contingat frequenter, quòd qui ad fœlicitates deuenerunt decidant, hoc eſt: quia habuerunt tantum proſperos euentus à ſtellis illis magnificis, quæ cum maximè diſtant à cẽtro terræ, non poſſunt diu conferre has fœlicitates: adeò quod imprimunt ita leuiter, vt impreſsio illa facilè aboleatur: quod præcipuè contingit, cum fuerint errones perperam conſtituti, vt vidi in geneſi Ioannis Bentiuoli, qui propter ſpicam virginis in horoſcopo deuenit ad principatum, & tyrannicè vſurparet Bononiam: ſed id non habuit à benefica ſtella errãte: quia Venus erat in ſeptima in ſuo detrimento, & erat domina horoſcopi, per quam cõſtellationem obſeruaui natum fugandum, & amiſſurum opes: Siquis enim habuerit dominum horoſcopi in octaua, vel ſeptima, vel ſexta, & ſi fuerit in ſua deiectione, vel detrimento, amittet opes, & erit exul, & rebellis: quod multoties obſeruaui.

*Vide eius geneſim pag. 612.*

Petrus Soderinus Florentinus fuit clariſsimus: & pertinebat ad eum ex lege, quod deberet principari Florentiæ vſque ad mortem. vt notauit Sol, qui erat in culmine cæli in ſua exaltatione, tamen quia habuit dominum aſcendentis infortunatum, ſcilicet Lunam in duodecima cæli domo, quæ etiã carceres & exilia ſignificat, amiſit ergo principatũ, quem habuerat à populo Florentino, & illam dignitatem, quę erat talis, qualis eſt illa Ducis Venetiarum.

*Hanc geneſim vide in tractatu de ſtellis fixis.*

Dux Maximilianus, ad quem pertinebat Ducatus Mediolani, fuit expulſus ab eo. Nã Franciſcus Rex Galliæ anno 1516. expeditione Mediolanenſi ſuſcepta, ad 15. horas cum Heluetiis pugnans, victor euaſit, Mediolanum recepit, Maximilianum Sfortiam ducem captiuum in Franciam mittit: & anno 1530. ipſe Sfortia Lutetiæ moritur, & apud Carmelitas ſepelitur. Hic habuit dominum aſcendentis in ſeptima domo in ſuo detrimento, quare fuit fugatus, rebellis, & captiuus: quia non habuit à corporibus cæleſtibus vim aliquam, qua poſſet ſuſtentari in illo ſtatu.

*Vide eius geneſim pag. 123.*

Franciſcus etiam ſucceſsit eidem, qui nullam habuit

Digitized by Google

habuit fœlicitatem à cælo: fuit ergo expulſus: & niſi fuiſſet benificentia Cæſaris, nunquam recuperaſſet ſtatum illum: fuit enim profugus, vulneratus, & captiuus. Siquis ergo non habuerit à ſuperis, ſcilicet à prima cauſa, & conſequenter ab intelligentiis, nunquam erit fœlix.

Idem contingit inſigni Fulgentio, qui dominatus eſt Senis, poſt patrem ſuum, qui non à cęlo fœlicitatem habuit: ſed dominum aſcendētis habuit in octaua cæli domo, & in ſuo detrimento: ideo expulſus eſt.

Fabius Petruccius introductus à Clemente ſeptimo, non potuit permanere in dignitate: Nā habebat calamitoſas ſtellas in medio cæli, videlicet Saturnum & Martem: quare non poſſunt vires noſtræ contra vires cæli. Vide eius geneſim pag. 624.

Franciſcus Petruccius habuit paruam fœlicitatem, quia vſurpauit regnum, [illegible] deiectus, & expulſus, amiſit ſtatum & opes. Vide eius geneſim pag. 624.

### *Ioannis Moroni Cardinalis inſignis Natiuitas.*




IOANNES Moronus Milanenſis creatus fuit Cardinalis à Paulo. 3. pontifice maximo propter ingenij nobilitatem & præſtantiam. Præſtat hoc Iupiter partiliter collocatus in domo regia in ſuo domicilio cum capite Draconis Lunæ, & Mercurius in duodecima cæli domo in ſigno Capricorni, in quo loco ſolet facere philoſophos & homines doctos. Et cum fuit per Antiſcium cū Ioue, fecit eum legiſtam inſignem, & tādē peruenit ad Cardinalatus dignitatē: ſed quia Sol nō fuit in linea orientali, ſed in duodecima cęli domo, quapropter nō fuit mirum ſi à Paulo 4. pontifice Maximo fuit in carcere cōiectus in arce ſancti Angeli: Sed poſtea liberatus à Pio 4. pōtifice maximo, legatus fuit factus ad Cōciliū Tridentinū. Sed poſt mortē iſtius pōtificis, in cōclaui ſuffragiis omnium Cardinalium eſſet electus ſumm' pontifex, ſi Cardinalis Alexandrinus ei non aduerſatus fuiſſet. planetæ enim in eius geneſi erant debiles, & non potuerunt omnino vim habere, vt exaltarent eum ad ſummū gradum eccleſiaſticum: tamen Legatus apud Genuenſes (qui in conflictu ciuili erant) miſſus fuit à Pio v. pont. Max. Tandem poſt multa incommoda, pericula, aduerſitates, & alia accidentia diem ſuum vltimum clauſit anno 1580. menſe Decembri, ex inambulatione horoſcopi ad Martis terminos, quoniam fuit Hylech poſtquam Sol locatus in duodecima cæli domo vitam ſignificare non potuit. Horam verò ſuæ natiuitatis ipſe mihi dedit, cum eſſem Romæ in obſequio Diomedis Caraphæ præfecti Caſtri ſancti Angeli, & ipſe Cardinalis ibidem detinebatur ex iuſſu dicti pontificis, & hanc figuram cæleſtem ſupputaui, & eam hic appoſui, vt videas fortunæ varietatem, quæ ſimilis fuit fortunæ patris eius videlicet Hieronymi Moroni.

### *ANNOTATIONES PARTICVLARES.*

*De ſtatu & honore nati.*

Quatuor circunſtantiæ conſiderantur in hoc capite, quod de honoribus pertractat, videlicet,

1 An natus honores conſecuturus ſit.
2 Qualitas, genus & cauſa futuræ dignitatis.
3 An duraturi ſint honores.
4 In qua ætate, ſeu in qua parte vitæ ſuæ natus honores ſit acquiſiturus.

### PRIMA CIRCVNSTANTIA

Quando vis reſpicere ad dignitatem & ad dominium nati, debes primum incipere à ſtellis fixis, quæ ſunt primæ magnitudinis, & ſecundæ, & videre debes, an aliquam earum inuenias in gradu aſcendentis, an in gradu decimæ domus, an in gradu ſeptimæ, an in gradu quartæ, an cum gradu Solis ſi natiuitas fuerit diurna: an cum gradu Lunæ, ſi fuerit nocturna: quorum omnium locorum melior eſt gradus aſcendentis, deinde decimæ, deinde ſeptimæ, tandem quartæ. Et ſi de prædictis ſtellis fuerint in duobus locis vel tribus, aut pluribus, & natus ad hoc fuerit de progenie regis, erit Rex clarus, & magnus: ſi verò de progenie regali non fuerit, habebit potentiam & imperium ſimile potentiæ ac regno regis, & perueniet ad inſignem nobilitatem, & magnum dominium, & imperabit ciuitatibus, villis, & genti, & ſeruabitur mandatum eius inter eos in bono, & in malo, maximè ſi fuerit de natura hominum clarorum, vel

vel de progenie hominum, qui ſimilis ſtatus ſunt. Vide Ptolemæum Aphor.29 & Almaſorem prop. 27.& Ioannem Hiſpalenſem lib.2.& Abenragelẽ par.5.cap.7.& Auenarem cap.2 .in ſuo introductorio,& omnes Iudæos in ratione decimæ domus.

Magnæ fœlicitates in genituris conferuntur tũ à ſtellis fixis,tum ab interluniorum cardinibus,tũ à locis partis fortunæ & regni cùm horoſcopus in eis repertus fuerit.Ptolemæi ſententia 48.

### *Aphoriſmi memorabiles ex ſtellis fixis.*

1 Syrius aut Procyon, orieti Soli iunctus,& ſuccedens,aut cum Sole culminans, maximam autoritatem præſtabit.

2 Regulus exoriens,aut culminãs cum Sole Lunave,aut per ſe,dignitatis acceſsionem promittit.

3 Sellæ regiæ luminaribus aut ſignificatoribus permixtæ beneficis,decernunt maximã dignitatis & ſplendoris præſtantiam.

4 Eadem vel ſolæ præcipuos angulos poſsidentes,efficiunt.Sed niſi à beneficis ſuſtententur, grauiſsimo lapſu caſuros ſignificant, conſtitutos in ſummis dignitatibus,præcipuè Hyades, Hercules, Cor Scorpij, Chele auſtralior. Id intelligendum eſt, de hominibus qui humili loco nati, ſubito emergunt.

5 Quibus Palilicium aut Cor Scorpij cũ Luna, aut Sole fuerit illi violentia & ferocia, ſed diſcriminibus plena,gradum & aditus ad honores conſequuntur.

6 Quibus Cor Scorpij exoritur, & iiſdem Palilicium neceſſario deſcendit, tales ſunt contempti & oppreſsi: ſed fortitudine & magnanimitate emergunt,& ſua ſibi aſſerunt,præcipuè Ioue ex trigono fauente.

Breuiter Iouiales & Venereæ ſtellæ,in Solis ſatellicio,vel Lunæ comitatu, dignitates & facultates cumulant.

Saturninę Solem ſtipãtes,variis miſeriis implicant,& grauius ſemper premunt.

Iouiales tranſitu maleficorum vitiatæ,laborioſos nec emergentes ſignificant.

Eædem cum Marte, prodigales, & decoctores.

Si Mercurio permiſceantur,aleatores.Si Veneri, ſcortatores.Iupiter ſi Saturninis permiſceatur, auaros,ſordidos,obæratos. Si Martialibus & Venereis,ſecuros in diem viuentes,&c.

### *Thema Iacobi Triuultij.*




Hic fuit ex familia Triuultia magnum decus, & rarus inter huius ætatis belli duces, inclytúſque victoriis plurimis:etiam familiam adauxit proprio ſplendore. Aquila volans ſtella fixa in horoſcopo partiliter maximam pollicetur fortunam, augent eam ſtellæ fixæ, quæ ſunt in Cauda Vrſæ maioris in domo regia,& dant etiam ſolertiam, qua cunctis hic fuit admirabilis. Præſtat Mercurius item fortis & in angulo,& in domo,& horoſcopi dominus inter radios fœlices,vndequaq; omnia proſpera, magnáq; animi ſecuritatem affert.Quapropter hæ conſtellationes dederunt ei maximos honores,& nati munificentiam ſignificabant, à regibus eſſe honorandum: & tandem indicabant nobilitatis inſignia, & gloriæ decus, & vitam elato decorabant honore,& decernebãt honoris augmẽtum. Vixit annis LXXV.

Henricus

## *Henrici III. Regis Gallorum & Poloniæ Natiuitas.*

Henricvs Gallorum & Poloniæ Rex, in ſua geneſi Canem minorẽ tenet in horoſcopo, quæ ſtella regia eſt: quare electus fuit Rex Poloniæ, imo Luna lumen temporis reperiebatur in ſuo regno, & in domo regia, & per Antiſciũ in horoſcopo, & Sol per Antiſcium erat collocatus in nona cæli domo, vbi ipſe gaudet. Quapropter peruenit etiam ad Franciæ regnum. Cum enim vidiſſem eius natiuitatem anno 1571. feci hoc iudicium, Rex Poloniæ Henricus, Hẽrici Gallorum Regis filius, habet canem minorem in horoſcopo, quæ ſtella regna & imperia decernit, poteſtatis inſignia, qui ante ſupremos cineres ad rerum culmina maiora perueniet. Et hoc iudicium extat in tractatu de ſtellis fixis, quem edidi an. 1572. Et factus eſt Rex Franciæ anno 1574.




## *Pij V. Pontificis maximi Natiuitas.*

Deinde examinaui natiuitatẽ Pij quinti Põtificis maximi, & in ea inueni in cũlmine cęli ſtellam regiã primi honoris, videlicet Orionis humerum dextrum, & humerũ Aurigæ: & in horoſcopo prępindemiatricem, quæ ſtellæ perduxerũt eum ad ſummum pontificatum: ipſe enim fuit frater ſancti Dominici, & pauper, ſed animi nobilitate peruenit ad multas dignitates, & fuit hæreticæ prauitatis diligentiſſimus inquiſitor.




*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 15. | 34. | ♊ |
| ♃ | 23. | 12. | ♊ |
| ♂ | 25. | 18. | ♊ |
| ☉ | 27. | 2. | ♒ |
| ♀ | 11. | 57. | ♐ |
| ☿ | 19. | 14. | ♐ |
| ☽ | 18. | 43. | ♒ |

Alphonsvs Aualus Demarchio Peſcariæ, Gubernator Mediolani, & præfectus generalis totius claſsis Caroli V. Imperatoris, vir inſignis & clarus, & miles inuictus, & generoſus ac fortunatus fuit. Nã Sol cum oculo Tauri ſiniſtro partiliter in linea medij cæli, in trino Lunæ, quæ eſt in horoſcopo, hæc ei ſignificauit. Mercuri' etiam erat in quadrato aſcendentis, & Iupiter cũ capite, in ſextili Martis, nullus deniq; erat malus aſpectus, nec etiam planetæ in cæli medio erãt. quę quidem conſtellationes fecerunt eum prudentem & cautum: quoniam Mercurius eſt cum Auriga, ſtella primæ magnitudinis, naturę Martis & Mercurij. Saturnus & Venus erãt cum dextris humeris aurigæ, & Orionis, quarum altera eſt primæ, altera ſecundæ magnitudinis, naturæ Martis & Mercurij. Iupiter etiam erat inter Pleiades, quare per talem genituram pondus ingentis fœlicitatis cõſequuta eſt. Habuit ſanè filios multos, præclaras animi dotes, potentiam, fœlicitatem, prudentiam ſingularem, nihil defuit præter corporis incolumitatem: vt patet per hanc figuram cæleſtem vt hominem ſe eſſe meminerit.




*Alphõſi Auali Natiuitas.*

*Albumaſaris opinio.*

Quando gradus coniunctionis magnæ perueniunt in anno, in quo eſt illa coniunctio, in medio cæli alicuius nati, & aſpicit ibi aliquis dominorũ ipſius, vel dominus aſcendentis, natus perueniet ad regnum magnũ, & manifeſtũ, ſi vitã habuerit.

*Tales coniunctiones ſunt,*

1367 ☌ ♄ & Iouis. G. 8. ♒
1425 ☌ ♄ & Iouis. G. 15. ♒
1484 ☌ ♄ & Iouis. G. 20. ♒
1544 ☌ ♄ & Iouis. G. 28. ♒
1603 ☌ ♄ & Iouis. G. 9. ♐

Marcvs Tullius Cicero ex obſcuro homine, factus eſt nouus. Nam coniunctio Saturni, Iouiſq; in Scorpione triplicitatis ſigno, in qua tũc magna illa copulatio celebrabatur, fecit eum quaſi Romę Regem: ſed Sol in ſuo domicilio in horoſcopo cũ Mercurio, Venere, ac Marte, fecerũt eũ eloquentem, eruditione plenũ, prudentẽ ac potentem: ſed miſere demũ trucidatus fuit, vt ſignificauit quadratus aſpectus Saturni & Martis in angulis. Imo amputata fuit illa manus, quæ tot ſui monumenta nobis reliquit. Caput verò eius in roſtris affixum fuit, in quibus tãta cũ gloria toties populũ Romanũ moderatus eſt, in ſuiq; vertebat admirationem magnum ſanè fortunæ ludibrium.

*§ Vide eius geneſim pag. 144.*

In hac natiuitate reperiũtur quatuor planetæ in dignitatibus eſſentialibus, videlicet Saturnus & Mars in ſuis domiciliis. Iupiter verò in ſua triplicitate & decano. Luna autẽ in ſua facie. Quare Dux iſte fuit fęliciſsimus, & poſitus in maxima fortuna, & in arte militari peritus, ac prudens in omnibus actionibus ſuis fuit. Accepit igitur regnum quaſi hæreditario iure, quod amiſſum recuperauit bello. Verum hanc fortunã dixerũt Aſtrologi ortam fuiſſe à magnã coniunctione Saturni & Iouis, quæ ei accidit in angulo medij cæli in Scorpione. Vixit annis 64. & mortuus hydrops 8. Die Martij 1466.




*Thema Franciſci Sfortiæ primi Ducis Mediolani.*

Hic

*Thema Franciſci de Canona Muſici Mediolanenſis.*




Hic vir tam clarus in pulſanda teſtitudine fuit, vt clarus etiam foret multis principibus, tum pontificibus, Leoni, Clementi, Paulo. Traxit in ſui admirationem cunctos, non ſolum ſui æui, ſed præcedentium Muſicos vincens, vnus qui doceret, cogitationem arte poſſe ſuperari. Multis muneribus auctus ex paupertate euaſit, & in vulgari cauſa ſingularem gloriam aſſecutus eſt. Hanc fortunam ſignificauit coniunctio magna facta in ſuo horoſcopo in gradibus 20. Scorpionis: vt patet ſuperius. At Sol, Venuſque in nona cæli domo cum regulo, & in Saturni trino, non ſolum apud principes, verumetiam cauſa bonorum quæ ad religionem prouenient, rem propriam augendam pollicentur. Quapropter aſcendit ad dignitatem, & ex ſuis virtutibus maximum præmium accepit, vt declarauit Cardanus.

*Heliſabethæ Reginæ Angliæ Natiuitas.*




Hæc Sereniſ. Regina in ſua geneſi quinque planetas tenet in ſuis dignitatibus eſſentialibus, videlicet Iouem & Venerem in domiciliis ſuis: Lunam in ſua exaltatione & gaudio: Mercurium in ſua triplicitate, & Martem in ſuo decano. Quapropter acquiſiuit regnum paternum & hæreditatem: immo coniunctio magna, quæ celebrata fuit anno 1484. in domo regia partiliter in gradibus 21. Scorpionis oſtendit ei magnitudinem potentiæ, & autoritatis, & honorum inſignia, & vitam claro decorauit honore, & fecit eam claram, & diademate ornatam. Pręſtat item Venus cum Mercurio in ſuo domicilio blanda verba, eloquentiam & gratiam apud omnes nationes, & Luna in Tauro indubie diuerſarum linguarum non vulgarem peritiam ſignificauit, & plurimarum ſcientiarum cognitionem.



Digitized by Google

*Thema Nicolai 3. filij Alberti Marchionis Ferrariæ.*




PRINCEPS iſte munificentiſsimus fuit, qui auxit vexillum domus ſuæ tribus liliis quæ ei Rex Francorum donauit, & anno ſuæ ætatis decimo poſt mortem patris ſui Alberti Marchionis, Ferrariæ vrbem incepit adminiſtrare. Et anno 1393. fuit dominus Mutinæ, & anno 1409. Parmæ & Regij, & Forliuij anno 1411. Et Romandiolæ 1437. Et cum eſſet annorum 20. & magnæ expectationis propter ſuam prudentiam factus eſt præfectus generalis à Bonifacio maximo Pōtifice in fauorem Regis Neapolitani, & Florentinorum, quamuis hanc dignitatem ſæpeſæpius à Florentinis, Venetis, & Ducibus Mediolani, & ab aliis nationibus accepiſſet. Fuit igitur adeò inſignis in militari arte, (vt manifeſtū eſt ex eius actionibus) vt vix quicquam addi poſsit, & in his negotiis fuit valde fortis, prudēs & potens apud reges & principes. Et ſub iſto principe Concilium Baſilienſe ad Ferrariam tranſlatum eſt, & Florentiæ completum fuit, & tandem iſte Demarchus fuit fœliciſsimus in gerendo bellum, in imponendo iugum ſeruile: in contrahendo res, in præſtando operam alicui, & in conferendo beneficia in aliquem. Vixit annis 61. & obiit Mediolani Die 26. Decembris ex febre violentiſsima, cum eſſet factus à Duce Mediolani gubernator totius prouinciæ, quoniam ipſe Dux fidem Franciſci Sfortiæ habebat ſuſpectam. Demarchus enim iſte fuit inclytus & inter alios Marchiones Ferrariæ primus in honore & in dignitate. Habuit autem hoc à coniunctione magna, quæ celebrata fuit in domo regia in gradibus 8. Scorpionis in ſua geneſi, & Sol culminabat: quare habuit magnitudinem & autoritatem apud Imperatores, Reges, principes, & Reſpublicas.

Venus verò in nona cæli domo, & Iupiter in tertia præſtant ſcientiam & credulitatem eorum, quæ ad religionem pertinent Chriſtianam. Iuit enim ad ſanctiſsimum Sepulchrum domini noſtri in Hieruſalem: ad Sanctum Iacobum in Galicia: ad diuum Antonium in Vienna Franciæ, ad ſanctiſsimam Mariam de Loreto, & ad alia loca ſanctiſsima pro ſua religione, & pietate.

Saturni diameter ad Solem inſidias præparauit per Azzum, qui incitauit principis pocillatorem ad porrigendum ei venenum anno 1394. Verum poſt conflictum, quod facit ipſe princeps cum Azzo: remanſit ipſe Azzus captiuus, & detentus fuit in vinculis, vt inſinuat Mars in horoſcopo in ſuo regno, dominus medij cæli. Sed Luna cum Marte anno 1399. declarauit quod ex peſtilentia infirmaretur, & ita factum eſt, atque in maximis rebus verſatus fuit: aliaque quæ huic principi aduenerunt, ſcripta ſunt à Ioanne Baptiſta Pigna viro eloquentiſsimo.

*Iulii Firmici opinio.*

Dicit enim Iulius Firmicus cap. 24. lib. 2. quòd mediocris eſt genitura, quæ vnam ſtellam præter Solem, & Lunam in domicilio ſuo conſtitutam in principalibus genituræ locis habuerit collocatam. Mediis etiam fœlicitatibus ſubleuatur, qui duas ſtellas in domiciliis ſuis, in opportunis genituræ locis, habuerit poſitas. Vltra modum fœlix ac potens erit, qui tres habuerit. Propè autem deorum accedet fœlicitatem, qui quatuor ſtellas in domiciliis ſuis habuerit conſtitutas. Vltra hunc numerum humani generis ſubſtantia non patitur. Qui verò nullam ſtellam in domicilio ſuo habuerit cōſtitutam, ignotus, ignobilis, & miſeris erit ſemper actibus implicatus.

*Chaldæorum opinio.*

Pro dignitate, aſpice ad ductoriam planetarum diurnam à Sole, & nocturnam à Luna (ductoria autem eſt, ſi planetæ ſint orientales à Sole, & occidētales à Luna) poſtmodū ſi hos planetas inueneris in domibus, vel exaltationibus ſuis tam diurnos quam nocturnos, & angulis ſuis vno alterum aſpiciente, ſignificatur quòd natus erit rex, vel ad ſimilitudinem regis: & ſi fuerint in prædictis dignitatibus, & non in angulis, erit magnus dominus, vel habebit dominium magnum. Sed ſi ambo luminaria nullam ductoriam habuerint planetarum, qui ſint de ſuo haym, natus erit infirmi dominis.

*Regulæ generales.*

1 Honores ſumuntur in omnibus natiuitatibus à luminaribus, Sole præſertim, & planetis medietatem ſuorum orbium circundantibus, aut aſpicientibus luminare vtrunque, præcipuè Solem, ſiue benigno, ſiue maligno aſpectu.

2 Deinde

2 Deinde à domino Medij cæli.

3 Et planeta, vel planetis in medio cæli conſtitutis.

Reg. 1. Hi ſignificatores ſi fuerint in proprio domicilio, exaltatione, aut mutua receptione eſſentiali, honores, officia publica, amplas adminiſtrationes, dignitates, eximium fauorem, & beneuolentiam magnatum conferunt.

In triplicitatibus, terminis, aut faciebus, mediocria omnia.

Peregrini autem in ſuis detrimentis, vel deiectionibus, abſque eſſentiali receptione, exiguas aut nullas dignitates.

Reg. 2. Si fuerint in angulis, conferunt etiam dignitates amplas. In ſuccedentibus, mediocritatem. In octaua domo, & cadentibus, exiguos aut nullos honores, & exiguum ac humile genus vitæ. Quòd ſi vtrunque ſimul contingat, vt ſignificator ſit, & in proprio domicilio &c. & in angulo duplicatum teſtimonium, effectum euidentiorem deſignat.

Reg. 3. Significatores intra diſtantiam 5. grad. ante vel retro, iuncti ſtellis fixis regiis, primæ vel ſecundæ magnitudinis, quæ parum diſtant ab Ecliptica, decernunt maximos honores, & eximiam præſtantiam dignitatis. Ideoque in collectione teſtimoniorum per numeros, ſemper eis tria teſtimonia decretorum danda ſunt.

*Tales ſtellæ ſunt.*

| | |
|---|---|
| Regulus, ſeu cor Leonis — | in 23. g. 30. w ♌ |
| Oculus Tauri — | in 3. g. 40. w ♊ |
| Hercules, ſeu caput Geminorum | in 17. g. 40. w ♋ |
| Spica Virginis | in 17. g. 40. w ♎ |
| Luminoſior lanx Meridionalis | in 9. g. — w |
| Cor Scorpij, ſeu Antares — | in 3. g. 40. w ♐ |

Regula 4. Planetæ benefici in decima domo, decernunt eximias dignitates. Malefici negant dignitates. Mediocres, medium ſtatum decernunt.

Reg. 5. Similiter dominus horoſcopi in medio cæli, vel econtrà dominus medij cæli in horoſcopo, confert dignitates magnas: ideo ei duo teſtimonia dignitatum adſcribenda ſunt in collectione teſtimoniorum per numeros.

Iuxta has regulas fieri debet collectio teſtimoniorum decernentium, aut negantium honores: & quorum copia vicerit, hoc ſuum effectum ſecuturum omnino ſcias.

*Cautela.*

Cautela ad modum notabilis. Vide eius geneſim p. 543.

Conſtitutio erraticarum omnium, maximè ſupra terram, vel infra terram, geniture excellentiã decernit vt patet in genitura ipſius Punici. Nam fuit magnus Aſtronomus, philoſophus & Medicus pro ſuo tempore. Expoſuit enim Galeni artẽ paruam, Ptolemæique libros quatuor iudiciorum. Oſtendit viri excellentiam omnium erraticarum conſtitutio ſupra terram. Sapientia igitur à Sole, fortuna à Ioue declaratur: ab vtriſque autem vita. Pulchra eſt regula Aſtrologorum. Mercurius bene poſitus aſpiciens luminaria, honores creſcentes facilè decernit, & duraturos. Hic omnino Sol Mercurio iũgitur extra radios Martis, & ipſa per ſe cõiunctio pium, intelligentem & ſapientẽ ſignificat. Vnde & exaltationem & præeminentiam denotat.

*Sententiæ aliorum Aſtrologorum.*

In omnibus natiuitatibus, dignitas elicitur ex diſpoſitione Solis, qui ſi fortis fuerit, puta in aſcẽdente, vel medio cæli in ſuis dignitatibus, aut eius diſpoſitor fuerit in angulo, & dignitate, natus ad magnam dignitatem perueniet ſecundum menſuram genituræ. Quòd ſi contrarium reperies, contrarium dicito.

Sol quando fuerit in gradu aſcendentis, vel ante eum, quantum eſt terminus planetæ, & fuerit in loco ſibi conuenienti, ſignificat quòd natus erit dominator, qui ſi fuerit de progenie regum, erit Rex, vel ſicut Rex. Abenrag. par. 4. cap. 9. parag. de ſig. trip. aſcen.

Sol ſi fuerit in quartis orientalibus fortunatus, inueniet natus honorem & ſublimitatem ac regnum in iuuentute ſua, & in fine vitæ ſuæ. Omaris ſenten. lib. 3. cap. de regno.

Sol quando fuerit in ſigno regali, & in medio cæli, ac receptus à Luna in trino eius, ſimiliter regnum ſignificat. Abenrag. par. 4 cap. 11.

Multum potens eſt ille, cui Sol fuerit in medio cæli in ſigno igneo, & Luna in Tauro, cuius aſpectus erit ſiniſter. Almanſoris ſenten. 102.

Cùm fuerit vtrunque luminarium in eodem gradu ſuæ exaltationis in ſuo dominio, liberum ab infortuniis, erit natus totius mundi rex, & ſemen eius hæreditabit terras eius, obtinebitque multo tempore. Almanſoris ſenten. 71.

Cuicunque fuerit Luna hora natiuitatis in Tauro in minuto aſcenſionis, & Sol in Leone in aſcendente in minuto aſcenſionis, ad magnam exaltationem perueniet. Almanſ. ſen. 59.

Famoſi reges in hoc ſæculo, & quorum mandata non ſpernuntur, ſunt quorum Iupiter, & Luna fuerint in eodem puncto aſcendentis, ad Augem ſuam. Almanſoris ſententia 137.

In cuiuſcunque natiuitate fuerit Iupiter receptor fortitudinem omnium planetarum, & ipſe commendauerit eas, & ſuam Saturno, fueritque receptus ab eo, & vterque orientalis, & aſcendens in angulo, erit natus magnus, & potens in hoc ſæculo, necnon & boni eſſe: ſurget etiam nomen ſuũ in orbe. Almanſoris ſenten. 114.

Cùm fuerit dominus aſcendentis in bono loco, in terminis fortunarum, fueritque dominus termini boni eſſe, colligatus ei dabit probitatem, ac regnum, & omne bonum. Almanſoris ſen. 99.

Dominus aſcendentis quando fuerit in exaltatione ſua in gradu medij cæli, ſignificat quòd natus erit rex.

Dominus medij cæli quando applicat domino aſcendentis, & ambo ſunt in exaltationibus ſuis orientales, ſignificat regnum.

Quando quatuor fortunæ fuerint in angulis, ſimiliter regnum ſignificant.

Quando planetæ aſcendunt de die ante Solem, vel occidunt de nocte poſt Lunam, vel aſcendunt poſt eam, & ſunt fortunati, ſimiliter regnum ſignificant.

Coniunctio planetarum in decima domo, dat regnum.



Digitized by Google

Quando planetæ omnes applicuerint Ioui,& Iupiter per conuenientiam dederit vim ſuam Saturno,& Saturnus fuerit orientalis fortunatus & receptus,ſignificat regnum magnum. Abenrag.par. 4.cap.11. Et Ptolemæi tract.4.c.2.

Sol ſi fuerit in domo decima,& melius adhuc ſi fuerit in domo ſua,aut in eius exaltatione, ſignificat altitudinem gradus nati. Auenaris in ratione decimæ domus.

Venus & Iupiter quando ſunt in exaltationibus ſuis & in decima domo à parte fortunæ, vel ipſa pars eſt in medio cæli ab aſcendente, & dominus partis eſt Iupiter,vel Venus,& ipſi in aliqua dignitatum ſuarum in aſcendente ſignificant regnum.

Luna quando poſt ſeparationem à ſua coniunctione alicui planetæ in exaltatione ſua,vel medio cæli exiſtenti applicat,eſt ſignificatrix regni.

Cùm aſcendens alicuius fuerit Aries, vel Cancer,& ille gradus qui fuerit ſuper lineam horizontis, fuerit idem gradus, in quo eſt exaltatio Solis, vel Iouis, expendetur nomen eius per vniuerſam terram, & diuulgabitur eius fama. Almanſoris ſenten.72.

Cui vigor maximus,& poſſe magnum fuerit,eſt cui Sol in medio cæli cum Saturno erit in ſigno maſculinò orientalis.Almanſoris ſent.138.

Cùm fuerint planetæ ſuperiores orientales à Sole in die,& occidentales in nocte à Luna in domibus ſuis,vel exaltationibus,& Sole in domo,vel exaltatione ſua,& locus fuerit angulus, aſpexerint que ſe inuicem,erit natus rex,aut princeps regi ſimilis.Et ſi fuerint in domibus, vel exaltationibus ſuis,& non fuerint omnes in angulis, & nō aliquis eorum,erit natus dux, vel princeps magnus. Et ſi fuerint cadentes,& peregrini,erit natus ex domibus mediocribus,hominibus bonæ continentiæ,& honorabilis inter ſocios ſuos. Omaris lib.3.cap.2.

Cùm fuerit in angulo ſiue regia luminare à planetis circundatum,vt oportet,erit natus regni adminiſtrator. Quòd ſi luminaria nec in angulis,nec à Planetis circundentur,erit ſtatus eius ſimilis parentibus. At ſi ab angulis cadant luminaria & Planetæ,erit miſer & deiectus & forſan in villis & oppidis verſabitur.

Quicunque natus fuerit æquinoctij meridie,vel hoc ſolo magnus euadet.

Saturnus quando fuerit in aſcendente in natiuitate diurna,in domicilio ſuo,& in angulo,natus erit magni nominis & honoratus, quod etiam idē ſub ſequetur in aliis angulis.Abenr.par.4.c.9.

Iupiter quando fuerit in aſcendente cum luminaribus & Venere, natum producit nobilem, maximè ſi ab eis remota fuerint infortunia, etiam ſi luminaria ibi aſpexerint, & non fuerint ibi, nobiliorem,& eminentiorem proferet. Idem vt ſupra.

Sol ſi à pluribus,& iiſdem matutinalibus planetis fuerit circundatus, & ipſi circundantes fortes extiterint,natus magnam dignitatem habebit.

Sol cùm fuerit in Ariete,& Luna in Tauro, Sólque in aſcendente vel nona,aut Sol in initio Leonis,& Luna Cancri,& fuerit Sol in ſecunda vel decima indicat naturam moliri virum potentem,ac regiæ planè autoritatis.

Sol & Saturnus in decima domo ſi fuerint,& fuerint in eodē pūcto,natus erit maximæ autoritatis.

Sol ſi dederit vim principanti natiuitatis, & ſit in vna domorum fortunarum, tunc natus ſeruiet regibus,& ipſi diligent ipſum. Auenaris in ratione decimæ domus.

Sol ſi fuerit in domo ſui honoris, & fuerit in vno angulorum,aut in vndecima domo, aut in nona, quæ domus eſt ſui gaudij,ipſemet bonum denotat,& honorem & altitudinem. Idem in ratione ſecundæ domus.

Oportet Mercurium per loca conſona, & per cōfigurationes aliarum ſtellarum in natiuitatibus eſſe fortem ad hoc quòd natus habeat dignitatem. Mercurius enim per ſe eſt planeta debilis. Hermetis ſententia 14.

Luna ſi fuerit inuenta in octaua domo in genitura nocturna,ſine ſocietate, vel radiatione maleuolarum ſtellarum,& Iouem hexagono, vel trigono reſpexerit in domo ſua, aut in domo Veneris, aut Martis,aut in finibus eorum,quas diximus ſtellarum,magnificas poteſtatum glorias, & nobilitatis ornamenta perſpicua pollicetur. Iulij Firmici ſen.lib.2. cap.22.

Dominus aſcendentis ſi aſpexerit bono aſpectu Medium cæli,& dominū regiæ domus:vel ſi dominus aſcendentis fuerit in medio cæli aut in Aſcēdente,natus habebit dignitatem & principum amicitiam, magiſtratus & officia. Quod ſi dominus medij cæli fuerit alienus à domino aſcendentis, & male diſpoſitus,dic nato nullam futuram dignitatem.Verum diſpoſitio medij cæli,& dominus eius eſt debilior diſpoſitione Solis. Quare ſi Sol circūdatur à bonis planetis,etiam medio cæli & domino eius male diſpoſitis,promittas audacter dignitatem & honores,ſed non cum tāta facilitate, nec tam magnas. Nam quò plures fuerint conſtellationes conſentientes, eò magis multiplicabuntur effectus. Nota

Dominus aſcendentis ſi fuerit in aſcendente, natus erit honoratus inter gentem, & progeniem ſuam. Abenrag.par.4.cap.9.

Dominus aſcendentis ſi fuerit in exaltatione ſua,aut in angulo, natus ille bonæ ſtirpis erit, & perueniet ad nobilitatem, & eximium gradum, ſi tamen non fuerit in angulo,perueniet ad gradū & nobilitatem,ſed bonæ ſtirpis nō erit. Idem vt ſup.

Dominus aſcendentis ſi applicuerit planetæ exiſtenti in exaltatione ſua, & fuerit in angulo, ipſe per ſe ad nobilitatem perueniet,& ſi fuerit in ſuccedenti ab angulo, & aſpexerit aſcendens,erit ſtatus eius minor iam dicto. Idem vt ſupra.

Secundus dominus triplicitatis aſcendentis ſi fuerit in bono ſtatu & fortuna,& exiſtentiā & potentiā habuerit in prima,vel decima, vel in aliqua dignitatum ſuarum,ſignificat ꝙ natus erit in bono ſucceſſu,ſtatus boni,& fortunæ, eminētior omnibus ſuæ progeniei,nominatus erit de bono nomine,& claro. Sed ſi ab hoc fuerit in ſtatu diuerſo, erit vilis & abiectus, miſer,in malo ſtatu, piger,infœlix,expulſus,& abhorribilis.Idem vt ſup.

Dominus ſpiritus ſi fuerit in ſigno cōmuni, mutatur natura eius:aliquandoque nato,ſic erit,& aliquando aliter. Auenaris in ratione primæ domus.

Pars regis & eius dominus ſi fuerint bene affecti cum domino decimæ domus, & aſcendentis,erit natus rex,vel dux. Recipientur verba eius

Digitized by Google

eius à diuitibus & audientur libenter. Quæ pars accipitur in die à Marte in Lunam, in nocte ècontra, & proiicitur ab aſcendente. Leopoldi ſenten. tract. 5. in ratione decimæ domus.

Pars regni, auxilij & victoriæ ſi commiſceatur domino medij cæli, & domino aſcendentis, natus habebit regnum & honorem. Et ſi fuerit in ſigno, in quo habet dominus aſcendentis dignitates, habebit victoriam contra eos, qui ſecum contendũt. Quæ pars accipitur in die à Sole in Saturnum, in nocte è contra, & proiicitur ab aſcendente. Idem vt ſupra.

Pars nobilium ſeu honoratorum, & dominus eius ſi fuerint boni eſſe, erit natus honoratus apud reges & diuites. Et ſi eſt cum planeta, cui eſt teſtimonium forte in medio cæli, maximam dignitatem habebit & principatum, à quo nominabitur, ſicut nominantur tribus & ciues à ciuitatibus ſuis. Quæ pars accipitur in die ac nocte à Mercurio in Solem, & proiicitur ab aſcendente. Idem vt ſupra.

Pars militum & miniſtrorum, & dominus eius ſi fuerint cõmixti domino aſcendentis, ſignificant quòd natus erit de militibus regis vel miniſtris. Quæ pars accipitur in die à Marte in Saturnum, & in nocte è contra, & proiicitur ab aſcẽdẽte. Idem vt ſupra.

Pars regni, & eius dominus, ſi fuerint boni eſſe, acquiret natus regnum & potentiam: Et ſi fuerit hæc pars in Geminis vel Virgine, aut in ſignis magiſteriorum, ſublimabitur per opera manuum ſuarum. Idem vt ſupra. Quæ pars accipitur in die ac nocte à Saturno in Lunam, & proiicitur ab aſcendente: Albumaſar dixit, quòd hæc pars congruit parti hæreditatum.

Pars Iouis vel beatitudinis ſi fuerit bene poſita, ſignificat honorem & finem laudabilem, victoriã, & ſublimitatem nati. Quæ pars accipitur in die à parte futurorum in Iouem, & in nocte è contra, & proiicitur ab aſcendente.

## SECVNDA CIRCVNSTANTIA.

*Qualitas, ac cauſa futuræ dignitatis.*

Reg. 1. Conſidera planetas facientes doryphoriam Soli in natiuitate diurna, vel Lunæ in nocturna natiuitate, vel eos qui circundant, vel partiliter aſpiciũt luminaria, præcipuè eum, qui inter ipſos planetas potentior eſt cæteris ratione dignitatum eſſentialium, potiſſimum domus & altitudinis. In his conſiderari debet, quas res, & quas perſonas ſibi vendicent, & ab earum rerum ac perſonarum proprietate coniicienda, ac ſumenda erit cauſa honorum.

Saturnus præ cæteris fortior, & luminaria aſpiciens, propter hæreditates, poſſeſsiones, ſuffragia, &c. Item propter ſenes, maiores, agricolas, parcos &c. adfert autoritatem & honores.

Iupiter & Venus propter virtutes, honeſtatem, grauitatem, iuſtitiam, &c. Item propter tales perſonas.

Mars promittit dignitatem expeditionibus, ducendis exercitibus, victoriis, rebus fortiter geſtis: Item propter perſonas martiales.

Mercurius ob ingenium, peritiam, prudentiam, doctrinam, &c.

Deinde adiungatur conſideratio domus cæleſtis, in qua planetæ luminaria aſpicientes, & potiſſimum is, qui inter cæteros fortior eſt, conſtituuntur. Nam ſi is fuerit in prima, ſuapte induſtria cõſequetur dignitatem natus, ſi in ſecunda domo, propter diuitias, & ſic de reliquis domibus. Et hæc ſignificata commiſcenda ſunt cum ſuperioribus, quæ à planetis ſupradictis ſumuntur.

Si nullus planeta doryphoriã facit luminaribus, aut ipſa luminaria partiliter aſpicit, conſideres planetam in decima domo conſtitutum, & inter eos fortiorem, ſi plures in illo loco coniungantur: ac ſecundum res & perſonas ſub eo comprehenſas iudicabis cauſam dignitatis venturæ. Regula 2.

Quod ſi neque decimam domum planeta occupauerit vllus, ad dominum medij cæli recurras, & ſecundum eius proprietatem conſidera cauſas venturæ dignitatis, & huic ſimiliter commiſcebis ſignificationem domus cæleſtis, in qua is verſatur. Regula 3. Vide pagi. 643.

Si inueneris in natiuitate aliquem planetarum euntem in ſuo honore, & non ſit combuſtus, neque retrogradus, neque malo planetæ coniunctus, ſiue aſpectus prauo aſpectu ab eodem malo planeta & fuerit in aliqua domo in qua principatur. Ab illa enim parte nato honor adueniet. Regula 4.

Nam ſi fuerit dominus domus primæ, honorabitur à creaturis, & erit eleuatio in eius vi, & de infimo gradu ad altum.

Si eſt dominus ſecundæ domus, honorabitur propter reges.

Si ſit dominus tertiæ domus, honorabitur propter fratres ipſius, aut propter vnum propinquorum.

Si fuerit dominus quartæ domus, honorabitur propter ſuam progeniem & res abſconditas.

Si fuerit dominus quintæ domus, honorabitur propter ſuos filios.

Si fuerit dominus ſextæ domus, honorabitur propter ſeruos ſuos.

Si fuerit dominus ſeptimę domus, honorabitur propter ſuam vxorem.

Si fuerit dominus octauæ domus, honorabitur propter mortuorum hæreditatem.

Si fuerit dominus nonæ domus, honorabitur propter ſuam fidem & ſcientiam.

Si fuerit dominus decimæ domus, honorabitur propter magiſteria ſua.

Si fuerit dominus vndecimæ domus, honorabitur propter ſuum profectum & amicos.

Si fuerit dominus duodecimæ domus, honorabitur ab inimicis ſuis, & propter equitationem animalium. Hæc ſcripſit Abrahamus Auenaris in ratione decimæ domus.

Saturnus ſi fuerit in quarta domo ſolus in die, habebit natus potentiam à Rege: erit cuſtos theſaurorum: homines confident in eo, deponendo apud eum res ſuas.

Saturni dodecatemorion in domicilio Iouis, dat officium iudicis.

Iupiter mittens Antiſcium ad medium cæli, ſignificat magiſtratum, ſi fælix & ſaluus fuerit. Si autem Saturnus vel Mars id hoſtiliter aſpiceret, interturbaret præſidium Iouis, & magiſtratus adminiſtrationem.

Iupiter & Mercurius in aſcendente, claros & magni nominis viros, & præfectos ciuitatibus demonſtrant, natiuitate diurna exiſtente. Si nocturna, facit procuratores, cauſas in foro agentes, aut aduocatos.

Iupiter in medio cæli exiſtens, ſi ibi habuerit aliquam dignitatem non aſpiciẽte Sole, aut ex quadrato, vel oppoſito aſpiciẽte, natus ſeipſum faciet dominum, & imperabit genti ex parte religionis.

Iupiter fortunatus, ſi in medio cæli aſpicit partem regis in bono loco exiſtentem, & receptam à domino domus ſuæ, & pars fortunæ ſimiliter in bono loco fuerit aſpecta à domino domus ſuæ, & non deſit aſpectus Solis, natus erit iudex ſapiens valde, vel prælatus magnus.

Mars ſi fuerit in aſcendente, & in domo gaudij ſui, erit dux militiarum, & fœlix in hoc opere, & in capiendo villas, & ſequentur ex eo interfectiones magnæ. Sed ſi aſcendens non fuerit eius gaudium, ſed eius triplicitas, vel aliqua dignitatum eius, aſſociabitur regibus & potentibus dominis, & habebit ab eis officia & dominium. Veruntamen ſi fuerit in loco peregrino, erit valens & audax, & antefertarius, ſed eius facta non cõplebuntur, tædulus, exponet ſe periculis, & in locis periculoſis verſabitur, & erit ſollicitus in factis ſuis. Abenrag. par. 4. cap. 9.

Mars in medio cæli in natiuitate nocturna, ſignificat natum à regibus honorari: In die contrarium. Auenaris in ratione decimæ domus.

Mars cùm fuerit dominus aſcendentis in decima domo, præbet nato dignitatem atque potentiam, quibus cum iniuria & crudelitate vtetur. Et hoc verè infortuniũ dicitur potius, quàm fortuna. Hermetis ſententia 3.

Venus aut Luna ſi fuerint in domo decima, natus honorabitur propter vnam dominarum. Auenaris vt ſupra.

Venus in aſcendente in ſua dignitate ſi fuerit, natus habebit dominium, & induet bonos pannos & nobiles: erit theſaurarius regum, ſapiens & intelligens. Si Venus non fuerit in dignitate ſua, ſed in ſigno terreo, vel aqueo, natus erit tinctor pannorum, vel pictor. Si fuerit in quadrupede, erit beſtiarum cuſtos, vel ductor. Et ſi in ſigno duorum corporum, erit cocus, vel tabernarius.

Mercurius ſi fuerit in decima domo, honorabitur natus propter ſuã ſcientiã. Auenaris vt ſupra.

Mercurius & Sol quando infortunati fuerint in aſcendente, ſignificant quòd natus erit aduocatus. Abenrag. vt ſupra.

Caput Draconis in ſecunda domo ab aſcendente ſi fuerit a[illegible]ius nati, erit natus maior domus regis, vel officialis potentis & magni. Abenrag. part. 4. cap. 6.

Pars regis ſiue regni in altera domorum Martis ſi extiterit, in bono aſpectu Martis, & ambo in fortibus locis, & altis in aſpectu Solis, & pars fortunæ ſalua ac fortunata, natus erit dux exercituum, fœlix in operibus ſuis, virtute & victoria præſtans. Et ſi prædicta fuerint contraria, erit miles gregarius.

Dominus aſcendentis à Sole receptus, vel à domino medij cæli, ſignificat natum laudari & honorari à regibus, & ab eis obtinere dominium.

Dominus aſcendentis ſi applicuerit domino decimæ domus, natus ibit ſuo ſtudio & labore ad ſeruitia regis.

Dominus quartæ domus ſi in quarta fuerit, natus erit magnæ autoritatis & boni nominis.

Dominus decimæ domus ſi domino primæ applicuerit, natus erit homo, cuius rex indigebit, ac ſi ſit inter eos receptio, erit procurator regis, & rerum eius.

Piſces in aſcendente ſi fuerint, & Iupiter bene diſpoſitus, natus erit cauſa ſui regni, habebitque bonum ex proprio magiſterio. Ptolęmæi ſent. 3.

Virgo ſi fuerit aſcendens, natus exercitabitur in his quæ ſpectant ad dignitatem & exaltationẽ: acquiret enim regnũ ex perſona & induſtria ſua, & leuiter ſine magno labore, ſeu fatigatione. Quoniam Gemini, qui eſt altera domus Mercurij, erit tunc decima domus. Si autem fuerit Mercurius tunc iunctus cum parte fortunæ, fueritque in aſcendente, acquiret diuitias & dignitates ſimiles regno. Quod ſi fuerit Mercurius in decima cum parte regni, & aliàs bene diſpoſitus, fortunatus ſcilicet atque fortis, acquiret regnum abſque dubio, vel dignitatem, quæ erit æquiualens magno regi. Siquidem fuerit, cum hoc pars fortunę in decima, & Luna ſimiliter, fiet rex magnus infallibiliter. Guidonis Bonati conſider. 125. part. 1. tract. 5. & Ptolomæi ſententia 37.

## *TERTIA CIRCVNSTANTIA.*

### *An duraturi ſint honores.*

Hoc iudicium ſimiliter ſumitur à planetis, qui circundant luminaria, vel ea partiliter aſpiciunt, ſed potiſsimum à fortiore aliis. Reg. 1.

Qui ſi fuerint benefici, vtpote Iupiter, vel Venus, atque etiam potentes, ſtatus dignitatis perpetuo creſcet, cum quadam facilitate. Quando mediocriter afficiuntur, ſignificant ſtatum dignitatis creſcentem paulatim & durabilem, ſed tamen cum quadam difficultate. Sin debiles ſunt, dignitatum ornamenta ad tempus durabunt, & paulatim decreſcent, nec tamen euaneſcent omnino.

Verum vbi Saturnus, vel Mars circundant luminaria, vel aſpiciunt ea, ac fœliciter conſtituuntur, duraturos quidem ſignificant honores, ſed cum difficultate, & vario diſcrimine. Si mediocriter affecti fuerint, paulatim honores decreſcent, ita ne tamen vnquam penitus euaneſcant. Si imbecilles, ſubito euaneſcent honores.

Mercurius aſpiciens luminaria, cùm bene ponitur, honores principio creſcent facile, ac durabũt: in fine autem difficultatem natus experietur. Cùm mediocriter, ruinam minantur, ſed non cadent. Vbi verò malè, tunc ad tempus incrementa honorum ſignificantur, ſed cum infœlici exitu.

Si nullus omnino planeta aſpexerit luminaria, tum à planeta, vel planetis in medio cæli conſtitutis, duratio honorum ſumitur, conſiderata natura planetæ, & vtrum ſit in ſua dignitate eſſentiali, vt ſupra. Reg. 2.

Si neque in decima quiſpiam fuerit, à gubernatore medij cæli duratio honorum ſumitur. Reg. 3.

Ille

Digitized by Google

Ille qui habuerit in ſua natiuitate gradum, cum quo Luna aſcendit, fortunatum, habebit fortunã durabilem ſecum, quia honorem habebit per eam, quoad vixerit. Sententia Zeradeſtis.

Si fuerint domini triplicitatis coniunctionalis luminis coniuncti ad inuicem primus ſecundo, & ſecundus tertio, permanſibilem proſperitatem & triſtitiarum liberationem ſignificant. Hermet. ſententia 62.

Saturnus ſi fuerit in angulo in nocte, & Mars in die, & maximè in aſcendente, vel medio cæli, non erit memoria nato, nec congregatio, nec opus, nec regnum vſque ad expletionem annorum planetæ minorum: quòd ſi tranſierit terminum, erit ſecundum aſcenſionem ſigni in quo fuerit planeta. Omaris ſent. lib. 3. cap. de regno.

Mars ſi fuerit in decima domo in natiuitate diurna, timebit natus & expaueſcet fortiter propter principes & bellum: tamen in natiuitate nocturna ſignificat quòd obtinebit gradum cum principibus belli, & ingredietur carcerem, & euadet. Auenaris in ratione decimæ domus.

Sol ſi fuerit ab octaua ad ſextam, & tres ſuperiores à prima ad ſecundam, natus cum maximis impedimentis ſemper aſcendet, & erit in perpetuo fortunæ augmento.

Quòd ſi Sol in octaua, & tres ſuperiores in octaua vel ſeptima domo fuerint, natus ab initio magnis fælicitatibus gaudens, ſemper temporis ſucceſſu declinabit, donec miſer euadat.

Cùm Luna & Iupiter valde infortunati ſunt, etiam ſi reliqua ad libitum aptentur, erit natus tamen infælicisſimus.

Luna in Aquario vel Piſcibus gratum minime facit natum principibus.

Dominus aſcendentis ſi fuerit in domo cadenti, perueniet natus ad dignitatem, ſed perdet illam cito: & ſi fuerit in ſigno fixo, firmatur in ſua dignitate. Et ſi fuerit in communi, perueniet ad dignitatem, & perdet eam, & rurſum recuperabit. Et ſi fuerit in mobili, nullum ſtatum firmum habebit. Abenrag. par. 4. cap. 9. de ſig. trip. aſcen.

Cùm dominus decimæ domus retrogradando ſeparatur à domino aſcendentis, princeps auerſabitur natum. Quod ſi dominus aſcendentis retrocedendo relinquat dominum decimæ domus, natus principem odio habebit. Et ſi dominus decimæ retrocedendo applicuerit domino aſcendentis, natus erit multum principi neceſſarius.

Dominus medij cæli ſi fuerit ſeparatus à domino aſcendentis, natus erit cum regibus infortunatus.

## QVARTA CIRCVNSTANTIA.

### *Tempus honorum, dignitatúmque quomodo colligatur.*

Quando ſcire volueris ſtatum nati, & totam eius vitam, per ſingulos dies ſeriatim, reſpice ad dominos triplicitatis luminaris temporis natiuitatis, & nota quòd primus eorum eſt ſignificator primæ medietatis, ſecundus tertiæ partis vitæ ſequentis hanc medietatem, tertius eſt ſignificator ſextæ partis poſterioris, quæ remanet. Poſtmodum aſpice in quo loco ſit quilibet horum planetarum, & dominos triplicitatis illius loci, & diuide illud tẽpus eius ſuper hos dominos, ſicut diuiſiſti antea ſæpe, & perge hoc modo diuidendo, donec peruenias ad dies, & horas, & ſi placet iudica ſecundum quod inueneris ſignificatores illos, ac ſtatum, & virtutes eorum. Abenrag. par. 4. cap. 1.

Dixit ergo Omar. lib. 3. cap. de Regno, circa honores, quo tempore natus erit maioris dignitatis atque honoris, aſpice ex dominis triplicitatis Solis, qui ſi omnes tres fortes fuerint, non ceſſabit præeſſe ab initio iuuentutis ſuæ: ſimiliter dic in æquali eſſe ſuo patietur detrimentum, ſecundum menſuram & ſtatum domini triplicitatis Solis.

Pars regni vel decimæ domus, vel vnus eorum ſi fuerit in prima domo, natus dominabitur prouinciæ, in qua natus fuerit in iuuentute. Et ſi hoc fuerit in medio cæli, erit in medio ſuæ ætatis. Si in ſeptima vel quarta, in ſenectute.

Saturnus ſi fuerit in domo decima in natiuitate diurna, & adhuc melius, ſi habuerit principatum in hac domo, ſignificat gradum altum, ad quem natus attinget, poſtquam triginta tranſiuerit annos. Quòd ſi in natiuitate fuerit nocturna, natus quotidie timebit, & damnificabitur propter reges. Auenaris in ratione decimæ domus.

Si vis habere particulariter tempus honorum, dirige Solem, vel medium cæli ad bonos planetas, & eorum radios: ſed pro iactura dignitatum ad malos & eorum radios, & habebis optatum.

Per directionem Solis ſcies ſublimitatem vel depoſitionem nati: necnon regni & dominij: ſi regnum vel dominium habuerit.

Per directionem partis fortunæ ſcies eius fortunam, altitudinem & eleuationem, & qualiter in hoc ſe habebit.

Per directionem decimæ domus ſcies opera & magiſteria nati, & eius honorem quid habebit de bono vel malo. Albub. ſent. cap. 1.

### *Annotationes vniuerſales.*

Dominus primæ domus in prima domo ſi fuerit fortunatus, & à planeta in medio cæli ex benigno aſpectu illuſtratus, natus exaltabitur à principe, & erit honoratus inter conſanguineos ſuos.

Si fuerit in decima domo poſitus & fortunatus, natus exaltabitur & ſublimabitur, ac idem dignitates nato portendit, & dabit ei gubernationes, vel aliquod officium, vel facit vt moretur cum rege, vitam cum eo agens.

Dominus quartæ domus ſi fuerit in prima, natus habebit dominium ſuper cæteros ſuæ progeniei, & erit parentibus ſuis honoratior, & melior omnibus ſuæ ſtirpis.

Dominus ſextæ domus ſi fuerit in decima domo: accident nato anxietates & labores ex parte regis, & ex hoc in eo inſigne quiddam remanebit.

In prima domo, ſignificat regnum per ingenium & per propinquitatem regis: & vt in rebus vulgi natus habeat dominium, & quòd dabuntur dignitates & officia ſpontè, & ſignificat nato magnos fauores, dignitates & ſublimitates, & quòd ſapiens in magiſteriis & in admi-

niſtrandis officiis.

Dominus 10. domus ſi fuerit

In ſecunda domo, honorabitur propter ſubſtantiam & diuitias.

In tertia domo, conſequetur honores ex fratribus, & breuibus itineribus.

In quarta domo, ſignificat regnum per amicitiam nobilium & regis, & per cauſas tribunorum, & per diſpenſatores regum, & per cultum terrarum, & ædificationes ciuitatum, & per diuiſiones fluuiorum, & cuſtodias ciuitatum, & ex rebus antiquis, & quòd habebit dominiū, & dabuntur nato dignitates & officia ſponte: & erit ſapiens in magiſteriis & officiis ſuis.

In quinta domo, aſcendet natus ad honores in cauſis filiorum & filiarum.

In ſexta domo, natus habebit modicum dominium, tamen honorabitur ex cauſis ægritudinum, vel familiarum: & conſequetur honores ex familia.

In ſeptima domo, ſignificat regnum per victoriam contentionum, & ex cauſis vxorum.

In octaua domo, natus habebit dominium in iuuentute, honores, & dignitates ex hæreditate mortuorum.

In nona domo, natus habebit dominium in itineribus, & conſequetur dignitates, & ſublimitates ex parte beneficiorum, & ex cauſis diſciplinæ.

In decima domo, natus habebit officia, ex quibus viuet, fortunámque per regem, ſiue per regnum, vel per magiſteria altiora, & parabit ſibi magnas dignitates ex cauſis magiſterij & officij.

In vndecima domo, honorabitur natus propter fortunam ſuam.

In duodecima domo natus erit infortunatus apud regem, & accident ei ex parte ſua impedimenta, & damna. Conſequetur tamen honorem ex hominibus ſibi inſidiantibus, ſiue ex ſuis hoſtibus.

Dominus 11. domus ſi fuerit

In prima domo, natus erit in bono ſtatu.

In ſexta domo, natus erit in malo ſtatu. Fortunabitur verò ex familia ſua.

In decima domo, natus habebit potentiam & dominium in iuuentute: tamen eius dominium non erit, niſi ſuper progeniem, & ſocietatem eius, & fortuna nati erit apud eos, qui poſiti ſunt in dignitate.

Dominus 12. domus ſi fuerit

In prima domo, ſignificat nati vilitatem & impotentiam.

In ſecunda domo, natus erit in malo ſtatu.

In decima domo, Rex perſequetur natum, & faciet ei malum.

Saturnus extra domicilium & regnum ſuum ſi fuerit in decima domo, ſignificat infortunium & malam proſperitatem in officiis & dignitatibus nati, & quòd parū honoris & dignitatis habebit: ſed in ſuo regno, vel domicilio, ſignificat honores & dignitates.

Iupiter ſi fuerit

In quinta domo, natus fungetur officio legati.

In decima domo, ſignificat multitudinem honoris, & dignitatum, & prælaturam denotat, & quòd erit natus iuſtus rector, ſeu gubernator, & decernet maximos honores & dignitates, ſpecialiter in rebus eccleſiaſticis.

In ſuo domicilio ſi fuerit poſitus, facit natum honoratum, potentem, vel præſidem magni viri. Et in prima, decima, nona, vel vndecima domo, facit magnos prælatos.

In domicilio Martis, facit natum multum fortunatum & ſocium regis, aut magni principis. Sed ſi fuerit in angulo, aut ſuccedenti, aut in ſigno maſculino, dat conditionem magnam in exercitu. In ſigno verò fœminino, dat minus ſtipendium, vel minorem conditionem in bello.

In domicilio Solis in angulo, aut ſuccedenti in natiuitate diurna, dat nato maximas dignitates.

In domo Veneris, erit natus magnus in religione, & honoratus.

Dominus aſcendentis, & in bono loco fortunatus, ſignificat exaltatum natum honore regni.

Mars ſi fuerit

In decima domo in ſuo domicilio vel regno, facit hominem validum in armis, & vt habeat bonam fortunam in eis, & ſtipédium in bello extra patriam ſuam.

In vndecima domo in ſuo regno vel domo, habebit natus honorem & vtilitatem in armis, & ſignificat quòd natus parum fideliter, concorditérque cum domino ſuo ſit victurus.

In domicilio Iouis, erit natus magnus ductor exercituum: maximè ſi Iupiter fortunatus exiſtat in domo Martis.

Dominus aſcendentis in bono loco non impeditus, facit natum audacis animi, & ductorem populi, ac bellatorem victorioſum: & vt habeat nomen principale coram principibus & populis.

Sol ſi fuerit

In prima domo, ſignificat principatum & ſublimitatem & exaltationem.

In tertia domo, ſignificat officium à rege, vel à magnatibus.

In quarta domo, ſignificat poteſtatem regnandi, laudem & ſublimitatem, magnos honores in ſenio.

In quinta domo, ſignificat reuerentiam à vulgo, & gaudium cum principibus, & hominibus in poteſtate poſitis, & quòd vtentur nati opera magni domini in legationibus.

In nona domo, facit natum magnum prælatum & religioſum: ſi verò Sol in ipſa domo fuerit in Leone, Ariete, vel Sagittario, facit natum cardinalem, aut Papam,

Digitized by Google

Papam, aut magnum principem.

Sol ſi fuerit:

In decima domo, ſignificat ſtatum nati multum honorabilem, & magnę dignitatis, & quòd attinget officia magna, & prælaturas, & erit natus rector populi, & imperabit pluribus. In Leone, vel Ariete, facit magnos dominos, & dat nato regnum & dominium magnum iuxta conditionem genealogiæ nati, & dat honorem altum: & ſi fuerit natus pauper, & ortus de obſcuris parentibus, facit magnum virum, vltra ſuam conditionem.

In vndecima domo, ſignificat ſpem & fiduciam bonam in rebus pertinentibus ad honores ac dignitates, & perfectionem officiorum.

In duodecima domo, perdet natus honores.

In domicilio Iouis, erit natus magnus in Eccleſia, & erit maior cęteris in domo ſua.

In domicilio Martis, ſignificat exaltationem & honores.

In domicilio ſuo de die facit regem, aut magnum principem, & vt ſit potentiſsimus.

Sol ſi fuerit dominus aſcendentis in malo loco & impedito, natus erit paruæ potentiæ, cadens à bono ſtatu in peiorem.

Venus in nona domo, facit natum magnum prælatum eccleſiaſticum.

Venus in decima domo, ſignificat honorem magnum, & quòd erit natus plus honoratus, quàm ipſe merebitur in ſua conditione.

Mercurius in ſecunda domo, ſignificat honorem apud reges.

Mercurius in decima domo, ſignificat natum futurum cancellarium regis, principis, aut ſaltem aliquem ex conſiliariis eius. Negociabitur & tractabit apud principes ſecreta plurima, vnde ſecretarius regis, aut principis erit: ſed ſi fuerit Mercurius cum Marte, vel infortunatus, natus in ſuo fine erit infælix & peſsimus.

Luna ſi fuerit:

In prima domo, ſignificat principatum & dignitatem à magnis viris.

In tertia domo, dat nato exaltationem à rege, aut à magno domino, & ſignificat gaudium ex diuitibus, ſublimitatem à dominis, & quòd vtentur ipſi opera eius in legatione.

In quarta domo, facit natum proſperum habere ſtatum.

In quinta domo, natus fiet legatus reipublicæ.

In decima domo, multiplicat honores.

In vndecima domo, dat nato lætitiam, honorèm & vtilitatem à magnis principibus, ſiue dominis, & à populis, & multiplicat ſpem & fiduciam, & facit vt acquirat natus quæ deſiderabit.

Caput Draconis ſi fuerit:

In prima, ſignificat exaltationem, & bonam fortunam nato, & quòd erit honoratus à magnis viris, præſertim à prę latis.

In tertia domo, dat exaltationem in rebus Eccleſiaſticis, & facit prælatos.

In quinta domo, erit natus in legationem miſſus.

In octaua domo, dat multos honores & paucos dolores.

In decima domo, facit magnum principem, vel dominum.

Cauda Draconis cùm fuerit in decima domo, natus deponetur ab officio.

## EX ALBVBATRE.

*Capitulum in decima domo, quæ eſt dominii ac honoris nati ſignificatrix.*

Aſpice ergo pro dominio & honore nati ad medium cæli, & eius dominum: necnon ad Solem in natiuitate diurna, ac Saturnum in natiuitate nocturna. Et ſcias Almuten ſuper hæc loca: nam ſi inter ipſum Almuten & aſcendentis Almuten alligatio fuerit, natus regnum ac dominium habebit, alioquin non.

Alij autem dicunt, aſpice prędictorum locorum ſignificatorem: nam ſi fortior ex eis in domo ſua fuerit, necnon domino aſcendentis applicuerit, aut aliquam conuenientiam cum eo habuerit, natus ad regnum vel dominium perueniet, ac per ipſum honorem & gloriam conſequetur. Sed ſi inter eos nulla applicatio, aut conuenientia fuerit, natus regno vel dominio carebit, & poſſeſsio eius modica erit.

Dixit Vbelius & Vebinus. Aſpice medium cæli & dominum eius, necnon Almuten magiſterij, & eius partem, ac dominum eius. Deinde aſpice Almuten ſuper hæc loca, ſiue vnum, aut plura fuerint. Deinde aſpice eius naturam, & miſce cum Almuten aſcendentis, & ſecundum modos & conuenientiam iudica. Et ſi fuerit de obliquis modis, quos nominauimus, natus erit multi magiſterij ac dominij, & non remouebitur abeo.

Similiter aſpice Solem: nam ſi in aliqua ex quarta occidentalibus fuerit, regnum aut dominium nati erit in fine vitæ ſuæ. Et ſi domini triplicitatis Solis fortes fuerint, non remouebitur eius dominium vel exaltatio. Si verò impediti fuerint, impedietur propter quod faciendum, quod primus dominus triplicitatis Solis ſignificat dominium, ſiue regnum circa principium vitæ: ſecundus circa medietatem, tertius vltimam partem.

Quidam etiam dixerunt, quòd quando Saturnus, natiuitate nocturna exiſtente, in angulo fuerit, & Mars ſimiliter natiuitate diurna in angulo, & maximè in aſcendente, vel medio cæli, natus in exaltatione ac dominio permanebit, donec anni Saturni, vel Martis minores completi fuerint, & poſt illud tempus ille qui exaltationem à Marte habuerit, perſequutiones & opprobria incurret, & forte occidetur. Sed ille qui exaltationem à Saturno habuerit, poſt illud tempus incarcerabitur, vel exul efficietur, aut fame aut miſeria morietur.

Capitu

Digitized by Google

*Capitulum in prima de nati fortuna, ex Albubatre.*

Propter hoc ſciendum eſt, quod fortunæ hominum ſunt diuerſæ: nam aliquorum fortuna erit completa, ita quòd per totam vitam ſuam, diuitias, honores, & dignitates habebunt. Alij verò in fortuna ſua ad finem vitæ ſuæ erunt mediocres. Quidam etiam per totam vitam ſuam erunt miſeri, nihil aut parum habentes. Sunt inſuper aliqui, qui in principio, medio vel fine erunt diuites aut miſeri. Et aliqui ex diuitiis multis ad miſeriam & mendicationem deueniunt. Et econtra quidam ſunt, qui ex miſeriis & ex mendicatione ad dignitates, diuitias, & honores eleuantur. Hominum etiam quidam ſunt, qui fortunam ſuam ex fide & religione habent. Alij à rege, alij ex ſcientia ſua, alij ex mercatura, alij ex ingenio, aſtutia vel magiſterio, alij ex patientia, alij ex violentia & audacia, alij ex euentu. Sunt etiam aliqui, qui ſemper miſeri fuerunt, & in hora mortis fortunantur. Sapientes ergo antiqui fortunam nati ex multis locis colligunt, videlicet ex dominis triplicitatis Solis de die, & Lunæ de nocte, ex parte fortunæ ac eius domino, necnon ex dominis triplicitatis eius, ex medio cæli ac eius domino, ex aſcendente ac eius domino, ex vndecima domo ab aſcendente ac eius domino, ac etiam ex vndecima domo à parte fortunæ ac eius domino. Cum ergo prædicta loca fuerint fortunata, & domini triplicitatis fortes, ac firmi, necnon fortunæ luminaria aſpexerint, & pars fortunæ in aſcendente vel eius firmamento fuerit, fortuna nati erit bona, & vſque in finem vitæ ſuæ durabilis. Et ſi in aſcendente vel medio cæli aliquæ ex ſtellis Beibeniis fuerint, nati fortunam & ſublimitatem eius ſignificant. Et ſciendũ eſt, quòd planetæ in dignitatibus ſuis, ac in angulis exiſtentes, maiorem dant fortunam quàm alibi. Nota.

*De natis regibus & eorum fortuna.*

Quando Sol in gradu aſcendentis, ac in domo, exaltatione vel facie ſua fuerit, & Iupiter ipſum ex loco fortunato aſpexerit, natus erit Rex famoſus, fortunatus, victor in omnibus, & à Deo protectus, necnon homo rectæ fidei ac timens Deum, & forſan erit aliorum caput.

Quando Venus domina aſcendentis ac partis fortunæ in quinta domo ac in eius exaltatione exiſtens, ac de ſub radiis Solis directa & occidentalis fuerit, natus erit rex magnus, liberalis, ſimplex, delicioſus, humilis, manſuetus, pacificus, & qui animum ſuum dirigere, ac ſubditis ſuis benefacere appetet.

Quando Saturnus in quinta domo, ſicut diximus de Venere, collocatus fuerit, natus erit triſtis, non curans de malo in iniuriis variis ſibi factis, erit etiam animæ groſſæ, malitiæ multæ, paucæ pietatis, ac in regno ſuo infortunatus.

Quando Iupiter in medio cæli directus, ac numero creſcens à Sole receptus fuerit, & infortunæ ab eo cadentes, natus erit rex magnus, & dominium ſuper ciuitates regni ſui habebit, eritque exaltatio eius formoſa.

Quando Sol & Luna in medio cæli, ac in dignitatibus ſuis fortunati, & fortunæ eos bono aſpectu, ſine infortunarum radiis aſpexerint, natus erit rex vel dominus ciuitatum, in quibus erit vt dux, & quicquid mandauerit, adimplebitur, eritque homo ſenſatus ac bonæ memoriæ, & in negociis fortunatus.

Quando Sol & Venus cum Ioue & Luna iuncti fuerint, vel eos ex domo ſine infortunarum aſpectu aſpexerint, natus erit rex magnus in ciuitatibus, & climatibus imperans, viuetque honoratè, & regnum ſuum hæreditabit, ac illud filiis ſuis dimittet, ipſi vero poſt eum illud hæreditabunt.

Quando Luna Solem bono aſpectu aſpexerit, Saturnus ex medio cæli bono aſpectu ſimiliter Martem aſpexerit, natus erit rex pecunioſus, fortis in regno ſuo, & in actibus ſuis fortunatus ac potens, inimicorum ſuorum victor.

Quando pars fortunæ in bono loco ac cum ſuo lumine apparens, & cum fortunis apparentibus ac fortibus fuerit, & infortunæ ipſam non aſpexerint, natus erit magnus Rex, aut Dux fortis.

Quando Sol in aſcendente fuerit, & in domo vel exaltatione ſua, & Luna in occidente, & ambo ab infortunis liberi fuerint, natus erit Rex magnus, ornatus atque fortis, & in rebus ſuis ac regno potens.

Quando Luna in medio cæli vel exaltatione ſua fuerit, & Iupiter, Mars, Venus & Mercurius exiſtentes directi, ipſam bono aſpectu aſpexerint, Saturno eam non aſpiciente, natus erit Rex magnus, & gentium ac ciuitatum dominus, & qui in omnibus verba & facta ſua complebit.

Quando Venus cum Ioue & Saturno fuerit, & Venus Lunam ex medio cæli aſpexerit, natus erit Rex magnus & fortunatus, & ſubditis ſuis dilectus, & à Deo protectus, necnon homo verus, & rectus, & Deo obediens.

Quando Sol in medio cæli fuerit, ac in domo vel exaltatione ſua, natus erit Rex, ac de genere regum natus, & qui negocia ſua rectitudine ac bonitate ordinabit, eritque à Deo protectus, & ab inimicis ſecurus. Et ſi aliqua ex ſtellis Beibeniis de natura Iouis & Mercurij in aſcendente vel medio cæli, vel Sol ac Luna cum ea fuerint, natus erit Rex eleuatus & ornatus, ac ex ſuo ſenſu & conſilio laudatus, ſub cuius imperatione ſubditi ſui proficient, eritque bonæ conuerſationis ac bonæ reſponſionis, cum neceſſe fuerit, & malæ dum tempus affuerit, in verbis ſuis erit conueniens, ac in negociis ſuis velox, & fortitudo eius erit apparens, Deum timebit, ſubditis ſuis benefaciet, liberalitas eius ampla, magnæ pietatis, ac in omnibus actibus ſuis fortunatus erit, & adiutus. Idem cap. 129.

*De natorum dominiis, & fortuna eorum in ipſis.*

Quando Iupiter ſine malo infortunæ aſpectu Solem ex oppoſitione aſpexerit, natus erit dominus vel gubernator alicuius regni, magnæ famæ, nominis ac dominij, & qui poteſtatem mandandi & prohibendi habebit.

Quando Sol in domo vel exaltatione ſua exiſtens in medio cæli fuerit, natus erit magnus in loco ſuo, & in ordine altus, & ob hoc regimen & domi

Digitized by Google

dominium in ciuitate conſequetur.

Quando Luna numero ac lumine creſcens in duodecima domo cum capite Genzaar ſine aſpectu Saturni vel Martis fuerit, & fortuna in vndecima domo, natus erit magnus ac in prouincia ſua, & ciuitatibus nominatus, in pecuniis ac rebus regis fidelis.

Quando primus dominus triplicitatis Solis de die, aut primus dominus triplicitatis Lunæ de nocte à principio ſigni in quo eſt, vſque ad medium eiuſdem ſigni fuerit, ac in aliquo angulorum, natus erit magnæ famæ, & à magnis dominis dilectus atque eleuatus, poteſtatemque manendi, prohibendi, necnon auxiliatores, ſcribas, & ſequaces habebit ſub ſe, ita quòd ante illum vexilla ſiue enſes deferentur, & mandata eius à populo complebuntur.

Quando Sol in angulo occidentali, ac in domo vel exaltatione ſua fuerit, & fortunæ ipſum ſine infortunarum radiis aſpexerint, natus magnum dominium habebit, ac in eo laudatus & bonæ ordinationis erit.

Quando Venus cum Ioue, Saturno & Marte fuerit, & Lunam ex medio cæli bono aſpectu aſpexerit, natus mandatum ac dominium ſuper alios ciuitatis ſuæ habebit, & à ciuibus mandatum eius adimplebitur.

Quando Luna in Cancro cum Ioue exiſtens in aſcendente vel medio cæli fuerit, natus bonæ fortunæ ac bonę memoriæ & dominium à rege ſui climatis habebit, & confidet in eo rex.

Quando Sol & Luna in aſcendente ac in domo Martis fuerint, & fortunæ ipſos aſpexerint, natus erit multorum locorum dominus, ac inimicorum ſuorum victor, boni ornatus, ac inimicis ſuis potens malum inferre, & ad interficiendum velox.

Quando Iupiter trino aſpectu Solem aſpexerit, natus erit dominus eleuatus ac fortunatus.

Quando Iupiter in medio cæli, & in aliqua dignitatum ſuarum exiſtens, & liber ab infortunis ac eorum aſpectibus fuerit, natus erit magnus & alti nominis, & aliis imperans.

Quando Saturnus directus ac in medio cæli exiſtens, necnon in domo vel exaltatione ſua, & natiuitas diurna fuerit, natus erit fortunatus, & magnæ ordinationis, atque loci dominus vel gubernator regni & alti mandati.

Quando Mercurius in medio cæli, ac in domo vel exaltatione ſua fuerit, & Iupiter ac Luna bono aſpectu ipſum aſpexerint, natus erit iudex aut litigantium dominus, & qui populum ſibi commiſſum pietate & rectitudine gubernabit. Idē cap. 130.

*De magiſtris militum, ac eorum fortuna.*

Quando Luna cum Venere fuerit, & Iupiter & Mars trino aſpectu ipſam aſpexerint, natus erit magiſter militum, qui res aliorum vi accipiunt, eritque interfectione & lite nominatus, atque propter hoc inter reges honorem & dignitatem habebit.

Quando Mars in medio cæli fuerit, & Iouem & Lunam aſpexerit, natus erit magiſter militum, in interfectione fortunatus, & victor famoſus, propter hoc honorem à regibus habebit.

Quando Saturnus cum Ioue & Mercurio fuerit, natus erit militum magiſter, ac inimicorum victor & à Deo protectus.

Quando Mars in aſcendente exiſtens in domo vel exaltatione ſua fuerit, natus erit caput militū, & dominus bellorum ac res magnas perficiens.

Quando Mars in angulo terrę fuerit, & Iupiter in medio cæli, natus erit magnus militum magiſter, & ſubtilis, & multarum ciuitatum victor, eritque in lite ac in interfectione fortunatus.

Quando Iupiter Lunam & Martem trino aſpectu aſpexerit, natus erit dominus equorum, & caput militum, necnon ab omnibus honoratus, præſertim ſi Iupiter in ſigno maſculino fuerit.

Quando Sol in ſigno maſculino fuerit, & Lunam & Martem trino aſpectu aſpexerit, natus erit in interfectione famoſus, & dicetur audax & aſtutus, eritque bellorum ordinator, ac ſemper vincens, & quod volet ab inimicis habebit.

Quando Iupiter in quinta domo in ſua facie exiſtens dominus domus vitæ & partis fortunæ fuerit, & Mars cum natiuitate diurna exiſtens, bono aſpectu aſpexerit, natus erit inter homines magnus & longæ famæ, & ante ipſum vexilla aut enſes deferentur. erit etiam bellorum dominus ac res magnas perficiens. Sed vi ac ferro ſuper homines dominabitur.

Quando Saturnus & Mars in nona domo, ac de ſub radiis Solis apparens fuerit, & partem fortunæ in aſcendente exiſtentem aſpexerit, natus erit magnus atque potens, & multorum militum caput, ac multarum rerum victor, ſed Deum non timebit, imò quæ à Deo prohibita ſunt, faciet.

Quando Mars in natiuitate nocturna in domo vel exaltatione ſua, ac in medio cęli fuerit, natus licet ſit paruæ progeniei, tamen à regibus aut potentibus viris eleuabitur, eritque diues, & caput militum regis.

Quando aliqua ex ſtellis Beibeniis ſecundę magnitudinis ac de natura Martis & Iouis in aſcendēte, vel medio cæli fuerit, vel cum Sole aut Luna, natus erit magni cordis, atque loci, ac eleuatæ ordinationis, & erit dominus militum, qui villas & caſtra fortia lucrabitur, mandata eius circa bellorum actus perficientur, homo victor ac bonæ memoriæ. Et ſi aliqua ex ſtellis Beibeniis primæ magnitudinis, ac de natura Martis & Mercurij in ſupradictis locis fuerit, natus erit dominus militum ac bellorum, ponens ſe in magnis actibus, mandatum eius perficietur, ac in rebus ſuis atque bellis fortunabitur, victor inimicorum ſuorum erit, bella cum deliberatione & ſcientia ordinabit. Senſum bonum habebit, & ad ſtatum vitæ ſuæ atque finis extremi longè ante mortem aſpiciet, præſertim ſi natiuitas nocturna fuerit. Sed ſi diurna fuerit, natus erit tumens, furibundus, paucæ pietatis, & malum in corde ſuo obſeruans. Nota.

Quando pars fortunæ inter Martem & Iouem fuerit, & dominus eius in bono ac fortunato loco, natus erit magiſter militum, habebitque famam & nomen, atque partem in cæde & fortitudine nutu Dei. Idem cap. 131.

*De natis militibus ac eorum fortuna.*

Quando Mars in domo vel exaltatione ſua, ac in medio

medio cæli exiſtens, dominus aſcendentis fuerit, & Lunam ibidem aſpexerit, natus erit miles fortis & famoſus, ac famam, quòd libenter ſe locis periculoſis exponat, habebit.

Quando Luna in medio cæli fuerit, vel Soli in aſcendente, natus erit in negociis ſuis fortis atque velox. Et iam ſatis de materia iſta, vbi nuper de magiſterio, vel magiſteriis militum locuti fuimus, tractauimus. iudica ergo ſecundum illud, quod ibidem ſcriptum eſt. Idem cap. 132.

*De natis ſapientibus, ac eorum fortuna.*

Quando Mercurius cum Venere in aſcendente vel medio cæli fuerit, natus erit ſapiens ac bonus dictator, & quorum occaſione ad ſtatum & honorem eleuabitur, & quanto plus vixerit, tantò plus honor & dignitas eius augebuntur.

Quando Iupiter cum Mercurio in medio cæli fuerit, & Sol bono aſpectu eos aſpexerit, natus erit dictator famoſus, & idem dominium in domibus regum habebit.

Quando Luna in quadrato Solis aſpectu fuerit, ac ab infortunis libera, & in Iouis aſpectu exiſtens, Mercurium aſpexerit, & Mercurius cum fortuna fuerit, natus erit maximus ac nominatus dictator, & ob hoc fortunatus atque diues erit.

Quando Iupiter Mercurium ex medio cæli aſpexerit, natus erit dictator.

Quando Mercurius in domo ſua exiſtens, Ioui in medio cęli exiſtenti iunctus fuerit, natus erit dictator regis, eritque propter hoc famoſus.

Quando Mercurius natiuitate nocturna exiſtente, in aſcendente ac in exaltatione ſua fuerit, natus erit ſecretarius regum vel principum, & dictator ſapiens, & inde bonam famam & fortunam habebit, pecunias congregabit, & ſic ad finem vitę perſeuerabit.

Quando Mercurius dominus domus ſubſtantię, & Iupiter cum ipſo vel ipſum bono aſpectu & forti ac fortunato loco aſpexerit, natus erit in dictamine fortunatus, & inde bonum habebit, & pecuniam multam lucrabitur.

Quando Mercurius in quinta domo, ac in facie ſua exiſtens, necnon de ſub radiis Solis apparens, & ab infortunis cadens fuerit, & dominus domus ſuæ eum cum receptione bono aſpectu aſpexerit, natus erit in dictamine & aduocatione fortunatus, ac multarum pecuniarum congregator.

Quando Mercurius de ſub radiis Solis orientalis apparens, necnon in domo vel exaltatione ſua exiſtens nonam domum poſſederit, & Iupiter ab infortunis liber ipſum bono aſpectu, maximè ex medio cæli aſpexerit, natus erit regis dictator, ac in magnis ſecretis ſapiens, & fortunatus, pulchræ ordinationis, fidelis, famoſus, bonæ memoriæ, ac in omnibus ſufficiens.

Quando primus dominus triplicitatis in natiuitate nocturna in fine ſui ſigni, videlicet à 25. grad. vſque ad finem fuerit, atque in aliquo angulorum, natus erit dictator fidelis, & inde dominium & poteſtatem mandandi & prohibendi habebit. Idem cap. 133.

*De diſpenſatoribus regum, ac eorum fortuna.*

Quando Iupiter cum Saturno in domo ſua fuerit, natus erit regum vel domorum regiarum aut virorum ſublimium diſpenſator, & inde lucrum & pecunias conſequetur.

Quando Saturnus in tertia domo fuerit, & dignitatem ac fortitudinem in ea habuerit, natus erit regum diſpenſator, eique alij diſpenſatores cōputum reddent.

Quando Saturnus natiuitate diurna exiſtente, in domo ſua ac in aſcendente fuerit, & Iupiter eum ex medio cæli aſpexerit, natus erit regum aut virorum ſublimium diſpenſator, & inde multas diuitias congregabit.

Quando Venus in domo Iouis fuerit, & Iupiter eum in medio cæli bono aſpectu aſpexerit, natus erit reginarum aut dominarum ſublimium diſpenſator.

Quando Mercurius orientalis in domo vel exaltatione ſua exiſtens, ſecundam domum poſſederit, & Venus ipſum bono aſpectu aſpexerit, natus erit alicuius domini vel dominæ potentis ac nobilis diſpenſator.

Quando Venus natiuitate nocturna exiſtente, in exaltatione ſua exiſtens cum Ioue tertiam domum poſſederit, natus erit dominorum ſublimium diſpenſator.

Quod ſi Lunam Venus à quarta domo aſpexerit, natus erit maior domus. Idem cap. 134.

*De natis, qui parentibus ſuis erunt maiores.*

Quando Saturnus Iouem ex domo ſua trino aſpectu aſpexerit, natus erit parentibus ſuis, ac omnibus de domo ſua maior.

Quando Iupiter in domo ſua fuerit, & Lunam in trino aſpectu ex medio cæli aſpexerit, natus erit maior ſua parentela, ac omnibus ſuis anteceſſoribus nobilior.

Quando Saturnus & Sol cum Ioue in domo vel exaltatione ſua fuerint, & Lunam ac Venerem ex aſcendente vel medio cęli bono aſpectu aſpexerint, natus altitudinem & dominium ac magnam fortunā habebit, & nobilior ſua parētela efficietur.

Quando Sol in aliqua dignitatum ſuarum exiſtens in aſcendente ſine aſpectu infortunæ fuerit, & fortuna ipſum ex medio cæli aſpexerit, natus dominium à rege habebit, & ab eo diligetur, eritque diues atque omni parentela ſua nobilior.

Quando Sol in medio cæli fortunatus fuerit, & infortunæ ab eo cadentes, natus erit omni parentela ſua nobilior.

Quando Mercurius in aſcendente ſine aſpectu infortunæ fortunatus fuerit, & Luna eum bono aſpectu aſpexerit, natus bonum ſenſum ac ſcientiæ profunditatem habebit, & ob hoc dominium acquiret, & ſuis parentibus nobilior efficietur.

Quando Sol cum Luna in angulis ac natiuitate diurna fortunati fuerint, natus erit ſuis parētibus nobilior.

Quando Iupiter in aliqua dignitatum ſuarum fortunatus fuerit, & Venerem quadrato aſpectu aſpexerit, natus erit ſua parentela nobilior.

Cum Iupiter in domo ſua fortunatus, & ab infortunis liber fuerit, & Mercurius eum ex aliquo angulorum aſpexerit, natus diues erit ac fortunatus, & altioris ſtatus quàm ſua parentela. Hæc Albubater cap. 135.

Ex

Digitized by Google

*Ex Materno.*

Saturnus dominus genituræ bene poſitus facit natos inflatos ſpiritu, honoribus ſublatos. cap. 12. lib. 4. ſed in domo ſua, aut in finibus, vel in domo vel finibus Iouis: aut in domo Solis in natiuitate diurna, faciet natos in vita claros & nobiles: & omnem fælicitatem pro locorum poteſtate decernit.

Saturnus per diem in horoſcopo natiuitatis facit cum ſuo clamore edi partum: erit autem iſte qui naſcitur, maior omnibus fratribus, vt ſiquis ante eum natus fuerit, & à parentibus ſeparabitur. Semper autem iſte planeta per diem in omnibus quatuor cardinibus facit primos naſci, aut primos nutriri, aut ij fratres, q ante ſe nati fuerint, decedent. cap. 3. lib. 3.

Saturnus per diem in quinto loco reges facit ac duces & maxima largitur inſignia poteſtatis. Et ſi fuerit Sol in horoſcopo natiuitatis, & coniunctionem Lunę creſcentis Saturnus exceperit, perpetuas tribuit fælicitates, & maiorum poteſtatum ornaměta decernit. Si verò ſic Saturno poſito, non Sol, ſed Iupiter in horoſcopo fuerit, faciet minoris loci magiſtratus, & cui ſingularum ciuitatum gubernacula credantur. cap. 3. lib. 3.

Saturnus in decima domo in ſigno Arietis, & Sol in horoſcopo conſtitutus facient natos Duces, præfectos, prætorios, & habentes aliquas dignitates in ſua ciuitate ſecũdum conditionem nati. ſed per noctem in decima domo inuentus, & in omnibus cardinibus conſtitutus, mala genituræ maxima decernit. & ſi fuerit cum Luna, lumine creſcente, decernit nato inæqualitatem vitæ, vt non ſit in eo qui ſic Saturnum habuerit, vni⁹ vitæ, ſimiliſque curſus, ſed vt ſemper ſe mutabili diuerſitate conuertat. cap. 3. lib. 3.

Saturnus in vndecima domo inuentus, ſignificat quod natus non poterit dignitatem cõſequi, niſi prima triginta anorum ſpatia tranſierit.

Saturnus in Tauro ſignificat, quòd natus erit poſt annum 30. fortunatus, & conferentur ei inſignia maxima honoris. cap. 3. lib. 5.

Saturnus in Leonæ conſtitutus ſignificat quòd natus habebit plurimos fratres aut ex alio patre, vel matre, ſed erit omni affinitate ſua melioris ſtatus, ac potentiſſimæ dignitatis gratia ſubleuatus.

Saturnus in Leone inuentus ſignificat quod natus ſuſtinebit dignitatum aſſiduè iacturas, ita vt frequẽter ex alto dignitatis gradu, aliqua humilitatis deiectione labatur.

Saturnus in Libra conſtitutus ſignificat quod natus habebit in magnis ciuitatibus, vel populis inſignia honoris, & ſupra homines poteſtatem.

Saturnus in Scorpione inuentus ſignificat, quòd natus circa annum 48. cum Saturnus ingreſſus fuerit in ſignum Leonis, dabit nato quædam initia fælicitatis, & plurima honeſtatis inſignia conferet, ac glorioſorum negociorum initijs honeſtabit. ſtatim enim ac in Leone primam ſtationem Saturnus fecerit, omnis genitura ad fælicitatis initia transfertur, tuncque dolores, triſtitiæ, ſollicitudines, omnifariam ſopiuntur.

Saturnus in Aquario decernit nato poſt 43. annũ vitam ſuam erigere per gradus, & habere dignitatem & gubernacula ab hominibus magnis. Quapropter natus erit glorioſus habens maximæ poteſtatis inſignia ita vt in publicis locis, & ciuitatibus eius dignitatis ſempiterna memoria relinquatur. & etiam ſignificat quod præſidio nati omnes affines erunt ſubleuati & conſeruati. cap. 3. lib. 5.

Saturnus per diem in domo Iouis ſtatum fælicem, honorumque multitudinem decernit. cap. 10. lib. 5.

Saturnus in domo Solis per diem dat honores cõpletos, tum memorabile nomen, optimamque famam: quæ etiam pari ratione in poſteros extendatur: cap. 10. lib. 5.

Saturnus in domo Lunæ inuentus facit denigrare honorem & famam ipſius nati. cap. 10. lib. 5.

Saturni Trinus ad Iouem decernit nato honorem à Regibus & procurationum officia: Et ſi Mercurius aſpexerit eos, magnarum ciuitatum demonſtrat tractaturum officia, quæ à regibus demandentur. cap. 3. lib. 6.

Saturni Trinus ad Martem & in ſignis in quibus alter eorum gaudeat, decernit nato maximæ dignitatis inſignia & quod eritq; imperioſus, potẽs factus, & magnarũ ciuitatũ officia gubernans, fratrum tamen mortes aſſidua varietate videbit. cap. 3. lib. 6.

Saturni Trinus ad Solem in ſignis, in quibus alter eorum habuerit dignitatem, vitæ inſignia aſſidua dignitate largitur, & maximam gloriæ poteſtatem, famam bonam, nobilitatemque confert. cap. 3. lib. 6.

Saturni ad Lunam Trinus in ſignis in quibus alter eorum habuerit dignitatem, & fuerit Luna aucta cur ſu, vel luminibus, natos regibus & potentibus viris ſemper bona commendatione inſinuat, & maximæ gloriæ ac potentiæ decernit inſignia. Quæ ſi fuerit minuta luminibus, hæc minora pręſtabit. Hæc autem in natali nocturno ſola in octaua domo fæliciter collocata, magnæ fælicitatis largitur augmenta. ibidem vero in die, ſi Iupiter in prima fuerit, hæc eadem cõfert. ca. 3 lib. 6.

Saturni quadratus ad Solem, ſi Saturnus ſuperior in dextro fuerit, & Sol in ſiniſtro quadrati loco, debilitat præcedentis generis inſignia, & dignitatũ iacturam cum atroci deiectione inducit. cap. 10. lib. 6.

Saturni quadratus ad Mercurium, ſi Saturnus fuerit in dextro loco, & Mercurius in ſiniſtro, cogit natũ alienæ poteſtati eſſe ſubiectum. cap. 10. lib. 6.

Iupiter dominus genituræ inuent⁹, ſignificat quòd



Digitized by Google

natorum vita erit glorioſa, notabilis, plena fœlicitatis, & omnia quæcunque cupient, conſequentur. cap. 12 lib. 4.

Iupiter in prima domo in aliqua ſuarum dignitatum inuentus, faciet natos nobiles, glorioſos, magnos: ſemper præpoſitos ciuitatis: interdum magnarum ciuitatum decernit primos: pro menſura genituræ. Et hoc erit, ſi natiuitas fuerit diurna, In Nocturna vero faciet natum primum naſci inter fratres, vel qui ante ipſum natus fuerit, interimit, vel in longinquis eum ſeparabit, regionibus ac locis, vt ipſe in paterna domo habeat principatum: facit autem bene nutriri, &c. parentes eius in maxima fælicitate conſtituit, ſed ſi fuerit infortunatus à Marte, vel à Saturno frequenter mutabit ſtatum, & de bonis actibus ad malos actus transferri faciet. cap. 4. lib. 3.

Talis eſt cõſtellatio in natiuitate mea. Natiuitas enim nocturna fuit, & habeo Iouem in horoſcopo collocatum in ſuo occaſu, ſcilicet in Capricorno, & ante me nati ſunt multi fratres & ſorores & poſt me vnus ſolus ortus eſt frater: qui omnes perierunt anno domini 1527. & ſic in paterna domo habui principatũ & maioritatem: quare hic Aphoriſmus veritatem in ſe continet, & vt ſæpius obſeruaui in multis natiuitatib. pag. 136.




Capponi de Capponis nobilis viri Florenti Natiuitas.

Hic nobilis iuuenis Iouẽ habet in horoſcopo in natiuitate nocturna in ſuo domicilio: quare inter fratres reperitur primus, ordine naturæ & nobilitatis. Eſt enim diues & honoratus: officioſus, & gratus omnib. propter bonos eius mores: Procerus eſt ſtatura & bene proportionatus: verumtamẽ faciet eum Iupiter propenſum ad iuſtitiam, & habere bonam conſcientiam: ſignificatq; reuerentiam & honeſtatem, & fecit eum pulchrum, honeſtum diſcretum, & honoratum & pollicetur proſperũ ſucceſſum in ſuis rebus, demonſtratq; longitudinem & prolixitatem vitæ & naturalẽ mortem. Et quia Iupiter ſe coniungit cũ Venere inſinuauit nutritũ eſſe in delitiis, & fore dilectũ à magnis viris atq; nobilibus & ab his bonã fortunã habere. ſimiliter in cõiuge & filiis, vt dicitur à Iulio Firmico. ca. 26. lib. 6. Luna enim in horoſcopo & Mercurius, in domo Saturni fecerunt eum eſſe præditum ingenio & virtuoſum. Et quãuis ſit modicæ literaturæ, tamẽ ſe exercet in ſcientiis & virtutibus: quoniam habet animum nobilem & non mechanicum &c.

Iupiter in quinta domo inuentus, magna fælicitatum augmenta decernit: facit enim eum qui natus fuerit, in maximis rebus publicis honoratum: præſertim ſi in aliqua ſuarum dignitatum fuerit. Quod ſi ſic poſito Ioui Mars ſe bona radiatione coniunxerit faciet duces qui habeant etiam vitę ac necis poteſtatem: quod ſi ſine Marte ſic poſito Ioue, Mercurius & Luna ſe aliqua parte coniunxerint, faciet procuratores regum rationales: quia ſi ſine his omnibus Venus ei ſe ſola ex aliqua parte coniunxerit, facit affluentis fælicitatis ornatos. Nam ſicut ſuperius diximus, ſi cum Marte ſic fuerit conſtitutus, is qui ſic eum habuerit, regali erit ſemper poteſtate perſpicuus: & ſententiæ eius ſic erunt, tanquam à Deo coniunctis hominibus diuina documenta proferantur. ſed ſi fuerit in domicilio, vel exaltatione ſua inuentus per diem, facit natos inuictos imperatores, & qui totius orbis gubernacula teneant, præſertim ſi ſic Ioui collocato, Sol trigonica ſe radiatione coniunxerit. Sed ſi Luna deficiens lumine, ipſum Iouem reſpexerit, ſignificat natos moderatæ dignitatis gratia ſubleuatos, & quibus nunquam ſe onus paupertatis imponat. cap. 4. lib. 3.

Iupiter in decima domo per diem inuentus, faciet maximorum Decem primos, & quibus à populo honores maximi conferantur, claros, & qui ſe velint ſemper gratia oſtentationis exercere: alios natos per totã vitã ſuã faciet coronatos: ſed & maximas fælicitates decernit ſic poſit⁹: ſi nulla ei maleuola ſtella in medio cæli poſita reſtiterit. Quod ſi ſic poſito Ioui, in medio cæli maliuola ſtella reſtiterit, quicquid ei in prima ætate dignitatis, vel honorum, vel diuitiarum collocatũ fuerit, totum in vita poſteriore minuitur ac diſſipatur, & funditus euertitur, niſi ſeptimus locus alterius beneuolæ ſtellæ fuerit omine munitus. cap. 4. lib. 3.

Iupiter in vndecima domo inuentus, dat famoſas poteſtates, faſces etiam & proconſulare decernit imperium: ſi Sol & Venus bona ſe ei radiatione coniungat. In nocturna genitura hæc bona minuuntur: Si verò Mars Ioui ſic conſtituto fuerit contrarius in octauo loco genituræ poſitus magnis ac potentibus fælicitatibus conſtitutus, & maximis diuitijs cultus, totum quicquid ei vel honorum, vel dignitatis collatum fuerit, miſeriarum atque infælicitatis incurſione mutatur. cap. 4. lib. 3.

Iouem in Ariete inuentum quicunque habuerint, accipient poteſtatem dominandi, tunc denique potẽtiæ conferentur, ac honoris inſignia, tunc regimen, hominumq; poteſtatem ſortientur. cap. 4. lib. 5.

Iouem in Tauro inuentum quicunque habuerint, in maxima gloria ac poteſtatib. erunt. Multis ſimiliter proderũt maxima habẽtes fælicitatis inſignia. c. 4. li. 5.

Iouem in Tauro inuentum quicunque habuerint, eis à mulieribus vitæ præſidia conferẽtur, ac per ipſas magnæ dignitatis, & maximorum honorum inſignia conſequentur. cap. 4. lib. 5.

Iouem in Geminis inuentum quicunque habuerint

rint, in maximis glorijs erunt ac poteſtatibus. cap. 4. lib. 5.

Iupiter in Cancro inuentus, quando redierit ad illud ſignum, dabit in illo anno honores, & gloriæ inſignia. cap. 4. lib. 5.

Iupiter in Cancro inuentus cum ad ſignum Leonis tranſitum fecerit, fælicitates glorias, & alicuius honoris inſignia decernit, tunc eorum notitiam fælix fama ſubleuabit, tunc erit lætitia. vt & alios ſuſtentare poterunt: ſed cum fælices fuerint rurſus partẽ fælicitatis amittent. cap. 4. lib. 5.

Iupiter in Leone inuentus ſi Saturnus eum trigonica radiatione reſpexerit, poteſtates, glorias, & notitias decernit. cap. 4. lib. 5.

Iouem in Scorpione inuentum quicunque habuerint, erunt propitij multitudini, atque in populo habẽtes inſignia poteſtatis. cap. 4. lib 5.

Iupiter in Sagittario inuentus poſt annos 24. decernit notitiam, gloriam, potentiam, ac poteſtatem: & quòd gradatim omnia proſpera ſuccedent. cap. 4. lib. 5.

Iupiter in Capricorno inuentus poſt annos 24. multas dignitates decernit. Nam ante hoc tempus in quocunque honore fuerint, ab eius potentia deijcientur.

Iupiter in ſuo domicilio per diem fortunatus inuentus facit honoratos, & quibus maxima conferantur honoris inſignia: facit principibus gratos, & dilectos, & qui apud eos aliquo magiſtratus honore præferantur. Si vero fuerit nocturna genitura, aliquid ex hoc fælici decreto diminuit. cap. 11. lib. 5.

Iupiter in domo Saturni inuentus, ſignificat quòd homines nulla penitus honoris, aut nominis alicuius inſignia conſequantur. cap. 11. lib. 5.

Iupiter in domo Martis inuentus ductores faciet exercituum, magnoſque milites: præcipuè ſi in cardinibus, vel eorum anaphoris fuerit conſtitutus, & in ſignis maſculinis. cap. 11.

Iupiter in domo Solis per diem inuentus, faciet principibus & populo gratos. Quòd ſi tali ſocietate coniunctus, in geniture cardinibus, vel eorum anaphoris fuerit collocatus, tales fortaſſe reddet, qui regia poteſtate decorati, vel ipſi reges ſint, vel regum principumque vicarij. Si verò nocturna fuerit genitura, aliquid ex tali fęlicitate minuitur. capitul. 11. lib. 5.

Iupiter in domo Lunæ per diem inuentus, homines faciet fortunatos atque fælices, & qui ſemper regum ac principum conſortio iungantur. Et præcipuè ſi ambo tali radiatione coniuncti, in geniture cardinibus, vel eorũ anaphoris fuerint collocati, eos enim tales efficient, qui magno ſemper honorum cumulo extollantur. cap. 11. lib. 5.

Iupiter & Mars coniuncti, dominium nato ſignificant, & quod nati nomen per diuerſa loca expandetur, & in militia proſperitatem habebit. cap. 26. lib. 6.

Iupiter cum Venere ſignificat natum in honore nutriri & in delicijs. cap. 26. lib. 6.

Iupiter ſi Marti fuerit trigonica radiatione coniunctus ſignificat quòd natus erit intrepidus: quare cõſequetur maximæ dignitatis imperia, & quibus regij honores crebris iudicijs conferantur, & magnæ licentię poteſtas. & erit natus adminiſtrator rerum domini ſui. cap. 4. lib. 6.

Iupiter & Sol ſi trigonica fuerint radiatiõe coniũcti, maxima indicant nobilitatis inſignia, & gloriæ decus inſinuant, & vitam elato decorant honore & decernunt honoris augmentum. cap. 4 lib. 6.

Iouis ad Venerem trigonus ſignificat augmenta honoris quæ aut amicorum cauſa, aut vxoris ſibi merito conferentur. cap. 4. lib. 6.

Iouis trigonus ad Lunam, magnam nobilitatem, dominiumque, ac poteſtatem oſtendit, & ſi ſit aucta curſu, & plena lumine, faciet claros, noticia nobilitatis ornatos, bonæ famæ teſtimonio pollentes, aliquos exercitibus præpoſitos, alios ciuitatibus, alijs prouinciæ demandantur, quæ pro menſura geniturę penſentur. 7. cap. 4. libr. 6.

Iouis & Martis quadratus, ſi Iupiter in dextro loco fuerit, & Mars in ſiniſtro, nati munificentiam ſignificat, & à regibus honorari: ſi verò Mars in dextro fuerit, & Iupiter in ſiniſtro, ſignificat nato laborioſæ vitæ ſtatũ, regũ impedimenta, labores, & litigia multa. ca. 11. lib. 6.

Iouis ad Solem quadratus, ſi Iupiter in dextro loco fuerit, Sol vero in ſiniſtro, ſignificat quòd natus mirum in modum honorabitur præ cæteris. cap. 11.

Iouis ad Mercuriũ quadratus ſi Iupiter in ſiniſtro loco fuerit, & Mercurius in dextro, ſignificat quod bonum erit nato, & ſua virtute dignitatem aliquam cõſequetur. cap. 11. lib. 6.

Iouis quadratus ad Lunam, ſi Luna in dextro loco fuerit, & Iupiter in ſiniſtro multa decernit fælicitatis inſignia magnis ducibus, & regibus, natum ſemper commendat. Sed hæc fælicitas non ſemper perſeuerat, quoniam aliquando minuit dignitatis inſignia & damna minatur. cap. 11. lib. 6.

Iouis & Solis oppoſitus labefacta honores, & dignitates, inferioribus cogit eſſe ſubiectos: hęc tamen omnia in nocturna genitura fortius inualeſcunt. cap. 18. lib. 6.

Iouis & Veneris oppoſitus, omnem vitæ ordinem, & promotiones frequenter impugnat. cap. 18. libr. 6.

Iouis diameter cum Luna, ſi ea ſit aucta luminibus principalia dignitatum decernit inſignia, aut clara nobilitate decorat, & tales reddit, vt nunquã poſſint alienis poteſtatibus ſubiacere, virtutis gratia, alienis poteſtatibus inſiſtentes. ca. 18. lib. 6.



Digitized by Google

Mars dominus genituræ per noctem in quinta vel decima, aut vndecima domo & in domicilio ſuo, vel Saturni, aut Iouis, vel in finibus eorum, ſi Lunam deficientem reſpexerit, vel deficiens Luna, dominium Marti decernit, & Ioui ſe cardinibus trigonica radiatione coniunget, faciet natos duces, tribunos terribiles ac potentes, & qui regiones maximas, & multas ciuitates obtineant, & quibus orbis totius iudicia credantur. cap. 12. lib. 4.

Mars in prima domo per noctem in ſigno Arietis inuentus, & Iupiter cum eo coniunctus, vel eum reſpiciens bono aſpectu, faciet bellorum duces, ſed quibus omnis committatur exercitus & mortis, ac vitæ dominos reddet, quorum aduentum, ciuitates ſemper, aut prouinciæ maximè perhorreſcant, fælices, fortes, graues & quorum iræ magnis ſemper indignationibus proferantur. cap. 5. lib. 3.

Mars in tertia domo conſtitutus, decernit quidem gloriam, ſed cum labore maximo: ſed ſi Mars cũ Ioue fuerit conſtitutus, maximæ poteſtatis, atque honoris regimen, ac dominia largitur, ita vt omnes, qui ei genere iungantur, honoris ipſius nobilitate ſuperentur. Sed ſi Mars fuerit in aliqua ſuarum dignitatum cum Ioue inuentus, faciet præſides, riparum duces, vicarios, præfectos prætorio, & quibus frequenter cõmittatur imperium. cap. 5. lib. 3.

Mars in quinta domo in aliqua dignitate ſua, vel Iouis per noctem inuentus, facit honores à populo. Sed ſi Iupiter, vel Luna deficiens lumine bono aſpectu reſpexerint Martem ſic poſitum, erunt præpotentes, horribiles duces, & quibus maximi committantur exercitus, qui habeant etiam vitæ, neciſque poteſtatem, & in magnis adminiſtrationibus iuris gladij poteſtatem.

Mars per diem in quinta domo facit aſſeſſores iudicum maximorum: ſed ſi Luna fuerit in eius diametro creſcens lumine, incitat maximos labores ita vt tales actus ad imitationem ſeruitutis accedant: Nã & ſi fælix eſſe viſus fuerit, talis eius erit fælicitas, vt ſemper alienę ſubiaceat poteſtati. cap. 5. lib. 3.

Mars in nona domo per diem inuentus, bonus erit circa vitam & gloriam. & ſi Iupiter in horoſcopo fuerit collocatus, & Mars in nona domo fuerit inuentus, in natiuitate nocturna, poteſtatem maximam adminiſtrationum, & ius decernit gladij, & facit eum, qui ſi natus fuerit, exercitum ducere. cap. 5. lib. 3.

Mars in decima domo per noctem in maſculino ſigno & in domicilio vel altitudine ſua, vel in domo Iouis inuentus, faciet periculoſos, & vario genere ſæpe deceptos, ſed nihilominus præſides, duces vitæ neciſque dominos, tribunoſque terribiles, in prouinciis, ac ciuitatibus. Si verò in medio cæli per noctem conſtitutum in quali diximus ſigno coiunctionem Lunæ venientis acceperit, Iupiter verò aliũ genituræ poſſederit cardinem: & ipſe nihilominus vel in domo ſua, vel in altitudine ſua, vel in ſuis finibus conſtitutus potentes duces, ac totius orbis dominos efficiet. Quod ſi ſic poſitũ Martem Iouis deſtruxerit ſtella, nec ipſe aliqua ſe radiatione coniungat nec in cæteris genituræ cardinibus fuerit inuenta faciet nihilominus armatos, vel præpoſitos, vel tribunos, vel minoris loci duces, aut magnatum prouinciarum; & licet in minori dignitatis loco conſtitutos, habentes tamen gladij, & vitæ & necis poteſtatem. cap. 5. lib. 3.

Mars in vndecima domo, dat frequenter maximæ dignitatis inſignia. cap. 5. lib. 3.

Mars in vndecima domo Luna deficiente lumine ſi Iupiter benigno aſpectu aſpiciat Martem, vel cum eo fuerit, facit iudices habentes ius gladij, cum maximis dignitatibus inſignibus. cap. 5. lib. 3.

Martem in Ariete inuentum quicũque habuerint, in prima ætate fælicitatem aliquam cõſequẽtur: exercituum ductores erũt: populorum gubernatores, ſemperque ad arma parati: vnde alios ſua fortitudine, aut ſæuitate deterreant: ca. 5. lib. 5.

Martem in Geminis inuentum, quicunque habuerint, homines erũt militiæ dediti: ſed qui plurima ſtratagemata arte & ingenio ſuo in bellis reperiant. Non autem erunt adeò temerarij, & audaces, ſed qui potius armis reconditis ſontes punire cupientes eorum occulta facinora vigili ſagacitate perquirãt. Et fortaſſe apud reges & principes magna quandoque honorum inſignia conſequentur. cap. 5. lib. 5.

Martem in Cancro inuentum quicunque habuerint, equites erunt, & qui baliſtarum tormentorumque iaculationibus delectentur: equos nutrient, & beluas ad militiam pertinentes. Erunt quoque milites, & militaribus negotiis impediti: vnde ſibi honorẽ quandoque & cæterorum militum timorem acquirant. cap. 5. lib. 5.

Martem in Capricorno inuentum quicunque habuerint, homines erunt regij, nobiles, potentes, maximis trophæis, plurimoque victoriarum genere honeſtati, quique in talibus ſe potiſſimum negotijs immiſceant, quæ cæteri non audeant ita facili ratione ſuſcipere. Et hæ fælicitates erunt, quando Saturnus tranſitum fecerit poſt ſignum Virginis: quod eſt genituræ ſecundum trigonum: cap. 5. lib. 5.

Mars in domo Iouis inuentus & Iupiter in Martis domo collocatus, aut eũ beneuola radiatione reſpiciens, nobiles faciet exercituum, multæque militiæ ductores, vnde ſibi maximum nomen & gloriã conſequantur. cap. 12. lib. 5.

Mars in domo Solis inuentus faciet natos honorẽ, ac famam penitus diſſipantes, cap. 12. lib. 5.

Martis trinus ad Solem maximæ poteſtatis, & dignitatis decernit inſignia, præſertim ſi fuerit in nocturna genitura, & in trino dextro Solis, honoris inſignia & poteſtatis magnæ largitur. Si verò in alio trigoni latere hos Iupiter aſpexerit, proſpera radiatione, & ſi fuerit in primis genituræ cardinibus poſitus & ex bono loco his Lunæ acceſſerit radius, maximas adminiſtrationes nato decernit, efficitq́; vt magni cõmittantur exercitus, infinita dignitatum inſignia, quæ fortiora erunt ſi Mars, Sol, & Iupiter ſint in maſculinis ſignis conſtituti. cap. 5. lib. 6.

Martis & Lunæ trinus, ſi natale nocturnum fuerit, & Luna aucta lumine, & Iupiter eos bene aſpexerit, maximos honores, & maximæ decernit dignitatis imperia, & gloriam. cap. 5. lib. 6.

Sol in

Digitized by Google

Sol in prima domo fortunatus in aliqua dignitate ſua largitur magnæ nobilitatis inſignia, maximaſque decernit fælicitates. Nam imperatores faciet ac reges, conſulares, ac proconſulates, datq́ue ordinarios magiſtratus. & ſi Saturnus medium cæli poſſederit, facit homines reges, duces, & potentiſſimos adminiſtratores & facit natũ inter fratres ſuos primum nobilitate & honore, & dignitate: cap. 6. lib. 3.

Sol in ſecunda domo inuentus cum Venere ac Ioue: vel eum ipſi ſi aſpexerint de trigono vel hexagono, facit natos iacentes & abiectos, ad publicum incrementum dignitatis adducit: ſed hoc ei magno labore, & cum maximo impedimento decernitur: & cum matrimonij iactura voluntaria. cap. 6. lib. 3.

Sol in quinta domo inuentus cum Venere, vel ſi ipſa Solem áſpexerit de hexagono, coronarum largitur inſignia, & prætextarum veſte decorabit: ſed à populo honores, qui ſic Solem habuerint, maximi conferuntur. Quod ſi maliuolæ ſtellę cum Sole in eodem loco fuerint, nihil mali poterunt decernere, nec perpetrare propter loci naturalem bonitatem: Si verò in eo loco ſolus fuerit inuentus, minores erunt hæ quas diximus fælicitates: cap. 6. lib. 3.

Sol in ſeptima domo inuentus, & ſi Luna fuerit cũ eo vel in horoſcopo, vel in medio cæli collocata: magnos, potentes, nobiles faciet: & quibus committantur maximæ poteſtates: præſertim ſi Sol fuerit in domo ſua, aut altitudine ſua, aut in domo Iouis conſtitutus. Si vero ſic Sole & Luna conſtitutis & pars fortunæ fuerit collocata in aliquo cardine: & ſimiliter Iupiter tenuerit aliquem cardinem, imperatores & reges faciet, duces, potentes & adminiſtratores fortes, temperatos, efficaces, prouincias, & ciuitates ſubiugantes. Quod ſi his omnibus, Sole ſcilicet & Luna, & Ioue, & loco fortunæ ſicut diximus, poſitis, Mars & Saturnus in ſecundo, aut in octauo loco ab horoſcopo fuerint collocati, amittunt imperia, & ex honoribus aut adminiſtrationibus ſuis, cum dignitatis iactura deponuntur: & aut ab inimicis gentibus, aut ab aduerſariis atque æmulis opprimuntur: faciet etiam, vt ipſi ſibi manibus ſuis inferant mortem; ſed & captiuos faciet hos eoſdem aut exules.

*Sol* in nona domo inuentus ſignificat gloriam & honores cauſa religionis. cap. 6. lib. 3.

Sol in decima domo in ſuo domicilio aut exaltatione, vel in domo Iouis, faciet reges, quibus à patre tradatur imperium: aut duces, quibus hoc honoris ſimili modo paternis tractatis honoribus conferatur, aut adminiſtratores aut conſules, & proconſules: ſed quib⁹ hoc ex parte dignitatis merito deferatur. Quod ſi Sole ſic poſito, Mars alium geniture poſſederit cardinem, regna, ducatus, adminiſtratus, conſulatus, proconſulatus, per pericula & per pugnas, ſed per inuidiam conſequentur. Quod ſi Sol in medio cæli in his ſignis in quibus diximus partiliter fuerit inuẽtus: Mars vero in ſeptima domo collocatus, & Luna in horoſcopo natiuitatis poſita, aut in medio cæli, facit eum qui natus fuerit, ſiue Rex ſiue dux, ſiue conſul, ſiue proconſul, ſiue adminiſtrator, exulem & captiuum. capit. 6. lib. 3.

Sol in vndecima domo conſtitutus fælices facit ac nobiles cauſa patrum ſuorum: ſed proceſſu temporis augmenta fælicitatis & dignitatis accipient. Hæc autem maiora erunt omnia, ſi Iupiter vel Venus eum bene reſpexerint. cap. 6. lib. 3. ſed hæ omnes dignitates amicorum illis gratia conferentur.

Solem in Ariete inuentum, quicunque habuerint, homines erunt variæ fortunæ, quandoque enim ex vilibus alti, quandoque ex dominis atque principibus ad humilem fortunam triſtemque deiecti. Quod ſi Sol fuerit infortunatus, à regibus mala patientur. cap. 6. lib. 5.

Solem in Tauro inuentum infortunatum poſt 30. annos quicunque habuerint, à regibus dolores, anguſtias, inſperatoſque conſequentur. cap. 6. libr. 5.

Solem in Geminis inuentum quicũque habuerint, principes erunt, aut primates: ſed exigui ſpiritus, paruæque potentiæ. Hi tamen ſecundum voluntatem ſuam omnia regere cupient, nullius conſiliis adhærẽtes, eaq́ue de cauſa famam & conditionem ſuam amittent. cap. 6. lib. 5.

Solem in Leone inuentum quicunque habuerint, reges erunt, principes, potenteſque viri, qui & armis & potentiæ ſuæ confidant, cupiantq́ue penitus omnes ſuperare, atque omnibus dominari, & omnes voluntates & deſideria ſua quomodocunque obtinere. cap. 6. lib. 5.

Solem in Libra inuentum quicunque habuerint, potentes erunt & principes, ſed qui amiſſo imperiò, aut fælici conditione ſua, extorres & profugi ab hoſtium ſuorum conſpectu tremuli effugiant, nec vllum habeant, cui confidentes, ſatis tutò vitam ſuã credere poſſint. Et hoc erit, ſi Sol fuerit infortunatus ab anno 20 vſque ad 30. annum ætatis nati: cap. 6. lib. 5.

Sole in Scorpione inuento homines erunt magni nominis & famæ: erunt quoque tales, qui honorem atque æſtimationem à regibus conſequantur. cap. 6.

Solẽ in Sagittario inuẽtum quicunque habuerint, potentes erunt & magnis honorum inſignibus decorati: ſed qui multa damna hominibus inferant, ac ſine ratione, vel æquitate aliqua ad mortem etiam vſque, populando denudent: vnde nonnullæ etiam ipſius triſtitiæ contingant, cap. 6.

Solem in Capricorno inuentum, quicunque habuerint, magnæ famæ, altique nominis reges erunt, qui omnia mala minoribus imminẽtia prohibere conentur, non ſinantque potentiores in populum deſæuire, cap. 6. lib. 5.

Solem in Aquario inuentũ, quicunque habuerint, homines erunt alijs imperantes: ſed modici nominis & exiguę famæ. Erunt enim hi ſuæ voluntatis, talia ſeruis ſuis præcipientes, quæ conditionem ſuam ſępius excedant, vnde paucos ſibi reperiant obedientes. cap. 6. lib. 5.

Sol in ſuo domicilio per diem inuentus, faciet homines magnos & honoratos & dat dignitates & fauores maximos. cap. 13. lib. 5.

Sol per diem in domo Lunæ inuentus, homines faciet dignos, honoratos, amabiles, multa quoque magiſtratuũ & honorum inſignia conſequentes, & qui regibus & principibus intima ſint neceſſitudinis familiaritate coniuncti. Per noctem vero hæc omnia ſupradicta reſtricto quodam influxu decernũtur. cap. 13. lib. 5.

Solis & Mercurij coniunctio ſignificat natum ex ſua ſapientia exaltari, qui præficictur alijs & domini ipſi benefacient. cap. 28. lib.

Solis & Lunæ trigonus, ſi in opportunis fuerint locis, magnæ fœlicitatis decernit inſignia: maximè ſi aliorum planetarum fuerint opportuna radiatiōe adiuti, vitam claro decorant honore. cap. 6. lib. 6.

Solis tetragonus ad Lunam, ſi ea ſit in angulo, Sol in quouis quadrato dat dignitates, & honores, & officij alicuius poteſtatem: ſed ſi beneuolæ ſtellæ viderint eos, hæc maiora erunt. cap. 13. lib. 6.

Sol & Luna oppoſiti, vitam nati, & omnia dignitatis inſignia varia faciūt ratione mutari: cap. 20. lib. 6.

Venus domina genituræ bene affecta & in principalibus genituræ locis poſita, faciet homines claros & diadematibus aut aureis coronarum infulis ornatos. Nam ſi fuerit in nocturna genitura in horoſcopo, vel quinta domo, aut decima, vel vndecima, & in ſuis dignitatibus poſita, & eam Iupiter bene poſitus trigonica radiatione reſpiciat, laureas, prætextas, & conſularium faſcium decernit inſignia.

Venus in quinta domo inuenta faciet homines coronari infulis & coronis: ſed ſi Iupiter eam aliqua radiatione reſpexerit, claroſque aliquo genere nobilitatis efficiet: & præſidio mulierum ad maximos veniēt gradus dignitatis: ſed proceſſu temporis, omnia eis plena atque perfecta tribuuntur. Si vero creſcētis Lunæ lumen exceperit: & creſcens Luna ſe ei coniunxerit, cum magna inuidia adminiſtrationes & glorias conſequentur: cap. 7. lib. 3.

Venus in decima domo inuenta faciet claros, & coronatos: & quibus grandis gloria, & fortuna maxima conferatur. cap. 7. lib. 3.

Venus in vndecima domo inuenta cū Luna faciet potentes & quibus magnarum poteſtatum cura mandetur: interdum nobilium ciuitatum faciet decemprimos. ſi vero matutina in hoc loco fuerit inuenta: & ſimili modo cōiunctionem Lunę venientis exceperit: à prima ætate facit potentes: & quibus à prima ætate poteſtas aliqua committatur: ita vt magnis viris, aut imperatoribus fides amicitiæ merita coniungant: & qui ſemper vſque ad vltimum diem vitæ gratia venuſtatis ornantur. cap. 7. lib. 3.

Venus in duodecima domo inuenta in nocturna genitura in bono ſigno ſi ſe Marti proſpera radiatione coniunxerit, bona fœlicitatis incremēta decernit. Potentes enim & glorioſas poteſtates facit, & honorum maxima largitur inſignia. cap. 7. lib. 3.

Venerem in Tauro inuentā quicunque habuerint, homines erunt nobiles, & alti cordis, magnæ exiſtimationis & famæ: & qui ſemper cum primatibus viris conſuetudinem habeant. Sed poſt annos 48. nonnulli naſcentur in eos rumores, vnde & acquiſitam famam amittant. cap. 7. lib. 5.

Venus in domicilio Iouis inuenta decernit honores, magiſtratuſque ex mulierum cauſa. cap. 14. lib. 5.

Veneris & Lunæ trigon⁹, ſi in opportunis locis fuerit, & in ijs in quibus gaudent partibus, & infœlices nō impediant, ſi ſit Luna aucta lumine in nocturna genitura, altiſſimæ poteſtatis decernit inſignia. ca. 7. lib. 6.

Mercurius in horoſcopo, in ſignis quibus gaudet per diem inuentus, & ipſum reſpiciant Sol, aut Saturnus vel Iupiter: magnos viros faciēt, qui ſacris & glorioſis ſtemmatis coronentur, facient etiam tales, q̄bus maxima imperatorū negocia credantur. cap. 8. lib. 3.

Mercurius in nona cæli domo inuentus, ſi beneuolæ ſtellæ fuerit radiatione protectus, faciet enim fœlices, beatos, magnos, potentes, & quibus omnia fœlicitatis inſignia conferantur: cap. 8. lib. 3.

Mercurius ſi fuerit in decima domo matutinus, & Iupiter eum reſpiciat de trino aſpectu vel hexagono, erunt nati magni, potentes, maximarum ciuitatum, vel imperatorum, vel potentium virorum negocia tractantes: ſed ſi Mars Mercurium reſpiciat de quadrato vel diametro, promotiones venientes vario offenſarum genere à talibus repelluntur: eruntquō frequēter ob hoc exules, vel alicuius damnationis onera ſuſtinentes. cap. 8. lib. 3.

Luna in horoſcopo per noctē inuenta in ſignis, in quibus gaudet, ſi fuerit plena, grandia fortunæ incrementa decernit, prępo ni fratribus faciet & ætate ſemper & merito. cap. 15. lib. 3.

Luna in 10. domo per noctem inuenta in ſignis quibus gaudet, vel exaltatur, creſcenti lumine, ſi Iupiter eam opportunis radiatiōibus protegat, imperatores maximos facit, aut adminiſtratores potentes, quibus vitæ & necis poteſtas facili ratione credatur: dat etiam ordinarios conſulatus. ſi vero partem medij cęli præcedat aut ſequatur, in proximo tamen loco & vicinis partibus ſit poſita, duces, tribunos, adminiſtratoreſque perficiet. Sed per diem, & Sol in horoſcopo fuerit inuentus in ſignis quibus gaudet vel exaltatur, vel in domo Iouis poſitus, ambos vel vnum de duobus Iupiter proſpera radiatione protexerit, imperatores faciet fœlicitate ac iuſtitia præpotentes, & quos omnes cum terroris trepidatione ſuſcipiant. cap. 15. lib. 3.

Luna in 12. domo inuenta per noctem, ſi Iupiter vel Venus fuerit in horoſcopo partiliter inuentus, poteſtatis alicuius licentiam cum fœlicitate decernit. c. 15. lib. 3.

Luna in loco fortunæ, cū Ioue vel ſi ad Iouem feratur, ducatus adminiſtrationis gloriam fœlicitatemque decernit. cap. 16. lib. 3.

Lunam in Ariete inuentam quicunque habuerint, poſt annos 30. reges erunt, aut principes, magnæ famæ ſummæque potentiæ: eruntque tales, qui ſuo ingenio multa conquirant honorum inſignia, & ex humili etiam loco ad altum aſcendant conditionis gradū. cap. 9. lib. 5.

Luna in Tauro inuenta nobiles ac principes nati erunt, ampli nominis, multæque famæ.

Luna in Cancro inuenta nati reges erunt & principes, magni altique nominis, & quibus multi libenter obediant.

Luna

Luna in Leone inuenta,nati reges erunt ac principes,pulchro honorum ſtẽmate decorati,ſed infenſo quodam ſuperbiæ ſpiritu elati,quo faciente, multa in ſubditos ſęuitia & crudelitate vtantur,vnde populorũ in ſe animos iraſcibili quadã ſeditione conuertant,vt & de cauſa illos deſpiciant,ſuiſque nolint imperijs obdire.

Luna in Libra inuenta nati nobiles erunt & vrbiũ primates.

Luna in Sagittario inuẽta,nati reges erunt ac principes,ſeu ciuitatum primates.

Luna in ſuo domicilio per noctẽ inuenta decernit inſignia gloriæ magnæ ac potẽtiæ cuiuſdam aſſignat officium:efficaces faciet populares artifices: per noctem in nona domo in ſua domo vel decano poſita & in nona domo fœlicitatem,gloriam ,ac homini principatũ cũ maxima poteſtate decernit.c. 16.lib.5.

Luna in horoſcopo vel in decima domo inueuta p diẽ in domo Solis,& plena lumine ſit à Ioue radiatiõe adornata faciet potentes, imperatores,reges, vel tales adminiſtratores, quorum poteſtati orbis terrarũ iudicia credantur.cap. 16.lib.5.

## *Sereniſsimi principis Franciſci Valeſij Natiuitas.*




QVAMQVAM magnorũ exẽpla virorum poſuimus,qui ſeipſos illuſtribus factis fecerũt immortales, non tamen hæc natiuitas vltima eſt inter egregias,ſed inter eas, quæ maximas fœlicitates decernunt,prima.Itaque & ſi princeps hic, cuius ſeruũ me profiteor, ab inclytis maioribus & parentibus,natura & hæreditario iure maximas dignitates acceperit,quæ ſi propriè loqui volumus,à ſtellis non dependent: tamen vt ſequamur vſitatum Aſtrologorũ proceſſum,q̃ naturalia ſunt, & propagatione communicata principi, ab Aſtris quoque decerni & conferri probabimus, quantum omnino ex phyſicis rationibus fieri poterit.

Quod autẽ ad ſignificatores attinet, hi ſunt: Sol eſt in ſuo regno inuentus in vndecima cæli domo in termino Veneris,quæ reperta eſt in ſuo throno in regia cæli domo: & Luna domina horoſcopi benefico radio Solem intuetur ex ſextili aſpectu.Eſt enim optima partilis configuratio inter vtrunque luminare.

Saturnus, deinde Ven⁹, Luna & Iupiter ſunt Oriẽtales,à Sole,& in ortu matutino, & faciunt ipſi Soli doryphoriam,& luminaria inuẽta ſunt in ſignis maſculinis.

Rurſus,ſtellæ fixę reperiuntur in horoſcopo ſcilicet,Humerus ſiniſter Orionis,& in medio cæli Ceruix Pegaſi, & cum Marte pes poſterior dexter Vrſæ maioris.

Nunc ordine ad quæſtiones de honoribus reſpondendum eſt.

Naturales autem & hæreditarios principis honores,quos ad ſui nominis gloriam,pacem & tranquillitatem Reipub. retinendam, gubernet Deus cælum quoque propitium fœliciſſimè confirmat. ſunt enim plerique ſignificatores in ſuis dignitatibus & præcipuis cæli locis.Quare non exigua honorum naturalium augmenta pollicentur.Quin & Arcturus qui cũ Sole oritur veſpertinus, maximos honores collatos confirmant,& eximiam dignitatis præſtantiam pollicentur, ac ſingularem dignitatis acceſſionẽ Venus in regia domo pollicetur.quam quidem domum Iupiter reſpicit ex trino aſpectu,& Mercurius Soli iunctus eſt.Cum igitur Luminaria optimis Planetarum radijs muniantur,optimus erit ſtatus dignitatis, quæ paulatim creſcet,non tamen ſine aliquo periculo & difficultate, cùm Saturnus Solem oppugnet. Durationem etiam honorum,fixæ ſtellæ in faſtigio cæli decernunt,quæ eò maior eſt, cum illis Venus ſeſe cõiungat.Et pulchra eſt regula Aſtrologorum:Mercurius bene poſitus aſpiciens Lunam ex ſextili aſpectu, honores creſcentes facilè decernit,& duraturos. Hic Mercurius omnino Soli coniungitur , qui etiã pium, intelligentem,& ſapientem ſignificat. Vnde & exaltationem,& præeminentiam denotat.

Heliſabeth filia Henrici Regis Gallorum coniux Philippi Regis Hiſpaniarum,mortua eſt ex partu anno 1568. vide ei⁹ ge nẽ in pag 373.



Digitized by Google

*Claudiæ vxoris Ducis Lotharingiæ Natiuitas.*




Claudia filia Henrici Regis Gallorum deſponſata eſt Duci Lotharingiæ. Habet enim Solem partiliter in horoſcopo collocatum, qui cùm ſit in ſigno fœminino, parui refert, quamuis Ptolemæus dicat eum fore in ſigno maſculino ad ſignificationem maximorum honorum: nihilominus ipſe Sol coniunctus eſt Lunæ, Veneri, Mercurio & Marti exiſtentibus in ortu matutino & faciunt doryphoriam ipſi Soli. Hæc cæli conſtitutio facere conſueuit homines poſitos in maximis dignitatibus: ideo ipſa habebit honores multos & vitam longæuam, ſi ſuperauerit annum 41. quoniam in hoc anno Sol ad Saturni corpus perueniet.

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 26. | 28. | ♐ |
| ♃ | 25. | 35. | ♎ |
| ♂ | 21. | 36. | ♒ |
| ☉ | 0. | 42. | ♒ |
| ♀ | 10. | 28. | ♒ |
| ☿ | 13. | 13. | ♒ |
| ☽ | 3. | 16. | ♒ |

*Margaritæ vxoris regis Nauarræ Natiuitas.*




Margarita filia Henrici Regis Gallorum coniux Regis Nauarræ habet luminaria in ſignis maſculinis, & Mercurium cõiunctum Lunæ, quæ quidem conſtellatio faciet eam ſapiẽtem & prudẽtem, ingenio præditam, in conſiliis cautam, & in omnibus actionibus ſuis fortunatam. Verum ex ingenio audacter periculoſa conſilia ſtruet: & quicquid facere voluerit, ea complebit. Hæc prudentiſſima Regina apud ſe retinet methodicum vaticinium noſtrum ſuper ſuam geneſim, quare non opus eſt aliud ſcribere niſi quod hæc natiuitas correſpondet natiuitati Henrici Regis Nauarræ: vt videre licet. pag. 501.

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 13. | 40. | ♎ |
| ♃ | 4. | 42. | ♉ |
| ♂ | 7. | 5. | ♉ |
| ☉ | 27. | 2. | ♋ |
| ♀ | 12. | 6. | ♊ |
| ☿ | 8. | 6. | ♋ |
| ☽ | 3. | 55. | ♋ |



Digitized by Google

*Rudolphi Imperatoris Natiuitas.*




FRIDERICI ſecundi Imperatoris Aſtrologus ab eo interrogatus, cur tantum honoris Rudolpho Habſpurgenſi Comiti pauperi in aula ſua verſanti, exhiberet: reſpondit, mortuis tuis liberis, quorum adhuc decem ſuperſunt, ipſe & poſteri eius ad imperium, & tua regna peruenient. Quod exitus ipſe probauit. Nam anno Chriſti 1273. Cal. Octob. Rudolphus à Germanis principibus Francofurti in regem Romanorum eligitur, cùm Baſileam obſideret: & hodierno adhuc die videm' Rudolphi poſteros regnũ Neapolitanum, & Ducatum Auſtriæ, & Sueuiæ vnà cum Imperio & regno Hiſpaniarũ obtinere. Modernus enim hic Imperator Rudolphus ab eo nomen & ditiones hæreditario iure accepit, vt Philippus ex eodem natus Regnum Siciliæ & Neapolitanum nactus eſt.

Rudolphus igitur Habſpurgenſis Imperator naſcitur anno 1218. die 27. Aprilis. Moritur anno 1291. die 15. Iulij.

*Alphonſi Regis Aragoniæ Natiuitas.*




ALPHONSVS X. Electus Romanorum imperator, Rex Caſtiliæ & Legionis, tabulas Aſtrologicas continentes motus orbium ac planetarum, quæ ipſius nomine circumferuntur, magnis ſumptibus edendas curauit, atque idem maiorem ferè Aſtronomiæ, quam regno operam dabat: videbat enim plus ex ea gloriæ ſe conſecuturum, quàm ex ipſa regni adminiſtratione.

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 2. | 19 | ♓ |
| ♃ | 16. | 48 | ♎ |
| ♂ | 24. | 26 | ♑ |
| ☉ | 24. | 25 | ♐ |
| ♀ | 11. | 15 | ♒ |
| ☿ | 15. | 20 | ♑ |
| ☽ | 25. | 7 | ♌ |



Digitized by Google

*D. Milorti Ruperti Anglici Natiuitas.*




Dominvs Milort Rupertus Anglicus habet gradum coniunctionis magnæ in regia domo, & Iouem in horoſcopo reſpicientem gradum illũ ex ſextili aſpectu: quare ſecundum decreta Ptolemæi, vbi ſupra, debebat aſcendere ad magnum altitudinis gradum, & ad dignitates maximas: per quas ipſe benefacere poterit multis. Verũ opes, dignitates, honores & magiſtratus hominibus ſubditis principibus contingere non poſſunt, niſi ex amicitia & longa ſeruitute cum ſuo domino, quæ ex genitura deprehendi, qualis futura ſit, non poteſt. Et hoc eſt in quo plus habet Fatũ, quàm Aſtrologia. Hic ergo fortunatus eques habet eandem natiuitatem quam habet ſapientiſſima Regina Anglorum. Vnde hæc conformitas horoſcopi & aliorum ſyderum, quæ eſt in ambabus genituris, pars eſt ipſius fortunarum. Quaproptet erit fortunatus in acquiſitione diuitiarum & honorũ, vt eius geneſis demonſtrat, quam habui ab Henrico Pagheto, cũ eſſem Venerijs.

*Franciſci Ducis Guiſe Natiuitas.*




Princeps iſte ex ſua nobiliſſima familia adeptus eſt honores maximos apud Chriſtianiſſimum Regem: & fiet præfectus armorum fortunatiſſimus: vt inſinuat Mars cum Ioue in ſigno Sagittarij: Quare in his negotijs erit valde fortis & prudens. Et quia Luna mittit Antiſcium ſuum in vndecimam cæli domum, præſtabit ei proſperos ſucceſſus ac perpetuam quandã fęlicitatem in rebus peragendis, & quodcunque fermè deſiderabit, habebit. Verum ipſe erit infortunatus in filijs ex præſentia Solis & Saturni in quinta cæli domo.

*Antiſcia planetarum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 0. | 22 | ♐ |
| ♃ | 13. | 13 | ♑ |
| ♂ | 0. | 50 | ♑ |
| ☉ | 9. | 30 | ♐ |
| ♀ | 1. | 17 | ♒ |
| ☿ | 0. | 48 | ♑ |
| ☽ | 17. | 17 | ♋ |

Hunc




*Ludouici. 12. Gallornm Regis Natiuitas.*

HVNC regẽ fœliciſſimum fuiſſe, oſtendit caput Draconis cũ Venere, & Mercurio, in Iouis oppoſito, & mores decernuntur à Ioue, & mercurio, & Venere, & Sole bene poſitis; ideo fuit in prælijs victor, in pace fidelis, erga ſubditos iuſtus, in tractando cautus, in adminiſtratione prudens, magnanimus &c.

Philippus, Auguſtus Rex Francorum ortus eſt anno. 1162. die 22. Auguſti. obijt anno 1223.

Ludouicus 8. filius Philippi regis Francorũ naſcitur anno. 1187. die 6. Septembris: obijt anno 1226.

Carolus 6. Rex Francorum venit in lucem anno 1358. die 3. Decembris, obijt anno 1422.

Ludouicus Hutinus 10. Rex Francorum ortus eſt anno. 1291. Die 4. Octobris: mortuus eſt anno 1316.

Carolus. 7. Rex Francorum naſcitur anno 1402. Die 28. Februarij: mortuus eſt anno 1460.

Ludouicus. XI. natus eſt anno 1424. die 4. Iulij. mortuus eſt autem anno 1481. die 30. Auguſti.

Carolus. 8. Rex Francorum, ortus eſt anno 1450. die 14. Iulij. Alij ſcribunt die 31. Iulij. ſed obijt die 7. Aprilis anno 1499. ex apoplexia in anno climacterico. 28.

Hæc enarrata exempla videntur confirmare, cæli & fati poteſtatem, atque Aſtrologorum diuinationẽ. Quoniã videmus fieri multa ſupra vires noſtræ mortalitatis, multa præter rationem & meritum, plurima præter ordinem & inſtitutum conditionis humanæ. Hic enim habilis eſt ad philoſophiam, ille ad poëticã, hic tractat arma fœlicius, alius literas ſpernit: hic ſobrius, ille ebrius, hic audax, ille meticuloſus. Et quod Cicero dicit, optimè cogitata ſæpe peſſime cadũt. Alexander tã citò vicit Orientẽ, q̃ vidit. Iulius Cæſar ſubitò Romanũ Imperiũ ſubegit: Pompeiũ iuſtã cauſſam defendentem, fortuna deſeruit. Cato ſapiens ſeipſum interfecit. Hæc quis aſtrorum curſibus nõ quodammodo aſcribat?

Seneca qui mortẽ, aperta vena accerſiuit, inquit, Quicquid patimur mortales, quicquid facimus, venit ex alto: Regitur fatis mortale genus.

LVCANVS.

*Præceps rapit omnia fatum.*

MANILIVS.

*Fata regunt Orbem, certa ſtant omnia lege.*

OVIDIVS.

*Ratio fatum vincere nulla valet.*

CONCLVSIO. AVCTORIS.

*Contra fata valent DEVS, & prudentia tantum.*
*Vir pius & prudens vincere fata poteſt.*

# TEXTVS.

## Περὶ πράξεων ποιότητος.

Ὁ δὲ τῆς πράξεως τὴν κυρείαν ἐπέχων, λαμβάνεται κατὰ τρόπους δύο ἀπό τοῦ ἡλίου καὶ ἀπὸ τοῦ μεσουρανοῦντος ζῳδίου, σκοπεῖν γὰρ δεήσει τόν τε φάσιν ἑῴαν ἔγγιστα πρὸς ☉ πεποιημένον, τὸν ἐπὶ τοῦ μεσουρανήματος, ὅταν μάλιστα τὴν συναφὴν τῆς ☽ ἐπέχῃ. κἂν μὲν αὐτὸς ἀστὴρ ἀμφότερα ἔχῃ τὰ εἰρημένα, τούτῳ μόνῳ προσχρηστέον. ὁμοίως δὲ κἂν θάτερον μηδεὶς ἔχῃ, τῷ δ᾽ ἕτερον εἰληφότι μόνῳ, ἐὰν δὲ ἕτερος, ἢ, ὁ ἔγγιστα φάσιν πεποιημένος, καὶ ἕτερος ὁ τῷ μεσουρανήματι, ἢ καὶ τῇ ☽ συνοικειούμενος, ἀμφοτέροις προσχρηστέον, τὰ πρωτεῖα διδόντας, τῷ κατὰ ἐπικράτησιν πλείους ἔχοντι ψήφους οἰκοδεσποτίας, καθ᾽ ὃν προεκτεθείμεθα τρόπον, ἐὰν δὲ μηδεὶς εὑρίσκηται, μήτε φάσιν ἑῴαν πεποιημένος, μήτε ἐπὶ τοῦ μεσουρανήματος, τὸν κύριον αὐτοῦ παραληπτέον, πρὸς ἐπιτηδεύσεις μέντοι τὰς κατὰ καιρούς, ἄπρακτοι δ᾽ ὡς ἐπίπαν οἱ τοιοῦτοι γίνονται, ὁ μὲν οὖν τῆς πράξεως τὴν οἰκοδεσποτείαν λαβὼν ἀστήρ, οὕτως ἡμῖν διακριθήσεται, τὸ δὲ ποιὸν τῶν πράξεων, ἔκ τῆς ἰδιοτροπίας τῶν τριῶν ἀστέρων ♂ καὶ ♀ καὶ ☿ καὶ ἐκ τῆς τῶν ζῳδίων ἐν οἷς ἂν τύχωσι παραπορευόμενοι.



Digitized by Google

*De magiſterio nati, & eius opere.* CAP. III.

OPVS quippe nati eiuſque magiſterium duobus modis, per Solem ſcilicet cælique medij ſignum dignoſcitur. Nam ſtella quę de ſub radiis Solis egreſſa mane modicum apparuerit, & quæ in cæli medio fuerit, propriè autem ſi cum Luna ittiſal habuerit, nobis obſeruare neceſſe eſt, quod ſi hæc duo quæ prædicta ſunt, in vno tantum planetarum inuenerimus, eum ſolum in his obſeruabimus. Si autem alterum eorum vni planetę, alterum vero nulli contingat, eum cui tantum alterum continget, obſeruandum fore ſancimus. At ſi idem planeta, qui de ſub radiis Solis egreſſus, mane modicū apparuerit, & in cæli medio fuerit & alius præter ipſum Lunam aſpexerit, erit vterque conſiderandus. Illum autem qui ſecundum multitudinem numerorum autoritatum proprię diſpoſitionis velut præmiſſum eſt, alteri pręualebit, præmittemus. Si quem autem planetarum de ſub Solis radiis egreſſum, mane modicum apparere, vel in cæli medio moueri non inuenerimus, medium cœli dominum accipiemus, præterquam quod in tardis operibus hoc euenire manifeſtū eſt, cuiuſcunque etenim huiuſmodi qualitas fuerit, ocioſus in maiori parte permanebit. Hæc via eſt igitur, quę ad cognitionem qualitatum ſtellarum, quarum eſt operis ac magiſterij diſpoſitio, necnon earum, quæ ocium ſignificant, peruenimus. Qualitas autem operis & magiſterij non niſi ex trium ſtellarum proprietatibus, quę ſunt Mars, & Venus & Mercurius, necnon ex ſignorum in quibus fuerint qualitatibus deprehendentur.

*COMMENTARIVS.*

PTOLEMAEVS in hoc capite declarat cōſtellationes, quæ homines propellunt ad diuerſas artes, & ad diuerſa magiſteria, vt alij dicunt, & ad alia & alia opera, & idem eſt quærere ad quænam opera procliuis ego ſum, quænā erit ars mea, in qua fuero fortunatus: debeone operam impendere literis? Et ſi literis, philoſophię ne, an medicinæ, an alicui aliarum artium liberalium, an legibus.

Quò ad mechanicas artes, vtrum operam debeā impēdere arti fabrili, an alteri arti, & ſic de cęteris. Facit ergo Ptolemæus quatuor, primo declarat quæ ſtella examinanda eſt pro cognitione huiuſmodi artificij.

Secundo, declarat naturam cuiuſcunque ſtellæ, ad hoc magiſterium cognoſcendum.

Tertio vero loco declarat, quæ conferunt ſigna, ſub quibus rotantur ſtellæ.

Quarto loco deſcendit ad particularia Lunæ.

Quo ad primum inquit Ptolemæus, quod debemus reſpicere ad Solem & videre planetā, qui propior fuerit Soli in ortu matutino, & non ſub radiis Solis exiſtētem, & ipſum accipere pro ſignificatore actionum. Declarat enim ſub aliis verbis in li. 8. Almageſti quis ſit planeta matutinus aut veſpertinus. Et in 3. tractatu ſphæræ declaratur quod ſtellæ habent ortum matutinum & veſpertinum. Sed hoc ex tabula ortus, & occaſus ſuperius adiecta videre licet. Vult ergo, quod obſeruetur ortus matutinus, non autem veſpertinus ad quantitatem 30. graduum, vt exponit Græcus: quoniā ſi pertrāſeat 30. gr. ab ortu ſuo, non eſt ad propoſitum obſeruare illum planetam amplius. Exempli gratia, aliquis habet Solem in 15. gr. Cancri, Martem vero in 20. gr. Geminorum. Erit autem Mars diſpoſitor ad opera danda, & faciet natum eſſe procliuem ad hāc vel ad illā artem. Sed eſt animaduertendum quod ſi plures planetæ fuerint in ortu matutino, eligere debemus ſemper propiorem Soli, modò optimè cernatur, vt dicemus infra. Et ſubdit,

Vide p. 536.

*Et quæ in cæli medio fuerit.* Eſt enim quaſi vna copulatiua: ſed in expoſitione facit diſiūctionē, ſcilicet ꝙ ſi nō fuerit aliqua ſtella in ortu matutino, vt primū appareat mane, obſeruetur ſi qua ſtella fuerit in medio cęli: quia ipſa domus ſemper deſignat actiones, negotia, & opera quare ſi qua ſtella ibi fuerit, obſeruanda eſt.

Quòd ſi nullū horū inueniemus, qd erit faciēdū? vt obſeruemus dominū medij cęli. verū ſi cōtingat reperire duas ſtellas, alterā matutinam, alterā ī medio cæli, dicit ꝙ ſemper matutina erit obſeruāda, vel ea quæ fuerit in medio cæli, ſi fuerit melius cōſtituta, nā ſi illa quæ fuerit in medio cæli, erit in aliqua ſuarū dignitatū, erit obſeruāda, ſi ſtella matutina erit in aliqua dignitate, erit obſeruāda, forſam erit, ꝙ ambæ habuerint dignitatem, & ambæ obſeruentur, quod ſi vna earū erit pollentior altera, pollentior erit obſeruanda, maximè ſi habuerit conuenientiam aliquam cum Luna, vt habet in Aphoriſmis, quia harum ſtellarum illa quæ configurationē habuerit, erit obſeruāda, nā Luna habet vim ſenſitiuam, nam ſi applicat vni ſtellæ, erit appetitus nati ſimilis & ad illam operationem.

Circa hāc partē annotādū eſt, quod tres ſunt diſpoſitores magiſterij, ſicut habet Ptolemęus in litera, Mars, Venus & Mercurius, & conſentiūt ei Arabes, vt Abolahes c. 33. & vterque Iudæus in rationibus decimæ domus, & Aben. parte 5. ca. 11. & Arabs c. 90. & 128. ſed quare Mars, Venus & Mercurius accepti ſint in hoc numero ſunt diuerſæ rationes, quia Græcus dicit in expoſitione, quod cū iſti planetæ, vt ex mathematicis didicimus, ſunt veloces in motu, & feſtinatione, cū omnis ars requirat hæc, quæ ſtellis attribuūtur, ergo hæ ſtellæ habēt iuriſdictionē iſtā, qa ſtellæ ſupra Martē ſunt tardiſſimæ in motu. Luna licet ſit velociſſima, tamen eſt remota à Sole quia Ptolemæus vult ꝙ ſint priores Sole, quia ipſe eſt cauſa vniuerſalis, & quodā modo materia & potētia, in qua agūt ſtellæ & deponūt ſuas formas, quas defert ad terrā ſua magnifica actione, operationes enim ſtellarū nō eſſent ſenſibiles, ſi nō tribueret eas Soli, & Sol tribueret Lunæ & Luna terræ. Sed Arabs c. 90. aſſignat aliā rationē, & dicit, qa cū in omni actione & magiſterio tria reperiatur, ſcilicet tolerātia laboris, delectatio, & ingeniū, ad hoc ꝙ aliqua operatio bene fiat, neceſſe eſt

ſufferre

Digitized by Google

ſufferre laborem, quia aliter nihil proficitur. ſecundo neceſſaria eſt voluptas, quia delectatio perficit opus, poſtea ingenium, quia non fit ſine diſcurſu, & examine, diſcurſus autem non fit ſine ſpeculatione, ſpeculatio non fit ſine intelligentia, neceſſe eſt ergo intelligere, intelligentia autem fit ex ſcientia, & ſcientia eſt habitus quidam: ergo ſi debemus deuenire ad hũc habitum, requiruntur hæc, ſcilicet cum Mars præſit tolerantiæ & fortitudini, habet enim quandam audaciæ & fortitudinis ſignificationẽ. Venus autem affert quæ ſunt delectationis & voluptatis, quæ autem ſunt ingenij & induſtriæ Mercurius quare iure optimo factum eſt, quòd hi tres planetæ aſſumant ſibi ad munus agendi ſignificationem.

Iudæus idem intellexit, ſed ſub alijs verbis quodammodo. dicit enim ꝙ cum actiones negotia & talia exquirant longitudinem & diuturnitatem temporis, & perfectionem & induſtriã, hæc autem pertinẽt ad tres hos planetas quia diuturnitas competit Marti propter tolerãtiam, induſtria Mercurio, perfectio autem Veneri: quare iſti ſunt primi datores magiſterij.

Secundo annotandum eſt, quòd quando contingit nullum horũm eſſe aut matutinum, aut exiſtentem in medio cæli, recurrendum eſt ad dominum medij cæli. Sed inquit, iſte erit piger, & ocioſus plurimo tempore.

Abolaes voluit aliud eſſe obſeruandum, quia difficile eſt, ſemper inuenire aliquẽ Planetam matutinũ, aut in medio cæli: & ſic ne ſemp poſſimus dicere, eſſe inertem: examinat an aliquis horum trium Planetarũ ſit in medio cæli, vel matutinus, vel ſit in aſcendente, ꝙ ſi non erit in medio cæli, vel aſcendente, ſed ſit in ſeptima vel quarta ſemper actiones erunt clariores à planetis exiſtentibus in medio cæli, & in prima magis quam exiſtentium in occaſu, & imo terræ, ꝙ ſi nullus Planetarum horum ſit in aliquo cardine, nunquid natus erit ocioſus: dicit, quòd non, ſed animaduertendus eſt cui planetæ applicet Luna & ipſum ſemper obſeruabimus, ſi careamus authore magiſterij, recurramus ad planetam Luna configuretur in genitura, & ſecundum configurationem illius planetæ, poterimus facere prognoſticationem & examinationem. Sed vlterius dubitabimus, quare Sol, quare Luna, quare Iupiter & Saturnus reiecti ſunt ab hac conſideratione? Reſpõdit Arabs ca. 90. quòd cum Sol habeat reginem totius, & magis tribuat fœlicitates grandes, horret has res, quæ non ſunt grandes fœlicitates: ergo excluſus eſt, Luna vero ſua natura non poſſet conferre altitudinem, niſi per accidens, vt aliis configuratur, à quib. id accipit: ſed confert artes viles, & mechanicas, quia aut ſunt portatores lignorum, vel aquarum, & huiuſmodi: hæc ſunt opera Lunæ, ideo excluſa eſt: Saturnus autem, quia eſt planeta tarditatis, pigritiæ, & doloris. ergo ei non conuenit magiſterium, quia qui acturus eſt aliquid, neceſſe eſt quòd ſit vigilans & conſtans: vnde habet Punicus obſeruatiſſimus, quia ſi Saturnus reſpiciat autorem magiſterij, reddit ipſum adeo malè aptum ad exercitia, quòd cum incœperit ea, non complebit, ſed execrabit illud qui dederit ei tale officium.

Sed Iupiter, ſua natura Iupiter eſt Planeta religionis, & legis, quare non poteſt conferre hæc, imo ſi reſpexerit autorem operis, & perperam ille fuerit conſtitutus, ille derelinquet omnia, & aget vitam ſolitariam.

## T E X T V S.

Ὁ μὲν γὰρ τοῦ ἑρμοῦ, τὸ πράσσειν παρέχων, ὡς ἁπλῶς εἶπαι ποιεῖ γραμματέας, γραμματικοὺς λογιστὰς, διδασκάλους, ἐμπόρους, τραπεζίτας, μάντεις, ἀστρολόγους, θύτας, καὶ ὅλως τοὺς ἀπὸ γραμμάτων καὶ ἑρμηνείας, καὶ δόσεων καὶ λήψεων ἐργαζομένους, κἂν μὲν ὁ τοῦ ♄ αὐτῷ μαρτυρήσῃ, ἀλλοτρίων οἰκονόμους, ἢ ὀνειροκρίτας ἢ ἐν ἱεροῖς τὰς ἀναστροφὰς ποιουμένους, προφάσει μαντειῶν καὶ ἐνθουσιασμῶν· ἐὰν δὲ ὁ τοῦ ♃, νομογράφους, ῥήτορας, σοφιστὰς, μετὰ προσώπων μεγάλων ἔχοντας τὰς ἀναστροφάς. Ὁ δὲ τῆς ♀ τὸ πράσσειν παρέχων, ποιεῖ τοὺς παρ᾽ ὀσμαῖς ἀνθῶν ἢ μύρων, ἢ οἴνοις ἢ χρώμασιν ἢ βαφαῖς, ἢ ἀρώμασιν, ἢ κόσμοις τὰς πράξεις ἔχοντας, οἷον μυροπώλας, στεφανηπλόκους, ἐκδοχέας, οἷον ἐμπόρους, φαρμακοπώλας, ὑφάντας, ἀρωματοπώλας, ζωγράφους. ἱματιοπώλας. κἂν μὲν ὁ τοῦ ♄ αὐτῷ μαρτυρήσῃ ἐμπόρους τῶν πρὸς ἀπόλαυσιν καὶ κόσμον, γόητας δὲ καὶ φαρμακοὺς, καὶ προσαγωγοὺς, καὶ τοὺς ἐκ τῶν ὁμοίων τούτοις πορίζοντας. Ἐὰν δὲ ὁ τοῦ ♃, ἀθλητὰς, στεφανηφόρους, τιμῶν καταξιουμένους, ὑπὸ θηλυκῶν προσώπων προβιβαζομένους. Ὁ δὲ τοῦ ♂, μετὰ μὲν τοῦ ☉ συσχηματισθεὶς, τοὺς διὰ πυρὸς ἐργαζομένους ποιεῖ οἷον μαγείρους, χωνευτὰς, καύστας, χαλκέας, χωρὶς δὲ τοῦ ☉ τυχὼν τοὺς διὰ σιδήρου, οἷον ναυπηγοὺς, τέκτονας, γεωργοὺς λατόμους, λαοξόους, λιθουργοὺς, ξυλοσχίστας, ὑπουργούς. κἂν μὲν ὁ τοῦ ♄ αὐτῷ μαρτυρήσῃ, ναυτικοὺς, ἀντλητὰς, ὑπονομευτὰς, στρατιώτας, μαγείρους, περιχύτας. ἐὰν δὲ ὁ τοῦ ♃, στρατιώτας, ὑπηρέτας. τελώνας, πανδοχέας, πορθμέας, θυσιουργούς. πάλιν δὲ δύο τῶν τὰς πράξεις παρεχομένων αἱρεθέντων, ἐὰν μὲν ὁ τοῦ ☿ καὶ ὁ τῆς ♀ λάβωσι τὴν οἰκοδεσποτίαν, ἀπὸ μούσης καὶ ὀργάνων, ἢ μελωδιῶν ἢ ποιη-

μάτων καὶ ῥυθμῶν ποιοῦσι τὰς πράξεις, καὶ μάλιστα ὅταν τοὺς τόπους ὦσιν ἀμφιλελαχότες, ἀποτελοῦσι γὰρ θυμελικοὺς, ὑποκριτὰς, σωματεμπόρους, ὀργανοποιοὺς, χονδροτρόφους, ὀρχηστὰς, ὑφάντας, κηροπλάστας, ζωγράφους· κἂν μὲν ὁ τοῦ ♄ πάλιν αὐτοῖς μαρτυρήσῃ, ποιεῖ τὰ προειρημένα γένη, καὶ γυναικείους κόσμους ἐμπορευομένους, ἐὰν δὲ ὁ τοῦ ♃, δικολόγους, λογιστηρίων προϊσταμένους, δημοσίους ἀσχολουμένους, παίδων διδασκάλους, ὄχλων προεστῶτας. ἐὰν δὲ ὁ τοῦ ☿ καὶ ὁ τοῦ ♂ ἅμα τὴν κυρίαν λάβωσι τῆς πράξεως, ποιοῦσιν ἀνδριαντοποιοὺς, ὁπλουργοὺς, ἱερογλύφους, πλάστας, παλαιστὰς, ἰατροὺς, χειρουργοὺς, κατηγόρους, μοιχικοὺς, κακοπράγμονας, πλαστογράφους. κἂν μὲν ὁ τοῦ ♄ αὐτοῖς μαρτυρήσῃ, φονέας, λωποδύτας, ἅρπαγας, λῃστὰς, ἀπελάτας, ῥᾳδιουργούς. ἐὰν δὲ ὁ τοῦ ♃, φιλοπόνους ἢ δράστας, δεινοὺς, φιλοπράγμονας, ἀλλοτρίων ὑπεξερχομένους, καὶ διὰ τῶν τοιούτων πορίζοντας. ἐὰν δὲ ὁ τῆς ♀ καὶ ὁ τοῦ ♂ ἅμα τὴν οἰκοδεσποτίαν λάβωσι τῆς πράξεως, ποιοῦσι βαφέας, μυρεψοὺς, κασσιτεροποιοὺς, μολιβδουργοὺς, ἀργυροκόπους, χρυσοχόους, γεωργοὺς, ὁπλορχηστὰς, φαρμακοποιοὺς, ἰατροὺς διὰ τῶν φαρμάκων ταῖς θεραπείαις χρωμένους. κἂν μὲν ὁ τοῦ ♄ αὐτοῖς μαρτυρήσῃ, ἱερῶν ζώων θεραπευτὰς, ἀνθρώπων ἐνταφιαστάς. θρηνῳδοὺς, τυμβαύλας, ἐνθουσιαστὰς, ὅπου μυστήρια καὶ θρῆνοι καὶ αἱμαγμοὶ, τὰς ἀναστροφὰς ποιουμένοι. ἐὰν δὲ ὁ τοῦ ♃, ἱεροπροσπόλους, οἰωνιστὰς, ἱεροφόρους, γυναικῶν προϊσταμένους, γάμων καὶ συμπλοκῶν ἑρμηνέας, καὶ διὰ τῶν τοιούτων ζῶντας, ἀπολαυστικοὺς ἅμα καὶ ῥιψοκινδύνους. καὶ τῶν ζῳδίων δὲ, ἐν οἷς ἂν ὦσιν οἱ τὸ πράσσειν παρέχοντες, αἱ κατ' εἶδος ἰδιοτροπίαι συμβάλλονταί τι πρὸς τὸ ποικίλον τῶν πράξεων, τὰ μὲν γὰρ ἀνθρωπόμορφα συνεργεῖ πως πρὸς πάσας τὰς ἐπιστημονικὰς καὶ πρὸς τὴν ἀνθρωπίνην χρείαν καταγινομένας. τὰ δὲ τετράποδα πρὸς τὰς μεταλλικὰς, καὶ ἐμπορικὰς καὶ οἰκοδομικὰς, καὶ τεκτονικάς. τὰ δὲ τροπικὰ καὶ ἰσημερινὰ, πρὸς τὰς μεταβολικὰς, καὶ ἑρμηνευτικὰς, καὶ γεωμετρικὰς, καὶ γεωργικὰς, καὶ ἱερατικάς. τὰ δὲ χερσαῖα καὶ κάθυγρα, πρὸς τὰς ἐν ὑγροῖς ἢ δι' ὑγρῶν, καὶ τὰς βοτανικὰς, καὶ ναυπηγικὰς, ἔτι δὲ περὶ ταφὰς, ἢ ταριχείας, ἢ ἁλείας, ἢ φυλλίας. ἰδίως δὲ πάλιν ἐὰν ἡ ☾ τὸν προσθετικὸν τόπον ἐπισχῇ, τὸν ἀπὸ συνόδου δρόμον ποιουμένη, σὺν τῷ τοῦ ☿, ἐν μὲν τῷ τοῦ ταύρου καὶ αἰγοκέρωτος καὶ καρκίνου ποιεῖ μάντεις, θύτας, λεκανομάντεις. ἐν δὲ ♐ καὶ ἰχθύσιν νεκυομάντεις, καὶ δαιμόνων κινητικοὺς, ἐν δὲ ♍ καὶ ♏ μάγους, ἀστρολόγους, ἀποφθεγγομένους, προγνώσεις ἔχοντας, ἐν δὲ ♎ καὶ ♈ καὶ ♌, θεολήπτους, ὀνειροκρίτας, ἐξορκιστάς. τῶν μὲν οὖν αὐτῶν τῶν πράξεων εἶδος διὰ τῶν τοιούτων κατὰ τὸ συγκρατικὸν εἶδος δεήσει στοχάζεσθαι, τὸ δὲ μέγεθος αὐτῶν ἐκ τῆς τῶν οἰκοδεσποτησάντων ἀστέρων δυνάμεως, ἀνατολικοὶ μὲν γὰρ ὄντες, ἢ ἐπίκεντροι, ποιοῦσι τὰς πράξεις αὐθεντικὰς, δυτικοὶ δὲ ἢ ἀποκεκλικότες τῶν κέντρων, ὑποτακτικάς. καὶ ὑπὸ μὲν ἀγαθοποιῶν καθυπερτερούμενοι, μεγάλους καὶ ἐπιδόξους, καὶ ἐπικερδεῖς, καὶ ἀπταίστους, καὶ ἐπαφροδίτους. ὑπὸ δὲ κακοποιῶν, ταπεινοὺς, καὶ ἀδόξους, καὶ ἀπερικλήτους, καὶ ἐπισφαλεῖς, ♄ μὲν ἐναντιουμένου, καταψύξεις καὶ χρωμοκρασίας, ♂ δὲ, ῥιψοκινδυνευσίας, καὶ περιβοησίας, ἀμφοτέρων δὲ κατὰ τὰς τελείας ἀναστασίας, τοῦ καθολικοῦ χρόνου τῆς αὐξήσεως, ἢ τῆς ταπεινώσεως πάλιν θεωρουμένου, διὰ τῆς τῶν αἰτίων τοῦ ἀποτελέσματος ἀστέρων, πρὸς τὰ ἑῷα καὶ τὰ ἑσπέρια κέντρα διαθέσεως.

---

NAM ſi Mercurius autor operis & magiſterij fuerit, natus erit baratator & computator atque doctor, mercator etiam ac numulator, rerum cognitor & immolator, per ſtellarum quoque vires iudicabit,& generaliter in librorum lectionibus ac eorum expoſitionibus verſabitur,dabit etiã,& accipiet, ꝙ ſi Saturnus ei teſtificetur,

erit

Digitized by Google

erit alienarum rerum diſpoſitor, & ſomniorum interpres, vel in domibus Dei occaſione alicuius noticię ſeu diuinationis, quę in eo erit, commorabitur. ſed ſi Iupiter ei teſtificetur, erit natus autor legis, & ſapiens, cum probis etiam hominibus conuerſabitur. quòd ſi autoritas operis & magiſterij fuerit Veneris, ex odore florum & ſpecierum, ſeu ex vino vel tinctione, aut pigmentis, vel ex his quę ad ornatum pertinẽt, ſe intromittet, velut mercati ſpecies, & medicamina ac florum variationes adornare, & cauponare ſeu texere, vel pigmenta mercari, aut pingere, & colores variare vel ſeritexere. Et ſi Saturnus ei teſtificetur, erit eius mercatio in ſuperfluitatibus & mollitiis, eritque deceptor atque necromanticus, & his ſimilia. Sed ſi ei teſtificatur Iupiter, erit luctator, & coronarum compoſitor, erit etiam aptus diuitiis, & eius affluent diuitiæ mulierum occaſione. At ſi Mars Soli in figura aſſocietur, eius opus & magiſterium cum igne demorabitur, velut opus coqui, conflatoriſque metallorum, necnon opus æraminis ac minerarum auri: quòd ſi Soli non aſſociatur, nati magiſterium in ferro tractabitur, vt naues componere, arare, architectari, lapides abſcindere, in annulorum lapidibus ſigilla ſculpere, arbores findere, & his ſimilia. Si Saturnus ei teſtificetur, erit nauigator & natator, ac aquarum allator & cocus, pictor etiam, & qui in balneis morabitur. Sed ſi Iupiter ei teſtificetur, erit miles, & pœnarum miniſter, ac decimator, hoſpitator etiam ac lanio. Item ſi duo planetæ magiſterij dominium habuerint, fuerintque Venus & Mercurius, exercebit ſe in muſica vel ludis aut in cantationibus ſeu cantationum inuentionibus, vel in qualibet ſpecie reperiendi cantus. Maximè autem cum in ſua commutabuntur loca, tunc erit natus ioculator banaſtellarum & fœminarum licitator, iocoſorum etiam inſtrumentorum magiſter, & factor fidium, eritque pictor, prædicator, deriſor, & incantionum inuentor. Quod ſi Saturnus ei teſtificetur, erit eius opus & magiſterium in his quæ prędicta ſunt in mercationibus & vendet ea, quibus mulieres adornãtur. Si Iupiter autem eis teſtificetur, erit placitator & computator, ſemper in locis congregationis hominum, & circa regias portas commorabitur, docebitque pueros & in rebus vulgi ſollicitabitur. At ſi operis ac magiſterij dominium Mars & Mercurius habuerint, erit doctus in compoſitione imaginum & armorum, eritque ſculptor in rebus quibus diuinę domus vtuntur, & animalium imagines faciet, eritque luctator, medicus, chirurgicus, maleficus, fornicator, & chartarum falſificator. Sed ſi Saturnus ei teſtificetur, erit natus interfector, & aliorum veſtimenta diripiet, eritq́; viarum obſeſſor, & in cauernis morabitur, erit etiam deceptor. Quod ſi Iupiter eis teſtificetur, arma duellaque diliget, erit etiam rector & procurator, ac verſipellis, opera diliget, & circa extraneos ſollicitabitur, & ex huiuſmodi lucrabitur. Item ſi domini diſpoſitionis operis, fuerit Venus & Mars, natus erit tinctor & ſpecierum venditor, aurique & argenti ac plumbi, magiſter erit, agricola, & cum armis iocabitur, ac medicamina conficiet, & erit medicus. Et ſi Saturnus eis teſtificetur, ad immolandũ animalia Deo ſollicitabitur, mortuos induet, & deflebit funera, ac ſepulchra cãtabit. Quolibet etiam modo diuinabit in locis occultis, & vbi cantus exercentur funebres, & ſanguis effundetur, habitabit. At ſi Iupiter eis teſtificetur, in orationis domibus aſſiduè morabitur, & augur exiſtet, & in fœminis maritandis ſollicitabitur, & ad effectum perducet, & inde erit eius vita, erit & delitioſus & diſſolutę cogitationis. Propriæ autem vnicuique ſignorum figurę, in quibus ſtellę, quę dominantur, operi, mouentur, magiſterij differentias quolibet modo iuuant. Signa namque quorum figuræ figuris hominum aſſimilantur omne magiſterium ſcientiarum quibus opus habent homines, perfectione iuuant. Signa vero quorum figuræ quadrupedum figuris aſſimilantur, iuuant magiſteria minerarum, mercationum, ac ædificationum atque dolandi. Signa autem ſolſtitialia & æquinoctialia tranſlationis & variationis ac geometrię ac agriculturę, necnon rerum domorum orationis magiſteria iuuant. At ſigna quorum figuræ ferarum & aquaticorum animalium figuris aſſimilantur magiſteria, quæ ſunt ad humiditatem, & in quibus humectantia ponuntur auxiliantur, herbarum etiam compoſitionis nauium ſolertiã, ſallita quoque & ſallientia iuuant. At ſi Luna propriè loco magiſterij dominata fuerit, & poſt coniunctionem ad Mercurium iuerit, & in Capricorno vel Tauro ſeu Cancro, erit natus ſapiens & immolator, & obſeruabit aquarũ vaſa. Si autem fuerit in Sagittario, vel in Piſcibus per mortuos diuinabit, & malignos etiam ſpiritus de loco ad locum moueri coget. Sed ſi fuerit in Virgine, vel Scorpione, erit necromanticus & aſtrologus, indicabit occulta, et prædicet futura. Quod ſi in Leone, vel Ariete, vel Libra fuerit, erit propheta & ſomniorum interpres ac ſapiens. Hæc eſt igitur via quam ad magiſteriorũ qualitates, eorumque ſpecies rationabiliter cognoſcendas nobis obſeruare conuenit. Eorum autem virium quantitates per ſtellarum fortitudines, quę diſpoſitioni dominantur, ſunt obſeruandæ. Nam cum orientales vel in angulis extite-



Digitized by Google

rint, erunt illius magiſteria, dignitatis & dominationis ac fortitudinis. Sed ſi occidentales vel cadentes fuerint ab angulis, eius magiſteria ſub aliorum poteſtate conſtituētur. Sed ſi ſuper eos fortunæ vicerint, illius magiſterium erit conueniens & commendabile atque quietum, nec in eo vnquam decipietur. Sed ſi ſuper eos vicerint infortunæ, erunt vilia, deſpectibilia, atque damnoſa, & in eis decipietur. Quod ſi Saturnus impeditor fuerit, accidet ibi frigus, et prolongatio, ac pigritia. Si Mars autem impeditor extiterit, timor ibi, atque deſtructio continget. Et ſi vterque fuerit impeditor, erunt in toto tempore vitæ ſuæ multa inconuenientia. Eorum autem augmentum ac detrimentum ſtellarum qualitatibus quæ futuri ſunt occaſiones ſecundum eorū habitudinem ad angulos deprehendetur, ſi matutinales ſeu veſpertinales fuerint.

*COMMENTARIVS.*

IN præſenti textu videbimus duo, videlicet, quomodo magiſteria erunt excellentia, & quomodo obſcura: ſecundo loco quænam fuerint, ſecundum diuerſas variaſque ſyderum poſitiones hæc magiſteria diuerſa.

Quare primum ſequentes partim Ptolemæum partim Albubatrem cap. 128. & Abenragelem parte quinta. c. 11. ſi contingat vnū ex his planetis eſſe autorem magiſterij, & ſit fœliciter conſtitutus, & orientalis, & velox in curſu, & in aliqua ſuarum iuriſdictionum, & configuretur alicui beneficæ ſtellæ, ſiue erranti, ſiue cælo hærenti, nihil refert: quia præſtabiliores ſunt ſtellæ cælo hærentes, quàm errones: ſed illæ ſenſibilius agunt. ſignificant ergo (vt obſeruationibus comprobatum eſt) illum fore nobilem, excellentem, & illuſtrem: quia ſi per dignitatem faueat Sol, erit natus circa leges principis, & curialia intentus, ita vt ſit conſiliarius eius. Quod ſi Mercurius, erit ſecretarius, & ſcriba: quòd ſi Iupiter, vt ipſi inquiunt, erit ſemper natus in magiſteriis magnus, conuerſabitur cum nobilibus, & tantum cum eis aget ſua negocia: quòd ſi Iupiter erit fortunatus, erit magnus apud pontifices, vt obſeruaui in quodam humili presbytero valde familiari Iulio 2. & inueni Iouem in ſuo regno in prima domo ſextili aſpectu Mercurio, qui erat dominus magiſterij: quod ſi contingat eſſe Saturnum, vt iſti dicunt, erit curator poſſeſſionum & ędificiorum, ad populationem propter eius fortitudinem, & beneficentiam. Quod ſi fuerit Mars & contingat Martem tantum eſſe autorem magiſterij, & non Mercurium, erit eques, dux armorum, & ſimilia. Sed dicendum eſt, quod poſitio harum ſtellarum benefica eſt, ſi contingat quod deficiant in dignitatibus, ſed ſint benè conſtitutæ, ſicut per Cardines, aut ſuccedentes, habebit mediocria negocia, non illuſtria, & ſic ſunt prognoſticandæ operationes. quod ſi contingat, vt dixit Hermes, vt refert Albubater cap. 129. ſi quis habuerit authorem ſui operis in loco deiecto, in ſua humiliatione & detrimentū ſcilicet in duodecima vel ſexta, vel ſi repedet, vel ſit combuſtus, erit eius opus quærere victum ſuum oſtiatim, & dicit hoc eſſe dogma obſeruatum: quod ſi contingat penes debilitatem planetarum vt ſint Mercurius & Saturnus autores magiſterij, & reperiantur in ſignis quadrupedibus, & terreis, natus aget vilia, ſed ſi continget eſſe perperam conſtitutos, erit ex his qui ſepeliunt mortuos. hæc habet Hermes.

Quò vero ad ea, quæ Ptolemæus in litera habet, duo facit, quia primum declarat proprietates vniuſcuiuſque trium ſtellarum ſigillatim, & cum participatione Saturni & Iouis: ſecundo proprietates duarum ſtellarum ſimul operantium & impertientium negotia & magiſteria, & cum participatione Saturni & Iouis.

Quò ad primum dicit, quod ſi Mercurius erit author operis, quando erit is planeta cui applicat Luna, vel ſi erit in medio cæli, vel & melius ſi erit in ortu matutino, erit autor operis, reddet natum propenſum ad computationem, ad doctrinā, rurſus reddit ipſum negotiatorem, ſed ſunt ponderanda Ptolemæi verba. rurſus erit propenſus, vt ſit immolarius: item erit indagator rerum ſecretarū: item immolator & ſacrificiator, rurſus erit prognoſticatiuus, item conuerſatio eius ſemper erit apud libros, & dicit, erit ex his qui dant & accipiunt. hęc ſunt quæ Mercurius in ſimplici natura agit. ſed quo modo intelligenda ſunt iſta, dicam poſtea, ſed ſi Saturnus erit particeps cum eo, vel quia configuretur ei, vel ſit in aliqua eius dignitate, quia alias expoſuimus, quomodo vnus Planeta participat alterius ſcilicet vel per aſpectum, vel per aliquam ſuarum dignitatum, vt ponamus, quod ſit in Libra eſt in dignitate Saturni, quia in altitudine & trigono, quare debemus miſcere qualitates Saturni cum Mercurij qualitatibus. quare ſi quis habuerit hoc modo Mercurium, natus erit diſpoſitor rerum alienarum, & interpres ſomniorum, vel deget vitam ſuam in occulto vt prædicat futura. ſed referantur hæc ad illas antiquitates, quæ non ſunt amplius in vſu, & quod ſit diſpoſitor rerum alienarum, & tutor pupillorum, vel ſit villicus, & procurator alicuius domini, & diſpoſitor rerum eccleſiæ, interpres ſomniorum. ſed noſtro tempore deficit iſte interpres, quia dogmata prohibuerunt ſaltem natus ſic habet hanc diſpoſitionē, ſicut multis contigit ꝙ habet configuratum Mercurium cum Saturno & vaticinatur ſæpe per ſomnia, & erit propenſus ad degendam vitam in occultis, vt in illis temporibus fiebat, qui in locis ſacris, hęc meo iudicio faciebāt, ſicut mali ſacerdotes, ſcilicet imagines loqui, & actus alios exercere ad lucrandum.

Quòd ſi erit Iupiter cum eo, natus erit autor legum, erunt debiles vel potentiores.

Quòd ad Venerem plura in medium affert, nam ſi ipſa fuerit operationum datrix, reddetur natus propenſus ad confectiones aromatum, vel cōficiet vnguenta, vel erit aromatarius, vel caupo. Item textor ſerici pāni, quoniam habet hoc Venus ſimpliciter. quod ſi Venus habet iuriſdictionem cū Saturno, erit mercator ſuperfluitatū & mollitierū, dicit enim textus, vendet res muliebres, ſi vero fuerit Iupiter, erit luctator, vel componet coronas,

& ſunt

& ſunt hæc ad priſca tempora referenda illa & iſta ſimul, quæ ſunt apud nos, & erant apud antiquos, quia habebant templa, & componebant coronas diademati, & talia, ſicut nunc fit quę referuntur ad ornatus deorum, & Punicus dicit, quòd tales, qui habuerint Iouem cum Venere, erunt habituri honores ex parte mulierum.

Quò ad Martem inquit Ptolemæus examinandus eſt Mars, & videndum eſt an habeat cum Sole affinitatem an non. ſi habuerit, erit conflator metallorum, vel erit alchimiſta, & homines, qui operabuntur res igneas, quod ſi non aſſociabitur Soli, neque erit in dignitatibus ipſius, natus erit nauta ſcilicet faciet aut naues, aut carpenta, aut vomeres ad ſcindendum terras, & ſecures & talia, quòd ſi Saturnus participauerit cum eo, erit natus nauigator & coquus. quod ſi Mars participationem habuerit, erit miles, & miniſter pœnarum vel carnifex, & huiuſmodi: quod ſi fuerint diſpoſitores, Venus & Mercurius ſimul natus erit diſpoſitus ad muſicam, tam vocalem, quam inſtrumentalem, & omne genus muſicæ, & tam circa ſpeculatiuam, quam circa practicam ſemper eſt talis mixtio Veneris cum Mercurio, & frequenter inueni fuiſſe poetas ſicut examinaui genituram Baptiſtæ Carmelitæ, qui habet coniunctos ſimul partiliter Venerē & Mercurium. non modo ergo facit muſicam vocalem, & inſtrumentalem, ſed & poeſim: quod ſi Saturnus participauerit, natus erit factor & venditor ſimilium inſtrumentorum: quod ſi Iupiter, erit computator vel pædagogus, vel circa portas palatiorum magnatum commorabitur.

Vide eius Geneſim pag. 372.

Quòd ſi autor erit Mars, & Mercurius miſcetur & erit valde praua conſtitutio, erunt ſic ſemper nati excogitantes mala, adeo quod tractabunt inſidias, præſertim cum fuerint malè configurati, quia diſtemperies Martis, miſcetur cum Mercurij diſtēperie, quæ diſponit virtutem phantaſticam, & ſic facit ſemper excogitare mala, quando fuerit quadrāgulatio aut oppoſitio, aut cōiunctio ipſorū, ſed in trigono & ſextili non faciunt ſic: quod ſi erit particeps Saturnus erit operam dans his rebus ſcilicet armis, eritque deprædator viarum, & interfector: quod ſi Iupiter erit particeps, erit litigator, id eſt, emens lites, & cauſas litigandi, & ſi erit vt diximus Saturnus, reddet ita propenſum natum ad malignitatem, vt expoliet homines, & interficiat, quia miſcetur vredo Martis cum Saturni vredine, & frigiditate, quod vt plurimum efficiuntur hermaphrodytæ & fures. Multa & alia dicere poſſem, ſed quia litera eſt clara, neceſſe eſt dicere, quando hæc, quando illa euenient, & hæc eſſet magna ſpecificatio. Sed volo remittere vos ad Albubatrem, quia à cap. 90. ad 178. reddit omnes conſtellationes ſigillatim vniuſcuiuſque artificis. Sed ego generatim dicam duo, quia primo contuendum eſt, in quibus locis reperiantur diſpoſitores. nam ſi erit Mercurius & in ſignis humanis, certum erit, quod poterimus prognoſticari, natum futurum elegantem philoſophū, & operam impenſurum literis. quod ſi fuerit in ſignis igneis, ex natura illius ſigni eſt, quod verſetur circa metalla, erit campſor mercatorum : quod ſi fuerit in ſigno terreo, erit Geometra, & menſurator terrarum, quod ſi in ſignis aqueis, verſabitur circa lacunas & aquas; & qui verſantur circa foueas pro remouenda aqua à terris, & pro aere purificando.

Eodem pacto de Marte, quia ſi fuerit in ſignis igneis, erit conflator mineralium argenti & huiuſmodi: ſi fuerit in ſignis terreis, erit faber ferrarius, vel lignarius. quod ſi in ſignis aereis, componet inſtrumenta ad conficiendum globos tormentarios, & ſic in omnibus alijs ſignis. dicit Albubater ſi velimus cognoſcere quando erit ſutor ſericei panni, vel mercator, & ſi ſit Venus in prima domo in ſigno mobili vel decima domo, quia diuerſus motus arguit diuerſitatem rerum, & licet vnaquæque ſtella habeat vnam naturam, & vnum proprium motum, ſed tamen propter pluralitatem motus & diuerſam conſtitutionem habet pluralitatem operandi, ideo ſi fuerit Venus in prima domo, erit in ſigno mobili, erit mercator rerum precioſarum: ſi autem fuerit in medio cæli, erit textor ſericei panni.

Reſtat vt obſeruationibus comprobemus aliqua dicta, quia poſuit Ptolemæus conſtellationes muſicorum, & medicorum, quia Ptolemæus in iſta parte & Albub. c. 102. conueniūt, quod ſi quis habuerit Venerē autorē magiſterij cū Marte, & Mercurio, vel tres ſimul, erit medicus, & ſecundum bonas conſtellationes harum ſtellarum erit optimus, vt obſeruatum eſt, ſi fuerit mala conſtellatio, non erit ita.

Quo ad primam conſtellationem, dicit, quod ſi quis habuerit Venerem & Mercurium autores magiſterij, erit muſicus. Habemus Franciſcum Mediolanenſem, Moſchinum Florentinum, & Lauram Senenſem illuſtrem mulierem, & præcipuam ciuem: habemus Franciſcum Mediolanenſem qui propter ſuam muſicam multum valuit. fuit charus Leoni, Clementi, & Paulo Pont. habet iſte Venerem matutinam, facientem doryphoriam Soli, quæ eſt etiam extra radios, vt dicit Punicus, & eſt cum Baſiliſco, quare ipſe peruenit ad magnos honores, ita quod ex inope factus eſt diues, & ad grādes diuitias exaltatus propter illam ſtellam Mercurij, quia erat in trigono Lunæ. erant ergo ambæ ſtellæ hæ ſcilicet Mercurius & Venus autores magiſterij, & erat Mercurius prope Solem.

Vide eius Geneſim pag. 570.

Habemus in natiuitate Mochini Florentini Venerem quę eſt matutina in medio cæli. item Mercuriū in prima domo, quare ſunt autores magiſterij, vt habetur per Ptolemæū & Abolac cap. 33. quando vna ſtella eſt in medio cæli, alia in aſcendente, vnde ſemper illa orientalis eſt autor magiſterij, vnde & ipſe eſt excellentiſſimus muſicus.

Obſeruaui in genitura Lauræ mulieris inſignis, quæ pluries cantauit apud oratores Caroli. V. & ſummi Pontificis & approbata fuit multū, ita vt dixerit aliquando orator Caroli, ſe in nulla muliere vnquam talem dotem inueniſſe. habebat enim in prima domo orientalem Mercurium & Venerem ſimul in ortu matutino, & erat Venus præter hæc domina medij cæli. habuit ergo duo iura, quare fuit domina magiſterij & tantæ excellentiæ in illa muliere.

Quod attinet ad medicos, primo habemus obſeruationem Punici in calce commenti : ſciamus quod Punicus fuit medicus peritiſſimus, & gloſſauit Galenum, hic habet authorem operis:



Digitized by Google

Vide eius Geneſim Pag. 143.

Venerem quia eſt matutina, facientis doryphoriam Soli, & reſpicit ex trigono Marti & Mercurio quam conſtellationem ponit Punicus & Albubater, cap. 101.

Noui Hieronymum Bonagratiam Florentinum: inueni in eo Mercurium authorem operis, qui erat in ortu matutino qui quadrangulabatur Marti & aderat teſtimonium Veneris: quia erat in vltimis partibus Arietis, & ibat ad primas partes Tauri, ergo in ſextili aſpectu Mercurij: quare fuit medicus.

Curtius, ſi vera eſt eius genitura quæ circumfertur, habet Mercurium, authorem operis, quod eſt orientalis in 24. gradu Sagittarij: reſpicit autē Mercurium & Martem ſimul coniunctos ex ſextili aſpectu, quia ſunt in 24. parte Aquarij.

Vide eius Geneſim pag. 563.

Veſſallius, ſi vera eſt genitura quę circumfertur, habet Mercurium autorem operis matutinum & eſt in octaua parte Capricorni, Venus eſt in ſeptima parte Piſcium ſexangulabatur eidem & Mars quadrangulabatur Mercurio, & maximè quia Luna quadrangulabatur eidem: vnde ipſe incidebat corpora humana, & niſi fuiſſet Venus, fuiſſet periculū ab ipſo, quò ad vitam, quia Luna quadrāgulata Marti facit exitum infælicē, ſed Venus euitat, quia Luna defert lumen Veneris ad Martem: Volui hæc dicere propter crudelitatem Martis, maximè quia eſt in 15. parte Arietis, & Luna in 15. parte Cancri.

In calce declarauit Ptolemæus omnes particulares conſtellationes illarum trium ſtellarum & ſimiliter cum participatione Saturni & Iouis aggreditur quæ Lunæ ſunt, & dicit quaſdam conſtellationes quæ cum temporibus noſtris non occurrāt, non multum declarandæ eſſent: dicit ergo, quod ſi Venus fuerit autor magiſterij, & erit in Capricorno aut Cancro, maximè quando Luna dominata fuerit loco illi, tūc erit immolator, ſed iſtud opus non fit amplius, quia conſtellatio maior trahit minorem. Semper notemus hoc, non enim ſunt eædē leges. quod ſi fuerit in Sagittario vel Piſcibus iſte diuinabit per mortes, & necromanticas artes quod non fit amplius, expellet dæmones, ſed nō pertinet hoc ad tēpora noſtra. Reliqua ſunt clara in textu.

*Annotationes particulares De Magiſterio, ſeu exercitatione nati.*

Nominant autem Aſtrologi magiſterium, artē, ſtudium, vel actionem illam, qua aliquis vitam ducit, victum quærit, exiſtimationem retinet, & vitæ ſuæ curriculum abſoluit. Aliàs profeſſio ſiue exercitatio nati dici poteſt, quæ prorſus eſt diſſimilis. Alia enim eſt Theologica ſiue philoſophica, alia Politica, alia Mechanica. Sub theologica & philoſophica complectimur omnes, qui in docendi munere verſantur. Politicæ profeſſioni gubernationes, & functiones in Rebuſpublicis, in aulis Principum, & quicquid ad publicum regimen pertinet, vt ſunt præfecturæ, & ſimilia officia, tribuimus. Mechanicis artibus, architectonicam, texturam, & ſimiles ſubiicimus, quæ manu exercentur, & opus oculis ſubiectum relinquunt.

Cùm igitur de Magiſterio quæritur, ad quam artem & quæ ſtudia animi inclinationes ſtellis reſpōdeant, de quibus dicitur. Tu nihil inuita dices facieſve Minerua, tria præcipua membra conſiderari ſolent ab Aſtrologis.

1 An natus ſit habiturus Magiſterium: an verò otioſus & iners, ac ſine exercitatione victurus ſit.

2 Quòd genus artis ſeu ſtudium congruat nato, quid principaliter facturus, & cui profeſſioni ſe dediturus, & in qua tandem acquieturus ſit. Videmus certè, multos nō tātū vnam artē diſcere, ſed ſimul complecti plures, eaſque dirigere ad certum ſcopum ſeu finem, in quo acquieſcant. Sic eloquentiæ ſtudia multi excolunt, & legum doctrinam percipiunt, & ſe ad functiones publicas præparant. Multi Arithmeticam diſcunt & exercent, vt ad mercaturæ negotia inſtructiores accedant, &c.

3 Tertium membrum eſt, Quæ fortuna nati futura & nominis celebritas, in eo opificio & artis genere. Vtrum cum agilitate & ſplendore facili expeditoque ſucceſſu & admiratione, vel cum oblectatione & tolerantia, an verò cum aliquo ſuo contēptu, vel moleſtia, vel impatientia, artem & profeſſionem exercitaturus ſit.

*Significatores magiſterij, quomodo conſiderandi ſint.*

Ptolemæus vbi ſupra dicit ſemper eſſe aſpiciendum ad Planetam orientalem à Sole, & ſi nullus reperiatur planeta, videndum illum planetā, qui fuerit in cæli culmine: & ſecundum ipſius naturam, & naturam ſigni in quo eſt, & naturam aſpectuum ipſius fore ſimiliter magiſterium nati. At ſi nullus Planeta reperiatur huic muneri idoneus, nec manè viſus, neque in cæli culmine conſtitutus, dominum medij cæli tunc dicit, nobis accipiendum: vt officium, aut exercitium, ſtudiúmque nati cui vacare conſueuit, quando ſcilicet commodum eſt cognoſcamus.

Qualitas operis & magiſterij accipitur ſecundū opinionem Iulij Firmici lib. 4. cap. 15. ex his tribus Planetis, ſcilicet Marte, Venere, & Mercurio. Sed ex his tribus, ille decernit actus qui fuerit in medio cæli, vel in dextro, aut ſiniſtro trigono medij cæli: aut qui fuerit ex illis in prima, vel ſeptima domo.

Sed quo ad magiſterium, ad artem, ſeu ad opus nati attinet, dicunt Aſtrologi omnes, quòd ex Marte, Venere & Mercurio nati artes ſciri poſſunt. In iſtis ergo tribus Planetis quis illorum trium habuerit plures dignitates, dicitur principans in artificio. Quoniam dixerunt Sapientes antiqui quòd Saturnus nullum artificium denotat propter pigritiā nati, niſi aſpiciat dominum actionum: quarum tantum ſunt tres, videlicet Mars, Venus, & Mercurius. vnde ſi Saturnus commiſceatur illi, ſignificat artificium vile, ſicut eſt præparare coria, & aptare vias.

Quod ſi ambo fuerint in ſignis terreis, erit natus ſepultor mortuorum, vt habetur ab Abrahamo Auenare. Item Albohaly cap. 33. dicit quod ſi Saturnus reſpexerit ſignificatorem magiſterij amicis radiis, ſignificat victum nati fore ex cultu terrarū & populatione earum, & quod maior domus ſuæ erit,

Digitized by Google

erit, & maior in dominatu. Porrò ars Saturni cùm fuerit in ſigno terreſtri, fortunatus eſt de conſtructione domorum. ſi fuerit infortunatus, erit cauator terrarum: ſi autem fuerit in ſigno igneo, eſt de vena metalli inquirenda: ſi verò fuerit in ſigno aqueo, erit natus nauta, vel circulator, vel coriari': ſi fuerit in ſigno aëreo, erit balneator. Sed ſi fuerit in ſigno ſui dedecoris, erit ſtercorum expurgator: ſi verò fuerit in ſigno ſui honoris, erit natus vicarius. Hæc Hiſpalenſis cap. 16.

Iupiter non ſignificat omnino artificium, quoniam quærit res ſeculi futuri: & tamen ſi aſpiciat principantem in artificio, ſignificat lucrum magnũ & diuitias, quas ſuo acquiret artificio. Et quòd eius omnia facta erunt in rebus legum & iudiciorũ. Abrahami Auenaris ſent. cap. 33. Et Albohaly dicit quòd ſi Iupiter aſpexerit ſignificatorem magiſterij, natus erit ſcriptor & orator, honoratus apud reges & nobiles. Verum ars Iouis eſt iudicare, & fidei prælatio: confidentia in commendatione cenſus, vt dicit Hiſpalenſis vt ſup.

Sol nullum ſignificat artificium, propter elationem ſui anni, niſi ſi aſpexerit aſpectu principãtem in artificio: erit plurimum ſui artificij in domo regum, vt dicitur ab Auenare. Et Albohaly ca. 33. dicit, quòd ſi Sol aſpexerit ſignificatorem, vel cũ eo fuerit, ita vt radiis etiam ſuis ipſum comburat, ſignificat eum altum magiſterium habiturum, maximæque ſublimitatis, ac ſcriptorem regum plurimique precij apud eos, nobilis magiſterij & multæ doctrinæ fore. Et Hiſpalenſis cap. 16. dicit, quòd ars Solis eſt poteſtas, & imperium ſuper alios.

Luna nullum denotat artificium propter ſuã mobilitatem, & velocitatem motus. Verum ſi Luna aſpexerit ſignificatorem magiſterij, ſignificat ſcientiam, doctrinam, fortunam, perfectionéque nati, vt deſcribitur ab Albohaly cap. 33. verum ars Lunæ eſt negotiatio & vectura vt dicit Hiſp. c. 16.

Dicimus tamen quod ſi in Martis, Veneris, Mercuriique loco Saturnus aut Iupiter, aut Sol, aut Luna maiorem dignitatem eſſentialem habuerit, quã non habebunt Mars, Venus & Mercurius: quis ex ipſis quatuor planetis fuerit, dicitur eſſe particeps cũ domino actionum, ſcilicet cum Marte, vel cum Venere, aut cum Mercurio. Exempli gratia, in aliqua natiuitate nocturna reperio Martem in 20. gr. Libræ: Venerem in 18. gradibus Sagittarij, & Mercurium in 11. gra. Scorpij. In iſtis ergo locis Saturnus dignitates habet 8. Iupiter autem 13. Mars verò 8. Sol 1. Venus 7. & Luna 5. Ergo Mars erit dominus actionum. Et quoniam Iupiter omnes planetas ſuperat in dignitatibus eſſentialibus, dicim' eum eſſe participem cum Marte in ſignificatione actionum. Hæc ſunt quæ ſæpe ſæpius obſeruaui in multis natiuitatibus, & reperi veritatem.

*De prima quæſtione: An natus Magiſterium habiturus ſit.*

Cùm quæris, an natus artis aliquid ſeu opificiũ habiturus ſit, cõſidera dominum magiſterij. Quod ſi fuerit in aliqua dignitate ſua inuentus, vel fuerit in prima, vel decima. vel ſeptima cæli domo extra combuſtionem & radios Solis: vel fuerit dominus medij cæli: nullo modo natus erit ſine opificio, vel exercitatione.

Item ſi dominus actionum aſpiciat Lunæ locũ, natus aliquam artẽ, ſiue exercitium faciet.

Rurſus ſi plures vno fuerint domini actionum, varia erunt ſtudia. Illa tamen erũt magis diuturna & frequẽtiora, quę à fortiore planeta decernũtur.

Dominus actionum quando fuerit peregrinus, aut in caſu, vel detrimento ſuo: vel combuſtus à Sole, ſignificat quod natus erit ſine exercitatione inſigni, & vitam ducet in otio, vel habebit artem obſcuram, & ignobilem, & eam tardius & negligentius tractabit.

Dominus actionum cum fuerit in domo ſui deſcenſus, natus de ſuo magiſterio non curabit.

Luna curſu vacua ſignificat quòd natus erit ocioſus, & diliget ire per montes & deſerta.

Sciendum eſt, quòd quando aliquis planeta dominum magiſterij in aſpectu receperit, & conuenienter aſpexerit, dabit nato in magiſterio ſubtilitatem. Et ſi plures planetæ ſignificatorem magiſterij aſpexerint, natus plura magiſteria habebit. Et ſi aliquis ex dictis planetis receptus fuerit, natus magiſterium illius planetæ præcedẽtis diliget & alia reiiciet. Et ſi ſignificator magiſterij ſub radiis Solis fuerit, natus magiſterium ſuum odio habebit, & erit in eo piger & ocioſus, niſi Mercurius ſignificator magiſterij fuerit, quia tunc faciet natum ſcriptorem librorum aut magiſteriorum magis altitudine artificem.

Sententia Hermetis, Si principantem in artificio combuſtum inueneris, vel retrogradum, aut in domo ſexta, vel duodecima, & nullus planetarum Lunã aſpiciat, tunc natus quæret victũ oſtiatim.

*II. Quæſtio, de Magiſterij qualitate*

Qualitas Magiſterij ſeu artis genus, cognoſci poteſt ex natura & proprietate planetæ, opificiũ decernentis ex tribus illis, ſcilicet Marte, Venere & Mercurio: ſignoqne quòd peragrat. Item configuratione eius cum aliis planetis, vbi ſemper potior aſpectus imbecilliori præferendus eſt. Et ſi duo dominantur Magiſterio, fortior imbecilliori anteferatur.

Mas quando fuerit dominus actionum, fueritque in ſuo honore, ſignificat quòd natus erit princeps bellorum & magiſter militum: ſi vero fuerit in ſuo dedecore, erit falſificator. Auenaris ſent.

Si verò Mars aſpexerit ſignificatorem magiſterij aſpectu felici, erit phyſicus, vel vates, vel necromanticus, aſtutus, & prouidus in ſuis operibus. Albohaly ſent. cap. 32.

Ars Martis, erit bellum, inciſio, percuſsio: Et ſi fuerit in ſuo honore, natus erit primatus belli: Si verò fuerit in ſigno igneo, natus erit fabricator: Si Venus eſt cum ipſo, dat natos aurifices, ſi Mercurius eſt cum ipſo, monetarios. Si autem Mars fuerit in ſigno terreo, natus erit carpentarius: ſi fuerit in ſigno ſui dedecoris, erit phlebotomus. Si vero fuerit in ſigno humanæ naturæ, erit ſartor: ſi in ſigno aquatico, ſignificat nauium compoſitorẽ. Hiſpalenſis ſentent.

Mars ergo gubernator magiſterij efficit milites pugiles, fabros ærarios, tormẽtarios, fuſores, cauteria exercentes, chirurgos, &c. In Ariete, Leone,

&Scorpione,facit natos venatores.quod ſimiliter ſignificat,vbi dominũ magiſterij fortior aſpexerit.

Item præfectos vectigalium,vel exactores, aut principes militiæ,vel ſimile quiddam in Republica decernit.Conſideres Martem in genitura Maximiliani primi imperatoris,qui maximè delectatus eſt venationibus.

Vide eius geneſim pag.482.

Venus quando fuerit domina actionum,& fuerit in ſignis aqueis, artificium nati erit in nauib' & in rebus omnibus viuentibus in aqua: ſed quando fuerit in ſignis igneis,erit eius artificium depurare argentum,aut mundare ferrum. Si verò fuerit in ſignis aëreis,eius artificium erit inſtruere homines: ſi autem fuerit in ſignis terreis,erit foſſor,aut arator,Auenaris ſententia.

Si autem Venus aſpexerit ſignificatorem magiſterij, ſignificat natum eſſe coniunctum cum mulieribus regum,ac nobilium,ac plurimum valere apud eas: commodúmque ab eis adipiſci. Albohaly ſententia cap.33.

Ars Veneris eſt canere,ſaltare,iocare, pingere & pannos operoſos componere. Nam Venus dominà magiſterij muſicos efficit præſertim ſi à gubernatore ſigni, quod peragrat, aſpiciatur:aut ſi Venus domina horoſcopi,ſit in horoſcopo, in ſigno Iouiali,aut in proprio domicilio, vel ex iiſdẽ ſignis recepta.Sic conſtituta eſt in genitura Leonis X. pontificis, quem Muſicum excellentiſsimũ fuiſſe ſcribunt.

Efficit etiam aulicos, præfectos gynæceorum, aut muliebri fauore euectos, pictores precioſarũ veſtium, vel gemmarum inſtitores, phrygiones, pharmacopolas, aromatarios, &c. vt dicitur ab Hiſpalenſi.

Eadem efficit Venus,ſi ipſa à domino magiſterij remota, aſpexerit ſignificatorem magiſterij, fortis exiſtens.

Ita ſi Venus coniuncta eſt vel oppoſita Marti, vel recepta ab eo, ex domicilio, vel exaltatione, alterutro ſimul dominium magiſterij obtinente, aut dominum magiſterij vel medij cæli aſpiciente, Medicos inſignes efficit,qualis eſt poſitus in genitura Valerij Cordi, cuius excellentia in arte Medica,& ſingularis dexteritas fuit valde celebris.

Mercurius quando fuerit dominus actionum, ſignificat artificium nati eſſe ſapientiam,ſi nõ fuerit retrogradus:ſed ſi fuerit retrogradus,ſignificabit natum ſutorem,aut paratorem antiquarum veſtium. Si autem fuerit in ſignis terreis, aquaticis, igneis, & aëreis, ſignificabit idem quod diximus de Venere vt ſup. Auenaris ſententia.

Ars Mercurij,erit magiſterium artium, & Mercatura.Nam Mercurius facit natos literatos,mathematicos, Geometras, Arithmeticos, ſcribas,poëtas,negotiatores,mercaturæ deditos,monetarios, numularios,ſtatuarios,tornatores,&c.vt dicit Hiſpalenſis vt ſuprà.

Hæ ſunt naturales ſignificationes Martis, Veneris,& Mercurij,quæ tamen aut intenduntur aut remittuntur, pro ratione configurationis, cum Saturno,Ioue & Sole,item pro ratione ſignorum,in quibus conſtituuntur.

Mars Saturno commixtus,ſiue coniunctus,ſiue maligno aſpectu ſe reſpicientes mirificè ſignificatum magiſterij imminuit, & pro militibus efficit calones,& lixas,pro chirurgis expurgatores cloacarum & caminorum,coquos,mangones,balneatores,lictores,&c.

Si Martem Iupiter aſpexerit, efficit omnia præſtantiora, vt Capitaneos, tribunos militum miniſtros regios,præfectos vectigalium,&c.

Si Martem Sol aſpexerit,ſimiliter opificia illuſtriora decernit, ſed minus, quàm ſi Iupiter aſpiciet.

Eadem ratione ſi Venerem, vel Mercurium aſpexerint Saturnus,Iupiter, vel Sol, intenduntur ſignificationes vel remittuntur, pro aſpicientium natura,vt Mercurium magiſterij dominum aſpiciens,efficit claros oratores, doctos,celebres, cũ potentibus viris familiaritatẽ habẽtes iudices.&c.

Cum Saturnus Mercurium intuetur, procuratores ſeruiles,tornatores,figulos,coriarios,factores decernit.Item ſomniorum interpretes, ſuperſtitioſos,&c.

Sic cum Venus Saturno configuratur, vtroque planeta malè affecto, aut alterutro,facit lenones, caupones,textores,&c.

Significator magiſterij ſi fuerit boni eſſe, & in bono loco,& Mercurius aſpexerit eũ aſpectu fœlici,ſignificat natum habere bonum magiſterium, diuitiaſque,& profecturum negotiatione ſua,atq; in ſcientia ſcripturæ & arithmeticæ, multa dãtem & multa accipientem, bono ingenio, ac probatis moribus præditum. Albohaly cap.33.

Et ſcias quòd ſignificator magiſterij, ſignificat opus & magiſteria,prout naturæ ſigni,in quo fuerit,conuenit.

Domin' actionũ:
- In domo Saturni ſine aſpectu fortunæ ſi fuerit, ſignificabit magiſterium malum,& miſerum atque vile.
- In domo Iouis fortunatus ſi fuerit, ſignificat magiſterium bonũ & altum.
- In domo Martis fortunatus ſi fuerit,magiſterium cum ingenio & artificio, in quo gaudium & lætitia adhæret,ſignificatur.
- In domo Solis,ſi fortunatus fuerit,magiſterium in rebus dominorũ ac principum cum honore portendit.
- In domo Lunæ, magiſterium extraneũ quod homo aſtutia & ingenio ſuo faciet, oſtendit. Albubatris ſententia, capit.90.

Signa æquinoctialia & ſolſtitialia conducunt ad artes,quæ in ingenij contemplatione verſantur,vt ad Geometriam,medicinam,interpretationes, & agriculturam.

Signa humanæ naturæ vt ſunt Gemini, Virgo, Aquarius,& Libra conducunt ad liberalium artiũ cognitionem,& earum quæ in vita maximum vſum habent.

Signa figuræ quadrupedum,vt ſunt Aries, Leo, & Sagittarius ad mechanicas artes, negotiationẽ fabrilem,architectonicam & metallica.

Signa terreſtria & aquatica vt Taurus & Capricornus,item Cancer,Scorpio & Piſces ad tractandas res,quæ circa aquas verſantur, nauticam, nauium fabricationem,ſalſamenta,herbas, &c.

Quando

Digitized by Google

Quando inueneris dominum actionum tantum in domo ſua,da nato magiſterium altius.Et ſi fortis ac fortunatus,ac in exaltatione ſua fuerit,da ei magiſterium altius quàm habere poſſit:quia natus in dicto magiſterio erit famoſus atque magiſter nominatus.Et ſi dictus dominus retrogradus tantum fuerit,minue medietatem magiſterij.Et ſi retrogradus ac peregrinus fuerit, minue tres partes magiſterij.Et ſi retrogradus peregrinus & combuſtus fuerit,minue totum magiſterium , quia natus de eo non habebit,niſi famam & nomen.

Dominus actionum in decima domo cùm fuerit,erit magiſterium nati ornatum & leuatum.

Dominus actionum in deſcenſione ſua poſitus, dabit nato magiſterium magni laboris & pauci lucri:& ſi in loco illo dignitatem aliquam habuerit, dabit nato magiſterium medium.

Dominus tertius triplicitatis decimæ domus ſi fuerit fortunatus,ſignificat quòd natus erit nobilis,altus , laudatus, &c. Si in diuerſo ſtatu fuerit, contrarium ſignificat.

Saturnus vel Mars dominus duodecimæ in horoſcopo inclinant natum ad venationem.

Iupiter ſi fuerit in quarta domo in ſuo hayz,natus erit nobilis,aut mercator animalium , aut paſtor beſtiarum,erit homo iuſtus, & finis vitæ eius melior erit principio.

Mars ſi fuerit occidẽtalis in Cancro , non aſpiciens Saturnum,nec Iouem,nec Venerem,neque Solem,ſic natus erit phlebotomus. Eodem modo Marte exiſtente in Capricorno,erit corruptor hominum,& effuſionis ſanguinis amator.

Mercurius dominus medij cæli in quarta domo occidentalis,egreſſus radios Solares in aſpectu Iouis bono:facit natum cancellarium Regis.

Mercurius recipit naturam Martis in domibus illius exiſtens.Et ſi fuerit configuratus eidem cadenti ab angulo,erit natus amator venationis , & diliget ludere taxillis. Si verò cadens non fuerit, erit bellicoſus & miles.

Mercurius ſi fuerit in Horoſcopo , natus erit Aſtrologus,& ſi eum aſpiciat Iupiter , erit theſaurarius regis.Idem ſi Sol aſpexerit eum.Hæc Albohaly cap.33.

Pars fortunæ ſi fuerit cum Marte, natus erit miles,vel capitane',vel eques, armiger, vel venator, maximè ſi Luna cum eo fuerit.Albohaly cap.34.

Pars audaciæ ſi fuerit in angulo fortunata,facit capitaneum exercitus.

Quæ pars in die accipitur à Marte in parte fortunæ.Nocte è contrà & proiicitur ab horoſcopo.

Quando aliquod luminarium fuerit in domo Martis,aſpiciendo partem prædictam, & eius dominum,ſignificat idem.

Si pars audaciæ & eius dominus fuerint in angulis,& maximè in domo Martis aut Solis, ſiue Iouis cum aſpectu alicuius eorum,Vel ſi fuerit Luna cum Sole,vel cum Marte in angulo: vel Sol & Luna cum Marte,& aſpexerint partem audaciæ dominúmque eius trigonica radiatione,ſignificat natum eſſe ſtrenuum.

Si fuerit dominus partis audaciæ cum Marte, in domo nóna,ſignificat ſtultitiam nati,& quod erit exiguæ pietatis.

Mars quando non fuerit in angulo , ſignificat quòd natus non erit celebris , aut honoratus ex ſtrenuitate.

Quando pars militiæ non fuerit in domo Martis,natus non erit honoratus in militia ex fortitudine ſua.Quæ pars accipitur in die à Sole in Saturnum,in nocte è contra,& proiicitur ab aſcẽdente.

Mars ſi fuerit in prima cæli domo , ſignificat quòd natus auerſabitur homines , & erit cupidus cædium , & effuſionis ſanguinis humani,& ſignat ſemper hominem ſceleroſum,& impium,qui exercebit turpes libidines , & omnis generis flagitia perpetrabit.Hæc Albohaly cap.34.

Optimũ eſt in militia,vt Iupiter reſpiciat Martem per bonum aſpectum.

Saturnus coniunctus per corpus,aut quadrato, aut oppoſito cum parte audaciæ,nõ admittit præfecturam militum.Hæc ſcripſit Albohaly cap.34. ſuarum obſeruationum.

Quando Iupiter cum ipſo Mercurio iũctus fuerit,natus erit clericorum aut inter cleros iudex. Albubatris ſent.cap.28.

Si fuerit Mars occidentalis in Cancro, nõ aſpiciens Saturnum,nec Iouem,nec Venerem , neque Solem,ſic natus erit phlebotomus. Eodem modo Marte exiſtente in Capricorno, erit corruptor hominum,& effuſionis ſanguinis amator. Albohaly cap.34.

Si fuerit Sol in horoſcopo , & Luna in medio cæli,natus erit audax & effuſor ſanguinis. Similiter quando horoſcopus fuerit maſculinus,& ambo luminaria in ſignis maſculinis,& dominus aſcẽdentis in maſculino ſigno,& Mars in angulo,idem ſignificat.

Mars in ſignis aqueis,facit natum timidum magna tamen audacia præditum.

Mars in domo Lunæ,facit natum crudelem.

Mars cum Mercurio in medio cæli facit prædonem famoſum.

Mars cum Mercurio ſub radiis in angulo, facit latronem notum & famoſum.

Mars cum Luna in angulo ſub radiis , facit latronem ſolitarium,& ſecretum.

Dodecatemorion Martis cum Mercurio ſi fuerit,& vnus eorum commixtus aſcendenti , vel habens teſtimonium in aſcendente,natus erit audax.

Dodecatemorion Saturni ſi fuerit in domo Iouis,dat officium iudicis.

Dodecatemorion Iouis in domo Mercurij Ioue habẽte dignitatem in horoſcopo,natus erit ſapiens,& legum obſeruator. Hæc Alboh.cap.34.

*III. Quæſtio de ſucceſſu Magiſterij.*

Succeſſus ergo & celebritatem opificij ratiocinaberis ex conſtitutione & fortitudine ſignificatoris,& domini magiſterij. Qui ſi fuerit potẽs ratione eſſentialium dignitatũ,& liber ab oppugnatione maleficarũ partili vel plactica , & fuerit orientalis & in cardinibus,facit artifices celebres,antecellentes aliis,venuſtos,gratioſos,aut publica opinione induſtriæ,& artis claros.

Si verò fuerit debilis,occidentalis aut cadẽs ab angulo,aut à maleficis læſus hoſtili radio , reddit ignobiles,inuenuſtos , inhabiles , aliis ſubiectos, contemptos in ſua parte,parum lucrãtes, facilem

repre

Digitized by Google

reprehenſionem aliorum incurrentes.

Quòd ſi fortis per ſe,id eſt ratione dignitatum eſſentialium fuerit magiſterij dominus, ſed à maleficis læſus,ſignificat quidem fortunam,ſed multis periculis,& impedimentis coniunctam: Saturno aduerſante, propter timiditatem, deſperationem,imbecillitatẽ,aut ignauiam: Marte, propter temeritatem,violentiã,aut infamiam. Cùm ambo lædunt magiſterij dominum, ſignificantur maximæ & multiplices aduerſitates.

Si diſpoſitor magiſterij fuerit bene affectus, ſignificat bonum: ſi autem malè, contrarium promittet.Si enim aſpexerint eum fortunæ, ſignificabuntur opera nati,eiuſq; magiſteria conuenientia ſimiliter & commoda:& quod exinde commendabitur natus: & in illis & ex illis ſecurus exiſtet, nec de eorum cauſa verecundiam, vel opprobriũ aliquod patietur:ſed honorem atq; vtilitatẽ pro- vt opus,ſeu magiſterium in ſua natura fuerit,& ex illa occaſione ſublimabitur,& pro eo magiſter dicetur.Hæc Guido Bon. cap. 1. in ratione decimæ domus par.5.

Dominus ſecũdus triplicitatis decimæ domus ſi fuerit in bono ſtatu,natus erit fœlix in operibus ſuis.Si in contrario ſtatu,dic contrarium.

Dominus actionum in ſuo ſigno liber ab impedimentis, ſignificat, quòd natus in ſuo magiſterio lætitiam ac fortunam habebit.Et ſi in loco forti infortunatus fuerit, natus in magiſterio ſuo erit odioſus.

Quando ſignificator magiſterij in Horoſcopo, vel per quinque gradus ante aſcẽdens fortunatus fuerit,natus in magiſterio ſuo erit fortunatus, ac in fortuna ſua addens.

Dominus actionum in duodecima domo ſignificat quòd natus erit à Deo fortunatus,ſed in fortuna ſua minuens.

Dominus actionum in ſecunda domo ſi feralis fuerit,intrabit in magiſterio nati mala cogitatio cum vituperio.

Dominus actionum infortunatus à Saturno,dabit nato magiſterium cum pœna & labore graui, & ob hoc natus ipſum dimittere appetet.

Dominus actionum infortunatus à Marte,nato ſuper magiſterium illud infamiam,& calliditatem ac animi magnitudinẽ imponet. Quòd ſi Mars tũc infortunatus fuerit,natus de leui magiſterium ſuũ dimittet,& fortè magiſterium illud erit ſibi inutile.Ex qua cauſa ſcripſit Albohaly cap.33. quòd ſi aliquis malorum aſpexerit ſignificatorem magiſterij,fuerítque in loco forti ſuę dignitatis,ſignificat laborem,ac difficultatem in magiſterio.

Pars operis & magiſterij,& eius dominus ſi fuerint fortunati,& in bono eſſe,natus inſinuabit facile ſe magiſteriis,& operibus bonis.Et ſi fuerit in Geminis,vel Virgine, vel aliquo ſignorum ſignificantium mores & magiſteria,natus erit laudatus in operibus,& factis manuum ſuarum: & ſi cũ hoc habuerit aliquam commixtionem cum ſignificatoribus domus ſubſtantiæ, lucrabitur inde magnã ſubſtãtiam,ſi non,nihil lucrabitur inde. Quæ pars accipitur die ac nocte à Sole in gradum medij cæli,& proiicitur ab Aſcendente.

Si in anno quo profectio aſcendentis radiis peruenerit ad ſignũ Medij cæli,fuerit in eo aliquis ex planetis magiſteriũ ſignificantibus,renouabit natus magiſterium ſuum,ſecũdum naturam ſubſtantiæ planetæ,qui ibi fuerit,& ſecundum eius commixtionem cum aliis ſtellis.

Genium,ingenium,ſydus, & locum eis conuenientem ſi quis vult cognoſcere, vt poſsit natus proſperè viuere, & profeſsionem ſuam naturalẽ agere,habetur à Marſilio Ficino Florentino lib.3. cap.23.de vita cælitus comparanda: Et ideo remitto ad eum lectorem.

De his omnibus vide plura in Pontano lib.7.de rebus cæleſtibus.

### *Annotationes vniuerſales.*

Dominus vndecimæ domus in prima ſignificat,quòd natus erit fortunatus in rebus agendis.

Saturnus exrra domum & regnum ſuum ſi fuerit in vndecima domo,negocia nati erunt vt plurimum vacua.

Saturnus extra domum & regnum ſuum ſi fuerit,natus erit timidus in ſuis negociis.

Iupiter in prima domo,dat nato proſperũ ſucceſſum in rebus ſuis.

Iupiter ſi fuerit in decima domo, natus erit honoratus in ſuo magiſterio.

Iupiter in domo Veneris dat negocia cum nobilibus.

Mars extra domum vel exaltationem ſuam,facit hominem lanium,aut carnificem,vel lictorem, quando fuerit poſitus in ſexta domo: ſed quando fuerit in ipſa domo in ſuo domicilio, vel regno, facit natos bonos medicos.

Sol in nona domo poſitus ſignificat,quòd natus erit honoratus in ſuo exercitio.

Sol in decima domo, dat nato magnum nomẽ in ſuo magiſterio,& exercitio.

Sol in domo Saturni in natiuitate diurna, ſignificat quòd natus erit perfectus in omnibus ſuis operibus.

Venus in prima domo ſignificat,quòd natus erit fortunatus in omnibus operibus ſuis.

Venus in nona domo, ſignificat quòd natus erit laudatus,& honoratus in ſuo magiſterio.

Venus in domo ſua ſignificat magnam *proſperitatem* & lætitiam,& quòd erit natus fortunatus in omni re,& habebit bonum effectum & exitum fœlicem in omni ſuo opere.

Mercurius in quinta domo,facit natos equites, legatos,vel homines qui ambulant per mundum.

Mercurius ſi fuerit in nona domo,erit nat' mercator in terris longinquis.

Mercurius ſi fuerit in vndecima domo, natus habebit fortunam bonam in omnibus rebus,quas incipiet.

Mercurius ſi fuerit in domo Saturni, natus habebit negocia cũ religioſis, & hominib' ſapiẽtib'.

Mercurius ſi fuerit dominus Aſcẽdentis in bono loco non impeditus,natus erit conſul principum.

Luna ſi fuerit in prima domo, natus fiet negociorum variorum operator.

Luna in tertia domo, dat nato negocia cum nobilibus.

Luna in ſexta domo,dat nato negocia cum gente vili pluſquam cum nobili.

Caput

Digitized by Google

Caput Draconis in nona domo facit natos in ſuis operationibus fortunatos.

Caput Draconis ſi fuerit in decima domo, natus ex ſuo magiſterio acquiret honorem, famam, & lucrum.

Cauda Draconis in nona domo facit natos in ſuis exercitiis infortunatos.

### EX ALBVBATRE.

#### *De Magiſterio nati.*

Scias quòd Magiſteriorum ſunt tres domini, videlicet Mars, Venus & Mercurius. Mars propter ſuam leuitatem, mobilitatem, caliditatem, lætitiam ac fortitudinem, vnus ex magiſteriorum dominis factus eſt.

Mercurius verò quia habet intellectum, ſubtilitatē, iudicium, loquelam, & ſcripturam, dominus magiſteriorum cum Marte factus eſt. Venus autem, quia habet operationem manuum & formas mirabiles, nec non res perfectas cum durabilitate & tarditate, magiſteriorum dominium cum alijs aſſumpſit.

Antiqui ergo non ſine cauſa prædictis tribus planetis magiſteriorum dominia tribuerunt: ſed Saturn', Iupiter, Sol & Luna, nihil in magiſterijs ſine participatione prædictorum triū planetarum ſignificant. nec mirum, Nam Sol regna & reges, necnon viros altos & ſublimes & qui alijs dominantur, nec ſerui fiunt, ſed ſeruos & artifices ſub ſe habent, ſignificat.

Saturnus eſt dominus pigritiei, auariciæ, ponderoſitatis, miſeriæ, turpitudinis ac triſtitiæ.

Iupiter eſt dominus religionis, orationis, & ſimplicitatis. & ergo cum ipſe in natiuitate aliqua peregrin' aut infortunatus ſine aliquo dictorum dominorum aſpectu fuerit, natus ab iſtis ſecularibus liberabitur, & cogitabit ea, quæ Dei ſunt, mundum dimittet, ac vitæ miſeræ efficietur.

Luna eſt domina debilitatis, feſtinationis, velocitatis, pauci intellectus ac velocis reſponſionis, & maius opus eius eſt ire ac redire. Quando ergo Luna in aliqua natiuitate malè diſpoſita fuerit, natus erit motionis infructiferę. Et ſi fortis fuerit, ſignificabit portationem lignorum & ſaccorum, ac opera manualia, ac præcones, necnon eos, qui inter alios diſcordiam ſeminant, dicendo quòd talis de eis malum dixit. Et ſignificat omne opus, in quo manibus ac pedibus laboratur, & hoc ſecundum aſpectum & receptionem cū prædictis tribus dominis & alijs planetis.

Præterea ſciendum eſt, quòd aliqui ſunt, qui habēt magiſteria in loquela, voce, & lingua: & aliqui qui operantur manu ſicut ſcriptor: & alij qui operantur in computationibus venditionibus & emptionibus: & alij ſunt qui ſunt pigri ſine magiſterio.

Cum de magiſterio nati diſcernere volueris, & vnum ex magiſteriorum dominis in domo ſua tantum inueneris, da nato magiſterium altius. Et ſi fortis ac fortunatus, ac in exaltatione ſua fuerit, da ei magiſterium altius, quàm habere poſſit, quia natus in dicto magiſterio erit famoſus atque magiſter nominatus. Et ſi dictus dominus retrogradus tantum fuerit, minue medietatem magiſterij. Et ſi retrogradus ac peregrinus fuerit minue tres partes magiſterij. Et ſi retrogradus peregrinus & combuſtus fuerit, minue totum magiſterium, quia natus de eo non habebit, niſi famā & nomen. Et ſcias quòd ſignificator magiſterij, ſignificat opus & magiſteria, prout naturæ ſigni, in quo fuerit, conuenit. Quod ſi dictus dominus in domo ſua non fuerit, ſed in ſigno in quo dignitatem non habet, coniunge naturam ſigni alicuius domini cum natura ipſius.

Quando ergo ſignificator magiſterij in domo Iouis fortunatus fuerit, magiſterium bonum & altum ſignificat. Et ſi in domo Saturni ſine aſpectu fortunæ fuerit, magiſterium malum & miſerum atque vile ſignificabit. Et ſi in domo Martis fortunatus fuerit, magiſterium cum ingenio & artificio, in quo gaudium & lætitiam adhæret, ſignificatur. Et ſi in domo Solis fortunatus fuerit, magiſterium in rebus dominorum ac principum cum honore portendit. Et ſi in domo Lunæ fuerit, magiſteriū extraneum quod homo aſtutia & ingenio ſuo faciet, oſtendit.

Quando ſignificator magiſterij in aſcendente vel per quinque gradus ante aſcendens fortunatus fuerit, natus in magiſterio ſuo erit fortunatus, ac in fortuna ſua addens. Et ſi vltra hos gradus infra 12. domum fuerit, natus erit à Deo fortunatus, ſed in fortuna ſua minuens. Et ſi in ſecunda domo feralis fuerit, intrabit in magiſterio nati mala cogitatio cum vituperio. Et ſi in decima domo fuerit, erit magiſterium nati ornatū & leuatum.

Quando Venus magiſterij ſignificatrix exiſtens in ſigno humano fuerit, & vnus de ſuperioribus planetis bono aſpectu ipſam ex ſigno humano aſpexerit, natus erit cantor lætus atque luſor, & ſic de alijs ſimilibus. Et ſi in fortunato eam aſpexerit, magiſteriū nati erit circa res odoriferas, & fructus redolentes, & ſic de alijs. Et ſi ipſam ex ſigno terreo aſpexerit, natus gemmarum aut vitrorum, & horum ſimiliū venditor erit. Et ſi ex ſigno aqueo ipſam bono aſpectu aſpexerit, erit venditor margaritarum & lapidum alborum & lucidorum, & ſimilium, qui in mari reperiūtur. Et ſi ex ſigno igneo eodem modo ipſam aſpexerit, natus erit aurifaber, & ſic de alijs magiſteriis precioſis, quæ per ignē fiūt. Et ſi ex ſigno quadrupede ipſam aſpexerit, natus erit vēditor equorum, cirogrillorum & onagrorum, aut boum montanorum, & ſic de alijs ſimilibus.

Quando Mars ſignificator magiſterij fuerit, & aliquis ex planetis magiſteria ſignificantibus ex ſigno igneo ipſum aſpexerit, natus erit faber, aut metallorum fuſor, & ſic de alijs. Et ſi ex ſigno terreo ipſum aſpexerit, natus erit figulus aut vitrarius, & ſic de aliis magiſteriis quæ ex terra & igne fiūt. Et ſi ex ſigno aqueo ipſum aſpexerit, natus erit balneator aut tabernarius, vel caſeorum factor ſeu aquarū diſtillator, & ſic de aliis magiſteriis quæ ex aqua & igne fiunt. Et ſi ex ſigno aereo ipſum aſpexerit, ac in eo peregrinus fuerit, natus lapides ingeniis vel machinis proijciet, aut ſagittarius erit vel auceps, & ſic de aliis magiſteriis quæ mediante aere vel in aere fiunt.

Quando Mercurius ſignificator ingenij exiſtens in ſigno humano fuerit, & aliquis de planetis magiſteria ſignificantibus ipſum bono aſpectu aſpexerit, ſignificat doctrinam verborum, & recordationē ſanctorum hominum, formoſorum ac hiſtoriarum, necnon philoſophiam & ſciētiam dictaminis indicat. Et ſi in ſigno igneo fortunatus fuerit, campſores & monetarios ſignificat. Et ſi in ſigno terreo fuerit, ſeminatorem terrarum, ac earum menſurationem, numerū, & computationem atque Geometriam ſignificat. Et ſi in ſigno aereo fuerit, aucupes portendit. Et ſi in ſigno aqueo fuerit, ductorem aquarum & fluminum ſignificat.



Digitized by Google

Quādo Luna in domo vel exaltatiōe ſua, aut in aliqua dignitatum ſuarū exiſtens, Soli ex decima domo alligauerit, & vnus magiſteriorū eam bono aſpectu aſpexerit, magiſteriū circa reges, & nati exaltationē ſignificat. Et ſi Lunā ſic diſpoſitā, Mars bono aſpectu aſpexerit, natus erit magiſter militum ac bellorum ordinator, necnon fornicationis & latrocinij iudex. Et ſi Mercurius loco Martis ipſam aſpexerit, ordinationem pecuniarum ac collectarū rerum ſignificat. Et ſi loco Mercurij Iupiter eā aſpexerit, natus erit iudex ac iuſtitiæ regis conſeruator. Et ſi loco Iouis Saturnus in loco magiſterium ſignificāte exiſtēs, ipſam aſpexerit, & Iupiter cū Saturno per dominiū ac poteſtatē fuerit, natus erit dñs domus regis, aut alicuius magni viri. Et ſi alligatio Saturni, per cōiunctionē cū Venere fuerit, & ambo in aſcēdēte vel vndecima domo, ac in ſigno humano, caut⁹, liberalitatē & gaudiū ſignificat. Et ſi Mercurius eos aſpexerit, cōpoſitionē inſtrumētorum muſicalium portendit. Et ſi Mars eos aſpexerit, ioculatores & imaginū ſculptores, & ludorum velitores ſignificat. Et ſi loco Martis Iupiter eos aſpexerit, libros legis ac eorum lecturā, necnō dulces cantus in rebus fidei atque voces quaſi flentium & oratiū dominū indicat. Et ſi loco Iouis Saturnus eos aſpexerit, planctus mortuorū ac dolorē ſignificat. Et ſi Luna Mercuriū in ſigno quadrupede alligauerit, doctrinam oſtendit. Et ſi Luna Solem bono aſpectu aſpexerit, cartas regum, & eorum ſcripturas portendit. Et ſi loco Solis Iouē aſpexerit, ſcripturam librorū, ſimplicitatē & res geſtas ſignificat, & forſam ꝙ natus erit ſcriptor iudiciorū, vel aduocatus aut tabellio. Et ſi loco Iouis Venerē aſpexerit, ſcripturā verſuū à mulieribus ac eorū doctrinā & ſapiētiā indicat. Et ſi loco Veneris Martē aſpexerit, natus erit ferrator equorū, aut beſtiarū ductor vel medicus. Et ſi loco Veneris aſpexerit Saturnū, natus erit ſculptor imaginū necromantiæ. Et ſi alligatio Lunæ cū Saturno fuerit, & Saturnus in ſigno terreo, ædificationē ac ædificationū magiſteria portēdit. Et ſi Sol Saturnū aſpexerit, ædificationē ex magnis lapidibus ſignificat. Et ſi loco Solis Iupiter eā aſpexerit, ædificationē eccleſiarū & locorū, in quibus ſunt oratoria & materia idolorū indicat. Et ſi loco Iouis Venus eā aſpexerit, omnē ædificationem pulchri aſpectus portēdit. Et ſi Mars loco Veneris ipſam aſpexerit, ædificationem furnorū, aut ſtufarū uel fornacū oſtēdit Et ſi Mercurius loco Martis ipſam aſpexerit, ædificationē domorū fundamentorum ſignificat. Et ſi Saturnus in ſigno aqueo fuerit, cōpoſitionem laterū nō coctorū ac uaſorū, uel murorū ex luto indicat Et ſi alligatio eius cū Marte fuerit, & Mars in ſigno igneo, magiſterium ignis ſignificat. Et ſi Sol ipſam aſpexerit, magiſterium nati erit circa reges, aut natus erit armorū & gladiorū fabricator. Et ſi Iupiter loco Solis ipſam aſpexerit, natus erit magiſter æris vel cupri aut metalli. Et ſi loco Iouis Saturnus ipſam aſpexerit, natus erit faber. Et ſi Venus loco Saturni ipſam aſpexerit, natus erit auri faber, Et ſi Mercurius loco Veneris ipſam aſpexerit, natus erit campſor vel monetari⁹ aut ſigillorū ſculptor. Et ſi fuerit aſpectus Solis & Lunę ad eum, natus erit plumbi artifex. Et ſi aſpectus ad Mercurium fuerit, natus erit magiſter puerorū aut iudex. Et ſi Mars ipſam ex ſigno humano aſpexerit, natus erit phyſicus, maximè ſi Mars fortunatus fuerit, & ſi retrogradus aut infortunatus fuerit, natus erit tonſor. Et ſi Mars in ſigno beſtiæ ipſam aſpexerit, natus erit carnifex Et ſi eum de poſtrema parte Sagitarij aſpexerit, natus erit beſtiarum medicus. Et ſi aſpectus Veneris fuerit, natus erit bariſaldus. Et ſi aſpectus Saturni fuerit, & Saturnus in ſigno humano, natus erit foſſor. Et ſi in ſigno beſtiæ fuerit, natus erit coriorum præparator.

Et ſciēdū eſt, quòd qñ aliqs planeta dominū ſignificatorē magiſterij in aſpectu receperit, & cōueniēter aſpexerit, dabit nato in magiſterio ſubtilitatem. Et ſi plures planetæ ſignificatorē magiſterij aſpexerint, natus plura magiſteria habebit. Et ſi ali qs ex dictis planetis receptus fuerit, natus magiſteriū illius planetæ præcedētis, diliget, & alia reijciet. Et ſi ſignificator magiſterij ſub radijs Solis fuerit, natus magiſteriū ſuum odio habebit, & erit in eo piger & ocioſus, niſi Mercurius ſignificator magiſterij fuerit, quia tunc faciet natū ſcriptorē librorū aut magiſteriorū magis altitudine artificem. Et hæc de magiſterijs natorum generaliter dicta, ad alia particularia deſcendamus. ca. 90.

*De natis textoribus.*

Quādo Mercuri⁹ ſignificator magiſterij exiſtēs, deſcēdens vel retrogradus fuerit, natus erit textor. Et ſi Sol ipſum aſpexerit, erit textor tapetorū & ſimilium. Et ſi Venus ipſum aſpexerit, erit textor bocaxini, & aliorū, quæ ex bōbice fiunt. Et ſi Saturnus ipſum aſpexerit, erit textor ſamitorū & ſurianorū & ſimiliū. Et ſi Iupiter ipſum aſpexerit, erit alkiſons pannorū ſubtilium de lana. Et ſi Luna ipſum aſpexerit, erit textor ſtorierum. Et ſi Saturnus in Geminis fuerit, erit textor pannorum lini. cap. 91.

*De natis ſutoribus.*

Quando Mercurius in quarta domo infortunatus fuerit, ſicut dictum eſt, natus erit ſutor, Et ſi Iupiter ex ſigno beſtiæ ipſum aſpexerit, natus erit pelliparius. Et ſi Sol ipſum aſpexerit, natus erit ſutor vexillorum ac tētoriorum, & ſimilium. Et ſi Venus ipſum aſpexerit, natus erit ſutor cortinarum atque lanæ. Et ſi Luna ipſum aſpexerit, natus erit ſutor pannorum de lino vel bōbice. Et ſi nullus planetarum ipſum aſpexerit, natus erit operator ſetæ atque ſutor. cap. 92.

*De natis cerdonibus vel alutarijs.*

Quādo Mars Ioui in aliquo angulorum firmamentum præbuerit, & Venus ex ipſis in ſigno igneo & alter in ſigno beſtiæ fuerit, natus erit ſotularium factor. Et ſi Saturnus ipſos aſpexerit, natus coria ſcindet atq; ſuet. Et ſi Mercurius cum Marte ſe miſcuerit, natus erit inſtrumenti vel ornamenti, quo homines in terra Maurorum vtuntur, & portant ipſum in capitibus cum fructibus Sazaph, compoſitor. Et ſi Saturnus cum Marte ſe miſcuerit, natus erit coriorum præparator, aut inſtrumētorum de corio ad pugnandū factor. Et ſi Venus Martē de domo Saturni aſpexerit, natus erit cerdo & coriorum ſutor. Et ſi Sol Veneri firmamētū præbuerit, natus erit habenarū & corrigiarū, quibus beſtiæ percutiuntur, ac vaginarum ſutor. cap. 93.

*De natis carpentarijs.*

Quādo Mars Mercuriū ex domo magiſterij aſpexerit, & ſignum illius dom⁹ de ſignis ſeminū & terræ naſcētium fuerit, natus erit carpentarius, aut illius magiſterij, quod fit ex ligno & ferro. Et ſi Venus ipſos aſpexerit, natus erit factor tubarum aut fiſtularum, vel cithararū & ſimilium inſtrumētorum. Et ſi Saturnus eos aſpexerit, natus erit carpētarius domorū, ac omniū qbus indigēt ædificatores quātū ad ligna. Et ſi Sol ipſos aſpexerit, nat⁹ erit carpētarius ſcutorū & aliorum

aliorum inſtrumentorũ, quæ propter reges & prælia componuntur. Et ſi Iupiter eos aſpexerit, natus erit operator inſtrumentorum, quibus pontifices & abbates in eccleſiis vtuntur, aut inſtrumẽtorum, quibus lapides in altum eleuantur. Et ſi Luna ipſos aſpexerit, natus erit nauium ac pôtium operator.

Quando Saturnus, Mars & Venus fuerint adinuicem in ſigno maſculino Martis, & maxime in Ariete, Leone, vel Sagittario, natus erit carpentarius vel lignorum mercator. cap. 94.

*De natis pictoribus & ſculptoribus.*

Quando Luna in termino Mercurij ipſum ex ſignis humidis aſpexerit, natus in picturis ſuis variis coloribus, & ad videndum placidis vtetur. Et ſi Mars ipſam aſpexerit, natus erit ſculptor lignorũ. Et ſi Saturnus ipſam aſpexerit, natus erit ſculptor lapidum obſcurorum vel gipſi. Et ſi Sol eam aſpexerit, natus erit pictor ſeu ſculptor in auro aut gemmis. Et ſi Iupiter eam aſpexerit, natus erit pictor aut illuminator librorum fidei, vel imaginũ, quibus Dei orationes & genu flexiones fiunt, ſculptor. Quod ſi Luna in loco Iouis fuerit, natus erit nauium ſculptor aut vaſorum, in quibus aqua aut vinum ponitur.

Similiter Venus quando cum eo angulorũ vel ſuccedentium iuncta fuerit, ac de ſub radiis Solis apparens, natus erit in operibus manum ſubtilis.

Et ſcias quòd Mercurius ſignificat picturam vel ſculpturam in domibus ac in omni re lignea cauata facta, necnon ſculpturam monetæ. cap. 95.

*De natis tinctoribus.*

Quando Venus & Mars in loco magiſterij aut in eo firmationem, alligationem vel aſpectum habuerint, natus erit tinctor, maximè ſi in ſignis igneis & aqueis fuerint. Et ſi Saturnus eos aſpexerit, natus erit tinctor pannorum nigrorum. Et ſi Sol ipſos aſpexerit, erit tinctor pannorum lucidorum ac omnium rerũ, in quibus eſt aurum, necnon pulchritudo ac lumen, ſicut ſunt vexilla regum & eorum tentoria. Et ſi Mercurius eos aſpexerit, natus erit tinctor abbaſſenus, & omnis rei viridis, aut medio colore coloratæ, ſicut ſunt ſuriani. Et ſi Iupiter ipſos aſpexerit, natus erit tinctor pannorũ ſiue rerum crocei coloris. Et ſi Luna ipſos aſpexerit, natus erit tinctor lanæ, cum qua fiunt ventagij. ca. 96.

*De natis foſſoribus.*

Quando Mars ſignificator magiſterij exiſtens infortunatus aut peregrinus, ac in ſigno terreo fuerit, natus erit terræ foſſor. Et ſi Sol ipſum aſpexerit, natus aurum & argentum ac lapides precioſos de terra effodiet. Et ſi Iupiter ipſum malo aſpectu aſpexerit, natus erit foſſor foſſorum, quæ propter bella & alicuius loci tuitionem fiunt. Et ſi Saturnus eum aſpexerit, natus erit foſſor latrinarum, & locorum fœtidorum ac tenebroſorum. Et ſi Venus cum Saturno fuerit, natus erit foſſor puteorum aut fontiũ. Et ſi loco Veneris Mercurius fuerit, natus erit foſſor hortorum aut locorum, in quibus ponatur aqua. Et ſi loco Mercurij Luna fuerit, natus erit foſſor lacuum aut paludum. cap. 97.

*De natis nautis.*

Quando Saturnus vel Mercurius in medio cæli fuerint, natus erit nauta aut nautarũ dominus. Et ſi Sol ipſos aſpexerit, natus erit nauta ſublimium virorum ac nauium, quæ pro regibus & ſublimibus fiunt. Et ſi in loco Solis Iupiter fuerit, natus erit nauta nauium, quæ pro bello occaſione fidei fiunt, maximè ſi Mars cum eis firmauerit.

Quando aſpectus Martis loco Iouis fuerit, natus inſtrumenta, quibus nautæ ignem proiiciunt, componet.

Quando loco Martis Venus fuerit, natus erit magiſter nauis, vociferans & cohortans famulos vt nauigent. Et ſi loco Veneris Luna fuerit, natus erit nauta batellorum magiſterij nauium.

Quando Luna in occidente exiſtẽs Saturno immobili exiſtenti alligauerit, maximè ex parte ſiniſtra, natus erit nauta famoſus & quaſi eorum dominus. cap. 98.

*De natis fabris.*

Quando Mars & Saturnus in aliquo angulorũ, maximè in medio cæli, ac in ſigno igneo fuerit, natus erit faber. Et ſi Sol ipſos aſpexerit, enſes & loricas ac lancearum ferra fabricabit. Et ſi Iupiter eos aſpexerit, natus erit faber ſpeculorum aut clauorum, vel clauſularum librorum, ac omnis operis, quod fit de ſtagno. Et ſi Luna ipſos aſpexerit, natus erit faber inſtrumentorum quæ ad extrahendam aquam de puteis fiunt. Et ſi loco Lunæ Venus fuerit, natus erit faber ſcriniorum ac inſtrumentorum ad mulieres pertinentium. Et ſi loco Veneris Mercurius fuerit, ipſo in domo vel termino Martis exiſtente, natus erit faber cultellorum, aut aliorum inſtrumentorum de ferro, quibus artifices indigent. cap. 99.

*De natis ioculatoribus.*

Quando Luna & Mercurius cum Marte & Venere fuerint, & vnus alteri vim ſuam præbuerit, natus erit citharizator aut rotator. Et ſi dicti planetæ ab angulis recedentes fuerint, natus ioculando ſaltabit. Et ſi Mercurius & Venus in terminis ſuis fuerint, natus erit ſaltator, maximè ſi vnus eorum in Capricorno fuerit.

Quando Mars & Mercurius in angulo terræ fuerint, natus erit de illis, qui vadunt ſuper chordas.

Quando Venus cum Mercurio in doma ſua fuerit, ac in angulis, natus erit mimus aut ioculator, talis quòd inſtrumẽtum manibus & lingua tanget.

Quando Mercurius & Venus adinuicẽ ſe firmauerint, & Venus in angulis fuerit, aut in quarta domo à Mercurio, & Venus in termino alterius aut orientalis exiſtens, in domo, exaltatione vel triplicitate ſua fuerint, natus ioculator vocis, & ſaltator ac palmarum percuſſor erit. cap. 100.

*De natis medicis & chirurgicis.*

Quando Mats & Venus iuncti fuerint, vel ſe aliquo aſpectu aſpexerint, aut ꝙ ſint recedentes, natus erit medicus, & naturarum hominũ magiſter.



Digitized by Google

Quando Mars & Mercurius in domo Veneris fuerint, aut vnus illorum, natus erit medicus & necromanticus, ac experimentis ſuis homines decipiet.

Quando Mars ſignificator magiſterij fuerit, & Luna ei ex ſigno beſtiæ alligauerit, natus erit medicus. Et ſi nullus planeta Martem aſpexerit, erit chirurgicus, & qui curas ſuas cum igne faciet. Et ſi Venus ipſum aſpexerit, natus erit venarum inciſor, vel medicinarum dator. Et ſi Saturnus ipſum aſpexerit, cliſteria dabit, & hæmorrhoides & alias ani paſsiones viſitabit. Et ſi in ipſo Martem aſpexerit, ægros per carmina & verborum prolationes ſanabit. Et ſi Mercurius ipſum aſpexerit, natus erit incantator & medicus verborum, vel medicinarum arte factarum. Et ſi Sol ipſum aſpexerit, erit oculorum chirurgicus. Et ſi Luna ipſum aſpexerit, natus erit dentium extractor, & oris chirurgicus. Et ſi magiſteriorum domini in medio cæli ac in ſigno beſtiæ fuerint, ita quòd vn' alteri alliget, natus erit membrorum fractorum chirurgicus. cap. 101.

*De natis piſcatoribus vel aucupibus, aut venatoribus.*

Quando Saturnus in aſcendente fuerit, & Mars ipſum in angulo occidentis aſpexerit, natus erit venator aut piſcator.

Quando Mercurius & Luna in eius complemẽto in Tauro fuerint, & Mercurius cum ea, natus erit falconum vel aſturum ſiue ancipitrum nutritor, vel aues ingenio & aſtutia capiet.

Quando Luna cum Mercurio in ſigno aqueo fuerit, natus erit piſcator. cap. 102.

*De natis chordariis.*

Quando Saturnus in domo magiſterij ac in ſigno communi fuerit, & aliquis ex magiſteriorum dominis ipſum aſpexerit, natus erit chordarum factor. Si Mars ipſum aſpexerit, pro tortoribus faciet. Si Venus ipſum aſpexerit, natus chordas de canapo faciet. Si Sol ipſum aſpexerit, natus erit chamorum & capiſtrorum equorum compoſitor. Si Iupiter ipſum aſpexerit, natus chordas pro manibus componet. Si Mercurius ipſum aſpexerit, aut quòd Mars ſolus ſignificator fuerit, aut in ſigno beſtiæ, natus chordas aut chamos ſiue capiſtra de pilis animalium componet. Si Luna ipſum aſpexerit, natus funiculos ſiue chordas ad flagellandum homines, aut percutiendum equos faciet. Et ſi Sol ipſum de domo vel termino Martis aſpexerit, natus erit funium aut chordarum, quibus viri potentes in bellis vtuntur, compoſitor. cap. 103.

*De natis ſpecies odoriferas vendentibus.*

Quando Venus in aſcendente ac in ſigno mobili, necnon in aliqua dignitatum fuerit, natus erit ſpecierum odoriferarum venditor.

Quando Venus magiſterij ſignificatrix fuerit, ac in ſigno magiſterium ſignificante, ſicut Libra collocetur, & Saturnus ex Capricorno aſpexerit, natus erit muſci vel ambræ venditor.

Quando Venus in domo ſua vel in exaltatione Saturni exiſtẽs, mercaturam bonam & formoſam ac boni odoris ſignificat. Et ſi Venus Saturnum ex Tauro aſpexerit, natus erit vnguentorum odoriferorum venditor ac oleorum, ſicut de ſambac vel keiri, & ſimilium compoſitor. Et ſi Venus ſignificatrix operis exiſtens in ſigno humano fuerit, natus erit ſpecierum, quibus homines vtuntur vẽditor, ſicut zinziber, cinamomum, & ſimilia. c. 104.

*De natis apothecariis.*

Quando aſcendens ſignum aqueum fuerit, & Iupiter ac Saturnus in quarta domo, natus erit apothecari'. Et ſi Mars atque Venus ſignificatores magiſterij fuerint, & vnus alium quadrato aſpectu aſpexerit, natus erit apothecarius. Et ſi Mars in loco magiſterij fuerit, & Venerem in ſigno aqueo exiſtentem ex ſigno aqueo aſpexerit, natus erit vnguentorum vel collyriorum & ſimilium venditor. Et ſi Mars dominus magiſterij exiſtens, Saturnum ex Tauro vel Geminis aſpexerit, natus erit colorũ ac tincturarum venditor. Et ſi Sol cum Saturno combuſto in Capricorno fuerit, natus erit gallarum & corticum, vel radicum, ex quibus fit tinctura, mercator. cap. 104.

*De mercatoribus fructuum.*

Quando Saturnus in Capricorno fuerit, & Iupiter ipſum ex Cancro aſpexerit, natus erit mercator multorum granorum, aut aliorum fructuum notabilium. Et ſi Iupiter ipſum ex Piſcibus aſpexerit, natus erit mercator fructuum dulcium. Et ſi ipſum ex Tauro aſpexerit, natus erit mercator fructuum dyarac. Et ſi Mars Saturnum in Capricorno exiſtentem ex Cancro aſpexerit, natus erit fructuum paruorum, cortices duras habentium mercator. cap. 106.

*De mercatoribus herbarum vel radicum, ac ſeminum.*

Quando Saturnus in Capricorno fuerit, & Luna ipſum ex Cancro aſpexerit, natus erit mercator herbarum. Et ſi Mercurius in ſigno aqueo fuerit, & Luna ipſum aſpexerit, aut ei de ſigno fertili alligauerit, natus erit mercator melonum, & aliorũ ſeminum ſimilium. Et ſi Luna Mercurium in aſcendente exiſtentem ex angulo terræ aſpexerit, natus erit mercator raparum, & aliarum radicum ſimilium. cap. 107.

*De natis agricolis.*

Quando Mercurius & Venus in medio cæli ac in ſigno fuerint, & Saturnus ipſos ex ſigno terreo vel aqueo aſpexerit, natus erit agricola.

Quãdo ſignificator magiſterij Saturno ex ſigno mobili alligauerit, natum fore agricolam indicat.

Quando Venus ſignificatrix magiſterij fuerit, & Mars à Sole cadens ipſam fortunauerit, natus erit agricola.

Quando Saturnus ſignificatorem magiſterii per aſpectum ſuum infortunauerit, & Luna ex ſigno mobili ei alligauerit, natus erit agricola, & etiam hortulanus.

Quando

Quando Saturnus in Tauro fuerit, natus erit ſeminator ac terrarum cultor. cap.108.

*De mercatoribus rethau & rerum bene redolentium.*

Quando Venus ſignificatrix magiſterij & Saturnus ipſam ex Cancro vel Scorpio aſpexerit, natus erit mercator Rethau, & omnis rei bene redolentis.

Quando Saturnus in Tauro fuerit, & Venus eũ in Virgine aſpexerit, natus erit mercator Rethau, ac rerum quæ bene redolent.

Quando Venus in Virgine fuerit, & Saturnus ipſam ex ſigno aqueo, maximè ex Piſcibus aſpexerit, natus erit mercator Rethau, & aliarum rerum ſimilium. cap.109.

*De mercatoribus pannorum lini vel ſetæ.*

Quando Venus in aſcendente vel medio cæli ac in ſigno fixo fuerit, natus erit mercator pannorum lini.

Quando Venus ſignificatrix magiſterij exiſtens in ſigno fertili fuerit, & alter ſignificatorum in ſigno beſtiæ, natus erit mercator lini & bombicis.

Quando Saturnus in Capricorno fuerit, & Mercurius ipſum ex Virgine aſpexerit, natus erit mercator pannorum ex lino & ſeta mixtorum. Nam quando Mercurius in domo vel exaltatione ſua fuerit, mercaturam bonam ac famoſam ſignificat. Et ſi Mercurius ipſum ex Tauro aſpexerit, natus erit mercator pannorum lineorum valde ſubtilium. Similiter quando Saturnus in Tauro fuerit, & Mercurius ipſum ex Virgine aſpexerit, idem iudicabis. Et ſi Mercurius cum Saturno in Capricorno fuerit, natus erit mercator pannorum de lino groſſo. Et ſi Saturnus Iouem ex Libra aſpexerit, natus erit mercator pannorum ſetæ groſſæ. Et ſi Saturnus Lunam ex Libra aſpexerit, natus erit mandalium groſſorum mercator, eo quòd omnis pannus lineus parui precij eſt lucrũ. Et ſi Saturnus in Aquario fuerit, & Mercurius ipſum ex Libra aſpexerit, natus pannorum de ſeta precioſa, ſicut ſunt ſamiti, & panni ſimilis, erit mercator. Si Iupiter cum Saturno fuerit, natus erit veterum pannorum mercator. Et ſimiliter ſi Saturnus in Tauro fuerit, & Iupiter ipſum ex Virgine aſpexerit, natus erit pannorum groſſorum ac veterum mercator. cap.110.

*De mercatoribus lanæ.*

Quando ſignificator magiſterij in ſigno beſtiæ, & dominus domus mortis fuerit, natus erit mercator lanæ. Et ſi Mars ibi aſpexerit, natus erit mercator pellium cum lana. Et ſi Iupiter ibi aſpexerit, natus erit mercator pannorum de pilis factorum. Et ſi Mercurius ſignificatorem magiſterij aſpexerit, & ille ſignificator Venus fuerit, natus erit tapetorum precioſorum mercator. Et ſi Saturnus in Aquario fuerit, & Luna ex domo Martis ipſum aſpexerit, natus erit mercator lanæ aut pannorum alluſcorum. capit.111.

*De mercatoribus bladi & aliorum ſeminum.*

Quando Mercurius ſignificator magiſterij exiſtens in ſigno fertili fuerit, & Saturnus ipſum aſpexerit ex ſigno fertili, natus erit mercator tritici. Et ſi Luna ipſum ex Virgine aſpexerit, natus erit mercator ſeminum. Et ſi Saturnus in Tauro fuerit, & ſignificator magiſterij ipſum aſpexerit, natus erit mercator ſeminum. Et ſi Iupiter ibi fuerit, & ſignificator magiſtrij ipſum aſpexerit, natus erit diuerſorum ſeminum mercator. Et ſi ex Virgine ipſum aſpexerit, natus erit mercator bladi. Et ſi Mars Saturnum ex Virgine aſpexerit, natus erit paruorum ſeminum, ac humidorum mercator. Et ſi Mars cum Saturno in Tauro fuerit, natus erit mercator ſubtilium ſeminum & acutorum, ſicut eſt ſinapis & ſimilia. Et ſi Saturnus Solem & Virginem aſpexerit, natus erit mercator bladi & fructuum. Et ſi Luna cum Saturno fuerit, natus erit ſeminum mollium mercator. Et ſi Luna Saturnum ex Virgine aſpexerit, natus erit mercator bladi & aliorum ſeminum. Et ſi Luna Saturnum & Venerem & Capricornum aſpexerit, natus erit mercator bladi. Et ſi Venerem bono aſpectu aſpexerit, natus erit mercator tritici. capitul. 112.

*De mercatoribus corij.*

Quando Saturnus in Aquario fuerit, & Mars ipſum aſpexerit, natus erit mercator coriorum mulorum atque boum. Et ſi Iupiter Saturnum ex domo magiſterij, præcipuè ex ſigno aëreo aſpexerit, natus erit mercator ſolearum, id eſt, ſotularium nouorum. Et ſi Mars retrogradus Saturnum ex ſigno aëreo aſpexerit, natus erit ſotularium veterum mercator. Et ſi Mars Saturnum ex ſigno beſtiæ aſpexerit, natus erit mercator coriorum canum, vel taxorum, aut vulpium. Et ſi Sol locum Martis aſpexerit, natus erit mercator coriorum alkumæ. Et ſi aſpectus Solis ex ſigno Geminorum ad Martem fuerit, natus erit mercator ſotularium nouorum ac coriorum taxorum. Et ſi Sol Mercurium ex Geminis aſpexerit, aut cum ipſo fuerit, natus erit mercator tapetorum de corio factorum. Et ſi Mercurius Saturnum ex Geminis aſpexerit, natus erit mercator librorum ex corio coopertorum. Et ſi Iupiter in domo ſignificatoris magiſterij ac in ſigno beſtiæ fuerit, & Luna ipſum ex ſigno beſtiæ aſpexerit, natus erit coriorum arietum, caprarum atque vaccarum mercator, præſertim ſi Mars cum Sole firmauerit. capitu.113.

*De mercatoribus ſeruorum.*

Quando Iupiter dominus domus magiſterij fuerit, & dominus ſextæ domus aſpexerit, natus erit mercator ſeruorum.

Quando Venus domina ſextæ domus fuerit, natus erit mercator ſeruorum famoſorum ac bene cantantium. Et ſi loco Veneris Saturnus fuerit, natus erit mercator ſeruorum nigrorum. Et ſi Mercurius loco Saturni fuerit, erit mercator puerorum atque puellarum. Et ſi loco Mercurij fuerit Luna, natus erit merca-



Digitized by Google

tor illorũ, qui à natura ſunt ſerui. Et ſi Sol in loco Lunæ fuerit, natus erit mercator captiuorum, quia Sol non ſignificat ſeruos, ſed illos qui à ſeruitute poſſunt liberari. cap. 114.

*De mercatoribus quadrupedum.*

Quando Iupiter in domo ſignificatorum magiſterij fuerit, & dominus ſextæ domus ex ſigno quadrupede ipſum aſpexerit, natus erit mercator beſtiarum, quibus homines ſe iuuant. Et ſi Venus domina ſextæ domus fuerit, natus erit mercator camelorum & dromedariorum. Et ſi Mercurius dominus ſextæ domus fuerit, natus erit mercator aſinorum. Et ſi Luna domina ſextæ domus fuerit, natus erit mercator vaccarum. Et ſi Sol dominus ſextæ domus fuerit, natus erit mercator equorum & parafrenariorum. Et ſi Saturnus dominus ſextæ domus fuerit, natus erit mercator caprarum & equorum. Et ſi nullus planeta Iouem aſpexerit, natus erit mercator ouium. Et ſi in loco domini ſextæ domus dominus ſextę fuerit, natus erit mercator ouium & arietum. Et ſi in loco domini ſextæ domus dominus tertiæ vel nonæ fuerit, ac in ſigno quadrupede, natus erit mercator arietum, ouium & vaccarum, aut mercator lactis aut caſeorum. Et ſi dominus ſeptimæ domus Ioui alligauerit, aut cum eo vel cum domino quartæ domus fuerit, natus erit mercator canum vel catorum, aut ferarum. capit. 115.

*De mercatoribus auium.*

Quando Iupiter dominus domus magiſterij fuerit, & Iupiter eum ex ſignis beſtiæ aſpexerit, natus erit mercator auium. Et ſi Mars eum aſpexerit, natus erit mercator falconum, aſturum, aquilarũ, ac omnium aliarum auium, de rapina viuentium. Et ſi Venus ipſum aſpexerit, natus erit mercator gallinarum, pullorum & caponum. Et ſi Luna in ſigno Aqueo fuerit, natus erit mercator auium, in aqua, vel iuxta aquas viuentium. Et ſi Sol ipſos aſpexerit, natus erit mercator gruum, & aliarum auium altè volantium. Et ſi Saturnus ipſum aſpexerit, natus erit mercator coruorum, ac omnium auium vilium, & res fœtentes comedentium. Et ſi Mercurius ſignificator magiſterij ſolus fuerit, aut ſub radiis Solis, natus erit mercator auium paruarum, vt ſunt paſſeres, cauda tremulæ, & ſimiles. cap. 116.

*De mercatoribus piſcium.*

Quando Mars ſignificator magiſterij fuerit, & Saturnus ex Cancro aſpexerit, natus erit mercator piſciũ. Et ſi ſignificator magiſterij in ſigno Aqueo fuerit, & Mars ex ſigno Aqueo aſpexerit, natus erit mercator piſcium. Et ſi Mercurius ſignificator magiſterij & Luna ipſum ex ſigno Aqueo aſpexerit, natus erit paruorum piſcium mercator. Et ſi Mercurius cum Saturno in Piſcibus fuerit, & Luna ipſum aſpexerit: natus erit mercator piſciũ inſipidorum. Et ſi Iupiter ipſum aſpexerit, natus erit magnorum piſcium mercator. Et ſi Luna occidentalis & lumine diminuta in domo ſignificatoris magiſterij fuerit, & Iupiter eam ex ſigno beſtiæ bono aſpectu aſpexerit, natus erit mercator piſcium ſalſorum. cap. 117.

*De natis figulis.*

Quando Saturnus in Tauro fuerit, & Iupiter ipſum, vel Sol ex Cancro, & Mars ex ſigno igneo aſpexerit, natus erit figulus. Et ſi Mars ipſum ex Cancro aſpexerit, natus erit vaſorum de terra factorum mercator. Et ſi Luna ex contrario aſpexerit ipſum, natus erit figulus. Et ſi Iupiter ex Capricorno aſpexerit ipſum, natus erit gipſi ſiue paluſtri coctor vel factor. Et ſi Mars ipſum ex Ariete aſpexerit, natus erit calcis coctor. Et ſi Saturnus in Ariete fuerit, & Venus ipſum ex Capricorno aſpexerit, natus erit pulchrorum vaſorum figulus. Et ſi Mercurius Saturnum ex Ariete aſpexerit, natus erit argenti viui effoſſor. Et ſi Saturnus in Ariete fuerit, & planetæ ab eo non receſſerint, aut ſi dominus magiſterij in ſigno igneo fuerit, & Mars ipſum ex ſigno aſpexerit, natus erit metallorum effoſſor. Et ſi Iupiter eum aſpexerit, natus erit figulus. cap. 118.

*De torneantibus, & ſcyphos componentibus.*

Quando Venus cum Saturno in Ariete fuerit, natus ſcyphos & alia vaſa vinaria componet.

Quando Venus Saturnum ex Leone aſpexerit, natus vaſa vinaria reparabit.

Quando Saturnus in Tauro fuerit, & Venus ipſum ex Cancro, & Mars ex ſigno igneo aſpexerit, natus vaſa vitrea faciet. Et ſi Mercurius ipſum ex Cancro aſpexerit, natus in dictis vaſis ſculpturas aut ſcripturas faciet. Et ſi Venus ipſum ex ſigno igneo aſpexerit, natus multa pulchra opera ex vitro componet. cap. 119.

*De margaritarum mercatoribus vel præparatoribus.*

Quando Venus ſignificatrix magiſterij cum Sole fuerit, natus erit margaritarum præparator, aut mercator. Et ſi Mars ipſam aſpexerit, natus erit Alchimiſta. Et ſi dominus magiſterij in ſigno aqueo fuerit, & Mars ipſum ex ſigno igneo aſpexerit, natus erit mercator margaritarum. Et ſi Saturnus in ſigno Aqueo fuerit, & Venus ipſum aſpexerit, natus erit paruarum margaritarum mercator. Et ſi Venus ſignificatrix magiſterij exiſtens in Geminis cum Saturno fuerit, natus erit margaritarum mediocrium mercator vel præparator. Et ſi Saturnus extra ſignum Geminorum fuerit, natus erit paruarum margaritarum mercator. Et ſi Saturnus ſine aſpectu alicuius planetæ in ſigno Aqueo, ac in domo magiſterii fuerit, natus erit mercator lapidum marinorum parui precii exiſtentium. ca. 120.

*De natis campſoribus.*

Cum Sol ſignificator magiſterii fuerit, & dominus ſecundæ domus in ſigno Igneo exiſtens ei ex aſcendente pulſauerit, natus erit campſor. Et ſi Luna in domo vel exaltatione ſua exiſtẽs cũ bono aſpectu aſpexerit ex decima domo, natus erit cãpſor rerum. Et ſi Saturnus in Ariete fuerit, & Sol ipſum ex Sagittario aſpexerit, natus erit auri & argenti præparator vel aurifaber aut monetarius. Et ſi dominus ſecundæ domus cum Saturno in Ariete fuerit, natus erit auri & argenti effoſſor.

Et ſi

Digitized by Google

Et ſi ipſum ex Ioue aſpexerit, natus aurum & argentum ex aliis rebus extrahet. Et ſi ipſum ex Sagittario aſpexerit, natus erit monetarius. cap. 121.

*De natis carnificibus & piſtoribus.*

Quando Mars ſignificator Magiſterij in ſigno beſtiæ fuerit, natus erit carnifex, aut magiſter loci, in quo ſanguis effunditur. Et ſi Venus ipſum ex Tauro aſpexerit, natus erit boum macellator vel carnifex. Et ſi ipſum ex Sagittario aſpexerit, natus erit beſtiarum medicus. Et ſi ipſum ex ſigno humano aſpexerit, natus erit beſtiarum vel hominum tonſor. Et ſi Mercurius eum aſpexerit, natus erit venarum inciſor. Et ſi Sol malo aſpectu aſpexerit ipſum, & cum capite Algol fuerit, natus erit tortor & capitum abſciſſor. Et ſi luminaria cum capite Algol fuerint, & Mars ea malo aſpectu aſpexerit, caput nati abſcindetur, aut manibus aut pedibus abſciſsis ſuſpendetur. Et ſi Mars Saturnũ ex ſigno igneo aſpexerit, natus erit panifex vel piſtor. Et ſi ex ſigno aqueo ipſum aſpexerit, natus coagulatas faciet. cap. 122.

*De mercatoribus dactylorum & pomellorum oliuarum.*

Quando Sol in domo ſignificatoris magiſterij fuerit, & Saturnum ex Tauro aſpexerit, natus erit mercator dactylorum.

Quãdo Iupiter in domo ſignificatoris magiſterij in ſigno ſterili fuerit, & Venus ex ſigno ſterili ipſum aſpexerit, natus erit dactylorum mercator. Et ſi Sol Saturnum ex Virgine aſpexerit, natus erit pomellorum oliuarum mercator. Et ſi Saturnus cum Marte in Capricorno fuerit, natus erit mercator fructuum rubeorum, ac paruorum, ſicut ſunt hoaſor. Et ſi Saturnum ex Virgine aſpexerit, natus erit mercator coriandri, & ſeminum ſimilium. Et ſi Luna cum Saturno in Capricorno fuerit, natus erit collyriorum ac ſeminum mercator.

Quando Iupiter in exaltatione ſua fuerit, natus erit mercator zucar, præſertim ſi Solem ac Saturnum aſpexerit. capitu. 123.

*De mercatoribus panis & vini.*

Quãdo Saturnus in Capricorno fuerit, & Mars ac Venus ipſum ex ſigno aqueo aſpexerint, natus erit tabernarius aut mercator vini.

Quando Sol Saturnum ex Tauro aſpexerit, & Venus cum Marte in aſcendente fuerit, natus erit mercator vini ex ſuccis fructuum facti. Et ſi Iupiter Lunam & Saturnum in Capricorno exiſtentes ex ſigno beſtiæ aſpexerit, aut Luna Saturnum in Capricorno exiſtentem, natus erit mercator panis. Et ſi Mars & Venus in angulo occidentali fuerint, & Luna eos ex angulo terræ vel ex domo magiſterij aſpexerit, natus erit caupo, tabernarius, vel leno. cap. 124.

*De mercatoribus cannarum zuccari, ſagittarum, lancearum vel lignorum.*

Quando Luna in domo ſignificatoris magiſterij fuerit, aut in ſigno Aqueo, & Mercurius ipſam ex ſigno Aqueo aſpexerit, natus erit cannarum zuccari mercator. Et ſi Mars ipſam aſpexerit, natus erit mercator lancearum. Et ſi Mars ſub radiis Solis fuerit, & Mercurius ei alligauerit, natus erit mercator ſagittarum. Et ſi Iupiter cum ipſis firmauerit, natus erit cannarum zuccari mercator. Et ſi Mars in ſigno Aqueo fuerit, & Mercurius ſub radiis Solis exiſtens, ipſam ex ſigno fertili aſpexerit, natus erit lignorum mercator. Et ſi Mercurius Saturnum ex Cancro, aut Luna ex Scorpione aſpexerit, & Saturnus in Capricorno fuerit, natus erit lignorum vel ſagittarum mercator. Et ſi Mercurius ipſam ex Piſcibus aſpexerit, natus erit paleæ vel ſtipulæ aut herbarum mercator. cap. 125.

*De natis nunciis.*

Quando Sol in domo magiſterij fuerit, & Luna eum aſpexerit, natus erit nuncius vel curſor. Et ſi Sol Martem in deſcenſione ſua exiſtentem aſpexerit, natus erit in itinere vel legatione ſua mendax. Et ſi Saturnum aſpexerit, natus erit curſor. c. 126.

*De diuerſis natorum magiſteriis.*

Quando Mercurius in ſigno quadrupede, maximè in Sagittario fuerit, natus erit alicuius magiſterij conditor. Et ſi Iouem in ſigno Quadrupede aſpexerit, natus erit onerum portator. Et ſi Luna cum eo fuerit, erit portator aquæ. Et ſi Sol Lunam in exaltatione ſua exiſtentem aſpexerit, natus erit curſor de mane, & veſpere tantum.

Qãndo Saturnus in Cancro fuerit, & Mars ipſum bono aſpectu aſpexerit, natus erit pannorum lauator. Et ſi ſic in Virgine fuerit, erit gipſi factor. Et ſi Saturnus in Aquario fuerit, erit piſtor. Et ſi in Geminis fuerit, erit textor. Et ſi in Tauro fuerit, erit ſeminator.

Quando Luna cum Marte fuerit, aut ipſum ex oppoſitione aſpexerit, natus ſimiliter erit mercator olei. Et ſi Venus ſignificatrix magiſterij exiſtens, & Iupiter eam ex ſigno fertili aſpexerit, natus ſimiliter erit mercator olei. Et ſi Saturnus cum Ioue fuerit, & Iupiter infortunatus, combuſtus vel retrogradus, natus erit tabernarius, caupo vel leno. Et ſi Luna in domo ſignificatoris magiſterij, ac in angulo terræ fuerit, natus erit vini mercator. Et ſi Mercurius in Capricorno fuerit, Marte ſuper eum exiſtente, natus erit vini mercator. Et ſi Saturnus in Ariete fuerit, natus erit aptator domus.

Quando Saturnus Lunam, aut eius duodenariam aſpexerit, & Luna in termino Saturni, aut in aliquo angulorum vel ſuccedentium fuerit, natus erit domus lapidator. Et ſi cauda Draconis in aſcendente fuerit, natus erit geſtorum ac terrarum recitator. Et ſi planeta principans nato fuerit Mercurius, magiſterium nati erit ex ſapientia, niſi Mercurius retrogradus fuerit. Nam ſi retrogradus fuerit, natus erit ſutor, vel reparator antiquarum veſtium. cap. 127.



Digitized by Google

*Ad inueniendum dominum magiſterii.*

Planetam principantem in magiſterio ſic agnoſces, locum Martis, Veneris & Mercurij conſidera. Nam planeta, qui in dictis locis dominium habuerit, dicitur in magiſterio principans. Et ſi Saturnus planetæ principanti commiſceatur, magiſterium nati erit vile, ſicut eſt præparare coria, & aptare ſtratas. Et ſi ambo in ſignis terreis fuerint, natus erit mortuorum ſepultor. Et ſi Iupiter ipſum in magiſterio principantem aſpexerit, natus ex magiſterio ſuo lucrum magnum ac diuitias acquiret, & vt plurimum magiſterium nati circa res legis & iudiciorum verſabitur. Et ſi Sol ipſum bono aſpectu aſpexerit, magiſterium nati circa reges aut res eorum erit. Dixit Hermes, ſi planeta in magiſterio principans combuſtus vel retrogradus fuerit, aut in ſexta vel duodecima domo, & nullus planetarum Lunam aſpexerit, natus victum ſuum petet vel quæret oſtiatim. Ptolemæus dicit ſemper inſpiciendum eſſe ad planetam orientalem à Sole, & ſecundum illius naturam, & naturam ſigni, in quo eſt, & naturam aſpectus planetarum, & ipſum erit nati magiſterium. Dicit autem Hermes, quòd quotieſcunque planeta in magiſterio principans ſignum Scorpionis poſſederit, natus erit latro: quòd ſi Luna in oppoſito Mercurij fuerit, & Mars eos ex aliquo angulorum aſpexerit, magiſterium nati erit latrocinari. cap. 128.

*Ex Materno.*

Saturnus dominus geniture bene poſitus, ſignificat quòd homines negotia omnia recti iudicij complebunt. cap. 12. lib 4.

Saturnus per noctem ſi fuerit in horoſcopo, dabit nato circa aquam actus, ſic tamen vt ſemper laborioſis conuerſationibus atterantur. cap. 3. lib. 13.

Saturnus per noctem in ſecunda domo facit natum tardiorem in omnibus actibus ſuis. cap. 3. lib. 3.

Saturnus per noctem in quinta domo demonſtrat hominem tardum & pigrum in omnibus actibus, virtutem vero eius inconſtantẽ facit. c. 3. lib. 3.

Saturnus in Ariete in diurna genitura inuentus, in prima ætate facit natum malis & infœlicibus actibus implicari, ac in omnibus ſemper impediri. cap. 3. lib. 5.

Saturnus in Tauro inuentus faciet natos qui ad omnes actus propriis viribus creſcent. cap. 3. lib. 5.

Saturnus in Geminis inuentus ſignificat, quod natus erit in omnibus actibus clarus ac nobilis.

Saturnus in Cancro inuentus ſignificat, quòd natus erit piger in omnibus actibus, & qui nolit cito publicis occupationibus applicari, & qui ab omni ſeruitio erit ſeparatus.

Saturnus in Leone inuentus ſignificat, quòd natus erit claris & glorioſis artibus deſtinatus, atque ex ipſis maxima conſequotur inſignia, ac maximæ fœlicitatis ornamenta percipiet.

Saturnus in Virgine inuentus decernit bonos actus, bonas occupationes, ac bonæ fœlicitatis ornamentum: ita vt ex iis actibus, & patrimonij augmentum, gloriam conſequatur, aut certè de incommoditatibus, laboribus, ac periculis natus liberatus, requiem ſortietur, ac lætum & glorioſum habeat tempus.

Saturnus in Libra ſi fuerit conſtitutus, erit natus in magnis negotiis conſtitutus.

Saturnus in Capricorno inuentus decernit nato maximos actus, ac proſperę fœlicitatis augmenta poſt annos 45. in quo tempore Saturnus poſſidebit ſignum Leonis. Quapropter natus habebit tranquillam ſerenitatis lætitiam cum maximo fœlicitatis augmento: tunc enim requiem, tunc pecuniarum incrementa, ſubſtantiam, ſanitatem, lætitiam, tunc denique rectum vitæ ordinem, omnibus ſopitis infortuniis elargitur.

Saturnus in Piſcibus ſignificat poſt annum 38. cum Saturnus intrauerit in ſignum Leonis, honores, & gloriam: tunc eius negocia corrigit, tunc omnes actus eius proſper ſequetur euentus, tunc ei habebitur fides, tum magnorum virorum negocia credentur, ex qua adminiſtratione, patrimonij cõſequatur augmenta.

Saturni & Mercurij Trinus in ſignis, in quibus alter eorum habuerit dignitatem, in rebus agendis doctum & ſapientem ſignat, bonum virum & eruditum, cordatum, ingenioſum, aptum ad diſciplinas capeſſendas, publicis præpoſitum computis, aut fiſcalibus rationibus, vel regis ſcribam aut cõſiliarium, ex quibus magna nato conferantur ſubſidia facultatum. cap. 3. lib. 6.

Saturni quadratus ad Martem, ſi Saturnus in dextro fuerit, & Mars in ſiniſtro quadrati, omnes nati actus impediet, & ab omni negociorum officio reddet alienum. capitu. 10. lib. 6. Si verò Mars ſuperior & Saturnus inferior fuerit, ad omnes actus proſperoſq; conatus, efficax ſtudium ſemper adducit, ſopita prioris maliciæ labe.

Saturni quadratus ad Solem, ſi Saturnus ſuperior fuerit, Sol vero inferior, actus omnes infringit. Si vero Sol in dextro loco fuerit, & Saturnus in ſiniſtro, nunquam patitur nati cauſas proſperos ſortiri effectus. cap. 10. lib. 6.

Saturnus in oppoſitione Iouis, exitia rerum agendarum multa decernit. cap. 17. lib. 6.

Iupiter dominus Geniture inuentus, facit homines, qui ad magnos actus ſemper inflentur, imperioſoſque in omnibus actibus ſuis. cap. 12. lib. 4.

Iupiter in horoſcopo tam de die quàm de nocte inuentus, & Luna creſcens lumine quacunque ſe ei radiatione coniunxerit, faciet maximos adminiſtratores, rectores ciuitatum, & maximis negotiis ſæpe præpoſitos. cap. 4. lib. 3.

Iupiter in quarta domo inuẽtus per diem facit natos maximos viros, iuridicos, vel legum latores, vel legum interpretes, & iuriſperitos nũcios regũ vel ducũ, vel iudicum, & quibus primi curſus publici cura ſollicitudoque mandetur, & qui curſu publico, iuſſu principum vel ducũ vel iudicũ huc atque illuc frequenti diſcurſione mittuntur: faciet notos principibus publicis actibus ac poſitos, & qui Deorum ſe præſidio cõmittant, & à Diis remedia poſtulent, & quibus directum iter frequenti ſignificatione demonſtrent. Plurima aũt, cum ſic habuerint Iouem, futura prænoſcunt, & habent, in tẽplis honores frequenter maximos. Alij autem pro qualitate ſignorum theſauros inueniunt. c. 4. lib. 3.

Iupiter in 8. domo inuẽtus, cũ Mercurio vel ipſe Mercurius eũ reſpiciat trigonica radiatione, & ei creſcens

Digitized by Google

creſcens Luna ſe bona radiatione coniunxerit, faciet aut procuratores regum, aut rationales, aut quibus nunciandi poteſtas conceditur. cap. 4. lib. tertio.

Iupiter in nona domo per diem inuentus, faciet eum qui natus eſt futura prædicere quæcunque: & reddit Deorum ſemper interpretes: efficit vt quidam & ſacerdotia conſequantur: aliis facit de tẽplis conferri aliquid muneris. cap. 4. lib. 3.

Iupiter in decima domo per diem conſtitutus, publicorum negociorum faciet principes, & quoſdam etiam facit magnorum virorum aut imperatorum negocia tractare. cap. 4. lib. 3.

Iupiter in duodecima domo conſtitutus, ſi Sol & Saturnus non reſpexerint eum per diametrum, ſed poſſederint ex genitura bona loca: nec deficienti lumine Ioui ſe Luna contulerit, faciet eos, qui ſic habuerint Iouem, quodam ſubtili artificio ſæpe pollentes, aut aurifices, aut ex auro veſtes pin gentes, aut inauratores, aut in vſus varios: aut ex argento quædam facientes opera. cap. 4. lib. 3.

Iouem in Ariete inuentum quicunque habuerint, in prima ætate in omni actu turbabuntur, ſed cum compleuerint 30. annos, tunc honeſtates, tũc fælices actus dabit, & maximorum negociorum actus decernuntur, aut in magnis ac regiis domibus conſtitutis, potentis adminiſtrationis eis officia credentur: qui à potentioribus viris, ſeu regibus ad magnæ adminiſtrationis officia dirigentur: imperioſi in omnibus actibus exiſtentes & fortes, ſed quorum prima tempora ſint difficillima, poſtea tamen Deorum aſsidua monitione formati, proſpera cuncta compleant. cap. 4. lib. 5.

Iupiter in Ariete inuentus, ſignificat quòd quicquid homines tacita cogitatione tractauerint, id totum facillima ratione compleantur. cap. 4. lib. quinto.

Iouem in Tauro inuentum quicunque habuerint, proſperos omnium negociorum habebunt euentus. cap. 4. lib. 5.

Iouem in Leone inuentum qui habuerint, homines in diſciplina qui erunt conſtituti, maximos fructus accipient ex eorum actionibus, tunque ad omnes actus proſperos prouecti, primum tamen procurationis officia tractabunt. cap. 4. lib. 5.

Iouem in Libra inuentum, quicunque habuerint, erunt fabricatores, aut paſtinatores, & multorum dominia poſsidentes. cap. 4. lib. 5. ornabunturque honeſtis actibus. cap. 4. lib. 5.

Iouem in Scorpione inuentum quicunque habuerint, erunt à potentioribus viris, ac regibus ad alicuius adminiſtrationis poteſtatem conſtituti: pluribus proderunt. ſed cum in prima ætate fatigati fuerint, fælices deinceps erunt, licet nec tute lætentur. cap. 4. lib. 5.

Iouem in Sagittario inuentum quicunque habuerint in primo vitæ ſuę tempore in omnibus rebus ſtabiles erunt. cap. 4. lib. 5.

Iouem in Aquario inuentum quicunque habuerint, erunt venatores.

Iupiter in domo Veneris per diem inuentus, faciet homines in principum domibus honoratos, & qui aut eorum conſilia pertractent, aut cenſus exigant, ex quibus maxima ſibi comparent emolumenta. Hi quoque nobilium fœminarum conſuetudine vtentur. cap. 11. lib. 5.

Iupiter in domo Mercurij inuentus, faciet homines negotiatores, fideles & cautos, & qui apud omnes bonam exiſtimationem ac beneuolentiam conſequantur. Et propter bonitatem ſui ingenij fortè villarum moderationem aliquam ſortientur, quibus iura æqua lance diſpenſent. cap. 11. lib. 5.

Iupiter & Mercurius coniuncti, faciunt homines ſcribas regum ac principum propter eorum bonitatem ingenij. cap. 26. lib. 6.

Iouis trigonus ad Martem ſignificat, quòd natus erit adminiſtrator rerum domini ſui. cap. 4. lib. 6.

Iouis & Mercurij trigonus decernit omnia negocia proſperè exequẽtes, & omnibus præpoſitos potentiſsimę meritò dignitatis, & qui ſemper ex ſuis actibus laudentur & placeant, publicum officium tractantes, vel regios ſcribas. cap. 4. li. 6.

Iouis & Martis quadratus, ſi Iupiter in dextro loco fuerit, & Mars in ſiniſtro, ſignificat negociorum nati ſtabilitatem, & lucra. cap. 11. li. 6.

Mars dominus genituræ faciet artes ex igne agentes, & ferro ignito. cap. 12. li. 4.

Mars in prima domo per noctem in ſignis maſculinis faciet militares, & qui ſemper in omnibus actibus faciet inſtabiles: & quicquid auſi fuerint, nulla poterunt ratione complere. cap. 5. li. 3.

Mars in ſecunda domo per noctem inuentus, milites facit, vel athletas: ſed & ipſos conſueuit facile periculorum continuatione decipere. cap. 5. libro 3.

Mars in tertia domo inuentus, & ſi Iupiter fuerit in duodecima domo, vel in ſeptima, facit natum, vt in publicis adminiſtrationibus conſtitutus, cum magno labore conſequetur, ſed maximã patrimonij facultatem. cap. 5. lib. 3.

Mars in quarta domo per noctem inuentus, faciet militares, laborioſos, & qui ſemper in deſertis regionibus commorantur, vel ferarum præpoſitos, ac magiſtros, interdum etiam curſores imperatorum vel iudicnm, atque qui in omnibus actibus ſuis ſemper impedientur. cap. 5. li. 3.

Mars in octaua domo per noctem inuentus, cõſtituit homines in publicis actibus claros. cap. 5. lib. 3.

Mars in nona domo per diem conſtitutus & Iupiter in horoſcopo collocatus faciet fælices, & qui facilè omnia conſequantur. cap. 5. li. 3.

Mars in decima domo per diem inuentus, faciet homines inefficaces, quos conueniat in omnibus actibus, variis generibus impediri.

Martem in Sagittario inuentum quicunque habuerint, homines erunt in actibus ſuis plurimũ pigri & inertes. Sed cum Saturnus tranſierit ſignũ Arietis, in magnis negotiis erunt occupati. cap. 5. lib 5.

Marte in domo Mercurij inuento, erunt homines in omnibus operibus ſuis & negotiis completi. cap. 12. lib. 5.

Mars & Mercurius coniuncti, faciunt natum in agendis rebus feſtinum. cap. 27. lib. 6.

Martis & Mercurij trigonus faciet homines rationes publicas adminiſtrantes, cauſidicos optimos, & tales reddit, vt in omnibus negotiis proſperos ſemper conſequantur euentus, literarum



Digitized by Google

officia ſecretè tractantes. cap. 5. lib. 6.

Martis & Lunæ trinus computos notat, & in his ſapiens erit, ſi natale nocturnum fuerit, & Luna aucta lumine, & omnia fœlicitatis ornamenta decernit, proſperos actus cum fœlicitate ſignificat, & quæ deſiderant facilimis rationibus conſequentur. cap. 5. lib. 6.

Martis quadratura ad Venerem, ſi Mars in decima domo fuerit, & ſignum Martis mobile, facit natum inſtabilem in rebus agendis. cap. 12. lib. 6.

Martis ad Solem diameter in diurna genitura, omnes actus grauioribus implicat contrarietatibus. cap. 19. lib. 6.

Sol dominus geniture facit homines agricolas, & tales, qui omnes actus cum maxima honeſtate perficiant. cap. 12. lib. 4.

Solem in ſecunda domo inuentum quicunque habuerit, nihil appetat, ad nullam rem adeat cum ſciat ſe ſic poſito Sole, in omnibus actibus impediri. cap. 6. lib. 3.

Sol in tertia domo inuentus, faciet natos procuratores ciuitatum, aut rationes publicas tractantes, aut fiſco præpoſitos, aut fiſci patronos, ſi bona ſe ei Iupiter & Mercurius radiatione coniunxerit. cap. 6. lib. 3.

Sol in ſexta domo inuentus, & Mars ſi fuerit in horoſcopo, actus quidem publicos faciet. cap. 6. lib. 3.

Sol in ſeptima domo cum Mercurio & Saturno inuentus, faciet homines lapidarios, aut pollinctores, aut funerarios, aut quibus ſepulchrorum cura, aut cuſtodia mandetur: faciet etiam armentarios, bubulcos, paſtores, equorum domitores, equarumque paſtores, porcarios, & his ſimilia: ſecundum naturam poteſtatémque ſignorum. cap. 6. lib. 3.

Sol in nona domo inuentus fabricatores facit, vel cultores Deorum, diuinorum ſimulacrorum, vel ornatores deorum, vel fabricatores templorum, aut hymnologos, & qui laudes deorum cum iactantia & oſtentatione decantent.

Solem per diem in domo Saturni inuentum quicunque habuerint, hi in omnibus operibus ſuis ſtabiles erunt, atque conſtantes, nec vnquam ab inceptis deſiſtent, quo ad optatum finem conſequãtur. Si verò nocturna fuerit genitura, homines in operibus ſuis redduntur inconſtantes. cap. 13. lib. 5.

Sol per diem in domo Martis inuentus, facit homines operoſos, & in negociis ſuis completos. cap. 13. lib. 5.

Venus domina geniture effecta, & in locis deiectis poſita, facit homines organarios, pictores & qui integras corporum ſimilitudines pingant. cap. 12. lib. 4.

Venus in horoſcopo per noctem inuenta, facit homines tales, quibus imperatorum ac magnorũ virorum negocia credantur: in humanis ſignis vero poſita, faciet ſacerdotum principes, & qui in ipſis ſacerdotiis purpureis aut auratis veſtibus induantur, & qui futura prædicant. Cum Mercurio ſi fuerit Venus in horoſcopo, coronatos faciet, atque infulis coronari: faciet etiam tales muſicos, vt omnium admiratione laudentur.

In conſtantibus vero ſignis, & quæ modicæ ſunt vocis poſita, in genitura nocturna, faciet multiplici ſtudio venatores, amicos imperatorum, facientes aliquid tale, & inuenientes quod ad venias regias pertineat, faciet etiam præpoſitos voluptatũ, ſed earum quæ ad delectationem regiam præparantur, accipientes annonas ab imperatore maximas: ſic autem ex preſtatione annonarum maxime illis diuitiæ conferantur.

In terreſtribus vero ſignis aut in aquoſis conſtituta, faciet tales homines, qui odorum pigmenta faciant, aut qui magnificas veſtes texant, aut tinctores maximos perficiet. In quadrupedibus ſignis faciet nobiles, glorioſos, bonos amatores pecorum & regis animalibus præpoſitos.

Venus in horoſcopo per diem, facit homines linteones, aut colorum inuentores atque tinctores, aut caupones, aut tabernarios. cap. 7. lib. 3.

Venus per noctem in ſecunda domo faciet magnarum antium inuentores. cap. 7. lib. 3.

Venus ſi fuerit in tertia domo, & ſi cum ea fuerit Mercurius vel Luna, erunt nati prophetæ neocori, aut præpoſiti templis & religionibus. cap. 7. lib. 3.

Venus in nona domo cum Ioue inuenta, vel ſi eam reſpiciat de trigono, vel hexagono, ſignificat quod homines ſuſcipient curam mulierum, vel mulierum procuratores exiſtant. Alij ſic habentes Venerem, in palatiis regum, vel in potentium virorum domibus ob fabricationem harum rerum, quę ad cultum ſunt mulierum neceſſariæ, perſeuerant, grati ſemper ex his neceſſariis propter has res promotionibus aliquibus adornantur: & ex his rebus augmenta patrimonij maxima conſequentur. ca. 7.

Venus in duodecima domo inuenta ſi Saturnus aliqua radiatione ſe coniunxerit: animos facit peruerſis vitiis implicari: & ad nullos actus reddi neceſſarios. Nam ſi Iupiter aliqua radiatione eam reſpiciat, dabit ex propriis actibus fœlicitates & augmenta patrimonij. cap. 7. lib. 3.

Venerem in Sagittario inuentam quicunque habuerint, homines erunt Sagittarij, & qui in martiis ludis plurimum delectentur: hácque de cauſa nobilibus fortaſſe viris grati erunt, quorum ſemper aſsidua conſuetudine vtentur. Inde ſibi poterunt aliqua vitæ ſubſidia comparare, famamque & glorioſum nomen apud alios conſequi. cap. 7. lib. 5.

Venere in Piſcibus inuenta, homines erunt iudices & qui optimo legum ac iudiciorum diſcurſu, omnia pertractent. Et ſi Iupiter bono aſpectu eam aſpexerit, optimo conſilio, ac ſapientia populos gubernabunt. cap. 7. lib. 5.

Venere in ſuo domicilio exiſtente, erunt homines in omnibus operibus ſuis fortunati. cap. 14. lib. 5.

Venere in domicilio Iouis inuenta, erunt homines mulierum nobilium conſiliarij, aut diſpenſatores, vnde ſibi fama & honorem inter cæteros, opeſque plurimas conſequantur. cap. 14. lib. 5.

Venus in domicilio Mercurij inuenta, facit homines rerum odoratarum mercatores, aurifices, vel ſigillorum aut monilium opifices, & qui omni arte & ingenio mulieribus obſequi ſtudeant: vnde multa fortaſſe poterunt eis incommoda prouenire. cap. 14. lib. 5.

Venere

Venere in domicilio Lunæ inuenta, erunt homines intenti multis rebus, nunquam in vnius expeditione, ſtabili decreto perſiſtant. cap. 14. lib. 5.

Trigonus Veneris & Lunæ benè affectarum in natiuitate nocturna, & Luna ſit lumine creſcens, decernit maximos actus. cap. 7. lib. 6.

Veneris & Mercurij quadratus, quanquam raro contingat, ſubtilis magiſterij artificem, & hominem clarum facit, aut alicuius magnæ diſciplinę magiſtrum. cap. 14. lib. 6.

Veneris quadratus ad Lunam, ſi Venus in dextro loco fuerit, & Luna in ſiniſtro, proſperitate in rebus agendis vitam decorat. cap. 14. lib. 6.

Mercurius dominus geniture faciet homines tales, qui omnia negotiationis officia facili ratione pertractent, accipientes pariter, & dantes, & exhibentes facile commercium: erunt ſanè in omni negociatione ſolliciti, vtiles, & qui ſubſtantiæ facultates ſuis viribus colligant. cap. 12. lib. 4.

Mercurius in horoſcopo per diem ſi reſpiciat Martem de trigono, faciet hominem bonis ac proſperis actibus occupari: Sed per noctem inuentus, rationibus etiam faciet præpoſitos aut conductionum, aut frumentorum, aut vectigalium, aut negociationum, vel menſarum, ſeu fœnerationum, vel huiuſmodi negocia tractantes. Reddit etiā, ſic per noctem collocatus, imperatorum aut potentiſsimorum iudicum, frequenter interpretes: ſed hæc omnia, ſecundum naturam ſignorum decernit. ca. 8. lib. 3.

Mercurius in ſecunda domo inuentus veſpertinus per noctem, faciet fœneratores, negociatores, aut qui alienarum curam rerum, procurationemque ſuſtineant: per diē facit etiā magnis rationibus præpoſitos, taleſque qui facultates regias, prompta diſpoſitione ſuſtentent, & qui omnes reditus regios, theſauróſque ſuæ habeant fidei, diſpoſitioníque commiſſos, ſed hæc eorum fælicitas breui temporis ſpatio finietur, citáque fluxa diſperibit.

Mercurius in tertia domo cum Ioue, vel in eius bono aſpectu, ſi Mars ſe aliquibus obligarit radiationibus, faciet procuratores regum, claros duces, potentes adminiſtratores, & quibus regiæ facultates credantur, & tales animo, ac viribus reddet vt omnis poſsint animi ſui virtute fæliciter ſuperare.

Mercurius in quarta domo conſtitutus, faciet acutos & publicis rationibus præpoſitos, & qui multiplici doctrina polleant. Si vero in hoc loco, in matutino ortu fuerit inuentus, ſecretarum quarundam artium magiſtros reddet. Si vero fuerit veſpertinus, faciet aurifices, aut foſſores auri, aut abſconſarum quarūdam artium magiſtros, aut qui computo, vel calculo videantur inſtructi aut paleſtritarum duces reddet.

Mercurius in quinta domo inuentus, & veſpertinus faciet negocioſos, ac rationibus publicis, quacunque adminiſtratione præpoſitos.

Mercurius in ſexta domo veſpertinus inuentus, faciet cordatos, graues, rationibúſque criticos, mēſis, horreis, apothecis, inſtrumentis, aut negociationibus præpoſitos, ex quibus occaſionibus lucra illis magna conferantur. Si vero ſic poſitus, coniūctionem Lunæ venientis exceperit, faciet ſcribas aut iudicum, aut ſenatus, aut qui cum imperatoribus conſtituti, aliquam dicēdi habeant poteſtatē, aut qui actus principis ſui, ſubeant ſuis diſpoſitoribus gubernare: præſertim ſi ſic Mercurio conſtituto, Luna vel alia ſtella ideo geniture locum poſſederit.

Mercurius in ſeptima domo inuentus per diem faciet grauibus vitiis implicari, & miſerarum libidinum cupiditatibus æſtuare. erunt autem nimis aut puerorum amatores, aut virginum, ac frequēter infamium virorum curam, tuitionémque ſuſcipiunt. Sed per noctem faciet mulierum diuitum procuratores, & quibus ex occaſionibus fęlicitates maximæ conferantur, facit etiam, aut calculi aut muſicæ, aut notarum, aut difficilium literarum inuentores.

Mercurius in octaua domo facit tardos, & qui nihil agere audeant, aut velint, laborioſis ſemper actibus impeditos, ſtultos, malitioſos, & ad nullos actus neceſſarios.

Mercurius in decima matutinus, admirabiles, & magnos, in actibus reddet. Veſpertinus vero faciet in omnibus actibus publicarios. Si vero ſic poſitum Mercurium Saturnus reſpexerit de □ vel ☍, faciet aquoſis ſemper actibus implicari, officiaq; eorum, aut iuxta maria, flumina vel ſtagna cōſtituit.

Mercurius in vndecima, faciet ingenioſos, & in omnibus actibus neceſſarios, & quibus magnarum rationum actus committātur: ſed tūc decernit maiora officia, ſi Iupiter fuerit opportuna radiatione coniunctus.

Mercurius in duodecima, faciet ingenioſos, ſi fuerint in magnis negotiis poſiti, aut publicorum negociorum conductores, in quibus alij periclitētur, niſi proſperos habuerint euentus. Veſpertinus vero in hoc loco conſtitutus multa faciet negocia concitantes, ac multorum inuentores negociorū.

Mercurius in Leone ſi fuerit inuentus, milites erunt, reique militari potiſsimum opera dantes, bella diligent & prælia, in quibus maximè valebūt, vnde ſibi decus & gloriam cum maxima etiam vtilitate conſequentur: erūt quoque adeò victorię cupidi, vt ſæpius præter æquitatem & iuſtitiam, illam conentur violenter de manibus hoſtium eripere.

Mercurius in Virgine ſi fuerit, homines milites erunt, omniáque munimenta quę ad militiam pertinent, & ad venationes delectabuntur.

Mercurius in domo Iouis inuentus, faciet homines tales, qui populorum ac gentium iudices erūt, qui leges, iuráque ſua ſapientia dicant, quiq; principum ſuorum nomine vrbes aliquas regāt, aut ciuitates. Hi quoque ſæpius nobilium virorum negocia pertractant, cenſus exigunt, ac cenſuum ſupputationes efficiunt. Sæpius etiam legum aut decretorum inſtitutiones publica cæteros lectione inſtituunt. cap. 15. lib. 5.

Mercurius in domo Veneris inuentus, reddit homines tales, qui omnia rectis ſoleant conſiliorum rationibus inuenire, & quorū omnis actus proſper ſequatur euentus, & qui duplicibus literis imbuantur, ac cōputos omnes, & omnes ſua ſolertia diſciplinas conſequantur, & peregrinæ negociationis officia tractabunt. cap. 15. lib. 5.

Mercurij trigonus ad Lunam homines facit pręclaros in armis, & etiam reddit negociatores. cap. 8. lib. 6.

Luna in horoſcopo inuenta per diem, gubernatores

tores maiorum nauium faciet. Si vero per diem Luna ſic conſtituta alium genituræ cardinem Mars Saturnuſque poſſederint, id eſt, ſi in quadrato vel diametro, vel ſi cum ipſa fuerint inuenti, faciet piratas crudeli feritatis atrocitate famoſos, aut in acceſſorum locorum præpoſitos iudices. cap. 15. lib. 3.

Luna in ſecunda domo per diem inuenta claros & perſpicuos actibus faciet, & qui actus ſuos per multa loca diuidant.

Luna in tertia domo per diem cum Ioue inuenta Mercurius ſe aliqua radiatione coniunxerit, antiſtites facit cuiuſdam Deę, vel potentiſsimæ religionis ſacerdotes, aut diſpoſitores religionum publicarum vel correctores. Si vero cum Luna in hoc loco Venus fuerit inuenta, actus habebunt de pigmentis, aut de aromatibus, aut de vino, aut de floribus. cap. 15. lib. 3.

Luna in quarta domo inuenta, & Sol in horoſcopo collocatus, facit homines mulierum negocia tractantes, alios facit in templis miniſteria exercere ſeruilia.

Luna in nona domo per noctem inuenta, dabit officia & dona ex templis.

Luna in decima domo inuenta per noctem magnos in omnibus actibus reddit, & vario genere fælicitatis ornatos. Per diem vero in hoc loco collocata, mediocres in vita & in omnib' actibus faciet, & qui frequentibus ſoleant rationibus decipi. Si vero per diem ſic Luna poſita Sol in horoſcopo inuentus in domo, aut altitudine ſua, vel in domo Iouis, magnos, potentes, adminiſtratores maximarũ prouinciarum, vel magnarum faciet ciuitatum proc̃ſules. Sed in ipſa actus adminiſtratiõe terribiles.

Luna in duodecima domo per noctem inuenta, miſeros, humiles, aut humili aut ſeruili genere faciet procreare, & laborioſos & ſemper in glorioſis actibus occupatos. cap. 16. lib. 3.

Luna in loco fortunæ cum Venere inuenta, vel ſi ad Venerem feratur, honeſtos quos diximus cũ gratiæ venuſtate largitur. cap. 16.

Luna in loco fortunæ per noctem cum Marte inuenta, vel ſi ad Martem feratur, militiam, gloriã, potentiam, & in his actibus decernit principatus. cap. 16. lib. 3.

Luna minuta luminibus in domo Saturni facit tales, quorum deſideria & actus nunquam proſper ſequatur euentus. cap. 16. lib. 5. & tardos in omnibus actibus ſuis. cap. 16. lib. 5.

Luna plena lumine in domo Iouis inuenta, facit tales, qui omnes actus proſperis ſemper rationibus compleant.

Luna per diem minuta lumine in domo Martis decernit periculoſorum negociorum officia, ac ex ipſis negociis caduca diſcrimina deducit. Si vero fuerit nocturna genitura & minuta lumine, faciet efficaces & officia multa tractantes, fortes, glorioſos, & quibus publicorum negociorum officia credãtur, & quos ſemper in omnibus actibus proſper ſequatur euentus. cap. 16. lib. 5.

Luna per diem plena lumine in domo Solis, faciet populares, ſed quibus publica committantur officia: efficaces, & qui omnia negociorum genera proſpero compleant ſemper effectu. Si vero fuerit minuta lumine, faciet ad nullos actus neceſſarios, & animo pariter ac vita humiles, qui nunquam in aliquo negocio perſeuerent.

Luna minuta lumine in domo Veneris bonos actus cum maximæ fælicitatis decernit augmento.

Luna plena lumine ſi fuerit in domo Mercurij, erunt homines laborioſi, operarij, ſed qui nunquã fructus ex laboribus conſequantur, & quos perpetui operis laborioſa ſollicitudo diſcruciet.

## TEXTVS.

### Περὶ συναρμογῶν.

Ἑξῆς δὲ τούτοις ὄντος, τοῦ περὶ συναρμογῶν λόγου, περὶ μὲν τῆς κατὰ νόμους ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συμβιβάσεως, οὕτω σκεπτέον. ἐπὶ μὲν τῶν ἀνδρῶν, ἀφορᾶν δεῖ τὴν ☾ αὐτὴν, πῶς διάκειται· πρῶτον μὲν γὰρ ἐν τοῖς ἀπηλιωτικοῖς τυχοῦσα τεταρτημορίοις, νεογάμους ποιεῖ τοὺς ἄνδρας, ἢ νεωτέραις παρ' ἡλικίαν συμβάλλοντας, ἐν δὲ τοῖς λιβυκοῖς, βραδυγάμους, ἢ πρεσβυτέραις συνόντας. εἰ δὲ καὶ ὑπὸ τὰς αὐγὰς εἴη, καὶ ♄ συσχηματιζομένη, τέλεον ἀγάμους. ἔπειτα ἐὰν μὲν ἐν μονοειδεῖ ζωδίῳ ἢ καὶ ἑνὶ τῶν ἀστέρων συνάπτουσα τύχῃ, μονογάμους ποιεῖ. ἐὰν δὲ ἐν δισώμῳ, ἢ καὶ πολυμόρφῳ, ἢ καὶ πλείοσιν, ἐν τῷ αὐτῷ ζωδίῳ τὴν συνάφειαν ἔχουσα, πολυγάμους. κἂν μὲν οἱ τὰς συναφὰς ἐπέχοντες τῶν ἀστέρων, ἤτοι κατὰ κολλήσεις, ἢ καὶ κατὰ μαρτυροποιίας ἀγαθοὶ τυγχάνουσι, λαμβάνουσι γυναῖκας ἀγαθάς, ἐὰν δὲ κακοποιοὶ, τὰς ἐναντίας. ♄ μὲν ἐπισχὼν τὴν συναφὴν, ποιεῖ γυναῖκας ἐπιπόνους καὶ αὐστηράς, ♃ δὲ, σεμνὰς καὶ οἰκονομικάς, ♂ δὲ, θρασείας καὶ ἀνυποτάκτους, ἀφροδίτη δὲ, εὐμόρφους, καὶ ἐπιχαρίτους, καὶ ἱλαράς, ☿ δὲ συνετὰς καὶ ὀξείας. ἔτι δὲ ♀ μετὰ μὲν διὸς, ἢ ♄ μεθ' ἑρμοῦ, βιωφελεῖς, καὶ φιλάνδρους, καὶ φιλοτέκνους, μετὰ δὲ ♂, θυμικάς, καὶ ἀστάτους, καὶ ἀλλογνώμονας. ἐπὶ δὲ τῶν γυναικῶν ἀφορᾶν δεῖ τὸν ☉ αὐτὸν, ἐπειδήπερ καὶ αὐτὸς ἐν μὲν τοῖς ἀπηλιωτικοῖς πάλιν τυχὼν τεταρτημορίοις, ποιεῖ τὰς ἔχοντας αὐτὸν οὕτω διακείμενον, ἢ νεογάμους, ἢ νεωτέροις συμβαλλούσας. ἐν δὲ τοῖς λιβυκοῖς, βραδυγάμους, ἢ πρεσβυτέροις πάλιν παρ' ἡλικίαν ζευγνυμένας. καὶ ἐν μὲν μονοειδεῖ ζωδίῳ τυχὼν, ἢ ἑνὸς ἑῴου τῶν ἀστέρων, μονογάμους, ἐν δισώμῳ δὲ ἢ πολυμόρφῳ πάλιν, ἢ καὶ πλείοσιν ἑῴοις συσχηματισθεὶς πολυγάμους.

♄ μὲν

♄ μὲν τῷ ☉ ὡσαύτως συσχηματισθέντος, λαμβάνουσιν ἄνδρας καθεστῶτας καὶ χρησίμους, καὶ φιλοπόνους. ♃, δὲ σεμνοὺς καὶ μεγαλοψύχους, ♂ δὲ δράστας καὶ ἀστόργους, καὶ ἀνυποτάκτους, ♀ δὲ, καθαρείους καὶ εὐμόρφους, ☿ δὲ βιωφελεῖς καὶ ἐμπράκτους, ἀφροδίτη δὲ, μετὰ μὲν ♄, νωχελεῖς καὶ ἀσθενεστέρους ἐν τοῖς ἀφροδισίοις. μετὰ δὲ ♂ θερμοὺς, καὶ καταφερεῖς καὶ μοιχώδεις, μετὰ δὲ ☿ περὶ παῖδας ἐπτοημένους. λέγομεν δὲ νῦν ἀπηλιωτικὰ τεταρτημόρια, ἐπὶ μὲν τοῦ ☉, τὰ προηγούμενα τοῦ τε ἀνατέλλοντος σημείου τοῦ ζωδιακοῦ, καὶ τοῦ δύνοντος, ἐπὶ δὲ τῆς ☾ τὰ ἀπὸ συνόδου καὶ πανσελήνου, μέχρι τῶν διχοτόμων, λιβυκὰ δὲ, τὰ τοῖς εἰρημένοις ἀντικείμενα. διαμένουσιν οὖν ὡς ἐπίπαν αἱ συμβιώσεις, ὅταν ἀμφοτέρων τῶν γενέσεων τὰ φῶτα συσχηματιζόμενα τύχῃ συμφώνως, τουτέστιν ὅταν ᾖ τρίγωνα ἀλλήλοις, ἢ ἑξάγωνα, καὶ μάλισθ᾽ ὅταν ἐναλλὰξ τοῦτο συμβαίνῃ. πολὺ δὲ πλέον, ὅταν ἡ τοῦ ἀνδρὸς ☾, τῷ τῆς γυναικὸς ☉. διαλύονται δὲ ἐκ τῶν τυχόντων καὶ ἀπαλλοτριοῦνται τέλεον ὅταν αἱ προειρημέναι τῶν φώτων στάσεις, ἢ ἐν ἀσυνδέτοις ζωδίοις τύχωσιν ἢ ἐν ☍, ἢ ἐν □. κἂν μὲν τοὺς συμφώνους τῶν φώτων σχηματισμοὺς, οἱ ἀγαθοποιοὶ τῶν ἀστέρων ἐπιθεωρήσωσιν, ἡδείας καὶ προσηνεῖς καὶ ὀνησιφόρους τὰς διαμονὰς συντηροῦσιν, ἂν δ᾽ οἱ κακοποιοὶ, μαχίμους, καὶ ἀναιδεῖς, καὶ ἐπιζημίους, ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀσυμφώνων στάσεων, οἱ μὲν ἀγαθοποιοὶ τοῖς φωσὶ μαρτυρήσαντες, οὐ τέλεον ἀποκόπτουσι τὰς συμβιώσεις, ἀλλὰ ποιοῦσιν ἐπανόδους, καὶ ἀναμνήσεις, σωτηρέσας δὲ προσηνὲς καὶ φιλόστοργον. οἱ δὲ κακοποιοὶ, μετά τινος ἐπιρείας καὶ ὥρας, ποιοῦσι τὰς διαλύσεις, τοῦ μὲν ☿ μόνου σὺν αὐτοῖς γινομένου, περιβοησίαις καὶ ἐγκλήμασι περικυλίονται, μετὰ δὲ τοῦ τῆς ♀, μοιχείαις, ἢ φαρμακείαις, ἢ τοῖς τοιούτοις.

*De coniugiis. Cap. IIII.*

Quoniam poſt præmiſſa de matrimonio tractandum eſt, legitima virorum & mulierum coniugia, quemadmodum ſubiungitur, nos obſeruare conuenit. In maſculorũ itaque coniugiis Lunares, qualitates hora natiuitatis viri nos ſubtiliter inſpicere, non eſt incõueniens. Primitus etenim obſeruandum eſt. Si in altera duarum quartarum orientalium Luna permaneat. Tunc etenim in iuuentute matrimonium faciet, vel poſt ſuorum annorum plenitudinem iuuenculam in vxorem accipiet. Si autem in altera duarum occidentalium extiterit, tarde vxorabitur, vel ſibi vetulam ſubarrhabit. Quod ſi ſub radiis fuerit, & in figura cum Saturno ſocietatem habuerit, nunquam vxorabitur. Poſt hoc autem obſeruabimus, ſi in vnius figuræ ſigno Luna fuerit, vel ſi ad vnũ ſolum planetam ictiſal habuerit, vni ſoli copulabitur. Sed ſi in ſigno duum corporum vel multarum figurarum permanſerit, & in eodem ſigno pluſquam ad vnum planetam ictiſal habuerit, ſibi quamplures deſponſabit. At ſi planetæ, cum quibus ex coniunctione vel aſpectu ictiſal habuerit, fortunæ fuerint, ſuæ ſponſæ conuenientes erunt & aptæ. Si autem infortunæ fuerint, erit contrarium. Nam ſi ad Saturnum ictiſal habuerit, erit eius vxor laborioſa, & ipſius qualitates erũt ferales. Si vero ad Iouem ictiſal habuerit, conueniẽs erit & idonea docta diſpoſitione. At ſi ad Martem, animoſa erit & indomita. Et ſi ad Venerem, erit formoſa, valdeque iocoſa. Si autem ad Mercurium, erit boni intellectus. Item ſi cum Ioue, vel Saturno, ſeu Mercurio Venus extiterit, in his quę ad vitam pertinẽt ei ſatis proderit. Ipſum etiam & filios multum amabit. Sed ſi cum Marte fuerit, erit deuaſtatrix ac inſtabilis & non intelligens. In fœminarum vero matrimoniis, ſolares qualitates hora natiuitatis fœmineę ſunt obſeruandæ. Nam cum Sol in altera quartarum duarum orientalium, ſcilicet in figuram iuuẽtute viro deſponſabitur, vel in ſenectute pro marito iuuenem accipiet. At ſi in altera duarum occidentalium extiterit tarde marito coniugabitur, vel in prima iuuentute ſeni deſponſabitur. Quod ſi in ſigno vnius fuerit figurę, & in eo planetam matutinalem inuenerimus, vni tantum viro tradetur, & ſi in ſigno duum corporum vel plurium figurarum extiterit, aut in figura pluſquam vni matutinali planetę fuerit aſſociatus, multos maritos habebit. Item ſi in figura Soli Saturnus aſſocietur, erit ſuus vir probus & iuſtus ac laborioſus. Si vero cum Ioue Sol ſocietatem habuerit, humilis erit & magnanimus. Si autem cum Marte erit crudelis & nullius dilectionis nec humiliabit ſe. Et ſi cum Venere, erit probus & formoſus. At ſi Mercurio aſſociatur ei, in rebus vitę proficiet, & erit laborioſus. Sed ſi cum Saturno Venus fuerit, eius vir erit feſ-

ſus, & à Venereis actibus ſe continebit. Et ſi cum Ioue fuerit, ſuus vir erit bonus & iuſtus, ac verecundus, & ſi cum Marte, erit acutæ complexionis, & circa venereos actus valde ſollicitabitur, eritque fornicator. At ſi cum Mercurio permanſerit, circa filios proprios erit valde pius. Quod autem ſuperius diximus, ex duabus quartis orientalibus in Sole intelligendum eſt eſſe dictum de duabus quartis, quarum altera punctum aſcendentis, altera vero punctum occidẽtis zodiaci circuli, præcedit. In Luna vero de duabus quartis, quæ ſunt inter coniunctionem & præuentionem quo vſque ſit dimidium illius luminis hoc intelligere debemus. Ex duabus itẽ quartis occidentalibus illas, quæ his prędictis opponuntur, intelligemus. Cumque luminaria conuenient ad inuicem in vtraque natiuitate per aſpectum aſſociantur, id eſt trino vel ſextili ſe reſpexerint, proprie vero, cum hoc fuerit ex tabdil, & maximè cum virili natiuitate Luna Soli conuenienter in muliebri natiuitate fuerit aſſociata, eorum coniugium nunquam diſſoluetur. Qualibet etiam occaſione diſſoluetur, cum prædicta luminarium loca fuerint in ſignis, quæ adinuicem non colligantur, vel quæ per diametrum ſibimet opponuntur, aut ex tetragona radiatione ſeſe reſpexerint. Quod ſi ad luminaria, quæ ſibimet in idonea figura conueniũt, ſuos radios fortunæ direxerint, coniugium in vtriſque dilectione & iocunditate ac valetudine permanebit. At ſi ea reſpexerint infortunę, permanebit quidem, ſed in litigio & odio ac damno. Similiter etiam euenit in eorum qualitatibus inconuenientibus. Nam ſi luminaribus infortunæ teſtificentur, coniugium non omnino denotabitur, ſed poſt ſeparationem reconciliabuntur, & cũ dilectione durabiliter permanebunt. Sed ſi infortunæ teſtificentur eis, erit ſeparatio valde litigioſa & feritatis plena. At ſi ſolus Mercurius cum eis extiterit, manifeſte ſeparabuntur cum inculpationibus & querimoniis. Quod ſi Venus cum eis fuerit, continget hoc propter adulterium vel necromanciam, ſeu propter huius ſimilia.

*COMMENTARIUS.*

VT continuem dicenda dictis, Ptolemæus expeditis quæ pertinent ad opes, diuitias & honores, & actiones, conſequenter de coniugiis tractat. Ratio eſt, quod ſi quis vxorem accipiet, neque prouiderit, an futurus ſit diues, an pauper, incideret in magnos labores: quia maxima infælicitas eſt paupertas, maximè in habẽtibus filios, quia ſi habuerit diuitias, facilè poterũt vxorem ducere: quia poterunt quoque filios nutrire. Si autem erit pauper, non poterit filios nutrire: quod ſi defecerit malum erit ducere vxorem, quia poterit dedecus propagari in filios, & ſic infæliciter aget illa familia, ſimiliter ſi obſcura & vilia magiſteria habebit, eodem pacto natus poſſet eſſe ita iners, quod non poſſet præuidere liberis, ergo voluit illa pręmittere ad diſcendum, vtrum debeam⁹ ducere vxorem, an non, quia ſi erunt deiecti & pauperes, fruſtra eſſet accipere vxorem, & duo facit Ptolemæus in hoc cap. quia primo agit de legitimis nuptiis: nuptiæ enim quædam fiunt cum lege & ordine, aliæ fiunt ſine ordine, ſcilicet ſunt occultę, inceſtuoſæ, & inconceſſæ. primo agit de legitimis, ſecundo de inconceſsis: incipit autem prima pars ibi, *qualiter autẽ fiat matrimoniũ per Venereas atque martiales, &c.* In prima parte, quæ perpulchra & vtilis eſt, habet enim ſecum vtilitatem & ſpeculationem: primo Ptolemæus declarat tempora nuptiarum, ſcilicet quo tempore quis vxorem ducet, ſcilicet an in iuuenta, vel in ſenecta, ſecundo loco declarat ſiderum poſitiones, quibus cognoſcamus an natus ſit habiturus vxores an non, vna tamen obſeruatione, ſed ego alias obſeruationes afferam, quia in plurimis deficit Ptolemæi ratio. Tertio declarat, an natus ſit plures vxores ducturus, an vnã tantum: quarto loco conditiones vxoris declarat, an futura ſit bonæ vitæ, & honeſtæ, an tractabilis an non. Item tertio loco declarat, an coniugia erunt manentia & fixa, an accidet diuortium, an dabitur libellus repudij, vt antiquitus fiebat, quia loquitur de ſuo tempore, monet nos quomodo agẽdum ſit, quando mutantur dogmata, & imperia: vltimò declarat, an conuerſaturi ſint ſimul pacificè vel habituri vitam in diſsidiis. Ad primum & ordĩne retrogrado declarem⁹ cõſtitutionẽ, quę dat intelligere, an natus ducere vxorem debeat, an non.

Quò ad hanc partem, vult Ptolemæus, quod in natiuitatibus maſculorum obſeruetur Luna, & videamus, an illa lateat ſub radiis Solis, vel non, quia ſi contingat Lunam eſſe occiduam, & latere ſub radiis Solis & cum hac conditione, quod ſit in dignitatibus Saturni, vel aliqua figura cum eo, nũquã ducet vxorem natus: ratio poteſt eſſe (quia demõſtratiuis obſeruationibus cõprobabimus) declarauit tertio libro Ptolemæus, quod Luna pręeſt mulieribus, quia cum ipſa ſubminiſtret caliditatem paucam, & humiditatem plurimam, vt in primo libro dixit, qua ratione præeſt mulieribus, & cum regat hæc omnia, lumine mutuato à Sole, nõ proprio, quia exile eſt, & fuſcum, & parum confert ad generationem harum rerum, quod facile eſt videre in interluniis, ſemper habet infælicitatem quandam, vt alteret corpora, quia lumine mutuato non poteſt agere, nam tunc pars ſuperior conuerſa ad Solem, eſt luminoſa: quæ autem reſpicit nos, minimè: vnde videtur innuere defectum in coniugiis, & maximè ſi

con

Digitized by Google

configuretur Saturno qui ſua natura frigidus eſt & ſiccus, quare nocet humiditati illi, & conficit multam humiditatem, vbi quodammodo reddit natum minimè aptum ad generandum, & ſic non recipit mulierem ac coniugem. Quomodo obſeruationibus comprobata ſit concluſio, dicam poſtea.

Quòd ad primum dicit, quod quando Luna reperta fuerit in quadripartiis ſubſolanis, id eſt, orientalibus, erit matrimonium in iuuentute, id eſt ante medietatem annorum eius, vel ſi contingat per aliquod impedimentum, quod non ducat vxorem in illa ætate, ſi peruenerit ad maturitatem annorum, ducet iuuenem in vxorem, eſt vna diſiũctiua, quod ſi contingat Lunam eſſe in quadripartio cæli lybico, & auſtrali, oppoſitum continget, quia poſt medietatem annorum ducet vxorem: quod ſi ante medietatem, vxorem viduam, aut natu grandiorem ducturum denotat vxorem, per quadripartia cæli orientalia (vt reuocemus in memoriam quæ dicta ſunt in Iſagoge) intelligit partem cæli ab horoſcopo ad culmen cæli, ſecundum vero quadripartium orientale ab occaſu ad imum terræ, duo reliqua, quæ ſe habent per oppoſita, dicuntur auſtralia. ſed tamen Ptolemæus ſic in vniuerſum loquitur: tamen in calce huius primæ partis declarat, quænam quadripartia intelligat, quia aut intelligenda ſunt in cælo aut non, tunc diſtinguendum eſt, quod habet Luna quadripartia, id eſt quòd à coitu cum Sole vſque ad primam quadraturam dicitur quadripartium orientale: quia augetur lumine licet veſpertino, nihilominus ipſe appellat quadripartium orientale hanc primam partem: poſtea à plenilunio vſque ad aliam quadraturam dicit eſſe aliud quadripartium, reliqua duo facit lybica ſeu auſtralia, ſcilicet à ſecunda quadratura ad interlunium, & à prima quadratura ad oppoſitionem, & ideo Ptolemæus corrigit ſe de Luna.

Quòd verò attinet ad pluritatem vxorum, dicit, quod ſunt obſeruanda ſigna ſub quibus reperitur Luna, & videndum eſt, an ſint prolifica, & fœcunda, an ſint duarum imaginum, an duplicia. Cãcer vero Scorpius & Piſces ſigna ſunt fœcũda, & Gemini Virgo Sagittarius & Piſces ſunt plurium imaginũ. ſunt etiam quædam ſimulacra in firmamento, vt eſt Centaurus ex 48. imaginibus, quia eſt ibi ara, coruus, cratera, vt declaratur in opere ſphærico, & octauo almag. Ptolemæi: quando dico ſignum, intelligo ſignum zodiaci imaginarij: quando dico imagines, intelligo reales, eodem pacto fœcunda ſigna in zodiaco conficto, licet ſint ex natura rei, vt in Iſagoge declaratum fuit. Cum ergo Luna fuerit in aliquo horum ſignorum, vel imaginum, habemus ſignum clarũ, natum plures ducturũ vxores, maximè ſi Luna applicuerit in Ariete: q̃a Aries reſpicit Geminos, Capriconũ & Librã & Aquariũ, quapropter ſi fuerit in ſigno Arietis, vt alij planetæ in aliis ſignis horum, ad quot ipſa applicat, ſignificat quod tot vxores ducet.

Circa quam partem debemus animaduertere, ꝙ Ptolemæus loquitur ſecundum legem Maurorũ, & ſecundum ea, quę vigebant eo tempore quo plures vxores ducebant, & dabant libellum repudij: vnde non eſt ſimpliciter intelligendum ſic, quod quãdo inuenerimus Lunam applicantem pluribus planetis, quod iudicium ſit de pluribus vxoribus. ſed videndum eſt, an illi planetæ ſint perperã conſtituti, quibus ipſa Luna applicat: quia ſi erunt cõbuſti, vel repedantes, vel aliquo infortunio infortunati, erit ſignũ, quod mulier morietur, & tunc poterimus prognoſticari, quod habebit aliã vxorem, & ſecundũ Arabes, quando ſeptima domus eſt infortunata, vel dominus ſeptimæ, & primus dominus trianguli, ſicut per plures, licet obſeruationes obſcuras, ſemper obſeruaui, vxores moriuntur, ſcilicet per pſentiã Martis in ſeptima, vel Saturnũ vel per cõbuſtionẽ planetarum in illo loco, eodem pacto & ſi in applicatione planetę fuerint cõbuſti, & infortunati, erit idem, alioqui regula erit falſa.

Quòd verò attinet ad cõditiones, inquit Ptolemeus in vniuerſum ſi Luna applicat ſe Saturno, dicemus, quod natus ſit ducturus vxorẽ, quæ iudicanda eſt ſecundũ naturã Saturni, & dicit quod illa vxor erit laborioſa, rudis, & feralis, quod magis erit iudicandũ, quãdo Saturnus fuerit infortunatus, quia ſi Saturnus erit infortunatus, tanto peius, quia ipſa erit obſcura, ignobilis, & amica ſolitudinis, ꝙ erit intractabilis, & hoc modo inueni viduas, & meretrices, vt obſeruaui: quia ſunt ſemper aliquo modo corruptę, ꝙ ſi Iupiter erit is planeta, cui Luna applicat, illa mulier erit idonea conueniens viro, & ſecũdum naturam Iouis & conſtitutionẽ eius. eodẽ pacto prognoſticandũ erit, quia ſi Iupiter fuerit in domo ſua, erit diues, & afferet magnas dotes ſecum: ſi fuerit in ſua exaltatione, erit nobilis, ſemper diuitiæ habentur à domo, nobilitates ab altitudine, & regno, ſi in trigono & finibus, erit iudicãdũ de bonitate eius: ꝙ ſi fuerit extra dignitatẽ ſuã, poterimus dicere, ꝙ erit idonea, attamẽ ſi in ſuo detrimẽto, erit pauper, & paucã afferet dotẽ, ſi in ſua deiectione, erit ignobilis: ꝙ ſi Mars erit dator vxoris, erit indomita, audax, temeraria, ſicut obſeruatũ eſt, poterit tamẽ fieri vt Mars ſic cõponatur, in cõfiguratione, vel Lunæ vel Iouis ꝙ ipſe habeat cõditionẽ beneficã, ideo ſemper hæc remittẽda ſunt induſtrię mathematici, maximè ex naturali Philoſophia, ſicut fit in medicina, q̃a currũt eodẽ curſu prognoſticatiua & medicina, Philoſophia autẽ declarat prĩcipia medicinæ. ſi fuerit Venus, erit mulier formoſa, iocoſa: q̃a conditio Veneris benefica eſt, & ideo vxor erit iocoſa, & gaudebit cum viro ſuo. ꝙ ſi Mercurius accedat ad hoc munus: q̃a Mercurius eſt autor intelligẽtiæ, erit prudẽs, intelligẽs, cũ hac cõditione, ꝙ nõ perperã cõſtituatur, q̃a poterit Mercurius eſſe adeo infortunatus, ꝙ propter cõditionem ſuã reddat mulierẽ leuẽ, ſed quando erit bene compoſitus, erit intelligens, & boni diſcurſus.

Quibus declaratis, q̃a fecit mẽtionẽ de Luna, vt applicatur planetis, quia Venus habet ius in re cõiugij, obſeruandum eſt, an Venus conueniat cũ Saturno & cum Mercurio & cum Ioue: quia ſi Luna applicat Saturno & Veneri eſt in benefico aſpectu, vxor illa erit proficua: quia educabit filios, & amabit virum: ſed ſi cum Marte, erit diſſipatrix opũ, & diuitiarum, ſcilicet quãdo Venus cõuenerit cũ eo. De matrimoniis vero fœminarũ eadẽ ferè ratio eſt: ſed tantũ permutat lumina, quia in maribus accipit Lunã producẽda vxore, in fœminis accipit Solẽ pro viris, & ſicut Luna ſe habet in cõiugiis virorum, ita Sol in cõiugiis fœminarũ, & ſi fuerit ĩ quadripartiis



Digitized by Google

orientalibus,in iuuentute nubet puella,quod ſi cō tingat,quod apud parentes maneat in maturitate annorum,nubet iuueni,quod ſi in quadripartiis lybicis fuerit,erit oppoſitum , quia aut tardè nubet, aut ducet in iuuentute ſua virum ſenem, quod ſi applicet Saturnus Soli,ſi Sol fuerit in ſignis multarum imaginum,& fœcundis,ducet plures viros.& ratio,quia omne agens,vt vnum agens,vnum agit, & vna actione.ſed cum ſint plura agētia, & ſub multiplici ratione,neceſſe eſt,vt multiplices effectus agant,quod ſi Saturnus erit autor viri , erit probus vir,ſed feſſus,& fatigatus propter naturam Saturni.Dubitabit quis vnde eſt,quando Ptolemæus aſſumpſit Saturnum pro vxore,dicens,quod erit mulier laborioſa, feralis, & modo oppoſitum dicit de viro , facile eſt reſpondere : quia cum Saturnus ſit maſculus,& gaudeat maſculinitate,cum ſignificabit virum ſignificabit propriam naturam , cum ſignificabit fœminam, erit extra naturam ſuam, ſed ſeruabit conditionem ſuam ſcilicet, beneuolam,& tarditatem,quod ſi fuerit Iupiter , erit idoneus,& magnanimus,quod ſi Mars, erit intractabilis,vt habet Ptolemæus,iracundus crudelis. ſi Venus, erit formoſus iuuenis , pulcher, & venuſtus: quod ſi Mercurius, erit intelligens , & proficiens: quod ſi tandem contingat cum Saturno & Mercurius cū Ioue præſentia Veneri quia habet vim ſupra coniugia,& matrimonia, tunc poſſumus prognoſticari,quod vir erit clarus,& proficuus pro vxore & filiis , quia laborabit pro educanda vxore , & filiis.

Quò autem ad examinationem harum concluſionum , examinauimus primam concluſionem, ſcilicet, Vnde eſt , quod ſi Luna lateat ſub radiis Solis,non nubetur:adduximus rationem probabilem.ſed videamus an obſeruatione poſſit comprobari,& licet poſſem innumeras in medium afferre obſeruationes,tamen notas afferam.

Ego obſeruaui in quibuſdam , natiuitatibus Cardinalium,de illis,quos ſcio non vxorem duxiſſe,ſicut fuit Reuerendiſſimus Laurentius Puccius, non habuit ipſe vxorem ,quoniam ſemper duxit vitam Eccleſiaſticam : ipſe autem habuit in horoſcopo Lunam ſub radiis Solis , quoniam Sol erat in 17.partibus Leonis,& ipſa eſt in 16.partibus , & reperitur in finibus Saturni : quapropter hæc conſtellatio vera eſt. Vide eius Geneſim pag.624.

## *Antonij Pucci Florentini Cardinalis Natiuitas.*

OBSERVAVI idem in nepote, ſcilicet Antonio Puccio, & animaduerti ad Lunam,quæ erat in medio cæli cum Sole propè ad tres gradus: quia Sol erat in 24.partibus 31. min. Libræ,& ipſa Luna in partibus 21. min.37. ergo erat ſub radiis: quoniam Venus, & Mercurius per 14. gradus latitant ſub Sole, & erant ipſa lumina in trigono & Saturni regno,& Mars erat cum ipſis Luminaribus:quare concluſio vera.




Vide eius Geneſim pag.368. Rurſus obſeruaui natiuitatē Nicolai Rodulphi,qui fuit eccleſiaſticus, & Cardinalis,ipſe autē habet in nona cæli domo in tertia parte Leonis Solem,& Luna eſt ſub radiis ipſius,quia in 16. parte ergo latet , & ſexangulabatur Saturno exiſtenti in ſigno Geminorum,quare concluſio eſt vera.

*Zachariæ Delphini Cardinalis Natiuitas.*



Deinde obſeruaui natiuitatẽ Zachariæ Delphini Veneti, Cardinalis. Is habuit Lunam combuſtam à Sole in ſigno Geminorum in duodecima cæli domo ſexangulatam Saturno. Deinde Venus reperitur in duodecima cæli domo, quare duxit vitam cælibem, & non accepit vxorem, ergo concluſio Ptolemæi vera.

## ADDITIO.

Dignitas Cardinalatus apparet ex Antiſcio Lunæ in horoſcopo partiliter cum Sole in ſuo domicilio. Et pars fortunæ inuenta in horoſcopo demonſtrat, ipſum eſſe diuitem & diuitiis affluentem. Verum Saturnus in vndecima cęli domo aliquando fruſtrabit deſiderium eius in rebus multis, & ex amicis aliquod dãnum accipiet.

*Coſmi Pucci Archiepiſcopi Florentini Natiuitas.*



Item obſeruaui in natiuitate Coſmi Pucci Archiepiſcopi Florentini, qui, vt dicunt, & ipſe tenuit vitam Eccleſiaſticam & cælibem, examinaui eius genituram, & inueni Lunam in fine Sagittarij. Sol autem erat in 25. partibus ipſius ſigni, ergo ſub radiis, & latitabat, & cum hoc quadrãgulabatur Saturno, qui erat in tertia decamoria Piſcium, ergo concluſio vera.

*Antiſcia planetarum.*

♄ 8. 19. ♎
♃ 25. 16. ♒
♂ 4. 30. ♒
☉ 4. 50. ♑
♀ 27. 35. ♒
☿ 20. 30. ♐
☽ 0. 30. ♑

Epiſcopus Paganottus qui erat monachus ſancti Dominici, & qui duxit vitam cælibem, habuit in medio cæli Lunam, Saturnum, & Martem, ergo non debebat ducere vxorem, ſecundum hanc concluſionem.

Viles autem & obſcuras genituras plures poſſem in mediũ afferre, quas ſuſpectas haberent multi, ſed quia hæ ſunt illuſtres, & nobiles, volui vt omnes haberent certam doctrinam.

Quando ergo Luna latuerit ſub radiis Solis & fuerit quadrata Saturno, natus non ducet vxorem, & ego obſeruaui in genituris monachorũ, ferè omnes conueniunt in hac conſtitutione.



Digitized by Google

Et quia cœpimus examinare concluſionem videlicet ſi Luna lateat ſub radiis Solis, & habeat configurationem cum Saturno, quod natus non ducet vxorem,& poſt rationem probabilem adduximus in medium ſex obſeruationes, ſed quia inuenimus hanc regulam interdum fallere,ideo excogitaui alium modum inueſtigandi huiuſmodi rem, licet teneat vt frequenter,non tamen ſemper:quapropter accipimus vnum à Ptolemæo, vnum à Iudæis, ſed tertium ab Arabibus.

Quò ad Ptolemæum accipiamus quod Luna ſignificet coniugia omnino,& à Iudæis q̀ Venus etiā ſignificet coniugia,& nuptias,quia vtranque ſapit caliditatem & humiditatem aeream, quare multū conducunt ad generationem,& ambæ deſignāt mulieres. Accipio tertium ab Arabibus parte quintæ cap.quinto tractatu de nuptiis,dicit,quod ſi in genitura alicuius fuerit ſecundus dominus trigoni ſeptimæ domus impeditus, aut combuſtus vel repedans,vel in ſexta vel in octaua cæli domo , & in locis diſſonis, natus non ducet vxorem. ergo habemus has tres ſtellas ſignificare coniugia , & dicunt omnes quod cum Luna fuerit infortunata , denegat coniugia. Item de Venere & domino trigoni: quare ſi animaduertamus in natiuitate cuiuſpiam ad has tres ſtellas,inueniemus veritatem : ego obſeruaui,quod quando hæ tres ſtellæ vel duæ ipſarum ſunt infœliciter conſtitutæ,cōiugia denegant, ſi vero fœliciter conſtituantur,dant coniugia.

Ego voluiſſem in medium afferre natiuitates quorumdam illuſtrium, quos ſcio habuiſſe filios, ſed ignoro,an per conceſſas nuptias habuerunt filios ignoro an Innocentius habuerit vxorem , habuit tamen filios,ſimiliter Iulius & Alexander Pontifices habuerūt filios,ſed neſcio num habuerint vxorem. Paulus tertius habuit filios,& vt dicunt , ex conceſſis nuptiis,quod etiam ex natiuitate poſſumus videre,ſed de aliis neſcio : ego tamen habeo, quod aliqui eorum poterant habere coniuges , vt patet in genitura Pauli 3. Pont.quia habet bene cōſtitutam Venerem,& Lunam in ſuo honore, & Solem bene conſtitutum.ſed de reliquis, quia non potui aliquorum eorū obſeruare natiuitates,iudiciū lectoribus relinquo.ſed venio ad cælibes.

Scimus fuiſſe cælibem Xyſtum Pont. quia fuit monachus ſancti Franciſci , & non habuit vxorem legitimam,quare diſtinguamus,quod nuptiæ legitimæ dupliciter ſunt,nam aliquæ ſunt voluntariæ, id eſt,quod natus procliuis eſt ſua natura,vt ducat vxorem,aliæ autem conceſſæ ſunt, non tamen voluntariè,& per oppoſitum deſiderium, ſed per conſilium,& impulſionem à patribus:iſta tamen conſtitutio & obſeruatio non tenet in illis, ſcilicet in voluntariè conceſſis.& rationem adducam, huius cōſtitutionis nuptiarum legalium , & quod ipſæ ſint voluntariæ,id eſt à proprio deſiderio à natura non à vi parentum.

Habuit Xyſtus Pontifex aſcendens primam decamoriam Scorpionis, & in ſeptima cæli domo fuit Taurus,& quia natiuitas diurna erat, quapropter Luna accipiebat dominium ſecundæ triplicitatis,& Venus eius natura etiam erat ſignificatrix coniugij ſicut Luna. Venus autem conſtituebatur in ſuo detrimento,ſcilicet in Virgine,ideo non ſignificabat coniugium propter ſuum infortunium: quoniam per detrimentum,humiliationem , repedationem,& caſum ab angulis ſemper ſtellæ impediuntur, vt dicunt Arabes & Zahel , qui referunt planetarū infortunia:Luna autem ſimiliter erat in ſua deiectione,& infortunabatur cum haberet duplex ius,ſcilicet,vt Luna,& vt domina ſecundæ triplicitatis ſeptimæ domus.Erat enim in tertia decameria Scorpionis,& quadrangulabatur Saturno,ergo infauſtè ponebatur : quare denegabat nuptias, fuit ergo cælebs.

Vide tractatum de ſtellis fixis.

Leo decimus Pontifex Maximus habuit has ſtellas tres infœliciter conſtitutas:ſcilicet in horoſcopo Sagittariū,& ideo ſunt Gemini in occaſu: quoniam natiuitas erat nocturna.Erat autem Saturnus ſecundus dominus trigoni , & Venus erat in prima domo combuſta cum Sole.Luna autem in ſexta cæli domo cadens.Et quod peius eſt,quadrangulabatur Marti.Saturnus verò dominus ſecundus trigoni repedans in octaua cæli domo in ſuo detrimento extra conditionem ſuam reperiebatur : quare non habuit vxorem.

Vide eius Geneſim Pag. 110.

Clemens ſeptimus Pontifex maximus habuit in natiuitate diurna in horoſcopo Leonis ſecundam decamoriam ; quare in occaſu fuit Aquarius. Erat autem dominus ſecundus trigoni Mercurius, & erat in medio cæli,& apparebat fæliciter conſtitutus,tamen quadrangulabatur Saturno ad ſex gradus.Venus verò repedabat in finibus malorū , quia erat in fine Geminorum,& in duodecima cæli domo,& erat Luna in octaua domo in tetragono aſpectu Martis,quare non duxit vxorem , ergo concluſio vera.

Vide eius Geneſim pag. 109.

Rurſus in antiquis obſeruaui geniturā Cardinalis de Soderinis Florentini,qui fuit cælebs,qui quidem habuit Taurum horoſcopantem, & Scorpionem in ſeptima cæli domo , & Venus erat domina ſecundi trigoni, quoniam natiuitas fuit nocturna. obſeruaui ergo Lunam perperam conſtitutam , & erat in ſexta domo,& ſexangulabatur Saturno in ſignis magnarum aſcenſionum. Scimus enim ex decretis Ptolemæi cap. 12. lib. 3. quod ſexangulatio æquiualet quadrato. Venus autem erat in prima domo & quadrangulabatur Saturno,quare vixit cęlebs,ergo concluſio vera.

Sigiſmundus Gonzaga Frater Franciſci , olim Marchionis Mantuæ, qui ortus eſt anno 1464. & creatus Cardinalis S.Mariæ nouæ à Iulio 2. pontifice maximo anno 1505. qui obiit Mātuæ anno 1525. ibique ſepultus eſt. abhorrebat (vt dicunt ) mulieres.Ego vero examinaui eius genituram. Nam cum eſſet ſecundus natus, non competebat ei principatus,ideo elegit vitam Eccleſiaſticam. habuit enim in horoſcopo Geminos , in occaſu verò Sagittariū ex ſignorum regula.Fuit ergo Sol ſecundus dominus trianguli ſeptimæ domus , quia natiuitas nocturna erat,& fuit in ſexta domo cadens.Erat quoque Venus cum eo combuſta , & repedans , & Luna partiliter coniuncta cum Saturno in Ariete in vndecima cæli domo , quare concluſio vera , quia non habuit vxorem.

HERCV

## *Herculis Gonzagæ Cardinalis Natiuitas.*

HERCVLES Gonzaga creatus fuit Cardinalis à Clemente 7. pontifice maximo tit. S. Mariæ nouę anno 1527. Hic habet Lunam quadrangulatam Saturno, qui eſt coniunctus Marti in ſigno Leonis. Tenet autem in horoſcopo Cancrum, & in occaſu Capricornum : cuius ſecundæ triplicitatis dominam reperio eſſe Venerem, eo quòd natiuitas fuit nocturna. Et ipſa Venus partiliter ſexangulatur Marti in ſignis magnarum aſcenſionum, qui aſpectus equiualet quadrato, quare Venus eſt infortunata, quę quidem conſtitutiones planetarum ſignificauerunt vitam eccleſiaſticam, & cælebem: ergo concluſio vera: quoniam non habuit vxorem.




## *Hippolyti Eſtenſis Cardinalis Fratris Alphonſi Ducis Ferrariæ Natiuitas.*

REVERENDIS. Hippolytus Eſtenſis, qui eadem ratione elegit vitam Eccleſiaſticam, quia imperiũ pertinebat ad Alphonſum fratrem. habuit Aquarium horoſcopantem: quare in occaſu Leo tenebatur. Erat autem dominus ſecundi trianguli ſeptimæ domus Sol, quoniam natiuitas erat nocturna, & erat Sol in Ariete in ſuo regno, tamen in loco diſſono, quia in ſecunda cæli domo, & ſauciabatur à præſentia Mercurij: qui repedabat & erat combuſtus. Et quia omne agens in naturalibus in agendo repatitur, ideo ſi Sol facit planetas pati & ipſe patitur ab ipſis, metaphoricè loquendo, quia aliter planetæ non patiuntur. Venus autem erat infortunata, quia in detrimento ſuo combuſta, ſcilicet in Ariete. Erat autem Luna infortunata, quia in prima domo opponebatur Satunrno. Quare concluſio vera. Hic factus fuit Cardinalis ab Alexandro 6. pontifice Maximo anno 1493. & obiit anno 1520. Ferrariæ menſe Septembri, & ſepultus eſt in ſacrario Eccleſiæ cathedralis.






Digitized by Google

HIPPOLYTVS Frater Ducis Ferrariæ archiepiſcopus Mediolanenſis creatus fuit Cardinalis à Paulo 3. pontifice maximo anno 1539. is habet Lunam in duodecima cæli domo, cui quadrãgulatur Saturnus, & Venus eſt combuſta coniuncta Saturno in octaua cæli domo in ſigno ſterili. tenet ergo in horoſcopo Capricornum, & in occaſu Cancrũ, cuius Luna domina eſt ſecundi trianguli, ſecundum decreta Ptolemæi c. 19. lib. primi quæ eſt infortunata: quare concluſio vera: quia non habuit vxorem, ſed vitam Eccleſiaſticam & cælebem tenuit.

*Hippolyti Eſtenſis fratris Ducis Ferrariæ Natiuitas.*




Vnde vt ſemper concluſio patescet per obſeruata, ego animaduerti ad natiuitatem Reuerendiſ. de Saluiatis, habuit enim Venerem infœliciter conſtitutam: quia cum Marte in ſecunda cæli domo, & Luna triangulabatur Saturno, ſed in ſignis breuium aſcenſionum: cum ille trinus æquiualeat quadrato, & ipſe fuit cælebs. Vnde concluſio eſt vera. Deinde & quæcunque harum ſtellarum habet dominium in trigono ſeptimæ dom', & Luna, & Venus ſunt infortunatæ.

Vide eius Geneſim pag. 367.

Rurſus animaduerti ad genituram Alphonſi Petrucci Cardinalis, qui ſuffocatione mortuus eſt, obſeruaui in eius genitura diurna Venerem combuſtam, & cum Marte in medio cæli in ſigno Piſcium. Ecce duplex infortunium: nam Luna erat poſita in ſua deiectione quadrata Saturno. Et quia eius aſcẽdens erat Cancer: in ſeptima verò domo habuit Capricornum. Vnde Luna erat infortunata, quæ erat domina ſecundi trigoni ſeptimæ domus, & ipſe nõ duxit vxorem: quare concluſio vera.

Vide eius Geneſim pag. 180.

Venio ad genituram Hippolyti Medicis Cardinalis: hic habuit Venerem in octaua domo, & eius horoſcopus erat Libra: quare in occaſu fuit Aries, & Iupiter ſecundus dominus triplicitatis, quoniam natiuitas fuit diurna: & fuit infortunatus à Marte ex quadrato aſpectu partiliter. Et Venus erat in octaua cæli domo ſub radiis Solis coniuncta Marti, & Luna quadrangulabatur Saturno: quia Luna erat in Capricorno, & Saturnus in prima domo in partibus 16. Libræ. Quare concluſio vera: quia vxorem non habuit.

Vide eius Geneſim pag. 457.




DONNVS Ferdinandus Medices Frater Franciſci magni ducis Ethruriæ, tenet Lunam in ſeptima cæli domo, cui diametratur Mars, qui quidem eſt dominus ſecundi trianguli ſeptimæ domus, quoniam Natiuitas eſt diurna, & reperitur in duodecima cæli domo in ſigno ſterili. Nam eius horoſcopus eſt ſignum Virginis, & in occaſu tenet Piſces. quare Mars fuit dominus ſecundi trianguli. Venus autẽ collocata eſt ſub radiis Solis, & fuit combuſta, & in diametro Saturni. Quare ipſe ſe dedicauit Eccleſiæ, & elegit vitam eccleſiaſticam, & eſſe cælebem. ergo concluſio vera.

*Dõni Ferdinandi Medicis Cardinalis Natiuitas.*

Clemens

Digitized by Google

Clemens Molianus ordinis minorum Cardinalis, habuit Lunam in ſigno ſterili, cui quadrangulabatur Saturnus in ſigno Geminorum, & erat dominus ſeptimæ domus: & Venus erat cum Saturno in ſigno ſterili infortunata. Et quia horoſcopabat ei ſignum Leonis, & in occaſu reperiebatur Aquarius, in quo Mercurius tenebat dominium in ſecunda triplicitate trianguli, qui erat coniunctus Saturno in ſigno ſterili: quare fuit Frater ſancti Franciſci, & quæſiuit viuere vitam cælebem: ergo concluſio vera.

Vide eius geneſim pag. 372.

Ioannes Aluarus olim Frater ſancti Dominici Cardinalis creatus tituli S. Clementis à Paulo 3. pontifice Maximo, hic habuit Lunam in ſexta cæli domo in ſigno ſterili, cui quadrangulabatur partiliter Mars. Et quoniam horoſcopabat ei ſignum Piſcium, ſequebatur quod in occaſu erat ſignum Virginis, in quo permanebat ipſa Luna: & domina ſecundi trianguli erat Venus, quoniam natiuitas fuit nocturna, cui diametrabatur Saturnus: quare non habuit vxorem, ſed fuit frater, & profeſſus eſt vitam cæleſtem.

Vide eius geneſim pag. 368.

Iacobus Sadoletus Mutinenſis Cardinalis doctiſsimus, habuit Lunam coniunctam Saturno in ſigno Virginis: & Venus erat collocata in duodecima cæli domo: Et quoniam in horoſcopo Geminos tenebat, ideo in occaſu fuit ſignum Sagittarij, & Iupiter erat dominus ſecundi trianguli in diametro Martis infortunatus: quare fuit ſine vxore, & tenuit vitam eccleſiaſticam.

Vide eius geneſim pag. 365.

Nicolaus de Gadis Florentinus Cardinalis, tenuit Lunam in ſigno Leonis, quod eſt ſignum ſterile, cui quadrangulabatur Mars, qui erat in horoſcopo in ſigno Tauri. Vnde erat in occaſu ſignum Scorpionis, & Venus erat domina ſecundi trianguli: quoniam natiuitas erat nocturna, & ipſa Venus fuit infortunata ſub radiis Solis in ſigno Geminorum, quod eſt ſignum ſterile: quare vixit ſine vxore, & tenuit vitam eccleſiaſticam.

Vide eius geneſim pag. 367.

*Ioannis Federici Cardinalis de Cæſis Natiuitas.*




Ioannes Federicus Cardinalis de Cæſis habuit Lunam in ſigno ſterili: & Venus erat ſimiliter in ſigno ſterili cum Marte. Horoſcopabat autem ei ſignum Geminorum, & in occaſu erat inuentum ſignum Sagittarij: in quo Sol tenebat dominium in ſecunda triplicitate trianguli, & erat cum Antiſcio Saturni, & reperiebatur infortunatus: quare vixit ſine vxore, & fuit Eccleſiaſticus & cælebs.

Cognoui præterea Epiſcopũ de Martiis Florentinum, cui feci vaticiniũ ſuper natiuitatem, cum eſſem Florentiæ. Habet Taurũ Aſcẽdentẽ, quare Scorpius fuit in ſeptima cæli domo. Et quoniam natiuitas erat diurna, fuit Venus domina trigoni ſecundi: & ipſa patiebatur infortunium in medio cæli: quia quadrangulabatur Saturno, & Luna erat in ſexta cæli domo, & ſexangulabatur Saturno in ſignis magnarũ aſcenſionum: vnde fuit celebs.

Hieronymus Sauonarola fuit cælebs, & habuit dominum ſecundum trigoni Mercurium. Aries autem erat in horoſcopo. Vnde Libra fuit in occaſu. Erat enim Mercurius combuſtus: Venus autem partiliter erat cum Saturno in ipſa ſeptima cæli domo: & Luna infortunabatur à præſentia Martis in decima cæli domo, & à quadrato aſpectu Saturni. Quare concluſio vera.

Vide eius geneſim pag. 424.

Cognoui Florẽtiæ Abbatem ſancti Martini Viterbienſem, ſcilicet D. Hieronymum Retacium, qui ſponte confitebatur ſe abhorrere mulieres. Erat eius aſcendens Leo, & in ſeptima cæli domo erat Aquarius. Fuit ergo Saturnus dominus ſecundus trigoni, & ſauciabatur à Marte partiliter ex quadrato aſpectu. Vnde erat infortunatus. Venus autem erat combuſta & repedans propè Solem ad duos gradus, & in ſuo detrimento: quia in Virgine: ingenuè fatebatur ſe non diligere mulieres: quare concluſio vera.

Ioannes Picus Comes Mirandulanus non duxit vxorem, habuit ſimilem cõſtellationem, imo ipſe abhorrebat mulieres: habuit Venerem cõbuſtam in quinta cæli domo, & Luna quadrangulabatur Saturno: quare ipſe non accepit vxorem.

Vide eius geneſim pag. 540.

Rontinus Phyſicus Florentinus nunquã duxit vxorem, habuit aſcendens Leonem, & in occaſu Aquarium. Erat ergo Saturnus dominus ſecundus trigoni ſeptimæ dom', quia natiuitas erat noctur-

na,& ipſe infortunabatur à Marte ex quadrato aſpectu. Et Venus erat combuſta, & repedans in ſigno Scorpionis. Luna verò erat in octaua cęli domo perperam conſtituta:ibat enim ad diametrum Mercurij & Solis.

Dubium. Poſſemus multorum virorum afferre conſtitutiones,ſed quia ſunt obſcuræ maximè , attuli has notiſsimas: Sed quia aliquis poſſet arguere contra me. Quoniam Henricus Rex Gallorum habuit hanc conſtitutionem: attamen ipſe duxit vxorem. Habemus ipſum habuiſſe vxorem legitimam Catherinam Mediceam ſapientiſsimam Reginam, & filios legitimos: & ipſe habet Lunam & Venerem combuſtam ac quadrãgulatam Saturno, in medio cæli exiſtenti : ergo regula fallit.

Vide eius genetim pag.169.

Item, Octauius Farneſius,habet Venerem combuſtam in ſeptima cæli domo, & repedantem, & Martem in ſexta domo diametratum horoſcopo, & Lunam in duodecima cæli coiunctam Saturno: quare regula fallit.

Vide eius genitim pag.156.

Reſpõſio. Reſpondetur ex diſtinctione prius data: quòd iſti erant pueri,& nõ ſuturis,vt omnes ſciunt. Duxerũt igitur vxorem ad libitum,& ſuorum patrum voluntatem.

Henricus,qui erat paruæ ætatis, erat enim 13. annorum vel circa. Alius verò erat quodammodo infans:quia vxor eius expectauit aliquot annos,antequam coniungeretur ei : ego non nego, quòd plures non poſſent ducere vxores hoc modo: & quòd voluntas non ſit ſupra vires aſtrorũ. ſed quod adduxi,eſt ex pronitate circa hæc. Vnde factũ eſt, quòd hæc regula teneat in pluribus, vt viſum eſt: quia ſi fiant iſtæ nuptiæ, & fiant violentæ in annis pubertatis, ( vt ita dicam ) non erit de eis aliquid dicendum. Hæc ſufficiant ad probationem huius regulæ,quæ eſt clarior,quàm illa Ptolemæi.

Declarat in ſecundo loco Ptolemæus quænam nuptiæ ſint ſtabiles, & firmæ: & quæ diſſolubiles: quia antiquitus dabatur libellus repudij, & diſſoluebantur nuptiæ. Ptolemæus loquitur ſecundum ſuum tempus:quia in calce docet quomodo permutentur dogmata,& ſecundum conſuetudinem illam debemus hæc conſiderare. Declarat ergo quænã nuptiæ ſint ſtabiles.Dicit,quãdo loca duorum luminum in natiuitate vnius fuerint ſexangulata , aut triangulata locis alterius , erit matrimonium firmum.Si in natuitate Socratis ſit Sol in decamoria Leonis,& Luna in prima Piſcium, poſtea in natiuitate vxoris fuerit Luna in prima decamoria Sagittarij, vel Arietis , vel Geminorum, vel alterius ſigni , dummodo ſit ſextilis vel trigonus,& Luna ſimiliter ſit in prima facie Scorpionis, vel Cancri,vel Tauri,vel Capricorni,quia triangulantur inter ſe & ſexangulantur, erit matrimoniũ firmum.Si verò contingat,quòd ipſæ ſtellæ reſpiciant ſe ex quadrato aſpectu , ſcilicet quòd ſint loca luminum quadrata,exempli gratia,quòd Sol ſit in principio Leonis in natiuitate viri: & alterum luminare in natiuitate vxoris ponatur in principio Scorpionis,vel Aquarij,diſſoluetur matrimonium: & ſemper dubitandum erit de diuortio & ſolutione matrimonij.Si verò contingat,quòd accedant fautrices ad hanc maleficam conſtitutionem, licet quod litigent inter ſe,tamen poſtea facient matrimonium firmum & ſtabile poſt longas diſcrepantias & plures lites,conciliabuntur. Hoc autem ex natura beneficarum ſtellarum. Si verò in benefica conſtitutione illa adueniant maleficæ ſtellæ: vel Veneris quadratura,vel oppoſitio,licet ſit firmum vel ſtabile aliquo tempore : tamen diſcordabunt inter ſe frequenter.Vnde ſubdit,quod ad hoc cognoſcendum ſi interuenerit Mercurius, dabitur libellus repudij : ſi Venus interuenerit,erit per incantationes , & faſcicationes: vt legitur apud Rabinos de Moyſe, qui cum reprehenderetur à ſuis,quod duxit in vxorẽ Aethiopiſſam , ipſe cõfecit duos annulos,ſcilicet obliuionis & memoriæ:annulũ memorię retinuit apud ſe, annulũ obliuionis dedit vxori ſuę:& ipſa deſeruit eũ,& ſic datũ eſt diuortiũ : ratio,quia ſemp Ven' habet aliqd occultationis,& religionis,& etiam circa Secreta naturæ. Nam ſuperiori parte diximus quod cum Venus fuerit veſpertina , agit ipſa ad prauitatem animæ,& cum Saturno impellit ad ſecreta naturæ qualitercunque Venus fuerit cum his , impellet natum ad alterũ coniugium:& ſic faciet diuortiũ,

## T E X T V S.

Τὰς δὲ κατ' ἄλλον οἷον δήποτε τρόπον γινομένας συναρμογὰς, διακριτέον ἀμφοτέρας, εἴς τε τὸν τῆς ♀ ἀστέρα καὶ τὸν τοῦ ♂ καὶ τὸν τοῦ ♄, συνόντων γὰρ αὐτῶν τοῖς φωσὶν, οἰκείους καὶ νομίμους καὶ τὰς συγγενείας, συγγένεια γὰρ, ὥσπερ ἔχει πρὸς ἑκάτερον τῶν εἰρημένων ἀστέρων ὁ τῆς ♀, καὶ πρὸς μὲν τὸν τοῦ ♂, κατὰ τὸ συνακμάζον πρόσωπον, ἐπειδήπερ ἐν τοῖς τριγώνοις ἀλλήλων ζωδίοις ἔχουσι τὰ ὑψώματα, πρός τε τὸν τοῦ ♄ κατὰ τὸ πρεσβύτερον πρόσωπον, ἐπειδὴ πάλιν ἐν τοῖς τριγώνοις ἀλλήλων ἔχουσι τοὺς οἴκους, ὅθεν ὁ μὲν τῆς ♀, μετὰ μὲν τοῦ ♂. ἁπλῶς ἐρωτικὰς διαθέσεις ποιεῖ, προσόντων δὲ τοῦ τοῦ ☿ καὶ διαβοησίας. ἐν δὲ τοῖς ἐπικοίνοις καὶ συνοικειουμένοις ζωδίοις, αἰγόκερῳ ἰχθύσιν, ἀδελφῶν ἢ συγγενῶν ἐπιπλοκὰς, κἂν μὲν ἐπὶ τῶν ἀνδρῶν ἡ ☾ συμπέσῃ, ποιεῖ δυσὶν ἀδελφαῖς ἢ συγγενέσι συνερχομένους, ἐὰν δὲ ἐπὶ τῶν γυναικῶν, ὁ τοῦ ♃, δυσὶν ἀδελφοῖς, ἢ συγγενέσιν. μετὰ δὲ τοῦ ♄ πάλιν ὁ τῆς ♀ τυχὼν, ἁπλῶς μὲν,

μὲν, ἡδείας δὲ καὶ εὐσταθεῖς ποιεῖ συμβιώσεις, προσόντος δὲ τοῦ τοῦ ☿, ὠφελίμους, προσγενο-
μένου δὲ καὶ τοῦ ♂, ἀστάτους καὶ βλαβερὰς, καὶ ἐπιζήλους, κἂν μὲν ὁμοιοσχημόνων αὐτοῖς ᾖ,
πρὸς ὁμήλικας ποιεῖ τὰς ἐπιπλοκὰς, ἂν δ' ἀνατολικώτερος αὐτῶν, πρὸς νεωτέρους, ἢ νεωτέ-
ρας. ἐὰν δὲ δυτικώτερος, πρὸς πρεσβυτέρας, ἢ πρὸς πρεσβυτέρους. ἐὰν δὲ καὶ ἐν τοῖς ἐπι-
κοίνοις ζῳδίοις ὦσιν, ὁ τῆς ♀ καὶ ὁ τοῦ ♄. τουτέστιν αἰγόκερῳ ἢ ζυγῷ συγγενικὰς ποιοῦνται
τὰς συνελεύσεις, ὡροσκοπούσῃ δὲ, ἢ μεσουρανούσῃ τῷ προειρημένῳ σχήματι, ☽
μὲν συμπροσγινομένη, ποιεῖ τοὺς μὲν ἄῤῥενας, μητράσιν, ἢ μητέρων ἀδελφοῖς, ἢ μητρυιαῖς
συνέρχεσθαι, τὰς δὲ θηλείας υἱοῖς, ἢ υἱῶν ἀδελφοῖς, ἢ θυγατέρων ἀνδράσιν, ☉ δὲ, δυ-
τικῶν μάλιστα ὄντων τῶν ἀστέρων, τοὺς μὲν ἄῤῥενας θυγατράσιν, ἢ θυγατέρων ἀδελφαῖς, ἢ γυ-
ναιξὶν υἱῶν, τὰς δὲ θηλείας, πατράσιν, ἢ πατέρων ἀδελφοῖς, ἢ πατρῴοις. ἐὰν δ' οἱ προκεί-
μενοι σχηματισμοὶ, τῶν μὲν συγγενῶν ζῳδίων μὴ τύχωσιν, ἐνθηλυκοῖς δὲ τόποις ὦσι καὶ προ-
σώποις, ποιοῦσι καὶ ὄντως καταφερεῖς, πρὸς τὸ διαθεῖναι τε καὶ διατεθῆναι, πάντα τρόπον
προχείρους, ἐπ' ἐνίων δὲ μορφώσεων, καὶ ἀσελγεῖς, ὡς ἐπί τε τῶν ἐμπροσθίων καὶ ὀπισθίων
τοῦ ♈ καὶ τῆς ὑάδος, καὶ τῶν ὀπισθίων τοῦ ♌, καὶ τοῦ προσώπου τοῦ ♑. κεντρωθέντος δὲ κατὰ μὲν
τῶν πρώτων δύο κέντρων, τοῦτ' ἔστιν ἀπηλιωτικοῦ καὶ τοῦ μεσημβρινοῦ, παντελῶς ἀποδεικνύου-
σι τὰ πάθη καὶ ἐπὶ δημοσίων τόπων προάγουσι, κατὰ δὲ τῶν ἐσχάτων δύο, τοῦτ' ἔστι λιβυκοῦ καὶ
τοῦ βορείου, σπάδοντας ποιοῦσι καὶ αὐλικοὺς, ἢ στείρας καὶ ἀτρήτους. ♂ δὲ προσόντος ἀποκό-
πους ἢ τριβάδας, καὶ καθόλου δὲ ποδαπήν τινα πρός τε ἀφροδίσια ἕξουσιν, ἐπὶ μὲν ἀνδρῶν,
ἀπὸ τοῦ ♂ ἐπισκεψόμεθα, τοῦ μὲν γὰρ τῆς ♀, καὶ τοῦ τοῦ ♄ χωρισθεὶς, μαρτυρηθεὶς δὲ
ὑπὸ τοῦ ♃, καθαρείους καὶ σεμνοὺς περὶ τὰ ἀφροδίσια ποιεῖ, καὶ μόνης φυσικῆς χρείας στοχα-
ζομένους, μετὰ ♄ δὲ μόνου μὲν τυχὼν εὐλαβεῖς καὶ ὀκνηροὺς καὶ κατεψυγμένους ἀπεργάζεται,
συσχηματιζομένων δ' ἀφροδίτης καὶ ♃, εὐκινήτους μὲν καὶ ἐπιθυμητικοὺς, ἐγκρατεῖς δὲ καὶ
ἀντιληπτικοὺς, καὶ τὸ αἰσχρὸν φυλασσομένους. μετὰ μόνης δ' ἀφροδίτης, ἢ καὶ τοῦ ♃ σὺν αὐτῇ
τυχόντος, ἀπόντος τοῦ τοῦ ♄, λάγνους, καὶ ῥαθύμους, καὶ πανταχόθεν ἑαυτοῖς τὰς ἡδονὰς πο-
ριζομένους, κἂν ὁ μὲν, ἑσπέριος ᾖ τῶν ἀστέρων, ὁ δὲ ἑῷος, καὶ πρὸς ἄῤῥενας καὶ θηλείας, οἰ-
κείως ἔχοντας, οὐχ ὑπὲρ παθῶν μέντοι πρὸς οὐδέτερα τὰ πρόσωπα, ἐὰν δ' ἀμφότεροι ἑσπέ-
ριοι, πρὸς τὰ θηλυκὰ μόνα καταφερεῖς. θηλυκῶν δ' ὄντων τῶν ζῳδίων, καὶ αὐτοὺς διατιθε-
μένους. ἐὰν δ' ἀμφότεροι ἑῷοι, πρὸς τὰ παιδικὰ μόνον νοσηματώδεις, ἀῤῥενικῶν δ' ὄντων τῶν
ζῳδίων, καὶ πρὸς πᾶσαν ἀῤῥένων ἡλικίαν. κἂν μὲν ὁ τῆς ♀, δυτικώτερος ᾖ, ταπειναῖς ἢ δού-
λαις ἢ ἀλλοφύλοις συνερχομένους. ἐὰν δὲ ὁ τοῦ ♂, ὑπερεχούσαις, ἢ ὑπάνδροις, ἢ δεσποίναις
ἐπὶ δὲ γυναικῶν, τὸν τῆς ♀ ἐπισκεπτέον. συσχηματιζόμενος γὰρ τῷ τοῦ Διὸς, ἢ καὶ τῷ τοῦ ☿
σώφρονας, καὶ καθαρείους ποιεῖ περὶ τὰ ἀφροδίσια, καὶ τοῦ τοῦ ♃ δὲ ἀπόντος, τῷ τοῦ ☿ συνοι-
κειωθεὶς, κεκινημένας μὲν καὶ ὀρεκτικὰς, εὐλαβεῖς δὲ καὶ ὀκνηρὰς τὰ πολλὰ, καὶ τὸ αἰσχρὸν
φυλασσομένας, ♂ δὲ, μόνῳ μὲν συνὼν ἢ συσχηματισθεὶς ὁ τῆς ♀, ποιεῖ λάγνους, καὶ καταφε-
ρεῖς, καὶ μᾶλλον ῥαθύμους, ἐὰν καὶ ὁ τοῦ ♃ αὐτοῖς προσγένηται, κἂν μὲν ὁ τοῦ ♂ ὑπὸ τὰς αὐ-
γὰς ᾖ, συνέρχονται δούλοις, ἢ ταπεινοτέροις ἢ ἀλλοφύλοις, ἐὰν δ' ὁ τῆς ♀, ὑπερέχουσιν,
ἢ δεσπόταις ἑαυτῶν, ἑταίρων ἢ μοιχάδων ἐπέχουσαι τρόπον, κἂν μὲν τεθηλυσμένοι ὦσι
τοῖς τόποις ἢ τοῖς σχήμασιν οἱ ἀστέρες, πρὸς τὸ διατίθεσθαι μόνον καταφερεῖς, ἐὰν δὲ ἠῤῥενωμέ-
νοι, καὶ πρὸς τὸ διατιθέναι καὶ γυναῖκας. Ὁ μέντοι τοῦ ♄ τοῖς προειρημένοις σχήμασι συνοικειω-
θεὶς, ἐὰν μὲν καὶ αὐτὸς ᾖ τεθηλυσμένος, ἀσελγειῶν αἴτιος μόνον γίνεται. ἐὰν δὲ ἀνατολικὸς καὶ
ἠῤῥενωμένος, ἐπιψόγους ἵστησιν, ἢ ἐπιψόγους ἐραστὰς ἀπεργάζεται. Τῷ μὲν τοῦ ♃ πάλιν ἀεὶ,
πρὸς τὸ εὐσχημονέστερον τῶν παθῶν συλλαμβανομένου, τῷ δὲ τοῦ ☿, πρὸς τὸ διαβοητότερον,
καὶ εὐπλαστότερον.

Qua

QValiter autem fiat matrimonium per Venereas atque Martiales ac Saturninas qua-
litates, demonſtrabitur. Nam ſi cum luminaribus ſe conuenienter habuerint, erit cõ-
iugium idoneum, & legitimum, habetur etenim inter Venerem & vtrunque prædi-
ctorum planetarum, velut quædam habitudo. eius autem reſpectus ad Martem vxo-
rem iuuẽculam fore demõſtrabit, inter eos etiã eſt habitudo, quia vniuſcuiuſque eorũ exalta-
tio eſt in ſigno triplicitatis alterius, eius vero ſocietas cũ Saturno, vetulã vxorẽ fore ſignificabit
inter quos eſt etiam habitudo, quã vtriuſque domus eſt in ſigno triplicitatis alterius. Quapro-
pter Venus cum Marte qualitatẽ amoris efficit abſolutè, cũ quibus ſi Mercurius fuerit, erit hoc
manifeſtũ, ſi fuerit in ſignis quidẽ vtrinque cõmunibus, aut Capricornus & Piſces, ſignificabũt
quod proprię ſorori vel ſuæ cõſanguineæ cõiugabitur. Quòd ſi in maſculinis natiuitatibus in
eiſdem Luna fuerit, natus cũ duabus ſororibus vel duabus cõſanguineis adinuicẽ Venereos a-
ctus exercebit. Si autem in fœminea natiuitate idem permãſerit, eam duo cõſanguinei vel duo
fratres inceſſabũt. At ſi cũ Saturno Venus extiterit, erit cõiugium idoneũ, lõgoque tẽporę per-
manebit: Cum quibus ſi Mercurius manſerit, erunt cum hoc eis ad proficuum. Quòd ſi cũ hoc
etiã Mars iterũ cum eiſdẽ fuerit, coniugium erit firmũ & eis nocebit. Si autẽ eius qualitas eorũ
qualitatibus aſſimiletur, mulier viro ſibi cõtemporaneo copulabitur. Si autẽ ipſa plus illis orien
talis extiterit, viro ſe minori deſponſabitur & vir vxorẽ ſe minorẽ ſubarrabit. At ſi magis occi-
dentalis fuerit, mulier viro ſe ſenior nubet, vir autẽ vxorẽ ſe antiquiorem deſpõſabit. Itẽ ſi Ve-
nus ac Saturnus, in ſignis ſibi cõmunibus cõmoretur, vt Capricornus & Libra, erit cõiugiũ in-
ter cõſanguineos. Si autem huius prædictæ qualitatis Luna fuerit, & in aſcẽdẽte cœliue medio
qualitas ipſa permãſerit, natus cũ matre vel nouerca ſeu matertera, mulier vero cũ prole pro-
pria, vel cũ ſuæ ſororis filio, ſeu cum ſuo genero Veneri militabit. Quod ſi Sol iſtius prædictæ
qualitatis extiterit, & planetæ occidẽtales fuerint, natus filiæ vel ſui fratris ſeu ſororis natę, aut
ꝓprij filij cõiugis inceſtabit cubilia. Mulier autẽ cũ patre vel patruo ſeu matris viro delinquet.
At ſi hęc prædicta qualitas non in ſignis vnius generis, ſed in locis fœmininis fuerit, natus plus
æquo Veneri decantabit, oĩbus etiam modis agere, & pati ſibi nullatenus erit difficile. Si autẽ
quarũdam figurarũ prædicta hæc qualitas extiterit, cũ hoc etiã in Veneris actibus Iupiter con-
uerſabitur, ſunt quidẽ hæ figurę principia Leonis & Arietis, necnõ qđ Gręcę ſimile litteræ .I.
vocatur, & hæc eſt eius forma Λ cuius vna ſtellarũ aldebarã appellatur, eſt etiã illud quod Græ
cè vocatur calcas, & eſt finis Leonis, facies quoque Capricorni inter eaſdẽ figuras numeratur.
At ſi hęc qualitas in duobus primis angulis, qui ſunt orientalis & meridianus, inuenta fuerit, e-
rit in ſuis operibus manifeſtus, & ea in locis, in quibus hoĩes in vnũ cõueniunt, reuelabit. Si aũt
in vltimis angulis, qui ſunt occidentalis & ſeptẽtrionalis, fuerit, erit eunuchus, & varias calamo
diſtinguet voces, aut erit ſterilis, vel ſine virgæ foramine. Sed ſi cum hoc in eis Mars fuerit, ſi
maſculus extiterit, eius virga cũ teſticulis abſcindetur, & ſi fuerit fœmina, valde profunda erũt
eius muliebria. In maſculinis vero natiuitatibus natorũ qualitates in Venereis actibus ex Mar-
te generaliter nos inueſtigare conuenit hoc modo. Cũ igitur à Venere vel Saturno ſeparatus
eique Iupiter teſtificatur, natus in coitu erit mitis, & nõ immũdus, nec Veneri niſi ſolũmodo à
natura coactus militabit. Si autẽ cũ ſolo Saturno fuerit, à Venere ꝓlongabitur, & in hoc erit pi
ger & frigidus. Quòd ſi Veneri & Ioui in figura aſſocietur, leuiter ad iſta ꝓmouebitur, & ma-
gnã inde voluntatẽ habebit, ſemetipſum tamen inde redarguet, & coercebit, à turpibus etiã, &
immundis ſibi multũ cauebit. At ſi cũ ſola Venere vel cum Ioue ſolo abſque Saturni aſpectu
fuerit, magnã ſtupri volũtatem habere dicetur, & delitioſe viuere cupiet. Sed ſi alter eorum ve-
ſpertinalis, alter vero matutinalis fuerit, natus cũ viris ac mulieribꝰ coire deſiderabit, nec minꝰ
in vno quã in alio ſollicitabitur. Et ſi vterque fuerit veſpertinalis, in mulieribus tãtũ Veneri mi
niſtrabit. Quòd ſi ſigna fœminina fuerint, ipſe forſitã ad turpes actus ſupponetur. Et ſi vterque
matutinalis extiterit, cũ maſculis ſolũmodo ſcelus illud ꝑpetrabit. Et ſi ſigna fuerint maſculina
omnibꝰ modis circa maſculos agere ſollicitabitur. Quod ſi Venus magis occidẽtalis fuerit, cũ
vilibus mulieribus & ancillis, ac eis ſimilibus Venereos actus exercebit. Si Mars magis occidẽ-
talis exiſtit, nobiliorem ſe, aut maritatã, vel ſuam dominam cognoſcet. In fœmineis autem na-
tiuitatibus Venus eſt obſeruanda. Si Ioui namque & Mercurio, in figura aſſocietur, erit in co-
eundo mitis ac munda. Et ſi abſque Saturno fuerit aſſociata, Mercurio magnam coeundi vo-
luntatem habebit, & illud valde facere deſiderabit, ſed tamen in maiori parte ſe inde refrena-
bit & verebitur, turpeſque coitus poſtponet. Quòd ſi cum Marte ſolo fuerit, vel ei in figura aſ-
ſocietur,

Digitized by Google

ſocietur, Venereos actus & multũ exercebit, & maximã exercendi volũtatem habebit. At ſi cũ eis Iupiter fuerit, & Mars ſub radiis extiterit, rem cum ſeruis & miſeris hominibus, vel cum extraneis ſui generis habebit. ſed ſi ſub radiis Venus extiterit, cum nobilibus vel ſuis dominis meretricabitur. Si autem hi planetæ in locis vel figuris fœmininis fuerint proprie in hominũ coitu ſollicitabitur. At ſi maſculini fuerint, in mulierum concubitu valde conuerſabitur. Quòd ſi Saturnus his qualitatibus aſſocietur, erit horrida. Quòd ſi fuerit orientalis, & maſculinum in ſolario ſtuprum affectabit, vel viros quos ex ſolario reſpexerit, adamabit. Iupiter autem ſemper hęc impedimenta mitigabit, Mercurius vero iuuabit eorũ detectiones & iuuabit eorũ turpia.

*COMMENTARIVS.*

NVNC Ptolemæus quibus ſic habitis, agit de nuptiis inconceſsis, & exponam Ptolemæum, vt debet exponi, quia eſt adeò intricatus, quòd niſi exercitatus eſſem in Mathematicis, non intelligere eum. Facit circa hanc partem tria: quia primò declarat conſtellationẽ, quæ inconceſſas nuptias reddit, ſecundo particulares conſtellationes ponit nuptiarum inter conſanguineos, tertio loco agit de conſtellationibus eorum qui ſunt proni ad neſandam libidinem.

Conſtellatio in vniuerſum eſt Venus, Mars, & Saturnus vult, quòd inconceſſæ nuptiæ ac non legitimæ fiant per has qualitates, & dicit quod cum hæ nuptiæ, quas nos dicimus illicitas, & intelligit illas, quæ ſunt inter affines & conſanguineos: & debemus animaduertere quod Græcus vult quod hę nuptiæ ſint in triplici differentia, nã quædam ſunt ſimpliciter illicitæ, & inconceſſæ: id eſt omnibus modis quando fieret copula, ſeu coitus inter matrem & filium, inter petrem & filiam, vel inter ſocerum & nurum, vel inter nepotes, hæ nuptiæ ſunt illicitæ: ſunt aliæ nuptiæ conceſſæ alio modo, & ſi accidunt inter affines & conſanguineos in gradibus tamen remotis. Scimus quòd in noſtra lege in quarto gradu, non poſſunt confici nuptiæ: antiquitus pertinebant vſque ad ſeptimum; ſed nunc in quarto fiunt ergo quædam ſunt nuptiæ illicitę ſimpliciter, quas diximus, ſunt quædam quæ non ſunt illicitæ ſimpliciter, quæ poſſunt diſpenſari, & fieri legitimæ. Ptolemæus de vtriſque agit, & quantum ad primam partem dicit, quòd ſiue iſtæ nuptiæ, ſiue illæ ſunt per Veneris ac Martis & Saturni qualitates: ratio quia ſi reſpexerimus ad Martem & Venerem inueniemus ꝙ trigonus vnius eſt altitudo alterius: ergo deſignant actiones ipſorum fieri inter affines, & conſanguineos: ſi iſte ordo illi ordini ſit coordinatus trigonum aqueũ eſt Martis, & terreum Veneris, & quia altitudo Veneris eſt in ſigno Piſcium, & eſt in trigono ſuo, & altitudo Martis eſt in Capricorno, vbi eſt trigonum Veneris: ecce quod habent affinitatem, & erit inter conſanguineos actio. Item inter Venerem & Saturnum eſt conuenientia: quia trigonum vnius eſt domus alterius: quia trigonum terreum eſt Veneris & aëreum Saturni: & quia Libra eſt domus Veneris, eſt in trigono Saturni, & quòd eſt trigonum Veneris & eſt domus Saturni. Ecce quod propter hanc affinitatem fient nuptiæ inter parentes.

Sed contra, diceret quiſpiam, ſequeretur eadem ratione, quod coniuges non poſſent conciliari, ſicut cauſæ ſimiles adducunt ſimiles effectus, ſic in cauſa diſsimili argumentor, effectum diſſimilem, (Dubitatio.) quia domus Martis opponuntur domibus Veneris: quia Scorpius & Taurus inter ſe opponuntur. Item Aries & Libra: ſimiliter Capricorn' & Libra quadrangulantur, & Aquarius & Taurus ſimiliter, ergo illa ratio nulla eſt: quia ſi per conuenientiam trigoni ad trigonum & altitudinis ad altitudinem fieri debent propenſiones natorum ad conſanguineorum nuptias: ſimiliter ex oppoſito oppoſitum continget.

Dicendum pro defenſione Ptolemæi, quod duplex natura in ſtella conſideranda eſt, vna quò ad naturã communem: alia quò ad intrinſecam proprietatem ſtellæ. Quò ad primum dicimus, quòd in natura vniuerſali in trigonis, licet ſint contrariarum naturarum, quia diſpoſitor trigoni ignei eſt Sol, & aquei Mars, & ſimilium: ſed propter regimẽ horum inferiorũ ſunt aſsignata illis hæc trigona, à quibus regitur vniuerſum, & eius partes. (Reſpõſio.)

Quo ad proprietatem ſtellarum, ſunt diſſona, & ſic poſſumus defendere Ptolemæũ, & dicere quod licet conueniant in natura communi coniuges, diuerſificantur poſtea in natura propria, & ſic nõ durabunt in litibus propter diſſonantiam domorum ſicut apud ſacros codices legitur in libro Regum, Amon dilexit Tamarem ſororem ſuam, & cũ coiuerit cum ea, non potuit amplius audire nomen eius. Sed poſſumus aliam cauſam afferre, quare aſſignatæ ſunt inconceſſæ nuptiæ Veneris & Martis & Saturni: Venus ſua natura facit amorẽ, & reddit animũ amantem, furit Mars & eſt ſtella vehemẽtiæ & iracundię: quare diſponit animum ad temerarium amorem & incõceſſum. Saturnus autẽ habet ignauiam quandam & ſegnitiem & torporẽ: vnde natus non curat extra domum quærere hæc, & ideo vtitur mulieribus ſuæ domus: & hãc ego credo eſſe potiorem cauſam.

Si ergo cõtingat has ſtellas eſſe beneficè conſtitutas, natus faciet matrimoium & ſi illicitum matrimonium, tamen erit idoneum, & ſi clandeſtinũ fuerit, propter bonã diſpoſitionẽ ſtellarũ diſpenſabitur, & ſi benefica conſtellatio fuerit Martis & Veneris, natus deſponſabitur puellæ, & fœmina adoleſcẽti: ſi autem applicuerit Saturno dabit virũ ſenem iuueni mulieri, & ipſi viro iuueni vetulam, vel ſaltẽ dabit viduam. Hæc ergo ſunt ſecundum poſitionem harum ſtellarum coniugia licita, & illicita, idonea, vtilia & talia.

His ſic declaratis, addidit aduerſatiuũ, quamuis ſit corollariũ, quòd amorẽ efficiunt abſolutè Ven' & Mars, quod quãdo hæ cõſtellationes ſic beneficę fuerint, obſeruãdũ eſt, ne natus decipiatur: quia tanta eſt vis generatiua Veneris & beneficẽtia, & tan

Digitized by Google

tantum impellit animũ ad amorẽ, & Mars ad ardorem, quòd in vniuerſum ſemper cõſtellatio Martis cum Venere allicit animũ ad amorẽ cuiuſcunque: ſed ſi ſunt maleficę cõnſtitutæ (nã ſexangulatio vel triãgulatio efficiunt id) ſed ſi copulãtur ex diametro vel quadrato timendũ eſt, ne natus fiat procliuis ad illecebras, & inhoneſtos amores, & deſcendendo ad particularia dicit, ſi contingat Venerem cũ Marte eſſe repertã, aut in Capricorno aut in Piſcibus, natus erit propenſus ad ducendũ vxorẽ vel ſororem, vel propinquã: ſi erit natiuitas mulieris, erit procliuis ad ducendũ fratrem, vel conſobrinum in virũ, & quia, vt dicit Græcus neceſſe eſt, vt hoc cõiugium ſit clandeſtinũ. poteſt tamen poſtea legitimari: vnde ſi interuenit Saturnus, erit idoneũ & firmum: ſed intelligatur hoc in quarto gradu, in dogmate noſtro, nõ ſũt, nec in ſecũdo, nec in tertio, quòd ſi Mercurius affuerit, erit proficuum cõiugium: habet enim vt regat diſcurſum & virtutẽ phantaſticã, quare reddet natũ pronũ ad diligendum vxorẽ ſuã. Mars autẽ & ſi faciat cõiugium ſtabile, attamen nõ eſt talę cõiugium, quod erit ad aliquod cõmodũ. Et ſic patet iſta cõcluſio, quomodo hæ cõſtellationes Veneris, Martis & Saturni faciant illegitimas nuptias, quæ poſſunt diſpenſari.

Quò ad ſpecialiter illicitas, accipit aliã conſtellationẽ, quæ eſt, quòd ſi Venus & Saturnus reperiantur ſimul quadrati vel oppoſiti in cõfiguratione & interuenerit in hac conſtellatione Luna ſicut in prima, & fuerit cõſtellatio in parte orientis, vel medio cæli, eſt maximè valida cõſtellatio, ad reddendũ natũ propẽſum ad inceſtũ turpiſsimũ, vt ita dicã, ſcilicet vt coëat, vel cũ matre, vel cũ nouerca. quòd ſi inuenietur Sol in iſta conſtellatione, quia Solis eſt calefacere, & exſiccare, & eſt cõcors cum Marte, erit cõſtellatio validior, ſic quod etiã natus vel cũ filio, vel cũ nepote, vel nuru coëat. ſcilicet habeat hanc pronitatẽ. patet ergo ꝙ nuptiæ peſſimæ inconceſſæ oĩbus modis cõſignantur à cõſtellatione Saturni & Veneris, quãdo interuenerit Sol cũ iiſdem: quia reddetur animus pronus ad immũdiciẽ, vnde facilè cadet in hos errores prędictos.

Vltimò & tandẽ reddit rationẽ eorũ, qui compelluntur ad nefandã libidinẽ & præpoſterã: conſtellatio talis eſt, quòd ſi hęc eadẽ cõſtellatio Saturni & Veneris cum Sole fuerit aut in principio, aut in fine Arietis, aut in principio, aut in fine Leonis, vel cum ſucculis, quæ ſunt in frõte Tauri, vel cum ſtellis in facie Arietis, reddetur natus propẽſus ad turpem libidinẽ, & maximè quãdo ſigna erũt eiuſdem geneſis, vel ambo Venerea vel Saturnia: quòd ſi fuerit in medio cæli, vel in aſcendẽte, iſte nimiũ furet, & erit adeò furens, ꝙ non pudebit eum hæc publicè perpetrare, imò manifeſtabit verbis & factis. qđ ſi fuerint in occaſu, vel imo terræ, cõtinget nato impedimẽta plurima, quia aut ei abſcindẽtur teſtes, ſi aderit Mars, vel naſcetur clauſ⁹, & cũ hoc ibit per viam ſonãdo tibias, & varias cantabit voces calamis diſperſas: quòd ſi tandẽ hæc conſtellatio accidat mulieri, ipſa erit clauſa, ſterilis, & nõ poterit generare: quãdo vero ſe abſtinẽt ab his, dicit, quòd ſi in natiuitate viri Mars fuerit repertus ſeparatus à Venere, & applicuerit, vel habuerit aliquã cõmixtionẽ cum Ioue, abſtinebit ſe ab illis natus, & maximè ſi conuenerit cũ Saturno, ſed faciet Iupiter id propter ſuum temperamentum, Saturnus aũt propter impedimentum: quia propter frigiditatem, & ignauiam, ſed Iupiter propter temperamentum, temperatus eſt enim Iupiter: quare non perpetrabit hæc niſi compulſus, & cum interuenerit ſimpliciter Iupiter cum Venere erit elegãs conſtitutio: quia amabit puellas, ſed ab actu illo ſe abſtinebit.

### *Annotationes particulares.*

### *De Matrimonio.*

Cum voluntas noſtra ſit ſupra vires aſtrorum, dico quòd nuptiæ legitimæ dupliciter fieri poſſunt. Nam aliquæ ſunt voluntariæ, id eſt quod natus procliuis eſt ſua natura, vt ducat vxorem. Aliæ enim conceſſæ ſunt, non tamen voluntariæ, & per oppoſitum deſiderium; ſed per conſilium, & impulſionem à patribus, & parentibus vt ſupra dictũ eſt. Iſtæ ergo conſtellationes ſequentes & obſeruationes non habent locum in inuoluntariis: ſed in illis natis, qui ducunt vxorem voluntariè: id eſt à proprio deſiderio, & à natura, non autem à vi parentum. *Quid de cõiugio ex genituris iudicari ſoleat.*

Hæc doctrina coniugiorum ampla & vtilis, cũ multas habeat circunſtantias, & ad vtrunque ſexum hæc phyſica conſideratio referenda ſit. Quare quomodo de maſculorum matrimonio, & fœmellarum, pronunciãdum ſit, ordine exponemus.

### *Significatores in matrimonio virorum hi ſunt.*

Luna & Venus, quæ duæ ſtellæ in virorum matrimoniis potiſsimum locum habent.

Domus ſeptima, & dominus eius.

Planeta, vel planetæ in ſeptima domo cõſtituti.

Ex ipſorum ſignificatorum conſideratione multæ circunſtantiæ matrimonij iudicari & explicari poſſunt.

1 Primò, vtrum natus ducturus ſit vxorem, an cælebs manſurus.

2 Deinde vtrum facile, an cum magna difficultate ſponſam impetraturus ſit.

3 Tempus, an in prima adoleſcentia, an poſt maturam ætatem coniugio implicabitur.

4 Numerus vxorum, an aliquoties ſit iteraturus matrimonium, an vnam tantum vxorem habiturus in vita ſua.

5 Vter eorum prius morietur, an vxor, an maritus.

6 Quales decernantur vxores, num formoſæ, nobiles, opulentæ, honeſtæ, an deformes, obſcuræ, viles, pauperes, infames, aut malis moratæ moribus.

7 De mutuo amore coniugum, & reliquis, quæ ad fœlicem coniugij ſtatum pertinent.

### *De primo: An natus vxorem ducturus ſit.*

1 Quo ad primum: cõſiderare oportet oẽs ſignificatores, quomodo affecti ſint, ſed inter hos potiſſimũ Lunę & Veneris poſitionem, quæ ſi ambæ in ſignis

ſignis ſterilibus, vt pote Virgine, Leone, & Geminis, atque etiam in locis figuræ cadentibus, Tertia, Sexta, Nona, Duodecima, item octaua propter malignitatẽ loci, conſtituantur, matrimonium negit, & viros cæli bes, aut à matrimonio alieniore animo reddũt. Quòd ſi reliquorum matrimonij ſignificatorum teſtimoniũ acceſſerit, vt ſint ſimiliter in ſignis ſterilibus, & domi bus cadentibus, effectus eo erit euidentior.

### *D. Vuolffgangi Natiuitas.*

Talis eſt genitura illuſt. Principis D. Vuolffgangi in Anhalt, qui Venerem & Lunam coniunctas habuit in virgine ſigno ſterili. vixit ergo in cœlibatu. Et quamuis Iupiter domin⁹ ſeptimæ domus cæli reperiebatur in ſigno fertili, & in loco ſit collocatus, qui propenſionem dat ad accipiendũ vxorem, nihilominus quia plures ſunt ſignificatores vxorẽ negantes quàm concedentes, ideo ipſe permanſit in cælibatu.




*Antiſcia planetarum*

♄ 12. 41 ♒
♃ 3. 30 ♊
♂ 18. 51 ♊
☉ 17. 7 ♉
♀ 2. 32 ♈
☿ 25. 0. ♉
☽ 26. 40 ♈

### *Georgij Principis in Anhalt Natiuitas.*

Talis eſt natiuitas Georgij Principis in Anhalt qui vixit in cælibatu. Omnes enim planetæ ſunt directi & ſupra terram: nihilominus Luna & Venus quamuis ſint in ſignis fertilibus, reperiuntur in domibus cæli quæ nõ dant propenſionem ad accipiendum vxorem. Et Mercurium dominum ſeptimæ domus reperio in ſigno ſterili cum Saturno, quare nõ accepit vxorẽ.




*Latitudines planetarum.*

♄ 1. 18. Septen. Deſ.
♃ 1. 13. Septen. Deſc.
♂ 0. 20. Septen. Aſcen.
☉ 0. 0.
♀ 0. 40. Merid. Aſcen.
☿ 1. 5. Septen. Deſcen.
☽ 4. 9. Septen. Deſcen.

*Antiſcia planetarum.*

♄ 26. 45 ♈
♃ 15. 25 ♓
♂ 12. 43 ♊
☉ 0. 9 ♉
♀ 3. 56 ♊
☿ 26. 49 ♈
☽ 8. 33 ♒



Digitized by Google




Genesis viri nobilis,qui in cælibatu viuit,iam annorum 43.quoniã Luna reperitur in ſigno ſterili,& Venus eſt ſub radijs Solis in octaua cæli domo: quæ domus connumerata eſt inter domos illas, quæ negant vxorẽ. Quare cum ſint plures ſignificatores negantes vxorem quàm concedentes, ideo non accepit vxorem.

*Latitudines planetarum*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| ♄ | 2. 50. | Merid. | Aſcen. | |
| ♃ | 0. 45. | Septen. | Aſcen. | |
| ♂ | 0. 26. | Septen. | Aſcen. | |
| ☉ | 0. 0. | | | |
| ♀ | 0. 38. | Septen. | Deſcen. | |
| ☿ | 0. 4. | Septen. | Deſcen. | |
| ☽ | 3. 40. | Merid. | Deſcen. | |

*Antiſcia planetarum.*

| | | |
|---|---|---|
| ♄ | 17. 27. | ♌ |
| ♃ | 6. 8. | ♉ |
| ♂ | 18. 44. | ♓ |
| ☉ | 9. 1. | ♒ |
| ♀ | 3. 14. | ♒ |
| ☿ | 17. 4. | ♒ |
| ☽ | 15. 28. | ♉ |




*Thema D. Matthæi Balbani Lucenſis.*

Hic nobilis vir, qui dicitur Matthæus Balbanus patricius Lucenſis, adhuc viuit in cælibatu, vt inſinuant Luna & Venus in ſignis ſterilibus inuentæ. Et quia Luna cõiũcta eſt Ioui, ſignificat quòd quamdiu vixerit, erit potẽs apud principes & reges, & in honore: Et etiam hæc conſtellatio declarat, eũ futurum omnibus notum, vt eſt, ac in maximis rebus verſaturũ. Tuã enim genituram libens voléſque præterea, quum in explicanda tui animi virtute adulationis ſuſpicionem effugere nõ poſſim, apud ignotos. Qui tamen aut noſtri ſimplicitatem animi nouerũt, aut tuarum laudum expertes nõ ſunt, vir ampliſſime, me omni culpæ ſuſpicione liberabunt. Legãt igitur Andreę de Anguillara poëmata in Metamorphoſeos libros Ouidij illi qui te nõ norunt, & intelligent ab ipſo Anguillara qualitates tui animi. Hoc vnum tamẽ teſtari non dubitabo, neminem in liberalitate magna animitate tibi poſſe conferri: atque vtinã id eueniat, quod Plato dicebat, vt vel tui ſimiles, maximis potiantur dignitatibus, aut qui maximis potiuntur dignitatibus tui ſimiles efficiantur. porrò Mercurius cũ Pleiadibus ingenium quale ſit, prudentiam & eruditionem declarat, ex qua tibi laudem incomparabilem acceſſiſſe exiſtimo. Cæterum cum Sol ad Lunæ quadratum peruenerit, meritò te honore decorabit.

Similis eſt Natiuitas Philippi Tinghi Florentini, qui cælebs vixit. Sed cauſa huius accidentis eſt Luna peſſimè affecta imo & ipſa Venus ſub Solis radijs reperta hoc accidens demonſtrauit. Habuit tamen vnã filiã, ac vix ſuperſtitem. Cauſam enim habet: quoniã Iupiter infœlix, & cũ Saturno ſunt in quinto cæli loco inuenti. Saturnus autem in Piſcibus podagram ei minatur. Et ex qua per annos quindecim laborauit.

Vide ei' geneſim pag. 912.

Bene enim dixit Maternus cap. 10. lib. 6. Saturni & Lunæ quadratum ſi Luna ſuperior in dextro quadrato fuit, ſignificare continuationem periculorum: & ex humoribus malignis aduerſas indicere valetudines: matrimonij damna afferre & amicorum gratiã tollere: quorum aliqui plurima incommoda & damna nato adducet. Et hic Aphoriſmus fuit verus, & locum tenuit in eius Natiuitate, vt ſcio, & obſeruaui ſępe ſępius in aliis natiuitatibus.

Talis eſt geneſis D. Pauli Minij Florentini Medici Doctoris, qui habet Lunam coniunctam Saturno, & Venus reperitur in ſigno ſterili, & ſecundus dominus triplicitatis ſeptimæ domus collocatus eſt in duodecima cæli domo quare adhuc viuit vitam eccleſiaſticam & cælibem.

Vide ei' geneſim pag. 566.

Caesar

*Cæſaris Guidoboni Lucenſis Natiuitas.*




Caesar Guidobonus Lucenſis habet Lunam benè conſtitutam in ſigno & loco, qui tribuit ad accipiendã vxorem propenſionem. Rurſus Venus domina ſeptimæ domus in ſigno fertili idem facit. Nihilominus vxorem non habet: & ipſe mihi affirmauit quòd vxorem non accipiet, ſed in cælibatu viuere deſiderat. Ecce igitur cõcluſio noſtra vera, ſcilicet quod matrimonium dependet à voluntate noſtra ſolummodo, & non ab aſtris: verum iſte vir famulus magnus eſt mulierum, quas libentiſſimè ſectari deſiderat. Et quamuis Luna ſit extra cincturam Zodiaci per 3. grad. 30. minut. ex parte meridiei, quæ facit homines ex forma potius procera quàm parua, nihilominus puſillam tenet ſtaturã, ſed benè proportionatam & ſine aliqua deformitate: vt notat Saturnus in linea orientali: tamen habet animum maximum, nobilem, atque Cæſareum: & inuenio eum habere cor ingenuum, verba ſyncera, & in promiſſionibus ſtabilitatem, licet Luna ſit in ſigno mobili, & Mercurius in communi. Item reperio Mercurium in ſuo domicilio & regno extra radios Solis, qui fecit eum eſſe ex ingenio magno: quare eſt ſcientificus in rebus pertinentibus ad nobiles negotiatores, & in adminiſtrandis libris ſupputationis non reperitur alter ei ſimilis. Eſt enim apertus, ſimplex, purus, vrbanus, affabilis, officioſus, cautus, prudens, & bonorum morum plenus. Præſtat hoc Mercurius, qui ſe coniungit Ioui, qui ſunt ambo benè affecti. Vnde benè dixit Ariſtoteles, quòd vita & alia animantium certis ſyderum circuitibus conſtant. Quapropter longum eſſet omnia declarare, atque eo magis etiã, ſi de futuris quicquam vellem adijcere. Sed talia potius pertinere videntur ad perfectum iudicium quàm ad hunc locum, vbi ſolummodo pertractatur de cælibatu & de rebus, quæ pertinent ad matrimonium pro declaratione 4. capituli iſtius libri Ptolemæi.

2 Cum dicti ſignificatores, & potiſſimum ex his Luna & Venus ita conſtituti non ſunt, vide num alterutra debilis, coniuncta ſit Saturno potenti Sola & abſque alijs planetis, altera ſimul exiſtente in ſterili ſigno, aut loco cadente, aut aliàs inſigniter afflicta. Hic quoque poſitus cælibatum decernit. In hoc caſu Saturnum ſemper potentem eſſe neceſſe eſt. Quod ſi Luna aut Venus fuerint potentiores, Saturnus verò debilis, irrita vt plurimum erit regula.

3 Idem ſignificatur, vbi Saturnus proximè ſuper vtranque ſignificatricem coniugij ſtellam, videlicet Lunam & Venerem ſimul eleuatur, ita vt nullus interueniat Planeta. In hoc enim caſu eleuatio Saturni ſimilis eſt coniunctioni. Luna & Venus affectionem nati erga rem vxoriam, & legitima connubia ſignificant, quorum altera iuncta authori monaſticę vitæ, ſeu ſolitariæ, id eſt cælibatus, tollit eam affectionem animi, quæ ad contrahẽdum matrimonium impellit natum, quæ ſi abſuerit, nunquam ducet vxorem. Semper examinandi ſunt ſimul reliqui ſignificatores, vtrum ſint in ſignis ſterilibus, domo cadente, imbecilles coniungãtur Saturno potentiori. Cum enim horum teſtimonium ad Lunam & Venerem afflictam acceſſerit, ſine dubio animus à coniugio & re vxoria alienus erit.

4 Saturni & Veneris diameter, fornicatorem natum fore ſignificat, & non ducturum vxorem: quam ſi fortè acceperit, aut degenerem, aut meretricẽ accipiet, aut infamem: & denegat omnem Venereæ gratiæ venuſtatem. Materni ſenten. cap. 17. lib. 6.

5 Saturni & Veneris quadratus ſignificat, quòd natus non ducet vxorem: quam ſi fortè acceperit, honeſtis & pudicis moribus erit prædita, & quæ in domo mariti dominandi ſibi vendicet poteſtatem, maritũ ſemper incorrupto diligens affectu, ſed quæ amorem ſuum quadam diſſimulatione celabit. Idẽ autor cap. 10. lib. 6.

6 Saturnus in medio cæli ſi aſpexerit Venerem ex quadrato, vel opoſito, natus abhorrebit à coniugio. Abenrag. ſent. cap. 6. par. 5.

7 Martis & Lunæ diameter, nuptias non elargitur. Quòd ſi aliarum ſtellarum decretis vxores dant miſera tamen morte proſternentur. Materni ſenten. cap. 19. lib. 6.

8 Venus quando infortunata exiſtens Lunam aſpexerit, & non aſcendens, & ſaturnus peregrinus ab aſpectu Iouis cadens fuerit, natus vxore carebit. Albubatris ſenten. cap. 171.

9 Venus veſpertina in ſeptima, & ſaturnus in 4. viros ad actus venereos languidos ſignificat. ſed in fœminæ genitura, eam abhorrere actus venereos.

10 Venus ſi fuerit ab aſcendente cadens, iũcta corporaliter Saturno, aut in quadrato, vel oppoſito eius abſque aſpectu Iouis, natus non appetet mulieres. Abenrag. ſent. cap. 6. par. 5.

11 Luna ſi fuerit à ſole combuſta, & Venus in ſexta aut duodecima, natus nunquam ducet vxorem.



Digitized by Google

12 Luna à Sole combuſta ſi cum Saturno participauerit in figura, vel ſi fuerit in Capricorno, Aquario, vel Libra, nunquam coniugio copulabitur, idque intellige de genitura maſculi.

13 Luna ſi fuerit ſub radiis habens participationẽ cum Saturno, nũquã natus copulabitur, & ſi Saturno applicuerit, copulabitur cũ muliere laborioſa & parua.

14 Luna ſi fuerit ſub radiis Solis, & Venus in ſexta, vel duodecima domo, aut fuerit retrograda, aut in aſpectu infortunato Saturni, ſignificat natum non habiturum vxorem omnibus diebus vitæ ſuæ. Auenaris ſententia in ratione 7. domus cũ autoritate Ptolemæi.

15 Luna oppoſita Saturno, vel in eius quadrato, minus nocet quàm Venus, licet Ven⁹ ſit in ſigno ſterili. Sic in genitura Eraſmi Rot. Venus oppoſita eſt Saturno ex angulis, Luna quidem exiſtente in Scorpione ſigno fœcundo: ſed tamen à Sole combuſta, quæ combuſtio tantum nocet, quantum poſitus eius in ſigno ſterili. Animus igitur tanti viri, prorſus à re vxoria abhorruit. Vide eiꝰ geneſim p. 541

101.56.




161.56

Nicolai Arrighi Florẽtini Natiuitas.

NICOLAVS Arrighus patritius Florentinus adhuc viuit cælebs; cauſam habet, eò quod Luna à Saturno reſpicitur ex quadrato aſpectu, & Mars dominus ſeptimæ domus eſt in ſigno ſterili, & contraponitur Veneri: quare non accepit vxorem: imo hæc conſtitutio cæli animum eius reddidit à matrimonio alieniorem: Hic homo eſt proceræ ſtaturæ, & bene proportionat⁹, & inter homines, qui ſunt Lugduni magnæ corporaturæ, connumerandus eſt vnus inter primos. Et animaduertant omnes Aſtrologi ad hanc figuram cæleſtem: quoniam ortus eſt vno partu cum alio fratre, & vna ſorore: Nam frater vixit vſque ad annũ vndecimum & ſoror, quæ erat etiam magnæ ſtaturæ, ſuperuixit vſq; ad 14. annum: Et ipſe Nicolaus adhuc viuit ſine aliqua infirmitate, ſeu morbo: vt oſtendit Iupiter in horoſcopo cum Luna. Alij duo gemelli, qui nati ſunt poſt eum, non vixerunt: eo quod luminaria ſunt infortunata, & Luna cum Ioue non reperiebatur amplius in horoſcopo, & Mars cadebat in octaua cæli domo. Et ſic non habuerunt eandem fortunam, nec vitã longæuam alij duo gemelli, qui nati ſunt poſt eum, ſicut iſte Nicolaus. Eſt enim homo honeſtus, officioſus, & bonorum morum, & talis qualis debet eſſe quilibet perfectè vir nobilis.

Publius Nigidius, qui in hac diſciplina plurimum claruit, cùm diſputaretur, cur Gemini diuerſa haberent fata, qui geniti, & orti iiſdem ſideribus eſſent, ipſe ſuam artem defendens, non eodem ſiderum poſitu, ſed diuerſo naſci gemellos propter celerem cæleſtium orbium motum dixit; atque id hoc pacto mox oſtendit. Figuli rotam magna vi concitauit, & in eadem duas atramenti guttas liquauit, & deſinente motu, longo interuallo extremitatib. inuentæ ſunt. Quo modo igitur opinantur, cum tam celeri vertigine, cælũ circumducitur, poſſe gigni & oriri geminos eodem ſidere, cum figuli rota paruo incitata curſu, excuſſas guttas eodem momento tam diuerſis locis oſtendat? Experientia etiam teſtatur Geminos non tã ſubitò vnum poſt aliũ naſci quin intercedat aliquod ſpatium. Ego poſt duas aut ſeſqui horã memini hoc noſtro ſeculo natos, rarò citius, & eſt naturalis cauſa, quia natura tam vehementes motus ſubitò ſuſtinere non poteſt, ſed paululum ſe ſecreat. Quòd autem nõ habeant diuerſa fata, ſi eodem momento nati ſint, Cicero de natura Deorum adducit exemplum duorũ fratrum, qui cùm ſimul nati eſſent, item ſimul poſtea ægrotare cœperunt, & eorum morbus pariformiter cœpit ingraueſcere, & eodẽ medicamine ſanati ſunt. De quibus dicit Poſſidonius Aſtronomus, ꝙ ideo hæc æqualiter & informiter illis acciderunt, quia eandem conſtitutionem Aſtrorum in conceptione & natiuitate habuerunt. Sigebertus affert etiam exemplum ꝙ anno domini 535. fuerint in Gallia duo fratres Gemini, qui ambo ſacerdotes facti: vno die Epiſcopi electi, & ambo eodem anno perierũt: vnus erat nomine Medard⁹, alter Gilhard⁹, hi vno momẽto nati fuerũt.

16 Pars coniugij in malo loco ſi fuerit, & Venus in ſigno & quarta maſculinis, nat⁹ vxore carebit. Quæ pars accipitur die nocte à Sole in Venerem, & proiicitur ab aſcendẽte. Albubatris ſententia ca. 171. Abẽ. par. 5. cap. 6.

17 Pars coniugij quãdo in duodecima domo fuerit, & infortunæ ipſam ſine fortunarum aſpectu aſpexerint, & dominus eius eam non aſpexerit, ſed ſit cõbuſtus, vel aſcendens, aut ab aliqua infortunarum impeditus, natus erit ſine vxore, & ſemen eius impeditum. Idem vt ſupra.

18 Quando domini triplicitatis Veneris, nec Venerem, nec medium cæli aſpexerint, natus vxorem non habebit. Idem autor vt ſupra.

19 Quãdo domini triplicitatis Veneris, & maximè primus in termino infortunarum fuerit, aut in quarta domo peregrinus ac infortunatus, natus mulieres non appetet, vxorem accipiet. Idem autor vt ſupra.

20 Domi

20 Dominus ſeptimę ſi non aſpexerit ſeptimam, & dominus Lunæ Lunam, dominus quoque partis coniugij eandem partem, & dominus Veneris Venerem, natus non guſtabit mulierem.

21 Dominus vigoris ſi non aſpexerit Venerem, vel dominum ſeptimæ domus, & Luna fuerit ſub luce Solis, vxore carebit. Auen. ſent. in ratione 7. domus.

22 Dodecatemorion Veneris in domo Iouis, ſignificat lætitiam & caſtitatem.

23 Ven⁹ in finibus Iouis conſtituta, vxorē decernit.

24 Dominus aſcendentis ſi applicuerit domino ſeptimi ſigni, ſignificat deſiderium nati in acquiſitione mulierum, & è contra, ſi dominus ſeptimi loci applicuerit domino aſcendentis, ſignificat quòd natus inquiretur, ac diligetur à mulierib. Albohaly ſent. ca. 25.

*Secunda, quæſtio, vtrum facile, an cum magna difficultate ſponſam impetraturus ſit natus.*

1 Quo ad ſecundum, ſcilicet vtrum facile an magna cum difficultate ſponſam ſit impetraturus natus, hac, & ſequentibus quęſtionibus non eſt opus, vbi conſtiterit de cælibatu. Si verò fuerint ſignificationes coniugij, quæruntur etiam reliquæ circunſtantiæ. Porro huius quæſtionis iudicium ſumitur ab omnibus coniugij ſignificatoribus, quorum ſi maior pars fortis fuerit, facilè impetrabit ſponſam, eòque facilius, quò plures fuerint fortes. Si debiles, difficilius: eòque maiori cum difficultate, quò plures fuerint debiles. Quòd ſi omnes ita affecti fuerint, ſępe excidet ſponſa, & magnam in ambiendo difficultatem experietur. Si partim potentes partim debiles fuerint, ita vt mediocritatem ſignificare videantur, reſpiciendum eſt ad Lunam & Venerem, & pro eorum ſtatu ſignificatio mediocritatis intendenda vel remittenda erit. Nam ſi illæ duæ etiam in numero imbecillium ſignificatorum fuerint, difficultatē magis quàm facilitatē minantur.

Conſideranda eſt etiam natura ſignificatorū. Nā benefici fœlicem ſucceſſum ſignificant. eòque magis, ſi fuerint fortes. Malefici, aduerſitatem, & difficultatē & eo maiorem, ſi imbecilles fuerint. Sin fortes, largiuntur quidē aliquid, ſed tamen non citra difficultatē.

2 Mars cum Luna in decima, Iupiter in prima, & Sol in ſeptima ſignificant nuptias cum litigio, & certamine exitiali futuras.

3 Martis quadratura ad Venerem, ſi Mars fuerit in decima domo, mulierum cauſa labores adducit. Materni ſententia, cap. 12. lib. 6.

4 Venus cū Ioue in quinta, vel in vndecima à nullis aſpectibus, difficiles nuptias, aut propter eas graues diſcordias decernunt.

5 Venus ſi fuerit in oppoſito Lunæ, aut in quadrato aſpectu ipſius, ſignificat impedimentum in deſpōſatione. Albohaly ſent. cap. 25.

6 Venus ſi fuerit in angulo, vel ſuccedenti libera à malis, & domini triplicitatis eius in malis locis, ſignificat Venus bonitatem & conuenientiam deſponſationis nati. Domini vero triplicitatis eius, detrimentū ac laborem ex eo coniugio.

7 Et ſi Venus fuerit impedita, vel cadens, ſignificat malignitatē deſponſationis: ſed ſi domini triplicitatis eius fuerint in bonis ac idoneis locis, ſignificant gaudium, & commodum ex cauſis mulierum. Albohaly ſententia cap. 25.




Talis eſt genitura illuſt. Ioannis de Bardis Domini de Vernia: qui accepit in vxorem Lucretiā de Saluiatis, ex quo matrimonio fuit in lite, tribulatione & aduerſitatibus multis, tādem peruenit ad optatum finem, cum qua nunc viuit in gaudio & iucunditate. Is habuit Venerem in ſuo detrimento in ſexta cæli domo, & infortunatā à Saturno ex quadrato aſpectu: quare cum difficultate ſponſam obtinuit. Verum cum Iupiter, Sol, & Saturnus domini eius trianguli ſint in angulis figuræ & in locis idoneis ſignificauerunt optatum finem ipſius matrimonij: Luna autem in ſecunda cæli domo ſignificat futurum diuitem & in acquiſitione ſubſtantiæ fortunatū, quamuis pars fortunæ repeiatur cum Saturno in regia cæli domo: tamen Iupiter in quarta cæli domo faciet eū fælicem in rebus immobilibus: vt iam eiſcripſi in vaticinio meo, quod ego feci iam ad eius iuſſum: imo ipſe eſt ſcientificus Aſtrologus, & Mathematicus & vir inſignis in doctrina & ſcientia: contra huius temporis malam fortunam dominorum, qui nolunt operam literis dare, ſed ſolummodo ſtudere rebus bellicis vel deſeruire honoribus, vel calore quæſtum ſuum, vel ſtudere commodis ſuis ideo ad factū iudicium reliqua dicenda remitto.

*Tertia quæſtio de tempore coniugij.*

Quo ad tertium de tempore coniugij dicit Ptolemæus capitulo quarto. libr. 4. quòd ſi omnes ſignificatores coniugij, vel eorum maior pars, & inter hos etiam Luna à Sole orientales & in quadranti-



Digitized by Google

bus cæli orientalibus fuerint, vt pote decima, vndecima, vel quarta, quinta, ſexta domibus: in prima adoleſcentia cõiugium futurum ſignificant, aut poſt maturam ætatem iuuenculam vxorem decernunt.

Occidentales quadrãtes.

Occidentales à Sole, & in occidentalibus quadrantibus figuræ cæli, vel tardius contracturos matrimonium, vel in iuuẽtute viduas, anus natu grandes ducturos denotant.

Motus ſignificatorũ

Præter hæc conſidera motus ſignificatorum, qui ſi fuerint directi & veloces decernunt ſimiliter coniugium in adoleſcentia, ſicut Orientales; Retrogradi, tardi motu, vel ſtationarij, tardius pollicentur.

Hæc omnia ſimul in iudicando conferri debent. Vbi verò ſignificatores, cum quibus Luna & Venus conſentiunt præcipuè verò Luna.

Directiones .7. domus ad Venerem monſtrant coniugij tempus.

Rectius autem tempus coniugij colligi poteſt, ex directione ſeptimæ domus ad corpus vel radios Veneris & Lunæ & è conuerſo.

Saturni & Veneris trinus tardè facient eoſdem vxoribus copulari. Mat. ſent. cap. lib. 6.

Venus ſi fuerit directa in angulo, vel ſuccedenti fortunata non impedita, & domini triplicitatis eius fuerint orientales in locis idoneis, itidem liberi ab impedimentis, ſignificant deſponſationem nati in adoleſcentia ſua, & quòd erit fortunatus cum mulieribus. Et ſi fuerit Venus cadens, aut cõbuſta, & domini triplicitatis eius in locis abiectis, ac in aſpectu malorum, ſignificat deſponſationem nati tardam, ac incõmoda ex cauſis mulierum. Albohaly ſententia ca. 25. Abenrag. cap. 6. par. 5.

Venus retrograda, tarditatem deſponſationis ſignificat. Abenragelis ſen. cap. 6. par. 5.

Venus ſi fuerit in ſeptima, natus ducet vxorẽ, poſtquam canus effectus fuerit: erit tamen potens in coitu. Abenragelis ſent. cap. 5. par. 5.

Vide tres dominos triplicitatis Veneris. Si omnes aut plures fuerint orientales, abſque impedimento, extra radios, natus vxorem ducet in iuuentute, & erit fortunatus in mulieribus. Si aliter fuerit, aliter pronũciabis, maxime ſi domini triplicitatis non aſpiciunt Venerem. Si verò fuerint occidentales, non contrahet matrimonium, niſi in magna ætate.

Dominus ſecundus triplicitatis ſeptimæ domus ſi fuerit fortunatus in loco bono & forti, & in aſcendẽte, vel inter aſcendens & medium cæli, natus ducet vxorem in pueritia ſua, & cùm erit in ætate conueniẽti: ſed ſi fuerit à parte occidentis, ſubibit cõiugium in ſenectute, quòd ſi fuerit debilis & cadens & combuſtus ac occidentalis: natus ſine coniugio & ſocia morietur. Abenrag. ſent. cap. 5. par. 5.

Stellæ fixæ in ſeptima, poſt adoleſcentię annos, proſperant in matrimonio, & addunt vxoris pulchritudinem.

De tempore, quo natus vxorabitur, dicit Albubater capitu. 182. Quando Iupiter ad gradum partis coniugij per Athazir applicuerit, vel pars coniugij ad gradum Iouis, aut dominus ſeptimæ domus ad gradum domini aſcendentis, vel ad ipſummet gradum aſcendentem: aut quando Iupiter ad gradum Veneris applicuerit, dando cuilibet gradui vnũ annum, hæc omnia ſignificant coniugium illo tempore fieri.

Quando annus reuolutionis ab aſcendentẽ ad ſecundum ſignum peruenerit, natus illo anno vxorabitur. Hæc confirmat Abenragel cap. 6. par. 5.

De tempore deſponſationis Iulius Firmicus ca. 19. lib. 7. ita ait: Si dominus ſigni partis coniugij fuerit in eodem loco radicis cum parte coniugij, completis primis annis illius ſigni, nuptiæ decernũtur. Sunt autem tempora ſignorum

| | | |
|---|---|---|
| Arietis, | 15 | Si verò hunc locum non aſpexerit, & ſit alia ſtella ibi, cùm tempora illius ſtellæ fuerint completa, nuptias pollicentur. Si verò nulla in ipſo ſigno fuerit collocata, poſt anaphoram ipſius ſigni vxor decernitur. |
| Tauri, | 21 | |
| Geminorum, | 27 | |
| Cancri, | 33 | |
| Leonis, | 37 | |
| Virginis, | 41 | |
| Libræ, | 41 | |
| Scorpionis, | 37 | |
| Sagittarij, | 33 | |
| Capricorni, | 27 | |
| Aquarij, | 21 | |
| Piſcium, | 15 | |

Sed eſt alia ratio ſubtilior partili ratione compoſita. Computa omnium ſtellarum ſubſtãtiam, & ex toto numero vnam facito ſummam, & hanc ab eo ſigno inchoans, in quo locus coniugis partiliter fuerit inuẽtus, cæteris ſignis diuidas, ita vt ſingulis des triginta partes: & in quodcunque ſignũ nouiſſimus numerus venerit, cùm ad ipſum ſignum Iupiter applicuerit, tunc nuptiæ decernuntur, quod quia aliquantulũ obſcurum eſt, hoc idem tibi rurſus per exemplum manifeſtius intimabo.

Computa Solis partes 19.

| | | |
|---|---|---|
| Lunæ | 25 | Qui omnis computus 129. partes facit. Hunc ergo omnem numerũ ab ea ſigni parte cõputabis, in |
| Saturni | 30 | |
| Martis | 15 | |
| Iouis | 12 | |
| Veneris | 8 | |
| Mercurij | 20 | |

quo coniugis pars fuerit partiliter inuenta, ſingulis in ordine ſequentibus ſignis triginta partes deputãdo: & in quodcunque ſignum nouiſſimus numerus venerit, cum nota locum. Deinde ſolerti inquiſitione perquiras, quando Iupiter ab eo loco, in quo genituræ tẽpore fuerit, ad hunc nouiſſimum partium locum venerit: tunc enim ſponſalia vera decernuntur.

*Quarta quæſtio, de numero vxorum.*

1 Quo ad quartam partem, quæ determinat de numero cõiugum, dicit Ptolemæus lib. 4 ca. 4. Quot planetis applicat Luna ante exitum ſigni in quo eſt in natiuitate viri, tot mulieres ſignificat. Similiter dic de Sole in mulierum genituris, id eſt Luna applicans vni planetæ, qui eam aſpiciat, aut ei iungatur, vnã vxorem tantum ſignificat, ſi pluribus planetis, plures vxores decernit. Vel Luna applicans planetæ, qui ſit in cõmuni ſigno, ſignificat duo coniugia: ſi in fixo, vnũ tãtum matrimonium pollicetur. Et Luna iuncta vnico tantum planetæ, tantum vnicam vxorem deſignat.



Digitized by Google

## *Natiuitatis Thema Henrici Staupicij Capitanei bellatoris.*

Hic duas habuit coniuges, priorē mox poſt partum amiſit. Hoc accidēs ſignificauit Luna applicans Veneri & Saturno: quoniam Luna primo applicauit ſe Veneri, deinde Saturno: ideo prima vxor mortua eſt ex infortunio Veneris: ſecunda vxor adhuc viuit, eo quod Saturnus non eſt infortunatus. Verum ipſa mulier morietur ante virum. quoniam regula generalis eſt: quòd quando aliqua infortuna fuerit in ſeptima cæli domo, mulier morietur ante virum. Et ſi hæc conſtellatio fuerit in natiuitate mulieris, vir morietur ante vxorem: vt patebit ex ſequenti 5. quæſtione.




*Antiſcia planetarum.*

| | | |
|---|---|---|
| ♄ | 0. 44 | ♎ |
| ♃ | 7. 46 | ♍ |
| ♂ | 19. 57 | ♓ |
| ☉ | 4. 48 | ♍ |
| ♀ | 5. 26 | ♎ |
| ☿ | 26. 42 | ♍ |
| ☽ | 6. 52 | ♈ |

Hæc eſt geneſis cuiuſdam Senatoris, qui duas duxit viduas coniuges, & cum priore magnas opes conſequutus eſt: Sed exonerans bombardam magnæ quantitatis, lethalia accepit vulnera. is caſus fuit triſtiſſimus. Conualuit poſt multos menſes. Sed manibus, imprimis dextra vti non poteſt cō modę. Is habet Lunam in ſeptimæ linea dom⁹ in ſigno fertili, quæ ſemet ipſam Marti applicauit ex trino aſpectu: quare prima vxor mortua eſt: in ſecūda vxore maritus vxori ſuperſtes erit: quoniam Luna bene affecta eſt. Sed quid Saturnus in octaua cæli collocatus, & Mars in tertia cæli domo portendant, non eſt hic noſtrum inſtitutum declarare, quoniam erit extra materiam noſtram, ideo ea relinquo iudicio lectoris.




*Antiſcia planetarum.*

| | | |
|---|---|---|
| ♄ | 14. 57 | ♍ |
| ♃ | 18. 29 | ♋ |
| ♂ | 12. 16 | ♒ |
| ☉ | 4. 27 | ♒ |
| ♀ | 16. 50 | ♒ |
| ☿ | 19. 48. | ♎ |
| ☽ | 13. 51. | ♎ |



Digitized by Google

*Alexandi Vacchæ V.I.Doctoris Natiuitas.*




ALEXANDER Vaccha Salutiꝰ.V.I. Doctor excellẽs,& in Salutio pręſidens iuſtitiæ regius, habet Lunam in ſua geneſi in ſigno fertili in ſeptima cæli domo. Hic habuit duas vxores, quarum prior mortua eſt, ex eo quia Mars manet in quarta cęli domo ex ſententia Albubatris Doctoris probatiſſimi.Et iſta vxor, quã ipſe habet,vitam longęuam dicimus habituram quoniã Iupiter in ſeptima cęli domo hoc mihi ſignificauit. Nam pollicetur vxorem probã, honeſtam,viuentem in timore Dei,pulchram & diuitẽ, & ſenectutem ipſius doctoris declarat honoratam & fœlicem fore; & ſignificat etiã gaudium à mulieribus.

Sed Aquila volans in horoſcopo, & Cauda Vrſæ maioris in medio cæli decernunt ſtatum euis fore honoratum & aſcenſũ ad gradus maximos,& habiturum bona mortuorũ religioſorum cauſa: quoniam pars fortunę reperitur in regia cæli domo in exaltatione Saturni,qui eſt collocatus in nona cęli domo.Et in domicilio Veneris,quæ eſt in tertia cęli domo,quæ ſunt domus ſignificantes religionem,ergo erit fælix & diues:ſed dico,quod quaſi ſemper omnis fælicitas ſimul vna aliquod amarum habet,propter quod ipſa fælicitas perturbatur.Dico ergo quod iſte vir in tanta fælicitate tenetur à morbo podagræ in lecto excruciatus:quare fælicitas hæc non erit vera fælicitas,ſed potius tribulatio quædam cum iucunditate & amaritudine.

Generalis aphoriſmꝰ. Generalis regula eſt.Conſiderandi ſunt omnes ſignificatores matrimonij,qui ſi omnes, vel maiori ex parte,in ſignis aqueis ſiue fœcundis,Cancro,Scorpione,Piſcibus verſentur,plures ferè vxores decernunt. Contrà ſi in ſterilibus vt Virgine,Leone, & Geminis.

Luna in ſeptima. Ex his ſignificatoribus omnibus præcipuum & euidentiſſimum iudicium præbent Venus,& Luna, cũ potiorem ſignificationem in matrimonio virorum obtineant,adeò vt Luna in ſeptima domo,in quocunque ſit ſigno,propter ſuam & loci naturam ferè plures ſemper decernat vxores,niſi à radijs Solis & à Saturno inſigniter ſit impedita.

2 Cum Luna nullis planetis corpore iungitur,conſidera,quot eam planetæ directi, liberi à radijs Solis, ſine detrimento & caſu aſpiciant partiliter,vel ei corpore iungantur,ita tamen vt Luna eis non ipſi Lunæ applicent(Solis configuratio ad Lunam hic negligitur )Hinc numerum facilè colliges.

Conſidera ſimul qualitatẽ ſignorum,in quibus Planetæ aſpicietẽs,vel ei iuncti conſtituuntur. Fœcundũ enim aut bicorporeum ſignum, numerum vxorum duplicat.

3 Cum hic poſitus non occurrit, vide quo Planetæ directi,& à combuſtione,radijſque Solis liberi, conſtituantur inter medium cæli & Venerem, progrediẽdo à medio cæli,verſus Horizontem orientalem.Tot enim habebit vxores natus.

4 Cum intermedij Planetæ, vitio retrogradationis, aut combuſtionis laborant,& tamen in ſuis dignitatibus eſſentialibus,domus, vel exaltationis, aut in mutua receptione ex ijſdem dignitatibus,plures quoque coniuges pollicentur.

5 Vbi harum regularum nullus vſus eſſe poteſt,cõſidera quot planetæ dominũ ſeptimæ domus partiliter aſpiciant,ſiue illi ſint directi,ſiue combuſti, inde quoque numerus vxorum colligitur. Ac fieri vix poteſt,quin harum regularum, vna ſaltem ad vſum ſeſe accommodet.

6 Saturnus Veneri iunctus in eodem ſigno in omni natiuitate,ſi Saturnus habuerit plures partes,vnã tantummodo decernit vxorem.Si autem Venus plures partes poſſederit,plures habiturum dicito.

7 Iupiter in ſeptima,ſignificat tres vxores, earũq; duas virgines,& vnam viduã,& quòd erunt illuſtres, habebitque cum ipſis fortunam,& lætitiam.

8 Generaliter,Venus in duplicibus,vel tropicis ſignis,& domini loci Veneris ſimiliter in duplicibus, plures vxores ſignificant,vel etiam mulieribus plures maritos.Quòd ſi Venus in his non fuerit ſignis,& Lunam tantum aſpiciat, vnam tantum dabit vxorem, vel vnum virum.Albohaly ſentent.cap.25.

9 Venus & Luna & pars coniugij ſi reperiantur ſecundum ſententiam Hermetis in ſignis mobilibus, ſignificant vxores multas:ſed ſi fuerint in ſignis fixis, erit contrarium. Auenaris ſententia in ratione ſeptimæ domus.

10 Venus ſi fuerit in domo Martis,vel Mars in domo Veneris, ſignificat abundantiam fœminarum. Albohaly ſen.ca.25.

11 Venus in decima in trino Lunæ,cum teſtimonio aliarum ſtellarum,vnam tãtũmodo ſignificat vxorẽ.

Quinta

Digitized by Google

*Quinta quæſtio: Vtrum maritus vxori præmorietur: an contrà.*

1 Quo ad quintam partem, quæ conſiderat de natis, quorum vxores prius morientur, hoc obſeruatione digniſſimum notabis. Cùm Luna vnico tantum planetæ eſt coniuncta, & potentior eſt quàm is cui coniungitur, maritus vxori ſuperſtes erit. Si verò planeta, cui vni Luna iuncta eſt, potentior fuerit quàm ipſa Luna, maritus præmorietur vxori. Huius iudicij plurima habet D. Cyprianus Leouitius experimẽta.

*Iacobi Milichij Natiuitas.*




Sic in genitura Iacobi Milichij placticè Luna coniungebatur Ioui, vnde vnicam tantum vxorem hæc conſtitutio decernebat. Sed quia Iupiter multò fortior erat Luna, maritũ vxori præmoriturũ ſignificabat.

*Antiſcia planetarum.*

| | | |
|---|---|---|
| ♄ | 29. 16 | ♋ |
| ♃ | 25. 6 | ♍ |
| ♂ | 5. 53 | ♐ |
| ☉ | 27. 52 | ♎ |
| ♀ | 29. 16 | ♒ |
| ☿ | 10. 30. | ♒ |
| ☽ | 6. 30. | ♍ |

2 Saturnus quando in ſeptima domo, natiuitate nocturna exiſtente, fuerit, & Venus ac Luna ei cõiungũtur, mortem vxoris nati ſignificant, necnon impedimentum coniugij, ac domus in qua natus eſt deſtructionem indicat. Albubatris ſent. cap. 180.

3 Mars ſi fuerit in quarta, & Saturnus in ſeptima, & Luna in prima, nati vxores cito morientur. Abenrag. ſentent. cap. 6. par. 5.

4 Mars in prima in ſigno aqueo, & Venus in ſeptima cum Mercurio, vel ſi Mars cum his fuerit, natus interficiet vxorem. Idem autor vt ſup.

5 Mars & Venus quando in duodecima domo fuerint, natus vxorem occidet. Albubatris ſent. cap. 180.

6 Venus quãdo in angulo terræ fuerit & Saturnus ac Mars eam aſpexerint, vxores nati morientur, & mors earum erit abſconſa. Idem Autor vt ſup.

7 Venus quando in ſeptima domo fuerit, & fortunæ ſine infortunarũ aſpectu ipſam aſpexerint, natus mortem vxorum videbit ſuarum. Idem.

8 Venus quando occidentalis exiſtens, infortunæ iuncta fuerit, citam mortem vxoris portendit. Idem vt ſup.

9 Venus ſi in domo Martis fuerit, natus à mulieribus malum habebit, & cauſa fornicationis ac zelotypiæ interficiet eas. Idem autor vt ſup.

10 Venus ſi fuerit peregrina occidentalis, cõiuncta malis, aut in malo aſpectu illorum, ſignificat celeritatem mortis mulierum. Albohaly ſent. cap. 25.

11 Luna quando in quarta domo fuerit, vxores nati morientur, ac inde natus dolens erit. Albu. ſenten. cap. 180.

12 Luna quando à Marte ſeparata Veneri in occidẽte exiſtenti applicuerit, natus multas vxores habebit, ſed ipſæ ante eum morientur. Idem autor vt ſup.

13 Quando vna infortunarum in quarta, vel ſeptima domo fuerit in natiuitatibus virorum, ſignificat mortem vxorum, & in natiuitatibus mulierum, mortem virorum. Albohaly ſent. cap. 25. Et Abenrag. cap. 5. par. 5. Et Albub. cap. 180.



Digitized by Google

*Cuiuſdam mulieris nobilis Natiuitas.*




HAEc mulier nata eſt Lugduni ex patre Florētino, quæ diues eſt, & opulenta: ſed eius mariti multa eius bona conſumpſerunt: vt oſtendit Saturnus in linea ſecundæ domus inuētus. Hæc autem habet Martem in ſeptima cæli domo, qui ſignificat mortem virorum. Nam habuit tres maritos qui ſunt mortui, & hic quartus ~~quem habet, adhuc viuit,~~ qui eſt vir nobilis Lucenſis & eſt gratioſus, officioſus, honeſtus, multis virtutibus boniſque moribus adornatus. Et cū ſit amicus meus chariſſimus, ſine adulatione de eo dixi ea quæ ſcripta ſunt. Verùm ~~mulier hæc non~~ habebit filios, eo quod Sol reperitur in linea quintæ domus. Et ſi habuerit, (dicunt Arabes) erunt honorati & in bona fortuna conſtituti. Deinde Antiſcium Iouis & Veneris in regia cæli domo conſtitutum, ſtatum honoratū ei promittit, & fauorem matronarum nobilium.

14 Pars coniugij & Mars quando in eodem gradu fuerint, & Mercurius infortunatus eos aſpexerit, natus vxores ſuas ſuffocabit, vel proditoriè interficiet, ac eas decipiet, & appodiabit ſe in ipſas. Abenrag. ſent. cap. 6. par. 5.

15 Dominus ſeptimæ domus quando in octaua domo fuerit, vxores nati ante ipſum morietur, & remanebit ſolus. Albubatris ſent. cap. 180.

16 Dominus ſeptimæ domus quando combuſtus, vel deſcendens, ſeu infortunatus in ſecunda domo fuerit, vxores nati ante ipſum morientur, quia ſecunda domus eſt octaua à ſeptima. Idem autor vt ſup.

17 Dominus ſeptimæ domus quando ab aſpectu Martis & Mercurij infortunatus fuerit, & Iupiter non aſpexerit, natus vxorem propter zelotypiam interficiet. Idem autor vt ſup.

*Sexta quæſtio: Qualis vxor nato decernatur.*

Applicatio Lunæ ad planetas mores coniugis arguit.

Quo ad ſextam partem. Mulieris qualitas ſcitur à planetis, quibus Luna applicat per cōiunctionem, vel aſpectum, vt dicit Ptolemæus cap. 4. lib. 4. Quoniam ea cum fortunis, bonam, & morigeratam ſignificat. Cum infortunis, contrarium, ſcilicet prauam, laborioſamque ſignificat.

Saturnus benè affectus vxorem promittit Saturninam, hoc eſt taciturnam, grauem, conſultam, parcā, laborioſam. &c. Malè affectus, tetricam, moroſam, ſuſpicacem, pertinacem, inuidioſam, pigram: & quòd eius qualitates erunt feroces & crudeles, & erit turpis, & malę voluntatis.

Iupiter ſi fæliciter conſtituatur, piam, manſuetam, caſtam, nobilem, honeſtam, œconomicam, cōuenientem, idoneam bene diſpoſitam, &c. Si infæliciter, ſignificat quidē eas virtutes, ſed fucatas, imperfectas, & coniunctas, cum aliqua labe.

Mars benè affectus, cordatam, animoſam, impatiētem ſeruitutis, & iniuriarum, vindictæ & dominij cupidam, iracundam, ſuperbam. Male affectus rixoſam, contumacem, violentam, indomitam, ſumptuoſam, infamem & inhoneſtam.

Venus ſi fæliciter conſtituatur, formoſam, lepidā, ſuauē, vrbanam, affabilem, honeſtam, hilarem, iocoſam &c. ſi infęliciter, decernit eadē, ſed imperfectius, & ſimulatum quiddam.

Mercurius bene affectus, ingenioſam, circumſpectam, facundam, ſagacem, & victui parando idoneā: Male affectus, callidam, aſtutam, mendacem, aliud corde, aliud ore promentē, inſtabilē, malicioſam, &c.

Luminaria ad hanc conſiderationem non adhibētur: & hæc quidem ad animum pertinent.

Sic ſignificatores in ſignis continētibus poſiti, modeſtam coniugem deſignant, laſciuam verò, turpem & malam in ſignis contrarijs. Significatores in ſignis continentibus.

Luxurioſa ſigna ſunt ♈ ♉ ♌ ♑ ♏ ♓ Reliqua ſigna ſunt continentiæ.

Luxurioſa ſigna.

Sic pulchram coniugem ijdem ſignificatores, in ſignis pulchris deſignant. Suntque ſigna pulchra ♊ ♐ ♒ & ♓.

Deformia quoque deformem & fœdam coniugē denotāt. ſuntque deformia ſigna ♈ ♉ ♋ ♌ ♏ ♑. Continentiæ ſigna. Signa pulchritudinis.

De ſtatura & figura corporis, collige iudicia ex natura ſignificatorum & ſignorum. Quæ autem forma ſit Planetarū, & dodecatemoriorū, ſupra traditū eſt. Signa deformatis.

*Aphoriſmi particulares.*

1 Venus quando fuerit in ſua domo, vel Lunæ, vel in quinta domo, natus ducet vxorem nobiliorem ſe. De ſtatura & figura coniugis.

Hiſpalenſis

Digitized by Google

Hiſpalenſis ſent. cap. 14.

2 Venus ſi fuerit occidentalis, & in quarta occidentali, in domo Saturni, aut ſi eam aſpexerit Saturnus, vel fuerit in domo quarta, habebit natus vxorem natu grandiorem ſe, vel viduam. Idem vt ſup.

3 Ven⁹ ſi fuerit in domo extranea, in qua vi caret, & fuerit domina ſeptimi ſigni, natus habebit vxorem à remoto loco. Idem autor vt ſup.

4 Venus ſi fuerit in domo ſua, vel in Piſcibus, aut in domo Lunæ, ſignificat deſponſationem & coniunctionem nati cum mulieribus propinquis. Albohaly ſent. cap. 26.

5 Venus ſi fuerit in domo Iouis, vel Iupiter in domo Veneris, ſignificat deſponſationem mulierum nobilium. Idem autor vt ſup.

6 Venus ſi fuerit in domo Saturni, ſignificat coniugium mulieris grandæuæ. Idem vt ſup.

7 Venus ſi fuerit in domo Mercurij ſignificat coniunctionem vxoris ignobilis & vilis, etiam ancillæ. Idem autor vt ſup.

8 Venus ſi fuerit in domo Lunæ, deſignat matrimonium incongruæ mulieris. Idem vt ſup.

9 Venus ſi fuerit in domo vel exaltatione ſua, vel in angulo libera à malis, & retrogradatione, ac combuſtione, ſignificat altam deſponſationem & bonum ſtatum nati, maximè ſi aſpexerit eam Iupiter. Idem autor vt ſup.

10 Venus ſi fuerit ſub radiis Solis, ſignificat deſponſationem mulierum ægrotarum, & maximè in abſcōdito. Idem vt ſup.

11 Venus & Luna ſi fuerint in ſignis pulchris, vxores nati erunt pulchræ. Sed ſi fuerint in domo Saturni, indicant contrarium. Auenatis ſententia in ratione ſeptimæ domus

12 Venus & Luna ſi fuerint occidentales, & adhuc melius, ſi vna earum fuerit in domo Mercurij, ſignificant paruitatem vxoris: ſed ſi fuerint in domo aliqua trium ſuperiorum, ſignificant granditatem ipſarum. Idem autor vt ſup.

13 Veneris aſpectus prauus ad Saturnum indicat vxores viduas. Idem vt ſup.

14 Veneris aſpectus malus ad Martē ſignificat corrugatas aut violatas. Idem vt ſupra.

15 Veneris aſpectus ad Iouem, ſignificat vxores virgines. Idem autor vt ſupr.

16 Venus ſi fuerit in vno angulorum (vt dicit Ptol.) & ſimiliter dominus ſeptimæ domus, ſignificat natum habiturum vxorem ex eius progenie. Idem autor vt ſupra.

17 Venus in aſcendente coniuncta Saturno, aut publicas meretrices, aut prouectæ ætatis decernit vxores.

18 Venus & Mercurius iuncti cum Ioue, adulteram decernunt vxorem.

19 Venus domina nonæ in aſcendente vel decima, dat nato vxorem in terra aliena.

20 Venus & Sol in ſeptima domo, vel ſi aſpexerint ipſam domum, & ſignum ſeptimæ fuerit domus alterius eorum, natus ducet vxorem extraneam, & raucam.

21 Venus, Mercurius, Iupiter & Saturnus in duodecima domo, ſignificant vxores nati ignobiles, vel ancillas eſſe.

22 Venus & Saturnus in finibus Veneris, vel in eius domicilio conſtituti in decima domo, ſi Mars ab his fuerit alienus, aut pauperem, aut prouectæ ætatis vxorem decernit. Si autem cum iis Iupiter ſit, vel eos aſpexerit, viduam, ſed diuitem, dabit.

23 Venus & Mercurius coniuncti in quarta domo, & Saturnus in decima, vxorem vetulam dabunt, & vir cum ſordida concumbet.

24 Venus in decima cum Saturno, & Luna in quarta, aut ſteriles, aut prouectæ ætatis mulieres dat.

25 Venus cum Mercurio in duodecima cum Ioue & Saturno, vxores dabit ancillas.

26 Venus in ſexta, vxorem nato ſerius decernit, aut viduā, aut valetudinariam, aut malè inſtitutam, aut viro ipſi non obedientem.

27 Venus & Mars in quinta domo, & Luna in prima ſignificāt, eos q̃ adulterio cōiunctas ſortiūtur vxores.

28 Venere coniuncta Saturno, copulabitur natus cū faſcinatrice, viduam, aut degenerem, aut anum vxorē ducet. Materni cap. 25. lib. 6.

29 Mercurius in quarta domo cum Saturno & Ioue, peregrinas decernit vxores, ſed diuites.

30 Mercurius in quinta domo cum Marte, ſignificat quòd cum affinibus copulabitur.

31 Caput Draconis in ſeptima cū Saturno, Venere, & Mercurio, nato decernit vxorē, q̃ habuit duos viros.

32 Pars fortunæ in tertia, decernit vxores extraneas. In natiuitate mulieris, maritum alienigenam.

33 Si fuerint ambæ infortunæ in ſexta cum Venere, vxores nati erunt meretrices.

34 Si Cancer, vel Capricornus in quarta domo, ſi ibi Venus fuerit, natus copulabitur cum meretrice, & cōtrahet ſcelus, ac crimen, culpa ipſius.

35 Martis quadratura ad Venerē, ſi Mars in decima fuerit in ſigno mobili, tribuit vxorem degenerem, vel meretricem. In natali fœminarum indicat meretrices Materno. cap. 12. lib. 6.

36 Aſcendens ſi fuerit domus Veneris, & Mars in domo Veneris: vel aſcendens domus Martis & Venus in domo Martis, erit mulier impudica. Idem erit ſi aſcendens fuerit Capricornus. Hermetis ſententia 25.

37 Si principans bene affectus fuerit in domo tertia, aut nona indicat natum habiturum vxorem in terra extranea, aut extraneam in ſua terra. Auenar. ſentent. in ratione ſeptimæ domus.

Secundum ergo naturæ principantis fortitudinem erit mulieris natura: Nam ſi Venus fuerit in ſuo dedecore, aut Luna, eodem modo denotat natum capturū vxorem ex progenie minori eius progenie: ſi autem econtra, habebit mulierem ex progenie ſua valentiorem. Idem autor vt ſup.

38 Pars matrimonij & eius dominus ſi fuerint in angulis, vel ſuccedentibus liberi à malis, adiuncti fortunis, vel in aſpectu fortunarum, ſignificat deſponſationem nati cum optimis mulieribus, & pulcherrimis. Et ſi fuerint pars & dominus eius cadentes, & impediti à malis, maximè verò ſine aſpectu fortunarum ad eos, ſignificat deſponſationem nati cum famoſis ſcortis. Albohaly ſent. cap. 26.

39 Dominus partis matrimonij ſi curſu directus in angulo, vel ſuccedētib. liber à malis, ſignificat deſpōſationem nati cū mulierib. pulchris, & optimis. Si verò fuerit malus, cadens, retrogradus, aut combuſtus, ſignificat deſponſationem nati cum mulieribus vitioſis, nulliúſque fructus. Idem vt ſupra.

*Diuites vxores.*

Boni planetæ in ſeptima domo ſi potentes fuerint,

Digitized by Google

fuerint, ſignificant opulentas & nobiles vxores: malefici ibidem & imbecilles, ſignificant pauperes, ignobiles: ſi verò malefici fortes fuerint, diuites quidē ſed malitioſas, & omnino imperfectius aliquid aut cum labe coniunctum decernunt.

Dominus ſeptimæ domus in decima, vel econtra dominus decimæ domus in ſeptima nobilem promittit vxorem.

Dominus ſecundæ in ſeptima domo, vel dominus ſeptimæ in ſecunda diuitem & opulentam ſignificat vxorem.

Dominus ſeptimæ in duodecima, vel econtra, ſeruam, pauperem ignobilem vxorem decernit.

*Septima Quæſtio: De mutuo amore & concordia coniugum.*

1 Ad vltimam partem quæ pertractat de fælicitate matrimonij & de concordia & amore inter virum & vxorem, Conſidera planetam, vel planetas numerum vxorum decernentes, iuxta ſuperiorem doctrinam. Quòd ſi illi benigni fuerint, & Lunam benigno aſpectu intueantur, mutuum amorem, ſuauem conſuetudinem, perpetuam beneuolentiam, ac fælicem coniugij ſtatum promittunt. Si verò malefici fuerint, & Lunam inimico aſpectu intuentur, leui occaſione diſcordabunt coniuges, & alienati à ſe mutuo prorſus non conuenient.

Si autem planeta beneficus maligno aſpectu Lunam aſpexerit, mediocriter inter ſe conuenient coniuges, & in plerìſque concordabunt. Contra ſi malignus planeta benigno radio Lunam intueatur, itidem mediocriter inter ſe conuenient, ſed in plerìſque tamen diſcordabunt. Quia maleficorum benignus radius ſicut plus declinat ad noxam, ita benignorum inimicus radius minus nocet.

2 Qualis erit aſpectus domini vigoris ad Venerem, vel dominum ſeptimæ domus, talis erit vel amicitia, vel diſcordia inter coniuges. Hiſpalenſis ſent. cap. 14.

3 Dominus ſeptimæ domus ſi fuerit in aſpectu malo cum ſigno aſcendentis, aut cum eius domino, aut cum principante planeta natiuitatis, ſignificat quòd natus habebit litem cum vxore ſua. Auenar. ſentent. in ratione ſeptimæ domus.

4 Saturnus & Lunæ quadratus, ſi Luna ſuperior in dextro quadrato fuerit, matrimonij damna ſignificat, & iurgia cum vxore continuat. Materni ſentent. cap. 10. lib. 6.

5 Saturnus ſi ex ſeptima ſupra Venerem eleuatur, natus non diliget vxorem ſuam.

6 Saturnus cum Ioue in decima & cum Marte, ſignificat omne genus triſtitiæ ab vxoribus.

7 Saturnus vel Mars infortunati ſi fuerint in ſeptima domo, non gaudebit cum vxoribus, nec cum amaſiis, neque cum ſociis, ſed ſemper rixas cum eis habebit.

8 Saturnus ſi fuerit eleuatus ſupra Venerē in ſigno decimo, vel in eius oppoſito, ſignificat exiguum amorem nati erga mulieres. Venus verò amorem nati erga viros. Albohaly ſent. cap. 26.

9 Iupiter iunctus Veneri, ſignificat bonam fortunā in matrimonio. Materni ſent. cap. 26. libr. 6.

10 Iouis fælix aſpectus ad Venerem cum receptione dat magnam proſperitatem ex coniugio.

11 Mars coniunctus Veneri, lites, & damna mulieris cauſa, adulteria cum vilibus ſignificant. Si natale fuerit alicuius fæminæ, ea meretrix erit. Materni ſentent. cap. 27. lib.

12 Martis trinus ad Venerem decernit nuptias proſperi matrimonij, & qui ſe ſemper grata honeſtate cōponant, ſed ſuperbiæ ſpiritu ſubleuati: ſed plurima ſectantes matrimonia, quæ facilimis rationibus conſequentur, & forte publicos ſcortatores, vel contra legē luxuriantes producent. Materni ſentent. cap. 5. lib. 6.

13 Mars ſi fuerit in domo Veneris, & Venus in domo Martis, natus erit fornicator manifeſtus, ſignificatque matrimonij deſtructionem.

14 Mars ſi fuerit in nona domo, tam in natiuitate maſculorum quàm fœminarum, ſignificat ſeparationem inter virum & mulierem, & maximè ſi fuerit Almuten natiuitatis in domo ſeptima. Auenar. ſenten. in ratione ſeptimæ domus.

15 Mars aut Venus in omni natiuitate, in qua erit principās, & ambo ſe coniungunt, aut aſpiciunt quocunque aſpectu, & Iupiter eos non aſpiciat, ſignificat adulterium. Sed eſt ſciendum, quòd principans accipitur ſecūdum opinionem Hermetis à Venere, à Luna, à parte coniugij, à domo ſeptima, & eius domino. Idē autor vt ſup.

16 Sol in duodecima poſitus, à mulieribus detrimenta minatur. Et ſi fortunæ teſtificentur, forte fuſtigabitur mulieris cauſa.

17 Venus ſi fuerit in duodecima, aut ſeptima domo, habebit natus quotidie litem cum vxore ſua propter mulieres. Auenaris in ratione ſeptimæ domus.

18 Venus ſi fuerit almuten natiuitatis, & fuerit in nona domo, ſignificat natum odio habiturum vxorem. Idem autor vt ſupra.

19 Venus ſi fuerit principans, fueritque combuſta, aut in aſpectu infortunato Saturni, & melius adhuc, ſi fuerit in vna domorum Saturni, vel in Virgine, quæ eſt domus dedecoris eius, denotat concubitus prauos non exiſtētes ſecundum naturam. Idem autor vt ſup.

20 Venus ſi dederit vim Ioui, ſignificat rectitudinem in re concubitus, & quòd natus non præteribit omnino. Idem vt ſup.

21 Venus vel dominus ſeptimæ domus ſi fuerit in nona domo, fueritque infortunatus, natus dimittet vxorem. Hiſpalenſis cap. 14.

22 Venus ſi fuert in domo Iouis, & in aſpectu ipſius in natiuitate virorum, vel mulierum, ſignificat aptitudinem, & perfectionem deſponſationis & conſtantiā in ea. Albohaly cap. 26.

23 Venus ſi fuerit in domo Martis & in aſpectu eius, ſignificat damnationem, & malignitatem coniugij. Idem autor vt ſup.

24 Venus ſi fuerit orientalis, ſignificat audaciam mulieris ſuper virum, cum multitudine amoris, & gaudij. Et ſi fuerit occidentalis, vel in deſcenſione ſua, ſignificat paruum amorem nati erga vxorem, præſertim ſi non aſpexerit eam Iupiter: & ſi fuerit retrograda, grauitatem ſignificat. & difficultatem deſponſationis nati. Idem autor vt ſup.

25 Venus ſi fuerit coniuncta Lunæ, natus non erit firmus in coniugio, diliget enim fœminas aliorum, & forte eius vxor adultera erit. Materni cap. 29. lib. 6.

26 Veneris quadratum ad Lunam, ſi Venus ſuperior fuerit, amorem vxoris reddit inuiolatum: & facit, vt natus honeſtas & morigeras ſortiatur vxores. Mat. cap. 14. lib. 6.

27 Veneris & Lunæ oppoſitio dat infælicitatem nuptiarum, & quòd natus ab vxoribus iniurias patietur. Materni

Materni. capitu. 21. lib. 6.

28 Venus ſi orientalis in dignitatibus ſuis extiterit, vel ſolum orientalis, vxor nati erit animoſa, quæ etiam viro ſuo imperabit.

29 Venus ſi fuerit in quadrato vel oppoſito Lunæ, natus habebit damnum ratione coniugij, vel impedimenta.

30 Venus in domo Martis, vel eius aſpectu ſignificat malignitatem coniugij.

31 Venus cum Mercurio, Saturno, aut Ioue, dat mulierem amantiſsimam viri ſui. Si verò cum Marte fuerit, dic contrarium.

32 Luna ſi Solem bene aſpexerit, fueritque in ſignis conuenientibus, & fortunæ etiam aſpexerint, erit amicitia inter virum & vxorem eius. Si autem diſcordauerint, vel infortunæ aſpexerint, erunt odio mutuo occupati coniuges.

33 Luna ſi lumine diminuta, coniuncta fuerit Marti in ſigno mobili, vxor nati nunquam diliget eum vero amore, ſed ſemper alium.

34 Luna domina ſeptimæ domus, in octaua diminuta lumine, nullam penitus dabit fœlicitatem in matrimonio.

35 Fortuna fortunata non impedita ſi in ſeptima domo extiterit, natus erit fortunatus ad bonas mulieres & vxores & ſocios: attamen habebit multos æmulos & infenſos ſibi, potius inuidia, quàm ipſius culpa.

36 Dominus octauæ impeditus, vel ſi octaua fuerit infortunata, vel radij eius, ſignificat dotis anguſtias, vel eius impedimentũ, aut vxoris paupertatē.

37 Pars coniugij viri ſi fuerit in ſignis obedientibus, mulieris autem in imperantibus, mulier imperabit viro, vir autem obediet mulieri. Si autem econuerſo fuerit, diffinias econuerſo.

Signa { imperantia ♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍
Signa { obedientia ♓ ♒ ♑ ♐ ♏ ♎

Omnium certiſsimum eſt, hic vtriuſque perſonæ natiuitatem conſiderare. Quandocunque enim luminaria in vtraque natiuitate, bonis aſpectibus ſe irradiauerint, aut eadē ſigna occupauerint, concordia ſignificabitur. Si verò ex quadrato, vel diametro, diſcordia, ita vt ſemper ſe odio proſequantur, & in continuis rixis verſentur. Regula optima.

*De loco, vbi coniugem aliquis ducturus ſit.*

Regula hæc eſt. Cum ſignificatores ſigna iterum obtinent, vt tertiam, vel nonam, vel ſunt in ſignis peregrinis, id eſt, in quibus nullas dignitates eſſentiales habent, natum extra patriam vxorem ducturum eſſe indicant Aſtrologi.

*Geneſis cuiuſdam viri, cuius coniugium eſt admodum infœlix.*




Hic vir habet dominum ſeptimæ domus in duodecima cæli domo in ſigno ſterili, qui quidem ſignificat, quòd natus vxorabitur cũ muliere vilis progeniei, quæ maritum odio proſequetur, & ipſa erit cum eo laborioſa & anxia, vt dicitur ab Abenragele capitu. 6. par. 5. Rurſus Venerem cum Saturno reperio coniunctam, quæ quidem cõſtellatio ſecundum Materni decreta cap. 25. lib. 6. ſignificat quòd natus copulabitur cum faſcinatrice, & ducet vxorem viduam, aut degenerem, aut anum. &c.

Deinde Mars quadrãgulatur Lunæ, quæ conſtellatio ſignificauit eũ accepturum vxorem, quæ erit praua & ſuperba, & vellet dominari & imperare ſupra maritum, vt dicitur à Materno cap. 12. lib. 6. Præterea Saturnus, Venus & Luna mittunt Antiſcium in ſeptima cæli domo, quæ conſtitutio non bene ſe habet ex diſtemperie Saturni cum aliis planetis. Quare hoc coniugium fuit ſatis infœlix, & ſine omni bona conuerſatione mulieris.

*De coniugio mulierum.*

*Significatores matrimonij mulierum ſunt hi ordine.*

1 Sol & Mars. Hi duo in fœmellarum coniugiis potiſsimam autoritatem habent.

2 Domus ſeptima & dominus eius.

3 Planeta, vel planetæ in ſeptima.

Ex horum ſignificatorum diſpoſitione, qualitate & poſitu, omnia illa iudicari ſolent, q̃ hactenus de virorũ matrimoniis tradita ſunt: ita tamen, vt in omni conſideratione Solem hic adhibeas pro Luna, prorſus ſimili ratione, pro Venere autem Martem.

*Reliqui ſignificatores & obſeruationes, regulæ & Aphoriſmi manent, & nihil mutantur.*

In his & ſimilibus iudiciis, accuratè examinentur ſignificatores, an ſint fortes, an imbecilles, ac eorum congruentia vel diſsipantia, in eodem Quomodo ſignificatores examinandi ſint.



Digitized by Google

ſignificato, accuratè perpendatur. Rariſsimè enim omnes ſignificatores inter ſe conueniunt, ſed ſemper ferè aliqua eſt pugnantia, quæ iuxta multitudinem teſtimoniorum concilianda eſt. Cùm verò in diſcrepantia eſt æqualitas, & ab vtraque parte numerus congruit, præferantur planetæ in domibus conſtituti, plus enim valet præſentia corporalis, quàm dominium abſentis planetæ, &c.

Sed hic generaliter eſt aduertẽdum, quod Meſſahalach reſpicere iubet in natiuitate mulierum ad locum Solis, quoniam eius denotat virum, ſicut Luna in natiuitate maſculorum ſignificat mulieres. Et ſecundum Solis fortitudinem mulieris vir erit.

Si Sol fuerit coniunctus Saturno, aut in aſpectu ipſius malo, fueritque Venus combuſta, aut retrograda: & melius adhuc, ſi in domo fuerit ſexta, aut duodecima, non habebit mulier virum.

Alchindus dicit, Aſpice in natiuitate mulieris locum Solis & Martis, domum ſeptimam, & eius dominum & partem maſculorum, quæ accipitur die ac nocte à Venere in Saturnum ab aſcendente. Et ſcias quis principans fuerit in locis prædictis: & ſecundùm fortitudinem erit viri fortitudo. Si principans orientalis fuerit, erit paucorum annorum: ſi occidentalis, erit econtra. Et ſecundùm fortitudinem naturæ principantis erit viri natura. Quòd ſi Sol fuerit in domo ſua, aut in ſuo honore, habebit virum magnæ progeniei, habentem gradum magnum. Si verò econtrario fuerit Sol, ſignificat econtra. Hæc ſcripſit Abrahamus Auenaris in ratione ſeptimæ domus.

In religione, quæ ſacerdotes à coniugio prohibet, & à filiorum generatione, ſignificatores vxorum declarant concubinas, & filios illegitimos, vel adoptiuos.

Cauſa non ducendi vxorem, & cælibatus in viris, eſt Lunæ combuſtio cum Saturno: item magna Lunæ à Saturno impedimentum; ac rurſus, Concordia genituræ cum ſacerdotum & eremitarum principiis cæleſtibus. Sic & in fœmina ſi planeta ſit cum Sole combuſtus, aut Sol à Saturno vehementer opprimatur, aut genitura cum principiis monaſticorum conuenerit.

*Aphoriſmi.*

1 Saturnus, Iupiter & Venus, in decima, & Mars in quarta, faciunt amatores puerorum. Aben. par. 5. capit. 6.

2 Martis trinus ad Venerem, ſignificat, quòd amabit deſideria carnis, & ſi hæc participatio ſit à Capricorno, vel Piſcibus, ſignificat natum luxurioſi cum ſororibus aut propinquis. Idem vt ſupra.

3 Venus coiuncta Marti, aut in eius quadrato vel oppoſito, ſi fuerit Mars in domo, vel exaltatione ſua, natus erit turpis in coitu. Si fuerit in ſigno fœminino, & natus ſit maſculus, patietur à viris. Si in ſigno maſculino, erit Sodomita. In natiuitatibus ſimiliter mulierum, ſi fuerit in ſignis fœmininis, erit meretrix, ſi maſculinis, vtetur mulieribus. Idem vt ſupra.

4 Venus ſi fuerit in domo Saturni, & Saturnus in domo Veneris, natus amabit maſculos. Similiter erit, ſi vice Saturni Mercurium acceperis. Venus in ſigno maſculino idem facit. Venus & Mercurius iuncti in domo Saturni, idem faciunt. Idem vt ſupra.

5 Venus ſi fuerit cadens ab aſcendente, coniuncta Saturno, aut in malo aſpectu Iouis, ſignificat prauã nati voluntatẽ in mulieribus. Albohaly c. 26.

6 Venus ſi fuerit iuncta Marti, aut in malo aſpectu ipſius, ſignificat turpitudinem luxuriæ. Idem vt ſupra.

7 Dominus ſeptimæ domus & domus Lunæ domus ſi non aſpexerint Lunam, nec dominus partis matrimonij aſpexerit ipſam partem, nec dominus domus Veneris ipſam Venerem, ſignificat prauitatem voluntatis nati in deſponſatione & libidine. Idem vt ſupra.

8 Dominus ſeptimæ ſi infortunatur in angulo, natus fiet Sodomita. Abenrag. cap. 6. par. 5.

9 Leo ſi fuerit aſcendens, & Sol & Venus in eo in natiuitate diurna, natus erit Sodomita. Idem vt ſupra.

10 Luminaria ſi ſe non aſpexerint, nec eorum aliquod aſpiciat aſcendens, & ſi ſit in angulo infortuna, nocens duobus luminaribus, exiſtentibus in ſignis maſculinis, vir erit magnæ libidinis, ſed femella erit meretrix, vel fricabit alias mulieres. Idem autor vt ſupra.

11 Pars coniugij ſi fuerit damnata in tertia, vel quinta domo, natus concumbet cum ſororibus ſuis. Idem autor vt ſupra.

*Annotationes vniuerſales.*

Dominus tertiæ domus ſi fuerit in octaua, natus ſuperſtes erit mulieribus ſuis.

Dominus quintæ domus ſi fuerit in ſeptima, inueniet natus gaudium ab vxore.

Dominus 7. domus ſi fuerit:

- In prima, natus habebit vxores cum maculis, quæ citius eo morientur.
- In ſecunda, acquiret mulierem propter eius ſubſtantiam, videbitque mortem vxoris.
- In tertia, natus vxorabitur cum aliqua conſanguinea.
- In quarta, natus vxorabitur cũ muliere ſuæ progeniei, & erit vxor eius caſta, bona, & verecũda, q̃ ſciet ſe cooperire.
- In quinta, vxorabitur cum muliere iuniore, quæ erit bonorum morum, & faciet ſe diligi.
- In ſexta, vxorabitur cum ſerua, aut muliere aliquam maculam habente.
- In ſeptima, vxorabitur cum muliere cognita bonę progeniei, tamen non diliget eam natus.
- In octaua, vxorabitur cum diuite muliere, & hæreditabit bona illius.
- In nona, vxorabitur cum muliere extranea diuite, & diliget eam natus.
- In decima, promittit vxorem nato regiam & excellentem.
- In vndecima, copulabitur cum muliere habente filios, & diliget eam natus, habebitque cum ea iucundam vitam & bonam.
- In duodecima, vxorabitur cum muliere vilis progeniei, quæ maritũ odio proſequetur, & ipſa erit cũ eo laborioſa & anxia. Hæc Abenrag. par. 5. cap. 6.

Dominus

Dominus octauæ domus in ſeptima, ſignificat quòd matrimonium contrahet natus cum mulieribus, ad quas perueniunt hæreditates alienæ, & ipſe hæreditabit eius bona, & habebit propter hoc bonum & lucrum: & ſignificat tamen mortem vxoris.

Dominus nonæ domus ſi fuerit in tertia, copulabitur cum mulieribus extraneis.

In ſeptima domo, ſignificat quòd natus vxorem habebit bonam, & bene morigeratam, quæ ei obediet: & erit mulier cuſtos ſuæ legis, ſi hic dominus fuerit fortuna.

Dominus decimæ domus ſi fuerit in ſeptima, vxorabitur natus cum muliere nobili & ſapiente.

Dominus vndecimæ domus ſi fuerit in ſeptima, natus habebit vxorem fortunatam, & diliget eam, habebitque cum ea diuitias, atque bonum, & proſperabitur cum vxore.

Saturnus extra domum ſuam, vel exaltationem, ſignificat malam & prauam vxorem, quando fuerit in ſeptima domo, & natus abhorrebit ab ea, & portendit deſtructionem vxoris & mortem. In domo ſua vel exaltatione dat mulierem diuitem.

Iupiter in ſeptima domo, ſignificat vxorem probam, honeſtam, viuentem in timore Dei, ac legitimum matrimonium, vxorémque pulchram, diuitem, & quòd erit ſenectus eius honorata: & ſignificat etiam gaudium à mulieribus.

Mars in ſeptima domo, ſignificat quòd mulieres morientur ante virum. Et ſi fuerit in domicilio vel regno ſuo, dat vxorem beſtialem. Si natiuitas fuerit mulieris, decernit ei maritum beſtialem, hominem litigioſum, qui ſe inquinabit omni coitu.

Mars in domo Veneris, inclinat natum ducere ſponſam vnam, quam primo ſtuprauerit, vnde illi veniet malum.

Sol in ſeptima domo ſignificat, quòd natus acquiret vxorem magiſtrorum, & potentum, & erit in ſenio multum honoratus. Sed ſi Sol fuerit infortunatus, faciet natus coniugium malum in pueritia ſua cum meretrice.

Venus:
- In ſeptima domo, ſignificat multitudinem nuptiarum, ac ſocietatem cum mulieribus pulchris: & dat nato ſenectutem fœlicem, & lætitiam cũ vxore, quæ erit bella & nobilis, abundánſque in re familiari, & erit natus potens in coitu.
- In nona domo, dat animum abhorrentem à coniugio.
- In domo Saturni, ſignificat quòd cito morietur vxor nati.
- In domo Martis, ſignificat quòd ſi natus duxerit vxorem, verberabit eam ſæpe, vel occidet eam.
- In domo Solis, ſignificat natum contrahere matrimonium cum meretrice.

Mercurius ſi fuerit in ſeptima domo, natus habebit vxorem necromanticam: ſi verò fuerit cum Marte vel cum Saturno, occidet vxorem ſuam.

Luna in ſeptima domo fortunata dat honeſtam mulierem, & facit vt ſenium nati ſit honoratum, & habeat vxorem pulchram & diuitem & bonum à mulieribus. Si verò fuerit infortunata, erit contrarium.

Caput Draconis in ſeptima domo, dat gratiam nato cum muliere bella, & quod ſenectus eius erit honorata & laudata.

Cauda Draconis in ſeptima domo, dat mortem vxori, & ſignificat vxorem valetudinariam, atque etiam viro præmorituram. Si mulieris natiuitas, vir vxori præmorietur.

*Ad Lectores.*

Quoniam Aſtrologi Arabes, Chaldæi, Perſæ, Babylones, & etiam Ptolemæus de multitudine vxorum ſecũdum legem paganorum & Mahumetiſtarum ſcripſerunt, vel loquuntur de locis vbi diuortium, aut vxorum pluralitas admittitur. Quapropter in legendo eos, eris cautus ac prudens. Verũ Aſtrologi catholici cum ſancta Eccleſia Romana tenentes, aliter loquuntur de numero vxorum. Et ideo doctrina bonorum Aſtrologorum cum doctrina aliorum Aſtrologorum in hac materia diſcordat. Et ſic meam doctrinam ſub cenſura ſanctæ Eccleſiæ Romanæ ſubmitto,

*Annotationes ex Materno.*
*De vxoribus.*

Saturnus dominus genituræ ſignificat quòd erunt nati ſemper affectu alieni circa vxores & filios. cap. 12. lib. 4.

Saturnus per noctem in ſecunda domo ſignificat, quòd natus erit vxoris interemptor. ca. 3. lib. 3.

Saturnus per diem in quinta domo & Sol vel Iupiter in horoſcopo natiuitatis ſignificat ꝙ homines erunt frequenter ſine vxore, aut indignis ſibi copulantur matrimoniis. cap. 3. lib. 3.

Saturnus in ſeptima domo ſignificat caſus vxorum, & dabit nato grauis doloris acerbitatem. cap. 3. lib. 3.

Saturnus per noctem in octaua domo conſtitutus faciet natos circa affectus vxoris ſemper inſtabiles. cap. 3. lib. 3.

Saturnus per noctem in decima domo inuentus denegabit nuptias, ſi in malignæ ſtellæ, vel ſigno, vel loco, vel finibus fuerit, vxorem enim perimit, & dolores orbitatis ſemper indicit.

Saturnus ſi fuerit in Ariete conſtitutus & dominus genituræ ſignificat quòd natus in prima ætate, cum vxore diſcordabit, iurgiiſque diſſentiens, virginales ſane nuptias vitabit, eiúſque vxor cito ab eo, aut repentina morte, aut diſſidio ſeparabitur. Dabit quoque Saturnus ſic poſitus, aut viduam aut ab alio ſtupratam, vel quæ ab alio marito filios ſuſceperit, ſeu quam macula alicuius turpitudinis infamet, ſed hęc ſignificatio erit, quando Luna Saturnum viderit de quadrato aſpectu, ſed ſi eum reſpexerit trigonica radiatione, ſcilicet ex Leone, vel Sagittario, faciet vxorem bonam, morigeratã, quæ vſque ad vltimum vitæ ſpacium integro cum eo perſeuerabit affectu. cap. 3. lib. 5.

Saturnus in Tauro conſtitutus ante annos 32, nunquam patitur ducere vxorem, nec tamen natis virgines vxores dabuntur, & ſi datæ fuerint, perditos ab eis filios ſuſcipient, atque amoribus ſuis alienos, peregrinas vero, aut ab aliis ſtupratas vxores frequenter ſortientur, tuncque potiſsimum vxores dabuntur poſt 30. annos cum Saturnus in Cancro intrauerit, aut cum in Virgine, vel Capricorno fuerit conſtitutus.



Digitized by Google

Saturnus in Geminis inuentus non dabit nato vxorem virginem. Quod ſi teſtimonium Iouis virginem fortè dederit vxorem, aut repudio ab ea, aut mortis diſcrimine diuidetur.

Saturnus in Cancro inuentus ſignificat quod natus non erit cum prima vxore fœlix: nam accipiet vxorem vilem, aut degenerem.

Saturnus in Leone inuent' nõ permittit ducere vxores virgines, quas tamen ſi violẽter fuerint nati conſequuti, ab iiſdem paruo tẽpore ſeparabuntur.

Saturnus in Leone inuentus decernit nato duarum nuptias vxorum.

Saturnus in Virgine ſignificat ꝙ natus ſi duxerit vxorem in prima ætate, non conſequetur ab ea vtilitatis commoda, ſed erunt nato nuptiæ infœlices.

Saturnus in Libra inuentus ſignificat, quòd natus in prima ætate accipiet vxorem ſeruam, vel peregrinam: ſed poſt annos 30. ducet vxorem nobilem & fortunatam.

Saturnus in Scorpione conſtitutus non permittit ducere vxorem virginem, ſed accipiet natus vxorem viduam.

Saturnus in Sagittario inuentus ſignificat nato plures vxores, ſed ſi Iupiter Saturnum nulla radiatione reſpexerit, vxorem non dabit. Habebit tamẽ propter mulierem, vel eius cauſa graues dolores.

Saturnus in Capricorno decernit nato duas vxores habere, ſed erit infœlix in illis & cum illis.

Saturnus in Aquario ſignificat quòd vxor viuet contra iuris ordinem.

Saturnus in Piſcibus matrimonium ſignificat ſine gaudio & lætitia.

Saturnus per diem in domo Iouis facit diligere vxorem. cap. 10.

Saturnus in domo Veneris ſignificat, quòd nullus erit amor coniugij, nec propriæ vxoris beneuolentia: ſed aut ſeruã, aut meretricem, vel pauperẽ, & obſcuro loco natã ducet vxorem, multáque illi fœminarũ gratia impedimenta contingẽt. c. 10. li. 5.

Saturno cum Venere conſtituto copulabitur natus cum faſcinatrice, aut viduam, aut degenerẽ, aut anum vxorem ducet. cap. 25. lib. 6.

Saturni & Veneris Trinus faciet tarde homines vxoribus copulari. cap. 3. lib. 6.

Saturnus quadratus ad Venerem, ſi Saturnus in dextro loco fuerit, & Venus in ſiniſtro, ſignificat varia calamitatis fœminis vel vxori, & nullam largitur gratiam venuſtatis, facit vt ſpes nati fruſtretur. Si autem Venus in dextro loco fuerit, & Saturnus in ſiniſtro, honeſtis & pudicis moribus decernit vxores, & quæ in domo mariti dominandi ſibi vendicent poteſtatem, maritos ſemper incorrupto diligentes affectu: ſed quæ amorem ſuum, quadam diſsimulatione celabunt. cap. 10. lib. 6.

Saturni oppoſitus ad Venerem non ducturum vxorem ſignificat, quam ſi forte natus acceperit, aut degenerem, aut meretricem accipiet, aut infamem, & denegat omnem Venereæ gratiæ venuſtatem. cap. 17. lib. 6.

Iupiter dominus genituræ ſignificat, quòd homines ſemper diligent vxores ſuas. cap.

Iupiter in quarta domo per diem inuentus ſignificat quod natus erit circa fœminarum coitus tardior. cap. 4. lib. 3.

Iupiter in ſeptima domo per diem inuentus, nocebit vxoribus. Nam & chariſsimam & moratam vxorem amittat neceſſe eſt.

Iouem in Ariete inuentum quicunque habuerint, ex vxoribus maximo lætitiæ releuantur augmento. cap. 4. lib. 5.

Iupiter in Tauro inuentus ſignificat gaudia ex vxoribus. cap. 4. lib. 5.

Iupiter in Geminis inuentus de vxore aſsiduos dolores habere facit, donec peruenerit ad quadrageſimum quintum ætatis annum. cap. 4. lib. 5.

Iouem in Geminis inuentum quicũque habuerint, in prima ætate cum ſuis vxoribus erunt diſsidentes, poſtea proſpera matrimonia poſsidebunt in locis publicis, atque ex iis accipient maxima fœlicitatis inſignia. cap. 4. lib. 5.

Iupiter in Cancro inuentus, ſignificat ex vxore lætitiam habere. cap. 4. lib. 5.

Iouem in Leone inuẽtum quicũque habuerint, primæ natis non proderũt vxores, nec eas virgines ſortientur, ſed ab aliis ſtupratas. cap. 4. lib. 5.

Iupiter in Virgine poſitus ſignificat, quòd quãdo Saturnus de Piſcibus tranſierit, & peruenerit ad ſignum Arietis, in illo tempore decernit nato gloriam, & potentiam & pudicam beneuolamque vxorem, ac mariti commodis ſeruientem.

Iupiter in Libra inuentus, decernit ab vxore lætitiam habere. cap. 4. lib. 5.

Iupiter in Scorpione inuentus, ſignificat lætitiam ex vxorum affectibus natum habere.

Iupiter in Sagittario inuentus, poſt 24. annum matrimonium decernit, facit tamen vt natus cum vxore diſſentiat. Sed ſi in genitura Saturnus Iouẽ in Sagittario conſtitutum, aut quadrata, aut diametra radiatione pulſauerit, aut vxores, aut filios non habebunt, præſertim ſi in finibus Saturni Iupiter fuerit inuentus. cap. 4. lib. 5.

Iupiter cum Venere ſignificat bonam fortunam cum vxore ſua. cap. 26. lib. 6.

Iupiter & Venus ſi trigona radiatione fuerint cõiuncti, demonſtrant affectũ fidũ conſortis. c. 4. li. 6.

Mars dominus genituræ ſignificat homines circa vxores non habentes bonos affectus. cap.

Mars per noctem in prima domo inuentus, non permittit coniugem charo diligere affectu: & facit illam amittere ex morte. cap. 5. lib. 3.

Mars in ſeptima domo inuentus, facit vt vehementiſsime natis perſequatur vxores. cap. 5. lib. 3.

Martẽ in Leone inuentum quicunque habuerint, cum Saturnus ſecundum genituræ trigonum pertranſierit, id eſt ſignũ Arietis, maioribus negotiis occupati, rei vxoriæ fortaſſe indulgebũt, vnde quietiorem ſibi vitam comparent, aut id agere tẽtabunt, quo ſibi gloriam conſequantur. ca. 5. *lib.* 5.

Marte in domo Veneris inuẽto, homines copulabũtur iugali matrimonio cũ meretricib'. c. 12. l. 5.

Martis trin' ad Venerẽ decernit proſperi matrimonij nuptias, & qui ſe grata honeſtate cõponant, ſed ſuperbiæ ſpũ ſubleuati plurima ſectãtes matrimonia, quę facilimis rõnibus cõſequentur. c. 5. li. 6.

Martis exiſtente quadratura ad Venerẽ, ſi Mars in decima domo fuerit, ducet natus vxorem degenerem, vel meretricem. cap. 12. lib. 6.

Martis quadrat' ad Lunã, ſi Luna in dextro loco fuerit, & Mars in ſiniſtro, inter alias calamitates malas, decernit ſuperbas vxores. cap. 12. lib. 6.

Martis

Digitized by Google

Martis ad Venerẽ oppoſitus impugnat vxores. Quòd ſi intropicis fuerit ſignis, decernit ea quę de ipſorum quadrato diximus. cap. 19. lib. 6.

Martis & Lunæ diameter nuptias nõ elargitur. Quòd ſi aliarum ſtellarum decretis nuptiæ darentur: fallit tamen miſera vt morte proſternantur. c. 19. lib. 6.

Sol dominus genituræ facit homines qui ab vxore erunt affectibus ſeparati. cap. 12. lib. 4.

Solem in tertia domo inuentum, quicunque habuerint, conſequentur tardius vxorem. ca. 6. lib. 3.

Sol in quarta domo inuentus decernit ꝙ natus erit circa affectus vxoris inſtabilis. cap. 6. lib. 3.

Solem in Aquario inuentũ, quicunque habuerint, poſt annũ 20. rei vxoriæ operã dabũt. c. 6. li. 5.

Venus in horoſcopo inuenta dabit vxorem in prima ætate. cap. 7. lib. 3.

Venus in ſecunda domo inuenta per diem maximas contrarietates & tardas nuptias decernit: cauſas etiam cum aliqua fœmina concitat. quidam etiam repentinis vxorum mortibus viduãtur. Si vero ſic poſitam Venerem, aut Sol aut Saturnus per quadratum aut per diametrum reſpexerint, vel cũ ea poſiti fuerint, facient ſteriles, & circa venereos actus inefficaces: & qui nunquam ducant vxores: & qui ſemper puerorum amoribus implicentur. Sed hæc fortius decernuntur mala, ſi in diurna genitura ſic Venus fuerit inuenta in domo Saturni, vel Martis, vel Mercurij, vel in finibus eorum. c. 7. li. 3.

Venus in tertia domo inuenta bona erit, ſi eam Iupiter per aliquam radiationem reſpexerit. accipiet enim vxorem religioſam & bonam, vel filiam alicuius boni viri. cap. 7. lib. 3.

Venus in quarta domo in tropicis ſignis inuẽta, aut in duplicibus, viduitates decernit & damna, & cauſas propter mulieres aut mulieribus excitatas. In ſolidis verò ſignis conſtituta, morigeras decernit vxores, & qui ab his maximè diligantur, & quibus gloriam & patrimonia à mulieribus conferantur, amoto ſigno Aquarij. cap. 7. lib. 3.

Venus in quarta domo, ſi Luna eam aſpiciat de quadrato vel de diametro, ſignificat homines, qui ſe nunquã poſſunt coniugalibus affectibus copulare, & qui puerorũ ſemper coitu gaudeant. c. 7. li. 3.

Venus in quinta domo inuẽta, cum Luna faciet cum vxoribus propter quaſdam ſuſpitiones cõtẽtioſas iurgiorum conflictationes iurgare. c. 7. lib. 3.

Venus in ſexta domo inuẽta, ignobiliores dabit vxores, aut viduas, aut debiles, & nunquã morigeras viris, ſi nulla ſtella in medio cęli fuerit inuẽta. Si vero fuerit nocturna natiuitas, & Venus in ſexta domo collocata, faciet gratos, decoros, quibꝰ vxores morem gerant etiam quibus ab vxoribus fœlicitas conferatur, & omnia quæcunque voluerint, conſequentur. cap. 7. lib. 3.

Venus in ſeptima domo per noctẽ inuẽta, fœlicẽ reddit ſenectutẽ, tardiꝰ aut dabit vxorẽ. c. 7. li. 3.

Venus in octaua per diem domo inuenta, tardè dabit vxorẽ, & cũ dederit, dabit aut degenerẽ, aut viduã, aut ſterilem, aut graui fœditate deformem.

Venus in vndecima domo inuenta, ſi Mars & Saturnus eam reſpiciant aliqua parte, difficiles nuptias dabunt. cap. 7. lib. 3.

Venus in duodecima domo, ſi Mars & Mercuriꝰ forti radiatione reſpexerint ancillas ſibi matrimonio coniungunt, alij ſibi publicas meretrices genialis thori copulatione conſociant. cap. 7. lib. 3.

Venus in domicilio Saturni inuenta, facit homines, quorum vxores grauiſsima ſæpius morte tollantur. cap. 14. lib. 5.

Venus in domicilio Iouis inuẽta, ſignificat quòd homines proſequentur magno affectu amoris vxorem ſuam. cap. 14. lib. 5.

Venus & Luna coniuncti, ſignificant natum nõ eſſe firmum in cõiugio, & diligere fœminas aliorũ, & forte eius vxorem adulteram eſſe. cap. 29. lib. 6.

Veneris & Lunæ trigonus ſi fuerint bene affectę in natiuitate nocturna, & Luna ſit lumine creſcẽs, decernit fœlix matrimonium. cap. 7. lib. 6.

Veneris quadratus ad Lunã, ſi Venus in dextro loco fuerit, & Luna in ſiniſtro, vxoris amorem reddit inuiolatum, & honeſtam ac morigeram natus ſortietur vxorem. cap. 14. lib. 6.

*De vxoribus.*

Veneris & Lunæ diameter dat infœlicitatem nuptiarum, & facit vt natus ab vxoribus iniurias patiatur. cap. 21. lib. 6.

Mercurius in ſeptima cæli domo inuentus ſignificat, ꝙ natus accipiet vxorem ſtupratam. c. 8. lib. 3.

Luna domina genituræ inuenta facit natũ propenſum ad accipiendum vxorem, quoniam natus à paternis affectibus erit ſeparatus. cap. 12. lib. 4.

Luna in ſeptima cæli domo bene affecta per noctẽ, decernit ſponſalia congrua: ſi verò in hoc loco maleuolarum radiatione fuerit oppreſſa, maximè in diurna genitura, & lumine diminuta, tardè dabit vxorem, & cum dederit, dabit aut degenerem, aut viduam, aut ſterilem, aut graui fœditate deformem. cap. 15. lib. 3.

Luna in Aquario inuenta, poſt annos 30. ex mulierum ſiue vxorum cauſa aliqua poterunt vitæ cõmoda reperire, atque in aliquo loco quieſcere.

Luna lumine minuta in domo Veneris, decernit matrimonium proſperis auſpiciis. cap. 16. lib. 5.

*Capitulum in ſeptima domo.*

*Ex Albubatre.*

Aſpice pro coniugio & eius ſtatu à 7. domo, & eius domino à Venere & Luna à parte coniugij & eius domino, necnon à planeta in domo ſeptima exiſtente. Nam cum planeta, qui in dictis locis plura teſtimonia habuerit in angulo vel ſuccedenti, exiſtens liber ab infortunis, & retrogradatione & combuſtione fuerit, & domino aſcendentis applicuerit, natus bonum & laudabile coniugium aſſequetur. Et ſi dictus planeta aut domini triplicitatum dictorum locorum debiles, ac impediti, & infortunati fuerint, impedimentũ cõiugij & eius imperfectionem, necnon grauedinem & triſtitiã portendunt. Quod ſi Venus à Marte infortunata fuerit, fornicationem ſignificat. Et ſi Venus in ſigno maſculino fuerit, natus erit publicus fornicator, vel ſodomita. Et ſi Venus in natiuitate mulierum à Marte infortunata fuerit, ac in ſigno maſculino, nata erit meretrix. Et ſi in ſigno maſculino fuerit, erit ſodomita.

Quando Venus in Saturno fuerit, natus erit mali coitus, atque filiorum abſconſor. Et ſi vxorem acceperit, erit vetula aut ancilla.

Quãdo Venus Veneri iũcta fuerit, bonitatẽ coitus necnon gaudiũ & fortunã in cõiugio decernet.



Digitized by Google

*De natis vxore carentibus.*

Quando planeta, qui teſtimonia planetarũ coniugium ſignificantium planetæ habenti multa teſtimonia & partem in natiuitate non alligauerit, natus coniugium non faciet.

Quando pars coniugij in malo loco fuerit, & Venus in ſigno & 4. maſculinis, nat' vxore carebit.

Quando dominij triplicitatis Veneris, Venerẽ, nec medium cæli aſpexerint, natus vxorem non habebit.

Quando domini triplicitatis Veneris, & maximè primus in termino infortunarum fuerit, aut in quarta domo peregrinus ac infortunatus, natus mulieres non appetet, nec vxorem accipiet.

Quando Venus infortunata exiſtens, Lunam aſpexerit, & non aſcendens, & Saturnus peregrinus ab aſpectu Iouis cadẽs fuerit, natus vxore carebit.

Quando pars coniugij in duodecima domo fuerit, & infortunæ ipſam ſine fortunarum aſpectu aſpexerint, & dominus eius eam non aſpexerit, ſed ſit combuſtus vel aſcendens, aut ab aliqua infortunarum impeditus, natus erit ſine vxore, & ſemen eius impeditum, Idem cap. 171.

*De coniugio venuſtatis & bonarum mulierum.*

Quãdo dominus ſeptimæ domus in ſeptima domo fuerit, natus vxorem honeſtam & ſimplicem accipiet.

Quando Iupiter, Venus & Mercurius in ſeptima domo fuerint, natus vxorem pulchram & nobilem habebit, necnon occaſione eius bonum & lætitiam.

Quando dominus ſeptimæ domus in nona fuerit, natus vxorem extraneam, bonam tamen ac religioſam accipiet. Et ſi in aliqua dignitatum ſuarum exiſtens fortunę ipſum aſpexerint, & infortunæ ab eo cadentes fuerint, natus erit bonus ac famoſus, vxoremque nobilem accipiet.

Quando Venus in medio cæli fuerit, & fortuna ipſam ſine infortunæ aſpectu aſpexerit, natus vxores nobiles accipiet.

Quando dominus domus Solis ſine combuſtione exiſtens in ſeptima domo, & in domo ſua fuerit, & fortunæ ex angulis vel ſuccedentibus ipſum aſpexerint, natus vxores pulchras & corpore magnas habebit. Et ſi Iupiter ibi aſpexerit, erunt nobiles, & honeſtæ.

Quando pars coniugij in tertia domo fortis & fortunata fuerit, & dominus eius ab infortunis liber, natus vxorem extraneam accipiet, & occaſione eius bonum & profectum habebit.

Quando pars coniugij in decima domo & ab infortunis libera fuerit, natus vxorem bonam, famoſam & honeſtam accipiet. Et ſi dominus dictæ partis in decima domo fortunatus fuerit, erit vxor nati filia magnorum ac virorum ſublimium.

Quando pars coniugij in quinta domo ab infortunis libera ac fortunata fuerit, natus vxorem de ſuis propinquis accipiet, quę bonum modũ & pulchrum ac in ſua progenie habebit diuitias, eritque nato iunior, & in vita ſua delicata.

Quando Iupiter Lunam trino vel quadrato aſpectu aſpexerit, & Venus in octaua, vel 12. domo fuerit, natus vxorem de bona progenie accipiet, & mortem eius videbit.

Quando Iupiter dominus partis cõiugij exiſtẽs, in ſeptima domo fuerit, natus vxorẽ cũ lætitia accipiet, & erit ebrioſus. Et ſi Mercurius loco Iouis fuerit, coniugium erit in riſu & aſtutia. Idem c. 172.

*De coniugio paruarum mulierum & meretricum.*

Quando Mercurius cũ Venere in angulo quarto fuerit, & Mars ipſos aſpexerit, natus vxorem malam, & maleficam habebit. Et ſi Venus in angulo exiſtens in Cancro, vel Capricorno fuerit, natus vxorem meretricem & malam accipiet.

Quando Venus in angulo terræ & in Aquario fuerit, & Luna ipſam malo aſpectu aſpexerit, natus vxorem meretricem accipiet.

Quando Venus in ſexta domo fuerit, natus cum meretrice iacebit, & cauſa mulierum malum ac triſtitiam habebit.

Quando Venus in duodecima domo fuerit, natus vxorem malam, & inferiorem ſe accipiet.

Quando Mercurius in 7. domo fuerit, natus vxorem maleficam habebit.

Quando Sol in ſeptima domo fuerit, vxor nati erit ſibi inobediens, adultera, non curans, vtrum bene dicatur de ea, ac multa loca circuibit.

Quando dominus ſeptimæ domus dominũ octauæ aſpexerit, natus vxorẽ ſine radice accipiet, præſertim ſi ſignum ſeptimæ domus fixũ fuerit, & cõmune, duas vxores habebit. Et ſi nobiles, plures.

Quando caput Draconis cum Saturno & Mercurio in ſeptima domo fuerit, natus vxorem viduam, aut quæ plures viros habuerit, accipiet.

Quando pars coniugij in loco vituperabili fuerit, natus vxorẽ, infamiã vel maculam, aut ægritudinem inſeparabilẽ habẽtem, accipiet. Idem c. 173.

*De matrimonio nati cum vetulis, turpibus & ſterilibus.*

Quando Capricornus ſignum ſeptimæ domus fuerit, & Saturnus & Mars in eo, aut ipſum aſpexerit, natus vxorem annoſam, pulchram tamen ac diuitem accipiet.

Quando domini triplicitatis Veneris ante angulos infortunati fuerint, aut combuſti vel impediti, grauedinẽ matrimonij & triſtitiam ſignificãt, & ꝙ natus vxorem vetulam vel ancillam, aut peccatricem accipiet, & erit circa eam pauci amoris.

Quando Venus cũ Saturno in termino ſuo fuerit, vel Saturnus ipſam aſpexerit, natus vxorem vetulam, corruptam, & aliquam deformitatem apparenter habentem accipiet.

Quando Iupiter aut Venus ſub radiis Solis, in ſigno ſterili fuerit, natus vxorem vetulam habebit.

Quando Saturnus dominus partis coniugij exiſtẽs, in 7. domo fuerit, nat' vxorẽ annoſã accipiet.

Quando Saturnus dominus ſeptimę domus fuerit, natus vxorem de ſua progenie accipiet.

Quando aliquis de duobus ſuperioribus planetis in angulo occidentali fuerit, ac teſtimonium in coniugio habuerit, natus vetulas & ſteriles accipiet, præſertim ſi dictus planeta in 7. domo exiſtens occidentalis fuerit.

Quando Saturnus teſtimonia planetarũ coniugij coniunxerit, & occidentalis fuerit, coniugium vetularum ac ſterilium ſignificat. Idem cap. 174.

*De coniugio nati cum ancillis vel meretricibus.*

Quando Venus in duodecima domo fuerit, & Saturnus ac Mars ipſam aſpexerint, natus vxores ancillas, vel meretrices accipiet.

Quando

Digitized by Google

Quando dominus aſcendentis in 12. domo fuerit, natus vxorem ancillã vel meretricem habebit.

Quando dominus ſecundę domus in occidente fuerit, natus vxorem ancillam accipiet.

Quando pars coniugij in ſecunda domo fuerit, & eius dominus ab infortunis liber, dignitatem aliquam in loco ſuo habuerit, natus cum ancillis nobilium iacebit, & diuitias inde habebit.

Quando pars coniugij in ſexta domo infortunata fuerit, natus cum ancillis & captiuis iacebit.

Quando dominus ſeptimæ domus in duodecima domo fuerit, & dominus duodecimæ in ſeptima, natus ancillam in vxorem habebit & accipiet.

Quando Saturnus cum Venere in eius domo, ac in aſcendente fuerit, natus cum muliere ancilla atque mala copulabitur.

Quando Venus in domo ſua exiſtens, cum Saturno in aſcendente fuerit, natus cum multis vel ancillis aut cum mulieribus fœdis ac vilibus copulabitur.

Quando Saturnus in angulo occidentali vel medio cæli, necnon in Leone, Capricorno, vel Aquario fuerit, & Iupiter aut Luna ipſum non aſpexerit, natus ancillam vel meretricem ducet in vxorem.

Quando Mars ibidem aſpexerit, natus propter hoc detrimentum incurret.

Quando Venus in domo Mercurij fuerit, natus vxorem ancillam, aut vilis progeniei accipiet.

Quando Venus in domo Lunæ fuerit, natus cũ meretricibus & ancillis iacebit. Idem cap. 175.

*De natis contra legem nubentibus, aut mulieribus prohibitis iacentibus.*

Quando Venus & Mercurius in aſcendente exiſtentes, & Saturnus aut Venus dominus aſcendentis fuerit, natus cum ſororibus aut filiabus iacebit. Idem iudica, ſi Venus & Saturnus in aſcendente fuerint, & Venus eorum dominus aſcendentis extiterit.

Quando ſignum tertiæ domus fuerit Aries vel Scorpio, & Venus ac Mars ipſum aſpexerint, natus cum vxoribus fratrum, aut amicorum ſuorum iacebit.

Quando pars coniugij in tertia domo fuerit, natus aliquam ex conſanguineis ſuis in vxorem accipiet, aut cum vxoribus, vel fratrum ſororibus, aut à lege prohibitis iacebit. Et ſi dicta pars ibidem fortunata fuerit, natus cum propriis filiabus iacebit.

Quando pars coniugij in quarta domo infortunata fuerit, natus cum matre, vel auia, aut cum patris amaſia iacebit.

Quando pars coniugij cum infortuna iuncta fuerit, & Luna in ſeptima domo extiterit, aut ibi aſpexerit, natus cum matertera, id eſt, cum ſorore matris ſuæ iacebit.

Quando pars coniugij in quinta domo infortunata fuerit, & fortunæ ab ea cadentes, natus cum filiabus, vel neptibus ſuis iacebit.

Et ſimiliter quando pars filiorum in ſeptima domo fuerit, natus cum aliqua, quæ erit ei tanquam filia iacebit.

Quando Luna partem coniugij aſpexerit, & dominus dictæ partis cum ea fuerit, natus cum matertris, aut propinquis matris iacebit.

Quando Mars ſine aſpectu Iouis aſpexerit, factũ eius reuelabitur, & propter hoc diffamabitur.

Quando Sol in domo Iouis fuerit, natus cum vxore filij, aut cum fratrum vel propinquorũ ſuorum ſororibus fornicabitur.

Quando Venus in domo Saturni & maximè in Capricorno fuerit, cum amaſiis patris, aut fratrum ſuorum, vel cum matre ſua fornicabitur.

Quando Luna in domo Veneris cum Marte fuerit, & pars coniugij in quadrato vel oppoſito eorũ aſpectu, natus cum amaſiis patris, vel fratrum ſuorum iacebit.

Quando Sol in termino Veneris fuerit, natus mulierem ancillam, vel prohibitam accipiet.

Quando Venus in domo vel exaltatione Lunæ fuerit, natus conſanguineam ſuam in vxorem accipiet. Et ita dic ſi Venus in domo vel exaltatione ſua fuerit.

Quando Luna in ſeptima domo, ac in ſigno fœminino fuerit, & Venus ac Sol eam malo aſpectu aſpexerint, natus duas vxores ſimul habebit. Idem cap. 176.

*De fortuna nati circa mulieres.*

Quando Mercurius in aſcendente ac in ſigno fœminino maximè in Virgine exiſtens, ab infortunis liber fuerit, natus ex mulieribus bonum & vtilitatem habebit, & ita dic ſi pars fortunæ in tertia domo cum Venere, ac in eius facie iuncta fuerit.

Quando Venus in aliqua dignitatum ſuarum natiuitate nocturna exiſtente, in tertia domo fuerit, & partem fortunæ trino aſpectu aſpexerit, natus vxorem accipiet, & erit pecuniæ vxoris dominus, & occaſione eius bonum habebit.

Quando Venus in quarta domo ac in ſigno fixo exiſtens, & Iupiter eam bono aſpectu aſpexerit, & infortunæ ab ea cadentes fuerint, natus cauſa mulierum fortunam & diuitias conſequetur.

Quando dominus ſeptimæ domus in quinta domo fortis ac fortunatus fuerit, natus cum mulieribus profectum habebit.

Quando Venus in quinta domo, quæ eſt domus gaudij ſui fortunata fuerit, natus occaſione mulierum bonum conſequetur, & cum eis gaudebit.

Quando Venus in Tauro ac in angulo occidentali fortunata, & à malis libera fuerit, natus erit boni coniugij, & cum vxore ſua gaudebit.

Quando Mercurius in ſeptima domo natiuitate nocturna exiſtente fortunatus fuerit, natus cum mulieribus gaudebit ac bonum & profectum ab eis habebit.

Quando Venus in nona domo cum Ioue iuncta fuerit, ac in eius trino aſpectu, natus erit in coniugio fortunatus, & occaſione mulierum dominium & diuitias atque famam habebit.

Quando caput Draconis, Venus & Mercurius in vndecima domo fuerint, fortuna nati occaſione mulierum perueniet.

Quando pars coniugij in ſeptima domo fuerit, natus mulierem, quam dilexit, in vxorem accipiet. Et ſi dominus dictæ partis fortunatus fuerit, natus cum ea bonum & gaudium habebit.

Quando pars fortunæ in ſeptima domo à Ioue



Digitized by Google

fortunata fuerit, & infortunæ ab ipſa cadentes, natus in coniugio fortunatus erit, & profectum ac honorem ab vxore habebit.

Quando Venus in eius domo ab infortunis libera fuerit, natus ex mulieribus bonum & fortunam conſequetur, & cum illis gaudens erit.

Quando Venus in domo Iouis ab infortunis libera fuerit, honor nati occaſione mulierum proueniet, & cum eis fortunatus erit. Idem cap. 177.

*De infortuna nati circa mulieres.*

Quando Venus in duodecima domo fuerit, natus malam vxorem habebit, & occaſione eius triſtitiam & detrimentum, ac malum multum patietur.

Quando Venus, natiuitate diurna exiſtente, in ſecunda domo fuerit, & infortunę eam aſpexerint, natus malum, triſtitiam, & detrimentum occaſione mulierum conſequetur.

Quando Venus, natiuitate nocturna exiſtente, in aliqua dignitatum ſuarum, ac in tertia domo fuerit, & Saturnus ac Mars cum ea iuncti fuerint, aut ipſam malo aſpectu aſpexerint, natus non poterit cum ſola muliere ſtare, & inde malum, triſtitiam, & detrimentum habebit, maxime ſi Venus in ſigno mobili fuerit.

Quando Venus in angulo terræ fuerit, & infortunæ ipſam aſpexerint, natus erit mali coitus, & parum cum mulieribus gaudebit.

Quando Luna lumine completa, Marti in domo Veneris, aut in ſexta domo iuncta fuerit, natus occaſione mulierum malum & triſtitiam ac laborem incurret.

Quando Venus in nona domo, ac in aliqua dignitatum ſuarum fuerit, & infortunæ ipſam aſpexerint, natus malum, & triſtitiam atque dolorem occaſione mulierum conſequetur, & vxorem ſe inferiorem accipiet.

Quando pars coniugij in ſeptima domo impedita ac infortunata fuerit, natus malum ac detrimẽtum ex parte mulierum patietur.

Quando pars coniugij in nona domo infortunata fuerit, mulieres natum nõ petent, ſed eum odio habebunt, ac malum & dolorem ab eis habebit.

Quando pars fortunæ coniugij in duodecima domo infortunata fuerit, natus cum mulieribus aut vxoribus laborabit, & inde malum & triſtitiam habebit.

Quando pars fortunæ infortunata fuerit, natus cogitationem & triſtitiam pro mulieribus incurret. Idem cap. 178.

*De natis qui ſecretè cum mulieribus fornicantur.*

Quando dominus ſeptimæ domus in angulo terræ, vel ſub radiis Solis fuerit, natus cum mulieribus ſecretè fornicabitur.

Quando dominus nuptiarum in domo nuptiarum fuerit, natus fornicationem ſuam celabit.

Quando Mars dominus partis nuptiarum ac in ſeptima domo fuerit, natus cum aliqua de progenie ſua ſecretè fornicabitur.

Quando Saturnus & Mars in ſexta domo fuerint, natus coniugium aut fornicationem ſuã abſcondet, præſertim ſi partem coniugij, nec etiam ſeptimam domum & eius dominum aſpexerint, fornicatio nati celabitur. Sed ſi dicta loca aſpexerint, manifeſtabitur.

Quando Venus in tertia domo & occidentalis exiſtens in termino ſuo, vel in termino Iouis fuerit, natus vxorem ſecretè accipiet, bonum tamen ab ea necnon diuitias & fortunam habebit. Idem cap. 179.

*De natis, quorum vxores prius morientur.*

Quando Luna in quarta domo fuerit, vxores nati morientur, ac inde dolens erit.

Quando Venus in angulo terræ fuerit, & Saturnus ac Mars eam aſpexerint, vxores nati morientur, & mors earum erit abſconſa. Et ſi illud ſignum mobile fuerit, multæ nati vxores ante ipſum morientur.

Quando dominus ſeptimæ domus in octaua domo fuerit, vxores nati ante ipſum morientur, & remanebit ſolus.

Quando Luna à Marte ſeparata Veneri in occidente exiſtenti applicuerit, natus multas vxores habebit, ſed ipſæ ante eum morientur.

Quando Saturnus in ſeptima domo natiuitate nocturna exiſtente, fuerit, & Venus ac Luna ei cõiunguntur, mortem vxoris nati ſignificant, necnõ impedimentum coniugij, ac domus, in qua natus eſt deſtructionem indicat.

Quando Venus in ſeptima domo fuerit, & fortunæ ſine infortunarum aſpectu ipſam aſpexerint, natus mortem vxorum ſuorum videbit.

Quando dominus ſeptimæ domus combuſtus vel deſcendens ſeu infortunatus in ſecunda domo fuerit, vxores nati ante ipſum morientur, quia ſecunda domus eſt octaua à ſeptima.

Quando vna infortunarum in quarta vel ſeptima domo fuerit, natus mortem vxoris videbit.

Quando Venus occidentalis exiſtens infortunæ iuncta fuerit, citam mortem vxoris portendit.

Quando dominus ſeptimæ domus ab aſpectu Martis & Mercurij infortunatus fuerit, & Iupiter non aſpexerit, natus vxorem propter zelotypiam interficiet.

Quando pars coniugij & Mars in eodem gradu fuerint, & Mercurius infortunatus eos aſpexerit, natus vxores ſuas ſuffocabit, vel proditoriè interficiet, ac eas decipiet.

Quando Mars & Venus in duodecima domo fuerint, natus vxorem occidet.

Quando Venus in domo Martis fuerit, natus à mulieribus malum habebit, & cauſa fornicationis ac zelotypiæ interficiet eas. Idem cap. 180.

*De numero vxorum nati.*

Dixit Dorochius: numerus planetarum, inter medium cæli & Venerem exiſtentium, numerum vxorum nati ſignificat. Et ſi natiuitas mulieris fuerit, computa à medio cæli vſque ad Martem.

Quod ſi Mars in medio cæli fuerit, computa à Marte vſque ad Iouem, & ſecundum numerum planeta

Digitized by Google

planetarum inter ipſos exiſtentium, erit numerus virorum natæ vel mulieris. Idem cap. 181.

*De tempore, quo natus vxorabitur.*

Quando Iupiter ad gradum partis coniugij per Athazir applicuerit, vel pars coniugij ad gradum Iouis, aut dominus ſeptimæ domus ad gradum domini aſcendentis, aut quando Iupiter ad gradũ Veneris applicuerit, dando cuilibet gradui vnum annum, hæc omnia ſignificant coniugium illo tẽpore fieri.

Quando annus reuolutionis ab aſcendente ad ſecundum ſignum peruenerit, natus illo anno vxorabitur. Et ſi illud ſignum mobile fuerit, natus plura coniugia faciet. Et ſi commune fuerit, duas vxores habebit, & fixum vnam tantum. Idem cap. 182.

## T E X T V S.

### Περὶ τέκνων.

Ἐπεὶ δὲ τῷ περὶ γάμων τόπῳ, καὶ ὁ περὶ τέκνων ἀκολουθεῖ, σκοπεῖν δεήσει τοὺς τῷ κατὰ κορυφὴν τόπῳ, ἢ τῷ ἐπιφερομένῳ, τουτέστι τῷ τοῦ ἀγαθοῦ δαίμονος, προσόντας ἢ συσχηματιζομένους, εἰ δὲ μὴ, τοὺς τοῖς διαμέτροις αὐτῶν, καὶ ☽ μὲν καὶ ♃ καὶ ♀, πρὸς δόσιν τέκνων λαμβάνειν. ☉ δὲ καὶ ♂ καὶ ♄ πρὸς ἀτεκνίαν καὶ ὀλιγοτεκνίαν. τοῦ δὲ τοῦ ☿ πρὸς ὁποτέρους ἂν αὐτῶν τύχῃ συσχηματισθεὶς, ἐπίκοινον, καὶ ἐπιδοτῆρα ὅταν ἀνατολικὸς ᾖ, ἀφαιρέτην δ᾽, ὅταν δυτικὸς, οἱ μὲν οὖν δοτῆρες ἁπλῶς οὕτω κείμενοι, κατὰ μόνας ὄντες, μοναχὰ διδόασι τέκνα, ἐν δισώμοις δὲ καὶ θηλυκοῖς ζῳδίοις, ὁμοίως τ᾽ ἐν τοῖς πολυσπέρμοις, οἷον ♋ καὶ ♓ καὶ ♏, δύο ἢ καὶ πλείονα, καὶ ἠρρενωμένοι μὲν τοῖς τε ζῳδίοις, καὶ τοῖς πρὸς ☉ σχηματισμοῖς, ἄρρενα, τεθηλυσμένοι δὲ θήλεα, καθυποτερηθέντες δὲ ὑπὸ τῶν κακοποιῶν, ἢ καὶ ἐν στειρώδεσι ζῳδίοις τυχόντες, οἷον ♌ ♍, διδόασι μὲν, οὐκ ἐπὶ καλῷ μὲν, οὐδ᾽ ἐπὶ διαμονῇ. ☉ δὲ καὶ οἱ κακοποιοὶ, διακατασχόντες τοὺς εἰρημένους τόπους, ἐὰν μὲν ἐν ἀρσενικοῖς ζῳδίοις ὦσιν, καὶ στειρώδεσι ζῳδίοις, καὶ ὑπὸ τῶν ἀγαθοποιῶν μαρτυρηθέντες, διδόασι μὲν ἐπισινῆ δὲ καὶ ὀλιγοχρόνια. Τῶν δὲ αἱρέσεων ἀμφοτέρων λόγον ἐχουσῶν, πρὸς τὰ τεκνοποιὰ ζῴδια, δοθέντων τέκνων ἀποβολαὶ γενήσονται ἢ πάντων ἢ ὀλίγων. πρὸς τὰς ὑπερεχούσας δὲ τῶν κατ᾽ ἑκατέραν αἵρεσιν μαρτυρησάντων, ὁποτέρους ἂν εὑρίσκωμεν, ἤτοι πλείους, ἢ δυνατωτέρους, ἢ ἐν τῷ ἀνατολικοτέρους ὑπάρχειν, ἢ ἐπικεντροτέρους, ἢ καθυπερτερεῖν, ἢ ὑπαναφέρεσθαι, ἐὰν μὲν οὖν οἰκοδεσποτήσαντες τῶν εἰρημένων ζῳδίων, ἀνατολικοὶ τυγχάνωσι, δοτῆρες ἔσονται τέκνων, εἰ δὲ ἐν ἰδίοις εἶεν τόποις, ἔνδοξα καὶ ἐπιφανῆ ποιοῦσι τὰ δοθέντα τέκνα. ἐὰν δὲ δυτικοὶ, καὶ ἐν τοῖς τῆς ἀλλοτρίας αἱρέσεως τόποις, ταπεινὰ καὶ ἀνεπίφαντα. κἂν μὲν σύμφωνα τῇ ὥρᾳ καὶ τῷ κλήρῳ τῆς τύχης καταλαμβάνωνται, προσφιλῆ τοῖς γονεῦσι καὶ ἐπαφρόδιτα καὶ κληρονομοῦντα τὰς οὐσίας αὐτῶν, ἂν δ᾽ ἀσύνδετοι ἢ ἀντικείμενοι, μάχιμα καὶ ἐχθροποιούμενα, καὶ ἐπιβλαβῆ, καὶ μὴ παραλαμβάνοντα τὰς τῶν γονέων οὐσίας: ὁμοίως δὲ κἂν ἀλλήλοις ὦσι συνεσχηματισμένοι, σύμφωνα τὰ τέκνα διδόντες διαμένουσιν οἱ δοθέντες φιλάδελφοι καὶ μιμητικοὶ πρὸς ἀλλήλους ἂν δ᾽ ἀσύνδετοι ἢ διάμετροι, φιλέχθρως καὶ ἐπιβουλευτικῶς διακείμενοι, τὰ δὲ κατὰ μέρος πάλιν ἄν τις καταστοχάζοιτο χρησάμενος ἀφ᾽ ἑκάστου τῷ τὴν δόσιν πεποιημένῳ τῶν ἀστέρων ὡροσκοπίῳ, καὶ ἀπὸ τῆς λοιπῆς διαθέσεως, ὡς ἐπὶ γενέσεως, τὴν περὶ τῶν ὁλοσχερεστέρων ἐπίσκεψιν, ποιούμενος.

### *De filiis. Cap. V.*

Qvoniam de filiis poſt matrimonium ſubſequenter tractandum eſt, planetas, qui in loco zenith capitum noſtrorum aut in loco ſequenti, qui eſt fortunæ vel in loco, qui his in figura aſſociatus extiterit, nos obſeruare conuenit. Quod ſi non hoc inuenerimus, planetas, qui eis per diametrum opponẽtur, conſiderare debemus. Lunam etiam Iouem atque Venerem in dandis filiis, Solem vero & Saturnum ac Martem in denegandis, vel in eorum paucitate conſiderabimus: Mercurium autem cum vno eorum, cum illo videlicet, qui ei in figura aſſociatur, quicunque fuerit, conſtituemus. Qui ſi fuerit orientalis, dabit ei filios, & ſi occidẽtalis extiterit, eos auferet. At ſi datores planetę fuerint ſoli, erit ei



Digitized by Google

vnus filius, qui ſi fuerint in ſignis duum corporum fœmininis, erunt duo. Similiter ſi in ſignis multorum filiorum, vt Piſces, Cancer, Scorpius, fuerint, duo vel plures naſcentur. Si autem maſculini fuerint in ſignis & in figuris, quas habēt reſpectu Solis, quod naſcetur, erit maſculini ſexus. Et ſi fœmininum fuerint in ſignis & figuris, id quod naſcetur, fœminini ſexus eſſe nō dubitabitur. Quod ſi ſuper eos infortunæ vicerint, vel in ſignis ſterilibus fuerint, vt in Leone & Virgine, filius quidem erit ei, ſed infortunabitur & non viuet. At ſi Sol & infortunæ prædictis tribus locis dominentur, & non reſpexerint fortunæ, hoc ſignificat, quod non erit ei filius, & ſi in ſignis maſculinis vel ſterilibus exiſtant, & ſuper eos infortunæ vincant, eum nullum filium habiturum ſignificabunt. Et ſi fuerint in ſignis fœmininis, vel multorum filiorum, aut eis infortunæ teſtificatæ fuerint, ei filium, qui mendam aliquam patietur, vel qui breui viuet tempore, nunciabunt. Quod ſi vtraque alaiz in ſignis filios deſignantibus partem habuerint, omnes, vel quidam ex illius filiis ab hominibus abhorrebuntur. Cuius rei quantitas ſecūdum maiorem planetarum fortitudinem ſuper alios aliquando alaiz teſtificantium apparebit. Si contigerit quod eorum maior vis ſit, ſecundum planetarum multitudinem, vel ſecundum maiores auctoritates, aut quod ſint plus orientales vel propiores angulo, ſeu altiores vel ad angulos aſcendentes, & ſi præfatorum ſignorum, quæ filios dant dominatrices ſtellæ in ſuis locis ſibi propriis orientales extiterint, natus erit potens, magnique nominis. Si occidentales autem in locis alaiz ſibi contrariæ fuerint, natus erit miſer & ignotus. At ſi horæ partimque fortunæ alligentur, natus vſquequo ducat vxorem, remanebit, & à parentibus diligetur, & corū hæres efficietur. Quod ſi non ſibimet inuicem colligentur, vel ſibimet in contrarium exiſtāt, natus erit litigator ad ſummum odium ſuper parentes accumulabit, & eos male tractabit, nec eis in hæreditate ſuccedet. Item ſi planetæ filiorum datores in figura conuenienter ad inuicem aſſociantur, fratres ſe mutuo diligent & honorabunt. Sed ſi non colligantur, vel in ſui oppoſito per diametrum conſtituantur, natus fratrum aduerſitatis illator & auctor exiſtet. Res autem filiorum particulares per exiſtimationem deprehendi poſſunt, cum planetam filiorum datorem in loco aſcendentis poſuerimus. Tunc etenim cuncta filiorum particularia quemadmodum ex natiuitate ſciuntur, generaliter agnoſcemus.

## COMMENTARIVS.

EXpeditis his, quæ ad nuptias tum legales, tum inconceſſas exigebantur, conſequenter de liberis pertractat Ptol. quæ pertractatio valde vtilis eſt vnicuique indiuiduo ſpeciei humanæ: quia quando quis nouerit ſe filios habiturum, poterit honores & diuitias accumulare, vt poſteris relinquat, & ſe perpetuet: quod ſi non cognouerit ſe habiturum filios, dabit operam literis, vt alia ratione ſe perpetuet. Facit ergo Ptolemæus quinque in hac parte, quia primum quærit, an natus habiturus ſit liberos, an nō: declarat quot filios habebit, an vnum tantum, an plures. Tertio loco inueſtigat, an filij ſibi futuri naſcantur cum diminutione corporis, & defectu partium, an naſcantur integri, & ſine defectu membrorum. Quarto verò loco, an filij naſcituri futuri ſint clari & illuſtres, vel opoſito modo ſe habituri ſint, ſcilicet obſcuri, viles, ignobileſque: & tandem in vltima parte, an filij conuenturi ſint cum patre, & cum aliis fratribus ſuis, an futuri diſcordes. Hæc ſunt quæ proponit Ptol. dicenda de filiis & de quibus pertractat in hoc capite.

Quò ad primum ſunt obſeruanda duo vel tria loca apud eum, ſcilicet anguli mediæ dici, ſcilicet pars, quæ accedit ad verticem capitis, quam decimam domum appellant & obſeruanda eſt domus eam ſequens, ſcilicet ſpei & fortunæ, vt in primo libro premiſerat, & dicitur domus amicorum apud Arabes, quod ſi non fuerint idonea ea ratione, quam dicemus infra, neceſſarium erit obſeruare alium locum, ſcilicet oppoſitum, videlicet imū terræ: addit Grecus quartum locum, ſcilicet quintam domum. Habuit enim tantam reuerentiam Aegyptiis, quod cum viderit Aegyptios plures habuiſſe quintam domum, voluit tacere, & iudicio meo ſatis conuenienter: quia ſua natura id habet ſignificare, vt plurimæ obſeruationes id demonſtrāt: addit Punicus duo alia loca, ſcilicet ortū & occaſum, quia non tantum illa quatuor Ptol. loca & oppoſita ſunt accipienda, ſed etiam alia loca conuenientia eiſdem, quæ ſunt oriens & occaſus: quare accepta ſint hæc quatuor loca, vel tria, vel plura à Græco & Punico, paucis dicamus.

Accepimus ab Aegyptiis, quod decima domus ſignificat matrem: quare eius domus contigua ſecundum ſucceſsionem & ordinem ſignorum, ſignificat filios, & eſt vndecima cæli domus: quare erit domus filiorum eiuſdem matris. Imum verò terræ, quia eſt locus patris, vt ex inuentione Aegyptiorū, & totius Academiæ Aſtrologorum patet, quare cū ſignificet patrem, conſequens eſt quod quinta domus ſignificet filios eiuſdem patris: quare acceperunt quintam domum pro filiis.

Quare autem prima domus apud Ptol. ſignificet filios, facile eſt videre ex dictis ſupra ca. 10. & 11. lib. 3. quia cum oriens ſignificet corpus, animam, & cōceptionem, cum nouerimus bonam nati complexionem, quia in eo vigeat ſanguis, cognoſcemus, quod erit procliuis ad generationem: quare erit prognoſticatio, quod habebit filios. Si verò econtra

tra, è contra iudicabimus. Orientis enim natura ſignificat concretionem, quæ ſi benè compacta erit, ſignificat filios ipſum habiturum: quod ſi erit econtra, ſignificat aduſtionem multam, & multam frigiditatem, & ſiccitatem, non ſignificat generationem. De occaſu eadem ratione dicendum eſt, quia Ptolem. docet vt obſeruetur ſecundus locus in cõcretione corporis: quare quatuor ſunt principalia loca, duo autem acceſſoria ad ſuſcipiendos liberos.

Quibus poſitis, conuertit ſe primum ad ſtellas, ſecundò ad ſigna, & elegit tres conſtitutiones ad generationem, tres verò alias in oppoſitum accipit, id eſt non facientes ad generationem: ſunt autem facientes ad generationem, vt Iupiter, Venus, & Luna, quia hæ ſtellæ ſua natura temperatam habent caliditatem, & temperatam humiditatem, vt in primo libro dictum eſt. Iupiter vt plurimum, & Venus ſunt ſtellæ beneficæ, & conferunt ad complexionem ſanguineam: ideo obſeruanda ſunt. Ex alia parte Saturnus, Mars, & Sol cum ſint contrariæ naturæ, quia deſiccant nimium, & vrunt, non conferunt ad generationem & fœcunditatem, & bonã corporis diſpoſitionem: quare reiiciũtur à cognitione liberorum. Mercurius, vt dictum eſt, cum ſit conuertibilis & neuter, ſi fuerit & orientalis dabit filios: ſi verò fuerit repertus cum maleficis, & occidentalis, negabit filios, & dabit impedimentum in ſemine. Ego non poſſum huius rei multa ſigna afferre, niſi in Alexandro Piccolomineo, qui fuit dominus Pientię, non qui traduxit Alexandrum in Meteoris: habuit Mercurium in ſigno Geminorũ & occidentalem, non potuit habere filios, ſed aſſignabitur alia fortior cauſa.

Debemus pro ſecunda parte animaduertere ad ſigna, quę fuerint in his locis, & in quib' fuerint planetę, quia ipſa conferũt ad fœcunditatẽ, & ad ſterilitatẽ: quia ſunt aliqua ſigna, quæ ſterilia ſũt, aliqua verò ad fœcunditatẽ faciunt, alia quodãmodo media & neutralia. Sunt autẽ vt apud Alcabitiũ habetur differentia prima cap. de eſſentiis ſignorum, ſigna ſterilia Gemini, Leo, & Virgo, quæ omnino ſobolem denegãt, & idem habet Aberagel parte prima cap. primo. Sed fœcunda ſigna aquatilia ſunt, ſcilicet Cancer, Scorpius, & Piſces, quæ conferunt ad multitudinem prolis, reliqua verò, vt Aries, Taurus, Libra, Sagittarius, Capricornus, & Aquarius ſunt media ſigna ſecundum hos, quia neque vbertatem, neque nimiam paucitatem ſignificant, ergo dicuntur paucę prolis, & in hoc licet Zael diſcrepet in aliquibus, ſed quia non eſt tantæ autoritatis, vt poſſit commemorari in Aegyptiorum Academia, relinquendus eſt, & maximè, quia cum iſtis conuenit Ptolemæus.

His poſitis tanquam fundamentis, accipiamus, quod ſi fuerit vna ſtella, vel in vniuerſum dicamus, quod ſi fuerint beneficę ſtellæ in his locis, ſcilicet in decima, vndecima, vel quinta, vel quarta, ſemper propenſus erit natus ad generationem, & fęcunditatem. Si econtra, ſcilicet erunt maleficæ, erit ſterilis. Ptolemæus dicit quod ſi contingat, quod in natiuitate alicuius ſit tantum vna ſtella benefica, & in ſigno maſculo, habebit tantum vnum filium: quod ſi beneficæ ſtellæ reperiantur in ſuo ſigno fœminino, & ſit duorum corporum, vt Piſces & Sagittarius: Virgo & Gemini, licet Virgo ſit fœminina, tamen Græcus dixit eſſe ſterilia, natus habebit duas fœminas, quod ſi fuerit vna benefica ſtella in ſigno fœminino, duos aut plures dabit filios, ſcilicet ſi fuerit in Cancro, vel Scorpione, vel Piſcibus, & maximè in Cancro & Piſcibus, quia ſi Scorpius ſit prolis multę, tamen propter quandam naturam, quam habet conuenientem naturę Martis. Vnde eſt domus Martis, quia habet aliquam rationem etiam vrendi: licet ſit ſignum aqueum: & ideo dederunt Marti, ſicut per obſeruationem inuentum eſt, ideo non multum facit ad fœcunditatem.

Addimus nos ſi contigerit quod plures ſtellæ beneficæ fuerint, vt ſi duæ ſtellæ, dabunt duos filios, ſi in biformi, quatuor, ſi in fęcundo ſigno fuerint plures ſtellę, dabunt multitudinem.

Quòd verò attinet ad tertiam partem, ſcilicet ad deformitatem filiorum dicit duo. Primo quod quando naſcuntur filij cum diminutione alicuius membri, vt cæci, claudi, vel ſimili modo, vel naſcuntur cum aliqua alia monſtruoſitate horribili, ratio eſt, quia non tantum materia eſt in cauſa, ſed agens: quia materia nunquam à ſe moueretur à potentia ad actum, licet ex parte materiæ generetur monſtrum, ſed agens eſt, quod extrahit illam formam de potentia illius materiæ: vnde ſi contingat multa materia, & conſtitutio talis ſit, ſcilicet, quod reperiantur duæ beneficæ ſtellæ, quæ ſaucientur, aut offendantur à maleficis ſtellis, vel per quadratum, vel per diametrum, vel præſentiam, vel beneficæ ſint in iuriſdictionibus maleficarum, vt in trigonis ipſarum, vel in deiectionibus, & aliis locis, vbi non modo poſſunt, ſed deprauatæ poſſunt, iſte erit defectuoſus, & de genere defectus: remittit ſe induſtriæ Mathematici: quia ſi habuerit Solem, declaratum eſt, quod Sol & Luna maximè præſunt oculis, lędetur ergo in oculis, quod ſi contingat quod ſignificatores ſint in ſigno Geminorum, vel in vndecima cęli domo, & Marti quadrangulentur, abſcindetur ei brachium: quia ſemper Mars in ſignis humanis, vel infeſtans ſignum humanum agit per ferrum. Saturnus autem ſi fuerit deprauatus in hac conſtellatione, dabit filios aut hydropicos, vel aliis infirmitatibus captos, quæ competunt Saturno: remittit ergo ſe Mathematico, quia fuit vniuerſalis, ſicut Ariſtoteles, & non voluit particularia pertractare. Si verò contingat quod ſint in vndecima cæli domo Luna & Venus, & cum eis Mars, & Saturnus habebit filios horribiles: quia ſi Mars impediet Lunam, & Luna ſit in loco deiecto, vel in ſuo infortunio erit horribilis, id eſt quodammodo amens, & inſanus, adeò quod ipſum abhorrebunt propter temeritatem eius, & propter furiam, ſemper referendo ſingula ſingulis ſtando in ſimplicitate iſta, quia poteſt eſſe aliqua ſtella fixa, vel aliqua benefica, quæ impediat hoc: quod ſi Saturnus erit impediens, ſic erit natus melancholicus, adeò quod ipſum omnes abhorrebunt, nolletque conuerſationem aliquorum: ſunt ergo examinanda hæc ſecundum poſitionem harum ſtellarum. Patet ergo quomodo natus ſit fœcundus, & quomodo

do ſterilis. Eſt autem fœcundus, quando beneficam habuerit in his locis filiorum: ſterilis autem quando fuerit benefica in ſignis ſterilibus, & infortunata à maleficis: filios plures habebit quando fuerint plures beneficæ in ſignis fœmininis: ſignificat ſimiliter fœminas & maſculos, quando erit in ſignis fœmininis, vel maſculinis: ſimiliter ſcire poſſumus, quando erunt filij defectuoſi, quãdoque horribiles, quandoque per præſentiam planetarum.

Quòd verò attinet ad ſexum, facile eſt percipere, dicit Ptolemæus, quando fuerint maſculi, & in ſignis maſculinis, & in ſignis, vel quadripartiis maſculinis, erunt nati maſculi: vel ſi inuenerimus in vndecima cæli domo ſignificatorum Iouem & Solem, habebit filios maſculos, quia Iupiter ſemper maſculus eſt. Si verò fuerit Venus, & in ſigno maſculino, & ſit orientalis, erunt maſculi: quod ſi fuerit Venus occidentalis, & in ſigno fœminino, cum ipſa ſit fœmina, erunt quoque nati fœminæ. Sunt ergo examinandæ iſtæ dignitates: quia ſi duæ fuerint dignitates maſculineitatis, & duæ fœmineitatis, & fœmineitatis fuerint pollentiores, erunt fœminæ, quod ſi plures erunt maſculineitatis dignitates, erunt maſculi. Mercurius autem cum maſculis eſt maſculus, & cum fœminis fœmina.

Quod autem pertinet & ad filios & vitam filiorũ, & defectionem, quando ſunt in vndecima cæli domo maleficæ ſtellę, non habebit filios, quando autem fuerint vna malefica, & vna benefica, habebit filios, ſed morientur. Oportet autem quod benefica ſit tuta, & libera à maleficis: ſi ergo fuerit benefica elargiens filios, ſit exempli gratia Iupiter elargiens filios in ſuo regno, dabit filios illuſtres, clariſsimos, qui verſabuntur circa magnates, aut venient ad prælaturam & dignitatem: quia poteſt eſſe quod ſint Epiſcopi, Cardinales, & ſi fuerint in tali altitudine, poterunt venire ad maiora, ſicut patet ex natiuitate Coſmi primi Florentini, quoniam ipſe habuit admirabilem conſtitutionem in filiis: ipſe enim habuit dominum quintæ domus in ſuo regno in horoſcopo. Vnde habuit filios, & nepotes, cardinales, principes, duces, & reginas. Nam in ſua geneſi in quinta cæli domo tenebat vltimam partem Cancri, & Leo incipiebat in ipſa domo, & Luna erat in ſecunda cæli domo.

Vide eius geneſin pag. 163.

Vnde vltra tradita à Ptolemæo debemus excerpere ab Aegyptiis, quod ſemper obſeruetur quinta domus, & dominus eius, parſque filiorum: & iſta conſtitutio nunquam fallit, & eam trado tanquam à me ſæpius obſeruatam. Vnde ſciendum eſt quod ſi ſecunda domus fuerit per preſentiam à maleficis depreſſa, ſignificabit in filiis paucitatem vitæ: ſed altitudo, vel bona conſtitutio eius domini ſignificant multitudinem, gloriam, & honorem filiorum, etiam diuitias & opes.

Inſuper addo aliud præceptum, quod accepi à Iudeis, & poſtea obſeruaui: quod quando ſtella, quæ præeſt toti natiuitati, vt in tertio libro diximus, ſcilicet quod præeſt tribus locis hilegialibus, & potior eſt in ipſa figura, quia erit in priori angulo: ſi ergo iſta ſtella, quæ præerit toti natiuitati, & Iupiter & dominus ſecundæ domus ſint in ſignis humanis, natus non habebit filios. Hoc eſt obſeruatum & verum: quia eſt in rebus naturalibus. Hæc neceſſario veniunt, quia non pati infirmitatem, non eſt in mea poteſtate: quod autem non ſequor libidinoſos actus, eſt in mea poteſtate, ſed concluſio eſt naturalis: ideo ex Ariſtotele etiam in naturalibus non meremur, neque demeremur.

Quod verò attinet ad conuenientiam cum parentibus, ſi ſtella, quę largitur filios, reperta fuerit cum parte fortunæ, aut habuerit cum ea conditionem beneficam, & cum horoſcopo, quia neceſſe eſt, vt examinetur aſcendens, & pars ſortis: vnde ſi à beneficis ſtellis benefica reſpecta fuerit, ſemper natus conuiuet cum parentibus, & diligetur ab eis, & contra diliget parentes, & viuet cum parentibus, quouſque ducat vxorem, & habebit hæreditatem patrum: quod ſi econtra contingat, quod diametrentur, vel quadrangulentur pars fortunæ, & hi planetæ, ſignum eſt, quod nunquam conueniet cum parentibus, ſemper erit in litibus, & diſcordiis: & filius diſſipabit ſubſtantiam parentum, & non hæreditabitur. Hæc tamen ſunt examinanda, quia ſunt in poteſtate noſtra quia reliqua, quę ſunt ſecundum inclinationem, non poſſunt ab Aſtrologo iudicari, niſi ſecundum inclinationem. Tandem infert, quod ſi ſignificator filiorum principalis conueniat cum aliis ſtellis, quia debemus accipere principalem. Vnde dicendum eſt, quod quando dominus quintæ cæli domus habuerit cum domino tertiæ domus affinitatem, & conuenientiam, vel cum aliis planetis, qui fuerint in vndecima vel decima, vel quinta cęli domo ipſe concordabit cum fratribus ſuis. erunt enim ſemper in concordia, quod ſi econtra, econtra erit dicendum. Et tandem pro vltimo dicit Ptolemęus, quod ſi velimus hęc ſpeciatim ſcire, quod operemur, ſicut fecimus in tertio libro de patre & fratribus, quod eligamus ſtellam ſignificatricem filiorum, & ponamus ipſam tanquam aſcendens figuræ, & climatis: & ſecundum conſtitutionem aliarum ſtellarum, & ſecundum poſitionem earum, ad poſitionem illius ſtellę, ſcilicet, ſecundum circulum poſitionis illius ſtellæ: ſic erunt accidentia nato, & ſortes, & fortunæ, & huiuſmodi, quæ ſolent prognoſticari in genituris.

Dubium.

Poteſt hic dubitari, cur non dixerit Ptolemæus quicquam de tempore filiorum ſuſcipiendorum. Dico quod hoc docuit in vltimo capite huius libri 4. cum dixit (A medio cæli repertam in aliis omnibus ſui eſſe qualitatibus, particularibus, vt in operibus & amicis atque filiis ſequimur) vult quod ex directione cęli medij quotieſcunque peruenit ad largitores, vel eorum radios, ſignificatur filius.

Reſpõſio.

Poteſt etiam dubitari, quoniam multi ſunt qui habent multos filios, vt experientia docet. Et Cardanus ponit exemplum de quodam nobili viro, qui ortus eſt anno 1500. Die 29. Maij, hora 14. Horologij Italiæ.

Cæli

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Cæli Med. | 11. | ♉ | ♃ | 26. | 29. | ♓ |
| Aſcendens | 21. | ♌ | ♂ | 21. | 16. | ♋ |
| ☉ | 16. | 54. | ♊ | ♀ | 21. 40. | ♋ |
| ☽ | 1. | 11. | ♋ | ☿ | 11. 10. | ♋ |
| ♄ | 29. | 11. | ♉ | ☊ | 7. 11. | ♊ |

Qui habuit 15. filios. Cùm ergo non poſſint eſſe plures quatuor largitoribus filiorum ſecundum decreta Ptolemæi, quomodo poſſunt oriri tot filij? Reſpondeo quòd fit multiplicatio per ſigna bicorporea, & per congeminationem, veluti planeta vnus in bicorporeo duos, duo quatuor, & tres octo. Iupiter etiam & Mercurius duos per ſe quaſi ſignificat. Ideò qui habent multos filios, congeminant Planetas, vt in natiuitate Geminorum. Et quibus plures naſcuntur filij, iiſdem etiam ſæpe Gemini.

*Annotationes particulares.*

*De filiis.*

Cum de filiis iudicare volumus, temperamenta tàm mariti quàm vxoris conſiderãda ſunt. Temperamenta enim vel extremè frigida, vel in exceſſu ſicca, vel intensè humida, procreandis filiis idonea non ſunt. Craſes temperatæ, aut à naturali temperataue conſtitutione, immodicè non declinantes, gignere poſſunt. Nam homines dicuntur fortes ad generandum filios, qui ſunt humidi & calidi: ſed qui ſunt ex complexione calida & ſicca: vel humida & frigida: vel frigida, & ſicca, non ſunt idonei multum ad filiorum generationem, vel propter ſiccitatem, aut frigiditatem aut humiditatem. Hæc phyſicis nota ſunt. Aſtrologicè vero hæc ſunt examinanda accidentia.

Quę in hoc iudicio examinanda ſunt.

1 Vtrum natus filios procreaturus ſit.
2 De numero filiorum.
3 De ſexu filiorum.
4 De qualitate filiorum.
5 De conſenſu parentum & filiorum.

*Vtrum natus filios procreaturus ſit.*

Prima regula. Pro filiis conſidera domum quintam, Deinde vndecimam & primam domum. Quod ſi in eis planetæ fœcundi fuerint, prolem promittunt: ſi ſteriles hæc loca occupant, ſignificant, natum non procreaturum filios. His adde dominum genituræ.

Planetæ fœcundi. Planetæ fœcundi ſeu prolem largientes, ſunt Iupiter, Venus, Luna, & caput Draconis Lunæ.

Steriles planetæ. Planetæ ſteriles, ſunt Saturnus, Mars, Sol, & cauda Draconis Lunæ. Mercurius verò indifferens eſt illius planetæ naturam aſſumens in cuius eſt aſpectu, vel dignitate, vt antea dictum eſt de fratribus in 3. quadripar. cap. 5.

Cautela. Quod ſi fœcundus planeta fuerit in quinta, & è contra ſterilis in vndecima domo, potior erit locus quinta domus, & præferendus ille planeta, qui eſt in quinta: ac dices, natum habiturum filios. Econtra ſi malignus in quinta occupauerit, & fœcundus vndecimam, ſterilitatem minari magis ſcias, quàm filios promitti.

Secunda regula. Quod ſi nullus planeta in his locis fuerit, proximum eſt, vt conſideres dominum quintæ domus. Si is fuerit fœcundus planeta procreabit filios, ſi ſterilis, nullos imo etiam ſi quis planeta in his domibus, quas dixi, conſtituatur, tamen ſimul vtiliter poteris conſiderare dominum quintæ. Nam ſi horum teſtimonia conſenſerint, tanto melius ſe res habet.

Poſtea etiam expendenda eſt natura ſignorum, in quibus planetæ ſignificantes ſterilitatem, vel fœcunditatem conſtituuntur, an ſint ſterilia, fœcunda, an mediocria. Et horum qualitas diligenter, vt ita dicam, permiſcenda, & conferenda eſt cum planetarum natura. Si enim fœcundus planeta iter faciat per fœcundum ſignum, præſertim in quinto loco, cæli euidens eſt ſignificatum, nato futuros filios: Contrarium, ſi ſterilis planeta in ſigno ſterili verſetur, Fœcundus autem in ſterili ſigno, mediocritatem efficit, ad quam neceſſe eſt conferri reliquorum teſtimonia. Sterilis verò natura planeta in fœcundo ſigno, parum poteſt.

Ita demum ſecundum numerum teſtimoniorũ, quæ vincunt, iudicium componendum eſt, vtrum natus habiturus ſit filios necne.

Alia eſt opinio, quæ eſt Abenragelis capite 15. par. 5. Vult enim vt in filiorum generatione aſpiciamus ad decimam domum, & conſiderare quis aſpiciat eam, & in quo loco ſit dominus eius, & cuius naturæ ſit ſignum decimæ. Deinde conſiderare quintam domum, (quia eſt ipſa domus filiorum) & ad eius dominum, & in quo loco ſit, perquirere, & ſi eſt fortuna, vel infortunium excutere, & cuiuſmodi potentiam habeat in illa natiuitate: quia ipſe ſi fuerit cadens, & Iupiter, & Venus non aſpexerint quintam domum, & infortunia aſpexerint eam, ſignificat paucos filios: ſed ſi vna fortuna aſpexerit domum ipſam, bene ſperare poteſt natus de filiis: quia poteſt aliquos gignere. Si fortuna domum quintam aſpexerit, & eius dominus fuerit in bono loco aſpiciens medium cæli, filios multos ſignificat.

Si Mercurium, & Iouem inueneris, in natiuitate liberos ab infortuniis, iudica, quòd natus habebit multos filios: ſed ſi fuerint in radiis infortuniorum, non habebit filios.



Digitized by Google

*Ferdinandi Imperatoris Natiuitas.*




De his rebus exemplum habemus in genitura ſereniſſimi Imperatoris inclytæ memoriæ Ferdinādi. Venus ferè eſt in cuſpide quintæ domus, in ſigno fœcundiſſimo, ac ſua exaltatione, videlicet in Piſcibus, cuius ſigni dominus Iupiter, eſt natura fœcundus: ſed in ſigno ſterili. Deinde & Mercurius naturam Iouis fœcundi aſſumit. Eſt enim receptus à Ioue, & ſimul etiam conſtitutus in ſigno Iouiali. Sol verò in quinta, ſterilis ſua natura, eſt in ſigno fœcundo. Idem quoque caput draconis Lunæ in quinta decernit. In eius igitur genitura ſex ſigna ſunt fœcūditatis & duo ſterilitatis, vnum mediocritatis, Vnde numeroſam ſobolem ipſum habiturum, etiam experientia comprobauit.

Hic imperator fatis conceſſit, anno 1563. menſe Iulio die 25. qui S. Iacobo Apoſtolo dicatus eſt.

Sereniſſimus Rex, & imperator Ferdinandus, Dei gratia Archidux Auſtriæ, & cætera, duxit Lintzij, anno domini 1521. Maij 15. die, ſereniſſimam principem Annam, Ludouici Regis Hungariæ ſororem, ex qua hos ſuſcepit filios,

Elizabetham nata Lintz anno 1526. die 9. Iulij hora 4. ante meridiem. Rex Sigiſmundus Poloniæ accepit eam in vxorem, ſed obijt in Cracouia die 15. Iunij 1545.

Maximilianus ortus eſt Viennæ anno 1527. die 1. Auguſti hora 11. poſt meridiem.

Anna filia Ferdinandi nata Pragæ anno 1528. die 7. Iulij hora 4. ante meridiem, Dux Bauarienſis accepit eam in vxorem.

Ferdinandus ortus in Lintz anno 1529. die 14. Iunij hora 3. poſt meridiem.

Maria nata Pragæ anno 1531. die 15. Maij hora 1. poſt meridiem. Dux Cleuenſis accepit eam in vxorem.

Magdalena nata Iſpruch anno 1532. die 14. Auguſti hora 8. ante meridiem.

Catharina nata Viennæ anno 1533. die 15. Septembris hora 5. ante meridiem. Dux Mantuæ Franciſcus accepit eam in vxorem: poſtea fuit vxor Regis Poloniæ Sigiſmundi.

Leonora nata Viennæ anno 1534. die 2. Nouembris hora 5. ante meridiem.

Margherita nata in Iſpruch anno 1536. die 16. Februarij hora 2. mi. 30. poſt meridiem.

Ioannes ortus eſt Pragæ anno 1538. die 10. Aprilis hora 3. mi. 30. poſt meridiem: obiit in Iſpruch anno domini 1539. die 22. Martij.

Barbara nata eſt Viennæ anno 1539. die 30. Aprilis hora 3. mi. 30. ante meridiem. Dux Ferrariæ Alphonſis ſecundus ſuſcepit eam in vxorem.

Carolus natus eſt Viennæ anno 1540. die 3. Iunij hora 4. mi. 15. poſt meridiem.

Vrſula nata eſt in Neuſtot anno 1541. die 24. Iulij hora 12. poſt meridiem.

Helena filia nata eſt Viennæ anno 1543. die 7. Ianuarij hora 8. ante meridiem: ſed obiit in Iſpruch anno 1543. die 30. Aprilis.

Ioanna nata eſt Pragæ anno 1547. die 24. Ianuarij hora 8. ante meridiem. Magnus Dux Hetruriæ Franciſcus accepit eam in vxorem. ſed obiit anno 1577.

Nec

*Maximiliani imperatoris filij Ferdinandi Natiuitas.*

Nec diſſimilem admodum conſtitutionem habet Maximilianus ſecũdus imperator inuictiſſimus, cui duo planetæ fœcundi, in ſignis mediocribus, in quinta conſtituuntur: quapropter numeroſam ſobolem ipſum habuiſſe, etiam experientia comprobauit. Is anno labente 4. ſuę ætatis cecidit bis ab alto, & læſus fuit in fronte, & maxilla. Anno 1551. iuit in Hiſpaniam. Sed anno 1562. 8. calen. Decembris Francoforti magna omnium lætitia Cæſar electus, & pridie Calendas ibidem (quòd fœlix & fauſtum fuit) magna ſolemnitate Rex Romanorũ coronatus eſt.




Maximiliani inuictiſſimi imperatoris, proles.

Anna nata eſt in Hiſpania in ciuitate Cigala anno 1549. die primo Nouembris. hora 11. mi. 0. poſt meridiem.

Ferdinandus ortus eſt in Hiſpania in ciuitate Cigala anno 1551. Die 27. Martij. Hora. 0. mi. 30. poſt meridiem. Obiit Viennę anno 1552. Die 25. Iunij.

Rodulphus ortus eſt Viennę anno 1552. Die 18. Iulij hora 7. mi. 30. poſt meridiem. Hic eſt imperator Modernus.

Erneſtus natus eſt Viennæ anno 1553. Die 15. Iunij hora 2. poſt meridiem.

Eliſabeth nata eſt Viennæ, anno 1554. Die 5. Iunij hora 10. mi. 30. poſt meridiem.

Maria orta eſt Viennæ anno 1555. die 27. Iunij hora 3. ante meridiem. Obiit in Lintz anno domini 1556. die 25. Iunij.

Matthias ortus eſt Viennæ anno 1557. die 23. Februarij hora 11. mi. 30. poſt meridiem.

Maximilianus ortus eſt in Neuſtot anno 1558. die 12. Octobris hora 9. ante meridiem.

Albertus natus eſt in Neuſtot anno 1559. Die 13. Nouembris hora 9. mi. 30. ante meridiem.

Vinciſlaus natus eſt in Neuſtot anno 1561. die 9. Martij hora 10. mi. 30. ante meridiem.

Federicus natus eſt in Lintz anno 1562. die 21. Iunij hora 0. mi. 30. ante meridiem. Obiit in Iſpruch anno domini 1563. die 16. Ianuarij.

Maria orta eſt in Neuſtot anno 1564. die 19. Februarij hora 9. mi. 30. poſt meridiem. Obiit in Viẽna anno domini 1564. die 26. Martij.

Carolus ortus eſt Viennæ anno 1565. die 27. Septembris hora 9. mi. 30. ante meridiem.

De generatione filiorum hic eſt notandum primò, an ſit puer ſanus membro genitali, quod ex Venere cognoſcitur, an non.

Saturnus & Venus quando infortunati ac peregrini in decima domo iuncti fuerint, natus erit ad coitum impotens. Albubatris ſent. cap. 77.

Saturnus retrogradus in ſexta, vel duodecima domo, ac in ſigno humido ſi fuerit, impedimentum ſeminis ac frigiditatem ſignificat. Idẽ autor vt ſup.

Saturnus quando peregrinus ac retrogradus in termino Veneris fuerit, impedimentum ſeminis & dolorem genitalium ſignificat. Idem autor vt ſup.

Venus ſi fuerit infortunata in Scorpione, nec Mars eam aſpexerit, patietur natus in membro genitali. Hiſpalenſis cap. 12.

Venus ſi fuerit in Leone infortunata, itidem ſignificat. Hiſpal. vt ſupr.

Venus ſi fuerit cum Saturno, Martem non aſpiciente, ex frigiditate renum generare nequibit. Idẽ autor vt ſupra.

Venus ſi fuerit in Leone, aut Scorpione, & fuerit combuſta & Almuten natiuitatis, non habebit natus filios propter impedimentum, quod habet in ſuo membro. Auenaris in ratione quintæ domus.

Luna quando in ſecunda domo cum Saturno fuerit, & Venus retrograda exiſtens, ipſum quadrato aſpectu aſpexerit, coitus impotentiam portendit. Albubatris cap. 77.

Luna quando à Venere ſeparata, Mercurio in ſeptima domo exiſtenti alligauerit, impedimẽtum coitus ſignificat, veruntamen ex toto non deſtruetur. Idem autor vt ſupra.



Digitized by Google

*De ſterilitate & cauſis ſterilitatis.*

Sæpe inueniuntur,& viri & mulieres, prolem ſuſcipientes nullam,qui prorſus ſunt ſteriles, quod tum in viris,tum in mulieribus non vna ſolum è cauſa euenire certum eſt. Non nunquam ſterilitatis cauſa eſt corporis obeſitas,quæ excrementitiā, & ſeminalem materiam ad ſe trahit omnem,quam in virile ſemen menſtruaque muliebria conuertere natura conſueuit, ſicut Galenus docet, in viro, & fœmina maximum impedimentum ad gignendū & concipiendum eſſe craſsitiem. Et Hippocrates inquit ſec.5. Apho. Quæcunque contra naturam ſunt craſſæ,non concipiunt in vtero.Interdum etiā ob morborum grauitatem,cùm viri ſemen,tū mulieris menſtruæ illæ purgationes vitiantur adeò, vt vis illa manca omnino efficiatur.Aliquando genitalia & loca illa,parteſque Veneris rebus natura accommodatæ diuino ordine ita oblęſæ ſunt,meatuſque ipſi obſtruſi, vt generatio nulla fieri poſſit. Ebrietas quoque victuſque ratio intemperans,quandoque flacceſcere naturam cogunt, & imbecillam reddunt.Hæc apud phyſicos copiosè tradūtur.Nos hic trademus regulas quibus ex themate de ſterilitate iudicandum ſit.

Configurationes autem ſterilitatis hæ ſunt.Conſideranda eſt Venus,quæ cum eſt in ortu,aut præcipuè in occaſu,in coniunctione Saturni partili aut hoſtili radio quadrato , vel oppoſito , aut in ſignis commutatis fuerint, Marte etiam infeſtante Venerem vim ſuam genitalem prorſus amittet ob configurationem tantopere iniquam. Hæc conſtitutio cùm incidit in viri geneſim,ſterilis omnino erit, & ipſius genitale ſemen prorſus infœcundum reddetur.In mulieribus verò abortum deſignat, vt licet fœcundæ ſint,infœlicem tamen conceptionem experiantur,fœtum eiiciant aut intempeſtiuū, & immaturum,aut fruſtrilla,aut carunculas magis quam fœtum enitantur,aut fœtus ipſe ex vtero lacer diſcerptuſque vnco diſtrahatur: maximè cum configuratio hæc incidit in Cancro,Virgine,aut Capricorno.

Nota. Cauſa autem ſterilitatis hinc coniicitur, quòd Venus præter alias,cùm ſuapte natura,tum ob commixtiones, quas plurimas accipit, inueſtigabiles quodammodo vires & habet , & ſuſcipit, quæque definiri vix queant:nec mirum,cum ſit materiæ in generatione apparatrix.Venere igitur malè habente,generationis conciliamentum, tum mulierum menſtrua,malè ſe habere neceſſe eſt.

Saturnus igitur copulatione,Mars verò aſpectu incompoſitiſſimi,in generatione ſocij,in Cardinibus cæli primariis poſiti, moderatam , & appoſitè fermentatam vndique Veneris naturā coturbāt. Inde ſterilitas ſequitur,quæ etiā ex pluribus aliis cōſtellationibus contingere poteſt.Nec tātarū viriū eſt ſidus Veneris tanteque autoritatis, vt Saturni & Martis aduerſantis ex cardine intēperantiam cohibere poſſit.

Vnde infœlicitas partus colligatur. Quæ autem in maribus eſt futura ſterilitas,& in fœminis parturiendi,& egerendi eſt infœlicitas.

Sic Venus eodē in ſtatu,Marte Saturnoque cōfigurata,ſi Mercurius ſoci' acceſſerit, vel eunuchos, & euiratos,vel hermaphroditos faciet.Mercurij enim ſocietate addita, commutatio hæc contingit.

Cū Sol huius configurationis ſe ſociū adiūgit & Luminaria vna cū Venere maſculeſcūt, Luna à maleficis ex Cardinibus loci ſuperioris infeſtata, mares ſignificat q. euirabūtur,aut quorū teſtibus vitiū īferetur,aut hernia laborātes,q. vix obſcenarū partiū,aut vitiū,aut valetudinem euitabunt.Ipſæ verò mulieres,infœcundæ ac ſteriles futuræ ſunt.

Hæc violentia acrius ſæuiet , ſi configurationes hæ in Ariete,aut in Aquario acciderint.

Sic Venus in imo Cardine,& in Aquario cōſtituta Lunæ coniuncta,aut oppugnata radio quadrato vel oppoſito Lunæ,id eſt,ex ortu, occaſu, aut culmine,ſterilitatem portendit.

Venus in ſexto loco ab horoſcopo collocata, propter loci malignitatem,mulieri ex partu minitatur.Nam aut ante diem fœtum eiiciet, aut propter partus difficultatem in periculum mortis incidet , aut fœtus ipſe diſcerptus extrahetur ex vtero.

Venus in occaſu,aut in infimo Cardine Saturni, Iouis, & Mercurij copulata,iiſdemque in partibus, mulieres quidem ſteriles , & viros à conſuetudine coniugali abhorrentes ac frigidos facit. Hæc coniunctio in tropico ſigno ſimul facta,Marte ſeſe adiungente ſocio mares euitabit, fœminarum verò loca genitalia facit vt conglutinentur.

Venus in ſeptimo loco poſita, faciens veſpertinum ortum,in Saturni quadrato ex medio cæli,viros frigidos ſignificat & alienos à coniugio,nec minus etiam mulieres.

Venus cum Saturno in medio cæli & iiſdem partibus per partilem coniunctionem , Luna oppugnante per diametrum radium corpus Veneris ex imo cæli ſcilicet,nullos filios promittit, aut propter ſterilitatem , aut quod ei vxor anus & effœta futura ſit,propter Saturnum:vxor enim erit aut infœcunda aut anicula.

Venus poſita in ſeptima cūm Marte, mares eunuchos,& exectos decernit , mulieres viragines, prolemque nullam ſuſcepturas. Si Mars his conciliatur coniunctione aut aſpectu, facit hermaphroditos.

Venus ſic in occaſu cum Marte partili coniunctione,occultas decernit valetudines, quæ à iecinore proficiſcuntur.

Saturnus in ſecunda domo , Lunæ iunctus, aut configuratus ex quadrato vel oppoſito , filios denegat.

Saturnus quocunque in cardine poſitus in oppoſitione Mercurij ſobolem nullo modo promittit,niſi aliunde præſidium ſit allatum.

Mars prolem non promittit in quinta poſitus, in oppoſitione Lunę,niſi beneficus radius Iouis interuenerit.

Mercurius Cardinalis,Saturno in oppoſito cardine,ſterilitatem obnunciat.

Saturnus quando peregrinus in aſcendente fuerit,& Ven' retrograda ex angulo occidētali ipſum aſpexerit,natus prole carebit. Albubatris cap.79.

Saturnus quando peregrinus ac retrogradus in angulo occidentali,vel medij cæli fuerit, & Iupiter infortunatus ac Luna lumine & numero diminuta ipſum de ſub radiis Solis aſpexerit , natus prole carebit , & nata ſterilis erit. Idem autor vt ſupra.

Satur

Digitized by Google

Saturnus quando ſuper Venerẽ eleuatus fuerit, & Luna in ſexta,vel duodecima domo infortunatur,natus prolem non habebit, & mulier non impregnabitur.Idem autor vt ſupra.

Saturnus & Mars quando in ſexta domo, ac in ſigno mobili ſine aſpectu fortunæ retrogradi fuerint,& ambo Venerem malo aſpectu aſpexerint,natus erit ſterilis,& in loco ſeminis impeditus, & ita de nata iudica.Idem autor vt ſupra.

Saturnus quando Venerem oppoſito aſpectu aſpexerit,natus filiis carebit, & fama eius ſepelietur. Idem cap.163.

Saturnus cum parte filiorum in vno ſigno,negat filios.Idem autor vt ſupra.

Iupiter in ſeptima, ſi Mars & Mercurius iuncti fuerint in prima,filios denegabunt.

Sol in domo filiorum,negat filios.

Sol aſpiciens partem legis,negat filios.

Venus quando retrograda ac in ſecunda domo, per quam matrix mulieris ſignificatur, nec non in ſigno ſterili fuerit, & Saturnus eam malo aſpectu aſpexerit,natus erit ſterilis.Albu.c.79.

Venus quando ſine aliquo fortunæ aſpectu in domo Saturni combuſta fuerit, & Mars eam malo aſpectu aſpexerit,natus prolem non habebit,& nata ſterilis efficietur.Idem autor vt ſupra.

Venus & Luna quando in ſignis ſterilibus, videlicet in Geminis,Leone,& Virgine fuerint,&Mars & Saturnus malo aſpectu eas aſpexerint,natus prolem non generabit,nec nata etiam.Idem aut. vt ſu.

Venus,Mercurius & Iupiter ſi impediti fuerint à malis,vel in detrimentis ſuis,aut deſcenſionibus, vel ſub radiis,natus non habebit filios:& ſi caſu aliquem habuerit,morietur cito.

Venus in prima,aut ſeptima Saturno coniuncta vel illi oppoſita,vel ſi Saturnus fuerit cum Venere in altero duorum locorũ,vel ipſum aſpexerit, vt ſi Mars Venerem aſpexerit,vel illi oppoſitus ſit, indicat natum filios non habiturum.Et in natali fœminæ indicat abortus,aut quòd is qui natus fuerit,ilico morietur.

Mercurius ſi in aliquo cardine,Saturnum ex diametro viderit,filios denegabit.

Luna vel Sol ſi in Scorpione,in quarta,& Saturnus fuerit cum aliquo eorum, natus nunquam habebit filios.

Luna in finibus Mercurij, in ſigno maſculino, præſertim in Aquario, niſi Veneri aut Ioui iungatur ex trino,filios abnegat,aliter verò econtra.

Luna quãdo in Ariete vel Libra fuerit, natus filiis carebit.Albub.c.163.

Dominus triplicitatis Iouis quando in tertio ſigno ab angulis combuſtus fuerit,natus erit ſine liberis.Idem vt ſup.

Almuten filiorum in ſignis paucorum à malis impeditus,& Iupiter combuſtus,& Venus impedita,ſignificant ſterilitatem.

Pars filiorum(quæ congruit parti vitæ) & Iupiter in ſignis ſterilibus,negant filios.

Pars filiorum in octaua,negat filios, aut ſi habebit filios,morientur.

Pars filiorum quando in ſexta, vel duodecima domo fuerit,natus filiis carebit. Albubatris c. 163.

*De natis eunuchis & hermaphroditis.*

Saturnus quando in angulo terræ fuerit,& ipſe ac Venus infortunati exiſtentes Solem eclipſatum aſpexerint,natus caſtrabitur.

Saturnus quando ſuper Lunam & Venerem eleuatus fuerit,& Mars ipſum malo aſpectu aſpexerit, membrum nati ferro truncabitur,aut natus caſtrabitur.

Saturnus,Sol Venus,& Mercurius quando ex angulis quartam domum aſpexerint, & Mars ipſos infortunans in ea fuerit,natus caſtrabitur.

Sol quando in aliquo angulorum peregrinus fuerit,& Saturnus Venus & Mercurius cum eo, & Mars eũ malo aſpectu aſpexerit,natus caſtrabitur.

Venus & Luna quando in ſexta vel duodecima domo infortunati fuerint,& Saturnus ſuper eas eleuatus,natus caſtrabitur.

Leo in natiuitate diurna quando fuerit horoſcopus,& Venus & Mars,& Sol in eo,nat' caſtrabitur. Planeta maſculus in ſigno ac parte fœmininis quando fuerit,& cum ipſo ſtella lucida de natura Martis occidentalis à Sole per 198.grad.natus erit hermaphroditus,& vtrunque ſexum,ſcilicet viri ac mulieris habebit.Hæc Albubater cap.78.

*De filiorum paucitate.*

Saturnus quando in aſcendente fuerit, & Venus in occidente,& Iupiter Saturnum non aſpexerit,natus erit paucæ prolis,aut nullius. Idẽ autor vt ſup.

Iupiter vel Sol quando in ſeptima domo fuerit, natus erit ſine liberis, aut paucos habebit. Idem vt ſupra.

Iupiter quando Saturnum malo aſpectu aſpexerit,& cum altera infortuna fuerit,natus erit paucæ prolis.Idem.

Iupiter,Venus & Mercurius ſi in malis locis fuerint,& infortunæ dominium ſuper eos habuerint, natus erit paucorum filiorum,aut ei morientur, & triſtitiam aut impedimẽtum incurret.Idem vt ſup.

Venus quando cum Saturno fuerit, diminutionem filiorum portendit, & quod ipſi erunt mali. Idem vt ſupra.

Dominus domus filiorum quando in ſigno ſterili,aut paucæ proliſfuerit, natus filiis carebit, aut paucam prolem habebit,præſertim ſi ille dominus impeditus,vel infortunatus fuerit.Idem vt ſupra.

Dominus domus filiorum quando in ſigno tertio ab angulis fuerit,& infortunæ aſpexerint eum, natus erit paucorum filiorum, & ſi quos habuerit, morientur.Idem vt ſupra.

Dominus quintæ domus ſi fuerit in ſigno ſterili, paucos habebit natus filios:econtrario ſi fuerit in vno ſigno Aquaticorum. Auen. in ratione quintæ domus.

Domini triplicitatis Iouis ſi fuerint cadentes ab angulis,vel ſub radiis Solis, paucitatem filiorum indicant.Alboha,c.20.

Luminaria ſi fuerint impedita à malis in omnibus natiuitatibus,nec aſpexerit ea fortuna, ſignificatur paucitas filiorum.Idem vt ſup.

Infortuna in domo quinta quando fuerit,& dominus eius combuſtione,vel deſcenſione,aut coniũctione,vel malo aſpectu infortunæ impeditus,natus filiis carebit,aut paucos habebit. Albu. ca.163.

*De filiorum multitudine.*

Saturnus quando Iouem trino aſpectu aſpexe-



Digitized by Google

rit, natus filios habebit. Albubatris in ratione quintæ domus.

Saturnus quando in medio cæli directus fuerit, & Iupiter ſine infortunarum aſpectu aſpexerit, natus filios multos habebit. Idem autor.

Iupiter, Venus & Mercurius in natiuitate ſani & fortes quando fuerint, natus filios multos habebit, ac multitudinem eorum, & diuitias videbit. Idem autor.

Iupiter in aſcendente quando fuerit, & Mars in occidente, natus filios habebit, & viuet cum eis in honore atque bono. Idem autor.

Iupiter quando in aſcendente fuerit, & Mercurius in occidente, natus multos habebit filios bonos & honeſtos ac iuſtos, ac lætitiam cum eis. Idẽ.

Iupiter & idem dominus ſi fuerint in bona domo, habebit filios multos bonos. Hiſpalenſis ca. 12.

Iupiter, vel Sol, vel Luna ſi aſpexerint partem filiorum, habebit filios. Idem autor.

Iupiter, Venus & Mercurius quando fuerint liberi à malis, retrogradatione, & combuſtione, erit natus plurimorum filiorum pater. Sin verò fuerint impediti à malis, vel in detrimento ſuo, vel in deſcenſione ſua, aut ſub radiis Solis, nullos habebit filios, & quamuis habuerit, morientur. Albohaly cap. 20.

Mars quando in natiuitate nocturna in medio cæli fuerit, & fortunæ ipſum aſpexerint, natus multitudinem filiorum videbit, & cum eis gaudium habebit. Albubatris in ratione quintæ domus.

Venus ſi fuerit in quinta domo, & non fuerit cõbuſta, neque retrograda, nec infortunata, natus habebit filios ad libitum ſuum, & gaudebit in eis. Auenaris in ratione quintæ domus.

Mercurius quando in aſcendente fuerit, & Luna in occidente, & fortunæ ipſos aſpexerint, & infortunæ cadentes, natus filios habebit, & cum eis gaudebit. Albubatris in ratione quintæ domus.

Luna & Mercurius quando in medio cæli fuerint, natus filios habebit, necnon bonum & gaudium cũm ipſis, Idem autor.

Luna & Mercurius quando in quinta domo fuerint, & dominus eorum fortis, & ab omni impedimento ac infortunis liber, natus multos filios habebit. Idem autor.

Pars filiorum quando in aliquo angulorum, vel in bono loco ab aſcendente fuerit, natus filios multos habebit. Idem aut.

Pars filiorum quando in angulis vel ſuccedentibus angulorum, ſignificat filiorum multitudinem & concordiam. Et ſi fuerit cadens ab angulis & maxime in illis locis, quæ non aſpiciunt aſcendens, ſignificat paucitatem filiorum, & celerem obitum. Albohaly cap. 20.

Pars filiorum ſi non aſpexerit bonos planetas, ſignificat interitum primogeniti filij, qui fortaſſis mortuus etiam naſcetur, habebitque natus ſemper triſtitiam ex filiis. Sed ſi fortuna in quadrato vel oppoſito aſpectu partis filiorum fuerit, ſignificat multitudinem filiorum: ſi verò malus eodem aſpectu eam intuebitur, ſignificat filiorum paucitatem & parum gaudij ab illis. Idem autor.

Dominus ſeptimæ domus quando applicuerit domino aſcendentis, ſignificat multitudinem filiorum ex ancillis. Idem autor.

Domini triplicitatis Iouis ſi fuerint in bonis locis circuli, ſignificant multitudinem filiorum, & gaudium ex eis. ſi verò fuerit vnus ex illis in loco apto, & alij in deiectis, aut malis, ſignificant quòd natus habebit filium vnum excellentem & honoratum. Ex reliquis verò filiis continget ei triſtitia. Idem autor.

Fortuna ſi fuerit in quinta domo, & dominus domus filiorum, liber à malis & impedimentis, aſpiciens medium cælum, ſignificat quòd natus habebit filios multos, inter ſe optimè conuenientes. Econtra ſi fuerit in domo filiorum malus planeta, & dominus domus filiorum ceciderit ab angulis, ſignificat paucitatem filiorum, & celeritatem mortis alicuius eorum, & maximè ſi fuerit cadẽs à quarto vel ſeptimo angulo. Idem autor.

Signum quintæ domus quando fortunatum fuerit, & dominus eius in angulo, & fortuna ipſum aſpexerit, natus erit multorum filiorum. Albubatris in ratione quintæ domus.

Signum multorum filiorum quando fuerit in medio cæli, & in ipſo planeta habens ſignificatorem ſuper his, ſicut Iupiter, Venus & Mercurius, natus erit multorum filiorum. Idem aut.

*De filiorum numero.*

Porrò de numero in genere conſtabit ex teſtimoniorum collectione. Quò enim plures planetæ fœcundi in illis domibus, quas dixi, & ſignis fœcundis conſtituti fuerint eò maiorem numerum filiorum decernunt. Econtra, quò pauciores, & in ſterilibus ſignis, eò minorem, planetæ autem fœcundi in ſignis bicorporeis, duplicant numerum filiorum. In fœcundis ſignis triplicant. De hac materia vide inferius Albubatrem cap. 164.

*De ſexu filiorum.*

Maſculam prolem promittunt planetæ maſculini orientales, in ſignis, domibus, & gradibus maſculis. Fœminei planetæ, occidenlales, in ſignis, domibus, & gradibus fœmininis fœmellas.

Sic in genitura inclyti imperatoris Ferdinandi, fœcundi planetæ Venus & Mercurius, aſſumens naturam Iouis, propter cauſas ſupra expoſitas, in Piſcibus triplicant numerum filiorum. Item Iupiter dominus quintæ cæli domus in Geminis duplicat. Et quia recipitur à Mercurio ex ſigno fœcundo, rurſus triplicat. Et Sol in quinta cæli domo in ſigno fœcundo, vnicam promittit prolem. Denique caput Draconis Lunæ aſſumens naturam Iouis aut Veneris, rurſus duplicat, vt in vniuerſum filij ei promiſſi ſint 14. & maxima ex parte fœmellæ, cum planetæ occupẽt ſigna fœminina, & maxima ex parte fœminei ſint & occidentales à Sole.

In cauſa filiorum dicit Abenragel par. 5. cap. 15. quod ſi volueris ſcire, vtrum plures erunt fœminæ ne, an maſculi: aſpice domum quintam, & eius dominum, & ſi inueneris ibi ſignum maſculinũ, & eius dominum in ſigno maſculino, iudica quòd habebit maſculos, ſed ſi fœmininũ, & eius dominũ ĩ ſigno fœminino, habebit plures fœminas, at ſi inueneris in ipſo loco ſignum maſculinũ, & eius dominum in ſigno fœminino, vel econtrario, habebit maſculos, & fœminas.

Maſculini

Digitized by Google

| | Maſculini | | Maſcula | | Maſculinæ | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Sic | ♄ ♃ ♂ ☉ | vel in | ♈ ♊ ♌ ♎ ♐ ♒ | vel in | 10 11 12 4 5 6 | orientales |
| | Planetæ | | Signa | | Domus | |

| | Fœmin. | | Fœminina | | Fœmininæ | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Sic | ♀ ☽ | vel in | ♉ ♋ ♍ ♏ ♑ ♓ | vel in | 1 2 3 7 8 9 | occidentales |
| | Planetæ | | Signa | | Domus | |

| | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ♈ | 8. maſc. | 13.fœm. | 19.maſc. | 26.fœm. | 30.maſc. | o | o | o | o | | |
| ♉ | 5. fœm. | 11.maſc. | 17.fœm. | 21.maſc. | 24.fœm. | 30.maſc. | o | o | | | |
| ♊ | 5. fœm. | 16.maſc. | 22.fœm. | 26.maſc. | 30.fœm. | o | o | o | o | | |
| ♋ | 2. maſc. | 8. fœm. | 10.maſc. | 12.fœm. | 23.maſ. | 27.fœm. | 3.maſc. | | | | |
| ♌ | 5. maſc. | 8. fœm. | 15.maſc. | 23.fœm. | 30.maſc. | o | o | o | o | | |
| ♍ | 8. fœm. | 12.maſc. | 20.fœm. | 30.maſc. | o | o | o | o | o | o | |
| ♎ | 5. maſc. | 15.fœm. | 20.maſc. | 27.fœm. | 30.maſc. | o | o | o | o | | |
| ♏ | 4. maſc. | 14.fœm. | 17.maſc. | 25.fœm. | 30.maſc. | o | o | o | o | | |
| ♐ | 2. maſc. | 5. fœm. | 12.maſc. | 24.fœm. | 30.maſc. | o | o | o | o | | |
| ♑ | 11.maſc. | 19.fœm. | 30.maſc. | o | o | o | o | o | o | o | o |
| ♒ | 5. maſc. | 15.fœm. | 21.maſc. | 25.fœm. | 27.maſc. | 30.fœm. | o | o | | | |
| ♓ | 10.maſc. | 20.fœm. | 23.maſc. | 28.fœm. | 30.maſc. | o | o | o | o | | |

Notandum, quòd ☿ aliquando diurnus, aliquãdo nocturnus nunc maſculinus deinde fęmininus iuxta cõfigurationem eius cum planetis: vel pro natura ſigni in quo reperitur, ſi alteri non fuerit coniunctus, vel configuratus.

Dixerunt Albumaſar, & Alchabitius, quòd in quolibet ſigno ſunt quidam gradus, quorum quidam dicuntur maſculini, & quidam qui dicuntur fœminini, vt ſupra deſcripſimus eos in dicta tabula ſecundum dictos monologos compoſita.

Quando planeta filiorum in ſigno quarto, & gradu maſculinis fuerit, filios ſignificat: ſi in fœmininis, filias. Albubatris in ratione quintæ domus.

In cauſa filiorum ſi volueris ſcire, vtri plures erunt, fœminæ ne, an maſculi, aſpice domum quintam, & eius dominum: & ſi inueneris ibi ſignũ maſculinum, & eius dominum in ſigno maſculino, iudica quod habebit maſculos: ſed ſi fœmininum & eius dominum in ſigno fœminino, habebit plures fœminas: at ſi inueneris in ipſo loco ſignum maſculinum, & eius dominum in ſigno fœminino, vel è cõtrario, habebit maſculos & fœminas. Abẽrag. cap. 15. par. 5.

Dominus quintæ domus ſi fuerit in quarta maſculina & orientalis à Sole, ac in ſigno maſculino, erunt plures filiorum nati maſculini. Et è cõtrario ſi ecõtrario fuerit. Auen. in ratione quintę domus.

Hermes dicit, Saturnum & Martem prohibere filios, ſimiliter & Mercurium cum his, vel eorum aſpectibus, vel in eorum domib': Iouem & Solem filios maſculos dare: Venerem & Lunam fœminas. Vnde ſi vis iudicare de multitudine, aut paucitate filiorum, conſideranda ſunt ſigna horum planetarũ, & quarta in qua ſunt reſpectu Solis, & ex parte aſcendẽtis; maſculina ſint an fœminina. Inde enim de ſexu filiorum coniecturam facere potes. Hiſpalenſis cap. 12.

Hermes dicit, quòd ſi pars filiorum fuerit in quarta, vel in ſigno maſculino, ſecundũ quòd fuerint etiam planetæ, vel ſigna maſculina, vt dictum eſt, erunt pueri maſculi, vel fœminæ. Hiſpalenſis.

*De filiorum tempore.*

De filiorum tempore dicit Albubater in ratione quintæ domus. Quando ſignificatores filiorum, vel planeta, qui teſtimonia coniungit, in aſcendẽte, vel medio cæli, aut in domo fiduciæ fuerit, natus in iuuentute ſua filios habebit. Et ſi in ſecũda, octaua, vel ſeptima domo fuerint, natus in ſenectute, vel circa finem vitæ filios habebit.

Dominus quintæ domus ſi fuerit à Sole orientalis, & in angulo primæ domus, aut in decima domo, nato naſcentur infantes ante medietatẽ ſuę ętatis. Et econtrario ſi fuerit occidentalis à Sole & in aliis angulis. Auenaris in ratione quintę domus.

Dominus quintæ domus & Iupiter ſi fuerint in quarta maſculina ex parte Solis, natus habebit filios in prima ætate, ſi in fœminina, in vltima habebit. Hiſpalenſis cap. 12.

Item ſi Iupiter fuerit in quarta orientali, quæ eſt orientis & Solis, habebit filios in pueritia; ſi in quarta occidentis & Solis, in ſenectute. Idẽ autor.

In tempore filiorum aſpice planetam, qui dignior fuerit in ſignificationibus filiorum, qui ſi fuerit orientalis, ſignificat filios in adoleſcentia: ſi fuerit occidentalis, in ſenio: ſi fuerit in medio cęli vel in vndecimo ſigno, promittit filios in adoleſcentia, ſi fuerit in tertio, nono vel quarto loco, ſignificat filios in medietate vitæ. Albohaly cap. 21.

| | |
|---|---|
| Almuten ſignificatorum filiorũ ſumitur à | Cuſpide quintæ domus, |
| | Domino eius. |
| | Conſignificatrice Venere, |
| | Domino eius. |
| | Parte filiorum, |
| | Domino eius. |
| | Primo domino triplicitatis quintæ. |

Pars filiorum ſi fuerit in aſcendente, ſignificat filios in adoleſcẽtia: ſi in medio cęli, in iuuentute filios. Si in ſeptimo, vel quarto loco, filios dabit ſub fine vitæ. Idem autor vt ſuprà.

*De fortuna filiorum.*

Quòd ſi omnes planetæ, qui liberos decernunt, aut eorum maior pars potentes fuerint, robuſtos, longæuos, celebres, claros, & fœlices liberos promittunt, ex quibus ad parentes plurima commoda ſunt peruentura.



Digitized by Google

Contrà ſi imbecilles fuerint, abiectos, obſcuros, inglorios, imbecilles, valetudinarios, vel breuis vitæ liberos ſignificant. &c.

Si fuerit dominus quintæ domus cadens, & Iupiter, & Venus non aſpexerint quintam domum, & infortunia aſpexerint eam, breuem vitam filiis denotant.

Si Iupiter & Mercurius fuerint in radiis infortuniorum in natiuitate, ſi natus fortè aliquem filium genuerit, morietur ei, & habebit dolorem & triſtitiam ex eodem. Hæc Abenr. par. 5. cap. 15.

Dominus vigoris ſi fuerit in quinta, & eſt fortuna, vel cum Venere, puer erit hilaris. Hiſpalenſis cap. 12.

Saturnus ſi fuerit in quinta domo, & fuerit dominus vigoris, erit mœſtus. Idem autor.

*De concordia filiorum cum parentibus.*

Et ſi inter dominum primæ domus, & quintæ benignus aſpectus fuerit vel interceſſerit, mutuus amor & concordia erit inter patrem & liberos. Si inimicus aſpectus, vel prorſus nullus, liberi contendent cum parentibus & ſimultatem exercebũt. Sed hoc certius ex collatione geniturarum deprehenditur. Attulimus autem hæc præcepta magis, vt cupido lectori ſatisfaceremus, quæ quamquam ſunt imbecillia, tamen ſi ſignificatores euidentes in hac parte ſint, ſæpe his effectus reſpondebit.

Quando fuerit in angulo infortunium aſpiciẽs Lunam, natus ſemper eiiciet filios de domo in vita ſua. Abenrag. cap. 15. par. 5.

*De amore erga parentes.*

Pars filiorum ſi à ſuo domino beneuolè aſpicitur, præſertim ſi pars filiorum nõ fuerit impedita, & dominus eius fortuna, verum ſignum eſt ſinceri amoris inter natum & liberos, & hoc magis, ſi pars filiorum, & eius dominus amicis radiis, aſcendens & eius dominum aſpexerit. Idem autor.

Dominus primæ domus ſi in quinta, aut dominus quintæ, vel pars filiorum in eadem fuerint, ſignificát perfectum amorem inter natum & liberos. Idem autor.

Dominus quintæ domus, pars filiorum, aut eius dominus ſi in duodecima reperiantur, liberi erunt occulti inimici ſui patris: ſi dominus primæ eſt in ſecunda, octaua, vel duodecima domo, natus odio habebit liberos ſuos, & auerſabitur. Idem autor.

Dominum quintæ domus, partem filiorum, aut eius dominum in ſeptima domo ſi inueneris, liberi erunt manifeſti inimici, & aduerſarij patris. Idẽ autor vt ſuprà.

Dominus vigoris, vel aſcendentis ſi aſpiciat dominum domus quintæ aſpectu amicitiæ, vel etiam Iouem: vecordes erunt filij. Si econtrario vel quadrato econtra. Hiſpalenſis cap. 12.

Quando idem fuerit in angulo infortunarum aſpiciens Lunam, natus ſemper eiiciet filios de domo in vita ſua. Abenragelis cap. 15. par. 5. De hac materia vide apud Albubatrem cap. 165. & 167.

*De filiorum morte.*

De morte filiorum dicit Abrahamus Auenaris, quòd ſi Mars fuerit cõiunctus domino quintæ domus, aut in aſpectu malo, morientur patri multi filiorum.

Iupiter & Mercurius ſi fuerint ſub radiis infortunarum in natiuitate, ſi natus fortè aliquem filiũ genuerit, morietur ei, & habebit dolorem & triſtitiam ex eodem. Abenrag. cap. 5. par. 5.

Dominus quintæ domus cadẽs, ſi Iupiter & Venus non aſpexerint quintam domum, & infortunia aſpexerint eam, breuem vitam filiis denotat. Idem autor vt ſuprà.

Pars filiorum ſi fuerit in domo Saturni in aſpectu infortunæ, morientur filij eius maiores. Si in domo Martis, morientur minores. De hac materia lege Albubatrem cap. 170.

*EX ALBVBATRE.*

*De numero filiorum.*

Dixit Dorochius in libro quinto: Aſpice dominos triplicitatis Iouis, & ſi in vno ſigno fuerint, computa ab illis vſque ad aſcendens, & numerus ſignorum inter eos exiſtentium, erit numerus filiorum. Aſpiciunt alij ſapientes primum & ſecundum triplicitatis Iouis dominum, & à fortiori & magis fortunato, & in meliori loco exiſtenti computa, & quot ſigna inter ipſum & aſcẽdens fuerint, tot natus filios habebit. Et ſi inter dicta ſigna ſit aliquod ſignum commune, da eis duos filios. Dixit Alendeſgot, computa à loco domini partis filiorũ vſque ad dictã partem, & quot ſigna inter eos fuerint, tot natus filios habebit. Vel ſic: aſpice planetam, qui dominum domus filiorum aſpicit, & ſecũdum numerum ſignorum inter eos exiſtentium, erit numerus filiorum, dando cuilibet ſigno communi, ſi ibi fuerint, duos filios. Et quicunq; ex planetis dominum filiorum ex ſigno & quarta maſculinis aſpexerit, filios denuntiat, ex ſigno & quarta fœmininis, filias. Cap. 164.

*De hora vel tempore quo natus filios habebit.*

Quando annus vel reuolutio ad Iouem vel partem filiorum peruenerit, & aſcendenti vel domui filiorum, aut alicui angulorum, vel alligatio partis filiorum, aut alligatio partis filiorum radiorum ſuorum cum Ioue fuerit, ſeu alligatio Iouis cum parte filiorum ad domum quintam, ſiue ad aſcendens vel duodenariam Iouis, natus illa hora, anno vel tempore filios habebit. Cap. 165.

*De lætitia nati cum filiis.*

Quando Saturnus in natiuitate diurna, Venerẽ trino aſpectu cum receptione aſpexerit, natus ex filiis letabitur, & cauſa eorum bonum & fortunam habebit.

Quando Iupiter Venerem trino aſpectu aſpexerit, natus bonum & gaudium ex filiis cõſequetur.

Quando Iupiter in medio cæli fuerit, natus ſimiliter bonum & fortunã occaſione filiorũ habebit.

Quando Venus in aſcendente fuerit, & Iupiter in occidente, natus habebit filios, cum quibus gaudebit, & vitam lætam ducet.

Quando pars filiorum in aſcendente fuerit, & domin

Digitized by Google

dominus eius ab infortunis liber, fortis ac fortunatus extiterit, natus filios honorantes ipſum habebit, & illorum occaſione fortunam & eleuationem conſequetur. cap. 166.

*De labore nati cum filio vel filiis.*

Quando Saturnus in ſua triplicitate fuerit, & Mars ipſum trino aſpectu aſpexerit, natus cum filiis laborabit, & triſtitia ac cogitatio multiplicabitur.

Quando Saturnus in oppoſito Martis fuerit, natus cum filiis non gaudebit, ſed cogitationes eius multiplicabuntur.

Qnando Saturnus in natiuitate nocturna in angulo occidentali fuerit, natus cum filiis ſuis laborabit.

Quando Saturnus in domo Veneris fuerit, nat' occaſione filiorũ cogitationes & caſum incurret.

Quando Saturnus in aſcendente fuerit, & Luna in occidente, & infortuna, dine aſpectu fortunæ ipſum aſpexerit, natus erit pauci gaudij cum vxore & filiis, ac per totam vitam ſuã cũ illis laborioſus.

Quando Venus in aſcendente fuerit, & Saturnus in occidente, natus occaſione filiorũ dolebit.

Quando aliquis planetarum partem filiorũ non aſpexerit, nec cum ea iunctus fuerit, cum filiis erit triſtis, & eius primus filius cito morietur, & forte abortietur, multiplicabiturque malum & triſtitia nato cum illis.

Quando infortuna parti filiorum iuncta, aut in eius malo aſpectu extiterit, natus paucos habebit filios, & cum eis gaudium modicum.

Quando pars filiorum in ſeptima domo fuerit, filij patrem odibunt, & ei malum facient.

Quando dominus quintæ domus in duodecima domo fuerit, & dominus duodecimæ domus in quinta, natus impedimentum occaſione filiorum habebit, ac de eis videbit, quod ei non placebit.

Quando dominus quintæ & vndecimæ domus, & pars fortunæ in ſecunda domo fuerit, natus filios alienos nutriet. & idem iudica, ſi dominus quintæ domus in ſecunda domo, & dominus ſecundæ in quinta fuerit.

Quando Venus & Mercurius in quarta domo fuerit, & ſignum quartæ domus exaltatio vel domus Iouis fuerit, natus filios magnatũ aut aliquorum principum nutriet. cap. 167.

*De Fortuna filiorum nati.*

Quando Iupiter in aſcendente ac in aliqua dignitatum ſuarum fuerit, natus filios altos & famoſos habebit, ita quòd pauci erunt in illa ciuitate nobiliores.

Quando pars filiorum in aſcendente fuerit, filij nati bonum & honorem habebunt, & natus occaſione eorum honorabitur.

Quando pars filiorum in ſecunda domo fortis fuerit, & aliquam dignitatem in ea habuerit, filij nati cum regibus & altis viris notitiam habebunt, eritque fama magna de eo in partibus illis, præſertim ſi dominus dictę partis fortuna fuerit, ac ab infortunis liber.

Quando pars filiorum in tertia domo fortis ac fortunata fuerit, vita filiorum nati erit pulchra.

Quando pars filiorum in quarta domo fuerit, & fortunæ eam aſpexerint, & infortunæ ab ea cadentes extiterint, filij nati pecuniam auorum & ſubſtantiam poſsidebunt, & inde famam & altitudinem conſequentur.

Quando pars filiorum in quinta domo fuerit, & Iupiter ac Venus ipſam aſpexerint, aut cum ea iuncti fuerint, filij nati fortunam & famam habebunt, eruntque in progenie ſua nominati.

Quando pars filiorum in ſexta domo ac in aſpectu fortunarum fuerit, filij nati ſubſtantiam ex ancillis, ſeruis vel beſtiis conſequentur, aut ipſi erũt hominum vel beſtiarum medici.

Quando pars filiorum in octaua domo fortunata fuerit, filij nati pecuniam eius hæreditabunt.

Quando pars filiorum in nona domo fuerit, & dominus eius liber ab infortunis, natus filios bonos, ſimplices ac religioſos habebit.

Quando planeta teſtimonia filiorum coniungens, in aliqua dignitatum ſuarum fuerit, necnon fortis ac fortunatus, & infortunæ ab ipſo cadẽtes, filij nati erunt famoſi & diuites.

Quando ſignificator filiorum in bono loco fuerit, & dominus aſcendentis in decima domo infortunatus, filij nati erunt ipſo nato nobiliores, ſibi tamen ſemper obedient. Aſpice etiam ad partẽ maſculinorum & fœminarum, & ſecundum eorum fortitudinem & debilitatem, de eleuatione & fortitudine filiorum iudica. cap. 168.

*De labore filiorum nati.*

Quando Mars & Venus cum Luna fuerint, aut eam aſpexerint, filius nati laborem, ſtultitiam & turpitudinem incurret

Quando Mars in aſcendente fuerit, & Luna in occidente, natus filios turpes & triſtes habebit.

Quando Iupiter & Saturnus in aſcendente fuerint, & Mars, Venus & Mercurius in medio cæli, natus filios turpes habebit.

Quando pars filiorum in quarta domo fuerit, quæ eſt dominus inimicitiæ filiorum, filij nati erũt in labore, ac multorum inimicorum. Et ſi domin' partis filiorum cum hoc à Marte infortunatus fuerit, filij nati multas cogitationes habebunt, necnõ carceres, & res, quæ nollent, incurrent.

Quando dominus partis filiorum in ſexta domo infortunatus fuerit, natus filios chronica ægritudine ægrotantes habebit, & qui in paupertate ac indigentia viuent.

Quando pars filiorum in decima domo infortunata fuerit, nat' filios peſſimos habebit, & nutriet eos turpiter & fornicariè, facientque facta mala, ac de eis malè loquetur.

Quando dominus partis filiorum infortunatus fuerit, filij nati ſerui aut opera ſeruorum facient.

Quando pars filiorum in vndecima domo fuerit, filij nati erunt adinuicem inimici, ac malorum morum. Et ſi dicta pars infortunata ac impedita fuerit, erunt fornicatores.

Quando dominus quintæ domus, & dominus partis filiorum ſuorum ſub radiis Solis fuerint, natus filios abſconſos, vel ex adulterio habebit.

Quando Saturnus & Mars, Lunã trino aſpectu

aſpexer

Digitized by Google

aſpexerint, natus filios ſuos emet, nec quòd ſint filij ſui confitebitur.

Quando Almuten vel ſignificator filiorum infortunatus, ac in malo loco exiſtens, peregrinus & in deſcenſione ſua fuerit, caſum & laborem, necnõ egeſtatem filiorum portendit. cap. 169.

*De morte filiorum.*

Quando Saturnus & Mars in domo filiorũ fuerit, aut ipſa malo aſpectu aſpexerit, filij nati morientur.

Quando dominus vndecimæ domus in quinta domo fuerit, & dominus partis fortunę in octaua, omnes filij nati morientur.

Quando Sol alicuius infortunæ iunctus fuerit filij nati ante ipſum morientur, & non remanebit ei vnus.

Quando Sol, Saturnus & Mercurius Lunam ex medio cæli aſpexerint, nati morientur.

Quando Mars Iouem oppoſito aſpectu aſpexerit, filij nati occidentur, aut mala morte peribunt.

Quãdo Saturnus in oppoſito Iouis aſpectu fuerit, maior pars filiorum nati morietur.

Qunndo Mercurius in aſcendente fuerit, & Saturnus in occidente, filij nati parum viuent.

Quando dominus domus filiorum & pars filiorum in octaua domo fuerint, filij nati ante ipſum morientur.

Quando Mars & Mercurius in occidente, vel medio cæli fuerint, natus mortem filiorum ſuorum videbit.

Quando Iupiter quarta vel ſeptima domo fuerit, alicui infortunæ per coniunctionem, vel malũ aſpectum applicuerit, & combuſtus vel deſcendẽs fuerit, mortem filiorum portendit.

Quando infortunæ domino domus filiorũ coniunctæ fuerint, aut eum malo aſpectu aſpexerint, mortem filiorum & abſciſsionem famæ illorum ſignificat.

Quando dominus domus filiorum domino octauæ domus alligauerit, filij nati morientur, & fama eius abſcindetur.

Quando domini triplicitatis Iouis cõbuſti, vel deſcendentes fuerint, aut in coniunctione, vel malo infortunarum aſpectu extiterint, mortem filiorum nati indicant.

Quando Venus à fortunis cadens fuerit, & infortunæ ipſam aſpexerint, filij nati morientur.

Quando pars filiorum in domo Saturni fuerit, & infortunæ ipſam aſpexerint, mortẽ magnæ partis filiorum nati prænunciat. cap. 170.

*Annotationes vniuerſales.*

Domino primæ domus in quinta exiſtente, natus habebit filios, de quibus gaudebit.

In vndecima domo fortunatos, natus habebit paucos filios.

Domino ſecundæ domus in quinta exiſtẽte, natus habebit filios bonos, & notos, qui intrabunt domum regis, & inde bonum & lucrum habebunt.

Domino quartæ domus in quinta exiſtente, natus habebit filium ſuum hæreditarium, ſignificaturq́; eum per filios proſperari.

Dominus quintæ dom' ſi fuerit:

- In prima domo, ſignificat quòd natus amabit filios ſuos multum, ſignificátque nato multitudinem filiorum.
- In ſecũda fortunatus, filij nati habebũt diuitias & magnam ſubſtantiam.
- In tertia, ſignificat quòd filij eius habebunt bonũ & vtilitatem à patruis ſuis.
- In quarta, ſignificat quòd nato filij multi erunt, habebúntque nomina auorũ & auúculorum ſuorũ. Et ſi fuerit cum fortuna ibidẽ, hæreditabunt bona auorũ. Et cũ infortuna infortunatus, ſignificat quòd filij capiẽtur & incarcerabũtur, & accidẽt eis anxietates & labores.
- In quinta, ſignificat quòd filij eius proſperitatem habebunt, & erunt viriles.
- In ſeptima, ſignificat, quòd filij patrem auerſabuntur, habebuntque cauſas & rixas cum eo.
- In octaua infortunatus, ſignificat paucos filios.
- In nona infortunatus, natus habebit filios iuſtos & religioſos, qui bene obſeruabunt legem.
- In decima, ſignificat quòd filij ipſius nati lædentur in ſuis corporibus, faciẽtque mala facta.
- In vndecima, erunt filij ipſius nati malorum morum, irati & rixatores.
- In duodecima, natus habebit paucos filios, & ſi quos habuerit, erunt illi ipſi eius inimici.

Dominus ſextæ domus in quinta ſignificat, qđ natus affligetur & anguſtiabitur pro nutriendis filiis ſuis, qui ipſi etiam erunt maculati.

Dominus octauæ domus in quinta ſignificat, quòd morietur eius filij, dum fuerint infantes, & ſi vixerint erunt fortes, & mali, ac malum facient hominibus: & ſignificat etiam mortem filiorum nati.

Dominus nonæ dom' in quinta ſignificat, quòd natus habebit filios extra terram ſuam, & gaudebit ex illis, & ipſi honorabunt eum.

Dominus decimæ domus in quinta ſignificat, quòd natus habebit filios infirmos, qui forte ex illa infirmitate morientur, & eis accidet impedimẽtum ex parte regis.

In vndecima domo ſignificat, quòd filij ipſius nati hæreditabunt ſubſtantiam patris.

Domin' vndecimę dom' ſi fuerit:

- In prima, ſi natus habuerit filios, lætabitur de illis.
- In quinta domo, natus habebit filios, & in tota vita ſua fortunabitur in filiis & filiabus.
- In vndecima, ſignificat copiam filiorũ.

Dominus duodecimæ domus ſi fuerit in quinta, filij erunt nato inobedientes, eruntque in malo ſtatu: & cum multis maculis: & ſi cum hac conſtellatione dominus quintæ domus fuerit in duodecima, nutriet natus filios alienos. Significat etiam triſtitiam & anguſtiam in cauſis filiorum & filiarũ.

Saturnus in quinta domo ſignificat deſtructionem filiorum, & eorum mortem, aut quòd non habebit natus vnquam filios.

Iupiter in quinta domo ſignificat multos filios bonos, vtiles, pulchros, honoratos, & longæ vitæ.

Iupiter

Digitized by Google

Iupiter in vndecima domo dat multos filios: quorum primus erit maſculus.

Iupiter vel Venus ſi aſpiciant quintam domum dabunt ſuperſtites filios: niſi à Sole, vel Saturno impediantur.

Mars ſignificat in quinta domo extra domum, vel regnum ſuum paucitatem filiorum, & filiarum ac mortem: & denotat etiam multos filios fornicarios, vel quòd non habebit natus filios. Et ſi habuerit, morientur. In domo vel exaltatione ſua, dabit filios potentes.

Sol in quinta domo, ſignificat filios honoratos ſi habuerit.

Sol in vndecima, dat gaudium per filios.

Venus in quinta domo ſignificat multitudinem filiorum, & impregnationem, ſic quòd mulieres ex ipſo nato facile concipient: & dat lætitiam de filiis, ſed in principio aliquod faſtidium. Si autem fuerit Venus in Scorpione, vel Cancro, aut Piſcibus dat multas filias: ſed in ſigno maſculino ſatis bellos maſculos & honoratos, diuites, & lōgę vitę.

Venus in vndecima domo ſignificat, quòd natus habebit multos filios.

Mercurius in quinta domo ſignificat, quòd natus habebit filios, & filias ad quamuis artem appoſitos, & fortunam per filium.

Luna in quinta domo, multiplicat filios & filias.

Luna in decima domo exiſtente, natus habebit multos filios.

Luna in vndecima domo exiſtente, natus habebit multos filios.

Caput Draconis in quinta domo, dat multos filios fortunatos & longæuos.

Caput Draconis in vndecima domo ſignificat, quòd natus erit infortunatus in filiis.

Cauda Draconis in quinta domo exiſtente, natus filiorum videbit interitum, vel non habebit filios, & ſi habebit, malam habebunt fortunam.

Cauda Draconis in vndecima domo, dat aliquos filios fortunatos.

*De difficultate partus.*

Sæpe hæc euenire conſueuit, vt fœtus ipſe in lucem non prodeat, ſed aliquãdo in vtero extinguatur, & Medici opera fruſtillatim extrahendus ſit, quæ trucidatio aut mors potius quàm partitudo dicenda eſt. Id accidere ſolet, cũ Aſtrologicę cauſæ conſiderantur, in tali poſitu cæli.

Cùm Luna eſt in horoſcopo, à maleficis circundata, Saturnus in ſecunda, Mars in duodecima domo ſimulque Solem intueatur Saturnus quocunq; aſpectu, in genitura fœmellæ, hæc cõfiguratio pro partu valde eſt periculoſa: Luna enim fœtus domina, circunuẽta ab exitioſis & parricidialib' ſtellis, prorſus inficitur. Hæc Sol vitæ dator propter Saturnum, Lunæ opitulari poteſt.

Sic plurimum nocet parturientibus Solis conſtitutio in duodecima cæli domo in coniunctione Martis. At non tantum aſpectus planetarum, luminaribus obſunt, ſed etiã loca cæli malefica, & officientia, ac perniciem machinantur.

Sic Mars in ſexta, aut duodecima domo reſpiciens Solem & Lunam quadrangula radiatione de loco ſuperiore & maſculino ſigno, aut abortũ minatur, aut fœtum lacerum cum perpetua quadã matricis valetudine, aut matrem ipſam in difficillimum inducet partitudinis periculum. Quinetiã quod natũ fuerit, & vitiis & valetudinibus grauioribus obſcœnas partes vexabit.

Eadem minatur Mars cum Saturno in ortu, aut medio cæli Lunam cingentes hoſtibus ſuis copiis per coniunctionem. Sol verò & Mercurius in occaſu aut cardine aduerſo conſtituti. Cùm enim hoc poſitu horoſcopus infeſtatur, per quem erit in lucem ab vtero exitus, pugnentque inter ſe Sol & Luna, mirum non eſt, fœtum multis telis hoſtiũ expoſitum eſſe, niſi aut Venus aut Iupiter, aut vterque vnà præſidium afferant.

HAEC honeſta puella moritur anno 1569. Martij die 28. circa horam nonam veſpertinam, anno ætatis exacto præciſè fere 15. poſt abortum. Vixit in coniugio 30. hebdomadibus cum ſuo marito.

*Antiſcia planetarum.*

♄ 8. 12. ♎
♃ 0. 58. ♈
♂ 58. 4. ♍
☉ 19. 23. ♍
♀ 4. 13. ♎
☿ 29. 25. ♍
☽ 13. 16. ♒




Obiit

Digitized by Google

Obiit hæc honeſta mulier anno domini 1567. hora 2. matutina, Decemb.22.die,qui fuit nonus dies poſt puerperium.




*Antiſcia planetarum.*

| | | |
|---|---|---|
| ♄ | 25. 45 | ♒ |
| ♃ | 10. 49 | ♈ |
| ♂ | 22. 39 | ♒ |
| ☉ | 7. 6. | ♌ |
| ♀ | 15. 36. | ♋ |
| ☿ | 23. 28. | ♋ |
| ☽ | 6. 24. | ♓ |

*Ex ♄ aterno.*

Saturnus per noctem in ſecunda domo ſignificat,quòd natus erit filiorum interêptor.ca.3.lib.3.

Saturnus per noctem in quarta domo,Lunam ſi viderit per quadratum,vel per diametrum, vel ea cum ipſo Saturno fuerit,ſterilitatem filiorum decernit, & cogit eum qui natus fuerit,alienos ſibi filios adoptare,aut tutores pupillorum facit.cap. 3.lib.3.

Saturnus per noctê in decima domo filios proſternit,& acerbos dolores orbitatis ſemper indicit.cap.3.lib.3.

Saturno in Ariete conſtituto,ſi Iupiter & Luna ipſum benigno aſpectu aſpexerint,filios côſequetur natus,ac ſobolem proſperè ſuſcipiet: ſed ſi Saturnus non fuerit bene poſitus, nec ipſum reſpexerint Luna & Iupiter,ſobolem receptam perdet, aut nullam certè decernit.cap.3.lib.5.

Satusnus in Geminis inuentus ſignificat, quòd natus erit ſine filiis,aut vnû tantum filiû ſuſcipiet.

Saturnus in Cancro cum Luna inuentus, aut ſi eam forti radiatione reſpexerit, filios denegabit.

Saturnus in Leone conſtitutus non permittit ex vxoribus natû habere filios,quandiu primum curſus ſui circulum Saturnus impleuerit: ſed habebit ex filiorum caſibus dolores,niſi Luna aut cum ipſo fuerit,aut ad eum feratur.

Saturnus in Scorpione inuentus ſignificat mortem filiorum primorum,ſed quòd poſtea accipiet natus filios multos,qui erunt longæui.

Saturnus in Sagittario ſignificat multos filios, & ex filiorum infortuniis dolores aſſiduos: ſed ſi Iupiter nulla radiatione Saturnum reſpexerit, natus non habebit filios.

Saturnus in Capricorno ſignificat duos filios habere,ex duabus mulieribus,ſed natum habiturum dolores ex aſſiduis filiorum mortibus.

Saturnus in Piſcibus decernit nato ex filiorum caſibus aſſiduos luctus.

Saturnus per diem in domo Iouis ſi fuerit inuentus,natus proſperè filios enutriet.cap.10. li.5.

Saturno cum Venere conſtituto natus non habebit filios mares.cap.25.lib.6.

Saturnus & Iupiter oppoſiti, decernunt filiorû caſus acerbos.cap.17.lib.6.

Iupiter dominus genituræ inuentus ſignificat ſemper natum diligere filios tenerè: & quòd filij dignitatis maxima conſequentur augmenta, vt ad eum ex filiorum honoribus magnum dignitatis meritum accedat.cap.lib.4.

Iupiter in quarta domo per diem inuêtus ſignificat,quòd natus circa filiorum affectus erit ſeparatus.cap.4.lib.3.

Iupiter in quinta domo per diem inuentus dabit nato vtriuſque ſexus filios,aut geminos.cap.4. lib.3.

Iupiter in ſeptima domo per diem inuêtus nocebit filiis: nam amati filij vel filiæ miſeram videbit mortem.cap.4.lib.3.

Iouem in Ariete inuentum quicunque habuerint,ex filiis maximo lætitiæ releuantur augmêto. capit.4.lib.5.

Iupiter in Tauro inuentus, ſignificat dolores ex filiis.cap.4.lib.5.

Iupiter in Geminis inuentus facit habere aſſiduos dolores de filiis, donec natus peruenerit ad quadrageſimum quintum ætatis annû.cap.4.lib.5.

Iouem inuêtum in Virgine quicunque habuerint,dolores de filiis ſuis habebunt.cap.4.lib.5.

Iupiter in Libra inuentus ſignificat habere ex filiis lætitiam.cap.4.lib.5.

Iupiter in Scorpione ſignificat habere ex filiis lætitiam.cap.4.lib.5.

Iupiter in Sagittario poſt annos 24.dabit filios. cap.4.lib.5.

Iupiter cûSole ſignificat ex filiis gaudia.c.26.l.6.

Iupiter

Iupiter cum Venere ſignificat bonam fortunam cum filiis. cap. 26. lib. 6.

Iupiter & Sol ſi trigonica radiatione fuerint coniuncti, ſignificant gaudia filiorum. cap. 4. lib. 6.

Iouis & Martis quadratus, ſi Iupiter fuerit in dextro loco, Mars autem in ſiniſtro, nocet filiis. cap. 11. lib. 6.

Mars dominus genituræ ſignificat homines nõ habentes bonos affectus circa filios ſuos. cap.

Mars per noctem in prima domo inuentus, non permittit filios charo diligere affectu, & facit illos interire, cap. 5. lib. 3.

Mars in quarta domo per noctem inuentus dabit nato vnum filium aut nullum.

Mars in quinta domo per diem inuentus ſine teſtimonio Iouis, vel aſpectu, filios penitus denegabit. cap. 5. lib. 3.

Mars in ſexta domo inuentus nocebit filiis. cap. 5. lib. 5.

Mars in ſeptima domo inuentus damnat filios nati. cap. 5. lib. 3.

Mars in decima domo per noctẽ inuentus, & in ſigno maſculino filios negat. cap. 5. lib. 3.

Mars per diem in cardinibus genituræ collocatus ſemper ſobolem negat. cap. 5. lib. 3.

Martis ad Venerem oppoſitus impugnat filios nati. cap. 19. lib. 6.

Sol dominus genituræ facit homines, qui erunt ſeparari ab affectibus filiorum. cap. 12. lib. 4.

Solem in tertia domo inuentum, quicunque habuerint, conſequentur tardius filios. cap. 6. lib. 3.

Sol in quinta domo inuentus nocebit filiis, & indicat perpetuas orbitates, aut quòd ex caſu filiorum maxima doloris tormenta natus patietur, cap. 6. lib. 3.

Sol in vndecima domo inuentus nocet filiis, cap. 6. lib. 3.

Solem in Geminis inuentum bene affectum quicunque habuerint, cauſa filiorum maximam lætitiam conſequentur. cap. 6. lib. 5.

Solem in Sagittario inuentum, quicunque habuerint, erunt fortunati, atque pulcherrima prole fœcundi, cap. 6. lib. 5.

Venus domina genituræ bene affecta facit homines fœcũdos, & multa ſobole gaudentes, & quibus à filiabus maxima lætitia conferatur: ſed vitia facit circa naturalia & neceſſaria. cap. 12. lib. 4.

Venus in quarta domo inuenta, ſi Luna eam aſpiciat de quadrato, vel diametro, facit ſteriles, & qui filios creare non poſſunt. cap. 7. lib. 3.

Venus in ſeptima domo inuenta difficile dabit filios. cap. 7 lib. 3.

Venere in nona domo inuenta cum marte, vel ſi ipſe Mars eam reſpiciat de diametro, vel de quadrato, videbunt graues mortes filiorum, erunt etiam inimici filiorum, aut adulterij aut ſtupri cauſa. cap. 7. lib. 3.

Venus in vndecima domo inuenta ſi fuerit veſpertina, & Mars & Saturnus aliqua parte reſpexerint, faciet ſteriles, & qui generare non poſſint. cap. 7. lib. 3.

Venus in duodecima domo inuenta, denegat ſoboles filiorum. cap. 7. lib. 3.

Venus in domo Saturni inuenta, homines faciet ſteriles, & nullos penitus liberos conſequentes. cap. 14. lib. 5.

Veneris & Lunæ trigonus benè affectæ in natiuitate nocturna, ſi Luna ſit lumine creſcens, decernit filios, fratres & ſorores diligere fido ſemper affectu. cap. 7. lib. 6.

Veneris quadratus ad Lunam, ſi Venus fuerit in dextro loco, & Luna in ſiniſtro, filios largitur bonos, & plena lætitiæ commoda. cap. 14. lib. 6.

Veneris & Lunæ diameter filios denegat, aut miſera morte proſternit. cap. 21. lib. 6.

Mercurius in quinta cæli domo inuẽtus in matutino ortus decernit fœcũdam filiorum ſobolem, cap. 8. lib. 3.

Luna in quinta cæli domo per noctem, multos procreabit filios, à quibus gaudium habebit ac honorem: per diem verò multas filias dabit, & rumores à longinquo bonos de filio. cap. 15. lib. 3. Et hoc idem ſignificat, ſi Luna fuerit inuenta in vndecima cæli domo.

## Περὶ φίλων καὶ ἐχθρῶν.

Τῶν δὲ φιλικῶν διαθέσεων καὶ τῶν ἐναντίων, ὧν τὰς μὲν μείζους καὶ πολυχρονίους καλοῦμεν συμπαθείας, καὶ ἔχθρας, τὰς δὲ ἐλάττους καὶ προσκαίρους συναστρίας καὶ ἀντιδικίας, ἡ ἐπίσκεψις ἡμῖν ἔσται τὸν τρόπον τοῦτον. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν κατὰ τὰ μεγάλα συμπτώματα θεωρουμένων, παρατηρεῖν δεῖ, τοὺς ἀμφοτέρων τῶν γενέσεων κυριωτέρους τόπους, τουτέστι τόν τε ἡλιακὸν καὶ τὸν σεληνιακὸν, καὶ τὸν ὡροσκοπικὸν, καὶ τὸν τοῦ κλήρου τῆς τύχης, ἐπειδήπερ κατὰ μὲν τῶν αὐτῶν τυχόντες διαδεκατημορίων, ἢ ἐναλλάξαντες τοὺς τόπους, ἤτοι πάντες ἢ οἱ πλείους, καὶ μάλιστα ὅταν οἱ ὡροσκοποῦντες περὶ τὰς ιζ΄. μοίρας ἀλλήλων ἀπέχωσι, ποιοῦσι συμπαθείας ἀπταίστους καὶ ἀδιαλύτους, καὶ ἀνεπηρεάστους. κατὰ δὲ τῶν ἀσυνδέτων, ἢ τῶν διαμεσούντων σταθέντες, ἔχθρας μεγίστας καὶ ἐναντιώσεις πολυχρονίους, μηδετέρως δὲ τυχόντες, ἀλλὰ μόνον ἐν τοῖς συσχηματιζομένοις, εἰ μὲν ἐν τοῖς τριγώνοις εἶεν ἢ ἑξαγώνοις, ἥττονας ποιοῦσι τὰς συμπαθείας, εἰ δ' ἐν τοῖς τετραγώνοις, ἥττονας τὰς ἀντιπαθείας, οἷα γίνεσθαί τινας κατὰ καιροὺς, ἐν μὲν ταῖς φιλίαις ἀποσιωπή-

σεις καὶ μικρολογίας, ὅταν οἱ κακοποιοὶ τῶν συσχηματισμῶν παροδεύωσιν ἐν ταῖς ἔχθραις, σπονδὰς καὶ ἀποκαταστάσεις κατὰ τὰς τῶν ἀγαθοποιῶν συσχηματισμῶν ἐπεμβάσεις, ἐπειδὴ φιλίας καὶ ἔχθρας εἴδη τρία, ἢ γὰρ διὰ προαίρεσιν οὕτως ἔχουσι πρὸς ἀλλήλους, ἢ διὰ χρείαν, ἢ διὰ ἡδονὴν καὶ λύπην. ὅταν μὲν γὰρ οἱ πάντες ἢ οἱ πλεῖους τῶν εἰρημένων οἰκειωθῶσι πρὸς ἀλλήλους, ἐκ πάντων ἡ φιλία συνάγεται τῶν εἰδῶν, ὥσπερ ὅταν ἀνοίκειος ἡ ἔχθρα, ὅταν δὲ οἱ τῶν φωτῶν μόνον, διὰ προαίρεσιν, ἥτις ἐστὶ φιλία βελτίστη καὶ ἀσφαλεστάτη, ἢ χειρίστη καὶ ἄπιστος, ὁμοίως δ' ὅταν οἱ κλῆροι τῆς τύχης, διὰ χρείαν. ὅταν δὲ οἱ τῶν ὡροσκόπων διὰ ἡδονὰς, ἢ λύπας. παρατηρητέον δὲ, τῶν συσχηματιζομένων τόπων, τάς τε καθυπερτερήσεις, καὶ τῶν ἀστέρων ἐπιθεωρήσεις, ἐφ' ὧν μὲν ἂν γενέσεων ἢ, ἡ τοῦ σχηματισμοῦ καθυπερτέρησις, ἢ ἐὰν δ' αὐτὸ ἔγγιστα ζώδιον ἢ τῇ ἐπαναφορᾷ, ἐκείνῃ δ' αὐθεντικώτερον τῆς φιλίας, ἢ τῆς ἔχθρας προσνεμητέον. ἐφ' ὧν δὲ, ἡ ἐπιθεώρησις τῶν ἀστέρων βελτίων, πρὸς ἀγαθοποιίαν καὶ δύναμιν ἐκείνης, τό, τε ἐκ τῆς φιλίας ὠφελιμώτερον, καὶ δ' ἐκ τῆς ἔχθρας ἀποδοτικώτερον κατορθωτέον.

*De amicitiis & de inimicitiis.* CAP. VI.

QVALITATES amicitiæ,& inimicitiæ, quarum quæ durabiliores ſunt amicitiæ & inimicitiæ nuncupantur. Quæ vero minus ſunt durabiles,in alio applicationes & repulſiones communes appellantur, taliter inueſtigare conuenit. In illis igitur qualitatibus,quas in rebus maioribus conſideramus,loca quæ in vtriuſque natiuitate dominio & poteſtati magis conueniunt,id eſt loca Solis & Lunæ,ac aſcendentis & partis fortunæ nos obſeruare neceſſe eſt.Nam cum hæc omnia in eodem ſigno fuerint,vel partim ſeu vniuerſaliter loca commutauerint.Maximè autem cum inter vtraque, aſcendens ferè 17.gradus extiterit inter eos amorem fixum,qui nec ſeparabitur nec turbabitur,fore dicemus. Si autē in locis,quæ ad inuicem non colligantur,vel quæ ſibi per diametrum opponantur rotauerint, ſumme diſcordabuntur,vel ſibi inuicem longo tempore aduerſabuntur. At ſi in neutro iſtorum modorum,ſed ſolummodo in ſignis,quæ viciſſim aſſociantur, extiterit, ſi ex trino vel ſextili ſeſe reſpexerint,minor inter eos erit dilectio. Si autem ex quarto ſeſe viderint, minores inter eos diſcordias fore non dubitamus,ita quod quandoque in eorum dilectione verborum abſciſſiones intercident,& ſi alternatim paruipendet. Hæc autem contingent,cum infortunę per figurarum loca tranſibunt. In diſcordia vero pax & concordia etiam cum fortunæ per figurarum loca diſcurrerint, interponentur. Quapropter quoniam amicitiæ inimicitięq; modus tribus modis exiſtit,id eſt quia iſtarum duarum qualitatum domini hoc ex natiuitate vel cauſa lucri & damni,ſeu propter iram & gaudium facere coguntur. Cum hæc omnia præfata loca vel earum quamplurima ad inuicem aſſimilabunt, amicitiæ ex his omnibus ſpeciebus congregabūtur.Si autem ad inuicem non conuenerint,inimicitiæ ex eis colligentur. Sed ſi eorum dilectio conuenientia vel conuenientiæ contrarium inter duo tantum loca luminarium fuerit,neceſſaria inde dilectio procreabitur,quę vera & ſumma amicitia dicitur,in qua maximè confidendū eſt.Inimicitia vero neceſſaria, & quàm poteſt eſſe deterrima, quæ nunquam ceſſabit, inde naſcetur. Item cum ipſorum conuenientia vel eius contrarium inter duo vtriuſque partis fortunę loca fuerit,quod inde perficietur,cā lucri vel damni proueniet. Quod ſi fuerit inter duos aſcendentes,id quod efficietur propter iram & gaudium euenire dicemus.Modos quoque locorum,in quibus hęc figuræ ſocietas exiſtit,& id etiā quod ſuper ipſa eleuatur, necnon & planetas,qui ea reſpexerint,nos obſeruare conuenit. In natiuitatibus enim in quibus planetæ,qui ſuper communis figuræ loca eleuantur, in eodem ferè ſigno fuerint, vel in eo quod ſuper illud eleuatur occaſione amicitię & inimicitię in ſua fortitudine & durabilitate ac ſinceritate illis eleuatis planetis nos aſſignare conuenit. In natiuitatibus autem, in quibus planetarum aſpectus fructuoſus & idoneus apparebit, occaſionem fructus amicitiæ & meliorationis inimicitiæ planetis ea reſpicientibus attribuere non diſconuenit.

Commen-

## COMMENTARIVS.

HACTENVS Ptolemæus de internis bonis nati, ſcilicet de diuitiis, honoribus & actionibus, coniugiis & liberis, conſequenter quedam externa pertractat vtilia omnino, & prorſus neceſſaria cuique naſcenti. pertractat enim de amicitia, & inimicitia, reddens cauſam vtriuſque accidentis. Norunt autem omnes, quàm ſit neceſſaria amicitia cuique indiuiduo humanæ ſpeciei. Nam Ariſtoteles 8. Ethic. cap. primo dicit, quòd nullus vtique ſine amicitia eligeret viuere: quoniam non poſſet quiſpiam ſuas diuitias conferre, neque honores habere ſine amicis. Vnde amicitia conſideranda eſt. Et duo facit hic breuiter Ptolemæus: quia primũ in vniuerſum aſsignat cauſas amicitiæ. Secundo loco magis particulariter deſcendit ad rem amicitiæ. Nos verò addemus aliquas doctrinas & documenta, quoniam hic ipſe Ptolemæus fuit diminutus.

Quantum ad primum tria facit, quia declarat potiſsimas cauſas amicitiæ & oppoſiti. Secundo verò loco declarat quaſdam cauſas earum amicitiarum, quæ non ſunt perfectę, ſed magis dicuntur beneuolentiæ. Tertio aſsignat cauſas, quare aliqui poſtquam fuerunt amici efficiuntur inimici, & econtra, aliqui fuerunt inimici, & efficiuntur amici.

Quo ad primum dicit Ptolemeus duas eſſe amicitias (vt dicit Græcus) prima eſt, quæ maxima & extrema, alia verò quæ ſecunda & media vocatur. Prima dicitur par affectio duorum, par amor, æqualis, & hæc eſt præcipua, & maxima amicitia, quia quicquid volo mihi, volo & tibi, & poſſet propriè dici amor ſecundum vulgus, ſi propriè accipiatur amor, & non impropriè. De ſecunda amicitia plura dixit Ariſtoteles in Ethic. Et de hác loquitur Ptolemæus, quæ eſt talis, quòd reddit natum propenſum ad volẽdum quod vult amicus, quod vna eorum ſit mens, vna ſubſtantia, & vnus honor: alia verò amicitia, quam Græcus appellauit ſynaſtriã, dicitur beneuolentia, quæ non eſt perfecta amicitia, ſed eſt velle amico aliquod bonum, ſic amicitia & beneuolentia differunt, & vtriuſque cauſas aſsignauit Ptolemæus & quia materia eſt valde vtilis, ſunt annotãda eius dogmata, quia obſeruata ſunt: proderit enim omnibus hæc nouiſſe, ſi volumus ſcire, cui ſit fides habenda.

Vnde primum dogma eſt quando quatuor hæc inueniuntur in natiuitate duorum amicorum, videlicet locus Solis in natiuitate vnius ſit, in eodem loco in natiuitate alterius, rurſus locus Lunę in natiuitate vnius ſit in loco Lunæ in natiuitate alteri' concurrent in amicitiam perfectam, & ſi aſcendẽs vnius fuerit horoſcopus alterius, & pars ſortis vni' pars ſortis alterius, quando hæc cõcordauerint, vt ſint eadem omnia hęc, nati perfectiſsimo amore ſe diligẽt, erit animus vnus, mens vna, & omnia vnũ, ſed raro eſt ſimilis conſtitutio. Sed aſsignata eſt, ꝙ ex ratione concepta per particulares obſeruationes, quia iunctum eſt, loca duorum luminum concordare in natiuitate duorum amicorum, & illos eſſe veros amicos, ergo quando reliqua cõcordabunt, erunt magis amici. Poſtea ex his fecit propoſitionem vniuerſalem, quãdo loca luminũ fuerint eadem ſimiliter & horoſcopi, & partis fortunæ, erũt perfectiſsimi amici: ꝙ ſi per cãs contrarias, (qa contrariarũ cãrum contrarij ſunt effectus,) cõtingat in natiuitate vnius ꝙ eius loc' Solis à loco Solis alterius ſit diſſonum, ſ. quod loca luminũ aduerſantur ſibi ex diametro, & ſe reſpiciant, ex quadrato aſpectu, idẽ contingit: in aliis duabus conſtellationibus, ꝙ loca partis ſortis, & aſcendentis opponãtur, erit inter natos inimicitia deterrima, & horribilis, nõ poterũt cõpati inter ſe, imò ſcđm diſpoſitionẽ maleficarũ ſtellarũ vn' quæret mortẽ alterius, auferre ei honores & diuitias, hoc dicitur ex natura & inclinatione nõ volũtariè: quia libera eſt volũtas, vt infra demonſtrabo. Si verò cõtingat, ꝙ lumina & prætactæ aliæ conſtõnes, non in eodem loco ſint, ſed ſe reſpiciãt, vel ſextili vel trino aſpectu, erit inter natos dilectio & beneuolẽtia. Triangulatio nãque & ſextilis cũ ſint effect' amicabiles & aſpect', afferũt pronitatẽ quãdã ad dilectionẽ, ſic cõtinget de parte fortunæ, ſic de aſcendẽte, quãdo fuerint triangulata vel ſexangulata. Si vero locus Solis vnius quadranguletur loco Solis alterius, ſimiliter locus Lunæ vnius loco Lunæ alterius, & ſimiliter dico de aſcendente & parte fortunæ, hęc conſtitutio faciet natos diſcordes, ſed non ad perfectam inimicitiam, ſed diſcordabunt & habebunt ſe in vilipendio & vilipendẽt ſe, non erit inimicitia ad mortem, ſed ad inferendum aliquod tãtum damnum. Hæc eſt vis huius conſtitutionis, vt reddat natum propenſum ad hæc agenda.

His dictis, quia quis quæreret de genere amicitiæ, & qũo põt cõprehendi, & quibus cauſis, quare in hac parte deſcẽdit ad particulares amicitias, & accipit triplicẽ eſſe amicitiã. ſumpſit hoc ab Ariſt. 8. Eth. c. 3. ſicut lucidiſsimè declarat Græcus innominatus, inquit. n. eſſe quædã amicitia, quę dicitur cõmoda, vtilis, proficua, tertia dicitur voluptuoſa, ſeu iucũda. Ariſ. luce clari' dixit, eſſe triplex bonũ, honeſtũ, vtile, & delectabile, circa q̃ verſatur amicitia: Amicitia verò verſatur circa honeſtatem, virtutẽ, & bonitatẽ: hanc dicit Ptol. eſſe propriam amicitiã, quæ verſatur circa modeſtos & ſapiẽtes, ſed amicitia, q̃ circa vtile verſatur, dicitur amicitia cõmodi, & ablato cõmodo, proditur amicitia. ſimiliter amicitia voluptuoſa, quæ contingit multoties inter amãtes, inter puellas, & iuuenes, & maſculos, & quandocunque aliquod oblectamentum ab aliquo recipiamus.

Pima igitur amicitia virtuoſa eſt, & quo ad cãs cæleſtes, cognoſcitur per loca luminum. ſ. quando lumina fuerint in eiſdẽ locis, ſicut diximus, & maximè, lumẽ conditionarium, hæc eſt perfecta amicitia & virtuoſa, & inſeparabilis, dicit Ptolemæus. Si verò fuerint loco commutata, id eſt quòd lumẽ in natiuitate vnius ſit in loco luminis alterius in natiuitate alterius, exẽpli cauſa, ſit in genitura Platonis Luna in ſigno Geminorum, & locus Solis in ſigno Cancri, ſi contingat in natiuitate Socratis quòd ſit Sol in ſigno Geminorum vbi erat Luna in genitura Platonis, & vbi erat Sol Platonis ſit Luna Socratis, tunc loca ſunt commutata, vt eſt perfecta amicitia, clara, & illuſtris: ſi vero aſcendentia cõuenerint inter ſe, ita vt aſcendens vnius ſit aſcendens alterius, vel ſaltem triangulentur vel ſexangulentur, erit amicitia, quæ dicebatur

beneuolentia, ſed ex iucunditate & delectatione & voluptate, & ex verbis, ſi non eſt alia conſtitutio maior eſt amicitia verboſa, ſed amicitia, quæ verſatur circa vtile cognoſcitur ex conſtitutione partis fortunæ, quia quando pars fortunæ vnius fuerit pars fortunæ alterius in vno & eodem loco, tūc erit ex vtili & proficuo, ſicut accidit inter mercatores & duos ſocios, vt interdum in doctrinis, inter magiſtrum & diſcipulum, quia vtilitas verſatur circa virtutes, & alia bona, non tantum circa opes, quia illa amicitia, quæ verſatur circa honeſtum, dicitur verior, quia eſt magis naturalis, quia venit ex natura & per ſe, ſicut accidit inter duos amicos, nos videmus aliquem diligi ab aliquo qui dicit & ego ſemper bene facerem ei, & neſcit quare. Sed hoc eſt ex natura rei ex conſtellatione inclinante impetū illius ad diligendum illū. Qua propter habemus à Ptolemæo breuiter, quod amicitia, q̄ cauſatur à conſtitutione luminum, eſt naturalis, honeſta, & vera, quæ verò fit ex conſtellatione aſcendētium, voluptuoſa eſt, quæ vero cauſatur à parte fortunæ, dicitur vtilis.

Et quia poteſt eſſe quòd amicitia inter duos frāgatur, & accidant taciturnitates, & ſeparationes, & ideo cauſam eius enarrabimus, quoniam dicet aliquis vnde eſt, quòd Iulius ſecundus Pont. qui fuit amicus Ludouici regis Gallorum, poſtea factus ſit ei inimicus, & inter eos orta ſit tāta diſcordia: imò Ludouicus fecit Antipapam. Nā in principio conuenerunt, poſtea in maximam diſcordiā venerunt. Dico igitur cum contigerit quòd aliqua malefica ſtella ſeſe opponat his conſtellationibus ſupradictis, neceſſe eſt vt inter duos accidant taciturnitates, & inimicitiæ: ſi fuerit Mars ſecundum naturam Martis, ſi vero fuerit Saturnus ſecundum naturam Saturni, & poteſt accipi ex parte partis fortunæ, & aſcendentis, & propter figuram Martis vel Saturni vt quadrangulentur vel opponantur, & tunc accident taciturnitates, & ne prætermittamus hāc conſtellationem, examinemus genituram Iulij 2. & genituram Ludouici regis Gallorum.

Vide eius geneſim p. 620. & pa. 707. Inueni horoſcopum Iulij eſſe primam decamoriam Scorpionis. Et Ludouici fuit ſecunda decamoria Geminorum: iſta ſunt ſigna diſſona. Sed vnde conuenerunt? quia locus Solis in natiuitate Iulij erat in decimo gradu Cancri, in natiuitate Ludouici erat in 14. gradibus Cancri. Ecce quod cōueniebant: quare neceſſum fuit, eos aliquando cōuenire, & ſic fecerunt amicitiam & conuenerunt, quæ poſtea fuit remota, quia inueni Lunam Ludouici in 7. parte Cancri. Sed Iulij in 15. parte Aquarij, loca erant diſſona, & non poterant durare in amicitia. Rurſus pars ſortis Ludouici erat in duodecima cæli domo in ſigno Geminorum in 7. parte, & pars ſortis Iulij erat in 17. parte Geminorum, ſed in octaua domo in locis diſſonis figuræ cœleſtis, licet eſſent in eodem ſigno. Mars autē infortunabat Solem & Lunam in genitura Ludouici. Erat enim Sol in 14. partibus, Mars in ſecūdo gradu & Luna in 7. gradu: quare animi illorum flexi ſunt ad controuerſiā & diſcordiā, ſed quia natiuitas Iulij erat illuſtrior præualuit ipſi, & eum fugauit & cōcitauit contra ipſum omnes principes terræ.

Vide eius geneſim p. 676. Videamus, quia eo tempore regnabat Hiſpaniæ rex Ferdinandus, quo is diſcrepabat à Ludouico. Erat enim Sol in natiuitate Ferdinandi in decem partibus Arietis, & in natiuitate Ludouici & in 14. partibus Cancri: quare inter ſe quadrangulabātur, & erat natiuitas vnius diurna, & altera nocturna, deinde Ludouicus habebat Martem cum Sole & Luna, qui diſſipabant omnem amicitiā. Et propter hanc conſtitutionem ſtellarum diſcrepabant inter ſe. conueniebant ergo Iulius & Ferdinandus propter aliquam conſtitutionem ſtellarum, diſcrepabant poſtea à Ludouico, vt ſupra dixi.

Quòd ſi vlterius velimus cognoſcere, quā fœlicitatē poterimus reportare à principibus noſtris, & ſi poterimus habere ab illis fœlicitatem, facile erit hæc ſcire: quia vt habemus ab eodem Ptolemęo in Aph. qui eſt 48. & 49. dicit in Aph. 48. quādo culmē principis fuerit horoſcop⁹, ſubiecti vel dominatores configurabuntur benefica configuratione, diu permanebunt ſimul, & inſeparabiles. Idem eſt, ſi locus ſextus in natiuitate ſubiecti fuerit aſcendēs in natiuitate principis. Nos igitur obſeruabimus natiuitatē noſtri domini ſi contingat, quod eius culmen & ſignum ipſius decimæ domus ſit in prima in noſtra natiuitate, erit pronus ad amandum nos, & benefaciendum nobis.

Similiter ſi in natiuitate alicuius ſextum ſignum fuerit in aſcendente principis, vt ſi quis haberet Leonem in horoſcopo, & Capricornum in ſexta cæli domo, ſi quis haberet principem, cui aſcenderet Capricornus expectabit bonum ab ipſo, hoc eſt naturaliter, ſed ſpecialiter poterit eſſe aliquod aliud impedimentum, quod remittitur induſtriæ mathematici.

Rurſus in Apho. 49. dixit, quando aſcendēs ſubiecti erit culmen principis tantam fidem princeps ei adhibebit, vt ab ipſo ſinat ſibi imperari. ſi enim contingat, quod aſcēdens natiuitatis alicuius fuerit in culmine principis, ſi etiam auxilietur quis à Luminaribus, & à parte fortunæ, optimè ſperandū eſt ei à principe: quia dicit textus, princeps tantam ei fidem adhibebit, vt ab illo imperetur. Poſſem aliquas obſeruationes in medium afferre, ſed relinquamus res magnatum, vnde non debemus admirari, quando videmus aliquid extra captum humanum. Nam multi dicunt, hunc ſcimus nihil valere, & tanti boni habet, & tātum amatur à principe. Non autem vident, id eſſe à cauſa occulta, & ab illa inclinatione.

Obſeruauimus quantum ad hanc partem pertinet geneſim Leonis decimi Pontificis Maximi, & Franciſci 1. Regis Gallorum, qui inter ſe diſcordabant, fuit aſcendens Leonis Papæ vigeſima prima pars Sagittarij, fuit aſcendens Franciſci 23. pars Geminorum, quæ opponuntur ex diametro. Item quod maius eſt, quia natiuitas vtriuſque erat nocturna, & Sol vnius quadrangulabatur Soli alterius: quia Sol in natiuitate Leonis erat in 28. partibus Sagittarij, in natiuitate autem Franciſci in 28. partibus, vel circa Virginis: Luna verò erat in locis diſſonis: quia Leo habebat Lunam in ſexta cæli domo in decimo gradu Geminorum, ſed Franciſcus in vltima parte Aquarij, licet ſigna conuenirent, erant tamen in locis diſſonis, & ſeparatis valde: quia in decima ad 28. eſt magna diſtantia: quare diſcordarunt, poſtquam vocauit ipſum Leo in Italiam, iterum fugauit eum. Vide eius geneſim p. 120. & pa. 89.

Poſtea

Digitized by Google

Vide eius geneſim p. 203. & pa. 204.

Poſtea obſeruaui in genitura Clementis 7. Caroli V. Imperatoris, & Franciſci primi Regis Gallorum quomodo Clemens 7. & Franciſcus Rex cõuenere contra Carolum, & Carolus benignè ſe habuerit in vtrunque, obſeruaui quò ad genituram Franciſci & Clementis, quod aſcendentia ſexágulabantur: quia aſcendens vnius erat Leo, alterius Gemini, quia ſextilis erat aſpectus, qui quidem aſpectus eſt amicitię, & ideo ipſi fuerunt amici, & lumina conditionaria conueniebant: quia Luna Frãciſci erat in 27. gradibus Aquarij, & Clementis Sol in ſigno Geminorum. Vnde lumen conditionarium etiam triãgulabatur, & pars ſortis vnius erat ſextilis aſpectu parti ſortis alterius.

Quod autem diſcreparent à Carolo patet, quia vnius & vtriuſque illorum tria aſcendentia erant in locis inconnexis: quia Leo cum Capricorno nihil habet connexionis, neque Gemini cum Capricorno: quare non erat naturaliter amicitia inter eos. Item lumen, ſcilicet, Sol erat in Clemente in 14. gradu Geminorum: in natiuitate Caroli in 14. grad. Piſcium: quare quadrangulabantur inter ſe. Rurſus Luna vnius diſcõuenit cum Luna alterius: quia Clemens habet Lunam in primo gradu Arietis. Carolus habet in 7. parte Capricorni: ergo quadrangulabantur: quare nihil fecit ad amicitiam ipſius. Cum rege Gallorum etiam diſconueniebat: quia Sol regis erat in Virgine, Caroli autem in Piſcibus, opponebatur ergo, Luna verò erat in locis diſſonis: quia vt diximus illa Frãciſci erat in Aquario, hæc in Capricorno, pars ſortis ſimiliter eſt in 18. partibus Piſcium, pars regis Gallorum in Geminis, patet ergo quod hæ conſtitutiones habent hanc pronitatem & naturam, cum propellant animum noſtrum ad ſic agendum.

Dubitatio

Dicet aliquis, quomodo beneficentia Caroli ſic fuit erga vtrunque. Dico quod iſtud fuit ab eius voluntate, ſed ſi aduertamus cum ſit Leo aſcẽdẽs Clementis, erit aſcendens Caroli in ſexta domo ipſius, vt Ptolemęus dixit in Aphor. 48. quod idem faciebat ſextus locus ſerui, quando fuerit aſcendens principis, ergo flexit animum ſuum ad illum, & reuerentiam habuit in eum, ſicut erat Pontifex. Cõtraxit autem pluries amicitiam cum Rege Gallorum, quod fuit ex eius beneficentia, non ex mõſtrata conſtellatione.

Reſp.

Patet ergo quod quando loca luminum fuerint in iiſdem locis, perfectam ſignificant amicitiam, & maximè cum conuenerint aſcendentia, & loca partis fortunæ. Quando verò diſcordabunt orietur maxima inimicitia.

## T E X T V S.

Ἐπὶ δὲ τῶν κατὰ χρόνους τισὶ συνισταμένων προσκαίρων συναστριῶν τε καὶ ἐναντιώσεων, προσεκτέον ταῖς καθ' ἑκατέραν γένεσιν κινήσεσι τῶν ἀστέρων, τουτέστι κατὰ ποίους χρόνους, αἱ τῶν τῆς ἑτέρας γενέσεως ἀστέρων, γίνονται γὰρ κατὰ τούτους φιλίαι καὶ ἔχθραι μερικαί, καὶ διακρατοῦσι χρόνον ὀλιγοστὸν μὲν τὸν μέχρι τῆς διαλύσεως αὐτῆς, πλεῖστον δὲ τὸν μέχρι τῆς ἑτέρου τινὸς τῶν ἐπιφερομένων ἀστέρων καταλήψεως. ♄ μὲν οὖν καὶ ♃, ἐπελθόντες τοῖς ἀλλήλων τόποις, ποιοῦσι φιλίας διὰ συστάσεως ἢ γεωργίας ἢ κληρονομίας. ♄ δὲ καὶ ♂ μάχας καὶ ἐπιβουλὰς τὰς κατὰ προαίρεσιν. ♄ δὲ καὶ ♀. συνεπιπλοκὰς, διὰ συγγενῶν προσώπων, τάχει μέντοι ψυχούσας. ♄ δὲ καὶ ☿, συγγενείας καὶ συμβιώσεις δίδωσι, καὶ διὰ δόσιν καὶ λῆψιν καὶ ἐμπορίαν ἢ μυστήρια. ♃ δὲ καὶ ♂. ἑταιρείας δι' ἀξιωματικῶν, ἢ οἰκονομικῶν. ♃ δὲ καὶ ♀, φιλίας τὰς διὰ καθολικῶν προσώπων τῶν ἐν ἱεροῖς θρησκειῶν, ἢ χρησμῶν, ἢ τῶν τοιούτων, ♃ δὲ καὶ ☿, συνδιαστροφὰς, διὰ λόγους καὶ ἐπιστήμας, καὶ προαίρεσιν φιλοσόφων. ♂ δὲ καὶ ♀ συνεπιπλοκὰς, τὰς δι' ἔρωτας καὶ μοιχείας ἢ νοθείας, ἐπισφαλεῖς δὲ, καὶ οὐκ ἐπιπολὺ διευθυνούσας. ♂ δὲ καὶ ☿, ἔχθρας καὶ περιβοησίας, καὶ δίκας διὰ γραμμάτων, ἢ φαρμάκων ἀφορμάς. ♀ δὲ καὶ ☿ συμβιώσεις τὰς διὰ τέχνην τινὰ ἢ μοῦσαν ἢ σύστασιν ἀπὸ γραμμάτων, ἢ θηλυκῶν προσώπων. τὴν μὲν οὖν ἐπὶ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον ἐπίτασιν καὶ ἄνεσιν τῶν συναστριῶν, ἢ τῶν ἐναντιώσεων, διακριτέον, ἐκ τῆς τῶν ἐπιλαμβανομένων τόπων πρὸς τοὺς τόπους καὶ κυριωτάτους τέσσαρας τόπους διαθέσεως, ἐπειδήπερ κατὰ κέντρων μὲν, ἢ κλήρων ἢ τῶν φώτων τυχόντες ἐπισφαλεστέρας ποιοῦσι τὰς ἐπισημασίας, ἀλλοτριωθέντες δὲ αὐτῶν, ἀνεπιφάντους. τὴν δὲ ἐπὶ τὸ βλαβερώτερον ἢ ὠφελιμώτερον τοῖς ἑταίροις, ἐκ τῆς τῶν ἐπιθεωρούντων ἀστέρων τοὺς εἰρημένους τόπους, ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν ἢ κακὸν ἰδιοτροπίας.

### Περὶ δούλων.

Ἰδίως δὲ ὁ περὶ δούλων τόπος ἢ λόγος καὶ τῆς τῶν δεσποτῶν πρὸς αὐτοὺς συμπαθείας ἢ ἀντιπαθείας, ἐκ τοῦ κακοδαιμονοῦντος ζῳδίου λαμβάνεται, καὶ τῆς τῶν ἐπιθεωρούντων



Digitized by Google

τὸν τοιοῦτον τόπον τοῦ ζωδίου, κατά τε τὴν γένεσιν αὐτὴν, καὶ κατὰ τὰς ἐπεμβάσεις ἢ διαμετρήσεις, φυσικῆς ἐπιτηδειότητος. καὶ μάλισθ᾽ ὅτε οἱ τοῦ δωδεκατημορίου κυριεύσαντες, ἤτοι συμφώνως τοῖς αὐθεντικοῖς τῆς γενέσεως τόποις, ἢ ἐναντίους ποιῶνται τοὺς συσχηματισμούς.

IN qualitatibus vero communis amicitiæ & inimicitiæ,quæ cōtemporalis ſit, & in quibuſdam horaria,imò etiam momentanea reperiatur in vnaquaque iſtarum duarum natiuitatum,planetarum modos,id eſt tempora in quibus alhileg à locis ſtellarū vnius natiuitatis recedens,ad ſtellarum loca natiuitatis alterius pertranſibit, obſeruare nō eſt inutile,quia ſecundum hoc erunt amicitiæ & inimicitiæ particulares.Quæ ſuæ permanentiæ terminū breuiorem ante iſtius ſeparationem non nouerunt.diuturnitatis autem temporis ſpatium,donec alij ſtellæ coniungatur metam non inueniet. Saturnus igitur & Iupiter cum alter eorum ad alterius locum peruenerit,amicitiam inter eos ex agriculturis & hereditatibus indicabunt.Saturnus autem & Mars cum alter alterius locum obtinuerit, ſpontaneas rixas & diſcordias inter eos generabunt. At ex Saturno & Venere ſocietas & dilectio conſanguineorum cauſa procreabitur,præter quia citiſſimè terminabitur.Saturnus quidem & Mercurius eorum ſocietatem & commixtionem in rebus vitæ,necnon dare & accipere,ac mercari, & horum ſimilia ſignificabunt.per Iouem quoque & Martem,diuitiarum occaſione, vel quolibet dominio vel diſpoſitione,ſocietas & amor inter eos procreabitur. Per Ioue aūt & Venerem cā mulierum, vel diuini cā ſeruitij,aut per domos orationis, vel ex prophetiis, ſeu ex his ſimilibus ſe inuicem adamabunt. Iupiter etiam & Mercurius,occaſione dialecticæ ſcientiarū & prophetię,ſpontaneam ſocietatem indicabunt. Mars aūt & Venus(ut ita dicam)ex drueria vel adulterio,ſeu fornicatione,aut ſodomitico ſcelere eos pariter aſſociabunt,præter ꝙ hic breuē, quia vnus eorum eſt fortuna,& alter infortuna,durabilitatem habebunt. Mars quidem & Mercurius inimicitias & deceptiones ac rixas inter eos,occaſione incantationum & necromantię ſignificabunt.Venus aūt & Mercurius in vitæ rebus magiſterij, vel muſicæ ſeu librorū ſeu mulierum cā ſocietatem inter ipſos adducent. Augmentum aūt & diminutionem in communis amicitiæ & inimicitiæ vigore,ex qualitatibus locorum,in quibus reſpectu quatuor locorū primorum,quorum eſt dominium & poteſtas,exiſtunt nos ſcire cōuenit. nam ſi in angulis vel cum parte fortunę,ſeu cum luminaribus fuerint,erit id quod ſignificabūt planius & apertius. Si autem ab eis longe remoti manſerint,nequaquam apparebit.Eius aūt valetudines & nocumenta ſecundum proprietatem conuenientis vel inconuenientis qualitatis ſtellarum, pręfata loca reſpicientium deprehenduntur. Tractare verò de ſeruis in dilectione vel abhorritione ſuorū dominorum erga ipſos,ex ſigno propriè,quod infortunij loco fuerit ex naturali ſimilitudine,quam adinuicem habent planetę, qui locum illum in ipſa natiuitatis hora reſpexerint, vel qui in ipſo eodemq; loco,ſeu in eius oppoſito fuerit, indicabunt. Maximè autem ſi planetæ, qui ſigno illi dominantur, cum locis dominij & poteſtatis eorum in figurarum ſocietate conuenerint, vel ſi cum eis eiuſdem generis fuerint.

## COMMENTARIVS.

HIS poſitis ſic,& declaratis,conſequenter Ptolemæus declarat, quando accidunt amicitiæ, & inimicitię particulari,momentaneę, & honorariæ: contingit enim frequenter, quòd non ſemper diu ſibi amicentur,ſed ad tempus, & ſunt amicitiæ horariæ, & ſi durant, durant per diem. vult ergo Ptolemæus, quòd animaduertamus ad ſtellas vniuſcuiuſque naſcentis,& quando contingit,quòd in vno anno progreſsio ſtellæ vnius vadat ad ſtellam alterius, vt ſi progreſsio Saturni vnius vadat ad Saturnum alterius, vel ad aliam ſtellam vel alterum progreſſum, ſemper continget, quòd inter illos eo anno accidat aliqua concordia, quæ poterit durare ad vnum, vel duos, vel tres dies ſecundum naturam ſignorum, quia ſi eſſent ſigna mobilia, erit parui ponderis amicitia, ſi erunt ſigna communia, poterit durare ad duos annos, ſi erunt ſigna fixa, diu durabunt, & maximè ſi fuerit Saturnus vt in c.vltimo dicemus:quia Saturnus eſt autor temporis in vniuerſali,habet diuturnitatē,& permanentiam,vt diximus in Iſagoge.Quare oriatur hæ amicitiæ inter natos, partim à textu, & partim ab aph.32.& 33.accipitur, quoniam obſeruetur natura planetarum,vt ſit, quod in natiuitate Iulij

Iulij progreſsio Saturni progrediatur ad Iouem in natiuitate Socratis: per progreſsionem intelligo motum primum, ſicut declaraui cap. 10. 3. lib. eſt autem progreſsio motus æquatoris interceptus inter duas ſtellas, vel locum primum & ſecundum, ſcilicet procedentem & ſequentem, quando fuerit ipſa loca in eodem circulo poſitionis. ſi ergo progreſsio Saturni progrediatur ad corpus Iouis, dicit quòd accidat amicitia ex agriculturis, & hæreditatibus, & induſtriæ Mathematici ſe remittit: quia debemus animaduertere ad ea, quæ Saturni ſunt: quia Saturni ſunt hæreditates, domus, ſecreta naturæ, agriculturæ, mercationes, nauigationes, res antiquæ & ſimilia: quia ſecundum conſtitutionē Saturni poteſt ſignificare diuerſa: ſed hic tangit tantū duo, ſcilicet ratione agriculturæ vel hæreditatis, quia remittit ſe induſtriæ Mathematici, quia ſi Saturnus fuerit in ſignis igneis, magis ratione theſauri: ſi in terreis erit ex pecudibus: ſi in aereis, circa occultorum naturam: in aqueis circa philoſophiam & talia.

Vide cap 11. lib. 3.

Si vero progreſsio Saturni ſit ad Martem, quia maledicus eſt, naſcetur diſcordia inter duos natos, & litigium ad plures annos & menſes, ſecundum ſtabilitatem, bicorporeitatem & ſpiſsitudinem ſignorum: ſi vero contingat progreſsio ad Venerem, dicit Ptolemæus, quod efficientur amici propter affinitatem, & conſanguineitatem, ſed parum durabit, quia cum Trinus vnius ſit domus alterius, vult ſemper Saturnum & Venerem conciliari ſimul, quare cum habeant hanc affinitatem, quod domus vnius ſit in Trino alterius, ergo orietur dilectio ratione affinium, ſicut accidit, quando fiunt nuptiæ, & ſponſalia, & huiuſmodi. Quod ſi fuerit progreſsio Saturni ad Mercurium, dicit quod orietur concordia ratione mercationum & negotiationum. quod ſi ſit in natiuitate ipſius progreſsio Iouis ad Martem, erit amicitia aut ratione diuitiarum, vel honoris, vel alterius potentiæ. Nam quando progreſsio Iouis perueniret ad locum Martis in aliqua natiuitate alicuius principis ei bene faceret, quia vel augeret ſalarium, vel daret aliquam dignitatem, & talia: quia Iupiter ſua natura beneficus eſt, & trahit naturam Martis ad ſui naturam: quando poterimus inuenire quod Mars bene conſtituatur & trianguletur, vel fuerit coniunctus, ſi potentior fuerit Iupiter, hæc ſignificat. Si vero progreſsio Iouis peruenerit ad Venerem, dicit Ptolemæus, quod concordabunt nati, & ad hanc amicitiæ ſpeciem deuenient, vt amēt ſe ratione eccleſiarum, & prophetiæ, & orationū, & huiuſmodi: vt ſunt quod ſimul vadunt ad prædicationes, & officia diuina, vt ſimul conueniant ad prophetādum propter peccata hominum. quod ſi fuerit progreſsio ad Mercurium, ratione dialecticæ erunt amicitiæ: ſed poterat dicere, etiam ratione aliarum artium liberalium: ſunt hęc ergo & alia ſimilia, quę tradit Ptolemeus de amicitia Oraria. ſed debemus animaduertere hic duo præcepta ipſius Ptol. & aphor. 32. & 33. inquit enim in aph. 32. concordiam inter duos facit conuenientia duarum ſtellarum, ſpeciem rei ſignificantium, ex qua beneuolentia conſtituta eſt in genitura vtriuſque. Quapropter debemus obſeruare ſtellam, quæ in natiuitate reperitur, ſignificabit idem quod in natiuitate Socratis, quia hęc ſtella habet vnum modum agendi. Sed variatur per varios aſpectus ad terram, igitur cum viderimus ſtellam aliquam eſſe in natiuitate alicuius, & in eodem loco in natiuitate alterius, dicere debemus, quod amabunt ſe: vt ſi ſit Venus in natiuitate alicuius in Leone, quia vt habetur ab Ariſt. Leo dicatur cordi, & Venus incitat cor hominis ad amandum. Si in natiuitate alterius etiam Venus erit in Leone, iſti erunt amici in amore.

Rurſus: eſt enim Mercurius in natiuitate Pici in ſigno Aquarij in 25. grad. Mercurius eſt in natiuitate Sauonarolæ in 8. grad. Libræ, triangulatur ſibi illa loca Mercurij. Rurſus & Mercurius vnius eſt cum Saturno & triāgulatur Marti alterius, quia in illo eſt in 29. grad. Aquarij, in iſto verò in 19. Libræ: & Saturnus vnius quadrangulatur Marti alterius econtra: ſequitur ex hac conſtellatione, quòd iſti concordarunt in ſcientia, & ingenio, & in diſcordia ſcientiarum, quia Aſtrologia non fecit ad propoſitum illorum, defecerunt propter quadratum Martis. Quare cum ipſi animaduerterent ea, quę ipſis futura erant, quę nolebant cauere, quæ ipſis accidere debebant, quoniam ſapiens dominatur aſtris, male dicebant arti huic.

Vide eius geneſin pag. 5[illegible]0. & pag. 424.

Rurſus videmus Carolum & Coſmum magnum Hetruriæ ducē valde conuenire in re religionis, in honoribus, in valetudine, in conſeruando dominium, in augēdo, in expellendo hoſtes, quia aſcendens vnius eſt aſcendens alterius, & culmen vnius eſt culmen alterius, & aſcendit Pegaſus in natiuitate vnius, & ſimiliter in natiuitate alterius. Corona eſt in culmine cæli in natiuitate vnius, ſimiliter in natiuitate alterius, ergo conueniunt in ſublimitatibus & honoribus, & in magnis rebus, & non in paruis, ergo patet veritas huius aphor.

Vide eius geneſin pa. 204. & pa. 127.

Trigeſimus verò tertius Aphoriſ. verſatur circa prædicta & dicit, Amor & odium tunc ex luminum concordia diſcordiaque, tum ex vtriuſque genituræ aſcendentibus deprehenditur. Adaugent autem beneuolentiam obedientia ſigna. Cum igitur lumina in natiuitate vnius conueniant cum luminibus natiuitatis alterius, erit firma amicitia, & tanto magis, cum aſcendens vnius, vel ſigna Solis vnius, vel Luna fuerint obedientia ſignis alterius: quænam ſint imperantia & obedientia ſigna, dictū eſt ſupra. Sed ad præſens quæcunque ſigna æquidiſtant à tropico, quæ ſunt ad dextram, ſunt imperantia, quæ ex parte ad ſiniſtram, ſunt obedientia, gratia exempli Gemini obedit Cancro, Taurus Leoni & ſic conſequenter, quando enim in natiuitate vnius oriatur Leo & alterius Taurus, vel Virgo, & alterius Aries vel Libra, & alterius Piſces, vel Scorpius, & alterius Aquarius, vel Sagittarius & alterius Capricornus ſemper erunt amici.

Ego obſeruaui in natiuitate mea, quòd Capricorniſti mihi fuerunt amici fideles, quia aſcendit mihi Sagittarius, ſic contingit alio modo, quia ſi cuipiam aſcendant Scorpius, & alteri Aquarius, ſemper qui habebit Aquarium, obediet ei, cui aſcēdit Scorpius. Hæc de amicitia & inimicitia pauca ſufficiant: quò ad particularia, nunc dicemus aliqua, vt habentur apud approbatos Aſtrologos.

Vide pag. 136.



Digitized by Google




Haec eſt natiuitas cuiuſdam docti viri, qui eſt inſignis in doctrina, ſed in amicitia nihil valet, nullus eſt ei amicus, & caret amicis, & non poteſt habere amicos niſi per viginti quatuor horas. Et ipſe hoc dicit ſæpe, inclinatio mea eſt, nõ habere amicos, qui me diligãt. Et quoniam eſt maximæ autoritatis, ideo multi eum honorant, & ſimulant ei reuerentiã præſtare, odientes eum. Hoc præſtat ei Antiſcium Saturni in vndecima cæli domo collocatum. Et quoniam coniunctus eſt Veneri, Soli, & Mercurio, ſignificat habere verba blãda, dulcia, melliflua, & aliud habere in ore, & aliud tenere in corde. Eſt enim aſtutus, cautus, doloſus, auſterus, æmulator optimorum, diſsimulator, pertinax & ſuſpicione plenus. Et per regulam ſuperius traditam in capite 4. ſcilicet de coniugio, tenet hic vitam eccleſiaſticam & cælibem, quoniam Venus eſt ſub radiis Solis coniuncta Saturno, & ipſe Saturnus quadrangulatur Lunæ, & Sol dominus ſecundus triplicitatis ſeptimæ domus eſt infortunatus à præſentia Saturni, quare non accepit vxorem.




Hic vir propter ſuam vtilitatem (cum amicitia ſit propter honeſtum, aut vtile, aut voluptatem, vt declarat Ariſtoteles) nunquam fuit conſtans in amicitia, ſed decepit multos. Hoc igitur ex Aſtris, vt Saturnus in vndecima cæli domo demonſtrat, quare cum eius amici eum odio proſequãtur, fidem faciunt quòd ſit malæ naturę & peſſimæ linguę, & virum eſſe citius fugiendum quàm quærendum. Luna igitur ſine aſpectu Mercurij decernit ingenium ſeditioſum, temerarium & quod audacter periculoſa conſilia facit. Verum Mercurius in quadrato aſpectu Saturni in octaua cæli domo collocatus pollicetur natum eſſe verſutum, maledicum, maleuolum, improbum, inurbanum, flagitioſum, & magnum Sycophantam, attamen natum fore bonum garrulum, linguacem, atque nugigerulum, quapropter ſignatus eſt à natura. In reliquis conuenit cum ſupradicta natiuitate, quare &c.

Anno

Digitized by Google

*Annotationes particulares.*

*DE AMICIS.*

*Vtrum habiturus ſit amicos natus.*

Conſidera planetas conſtitutos in vndecima & prima domo. Nam ſi Iupiter & Venus fuerint in his locis bene affecti, & fortes, decernunt in genere amicitiam & familiaritatem ſinceram atq; vtilem nato. Si autem fuerint malè affecti, mediocritatem huius rei ſignificant, hoc eſt, amicos partim ſinceros, partim fucatos.

Malefici planetæ ſi fuerint fortes in prima, vel in vndecima domo, multos quidem amicos decernunt, ſed maiori ex parte fucatos. Si autem fuerint debiles, paucos & eos infidos.

Planetæ mediocres videlicet Sol, Mercurius Luna & Pars fortunæ ſi fuerint in prima, vel vndecima domo benè affecti, multitudinem amicorum mediocrium decernunt, fidelium tamen magis. Si autem fuerint malè affecti, paucitatem amicorum, & pleroſque fore infidos & inſtabiles.

Caput Draconis in prima, vel vndecima domo in Geminis, Piſcibus, Cancro, Tauro, Libra, & Leone, ſignificat plures amicos & familiaritatem ſinceram. Sed in Sagittario, Scorpione, Capricorno, Aquario, Ariete, & Virgine, ſignificat amicos partim ſinceros, partim fucatos.

Cauda Draconis in prima, vel in vndecima domo dat paucos amicos.

Quòd ſi nullus planeta fuerit in prima, vel in vndecima domo, conſiderandus eſt dominus vndecimæ domus, vtrum ſit beneficus, & fortis, ſeu debilis, vel maleficus, vel mediocris: & ſecundum eius naturam iudicandum de numero amicorum, vt iam dictum eſt.

Luna ſi fuerit in vndecima domo, amabitur natus ab omnibus creaturis. Auenaris in ratione vndecimę domus.

Caput Draconis Venus & Mercurius in vndecima, amicorum copiam, & ſpes ratas fortunari mulierum cauſa ſignificat. Et ſi cũ his Iupiter fuerit vel eos bene aſpexerit, & ab amicis fortunæ proſperitatem pollicetur.

Dominus vndecimæ domus ſi exiſtens in hac domo aſpiciat ſignum aſcendentis, vel eius dominum aſpectu amicitiæ, ſignificabit plures amicos, atque vtilitatem ab eis. Si verò aſpectu inimicitiæ, erit econtrario. Auenaris vt ſup.

Dominus ſeptimæ domus ſi fuerit Iupiter poſitus in domo ſecunda, vndecima, vel quinta, non retrogradus nec combuſtus, nec commixtus cum Marte, vel Saturno, erit puero commodum ex cõmuni. Hiſpalenſis cap. 14.

Dominus vigoris ſi fuerit in domo vndecima, vel ſi dominus vndecimæ domus fuerit in aſcendente, natus erit fortunatus in dilectione ab omnibus. Idem autor, cap. 17.

Domini vndecimæ domus ſeparatio à domino aſcendentis, amicorum ſignificat paucitatem. Abenragelis cap. 13. part. 5.

Domini aſcendentis ſeparatio à domino vndecimæ domus, ſignificat natum fugere amicitias. Idẽ autor vt ſup.

Aſcendens ſignum ſi habuerit ſimilitudinem humanam, ac Luna ac dominus vigoris fuerit in ſigno humano, natus habebit velle conuerſandi ſemper cum hominibus. Si verò fuerint in ſignis agreſtibus, fit & natus agreſtis. Hiſpal. cap. 4.

Aſcendentis ſignum ſi fuerit ſimilitudinis humanæ, appetet natus conuerſationem hominum: ſi fuerit ſimilitudinis agreſtium animalium, econtra. Senten. 45. Ptolemæi.

Fortunæ in vndecimo ſigno ſi fuerint, aut in quadrato aſpectu, oppoſitione eius, ſignificant multitudinem amicorum, & ſociorum nati, ac fortunam eorum. Albohaly ca. 35.

Infortunę in vndecima domo ſi fuerint, aut in quadrato aſpectu, vel oppoſitione eius, ſignificant paucitatem amicorum & ſociorum, & exiguitatem boni ab eis. Idem autor vt ſup.

Virgo quando in domo amicorum fuerit, natus erit paucæ amicitiæ, ita quòd amici eius de amicitia illius non curabunt. Albubatris cap. 205. Vide vndecimam domum, ſi in ea fortunam aliquam, Iouem, vel Venerem, aut etiam quadratum, vel oppoſitum eorum inueneris, ſignificatur multitudo amicorum, & ex eis fortunam. Si verò in ea inueneris infortunam, Saturnum, aut Martem, vel quadratum vel oppoſitum eorum, pauci amici eius nati futuri ſunt.

*De amicorum qualitate.*

Qualitas amicorum cognoſcitur ex natura planetarum, qui fuerint in prima vel vndecima domo. Quòd ſi nullus planeta fuerit in prima vel vndecima domo, conſiderandi ſunt domini vndecimę & primæ domus: & ſecundum eorum naturam iudicandum de qualitate amicorum. Cum illis age res tuas, ſi ſunt fortunæ & bene collocati in figura: & hoc ſi bona in radice promiſerint. Si infortunæ fuerint: vel in malis locis figuræ, caue, quoniam tunc non erit perfecta amicitia: Sed ex illis damna accipies.

Verbi gratia: Saturnus ſi talis fuerit, indicat homines ſenes Saturninos, agricolas, metallicos, lapicidas, ſordida opificia tractantes, fœneratores, inuidos, atque auaros. Et Auenaris in ratione vndecimæ domus dicit, Si fuerit Saturnus in vndecima, vel dominus vndecimæ, ſignificat plures nati amicorum eſſe ſenes, & homines infimos & deſpectos, niſi fuerit in domo ſui honoris, aut orientalis à Sole.

Si Iupiter, erunt plures amicorum eius prælati, nobiles, diuites, prouinciarum præfecti, honeſti, verecundi, Iouiales, ſapientes legum & theſaurarij ſubſtantiarum.

Si Mars, fuerítque in honore ſuo, amici eius erunt principes, & potentes, capitanei, milites, chirurgi, ſuperbi, audaces, inuerecundi, opifices, ruffi &c. ſi verò fuerit in domo ſui dedecoris, erunt latrones & prædones.

Si Sol, erunt plures amicorum ipſius reges, & homines magni nominis, principes aut magnatum conſiliarij clari, magiſtratum gerentes, &c.

Si Venus, erunt mulieres & caſtrati, muſici, poetę, pharmacopolę, amatores, luſores, vrbani homines, læti, mulieroſi, &c.

Si

Digitized by Google

Si Mercurius, erunt ſapientes & ſcribæ, artifices præſtantes, docti, cancellarij, mathematici, poetę, ſcriptores, mercatores, ſagaces & callidi.

Luna ſignificat viduas matronas, nobiles fœminas, legatos, nuncios, nautas, piſcatores, balneatores, plebem, homines inconſtantes, rerum nouarum cupidos, &c.

Sed ſi dominus vndecimæ domus fuerit in octaua, ſignificat plures amicorum nati morituros in diebus ipſius,

Hiſpalenſis cap. 17. dicit, Qualitatem amicorum cognoſcimus ſecundum naturam planetæ exiſtentis in domo vndecima. Nam, ſi fuerit Iupiter, indicat nobiles, diuites, bonos atque potentes. Mars, perfidos, atque feroces, & militiæ deditos. Sol reges, principes, & magnæ autoritatis viros. Venus, mulieres formoſas, hilares atque lætas. Mercurius, ſcribas, literatos, negociatores, diſciplinarumque magiſtros. Luna, ſplendidos, elegantes, & popularis gratiæ ſplendore fulgentes.

Albohaly cap. 35. dicit, quòd ſi Saturnus fuerit planeta, qui plures dignitates in domo amicorum habuerit, ſignificat, quòd plures amicorum eius erunt ſenes, ſerui, & captiui.

Iupiter ſi fuerit Almuten, erunt plurimi eorum nobiles ac diuites, magnique pretij & exiſtimationis.

Mars ſi fuerit Almuten vndecimæ domus, erunt plures Duces, ac principes, hominéſque bellicoſi.

Sol ſi fuerit Almuten, erunt plurimi duces, & principes, reges, ac nobiles.

Venus ſi fuerit Almuten, erunt mulieres & homines effœminati.

Mercurius ſi fuerit Almuten, erunt plures ſcriptores, ac negociatores, & ſapientes, vel artifices.

Luna ſi fuerit Almuten, & domina præcipuarum dignitatum: erunt plures ex amicis nobiles, multi etiam ignobiles.

Iudæi in ratione vndecimę domus dicunt, quòd ſi Iupiter fuerit in vndecima bene affectus, & non retrogradus, neque combuſtus, nec in ſuo caſu, vt pote in Capricorno, ſed in Cancro, Sagittario, vel Piſcibus fortunatus, fœlicitatem, & fauorem communem in rebus omnibus decernit.

Venus in vndecima, amorem mulierum mutuũ ſignificat in ſigno fœminino: in ſigno autem maſculino natum ad Venerem maſculam inclinat, alioqui ad amplexus, & amores puellarum virginum: ſed ab amoris principio finis degenerabit, quia hæc domus vndecima oppoſita eſt quintæ, quam deputarunt Arabes voluptatibus & conuiuiis.

Mercurius in hac domo dabit amicitiam ingenioſorum hominum, & paruulorum, præſertim in ſignis humanis, in aliis verò ſignis in matrimoniis fortunam promittit.

Luna non combuſta in vndecima domo non cõbuſta, nec alligata planetis infortunij, neque in malo aſpectu maleficarum ſtellarum, amicitias & fauores omnium promittit.

Sol amicitiam regum, principum & potentiorum dabit, vel facit clauigeros regum: finem eius rei ſecundum ſtatum Solis diiudicato.

Saturnus, vel Mars in vndecima domo excitare conſueuit rixas, & controuerſias, & moleſtias amicorum, & iacturas pannorum & veſtium.

*Nati inclinationes.*

Dominus aſcendentis ſi dederit vim, ſeu fortitudinem ſuam domino decimæ domus, & fuerit receptus, natus quæret ſemper conuerſari cum magiſtratibus. Hiſpalenſis cap. 16.

Dominus aſcendentis ſi fuerit cum Sole, & receptus erit, ſemper manebit natus cum optimatibus, & benefiet ei ab ipſis. Idem autor.

Dominus aſcendentis ſi extiterit in vndecima domo, fueritque ſignum ipſum ſimilitudinis humanę, quæret natus amicitias omnium hominum. Idem autor cap. 17.

Dominus decimæ domus ſi dederit vim domino aſcendentis, principes ac magiſtratus quærent eum. Idem autor cap. 16.

Si vna de domibus Veneris aſcendit, nec fuerit Saturnus in contrario aſcenſu eius ſigni, ac domini vndecimæ domus, amabit natus pueros. Idem erit iudicium, ſi aliqua domorum Mercurij aſcenderit. Idem aut. cap. 17.

Venus ſi fuerit in aſcendente, & melius, ſi in ſigno humano, natus habebit familiaritatem cum omnibus. Idem autor vt ſup.

Venus ſi fuerit cum corde Leonis, in tantum amabit mulieres, quòd morietur, & peius, ſi Leo aſcendat. Idem autor vt ſup.

Verum ſecundum naturam planetæ exiſtentis in domo vndecima, amabit natus homines.

Si Saturnus ibi fuerit, amabit ſenes.

Si Iupiter, clericos & religioſos.

Si Mars, bellicoſos: & ſic de cæteris. Idẽ autor.

Si multi planetæ aſpexerint dominum aſcendentis, fęlicibus & amicis radiis, multi diligent eum, qui ſic natus fuerit: & melius, ſi dominus vndecimæ domus fuerit in ſigno humanæ ſimilitudinis. Idem autor vt ſup.

Vide Albubatrem cap. 201. 202. & 203.

*De amicorum conſtantia.*

Vtrum amici ſint conſtantes, & certi futuri, aut inconſtantes & mutabiles: Conſidera ſignum vndecimę domus, quod ſi fuerit mobile, mutabiles, & cito diſſolubiles: ſi commune, mediocres: ſi fixum, ſocietates firmas & indiſſolubiles decernit. Abenragelis cap. 13. par. 5.

Dominus tertię domus ſi fuerit in aſpectu trino, vel ſextili cum gradu aſcendentis, aut cum ſigno aſcendentis, erit amicitia perfecta inter natum & eius fratres. Et ſi fuerit aſpectus quadratus vel oppoſitus, erit inter eos odium & ira. Auenaris in ratione tertiæ domus.

Dominus aſcendentis & dominus vndecimę domus ſi fuerint in ſignis mobilibus, ſignificant raram conſtantiam voluntatum amicorum aduerſus natum. Si verò fuerint in ſignis communibus, quandoque amicitiam, quandoque diſſolutionem eius deſignant. Si verò in ſignis fixis cohabitauerint, ſignificant firmam, & durabilem amicitiam amicorum, erga natum. Albohaly cap. 5.

Dominus

Digitized by Google

Dominus aſcendentis ſi impedierit dominum vndecimæ domus, à nato patientur impedimentum amici. Idem autor vt ſup.

Dominus ſeptimæ domus ſi fuerit Mars, vel ſi fuerit in domo ſeptima, ſocij communes circumuenient ipſum. Hiſpalenſis cap. 14.

Dominus ſeptimæ domus ſi fuerit Saturnus, vel ſi fuerit in domo ſeptima, idem ſignificat. Et idem iudicium eſt, cùm cauda Draconis fuerit ibidem. Hiſp. vt ſup.

Dominus vndecimæ domus ſi fuerit oppoſitus aſcendenti, vel eius domino, vel in eorum quadrato dextro, vel ſiniſtro, erit ſemper contentio inter amicos. Si verò aſpexerit aſcendentem gradum, vel eius dominum aſpectu amicitiæ, ipſum ſemper diligent ſui amici. Idem autor vt ſup.

Dominus vndecimæ domus ſi non aſpexerit domum ſuam, nec Venus dominum domus ſuæ, nec domin' partis amicorum aſpexerit partem ipſam, ſignificat, quòd natus erit apud homines odioſus, nec diliget ſocietatem eorum, & erit ſolitudinis amans. Albohaly cap. 35.

Dominus vndecimæ domus ſi fuerit malè aſpectus à domino aſcendentis, natum denotat ab amicis offendi. Si autem bene, contrarium dicito.

Dominus vndecimæ domus in malo infortunatium aſpectu, lucra denegat amicorum.

Pars amicorum in bono ſtatu, & fortunata, & dominus eius, ſimiliter & dominus aſcendentis, ſignificant natum in amicis fælicitatem habiturum, maximè ſi angulares fuerint, & in ſignis fixis. Qui ſi in cadentibus fuerint, & in ſigno mobili, infidelitatem nati erga amicos ſignificat, aut quòd vtilium perſonarum diliget amicitiam Quæ pars accipitur die ac nocte à Luna in Mercurium, & proiicitur ab aſcendente.

Fortuna ſi fuerit domina domus amicorum & boni eſſe, ſignificat bonum ſtatum & bonam fortunam amicorum. Si infortuna extiterit, econtra infœlicitatem & paupertatem eorum denunciabit. Albohaly cap. 35.

Saturnus cum Mercurio in vndecima domo, nati ſpes irritas facit, ſi eos tamen fortunæ non viderint, oſtenduntque nati vitam ex aduocatione pendere. Lege Albubatrem cap. 204. & 205.

*Annotationes vniuerſales.*

Aſcendens vnius ſi fuerit vndecima, vel quinta alterius, illi erunt conuenientes in amicitia. Abenrag. cap. 13. par. 5.

In genitura cùm malefica in locum beneficæ in alterius genitura inciderit, is qui beneficam habet, ab eo qui habet maleficam, detrimento afficietur. Ptolemęi ſententia 47.

Quando culmen domini, hoc eſt principis, fuerit horoſcopus ſubiecti, aut dominatores beneuola configurabuntur figura, diu inſeparabiles permanebunt. Idem etiam, cùm ſextus locus ſerui inuentus fuerit horoſcopus principis. Ptolemæi ſententia 48.

Cùm aſcendens ſubiecti fuerit culmen in genitura domini, tantam ſubiecto illi fidē dominus adhibebit, vt ei ab illo imperetur. Ptolemæi ſen. 49.

Dominus primæ domus ſi fuerit in quinta, natus habebit multos amicos, de quibus gaudebit.

In vndecima domo fortunatus, ſignificat quòd natus habebit multos amicos, eritque conueniens cum eis.

Dominus tertiæ domus in vndecima ſignificat, quòd fratres nato erunt amici.

Dominus quintæ domus ſi fuerit in decima, cōſequetur natus gaudium à potentibus, & magnis viris.

In vndecima domo, ſignificat quòd natus lætabitur, & proſperabitur ex ſpe, & fiducia ac fautoribus ſuis.

Dominus ſextæ domus ſi fuerit in vndecima, natus aſſociabitur hominibus ſibi ignotis.

Dominus octauæ domus in vndecima ſignificat, quòd natus habebit paucos amicos.

Dominus nonę domus ſi fuerit in vndecima, natus ab amicis dilectus & amatus erit, qui erit humanus, & rectus, & commodus, & opportunus amicis ſuis.

Dominus decimæ domus in vndecima ſignificat, quòd amici nati bonum habebunt de ipſo.

Dominus vndecimę ſi fuerit in prima domo, natus habebit multos bonos amicos, & de eis bonum habebit, & ipſi de eo.

In vndecima domo, ſignificat multos amicos, & quòd habebit bonum & magnum nomen inter ſocios ſuos.

In duodecima domo ſignificat, quòd natus paucos amicos habebit.

Dominus duodecimæ in vndecima domo ſignificat, quòd natus nō habebit bonum, nec auxilium ab amicis, & ipſi fiet eius inimici, & ipſe miſer erit.

Saturnus in ſecunda domo ſignificat, quòd natus erit ſine amicis, & omnes nato malè velint, & ſignificat turbationem amicorum.

Saturnus in vndecima domo extra domum & regnum ſuum, ſignificat damnum ex amicis, vel amiſsionem inimicorum, datque amicitiam cum villanis, Iudæis & fratribus, & facit quòd habebit faſtidium propter amicos, & nunquam habebit illud quod deſiderat. Et ſignificat etiam multum memorem in amicis. Saturnus autem in ſuo domicilio vel regno, ſignificat amicitiam cum Saturninis, ſicut ſunt magni viri maximè ſenes.

Saturnus in ſuo domicilio dat amicitiā nobiliū.

Iupiter in vndecima domo, dat multos, bonos, fideles, & vtiles amicos, & natus habebit bonum finem de rebus deſideratis, & ſignificat multitudinem fortunarum & proſperitatum.

Iupiter in domo Solis, facit natum amatum à magnis viris & à populo.

Iupiter in domo Veneris, dat amicitiam cum nobilibus.

Iupiter in domo Mercurij, dat practicam cum magnis viris, & erit natus homo multum fortunatus, & cognitus per multas regiones.

Mars in vndecima domo in ſuo domicilio, aut regno, facit natum amicum dominis, armigeris & militibus.

Mars in domo Iouis, facit natum nobilem, & amatum à magnis dominis.

Sol in prima domo ſignificat amicitiam cum dominis.

Sol in vndecima domo, dat nato amicitiam magnorum

gnorum

Digitized by Google

gnorum dominorum, & magnum gaudium per amicos ditiſsimos.

Sol in domo Mercurij ſignificat quòd natus erit amatus à nobilibus.

Venus in prima domo, ſignificat quòd natus amabitur à mulieribus, & etiam ab aliis hominibus.

Venus in tertia domo, denotat quòd natus habebit multos amicos & ſocios.

Venus in decima domo, ſignificat amorem à regibus & aliis potentibus, & quòd amabitur ab eis, & conſequetur gratiam, aut aliquod bonum ab eis, & habebit lætitiam per magnos dominos & principes, aut reges.

Venus in vndecima domo dat nato amicitiam amicorum nobilium, & bonã fortunam cum illis.

Venus in domo Mercurij conuerſationem cum perſonis religioſis dat nato.

Mercurius in vndecima domo dat nato amicitiam cum hominibus laudatis & honeſtis, & facit quòd erit amatus ab hominibus.

Mercurius in domo Iouis ſignificat quòd natus conuerſabitur cum rege & magnis viris.

Mercurius in domo Veneris dat multitudinem amicorum nobilium.

Luna in tertia domo dat multos amicos nobiles.

Luna in domo Iouis facit natum inter amicos primum.

Luna in domo Martis facit natum practicare cum malis hominibus malæ vitæ.

Luna in domo Solis dat practicam & lætitiam cum magnis dominis.

Luna in domo Veneris facit natũ ſatis amabilẽ.

Luna in ſua domo fortunata, dat conuerſationem cum magnis dominis cũ vtilitate & honore.

Caput Draconis in prima domo, ſignificat, quòd natus amabitur à magnis viris.

Caput Draconis in vndecima domo, largitur amicitias magnorum hominum, vtilitatem & honorem per illos.

Cauda Draconis in vndecima domo dat nato modicam gratiam cum amicis, & ſignificat amicorum diminutionem.

*Cap. in vndecima domo quæ amicorum eſt ſignificatrix.*

Aſpice ergo in amicis & amicitia nati ad 11. domum, & eius dominum, ad partem amicorum & eius dominum, ad Venerem, Iouem, ac Martem, & ad planetam in 2. domo exiſtentem, necnon ad planetam, qui teſtimonia dictorum ſignificatorũ coniungit, & ſecundũ ſtatum eius in ſua fortitudine & debilitate fortitudinis ac infortitudinis directiõe & retrogradatiõe, & ſic de aliis planetarũ ſtatibus ſiue modis, de ſtatu nati quo ad amicitiam iudica.

*De amicitia regum aut virorum ſublimium erga natum.*

Quando Venus in aſcendente ac in aliqua dignitatũ ſuarum fuerit, natus amicitiam cum viris potentibus ac nobilibus mulieribus habebit, & inter eos erit magnus & honoratus.

Quando dominus tertiæ domus in bono loco ab aſcendente ac in aliqua dignitatum ſuarum fuerit, & fortunæ ipſum aſpexerint, infortunæ vero ab ipſo ceciderint, natus amicitiam cum regibus ac viris potentibus habebit, conſequeturque ab eis, & etiam amici eius profectum & honorem.

Quando ſignum tertię domus fuerit Leo, vel Cãcer, & Iupiter in eo, aut ipſum aſpexerit, natus à viris ſublimibus diligetur, & inde bonum ac fortunam imperabit.

Quando in natiuitate diurna Sagittarius vel Piſcis in quarta domo fuerit, & fortunæ ibidem aſpexerint, maxime Iupiter, infortunæ vero à dicta domo ceciderint, natus cum regibus aut viris potentibus amicitiam habebit, eritque ab eis honoratus.

Quando Iupiter in quarta domo, & in aliqua dignitatum ſuarum fuerit, natus occaſione parentũ amicitiam cum regibus aut viris illuſtribus habebit, & inde bonum & fortunam conſequetur.

Quando Venus in quarta domo fortunata fuerit, natus amicitiam cum regibus aut potentibus in ſenectute habebit, bonumque ac fortunam in fine ab ipſis recipiet.

Quando Sol in quinta domo ac in ſua facie fuerit, natus amicitiam regum ac ſublimium acquiret, ac ipſum in agendis proponent.

Quando Mars in quinta domo fortis ac ab infortunis liber fuerit, & fortuna præcipuè Iupiter aſpexerit eum, natus à regibus aut viris illuſtribus multum honorabitur.

Quando Venus in quinta domo fortunata ac fortis, necnon ab infortuna libera fuerit, natus erit regum aut principum amicus, & à mulieribus potentibus diligetur & honorabitur. cap. 101.

*De amicitia hominum malorum, & vilium, & quorundam aliorum erga natum.*

Quando pars amicorum & eius dominus in ſecunda, ſexta, octaua aut duodecima domo fuerint infortunati, natus erit malefactorum aut fornicatorum amicus.

Quando pars amicorum in loco vituperabili infortunata fuerit, natus erit malorum ac vilium hominum amicus, & inde ſibi infamia conſurget.

Quando dominus domus amicorum domino aſcendentis ex tertia domo pulſauerit, natus amicitiam in fratribus & propinquis habebit.

Quod ſi dictus impulſator infortunatus fuerit, natus per amicitiam illam malum ac verecundiam incurret.

Quando dictus impulſator in quarta domo fuerit, natus amicitiam ſenum habebit.

Quod ſi in quinta domo fuerit, erit paruorum ac minorum amicus, & inde infamiam conſequetur. Et ſi in domo ſeruorum amicitiam cũ ſeruis ac miſeris habebit. Et ſi in domo itineris fuerit, natus in terra aliena amicos acquiret, & lucrum inde habebit. Et ſi in duodecima domo fuerit, inimici ſui fient ei amici. Et ſi dominus domus amicorum in octaua domo fuerit, natus mortem fratrum vel amicorum videbit. cap. 102.

*De fideli & bona nati amicitia.*

Quando Aries ſignum domus amicorum fuerit, natus erit bonæ amicitiæ & fidelis amicus, & fratres ſuos honorabit, ac illos in omnibus adiuuabit.

Quando domus amicorum fuerit domus Iouis, natus erit aſpiciens & aſſocians amicos, illoſque

dili

Digitized by Google

diliget & boni conſilij erit cum ipſis.

Quando fortuna domina aſcendentis exiſtẽs in vndecima domo fuerit, natus ex amicis ſuis proficiet, habebitque bonum ac honorem ab ipſis.

Quando Piſces ſignum amicorum fuerint, natus erit multorũ amicorũ, & proficiet eis nati amicitia.

Quando dominus domus amicorum domino aſcendentis alligauerit vel applicuerit, natus multos ſocios & amicos habebit, qui amorem eius procurabunt, & erit in negociis eorum neceſſarius.

Quando dominus aſcendentis domino domus amicorum applicuerit vel alligauerit, natus multorum amicitiam acquiret, qui ei erunt neceſſarij, eritque lætus, ac in negociis amicorum gaudens.

Quando dominus 11. domus fortunatus fuerit, ac in bono loco & ſtatu, necnõ ab infortunis liber exiſtens, domino aſcendentis cum receptione applicuerit, natus amorem & conuenientiam cum amicis & ſociis ſuis habebit, acquirétque ab eis vtilitatem, & ipſi ab eo.

Quando pars amicorum in aliquo angulorum, ac in ſigno fixo fuerit, & fortunæ ipſam aſpexerint, & infortunæ ab ea ceciderint, natus erit firmæ amicitiæ, & magni profectus fratribus ſuis, necnon cũ amicis gaudens, & ipſi cum eo.

Quando pars amicorum & eius dominus, boni eſſe, ac in bonis locis fuerint, natus multos amicos & ſocios habebit. Et ſi dicta pars & eius dominus, fortunati fuerint, natus vtilitatem ab amicis habebit, & ipſi ab eo. Et ſi cũ hoc à fortunis recepti fuerint, natus vtilitatem ab amicis habebit, & ipſi ab eo. Et ſi cum hoc à fortunis recepti fuerint, natus erit ab eis dilectus. cap. 103.

*De natis qui diſcordiam cum amicis habebunt.*

Quando planeta, qui ſignificator amicitiæ teſtimonia colligit ſeu cõiungit, planetam, teſtimonia planetarum cõiungentem malo aſpectu aſpexerit, natus deſtruet amicitiam amicorum, & erit eis odioſus, mutabitque amicitiam eius in inimicitiã.

Quando pars amicorum in ſigno mobili fuerit, natus erit infidelis, & amicitiam quam prius cum ſociis vel amicis habebit, deſtruet, & ſe ad inimicitiam & proditionem conuertet.

Quando dominus aſcendentis in domo amicorum retrogradus fuerit, & dominus amicorum ſimiliter retrogradus, natus amicos ſuos perdet, nec in amicitia ſua firmus erit.

Quando dominus aſcendentis dominum domus amicorum impedierit aut infortunauerit, amici nati malum & grauitatem ab eo recipient. Et ſi dominus domus amicorum dominum aſcendentis impedierit, natus malum & grauitatem ab amicis vel ſociis ſuis recipiet. Et ſi Venus alium fortunauerit, natus vtilitatem & auxilium à ſociis & amicis recipiet, & ipſi ſimiliter ab eo.

Quando dominus aſcendentis à domino 11. domus ſeparatus fuerit, natus amicos odibit, & amicitiam eorum deſtruet, ac ſolus eſſe diliget.

Quãdo domin' 11. dom' à domino aſcẽdẽtis ſeparatus fuerit, amici nati habebũt eum odio, & amicitiam ab eo abſcindent, necnõ ab eis vituperabitur.

Quando infortuna in 11. domo fuerit, malũ eſſe amicorũ ſignificat, & ꝙ nat' paucos amicos habebit.

Quando dominus 11. domus, vndecimam domũ non aſpexerit, natus ſocietatem, amicitiam, ſolatiũ cum aliquo non habebit, diligétque ſolitarius eſſe, & ab hominibus ſequeſtrari. cap. 104.

*De natis qui malum ab amicis ſuis recipient.*

Quando ſignum 3. domus, Taurus vel Libra fuerit, & infortuna domina 11. domus exiſtens, illud ſignum aſpexerit, natus malum ac detrimentum ab amicis ſuis conſequetur.

Quando Saturnus in 3. domo fuerit, natus malũ vehemens recipiet.

Quando dominus 3. domus in 6. domo fuerit, natus detrimẽtum ab amicis vel propinquis habebit.

Quando dominus 12. domus in 12. domo fuerit, & pars amicorum in 12. domo, natus grauamina & labores ab amicis recipiet.

Quãdo Virgo in domo amicorum fuerit, natus erit paucæ amicitiæ, ita quod amici eius de amicitia ipſius non curabunt. Et ſi ibi infortuna fuerit, & dominum aſcendentis infortunauerit, natus occaſione amicorum malũ ac detrimẽtũ incurret. c. 105.

*Ex Materno.*

Saturnus in Cancro inuentus, ſignificat quòd natus erit notus potentibus viris, quorum amicitia vtilis erit. cap. 3. lib. 5.

Saturnus in Leone inuentus ſignificat, quòd natus erit multorũ amicus, & amicorũ bon' defenſor.

Saturnus in Libra conſtitutus ſignificat vinculũ amicitiæ cum maioribus viris.

Saturnus in Scorpione dabit nato amicitiã multorũ hominũ ꝙ circa natũ erũt humani, & affabiles.

Saturnus in Aquario decernit nato poſt 43. annum ſuæ ætatis amicitiam cum potentibus viris, vel regibus pro genituræ menſura.

Saturnus in ſuo domicilio per diem, homines faciet nobilium ſemper virorum, ac regum, & principum amicitiam ſequentes, & cum eis aſſidua commercij ac conſuetudinis conuerſatione coniunctos. cap. 10. lib. 5.

Saturn' ꝑ diẽ in domo Iouis dat nobiliũ virorũ amicitiã, & arcana conſilia inire, vnde ſibi honoratũ nomen, famamque natus conquirat. cap. 10. lib. 5.

Saturnus in domo Martis ſignificat ſtrictas amicitias principum & militum, & conciliat eos cum nato à quibus ipſe habebit vtilitatem. cap. 10. lib. 5.

Iupiter dominus genituræ inuentus facit amantes & efficientes amicos, & qui bonis ſemper conuerſationibus adornantur, & magnorum virorum teſtimonio proteguntur. cap.

Iouẽ in Ariete inuẽtũ ꝗcũque habuerint, magnorũ virorũ, ſeu potẽtiũ amicitiis copulãtur. c. 4. li. 5.

Iouẽ in Tauro inuẽtũ, quicũq; habuerint, potẽtiũ amicitias ſortiẽtur, tũc eis potẽtes vitæ ſuæ ſecreta cõmittẽt: ꝗ ꝗb' vtilitates, & glorias habebũt. c. 4. li. 5.

Iouẽ in Geminis inuẽtũ, ꝗcũq; habuerint, erũt in amicitiis noti, & gratia ſemper ornati. cap. 4. lib. 5.

Iouem in Cancro inuentum, quicunque habuerint, erunt potentium amici atque cum eis verſabũtur, ſecreta eorum fideli taciturnitate ſeruãtes. c. 4.

Iupiter in Leone inuentus decernit potentium amicorum præſidia. cap. 4. lib. 5.

Ioue in Scorpione inuento, quando Saturnus ad Piſces tranſitũ fecerit, cum potentibus ac ducibus erunt nati coniuncti in amicitia, ac eorum ſecreta fideli taciturnitate ſeruantes. cap. 4. lib. 5.

Iouem in Sagittario inuentum quicũque habuerint, erunt glorioſi, potentes, nobiles, noti, duces



Digitized by Google

vel ducum aut potentium amici.cap.4.lib.5.

Iouem in Sagittario inuentum quicũque habuerint, erunt liberales, amabiles, & multorum amici, omnibuſque noti.cap.4.lib.5.

Iouem in Capricorno inuentum quicunque habuerint, erunt glorioſi, potentium amici, amicorũ que ſecreta fideli taciturnitate ſeruantes, eruntque fœlices.cap.4.li.5.

Iupiter in domo Lunæ per noctem inuentus decernit non principum aut regum conſuetudines, ſed fœlicem populorum amicitiam.cap.11.lib.5.

Iupiter cum Venere ſignificat, quod natus erit dilectus à magnis viris atque nobilibus, & ab his bonam fortunam habebit.cap.26.lib.6.

Iouis & Martis diameter decernit amicorum odia.cap.18.lib.6.

Iouis & Veneris oppoſitus, omnem vitæ ordinẽ, & promotiones frequenter impugnat, nec fidos amicorum decernit effectus, & quia illi quibus aliquam beneficij gratiam aliquando contulerit, erũt nato ſemper ingrati.cap.18.lib.6.

Mars dominus genituræ ſignificat homines non habẽtes bonos affectus circa amicos ſuos.c.18.li.6.

Mars in quinta domo per noctẽ in aliqua dignitate ſua, vel Iouis inuentus, reddit homines cum potentibus viris, vel cum maximis adminiſtratoribus, fidelis amicitiæ gratia coniunctos.cap.5.lib.3.

Mars in decima domo inuẽtus donat nato amorem & beniuolentiam à populo.cap.5.lib.3.

Martẽ in Capricorno inuentum, quicunque habuerint, ſemper amicabili præclarorum virorum conſortio coniunguntur.cap.5.lib.5.

Martem in Aquario inuentum quicũque habuerint, erunt humanam ſocietatem violantes, & aſſiduas ſtudentes hominibus contumelias inferre.c.5.

Mars in domo Iouis inuentus, faciet homines nobiles, magnos, elatos, intimaque regum ac principum ſocietate, beniuolentiáque coniunctos, maximáque ab eis non ſolum honorum inſignia, ſed vitæ etiam ſubſidia conſequentes.cap.12.lib.5.

Sol in quinta domo inuentus faciet natos amabiles, honoratos, & qui omnia facile conſequantur, & quibus cuncta amicorũ pſidio cõferãtur, c.6.li.3.

Sole in Capricorno inuento, homines efficientur tales, qui viliorũ etiã hominũ cõſortia ſequantur, taliq; ſocietate cõiũcti, talia peragãt vnde ſibi dedec' & ĩfamia multipliciter cõſequatur. c.6.li.5.

Sol in Aquario inuentus, dabit nato paucos fidoſque clientes.cap.6.lib.5.

Sol per diem in domo Mercurij inuentus facit homines à nobilibus maximè dilectos.cap.13.li.5.

Venerẽ dominã genituræ effectã, q̃cũq; habuerint, erũt apud amicos ĩtegrę & ĩcorruptę amicitię.

Venus in horoſcopo inuenta facit homines amicos magnorum dominorũ atque potentiũ.c.7.li.3.

Venus in quarta domo inuenta: in proceſſu ætatis laudatos faciet & magnorum virorum amicos, & plenos gratia & decentes.ca.p.7.li.3.

Venus in vndecima domo dabit plurimos vtiles amicos.cap.7.li 3.

Venerẽ in Tauro inuẽtã, quicũque habuerint, regũ ac principum erunt familiares.cap.7.li.5.

Venerem in Leone inuentam, quicunque habuerint, poſt annos 45.erunt conuerſantes vt plurimũ cum nobilibus hominibus.cap.7.lib.5.

Venerem in Virgine inuentam quicunque habuerint, vt plurimum cum egenis & infimis hominibus ſociantur.cap.7.li.5.

Venere in Capricorno inuẽta, ante 27.annos flagitioſis potiſſimũ hominibus adiũgẽtur, ex quibus dedecus potius & infamiam conſequantur.c.7.li.5.

Venere in ſuo domicilio inuenta, homines erũt ſemper ab omnibus dilecti.cap.14.lib.5.

Mercurius in Ariete inuentus dabit plurimos amicos, ex quibus neceſſaria vitæ ſubſidia conſequãtur.cap.8.li.5.

Mercurio in Scorpione inuento, homines erunt cum potentibus ſociati, à quibus aliqua honorũ ac facultatũ emolumenta conſequentur.c.8.li.5.

Mercurius in domo Veneris inuentus, coniungit potentibus ac regibus, fido neceſſitudinis amore.cap.15.li.5.

*Annotationes particulares.* *De inimicis.*

Inimici duplices ſunt, occulti & aperti. Occulti ſunt, qui geſtu, vultu & verbis prę ſe ferunt beneuolentiam, ſed clam infeſtant. Aperti palàm aduerſantur, & ſe inimicos eſſe, aperta vi oſtendũt. Occultis domus duodecima: manifeſtis prædicendis, ſeptima ſeruit. Quod duplices ſint inimici.

Conſidera igitur pro inimicis tectis, ſignum duodecimæ domus, pro apertis, ſignum ſeptimæ, cum planetis, qui in illis verſantur, vel dominiũ habent, vel harum domorum cuſpides aſpiciunt, & ſignis, in quibus collocantur. His rectè examinatis, de inimicis ordine hæc membra examinanda ſunt. Vnde ſit iudicandũ de inimicis.

1 An natus ſit habiturus inimicos.
2 Quales ſint inimici futuri.
3 Qualis potentia inimicorum.
4 De victoria.

*De prima quæſtione. An natus habiturus ſit inimicos.*

Conſidera planetas conſtitutos in ſeptima, vel duodecima domo, & planetas qui luminaribus opponuntur. Quòd ſi plures in eis locis fuerint, portendunt plurimos inimicos & aduerſarios Contrà ſi pauci, aut nulli.

Cauda & caput Draconis Lunæ æquiparantur planetis.

Dominus primæ domus ſi fuerit in duodecima domo, vel dominus duodecimæ in prima, ſignificat multos inimicos.

Dominus ſeptimę domus in prima: aut dominus primæ ĩ ſeptima domo, ſignificat multos inimicos.

Omnibus iſtis adduntur Saturnus, Mars, & Mercurius. Mars enim apertas inimicitias, Saturnus & Mercurius occultas, & ſimulatione amicitię tectas ſignificant. Ex his facilimè colligi poteſt, vtrũ aliqui palàm vel clam nato ſint aduerſaturi.

Dominus duodecimæ domus ſi nõ aſpexerit dominum aſcendentis, ſignificat paucitatem inimicorum nati. Albohaly cap.36.

Dominus duodecimæ domus ſi fuerit in oppoſitiõe Solis, vel Lunæ, aut in horoſcopo fuerit, ſignificat multitudinẽ inimicorũ atq; ĩfeſtãtiũ natũ. Qđ ſi fuerit malus, erit inimicitia in vilib' reb': ſi verò fortuna, erit inimicitia ꝓ magnis reb' & altis. Idẽ aut.

Planeta ille, qui plures dignitates habuerit in duodecima domo, ſi fuerit fortuna, vel fortunatus, & aſpexerit dominum horoſcopi, ſignificat paucitatem inimicorum nati, & bonitatem ſui nominis apud homines. Idem autor vt ſupra.

Plures

Digitized by Google

Plures planetæ ſi fuerint in duodecima domo, habebit natus multos inimicos, ſecundum naturam cuiuſlibet planetæ. Auenaris in ratione duodecimæ domus.

Aquarius horoſcopus ſignificat quòd natus acquiret multos inimicos occultos, & ipſe ſibi erit cauſa prouocandarum inimicitiarum, ſolitudinis, & mœrorum. Hiſpalenſis cap. 18.

Pars inimicorum in angulis, grauia virorum potentum affert incommoda. In cadentibus verò paucitatem inimicorum ſignificat. Quæ pars accipitur de die & nocte à domino domus inimicorũ in gradum & minutum domus duodecimæ, & proiicitur ab aſcendente. Quæ pars congruit parti beſtiarum equitandarum.

*De ſecunda quæſtione. De qualitate inimicorum.*

Hoc iudicatur à natura planetarum, qui fuerint in ſeptima, aut duodecima domo conſtituti, & à dominis ſignorum ſeptimæ & duodecimæ domus, & à natura planetarum, qui opponuntur luminaribus, ſicut ſupra dictũ eſt in capitulo de amicis. Sed aduerte quod planetæ in ſeptima luminaribus oppoſiti ſignificant apertos inimicos: Duodecima verò occultos. Quando igitur idem planeta ſignificauerit ſimul amicos, & inimicos (quod fit, cum eſt dominus vndecimæ) & corpore conſtituitur in ſeptima, tunc homines, qui tali planeta ſignificantur, partim nato amici, partim inimici erunt, ſed tamen magis inimici. Quia plus valet præſentia planetæ in loco inimicitiarum, quam dominium abſentis, in loco amicitiarum. Sic contrà, ſi dominus duodecimę ſit in prima, magis amicos ſignificat quam inimicos futuros eos homines, qui ſub eo planeta continentur.

Cautela

Planetæ conſtituti in duodecima domo:

- Saturnus in duodecima domo, ſenes, ruſticos, ſeruos, & homines inutiles denotat:
- Iupiter verò honorabilium hominum, religioſorum, & iudicum inimicitias oſtendit.
- Mars autem, mulierum, violentorum hominum, latronũ, Piratarumque indicat.
- Sol, regum, principum, nobilium, & patris odia, inimicitiaſque minatur.
- Venus, Matris, fœmineique ſexus.
- Mercurius, magiſtrorum, ſapientum, eloquentium, & muſicorum, denotat.
- Luna, populorum, & ignobilium mulierum. Hæc Iudæi in ratione duodecimę domus.

Dominus ſeptimæ domus, ſi fuerit in aſpectu infortunato cum domino horoſcopi, aut cũ ſuo domino, ſignificat natum habiturum bellum cum homine. Et hoc erit ſecundum naturã domini domus ſeptimæ. Quod ſi fuerit Saturnus, indicat bellum cum coriariis, & infimis, aut ſeruis.

Iupiter ſi fuerit dominus ſeptimæ ſignificat bellum cum iudicibus, & hominibus fidei.

Mars vero ſi fuerit dominus ſeptimæ vt ſupra, ſignificat bellum cum latronibus, & expoliatoribus.

Sol autem vt ſupra, ſignificat bellum cum regibus & principibus.

Venus enim vt ſupra, ſignificat bellum cum caſtratis, & mulieribus.

Mercurius ſi fuerit, ſignificat bellum cum ſapientibus & ſcribis.

Luna ſi fuerit, ſignificat quod cum omnibus hominibus nato bella inerunt. Auenaris in ratione ſeptimæ domus.

Mars ſi fuerit in aſpectu oppoſito, vel quadrato cum ſigno aſcendentis, aut eius domino, natus præliabitur cum ſuis fratribus, & poteris ſcire quis vincet, vt poſtea declarabo. Auenaris in ratione tertiæ domus.

Vuelius dixit, Si aſcendendens fuerit Aries, plures lites erunt cum hominibus legum.

Taurus ſiquidem fuerit, erit exoſus propter accuſationem.

Si Gemini aſcenderint, odient ipſum gentes propter mala opera commiſſa.

Si Cancer fuerit aſcendens, plures hominum odient eum, & hoc eſt verum, quoniam Luna domina aſcendentis ſignificat omnem hominem.

Et hoc ſimiliter ſignificat Leo, cùm fuerit aſcendens natiuitatis.

Virgo ſi fuerit aſcendens, habebit litem cum hominibus magnis & eo maioribus.

Libra ſi fuerit aſcendens, litigabit natus cum ſapientibus.

Scorpio ſi fuerit aſcendens, plures litium nati erunt cum mulieribus.

Sagittario aſcendente, plura erunt bella cum hominibus.

Capricorno aſcendente, plures lites erunt cum hominibus legum.

Aquario aſcendente, odiet ſeipſum, & cauſabit ſibimetipſi.

Piſcibus aſcẽdentibus, litigabit cũ pluribus ſuorum amicorum. Auenaris in ratione 12. domus.

*Ex qua cauſa inimicitiæ aduenient.*

Dominus aſcendẽtis ſi reperiatur in duodecima domo, ipſemet natus inimicitias ſibi comparabit.

Dominus ſecundæ domus ſi fuerit in duodecima, propter pecunias ſæpe ei inimicitiæ aduenient.

Dominus tertiæ domus in duodecima, propter fratres aut ſorores, extra patrios lares, vel in paruis itineribus, inimicos habebit occultos.

Dominus quartæ domus in 12. ſi reperiatur, cum parentibus aderunt odia & inimicitiæ, aut propter res ſtabiles.

Dominus quintę domus ſi fuerit in 12. cauſa filiorum, vel filium pater odio proſequetur.

Dominus ſextæ domus ſi fuerit in 12. cauſa ſeruorum, vel ancillarum & paruorum animalium.

Dominus ſeptimæ domus ſi fuerit in 12. cauſa vxoris, vel cum vxore aut ſociis in aliquo negotio.

Dominus octauæ domus ſi fuerit in 12. propter hæreditates mortuorum, aut ex dote vxoris lites.

Dominus nonæ domus ſi fuerit in 12. cum extraneis aut religioſis, vel in longis itineribus.

Dominus decimæ ſi fuerit in 12. propter principes, vel regem iráſq; potentiorũ inimicitiæ aderũt.

Dominus vndecimæ domus ſi fuerit in 12. propter amicos & ſocios, vel ipſorum gratia, natus habebit lites.

Dominus duodecimæ ſi fuerit in duodecima domo, plurimæ inimicitiæ accident nato in die illi planetæ deputato. Hæc Iudæi in ratione 12. domus.



Digitized by Google

Dominus { Tertiæ, Quartæ, Quintæ, Sextæ, Nonæ, Decimæ, Vndecimæ, Duodecimæ } Si aliquis eorum in ſeptima domo fuerit, ſignificat quod quicunque ex ipſis fuerit in ea, erunt inimici talis nati ex natura illius planetę, qui erit infenſus nato, niſi receptio perfecta interueniat ex trino, vel ſextili. Vt ſi dominus tertiæ in ſeptima fuerit, aduerſabuntur ei fratres. Si nonæ dominus, religioſi. Si decimæ, huius dominus, & forte à tali domino pulſus, aut in exilium miſſus fuerit, vel captiuabitur.

*De inimicorum potentia.*

De potentia inimicorum conſidera ſupradictos ſignificatores: quòd ſi fuerint benigni planetę, ſignificant potentes inimicos. Planetæ maligni denotant viles & obſcuros.

Tam benigni quàm maligni ſi fuerint in angulis, potentes: in ſuccedentibus, mediocres: in cadentibus, viles hoſtes decernunt.

Item ſi fuerint conſtituti in dignitatibus eſſentialibus, vt in domo & exaltatione ſua, potentes hoſtes ſignificant: peregrini, in ſuis detrimentis, vel caſibus obſcuros. In triplicitatibus, terminis, aut finibus, mediocres hoſtes.

Ex collatione igitur harum trium conditionum potentia aut obſcuritas inimicorum colligi poteſt.

Dominus duodecimæ domus, & dominus aſcendentis ſi ſe mutuo beneuolè aſpiciunt, ſignificantur pauca, aut nulla damna ab inimicis. Albohaly c. 36.

Dominus duodecimæ domus ſi fuerit in angulo vel in ſuccedenti, & ibi aliquam dignitatem obtinuerit, ſignificat nobilitatem & fortitudinem inimicorum. Si verò cadens & peregrinus fuerit, vel ſub radiis Solaribus, vel in deſcenſione ſua, ſignificat inopiam & malum ſtatum inimicorum. Idem autor vt ſupra.

Si in duodecima domo vna ex duabus fortunis fuerit, & habuerit ibidem aliquam dignitatem, ſignificat quòd aduerſarij eius erunt boni homines, qui ei non nocebunt. Idem autor vt ſupra.

Capricornus in duodecima, & Aquarius in prima domo, ſignificant quod aliqui hoſtes vltro amicitiam nati expoſtulabunt.

*Vtrum natus ſuos inimicos & aduerſarios vincet, aut ab iis vincetur.*

Conſidera hæc, quando dominus ſeptimæ domus fuerit in decima, aut dominus decimæ domus in ſeptima, ſignificat victoriam nati ab inimicis & aduerſantibus.

Dominus duodecimæ domus ſi fuerit in decima, aut dominus decimæ in duodecima domo, idem ſignificat. Tales ſunt geneſes Franciſci Regis Galliarum & ducis Mauricij Electoris, qui aliquot inſignibus victoriis clari fuerunt. Natiuitatem ergo Franciſci vide ſupra in cap. de periculis, & Mauricij ibidem.

Dominus duodecimæ domus retrogradus, aut in ſuo caſu, vel detrimento, & in ſexta domo, ſignificat victoriam, vt in geneſi Maximiliani primi imperatoris: Mercurius dominus duodecimæ in Ariete, eſſentiali dignitate Martis retrogradus multas præclaras victorias ei ſignificauit. Hanc natiuitatem vide ſupra cap. de carceribus.

Luminaria, præſertim conditionarium, vt interdiu Sol, in nocturna genitura Luna, ſi conſtituatur in eſſentiali dignitate Martis, & ſit cum eo in ſignis permutatis, extra octauam tamē domū, manifeſtam victoriam decernit. Sic in genitura Caroli V. Imperatoris, Luna & Mars ſeſe recipiebant ex exaltatione, & angulis, quæ conſtitutio fœlices, & memorabiles victorioſos exitus bellorum ſignificauit. eius natiuitatem vide cap. 6. lib. 5. quadripartiti vt ſup.

Sic in themate Maximiliani I. Imperatoris, Mars & Sol, ſe ſe trigono recipiunt. Idem poſitus eſt in themate Henrici Iunioris, Ducis Brunſuuicenſis. Eius natiuitas eſt in cap. de carceribus.

Mars idem ſignificat, circundans alterum luminare, fortior exiſtens cæteris planetis. Talis eſt cōſtitutio in themate Maximiliani I. Imperatoris, Caroli V. Imperatoris, Landgrauij Philippi, Haſſię Ducis, Henrici Brunſuuicenſis, &c. quorum themata vide ſuis in locis.

Dominus ſeptimæ domus ſi fuerit vnus de planetis ſub Sole, & dominus aſcendentis non fuerit retrogradus, nec ſub luce Solis, nec in domo lapſa, vincet natus ſuos aduerſarios ſemper. Hiſpalenſis cap. 18.

Dominus ſeptimæ domus ſi fuerit vnus de planetis ſupra Solem, nec fuerit ſub luce Solis, nec retrogradus, nec in domo lapſa, vincetur natus ab inimicis. Idem autor vt ſupra.

Dominus duodecimæ domus ſi fuerit in aſcendēte, ipſe ſuperabit ſuos inimicos. Idē autor vt ſu.

Dominus aſcendentis ſi fuerit in duodecima domo, habebit natus infortunia multa ex inimicis. Idem autor vt ſupra.

Dominus aſcendentis ſi fuerit aliquis ex planetis ſub Sole, & habeat vim multā, vt ſi fuerit in ſua domo aut honore, vel in angulo, natus non poterit vincere aduerſarios ſine adminiculo alicuius planetę ſupra Solem exiſtentis, vt tribuat illi vim ſuā, vel ſi fuerit ipſe in aſcendente. Idem autor vt ſupra.

Dominus aſcendentis fortis, ſignificat de inimicis victoriam.

Dominus aſcendentis ſi applicat planetæ exiſtenti in duodecima, ſignificat quod natus primo ſe applicabit ad cōcordiam cum ſuis inimicis occultis.

Dominus duodecimæ infortunatus ex malis locis ab aliquo malorum, ſignificat natum ſuperaturū ſuos inimicos. Si autem fortunatus ſic fuerit, contrarium ſignificat, & quod inimici conſequentur victoriam contra eum.

Dominus 12. domus fortis, ſignificat natum ab aduerſariis ſuperari.

Dominus partis inimicorum in aſcēdente, ſignificat ꝙ multi inimicorū occultorū reconciliabuntur ei vltro ſua ſponte, ex ſe moti ad hoc.

Pars inimicorum ſi fuerit combuſta, vel eius dominus, natus multa ab inimicis occulta detrimenta percipiet, aut toxico, vel faſcinatione, vel accuſationibus. Si autem ſit in duodecima, miſeriam nati prodit. Et ſi ab infœlicibus ſtellis aſpiciatur, erit prima ætate valetudinarius.

Pars

Digitized by Google

Pars inimicorum in duodecima domo, affert malum inimicis, bonum verò nato.

Infortuna in duodecima domo quando fuerit, ſignificat detrimẽtum inimicorum. Albohaly. c. 36.

Si aliquis malorum fuerit in duodecima domo infortunatus ab aliquo malorum, & ex locis malis, ſignificat proſperitatem nati contra inimicos, & aduerſitatem illorum deſignat. Idem vt ſup.

Si aliqua fortunarum fuerit in duodecima domo, vel dominus duodecimæ applicuerit alicui illarum, ſignificat fortitudinem & proſperitatem, atque victoriam inimicorum aduerſus natum. Idem autor vt ſupra.

Si altera infortunarum in duodecima, & altera in ſexta fuerit, natus interficietur ab inimicis.

Saturnus in Cancro, ſignificat quòd natus erit contrarius aliis hominibus in omnibus eorum factis.

Saturnus & Mars in vndecima domo faciunt natum effuſorem ſanguinis, & forſitan alicuius amici.

*Ex duobus vter vincet.*

Si principans fuerit in loco ſeptimæ domus, & Almuten natiuitatis coniungantur, & vis ſcire vter eorum ſuperabit, reſpice vter planetarum fuerit propinquior loco ſuæ Augis reſpectu circuli eccẽtrici: ſuperabit enim diſtantem à loco ſuæ Augis. Et itidem ſimiliter aſpice illum eorum qui fuerit propinquior loco augis parui circuli, qui ſuperabit inferiorem ſe. Et iterum reſpice an vnus eorũ fuerit in Ecliptica, & alter verſus Septentrionem: nam Septentrionalis ſuperabit. Et iterum melius, ſi vnus fuerit Septentrionalis, & alius Meridionalis, Septentrionalis ſuperabit. Et ſi ambo fuerint Septentrionales, aſpice habentem maiorem latitudinem, quoniam alterum vincet, habentem minorẽ latitudinem. Quòd ſi ambo fuerint Meridionales, ſemper ille vincet, qui minorem habuit latitudinem ſuo ſocio, & directus planeta ſuperabit retrogradum. Et planeta, contra quem reſpicit Sol, ſuperabit combuſtum, aut illum qui fuerit ſub radiis Solis. Et exiſtens in loco poteſtatis ſuæ, vincet illum, qui fuerit in loco, in quo omnino caret poteſtate.

Si autem principans in loco ſeptimæ domus & Almuten natiuitatis non coniungantur, ſit tamen inter eos aſpectus: reſpice eum, qui fuerit in domo decima: quoniam vincet illum, qui fuerit in aliis angulis tribus. Et qui in domo prima, illum qui fuerit in aliis duobus angulis. Et exiſtens in ſeptima ſuperabit illum, qui fuerit in domo quarta. Quod ſi vnus planetarum ſuperior, alter quidem inferior, ſemper ſuperior inferiorem ſuperabit. Auenaris in ratione ſeptimæ domus.

*Annotationes vniuerſales.*

Dominus primæ domus in duodecima fortunatus, ſignificat quòd inimici nati multiplicabuntur.

Dominus tertiæ domus ſi fuerit in ſexta, natus cũ fratribus mutua exercebit odia, & iniurias pares referet paribus.

In duodecima domo, ſignificat quod fratres erunt inimici nato.

Dominus ſextæ domus in octaua, ſignificat mortem inimicorum nati ac ſeruorum.

In duodecima, ſignificat quod homines viles & malæ progeniei odio habebunt natum.

Dominus 7. domus ſi fuerit

- In prima domo, ſignificat nato euenire contentiones multas, & quòd contra ipſum mouebuntur lites & diſcordiæ.
- In ſecunda domo, natus mortem inimicorum videbit, & ſuſcipiet contentiones ac lites in cauſis ſubſtantiæ & diuitiarum.
- In tertia domo, ſignificat nato euenire contentiones in cauſis fratrum.
- In quarta domo, ſignificat nato contentiones in cauſis parentum.
- In quinta domo, ſignificat contentiones in cauſis filiorum.
- In ſexta domo, ſignificat contentiones in cauſis animaliũ minorũ, vel ſeruorũ.
- In ſeptima domo, ſignificat contentiones multas in cauſis mulierum, vel amaſiarum.
- In octaua domo, ſignificat contentiones multas in cauſis hæreditatum mortuorum.
- In nona domo, ſignificat contentiones multas in cauſis fidei.
- In decima domo, euenient contentiones in cauſis honoris & officij.
- In vndecima domo, ſignificat contentiones multas in cauſis fortunij.
- In duodecima domo, ſignificat contentiones & lites multas in cauſis hoſtiũ & inimicorum.

Dominus octauæ domus ſi fuerit in vndecima, accident nato rixę, & maleuolentia cũ his, quos habuerit amicos.

In duodecima domo, ſignificat quòd natus habebit multos inimicos, à quibus oppugnabitur.

Dominus vndecimæ domus, in prima, ſignificat quòd natus vincet aduerſarios ſuos.

Dominus 12. domus ſi fuerit

- In prima domo, natus erit laborioſus, & debellatus, & habebit multos inimicos, & præſertim domeſticos, & accident nato anxietates ab inimicis in principio vitæ ſuæ. Significátq; multitudinẽ triſtitiæ & anguſtiæ. Et ꝙ natus habebit multos inſidiantes, & inſidias, quæ nocebunt nati corpori & ſpiritui.
- In ſecunda domo, natus habebit inimicitias propter ſubſtantiam.
- In tertia domo, ſignificat quod nato auerſabuntur fratres, & accident nato ex illis anxietates & labores, & conciliabit ſibi hoſtes in cauſis fratrum, & habebit natus inimicitias in itineribus breuibus.
- In quarta domo, ſignificat quòd auerſabuntur eum parentes, & rixabuntur cum eo conſanguinei & progenies eius: habebitque inimicitias in cauſis rerum immobilium.
- In ſexta domo, ſignificat inſidias in cauſis animalium minorum, & multitudinem triſtitiæ.



Digitized by Google

In ſeptima domo, ſignificat quòd meretrices auerſabuntur eum, & accident ei moleſtiæ ac labores ex eis, ſentietque triſtitiam & anguſtiam atque inſidias in cauſis vxoris.
In octaua domo, paucos inimicos habebit, & multitudinem triſtitiæ & anguſtiæ, atque inſidias in cauſis hæreditatum mortuorum.
In nona domo ſignificat multitudinem triſtitiæ & anguſtiæ & inſidias in cauſis ſpiritualibus fidei & religionis.
In decima domo, habebit multitudinē triſtitiæ & anguſtiæ & inſidias in cauſis honoris & dignitatis.
In vndecima domo, ſignificat multitudinem triſtitiæ, & inſidias in cauſis fortunæ.
In duodecima domo, inuidos habebit natus plurimos, & paucos amicos, & quòd inimici nec detegent inimicitiam, nec nocebit ei malum, vel inimicitia eorum, ſed quod triſtitiam, anguſtiam, & inſidias in cauſis multorum inimicorum ſentiet, & vilipendet inimicos ſuos, quia non poterunt ipſi nocere.

Saturnus in tertia domo, ſignificat odium inter fratres & deſtructionē eorum, vel quòd non habebit niſi vnum, & ſi haberet aliquem, ſemper erit in diſcordia cum ipſo.

Saturnus in quinta domo, ſignificat contentionem cum legatis.

Saturnus in ſeptima domo extra domum vel regnum ſuum, ſignificat quod natus videbit ruinam ſuorum inimicorum. In domo autem vel exaltatione dat potentes inimicos.

Saturnus in duodecima domo extra domum, & regnū ſuum, ſignificat multitudinem anguſtiæ, tribulationem ex cauſa inimicorum, & ſignificat impedimentum à Rege, & quod capietur ab inimicis.

Saturnus in domo Iouis in nocturna natiuitate, dat contentionem cum nobilibus.

Iupiter in ſeptima domo, ſignificat victoriam ſuper omnes inimicos.

Iupiter in octaua domo, ſignificat quod natus cadet in manus inimicorum: ſed de hoc habebit finē laudabilem.

Iupiter in duodecima domo extra domum & regnum ſuum, facit vt creſcant inimici nato, & grauamen habeat à viris altis & potentibus. Nam dat inimicos fortes, & potentes nato nocituros. In domicilio ſuo vel regno erit contrarium.

Mars in tertia domo, ſignificat inimicitiam fratrum & interfectionem eorum inter ſe, vel facit mori omnes fratres nati, & quod ſemper ſtabit in lite cum fratribus.

Mars in domo ſeptima in ſuo domicilio vel regno, dat potentes inimicos.

Mars in decima domo extra domum & regnum ſuum dat nato inimicitias omnium ſuorum conſanguineorum. In domo vel regno ſuo, efficit, quod natus faciet multas rixas & lites, de rebus quæ non pertinent ad ipſum.

Mars in vndecima domo extra domum vel regnum ſuum, dat nato inimicitias cum amicis.

Mars in 12. domo, dat nato multos inimicos, ſed obruet illos. Significat etiam, quod inimici nati extollent ſe ſuper eum, & facient ei malum. Si autem Mars fuerit fortis, ſi verò debilis, eruntdebiles, nec ei nocere valebunt.

Sol in ſexta domo, ſignificat faſtidium propter ſeruos ignobiles, & tribulationem: natus tamen benefaciet illis.

Sol in ſeptima domo, ſignificat contrarietatem à potentibus & diuitibus.

Sol in duodecima domo, ſignificat inimicitias à regibus, potentibus, principibus, ac magnis viris, & quod ab eis patietur anguſtias & tribulationes, & habebit à ſeruitoribus tribulationes, & per homines conditionis vilis.

Venus in ſexta domo, ſignificat tribulationem per ſeruos & ancillas.

Venus in ſeptima domo, ſignificat paucitatem contentionis, ſeu rixarum.

Venus in 12. domo, dat nato faſtidium & rumores cauſa mulierum, aut propter amorem mulierū de vili conditionē.

Venus ſi fuerit in domo Iouis, habebit natus aliquando rixas cum ſuis.

Mercurius in quarta domo, ſignificat mœrorem, contentionem, vel faſtidium & verba cum ſuis.

Mercurius ſi fuerit in 7. domo, contemptores nati erunt aſtuti multum, & ſignificat contentionem à mulieribus & luxuriam. Si verò Mercurius cum Marte fuerit, vel cum Saturno, habebit natus potētes inimicos.

Mercurius in octaua domo, ſignificat inimicitias maximas à vicinis, & mendacia cauſa mortuorum notat, ac facit infortunatos propter inimicitias.

Mercurius in duodecima domo, ſignificat quòd natus habebit inimicitias à doctis, & ſimilibus Mercurialibus, & habebit multos inimicos.

Luna in ſexta domo, dat nato rixas cum conſanguineis, & cōtentiones, & inimicitias cum muliere.

Luna in 7. domo infortunata ſignificat multitudinem contentionis: Fortunata verò, quod inimici non poterunt nocere ei.

Luna in octaua domo, ſignificat interitum, depoſitionem à rege, falſum teſtimonium, rixas & fugam, & quod perſequentur natum magni viri, & erit falſificator teſtimoniorum contra ipſum.

Luna in duodecima domo, multiplicat inimicos.

Caput Draconis in duodecima domo, dat nato inimicos occultos, potentes, & infortunium in ſeruis.

Cauda Draconis in tertia domo, ſignificat, quòd natus habebit rixas cum conſanguineis vicinis.

Cauda Draconis in ſexta domo, ſignificat, quòd natus erit infortunatus in ſeruis, qui erunt malæ voluntatis in dominum, vel natus habebit incommodum ratione ſeruorum.

Cauda Draconis in ſeptima domo, ſignificat inimicos publicos, & detrimentum, & euacuationem inimicorum.

Cauda Draconis in duodecima domo, dat ruinam inimicorum.

Ex Albu

Digitized by Google

EX ALBUBATRE.

*Capitulum in duodecima domo, quæ eſt inimicorum ſignificatrix.*

Aſpice pro inimicis nati ad duodecimam domum, & eius dominum, & ad partem inimicorum & eius dominum, ad Saturnum, & ad planetam in duodecima domo exiſtentem, nec non ad planetã qui in dictis locis maiorem fortitudinem ac dominium habuerit.

Et ſciendum eſt, quòd ſi in domo inimicorum fuerit ſignum commune & dominus eius, necnon pars inimicorum, & eius dominus in ſigno cõmuni fuerit, natus multos habebit inimicos.

Quando plures planetæ in domo inimicorum fuerint, inimici nati erunt multi, & ſtatus eorum in debilitate, aut fortitudine erit, ſecundum ſtatũ dictorum planetarum.

Quando Gemini fuerint ſignum domus inimicorum, inimici nati erunt multi, ſed debiles, ita quod non poterunt ei nocere.

Quando Cancer ſignum domus inimicorũ fuerit, natus erga inimicos ſuos humiliabitur, & eos multum timebit.

Quãdo Leo fuerit ſignum domus inimicorum, natus fortioribus ſe inimicabitur, ac eos multum timebit.

Quando Libra fuerit ſignum domus inimicorũ, natus multos habebit inimicos, & non inimicabitur ei aliquis, qui cum eo non litiget.

Quando Piſces ſignum dictæ domus fuerit, natus inimicos ſine culpa habebit, eritque omnibus inuidioſus.

Quando planetę ſignificantes inimicos, dominum aſcendentis ac planetam, qui maius dominiũ in natiuitate habet, aſpexerint, inimici nati & eius aduerſarij multiplicabũtur, & ſtatus eorum in debilitate aut fortitudine erit, ſecundum ſtatum dictorum planetarum.

Quando planeta in domo inimicorũ dominus fratrum fuerit, maior pars inimicorum nati erit ex fratribus ipſius, vel propinquis, aut ex hominibus ſuæ domus.

Et ſi dominus domus patrum fuerit, parentes erunt ei inimici. Et ita dic de alijs hominibus, ſecundum eam naturam, & ſignificationem. Nam ſi dominus domus inimicorum in ipſa domo fuerit, natus ſibi inuidebit, & paucos habebit inimicos, qui aduerſus eum inimicitiam ſuam non detegẽt, nec palàm ei nocebunt, ſed inimicitia eorum erit occulta.

Quando dominus domus inimicorum in aſcendente fuerit, natus erit laborioſus, ac multos habebit inimicos, qui in principio ſuæ vitæ anxietates ei inferent. Et ſi in ſecunda domo fuerit, natus erit malorum operum, ac malæ vitæ, atque ſtatus, dicẽturque de eo verba mala, & mendacia multa. Et ſi in octaua domo fuerit, natus paucos habebit inimicos, & hæreditabitur ex eo ſubſtantia multa: & ſi in nona domo fuerit, fratres eius ab inimicis grauamina recipient. Quòd ſi Saturno exiſtente in nona, iter arripuerit, habebit in eo moleſtias, ac malę legis erit.

Quando dominus aſcendẽtis in duodecima domo fuerit, natus ſibimet erit inimicus, & magis ſe offendet, quàm alius.

Quando pars inimicorum ab infortunis libera, in aliquo angulorum fuerit, & dominus eius ſimiliter, natus viris potẽtibus, ac ipſo fortioribus inimicabitur eueniétque ei labor & malum, & erit hæc ſignificatio fortior, ſi dominus aſcendentis ſit infortunatus.

Quando pars inimicorum in tertia, quinta, nona vel ſecunda domo fuerit, inimici nati fortunã ſupra eum non habebunt, eritque paucorum inimicorum. Et hæc ſignificatio fortior erit, ſi dicta pars in tertia vel nona domo fuerit, nam tunc inimici nati erunt religioſi, aut paucæ offenſionis. Et ſi cum hoc quòd dicta pars ſit infortunata, inimici nati erunt incantatores, aut qui cum dæmonibus loquentur.

Quando pars inimicorum in ſecũda domo fuerit, amici nati fiẽt ei inimici. Et ſi in quinta domo fuerit, filij ſui ei inimicabuntur. Et ſi in ſecũda, ſexta, octaua vel duodecima domo fuerit, natus erit paucorum inimicorum, & ei non nocebũt, niſi dominus dictæ partis infortunatus fuerit, ac dominũ aſcendentis, & dictam partem infortunauerit. Et ſciendum eſt, quòd inimicitia erit de natura illius domus, in qua dicta pars fuerit. nã ſi in ſecunda domo fuerit, erit inimicitia cauſa pecunię, ſi in ſexta, cauſa ſeruorum, ſi in octaua cauſa hæreditatũ mortuorum, & ſi in duodecima domo fuerit, cauſa inuidiæ.

Nota de morte

Quando dominus cõiunctionis vel prę uentionis natiuitatem præcedentis, in duodecima domo fuerit, natus ſubito morietur.

Quando Saturnus vel Mars dominus duodecimæ domus exiſtens in aſcendẽte fuerit, natus magnum deſiderium venandi habebit, & forte à fera vel tarte interficietur.

Quãdo caput draconis, Sol, Luna & Mercurius in duodecima domo fuerint, magnas ac fortes infirmitates ſignificant, aut fractionem oſſium, vel cæcitatem, vel cõbuſtionem, & quòd natus mala morte morietur, aut per manus inimicorum ſuorum interficietur malignè, præſertim ſi Saturnus cum eiſdem in duodecima domo fuerit.

*De natis qui inimicos ſuos in poteſtate ſua habebunt.*

Quando Mercurius in loco ſuo fortis ac fortunatus fuerit, natus inimicis ſuis reſiſtere poterit, & eos ſubiugare.

Quando Mars & Venus in occidente vel in angulo terræ fuerint, natus ſuper inimicos ſuos confortabitur, eique humiliabuntur, ac ad pedes eius venient.

Quando dominus duodecimæ domus combuſtus vel impeditus fuerit, ſiue cadens aut peregrinus, ſeu ab aliqua infortuna infortunatus, inimici nati erunt pauci, & ad miſeriam venient, intrabitq; ſuper illos metus.

Quando aſcendens dominum duodecimæ domus non aſpexerit, natus paucos habebit inimicos.



Digitized by Google

Quando planeta, qui maiorem poteſtatem in aſcendente habuerit, planetam teſtimonia ſignificatorum inimicorum coniungentem ſuperauerit, natus ſuper inimicos ſuos confortabitur, qui ſub pedibus ipſius erunt, & quod volet, ex eis habebit.

Quãdo Venus horum planetarum alrerum nõ aſpexerit, natus ab inimicis ſuis euadet, & in otio & pace ſine metu viuet.

Quando aliqua duarum infortunarum in domo inimicorum fuerit, & dominus domus inimicorum à malo loco ab aliqua infortuna infortunatus, natus quod deſiderabit de inimicis ſuis habebit.

Quando fortuna in aliqua dignitatum ſuarum exiſtens in duodecima domo fuerit, inimici nati erunt boni ac iuſti, & ipſe ab eis euadet. Et ſi infortuna ibi fuerit, inimici nati erunt mali.

Quãdo dominus domus partis inimicorum domino aſcendentis bono aſpectu applicuerit, inimici nati cum nato amicabuntur, & coram eo humiliabuntur, ſi Deus voluerit. cap. 206.

*Ex Materno.*

Saturnus per noctem in ſecunda domo ſignificat quòd natus erit concitator maximarum turbarum & frequentium. cap. 3. lib. 3.

Saturnus per noctem in nona domo conſtitutus faciet odia dominorum, præſertim ſi Luna lumine diminuto ad eum feratur quacunque radiatione, maiora à dominis ei qui ſic natus fuerit, decernuntur mala. cap. 3. lib. 3.

Saturnus in Ariete cõſtitutus, fratres acerbis inimicitiarum odiis exaſperat. cap. 3. lib. 5.

Saturnus in Geminis inuẽtus decernit nato maximos aduerſarios in cauſis, ac certaminibus.

Saturnus per noctem in domicilio Iouis, diſcordes cum nobilibus viris, vrbiſque primatibus inimicitias, contentioneſque decernit. cap. 10. lib. 5.

Saturnus quadratus ad Martem, ſi Saturnus inferior fuerit, & Mars ſuperior, à domeſticis vuln' indignæ famæ ſemper impingit. cap. 10. lib. 6.

Saturni & Martis oppoſitus domeſticarũ inimicitiarum decernit incommoda. cap. 17. lib. 6.

Iupiter in octaua domo inuentus inimicos maximos facit, & ſeditiones frequenter ex populo, & malitioſis ſemper ætatibus occupatos. cap. 4. li. 3.

Iupiter in duodecima domo inuentus maximas decernit fœlicitates: facit natos ſuper inimicos potentes, & qui eos crebra poteſtate deterreant: præſertim ſi horoſcopum maleuola ſtella poſſederit: vel in ſeptima domo ſic conſtituto Ioue, Mars fuerit inuentus. cap. 4. lib. 3.

Iouem in Ariete inuentum quicunque habuerint, in omnibus cauſis, cauſarumque certaminibus victores exiſtunt. cap. 4. lib. 5.

Iupiter in Cancro inuentus, ſi ad ſignum Leonis tranſitum fecerit, ſignificat natum imperare plurimis hominibus, & quòd tunc omnium aduerſariorum ſuperabitur improbitas. cap. 4. lib. 5.

Iupiter & Mercurius coniuncti victorem notãt in cauſis. cap. 26. lib. 6.

Iouis ad Solem quadratus, ſi Sol in dextro loco fuerit, & Iupiter in ſiniſtro, ſignificat quòd natus vicinis erit odio. cap. 11. lib. 6.

Mars in duodecitma domo per diem inuentus dat nato multos aduerſarios. cap. 5. lib. 3.

Martem in Scorpione inuentum, quicunque habuerint, homines erunt potentes, fortes, audaces, & qui omnibus facilè inimicis ſuis dominentur. cap. 5. lib. 5.

Martem in Piſcibus inuentum, quicunque habuerint, erunt hominum interfectores, ac nullâ ſeruata legis æquitate, aduerſantium ſibi ſuperatores. cap. 5. lib. 5.

Martem in domo Veneris inuentum, quicũque habuerint, aliqua inimicorũ proditione ſublati, biothanati morientur. cap. 12. lib. 5.

Solem in Cancro inuentum, quicunque habuerint, tunc inimicos ſuos timeant: nam de facili quidem ab eis ſuperabuntur, eruntque in multis laboribus conſtituti. cap. 6. lib. 5.

Sol in Aquario inuentus, dabit nato plurima damna cauſa inimicorum, & fortè etiam ſubſtãtiæ deſtructionem. cap. 6. lib. 5.

Venus in quinta domo facit in omni congreſſione victores, & quibus gratia victoriarum premia conferantur in omnibus potentes. cap. 7. lib. 3.

Venus in nona domo ſi fuerit inuẽta cum Marte, vel ſi Mars eam reſpexerit de quadrato vel de diametro, nati habebunt plurimos inimicos. cap. 7. lib. 3.

## TEXTVS.

### Περὶ ξενιτείας.

Ὁ δὲ περὶ ξενιτείας τόπος καταλαμβάνεται, διὰ τῆς τῶν φώτων πρὸς τὰ κέντρα στάσεως, ἀμφοτέρων μὲν μάλιστα δὲ τῆς ☾. δύνουσα γὰρ ἢ ἀποκεκλικυῖα τῶν κέντρων, ξενιτείας καὶ τόπων μεταβολὰς ποιεῖ, δύναται δὲ τὸ παραπλήσιον ἐνίοτε, καὶ ὁ τοῦ ♂, ἤτοι δύνων καὶ αὐτὸς, ἢ ἀποκενκλικὼς τοῦ κατὰ κορυφὴν, ὅταν τοῖς φωσὶ, διάμετρον ἢ τετράγωνον ἔχῃ στάσιν. ἐὰν δὲ καὶ ὁ κλῆρος τῆς τύχης ἐν τοῖς ποιήσασι τὴν ἀποδημίαν ζωδίοις ἐμπέσῃ, καὶ τοὺς βίους ὅλους, καὶ τὰς ἀναστροφὰς καὶ τὰς πράξεις, ἐπὶ τῆς ξένης ἔχοντες διατελοῦσιν, ἀγαθοποιῶν μὲν οὖν ἐπιθεωρούντων τοὺς εἰρημένους τόπους, ἢ ἐπιφερομένων αὐτοῖς, ἐνδόξους ἔχουσι καὶ ἐπικερδεῖς τὰς ἐπὶ τῆς ξένης πράξεις, καὶ τὰς ἐπανόδους ταχείας καὶ ἀνεμποδίστους, κακοποιῶν δὲ, ἐπιπόνους,

καὶ ἐπι

καὶ ἐπιβλαβεῖς, καὶ ἐπικινδύνους, καὶ ἐπανόδους βραδείας, τῆς συγκρατικῆς ἐπισκέψεως, πανταχῆ συμπαραλαμβανομένης κατ' ἐπικράτησιν τῶν τοῖς αὐτοῖς τόποις συσχηματιζομένων. καθάπερ ἐν τοῖς πρώτοις διωρισάμεθα, ὡς ἐπίπαν δὲ, ἐν μὲν τοῖς τῶν ἑῴων τεταρτημορίων ἀποκλίμασιν ἐκπεσόντων τῶν φώτων εἰς τὰ πρὸς ἀνατολὰς καὶ μεσημβρίαν μέρη τῶν οἰκήσεων, τὰς ἀποδημίας γίνεσθαι συμβαίνει. Ἐν δὲ τοῖς τῶν λιβυκῶν, ἢ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ δύνοντι, εἰς τὰς πρὸς ἄρκτους καὶ ἐν δυσμαῖς, κἂν μὲν μονοειδῆ τύχῃ τὰ τὴν ξενιτείαν ποιήσαντα ζῴδια, ἤτοι αὐτὰ, ἢ οἱ οἰκοδεσποτήσαντες αὐτῶν ἀστέρες, διὰ μακροῦ καὶ κατὰ καιροὺς ποιήσουσι τὰς ἀποδημίας. ἐὰν δὲ δίσωμα, ἢ δίμορφα, συνεχῶς καὶ ἐπὶ πλεῖστον χρόνον. ♃ μὲν οὖν καὶ ♀ κύριοι γινόμενοι, τῶν τὴν ξενιτείαν ποιούντων τόπων καὶ φώτων, οὐ μόνον ἀκινδύνους ἀλλὰ καὶ θυμήρεις ποιοῦσι τὰς ἀποδημίας, ἤτοι γὰρ ὑπὸ τῶν προεστώτων ἐν ταῖς χώραις, ἢ διὰ φίλων ἐνεργείας παραπέμπονται. συνεργούσης αὐτοῖς. τῆς τε τῶν καταστημάτων εὐαερίας, καὶ τῆς τῶν ἐπιτηδείων ἀφθονίας. προσγινομένου δὲ αὐτοῖς καὶ τοῦ τοῦ ☿ πολλάκις καὶ δι' αὐτῆς τῆς εἰρημένης συντυχίας ὠφέλειαι καὶ προκοπαὶ καὶ δωρεαὶ προσγίνονται. ♄ μὲν, καὶ ♂ ἐπιλαβόντες τὰ φῶτα, καὶ μάλιστα ἂν διαμηκίσωσιν ἀλλήλους, τά τε περιγινόμενα ποιήσουσιν ἄχρηστα, καὶ κινδύνους περικυλίουσι μεγάλους, ἐν μὲν τοῖς καθύγροις τυχόντες ζῳδίοις, διὰ δυσπλοιῶν καὶ ναυαγιῶν, ἢ πάλιν διὰ δυσοδιῶν καὶ ἐρημῶν τόπων, ἐν δὲ τοῖς στερεοῖς, διὰ κρημνισμῶν, καὶ ἐμβολῶν πνευμάτων. ἐν δὲ τοῖς τροπικοῖς καὶ ἰσημερινοῖς, δι' ἐνδείαν τῶν ἐπιτηδείων, καὶ νοσώδεις παρασταθεῖς. ἐν δὲ τοῖς ἀνθρωποειδέσι διὰ λῃστήρια καὶ ἐπιβουλὰς, καὶ τυραννήσεις, ἐν δὲ τοῖς χερσαίοις, διὰ θηρίων ἐφόδους, ἢ σεισμοὺς, ἑρμοῦ δὲ συμπροσόντος, διὰ μετέωρα καὶ κατηγορίας ἐπισφαλεῖς, ἔτι δὲ καὶ διὰ τὰς τῶν ἑρπετῶν καὶ τῶν ἄλλων ἰοβόλων πληγὰς, παρατηρουμένης ἔτι τῆς μὲν τῶν συμπτωμάτων, ἐάν τε ὠφέλιμος, ἐάν τε βλαβερὰ ᾖ ἰδιοτροπίας ἐκ τῆς περὶ τὸ αἴτιον διαφορᾶς, καὶ ἐκ τῆς τῶν αἰτιατικῶν τόπων, πράξεως ἢ κτήσεως, ἢ σώματος, ἢ ἀξιώματος, κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς διάθεσιν κυρείαν, τῶν δὲ τὰς ἐπισημασίας μάλιστα ποιησόντων καιρῶν, ἐκ τῆς τῶν κατὰ χρόνους ἐπεμβάσεων ποιότητος. καὶ ταῦτα μὲν ἡμῖν μέχρι τοσούτων ὑποτετυπώσθω.

### *De peregrinationibus.* CAP. VII.

RES quidem peregrinationis,ex luminarium qualitatibus ángulorum reſpectu deprehendentur.Maxime autem ex qualitatibus Lunæ.Nam cum Luna occidentalis extiterit,remota ab angulis,peregrinationes, & de loco ad locum mutationes indicabit.Similiter etiam Mars cum occidentalis fuerit,vel cum à zenith capitum declinauerit,& eius longitudo cum hoc à luminaribus longitudo oppoſitionis vel aſpectus 4. fuerit,quandoque operabitur.Quòd ſi fortunę pars iterum in ſignis iter ſignificantibus ceciderit, erit tota eius vita,ac ipſius opera & actus in locis extraneis. At ſi fortunæ,loca prædicta reſpexerint,vel ad illa perrexerint,aut illa ſequentes fuerint,ea quæ in peregrinationibus operabitur,idonea erũt ac pauca & proficua.Erit etiã ipſius à peregrinatione reditus feſtinus atque leuis,nec ei vnquam opera laborioſa & nociua,plena timoris, tardéque ex peregrinatione reuertetur.Huius autem rei commixtio ſecundum planetas qui his locis aſſociantur in figura,ſicut in præmiſſis oſtendimus, ſemper apparebit. Cumque luminaria in aliqua duarum quartarum orientalium fuerint,frequẽtius verſus oriẽtis & meridiei partes iter aggredietur. Quod ſi in aliqua duarum occidentalium quartarum vel in ipſo eodem occidente rotauerit, verſus ſeptentrionem & occidentem eius iter apparebit. At ſi ipſa ſigna quæ peregrinationem ſignificant, vel eorum domini vnius formę fuerint, fiet iter quandoque. Et ſi duorum corporum vel duarum figurarum extiterint, erit iter continuum, diuque durabile. At ſi Iupiter & Venus locis iter ſignificantibus,ac luminarium dominentur,nulla erit in itinerę formidatio, ſed ab eo deſiderabitur, eò quod dominorum terrarum legationem ſuarum amicarum cauſa portabit.Hoc autem habilitas complexionis aereis & rerum ei proficientiũ multitudo iuuabit. Quod ſi cum eis Mercurius fuerit hac prædicta occaſione magnum conſequetur proficuum, ſuamque legationem ad exitum perducet,dabuntur etiam ei dona & honorabitur. Si Saturnus etiam & Mars locis luminarium dominentur. Maximę autem cum per longitudinem in

oppoſi

Digitized by Google

oppoſitione fuerit, id quod ei continget, inualitudo nuncupabitur, & ipſe multum impedietur. Quòd ſi in ſignis humidis vterque moretur, hoc impedimentum ei ex infeſtatione aquatici itineris & ex ſubmerſione, vel propter infortunium iter aridæ viæ per deſertorum locorum tranſitus continget. At ſi in ſignis fixis fuerint, hoc ex præcipitatione & ex ventorum flatibus validis aduenict. Si vero fuerint in ſignis ſolſtitialibus vel æquinoctialibus, ex earum rerum, quibus opus habēt, defectu & priuatione, ac per qualitates corrupti aeris ęgritudinē inferentis ei hoc accidere non dubitamus. Si autem in ſignis humanæ formæ fuerint, ex viatum abſciſſionibus ſeu proditionibus vel deprædationibus euenire dicemus. Sed ſi fuerint in ſignis, quorū formæ ſilueſtrium animalium formis aſſimilantur, ex luporum rapacitate ſiue ex terræmotu continget. Quòd ſi Mercurius in eis fuerit ex aggreſſionibus timorem inferentibus, vel ex beſtiarum morſibus ſeu venenoſorum animalium occaſione proueniet. In proprietatibus autem rerum accidentiū, id eſt in futurarum occaſionum differentiis ſiue proſint ſiue obſint, à locis dominij quæ ſint operum & ſubſtantiæ rerumque corporis & valetudinis occaſiones ſecundum prædictas occaſiones nos obſeruare conuenit. Horarum vero cognitio in quibus hæc futura contingent ex qualitatibus in ſubſequentium annorum principiis aduenientibus deprehendetur. In hoc igitur capitulo nobis hoc tractaſſe ſufficiat.

## COMMENTARIOLVS.

PAVCA nunc de peregrinationibus dicamus. Ptolemæus quinque facit: quia primum aſsignat loca peregrinationum.

Secūdò, ſtellas dominatrices accipit.

Tertiò, declarat quænam ſint itinera proficua, quæue noxia.

Quarto loco, declarat verſus quā partem ſunt peregrinationes.

Quintò & vltimò, declarat bonitatem & difficultatem itinerum.

1 Quantum ad primum dicit Punicus, quòd medietas cæli, quæ eſt à culmine vſque ad occaſum, eſt itineris: quia deſcendit. Ptolemæus autem dicit, quod ſunt accipienda loca, quæ cadunt à vertice capitis: quoniam ipſe credidit, quòd tota medietas, quæ eſt ab imo cæli ad Aſcendens, non ſit accipienda: quia aſcendit. Dicit ergo Ptolemæus, quòd duodecima, nona, ſexta, & tertia, & occidens ſunt loca itinerum, & non quarta aſcendens.

2 Quò ad diſpoſitionem itinerum quando contingit lumina eſſe in locis his, & maximè Mars, erit ſemper propenſus ad itinera natus, & ſi fuerit Sol in duodecima, vel reperiatur Luna cū eo, vel in nona, vel ſeptima, vel ſexta, vel tertia natus faciet itinera. Quòd ſi cōtingat in his locis eſſe partem fortunæ, erit ſemper natus ad itinerandum propenſus: & erit ſine quiete. Dat ergo hanc pronitatem pars fortunæ in his locis vt dicit Ptolemæus, & maximè Mars ſi erit cū Luna, ſiue ei quadranguletur, vel opponatur: quia vt ita dicam, peregrinationes, ſeu hoſpitalitates ſunt infortunia quædam, iudicio meo: quoniam ſunt itinera ratione alicuius neceſsitatis, & indigentiæ. Item peregrinationes paruæ, vt ire uſque ad villam, non ſunt peregrinationes: quia & peregrinatio eſt ratione bellorum, vel apud principes, vel ratione ſtudij, & iſtæ ſunt laborioſæ, vt ſciunt omnes ſtudioſi. Si autem ſunt negotiationes, ſunt ratione diuitiarum, & iſtæ ſunt nauigationes laborioſæ: quia nati exponunt ſe periculis maximis. Quare vt dicit Ptolemæus, quando Lumina fuerint in his locis, & maximè Mars, natus ad itinera multa erit propenſus.

3 Quò verò attinet ad finem, ſcilicet quando ſunt proficua, & quando non, itinera: quia hic tangit finem & bonitatem itineris dum fit iter: quò ad finem inquit. Si planetæ reſpiciant planetam ſignificatorem itineris, conſequetur commodum finē. Si verò econtra, quod reperiantur infœlices ſtellæ in his locis, non aſſequetur finem ſuum.

4 Erunt autem itinera ſecundum diſpoſitionem partium cæli, & ſignorum, nunc ad oriens, nunc ad ſeptentrionem, nunc ad meridiem, nunc ad occidens. Duodecima verò domus ſemper ſignificat itinera ad oriēs: & maximè ſi fuerit Sol, vel Luna, vel Mars in ſignis orientalibus: ſed nona ſignificat itinera ad meridiem. Septima & ſexta ad occidēs: tertia autem ad ſeptentrionem. Conferunt enim ad hæc naturæ ſignorum: quia ſi fuerit in ſignis orientalibus, verſus oriens: ſi in ſignis meridionalibus, verſus meridiem: ſi in occidentalibus, verſus occidens: ſi in ſeptentrionalibus, verſus boream.

5 Quò ad vltimum, ſcilicet bonitatē itineris, videlicet quando ſignificat pericula vel non: Vult enim Ptolemæus, quòd reſpiciendæ ſint beneficæ ſtellæ, vel maleficæ: quia ſi in illis locis fuerint ſtellæ beneficæ, vel bonæ configurationes earum: erūt itinera vtilia: & maximè quando erunt in nona & tertia & occaſu, erunt itinera fœlicia, & natus non habebit in ea tempeſtatem in mari: quoniam impetus illius erit ſemper ad bene eligendum.

Et ſi diceret aliquis, neſcio an in mari hinc ad duodecim horas erit tempeſtas necne, quāuis modo ſit tranquillitas. *Dubium.*

Dicimus ergo, quòd conſtellatio reddit natum propenſum ad eligendum horam bonam, vt nullū periculum ei immineat, alioquin non eligeret. Et econtra verò ſi maleficæ ſtellæ fuerint, erit propēſus ad itinera periculoſa. Vnde conſequenter declarat quæ pericula poſſunt perfici: quia ſi fuerint in ſignis aqueis, erit periculum ſubmerſionis: ſi in ſignis terreis: cadet ab alto vt ab equo, maximè ſi fuerit infortuna in ſignis quadrupedib⁹: quia proſternetur *Reſpōſio.*

Digitized by Google

ſternetur ab equo. Quod ſi fuerit in ſignis æquinoctialibus & horoſcopis, patietur in ſupellectibus, & in victu: quia ambulabit per loca arida & inaquoſa, vbi non ſunt fructus, nec bonũ aliquod: deficiet ei victus, & huiuſmodi. Quod ſi fuerit in ſignis humanis, & ibit per mare, caueat à piratis: & hæc erit ſignificatio Saturni in nona, vel tertia domo. Quod ſi fuerit Mars, ſignificat quòd in terra à latronibus patietur: quia expoliabitur & huiuſmodi. Sunt ergo hæc ad libellam examinanda & obſeruanda. quòd ſi voluerimus melius noſcere hæc, conſulendus eſt Albubater de itineribus, & fortunio & infortunio itineris: quia eius dicta ſunt obſeruatiſsima.

### *Annotationes particulares.*

#### *De itineribus & peregrinatione.*

**Duplicia ſunt itinera** Itinera in longiora & breuiora, terreſtria, aquatica, & mixta diſtinguuntur. Breuioribus prædicendis tertia domus, longioribus nona domus ſeruit. Terreſtribus, & aquaticis vtraque. Quomodo autẽ iudicia de itineribus ferenda ſint, breuiter monſtrandum erit.

#### *Significatores itinerum ſunt.*

1 Nona domus, & tertia.
2 Dominus eius.
3 Planeta, vel planetæ in nona vel tertia.
4 Luna & Mercurius. Luna quidem cum ſit vagabunda & velox, Mercurius cum ſit inſtabilis & verſatilis.
5 Dominus genituræ.
6 Dominus horoſcopi natiuitatis.

**Quales circunſtantiæ de itineribus expendendæ ſint.** Ex his omnibus ſignificatoribus ſumuntur iudicia ordine de his circunſtantiis itinerum.

1 An natus peregrinaturus ſit.
2 In quam mundi partem futuræ ſint peregrinationes, patriæ reſpectu.
3 Quæ cauſæ itinerum futuræ ſint.
4 Quis ſucceſſus in itineribus.
5 Quæ regiones maximè nato conueniant, aut aduerſentur.

#### *De prima quæſtione.*

Prima quæſtio eſſe ſolet, vtrum natus itinera facturus ſit: idque ſæpius, an verò rarius, & interdum tantum, an verò in tota vita patrios terminos nunquam egreſſurus, & intra domeſticos parietes tantum læſurus ſit.

Conſidera igitur prædictos ſignificatores, potiſsimum Lunam & Mercurium, qui cum inter ſe coniuncti fuerint, aut in mutua receptione, aut coniuncti, vel recepti à domino primæ, vel nonæ domus.

Item ſi occupauerint vel nonam, vel tertiam, vel primam, vel in eis dominium habuerint, ratione domicilij vel exaltationis, omnino itinera decernunt.

Sic dominus nonæ domus in prima, affert peregrinationes, vel quando hi ſimul iunguntur.

Idẽ pollicetur Sol in domicilio Lunæ vel Mercurij, aut in horum eſſentiali receptione, vel etiam coniunctione Lunæ, vel Mercurij, vel vtraque ſimul. Idem denotat Mercurius in domo Lunæ, vel contra.

Sic cùm plurimi ſignificatores ſunt occidẽtales, in primis Luna, Mars, Mercurius, dominus genituræ & aſcendentis, vel peregrini ſine dignitatibus eſſentialibus, remoti ab angulis, præcipuè in nona, tertia, ſexta, duodecima, ac in ſignis mobilibus, multas peregrinationes nato decernunt.

Quò plures erunt ſignificationes, eò plura, longinquiora, & frequentiora itinera erunt.

Contra minora & minus frequentia, ſed per interualla, cum pauciores ſunt ſignificationes.

Quòd ſi nulla erit ſignificatio itinerum, nimium amans erit patriæ ſic natus, & domi ſuæ maxima ex parte vitam ſine itineribus tranſiget.

Dominus horoſcopi ſi reperiatur in nona domo, natus ſua ſponte longa peragrabit itinera: vt dicitur ab Abrahamo Iudæo in ratione nonæ domus, & ab Hiſpalẽnſe cap. 15. Sed ſi dominus nonæ domus in horoſcopo fuerit, natus diliget itinera, & mutationem ex regione ad regionem. Et ſi dominus nonæ domus fuerit in medio cæli, denotat amorem nati, ac voluptatem in itineribus.

Dominus aſcendentis in ſeptima domo, indicat multa itinera, quòd ita natus in ſuo natali ſolo patriiſq; laribus parum cõmorabitur, & ſecundum eius ſtatum diiudicabis quid nato continget inter alienos, & extra patriam. Idem autor vt ſup.

Dominus aſcendentis ſi fuerit in domo ſua propria, contra non exibit domum ſuam. Hiſpalenſis capit. 15.

Dominus aſcendentis vel vigoris ſi fuerit in domo tertia: vel dominus tertiæ domus fuerit in aſcendente, aut aſpiciat dominum aſcendentis, vel dominum vigoris: vel ſi planeta leuis habeatur in tertia domo, qui tribuat vim domino aſcendentis, vel vigoris domino, habebit natus multa itinera propinqua, & plus, ſi fuerit tertia domus ex ſignis mobilibus. Idem autor cap. 10.

Dominus aſcendentis in nona, vel dominus nonæ in aſcendente ſi fuerit, natus diliget itinera, & mutationem ex regione ad regionem. Et ſi dominus nonæ fuerit in medio cæli, denotat amorem nati ac voluptatem in itineribus.

Dominus nonæ domus ſi applicuerit Marti, aut in eius domo, vel terminis, vel terminos illos aſpexerit, ſignificat multa & varia itinera, & habitationem in exteris regionibus. Idem autor cap. 27.

Dominus nonæ domus ſi applicat domino aſcendentis, natus faciet itinera, de quibus non cogitauit. Si econtra, natus multum erit ſollicitus in itineribus.

Dominus nonę domus ſi ſeparatur à domino aſcendentis, natus cupiet facere itinera, ſed impedietur. Si econtra dominus aſcendentis ſeparetur à domino nonæ domus, natus erit quiet᷒, nec multum laborabit pro lucro.

Dominus domus Solis ſi fuerit contrarius Lunæ, ſignificat quòd natus peraget multa itinera. Et ſi fuerit fortuna, adipiſcetur bonum, & commodũ in itineribus. Si verò malus, malũ. Albohaly ca. 27.

Si fuerit

Si fuerit inter Almuten itineris & dominium aſcendentis applicatio, & commixtio, cum mutua conuenientia, ſignificat quòd natus multa itinera faciet. Et ſi non fuerit inter eos applicatio, commixtio & concordia, ſignificat, quòd natus permanebit in ſuo loco, amans gaudij & quietis. Idem autor vt ſuprà.

Almuten ſignificatorum itinerũ accipitur à
- Cuſpide nonæ domus.
- Domino eius.
- Planetis in nona.
- Marte.
- Parte itineris.
- Domino eius.
- Primo domino triplicitatis nonæ domus.

Mars ſi fuerit in angulo aſcendentis, ſignificat peregrinationes, & itinera multa. Idem autor.

Luna ſi fuerit in angulo occidentis, aut dominus eius, ſignificat quòd natꝰ diliget itinera. Idem autor vt ſuprà.

Si dominus aſcendentis fuerit contrarius aſcẽdenti, & dominus domus Lunæ contrarius Lunæ, natus habet multa itinera.

Pars itineris ſi in aliquo angulorum coniuncta domino aſcendentis, vel Lunæ fuerit, ſignificat amorem in itineribus. Quæ pars accipitur de die ac nocte à domino domus nonæ, in gradum & minutum nonæ, & proiicitur ab aſcendente. Idem autor.

Pars itineris per aquã, accipitur die à Saturno in decimumquintum gradum Cancri, nocte ecõtra, & proiicitur ab aſcendente.

Pars itinerum in vna quarta, & dominus eius in alia, ſignum eſt multorum itinerum, & ad diuerſas partes, quæ ſi fuerit in angulis fortunata, & eius dominus ſimiliter, dic in his bonum. Si fuerit econtra contrarium dicito.

Pars itineris & dominus eius, & dominus nonæ domus, ſimiliter & Mars & Iupiter vel eorum maior pars quando fuerint in ſignis aqueis, natus nauigabit per aquas.

Significationes itinerũ ſumũtur à
- Nona domo, & domino eius.
- Planeta, vel planetis in nona.
- Luna, quoniam vagabunda eſt & velox.
- Mercurio, quoniam ille inſtabilis & verſatilis eſt.

Omnes ſignificatores itinerum, vel maior pars eorum, ſi in aqueis ſignis fuerint, natus ibit per aquas, In terreis per terram, In quadrupedibus, vtetur equis, In humanis, pedibus.

*Secundò quæritur in quam partem mundi potiſsimum futuræ ſint peregrinationes.*

Iudicium ſumitur primò à planetis, peregrinationem decernentibus. Secundò à ſignis zodiaci, in quibus ſunt planetæ decernentes itinera.

Planetæ Orientales, hoc eſt, qui præſunt Orięti, videlicet Sol & Saturnus, decernunt itinera reſpectu patriæ verſus Orientem.

Meridionales, vt Venus, verſus Meridiem.

Occidẽtales, vt Mars & Luna, verſus Occidentẽ.

Septentrionales, vt Iupiter, verſus Septentrionem.

Mercurius indifferens, & incertæ naturæ eſt, coniunctus orietali, vel in eius dignitate eſſentiali orientalis eſt, & ſic de reliquis. Sed cum luminaribus coniunctus non transformatur, niſi eorum eſſentialem dignitatem poſſederit.

Signa autem conſiderantur ſecũdum trigonos.

Igneus trigonus, videlicet Aries, Leo, Sagittarius decernunt itinera in orientem.

Aëreus, Gemini, Libra, Aquarius, in Occidentem.

Terreus, Taurus, Virgo, Capricornus in Meridiem.

Aqueus, Cancer, Scorpio, Piſces in Septentrionem.

Colligantur igitur teſtimonia pariter à natura planetarum, itinera decernentium, & ſignorum, in quibus planetæ illi conſtituuntur. Et ex teſtimoniorum congruentia, iudicium fiat de plaga mundi certa. Conſtabit autem facile ex eadem collectione vtrũ in diuerſas partes ſit peregrinaturus, & in quam potiſsimum ac ſæpius.

*De tertia quæſtione.*

*Quæ cauſæ itinerum futuræ ſint.*

Rationes, ſeu cauſæ itinerum ſumuntur à nona domo & eius domino. vt exempli cauſa: ſi nona dõmus eſſet Cancer, & Luna domina eius eſſet in quarta domo, quæ eſt octaua à nona, dic quòd faciet itinera longa, ratione mortis alicuius, vel ratione hæreditatis mortui alicuius, eò quòd quarta domus, in qua Luna eſt, octaua eſt à nona.

Supra autem dixi in capitulo de Subſtantia, planetas ſignificare duo, res & perſonas. Quare Luna ſignificatrix itineris oſtendit cauſam peregrinatiõnis futuram res lunares, legationes, ſtudium hiſtoriarum, nauigationes, Aut perſonas Lunares, vt Reginas, viduas, plebem, &c. Et ſic de aliis planetis, quando fuerint ſignificatores itinerum. Et ita ab his duobus locis, videlicet natura planetarum decernentium itinera & domorum, naturali ſignificatione, in quibus iidem conſtituuntur, colligenda ſunt conuenientia vni rei teſtimonia, & inter ſe miſcenda.

*Item,*

Cauſę itinerum etiã colliguntur duplici modo.

1 Ex natura planetarum, quæ itinera ſignificant.

2 Ex domorum ſignificatione, in quibus planetæ commorantur.

Quid autem planetæ ſignificent, cum in rebus, tum in perſonis ſupra monuimus.

Cum igitur planetæ Saturno coniunguntur, vel ſunt in eius dignitate eſſentiali, vel ipſe Saturnus eſt ſignificator itinerum, cauſa peregrinationum erunt res Saturnię, vt fodinæ metallicæ, ædificatiõnes, hæreditates mortuorum, &c. aut perſonæ Saturninæ, vt ſenes, auari, agricolæ, &c.

Si Iupiter cauſa erit, Religio, honor, iuriſprudentia,

dentia, beneficia Eccleſiaſtica, &c. aut perſonæ, quæ talia adminiſtrant, vt Epiſcopi, Prælati, Nobiles, iudices, Magnates &c. Sic de reliquis planetis pronunciandum eſt, quorum omnium naturæ & qualitates, ſupra in loco de Diuitiis expoſitæ ſunt.

Conſiderandæ etiam ſunt domorum ſignificationes, in quibus ſunt planetæ, qui decernunt itinera.

In prima domo ſignificant itinera ſuſcepta naturali amore peregrinandi. In ſecunda domo, cauſa contractuum, emptionis, venditionis, acquirendæ pecuniæ. In tertia, cauſa fratrum &c. In quarta, cauſa parentum, patrimonij &c. Et ſic de reliquis domibus, quarum ſignificata nota ſunt ſtudioſis.

Ex his duobus locis, natura planetarum & domorum, facta mixtione, vnius rei teſtimonia conuenientia colligenda ſunt.

Iupiter in nona domo combuſtus, vel in ſuo caſu, iter cauſa abſcondita, vel exilium nato ſignificat.

Luna ſi non aſpexerit dominum domus ſuæ, ſignificat quòd natus erit inquiſitor victus ſui extra patriam ſuam. Albohaly cap. 27.

Dominus aſcendentis ſi fuerit coniunctus, aut in oppoſito aſcẽdentis loco, vel in ſigno contrariȩ complexionis à ſigno aſcendentis, & fuerit in deſcenſione ſua, & dominus domus Lunæ coniunctus Lunȩ, ſignificat victũ nati in extraneis regionibus. Idem vt ſupra.

Dominus aſcendentis ſi fuerit in domo domini nonæ domus, odio habebit natus ſuam patriam. Hiſpalenſis cap. 15.

Dominus noni ſigni ſi fuerit in aſcendente, vel det vim domino aſcendentis, contingent puero cauſæ, quibus cogetur volens nolens longa itinera facere. Idem autor vt ſupra.

*De quarta quæſtione.*
*Quis ſucceſſus in itineribus futurus ſit.*

Cum planetæ decernentes itinera ſunt potentes & ſociati beneficis, aſpectu amico, vel in domibus eorum, ſecura præbent itinera, proſperitatem, dona, amicos, honores, & rerum inſtitutarum fœlicem euentum.

Contra, ſi debiles aut ſociati malis malefico aſpectu, aut in eorum domibus, magnis periculis peregrinantes inuoluunt.

*De qualitate periculorum.*

Qualitas periculi in genere ſumitur à Saturno & Marte, & ſigno, quod iidem occupant. Cùm enim inficiunt ſignificatorem, aut domini ſunt eius loci, portendunt in itineribus periculum, de natura domus, & ſigni, in quo verſantur. Vt in duodecima, propter captiuitates, In tertia domo à fratribus, conſanguineis & propinquis, & ſic de reliquis domibus.

Ratione ſigni qualitas hæc decernitur. In ſignis humidis, à pluuiis, aquis, nauigationibus infauſtis, aut ſolitariis locis. In fixis, excepto Scorpione, à lapſu, præcipitatione, vel tempeſtate ventorum. In mobilibus, ex defectu commeatuum, aut aëris mutatione, graueolentia, &c.

In humanis ſignis à latrociniis, deprædationibus, inſidiis.

In ſilueſtri ſigno, lacerationes à beſtiis metuendis, item terræmotus portenduntur.

In domeſtico ſigno, periculum erit nato ab equis excutientibus ſeſſorem, aut effrenibus. Item morſu animalium domeſticorum, vel canis rabioſi, &c.

In ſigno venenato, vt Scorpio, ex morſu ſerpentum, &c.

Saturnus ſi fuerit in nona domo, ſemper natus aduerſis in mari tempeſtatibus vexabitur, & plus, ſi in nona fuerit ſignum aquaticum. Auenaris in ratione nonæ domus, & Hiſp. cap. 15.

Saturnus ſi fuerit in decima domo infortunatus, ex occaſione belli in itineribus adfligetur. Hiſpalenſis cap. 15.

Saturnus ſi fuerit dominus nonæ domus, in aſcendente vel medio cæli poſitus, aſpiciens Iouem, ſignificat acquiſitionis bonitatem, in itinere ex rebus aquaticis, & terrenis, atque beſtiis. Albohaly cap. 28.

Iupiter ſi fuerit dominus nonæ domus, in aſcendente vel medio cæli conſtitutus, ſignificat acquiſitionem principatus, & imperij in itinere: Idem vt ſup.

Iupiter in nona domo dat profectum & honorem in itineribus, & dat nato bonam famam.

Mars ſi fuerit dominus nonæ domus in aſcendente, vel in medio cæli inuentus, aſpiciens Iouem, natus adipiſcetur bonum in itinere ex mulieribus, nobilibuſque ac principibus, quibus cõmiſſa ſunt bella, & exercitus. Albohaly cap. 28.

Mars ſi fuerit in decima domo, infortunabitur ab impugnatione inimicorum, & ſemper peius erit, ſi domus illa fuerit aquatica. Hiſpalenſis capitu. 15.

Mars in nona vel tertia domo, timorem minatur in itineribus, præcipuè terreis, non tamen in Capricorno, quum ſit eius altitudo: & infert nato ægritudinem in itinere, & periculum à latronibus, & incommoda multa experietur natus. Auenaris in ratione nonæ domus: & Hiſp. cap. 15.

Sol in domo nona, fortunat iter, maximè in ſigno fœminino.

Venus ſi fuerit domina nonæ domus, & ipſa extiterit in aſcendente, vel medio cæli, ſignificat gaudium & deſponſationem nati in itinere. Albohaly cap. 27.

Mercurius ſi fuerit dominus nonæ domus in aſcendente, vel medio cæli, ſignificat acquiſitionem ſcientiæ, & magnitudinem, ac cauſas nobilium in itinere. Albohaly capitu. 28.

Luna non aſpiciens dominum domus ſuæ dabit nato labores extra domum ſuam.

Luna ſi fuerit in tertia domo applicans Mercurio, & ipſe fuerit impeditus à Marte, euenient nato res aduerſæ in ſuis itineribus. Albohaly cap. 27.

Luna ſi fuerit in nona domo infortunata, detrimenta ex itineribus decernit. Hiſpal. cap. 15.



Digitized by Google

Luna ſi infortunata fuerit in nona domo, honorabitur ſemper in ſuis itineribus. Idem autor.

Luna in nona in die, dat miſeriam per totam vitam, & laborem in itineribus.

Luna exiſtente cum Capite Draconis, & duabus infortunis in nona, interficietur natus itinere à prædonibus.

Dominus nonæ domus infortunatus, vel infortunæ infortunantes nonam domum, multa decernit itinera, ſed cum labore, & damno.

Dominus nonæ domus ſi fuerit fortuna, erit nato bene in profectionibus ſuis. Si infortuna, malè. Hiſpal. cap. 15.

Dominus aſcendentis, vel dominus vigoris ſi fuerint in tertia domo, vel dominus tertiæ domus in aſcendente, aut aſpiciat dominum aſcendentis, vel dominum vigoris, & fuerint fortunati, erit ei bene in ſuis itineribus. Si infortunati, malè. Idem autor cap. 10.

Si in nona domo non fuerit aliquis planeta infortunatus, & inueneris ibi Venerem, vel Iouem, fortunabitur natus in omni itinere ſuo. Idem autor capit. 15.

Si in nona domo fuerit fortuna, aut in quadrato aſpectu, vel in eius oppoſito, ſignificat gaudium, & profectum in itineribus, maximè ſi dominus aſcendẽtis fuerit fortuna, aut in aſpectu fortunarũ. Quòd ſi malus fuerit in nona domo, aut in quadrato aſpectu, vel oppoſito, ſignificat malignitatem & impedimentum itinerum. Albohaly cap. 28.

*De quinta quæſtione.*

*Quæ regiones ſiue vrbes magis conueniant nato, & ſint incommodæ vel aduerſæ.*

Regiones & ciuitates ſubiectæ ſignis primæ, decimæ, vndecimæ, ſecundæ domorum radicis, ſi non fuerint à malis læſæ, commodæ ſunt nato, vt ibi vel res ſuas gerat, vel habitet. Si verò impeditæ fuerint à maleficis, mediocres erunt.

Sic quæ ſubſunt ſigno Iouis, Veneris, partis fortunæ, vel capitis Draconis in radice, cum à maleficorum inimicis radiis & aſpectibus non impediũtur, proſperæ ſunt nato: præſertim ſi eadem ſigna occupent prima, decima, vndecima, vel ſecunda. Item quinta, nona, tertia, ſed minus. Quòd ſi conſtituantur in occaſu, aut imo cæli, aut domibus ab aſcendente ſeparatis, ſignificant mediocritatem.

Aduerſæ autem erunt nato regiones, & vrbes, quæ ſubiectæ ſunt ſignis Saturni, vel Martis, vel Caudæ Draconis in radice, præſertim ſi in ſeptima, Imo cæli, aut domibus ab aſcendente ſeparatis, vtpote ſexta, octaua, & duodecima, eadem ſigna conſtituantur. Nam ibi à malis quoque modo læſa valde aduerſantur.

*De regionibus ac ciuitatibus duodecim ſignis Zodiaci ſubiectis.*

♈

*Ex regionibus habet*

Baſtarniam
Syriam
Palæſtinam
Britanniam minorem
Burgũdiam ſuperiorem
Vueſtriæ partem
Germaniam
Sueuiam
Sileſiam ſuperiorem
Poloniam minorem
Angliæ regnum

*Ex vrbibus*

Neapolim
Capuam
Anconam
Imolam
Ferrariam
Veronam
Bergomum
Lindauiam
Traiectum
Brunſuicum
Cracouiam
Maſsiliam
Ceſarauguſtam

♉

*Ex regionibus habet*

Parthiam
Mediam
Perſiam
Arcipelagi inſulas
Cyprum
Aſiã minorẽ maritimam
Ruſsiam albam
Poloniam maiorem
Suetiæ partem
Irlandiam ſeu Hiberniã
Lotharingiam
Campaniam
Heluetiam
Rethiam
Franconiam

*Ex vrbibus*

Burgum Hiſpaniæ
Bononiam
Senas
Mantuam
Tarentum
Panormum
Peruſium
Parmam
Caput Hiſtriæ
Salernum
Brixiam
Tigurum
Lucernam
Nanceium
Metim
Herbipolim
Caroloſtadium
Lipſiam, Poſnam
Gueſnam, Nouogardiã

II

*Ex regionibus habet*

Hyrcaniam
Armeniam
Martianam
Cyrenaicam
Marmaricam
Aegyptum inferiorem
Sardiniam
Longobardiæ partem
Flandriam, Brabantiam
Vuirtembergenſem ducatum.

*Ex vrbibus*

Cordubam
Viterbium
Cæſenam
Turinum
Vercellas
Rhegium
Louanium
Brugas
Londinum
Maguntiam
Kitzingum
Hasfordiam
Bambergam
Norimbergam
Villacum.
Virtembergam

Ex

Digitized by Google

♋

*Ex regionibus habet*

Numidiam
Africam
Bithyniam
Phrygiam
Colchidem
Carthaginem
Granatæ regnum
Franciæ regnum
Burgundiæ comitatum
Hollandiam
Selandiam
Scotiæ regnum
Pruſiam

*Ex vrbibus*

Conſtantinopolin
Tunetum
Venetias
Genuam
Lucam
Piſam
Mediolanum
Vincentiam
Bernam
Treuerim
Eboracum
S.Andream
Lubecum
Magdeburgum
Golizium.

♌

*Ex regionibus habet*

Phœniciam
Chaldæam
Orchiniam
Galliam togatam
Alpes
Italiam
Sciciliam
Apuliam
Bohemiæ regnum
Turciæ partem
Aemiliam
Sabinam

*Ex vrbibus*

Damaſcum
Syracuſas
Romam
Rauennam
Cremonam
Vlmam
Confluentiam
Pragam
Linzium
Cremiſium
Croton

♍

*Ex regionibus habet*

Meſopotaniam
Babyloniam
Aſſyriam
Achaiam
Græciam
Croaciam
Carinthiam
Atheſinam
Cretam
Athenienſem ducatum
Galliæ comatæ partem
Rheni partem
Sileſiam inferiorem

*Ex vrbibus*

Hieroſolymam
Corinthum
Rhodum
Nouariam
Aretium
Cumas
Brunduſium
Papiam
Signiam
Toloſam
Lugdunum
Pariſiorum Lutetiam
Baſileam
Heydelbergam
Erphordiam
Vuratiſlauiam
Parentiam

♎

*Ex regionibus habet*

Bactrianam
Caſpiam
Seres
Thebaida
Oaſim
Trogloditicam
Aethiopiam
Thuſciam
Sabaudiam
Delphinatum
Alſatiam
Sundgauiam
Liuoniam
Auſtriam
Pannoniam

*Ex vrbibus*

Olyſipponem
Arelatum
Caietam
Laudam
Sueſſam
Placentiam
Veldkirchium
Friburgum Briſgoiæ
Argentinam
Spiram
Francofordiam
Friſingam
Halam Sueuorum
Vuimpinam
Heylprunnam
Moſpachium
Landshutam
Viennam Auſtriæ

♏

*Ex regionibus habet*

Matragonitidam
Commagenam
Cappadociam
Iudæam
Idumæam
Mauritaniam
Getuliam
Cathaloniam
Norduegiam
Suetiam occidentalem
Bauariam ſuperiorem

*Ex vrbibus*

Algeran
Valentiam Hiſpaniæ
Trapezuntem
Vrbinum
Aquileiam
Piſtorium
Camerinum
Taruiſium
Patauiam
Forum Iulij
Meſſanam
Viennam Franciæ
Allobrogum
Aychſtadium
Monachum
Gedanum
Ariminum
Vrbem veterem
Cremam

♐

*Ex regionibus habet*

Arabiam fœlicem
Tyrrheniam
Celticam
Hiſpaniam
Dalmatiam
Sclauoniam
Vngariam
Morauiam
Miſniam
Prouinciam
Liguriam vbi Genua
Luneſanam

*Ex vrbibus*

Toletum
Volaterras

Mutinam
Narbonam
Auenionem
Coloniam Agrippinæ
Stutgadiam
Rotemburgum
Tuberinum
Indemburgum
Budam
Caſchouiam
Aſtum.
Firmum.

♑

*Ex regionibus habet*

Indiam
Arrianam
Gedroſiam
Macedoniam
Illyridem
Thraciam
Boſniam
Albaniam
Bulgariam
Græciam
Maſſouiam
Lituaniam
Saxoniam
Heſsiam
Turingiam
Marchiam Stiriæ
Orchades inſulas
Moream
Romandiolam.

*Ex vrbibus*

Iuliacum
Cleuoniam
Bergam
Machliniam
Gandauum
Vlmam
Oxoniam
Brandeburgum
Auguſtam Vindelicorum
Conſtantiam
Detho nam
Fauentiam
Tortonam
Pratum

♒

*Ex regionibus habet*

Oxianam
Sogdianam
Arabiam deſertam
Azaniam
Amazoniam
Sarmatiam
Tartariam magnam
Vualachiam
Ruſsiam rubeam
Daniam
Suetiæ meridionalē ptē
Vueſtphaliam
Moſſellanos
Pedemontium
Bauariæ partem

*Ex vrbibus*

Hamburgum Brenam
Montem Ferratum
Piſaurum
Tridentum
Salisburgum
Ingolſtadium
Forum Sempronium

♓

*Ex regionibus habet*

Phazaniam
Nazomonitidem
Garamantes
Lydiam
Pamphiliam
Ciliciam
Calabriam
Portugalliam
Normandiam
Galitiam
Luſitaniam
Hiberniam

*Ex vrbibus*

Alexandriam
Sibiliam
Compoſtellam
Parentium
Rothomagum
Vuormatiam
Ratis bonam
Florentiam.

*Annotationes vniuerſales.*

Cùm natus aſcendens habet vrbis ſuæ in oppoſitione Lunę vrbis ſuę in ea vrbe infortunatus erit.

Dominus primæ domus in tertia ſignificat natum facere plurima itinera, ſi fuerit fortunatus.

In nona domo fortunatus, dat multitudinem peregrinationum longarum, & facit vt natus ſit in locis alienis extra natale ſolum.

Dominus tertiæ domus ſi fuerit:

In prima domo, ſignificat nato multa itinera.

In ſecunda domo, dat nato iter in cauſis officiorum.

In tertia domo, faciet iter natus in cauſis ſolatij, & propter naturalem ad hoc inclinationem.

In quarta domo, peraget natus iter in cauſis lætitiæ & conuiuij & gaudiorũ.

In ſeptima domo, natus faciet itinera in cauſis operum & coniugiorum.

In octaua domo, faciet natus itinera in cauſis fugæ, peſtis, vel propter aliquod homicidium, & mortem.

In nona domo, faciet natus itinera in cauſis pœnitentiæ & gratiæ Dei acquirendæ.

In decima domo, itinera natus faciet in cauſis prælaturæ, magiſterij, honoris, vel officij.

In vndecima domo, faciet natus itinera, vt poſsit inuenire locum fortunatum & proſperum.

In duodecima domo, faciet natus itinera in cauſis inimicorum.

Dominus quintæ domus in tertia, dat nato lętitiam in breuibus itineribus.

In nona domo ſi fuerit fortunatus, ſentiet natus gaudium in peregrinationibus longinquis, & rebus ſpiritualibus.

Dominus nonæ domus ſi fuerit:

In prima domo, natus erit itinerator bono modo, & in hoc profectum habiturus: ſignificat multas peregrinationes in terras longinquas.

In ſecunda domo, natus ſuſcipiet peregrinationes longinquas pro acquirendis diuitiis.

In tertia domo, transferetur natus de loco ſuo, & habebit peregrinationes in cauſis fratrum ac conſanguineorum ſuorum.

In quarta domo, ſignificat peregrinationes in cauſis parentum, & morietur in itineribus.

In quinta domo, ſuſcipiet natus peregrinationes in cauſis filiorum.

In ſexta domo, peregrinabitur in cauſis familiæ, ægritudinum, & animalium minorum, vel infirmabitur natus in itineribus vel recipiet damnum occaſione ſeruorum.

In

In ſeptima domo, decernit nato peregrinationes multas in cauſis contentionum & litigiorum.

In octaua domo, faciet iter natus propter maximam voluptatem congregandi diuitias: peregre etiam profugiet propter metum mortis, vel propter homicidium aliquod factum, & in cauſa hæreditatum mortuorum.

In nona domo, natus erit paucorum itinerum, & habebit peregrinationes in cauſis fidei & religionis.

In decima domo, peregrinabitur natus propter dignitatem acquirendam.

In vndecima, ſuſcipiet itinera propter perſecutionem fiduciæ & ſpei.

In duodecima, faciet iter natus in cauſis hoſtium.

Dominus decimæ domus ſi fuerit in tertia, faciet natus itinera multa.

Dominus vndecimæ domus ſi fuerit in tertia, proſperabitur natus in breuibus itineribus, & inter fratres.

In nona domo, ſi idē fuerit, erit fortuna nati in lōginquis regionibus, & habebit natus fortunam, & bonum.

Dominus duodecimæ domus in nona, ſignificat quòd ſi natus fecerit iter, habebit moleſtias in eo.

Saturnus in tertia domo, ſignificat malum in breuibus itineribus, & quòd natus erit infortunatus in viis.

Saturnus in nona domo, ſignificat, quòd natus erit infortunatus in itineribus. Quando verò Saturnus fuerit in domo, vel regno ſuo, natus erit honoratus in itineribus.

Saturnus ſi fuerit in domo Lunæ, faciet natus iter, de quo nunquam redibit, vel tarde redibit cum magno labore.

Iupiter in tertia domo, ſignificat proſperitatem in breuibus itineribus.

Iupiter in nona domo, dat nato lætitiam, & vtilitatem in itineribus.

Mars in tertia domo, minatur malum in breuibus itineribus, & timendum erit nato ab homicidio aut latronibus in illis, aut de vulnerationibus: erit tamen natus infortunatus in itineribus.

Mars in duodecima domo extra domum & regnum ſuum, dat nato infortunium in longis itineribus. In domo ſua vel regno dat bonam fortunam in itineribus.

Sol in tertia domo, ſignificat itinera in cauſis honoris, & reuerentiæ, & mutationem per regiones, & quòd erit natus honoratus in itineribus extra patriam.

Sol in domo nona, ſignificat multitudinem peregrinationum in cauſis honoris, ac dignitatis, & quòd erit honoratus natus in longis itineribus.

Sol in domo ſua in natiuitate diurna, dat nato bonam fortunam in itineribus.

Sol ſi fuerit in domo Veneris, natus amabit itinera.

Sol in domo Lunæ, dat nato multa itinera.

Venus in tertia domo, ſignificat quòd natus erit honoratus in itineribus extra patriam ſuam.

Venus in nona domo, ſignificat proſperitatem in itineribus longinquis, & inclinationem ad iter agendum.

Mercurius in nona domo, dat nato multa itinera, & facit natum honoratum in illis.

Luna in prima domo, ſignificat mutationem de loco ad locum, & ꝙ faciet ſæpe itinera honorata.

Luna in tertia domo, ſignificat quòd natus multiplicabit itinera, & raro fixus in vno loco permanebit. Et dat nato itinera honorabilia cum vtilitate & profectu.

Luna in quinta domo, ſignificat, quòd natus erit multum deditus itineribus.

Luna ſi fuerit in ſeptima domo, natus cupiet exire de loco ſuo natiuo.

Luna in domo ſua infortunata, dat nato periculum in itineribus.

Caput Draconis in tertia domo, dat nato bonam fortunam in paruis itineribus.

Caput Draconis ſi fuerit in nona domo, natus in profectionibus acquiret famam, honorem, & lucrum.

Cauda Draconis in tertia domo, dat infortuniū nato in breuibus itineribus.

Cauda Draconis in nona domo, ſignificat quòd in itineribus longis facit natum infortunatum.

*Annotationes ex Iulio Firmico vniuerſales.*

Saturnus ſi fuerit:

In ſexta cæli domo, & reſpiciat Lunam per quadratum, vel per diametrū, aut cum ipſo Saturno Luna fuerit, facit natos infœlices, infames, erraticos, qui in vno nunquam poſsint conſiſtere loco. cap. 3. lib. 3.

In Geminis, ſignificat quòd natus aſſiduè peregrinabitur, & ad varias regiones transferetur. cap. 3. lib. 5.

In Leone, ſignificat quòd natus nauigabit fluuios grandes, & maria, & per deſerta loca iter faciet, vt ſupra.

Saturni oppoſitus ad Lunam peregrinari cogit natum: dummodo vnus eorum fuerit in ſigno aqueo. cap. 17. lib. 6.

Iouem in Tauro inuentum, quicunque habuerint, nauigabunt in magno mari, aut in fluuiis. cap. 4. lib. 5.

Iupiter in Scorpione inuentus faciet grandes fluuios, ac maria nauigare natum, vt ſupra.

Iouis ad Solem quadratus, ſi Sol fuerit in dextro, & Iupiter in ſiniſtro, ſignificat quòd natus exibi à loco, in quo natus eſt. cap. 11. lib. 6.

Mars:

In prima domo per diem inuentus, faciet natum alienari à parentibus & à domo ſua, & in finibus ſemper errare cauſa peregrinationis. cap. 5. lib. 3.

In quinta domo per diem inuentus, facit natus domicilium frequēter mutet, & propter infortunia, quæ ei accident, peregrinis ſemper regionibus immoretur, vt ſupra.

In nona cæli domo per noctem inuentus, decernit frequenter in peregrinatione incommoda, vt ſupra.



Digitized by Google

Dominus genituræ facit hominem, qui ſemper aquoſa regionum delectatione lætetur. cap.12.lib.4.

In nona domo infortunatus, & cum infortuna, facit vt multa incommoda patiatur natus in peregrinatione, capi. 6.lib.3.

Sol In Ariete inuentus facit vt quicunque ſic eum habuerit, faciat itinera cauſa principum, in quibus honorem & commodum conſequetur. cap.6. lib.5.

In Libra inuentus ſignificat, quod natus ante annos 30. faciet multa itinera, ex quibus aliquam gloriam & emolumentum fœliciſsimè conſequetur, vt ſupra.

Per noctem in ſuo domicilio inuentus, hominem faciet ſæpius peregrinātem, qui tamen in ſuis peregrinationibus commodum & vtilitatem conſequetur. cap.13.lib.5.

In domo Veneris inuentus, facit, vt ſit homo talis, qui variis itineribus ac peregrinationibus delectetur. vt ſupra.

Mercurius in decima cæli domo, veſpertinus faciet peregrinationes & aſsiduas locorum mutationes. capi.lib.3.

Domina genituræ inuenta facit homines in aquoſis locis aſsiduè commorari. cap.12.lib.4.

In ſecunda cæli domo per diem inuenta facit vitam nati, vt aſsiduis peregrinationibus occupetur, & vitam eius facit talem, vt alicui poteſtati ſubiaceat. cap.15.lib.3.

Luna In nona cæli domo per noctem inuenta dabit mutationem per regiones, vt ſupra.

In duodecima domo per diem inuēta, miſeros actus & peregrinationē decernit, & pericula in illis, vt ſupra.

Per noctem minuta lumine in domo Martis, facit natum qui peregrinis regionibus immoretur. cap.16.lib.5.

## EX ALBVBATRE.

*Capitulum in nona domo quæ eſt ſignificatrix itinerum.*

In itineribus nati aſpicere debem' ad ſignū nonæ domus, & eius dominum, ad ſignum tertiæ domus, & eius dominum, ad partem itineris, & eius dominum, & Martem, & Mercurium, necnon ad planetam, qui in nona domo fuerit, aut qui teſtimonia dictorum locorum collegerit, & ſicut inueneris, iudicabis.

Quando dominus nonæ domus in aſcendente fortis ac fortunatus fuerit, & infortunæ teſtimonia cum ipſo non habuerit, tunc nato iter erit cōueniens, ac in illo gaudens, aſtutus & ſapiens, dirigeturque in ipſo itinere ſtatus & corpus eius.

Quando Luna in tertia domo orientalis ac de ſub radiis Solis apparens fuerit, natus itinera diliget, & profectum inde habebit cum gaudio.

Quādo Luna in 5. cæli domo fuerit, & Iupiter & Mars bono aſpectu aſpexerit, natus gaudium, fortunam & vtilitatem in itinere habebit, & illud ſine gaudio non perficiet, maxime ſi dominus 9. domus in bono loco, ac in aliqua dignitatum ſuarum fuerit, & infortunæ ab eo ceciderint.

Quādo Sol Venus & Mercurius in 9. domo fuerint, natus in itinere gaudium & profectum conſequetur, & quod diliget in eo ſuſcipiet.

Quando Luna in natiuitate exiſtens, in 9. domo, ac in ſigno fœminino fuerit, natus multa itinera faciet, & occaſioue ipſorum diuitias & honores conſequetur, eritque in eis fortunatus.

Quādo Luna & eius dominus in loco itinerum fuerit, natus itinera diliget, in eis gaudebit, & profectum inde habebit, maxime ſi Luna & Venus fortunatæ fuerint, nam tunc ex itineribus ſuis magnum bonum & honorem conſequetur.

Quando dominus aſcendentis in nona domo fuerit, & dominus nonæ domus in aſcendente, natus itinera diliget, aut in eis gaudebit.

Quando Luna die tertia à natiuitate fortunæ alligauerit, & illa fortuna extra radios Solis oriētalis fuerit, natus erit in itinere fortunatus, ac bonum ex itineribus ſuis habebit. Et ſi dictus planeta infortunatus ac orientalis fuerit, necnon in aſpectu vel termino fortunę, natus lōga faciet itinera, eritque incurſor de loco ad locū cū modico facto.

Quando dominus nonæ domus in aliquo angulorum fortis ac fortunatus fuerit, & fortunæ ab ipſo cadentes, natus in itineribus ſuis erit fortunatus, ac ex eis bonum & fortunam inueniet, necnon ab eo honor, & vtilitas remouebitur, quamdiu de itineribus ſe intromittet.

*De natis qui in itineribus ſuis morientur, aut ab eis nunquam reuertentur.*

Quando Iupiter & Venus in quinta domo fuerint, natus filios habebit, qui ex itineribus & viagiis ſuis nunquam reuertentur.

Quando Mercurius de ſub radiis Solis apparens, in medio cœli cum Marte fuerit, natus terram ſuam exibit, & nunquam ad eam reuertetur.

Quando Saturnus in domo Lunæ fuerit, natus iter longum arripiet, à quo vix aut nunquam ad terram ſuam reuertetur.

*De natis qui ex itineribus ſuis reuertentur.*

Quando Saturnus in domo ſua fuerit, natus lōgum iter arripiet, ſed ad terram ſuam reuertetur.

Quando Mars in aſcendente fuerit, & aliquam dignitatem in domo itinerum habuerit, natus lōga itinera faciet, & ab eis in terram ſuā reuertetur.

Quando Venus cum Ioue, Mercurio & Marte fuerit, & Luna eos aſpexerit, natus multa itinera arripiet, à quibus in terram ſuam reuertetur.

*De natis qui damna & infortunia occaſione itinerum incurrent.*

Quando infortunæ in tertia domo fuerint, & dominus eius impeditus ac in malo loco, natus occaſione itineris malum ac detrimētum habebit.

Quando Luna natiuitate diurna exiſtens in tertia domo, ac in ſigno fœminino fuerit, & infortunæ ipſam aſpexerint, natus ex itineribus ſuis paruum profectum, & multum mali ſuſcipiet.

Quando Mars & Venus in quinta domo fuerint, & Luna eos bono aſpectu aſpexerit, natus multa itinera faciet, atque ex eis cogitationes multas, & rarum bonum accipiet.

Quando

Digitized by Google

Quando Luna natiuitate diurna exiſtens in ſeptima domo fuerit, natus in itineribus ſuis ægrotabit.

Quando Saturnus, Mars, Venus & Luna in domo itineris fuerint, natus ex itineribus ſuis laborem multum, & paucum lucrum conſequetur, nec quod ſibi placeat, in eis videbit.

Quando Mars aſcendens trino aſpectu aſpexerit, & Luna cum eo iuncta fuerit, natus multa itinera faciet, & malum potius ex eis quàm bonum conſequetur.

Quando Mars in domo Mercurij fuerit, natus multa itinera arripiet, & occaſione eorum damna incurret.

Quando dominus domus itineris in ſigno aqueo exiſtens, dominum aſcendentis infortunauerit, natus per mare iter faciet, in quo multa mala & metus patietur.

Quando Mars dominus domus itineris fuerit, & dominum aſcendentis ſine fortunarum malo aſpectu aſpexerit, nat' multa mala in itineribus ſuis patietur, ita quòd morti vicinus erit.

Quando dominus triplicitatis Solis in natiuitate diurna, aut domini triplicitatis Lunæ in natiuitate nocturna, cadentes ab angulis, ac infortunati fuerint, nec aſcendentes aſpexerint, natus in itineribus ſuis non erit fortunatus, licet libenter itineret.

Quando planeta teſtimonia planetarum itinera ſignificantium coniungens, in loco malo ac vituperabili fuerit, natus ex itineribus ſuis vituperabitur, eritque in eis multum mali ac laboris.

Quando dominus domus itineris, & dominus partis itineris in ſigno aqueo infortunati fuerint, maior pars itinerum nati in aqua fiet, & inde malũ ac laborẽ conſequetur, maximè ſi infortunæ ipſum aſpexerint, ab eis ceciderintque fortunæ, aut quod Saturnus infortuna fuerit. Sed ſi Mars infortuna fuerit, acidet nato malum, & timor à latronibus & bellatoribus. Et ſi ſignificatores prædicti in ſigno terreo fuerint, erit maior pars itinerum per terrã, aut per nemora & loca deſerta.

Quando dominus aſcendentis ad dominum domus itineris iuerit, natus iter excogitatum arripiet.

Quando dominus aſcendentis à domino domus itineris ſeparatus fuerit, natus itinera odio habebit, nec de ipſis curabit.

Quando dominus domus itineris à domino aſcendentis ſeparatus fuerit, natus itinera quæret ac velociter ea arripiet, ſed parum aut nihil boni ex eis accipiet.

***Breuis commonefactio cur veteres ſingulas regiones, prouincias & vrbes, ſingulis Zodiaci ſignis acommodarint.***

Vtilis locus ex quo fundaměta ſingulis locis zodiaci, peculares partes terrę attribuãtur.

Teſtatur manifeſta experientia, occultam quádam eſſe συμπάθειαν vel ἀντιπάθειαν ſignorum zodiaci, cum his vel illis locit aut partibus terrę, ſicut à poſteriori facilè colligi poteſt. Sapientiſsimi enim homines obſeruatione accurata annotarunt ſingulares caſus locorum, vt pote irruptiones gentium, terrarum deuaſtationes, terræ motus, peſtes, famem, annonæ caritatem, tempeſtates inſolitas ventorum, inundationes fluminũ & huiuſmodi caſus collatos inter ſeſe, ad terras Eclipſes, præſertim ſolares, & ominoſas ſuperiorum planetarum coniunctiones, vel oppoſitiones retulerunt, ac ſignum illud Eclipſium aut Syzygię, magnum cum eo tractu terræ conſenſum & mirabilem congruentiam habere, deprehẽderunt. Hinc ex inſignibus mutationibus & calamitatibus, ipſas terræ partes, certis dodecatemoriis ſubiectas eſſe, deprehenderunt veteres, quarum ſigna, quibus ſubiectæ ſint, hodie multis in locis ignoratur, aut in dubium vocari poteſt.

Exemplũ de regno Bohemiæ.

Et pro corroboratione iam dictorum quidam Aſtrologus hoc exemplum dat de regno Bohemię, & dicit ipſum eſſe ſub ſigno Leonis: quod etſi cum eo multum cognationis habere videtur, tamen exempla docet hiſtorica, maximas calamitates variaque incommoda & certamina id regnum habuiſſe, cùm vel terræ Eclipſes ſolares, vel ſuperiorum planetarum copulationes in ſignum Cancri, quod Capricorno opponitur, ſub quo Bohemia regni nomen adepta eſt, inciderunt. Nã anno 1424. fuit Solis Eclipſis in Cancro, poſtquam principes quidam Germanię à tribus partibus Bohemiam inuaſerũt, qui ab Huſsitis fortiter repulſi ſunt, & tũc fines Bohemiæ verſus Miſniam & Noricum prolati ſunt. Poſtea anno 1433. apparuit Eclipſis alia Solis in Cancro, cui Iupiter in eodem ſigno acceſsit. Eam ſecuta eſt magna laniæna, cùm propter religionem, collapſa publica diſciplina per interregnum, Bohemi inter ſe digladiarentur.

Anno prætereà domini 1469. alia eclipſis Solis conſpecta eſt in Cancro, poſtquam Matthias Huniades Hungaris bellum indixit, eiſque ademit Morauiam, Sileſiam ac Luſatiam. Poſtremo anno 1536. accidit magna Eclipſis in Cancro, poſtquàm multi Bohemi in Vngaria à Turcis cæſi & proditione captiui abducti ſunt.

Aliud exẽplum.

Eodem modo & Saxoniam & maritimas ciuitates Capricorni ſigno ferè ſubiecerunt Aſtrologi, quod cum per infauſtas Solis Eclipſes, aut Syzygias ſuperiorum planetarum fuit afflictum, ſemper ferè aliquid triſte & calamitoſum his regionibus portendit. Sic ex infœlici coniunctione Saturni & Martis in Capricorno, anno 1548. menſe Februario, multi triſtes illos motus Saxonicos prædixerunt. Deinde quantas calamitates Eclipſis Solis in Cancro oppoſito ſigno Capricorni, ad quam ſuperiorum planetarum coniunctio acceſsit anno 1563. & huic regioni quid portenderit, euentus hodie ſatis oſtendit.

Momẽta tẽporum, quibus primũ vrbium fundaměta iacta ſunt.

Veteres etiam Aſtrologi accuratè obſeruarunt momenta temporum, quibus primùm vrbium & oppidorum fundaměta iacta ſunt, ac ſignum quod eo tempore aſcendit, illi vrbi tribuerunt, cuius rei cauſa à natiuitatibus hominum ſumpta eſt. ſicut enim in genitura hominis, ex ſigno horoſcopante ſumitur iudicium de rebus maximis, vt de temperamento, & valetudine, ac totius corporis conſtitutione, quod cum fuerit benè affectum, nec à maleficis impeditum, decernit bonum temperamentum, valetudinem firmam, & formam corporis iuſtam. Contrarium verò ſi malè afficiatur: ita ex eodem ſigno, quod momẽto iacti fundamenti exo-



Digitized by Google

riebatur, pro eius affectione ac conſtitutione, iudicium ſumebant, de fœlicibus, aut aduerſis illius vrbis, aut loci ſucceſsibus.

Ac ſicut in genitura hominis, cum aliqua tetra Eclipſis, præſertim in horoſcopum, ſeu ſignum aſcendens, vel ei oppoſitū inciderit, aut idē ſignum horoſcopans malefici, vel tranſierit, vel ingreſſu ſuo radiis inimicis afflixerint, aut ipſam mortem, & interitum (præſertim ſi mala directio concurrat) aut certè graues calamitates, vt ſunt morbi, infælices ſucceſſus in rebus gerendis metuendos decernit. Ita ferè ſemper aliquid infauſti illis locis accidere ſolet, cum id ſignum, quod iam familiaritatem cum illo loco habet, vel per tetras coniūctiones, vel per Eclipſes prodigioſas, ac tranſitus maleficorum, grauiter afflictum fuerit. Huius obſeruationis mēorabilia exēpla obſeruent ſtudioſi.

Conſtantinopolis Cācro ſubiecta.

Conſtantinopolim cloacam hodie Turcicæ Tyrannidis & Mahometicę barbariei, olim ſedem Romani imperij celeberrimam, Cancri ſigno ſubiecerunt. In prima enim illius vrbis exædificatione, ſignum illud aſcendit, ſicut Gauricus refert. Ac multi euentus, & plurimæ calamitates, huic ſigno verè ſubiectam eſſe vrbem, oſtenderunt, inter quas maximè inſignis & memorabilis eſt, vltima obſidio & expugnatio, quæ facta eſt anno 1453. à Mahomete Turcico Imperatore. Hanc enim ſex vel ſeptem annis præceſſerat magna coniunctio trium ſuperiorum planetarum, in ſigno Cancri, in quo peſsimè malefici afficiebantur, & ad hanc tetram coniunctionem acceſsit horribilis Cometa, qui vrbi maxima mala portendere videbatur.

Roma Leo ſubiecta eſt

Romam ſedem Eccleſiæ Dei & ſummi Pontificis noſtri, Leoni ſubiiciunt Aſtrologi. In ſecunda enim vrbis inſtauratione, vt Gauricus annotauit, in tractatu ſuo Aſtrologico, aſcendit id ſignum ſupra horizontem.

Ita Bononiam collocant ſub ſigno Tauri, propter eandem cauſam, & ſimiliter Mediolanum ſub ſigno Cancri, & Florentiam ſub ſigno Piſcium, vt infra demonſtrabo.

Venetię ſub Cancro.

Eodem modo vrbs Veneta celeberrima Cancro ſubiicitur. Illud enim ſignum aſcendit, cum primū ædificari cœpta eſt. Idque multi euentus confirmarunt. Nam bellum Maximiliani 1. Imperatoris, & Venetorum, quo grauiter ipſi afflicti ſunt, pręceſſit ſuperiorum planetarum coniunctio in Cancro, cui ſeſe Cometa commiſcuerat. Ita de reliquis vrbibus, & oppidis iudicandum eſt, cùm tempore ædificationis vel inſtaurationis rectè ſunt aſsignata.

Memorabile pręceptū

Cùm verò tempus illud ignoratur, annotandi ſunt inſignes vrbium euentus, & facta collatione cum Eclipſibus & coniunctionibus infauſtis corporum cæleſtium, zodiaci ſignum eruendum eſt, quod cū illo loco familiaritatem aut cognationem, vel diſcrepantiam habet.

*Exempli cauſa.*

Exemplū de vrbe Norica.

Quidam Aſtrologus pro dictorum exemplo accipit euentus, qui præceſſerunt ciuitati Norimbergæ, cuius initium ædificationis ignoratur. Nam ex inſignibus aliquod calamitatibus, ingeniorum excellentia, & incolarum induſtria, &c. deprehenſum eſt, ſigno Geminorum eam ſigno Mercuriali ſubiectam eſſe. Nam plerumque vrbs illa celeberrima inſigni aliqua calamitate premi ſolet, cū ma-

Norimberga Geminorum ſubiecta eſt.

gnæ coniunctiones in Geminis, aut Virgine, quod ſignum quadrato aſpectu affligit Geminos, gubernatore eius Mercurio ſimul à maleficis atrociter læſo. Sic Eclipſis accidit Solis anno 1448. die 29. Auguſti in 15. gradu Virginis, in quadrato aſpectu Geminorum, cui ſeſe commiſcuit Saturnus. Illo tempore Marchio Albertus, cognomento Achilles, exitium vrbi intentauit, aſsidua clade & internecione ciuium. Talis etiam fuit Eclipſis Solis in 17. gradibus Virginis, anno 1551. Marte in medio cæli ſupra locum Eclipſis eleuato, & in ſuo detrimēto poſito, quo tempore vrbs obſeſſa fuit à Marchione Alberto, Caſimiri filio, & tandem longe, lateque depopulatis eius finibus, pacis conditiones receptæ ſunt.

Sic anno 1560. accidit alia Eclipſis Solis in octauo gradu Virginis, in quadrato ſigni Geminorum, quod tum percurrebat Saturnus, locum Eclipticū, & dominum eius Mercurium grauiter affligens. Vnde malum conduplicatum fuit. Hanc ſtatim effectus anno ſequente conſecuti ſunt, & durarunt vſque ad initium veris anni domini 1563. & hoc tempore, Norimbergæ multa milia hominum, peſte abſumpta fuerunt.

*Aliud exemplum.*

*Quæro, quod ſit ſignum horoſcopans, & culminans, Brandeburgi vrbis Marchiæ metropolitanæ.*

Examinabimus Eclipſes & coniunctiones, & addemus caſus memorabiles anno 1516. accidit Eclipſis Lunæ circa finem Capricorni, Luna exiſtente in medio cæli, in coniunctione Saturni & Martis. Locum enim Eclipticum infecerunt Mars & Saturnus, ſtatim ſubſecuta eſt peſtis, quæ durauit integris quatuordecim ſeptimanis, & multi homines interierunt. Effectus huius Eclipſis, non parum auxit tetra oppoſitio ſuperiorum planetarum in Scorpione & Tauro, anno 1513. & Eclipſis Solis in 27. grad. Piſcium eodem anno.

Alia Eclipſis Lunæ accidit anno 1525. & 26. in Cancro, & pręceſsit magna coniunctio ſuperiorū planetarum in Piſcibus. Anno 1527. in autūno ſubſecuta eſt peſtis, quæ primum circa ſancti Nicolai feſtum parum remiſit.

Solis Eclipſis accidit in Cācro anno 1536. Saturno eleuato ſupra locum Solis in decima, & Leonē poſſidente. Acceſſerunt etiam aliquot Eclipſes Lunę ſequentibus annis, & coniunctio Saturni & Martis, nec non Cometa fulſit anno 1538. Eodem anno peſtis apud illos graſſata eſt ſæuiſsima lue, & durauit à feſto Pentecoſtes, vſque ad diem ſancti Martini.

Anno 1547. duæ acciderunt Eclipſes Lunæ, vna verò Solis, & ad primam Eclipſim acceſsit oppoſitio Saturni & Martis. Saturno conſtituto in Capricorno aſcendente, Marte verò in cardine oppoſito Cancri, ſtatim dura peſtis ſecuta eſt, anno 48. & 49.

Anno 1563. iterum accidit Eclipſis Lunæ in Capricorno, Mars afflixit locum Eclipticum ex quadrato aſpectu, & Saturnus fuit in oppoſito ſigno Cancri. Acceſsit ſimul magna coniunctio anno 63. in principio Leonis, quæ anno 1564. rurſus bis accidit, primum in Leone, hinc in Cācro. Hanc Eclipſim & coniunctionem effectus peſtilentiales ſecuti ſunt anno 1565. & 65. Anno enim integro abſumpſit apud illos peſtis ferè quatuor milia hominum.

Ex his

Brandeburgũ ſub Capricorno.

Ex his aſcendentibus colligo hanc metropolim Electoratus Brandeburgenſis, Capricorno ſubiectam eſſe, ita vt cæli culminans ſignum ſit Scorpius, cuius etiam Eclipſes his annis in domo regia, multa pericula & mutationes gubernatoribus denunciarunt, quorum nonnulli dignitatibus ſpoliati, Magiſtratus honore ſeſe abdicare coacti ſunt.

*Bizantij Thema.*

THEMA cælicum vrbis Conſtantinopolitanæ, quæ olim Bizantium vocitabatur à Conſtātino Imperatore vltimo reſtaurata veluti in Bibliotheca Vaticana reperit Pomponius Gauricus in libello Græci Aſtronomi opyſtographo. Fundamentum igitur Bizantij vt pote Conſtantinopolitanæ vrbis, quæ noua Roma dicebatur, iactū fuit anno à prima mūdi origine 5838. poſt Chriſtum 638. die 2. Maij ho. 2. poſt ortum Solis, quippe quod mane diem Græca gens incipit. Quod thema cæleſte erexit ſapientiſſimus ille vir Valēs Antiochenus, quapropter vaticinatus fuit illius ciuitatis infelicia tempora fore anno 792. vt pote 1430. die 24. Martij, & nihil falſi prędixit, quoniam illa tempeſtate Mahometus Bizātij arces debellauit, & è manibus Chriſtianorum ſurripuit.




*Thema vrbis Romanæ in ſecunda reſtauratione.*

Ante Chriſtum Saluatorem natum labente anno
Vrbis ———— 752.
Mundi ———— 5200.

Solinus, & Lucius Terentius ſcripſere Romam fuiſſe conditā à Romulo XI. Calendas Maias, hoc eſt die 21. Aprilis, ante Chriſtum natum vertente anno 752. ſecunda autem reſtauratio fuit anno 572. ante Chriſtum,

*Manilius.*

*Heſperiam ſua Libra tenet, qua condita Roma*
*Orbis & imperium retinet diſcrimina rerum.*




Anno

*Bononiæ reſtauratio Theodoſica.*




Bononia fuit à Theodoſio imperatore reſtaurata, ex Ioue & Mercurio in horoſcopo ſemper quodammodo fuit ſub ditione ſummorum Pontificum, fuit mater ſtudiorum, Luna vero in trino Veneris, facit generaliter ſtudioſos venereorum, & mulieres formoſas, ac etiam viros. Mars verò in Solis oppoſito, & in ſeptimo loco, malos mores, pluresſque mala morte terminari, amatores armorū, quia eſt in Sagittario. Saturnus cum cauda non permittit, vt exaltentur ſuper alias vrbes, verum cum ſit in ſuo regno & trigono, faciet cuſtodire quandā libertatis ſpeciem.

*Mediolani inſtauratio.*




Mars in Iouis trigono non cōueniens, & Luna in oppoſito Veneris in Scorpione, multa detrimenta bellorum cauſa oſtēdit, atque in his aliquando infælices, & multam ſobolem mulieribuſque deditos nimis, atque ea cauſa infortunatos. Porrò Mercurius in domo propria, in Saturni trigono, ipſo in Aquario exiſtente, diuina prorſus ingenia, tum etiam ad artes præſtantiſsima. In cæteris valde diſsita eſt hæc cæli conſtitutio, quam vix veriſimilem eſſe crediderim. Homines miſericordes, laborioſi, ingenio magno prediti, minime concordes, publicæque vtilitatis cuſtodes, populus ſimplex, ac leuis, benefici tamen ac ciuiles. Vrbs ipſa talis eſt, queſi optimè regatur, nulli alteri veniat poſtponēda. Habet enim maximam copiam eruditorum virorū atque inſigniorum. Quadratum verò Solis & Iouis, Lunæ & Saturni, non ex conuenientibus ſignis, ſeruire alienis cogit.

Hæc

*Arx Florentiæ fundata iuſſu Ducis Alexandri Florentini.*




Haec cæleſtis figura fuit ſupputata per fratrem Iulianũ ordinis Carmelitanorum, iuſſu Ducis Alexandri Medicis: quiquidem præceptor meus hanc figuram extraxit à communi figura, quæ tenet in horoſcopo ſignum Arietis, quæ non eſt vera: vt demonſtrat ſequens figura. Et ideo ipſe poſuit Arietem in octaua cæli domo, tanquam aſcendens ciuitatis, & Martem eius dominum incarcerauit in duodecima cæli domo: Sed quicquid dicit Gauricus de iſta figura cæleſti, malè ſcripſit, quoniam nec ciuitas nec Arx illa mutabit ſceptra anno 1583. nec anno 1617. eradicabitur, vel ſolo æquabitur Arx illa, quia fælici ſydere fundata eſt.

*Inclyta vrbis Florentiæ inſtauratio.*




Florentia ciuitas (olim Cõfluentia dicta) à Totila & eius militibus nunquam fuit depopulata, nec per Carolũ magnũ anno Chriſti 802. reſtaurata. Verùm poſt ipſam conſtructionem an. 496. ciues Florentini eam reſtaurauerunt & amplificauerunt. Anno verò Saluatoris vertente 1298. die 29. Nouembris in meridie operam dederunt ædificationi: & primum lapidem, qui iaciendus erat in fundamento, tres epiſcopi, videlicet Florentiæ, Feſularum, & Piſtorij benedixerũt & cooptauerunt in fundamento cum maxima ſolennitate, circa pratum, quod dicitur omnium ſanctorum, in ea parte in qua hodie iacet turris illa, quæ ſupra Gorã manere videtur, in præſentia omnium ciuitatis magiſtratuum: & ea mœnia quę hodie manent, condiderunt: quę circumferuntur brac. 15578. id eſt ipſa ciuitas continet miliaria Italica quinque, vt narrat Ioannes Villanus in Chronicis ſuis lib. 8. cap. 31.

Hæc figura Iouem habet in horoſcopo benè poſitum, qui decernit, quòd ciues Florentini in Dei eccleſia, & diuitiis multùm proficere potuerũt. Et quoniam Mercurium tenet in ſigno Capricorni (teſte Ptolemæo) oſtendit conſtantiã ſenſus & rationis & clarum ingeniũ. Vnde quo ad literas ipſi propter acuitatem ingenij per totam Italiam dicũtur acutiſsimi, & in omnibus ſciẽtiis liberalibus & mechanicis fuerunt & ſunt excellentiſsimi. Venus autem in nono cæli templo religionis obſeruationem ſignificat. Sol verò in cæli culmine in ſua triplicita

plicitate bene poſitus decernit, quòd nomen eorum inſigne ac glorioſum erit.

Quare vrbs ipſa talis eſt, quæ homines laborioſos ingenio magno præditos producit. Nam ſi aliis hominibus omnium ciuitatum non ſunt anteponendi, nec etiam ſunt poſtponendi: quoniam nec vlla alia eruditorum maiorem copiã virorum nec inſigniorum edidit, vel fortium. Sed ad hæc dicit Cardanus. Ciuitas hæc Martem habet cadentem, vnde non multum bello proficere poteſt. Oſtenſum eſt autem, Mercurium in Piſcibus dãnari: vnde ad literas, non adeò ſunt vt Mediolanẽſes apti. Miror enim iſtius viri ingenium: quęnam cauſa, ſiue inſcitia eum induxit ſic ad loquendum? Nonne cõparationes ſunt omnino odioſæ? Nã in lingua vernacula ſua poemata ſcripſerunt, Dantes Alingherius, Franciſcus Petrarca, & Ioannes Boccacius, quaſi tres Soles fuerunt, qui cum ſuorum ſplendorum claritate vbique apparent qui ſi non fuerunt Florentini, ex qua patria ergo fuerunt? Quis in ſculpturę arte Michaelem Angelum Bonarotam Florentinum ſuperauit? qui dicitur fuiſſe potius diuinus quàm humanus artifex. Nonne in hac ciuitate floruerunt Accurſius, cui in iure ciuili inter commentatores meritò datur locus primus: Franciſcus eius filius, Ioannes Andreas non Bononienſis, ſed Florentinus fuit: quamuis per adoptionem patrem Bononienſem habuiſſet. Noſtri etiã fuerunt Aloyſius de Marſiliis, Leonardus de Datis, Bartholomæus Lapaccius, Dinus de Garbo, Nicolaus Falcuccius, Baptiſta Albertus, Marſilius Ficinus, Angelus Politianus orator & poeta celeberrimus, & Guido Bonatus qui ira accenſus inflammatuſque propter exilium ſibi decretum, à patria, non Florentinus, ſed Forliuienſis (in qua ciuitate manebat) voluit nominari. Nonne apud magnos heroes connumerandus eſt Philippus Scholarus Spanus Florentinus? qui prius fuit exercituum dux quàm miles: ipſe enim ſub poteſtatem Sigiſmundi Regis Hungariæ adduxit totum forum Iulium. Quis Albam Græcam defenſauit à furore Turcarum, niſi Dux iſte? Nonne copiam Turcarum diſsipauit 23. vicibus: cum quibus conflictum ſiue prælium fecit, & afflixit ſemper illorum opes? Nonne acquiſiuit ſuo regi & domino ſupradicto, Seruiam, Myſiam Ruſciamque cum maximo terrore Turcarum & gloria Hungarorum, ita vt poſt ſe illud prouerbiũ reliquerit, quod dicitur. Habes enim plus confidentiæ in hac re, quã Hungari in Philippo Spano.

Item Federicus Fulchius Florentinus iam relucet ſicut Sol inter cæteros Duces. Iſte fuit præfectus maris & religionis hoſpitalis ſancti Ioannis in Hieruſalem, qui hodie equites Melitæ appellati ſunt: qui cum ſocietate trium fratrum, & octo nepotum, qui erant equites dictæ religionis, diſsipauit in mare vicibus 18. claſſem infidelium. Si ergo de omnibus viris illuſtribus, qui orti ſunt ex hac ciuitate in omnibus facultatibus, catalogum hic facere voluiſſem, iuſtum volumen feciſſem. Sed ne videar Apologiam texere potiuſquam iudicia Aſtrologica componere, lectorẽ remitto ad ea quę ſcripſit Dominus Paulus Minius Philoſophus & Medicus peritus, in libro quem intitulauit, Defenſio Ciuitatis Florentiæ & Florentinorum.

*Venetæ vrbis inclytæ genitura.*




INCLYTAE vrbis Venetæ, quę verè oculus eſt Italię, in riuo alto fuit iactus primus lapis, vbi eſt Eccleſia, ſiue ſacellum Diui Iacobi. Quemadmodũ ex auſpicatiſsima atque fæliciſsima inclytæ ciuitatis Venetiarũ genitura à Patauinis fundata luce clarius elicitur. Sol Apheta in ſuo throno, & cęlorum culmine partiliter ſupputatus inſinuat quatenus Venetiarum Senatores dominij ſceptra miniſtrabunt ad calcem vſque Virginei partus 1880. anni, vel circiter. Nam ſpica Virginis in imo cęli cũ Saturno forti quaſi diuturnum regnum & ſtabile pollicentur. Mars in quarto loco ſecundum vim cadẽs in bello plerũque infælices oſtendit. Luna in Iouis quadrato & Martis trino, tum etiã in Mercurij trino multa pollicetur, ſenſus & rationis conſtantiam, legum cuſtodiã, audaciã etiã in periculis, ac ꝑ ariſtocratia celeritatẽ. Sol in medio cęli cõſeruationẽ religiõis & dominij eius demõſtrat, erit tamẽ eorũ nomẽ inſigne ac glorioſũ. Sũt aũt maximi virtutũ ęſtimatores, ac ad publicã vtilitatẽ paratiſsimi, qua in laude à nulla Italię vrbe ſuperantur: hoc aũt lõge meli' ac præſtãti' eruditiõe. Facit hoc ☽ & ♃ dñi aſcendẽtis. Igitur prælio nauali ſuperabũt alias claſſes, & erunt in mare potentiſsimi dñi.

Arx

*Arx Lugdunenſis fundata iuſſu Caroli 9. Regis Gallorum.*




TVRRIS Lugdunenſis fundationi fortuitè interfui. Sed hanc horam non approbaui: quoniam Mars quadrãgulabatur Soli, & Saturnus cõiunctus erat Lunæ, & Mercurius domin⁹ horoſpi infortunatus erat: quare nunquam hoc ædificium ad perfectionẽ perueniet. Nam dicit Ptolemęus aph. 54. Centiloquij. Dominatores in ædificationibus vbi copulantur ſtellæ ſubterraneæ, ædificij erectionem impediunt. quare &c.

Cæterum relinquo iudicio Mathematici.

*Ferraria vetus.*




ISTVD ſchema cælicum ſupputauit Cælius Calcagninus Ferrarienſis vir doctiſſimus, & Priſcianus de Peregrinis, vel potius Ioannes Blanchinus Bononienſis.

*Ferrariæ noua reſtauratio.*




Svb eodem horoſcopo venit in lucem Auguſtiſſimus Hercules 2. Ferrariæ Dux, qui ſuam Ciuitatem amplificauit, florentiſſimâque redidit ab anno 1535. ad annum vſque 1551. vertente. Anni eius erunt 143 o. vel circiter.

*Reſtauratio Mutinæ Ciuitatis per Herculem 2. Ferrariæ Ducem.*




Digitized by Google

*Turris Mirandulæ à Comite Franciſco viro doctiſsimo fundata.*




TVRRIS Mirandulæ fundata fuit expenſis Comitis Franciſci Mirãdulæ domini, qui ex Saturno horoſcopi domino cum pleiadibus, & Venere domina quartę domus cum Sole in octaua, fuit interfectus à nepote filio Comitis Ludouici, qui infinitore Ferrariano iuxta Padum fluuium ictu bõbardæ in capite ſauciatus confeſtim interijt, quippe qui Venetorum Nautæ è triremibus iaculabantur tormentales machinas, illas denique naues Alphonſus Dux Ferrarię debellauit, & prope Eccleſiam diui Gregorij pleroſque annos ſeruauit, tandem eas reſtituit dominis Venetis. Anno 1551, oppidum Mirandulæ fuit obſeſſum à militibus Iulij 3. Pont. Max.

*Inſtauratio Patauij antiqua.*




MVLTI hallucinãtur fuiſſe Scorpionis ſignum in horoſcopo, dicentes fuiſſe illam Antenoream ciuitatẽ ante vrbem Romuleam annis 465. vertentibus. Lucas Gauricus arbitraretur fore obſeruandam vltimã Patauij reſtaurationem ab dominis Venetis factam.



Digitized by Google

*Caſtrum Piſauri.*




Castellum illud Piſauri, inexpugnabile factum fuit, & munitum ab illuſtriſſimo & doctiſſimo Ioanne Sfortiade, & poſt illius interitum iure optimo, ſub dominio Ducis Vrbini, & filiorum, atque Nepotum fuit.






*De Morte.* *CAP. VIII.*

HOc caput tranſtulimus in librum 3. huius operis ſub capite 13. cũ eius expoſitione: ideo neceſſe nobis fuit, doctrinæ ordinem ſequi volentibus noſtri ſpeculi, Ptolemæi ordinẽ omittere, & hoc caput octauum quarti libri, illuc transferre, quapropter vide illud in illa parte, ſi tibi placet.

## TEXTVS.

Περὶ χρόνων διαιρέσεως.

Εφωδευμένου δὲ ἡμῖν κεφαλαιωδῶς τοῦ τύπου τῆς καθ' ἕκαστον εἶδος ἐπισκέψεως, μέχρι μόνων αὐτῶν ὥσπερ ἐν ἀρχῇ προεθέμεθα τῶν καθ' ὅλα μέρη λαμβανομένων πραγματειῶν, λοιπὸν ἂν εἴη προσθεῖναι κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ὅσα καὶ περὶ τὰς τῶν χρόνων διαιρέσεις ὀφείλει θεωρηθῆναι, φυσικῶς τε καὶ ἀκολούθως, ταῖς ἐπὶ μέρους ἐκτεθειμέναις πραγματείαις. ὥσπερ τοίνυν καὶ ἐπὶ πάντων ἁπλῶς τῶν γενεθλιαλογικῶν τόπων προϋφέστηκεν ἡ τῶν ἐπὶ μέρους εἱμαρμένη μείζων, ἡ τῆς τῶν χωρῶν αὐτῶν, ἢ τὰ καθ' ἕκαστον ὁλοσχερῶς θεωρούμενα περὶ τὰς γενέσεις ὑποπίπτειν πέφυκεν, ὥς τά τε περὶ τὰς, τῶν σωμάτων μορφὰς, καὶ τὰς τῶν ψυχῶν ἰδιοτροπίας, καὶ τὰς τῶν ἐθῶν καὶ νομίμων ἐναλλαγάς, καὶ δεῖ τὸν φυσικῶς ἐπισκεπτόμενον, ἀεὶ τῆς πρώτης καὶ κυριωτέρας αἰτίας κρατεῖν, ὅπως μὴ κατὰ τὸ τῶν γενέσεων προοίμιον πάθη ποτὲ, τὸν μὲν αἰθίοπα φέρε εἰπεῖν, λευκόχροου, ἢ τετανὸν τὰς τρίχας εἰπών, τὸν δὲ γερμανὸν ἢ τὸν γαλάτην μελίχροου καὶ οὐλοκέφαλον, ἢ τούτους μὲν ἡμέρους τοῖς ἤθεσιν ἢ φιλολόγους ἢ φιλοθεώρους, τοὺς δ' ἐν τῇ ἑλλάδι τὰς ψυχὰς ἀγρίους, καὶ τὸν λόγον ἀπαιδεύτους, ἢ πάλιν κατὰ τὸ τῶν ἐθῶν καὶ νομίμων ἴδιον ἐπὶ τῶν συμβιώσεων λόγου χάριν, τῷ μὲν ἰταλῷ τὸ γένος, ἀδελφικὸν γάμον προθέμενος, δέον τῷ αἰγυπτίῳ. τούτῳ δὲ μητρικὸν, δέον τῷ πέρσῃ, καὶ ὅλως προδιαλαμβάνειν τὰς καθόλου τῆς εἱμαρμένης περιστάσεις, εἶτα τὰς κατὰ μέρος πρὸς τὸ μᾶλλον ἢ ἧττον ἐφαρμόζειν, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν χρονικῶν διαιρέσεων τὰς τῶν χρονικῶν ἡλικιῶν διαφορὰς καὶ ἐπιτηδειότητας, πρὸς ἕκαστα τῶν ἀποτελεσμάτων ἀναγκαῖον προυποτίθεσθαι, καὶ σκοπεῖν, ὅπως μὴ κατὰ τὸ κοινὸν καὶ ἁπλοῦν τῶν πρὸς τὴν ἐπίσκεψιν θεωρουμένων συμβαματικῶν, λάθωμεν αὐτοὺς ποτὲ, τῷ μὲν βρέφει πρᾶξιν ἢ γάμον, ἢ τι τῶν τελειοτέρων εἰπόντες

τῷ δὲ πάνυ γέροντι, τεκνοποιίαν, ἤ τι τῶν νεανικωτέρων, ἀλλὰ καθάπαξ τὰ διὰ τῶν ἐφόδων τῶν χρονικῶν θεωρούμενα, κατὰ τὸ πρόσφορον καὶ ἐνδεχόμενον, τῶν ταῖς ἡλικίαις συμφίλων ἐφαρμόζωμεν. ἔστι γὰρ ἐπιβολὴ μία καὶ ἡ αὐτὴ πάντων, ἐπὶ τῶν χρονικῶν τῆς καθόλου φύσεως τῶν ἀνθρώπων ἐχομένη, καθ᾽ ὁμοιότητα καὶ παραβολὴν τῆς τάξεως τῶν ἑπτὰ πλανωμένων, ἀρχομένη μὲν ἀπὸ τῆς πρώτης ἡλικίας, καὶ τῆς πρώτης ἀφ᾽ ἡμῶν σφαίρας, τουτέστι τῆς σεληνιακῆς, ληγούσης δὲ ἐπὶ τὴν πυμάτην τῶν ἡλικιῶν, καὶ τῶν πλανωμένων σφαιρῶν τὴν ὑστάτην, ♄ δὲ προσαγορευομένην, καὶ συμβέβηκεν ὡς ἀληθῶς, ἑκάστη τῶν ἡλικιῶν, τὰ οἰκεῖα τῇ φύσει, τοῦ παραβεβλημένου τῶν πλανωμένων, ἃ δεήσει παρατηρεῖν, ὅπως τὰ μὲν καθόλου τῶν χρονικῶν ἐντεῦθεν σκοπῶμεν, τὰς δὲ κατὰ μέρος διαφορὰς, ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς γενέσεσιν εὑρισκομένων ἰδιωμάτων, μέχρι μὲν γὰρ τῶν πρώτων σχεδόνπου τεσσάρων ἐτῶν, κατὰ τὸν οἰκεῖον ἀριθμὸν τῆς τετραετηρίδος, τὴν τοῦ βρέφους ἡλικίαν ἡ ☾ παραλαβοῦσα, τήν τε ὑγρότητα καὶ ἀπηξίαν τοῦ σώματος, καὶ τὸ τῆς αὐξήσεως ὀξὺ καὶ τῶν τροφῶν ἐπίπαν ὑδατῶδες, καὶ τὸ τῆς ἕξεως εὐμετάβολον, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἀτελὲς, καὶ τὸ ἀδιάρθρωτον ἀπειργάσατο, τοῖς περὶ τὸ ποιητικὸν ἑαυτῆς συμβεβηκόσιν οἰκείως. ἐπὶ δὲ τὴν ἑξῆς δεκαετείαν, τὴν παιδικὴν ἡλικίαν, δεύτερος καὶ δευτέραν λαχὼν ὁ τοῦ ἑρμοῦ, τὴν καθ᾽ ἥμισυ μέρος τοῦ τῆς εἰκοσαετηρίδος ἀριθμοῦ, τότε διανοητικὸν καὶ λογικὸν τῆς ψυχῆς ἄρχεται διαρθροῦν, ὥσπερ καὶ διαπλάττειν καὶ τῶν μαθημάτων ἐντιθέναι σπέρματα τινὰ καὶ στοιχεῖα, τῶν τε ἠθῶν καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἐκφαίνειν τὰς ἰδιοτροπίας, διδασκαλίαις ἤδη καὶ παιδαγωγίαις, καὶ ταῖς πρώταις γυμνασίαις ἐγείρων τὰς ψυχάς. Ὁ δὲ τῆς ♀, τὴν μειρακιώδη καὶ τρίτην ἡλικίαν παραλαβὼν ἐπὶ τὴν ἑξῆς ὀκταετίαν κατὰ τὸν ἴσον ἀριθμὸν τῆς ἰδίας περιόδου, κίνησιν εἰκότως τῶν σπερματικῶν πόρων ἐμποιεῖν ἄρχεται, καὶ τὴν πλήρωσιν αὐτῶν καὶ ὁρμὴν, ἐπὶ τὴν τῶν ἀφροδισίων συνέλευσιν, ὅτε μάλιστα λύσσα τις γίνεται καὶ ἀκρασία, καὶ πρὸς τὰ τυχόντα τῶν ἀφροδισίων, ἔρως καὶ φλεγμονὴ, καὶ ἀπάτη καὶ τοῦ βλέποντος ἀβλεψία. τὴν δὲ τετάρτην καὶ μέσην τῇ τάξει ἡλικίαν τὴν νεανικὴν, λαβὼν ὁ τῆς μέσης σφαίρας ☉ ἐπὶ τὰ τῆς ἐννεακαιδεκαετηρίδος, ἐν ᾗ τὸ δεσποτικὸν ἤδη καὶ τὸ αὐθεντικὸν τῶν πράξεων ἐμποιεῖ ψυχῇ βίου τε καὶ δόξης, καὶ καταστάσεως ἐπιθυμίαν καὶ μετάβασιν ἀπὸ τῶν παιγνιωδῶν καὶ ἀκαταστάτων πλαστῶν ἁμαρτημάτων, ἐπὶ τὸ προσεκτικὸν, καὶ αἴδιμον, καὶ φιλότιμον. Μετὰ δὲ τὸν ☉ ὁ τοῦ ♂ πέμπτος, ἐπιλαβὼν τὸ τῆς ἡλικίας ἀνδρῶδες ἐπὶ τὰ ἴσα τῆς τῆς ἡλικίας περιόδου πεντεκαίδεκα ἔτη, τὸ αὐστηρὸν καὶ κακόπαθον εἰσάγει τοῦ βίου, μερίμνας τε καὶ σκυλμοὺς ἐμποιεῖ τῇ ψυχῇ καὶ τῷ σώματι, καθάπερ αἴσθησίν τινα ἤδη καὶ ἔννοιαν ἐνδιδοὺς τῆς παρακμῆς, καὶ ἐπιστρέφον πρὸς τὸ πρὶν ἐγγὺς ἐλθεῖν τοῦ τέλους, ἀνύσαι τί ἄξιον λόγου μετὰ πόνου τῶν καταχειριζομένων. ἕκτος δ᾽ ὁ τοῦ ♃ τὴν πρεσβυτικὴν λαχὼν ἡλικίαν, ἐπὶ τὴν τῆς ἰδίας περιόδου πάλιν δωδεκαετίαν, τὸ μὲν αὐτουργὸν καὶ ἐπίπονον καὶ ταραχῶδες, καὶ παρακεκινδυνευμένον τῶν πράξεων, ἀποστρέφεσθαι ποιεῖ, τὸ δὲ εὔσχημον καὶ προνοητικὸν καὶ ἀνακεχωρηκὸς, ἔτι δὲ ἐπιλογιστικὸν πάντων καὶ νουθετικὸν καὶ παραμυθητικὸν ἀντεισάγει, τιμῆς τό τε μάλιστα, καὶ ἐπαίνου καὶ ἐλευθεριότητος ἀντιποιεῖσθαι παρασκευάζον μετ᾽ αἰδοῦς καὶ σεμνοτροπίας. τελευταῖος δὲ ὁ τοῦ ♄, ἐσχάτην καὶ γεροντικὴν ἡλικίαν ἀπεκληρώθη, μέχρι τῶν ἐπιλοίπων τῆς ζωῆς χρόνων, καταψυχομένων ἤδη καὶ ἐμποδιζομένων τῶν τε σωματικῶν καὶ ψυχικῶν κινήσεων, ἔν τε ὁρμαῖς καὶ ἀπολαύσεσι καὶ ἐπιθυμίαις ταχείας τῇ φύσει παρακμῆς ἐπιγινομένης, τῷ βίῳ κατεσκληκότι, καὶ ἀστύμῳ καὶ ἀσθενικῷ, καὶ εὐπροσκόπῳ, καὶ πρὸς πάντας δυσαρέστῳ, καὶ κατὰ τὸ οἰκεῖον τῆς τῶν κινήσεων νωχελίας. αἱ μὲν οὖν κατὰ τὸ κοινὸν καὶ καθόλου τῆς φύσεως θεωρούμεναι τῶν χρόνων ἰδιοτροπίαι τοῦτον τὸν τρόπον προϋποτετυπώσθωσαν, τῶν δὲ ἐπὶ μέρους, κατὰ τὸ τῶν γενέσεων ἴδιον ὀφειλουσῶν λαμβάνεσθαι τὰς μὲν κατὰ τὸ προϋποτεθειμένον πάλιν καὶ ὁλοσχερέστερον, ἀπὸ τῶν κυριωτάτων πάλιν ἀφέσεων ποιησόμεθα, πασῶν μέντοι καὶ οὐκ ἀπὸ μιᾶς, ὥσπερ ἐπὶ τῶν τῆς ζωῆς χρόνων, ἀλλὰ τὴν μὲν ἀπὸ τοῦ ὡροσκόπου πρὸς τὰ σωματικὰ τῶν συμπτωμάτων, καὶ τὰς ξενιτείας τὴν δὲ ἀπὸ τοῦ κλήρου τῆς τύχης πρὸς τὰ

τῆς κτή

τῆς κλήσεως, τὴν δὲ ἀπὸ τῆς ☾, πρὸς τὰ τῆς ψυχῆς πάθη, καὶ τὰς συμβιώσεις, τὴν δὲ ἀπὸ τοῦ ☉ πρὸς τὰ κατ᾽ ἀξίαν καὶ δόξαν, τὴν δ᾽ ἀπὸ τοῦ μεσουρανήματος, πρὸς τὰς λοιπὰς τοῦ κατὰ μέρος τοῦ βίου διαγωγὰς, οἷον, πράξεις, φιλίας, τεκνοποιΐας, οὕτω γὰρ μὲν ἐν τοῖς αὐτοῖς καιροῖς, οὐχ εἷς ἔσται ἀγαθοποιὸς κύριος αὐτῶν, πολλῶν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ συμβαινόντων ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἐναντίων συμπτωμάτων, ὡς ὅταν τις ἀποβαλὼν πρόσωπον οἰκεῖον, λάβῃ κληρονομίαν, ἢ νόσῳ κατακλιθῇ κατὰ τὸ αὐτὸ, καὶ τύχῃ τινὸς ἀξίας καὶ προκοπῆς, ἢ ἐν ἀπραγίᾳ τυγχάνων, τέκνων γένηται πατὴρ, καὶ ὅσα τοιαῦτα συμβαίνειν εἴωθεν. οὐ γὰρ τὸ αὐτὸ σώματος καὶ ψυχῆς καὶ κτήματος καὶ ἀξιώματος, καὶ τῶν συμβιούντων ἀγαθῶν ἢ κακῶν, ὡς ἐξανάγκης ἐν ἅπασι τούτοις εὐτυχεῖν τινα, ἢ πάλιν ἀτυχεῖν, ἀλλὰ συμβαίνοι μὲν ἂν ἴσως καὶ τὸ τοιοῦτον, ἐπὶ τῶν τέλεον εὐδαιμονιζομένων, ἢ ταλανιζομένων καιρῶν, ὅταν ἐν ἁπάσαις ἢ ταῖς πλείσταις ἀφέσεσιν, συνδράμωσιν ὑπαντήσεις ἀγαθοποιῶν πάντων, ἢ πάλιν κακοποιῶν σπανίως δὲ, διὰ τὸ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἀτελὲς μὲν πρὸς ἑκατέραν τῶν ἀκροτάτων, εὐκατάφορον δὲ, πρὸς τὴν ἐκ τῆς ἐναλλαγῆς τῶν ἀγαθῶν καὶ κακῶν συμμετρίαν, τοὺς μὲν οὖν ἀφετικοὺς τόπους, κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον διακρινοῦμεν, τοὺς δὲ ἐν ταῖς ἀφέσεσιν ὑπαντῶντας, οὐ μόνον πάλιν τοὺς ἀναιρέτας, ὥσπερ ἐπὶ τῶν τῆς ζωῆς χρόνων, ἀλλὰ πάντας ἁπλῶς παραληπτέον, καὶ ὁμοίως οὐ τοὺς σωματικῶς μόνον, ἢ κατὰ διάμετρον, ἢ τετράγωνον στάσιν συναντῶντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς κατὰ τρίγωνον καὶ ἑξάγωνον σχηματισμόν. Καὶ πρῶτον μὲν δοτέον τοὺς χρόνους καθεκάστην ἄφεσιν, τῷ κατ᾽ αὐτῆς τῆς ἀφετικῆς μοίρας τυχόντι, ἢ συσχηματισθέντι, ἐὰν δὲ μὴ οὕτως ἔχῃ, τῷ τὴν ἔγγιστα προήγησιν ἐπιλαβόντι, μέχρι τοῦ τὴν ἑξῆς εἰς τὰ ἑπόμενα μοῖραν ἐπιθεωρήσαντος, εἶτα τούτῳ μέχρι τοῦ ἑξῆς, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως, παραλαμβανομένων εἰς τὴν οἰκοδεσποτίαν καὶ τῶν τὰ ὅρια ἐπεχόντων ἀστέρων, δοτέον δὲ πάλιν ταῖς τῶν διαστάσεων μοίραις, ἔτη κατὰ μὲν τὴν ἀπὸ τοῦ ὡροσκόπου ἄφεσιν, ἰσάριθμα τοῖς τοῦ οἰκείου κλίματος ἀναφορικοῖς χρόνοις. κατὰ δὲ τὴν ἀπὸ τοῦ μεσουρανήματος, ἰσάριθμα τοῖς χρόνοις τῶν μεσουρανήσεων, κατὰ δὲ τὰς ἀπὸ τῶν λοιπῶν, ἀναλόγως τῷ πρὸς τὰ κέντρα συνεγγισμῷ, τῶν ἀναφορῶν ἢ καταφορῶν, ἢ συμμεσουρανήσεων, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν τῆς ζωῆς χρόνων διωρισάμεθα, τοὺς μὲν οὖν καθολικοὺς χρονοκράτορας, ληψόμεθα τὸν εἰρημένον τρόπον, τοὺς δ᾽ ἐνιαυσίους, ἐκβάλλοντες τὸ πλῆθος τῶν ἀπὸ τῆς γενέσεως ἐτῶν, ἀφ᾽ ἑκάστου τῶν ἀφετικῶν τόπων, εἰς τὰ ἑπόμενα κατὰ ζώδιον ἓν, καὶ τοῦ συντελευτῶντος ζωδίου τὸν οἰκοδεσπότην συμπαραλαμβάνοντες, τὸ δ᾽ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν μηνῶν ποιήσομεν, ἐκβάλλοντες πάλιν καὶ τούτων τὰ ἀπὸ τοῦ γενεθλιακοῦ μηνὸς πλῆθος ἀπὸ τῶν τὴν κυρείαν τοῦ ἔτους λαβόντων τόπων, κατὰ ζώδιον μέντοι ἡμέρας κη, ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἡμερῶν, τὰς δὲ ἀπὸ τῆς γενεθλιακῆς ἡμέρας ἐκβάλλομεν ἀπὸ τῶν μηνιαίων τόπων, κατὰ ζώδιον ἡμέρας β. ἥμισυ. προσεκτέον δὲ καὶ ταῖς ἐπεμβάσεσι πρὸς τοὺς καθολικοὺς μάλιστα τόπους γινομέναις, ὡς οὐδὲ τυχούσαις καὶ αὐταῖς συλλαμβανομέναις πρὸς τὰ τῶν καιρῶν ἀποτελέσματα, καὶ μάλιστα ταῖς μὲν τοῦ ♄ πρὸς τοὺς καθολικοὺς τῶν χρόνων τόπους, ταῖς δὲ τοῦ ♃, πρὸς τοὺς τῶν ἐνιαυσιαίων, ταῖς δὲ τοῦ ♂ καὶ ☉ καὶ ♀ καὶ ☿, πρὸς τοὺς τῶν μηνιαίων, ταῖς δὲ τῆς ☾ παρόδοις πρὸς τοὺς τῶν ἡμερησίων, καὶ ὡς τῶν μὲν καθολικῶν χρονοκρατόρων, κυριωτέρων ὄντων, πρὸς τὴν τοῦ ἀποτελέσματος τελείωσιν, τῶν δ᾽ ἐπὶ μέρους συνεργούντων, ἢ ἀποσυνεργούντων, κατὰ τὸ οἰκεῖον ἢ ἀνοίκειον τῶν φύσεων, τῶν δὲ ἐπεμβάσεων, τὰς ἐπιτάσεις καὶ τὰς ἀνέσεις τῶν συμπτωμάτων ἀπεργαζομένων, τὸ μὲν γὰρ καθόλου τῆς ποιότητος ἴδιον, καὶ τὴν τοῦ χρόνου παράτασιν, ὅ, τε τῆς ἀφέσεως τόπος, καὶ ὁ τῶν καθολικῶν χρόνων κύριος μετὰ τοῦ τῶν ὁρίων διασημαίνει, διὰ τὸ συνοικειοῦσθαι τῶν ἀστέρων ἕκαστον ἐπ᾽ αὐτῆς τῆς γενέσεως τοῖς τόποις, ὧν ἂν ἀπ᾽ ἀρχῆς ἔτυχον λαβόντες τὴν οἰκοδεσποτίαν, τὸ δὲ ἀγαθὸν ἢ τοὐναντίον, πότερον ἔσται τὸ σύμπτωμα, καταλαμβάνεται διὰ τῆς τῶν χρονοκρατόρων φυσικῆς τε καὶ συγκρατικῆς ἰδιοτροπίας, εὐποιητικῆς ἢ κακωτικῆς, καὶ τῆς ἀπ᾽ ἀρχῆς πρὸς τὸν ἐπικρατούμενον τόπον συνοικειώσεως, ἢ ἀντιπαθείας, τὸ δ᾽ ἐν ποίοις χρόνοις μᾶλλον ἐπισημανθήσεται τὸ ἀποτέλεσμα, δείκνυται διὰ τῶν, ἐνιαυσίων καὶ μηνιαίων ζωδίων, πρὸς τοὺς αἰτιατικοὺς τόπους συσχηματισμῶν καὶ τῶν κατὰ τὰς ἐπεμβάσεις τῶν ἀστέρων, καὶ τὰς φάσεις ☉ καὶ ☾, πρὸς τὰ ἐνιαύσια καὶ

μηνιαῖα τῶν ζωδίων οἱ μὲν γὰρ συμφώνως ἔχοντες πρὸς τοὺς διατιθεμένους τόπους ἀπὸ τῆς ἐν τῇ γενέσει καταρχῆς καὶ κατὰ τὰς ἐπεμβάσεις συμφώνως αὐτοῖς συσχηματισθέντες, ἀγαθῶν εἰς τὸ περὶ τὸ ὑποκείμενον εἶδος ἀπεργαστικοὶ, καθάπερ ἐὰν ἐναντιωθῶσι φαύλων, οἱ δὲ ἀσυμφώνως καὶ παραίρεσιν, διαμηκίσαντες μὲν, ἢ τετραγωνίσαντες ταῖς παρόδοις κακῶν εἰσὶν αἴτιοι, κατὰ δὲ τοὺς ἄλλους συσχηματισμοὺς, οὐκέτι, κἂν οἱ αὐτοὶ καὶ τῶν χρόνων καὶ τῶν ἐπεμβάσεων κυριεύωσιν ἀστέρες, ὑπερβάλλουσα καὶ ἄκρατος γίνεται, ἡ τοῦ ἀποτελέσματος φύσις, ἐάν τε ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν, ἐάν τε ἐπὶ τὸ φαῦλον ῥέπῃ πολὺ δὲ πλέον, διὰ τὸ χρονοκράτορας εἶναι, κυριεύσωσι τοῦ τῆς αἰτίας εἴδους, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ κατ' αὐτὴν τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως, τὴν οἰκοδεσποτίαν αὐτοῦ τετυχηκέναι, κατὰ πάντα δ' ὁμοίους τυχοῦσιν ἢ ἀτυχοῦσιν, ὅταν ἤτοι τόπος εἷς, καὶ ὁ αὐτὸς, ὑπὸ πασῶν ἢ τῶν πλείστων ἀφέσεων τύχῃ καταληφθεὶς, ἢ τούτων διαφόρων οὐσῶν, οἱ αὐτοὶ χρόνοι πάσας ἢ τὰς πλείστας ὑπαντήσεις ὁμοίως ἀγαθοποιοὺς ἢ κακοποιοὺς τύχωσιν ἐσχηκότες. ὁ μὲν οὖν τόπος τῆς τῶν καιρῶν ἐπισκέψεως, τοσοῦτος τις ἂν εἴη, τὰ δὲ εἴδη τῶν ἀποτελεσμάτων, τῶν συμβαινόντων κατὰ χρόνους, συνάπτειν ἐνταῦθα κατὰ διέξοδον παραλείψομεν, διὸν ἔφην σκοπὸν ἐξ ἀρχῆς, ὅτε τῶν ἀστέρων ἡ ποιητικὴ δύναμις, ἣν ἔχουσιν ἐπὶ τοῖς καθόλου, ὁμοίως καὶ ἐν τοῖς μερικοῖς, κατὰ τὸ ἀκόλουθον ἐφαρμόζεσθαι δύναται, συναπτομένων εὐστόχως, τῆς τε αἰτίας τοῦ μαθηματικοῦ, καὶ τῆς αἰτίας τῆς ἐκ τῆς συγκράσεως.

*De diuiſione temporum in vita nati.* CAP. IX.

POſtquam in vnaquaque ſpecierum iſtarum prognoſticãdi modum vſque ad notitiæ ipſarum vniuerſalium rerum perfectionem generaliter, provt oſtenſum eſt, explicauimus. Ipſo eodem calle, ea quæ in natiuitatum partititione per tempora in ipſis obſeruanda, & in rebus particularibus præfatis modis ſunt attendenda, nos ſuperaddere naturaliter conuenit. Quemadmodum igitur iudicia & æſtimationes rerum particularium, quæ in enarratione natiuitatum à præfatis locis aſſumpta ſunt, præmittuntur, & ſi maior eorum pars ſint iudicia & exiſtimationes, quæ ab ipſis eiſdem regionibus aſſumuntur, ſcilicet quæ à regionibus ſumuntur, & ipſa ſunt iudicia in quibus particularia, quæ in natiuitatibus obſeruantur, generaliter continentur, vt ſunt formę & figurę corporum ac qualitatum, animarum proprietates, necnon differentiæ morum & legum. ¶ Conuenit etiam his, qui naturaliter hoc obſeruauerint, vt primæ occaſioni, que cæteris cõuenientior eſt, ne vnquam in natiuitatibus ſimilitudine decipiantur, ſemper adhęreãt. Veluti ſi natum Aethiopia albedine & capillorum planitie decoratum, vel horum animarum qualitates magis domeſticas, ſeu ad rationes procliuiores, ſiue rerum inueſtigatores eos eſſe dixerint, Aut ſi terram alienam, incolas, ſylueſtres animas, mutuatos, & à ratione diſſentaneos affirmauerint, vel in his iterum propter mores & leges vnicuique gentium proprias decipientur. Quemadmodum ſi in matrimoniis Italos ſuas germanas in vxores ducere decreuerint, ſuperaddẽdum etenim eis eſſet in iudicio, ſi nati fuerint in Aegypto, vel in ægyptiacis ſuas matres nubere, ſine huius additamento*præſignauerint, ſi nati fuerint in Perſia.

*Praegnauerint.

Vniuerſales autem qualitates in ſuis iudicijs & exiſtimationibus prius generaliter obſeruare, deinde particulares quantitates, per quas iudicabunt, his ſupperaddere conuenit, vt augmenta & diminutiones in his contingentes ex hoc deprehendant. ¶ Similiter etiam in diuiſione temporum & horarum nati, vt temporales annorum differentiæ, eorumq; cum vnoquoque futurorum ſubſequentium ſimilitudines præmittantur, & vt eorum qualitates inſpiciant, ita quod nullatenus in generalibus accidentibus quæ natiuitati obſeruauerint, decipiantur, neceſſariò conuenit, vt puerum operari, ac vxorem ducere, vel id agere, quod à nullo, niſi maioris ſit ætatis, agi poterit, & vt decrepitę virum ætatis prolem gignere, actuſque Soli iuuentuti poſſibiles efficere dijudicent, imò generaliter eis conuenit, & ea quæ per temporum obſeruationes deprehenderint ex annis ipſis conuenientibus, his quæ eis aſſimilantur, & quæ in ipſis accidere poſſunt, ſuperaddere. Eo quòd eadem via, idemque modus, necnon idem & vnus ordo

Digitized by Google

ordo cunctis temporalibus differentijs habetur, naturam vniuerſalem omnes homines continentem complectens, & cum ſeptem planetarum ordine ſimilitudinem obtinens. Hæc autẽ via ſiue ordo à primis annis, & à ſphæra nobis affiniori, ſcilicet lunari ſumit exordium. Et in extremis annis ab vltima planetarum ſphæra, quæ Saturni dicitur, explicatur. Sciendum eſt etiã, ſingulis annis res accidere, cum illius planetę natura, qui in illius anni directò fuerit, ſimilitudinem ſortientes. Huius autem obſeruatio rei neceſſaria eſt ad generalis horum vniuſcuiuſq; temporum qualitatis comprehenſionem. Quorum differentiæ particulares ex eis in habentibus proprietatibus cognoſcentur. Nam quia Luna ad plus 4. primorum annorũ infantis diſ- Infantiæ dominatur Luna.
poſitioni dominatur, qui numero, per quem quatuor primos annos intelligimus, aſſimilantur, infans ſui corporis teneritudinem & infirmitudinem, feſtinumq; crementum ſuſcipit, cuius etiam maior & frequentior eſt aquoſa cibatio, eiuſdémque formæ leuis alteratio, necnon ipſius anima debilis, imperfectaq; tenetur, ſecundum quòd ex his qui propter opificem infantis animæ partem accidunt conueniens eſt: & quoniam ſecundus planeta, qui Mercurius appellatur, dominus exiſtat diſpoſitionis. 10. annorum frequentium, qui & pueritiæ ſunt, & ſecundi nominantur, propter hoc inquam, quòd numeri medietatis. 20. annorum ipſe dominus eſt, infra hoc annorum ſpatium, effectum intellectus & ratiocinationis animæ manifeſtum, puer ingreditur, velut ſi quaſi eruditionis planta & qualitatum animę radices in eo plantarentur. In his etiam annis ex eorum quæ aptantur proprietatibus, caſtigatio, necnon & doctrina ſplendeſcit & ad primi exercitij modos expergefactus inſurgit. ¶ At quia diſpoſitioni ſubſequentium annorum. 8. qui & adoleſcentiæ ſunt, & tertij nominantur, Venus dominando præſidet, & qui numero annorum eius propriæ circunuolutionis ęquãtur, motus decurſus ſpermatis, eiuſq; multitudinis adunatio ſumit initium, & ad actus vſque venereos adoleſcens ipſe mouetur. Hoc autem tempus eſſe dicimus, in quo animę quaſi boliſmi ſimilitudinem ſortiuntur, & vix minimam abſtinentię portionem tangentes, ad plurimũq; cupidinis impetum in omnibus, ex rebus Veneris contingere poſſibilibus peruenientes, tempeſtuoſam luxuriam, deceptionem, mentiſq; cęcitatẽ in optatis omnibus incurrunt. Et quia Sol medialis ſphæræ dominator, diſpoſitioni annorum, vnum de 20. qui quarto loco notati & ordine ſunt medij & iuuentuti deputati, pręeſſe dicitur, in operibus potentiæ, & in fructuoſa diſpoſitione vitę, necnon eiuſdem directione ſollicitudine iuuenilem habere animam ſancimus, & ex qualitatibus deriſorijs, ludicris, & deceptibilibus ad animæ ſalutem pudoriſq; conſeruationẽ ac honoris affectũ, adulterari eã dicimus. Poſt Solem autem, quia Mars 15. annis quinto loco cõſtitutis dominatur, qui ſunt anni roboris atque vigoris & numero proprię rotationis ipſius ęquantur, vitæ grauitas ac impedimentum & aduerſitas incũbunt, animæ verò cum corporibus anxietates & impedimenta ſuſtinent, & corporis declinatio ferè ſentitur, & intelligitur, operabitur etiã homo grandia, vnde ſibi ſummus labor eueniet, quorum explicationem ante ſuæ mortis acceſſum expetit. deinceps autem Ioui, ſexti loci, ſenem vendicanti, ſenectutis annos 12. ſuæ propriæ circũrotationi æquales aſſignamus, in quibus homo ab operibus corporis & laborioſis, necnon & ab anxietate manum retrahit, animamq; ſuam deinde periculo non committat, pro quibus omnibus ſanũ mentis habitum induens, bonę conſeruationi ſtudebit, & pro ſua magnanimitate turpia negligens, in omnibus rebus deſiderãdo prouidus, necnon ſermocinator & conſolator habebitur. In hoc etiã tempore circa libertatem & honorificentiam, bonãque famam cum pudore & reuerentia maximè ſollicitabitur. Poſt hos autem anni Saturni velut in extremo poſiti qui ſunt ſenij, nec ante vitalis locis egreſſum terminatim ordinati eueniunt. Hos frigidior, corporiſq; motus, grauedo delectationis & appetitus diminutio, necnon & naturę feſtina declinatio commutantur. Hæc autem qualitas vitam hominis exuit, impedimentum & triſtitiam modicamq; rerum ſuſtentationem propter ſuorum motuum debilitatẽ imprimit. Hæ ſunt igitur qualitatum temporum proprietates, quę ſecundum generales res naturæ apparent, particulares verò temporum proprietates, quoniam non niſi ex natiuitatis proprietatibus obſeruare debemus, id quod ex eis vniuerſale apparuit, nobis ab alhileg dominatrice conſiderauimus. Noſtra tamen in his obſeruatio non ex earum aliqua ſigillatim, ſed ex omnibus notitiam attulit, quẽadmodum in vitæ ſpatio per actum eſt. Illa etenim alhileg, quæ ab aſcendente ſumitur in corporis accidentibus & peregrinationibus vtimur, ea verò quæ aperte fortunæ conſideratur, in rebus ſubſtãtiæ potimur, à Luna quoq; ſumpta, in animæ qualitatibus & cõiugijs obſeruamus. Quæ autẽ à Sole deprehenditur, in rebus valentiæ & ſublimitatis

Pueritiæ Mercurius.

Adoleſcentiæ Venus.

Iuuentuti Sol.

Virili ætati Mars.

Senectuti Iupiter.

Senio Saturnus.

tatis

tatis aſſumimus, à medio vero cæli repertam in aliis omnibus ſui eſſe qualitatibus particularibus vt in operibus & amicis atque filiis ſequimur. Nos namque ſic facientes, non niſi vnum ſolum planetam, fortuna vel infortuna fuerit, rei dominum intelligimus, quod iuſtum & idoneũ fore non ambigimus. Cum in eadem ſimul hora ſæpe contraria occurrunt accidentia, vt cum quis aliquem ſuum amittit conſanguineum, cuius hęres efficiatur, vel infirmitas incubuerit, & ditetur ſeu ociosè viuendo prolem procreauerit, & his ſimilia frequenter accidentia in corpore & in anima, in diuitiis & potentia, necnon in cæteris accidentibus bonis ſiue malis vna eademq; qualitas ita neceſſariò proueniens, vt in his omnibus homo bonum ſeu malum incurrat. At in temporibus intenſionis fortunij vel infortunij huic ſimile contingere forſan eſt poſſibile, cum omnes fortunę vel infortunæ pariter omnibus alhileg, vel eorum pluribus obuiauerint, quod ſucceſſiue contingere manifeſtum eſt, ob quod humana natura ad vtriuſque intenſionem, propter ſubitam declinationem, & à temperie, exitum bonorum & malorum alteratione contingentes, minimè peruenire poterit. Hoc igitur prædicto modo res locorum omnium alhileg deprehenduntur. Ex locis autem alhileg obuiantibus non tantum exitum vitę ſignificantia, velut in ſpacio vitæ conſideranda ſunt, verum etiam omnia ſimul intuenda fore iudicamus. Item nec eorum tantum corpoream vel oppoſitam ſeu tetragonalem obuiationem, ſed etiam illis ex trino ſextilique coniunctum obſeruare debemus. ¶Tempora quoque in vnaquaque alhileg planetę in ipſo eodem gradu exiſtenti alhileg vel eidem in figura aſſociata primitus attribuemus. Quod ſi nullus planetarum in illo gradu permanſerit, nec ei quis in figura aſſociatus fuerit, illa viciniori planetæ gradum illum pręcedẽti conuenit, vt aſſignemus donec ad illum qui gradum prædictum gradum ſequentem reſpexerit, perueniamus, & huius ad illũ ſecundum ſignorum ſucceſſionem ſit aſpectus: dehinc ſequentia tempora præfato donentur, vſquequo ad illum qui eum ſubſequitur applicemur. Et ſimiliter in omnibus faciendum eſſe decernimus, planetas etiam in ſuis terminis exiſtentes cõſtituemus, quoſdam ex planetis quos obſeruauerimus, & quos quaſi diſpoſitores poſuerimus. Numerum autem annorum numero graduum longitudinum dari conuenit. Alhileg igitur ab aſcẽdente ſumptæ numerus annorũ numero temporum aſcenſionum climatis, in quo natiuitas fuerit, æqualis aſſignabitur, alhileg autem à cæli medio deprehenſę, anni quorum numerus numero temporum tranſitus per cæli medium æquabitur, præbeantur. In aliis etiã alhileg aliunde ſumptis hoc ordine procedemus, & ſecundum earum appropinquationem ad angulos numerum aſcenſionum vel occidentium ſeu per medium cæli tranſitus, quemadmodum in enarratione ſpacij vitæ explanauimus, accipiemus: hoc igitur modo præfato, res rerum temporum vniuerſalium dominatrices deprehenduntur. ¶Dominatrices autem rerum annorum cognoſcentur, cum annorum numerum à natiuitate ſumpſerimus, & ab vnoquoque locorum alhileg incipiendo vnicuique ſignorum ſecũdum ſui ſucceſſionem annum proiecerimus, & illius ſigni dominus in quo numerus terminatus fuerit, reſeruabitur: hoc idem & in menſibus faciemus. Nam numerum menſium, qui ex natiuitate præterierunt, accipiendo à locis, quorum eſt anni diſpoſitio 28. dies vnicuique ſignorũ proijciemus, quod & ſimiliter in diebus faciemus. Numerum etenim dierum à die natiuitatis ſumentes, à locis menſium vnicuique ſigno duos dies, & tertiam adijciemus, planetarum iterum exiſtentiam in locis temporum nos obſeruare conuenit. Hoc etenim futurorum in tẽporibus contingentium cognitionem non minimum adiuuat, exiſtentiam itaque Saturni in locis temporis vniuerſalium, Iouis quidem in locis annorum, Solis autem Martis, Veneris Mercurijq; in locis menſium, Lunæ vero in dierum locis obſeruabimus, ex planetis temporum vniuerſalium dominos in eſſe futuri, ac eiuſdem perfectionem conſiderabimus temporumq; particularium dominos, in huius augmento vel diminutione ſecundum rerum in locis exiſtentiũ ſimilitudinẽ inſpiciemus. hoc etenim erit occaſio fortitudinis & debilitatis accidẽtium. Nam proprietatum vniuerſalis qualitatis & ſpacij temporis ſignificator locus alhileg, dominuſque temporum vniuerſalium, qui terminorum eſt dominus, perhibetur, ob hoc quòd vnaquaque ſtellarum iſtarum in ipſa eadẽmque natiuitate, cum locis ſtellarum, quarum prius fuerit diſpoſitio, ſimilitudinem habuerit. Sed rei accidentis bonitas, ſiue malitia ex proprietatibus qualitatum naturæ dominorum temporum eorumq; complexione in faciendo bonum ſiue malum, ne cum ex eorum in principio cum re dominatrice, ſimilitudine ſeu contrarietate deprehendetur. At in quo temporum propriè futurum contingat ex ſignorum rei anni & menſis dominantium qualitatibus quas ſecundum loca, quæ futuri ſunt occaſiones habuerint, necnon ex qualitatibus contingentibus cum planetæ ac Sol & Luna in ſignis rei, annorũ & menſium domina

Cõtraria accidentia.

Dominatrices rerũ annorum.

Digitized by Google

minatoribus extiterint indicabitur. Nam planetę qui cum prędictis locis ab hora principij, quæ natiuitatis dicitur, conuenerant, eiſque in figura hora exiſtentiæ conueniēter aſſociati fuerint, bonum in re futura ſignificabunt. Cumque in contrario fuerint, ei malum annunciabunt. Illi autem qui eis inconuenienter aſſociabunt, vt ſit.ſ. in earum oppoſitione per diametrum, vel in 4. aſpectu, & in contrario alaiz, erunt aduerſitatis occaſio. In alijs vero qualitatibus nihil operabūtur. Quod ſi ijdem planetæ in temporibus & in eſſe poteſtatē habuerint, natura futuri boni ſeu mali ſuperfluitatem & augmentum ſentiet. hoc autem neceſſariò magis continget, cū poteſtate ſuper occaſionem ad hoc vt temporibus ſolummodo dominentur, caruerunt. Immò propter hoc quod ipſi iterum in principio natiuitatis diſpoſitores extiterint, & vt nato in omnibus eius rebus bonum ſiue malum pariter eueniat, quandoque contingit, ſeu propter hoc quod omnes ſpecies alhileg, aut earum quidem plures in vno eodemque loco concurrerint, vel quoniam à ſe inuicem ſegregatę fuerint, & in eodem tempore res eis obuiam euntes, vel quæ omnes ſeu earum quamplures fortunæ vel infortunæ fuerint, ſibimet inuicem conuenerint. Hac igitur via ſecundum modum naturalis rei competentem per res temporum prognoſticamur. Viarum autem particularium, quibus temporalis futuri qualitates prognoſticantur, ob hoc quod inde peruenientium multiformis eſt collectio, necnon grauis enarratio. Maximè aūt in hoc loco enarrationem proponere idoneum iudicamus. Eo quod ab illius libri primordio opus generalis naturæ ſtellarum, eiuſque cum rebus particularibus vt omnem ſimilitudinem ſecundum ſpeciei rationalis ęſtimationem in commixtione horum explanare propoſuimus. Rebus itaque natiuitatum generaliter explicatis, hoc in loco huic libro finem imponere non incongruum exiſtimamus.

## COMMENTARIVS.

HOc eſt vltimum caput huius tractatus, & totius operis prognoſticatiuæ partis ipſius Ptolemæi in quo ipſe poſtquam dilucidauit omnes ſiderum poſitiones, quæ conueniunt ad eſſe nati, & tam ad intrinſeca quam ad extrinſeca ipſius, conſequenter tractat de tempore euentuum, & an hæc futura ſint: quia non ſufficit tantum cognoſcere hos futuros euentus eſſe tales & tales, ſed opus eſt Mathematico cognoſcere tempora horum effectuum. nam ſi effectus erunt ineuitabiles, certum eſt ꝙ natus diſponet ſe, vt poſſit pati, corpora nanque inferiora ſuperioribus ſubiecta ſunt, ideo difficile eſt quòd poſſint animalia & homines fugere hos impetus, ſi verò fuerint effectus euitabiles, vt ſunt actus voluntatis, qui non ſubijciuntur aſtris, poterit natus pręparari vt diſponat ſe ad partes illas ſi erunt bonæ inclinationes vt melius eas reſpiciat: ſi vero erunt malæ, poterit in oppoſitum ſe præparare, quia vt ſecundo Ethicorum cap. primo habetur, mores aſſuetudine fiunt: ſi quis oriatur vt futurus ſit adulter, vel huiuſmodi, poterit per actiones in oppoſitum facere. facit ergo Ptolem. principaliter quatuor: quia primum dat dogma vniuerſale, quod debet Mathematicus prædicere in ſuis prognoſticationibus: & eſt quodammodo cautio quædam. ſecundò declarat accidentia cuiuſcunque ætatis ipſius hominis, vt ſunt collata ad ſeptem ſtellarum naturas: Tertiò declarat, quinam effectus ſunt obſeruandi, & quæ tempora pro his effectibus: vltimo ſigillatim de vnoquoque tempore dat regulam & formam. Poſſemus addere & quintum, quia excuſat ſe, & facit quandam epilogationem.

Ad primum dicit breuiter, quòd poſtquam declarauit, quæ ad natum pertinet, neceſſe eſt quòd tempora exponantur, ſed neceſſe eſt pro cautela Mathematici animaduertere hæc, quòd debemus habere reſpectum ad climata, ad regiones, ad ciuitates, mores, & leges. hæc enim prius ſunt examinanda, & videnda: nā quātum ad primum aliæ ſunt qualitates degentibus in Germania, aliæ ſunt naturæ Francorum, aliæ Hiſpanorum, aliæ Italorum. & ratio eſt, vt dicit Ptol. in litera, quia facilè poterit Mathematicus decipi, ſi nō animaduerterit ad hęc: quia ponamus quòd oriatur Maurus & Aethiops ſub prima facie Arietis, certum eſt, ꝙ ſi ibi fuerint Mars vel Saturnus reddet natum illum valde nigrum, ſed ſi oriatur apud Germanos, nunquid qui tunc naſcetur, erit niger vel fuſcus? non eſt dicendum. Eſt ergo habenda conſideratio rationis loci. Itē ſi viderimus per ſimilem conſtellationem ꝙ aliquis futurus ſit niger, & habiturus capillos criſpos, labia magna, & huiuſmodi, nunquid apud Germanos faciendū eſt tale iudicium? minimè. nam propriè id ad Aethiopes pertinet. Quare ſunt complexiones corporis & concretionis examinandę iuxta qualitates climatum, & naturam regionum, quia videmus quòd apud fines Hiſpaniarum ſunt homines paruæ ſtaturæ, nunquid per ſimiles conſtellationes idem iudicium erit faciendum de omnibus? minimè, quia & ſi habeat apheta latitudinem, & Luna latitudinem vt dixit Hebræus, hęc conſtellatio ſignificat corpus pingue, nunquid ergo erit ita pinguis? non. erit tamē minus macer, ſed nō ita pinguis. Si cōtinget apud Germanos, nō erit niger, ſed minus albus quàm alij, nec habebit capillos criſpos, ſed magis rubeos quam alij. Similiter apud Aethiopes non erit adeo niger ſicut alij, nec adeo capillos criſpos habebit, ſemper ergo erit iudicium faciendum ſecundum materiam ſubiectam.

Quò verò ad ingenia, & facultatem intelligendi, non ſimpliciter eſt prognoſticandum, quia hic habet Mercurium in prima domo, ergo erit valde ingenioſus, quia vt habet in litera, id non erit verum apud Germanos, ſed ipſe non animaduertit, quòd hoc iudicium remanſit quouſque durauit illa magna conſte-

tutior

tutio ſed quando aduenit alia conſtitutio magna, tũc accidit cõtrarium. modo enim in Græcia non ſunt ita ſapientes, ſicut apud Germanos, quod factum eſt, propter magnam & grandem mutationem, quæ proficiſcitur à magnis coniunctionibus.

Sic quò ad dogma, non eſt inconueniens in Ægypto, quòd Germanus ducat in vxorem ſuam ſororem & materteram: quare propter prætactas conſtellationes ſi hic homo iuerit in Ægyptum poterit iure dici quod ducet in vxorem materteram vel germanam: apud Italos autem id non erit verum, quia non eſt dogma tale: quare ſunt examinanda climata & ipſorum climatum conditiones generales, & qualitates in vniuerſum &, dogmata, hoc eſt primum præceptum quod reddit Mathematicum adeo cautũ, quòd non poterit decipi.

Quantum vero attinet ad ſecundum declarat naturam cuiuſcunque ætatis, & quantum ad hanc partem debemus accipere ab eo, ſicut & erat conſuetum apud plures & Iudæos, quod diuiditur natiuitas in ſeptem ætates id eſt in infantiam, pueritiam, adoleſcentiam, iuuentutem, virilitatem, ſenectutem & decrepitatem, & dabant vnicuique ætati planetã. & ſunt qui conueniunt naturæ harum ætatum cum ipſis naturis planetarum ſic dicebant eſſe regimen in corpore humano.

Quò vero ad determinationem qualitatem & durationem periodi, Ptolemæus in litera non exponit, ſed aliqui iuniores dixerunt, quòd perdurat hæc vitæ quantitas vſque ad 98. annos, ſic diſtinguendo, quòd prima ætas conſtet quatuor annis, pueritia autem ex decem annis, & ſic ſunt 14. tertia ætas conſtat ex 8. annis, & ſic ſunt 22. quarta ætas habet 19. annos & ſic ſe extendit vſque ad 41. quinta ætas eſt 15. annorum, & ſic ſunt 56. ſexta ætas eſt 12. annorum, & ſic finit vſque ad 63. reliquam partem attribuunt decrepitati, quam partem Ptolemæus non declarat, ſed dicit, reliquũ erit ſeptimæ ætatis ſcilicet decrepitatis, & attribuunt primam ætatem Lunæ, ſecundã Mercurio, tertiã Veneri, quartam Soli, quintã Marti ſextã Ioui, ſeptimã & vltimã ſcilicet decrepitatẽ dãt Saturno. & Ptol. deſignat rationem harum rerum. quòd autem iſta ætas prima ſcilicet infantia attribuatur Lunæ apparet ex conuenientia, quia illa ætas humida eſt, & tunc ſunt in incremento, habent autem augmentatiuam & nutritiuam, ſed cætera omnia apud infantes ſunt in confuſo, quia non habent mentem ordinatã, ſed inordinatiorem & confuſam, ſic & Luna eſt multiplex in ſuo orbe, modo augetur, modo minuitur, habet dominium ſuper humida non habet ſtabilitatem, neque firmitatem, ſicut infans. dixit, ſecundam ætatem eſſe Mercurij quia tunc dicunt natum augeri in aliquo diſcurſu, incipit aliquid intelligere, & incipiunt aliqua eſſe ordinata in mente, diſponi. incipit ad diſciplinas ad doctrinas, & intelligentiam, & huiuſmodi quæ pertinent ad Mercurium: quia ipſe eſt autor linguæ, ſermonis, & virtutis phantaſticę: ergo hæc ætas ei conuenit.

Veneri autem dant tertiam ætatem, quia adoleſcentia competit ei, quia dicit, quòd tunc natura incipit mouere vias ſeminales, & adeo inſaniunt iuuenes eo tempore, quòd vt dicit antiqua tranſlatio, non parcũt alicui vſui venereo, ſed noua elegantior eſt, quòd tunc incipit incendij error, & apertis oculis cæcitas viget. Sequitur poſtea dominiũ Solis: Solis autem ſunt res honoratę & grandes, incipit tunc natus abſtinere ſe ab illecebris & voluptatibus, accipit ſublimitatem & regna, abſtinet ſe ab vſu malorum. Martis autem ſunt labores: quare tunc natus incipit ſufferre labores, & conſiderat, quo nam pacto faciat aliquam operationem per quam perpetuetur, non parcit alicui labori. ſequitur poſtea, Iupiter reddit natum propenſum ad conueniendum homines, ad deportãdum pacem, ad monendum iuuenes. Vltima autem ætas eſt Saturni, quia Saturnus eſt ſidus frigoris & torporis, vnde omnia ſunt abiecta adeo, quòd dicunt iuniores, quòd cum peruenerit natus ad hanc ætatem, iterum redit ad infantiam, ad annos ſcilicet Lunæ.

Sed hæc poſuit Ptolemæus ne inordinata viderentur dicta ſupra: quia cum plura pertineant ad genituram, vt diuitiæ, honores filij & huiuſmodi, poterit quis falli, quando in infantia accideret progreſſio Lunæ ad corpus Veneris, ſi diceret quòd natus nuberet, ſimiliter poſſet alicui vetulæ dicere, quòd habebit filium, ſicut fecit quidam Donatus Aretinus, qui fecit prognoſticationem dominæ Margaritæ filiæ Imperatoris, dixit quòd breui habitura eſſet pulcherrimum filium, quæ habebat annos 56. quia difficile eſt & raro id contingit. quod in cachinnum omnibus venit, quia ipſe non animaduertit ad decreta Ptolemæi, nec poterat hoc eſſe in vltima ætate, debent enim prognoſticationes fieri iuxta conditiones & ætates, ſi venerit progreſſio Iouis, ad partem filiorum in 60. anno, ergo in 60. anno habebit filios. non eſt verum vt in pluribus.

Poſitis his Ptolemæus incipit aggredi tempora, diximus plurima in eo capitul. de vita videlicet capitulo decimo, tertij libri, quomodo ſunt accipienda tempora vitæ.

Et quia dubitaret aliquis, quinam ſint illi effectus, quorum tempora quærimus, licet plurimi poſſint eſſe, aſſignat tantum quinque generaſia & ea quæ pertinent ad eſſe corporis, vt ad valetudinem, & inualetudinem ad vitam, & huiuſmodi, & aſcendens eſt ipſius corporis, vt habet Ptolemæus aphoriſm. 77. cum ergo voluerimus ſanitatem & valetudinem corporis cognoſcere, vel infirmitates, neceſſe eſt obſeruare progreſſiones aſcendentis, & numeretur arcus ille æquatoris inter aſcendens & locum ſecundum, quia progreſſio nihil aliud eſt, quàm arcus æquatoris interceptus inter locum primum & ſecundum, ſed ne laboremus in æquiuoco, *aliud eſt* dicere, progreſſio ſecundi loci ad primum, *quia* enumeratio huius arcus æquatoris fit ab ipſo apheta ſecundum poſitionem ſui cæli ad locum ſecundum. Secundum ſuam poſitionem, licet locus ſequens proficiſcatur ad locum primum, attamen quia aſcenſiones accipiuntur penes poſitionem ſignificatoris non promiſſoris, progreſſio contra ſignorum ordinem oppoſito modo ſe habet: vnde accipiantur progreſſiones aſcendentis pro his quæ ſunt corporis.

Quò au

Quò autem ad animam, obſeruanda eſt Luna, ſi voluerimus videre quando natus erit hilaris, vel triſtis, eſt examinanda progreſsio Lunæ, quia ſi fuerit cum beneficis, vel eius progreſsio peruenerit ad ſalutares ſtellas, erit hilaris, quia continget ei aliqua bona ſors, vel ſaltem habebit inſtinct in bene fortunatarum, vt agat res ſuas fæliciter, ſi econtra, erit triſtis.

Quòd ſi voluerimus videre augmentum diuitiarum, vel in eis infortunium, obſeruanda eſt pars ſortis, quia ipſa ſignificat ſubſtantiam, quæ dirigenda erit ad beneficas vel maleficas ſtellas, quia eo anno ſi ad beneficas erit progreſsio, habebit plures inſtinctus beneficos, vt ſemper fæliciter agat, quia licet voluntas non cogatur, tamen ſaltem flectitur ad bonum lucrum: quod ſi ad maleficas ſtellas erit progreſsio, habebit inſtinctum malè fortunatum.

Quòd ſi voluerimus ſcire actiones, an erunt circa diſciplinas, an circa negociationes, an circa alias res, erunt obſeruandæ progreſsiones regiæ domus, & medij cæli. nam ſecundum quod progreſſio illius loci venerit ad varias ſtellas ſecundum proprietatem ipſarum natus diſponetur vel ad literas, vel ad mercaturas, vel ad alia officia ſecundum diſpoſitionem illius ſtellæ.

Quòd ſi voluerimus videre tempora exaltationis honoris & gloriæ nati, erunt obſeruandę progreſsiones Solis, & tãtum quod peruenerint ad beneficas ſtellas, vel cælo hærentes, vel errones, vel beneficas configurationes ipſarum, poterimus prognoſticari ei honores, & huiuſmodi exaltationes, ita quod erit gratus regi, & alliciet animũ Principis, vt ſibi benefaciat.

Quòd ſi etiam voluerimus videre ſortem circa coniugia nati, poterimus examinare progreſsiones Lunæ, quia ſignificat coniugia, vt cap. 4. huius diximus libri, & Iupiter dabit quando vxorem, quando filios, quando amicos. ſunt ergo hæc, quæ debet Mathematicus obſeruare.

Et quia hæc erant tantum declarata circa vitam in illo cap. Ptolem. ſe reſtringit dicens, quòd de quibuſcunque aliis hæc intelligenda ſunt, & ſicut in eo loco dabamus vnicuique gradui annum vnũ, ſic faciemus in his, & ſicut dicebamus, quod erat animaduertendum quando perueniebat ad quadratum & oppoſitionem, nunc addamus & ſextilem & trinum ſic, quod non vna tantum ratio eſt ſufficiẽs: ſed etiam eſt obſeruandum, quando ad corpora & cæteras alias configurationes hæc loca peruenerint.

Quibus poſitis, dat aliud præceptum, quia poterit decipi Mathematicus & non videns progreſſionem partis fortunæ ad Iouem dicere quod hæreditabit: ex alia parte ſi eſſet progreſsio aſcendẽtis ad Martis diametrum infortunata, & anceps: tũc quid dicendum? Reſpondet quod non eſt incõueniens, quod in vno & eodem tempore diuerſi effectus accidant, quia poteſt eſſe quod ex vna parte augeat diuitias, & ex alia parte, quod infirmetur, & ſic poſſent in eodem tempore & felicitates accidere, ſi poſſet fieri, quod omnes progreſsiones eſſent ad benefica loca, & beneficas ſtellas in illo tẽpore contingeret omnis fælicitas, ſi ad maleficas, omnis miſeria, vt dicit Punicus. Sed quia rarò cõtingunt hæc ex fluxibilitate materiæ, & varia corporum cæleſtium mutatione, vnde non poterit inueniri genitum adeo fælix, vt omnia nato ad votum ſuccedant, & non accidant ei infælicitates, neque reperietur genitura adeo aduerſa, vt omnia mala nato contingant.

His præmiſsis, incipit declarare tempora quæ diſtinguuntur apud ipſum in quatuor partes, aliqua namque dicuntur vniuerſalia, quædam annua, quædam menſtrua, & quædam diurna: ſunt autem tempora vniuerſalia, ſpatium, quod metitur arcus æquatoris inter ſtellam ſignificatorem, ſcilicet aphetam, & ſtellam ſignificantem aliquid nato: quod vt clarius intelligatur, ponamus, Socratem datum fuiſſe in lucem, aſcendente decima parte Geminorum, ponamus in eo loco ſtellam aliquam ſiue cælo hærentem ſiue erronem, ſit verbi cauſa in prima domo Mercurius nihil refert apud Ptolemæum, deinde in ſecundo ponatur Venus, vel in ſextili aſpectu, vel in trino: aut Mars vel eius quadrato, vel oppoſitione vel ſextili, vel aliqua figurarum ſupradictarum, debemus metiri arcum æquatoris, qui intercipitur inter Mercurium & Venerem, & debemus enumerare gradus illos æquatoris ad illam poli eleuationem, & dabitur vnicuique gradui arcus annus vnus: ſi fuerint gradus vel 10. vel 15. vel 6. tot erunt anni: iſta intercapedo annorum dicitur tempus vniuerſale, vnde Mercurius erit autor huius temporis. reget ergo hos decem annos, vel plures, vel pauciores, deinde quando peruenerit locus iſte, ſcilicet locus Mercurij ad locum Veneris, completum erit tempus, deinde incipiendo à Venere vſque quo progrediatur ad locum Martis, & metiatur arcus ille æquatoris, quia dicetur tempus vniuerſale Veneris, ſimiliter dicatur de Marte, ſic de Ioue, & cæteris ſtellis, ſeu de aliis locis hilegialibus, & ſignificantibus aliquid. Vnde poteſt Mathematicus exercitatus in hac arte prognoſticari ſecundum bonam conſtitutionem, vel malã ſtellarum bonum aliquid, vel malum. Particularia, ſeu annua tempora dicuntur, quæ ad vnum ſignum perficiuntur. Vt etiam hæc tempora intelligantur, ponamus, quod in ipſa natiuitate, vt dicebamus, horoſcopet decima pars Geminorum ad annũ ſequentem, erit progreſsio producta ad decimam partem Cancri in tertio anno ad decimam partem Leonis, & conſequenter in quarto anno ad decimã Virginis, & ſic conſequenter vſque ad duodecimã, quia tunc redit decem pars Geminorum: dicitur ergo annuum tempus, quod metitur ſignum, dando cuilibet diei quinque minutias, & debemus expectare, quod Sol partiliter redeat ad eum locũ, in quo fuit in genitura, & tunc erigatur thema cæleſte: erit ergo annuum tempus id, quod metitur ſignum vnum, dando ſingulis annis ſignum vnum, incipiendo ab horoſcopo natiuitatis, & dicitur ſignum progreſsionis, & dominus illius ſigni dicitur princeps anni, à quo principe auguratur Mathematicus omnia, quæ ventura ſunt naſcenti illo anno. Menſtruum tempus accipitur ab hora reuolutionis, dando ſingulis menſibus. 28. dies, & duas horas, & 18. minutias, progreſsio illa eſt vnius anni, ſcilicet reditus Solis ad idem punctum, & dominus ſigni aſcendentis eſt dominus anni, & habet regimen in illo anno: ſi autem velimus progreſsio-



Digitized by Google

nes menſis additi illi horę 28. dies 2. horas & 18. minutias, quo autem ad diurna tempora addendi ſemper duo dies & 12. horæ, & habebimus etiam reuolutionem diurnam. Multa eſſent his dicenda & declaranda, & cum non potuiſſem ſatisfacere tãtæ interpretationi, ſicut erat mihi animus, reſtat, vt vobis, qui ſecuti eſtis me à principio nauigationis vſque ad portum, morem geram. Accepiſtis hos theſauros naturæ: quod ſi pauci fuiſtis, in memoriam reuocate, quod Poeta dicit, Pauci quos ęquus amauit Iuppiter. Hortor ergo vos, vt habeatis notitiam perfectam, non tantum ordinis Sphęrarũ, & quantitatis orbium, & omnium motuum, quia ſcitis, quod motus eſt vita vniuerſi, regitur enim per motum vniuerſum, motus enim primus eſt qui perpetuat & conſeruat omnem generationem, & mutationem; mutatio autem fit ab obliquo circulo, & ſtellis peragrantibus ipſum, quia multiplex motus eſt cauſa multarum rerum, quia ab vno ſemper, vt ſcitis, proficiſcitur vnum. Quòd ſi velitis optime philoſophari, neceſſe eſt, vt hæc quoque ſciatis optimè, ſic vidiſtis omnia, quæ comprobata fuerunt, & ſine difficultate & ſubtiliter examinata fuerunt omnia ad mentem Peripateticorum.

Iam ergo explicuimus dicta Ptolemæi, docuimuſque, quæ ad dignoſcenda futura quantum homini licuit pertinent. Reliquum eſt, vt Deo gratias omnium bonorum authori agamus.



# ΚΛΑΔΙΟΥ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΙΒΛΙΩΝ Ο ΚΑΡΠΟΣ.

*al. ἐπιρ-γίας.

Προεκτεθειμένοι ὦ Σύρε τὰς ἐνεργείας * τῶν ἀστέρων τὰς ἐν τῷ συνθέτῳ διενεργουμένας κόσμῳ κατὰ πολὺ λυσιτελεῖς πρὸς τὴν πρόγνωσιν οὔσας, καὶ τὸ παρὸν ἐξεθέμεθα πόνημα, ὅπερ καρπός ἐστι τῶν βιβλίων ἐκείνων, γυμνασθὲν διὰ πείρας τῇ ἀληθείᾳ σύστοιχον. δεῖ οὖν τὸν μέλλοντα τοῦτο μετιέναι, πρότερον διελθεῖν τὰς τῆς ἐπιστήμης ἁπάσας μεθόδους, εἶτα πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν τούτου χωρῆσαι. α

Ἀπὸ σοῦ καὶ ἀπὸ τῆς ἐπιστήμης, οὐ γάρ ἐστι δυνατὸν τὸν ἐπιστήμονα τὰς μερικὰς ἰδέας τῶν πραγμάτων ἀναγγεῖλαι, ὥσπερ οὐδὲ ἡ αἴσθησις δέχεται τὴν μερικὴν ἰδέαν τοῦ αἰσθητοῦ, ἀλλά τινα γενικήν, καὶ δεῖ τὸν μετιόντα καταστοχάζεσθαι τῶν πραγμάτων, μόνοι γὰρ οἱ ἐνθουσιῶντες προλέγουσι καὶ τὰ μερικά. β

Ὅτε ἐπιζητήσει τὸ κρεῖττον ὁ βουλόμενος, οὐκ ἔσται μεταξὺ αὐτοῦ καὶ τῆς ἰδέας τοῦ πράγματος διαφορά τις. γ

Ὁ πρός τι πρᾶγμα ἐπιτήδειος, ἕξει πάντως καὶ τὸν δηλοῦντα ἀστέρα τὸ τοιοῦτον, ἐν δυνάμει ἐν τῷ οἰκείῳ γενεθλίῳ. δ

Ἡ ἐπιτηδεία ψυχὴ πρὸς γνῶσιν, πλέον ἐπιτυγχάνει τοῦ ἀληθοῦς, ἢ ὁ ἄκρως ἀσκήσας τὴν ἐπιστήμην. ε

Δύναται ὁ ἐπιστήμων πολλὰς ἀποστρέψασθαι ἐνεργείας τῶν ἀστέρων, ὅτε ἐστὶν εἰδήμων τῆς φύσεως αὐτῶν, καὶ προπαρασκευάσαι αὐτὸν πρὸ τῆς συμπτώσεως τῶν ἐνεργειῶν. ς

Τότε ὠφελεῖ ἡ ἐπιλογὴ τῶν ἡμερῶν καὶ τῶν ὡροσκόπων, ὅτε ἐστὶν ὁ καιρὸς εὔθετος ἀπὸ τοῦ γενεθλίου. εἰ γὰρ ἐναντίος ἐστὶν οὐ λυσιτελήσει, εἰ τάχα καὶ πρὸς ἀγαθὴν ἀφορᾷ ἔκβασιν. ζ

Οὐ δύναταί τις καταλαβεῖν τὰς κράσεις τῶν ἀστέρων, εἰ μὴ πρότερον διαγνώσεται τὰς διαφοράς, καὶ τὰς κράσεις τὰς φυσικάς. η

Ἡ σοφὴ ψυχὴ συνεργεῖ τῇ οὐρανίᾳ ἐνεργείᾳ, ὥσπερ ὁ ἄριστος γεωργὸς συνεργεῖ τῇ φύσει τῆς γῆς, διὰ τῆς ἀροτριάσεως καὶ ἀνακαθάρσεως. θ

Τὰ ἐν τῇ γενέσει καὶ φθορᾷ εἴδη, πάσχει ὑπὸ τῶν οὐρανίων εἰδῶν, διὰ τοῦτο χρῶνται τούτοις οἱ στοιχειωματικοί, τὰς ἐπεμβάσεις τῶν ἀστέρων, σκοποῦντες ἐπ᾽ αὐτά. ι

Χρῶ ἐν ταῖς ἐπιλογαῖς τῶν ἡμερῶν καὶ τῶν ὡρῶν, τοῖς κακοποιοῖς ὥσπερ ὁ ἄριστος ἰατρὸς τοῖς δηλητηρίοις, πρὸς θεραπείαν συμμέτρως. ια

Μὴ πρότερον ἐπιλέξῃ ἡμέραν καὶ ὥραν, πρὶν ἢ διαγνῷς τὴν ποιότητα τοῦ προκειμένου πράγματος. ιβ

Ἡ φιλία καὶ τὸ μῖσος, κωλύουσι τὸ προβαίνειν ἀληθῆ τὰ ἀποτελέσματα, ἐλαττοῦσι καὶ τὰ μέγιστα, καὶ μεγαλύνουσι τὰ σμικρότατα. ιγ

Ὅτε δηλώσει ἡ οὐρανία διάθεσις τί, χρῶ συνεργοῖς καὶ τοῖς φθαρτικοῖς ἄστροις, ἤτοι τοῖς δευτερείοις. ιδ

Ὅτε σφάλλεται ὁ ἐπιστήμων, ὅτε ὁ ζ τόπος καὶ κύριος αὐτοῦ ὦσι κεκακωμένοι. ιε

Οἱ ὡροσκόποι τῶν ἐχθρῶν τῆς βασιλείας, τὰ ἀποκεκλικότα ζῴδιά εἰσιν, ἀπὸ τοῦ ὡροσκόπου αὐτῆς, οἱ δὲ ὡροσκόποι τῶν οἰκείων εἰσὶ τὰ κέντρα, καὶ οἱ ὡροσκόποι τῶν ἐν αὐτῇ ἀναστρεφομένων, εἰσὶν αἱ ἐπαναφοραί, τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν δογμάτων. ις

Ὅτε κυριεύουσιν οἱ ἀγαθοποιοὶ τοῦ ὀγδόου τόπου ἐπάγουσι τὴν βλάβην ἀπὸ ἀνδρῶν ἀγαθῶν, εἰ δὲ ἀγαθύνονται, ἀπαλλάττουσι ταύτης. ιζ



Digitized by Google

Ὅτε ἀποτελεῖς περὶ ζωῆς τινὸς γέροντος, μὴ πρότερον ἀποτελέσῃς, πρὶν ἂν καταμετρήσεις, ὁπόσα ἐνδέχηται τοῦτον ἔτη ζῆσαι. ιη

Ὅτε οἱ δύο φωστῆρες ἐν ἑνὶ λεπτῷ εἰσὶν, ὡροσκοπεῖ δὲ καὶ ἀγαθοποιὸς, ἐν πᾶσιν ἄρα εὐτυχὴς τοῖς ἀνὰ χεῖρα ὁ γεννώμενος. ὡσαύτως καὶ εἰ διαμετρῶσιν ἀλλήλοις ἀπὸ τοῦ ὡροσκόπου καὶ τοῦ δύνοντος. εἰ δὲ κακοποιὸς ἐστιν ἐν τῷ ὡροσκόπῳ, νόει τὸ ἐναντίον. ιθ

Ἀμβλύνεται ἡ τοῦ καθαρσίου ἐνέργεια, τῆς σελήνης συνοδευούσης τῷ Διΐ. κ

Μὴ ἅψῃ μορίου σιδήρῳ τῆς ☾ ἐπεχούσης τὸ ζώδιον, ὃ κυριεύει τοῦ μορίου ἐκείνου. κα

τῆς ☾ οὔσης ἐν τῷ ♒ ἢ τοῖς ♓ καὶ τοῦ κυρίου τοῦ ὡροσκοποῦντος συνάπτοντος ἄστρῳ ὑπὲρ γῆν ὄντι, ἐμέσει τὸ καθάρσιον ὁ πιών. κβ

Μὴ χρῶ μήτε κόψῃς ἱμάτιον, τῆς ☾ οὔσης ἐν ♌, εἰ δὲ κεκακωμένη ᾖ, μεῖζον τὸ κακόν. κγ

Ὁ σχηματισμὸς τῆς ☾ πρὸς τοὺς ἀστέρας, εὐκίνητον τὸν γεννώμενον ποιεῖ, καὶ εἰ μὲν δυνατοὶ ὑπάρχουσιν οἱ ἀστέρες, δηλοῦσιν ἐπιτευκτικὴν τὴν κίνησιν, εἰ δ᾽ ἀσθενεῖς, ἄπρακτον. κδ

Ἡ ἔκλειψις τῶν φώτων ἐν τοῖς κέντροις τοῖς γενεθλιαλογικοῖς, ἢ τοῖς τῶν ἐναλλαγῶν τῶν ἐτῶν, βλαβερά, λαμβάνουσι δὲ τὸν χρόνον ἐκ τῆς μεταξὺ διαστάσεως τοῦ ὡροσκόπου, καὶ τοῦ τόπου τῆς ἐκλείψεως. καὶ ὥσπερ λαμβάνεις τοὺς χρόνους ἀπὸ τῆς ὥρας τῆς ἡλιακῆς ἐκλείψεως, οὕτω καὶ τοὺς μῆνας, ἀπὸ τῶν ὡρῶν τῆς σεληνιακῆς ἐκλείψεως. κε

Ποίει τὸν περίπατον τοῦ ἐπικρατήτορος ὅτε ἐστὶν ἐν τῷ μεσουρανήματι, διὰ τῶν ἀναφορῶν τῆς σφαίρας. ὅτε δὲ ἐστὶν ἐν τῷ ὡροσκόπῳ, διὰ τῶν ἀναφορῶν τοῦ κλίματος. κϛ

Κρύπτεται πάνυ τὸ πρᾶγμα, ὅτε ὁ δηλῶν αὐτὸ ἀστὴρ συνοδεύει τῷ ☉ ἢ ὑπὸ γῆν ἐστιν, ἢ ἐν τῷ ὑδατώδει στοιχείῳ, φανερὸν δὲ ἄρα τὸ πρᾶγμα, ὅτε ἐκ τοῦ ἐναντιώματος ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ὕψωμα, κἂν ὑπάρχει ἐν οἰκείῳ τόπῳ. κζ

Ἡ ♀ περιποιεῖται τῷ γεννωμένῳ ἡδονὴν, ἐν μορίῳ οὗ κυριεύει τὸ ζώδιον ἐν ᾧ ὑπάρχει, τὸ δ᾽ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ἀστέρων. κη

Ὅτε οὐ δυνηθῇς ποιῆσαι τὴν ☾, συνοδεύειν ἄστροις δυσί, ποίησον ταύτην συνοδεύειν ἀπλανεῖ κρᾶσιν ἔχοντι τούτων. κθ

Οἱ ἀπλανεῖς ἀστέρες, παρέχουσιν εὐτυχίας ἀλόγους καὶ παραδόξους, ἀλλ᾽ ὡς ἐπιτοπλεῖστον ἐπισφραγίζουσι ταύτας δυστυχίαις, εἰ μὴ καὶ οἱ πλάνητες τῇ εὐτυχίᾳ συνάδουσιν. λ

Ἴδε ἐν ταῖς ἀπ᾽ ἀρχῆς τοῦ γένους ἀναγορεύσεσι τῶν βασιλέων, εἰ συμφωνεῖ ὁ ὡροσκόπος τῆς ἀναγορεύσεως τῷ ὡροσκόπῳ τῆς γεννήσεως τοῦ υἱοῦ τοῦ βασιλέως, γενήσεται διάδοχος ὁ τοιοῦτος τῆς βασιλείας. λα

Ὅτε ὁ ἐπικρατήτωρ τῆς βασιλείας, εἰς κλιμακτηρικὸν τόπον ἐμπέσῃ, τελευτήσει τηνικαῦτα βασιλεὺς, ἢ ἄρχων τις μέγας ἐν αὐτῇ, καὶ ἣν εὑρεθῇ ἐν τῇ ἐναλλαγῇ τοῦ ἔτους τῆς βασιλείας ἀστὴρ ἐν τῷ ζωδίῳ τοῦ κατακλίματος μέγας τὶς κατὰ τὴν φύσιν τοῦ τοιούτου ἀστέρος. λβ

Τὴν ὁμόνοιαν ποιεῖται ὁ μεταξὺ ὁ σύμφωνος σχηματισμὸς τῶν ἀστέρων τῶν δηλωτικῶν τὸ εἶδος τοῦ πράγματος, ἐφ᾽ ὧν ἔστη ἡ φιλία, ἐν ἑκατέρῳ τῶν γενεθλίων. λγ

Ἡ φιλία καὶ τὸ μῖσος λαμβάνεται, ἔκ τε τῆς συμφωνίας καὶ ἀσυμφωνίας τῶν φωστήρων καὶ τῶν ὡροσκόπων ἑκατέρου γενεθλίου, ἐπιτείνει δὲ τὴν φιλίαν τὰ ὑπακούοντα. λδ

Ὁ ἐπικρατήτωρ ὁ οἰκοδεσπότης ἐπὶ τῆς συνόδου ἐπίκεντρος ἐπιτυχὼν, δηλοῖ πάντα τὰ γινόμενα ἐν ἐκείνῳ τῷ μηνί. λε

Ὅτε καταντήσει ὁ ☉ εἰς τὸ πόντινος ἀστέρος, κινεῖ τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ τὴν ἐν τῷ ἀέρι. λϛ

Χρῶ συνεργοῖς τοῖς ἀπλανέσιν ἐν ταῖς οἰκοδομαῖς τῶν οἴκων, καὶ πάσης πόλεως ἐχούσης τὸν ♃ μάρτυρα, οἱ βασιλεῖς ἀπαθῆ διαφυλάττουσι, ὡς ἐπιτοπλεῖστον. λζ

Οἱ ἔχοντες ὡροσκόπον τὴν ♍, ἢ τοὺς ♓, ἔσονται αἴτιοι τῆς ἑαυτῶν ἐξουσίας, οἱ δ᾽ ἔχοντες ὡροσκόπον τὸν ♈, ἢ ♎, αἴτιοι ἔσονται τοῦ ἑαυτῶν θανάτου, καὶ τῷ αὐτῷ τρόπῳ συλλογίζου καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ζωδίων. λη

Ὅτε ὁ ☿ ὑπάρχει ἐν τινι τῶν οἴκων τοῦ ♄ καὶ ἔστιν ἐν δυνάμει, δίδωσι τῷ γεννητῇ, στοχαστικὴν διάνοιαν, καὶ ἀκρίβειαν τῶν

πραγμά-

Digitized by Google

πραγμάτων, ἐν δὲ τῷ οἴκῳ τοῦ ♃ δίδωσιν εὐγλωττίαν, καὶ μάλιστα ἐν ♈. λθ

Ἡ κάκωσις τοῦ ἑνδεκάτου τόπου, ἐν τῇ ἀναγορεύσει τοῦ βασιλέως, δηλοῖ βλάβην τῶν χρημάτων τῆς ποίμνης αὐτοῦ. μ

Ὅτε ἐπικρατῇ ὁ ὡροσκόπος παρὰ κακοποιῶν, ἢ δύναται ὁ γεννηθεὶς αἰσχροῖς πράγμασι, καὶ τὰς δυσώδεις ὀσμὰς ἀποδέχεται. μα

Παραφυλάττου τὴν κάκωσιν τοῦ ὀγδόου, καὶ τοῦ κυρίου αὐτοῦ, ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀποδημίας, τὴν δὲ τοῦ δευτέρου καὶ τοῦ κυρίου αὐτοῦ, ἐν τῷ καιρῷ τῆς εἰσελεύσεως. μβ

Ὅτε νόσος ἄρχεται τῆς ☾ οὔσης ἐν ζωδίῳ οὗ οἰκέτης κακοποιὸς, ἐν τῇ γεννήσει, ἢ ἐν τῷ τετραγώνῳ αὐτοῦ ἢ ἐν τῇ διαμέτρῳ, ἔσται δυσχερεστάτη. εἰ δὲ κακοποιὸς ἐπιβλέπει, ἐπικίνδυνος. εἰ δὲ ἐν τόπῳ ἐστὶν ἔνθα ἐν τῇ γεννήσει ἦν ἀγαθοποιὸς, ἔσται ἀκίνδυνος. μγ

Τὰ κακοποιὰ σχήματα τοῦ ἔθνους ἐπιβλέπουσιν οἱ κατὰ πάροδον ἐναντίοι σχηματισμοί. μδ

Ὅτε ὁ ὡροσκόπος τοῦ δρόμου ἐναντιοῦται τοῖς σχήμασι τοῦ γενεθλίου αὐτοῦ, καὶ μὴ καταντήσῃ ὁ χρόνος, ἐπί τινα κακοποιὸν, ἐναντίον ἐστίν. με

Πᾶς ἄνθρωπος μὴ ἔχων τοὺς ἐπικρατήτορας τοῦ γενεθλίου αὐτοῦ, ἢ τὸν ὡροσκόπον ἐν ἀνθρωποειδέσι ζωδίοις, ἔσται ἀπεξενωμένος αὐτοῦ. μϛ

Αἱ μεγάλαι εὐτυχίαι ἐν τοῖς γενεθλίοις, ἀπὸ τῶν ἀπλανῶν γίνονται, καὶ τῶν κέντρων τῶν συνόδων, καὶ ἀπὸ τῶν τόπων τοῦ κλήρου τῆς τύχης τῆς βασιλείας, ὅτε τύχοι ὁ ὡροσκόπος ἐν αὐτοῖς. μζ

Ὅτε ἐμπέσῃ ἐν γενεθλίῳ κακοποιὸς ἐν τόπῳ ἀγαθοποιοῦ, ἐν ἑτέρῳ γενεθλίῳ βλαβήσεται ὁ ἔχων τὸν ἀγαθοποιὸν, παρὰ τοῦ ἔχοντος κακοποιόν. μη

Ὅτε τύχοι ὁ μεσημβρινὸς τοῦ κυρίου ἤγουν τοῦ δεσπότου ὡροσκόπος τοῦ ὑποχειρίου, ἢ οἱ ἐπικρατήτορες φιλίως συσχηματισθῶσι σχήματι, ἐπὶ πολὺν χρόνον χρόνον ἀχώριστοι διαρκέσουσι, τὸ αὐτὸ δὲ, καὶ εἰ ὁ ἕκαστος τόπος τοῦ δούλου, τύχοι ὡροσκόπος τοῦ δεσπότου. μθ

Ὅτε ὁ ὡροσκόπος τοῦ ὑποχειρίου ὑπάρχει μέρος ἐν ἑτέρῳ γενεθλίῳ, τοῦ κυρίου τοῦ ὑποχειρίου, ἐμπιστευθήσεται ὁ κύριος τῷ ὑποχειρίῳ ἐκείνῳ, τοσοῦτον ὅτι ἵνα προτάσσηται ὑπ᾽ αὐτοῦ. ν

Μὴ παραδράμῃς τὰς ρθ´ συνόδους, ἐν αὐταῖς καὶ κεῖται ἡ γνῶσις τῶν γινομένων ἐν τῷ κόσμῳ, τῆς γενέσεως καὶ τῆς φθορᾶς. να

Ἔνθα ἐστὶν ἐν τῷ καιρῷ τῆς γεννήσεως ἡ ☾, ἐκεῖνο τὸ ζώδιον ἐν τῇ σπορᾷ ὡροσκόπησε, καὶ ἔνθα ἐπὶ τῆς σπορᾶς ἔτυχεν, ἐκεῖνο ἐν τῇ ἀποκυήσει ὡροσκόπησεν, ἢ τὸ τούτου διάμετρον. νβ

Οἱ τῶν μακρῶν ἀνδρῶν οἰκοδεσπόται τῆς γεννήσεως, ἐν τοῖς ἀπογείοις εἰσὶ, καὶ οἱ ὡροσκόποι, ἐν ταῖς ἀρχαῖς τῶν ζωδίων. τῶν δὲ κολοβῶν ἐν τοῖς περιγείοις, συνεξεταζομένων αὐτοῖς, καὶ τῶν πολυδμαφόρων καὶ ὀλιγοδμαφόρων ζωδίων. νγ

Τῶν ἰσχνῶν οἰκοδεσπόται, πλάτος οὐκ ἔχουσι, τῶν δὲ παχέων πλάτος ἔχουσι, καὶ εἰ μὲν ἐστὶ τὸ πλάτος νότιον, εὐκίνητοι ἔσονται, εἰ δὲ βόρειον, δυσκίνητοι. νδ

Οἱ οἰκοδεσπόται ἐπὶ τῶν κτισμάτων, εἰ συναπλοῦσιν ἀστράσιν ὑπὸ γῆν, ἐμποδίζουσι τῇ ὑψώσει τοῦ κτίσματος. νε

Μειοῦται ἡ βλάβη τοῦ ♄ εἰς τὰ πλοῖα, ὅτε μὴ μεσουρανεῖ, μήτε ἐν τῷ ια τόπῳ ἐστὶν, ἐν γὰρ τούτοις τοῖς τόποις, φθείρει τὸ πλοῖον καταδυναστευόντων τῶν ἐναντίων λῃστῶν, εἰ δὲ καὶ ὁ ὡροσκόπος κακοῦται διά τινος ἀπλανοῦς ἀστέρος, τῆς κράσεως ὄντος τοῦ ♄, καυθήσεται τὸ πλοῖον. νϛ

Ἐν τῷ πρώτῳ τετραγώνῳ τῆς ☽ ἐξιούσης ἀπὸ συνόδου τοῦ ☉, αὐξάνουσιν αἱ ὑγρότητες τῶν σωμάτων, ἄχρι τοῦ δευτέρου □, ἐν τοῖς λοιποῖς ἐλαττοῦνται. νζ

Ὅταν ἴδῃς τὸν ζ τόπον καὶ τὸν κύριον αὐτοῦ κεκακωμένον ἐπὶ ἀρρωστίᾳ ἄλλαξον τὸν ἰατρόν. νη

Ἴδε τὸν τόπον τῆς συνόδου, ἐν ποίῳ τόπῳ ἐστὶ τοῦ ὡροσκόπου τοῦ χρόνου ὁ γὰρ σύμ-

πλωμα τότε ἔσαι, ὅτε καταντήσει ὁ περίπατος ἐκεῖ. νθ

Μὴ ἀποφαίνου περὶ ἀποδημοῦντος ὅτι ἐτελεύτησε, πρὶν ἂν σκοπήσῃς, ὅτι οὐ μεθύει, μὴ δ᾽ ὅτι ἐστὶ τετρωμένος, πρὶν ἂν ἐξετάσῃς ὅτι οὐκ ἐφλεβοτομήθη, μὴ δ᾽ ὅτι εὗρε πλοῦτον πρὶν ἂν ἐρευνήσῃς, μήποτε παρακαταθήκην ἔλαβεν, ὁμοιοῦνται γὰρ ἐπὶ πάντων τῷ σχήματι. ξ

Ἐπὶ τῶν ἀρρώστων, βλέπε τὰς κρισίμους ἡμέρας, καὶ τὴν ἐποχὴν τῆς ☽, ἐν ταῖς γωνίαις τοῦ ἑξκαιδεκαέδρου, ὅταν γὰρ Ἄρης τὰς τοιαύτας γωνίας ἀκακώτους, καλὸν ἔσαι τῷ νοσοῦντι εἰ δὲ κεκακωμένας ἐναντίον. ξα

Ἡ ☾ δηλοῖ τὰ τοῦ σώματος ὡς ὁμοιοῦνται αὐτῇ κατὰ τὴν κίνησιν. ξβ

Ὅτε ποιήσεις τὸ λεπτὸν τῆς συνόδου ἀρχήν, δύνασαι ἀποτελέσαι περὶ τῆς μεταβολῆς τῶν ἀέρων, ἐν ἐκείνῳ τῷ μηνί, τὸ γὰρ ἀποτέλεσμα ἔσαι, κατὰ τὸν ἐπικρατήτορα τῆς γωνίας ἑκάστου σχήματος, νικᾷ γὰρ οὗτος τὴν φύσιν τοῦ ἀέρος, προσλαμβάνων ἐν τούτοις, καὶ τὴν κρᾶσιν τοῦ ἐνεστῶτος καιροῦ. ξγ

Ἴδε ὅτε συνοδεύῃ ὁ ♄ καὶ ὁ ♃, τίς τούτων καθυπερτερεῖ, καὶ κατὰ τὴν φύσιν ἐκείνου ἀποτέλεσον, τὸ αὐτὸ ποίησον καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ἀστέρων. ξδ

Ὅταν ἴδῃς τῇ ἐρωτήσει ἐπικρατήτορα, ἴδε ποίαν δύναμιν ἕξει οὗτος, ἐν τῇ ἐναλλαγῇ τοῦ ἔτους, τοῦ ὡροσκόπου συνόδου, καὶ πρὸς τὰ τοιαῦτα ἀποφαίνου. ξε

Ἐν τῇ ἐλαχίστῃ συνόδῳ, ἡ διαφορὰ τῆς μέσης συνόδου, καὶ ἐν τῇ μέσῃ, ἡ διαφορὰ τῆς μεγίστης συνόδου. ξϛ

Μὴ μόνῳ τῷ περιπάτῳ χρῶ, ἀλλὰ καὶ ταῖς δόσεσι τῶν ἀστέρων, καὶ ταῖς λήψεσιν. ξζ

Ἐλαττοῦνται τὰ ἔτη διὰ δυνάμιν τῶν δεξομένων αὐτά. ξη

Ὅτε ἐστὶν ὁ κακοποιὸς ἑῷος, δηλοῖ συμπτώματα, εἰ δὲ ἑσπέριος, δηλοῖ νόσον. ξθ

Ὅτε διαμετρεῖ ἡ ☾ τὸν ☉, καὶ συνοδεύῃ νεφελοειδέσιν ἄστρασι, σίνος ἐπὶ τὰς ὄψεις γίνεται, καὶ ὅτε ἐν τῷ δυτικῷ κέντρῳ ἐστὶν ἡ ☾, οἱ δὲ δύο κακοποιοὶ ἐν τῷ ἀνατολικῷ, ὁ δὲ ☉ ἐπίκεντρος, τυφλωθήσεται. ο

Ἐπὶ τῶν ἐνθουσιώντων, οὐ συνάπτει ἡ ☾ τῷ ☿, οὐ δὲ ἑκάτερος τῷ ὡροσκόπῳ ἐπὶ τῶν δαιμονιζομένων, πρὸς τούτῳ τῷ σχήματι ἐπίκεντρος ἔσαι ὁ ♄ νυκτός, ὁ δὲ ♂, ἡμέρας, καὶ μάλιστα ἐν ♋, καὶ τῇ ♍ καὶ τοῖς ♓. οα

Ἐν τῇ γεννήσει τῶν ἀνδρῶν ὅτε εἰσὶ δύο φωστῆρες ἐν ἀρσενικοῖς ζῳδίοις, γίνονται αἱ ἐνέργειαι αὐτῶν κατὰ φύσιν, ἐπὶ δὲ τῶν γυναικῶν, ἐπιτείνονται αὐταί, τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τοῦ ♂, καὶ ἐπὶ τῆς ♀. ἑῷοι γὰρ ὄντες, ἀρρενοῦνται, ἑσπέριοι δὲ θηλυνοῦνται. οβ

Λάμβανε τὰ τῆς ἀναστροφῆς, ἀπὸ τῶν τριγωνοκρατόρων τοῦ ὡροσκόπου· τοῦ δὲ βίου, ἀπὸ τῶν τριγωνοκρατόρων τοῦ αἱρετικοῦ φωτός. ογ

Ὅτε τύχοι ὁ ἄρης μετὰ τῆς κεφαλῆς τῆς γοργόνης, μὴ ἐφορώμενος ὑπὸ ἀγαθοποιοῦ, μήτε μὴν ἀγαθὸς ὑπάρχει ἐν τῷ η, διαμετρεῖ δὲ ὁ κύριος τοῦ αἱρετικοῦ φωτὸς τοῦ ♂, ἢ τετραγωνίζει, ἀποκεφαλισθήσεται ὁ γεννηθείς, εἰ δὲ μεσουρανεῖ ὁ φωστήρ, τρωθήσεται τὸ σῶμα αὐτοῦ, εἰ δὲ συναφὴ γένοιτο ἀπὸ τῶν ♊ ἢ τῶν ♓, κοπήσονται αἱ χεῖρες αὐτοῦ καὶ οἱ πόδες. οδ

Πᾶς ὁ ἔχων τὸν ♂ ὡροσκοποῦντα, ἕξει πάντως καὶ οὐλήν, ἐν τῷ προσώπῳ αὐτοῦ. οε

Ὅτε συνοδεύει ὁ ♂ τῷ κυρίῳ τοῦ ♎ ἐν τῷ λέοντι καὶ μὴ ἔχει ὁ ♂ οἰκοδεσπότην τινὰ ἐν τῷ ὡροσκόπῳ μήτε μὴν ἐν τῷ η τόπῳ, καυθήσεται ὁ γεννηθείς. οϛ

Ὅταν μεσουρανῇ ὁ ♄, καὶ διαμετρῇ τοῦτον ὁ αἱρετικὸς φωστήρ, καὶ ὑπάρχει τὸ ὑπόγειον γεῶδες ζῴδιον, τελευτήσει ὁ γεννηθεὶς ἀπὸ συμπτώματος οἰκημάτων, εἰ δὲ ὑδατῶδες ἐστὶ τὸ ζῴδιον, πνιγήσεται ἐν ὕδατι ὁ γεννηθείς· εἰ δὲ ἀνθρωποειδὲς παρ᾽ ἀνθρώπων πνιγήσεται ἢ ἀγχόνῃ ἢ μάστιξι τελευτήσει, εἰ δὲ ἐστὶν ἐν τῷ η ἀγαθοποιὸς ἐγγὺς τούτων γενόμενος, οὐκ ἀποθανεῖται. οζ

Ποίησον

Ποίησον τὸν περίπατον τοῦ ὡροσκόπου, διὰ τὰ σωματικά, τὸν δὲ κλῆρον τῆς τύχης, διὰ τὰ ἐπίκτητα, τὴν δὲ ☾, διὰ τὴν συναφὴν τοῦ σώματος πρὸς τὴν ψυχήν, τὸν δὲ μεσουρανοῦν, διὰ τὰς πράξεις. οη

Πολλάκις ἐνεργεῖ ὁ ἀστήρ, ἐν ᾧ τόπῳ οὐκ ἔχει ἐνέργειαν, κέρδος ἀπροσδόκητον προσφέρων τῷ γεννωμένῳ. οθ

Ὅτε ὑπάρχει ὁ ♃ ἐν τῷ ηʹ, οὐ κληρονομήσει ὁ τοῦτον οὕτως ἔχων, πρὸς τὸν ἴδιον κύριον. π

Ὅτε συνοδεύει ἡ ♀ τῷ ♄, καὶ οἰκοδεσπότην τινὰ ἐν τῷ ἔχει, ῥυπαρὸς ἔσται τὴν συνουσίαν ὁ γεννηθείς. πα

Οἱ καιροὶ δὲ ἐπὶ τῶν ζητουμένων καταλαμβάνονται, ἀπὸ τῆς διαστάσεως τῶν δύο ἐπικρατητόρων, ἀπὸ τῆς διαστάσεως τῶν μεταξὺ αὐτῶν σχηματισμῶν, ἀπὸ τῆς ἐπιβάσεως τοῦ ἑτέρου πρὸς τὸν ἕτερον, ἀπὸ τῆς διαστάσεως τοῦ μεταξὺ τοῦ ἑνὸς αὐτῶν, καὶ τοῦ τόπου τοῦ δηλοῦντος τὸ ζητούμενον, ἀπὸ τῆς δόσεως τοῦ ἀστέρος μετὰ προσθαφαιρέσεως, καὶ ἀπὸ τῆς ἐμβάσεως τοῦ ἀστέρος, ἐπ' οἰκεῖον τόπον. πβ

Ὅτε ἐξισάσουσι τὰ σχήματα, ἴδε τὸν ὡροσκόπον τῆς συνόδου ἢ τῆς πανσελήνου εἰ δὲ κἀκεῖνος ἐξισάσει, μὴ ποιήσῃς περὶ τὸ ἀποτέλεσμα. πγ

Ὁ καιρὸς τῆς προβολῆς, δηλοῖ τὴν μεταξὺ τοῦ προβληθέντος, καὶ τοῦ βασιλέως διάθεσιν, ἡ δὲ καθέδρα δηλοῖ, τὰ τῆς πράξεως. πδ

Ὅτε ἐστὶ κύριος τοῦ ὡροσκόπου ἐν τῷ καιρῷ τοῦ προκαθῆσθαι τὸν ♃, καὶ ὑπάρχει ἐν τῷ βʹ, καὶ συνάπτει τῷ κυρίῳ τοῦ βʹ, πολλὴν ζημίαν ποιήσει. πε

Ὅτε συσχηματισθῇ ὁ κύριος τοῦ ὡροσκόπου, τῷ κυρίῳ τοῦ βʹ, ἑκουσίως, ὁ ἄρχων ἐξόδους ποιήσει πολλάς. πϛ

Ὁ ἥλιος ἐστὶ πηγὴ τῆς ζωικῆς δυνάμεως, ἡ δὲ ☾, τῆς φυσικῆς, ὁ δὲ ♂, τῆς αὐξητικῆς, ὁ δὲ ☿, τῆς λογικῆς, ὁ δὲ ♀, τῆς ἐπιθυμητικῆς. πζ

Αἱ ἀλλαγαὶ τῶν μηνῶν, γίνονται κατὰ ἡμέρας βʹ. καὶ λεπτὰ ιη ἔγγιστα, τινὲς δὲ ἀπὸ τῆς ἐποχῆς τοῦ ☉ κρίνουσιν ὅταν ἰσόμοιρος γένηται τῇ μοίρᾳ καὶ τῷ λεπτῷ, ἣν ἐπέχει ἐν τῇ καταρχῇ. πη

Ὅτε βουλόμεθα ποιῆσαι τὸν περίπατον τοῦ κλήρου τῆς τύχης, ἐν ὅλῳ τῷ ἐνιαυτῷ τῆς ἐναλλαγῆς, λαμβάνομεν ἀπὸ τοῦ ☉ ἐπὶ ☾, καὶ τὰ ἴσα ἀπὸ τοῦ ὡροσκόπου. πθ

Ἴδε τὰ τοῦ πάππου, ἀπὸ τοῦ ἑβδόμου τόπου, τὰ δὲ τοῦ θείου ἀπὸ τοῦ ἕκτου. ϟ

Ὅτε ἴδῃ ὁ ἐπικρατήτωρ * τοῦ ὡροσκόπου τὸ κρυπτόμενον ἔσται κατὰ τὴν φύσιν τοῦ ὡροσκόπου, εἰ δὲ οὐκ ἐπιβλέπει τοῦτον, ἔσται κατὰ τὴν φύσιν τοῦ τόπου, ἐν ᾧ ἐστὶν ὁ ἐπικρατήτωρ, καὶ ὁ μὲν διέπων, δηλοῖ τὴν χροιὰν αὐτοῦ, ὁ δὲ τόπος τῆς ☾, τὸν χρόνον, εἰ δὲ ὑπὲρ γῆν ἐστι, νέον ἐστίν, εἰ δὲ ὑπὸ γῆν, παλαιόν, ὁ δὲ κλῆρος τῆς τύχης, δηλοῖ τὸ μῆκος αὐτοῦ, εἰ πρόμηκες ἢ βραχύ, ὁ δὲ ὡροκράτωρ τῆς μοίρας τοῦ δʹ, καὶ τοῦ μεσημβρινοῦ καὶ τῆς ☾, δηλοῖ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ. ϟα

*al. τὸν ὡροσκόπον, τὸν

Ὅτε ὕπαυγος ἐστὶν ὁ ἐπικρατήτωρ τοῦ ἀῤῥώστου, σημεῖον κακόν, καὶ μάλιστα εἰ ὁ κλῆρος τῆς τύχης βλάπτεται. ϟβ

Τὰ τοῦ ἀνατολικοῦ ἀῤῥώστου οὐ βλάπτει τοσοῦτον ὁ ♄, ὥσπερ οὐδὲ ὁ ♃ τὸν δυτικόν. ϟγ

Μὴ πρότερον ἀποτελέσῃς ἐκ τῶν σχημάτων, πρὶν ἂν ποιήσῃς τὴν σύνοδον. αἱ γὰρ ἀρχαὶ μετατρέπονται ἐν πάσῃ συνόδῳ, μῖξον οὖν ἀμφότερα καὶ οὐχ ἁμαρτήσεις. ϟδ

Ὁ τόπος τοῦ δυνατωτέρου ἐκ τῶν ἐπικρατητόρων, δηλοῖ τὰ ἐν τῷ σκοπῷ τοῦ ἐρωτῶντος. ϟε



Digitized by Google

Κινδυνεύει τὰ παρανατέλλοντα ἑκάστων δεκανῶν τὴν προαίρεσιν τοῦ γινομένου, τὴν τέχνην ἣν μετέρχεται. ϛϛ

Τὰ δηλοῦντα ἀποτελέσματα τῆς ἐκλείψεως, εἰσὶ τὰ ἔγγιον κέντρα, σκόπει δὲ καὶ τὴν φύσιν τῶν συνόντων ἀστέρων, πλανητῶν καὶ ἀπλανῶν, καὶ τὰ παρανατέλλοντα καὶ ταῦτα ἀποφαίνου. ϛζ

Ὁ κύριος τῆς συνόδου ἢ τῆς πανσελήνου, ὅτε ἐστὶν ἐπίκεντρος, τελειοῦται τὸ πρᾶγμα, οὗ ἐστὶν ἡ ἐρώτησις. ϛη

Οἱ διάττοντες καὶ οἱ κομῆται, δευτερεῖον φέρουσι τῶν ἀτελεσμάτων. ϛθ

Οἱ διάττοντες δηλοῦσι ξηρότητα ἀστέρων, καὶ εἰ ἐφ᾽ ἑνὸς μέρους φέρονται, δηλοῦσι τὸν ἀπὸ ἐκείνης τῆς γωνίας ἄνεμον, εἰ δὲ εἰς διάφορα μέρη φέρονται, δηλοῦσι ὕδατος ἐλάττωσιν, καὶ ἀνακαταστασίαν ἀέρος, καὶ στρατευμάτων ἐπιδρομάς, οἱ δὲ κομῆται ὧν ἡ ἀπόστασις ἀπὸ τοῦ ☉, ια ζώδια ἐστὶν ἢν φαίνωνται ἐν κέντρῳ βασιλέως τινός, τελευτήσει ὁ βασιλεύς, ἢ μέγας τὶς ἐν αὐτῇ, εἰ δ᾽ ἐν ἐπαναφορᾷ, εὖ ἕξει τὰ τῶν κειμηλίων αὐτοῦ, καὶ ἀλλάξει τὸν διοικητὴν αὐτοῦ, εἰ δ᾽ ἐν ἀποκλίματι γίνονται ἀρρωστίαι καὶ αἰφνίδιοι θάνατοι, εἰ δὲ κινεῖται ἀπὸ δυσμῶν ἐπ᾽ ἀνατολάς, ἐπελεύσεται ἐχθρὸς ἀλλότριος ταῖς χώραις, εἰ δὲ οὐ κινεῖται, ἐγχώριος ἔσται ὁ ἐχθρός. ρ

Πάσης πόλεως ἐχούσης τὸν ♂ μεσημβρινόν, οἱ βασιλεῖς ἀναιροῦνται σπάθαις, ὡς ἐπιτοπλεῖστον.

C L.

Digitized by Google

# CL. PTOLEMAEI

## CENTVM DICTA, SIVE FRVCTVS librorum ſuorum.

1 A TE & à ſcientia. Fieri enim nequit, vt qui ſciens eſt, particulares rerum formas pronunciet, ſicuti nec ſenſus particularem ſed generalem quandam ſuſcipit ſenſibilis rei formam, oportétque tractantem hæc rerum coniectura vti. Soli autem numine afflati prædicunt particularia.

2 Cum is qui conſultat, ipſum melius ſcrutabitur, inter id & eius formam nulla rerum differentia erit.

3 Qui ad rem quampiam aptus eſt, habebit profecto & huiuſmodi ſignificationis ſtellam admodum potentem in ſua genitura.

4 Anima ad cognitionem apta veri plus aſſequitur, quàm qui ſupremum in modum ſe in ſcientia exercuit.

5 Poteſt qui ſciens eſt, multos ſtellarum effectus auertere, quando naturam earum nouerit, ac ſe ipſum ante illorum euentum præparare.

6 Tunc dierum prodeſt & horarum electio, cum tempus à genitura bene conſtitutum eſt. Si enim contrarium eſt, nequaquam profecerit, quamuis bonum fortaſſe exitum reſpexerit.

7 Non poteſt quiſpiam ſtellarum mixturas percipere, niſi naturaleis prius differentias mixturáſque cognouerit.

8 Sapiens anima cõfert cæleſti operationi, quéadmodum optimus agricola arando, expurgandóque confert naturæ.

9 In generatione atque corruptione, formæ afficiuntur à cæleſtibus formis. Iccirco qui imagines faciunt, iis vtuntur, cum eo ſtellæ ingreſſę fuerint obſeruantes.

10 In dierum horarúmque electionibus vtere maleficis, perinde vt optimus Medicus ad curationem venenis vtitur moderatè.

11 Diem horámque non ante eligas, quàm propoſitæ rei noueris qualitatem.

12 Amor odiúmque ne vera eueniant iudicia prohibent, ſiquidem minuunt maxima, augent minima.

13 Cum cæleſtis conſtitutio quippiam ſignificauerit, adiutricibus etiam corruptiuis ſtellis, hoc eſt ſecundariis vtere.

14 Quantis in erroribus verſatur Aſtrologus, cum locus ſeptimus atque eius dominus afflicti erunt.

15 Aſcendentia inimicorum regni, ſunt ſigna ab ipſius regni aſcendente declinantia. Amicorum vero aſcendentia, ſunt cardines, locáque ſuccedẽtia. Idem & in dogmatibus.

16 Cum in octauo loco beneficę dominabuntur, damnum à viris bonis afferunt, quæ ſi bene affectæ fuerint, illud dimouebunt.

17 Cum de ſenis cuiuſpiam vita iudicas, non ante iudicium feres, quàm dimenſus fuerit, quot ille poſsit annos viuere.

18 Cum ambo luminaria in eodem minuto fuerint, ſi aſcendit benefica, natus æquè ſanè in omnibus quæ inciderint, bene fortunatus erit. Simili modo, ſi & inuicem opponentur ab ortu atque occaſu. Sin malefica eſt in aſcendente, contrarium ſentias.

19 Vis purgationis hebetatur, cum Luna fuerit Ioui coniuncta.

20 Membrum ferro ne percutito, cum Luna ſignum tenuerit, quod membro illi dominatur.

21 Cum Luna fuerit in Scorpio aut Piſcibus, dominúſque aſcendentis ſtellæ, ſub terram poſitæ copulabitur, bonum eſt purgationibus vti. Si vero copulatur ſtellæ, ſupra terram conſtitutę, potionem qui ſumpſerit, euomet.

22 Veſtem nec primum induas, nec incidas, vbi Luna fuerit in Leone collocata. Eſt autem peius, ſi eadem male affecta fuerit.

23 Lunæ ad ſtellas figuratio, natum bene agilem facit, quæ ſi potentes fuerint, effectiuam, ſin imbecillæ, inertem ad agendum commotionem indicant.

24 Defectus luminarium in cardinibus genituræ, annuarumúe conuerſionum noxius eſt, accipiunt autem locum ab interuallo aſcendentis ac loci defectus. Vt autem ab hora Solaris eclipſis annos, ſic ab eclipſis Lunaris horis menſes capis.

25 Dominatoris progreſsionem cum in medio cæli poſitus eſt, per ſphæræ aſcenſiones, cum vero in aſcendente conſtitutus eſt, per climatis aſcenſiones facito.

26 Latet planè res, cum ſtella eam ſignificans, aut ſub terra aut in loco alieno Soli coniungitur, contra patet, cum è depreſsione in altitudinem tollitur, proprióque in loco collocatur.

27 Venus nato voluptatem affert in membro, cui ſignum, in quo eſt, dominatur. Idem & in cæteris ſtellis.

28 Cum præſtare non poteris, vt duabus Lunam ſtellis coniungas, id præſta, vt ſtellæ fixæ eam coniungas, illarum mixturam habenti.

29 Stellæ fixæ irrationabiles atque admirabiles fœlicitates afferunt, quas tamen plerunque calamitatibus inſigniunt, niſi & planetæ ad fœlicitatem conueniant.

30 Inſpice primorum generis regum creationes. Si enim aſcendens creationis conuenit cum aſcendente genituræ regis filij, is regis ſucceſſor erit.

31 Cum regni dominator in locum climactericum inciderit, tunc aut rex aut è regni principibus magnus quiſpiam morietur.

32 Concordiam inter duos facit conueniens ſtellarum figuratio, ſpeciem rei ſignificantium, ex qua beneuolentia in vtriuſque genitura conſtituta eſt.

33 Amor odiúmque tum ex luminarium concordia diſcordiáque, tum ex vtriuſque genituræ aſcẽdentibus deprehenditur. Adaugent autem beneuolentiam obedientia ſigna.

34 Dominator ſeu hoſpitator interlunij ſi cardinalis fuerit, quęcunque illo menſe futura ſint, ſignificat.

35 Sol cum in alicuius ſtellæ locum deuenerit, vim eius excitat, quam in aëre habet.

36 In condendis vrbibus ſtellis fixis, quæ conferre habeant, vtere. In ædificandis vero domibus, erraticis. Reges cuiuſcunque vrbis, quæ Martem culminantem habuerint, gladio plerunque pereunt.

37 Qui Virginem aut Piſces horoſcopum habent, ij poteſtatis ſuæ cauſa erunt, quorum autem aſcendens erit Aries aut Libra, ij mortis ſuæ cauſa erunt. Eodem modo in cæteris ſignis ratiocinaberis.

38 Cum Mercurius in altera domorum Saturni conſtitutus, potens fuerit, coniecturatiuum nato dat intellectum ac rerum ſcrutationem, in Martis vero domo ac præſertim in Ariete, facundiam.

39 Afflictio vndecimi loci in creatione regis, detrimentum ſignificat, & domeſticorum eius & pecuniarum. Secundi autem loci afflictio, pecuniarum ouilis eius detrimentum ſignificat.

40 Cum aſcendens à maleficis oppreſſum fuerit, qui tunc natus eſt, ſordidis rebus delectatur, ac male olenteis odores probat.

41 Loci octaui dominique eius afflictionẽ tempore diſceſſus caueto, at ſecundi atque eius domini, tempore reditus.

42 Morbus qui cœpit, cum Luna fuerit in eo ſigno, quod malefica aliqua tenuit in genitura, ſiue in quadrángulo aut diametro eius, grauiſsimus futurus eſt. Si autem malefica reſpicit, periculoſus. Sin in loco, vbi genituræ tempore benefica fuerit, ſine periculo erit.

43 Maleficas gentis figuras contrariæ temporum figurationes intendunt.

44 Noxium eſt, cum ægri aſcendens genituræ ipſius figuris refragatur, neque ad beneficum aliquem tempus peruenerit.

45 Quiſquis genituræ ſuæ dominatores aut aſcẽdens in ſignis humanis non habet, ab humanitatẽ alienus etiam ſibi ipſi erit.

46 Magnæ in genituris fœlicitates conferuntur tum à ſtellis fixis, tum ab interluniorum cardinibus, tum à locis partis fortunæ regni, cum horoſcopus in eis repertus fuerit.

47 In genitura cum malefica in locum beneficæ in alterius genitura inciderit, is qui beneficam habet, ab eo qui habet maleficam, detrimento afficietur.

48 Quando culmen domini, hoc eſt, principis fuerit horoſcopus ſubiecti, aut dominatores beneuola configurabuntur figura, diu inſeparabiles permanebunt. Idem eſt, cum ſextus locus ſerui inuentus fuerit horoſcopus principis.

49 Cum aſcendens ſubiecti fuerit culmen in genitura domini, tantam ſubiecto illi fidem dominus adhibebit, vt ei ab illo imperetur.

50 Ne prætermittas centum & decem nouem coniunctiones: In his enim poſita eſt cognitio eorum quæ fiunt in mundo & generationis & corruptionis.

51 In quo ſigno Luna eſt genituræ tempore, illud in conceptu fac aſcendens, & in quo ſigno inuenta fuit in conceptu, illud aut eius oppoſitum fac aſcendens in partu.

52 Domini genituræ hominum proceræ ſtaturę in ſublimitatibus ſunt, & ipſorum horoſcopi in ſignorum principiis. Eorum vero qui ſunt breuis ſtaturæ, in humilitatibus inueniuntur. Ad hęc inquirito ſigna ne recta, an obliqua ſint.

53 Domini genituræ macilentorum hominum, latitudinem non habent, pinguium autem habent. Quod ſi latitudo auſtralis eſt, agiles erunt, ſin borealis, inagiles.

54 Dominatores in ædificationibus vbi copulantur ſtellæ ſubterraneæ, ædificij erectionem impediunt.

55 Martis aduerſus naues noxia vis imminuitur, cum neque in cæli medio, neque in vndecimo eſt loco, in his enim locis nauem corrumpit, prædonibus per vim occupantibus. Incendetur autem nauis, ſi aſcendens ab aliqua ſtella fixa quę ex Martis mixtura ſit, affligetur.

56 Cum Luna eſt in primo quadrangulo, hoc eſt ex quo à Solis coniunctione receſsit, corporum humiditates ad ſecundum vſque effluunt, in reliquis autem decreſcunt.

57 Cum ſeptimum locum atque eius dominum in ægritudine afflictum videris, medicum mutato.

58 Coniunctionis locum, quo in loco ab anni aſcendente eſt, inſpice, ſiquidem cum profectio illuc peruenerit, tunc euentus erit.

59 De abſente quod occiderit, ne pronunciato, antequam videris, an temulentus factus ſit, neque quod vulnus acceperit, antequam exquiſieris, an ſanguis ei miſſus fuerit; neque quod theſauros inuenerit, priuſquam ſcrutatus fueris, ne forte depoſitum acceperit, cum omnium figuræ ſimiles ſint.

60 Super ægrotis citicos dies inſpice, ac Lunæ peragrationem in angulis figuræ ſexdecim laterum: vbi enim eos angulos bene affectos inueneris, bene erit languenti, contra male, ſi afflictos inueneris.

61 Luna ſignificat ea quæ corporis ſunt, vt quæ ei pro motu ſimilia ſint.

62 Cum minutum cõiunctionis principium facies, potes de mutatione aëris in menſe illo indicare, erit

re, erit

re, erit enim iudicium iuxta dominatorem anguli figuræ cuiuſque, vincit enim hic aëris naturam, aſſumens in his etiam præſentis temporis qualitatem.

63 Cum Saturnus Iupitérque cõniungũtur, vter eorum ſublimior ſit vide, ac iuxta illius naturam pronuntiato. Idem etiam in cæteris ſtellis facito.

64 Vbi ſciſcitationis dominatorem inſpexeris, quam hic in anni conuerſione ſeu in aſcendente nouilunij poteſtatem habet inſpice, ac ſecundum hæc pronuncia.

65 In minima coniunctione, differentia mediæ coniunctionis, & in media maxime coniunctionis differentia.

66 Sola profectione ne vtare, ſed etiam attributionibus & ademptionibus ſtellarum.

67 Diminuuntur anni ob excipientis imbecillitatem.

68 Malefica cum matutina eſt, caſum, veſpertina vero morbum ſignificat.

69 Erit in viſu nati vitium cum Luna Soli aduerſa eſt, ac nebuloſis ſtellis coniungitur. Item cum Luna eſt in occiduo cardine, ambæque maleficæ ſtellæ in cardine orienti, Sol quoque ſi cardinalis eſt, natus ipſe oculis capietur.

70 In furetibus Luna Mercurio non copulatur, neutérque aſcendenti in dæmoniacis, in hac figura Saturnus quidem noctu, Mars autem interdiu cardinem tenebit, maximéque in Cancro, Virgine, ac Piſcibus.

71 In marium genituris cum vtrunque luminare in ſignis fuerit maſculinis, actiones eorum ſecundum naturam erunt. In genituris vero mulierum, actiones ipſæ intendentur. Idem de Marte, Veneréque, matutini nanque maſculeſcunt, veſpertini fœmineſcunt.

72 Quæ ſunt educationis, à dominis triangularitatis aſcendentis capito. Quæ vitæ, à dominis triangularitatis luminaris conditionarij.

73 Sol vbi repertus fuerit cum capite Gorgonis, ſi neque aſpicitur à benefica ſtella, neque benefica octauo loco præeſt, dominuſque conditionarij luminaris Marti opponitur, aut eum è quadrangulo percutit, ei qui natus, caput truncabitur. Quod ſi luminare culminabit, corpus eius ſauciabitur. Sin copulatio à Geminis aut à Piſcibus fuerit, manus ac pedes eius amputabuntur.

74 Quicunque Martem aſcendentem habet, omnino cicatricem in facie habebit.

75 Cum Sol aſcendentis domino coniungitur in Leone, nec Mars aliquam in aſcendente prærogatiuam habet, nec benefica in octauo loco eſt, qui natus eſt, exuretur.

76 Cum Saturnus cæli medium tenet, opponitúrque ei conditionarium luminare, ac terrenum ſignum eſt in imo, qui natus eſt, ædificiorum ruina interibit. Quod ſi humidum ſignum eſt, aquis ſuffocabitur. Si vero humanum, ab hominibus ſtrangulabitur, aut laqueo flagelliſve peribit. Verum ſi benefica octauo in loco eſt, propior his erit, non tamen morietur.

77 Aſcendentis profectionem pro iis quæ corporis ſunt, facito, partis fortunæ pro iis quæ ſunt externa, Lunæ pro corporis animæque connexione, medium cæli pro actionibus.

78 Exercet ſæpe vires ſtella quo in loco nullas habet vires, lucrum inexpectatum nato afferens.

79 Mars cum in vndecimo eſt loco, qui hunc ſic habet, domino ſuo non dominatur.

80 Cum Venus Saturno coniungitur, habétque hoſpitatorem aliquem in loco ſeptimo, qui natus eſt, ſordidi coitus erit.

81 Tempora modis ſeptem deprehenduntur, ab interuallo duorum dominatorum, ab interuallo configurationum inter ſe, ab acceſſu alterius ad alterum, ab interuallo inter ſe alterius ipſorum, & loci rem quæſitam ſignificantis, ab occaſu ſtellæ cum additione atque ademptione, & à mutatione dominatoris, & ab acceſſu planetę in locum ſuum.

82 Cum figuræ æquales erunt nouilunij aut plenilunij, horoſcopum inſpice, quæ ſi etiam æqualis fuerit, ad ferendam ſententiam ne properes.

83 Tempus impetrationis inter impetrantem ac regem affectionem indicat. Cathedra autem indicat ea quæ actionis ſunt.

84 Mars cum eſt aſcendentis dominus tempore captæ poſſeſsionis, præeſtque ſecundo loco, aut copulatur domino ſecundi, multum damnum afferte.

85 Cum aſcendentis dominus ſecundi loci domino configurabitur, ſponte princeps multas impenſas faciet.

86 Sol eſt fons vitalis potentiæ, Luna naturalis.

87 Menſium conuerſiones fiunt ex diebus viginti octo, horis duabus, ac minutis circiter decem & octo. Quidam autem à peragratione Solis iudicant, cum partiliter exæquatus eſt gradui ac minuto quod in initio obtinet.

88 Cum partis fortunæ profectionem in toto reuolutionis anno facere volumus, à Sole in Lunam, ac tantundem ab aſcendente capimus.

89 Quæ ſunt aui, ſeptimo à loco, quæ autem patrui, à ſexto vide.

90 Cum dominator aſcendens viderit, res quæ occulta eſt ſecundum aſcendentis naturam erit, quod ſi non videt illud, erit ſecundum naturam loci in quo ipſe eſt dominator. Et horæ quidem dominus colorem eius, Lunæ vero locus tempus demonſtrat, eritque res noua, ſi ſupra terram, ſin ſub terram, vetus. Fortunæ pars quantitatem eius, longáne an breuis ſit, demonſtrat. Dominus finium, imi ac medij cæli, item Lunæ, ſubſtantiam eius demonſtrat.

91 Malum ſignum eſt, cum ægroti dominator combuſtus eſt, maxime ſi fortunæ pars affligitur.

92 Saturnus orientalis non adeo nocet ægro, ſicuti nec Mars occiduus.

93 Ex figuris non ante iudicabis, quàm coniunctionem feceris. Principia enim in vnaquaque coniunctione tranſmutantur, quocirca ambas miſceto, nec errabis.

94 Locus potentioris ex dominatoribus, ea quę in cognitione ſciſcitantis ſunt, indicat.

95 Quæ

Digitized by Google

95 Quæ cum ſingulis oriuntur decuriis, ea nati voluntatem ad artem quam tractat, comprobant.

96 Significantia eclipſis decreta ſunt eius, quæ propius cardines. Conſidera etiam naturam ſtellarum ſimul conſiſtentium tum erraticarum, tum fixarum, ac etiam ſimulacra coorientia, & ſecundum hæc pronuncia.

97 Res de qua eſt ſciſcitatio, breui perficitur, cũ nouilunij ſeu plenilunij dominus cardinalis eſt.

98 Traiectiones atque crinitæ ſecundas partes in iudiciis ferunt.

99 Traiectiones aëris ſiccitatem indicant, quæ ſi ad vnam partem feruntur, ab angulo illo ventum indicant. Sin in diuerſas feruntur partes, aquarum imminutiones, aëris turbationes, & exercituum incurſiones indicant.

100 Cometæ, quorum intercapedo eſt vndecim ſignorum à Sole, ſi apparuerint in cardinibus regni alicuius rex, aut ex principibus regni aliquis morietur. Sin in loco ſuccedente, bene ſe habebunt quæ theſauri eius ſunt, ſuum tamen gubernatorem mutabit. Quod ſi in loco declinante, morbi ac repentinæ mortes erunt. At ſi ab occaſu mouentur ad ortum, externus hoſtis regiones incurſabit, ſin non mouentur, prouincialis hoſtis erit.

## HERMETIS CENTVM APHORISMORVM LIBER.

1 SOL & Luna poſt Deũ, omnium viuentium vita ſunt. Multorum quidem natiuitates non habent hyleg: ſed quia Sol & Luna aſcendens eorum ex dilectione aſpiciunt, eodẽ libero exiſtente, eorũ vita diutius elongatur.

2 Omnes natiuitates diurnæ confortantur per Solem, quando idem configuratur beneuolis. Nocturnæ verò per Lunam, quando ipſa aſpicitur à beneuolis: & ſi hoc non fuerit, ſi tamen fuerint boni planetæ in angulis, ſic natiuitas eſt fortunata.

3 Mars cũ fuerit dominus aſcendens in 10. præbet nato dignitatem atque potentiam, quibus cum iniuria & crudelitate vtetur: & hoc verè infortunium dicitur potius, quàm fortuna.

4 Iupiter cõfiguratus maleuolis, mutat eorũ malitiã in bonũ. Venus nõ põt hoc facere, niſi adiuuetur à Ioue: & iõ in augmẽtando bonũ, & in prohibẽdo malũ Iupiter multo melior Venere reputatur.

Amicitia & inimicitia ſtellarum.

5 Non põt facere aſtrologus cõmixtionẽ ſtellarũ ſignificationum, antequam cognoſcat amicitias & inimicitias earum. Amicitia quidem & inimicitia earum eſt triplex: vna quidem ſecundum naturam, alia ſecundum domos, & tertia ſecundũ aſpectus.

6 Opponitur Venus Mercurio: hic quidem ſermones & diſciplinas, illa verò voluptates & delectationes amplectitur. Similiter & Iupiter Marti, hic quidem vult miſericordiam & iuſtitiam, ille verò impietatem & crudelitatem.

7 Magnorũ principum facias ſignificatorẽ Solẽ, vel aliquem de ſuperioribus. Scribarum verò & ruſticorum inferiores planetas, & præcipuè Lunam.

8 Aſpect' non põt diminuere ſignificationẽ coniunctionis. Coniunctio verò diminuit ſignificationem aſpectus: nam coniunctio fortior eſt aſpectu.

9 Nõ diffinias vel eligas aliquid, exiſtẽte Scorpione in aſcendẽte, nec cum anguli ſunt obliqui, aut ſi Mars ſit in eis. falſus.n. eueniet diffinitionis euẽtus, & præcipuè, quia Scorpio falſitatis eſt ſignum.

10 Fert à 6. vel à 12. loco mala beneuolis, cum ibi fuerit à maleuolis impeditus.

11 Rumores dicti, Luna exiſtente in prima facie Scorpionis, mendaces ſunt & compoſiti.

12 Eueniunt quandoque in quæſtionibus aſtrologorum iudicia non vera, vel propter errorem inſtrumentorum eorum, vel propter interrogantis inſipientiam, vel quando Sol eſt circa gradum medij cæli, vel quando figuræ, quæ rem concedũt, vel denegant, ſunt æquales.

13 Dum Luna erit meridionalis, deſcendens in Scorpione vel Piſcibus, non incipias fabricare. citò enim huiuſmodi fabrica diruetur.

14 Oportet Mercuriũ per loca conſona, & per cõfigurationes aliarum ſtellarum in natiuitatibus eſſe fortem, ad hoc quòd natus habeat dignitatem. Mercurius enim per ſe planeta debilis eſt.

15 In ſignis quidem duorum corporum victoria bona, deuictio autem mala: vtraque ſiquidem duplicatur.

16 Non diffinias aliquid, antequam ſcias intentionem quærentis. Multi quidem interrogare neſciunt, nec poſſunt exprimere quod intendunt.

17 Cum interrogatus fueris de patre, aſpice 4. de fratre 3. de filio 5. de vxore 7. Si verò interrogatus fueris pro ægro, nullam aliam quàm aſcendens aſpicias.

18 Luna cum peruenerit ad beneuolorum, vel ad maleuolorum quadratos, & impedimentum & auxilium erit dubium, & timendũ eſt, ne fortè maleuoli quidem impediant, & beneuoli adiuuare nequeant.

19 In inceptione itinerum & redituum non ſit Luna in aſcendẽte, vel in 4. vel in 9. & ſi nõ fuerit impedita. In introitu verò ciuitatis non ſit in aſcẽdente, vel 2. vel 4. Similiter nec in introitu domus.

20 Tribus modis præſciuntur accidentia hominum, vel ex natiuitate propria, vel primogeniti filij, vel ex interrogatione cum affectu & ſollicitudine cognita.

21 Omnis inceptio facta cum planeta retrogrado, ſi Luna fuerit coniuncta, citò deſtruitur, & ad peius eſſe deuenit, cum fuerit impedita.

22 Regum atque principum eſſe accipitur à Saturno & Sole, & à planeta exiſtente in 10. Auxiliatorum verò regis ab 11. Et auxiliatorum ruſticorum à loco 2.

23 Exitus regis aut principis ad itinera penitus reprobatur, cum Cancer erit in aſcendente.

24 Gemini & Sagit. obediunt capiti draconis, & caudæ magis quàm alia ſigna, & ideo grauiora mala in eis faciunt, quàm in aliis ſignis.

25 In

Digitized by Google

25 In natiuitatibus mulierũ, cum fuerit aſcendẽs aliqua de domibus Veneris, Marte exiſtente in eis, vel de domibus Martis, Venere exiſtente in eis, erit mulier impudica: idem erit, ſi in aſcendente Capricornum habuerit.

26 Sol recipit planetarum virtutes, quando in aſcendente, vel in domo medij cœli iungitur cum eiſdem. hoc in nocte Luna facit ſimiliter, cum eiſdẽ locis iuncta fuerit cum prædictis.

27 Iupiter ſoluit Saturni malitiam, quemadmodum Venus Martis.

28 Cum fuerit interrogatio pro muliere, ſimpliciter accipe ſignificationem à Venere, determinatè verò à 7. Et ſi pro inimico, abſolutè quidem à 12. determinatè vero à 7.

29 In exitu cuiuſcunque ad pugnam, ſed ſpecialiter regum, ſit aſcendens aliqua domus ſuperiorum planetarum vel Solis: & ſit tam ipſe quàm dominus eius fortis. Dominus vero 7. debilis & impeditus à malis.

30 Luna Saturno vel Ioui iuncta, lumine & numero aucta, ad omnia erit bona. Si verò minuta fuerit, ad omnia erit mala. Totum contrarium intelligas in Venere & Marte.

31 In mutuis & depoſitis caueas, ne ſit ſub radiis Iupiter, vel impeditus à malis. Quod ſi ſic fuerit, nec ab impeditione receptus, nulla vel modica reſtitutio ſequetur.

32 Euntes ad configurationem malorum beneuolæ, ex quacunque figura diminuunt aliquid eorum malitiæ, & per bonas quidem figuras magis, per malas vero minus. Maleuolæ vero euntes ad configurationem bonarum ex quadrato quidem vel oppoſito diminuunt aliquid bonitatis earum, ex aliis vero aſpectibus nihil.

33 Saturno quidem tranſeunte ab vno ſigno in aliud, fiunt in cælo diachohontes, quod Arabes vocant aſſub, vel quædam alia ſigna de natura ignis.

34 Temperantia aeris ex coniunctione Iouis & Solis contingit, maximè cum ipſa coniunctio fit in ſignis aereis. Ex coniunctione Saturni & Solis fit frigus, & ex coniunctione Solis & Martis in ſigno bicorporeo, & in tempore veris fit tenebroſitas aeris, & infirmitates frequenter contingunt.

35 Aeſtiuo tempore, cum Sol ingreditur terminum Martis, fit æſtus. In hyemali ſiccitas & paucitas pluuiarum aderit.

36 Facias in natiuitatibus & quæſtionibus virorum hyleg & alcochoden, & directiones eorum, & maximè in quæſtionibus regum & magnatum. Per ea enim ſciuntur accidentia eorum, ſiue bona fuerint ſiue mala.

37 Aſcendens cum fuerit boni eſſe, & dominus eius mali, ſanitatem quidem corporis indicat, anxietatem vero & triſtitiam animi. Si verò fuerit ecõuerſo, diffinias econuerſo.

38 Notabis ſemper configurationem ſtellarum, non per ſigna, ſed per radios.

39 Vtere Luna in curandis oculis, cum fuerit aucta lumine, & libera à malorum aſpectu.

40 Si pars fortunæ fuerit cum malo in quarto, vel nono, vel 10. remotis beneuolis, mortem indicat ægrotanti.

41 Durabilia erunt bona vel mala, cum fuerit ſignificator ſtationarius, & in angulo. Tranſmutabilia vero de facili, cum fuerit idem retrogradus, & in cadentibus angulorum.

42 Eandem in impediendo vim habet dominus 2. quam dominus 8. Similiter dominus 6. eandem quam dominus 12.

43 Marte occidentali in Cancro non aſpiciente Saturnum, nec Iouem, nec Venerem, nec Solem, erit Phlebotomator. Eodem verò modo Marte exiſtente in Capricorno, erit corruptor hominum, & ſanguinis effuſionis amator.

44 Errare contingit peritum aſtrologum, quando de ſignificatore eius, cui eligit, eſt ignarus.

45 Saturnus per quadratum ſuper Venerem eleuatus, facit natos impudicos, & in mulieribus impatientes. Si vero Venus ſuper Saturnum eleuata fuerit, faciet faciles ad mulieres & pronos.

46 Si fuerit in natiuitate alicuius Mercurius in aſcendente orientalis & velox, tunc natus fit eloquens, & in ſcientiis liberalibus doctus. Idem erit etiam, ſi fuerit in Sagittario in propriis terminis tali modo.

47 Angulorum primus eſt horoſcopus, ſecundus medium cæli, tertius occidens, & quartus angulus terræ. Reliquorum vero locorum primus eſt 11. deinde 2. poſt 5. deinde 9. poſt 3. poſt quæ 8. Sextus vero & 12. ſunt peſſimi.

48 Niſi beneuolus planeta prohibeat, quodcunque dat Mars, reuocat.

49 Ad perſonas, quibus ſupplicabis, adaptabis planetas.

50 Horoſcopus vel planeta, dum inuenitur in 30. gradu ſigni, ſignificatio eius eſt in ſigno ſequenti: ſi vero in 29. erit in ipſo ſigno, virtus enim planetæ in tribus conſideratur gradibus, ſcilicet in quo eſt, & in præcedenti, ac ſuccedenti.

51 Oportet futura conſiderare à coniunctionibus planetarum, præſens vero vel præteritum à ſeparationibus eorundem.

52 Si Iupiter fuerit in Cancro remotus ab aſcendente, nec impeditus ab aliquo, erit quidem natus rationabilis, & in ſcientia valde peritus: diliget tamen ſolitariam vitam, nec habebit laudem de ſcientia ſua.

53 Fiunt in mundo multa incommoda, quando erit in vno menſe vtriuſque luminaris eclipſis, & præcipuè in his locis, quibus eſt ſignificatio eorum ſpecialis.

54 Luna tempore inceptionis itineris cum fuerit in via combuſta, ægrotabit peregrinus in peregrinatione ſua, vel aliquas graues moleſtias patietur.

55 Oportet in erraticarum directionibus, & nõ erraticarum tempus conſiderare.

56 Res paterna tranſit in filium, dum Saturnus fuerit fortunatus, & ex dilectione aſpexerit dominum aſcendentis: magis ac amplius, ſi fuerit dominus 4. loci.

57 Exiſtentibus beneuolis in ſignis, in quibus non habent dignitatem, transfundetur eorum benignitas.



Digitized by Google

58 Si Mars fuerit almutaz in natiuitate, & non fuerit iunctus beneuolis, ſignificat, quod natus incendium patietur.

59 Donat fœlicitatem immenſam planeta beneuolus, cum fuerit in propria domo receptus: maleuolus verò abſtinet ſe à malicia multa, dum fuerit taliter receptus.

60 Aeger erit natus & debilis, cum Mars ſuper Saturnum fuerit eleuatus. Si vero ſuper Martem Saturnus, erit fortis & pinguis.

61 Si pars coniugij viri ceciderit in ſignis obedientibus, mulieris autem in imperantibus: mulier quidem imperabit viro, vir autem obediet mulieri: ſi autem econuerſo erit, diffinias econuerſo.

62 Ex dilectione ſi fuerint domini triplicitatis coniunctionalis luminis coniuncti adinuicem, primus ſecundo, & ſecundus tertio, permanſibilem proſperitatem & triſtitiarum liberationem ſignificant.

63 Cum Mercurius erit in Piſcibus in gradibus puteoſis, facit natos inſipientes vel mutos. Iupiter vero in domibus Martis & in gradibus putei, facit ſordidos & egenos, & à perſonis militantibus læſos. In domibus autem Saturni, & ſpecialiter in Capricorno, & in gradibus putei facit rigidos, & omnibus odioſos.

64 Recipit naturam Martis, Mercurius in domibus illius exiſtens: & ſi fuerit configuratus eidem cadenti ab angulo, erit natus amator venationis, diliget ludere in taxillis: ſi vero cadens nõ fuerit, erit bellicoſus & miles.

65 Exiſtentibus planetis ſub radiis, cum infra 12. gradus Soli proximi fuerint infortunantur, niſi fuerint in eodem gradu cum eo. Cum verò 12. gradus tranſierint, exiſtentes orientales, ſunt fortes.

66 Terribilia mala operatur Caput Draconis cũ malis. auget enim eorum malitiam: multa vero bona cum bonis. per ipſum enim augetur eorum benignitas. Cauda verò ſicut in ſitu, ſic & ſignificationibus obiicitur capiti.

67 In loco 6. natiuitatis ſi ſit aliquis habet Mercurium, conuertetur à fide ſua in aliam. Et qui partem fœlicitatis habuerit impeditam, hic non erit firmus in fide ſua.

68 Signum primũ in ſignificationibus habet dominium, quando per duo ſigna ſignificatio rei fiet.

69 A Luna initium omnis rei accipitur, omnis finis verò à domino domus ſuæ.

70 Si Iupiter in reuolutione annorum mundi fuerit in propria domo, vel exaltatione orientalis in angulo, & expeditus à malis, penuriam annonæ ſignificat.

71 Timetur in ægrotantibus, cum Luna & dominus aſcendentis fuerint ab octauo loci domino impediti.

72 Rixam, contentionem, aut litem nullo modo incipias, cum Luna fuerit mali eſſe. nam ſi tali modo contigerit, eris proculdubio ſuperatus.

73 Omnis rebellis incipiens rebellare in principio anni, obtinebit ſine difficultate dominium.

74 Luna exiſtente in ſignis ruminantibus, vel cõiuncta planetæ retrogrado, non eſt bonum purgationibus vti: hæc enim vomitum inferunt, vel alias læſiones.

75 Orientales planetæ bona exhibentes vel mala, citò dant, occidentales verò tardè.

76 Gradus coniunctionis luminarium eſt media mora eclipſis.

77 In reuolutione annorum mundi multæ difficultates erunt, & prelia, cum in exaltationibus ſuis fuerint Iupiter & Saturnus.

78 Eſto ſuſpicioſus atque ſollicitus, quando beneuolus eſt cum maleuolo. nec valde cõfidas, quod mali malitia penitus auertatur.

79 Duodecim ſigna ab aſcendente dependent, & aſcendens quidem ſignificat eſſe corporis, dominus verò eius eſſe animæ. Studeas igitur omni modo, vt non ſint aſcendẽs & eius dominus impediti.

80 In ſignis fixis planetæ dum fuerint, rem durabilem ſignificant, in bicorporeis verò dubiam, in mobilibus conuertibilem vel ad bonum vel ad malum.

81 Vtere in rebus clandeſtinis Luna ſub radiis non eunte, ſed exeunte.

82 Incidere vel induere nouas veſtes, Luna exiſtẽte in ſigno fixo, & ſpecialiter in Leone, horribile & periculoſum eſt, etiam cum fuerit in coniunctione vel oppoſitione Solis, aut à malis impedita.

83 Habet in interrogationibus Luna magnam potentiam, niſi fuerit aſcendens Leo, aut Sagittarius vel Aquarius. Deinde quidam eorum auferunt ſignificationem ipſius, & præcipuè cum fuerint in Leone vel Aquario.

84 Eſt adhuc Saturnus ſub radiis, dum infra eundem & Solem 15. gradibus exiſtit inſtantia. Idem intellige & de Ioue.

85 Reprobatur in matrimoniis penitus Luna in Cancro Similiter Virgine, præterquam in matrimoniis viduarum.

86 Maleuolus cum erit orientalis in domo propria vel exaltatione, melior eſt retrogrado & impedito beneuolo.

87 Erit impedimentum circa illam partem corporis, quam ſignificat ſignum quod fuerit natiuitatis tempore impeditum.

88 Tunc fiunt proſperitates immenſæ, quãdo domini triplicitatis luminaris, cuius fuerit auctoritas ſunt in angulis vel ſuccedentibus angulorum, in locis propriis, & ab aſpectu maleuolorũ remoti. Etſi dominus aſcendentis fuerit boni eſſe, magis & amplius erit bonum.

89 Idem faciunt planetæ per trinum, quod faciunt per ſextilem: minus tamen in bonis vel malis infert ſextilis aſpectus quàm trinus.

90 Saturnus infert mala cũ tarditate, Mars vero ſubito, & ideo Mars reputatur Saturno deterior in nocendo.

91 Tunc dicitur magna coniunctio, quando tres ſuperiores planetæ in vno de ſignis regiis coniunguntur, & tunc regna potentiſſima faciunt, quando aſpiciuntur à Sole.

92 Reuelatur ſtatim verbum occultum, quod quæritur, quãdo Luna & planeta, cui applicat, ſunt in ſignis vocem habentibus, & in 5. vel 3. vel in oppoſitionibus eorum.

93 Auget in octauo maleuolus ſuam malitiam, beneuolus vero ibidem neque bona exhibet, neque mala.

94 Nunquã perficietur bonũ vel malũ, niſi quando planetæ beneuoli vel maleuoli in natiuitate

vel,

Digitized by Google

vel in reuolutione Lunā aſpexerint per quadratum.
95 Si Mercurius in 6. fuerit impeditus, natus in carcere morietur. Si Saturnus in 12. includetur, & Venus in 8. præcipitium patietur.
96 Timendum eſt in principio ægritudinis, cum Sol in die, ac Luna in nocte fuerint impediti.
97 Variantur ſemper ſignificationes ſtellarum, quando in configurationibus earum adinuicem ipſarum latitudines variantur.
98 Luna in 4. vel in 7. vel 9. vel 12. indicat cauſam illam iam interrogatam fuiſſe. Idem indicat, ſi ſeparata fuerit à Mercurio. Si verò fuerit aſcendēs ſignum bicorporeum, & Luna ſimiliter in ſigno bicorporeo, iterum ipſa cauſa quæretur.
99 In propria domo vel exaltatione, ſi fuerit maleuolus, licet cum tarditate, tamen exhibet bonū finem. Si verò idem in aſcendente fuerit impeditus quamuis in domo propria, vel exaltatione, infert tamen impedimentum, & malum finem.
100 Terminatur finis euentuum omnis inceptionis, omniumque dubitabilium ipſius per hos ſignificatores, videlicet per 4. locum, & dominum eius: & per planetam, ſi forte fuerit in eodem. Item per luminare, cuius erit authoritas, & dominum eius, & per planetam, cui luminare ipſum coniungitur, & dominum eius.

His & aliis, q̄ tibi tradidi, clariſſime vtere: & cū ſobrietate vtēdo, nunquā errabis, cum Dei auxilio.

---

## ALMANSORIS ASTROLOGI PROPOSITIONES, AD SAracenorum Regem.

APhoriſmorum compendiolum, mi Rex, petiiſti, vt tuis ſatisfaciam votis, laborem nequaquam ſubire recuſaui. Scripſi: æquo animo accipias, quæſo.

1 Signorum diſpoſitionum, vt dicam, ab Ariete fit initium: vnum ſcilicet eſt diurnum, alterum vero nocturnum: vnum maſculinum, alterum fœmininum: vnum leue, alterum graue.

2 Cuiuſquam planetarum ſeptem exaltatio in illo loco eſſe dicitur, in quo ſubſtantialiter patitur ab alio contrarium. Veluti Solis in Ariete, qui Saturni caſus eſt. Sol enim habet claritatem, Saturnus tenebroſitatem, & vt Iouis in Cancro, in quo Mars cadit, quorum alter cupit iuſtitiam, alter vero ſignificat iniuſtitiam: & ſic Mercurij in Virgine, qui caſus eſt Veneris: alter nanque ſignificat ſcientiam & philoſophiam, altera verò cauſat alacritates, & quicquid eſt ſaporiferum corpori.

3 Significatio partium circuli, ô Rex magne, ſuper vnum ſolum eſt: ſicut ſignum igneæ partis ſignificat ſuper ignem, terreæ verò ſuper terram, aereæ ſuper aerem, & aquaticæ ſuper aquas.

4 Aries, Leo, & Sagittarius, eſt triplicitas calida & ſicca, amara, ignea, diurna, maſculina, & ſignificat choleram rubeam. Taurus, Virgo, & Capricornus, triplicitas, terrea, frigida, ſicca, nocturna, fœminina, & ſignificat choleram nigram. Gemini, Libra, & Aquarius, triplicitas eſt aerea, calida, humida, ſanguinea, dulcis, diurna.

4 Cācer, Scorpio, & Piſces, aquatica triplicitas eſt, frigida, humida, phlegmatica, inſipida, nocturna.

5 Fortunæ largæ ſunt & fideles. Infortunæ verò ſunt auaræ, & infideles.

6 Fortunę nihil cū labore dabunt alicui. Infortunæ vero, quicquid dabūt, abbreuiabunt & auferēt.

7 Quando duæ coniunguntur infortunæ, fit ex eis fortuna perfecta, ſicut ex duarum fortunarum coniunctione. & hoc ſecundum dicta Ptolemæi.

8 Omniū aſpectuū planetarū, optimus eſt trinus & ſextilis. Deterrimus verò, quartus & oppoſitus.

9 Nō prodeſt aſpectus trinus & ſextilis infortunarū: ſicut nec obeſt quartus & oppoſitus fortunarū.

10 Ex multis vitæ ſignificationibus in hyleg, ſignificatur multa & longa vita, & purus intellectus, maximuſque vigor.

11 Cuicunque fuerit Mercurius in radice natiuitatis in domo Martis, erit malæ ſuſpicionis, & feſtinus in ſuis negociis.

12 Cuicunque fuerit Mercurius in natiuitatis radice in domo Saturni, erit magni intellectus, longæque cogitationis, ſapiens, & philoſophus.

13 Nunquam erit pauper & inops, cuius natiuitatis dominus fuerit Iupiter.

14 Cuicunque fuerint in aſcendente infortunæ, turpem notam in facie patietur.

15 Non potuerunt eius oculi euadere ab impedimento graui, cuius in natiuitate ambo luminaria fuerint impedita.

16 Non amitte ſenſum, in cuius natiuitate Luna iuerit ad Mercurium.

17 Cum fortunæ præfuerint natiuitati, erit natus largus & diligendus. Si autem infortunæ præfuerint, auarus erit & abhorrendus.

18 Cui Saturnus in natiuitate præfuerit, erit ſordidus: & cui Mars, fœtidus.

19 In cuiuſcunq; natiuitate fuerint infortunæ, in domo octaua, mala morte morietur. Si verò fortunæ ibidem fuerint, in lecto ſuo migraturus eſt.

20 Non congregabit pecuniam, nec theſauriſabit, niſi ille, cuius aſcendentis dominus, & dominus quartæ fuerit idem planeta: ſicut non lucrabitur pecunias nec diuitias, nec viuet ſplendidè, niſi cuius dominus aſcēdētis, & dominus decimę fuerint idē.

21 Non poterit inter duos eſſe dilectio, niſi fuerint in radice natiuitatis luminaria commutata: id eſt, vt ſit vnum in loco alterius in natiuitate ſocij ſui. Odioſi verò ſunt adinuicem, qui in oppoſitis horum naſcuntur, & in oppoſitis ſignis vel quadratis, vel dominis illorū ſignorū exiſtētib' in hūc modū, aut luminaribus ſe conſpicientibus illo modo.

22 Dominus quinti circuli, ſcilicet Venus, ſignificat madefactiones & pluuias, ſicut dominus ſexti, ſcilicet Mercurius, itinera & mutationes ac peregrinationes ſignificat.

23 Qui acceſſerit ad regem, Luna in Aquario, nec recipietur, nec aliquo modo de eo curabit rex. Si autem ad eum acceſſerit ipſa in Piſcibus, auertet faciem ſuam ab ipſo.



Digitized by Google

24 Non erit bona ſanguinis minutio, Luna in Geminis, ſicut nec erit conueniens vti ventoſis, Luna in Tauro.

25 Meliora ſigna in accipiendis laxatiuis & purgatoriis ſunt aquatica: ſed eorum optimus eſt Scorpius, deterrimus verò Cancer exiſtimatur.

26 Melius ſignum in ſocietatibus eſt Leo, deterius vero Aries.

27 Stellæ fixæ dant dona grandia, & ex paupertate ſubleuant ad ſublimitatem, quam non faciunt planetæ.

28 Perfectus medicus erit, cui Mars & Venus fuerint inſerta. Bonus vero cantor ille, cui Mercurius retrogradus cum Venere in eodem ſigno.

29 Dominus quinti circuli, ſcilicet Venus, cum fuerit in 1. gradu Cancri, faciet pluuias.

30 Cum planetæ ponderoſi fuerint occidentales à Sole, dabunt probitatem circa finem vitæ, & econuerſo.

31 Qui emerit aliquid Luna à capite Cancri, vſque in finem Sagittarij, emet carè, vendetque viliter: econuerſo autem, cum fuerit à principio Capricorni vſque in finem Geminorum.

32 Non eſt bona circuncisio, Luna in Scorpione, ſicut nec bonus vomitus in Leone.

33 Illius ſigni naturam, in quo Venus fuerit, nato attribuet: cum enim fuerit in Leone, dabit amorem: in Tauro cantus, & in Scorpione coitus. Ratio eſt, quia Leo habet cor, Taurus guttur & collum, Scorpius veretrum.

34 Cuicunque fuerit Mercurius in duodecima, erit ſapiens, magnuſque philoſophus.

35 Cum in radice natiuitatis impedietur Luna, ceciderintque omnes domini triplicitatum, 5. hyleg, maximè vero primus dominus triplicitatis aſcendentis, fueritque in aliquo angulorum in fortuna, indicat nato vitæ paucitatem.

36 Dominus quinti circuli, ſcilicet Venus, diſſoluit quod ligat dominus tertij, & eſt Mars. Dominus autem ſecundi, ſcilicet Iupiter, diſſoluit quæ ligat dominus primi, ſcilicet Saturnus, & hæc ſignificatio eſt ſuper res magnas.

37 Cum ceciderint omnes domini triplicitatū, fueritque in aliquo angulorum vna ſtellarum fixarum exaltationis primæ vel ſecundæ, quæ ſit ex natura dominorum triplicitatum, perficietur ei nutritio, & tranſibit eam.

38 Quod cadit ſuper Lunam ex malitia Martis, & ipſa aucta lumine, æquale eſt ei, quod cadit ſuper eam ex malitia Saturni, ipſa lumine diminuta. Hoc autem capitulum res grandes ſignificat: nec ſcitur eſſe hæreticorum, niſi ex domino circuli ſecundi. Et dominus quarti circuli ſignificat ſuper reges.

39 In electionibus regum commendantur ſigna planetarum altiorum: ſicut in electionibus impotentum ſigna inferiorum planetarum commendantur.

40 Illæ quæ fortuniū altius indicāt, ſunt Iupiter, pars fortunæ, pars donationis, domus quoq; ſecūda, & qui in ea fuerit eiuſque dominus: domin' etiā triplicitatis luminaris, cuius fuerit auctoritatis, necnon dominus decimæ, & qui in ipſa fuerit.

41 Cum ſignificator erit inter aſcendens & decimam, erunt dies & horæ: cum inter decimam & ſeptimam erunt ſeptimanæ & menſes: inter autem ſeptimam & quartam cum fuerit, erunt anni.

42 Dominus primi circuli, ſcilicet Saturnus, cum fuerit in ſignis fixis, faciet mortalitatem & cariſtiam. hoc autem ſapientes experti ſunt.

43 Cum volueris alicui eligere, & non poteris differre, ſi Luna fuerit impedita, pone impedientem dominum aſcendentis.

44 Melior ictiſal eſt in longitudine & latitudine: fortunæ corroborant naturā boni, & vilificāt naturam mali: infortunæ autem agunt cōtrarium.

45 Cuiuſcunque planetarum natura ſuperior fuerit, non ceſſabit eius actus, vſque quò ſit ibidem eius contrarium.

46 Cum nequiueris electionem differre, ponas aſcendens, & eius dominum ſaluos, necnon nomina fortunarum ponas in angulo, & quod melius eſt in decimo. Non nocet Mars in peregrinationibus aquarum, ſicut nec Saturnus in peregrinationibus terrarum.

47 In itineribus ſigna fixa vituperantur, mobilia verò commendantur.

48 Cum aſpexerit infortuna ſignificatorem, fueritque retrograda, & cadens, necnō in loco, in quo fuerit peregrina, id eſt, in nulla dignitatum ſuarū, & in ſigno cōtrario ſuæ naturæ, infert ſignificatori malū, quod nullus curare poterit, niſi ſolus Deus.

49 Cū Mars appropinquauerit terræ, pacificabitur cum Ioue. Saturnus quoque ſic pacificabitur cū Venere, & Luna cum terræ appropinquauerit, & eſt aſcenſio duarum partium in parte vna.

50 Luna Soli concordat, cum fuerit aucta lumine & numero, omnis quoque ſtella luminoſa ei cōcordat.

51 Quando Mars debilitatur, Venus confortatur, ſicut Iupiter Saturno debili minuitur, malitia infortunarum, cum in aliqua dignitatum ſuarum fuerit, & econuerſo.

52 Cum recipiet infortuna fortunā, nō impediet eā, maximè autem cum non aſpexerit eā ex quarto vel oppoſito, nec fuerit in eodem ſigno, maximum eſt planetarum impedimentum, cum fuerit in locis peregrinis.

53 Omnis planeta cum in eodem puncto Soli coniunctus fuerit, ibit feſtinanter: cum ad eum acceſſerit, ibi pedetentim.

54 Fortius teſtimonium eſt ictiſal Lunæ ad planetam, qui fuerit in medio cæli in aſcendente.

55 Cancer ſignificator eſt ſuper aquas multū mobiles, Scorpius vero ſuper aquas currentes riuorū: Piſces quoque ſuper immobiles ſcilicet, vt lacunas & puteos.

56 Omnis res q̃ feſtinãter fit, & feſtinãter deſtruitur: & quæ reiteratur, eſt in ſignificatione Martis.

57 Omne qđ feſtinãter fit, & ſubitò deſtruitur, pmanetq; diu deſtructū, eſt de natura Saturni & Martis.

58 Quicunque fuerit ex ſtirpe regali, ſi in eius radice natiuitatis fuerint duo Soles, erit regibus contrarius, ſeparabiturque ab eis in operibus ſuis.

59 Cuicunque fuerit Luna hora natiuitatis in Tauro in minuto aſcenſionis, & Sol in Leone in aſcendente in minuto aſcenſionis, ad magnam exaltationem perueniet.

60 Ea quæ accidūt ī hoc ſeculo, ſciūtur & inueſtigātur ex magna fortitudine ſuperioris ſignificatoris

Digitized by Google

tis, & ex ſua eleuatione: & ſi ea non fuerit, exquiritur à planeta, ad quem iuerint omnes alij planetæ.
61 Si quid ſignificauerit aliquis planetarum in natiuitatis radice, cum diuiſio & dominus ad eum peruenerit, apparebit eius ſignificatio, ſeu bona, ſeu mala fuerit.
62 Cum dominus 10. retrogradabitur ab ictiſal domini aſcendentis, non recipietur natus à domino ſuo, cum dominus aſcendentis & Luna fuerint in aſcenſione, & duæ fortunę ſimiliter aſpexerint ſe ſe adinuicem, erit natus multum fortis & potens, nullúſque præteribit eius mandatum.
63 A gradu aſcenſionis ſciuntur accidentia corporis, à gradu partis fortunæ eſſe ſubſtantiæ. A gradu vero Lunæ eſſe corporis & animæ deprehenditur. A Solis autem gradu valetudines eius, ſed à gradu medij cœli magiſteria & opera dignoſcuntur. vnicuique gradui da annum.
64 Fortunabitur, eritque boni eſſe, necnon potens ille, cuius annus reuolutionis ſimilis fuerit radici, & cuius circulus in eadem ſimilitudine fuerit, in qua erit ipſo anno radicis.
65 Diurnum eſſe nati accipitur ex directione, aliter ex motu domini, aliter de die in diem eſſe nati accipitur ex motu domini ſigni profectionis anni in terminis expoſitis domini ſigni alynthiæ anni ad terminos expoſitos.
66 Cum Saturnus aſcenderit in altiori parte ſui circuli, id eſt, in ſua auge, coniungetúrque Luna Soli in extremo menſis, & ipſa iuerit ad eum, ſignificabit augmentum rei, quæ fuerit ex natura ſigni, in quo ipſe fuerit.
67 Cum fuerit planeta in ipſo minuto gradus orientis, coniungetúrque ei Luna in eodem loco, apparebit actus naturæ illius planetæ ſeu bonus, ſeu malus fuerit.
68 Cum aliquis planeta dominabitur alicui anno, ex annis mundi, in ipſo gradu ſuæ exaltationis apparebit eius ſignificatio, & eleuabitur rex in regione illa, & in climate, in quo ab ipſo ſignificabitur.
69 Impedimentum Mercurij à Saturno debet impedire linguam nati: deterius autem, ſi corporaliter coniungatur.
70 Quantus erit timor ſuper infirmum, cum fuerint luminaria hora interrogationis ſub terra.
71 Cum fuerit vtrunque luminarium in eodem gradu, ſuæ exaltationis in ſuo dominio, liberum ab infortuniis erit natus totius mundi rex, & ſemen eius hæreditabit terras eius, obtinebitque multo tempore.
72 Cum fuerit aſcendens alicuius natiuitatis medium cæli mundi, fuerítque ſignum mobile, Aries ſcilicet, vel Cancer, & ille gradus qui fuerit ſuper linea medij cæli, fuerit idem gradus, in quo eſt exaltatio Solis vel Iouis, expādetur nomen eius per vniuerſam terram, & diuulgabitur eius fama.
73 Hæc ſunt illa quę ſunt aptanda, vel ex eis aptari poteſt, ſcilicet aſcendens, pars fortunæ, luminaria, ſignum coniunctionis, eorumque domini, ſigni domini, horæ, necnon & locus rei quæſitæ, eiuſque dominus.
74 Ex domino exaltationis & diuiſore, necnon domino aliorum diuiſorum radiorum, & ex domino anni, ex mutatione quoque planetarum in locis & eorum aſpectibus ſciuntur accedentia mundi in reuolutionibus annorum.
75 Cum dominus 10. domus fuerit in 8. timebitur, ne mater nati ex illo partu morietur.
76 Cum fuerit dominus quartæ domus, impeditus à domino aſcendentis, timebitur ſuper patrem nati.
77 Nihil prodeſt præliantì, cum fuerit dominus aſcendentis infortuna, & retrogradus, vel ſub radiis: qui ſimiliter ſi fuerit cum 7. vel eius domino, obtinebit in prælio, qui prius pugnare cœperit.
78 Infortuna ſuum locum calefacit & impedit, Sol vero calefacit, & non impedit.
79 Caue ne rex exeat ad prælium, domino aſcendentis eunte ad dominum 7.
80 Cum fuerit Mars cum Sole in ſignis Septentrionalibus, erit calor maximus: ſimiliter etiam cū Sol ierit ad Saturnum in ſignis meridionalibus, erit frigus maximum, & econuerſo.
81 Cum peruenerint infortunæ ad locum conuenientem, non nocebunt, ſi non fuerit eius ſignificatio in radice natiuitatis: & ſimiliter fortunæ non proderunt, cum non ſit ex eis in radice ſignificatio.
82 Impedimenta quæ ventura ſunt, in annis alynthiæ euenient: cum peruenerit annus mundi ad corpora malorum, vnicuique ſigno da annum.
83 Maius infortunium Saturni eſt, cum fuerit in ſignis fœmininis: ſed Martis, cum fuerit in maſculinis.
84 Nullus debet expugnare ciuitatem, cuius dominus fuerit dominus aſcendentis anni mundi.
85 Oportet in omni inceptione aptare circulum ad naturam eius, quod quis incepturus eſt.
86 Non commendatur ictiſal Lunæ ad Martem ex domibus Veneris, nec ad Iouem ex domibus Saturni & Mercurij, neque ad Solem ex domibus Saturni.
87 Ex maioribus fortunis eſt, vt planetę ſint diurni, orientales à Sole, in ſignis maſculinis, planetæ verò nocturni occidentales à Luna.
88 Cum domini triplicitatis luminaris diei fuerint diurni & orientales, ab eo quoque domini triplicitatis nocturni occidentales: & erunt aucti lumine, erit maius ſignum fortunæ & fœlicitatis.
89 Punctus orientalis ſignificat pueros, iuuenes, & vniuſcuiuſque principia: medium verò cæli, reges, legiſque dominos, iudices & etiam præliorum dominos. Septimum quoque ſenes, atque defunctos. Mulieres etiam, ac inimicos, atque omne venuſtum. Angulus autem terræ partes & terras, locū etiam in quo natus eſt infans. Horam quoque mortis & ſepulchra demonſtrat.
90 Planetæ qui dant grandes diuitias, 3. ſunt, videlicet Iupiter, Sol, & Mercurius.
91 Horrenda eſt omnis inceptio ab eo, qui multarum fuerit diuitiarum, in omnibus medietatibus in quibus impedita fuerit coniunctio vel præuentio. caueat igitur ab hoc.
92 Vniuerſalis quæſtio natiuitati aſſimilatur, reuolue igitur annos eius, & ſuper eos indica.
93 Gaudet Saturnus in Aquario, ſicut Iupiter in Piſce: gaudet etiam Mars in Scorpione, ſicut Venus in Libra, & Mercurius in Virgine.
94 Sicut addit Geuzahar ſuper naturam omnis planetæ, qui cum eo fuerit: ita cauda Draconis, mi-



Digitized by Google

nuit ex natura cuiuſque planetæ,qui cum ea fuerit.
95 Fortior ſignificatio ſuper eſſe patris,eſt primo genitus, & qui ſequuntur,dabunt ſimiliter aliquid ſignificationis.
96 Algebuthar fortior eſt in cauſa vitę,Alcocho den autem fortior eſt in aliis rebus.Dominus verò radiorum fortior eſt,quàm algebuthas, & forſitan erunt æquè fortes.
97 Cum morietur natus prius quàm tranſeat vna dies & vna nox,erit ſicut abortiuus,& nullam habebit in aliquo ſignificationem.
98 Reges quorum negocia citò fiunt, & qui citò ſe vindicant,qui citò etiam perficiunt quod deſiderant,ſunt quorum aſcendens in principio regni fuerit ſignum igneum,& ſimiliter medium cæli: vel alterum fuerit igneum,alterum vero aereum.
99 Cum fuerit dominus aſcendentis in bono loco,in terminis fortunarum,fueritque dominus termini boni eſſe,colligatus ei dabit probitatem ac regnum,& omne bonum
100 Cum fuerit in medio cæli ſignificator, dirigetur per aſcenſionem circuli directi. In aſcenſione verò per aſcenſiones regionis:in eo autem quod eſt inter vtrunque per vtrunque.hoc quidem capitulum narrauit Alchindus.
101 Cauſa fortunij ac proſperitatis eſt,vt ſint dominus domus Solis,dominus domus Lunæ, dominuſque aſcendentis orientales,ſint & in angulis, & aſpiciant ſeſe ex bonis locis,id eſt,ex trino vel ſextili.
102 Multum potens eſt ille,cui Sol fuerit in medio cœli in ſigno igneo,& Luna in Tauro,cuius aſpectus erit ſiniſter.
103 Valde diuites, & qui diuitiis abundabunt, magnique ſunt nominis,quibus dominus ſecundæ domus fuerit in exaltatione ſua vel domo, iens ad dominum aſcendentis,maximè autem,ſi fuerit Iupiter.
104 Vita omnium animantium eſt ſecũdum gradum Solis & Lunæ,& hoc ab altiſſimo datum ſecũdum Aſtapham.
105 Cum fuerit fortuna in locis Martis, & ſignificator iuerit ad eam,vel ea ad ſignificatorem abſcindet,ſicut infortunæ.
106 Auerte oculos à figura,in qua Mars fuerit in angulo,maximè cum fuerit aſcendens Scorpio.
107 Cum voluerit aliquis aliquid abſtrahere, ſignificatore Saturnum aſpiciente, grauiter abſtrahet.
108 Si quis poſtulauerit aliquid, Capite Draconis exiſtente in medio cæli cum Ioue,& Luna eunte ad eum,vel ſi ſeparata ab eo,iuerit ad dominum aſcendentis, vel ſi dominus aſcendentis iuerit ad eum,non præteribit,quin breuiter adipiſcatur quęſita.
109 Non eſt bonum volenti bellare,nec etiam regi,quod faciat iter domino aſcendentis, exiſtente in octaua,& ſi ſit in exaltatione ſua.
110 Non eſt Sol bonus in aſcendente hora belli: nec cum domino aſcendentis,niſi fuerit aſcendens Aries vel Leo.
111 In ea parte, in qua Sol & Luna fortunabuntur,erit victoria interrogantibus,veluti ſi formabũtur ab aſcendente vſque ad medium cæli, vel ab aſcendente vſque ad quartum,vincet, quærens ſi in locis aliis fuerit,aduerſarius ſuperabit.
112 Oportet maximum impedimentum eſſe rerum,quę ſunt in poteſtate ſigni,in quo fuerit planeta cadens,vel retrogradus aut in malo eſſe Solis.
113 Signa ſignificant corpora, planetæ verò ea quæ mouent corpora, loca planetarum in circulo eorumque ſubſtantiæ,& loca eorum à Sole,ſignificant opus & deſtructionem.
114 In cuiuſcunque natiuitate fuerit Iupiter, receptor fortitudinum omnium planetarum & ipſe commendauerit eas,& ſuam Saturno,fueritque receptus ab eo,& vterque orientalis & aſcendens in angulo,erit natus magnus & potens in hoc ſeculo, necnon & boni eſſe, ſurget etiam nomen eius in orbe.
115 Caue ne ſit Saturnus cum domino aſcendentis,vel in aliis locis exaltatis,quia ipſe eſt deterior cauda.
116 Veri ſunt rumores,ſi fuerint hora nunciationis anguli ſigna fixa,& Luna atque Mercurius in ſignis fixis: & ſi Luna etiã ſeparata fuerit à fortunis, necnon ſi fuerit fortuna in angulorum aliquo: cũque ita inueneris,hæc ſignificatio nec falli,nec fallere poterit.
117 Prima diei hora vſque ad perfectionem triũ horarum,eſt ſanguinis. Tres verò ſecundæ cholerærubeæ, tertia choleræ nigræ : ſed vltimæ tres phlegmatis, ſimiliter & in nocte. Eodem quoque modo eſt in quartis menſis lunaris. Quartæ autem anni ſunt Solis.
118 Cui dominus aſcendentis fuerit in dextra Solis,fueritque ſuper ipſum eleuatus,id eſt,ductoriam habuerit,& iam perficiat ſuam, vt ita dicam, orientalitatem,erit amicus regum & potentum, diues etiam,& magni nominis.
119 Noli feſtinare in iudicando, cum planetæ adinuicem coniungentur, niſi prius ſigni naturam conſideres, in quo coniuncti fuerint: vtrum ſit ex eorum ſimilitudine,necne.ſi enim fuerit ex eorum ſimilitudine,confortabis eorum ſignificationem.
120 Cum fuerit dominus 11.aſcendentis, vel 11. Lunæ,aut 11.partis fortunæ circunuentus,à fortunis magis fortunabitur quàm alter aliquis.
121 Cum duæ fuerint infortunæ in gradu 4.domus,& in eodem termino erit natus infortunatus, & valde miſer.
122 Cum planetæ fuerint in angulis,apparebunt ea quæ ab eis ſignificabuntur, ſiue bona, ſiue mala fuerint.ſignificatio domini quarti circuli eſt annus ſed & ſeptimi circuli eſt menſis.
123 Cum fuerint anguli aſcendentis ſigna mobilia,& duæ infortunæ in angulis, miſera erit omnis eius vita nati.
124 Cum Luna fuerit in angulis, confortabit omnem ſignificationem ſuam: maximè autem, ſi quam auctoritatem habuerit in aſcendente.
125 Feſtina commutatio non poterit eſſe niſi à Marte,ſicut magna elongatio niſi à Saturno.
126 Status omnium bonorum mutatur de bono ad malum, vel de malo ad bonum, cum mutantur ſigna & figuræ planetarum, qui ſignificant ſuper eos de aſcenſione in deſcenſionem, & econuerſo.
127 Iupiter & Saturnus mutãt res & conuertũt, eritque variationis initium, cum mutantur de vna tripli

Digitized by Google

triplicitate ad aliam in coniunctionibus, & ex vna figura in aliam.

128 Meliores coniunctiones duæ ſunt, quarum altera eſt luminarium, altera verò duorum planetarum ponderoſorum. planetæ maſculini ſunt qui agunt, fœminini verò ſunt in quos agitur, & ſimiliter etiam in ſignis.

129 Aſpice aſcenſionem planetæ, & gradum exaltationis, gradum quoque eius caſus. nam hæc ſunt quæ ſignificant homines, & eorum opera.

130 Si inueneris ſignificatorem in angulis maſculinum, & in ſigno maſculino, contrarij verò ſignificatorem fœmininum, & in fœminino ſigno, aget in eum, id eſt, vincet alterum ille cuius ſignũ eſt maſculinum, & in maſculino ſigno.

131 Significationes ſunt duobus modis, ſubſtantialiter ſcilicet & accidentaliter, & vtroque modo numerum ſeptem planetarum ſignificabunt.

132 Cum duæ infortunæ coniunguntur, & Luna Saturno in latitudine, erit fames & mortalitas. Si verò Marti, mutabuntur reges, & erit multa ſanguinis effuſio, & prælia in loco, qui ſignabitur ab ipſo ſigno. & hoc non fallit.

133 Ex coniunctione Saturni & Iouis in ſignis mobilibus, cognoſcetur cõmutatio ſtatus & mundi, & ex eorum coniunctionibus in ſignis fixis iterum.

134 Cum coniungentur duæ fortunæ, coniungeturque Luna Ioui in latitudine, erit iuſtitia, & quies in terra dirigetur: ſi autem Veneri, erit alacritas, gaudium, ſaluſque corporum atque proſperitas.

135 Cũ Venus & Mars fuerint in eodẽ puncto cũ Sole in loco Veneris & termino, verba nati ab hominibus recipientur, & à nullo repudiabuntur.

136 Eremita & quaſi propheta, necnõ cuius verba recipiuntur, eſt ille, in cuius natiuitate Iupiter & Venus in eodem gradu cum Sole fuerint.

137 Famoſi reges in hoc ſeculo, & quorum mandata non ſpernuntur, ſunt quorum Iupiter & Luna fuerint in eodem puncto aſcendentis ad augem ſuam.

138 Cui vigor maximus & poſſe magnum fuerit, eſt cui Sol in medio cęli cum Saturno erit in ſigno maſculino orientalis.

139 Cum Luna & cæteri ſignificatores remouentur ab angulis, non perficientur res ipſæ, niſi fuerit quomodo ex itinere, & non ex alio.

140 Cum non fuerit inter aliquem planetarum & ſignificatorem ictiſal aſpectus, & fuerit vterque in eodẽ circulo, & ex circulis parallelis in nadir, vel anahat, vel in æquinoctiali itinere, erit melius quàm ictiſal aſpectus.

141 Omnis planeta duo habet ſigna, præter luminaria, quorum vtrunque ſolam habet domum, quoniam eorum lumen eſt Saturni tenebroſitas, ideoque poſitæ ſunt eorum domus contrariæ.

142 Fortunæ ſunt fideles & proſperæ, cum fuerint in locis exaltationis ac directæ, necnon & auctæ lumine.

143 In magnis & exaltatis rerum diuitiis vel initiis laudatur vt ſint luminaria in terminis fortunarum ſeſe aſpicientia, & vt domini terminorum ſint ex rei incipiendæ natura.

144 Res circuli, quæ complectuntur omnia, & quæ maximæ ſunt, ſeptem ſunt, videlicet principium creationis hominum, anni Solis maximi, & ſunt 1413. Cum autem aſcenderit aliquod initium in termino aſcẽdentis radicis cuiuſlibet inceptionis, inueneritque duo minuta duorum planetarũ grauium. Scientia horæ anni, in qua coniungetur in ſignis: aſcendens reuolutionis anni mundi, aſcendens quoque coniunctionis vel præuentionis: quod fiet etiam in hora natiuitatis vel quæſtionis.

145 Non accidet ſuper aliquem bonum vel malum, niſi cum mutatur natura vel ſimilitudo triplicitatis ſignorum planetarum, quæ ſunt eius loci ſignificatores.

146 Cum diuerſificantur duo climata, diuerſificantur planetarum aſpectus & eorum radij.

147 Cum verò duæ latitudines diuerſificantur, circuli eius circularis motus diuerſificatur. In hoc autem capitulo nullus ita perfectè locutus eſt.

148 Duorum nodorum impedimẽta peiora ſunt planetis inferioribus quàm ſuperioribus.

149 Figura circuli in quæſtionibus magnæ ſimilitudinis eſt, ad ſimilitudinem animæ quærentis.

150 Cum fuerit Iupiter in Ariete directus, abſq; malo aſpectu fortunarum, dabit fortitudinem, & regnum in quo nulla fiet iniuſtitia.

---

# APHORISMI ASTROLOGICI LVDOVICI DE RIGIIS AD PATRIARCHAM Conſtantinopolitanum.

1 IVDICIA rerum futurarum non dantur, niſi expertis in eſſe planetarũ ſuorum temporum, ex virtute tamen innata eorum. Errãt quippe, qui ex ſolo aphoriſmo iudicia pronunciant.

2 Mutata ſunt loca ſtellarum fixarum augiumq;, mutãturq; quotidie, nec vultus cæleſtis aliter exiſtens eſt.

3 Non certificandum eſt de eſſe alicuius planetæ, niſi prius de diſpoſitoribus loci illius te certificabis in eſſe mali, & tam exaltationis, quàm dominij.

4 Paruum euentum demonſtrat planeta, ſi aliter ſignificauerint diſpoſitores in eſſe boni vel mali.

5 Leuem facit natum Mercurius in domibus Martis. Si Mars in Scorpione, & Sol in Ariete, non extiterit, ibi Mercurio exiſtente, ſiue ſi ambos fortes, & in bono eſſe fortunarum non iudicaueris, hoc diximus de Mercurio. Nam magis vniuerſalis planeta & ad tranſmutationem naturæ ſuę nõ eſt.

6 Remouent ſignificatores ſiue dominatores loci iudicium planetæ, quamuis in aliqua parte ipſe ad tempus naturam demonſtrat.

7 Dominus horæ in omnibus formis figuriſque



Digitized by Google

conſiderandus eſt ac dominus loci cõiunctionis, qui anauba dicitur * Sunt quoddam gubernaculũ rei quæſitæ, velut qui dux magis potens, & fortis figuræ eſt,

8 Natiuitates quæ in apparitione cometarum erunt habentes angulum aſcẽdentis illius ſiue medij cæli ſigni, in quo cometa apparuerit, & domin' domus, & dominus exaltationis fortis illius anguli erit. Natis indicabunt aliquid aliud ſingulare maximum venturum vltra ſignificatum propriæ figuræ, & ſi ceciderit illud ſignum in aſcendente, & cometa habens motum vehementem in decima ſiue in hemiſphærio, regem ſignificabit venturum eſſe. Si in nona, maximũ pótificem, ſi in vndecima, ductorem gentium. Et ſi hoc ſolùm fortunæ diſpoſuerint ſine damnatione infortuniorum, affirmandum eſt aliquid diuum ex illo eſſe venturum, fortificáturque ſignificationes cum prope cingulum zodiaci, aut in linea zenith capitum noſtrorum apparuerint.

9 Mutantur regna & dominia, fides, ſectæque ac opiniones hominum, dum mutantur auges planetarum de ſigno in ſignũ dico illarum gentium, quarum ſignificator erit planeta augis permutatæ. Mutatióque erit ad bonum vel ad malum ſecundum naturam ſignificatorum coniunctionum ſuperiorum illorum temporum, & ſecundum naturam ſigni mutationis.

10 Durationes effectuum prophetarum erũt ſecũdum annorum maximorum illorum ſignificata. Si fortes extiterint in natiuitatibus eorum miſcẽdo datũ domini domus & domini exaltationis vnà. Si debiles vero quamuis illi boni eſſent, tamẽ tempus breue deſignat permanere leges, & dicta eorũ.

11 Nunquam erit propheta fidelis nec pontifex, ſiue dux eccleſiaſticorum, qui Saturnum retrogradum habuerit in nona vel in aſcendente, quanquã omnes formæ bonorum eſſent in ſignificatoribus cæteris tam in ſecundis quàm in erraticis ſtellis, nec credendum eſt verbis eorum, ſed fugiẽdi ſunt. Magna res eſt retrogradatio infortunarũ, peiorq; extra domum ſuam, peſſimáque in loco, in quo nullam habet dignitatem exiſtentium in iſtis duobus locis,

12 Vehemens in Deum trahit caput in cuſpide hemiſphærij, magiſque dum diſpoſitor loci fortis ex dignitate & angulo extiterit, maximéque quando Iupiter cum ipſo erit parua latitudine & in domibus ſuis, ſiue exaltatione ſua, ij ſancti ſunt & annexi virtute ſpecifica Deo ex ventribus matrum. Hoc idem facit in aſcendente, ſed non tanti nominis & gloriæ.

13 Fœcũditas in prole deſignata ex diſpoſitione quintæ nulla aduerſitate infortunarum ibi diſponentium ſiue radiantium exiſtente, & religio ſiue ducatus eccleſiaſticorum raro, ſiue nunquam in vno ſubiecto aſsignandæ ſunt, ſi vero religio & honeſtus ducatus fuerint aſsignda, tranſit virtus prolis ſiue quintæ in adoptiuos velut pater multarum gentium & pater patriæ.

Nota. 14 Dico ego, quòd Mercurius in Ariete extra radios Solis, ſiue incõbuſtus, ibi Sole exiſtẽte forti, fortiq; Mercurio ſine infortunio Martis, ſi in medio cæli extiterit, facit virum ſupremi ingenij, ſe ipſo acquirentem ſcientiam, & forte ſi in aſcendente Leo, & in ſecunda tenens gradum erit, poterit ex acumine ingenij ex auri fõte aqua dulciſſima manare, agilitatémque dat in ſcientia ſtellarum, non tamen appreciati nominis eſt, nec ideo in belſiçis erit famoſus vt multi iam affirmarunt. Mercurius quidem per ſe planeta debilis eſt, tamẽ confortatur & tranſmutatur in alterius naturam per diſpoſitionem & eſſentiam. Tranſmutatio vero optima eſt, ſi cum optimo tranſmutatur. Hanc quidem ſolùm demonſtrat ingenium nati in tempore partitionis ſui diſpoſitoris ſecundum naturã ſuæ eſſentiæ, magis quàm ante hoc tempus, in domo quidem propria, etiam ab incunabulis ſignum demonſtrat.

15 Ille nunquam auarus fuit, qui non ex infortunis vel ex domibus infortunarum ſignificatum habuerit ſuarũ diuitiarum. Non enim auarus fuit, qui ex Sole vel Lunæ ſignificatum diuitiarum habuerit.

16 Natiuitas non laudanda eſt, ſi fortior fuerit dominus duodecimæ domino aſcendentis, nõ appreciandа eſt natiuitas, quãdo nullam diſpoſitionem dominus aſcendentis debilis de de domino duodecimæ habuerit. Natiuitas paruipendẽda eſt, quando dominus duodecimæ diſponit dominium aſcendentis debilem, ipſéque fortis trahens ad ſe diſpoſitionem formæ ſiue figuræ.

17 Nunquã te ipſum iudicabis, magis potẽs eſt amor quàm forma planetarum. Iudicia tui commenda perito magis natura quàm arte, conſilio periti huius ſcientiæ quieſce, ſi ſeptimam ipſe nõ impeditam ab infortunis habuerit.

18 Non confides dare iudicium de vita ſiue alchocoden per iudicia domini domus hylech, ſi prius non conſideraueris dominum exaltationis, Vidi quidem Lunam in Piſcibus hylech iunctam Ioui parua diſtantia in cuſpide anguli quamuis ſeptimæ, & mori ante finem octaui anni. Venus quidem in Scorpione fuit.

19 Planetarum aſpectus non habentium latitudinem, ſed manentium in linea ecliptica, gradus ipſius eclipticæ accipiendi ſunt in eorum aſpectu, illi vero qui diſtant ſiue declinant in ſeptentrione vel in meridiei aſpectus eorum erit diſtantia ſuorum centrorum vnius ab altero in linea æquinoctiali: quæ diſtantia non cum gradibus eclipticæ correſpondet, niſi æqualiter eſſent in latitudine vna, oppoſitiones vero iſtorum tam exiſtentium in ecliptica quàm habentium diuerſas latitudines, videlicet, vnius ſeptentrionalem alterius meridionalem æqualiter in gradib' & minutis, oppoſitiones veræ ſunt. Sed ſi omnes declinant in vna parte ſiue latitudine aliqua diſtantia, quãuis ſint in gradibus oppoſitis, tamen inter eos nulla eſt oppoſitio, ſi diſtantia erit maior ab ecliptica quàm corpus planetæ, & hoc accidit, quãdo nullus effectus oppoſitionis apparet, propter (vt diximus) eorum latitudines.

20 Oppoſitiones vero infortunarum in diuerſis latitudinibus terribilem habebunt effectum, demonſtrabunt, inducentque effectus velociter interficientes & auferentes vitam, ſiue dum alter duorum diſpoſitor domini aſcendentis fuerit ſiue non, dummodo autoritatem in octaua habuerit, non tamen inducunt effectus, ſi leuior iam receſſerit

ſerit ab oppoſitione, quamuis paucis gradibus, ſed timorem & extremum periculum inducunt. Alleuiant hoc malum in parte, aliquando in totum, ſi Capricornus aſcendens fuerit adiutorio tamẽ infortunarum manu tenet gradum aſcendentem.

21 In omni re, potiſsime in omnibus natiuitatibus imagines aſcendentes horizonta cõſiderabis, quia in animis earum effectus valde imprimuntur, maximè dum erraticæ cum ipſis aſsimilatur in natura & in forma, & quando cum ipſis faciunt, idẽque ſtellæ fixæ primæ magnitudinis exiſtentes in latitudine zodiaci ſimul, & vna aſcendentes cum ipſis, eſt quidem iudicium harum occultum, nec vidi his temporibus noſtris aliquem, qui ad hoc verteret ingenium.

22 In omni eſſe anni cum Mars peruenerit in ſignis humanis maximè in Virgine tempore quo Sol erit in Scorpione. Si Mercurius dominus loci Martis & Venus quæ exaltatur in oppoſito retrogradabuntur in Scorpione, morbum crudeliſsimum eſſe deſignat, potiſsime in illis locis, in quibus erit vel Virgo vel Scorpio, vel Piſces in aſcendente ſuarum radicum. Idem faciunt Gemini & Sagittarius, ſi Iupiter combuſtus in hac figura aſſociatus erit.

23 Vtrum oppoſitio diametraliter duarũ infortunarum, vt diximus interficiẽtium & auferẽtium vitam fortior eſt Sole, ipſo hylech exiſtente, & alchocoden in cuſpide digniorum angulorum, adhuc incertum eſt noſtris experimentis. Ratio tamen & vis naturæ cũ Sole eſt, tamen tale eſſe oppoſitionis timendum eſt. Magnus quidem tygris in modica thyriaca.

24 Signa æquinoctialia & tropica ſunt aſcendẽtia regnorum mundi per ea, quæ imperia eorum principia habuerunt & fundamẽta earum vrbium ciuitatẽſque cæteræ, quo in principio ſuarum ædificationum exiſtis habente in aſcendente, omnes imperio proprio conantur dominari, regerẽque ſe diſcordiẽue regnorum propter oppoſitiones ſignorum ſuarum ædificationum ſunt, nec vnquam inter hos homines concordia eſt, quamuis debilior à potentiori funditus diruatur dominaturq́;.

25 Diuiſiones & inteſtina bella eorum eueniũt, quia quodlibet ſignum iſtorum dominium domus habet, & dominium exaltationis non vnius naturæ ſiue temperiei, ex hoc vt plurimum terminant in crudelitate & ſanguine per inteſtina bella, ſi nõ ante à potentiori, videlicet ab oppoſito eorum ſignorum diruantur, minus in hoc nocet Cancer.

26 Imperia & reges eorum ſunt ex ſignis medij cæli, ſiue ex ſignis, nonæ eorum, velut religiones fidelitatẽſque iuſticiæue ab iſtis duobus locis ſunt nec in hoc te immemorem eſſe volo, quòd vrbs Romana à Capricorno & religio Romanorum à Libra aſſumpſerint principium, velut Aphrica à Cancro & religio eorum à Piſcibus orta eſt.

27 Sunt amicitiæ & cõcordiæ regnorum, id eſt, vnius cum altero aut ab aſpectibus eorum aſcendentium amicitiæ aut concordia naturæ ſuorum diſpoſitorum, vel à quadam forma ſubſtantiali ſuarum figurarum terminante in vno complexu.

28 Nunquam iudicia aſcendentis dimittes, ſi etiam vltimum minutum ſigni aſcenderit nũquam obliuiſcaris de ſigno participante in aſcendentis partitione, quamuis alter ſit aſcendens in cuſpide, nunquam immemor eris de natura mixta duorum ſignorum participantium in horizõta, eſt eademq́; ratio in omnibus diſpoſitoribus eius.

29 Coniunctio duorum ſuperiorum in terminis Saturni boni aſpectus luminaris tẽporis & diſpoſitoris ſi in prima ceciderit cum aliquo aſpectu Mercurij directi velociſque, demonſtrabit natum ſupremi ingenij profundæque memoriæ, & ſummæ imaginationis & contemplationis. Si in decima, famoſum dominium vel magiſterium tenere, ſiue habere, vnde ſic in omnibus locis circuli ſiue participationis deſignat natũ ab illis præeminentem in ſignificatione illius partitionis eſſe.

30 Raro ſiue nunquam ſublimantur homines quamuis vilis progenici reputentur ſine apparatu, ſi non ab radice aliquorum præteritorum habuerint figuræ, eorum exordium ſiue radicem vel concordiam, & ſi aduenerit aliter, non finem bonum nec famoſum, quid dignum exiuerit ex eis. Nam formæ cæleſtium corporum, nõ in vno ictu, vt ita dicam, aliquid perfectũ deducunt. Genera & ſpecies habent dignitates, virtutes & mores, ex quibus cauſantur indiuidua earum quæ à lõge in prope deſcendunt virtute vultus cæleſtis ſecundum formam & regulam omnium cauſatorum & indiuiduorum ex propria radice ſiue genere.

31 Diuiſæ ſunt generationes hominum per coniunctiones ſuperiorum, maiores mediæ & minores, ſecũdum quòd magis in vno indiuiduo quàm in alio deſcendunt par participationem ſuarum figurarum, vnde ſupremi digni, & communes homines aſſumpſerunt ab illis naturam conditionis; deinde per tempora rotantur ſecundum hanc diſpoſitionem & tranſmutationem figurarum corporum cæleſtium. Cum ergo ex aliquibus iſtorum generum erit figura nati configurata cum formis ſuorum principiorum, renouatur illico, illa ſublimitas & gloria illius primæ demõſtrationis, ſecundum vt diximus, naturas trium coniunctionum ſuperiorum diuidentium ſpecies qualitatum hominum in tribus. Sunt verè filij Dei, qui à maxima coniunctione deſcẽderunt, ſiue originem traxerunt, non hic de horoſcopo vt in libro de ciuitate narrat, vno inconuenienti dato, plura ſequuntur.

32 Deteriorantur genera hominum per trãſmutationes illarum magnarum, cum ſuccedẽtes inimicabiliter configurantur cum figuris præteritarum, vnde vna rota aſcendunt & deſcendunt, quæ perpetuo nec vno eſſe, nec vna forma rotantur.

33 Electiones regum de hora intronizationis, aut de hora prælij vel de obſidione vrbium, fac cõfigurare cum radicibus ſuorum regnorum, aut cũ radicibus cõiunctionum ſuperiorum propinquis à ſuis primis progenitoribus & cũ radice propria. Sed ſi non cum figurationem bonam inueneris in tuis temporibus magis fac, vt concordes cum radice ſui regni, ſiue ſuorum primorum quàm cum cæteris figuris. Tamen ſi vnam formam vniuerſalem conformem his radicibus optima conformitate non dubites de victoria & gloria harum electionum.

34 Similiter regna vel ædificationes vrbium, regnorum Sole exiſtente in octaua, modice duratio-

nis

nis ſunt, & id quod in ædificationibus aſsignamus, idem de intronizationibus. Cauendum eſt igitur in omnibus rebus vel figuris, vt non in octaua Solem ponas, ſi per electionem durationem temporis eſſe deſideras.

35 Nulla diuiſio circuli tã peſsima tamque crudelis in omnibus, quàm octaua eſt; bene ergo fecerunt qui de fortificatione octauæ per fortunas ſcripſerunt illis qui ad aliquem locum ſe transmutant cauſſa lucri, ſiue vtilitatis. Sed equidem peſsimum erit, ſi introeundo ibi Solem cum ſuo ſignificatore damnaueris, non reuertitur ad patriam, ſi hoc acciderit.

36 Nullum lucrum ab octaua habebis, niſi ex mortuis aut à mulieribus tuis, quia ſecunda à ſeptima eſt mulierum nullum lucrum ab octaua inuenies, niſi dominus octauæ in ſecunda tua erit, & tamẽ fortuna, nullum lucrum inuenire poſſes, niſi dominus aſcendentis & dominus octauæ configurationem bonam ſecundum rem quæſitam tuam habuerint.

37 Dico ego, Nunquam gloriam & excellentiã completam habebis à Sole, niſi in his tribus locis, videlicet, in prima, in decima, atque in nona. In his tribus ex virtute ſpecifica aliter infundit excellentiam propriam, quàm in aliis angulis vel locis. Ideo in omni natiuitate, in qua Solem inuenies, in locorum vno iſtorum trium, prudenter ipſam conſiderabis, nam iudicia Solis non ſunt obliuioni mandanda.

38 Quanto nobilior eſt ignea triplicitas triplicitate aquea, tanto dignior eſt aërea triplicitas triplicitate terrea. Ideo cũ videris tres planetas fortes ĩ triplicitate ignea, nõ feſtines iudiciũ, nec idẽ tradas in rebus paruis, & maximè ſi Sol & duo de ſuperioribus in ipſa triplicitate manſerint. Idemque vt diximus, Si tres in aërea triplicitate cum Mercurio manſerint, de ingenio & ſublimitate ſcientiæ certificabis tuo iudicio præeminẽtes, etenim ſunt hæ duæ ab aliis duabus, prima quidẽ in celſitudine & gloria, ſecunda vero in bonitate & profunditate ingenij.

39 Cum ſuperioribus nunquam iudicia de paruis rebus trades, cumque inferioribus de rebus magnis, vileſcũt tamen ſuperiores per diſpoſitionem inferiorum, vti magnificentur & amplificentur virtutes eorum inferiores per ſuperiorum diſpoſitionem.

40 Manent virtutes & ſignificata erraticarum, ſi non combuſtas & retrogradas has ſtellas inueneris, bona vero deteriorantur, malaque amplificantur, quando in his figuris & tali eſſe diſpoſitæ ſunt.

41 Omnes figuræ, quæ fuerunt, vel ſunt in tempore tranſmutationis augis ſui ſignificatoris aliquid aliud dignum additum eſt quàm ſignificatum propriæ figuræ. Conſiderare ergo ſapienter has tranſmutationes in omnibus iudiciis, in omnibus formiſque neceſſe eſt. De his autem in aliis mentionem fecimus.

42 Fortificabis tua ſignificata, ſi de loco vili indignum te transferes. Nam non effectus nobilis figuræ agnoſces, ſi in locis in quibus exaltantur homines, ſecundum legem eorum locorum mãſeris, dum lex numerat ſubleuandos. Liber quidem hic diuum cælum eſt, tu quidem vero cum libris ingenium aſſueſce.

43 Erit quidẽ agricola, cum cæleſtem formam optimam habuerit, maior in rure ſuo, velut ciuis, idem fermè in ciuitate. Filius vero principis Dux, ſiue Rex ſuarum gentium, mutanturque hęc ad altiorem locum, ſi ad loca apta nata ad rem tranſmutantur. Ideo ex vna forma multotiens diuerſa procedunt iudicia, de hoc autem in aliis diximus aphoriſmis.

44 Non ſolum per reuolutiones annorum ciuitatis vel mundi aut ſectæ cognitionem futurorum habueris, oportet enim directiones ipſorum principiorum conſiderare.

45 Inteſtina bella & diſcordiæ ciuitatum per aſcendentis directionem & gloriam, & dominium per circulum directum conſideranda ſunt. Habent enim maximum effectum, quãdo directiones cum reuolutionibus concordant.

46 In qualibet reuolutione ciuitatis vel regni, in qua ſignum aſcendentis ceciderit in partitione octauæ, & directio illius tẽporis ibi in octaua exiſtens, & Mars, crudeliſsimas eſſe diſſenſiones & effuſionem ſanguinis in illa iudicandum eſt.

47 Mouentur noua mala in ciuitate, quando directio peruenerit ad quadraturam, vel ad oppoſitiones infortunarum, peioráque, quando ad ipſas infortunas directio peruenerit retrogradante, infortuna non exiſtente ſignificatrice in radice illa, ſcilicet, aſcendentis ciuitatis, nam ſuis non tãtum nocet. Peſsimum omnium ſi directio ad ipſas infortunas ſimul cum ipſis & aſcendente, vt diximus in locis timendis ceciderit, & maximè in octaua.

48 Figura natiuitatis erecta per inſtrumentum ſiue per aſtrolabium, & ſi diſcordauerit cum aminodar, tenenda eſt pro radice, tamen iterum dirigenda eſt ſecundum locum aminodar, & ambabus vtere in reuolutionibus, vt per accidentia annorũ te certifices in fortiori hora dico quando diſtãtiæ ſunt non paruæ atque notandæ, cum mutantur facies vel ſignum.

49 Directiones etiam fiendæ ſunt per gradus æquales, vel vt de parte fortunæ, vt magis rimatum iudicium perueniat, quanquam omnimodæ non admittendæ ſunt directiones antiquorum jam ſuperius deſcriptæ, conſiderandæ etenim ſunt vtræque.

50 Fortior eſt figura reuolutionis aut radicis, quàm fridariæ deſcriptæ, & diuiſores, à multis ſi ſimul contrariantur.

51 Nnllus effectus ſiue paruus à reuolutione, vel ab aliis ſignificatoribus erit, quod non primum à radice habeat exordium. Iam in primis de hoc patefecimus, quare ſumma diligentia radices conſiderandæ ſunt.

52 Vniuerſaliores homines ſunt habentes erraticas ſtellas in diuerſis partitionibus quàm adunationem earum plurimarum in vna. Sed ij quidem in vna re, ſiue in re illa illius partitionis magis pręeminenteſerunt, dicimus, hoc cum in eſſe bono erunt vtræq; formæ.

53 Fundamentum principale in reuolutionibus annorum mundi, eſt introitus Solis in primum punctum Arietis, porro multa neceſſaria ad hanc inquiſitionem ſunt, & ſcientia multorum experi-

mentorum

Digitized by Google

mentorum & cognitionum ſuperiorum præteritorum temporum, & magnarum eclipſationum, profectionumque.

54 Natiuitates, quæ bonæ configurantur cum figuris annorum mūdi ſiue reuolutionibus annorum mundi, exiſtente bono eſſe, indicant nato præeminentiam ab aliis, & potiſsime ſi Solem non extra principium Arietis habuerit.

55 Natiuitates, quæ configurantur cum propinquis figuris duarum ſuperiorum coniunctionum, & maximè cum illis, quæ fuerunt in mutatione triplicitatis in triplicitatem, deducunt natos in famā eorum temporum.

56 Natiuitates, quæ configurantur cum coniunctionibus Saturni & Martis, & triplicitate ignea, vel in Capricorno, deducunt viros ad animoſitatem, & ad arma magis quàm in aliis locis ſiue triplicitatibus. Et ſi cum hoc Iupiter Solque configurentur, deducunt ad principatum militiæ, & ad ducatum armorum ſtrenue ſummâue fœlicitate.

57 Natiuitates, quæ Solem cum vno trium ſuperiorum coniunctum eſſentialiter, & ſine latitudine planetæ illo eclipſato à Sole ſic in corde habent, ad altum gradum demonſtrant peruenire natos, ſi fortes in vno dorum digniorum angulorum extiterit, vel in gaudio Solis, ſecundum tamen naturam, cui coniunctus Sol erit.

58 Cauda in ſecunda vna cum Luna virum facit diſpenſatorem ſubſtantiæ ſuæ ſecundum naturam tamen illius planetæ, qui ſigno dominabitur. Idemque Mars in ſecunda, & Sol ſiue cum cauda ſint ſiue non ſint, ſed hoc dictum eſt, dum Mars vel Sol extra domum vel exaltationem ſuam erit. Vnus quidem in locis propriis per rapinam & auaritiam deſignat ſubſtantiam, alter cum honore & laude acquirit, quanquam delectatur ſemper in dando, vt alter in diſpenſando proprio appetitu, ſed nunquam ſic diſpoſiti paupertatem deſignant.

59 Non ſolum per ſecundam proſperitates ſiue diuitias iudicabis. Sunt quidem dona, magiſteria & dominia, quæ per ſecundam non iudicātur. Pars vero fortunæ etiam ſignificationem propriam habet, dico de illa, quę die noctúque à Sole in Lunam dirigitur affluere proprias diuitias, & aſsignare facit.

60 Per decimam ſolum de dignitatibus pacificis & honoribus non præſumas tradere iudicium niſi prius Iouem conſiderabis. Porrò ipſe per bonitatem ſuæ naturæ propriè has infert.

61 Si Dux natiuitatis Iupiter erit, ſiue diſpoſitor totius fortiſque ex angulo & exiſtentia, pium, iuſtum, verum, fidelem iudicabis natum, venturum ad nullam penitus indigentiam victus, & hoc contra faciunt infortunæ malè diſpoſitæ.

62 Luna in Ariete in octaua indicat calidam infirmitatem in capite & in pectore non euadet, in principio ægritudinis, ſi in hac diſpoſitione fuerit, nonque perueniet ad decimamnonam diem. In natiuitatibus vero ſi ipſa erit luminare temporis in hac figura non longæuum deſignat, ſed potius mori ante completam iuuentutem, ſiue ante ætatem effuſionis ſpermatis ſiue ſeminis.

63 Mora in vtero matris maior, non vltra erit motum Solis per nouem partes circuli zodiaci, videlicet, à primo puncto effuſionis ſeminis vſque ad horam exitus de ventre, ne credas hoc aliter eſſe ex curſu naturæ, quanquam quàmplurimi non hoc modo dixerunt, neſcio qua ratione, qua radice, quibúſue experimentis, curſus quidem naturæ ſeruandus eſt, & ratio Phyſica, Aſtronomica, vt demonſtrauimus in opere Practicæ huius compoſitæ à nobis.

64 Maius impedimentū quàm eſſe poſsit in dādis filiis, ſignificator in quinta retrogradus eſt, ſiue combuſtus, quod peius eſt peſsimum quidem, ſi erit infortuna.

65 Coniunctiones totius anni oppoſitioneſque & quadraturas ſi de qualitate temporis iudicaturus ſis, neceſſe eſt vt conſideres. Per has autem cauſantur diuerſæ transmutationes temporum.

66 Non obliuiſcaris ſtellas fixas & gradus nonæ ſphæræ immobiles, in quibus fiunt eæ coniunctiones & quadraturæ, virtutes manſionum miſcendo.

67 Effectus Eclipſationis ſolaris in gradibus aſcendentis reuolutionum natiuitatum apparet in illis recto reuolutionibus quę ante horam eclipſis erant, non tranſcendit effectus talis eclipſationis, in quibus non eſt in hora, in qua fuit eclipſis ſine determinato medio. Non ſentit pondus, vt ita dicam, talis vmbræ arbor vel ſemen, qui adhuc radicem non emiſit, ſed cum alterata ſint ab eclipſi elementa, & ea quæ in reuolutione anni naturæ exiſtunt ſiue eſſe debent, alterantur. Alteranturque eæ quas diximus reuolutiones ab illis elementis alteratis, dum nou fortem hylech habuerint radices, vnde non immediatè, qui tales reuolutiones habent, ſed per talia alterata media alterantur. Vnde ad hoc fugienda ſunt loca, in quibus effectus peſtifer eclipſationis ineſt.

68 Cum in aëre apparuerint vapores denſi, velut fumus directi in altum forma rotunda & longa, velut ſtrictæ pyramides perpendiculares, ſintque erectæ in altum aſcendentes, iudicabis cito terræmotus vehementiſsimos venturos eſſe. Sunt enim vapores de natura Saturni in domibus Martis & potiſsimè in Scorpione, erunt quippe terræmotus in illis partibus, in quibus videbis illos, vel longe parum à loco illo.

69 Non confidas de loco Martis per calculationem ſolam, ſed per inſtrumentum & per aſpectum ſuæ coniunctionis cum altero planeta vel cum ſtella fixa * non adhuc rectè inuentus eſt per tabulas verus locus eius ſine errore, quam pluries error in eſſe Martis. Magnum quidem eſt & maximè cum de coniunctione eius iudicaturus ſis, vel quando in corde Solis ipſum reputabis. * Verum

70 Coniunctiones aliquorum corporum cum altero, non per lineam horizontis ſiue per aſcenſiones regionis aſsignantur, ſed per lineam diuidentem zenith in duabus partibus, tranſeuntē per vtroſque polos. Quare multotiens non coniuncti in horizonte videntur, & verè ſunt, inſtrumentum enim ſphæræ ſolidæ faciliter hoc certificat.

71 Summa diligentia quere coniunctionem Saturni & Iouis præciſè in minutis & ſecundis, & vltra ſi potes, vel vt potes, vt non erres in ſigno aſcēdentis eorum coniunctionis hoc propter tarditatem motus Saturni. Sin autem aliter, incideres in errorem maximum. Sunt idem conſtituendæ coniunct

iunctiones malorum in Cancro.

72 Magis virtus ſtellarum fixarum ſeptentrionalium funditur quàm meridionalium: cauſa vero eſt propinquitas zenith, & virtutes, quæ inter zenith & lineam vitæ ſunt magis quàm inter hanc lineam & meridiem, propter virtutem perpendicularitatis: nec fortaſsis virtus eſt perpendicularitatis, ſed innata & ſpecifica velut illarum, quę ſunt in ſignis oppoſitis, & ipſę inter ſe diametraliter oppoſitæ, quæ deſignant æquales parallelos in aſcenſionibus ſuis.

73 Si aliquam rem vis facere vel formare, ſumma virtute ſpecifica apta quantum potes cum fortunis & cum figuris ad talem rem, qualem velis formam ſiue vultus cæli ſimilem formæ ſiue rei fiendæ, nec diſcordare facies formam finis operis ſiue figuram cæleſtem à forma principij, & ſi hoc erit medium idem erit.

74 Non ſemper in omni tempore quas quæris figuras cælorum habebis. Tempus enim has inducit, porrò melius eſt per totum tempus vitę manere, quàm rem vanam componere.

75 Si feſtines, apta formas, vt diximus in compoſitione operabilium, ſed in imaginibus fiendis tẽpus oportet ad rem quæſitam. Non aliquid eſt, ſi perfectum non eſt, namque non omnes vno tempore fuere, nec vnam rem omnes fecere, quãquam ſciuiſſent.

76 Infortunis magis vtẽdum eſt quàm fortunis, in rebus magicis ſi honeſtæ credimus eſſe, nec tamen vilipendes fortunas.

77 Res multæ ſunt, quæ non videtur ratione naturali eſſe, effectus quidem earum per formas ſuperiorum corporum conſiderare poſſumus, habereque eas, ſi in tempore proprio inueſtigatæ quæſitæque ſint.

78 Non modicam ſcientiam ſuperiorum habere conuenit, qui multa ad effectum ducere volunt, velut ignis & malleus artifici, ita hæc ſcientia ingenioſo neceſſaria eſt.

79 Quare cum ipſa ſcientia Aſtrorum id, quia neceſſe eſt in omnibus ea vti, quærere contingit multa, qui hanc propriæ vim animæ didicerunt. Facient quidem multa, qui à natura & ab arte ad illum ducti ſunt.

80 In omni morbo Luna conſideranda, velut Iupiter in omni gloria. Luna in oppoſito Martis morbos venenatos inducit, ſicut in ſignis igneis, terminanturque cito, & raro ad vitam Luna iũcta Marti in ſignis aëreis & potiſsime in Geminis inciſionẽ ferri ſeu percuſsionem demonſtrat.

81 Deteſtabiliſsimæ ſunt figuræ infirmitatum, quando ambo luminaria in oppoſito duarum infortunarum ac vtraque malo aſpectu.

82 Per applicationem Lunæ ad fortunas nõ diſpoſitas ab infortunis vincitur natura morbi, per ſeparationémque ab illis, & applicationem ad eſſe infortunarum, cauſatur mors.

83 Fiunt quoque fortunæ infortunæ in morbis, quando ipſe morbus de natura fortunarũ, ſiue de natura ſuarum ſignificationũ erit, & in hoc infortunæ fortunæ ſunt, quia contraria contrariis curantur effectibus.

84 Coniunctio luminarium in ſignis Martis, vel in ſignis humanis, Venus Mercuriuſque ibi retrogradi morbos inducunt, terminantes omnino ad mortem, & ſi illa coniunctio erit in Ariete, ducet infirmum extra mentem ſine ſpe.

85 Mars in aſcendente hora infirmitatis in capite deſignat morbum ſiue in facie vel in aliqua parte capitis eſſe, cognoſciturque per aſpectum aliarum erraticarum. Infirmitas quidem erit ad mortem vel ad vitam ſecundum eſſe domini aſcendentis & Lunæ. Hæ vero ſignificationes infirmitatum paruam moram ſiue terminum habent.

86 Vapores accenſi per aërem currentes ſiue in forma cometæ, ſiue in aliis formis infirmitates calidas acutaq; naturæ deſignant, prælíaque & diſſenſiones regnorum & ariditatem fontium fluminumque. Currẽtes vero hinc inde per omnes partes malum vniuerſale demonſtrant, ſi in vna magis quàm in alia, in illa erit magis ſignificatum, ſed ſi omnes igneitates in vna parte diſcurrerint, in ipſa erit extremitas omnium malorum ſimul & fames.

87 Signa quæ videntur in cælo vel in Luna, aut cum aliis ſtellis, quæ apparuerint extra motum & curſum naturæ, ſed alio modo, vt ita dicam, ignoto, velut cruces, vel rotunditates circulares, vel ſicut columnæ vel aliæ formæ, ſi horam conſiderabis, in qua hæc apparuerint, comprehendes certificabiſque te in ſignificatione harum, quãuis quod nunquam eæ eueniunt ſine magna mutatione regnorum illius climatis, in quo apparuerint.

88 Corpora monſtruoſa & portenta, quando vltra modum acciderint, hoc idem indicant, vt dictum eſt in alio, horáque ipſorum conſiderãda eſt, nihil accidit, quin à corporibus ſupercæleſtibus deſignetur effectus.

89 Tempus omnium iſtarum rerum apparitionum quantum ad effectus earum cognoſcitur per eſſentiam Saturni, per eſſentiam Iouis, & per coniunctionem Martis cum ipſis & per retrogradationes eorum, directioneſque atque combuſtiones, nec non per eclipſationes maiorum, ſcilicet, Solis in Leone vel in Ariete, quando totum corpus notabiliter obſcuratur.

90 Genituræ Principum, maximè veræ, nec ſubiacent generalibus conſtitutionibus, nec priuatorum decretis, Procerum veræ, ſubiacent autem cælo. Pauperum & ſeruorum non adeò veræ: ſubiacẽt enim cælo, id eſt legibus genituræ principum, & generalibus conſtitutionibus. Bene igitur *dixerũt* aliqui, principum ſucceſſus, aſtris non ſubiacere: puri enim ſunt.

91 Sol vita naturæ magnipotens in Leone, ſed equidem in Ariete virtus & origo naſcentium eſt.

92 Luna in Cãcro, velut Sol in Leone & in Tauro, ſicut ille in Ariete dignitatem tenet.

93 Potẽtes magis ſunt planetæ in angulorũ cuſpidibus carentes omnino dignitatibus quàm in cadentibus ſiue gaudiis in domibus & exaltationibus ſuis.

94 Dant dona ſua in cuſpidibus angulorum planetæ, ſine tamen honore & gloria peregrini.

95 Planeta in caſu ſuo in cuſpide digniorum angulorũ, iudiciũ ſuum retardat, nõ tamẽ infortuna.

96 Melior eſt natiuitas fortis ex angulorum fortitudine, quàm ex fortitudine dignitatis angulorum cadentium.

97 Interrogatio fortis eſt, dummodo ſignificator

tor rei fortis in re quæſita ſit.

98 In vanum eſt interrogatio facta, quando figura extra propoſitum eſt.

99 Error maximus iudicantis eſt, cum debilis eſt ſignificator ſuæ radicis & ſeptima.

100 Vanè equidem interrogauit, & non ex corde, cum fortis planeta in figura & diuiſio circuli non idē bonum vel malum, vt petit, aſſignat.

# INCIPIT SECVNDVS LIBER.

1 Horæ dominus & Luna mouēt principaliter natum ſomnolentū equidem vacua curſu.

2 Horæ dominus in natiuitatibus eſt finis iudicij animodar, cum dubietas eſt temporis.

3 Non eſt religio bona, cauda exiſtente in nona, incognita eſt & cooperta.

4 Magis nocet infortuna quam fortuna prodeſt, ideo prudentem te eſſe oportet, dum mixtæ ſignificationes ſint.

5 Iupiter filios dat, ſed retrogradus ſiue peregrinus non pie, nec humaniter tractat.

6 Fortuna multiformiter infortuna efficitur, ſicut infortuna fortuna.

7 Infortunium non cognoſcimus ab infortunis exiſtentibus in domibus ſuis, & dignitatibus, dummodo aſpectus quadratus non eſt nocentium vel oppoſitus.

8 Magna combuſtio eſt, dū Saturnus comburitur. Mars in Cancro combuſtus crudeliſſimus eſt.

9 Mouet linguam balbutientem Mercurius combuſtus.

10 Planeta intelligitur in corde Solis, dum non exit de diametro ipſius, non malum inferens.

11 Efficitur Mercurius & Mars Sol per corporalem coniunctionem in eorum domibus ſiue exaltationibus.

12 Timendæ ſunt mulieres habentes in natiuitatibus ſuis planetas in locis maſculinis.

13 Non conſiderabis vnquam in homine vitam ſine virtute Solis & Lunæ.

14 Miſcentur virtutes aliorum planetarum in dando vitam, quando planetæ tribuentes fortes ſunt.

15 Profunda ſcientia per Saturnum habetur, velut per Mercurium nugax.

16 A Ioue prælatura, & auſtera religio à Saturno eſt, velut boni mores ab Ioue, praui vero à Marte malè diſpoſito ſunt.

17 Mulieres ex natura innata inſtabiles ſunt. Inſtabiliſſimæque dum aſcendētia earum bicorporea ſunt: peſſimæ quidem, dum aſcendentia ſignificatoréſque in bicorporeis exiſtunt, non tamen fortuna libera, fiuntque dæmones, dum Venus, Mars & Mercurius in hac forma aſſociantur.

18 Valde cōſiderabis Venerem iunctam Marti, Mercuriumque radiantem ſiue diſponentem in omnibus figuris ij tres mores inducunt propriè.

19 Natiuitas mala non erit, ſi Iupiter in medio cæli erit.

20 Duo planetæ ſignificatores in domibus ſiue exaltationib. bonam natiuitatem affirmant eſſe, optimámque tres, regiam vero, ſi ij tres ſuperiores ſunt & in angulis.

21 Pars fortunæ & caput ij fortes claues ſunt figuræ.

22 Fortificatur omnis ſignificatio, dū fortificati ſunt ſignificatores vel anguli medij cæli & aſcendentis à bebenijs primæ magnitudinis.

23 Non terminatur in malum ſignificatio ſtellarum fixarum, quando fortunæ & planetæ ſignificantes bonum cum iſtis bebenijs erunt.

24 Mutabitur ædificatio ciuitatis per tempus promiſſum, ſi ſignificator temporis in domo ſiue in exaltatione ſua erit liber ab infortuniis.

25 Mutantur regna per apparitionem cometarum in ſignis regiis, dum mouetur motu ſenſibili, & de vno in alio ſigno & magis, quando quàmplures vnà in vno erunt anno.

26 Acquirit regnum Mars per crudelitatem & rapinam. Iupiter vero per iuſtitiam & bonitatem. Saturnus quippe per laborem & infamiam.

27 Inferiores niſi colligati ſint ſuperioribus, regnum non dant.

28 Diuitias regias per Solem & Lunam, & non per alium ſolum ſignificatorem cognoſcimus, quia Sol dat aurum, Luna vero argentum, & alij alia mineralia dono proprio.

29 Ingenium exceſſiuum iudicabis in natiuitate, dū dominus nonæ & medij cæli idem erit, vel vna ſe habuerint bene diſpoſito cum domino aſcendentis fortes non currente Mercurio ad combuſtionem, & maximum quid, ſi cum hoc in domo Saturni erit Mercurius.

30 Famoſi viri ſunt cum in radicibus ſuis Luna recipit lumen omnium planetarum.

31 Prælatura pontificatuſque per Solem & Iouem per nonam & decimam erit.

32 Itinerantes in longinquis partibus reuertenteſque ſunt, qui nonam habent fortunam.

33 Mutationes duorum ſuperiorum de triplicitate in triplicitatem præteritę erunt, vbi exempla in præſentiarum cum figuris coæquantur, conſiderato tantum motu octauę ſphæræ.

34 Rimari te oportet radices multarum natiuitatū, ſi rectè iudicare velis, quia per exempla virtutes cœlorum demonſtrantur.

35 Tempera te in dando iudicium, cum inter bonum & malum parua eſt differentia.

36 Popheta erit quippe in dando iudicium, cum Sol Iupiter in radice promiſerint ſeptima non impedita, ac impedito Saturno.

37 Non dubitabis de filijs, ſi in quinta fortuna, velut de diuitijs & abundantia, ſi in ſecunda erit.

38 Genus auaritiæ eſt Mars, Saturnuſque coniuncti in duodecima vel in ſeptima.

39 Largitas & ſplendor eſt à Sole & Ioue coniunctis in ſecunda.



Digitized by Google

40 Eſt Venus Fortuna mundi Iupiterque diuina non impediti ab infortunis.

41 Iudicabis de Saturno & Marte, velut Phyſici de Reubarbaro & Scamonea in mixtione medicinarum.

42 Res magnæ fiunt non ſolum per virtutem fortunarum,ſed etiam per mixtionem infortunarum cum fortunis,vnde ex mixtione mali fit bonum per comparationem.

43 Coniunctio duorum ſuperiorum in Geenzahar ſuis,mouent prophetas & animas hominum.

44 Inter ſecationes omnium ſuperiorum circulorũ in omnibus conſiderabis & auges eccentricorum & epicyclorum.

45 Diffinire de qualitate aeris cum vno zenith non omnibus partibus climatis conſideratis potius eſt fatuitas,quàm iudicium.

46 Difficile eſt iudicium,de quo caremus ex emplis multarum radicum in noſtris temporibus.

47 Scimus horam infantis,ſed non horam adunationis vapo rum diuerſorum in vnum,propter hoc aperta via in vno eſt,in altero clauſa & opaca, vt quia de futuris eſt ſiue genita materia.

48 Non per ſophiſmata & ambages,ſed per realitatem & experientiam eſt hæc ſcientia.

49 Studeas ſemper antiquorum libris modernorumque,ſi cum ipſis adęquantur.

50 Conſtitues aſcendens,taliter quòd non erres in facie,quia effectus maximos & effectus naturales figit in homine.

51 Non valet directio, ſi non perficitur tempus radicis hylegiorum cum teſtimonio reuolutionis,timor ſolum inducitur ſiue infirmitas.

52 Sol in Leone in omnibus diuiſionibus figurę, nõ permittit virum mendicum eſſe.

53 Peſſimus quidem eſt in natiuitatibus dominus aſcendentis retrogradus & cadens.

54 Nunquam habebit animum confuſum, nec ſine ſpe,qui Leonem habet in aſcendente,quia Sol æqualiter mouetur in ſuo circulo eccentrico tendit ad intentum firma ceruice.

55 Cancer in aſcendente, Luna nec in ſignis fixis nec in angulo facit hominem credentem omnia, quæ audit & mobilis animi in omnibus.

56 Virgo aſcendens facit natum à ſemetipſo acquirere magiſterium, velut qui habent piſces ſui regni ſunt cauſa.

57 Venus in Ariete vel in Scorpione ſi fuerit, natus nec legem tenet in coitu,nec deum timet,& ſi addiderit Mars ibi,non curabit mori pro libidine & dehoneſtate.

58 Infideles ſunt non timentes deum,nec vitam futuram,qui damnatam nonam habent,ſigno exiſtente ibi mobili,ſiue communi damnato ſignificatore dominij retrogrado ipſius nonæ cæli domus addito Saturno in aſcendente,ſiue radiante aſcendens vel nonam quadrato vel oppoſito aſpectu.

59 Adunatio planetarum in decima dominium ſine labore demonſtrat,in aſcendente,ſcire multa,in ſeptima,mori modo miraculoſo.In quarta vero, famam perpetuam ſiue incorrupto corpore poſt mortem pro tempore manere.

60 Fiet nunquam,quòd radices generationum maiorum virorum dimittent proſapiam totaliter vileſcere,velut ruſticorum nobilitari. Ideo in dandis iudicijs proſapiam bene conſiderabis.

61 Tranſmutat,ſed non in toto, inthronizatio noui principis ciuitatis ſignificata,imò demonſtrat, velut in natiuitatibus filiorum primorum fortunam patris quælibet forma vſque ad ortum ſecundorum.

62 Non dubitabis iudicium de ciuitate facere cum figuræ inthronizationis eius principis, & reuolutio inthronizationis cum reuolutione ciuitatis concordant.

63 Tyrannum facit principem ſignum medij cæli ciuitatis,ſi in radice principis ſiue in radice inthronizationis erit.

64 In omni inthronizatione perquires hylech velut in natiuitatibus, ſi ſcire velis tempus durationis ſui dominij.

65 Hora inthronizationis mouet principem, velut dignitas mouet hominem, ideo multi faciunt multa extra conſuetudinem & naturam,habet equidem pũctos & horas dignitas.

66 Voluntas principis non perficitur ſi non adiuuatur à reuolutione ciuitatis,& à coniunctione præterita propinqua duorum ſuperiorum.

67 Deſtruere non poſſunt ciuitatem, ſi donum temporis radicis non perficitur,ideo bene conſiderabis radicem, ſi finem rei iudicare deſideras.

68 Diſcordiæ regnorum eueniunt ſi aſcendentia reſpiciunt ſe quadrato vel oppoſito,& magis ſi ſignificatores diſcordiarum conueniunt in qualitate & natura.

69 Magna res eſt eclipſis Solis, cum eclipſatur totũ corpus,deſtruit & euellit ciuitates habentes ipſum ſi ſignum eclipſis in aſcendente radicis,cum figura eclipſis cum radice concordant in duobus teſtimonijs tantum.

70 In omni reuolutione annorum mundi eclipſim Solis & Lunæ non poſtpones.

71 Conſiderabis coniunctiones Solis & Lunæ & omnium aliorum planetarum per totum annum,ſi recte introitum Solis in Arietem perſcrutari velis.

72 Radices annorum mundi ſignumque profectionis,nec poſtponas dominum orbis,tuum climaque diligenter inſpexeris exemplaque annorum præteritorum,ſi aliquid re vera iudicare velis.

73 Sub vno aſcendente non ciuitates multas in vno climate iudicabis.

74 Dimitte parua indiuidua in iudicijs annorum mũdi,quia ſcientia ſtellarum in infimis non extenditur noſtro debili iudicio.

75 Qui per ſtellas iudicare volunt, vniuerſale equidem iudicium conuenit iudicare,& ſi particulare, nõ in paruis,ſed in magnis rebus in quibus comprehendatur vnunquodque vniuerſale neceſſe eſt.

76 Electio facta iuxta formam radicis quærentis, magnum quid prodeſt, ſi res apta nata eſt.

77 Fortis eſt electio,cum dominus horæ intentionẽ quærentis deſignat.

Cælum

Digitized by Google

78 Cælum habet proſperum & oppoſitū ſicut dextram & ſiniſtram. Quæres ergo in prælio figurā proſperitatis cum tuo ſignificatore, vt bene ſe habeant.
79 Deſtruit figura fortis ſignificatum debilioris figuræ, quamuis in potentia & numero plus ſit, ergo fortifica te in forma cælorum ſicut cum militibus.

80 In oppoſitione duorum ſuperiorum ſtrages fiunt, ideo quis alter erit ſignificator victoriæ, ipſum conſidera per aſpectum aliorum, ſiue per coniunctionem, & ſi qualitatem & naturam tui ſignificatoris tenet, victor eris.

81 Efficiuntur in mundo magnæ mutationes in coniunctione duorum ſuperiorum in ſignis aqueis, ſed vt plurimum terminant in pace, quia vnum eſt exaltatio Iouis, aliud domus eſt, tertium vero Martis, eſt motor ipſius rixæ.

82 Mutantur dominia ciuitatum habentium Scorpionem in aſcendente, propter mutationem coniunctionis duorum ſuperiorum dictorum de ſigno in ſignum huius triplicitatis aqueæ.

83 In coniunctione Saturni & Iouis, in Piſcibus Venus iens ad ipſos de coniunctione caput in nona exiſtente vel in decima prophetam maximum euenire demonſtrat.

84 Saturnus & Mars coniuncti in domibus Saturni, fiunt fortunæ, ducuntque ad exceſſiuum ſignificatam rem, dum etiam occidentales ſint tamen fortes.

85 Finis rerū eſt periodus ſignificatoris, & per quartum & dominium eius, quando luminare temporis cum ipſo adiungitur. Ideo contemplator in omnibus alijs conſiderabis diligentia iudiciumque temperatū compone. Itaque cum auxilio altiſſimi noſtra hæc exempla verificabis.

86 Si Luminaria, & dominus aſcendentis, & loci coniunctionis, vel oppoſitionis, ſic cadant ab angulis, vt nec aſcendens, nec locus coniunctionis, vel oppoſitionis aſpiciant, naſcetur monſtruoſus.

87 Iupiter dominus horoſcopi ſolitarius, facit vt diligat natus diſciplinas.

88 Cum Luna fuerit in Scorpione, in quadrato Saturni, in Leone, vel in oppoſito in Tauro exiſtentis per partem, natus vxore, filijsque carebit. Quòd ſi Saturnus in Aquario fuerit, abhorrebit etiam fœminas.

89 Cui aſcendit Aries, ei ſponte occaſiones triſtitiæ euenient: cui Taurus ob nimios labores ſibi parabit ægritudinē: cui Cancer, ille ſibi anxiè amicos quæret.

90 Mars in Leone, per ſe ſolus eleuatus, occiſores facit, & iracundiam prauam.

91 Quando Luna & Mercurius in Tauro iuncti fuerint, erit ſtudioſus & etiam eruditus.
92 Luna plena luminibus cum Marte, præbet opinionem ſtultitiæ, & vacua cum Saturno, facit ſtultos verè.

93 Venus cum in corde Solis fuerit, ingentes largitur dignitates.
94 Luna ſub radijs Solis, generaliter infœlicem exitū decernit.
95 Mercurius cum nodis ſubtilitatem præſtat magnam ingenij, fœliciorem tamen cum capite, quàm cū cauda.

96 Quando dominus horoſcopi fuerit in ſigno bicorporeo peregrinus, natus erit anceps in negotijs ſuis.
97 Cum in ſeptimo loco, infortuna cum regia, Lunā pulſauerint radijs, natus magnas patietur inſidias & damna.
98 Maximi omnium ſanguinis effuſores ſunt, cum Mars Solis radijs roboratur, poſt hi in quibus Mars eſt in Solis dignitatibus potens.

99 Rex ille firmiter regnum adminiſtrabit, cuius genitura cum regni initio conſentit.
100 Mulier, quæ Martem cum Luna habet, nullo modo caſta & pudica eſſe poteſt.

*Partes in genituris opportunæ: Quarum duo numeri, primus indicabit paginam, ſecundus columnam.*

☿ Pars ſtabilitatis. pag. 252. col. 1.
Pars infirmitatis. pag. 269. col. 2.
Pars vitæ. pag. 269. col. 2.
Pars Hylech. pag. 358. col. 2.
Pars Mortis. pag. 476 col. 1.
♄ Pars carceris. parg. 508. col. 1.
Pars ſenſus profundi. pag. 555. col. 2.
Pars rationis & profunditatis conſilij & intellectus. pag. 556. col. 2
Pars legis. pag. 557. col 1.
☉ Pars celati. pag. 557. col. 2.
Pars legis. pag. 571. col. 2.
Pars fidei & religionis. pag. 572. col. 1.
♃ Pars beatitudinis. pag. 579. col. 1.
Pars dilectionis. pag. 579. col. 1.
Pars audaciæ pag. 579. col. 1.
Pars militiæ. pag. 717. col. 2.
Pars operis & magiſterij. pag. 718. col. 1.
Pars ſubſtantiæ, vel lucri. pag. 635. col. 1.
Pars mercatorum, ſiue fœneratorū. pag. 641. col. 1.
Pars regis. pag 688. col. 2.
Pars regni, auxilij & victoriæ. pag. 689. col. 1.
Pars nobilium, ſeu honoratorum. pag. 689. col. 1.
Pars militum & miniſtrorum. pag. 689. col. 1.
Pars regni. pag. 689. col. 1.
Pars Iouis ſiue beatitudinis. pag. 689. col. 1.
Pars matrimonij. pag. 748. col. 2.
Pars filiorum. pag. 773. col. 1.
Pars amicorum. pag. 791. col. 1.
Pars inimicorum. pag. 795. col. 1.
Pars itineris per terram. pag. 804 col. 1.
Pars itineris per aquam. pag. 804. col. 1.
Pars fortunæ accipitur in die à Sole in Lunam. Et in nocte à Luna in Solem: ſi Luna fuerit ſupra terram. Si verò Luna fuerit ſub terra in nocte, tunc accipienda erit à Sole in Lunam, & proijcitur ſemper ab Horoſcopo.



Digitized by Google

Pars coniugij mulierum ſecundum Hermetem, die ac nocte à Venere in Saturnum ab aſcendente.

Pars fratrum, die à Saturno in Iouem, Nocte è contra ab aſcendente.

Pars patris, die à Sole in Saturnum. Nocte è contra, & proiicitur ab aſcendente.

Pars hæreditatum, poſſeſsionum, Die & nocte à Saturno in Lunam, & proiicitur ab aſcendente.

Pars ſeruorum Die à Mercurio in Lunam: Nocte è contra ab aſcendente proiecta.

Pars beſtiarum equitandarum à domino duodecimæ in domum duodecimam ab aſcendente.

Pars laſciuiæ, die à Venere in caudam Draconis, Nocte è contra, & proiicitur à Sole.

Pars fœlicitatis & profectus, die à parte fortunæ in Iouem, Nocte è contra ab aſcendente.

Pars Martis, die à Venere in Lunam: Nocte è contra: ab aſcendente.

Pars contentionis & inuidiæ, die à Marte in Solem, Nocte è contra, ab aſcendente.

Pars Mercurij quæ eſt ingenij: die à parte futurorũ in partem fortunæ. Nocte è contra, ab aſcendente.

*FINIS.*

Digitized by Google

# ANNOTATIONES VNIVERSALES DE IVDICIIS NATIVITATVM: ET PRIMO EX SIGNIS POSITIS IN *Horoſcopo alicuius natiuitatis.*

## De ſigno Arietis.

SI quis ſcire deſiderat, quid in nobis operetur in Ariete Horoſcopus, dicam. Sed primum omnium moneo, quod & antea, nihil vrgere in nos Aſtra: ſed iam procliues trahere: qui ſic tamen liberi ſunt, vt ſi ducem ſequantur rationem, nihil efficiant, ſin verò naturam, id ágere, quod in brutis ferè.

Ptolemæus ſententia 37. ait: Si fuerit aſcendens Aries, exercitabitur natus in talibus, quòd ipſe idem erit cauſa ſuæ necis ſiue occaſio: quoniam Scorpio, qui eſt altera domus Martis, erit tunc octaua domus. Quòd ſi fuerit Mars bene diſpoſitus (teſte Guidone Bonato par. 1. trac. 5. con. 125.) fueritque pars fortunæ in octaua domo, erit fortunatus in his, quæ ſignificantur per octauam domum.

Dicit etiam Guido Bonatus par. 1. tract. 5. ca. 133. Quòd ſi fuerit Aſcendens Aries, natus erit auarus atque miſerrimus & abhorrendus. At ſi aſpexerit Iupiter tunc aſcendens, minuet de illa miſeria, non tamen tollet eam.

Dorochius inquit, Si Aſcendens ſignũ fuerit Aries aut Libra, ipſemet erit ſuæ necis occaſio, & habebit ſubſtantiam à mulieribus, & erit infirmitas inſeparabilis in vno fratrum eius & gaudebit cum patre ſuo: quoniam natura Solis & Lunæ eſt æqualis, & renouabuntur ei lites in terra aliena, aut cum hominibus hoſpitantibus. Et hæc confirmat Abrahamus Auenaris in ratione tertiæ domus.

Iulius Firmicus cap. 1. lib. 5. inquit: Cùm horoſcopus *in* Ariete fuerit, facit iuuenta floridum, orbũ fratribus, vſq; ad vnum fortaſſe: ſi tamen bene cadat fortuna: Hæreditatẽ mutabilem ſignificat quæ parta mox diſpergetur, mox diſperſa reparabitur: item propenſum ad capitis dolores magis quàm ad alias ægritudines, (reſpicit enim caput in primis Aries) locantem vt plurimum operã ſuam ingratis hominibus, atque hoc ſi Aries in horoſcopo ſit.

Dicit etiam Abrahamus Auenaris in libro rationum: Si fuerit in natiuitate alicuius Aries aſcendens: vel vbi ſit Almutẽ natiuitatis, vel Luna in Ariete, aut Leone vel Sagittario, cholera dominabitur in nato.

Velius dicit: Si Aſcendens fuerit Aries, plures lites erunt cum hominibus legum. Et hæc confirmat Abrahamus, Auenaris in ratione duodecimę domus.

Ioannes Hiſpalenſis cap. 19. lib. 2. dicit, Si ſignum aſcendentis fuerit Aries, & fuerit eius dominus fortunatus, morietur natus ex cogitatione multa: ſi verò fuerit infortunatus, morietur vel pro verbo quod dicet, vel ex comeſtione.

Idem cap. 17. Si Aries aſcendit, natus habebit amicitiam cum ſenibus honoratis.

Idem cap. 18. In cuius natiuitate aſcendit Aries, hic inimicitias habebit cum extraneis.

## *De ſigno Tauri.*

Ptolemæus ſent. 37. Si fuerit aſcendens Taurus, natus exercitabitur in talibus, quòd ipſe idem erit cauſa ſuæ infirmitatis, quoniam Libra quæ, eſt altera domus Veneris, erit tunc ſexta domus: vnde infirmabitur ſua culpa. Quòd ſi fuerit tunc Venus bene diſpoſita (teſte Guidone Bonato par. 1. tract. 5. cap. 125.) fueritque pars fortunę in ſexta domo, erit fortunatus in his, quę ſignificantur per ſextam domum.

Guido Bonatus par. 1. tract. 5. c. 112. Si fuerit aſcẽdens Taurus, & Iupiter, & Venus atque Mercurius in aſcendente fuerint, natus habebitur tanquam propheta, & eius verba melliflua reputabuntur, etſi fatua prouulget.

Dorochius inquit, Si ſignum Aſcendens fuerit Taurus, erit cauſa occurſus infirmitatis in natum, & habebit litem cum mulieribus, & ſubſtantiam ex terris: & morientur plures amicorum eius. Et hæc confirmat Abrahamus Auenaris in ratione 3. domus.

Iulius Firmicus cap. 1. lib. 5, Horoſcopus (inquit) ſi fuerit in Tauro, ratiocinandum erit in hunc modum. Videlicet fore eum hominem laborioſum, anxium, atque variis diſpunctum curis in opibus acquirẽdis, facilem ad diuitias, & item procliuem ad eaſdem amittendas, fortunatum, triumphatorem de ſuis hoſtibus.

Vuelius dicit: Si quidem fuerit Taurus aſcendens, erit natus oditus propter accuſationem. Et hæc confirmat Abrahamus Auenaris in ratione 12. domus.

Ioannes Hiſpalenſis cap. 21. lib. 2. ait, Cuius fuerit Aſcendens Taurus, habebit amorem erga ſeruos &

ancillas.

Idem cap.18.In cuius natiuitate aſcendit Taurus, cum fœminis inimicitias habebit.

*De ſigno Geminorum.*

Ptolemęus ſententia 37.Si fuerit Aſcendens Gemini, exercitabitur natus in talibus, quòd ipſe idem erit cauſa ſuæ captionis : quoniam Virgo eſt altera domus Mercurij, erit tunc quarta domus. Quòd ſi fuerit Mercurius bene poſitus(teſte Guidone Bonato par.1.tract.5.cap. 125.) fueritque pars fortunæ in quarta domo, erit fortuna in his, quæ ſignificantur per quartam domum.

Guido Bonatus par.1 tract. 5.cap.21. Si ſignum Geminorum fuerit Aſcendens alicuius natiuitatis, ſignificat largitatem & bonitatem animæ nati.

Dorochius inquit : Si fuerit ſignum Aſcendentis Gemini, fratres nati deſtruent ſubſtantiam : & ipſe emet cenſum rerum theſaurarum, & plures filiorum eius erunt inimici ſui.Et hæc confirmat Abrahamus Auenaris in ratione tertiæ domus.

Iulius Firmicus,cap.1.lib.5.ait,In Geminis ſi horoſcopum habeat aliquis,hunc pronuntiant proſperatũ iri à parentibus,fratribus,amicis,cognatis, magnatibus,habere fortunam.

Vuelius dicit,Si fuerit aſcendens Gemini,odiet natum gentes propter mala opera commiſſa.Et hæc cõfirmat Abrahamus Auenaris in ratione duodecimę domus.

Si aſcendens fuerit Gemini,fueritque dominus illius aſcendeutis benè diſpoſitus,fortunatus ſcilicet atque fortis,& Luna ſimiliter,ſignificat quòd ſi natus vixerit,acquiret multam ſubſtantiam.Guid.Bon. ſen. par.1 tract.5.cap.133.

Idem,Ille autem, cuius fuerit aſcendens Gemini, non erit bonus expenſor,ſed tenax.

Idem.Adhuc ille, cuius fuerit aſcendens Gemini, poterit amittere ſuam ſubſtantiã, & depauperari ea.

Ioannes Hiſpalenſis ca.18.lib.2.Natus,in cuius natiuitate aſcendit Gemini, cum omnibus inimicitias habebit.

*De ſigno Cancri.*

Dorochius inquit, Si ſignum Aſcendentis fuerit Cancer,natus habebit litem cum ſuis fratribus. Et ratio huius rei cognita eſt, quoniam dominus domus tertiæ eſt dominus duodecimæ,qui ſignificat lites. Et hæc confirmat Abrahamus Auenaris in ratione tertię domus.

Iulius Firmicus cap.1.lib.5.dicit,Quantum ad naturalia & omnem fortunam, ſic in horoſcopo Cancer diſponit.Hominem efficit acri ſubtilique ingenio,quamquam tardiuſculum paulo,ſuauem,placidũ, quietum,iracundum,& cum ſtomacho inſectantem malos quoſque:ſed cuius ira tamen citiſſimè placatur: fortem,moderatum,grauem:quibus donis eò promouebitur,vt publicis quibuſdam officiis prælatus, ex illis victum habeat. Deiicient illi ſe atque coacti adblãdientur quidem,verùm ſimulatè,& non ex animo.Saturnum habet infeſtum ſibi,ſi vel cum horoſcopo coëat,aut locum ipſum obliquè reſpexerit ſaltem.Prędicit autem mortem non ſolum violentam: ſed grauem etiam valetudinem,& necem fratrum eius.

Vuelius ait,Si Cancer fuerit aſcendens ,plures hominum odient natum.Et hoc eſt verum:quoniam Luna domina huiuſmodi domus,ſignificat omnem hominem.Et hæc confirmat Abrahamus Auenaris in ratione 12.domus.

Ioannes Hiſpalenſis cap.18.lib.2.ait.In cuius natiuitate aſcendit Cancer,is inimicitiam geret cum fratribus ſuis.

*De ſigno Leonis.*

Guido Bonatus part.1.tract.2.cap. 21.ait, Leo ſi fuerit aſcendens alicuius natiuitatis,ſignificat hominem callidum,verſutum,& qui multum anguſtiatur, & triſtatur.

Iulius Firmicus cap.1.lib.5. ait, Quibus in Leone horoſcopus eſt,id euenit frequenter,vt multis negociis implicentur,& plerumque ad ſe non pertinentibus.Quamobrem nomina etiam ſibi pariunt immortalia,deferúntque etiam aliis nationibus,ſe liberos aſſerentes,neque facile iugum ſuſtinent,omnem autem operam inſumentes,quò aliis præſcribant leges.Mars autem in artificiali cœli figura è regione atque ex diametro ſi reſpexerit Leonem,in omnem euentum filios negat:niſi hunc demulceat Iupiter, qui fortaſſe vnam dabit filiam.

Vuelius dicit,Si fuerit aſcendens Leo,plures hominum odient natum Et hęc confirmat Abrahamus Auenaris in ratione 12.domus.

Ioannes Hiſpalenſis cap.18.lib.2.inquit, In cuius natiuitate aſcẽdit Leo, cum filiis inimicitias habebit.

*De ſigno Virginis.*

Ptolemęus ſententia 37.inquit,Si fuerit aſcendẽs Virgo,natus exercitabitur in his,quę ſpectant ad dignitatem,& exaltationem:acquiret enim regnum ex perſona & induſtria ſua,& leuiter ſine magno labore,ſeu fatigatione:quoniam Gemini,qui eſt altera domus Mercurij,erit tunc decima domus.Si autem Mercurius fuerit tunc coniunctus cum parte fortunæ ( teſte Guidone Bonato part.1.tract.5.cap. 125.)fueritque in aſcendente, acquiret diuitias & dignitates ſimiles regno.Quòd ſi fuerit Mercurius in decima cum parte regni,& aliàs bene diſpoſitus, fortunatus,ſcilicetatque fortis,acquiret regnum abſque dubio, vel dignitatem,quæ erit æquiualens magno regno.Si quidem fuerit cum hoc pars fortunæ in decima & Luna ſimiliter,fiet rex magnus infallibiliter.

Guido Bonatus part.1.tract.2.cap. 21.inquit, Et Virgo ſi fuerit aſcendens hora natiuitatis ,ſignificat largitatem,& bonam voluntatem nati.

Idem,par.1.tract.5.cap 112. Cuiuſcunque natiuitatis fuerit aſcendens Virgo,& fuerit Mercurius boni eſſe, aut ſaltem non fuerit infortunatus, ſignificat, quòd ſi natus ille adhæſerit medicinæ,erit fortunatus in medicando,& bene accidet ei in ſuis medicinis, ſeu ſuis curationibus:ſed erit infortunatus in ſalariis, & in lucro cauſa medicinę,quia malè libenter ſatiſfacient ei illi,quibus ipſe ſeruitium præbet,& vix poterit conſequi ab eis quod debuerit, niſi à pauciſſimis: eritque infortunatus in ſuis litibus.Et ſi adhæſerit legibus,erit infortunatus in ſuis aduocationibus,& vilipendetur etiam à vilibus,nedum ab aliis,nec audientur eius verba,& pro nihilo reputabũtur etiã eò dicente verba vtilia,illis qui audierint ea,& verba ſapientię: magis enim audient aliquẽ fatuum & idiotam illi iidẽ, in

in quorum vtilitatem ipſe fuit locutus, licet ſint pauci, qui ſciant meliorare dicta ipſius. Et vt plurimum de quibus ſe intromiſerit, erit ei ſiniſtrum, & inimicabuntur ei homines pro nihilo, & loquentur de ipſo mala, neſcientes reddere cauſam quare.

Idem cap. 133. Si fuerit aſcendens Virgo dominuſque aſcendentis, & Luna bene diſpoſiti, acquiret pecuniam, & expendet eam in bona parte: eritque largus, & ſplendidè viuens: diligetúrque ab hominibus propter ſuam largitatem, atque bonitatem vitæ ſuæ.

Idem autor vt ſupra, Adhuc ille cuius fuerit aſcendens Virgo, poterit amittere ſuam ſubſtantiam, & depauperari.

Iulius Firmicus cap. 1. lib. 5. ait, In Virgine ſi ſit horoſcopus, vehementiſſimè accendit ad luxuriam neruos, facitque natum deperire mulierculas in tantum, vt omnibus velit abuti. Cum petulãtia etiam diuitias ſubminiſtrat, & religionen. Præficiet enim à reſponſis, à fortibus, ab oraculis magiſtrum: vt è numero videatur delapſus diuorum: callentẽ omnia, nihil nõ explorantem, omnia percallentem, omnium habentem ſcientiam, omnium artificem, abunde etiam diuitem, ſiue ex religione, ſiue ex literis, ſiue ex negociatione.

Vuelius dicit. Si fuerit aſcendens Virgo, natus habebit litem cum regibus, & ſe maioribus. Et hæc confirmat Abrahamus Auenaris in ratione duodecimæ domus.

Ioannes Hiſpalenſis cap. 18. lib. 2. In cuius natiuitate aſcendit Virgo, cum regibus & magiſtratibus inimicitias habebit.

### *De ſigno Libræ.*

Ptolemęus ſententia 37 inquit, Si fuerit aſcendens Libra, natus exercitabitur in his quæ ſpectant ad ſuũ interitum, & ipſe idem erit cauſa, ſiue occaſio ſui interitus: quoniam Taurus, qui eſt altera domus Veneris, erit tunc octaua domus. Quòd ſi fuerit tunc Venus bene diſpoſita (teſte Guidone Bonato parte. 1. tract. 5. cap. 125,) vel fuerit pars fortunæ in octaua, ſignificat quòd erit fortunatus in his quæ ſignificantur per octauam domum.

Guido Bonatus part. 1. tract. 2. cap. 21. inquit, Si aſcendens fuerit Libra alicuius natiuitatis, ſignificat largitatem & bonitatem animi.

Dorochius ait, Si ſignum aſcendentis fuerit Libra, ipſemet erit ſuæ necis occaſio: & habebit ſubſtantiã à mulieribus: & erit infirmitas inſeparabilis in vno fratrum eius: & gaudebit cum patre ſuo: quoniam natura Solis & Lunæ eſt æqualis, & renouabũtur ei lites in terra aliena, aut cum hominibus hoſpitantibus. Et hæc confirmat Abrahamus Auenaris in ratione tertiæ domus.

*Iulius* Firmicus cap. 1 lib 5. dicit, Si in Libra horoſcop⁹ fuerit, cauſat ægritudines, pericula, hoſtes, lites, attamen ſemper poſt pericula triumphum decernit. Ad hæc etiam dignitates, religionem, & iudicij ſinceritatem, & integritatem. In nulla prorſus re infœlicẽ facit, quàm in liberis procreandis. Horum cùm aliquot iam procrearit ſibi, atque in iis omnem fiduciã ſuam locare cœperit, ſtatim numerus ille deficiet, decedéntque in quibus proram videbatur collocaſſe & puppim.

Vuelius dicit, Si fuerit aſcendens Libra, litigabit natus cum ſapientibus. Et hæc cõfirmat Abrahamus Auenaris in ratione duodecimæ domus.

Ioannes Hiſpalenſis cap. 19. lib. 2. inquit, Si ſignum aſcendentis fuerit Libra, fueritque dominus eius fortunatus, morietur natus ex cogitatione multa: ſi verò fuerit infortunatus, morietur vel pro verbo quod dicet, vel ex comeſtione.

### *De ſigno Scorpionis.*

Ptolemæus ſententia 37. inquit, Si fuerit aſcendẽs Scorpio, natus exercitabitur in talibus, quòd ipſe idẽ erit cauſa ſuę infirmitatis: quoniam Aries, qui eſt altera domus Martis, erit tunc domus ſexta. Si quidem fuerit tunc Mars bene diſpoſitus (teſte Guidone Bonato part. 1. tract. 5. ca. 125.) vel fuerit pars fortunæ in ſexta domo, ſignificat quòd erit fortunatus in his, quæ ſignificantur per ſextam domum.

Guido Bonatus part. 1 tract. 2. cap. 21. inquit, Si aſcendens alicuius natiuitatis fuerit Scorpio, ſignificat largitatem & bonitatem animi.

Idem, par. 1. tract. 5. cap. 110. Si aſcendens fuerit Scorpio, ſignificat quòd ille cuius ipſum fuerit aſcendens, non habebit fortunam in Eccleſia Romana, propter Cancrum exaltationem Iouis, qui habet naturaliter ſignificare clericos, qui erit tunc nona domus, quæ ſignificat Eccleſiam, & eſt Iupiter inimicus Martis, qui eſt dominus aſcendentis.

Idem vt ſupra cap. 133. Si fuerit aſcendens Scorpio, ſignificat quòd natus erit auarus, atque miſerrimus & abhorrendus. At ſi aſpexerit Iupiter tunc aſcendens, minuet de illa miſeria, non tamen tollet eã.

Dorochius ait, Si aſcendens fuerit ſignum Scorpionis, erit cauſa occurſus infirmitatis in natum, & habebit litem cum mulieribus: & ſubſtantiam ex terris: & morientur plures amicorum eius. Et hæc confirmat Abrahamus Auenaris in ratione tertiæ domus.

Iulius Firmicus cap. 1. lib. 5. ait, Si in Scorpione fuerit horoſcopus, naturam arbitror manifeſtam eſſe, iuxta animantis ductum naturalem. Qui hunc in horoſcopo habuerit, eum facit iracundum, diffundentẽ clanculariè aconita, mordentem clam lingua ſua peſtilentica: diuitem vt neminem hominum, fluctuantem in periculis variis, vt deſperare etiam poſſit; verũ iis aliquantiſper in tranquillum redactis, pacatiſſimũ fructum percipientem gloriæ, dignitatum, obſequiorum, longanimitatis, religionis. Indit & viuacem ſpiritum, vigorem animi, politiem ſermonis. Proinde non obſtante priori damno, filios multiplicabit: quod omnem ante actam amaritudinem ſua fœlicitate cõpenſabit.

Vuelius dicit, Si fuerit aſcendens Scorpio plures litium nati erunt cum mulieribus. Et hæc confirmat Abrahamus Auenaris in ratione duodecimæ domus.

Ioannes Hiſpalenſis cap. 21. lib. 2. ait, Cuius aſcendens fuerit Scorpio, habebit amorem erga ſeruos & ancillas.

Idem cap. 18. In cuius natiuitate aſcendit Scorpio, cum vxore inimicitias habebit.



Digitized by Google

*De ſigno Sagittarij.*

Ptolemæus ſententia 37.inquit,Si fuerit aſcendẽs Sagittarius,natus exercitabitur in talibus, quòd ipſe idem erit cauſa ſuæ captionis: quoniam Piſces, quæ eſt altera domus Iouis,erit tunc quarta domus.Si quidem fuerit tunc Iupiter bene diſpoſitus( teſte Guidone Bonato par.1.tract.5.ca.125.)vel fuerit pars fortunæ in quarta domo,erit fortunatus in his,quæ ſignificantur per quartam domum.

Guido Bonatus part.1.tract.2. ca.21.inquit,Si fuerit aſcendens Sagittarius alicuius natiuitatis,ſignificat hominem ingenioſum, & callidum, & qui nouit facere multa, & trahere facta,de quibus ſe intromittit,ad finem quem vult,& qui nouit ſeducere homines, & ducere ipſos ad ea quæ vult, ſiue bona velit facere, ſiue mala: & confident homines de ipſo, & ipſe aliquando decipiet eos, licet non ſemper ſub ſpecie,quòd fingat ſe bene facere.& erit ſeductor, nec credetur quòd ſit:immo credetur legalis:nec tamen eſt ex toto fidelis,nec ex toto infidelis.

Idem par.1.tract.5.c.133.Si aſcẽdens fuerit Sagittarius,fueritque dominus illius aſcendẽtis bene diſpoſitus,fortunat⁹ & fortis,ſcilicet & Luna ſimiliter,ſignificat quòd ſi natus vixerit,acquiret multã ſubſtantiã.

Idem vt ſupra.Ille autem, cuius fuerit aſcendens Sagittarius,non erit bonus expenſor,ſed tenax.

Idem,Ille verò,cuius fuerit aſcendens Sagittarius, nunquam perdet ſubſtantiam ſuam,nec depauperabitur ipſa.

Dorochius inquit,Si aſcendens ſignum fuerit Sagittarius,nati fratres, eius deſtruent ſubſtantiam, & emet natus cenſum rerum theſaurarũ,& plures filiorum eius erunt inimici ſui.Et hæc confirmat Abrahamus Auenaris in ratione tertiæ domus.

Iulius Firmicus cap.1.lib.5.ait,Horoſcopus in Sagittario ex iis eſt,qui multis,ac Variis periculis ſe implicant:vbi aſcendens fuerit. Allicit atque trahit ſub eo natum ad peregrinandum,tentandaque maria, & fluuios maximos.Ingenium quoque largitur natura ipſa idoneum ad omnes,& ad eas quidẽ optimas diſciplinas,modò hanc ſequutus ductricẽ naturã fuerit.

Vuelius dicit,Si fuerit aſcendens Sagittarius,plura erunt nati cum hominibus bella. Et hæc confirmat Abrahamus Auenaris in ratione 12.domus.

Ioannes Hiſpalenſis cap.18.lib.2.In cuius natiuitate aſcendit Sagittarius,is quoque erga filios ſimultates exercebit.

*De ſigno Capricorni.*

Ptolemæus ſent.37.inquit,Si fuerit aſcendens Capricornus,ſignificat quòd natus exercitabitur in his quæ ſpectabunt ad ſuum quæſtum: quoniã Aquarius, quæ eſt altera domus Saturni, erit tunc ſecunda domus. Quòd ſi fuerit tunc Saturnus bene diſpoſitus, (teſte Guidone Bonato par.1.trac.5.c. 125.) vel fuerit pars fortunæ in ſecunda,erit fortunatus in his quæ ſignificantur per ſecundam domum. Si autem fuerit malè diſpoſitus,ipſe idem erit cauſa deſtructionis ſubſtantiæ ſuæ.

Guido Bonatus part.1.tract.2.cap.21.ait, Si fuerit aſcendens alicuius natiuitatis Capricornus,ſignificat hominem,qui ſciat ducere bonam vitam, & iracundam:& qui bene ſciet prouidere,& præuidere ſuis negociis,& etiam alienis:& ſciet bene conſulere petentibus conſilium ab eo:& callidũ in bonã parte, atque in mala,ſi voluerit: & hominem ſimiliter, qui multũ & leuiter triſtatur.

Idem,par.1.tract.5.cap. 133.Si fuerit aſcendens Capricornus,ſignificat quòd natus erit auarus, atque miſerrimus,& abhorrẽdus.At ſi aſpexerit Iupiter tũc aſcendens,minuet de illa miſeria, non tamen tollet eam.

Dorochius inquit,Si fuerit ſignũ aſcendentis Capricornus,natus habebit litem cum ſuis. Et ratio huius rei cognita eſt, quoniam dominus domus tertiæ eſt dominus duodecimæ, qui ſignificat lites. Et hæc confirmat Abrahamus Auenaris in ratione 3.domus.

Iulius Firmicus ca.1.lib.5.ait,Capricornus non eſt omnino malum ſignum: ſi in ſe horoſcopum habeat, natum facit amabilem,lætum,fidum,ſubdolum,abũdantem:ſed puſillanimem, & in offerendis Deo preculis ſuperſtitioſum nimis,inſuper etiã libidinoſum: ſed ſtatim peracta voluptate,mox peſſimè tractantẽ mulieres,alienæ vitæ ſecretum cenſorẽ,maximè verò religionis aut ſimilis alicuius rei.

Vuelius dicit,Si fuerit aſcendens Capricornus,plures lites nati erunt cum hominibus legum.Et hæc cõfirmat Abrahamus Auenaris in ratione duodecimæ domus.

Ioannes Hiſpalenſis cap.9.lib 2.ait,Illi quibus Capricornus aſcendit,cupidi ſunt, & auari natura: quia dominus aſcendentis, & ſecundæ domus eſt eadem infortuna.

Idem capi. 18. In cuius natiuitate aſcendit Capricornus,is inimicitiam geret cum fratribus ſuis.

*De ſigno Aquarij.*

Ptolemæus ſent 37.inquit, Si fuerit aſcendens Aquarius,ſignificat quòd natus exercitabitur in ijs,ex quibus ipſe idẽ erit cauſa,quare acquiret ſibi multos inimicos occultos:quoniam Capricornus, qui eſt altera domus Saturni,erit tũc duodecima dom⁹.Quod ſi fuerit tunc Saturnus bene diſpoſitus (teſte Guidone Bonato par. 1.tract.5.ca.125.)vel fuerit pars fortunę in duodecima domo,ſignificat quòd erit fortunatus in his quæ ſignificantur per duodecimam domum.

Guido Bonatus part.1.tract.5.cap.133.ait,Si fuerit aſcendens Aquarius,ſignificat quòd natus erit auarus atque miſerrimus,& abhorrendus. At ſi aſpexerit Iupiter tunc aſcendens,minuet de illa miſeria,non tamen tollet eam.

Iulius Firmicus cap. 1.lib.5. dicit,In hoc ſigno vis horoſcopi eſt.Moderatè diuitẽ facit,effert etiã atque apud potentes promouet:conjicit in pericula, è quibus veluti deſperatus iam eximetur rurſum diuorum præſidio.Facit etiam hoſpitalem, munificum, prodigum,patronum eorum,qui è bonis atque melioribus artibus,præ cæteris videntur attigiſſe aliquid,tractantem atque diſſipantem ſacra.

Vuelius dicit,Si fuerit aſcendens Aquarius, odiet natus ſeipſum,& cauſabit ſibimetipſi lites ex nihilo. Et hæc confirmat Abrahamus Auenaris in ratione duodecimæ domus.

Ioannes Hiſpalenſis ca.18.lib.2.dicit, Si fuerit aſcendens Aquarius, natus multos habebit inimicos, quos ipſe ſibi parturiet.

De

Digitized by Google

*De ſigno Piſcium.*

Ptolemæus ſent.37.inquit,Si fuerit aſcendens Piſces,ſignificat quòd ipſe idem erit cauſa ſui regni,ſuæque celſitudinis,&c. vt dicitur ſupra de ſigno Virginis.

Guido Bonatus part.1.tract.2.ca.21.dicit,Si fuerit aſcendens alicuius natiuitatis Piſces,ſignificat hominem callidum commixtum, & non diu durantem in ſuo propoſito.Et aliquando ſignificat hominem multum coloratum:& aliquando ſignificat hominem commixtorum colorum.

Idem par.1.tract.5.c.112.Si fuerit aſcendens Piſces & Iupiter,& Venus,atque Mercurius in horoſcopo fuerint:natus habebitur tãquam propheta.& eius verba melliflua reputabũtur, & ſi fatua prouulgaret. Idem cap.133.Si fuerit aſcendens Piſces,dominuſque aſcendentis,& Luna bene diſpoſiti, acquiret pecuniam,& expendet eam in bona parte:erit quæ largus,& ſplendide viuens: diligenturque ab hominibus propter ſuam largitatem, atque bonitatem ſuæ vitæ.

Idem vt ſupra,Ille verò cuius fuerit aſcendens Piſces,nunquam perdet ſubſtantiam ſuam,nec depauperabitur ipſa.

Iulius Firmicus cap.1.lib.5.inquit,Egregie ingenioſum faciunt Piſces,animatum, cordatum, fidum, amicabilem, paulatim ſublimatum, donec tandem ad faſtigium hunc prouehant.

Vuelius dicit,Si fuerit aſcendens Piſces, litigabit natus cum pluribus ſuorum amicorum. Et hæc confirmat Abrahamus Auenaris in ratione duodecimæ domus.

Ioannes Hiſpalenſis cap.18.lib.2.ait, In cuius natiuitate in exortu ſunt Piſces, eius amici in inimicos conuertentur.

*Significationes ſignorum per decimam domum ſecundum Materni obſeruationes.*

Aries in medio cæli,facit natum gratum principibus & magnatis viris: & ſtudioſum bonarum rerum: ſimul & diſſipantem & recuperantem patrimonium.

Taurus facit natum ſuſpectum viris principibus: ducem officiorum publicorum,& anteſignanum, vel dignitate quapiam alia inſignitum à potentibus,omnia ſcientem, in rebus omnibus fœlicem:præterquam in vxoribus ducendis, ex quibus reiectis formoſioribus atque honeſtis,anum,vel infamem, aut certè viduam copulabit ſibi.

Gemini ex publicis vel ſacris dabunt ſubſtantiam: ſed hoc tunc,cùm ſenectutis limẽ fuerit natus ingreſſus.Erit tamen ipſe religionum ac deorum cultor iuſtus,& cui maxima pars ciuium obtemperare conetur,abſconſas res aſſidua inueſtigatione perquirens: ſed multarũ artiũ ac diſciplinarũ inſcius: tamẽ in vltimo vitæ tempore,multis per ipſum integræ ac rectæ vitæ monſtrabitur officium.

Si fuerit Cancer, natus glorioſis quibuſdã actibus erit occupatus:in loco religioſo,aut in publicis nutrietur:& in ſenectute maxime illi gloriæ conferentur in ſigniaita vt nouiſſimum vitæ tempus nobilitatis ſplẽdoribus adornetur.Erit in ſenectute copioſus, pecunioſus,& diues:& in proceſſu temporis gradatim omnis ſubſtantia fœlicitatis accedet: tardè conſequetur filios:aut vnum habebit filium.Sed ſi locum iſtum Iupiter aliqua radiatione reſpexerit,multa ac fœlici ſobole gaudebit.

Leo ſignificat,quòd vita nati vario labore, ſudoribúſque fatigabitur:erit enim potentiori alicui honoris,aut nutrimentorum gratia ſubiugatus: & erit natus fortis,cui proceſſu ætatis plurimi blandiantur,qui que plurima ex ſuis facultatibus ad alios transferat. Erit etiam in aliqua poſitus poteſtate, vnde paternæ ſubſtantiæ augeat facultatem.

Virgo augmentabit fortunam, compenſabitque habitos ingenij labores inſigni aliqua poteſtate, qua cæteris anteſtet,qua & liberaliſſimè fungetur,neceſſaria præſtaturus aliis hominibus,tametſi ingratis.

Libra aliena damna, & mortes alienorum illi lucrum ſuum facit:proinde etiam honeſtum,pium,acceptum,eloquentem,eruditum,vouentem in neceſſitate vota Deo:quo fiet, vt tandem mala omnia fœlix, euitet & proſpera ſenecta fruatur.

Scorpio vires largitur, & vitam tetricam ac durã: ad itinera impellet frequenter, vt ſtare vno loco diu non poſſit.In vxoribus fortunam experietur aduerſantem ſibi. Poſtremò omnium bonorum virorum ſuffragiis ex malis omnibus extricabitur.

Sagittarius deiiciet in pericula multa, in multos errores:alioqui habilem facit, & qui potentibus etiam audeat lites mouere:de alio quodam in diſcrimen adducet,faciétque poſſidere non ſua.

Capricornus honores decernit, facultatéſque, & ſumptus maximos, eminentiam, arcana religionis, verſuriam ingenij.

Aquarius facit natum acceptum principibus, atque actibus præſtituet, & publicis officiis,fortaſſe etiam negotiis quæ ex aquis ſunt, quod aquæ naturæ videatur eſſe deditior.

Piſces vitam nati in loco aquoſo conſtituent, & qui ex omni ſubſtantia patrimonia poſſidebit: & cui victus ex alienis facultatibus conferetur: ſed duabus ciuitatibus eius potentia aut patrimonium diuidetur.

*Significationes ſignorum per ſeptimam domum.*

Aries in ſeptima domo, quæ vocatur occaſus, ex aquoſis natus habebit lucrum:vel in aquoſis locis erit ex aliquo timore ſollicitus: & in deſertis locis incurret aliquod vitæ diſcrimen: & multa periculorum continuatione quaſſabitur:multis ac crebris peregrinationibus diuidetur.Habebit ſane latens vitium: & in ſenectute poſito fœlicitas maxima conferetur: ſed vxor eius inſaniæ periculis laborabit.

Si fuerit Taurus,plurimos habebit aduerſarios natus,quos omnes videbit vario genere ſemper oppreſſos:erit talis qui ſemper ad venereos coitus oculorũ cupiditate cogatur: & qui aliqua pulſetur infamia: patrimonium,& acquiret pariter & perdet:& quotieſcunque perdiderit,iterum conſequetur.

Si fuerit

Si fuerit Gemini, filios habebit natus pariter & nepotes: ſed tunc cùm limen fuerit ſenectutis ingreſſus: & erit talis vt omnes dolores facillimis ratiõibus perferat. Erit tamẽ ingenioſus, iuſtus, & cordatus, & qui aduerſarios ſubdolis ſemper diſſimulationibus inſequatur: & erit homo ſciens multa.

Cancer infenſos nato faciet amicos, periculiſque etiam innumeris erit natus implicatus.

Leo vxorem dabit nato, vel cõcubinam, qua cum variis ſimultatibus diſſentiet. Dabit & anum, quæ ore quidem adblandietur ſibi, ingentia illi promittens: verùm in animo alios amabit. Inimici illius erunt domeſtici eius, & illorum adiutorio freti, hoſtes alij conabuntur collidere hominem. De alieno thoro copulabit in matrimonium aliquam, aut certè viduam.

Virgo facit natum cordatum, hoſpitalem, tenentẽ ſecreta, œconomum, amantem vxorem immodicè: ſed quem viciſſim illa eum non amet, vt cæteri quoque, in quos ille officia collocat, illi ingrati ſunt. Vnde fiet, vt crebris laboribus, & mœſtitiis angatur, propter vxorem & liberos.

Libra decernit nato vitam in domo regia aſſidua conuerſatione: aut in publicis actibus conſtituit. Erit autem vitæ ex quadam inæquali parte mutabilis, vt fœlicitates omnes ſemper infœlicitas ſubſequatur, proſperitates infortunium, vt ex altiſſimo dignitatis gradu ad infimum caduca humilitate reuocetur. Nã & omnem eius claritatem inuidiæ liuor impugnabit: præſertim ſi horoſcopum Iupiter de trigono non viderit: vel ſi in eo non fuerit. Hæc enim mala fortius conualeſcunt.

Scorpio, facit natum cordatum & officioſum, qui vxorem amittet, ſi maſculus ſit: ſin autem mulier, marito, & filio priuabitur.

Si fuerit Sagittarius, aut fratribus, aut affinibus per natum aliquod inferetur exitium: & animum eius per varias temporum vices maximis ſollicitudinibus cruciabit. Habebit inimicos: & derelicta patria, peregrinis nationibus immorabitur: ſed reuerſus poſtea ad paternos lares, deorum putabit præſidio ſe reſtitutũ.

Capricornus notam inuret infamiæ, quam paulo poſt diluet poſt multa infortunia: facietque reſtitui natum in priſtinum gradum. Erit natus ingenioſus, acutus, mentis inſtigationibus adornatus: abſconſi cuiuſdam doloris tormenta ſuſtinens: aut infinitis animi doloribus fatigabitur.

Aquarius largitur incrementa & damna.

Si fuerit Piſces, ibit natus per multa loca peregrina: eritque multis hominibus natus, & ei multi ſedula obſequiorum gratia blandientur. Erit gratus, fœlix, venuſtus, acutus: ſed multis occupationibus implicatus: & ad omnem conuerſationem ſemper nobilis.

### *Significationes ſignorum per quartam domum.*

Aries in quarta domo ſi fuerit inuentus, natus in maximis erit erroribus, & poſt incommoda vitæ requiem ſortietur: ſed vita eius ex actus varietate mutabitur. Erit enim nunc in alto dignitatis gradu: nunc ad infimũ, cum dignitatis reiectione reuocabitur. Sed hæc illi inæquabilitas ex amicitiis potentum naſcetur: efferet vxorem & primum filium, aut certe quicunque natus filius fuerit graui debilitabitur vitio valetudinis.

Si fuerit Taurus, magnus erit natus, & cum multis potentibus verſabitur: & in omnibus rebus habebit gloriam: & multorum ſubſtantiam gubernabit, vt ei res plurimæ credantur propter diſciplinæ ſuæ veritatem: & morietur poſt multum temporis ſpacium: longo pondere ſenectutis oppreſſus.

Si fuerit Gemini, multis ęgritudinibus fatigabitur, & multis laboribus implicabitur: dolorem aliquem aut vitium habebit abſconſum: & poſt infœlicitatis incõmoda maxima ei fœlicitas conferetur: ita vt alijs vitæ alimenta ſuppeditet & amiſſis prioribus omnibus ei repentino caſu diuitiæ conferentur, poſſidebit & habebit ſubſidia, quæ ei omnia ſubminiſtrent: & cum fuerit onere ſenectutis oppreſſus, in peregrinis locis repentina morte morietur.

Cancer facit natum clarum & coronatum infulis adornatum, cui ſtatuæ pariter, imagines decernantur. Si vero iſtum locum Iupiter in horoſcopo conſtitutus reſpexerit, vel ſi in ipſo loco fuerit inuentus, erunt ei quidam ex affinibus aduerſarij propter ſe, vel propter aliquem ſibi neceſſarium: Eritque ipſe intonſus, ac crinium ſordibus ſqualidus: ſed neceſſariorum ſemper abundantia copioſus, preſertim ſi in quocunque cardine Iupiter fuerit inuentus.

Si fuerit Leo patrimonium vendicabit: quod non obſtantibus omnibus inſidiis agnatorum cõſequetur.

Si fuerit Virgo: à prima ætate varia laborum continuatione quaſſabitur: ſed proceſſu temporis maximæ fœlicitatis incrementa conſequetur, iuxta conditionũ geniture menſuram.

Libra diſſipat patrimonium, idque ſtatim poſt inſtaurat: & addit dolorem doloribus, proſtratum quoque iam publicis functionibus popularibus, vel ciuilibus præficiens eundem: adeò vt concredantur ſecreta illi, & negocia maxima, quæ non niſi optimis viris dari cõſueuerunt. Et quod ſuperius Saturnus in horoſcopo de mala morte interminabatur, id leuius rurſum. Libra honeſta morte, & ſepultura natum decorabit. Et ſi Iupiter in ſequenti ſigno fuerit repertus, primum facit inter omnes maſculos filium.

Scorpio principem ordinabit negociorum quorũdam. Et hi Taurum etiam in medio cæli habẽt. Quem ex aduerſo proſpiciens Mars carcerem minatur illi, & mortem in peregrinis locis.

Si fuerit Sagittarius, natus erit fœlix, & ſuis ſubſtantiam conferet: & ei plurimi blandientur: eritque omnibus notus: diis gratias pro ſua fœlicitate reſtituẽs: aut ei ſacra publica credentur: filiorũ verò fœlicitate lætabitur: & dolorem amiſſorum filiorũ rurſus ſuſcepta fœlici ſobole mitigabit. Erit ad omnia aptus: erit etiam doctus & agilitatis fœlicitate perſpicuus.

Si fuerit Capricornus natum conquaſſabit in turbationes plurimas, ſinetque rariſsimè tranquillum agere. Neque patrimonium patietur in tuto eſſe nunc labefactabit nunc rurſum reſtituet. Quoniam autem petulantes multum ſunt quibus Capricornus in imo cæli eſt, ita & hic ex ignobili, & illegitima, aut aliunde ſanè filium tribuet.

Aquariu

Digitized by Google

Aquarius diſcrimen ex aquis minatur,& ingratitudinem illorum,de quibus ipſe bene meritus eſt.

Piſces ex humidis locis dabunt ſubſidia:faciunt & fidum,cui arcana concredi poſſint ſanguine, vel ingenuitate nobilem. Quòd ſi modica radiatione hos reſpexerit Iupiter,vxorem obtrudet:verum cõſtupratam prius,vel adulteram.

*De ſignificationibus domini aſcendentis.*

Saturnus dominus horoſcopi in bono loco ſi non fuerit impeditus,natus erit magnanimus, pi⁹,magnæ exaltationis, notabilis in cõſiliis.Sed impedito eo,vel in malo loco exiſtente,erit paruæ rationis,& animi, deceptor publicus, occultator ſuarum cogitationum.

Iupiter dominus horoſcopi in bono loco, non impeditus ſignificat prudentem animo, exaltatum honore regni.Si impeditus,vel cadẽs fuerit,malitioſum, craſſi animi,iniuriatorem, deceptorem, mendacem ſignificat,& qui plus conſumit,quàm lucratur.

Mars dominus horoſcopi in bono loco nõ impeditus,audacis animi,ductorẽ populi, ac bellatorẽ victorioſum facit,& q̃ habebit nomẽ principale corã principibus,& populis.Et ſi Mars fuerit in loco malo,vel impeditus,natus erit parui animi,malitioſus,inuidus, timidus,ſuſpicioſus,deceptor,mali conſilij.

Sol ſi fuerit dominus horoſcopi in bono loco non impeditus,natus erit locuples,velociter diſcens verã, & claram ſcientiam magnarum rerum, boni & magni nominis. Si verò Sol fuerit impeditus,vel cadens ab angulis,erit ſimplicis,& leuis animi, paruę potentiæ,modicæ ſcientiæ, & cognitionis, cadens à bono ſtatu in peiorem.

Venus ſi fuerit domina horoſcopi in bono ſtatu & loco,in angulis,vel ſuccedentibus non impedita,natus erit pulcher,pius, velox,dulcis loquelæ, acceptus, & lætabundus.Si fuerit mali eſſe impedita,vel cadẽs, erit immundus,menſtruoſus,occulti ſecreti,& muliebris vitæ.

Mercurius ſi fuerit dominus horoſcopi in bono loco,non impeditus,natus erit bonus orator, ſapiens, pinguis,pulcher,philoſophus,& poëta, conſul principum.Si impeditus fuerit,erit mendax,exercens falſitatem,magis ſtultus quàm ſciens vel ſapiens.

Scias autem,quòd cuicunque planetæ Mercurius iungitur,in illius naturam conuertitur.Nam ſi Saturno iungatur,vel applicuerit illi,natus erit grauis linguæ,inuidus,occultator ſuæ malitiæ,chirurgicus, philoſophus,luxurioſus contra naturam.

Ioui ſi coniungitur per coniunctionem, vel aſpectum,mundum,veracem,diſcretum,honeſtorum verborum,cancellarium,& cõſulem principũ ſignificat.

Si Marti,facit mendacem totum,deceptorem omnium,etiam erga mulieres & virgines.

Si Soli,ſociabitur Regibus,& eorum ſcriptoribus.

Si Veneri, erit natus amator omnium ſcientiarũ, bene loquens,bonus arbiter & procurator.

Et nota,quòd hæc prædicta omnia de Mercurio, conueniunt etiam Mercurio in domibus & terminis planetarum eorundem, perinde ac ſi eis coniungeretur.

Quãdo Luna fuerit domina horoſcopi,& fuerit in bono loco,libera à malis ſignificat augmentationem nati, pulchritudinem faciei, ac facilitatem, & perfectionem nutritionis, atque creationis. Si verò in malo loco extiterit, ſignificat difficultatem nutritionis, malum animum, fœditatem carnis, inſcitiam faciei, & malam compoſitionem corporis. Hæc Albobaly ca.5.ſcripſit cum autoritate Hermetis.

*De prima domo & eius domino cum ſignificationibus ſuis per reliquas domos.*

Si dominus primæ dom⁹ fuerit in prima,ſignificat fortunam nati,& eius acquiſitionem per ſemetipſum ex ſua induſtria,& fatigatione ſui corporis,& per ſuã familiam,per ſuum ſtudium,& per ſuas ſolicitudines, & per ea quæ ſignificantur per primam domum. Alchabitij Sẽtẽtia diſ. prima. Guidonis bon. part. prima.trac. 2.cap.13.

Cum fuerit dominus aſcendentis in Aſcendente, bonum erit, & ſi aſpexerit planeta à medio cæli,inueniet hæreditatem magnam. Et ſi fuerit in exaltatione ſua,à principe magnum honorem acquiret. Meſſahalæ cap.8.

Si dominus primæ fuerit in prima, ſignificat quod natus erit honoratus propter gentem, & conſanguineos ſuos. Abenragellis par. 4. cap.2.

Si dominus primę fuerit in prima,ſignificat quod ille natus erit potens inter propinquos atque domeſticos,& notos ſuos ac inter ipſos natus. Guidonis Bonati par. 5.cap.11.ſecundæ idomus.

Si fuerit dominus Aſcendentis in ſecunda, veniet ſubſtantia ad manus eius, & eam amittet ab eo qui aſſimilatur ſigno in quo eſt. Meſſahalæ vt ſupra.

Si dominus primæ fuerit in ſecunda domo malè afflatus,erit diſſipator ſubſtantiæ: ſed ſi receptus fuerit ibi,lucrabitur diuitias,& poſſeſſiones. Abenragellis vt ſupr.

Si dominus primæ fuerit in ſecunda, fueritque boni eſſe, ac bene diſpoſitus, iunctus fortunis,fueritque receptus,ſignificat eum fortunatum in acquiſitione ſubſtantiæ.Quod ſi fuerit in prędicti eſſe cõtrario,contrarium iudicabis,ipſumque ſubſtantię deſtructorem futurum. Guidonis bonati vt ſupra.

Si fuerit in tertia,fratres eius maiores erunt ipſo, & multam peregrinationem faciet,& ſi aſpexerit fortunam,habebit bonã fidem vel credulitatem, & erit fidelis.Et ſi aſpexerit infortunium,erit infidelis. Meſſahalæ vt ſupra.

Si dominus primæ fuerit in tertia,fratres habebit iuſtos & bonos, & ibit per itinera multa. Abenragellis vt ſupr.

Si dominus primæ fuerit in tertia, ſignificat natũ fortunatum inter fratres ſuos, immo fortunatiorem extiturum: & quòd libenter ipſe breuibus itineribus peregrinabitur & aliquando mediocribus. Guidonis vt ſupra.

Si dominus primę fuerit in quarta domo,ſignificat eius fortunam cauſa patris vel aui,vel ſoceri,vel cauſa alicuius hæreditatis quæ perueniet ad eum,vnde lucrabitur,& per productionem fluminum, ſeu aliarũ aquarum & plantationes arborum, & ædificationes domorum & cauſa rerum antiquarum,& radicalium, vel per theſaurum abſconditum,quem inueniet ſubterratum & ſimilia, vel per ea quæ ſignificantur per quartam domum. Alchabitij vt ſupra.

Si fuerit in quarta,amabit patrem & matrem ſuã, & inueniet impedimentum vel litem à maioribus,& ſi fuerit dominus aſcendentis in honore,videbit à parentibus lucrum. Meſſahalæ vt ſupra.

Si do-

Digitized by Google

Abenragellis vt ſupra. Si dominus primæ fuerit in quarta, erit bonæ volũtatis & ſuſpitionis, & à parentibus habebit vtilitatẽ & bonum.

Guidonis vt ſupra. Si dominus primæ fuerit in quarta, ſignificat natũ non eſſe malitioſum, & quod diligetur à patre, atque bonum ab ipſo conſequetur, & à ſuis maioribus aſcẽdentibus.

Meſſahalę vt ſupra. Si fuerit in quinta, penè in infantia ſua generabit filios, & habebit virtutem ab euentu eorum.

Aberagellis vt ſup. Si fuerit dominus primæ in quinta, habebit natus filios, ex quibus gaudebit, & amicos multos habebit.

Guidonis vt ſupra. Si fuerit dominus primæ in quinta, ſignificat, quòd lætabitur in filijs, & cauſa ipſorum, & diligetur ab hominibus bono modo.

Meſſahalę vt ſupra. Si fuerit dominus primæ in ſexta in operibus quaſi ſeruis aſſimilabitur & in multa infirmitate erit.

Abenragellis vt ſupra. Si fuerit dominus primæ in ſexta, multarum infirtarum & laborum erit.

Guidonis vt ſupra. Si fuerit dominus primæ in ſexta, ſignificat quod erit homo laborioſus, inuoluens ſe in cogitationibus eritque plurium infirmitatum.

Alchabitij vt ſupr. Si fuerit dominus primæ in ſeptima domo, ſignificat eius fortunam per conuentiones & contractus, quos faciet cum hominibus, qui erunt ſibi vtiles, & etiam per vxores, & cauſa mulierum, & ſociorum, & per ea quæ ſignificantur per domum ſeptimam.

Meſſahalę vt ſupra. Si fuerit in ſeptima, inueniet ex euẽtu mulierum, & ex acceptione multa bona.

Abenragellis vt ſupra. Si fuerit dominus primæ in ſeptima, multas cauſas habebit & facilè iraſcetur, ſequetur mulieres in cauſis & rebus earum.

Guidonis vt ſupra. Si fuerit domin⁹ primæ in ſeptima ſignificat quòd erit homo rixarum, contentionum, iraſcibilis, cauſator, permittens ſe huc & illuc à mulieribus trahi, parens earum voluntati.

Meſſahalę vt ſup. Si fuerit domin⁹ primæ in 8. ſignificat bona in aliquo ex antiquis, & ex hæreditate.

Abenragellis vt ſupra. Si fuerit dominus primæ in octaua, deceptor erit, triſtitiarum multarum & timidus.

Guidonis vt ſupra. Si dominus primę fuerit in octaua, ſignificat quòd erit puſillanimis, deceptor, doloſus, triſtis, de alijs non curans, de incommodis aliorum gaudens, de ipſorum proſperitatibus dolens.

Meſſahalę vt ſupra. Si fuerit dominus primę in 9. domo erit natus bonus in fide, & in oratiõe ad Deum: & in peregrinatione multa erit, & in omni ſcientia præſtabit.

Abenragellis vt ſupra. Si fuerit domin⁹ primæ in nona, per multa itinera ibit & verſabitur in locis alienis extra ſuam regionem, & ſtudebit ſcientiis.

Guidonis vt ſupra. Si fuerit dominus primæ in nona, ſignificat quod erit homo ſcientiarum ipſarumque amator, erit etiam multarum peregrinationum, & maximè longorum itinerum, amans peregrinari.

Alchabitij vt ſupr. Si dominus primæ fuerit in decima, ſignificat eius fortunã per magiſtratus ſuos, & per officia ſeu poteſtarias, & per magiſteria ſublimia, & altiora, & etiam per regem, & communicationem cum regibus ſeu magnatibus, & ſimilibus, & per ea quæ etiam ſignificantur per domum decimam.

Meſſahalę vt ſupra. Si fuerit dominus primæ in decima domo, quæret principatum, & inueniet victoriam in magnitudine, & exaltatione.

Abenragellis vt ſupra. Si fuerit dominus primæ in decima cum rege vitã aget & habitabit cum eo.

Guidonis vt ſupra. Si fuerit domin⁹ primæ in decima, ſignificat quod natus erit homo libenter habens vſum cum regibus & magnatibus & his qui apti ſunt regno, & vitam ſuam ducere volens cum eis.

Meſſahalę vt ſupra. Si fuerit dominus primæ in vndecima, in inuentione fidei, & victoriæ & multis amicis florebit & habebit fortunã ab eis, & ipſi ab ea.

Abenragellis vt ſupra. Si fuerit dominus primæ in vndecima, erit natus bonorum morum multos amicos habebit, & cum eis conſentiet, & habebit filios paucos.

Guidonis vt ſupra. Si fuerit dominus primæ in vndecima ſignificat quod erit homo morigeratus, boni vſus, dilectus ab hominibus, inter quos plures ſibi connumerabit amicos, paucos habens filios.

Meſſahalæ vt ſupra. Si dominus primæ fuerit in 12. habebit multos inimicos, & ęmulos & eorum erit dominator, vel ſuperator, vel victor, ſi fuerit ibi fortis, & fortunatus ſin fuerit debilis & infortunatus dic contrarium.

Abenragellis vt ſupra. Si dominus primę fuerit in duodecima, erit natus malæ vitæ, ac multos habebit inimicos.

Guidonis vt ſupra. Si dominus primæ fuerit in duodecima ſignificat quòd eius vita erit grauis, laborioſa, impedita, multosque poterit cõnumerare inimicos, amicos vero nullos, & ſi aliquos, pauciſſimos tamen.

### *De domino ſecundæ domus per cæteras cæli ſtationes.*

Meſſahalæ cap. 9. Si fuerit dominus ſecundę domus in prima lucrabitur ex operibus ſuis, & erit fortunatus, & habebit ſubſtantiam.

Abenragellis par. 4. cap. 12. Si dominus ſecundæ fuerit in prima, natus erit fortunatus in lucrando, ſiue petendo, & laborando pro hoc: & ſi fuerit receptus ibidem, melior, & fortunatior erit, & ſi receptor fuerit in angulo, ſubſtantiam, & lucrum habebit à partibus nobilibus, & claris.

Guidonis par. 5. c. 13. in ratione ſecũdæ domus. Si dominus ſecundæ domus fuerit in prima, ſignificat quod natus acquiret ſubſtantiam ſine labore, & fatigatione atque ſollicitudine, & eo fortius atque vberius ſi fuerit receptus à fortuna exiſtenti in angulo vel ſuccedenti.

Meſſahalæ vt ſupra. Si fuerit dominus 2. in ſecunda domo, ſignificat bonam vitam & quòd erit diues.

Abenragellis vt ſupra. Si fuerit dominus ſecundæ in ſecunda domo, erunt ei lucra, & victus à partibus manifeſtis & notis: & ſi aſpexerit cũ dominus Aſcendẽtis, lucrabitur ſubſtantiam, & congregabit eam.

Guidonis bonati vt ſupra. Si dominus ſecũdæ fuerit in ſecunda domo, erit ex re nati, ſecundum ſententiam Albohaly.

Meſſahalæ. Si fuerit dominus. 2. in tertia, erit contentio inter ipſum & fratres eius ex euentu ſubſtantiæ.

Abenragellis. Si dominus ſecundæ fuerit in tertia ſtatus fratrum diminutationem & læſionem ſignificat.

Guidonis. Si dominus ſecundæ fuerit in tertia, ſignificat malitiam fratrum.

Meſſahalæ. Si fuerit dominus. 2. in quarta, habebit ſubſtantiã natus à parentibus ſuis.

Abenragellis. Si dominus ſecũdæ fuerit in quarta domo, nato & eius parentibus ſignificat bonum ſtatum, & multiplicabitur domus, in qua natus eſt, & procedet in bonũ.

Guidonis. Si dominus ſecundæ fuerit in quarta, ſignificat bonum eſſe patrum, & populationem domus, in qua fuerit.

Si fuerit

Digitized by Google

Meſſahalæ. Si fuerit dominus ſecundæ in quinta domo, natus habebit fortunam à filiis, & filij eius ab eo.

Aben. Si dominus ſecundæ fuerit in quinta domo, habebit filios bonos & habentes acceſſum ad domum regis & habebunt bonum & lucra.

Guidonis Si domin' ſecundæ fuerit in quinta domo, ſignificat quod natus habebit filios cognitos in palatiis regum.

Meſſahalæ. Si fuerit dominus ſecunde in ſexta, habebit fortunam à quadrupedibus ac ſclauis, & expendet ex euentu infirmitatis.

Aben. Si dominus ſecundæ fuerit in ſexta domo, aufugient eius captiui & ſerui, ac animalia morientur, & accident ei damna in ſubſtantia ſua.

Guidonis Si dominus ſecundæ fuerit in ſexta, ſignificat fugam ſeruorum, & amiſſionem animalium, ſupple minorum.

Meſſahalæ. Si dominus 2. fuerit in ſeptima, erit ſubſtantiam lucratus à mulieribus, & ſociis, & habebit lucrum à mulieribus.

Aben. Si fuerit dominus ſecundæ in ſeptima domo, lucrabitur ſubſtantiam à malis functionibus, & conſumet eam in mulieribus & cauſis.

Guidonis Si fuerit dominus ſecundæ in ſeptima domo, ſignificat conuerſionem rerum ex iniuſto, & diſperſionem earundem cauſa mulierum & contentionum.

Meſſahalæ. Si fuerit dominus 2. in octaua domo, inueniet natus multam hæreditatem.

Aben. Si fuerit dominus ſecundæ in octaua, faciet turpes ſumptus, & non conſiderabit in quo, & ſi dominus ſecundæ domus dederit vim ſuam domino octauæ domus, eodem domino ſecundæ exiſtente in octaua, auferetur ei ſua ſubſtantia, at ſi dominus octauæ dederit vim ſuam domino ſecundæ domus domino octauæ exiſtente in ſecunda, inueniet ſubſtantiam.

Guidonis Si dominus ſecundæ fuerit in octaua, ſignificat acquiſitionem rerum ex reliquiis mortuorum, nec curabit quomodo lucretur, vel quomodo expendet eas.

meſſahalæ. Si fuerit dominus 2. in nona, lucrabitur à peregrinatione, & in loco vel habitatione ſua non habebit lucrum.

Aben. Si dominus ſecundæ fuerit in nona domo, habebit mercimonia extra locũ ſuũ in itineribus, & ſubſtantiam ac lucra feret ex locis, quæ abſcondita erant ſibi nec nota.

Guidonis Si dominus ſecundæ fuerit in nona, ſignificat acquiſitionem cauſa peregrinationũ, & religionũ ex ſectis. Et dixit Albohaly, quod natus non curabit niſi de rebus abſconditis, eritque negotiatio eius ex peregrinationibus.

Meſſahalæ. Si dominus 2. fuerit in decima, vita nati ſuſtentabitur à principibus & à ſeruitiis eorum.

Aben. Si fuerit dominus ſecundæ in decima domo, viuet nat' ex mercede regis, & lucrabitur ea ex parte.

Guidonis Si dominus ſecundæ fuerit in decima, conſequetur ſubſtantiam à regibus & ex cauſis eorum.

Meſſahalæ. Si dominus 2. domus fuerit in vndecima, habebit natus fortunam ab amicis, & amici ab eo.

Aben. Si fuerit dominus ſecundæ in vndecima domo, erit ſubſtantia eius ex merci moniis panis, & rebus quæ ſeminãtur, ac ex manuleuationibus, & debitis.

Guidonis Si dominus ſecundæ fuerit in vndecima, inueniet ſubſtantiam ab amicis & negotiationibus, & accommodationibus, & à mercibus.

Meſſahalæ. Si fuerit dominus 2. in 12. erit natus pauper, & grauia vel mala opera faciet, & non faciet ea cito, & in operibus ſuis multa mẽdacia loquetur, & erit impeditus non perficere quæ vult.

Aben. Si fuerit dominus ſecundæ in duodecima domo, erit eius ſubſtantia ex malefactis, ſed denegabitur poſtea ei vel deprædabitur, aut erit ei furata.

Guidonis Si dominus ſecundæ fuerit in duodecima ſignificat quòd lucrabitur pecuniam ex carceribus, & inimicis ſupple occultis, & ex omni vili opere atque verecundabili. Et dixit Albohaly, quod natus erit fur & raptor.

*De domino tertiæ domus per reliquas cęli manſiones.*

meſſahalæ. cap. 10. Si fuerit dominus tertiæ domus in prima, videbit multa bona à fratribus, & erit fortunatus à fratribus, & propinquis, & erit vagus, quia ſæpe mutabitur de loco in locum, de terra in terram.

Aben. par. 4. cap. 13. Si dominus tertiæ domus fuerit in prima domo natus erit melior fratribus ſuis, & erunt fratres eius ei legales, & habebunt bonum ab eo.

meſſahalæ. Si fuerit domin' tertię in ſecũda, lucrabitur ſubſtantiam in mutatione de loco in locum, & ex euẽtu fratrum ſuorum & propinquorum.

Aben. Si fuerit dominus tertiæ in ſecunda domo, rixabuntur cum eo proptes eius ſubſtantiam fratres nati, & hac de cauſa ſibi & ei erunt moleſti.

meſſahalæ. Si fuerit dominus 3. in tertia domo, fratres eius erunt nominati, ita vt ipſe ad eos veniat.

Aben. Si dominus tertiæ domus fuerit in tertia iuuabunt & defendent natum fratres eius, & eorum plures erunt mali.

meſſahalæ. Si fuerit dominus 3. in quarta, ſignificat malum patris nati ex euentu fratrum ſuorum.

Aben. Si dominus tertiæ domus fuerit in quarta, auferent fratres ſubſtantiam patris, & ſeparabunt ſe ab illo cum ea, & conſanguinei eius erunt neceſſarij fratribus eius.

meſſahalæ. Si dominus 3. domus fuerit in quinta, filij nati vocabuntur nomine fratris eius, & fratres eius videbunt à filiis ſuis bona.

Aben. Si dominus tertiæ domus fuerint in quinta, habebunt fratres itinera multa, & ſuiſmet filiis congaudebunt, & forte natus fratres habebit in loco extraneo.

meſſahalæ Si fuerit dominus 3. in ſexta domo, ſignificat malum ipſi, & fratribus eius.

Si dominus tertiæ fuerit in ſexta domo, fratres odio habebunt eum, & inimicabuntur ei, & quærent malum, & damnum ipſius.

meſſahalæ Si fuerit dominus 3. domus in ſeptima, fratres eius accipient eius vxorem.

Si dominus tertiæ fuerit in ſeptima aliquis fratrum nati copulabitur mulieri cum qua iacuit ille natus, & ex ea filium habebit.

Guidonis Bonati par. prima. tra. 5. cap. 120. Si fuerit dominus tertiæ in ſeptima, inimicabuntur ei fratres.

Meſſahalę. Si fuerit dominus 3. domus in 8. ſignificat malũ, & mortem fratrum eius in diebus ſuis.

Si dominus tertiæ fuerit in octaua, ſignificat malum ſtatum fratrum, & modicam vitam, & quod ille natus mulieribus ſuis ſuperuiuet.



Digitized by Google

meſſahalæ. Si fuerit dominus 3. in nona domo, vxor nati nō erit de terra eius, & natus ex euentu mulierū cadet in peregrinationem.

Aben. Si dominus tertię fuerit in nona, ſignificat quòd fratres copulabuntur cum extraneis mulieribus, & in locis extraneis, & quod ibunt illuc habitatum cum mulieribus ſuis.

meſſahalæ. Si fuerit dominus 3. in domo decima, habebit paucos fratres, & propinquos & erit vagus de loco in locum.

Aben. Si dominus tertiæ fuerit in decima, ſignificat quod morientur fratres, nec durabunt, & quod habebunt inter ſe inuidiam & maleuolentiam.

meſſahalæ Si fuerit dominus 3. domus in vndecima, fratres nati erunt ipſi boni, & erit fortunatus ex euentu eorum.

Aben. Si dominus tertiæ fuerit in vndecima, fratres amici erunt nato.

meſſahalæ. Si fuerit dominus 3. domus in 12. inter natum, & fratres eius, & propinquos cadet inimicitia.

Aben. Si dominus tertiæ fuerit in duodecima, erunt fratres inimici nato, & peruenient ad gradum valde ſuperantem ſuper eum.

*De domino quartę domus per omnes cæli ſtationes.*

Alchabit. ſententia diff. prima. Guidonis Bonat. par. prima, tra. 2. cap. 13. meſſahalę cap. 1. Aben. par. 4. cap. 16.

Cum dominus quartæ domus fuerit in prima, ſignificat fortunam ex cultu terræ & fructum per ingenium, & conſilij profunditatem, & per ea quæ ſignificantur per primam domum.

Si fuerit dominus quartæ domus in prima, inueniet malū à principibus, & erit debilis, vel malus.

Si dominus quartæ fuerit in prima domo, ſignificat, quod natus erit melior omnibus ſuæ prolis, & erit parentum ſuorum ornator, & benefactor eorum, & conſanguineorum ſuorum, & habebit dominium ſuper progeniem ſuam.

meſſahalę. Si dominus 4. domus fuerit in ſecunda, ſignificat bonitatem patris nati ex euentu ipſius.

Aben. Si dominus quartæ fuerit in ſecunda domo, parentes habebunt diuitias, & bonum ſtatum, & natus erit magis honoratus fratribus ſuis à patre, & matre.

meſſahalę. Si fuerit dominus quartæ in tertia, ſignificat perditionem, vel diſtractionem fratrum nati, cum ſubſtantia patris ſui.

Aben. Si dominus quartæ fuerit in tertia domo habebit fratres, ex quibus pater impedimentū habebit.

Alchabi. Si dominus quartæ fuerit in quarta, ſignificat fortunam per cauſam magiſteriorum & artium fabrilium. Et ſi fuerit de genere agricolarum, ſignificat eius fortunam per cultus terræ ex fructu ſeu quæſtu, per cauſas patrū & ſimilia, & res antiquas, vel per ea quæ ſignificantur per quartam domum.

meſſahalę. Si fuerit dominus quartæ in quarta domo, pater eius erit nominatus, & bonæ vitæ.

Aben. Si fuerit dominus quartæ in quarta domo, erit homo cognitus habiturus nomen inter homines.

meſſahalæ Si fuerit dominus 4. in quinta domo, filij eius erunt ſex, & inueniet diſcordiam, vel impedimentum ex euentu eorum.

Aben. Si dominus quartæ fuerit in quinta, pater erit diues, & abundans ſubſtantia, & natus habebit filium hæreditaturum.

meſſahalę. Si dominus quartæ fuerit in ſexta, filij eius erūt quaſi ſclaui, vel ſerui, & facient ſeruitia ſeruorum.

Aben. Si dominus 4. fuerit in ſexta, pater nati erit paruę æſtimationis & abiectus, & non nominatus nec cognitus.

Alchabit Si dominus quartæ fuerit in ſeptima ſignificat fortunam & lucrum ſeu quæſtum, atque profectū ex cultu terræ & ex fructu per cauſas vxorum, ſociorum, & inimicorum atque contentionū, & per negotiationes, & ſimilia quæ ſignificantur per ſeptimam domum.

meſſahalæ Si fuerit dominus quartæ in ſeptima domo, ſignificat bonitatem coniugij.

Aben. Si fuerit dominus quartæ in ſeptima, pater nati erit ex malis hominibus, & malo nomine, & natus habebit odio patrem, & fiet eidem inimicus.

Guidonis Bonati par. prima tra. 1. cap. 10. Si fuerit dominus quartæ in ſeptima inimicabitur ei pater.

meſſahalæ Si fuerit dominus quartæ in octaua, erit natus fortunatus in hęreditatibus, & in aliquo ex antiqs.

Aben. Si dominus quartæ fuerit in octaua, pater modicam vitam habebit & mater ex partu forſitan morietur, & natus morietur extra locum ſuum.

meſſahalæ. Si fuerit dominus quartæ in nona, in peregrinatione morietur, & infirmitas eius ex maiori parte in occultis locis erit.

Aben. Si dominus quartæ fuerit in nona, pater nati erit homo incognitus, extraneus, cæcabitur, & mala morte morietur.

Alchab. Si dominus quartæ fuerit in decima domo, ſignificat fortunam ex cultu terrarum, & ex fructu ſeu quæſtu per cauſas regum & magnatum ſeu nobilium, & diuitum, & per fructus magiſteriorum, & ex eorum cauſa, & ſimilia, vel per ea quæ ſignificantur per decimam domum.

meſſahalæ Si fuerit dominus quartæ in decima, ſignificat claritatem patris eius iuxta principes, & quod in operibus principum erit.

Aben. Si fuerit domin' quartæ in decima, pater erit notus regi, & augebitur eius honor ac bonum.

meſſahalæ. Si fuerit dominus quartæ in vndecima domo, habebit natus bonitatem ab amicis.

Aben. Si fuerit dominus quartæ in vndecima domo, pater modicam vitam habebit, & malum ſtatum in vita quam viuet, ſtatim cum natus filius fuerit, & poſtmodum exaltabitur.

meſſahalæ. Si fuerit dominus quartæ in duodecima domo, erit malum patris eius, & propinquorum.

Aben. Si dominus quartæ fuerit in duodecima domo, erunt parentes eius extranei, & remoti à locis ſuis, à quibus propter malum ſtatum & indigentiam receſſerunt, & fortè ingredientur ordinem, & natus forſitan in loco extraneo morietur.

*De domino quintæ domus per omnes cæli ſtationes.*

*Sententiæ Meſſahalæ cap. 12.*

Si fuerit dominus quintæ in Aſcendente, habebit fortunam à filiis & amicis.

Si fuerit in ſecunda, habebit fratres in peregrinatione, & habebit lucrum à filiis ſuis.

Si fuerit in 3. à mulieribus habebit fortunam.

Si fuerit in 4. pater eius erit diues in ſubſtantia, & longæ vitæ, & videbit filios filiorum ſuorum.

Si fuerit in 5. filij eius bonitatem, & bonam vitā habebunt, & erunt nominati.

Si fuerit in 6. filij eius habebunt multum languorem, & erunt debilis vitæ.

Si fuerit

Digitized by Google

Si fuerit in 7.accipiet vxorem maiorem ſe,& habebit bonitatem,& multam ſubſtantiam.

Si fuerit in 8.filij eius morientur in diebus ſuis, & inueniet quaſi principatum,& exaltationem.

Si fuerit in 9.filios non generabit in terra ſua.

Si fuerit in decima,filij eius multum languorē habebunt,& ipſe malos dies habebit, & inueniet mala à principibus.

Si fuerit in vndecima,filij eius habebunt fortunam à principibus.

Si fuerit in 12.ſignificat inimicitiam filiorum eius cum eo,& quod nunquam ſimul gaudebunt.

*De domino ſextæ domus per omnes cæli ſtationes.*

Meſſahalæ cap.13. Si fuerit dominus 6.in Aſcendente,erit infortunatꝰ,& aſſimilabitur Sclauis,& multis diebus poſt proficiet,& habebit fortunam à Sclauis,& quadrupedibus.

Aben.par.5.cap.4. Si dominus ſextæ domus fuerit in prima, natus infirmitates habebit ſecundum naturam illius planetæ,& ſi ſeruos, vel animalia habuerit, morientur ei.

Meſſahalę. Si fuerit dominus ſextæ in ſecunda domo, erit natus fortunatus in Medicina,& à Sclauis,& à quadrupedibus.

Aben. Si fuerit dominus 6.in ſecunda, victus nati erit ex ratione ſeruorum,aut qui locat iumenta ad vecturam,& quod inde lucrabitur,modicum erit.

Meſſahalæ. Si fuerit dominus 6.in tertia,fratres eius aduerſabuntur ei,& deſiderabit vnus malum,& mortem alterius.

Aben. Si fuerit dominus ſextæ in 3.fratres habebit impuros,aut infirmos opera ſeruorum facientes.

Meſſahalę. Si fuerit dominus 6. in quarta, pater eius erit obſcurus.

Aben. Si fuerit dominus ſextæ in 4. pater nati ſeruus, vel filius ſerui erit,aut opera ſerui faciet, aliquam maculam habiturus.

Meſſahalæ. Si fuerit dominus 6.in quinta,ſignificat malum filiorum & ſeruorum eius.

Aben. Si fuerit dominus ſextæ in 5.infœlix erit,& laborioſus in nutriendo filios ſuos, & ipſi etiam erunt maculati.

meſſahalæ. Si fuerit dominus 6.in ſexta,erit natus Medicus & ſciens,& cognoſcet herbas.

Aben. Si fuerit dominus ſextæ in 6.natus erit ſanus, niſi aſpiciat ibi dominus Aſcendentis.

Meſſahalę. Si fuerit dominus 6.in ſeptima,pater nati à mulieribus erit infortunatus.

Aben. Si fuerit dominus ſextæ in 7.aget cum mulieribus malis,ac vilis progeniei,& erit natus ex malis operibus accuſatus.

Meſſahalę. Si fuerit dominus 6.in octaua,à ſclauis non habebit fortunam.

Aben. Si fuerit dominus ſextæ in 8.natus ſimiliter ſanus erit,niſi applicet ibi dominus Aſcēdentis, mortem inimicorum ſuorum ac ſeruorum videbit.

Meſſahalę. Si fuerit dominus 6. in nona domo, erit natus fortunatus in emptione quadrupedum, & habebit multam infirmitatem in peregrinatione.

Aben. Si fuerit dominus 6.in nona domo,deceptor erit,ac malæ voluntatis, & infirmabitur extra locum ſuum.

Meſſahalę. Si fuerit dominus 6.in decima, modicum lucrū, & amorem malum habebit natus à principibus.

Aben. Si fuerit dominus ſextæ in 10. accident ei anxietates,& labores ex parte regis,& ex hoc in eo ſignū aliquod remanebit.

Meſſahalę. Si fuerit dominus 6.in vndecima domo, erit natus pauper & malæ vitæ.

Aben. Si fuerit dominus ſextæ in 11. aſſociabitur hominibus ignotis ſibi.

Meſſahalę. Si fuerit dominus 6. in duodecima domo, ſentiet dolores ex euentu quadrupedum, & ſclauorū, & nunquam delectabitur.

Aben. Si fuerit dominus ſextæ in 12,homines viles, & malæ progeniei odio proſequentur eum, tamen ipſum lædere non poterunt.

*De domino ſeptimę domus per omnes domos.*

Alchabitij diff. prima. Cum fuerit dominus ſeptimæ in prima domo, ſignificat fortunam & quæſtum, & negociationes per cauſas medicinæ, & per Aſtronomiam, & per res,& per operationes in ſpiritualibus rebus, atq; ingeniis,vel per ea quæ ſignificantur per primam domum.

meſſahalæ. cap.14. Si fuerit dominus ſeptimæ domus in prima,erit natus contentioſus multum,& melior in operibus mulierum.

Aben.par.5.cap.6. Si dominus ſeptimæ fuerit in prima, mulieres amabunt natum,& habebit quod voluerit ab eiſdē, ac bonum,& lucrum ex parte mulierum,& in cauſis,& habebit vxores cum maculis, quæ ipſo citius morientur.

meſſahalæ. Si fuerit dominus ſeptimæ in ſecunda domo,ſignificat contentionem eius pro rebus mulierum.

Aben. Si dominus ſeptimæ fuerit in ſecunda, mulierē propter eius ſubſtantiam ducet,mortem inimicorum, & vxoris videbit, & amiſſionem ſubſtantiæ cauſa inimicorum,& latronum patietur.

meſſahalæ. Si fuerit dominus ſeptimæ domus in tertia, ſignificat inimiciam nati cum fratribus ſuis.

Aben. Si dominus ſeptimæ fuerit in tertia, frater nati copulabitur cum muliere nati, & habebit odio illum fratrem,& natus coniungetur cum aliqua cōſanguinearum ſuarum

Alchab. Si dominus ſeptimæ fuerit in quarta, ſignificat fortunam per conuentiones mulierum, & lucrabuntur mulieres pro ipſo,& in eius vtilitatem, & per negociationes patrum, & auorum, & eorum cauſa, & per cauſas hæreditatum, & plantationes arborum, & vinearum, & cultus terræ, & ſimilium, vel per ea quæ ſignificantur per quartam domum.

meſſahalæ. Si fuerit dominus ſeptimæ in quarta, ſignificat inimicitiam eius cum patre,& fratribus.

Aben. Si dominus ſeptimæ fuerit in quarta, natus coniugium habebit cum muliere ſuę progeniei,& erit vxor eius caſta, bona & verecunda quæ ſciet ſe cooperire.

meſſahalæ Si fuerit dominus ſeptimæ domus in quinta, ſignificat inimicitiam eius cum filiis.

Aben. Si dominus ſeptimæ fuerit in quinta,celebrabit nuptias cum muliere iuniori quàm ipſe,& erit bonorum morum,& faciet ſe diligi.

meſſahalæ Si fuerit dominus ſeptimæ domus in ſexta, erit malum eius ex euentu mulierum,& ſeruorum.



Digitized by Google

Aben. Si dominus ſeptimæ fuerit in ſexta, erit coniugium cum ſerua, aut cum muliere habente aliquã maculam.

Alchabit. Si dominus ſeptimæ fuerit in ſeptima, ſignificat fortunam per negociationes, & conuentiones & permutationes. Et ſi fuerit mulier per lactationes & nutricationes, & vir per mulieres, & ſocios & per vſus ſeminandi, & ſimilia, vel per ea quæ ſignificantur per ſeptimam domum.

meſſahalæ. Si fuerit dominus ſeptimæ in ſeptima domo, ſignificat bonitatem nati ex coniugio & cognitione vxorum eius.

Aben. Si fuerit dominus ſeptimæ in ſeptima, habebit natus cum muliere cognita & bonæ progeniei, cõiugium, tamen non diliget eam.

meſſahalæ. Si fuerit dominus ſeptimæ domus in octaua, accipiet vxorem, & morietur, & accipiet ſubſtantiã eius.

Aben. Si dominus ſeptimæ fuerit in octaua negocium habebit cum muliere diuite, & hæreditabit bona vxoris, & habebit aliqd ex hæreditatibus mulierũ.

meſſahalæ Si fuerit dominus ſeptimæ in nona domo, accipiet natus vxorem à bona generatione, aut à genere principum.

Aben. Si dominus ſeptimæ fuerit in nona dormiet maritus cum muliere extranea, & diuite, ac diliget eã.

Si dominus ſeptimæ fuerit in decima domo, ſignificat fortunam per cauſas regis, vel per ea quæ ſignificantur per decimam domum.

meſſahalæ. Si fuerit dominus ſeptimæ domus in decima, accipiet vxorem fortunatam, & bonæ vitæ, & erit exaltata.

Alchabi. Si fuerit dominus ſeptimæ in decima, habebit natus mulierem naturæ regis, & bonam, & bonum habebit cum ea.

meſſahalę. Si fuerit dominus ſeptimæ in vndecima, ſignificat bonitatem eius ex coniugio, & bonitatem vxorum eius.

Aben. Si dominus ſeptimæ fuerit in vndecima, copulabitur cum muliere habente filios, & diliget eam, & habebit cum ea iocundam vitam & bonam.

meſſahalę. Si fuerit dominus ſeptimæ domus in duodecima, coniugium, vel vxorem accipiet à malis viris, & nunquam vnà cum alio lætabitur.

Aben. Si dominus ſeptimæ fuerit in duodecima contrahet matrimonium cum muliere vilis progeniei quæ maritum odio habebit, & ipſa erit cum eo laborioſa, & anxia.

*De domino octauæ domus per cæteras cęli manſiones.*

meſſahalę cap. 15. Si fuerit dominus octauæ domus in prima, erit natus debilis corporis, & corde.

Aben. par. 5. cap. 7. Si dominus octauæ fuerit in prima domo, natus erit iraſcibilis, triſtis & non placabilis, nec perficiet quod voluerit.

meſſahalę. Si fuerit dominus octauæ domus in ſecunda domo, inueniet ſubſtantiam ex hæreditatibus.

Aben. Si dominus octauæ fuerit in ſecũda habebit ſubſtantiam & lucra propter bona mortuorum & res occultas.

meſſahalę. Si fuerit dominus octauæ domus in tertia, erit natus lætus ex euentu cognatarum.

Aben. Si dominus octauæ fuerit in tertia, fratres nati erunt infirmi, maculati & indigentes.

meſſahalæ Si fuerit dominus octauæ domus in quarta, ſignificat perditionem patris nati, & eius vilitatem.

Aben. Si dominus octauæ fuerit in quarta, parentes nati erunt extranei & azemenati aut contracti.

meſſahalæ Si fuerit dominus octauæ domus in quinta, ſignificat quod filij eius morientur.

Aben. Si dominus octauæ fuerit in quinta, morientur eius filij, dum fuerint pueri, ſed ſi vixerint, erũt fortes, & mali, ac malum facient hominibus.

meſſahalæ Si fuerit dominus octauæ domus in ſexta, natus erit ſemper ſanus.

Aben. Si dominus octauæ fuerit in ſexta, accident ei moleſtiæ & impedimenta propter ſeruos, & animalia, nec habebit in eis fortunam vel lucrum.

meſſahalæ Si dominus octauæ domus fuerit in ſeptima, hæreditates mulierum comedet, & vxores eius ei dãnum in peregrinatione.

Aben. Si domin' octauæ fuerit ĩ ſeptima, matrimoniũ contrahet cũ mulieribus ad quas perueniẽt hęreditates alienę, & ipſe hæreditabit ſuũ, & habebit inde bonũ, & lucrũ: tamẽ morietur extra regionẽ ſuam.

meſſahalæ Si domin' octauæ fuerit ĩ octaua domo, ĩ corde erit natus, vt lucretur ſubſtantiam, & eueniet.

Aben. Si dominus octauæ fuerit in octaua, natus erit ſanus, & habebit infirmitates leues, ac mortem leuem & bono modo.

meſſahalæ. Si fuerit dominus octauæ domus in nona, natus erit in corde, vt lucretur ſubſtantiam, & eueniet.

Aben. Si fuerit dominus octauæ in nona, natus erit malæ meditationis ac malorum factorum, & morietur extra terram ſuam.

meſſahalæ. Si dominus octauæ domus fuerit in decima, in infantia quæret habere poteſtatem ſuper homines & non habebit in illo tempore.

Aben. Si dominus octauæ fuerit in decima, erit mors eius ex mandato regis.

meſſahalæ. Si dominus octauæ domus fuerit in vndecima, erit natus cognitus, & turpia, vel mala verba operabitur.

Aben. Si dominus octauæ fuerit in vndecima, paucos habebit amicos, & accidet ei rixa & contentio cũ his, quos habuerit, & morietur in meliori ſtatu ſuę vitæ.

meſſahalæ. Si fuerit dominus octauæ domus in 12. paucos inimicos habebit natus. Sclaui eius interficient eũ.

Aben. Si dominus octauæ fuerit in duodecima, fortè impugnabitur, & interficietur ab inimicis ſuis.

*De domino nonæ domus per reliquas cæli domos.*

meſſahalę. cap. 16. Si fuerit dominus nonę domus in prima, multas peregrinationes faciet natus, & erit ſciens, & doctus, & nimis parcus.

Aben. par. 5. cap. 9. Si dominus nonæ fuerit in prima, natus erit bonæ legis, & volũtatis: inſinuabit ſe in hominũ amicitiam, ſapiens decretorum, viator, inde honeſtum quæſtum habiturus.

meſſahalæ. Si fuerit dominus nonæ domus in ſecunda, inueniet lætitiam ab hæreditate, & erit largus.

Aben. Si dominus nonæ fuerit in ſecunda, habebit inter eundum ſubſtantiam, & in itineribus lucrabitur.

meſſahalę. Si fuerit dominus nonæ domus in tertia, fratres eius coniugia in peregrinatione facient.

Aben. Si dominus nonæ fuerit in tertia, habitabit cum mulieribus extraneis, & migrabitur de loco ſuo.

Si fue

Meſſahalę. Si fuerit dominus nonæ in quarta domo, pater eius obſcurus erit.

Aben. Si dominus nonæ fuerit in quarta parentes habebunt infirmitatem abſconditam,& occultam, & ipſe in itineribus morietur.

Meſſahalæ. Si dominus nonæ fuerit in quinta domo, habebit peregrinationem multam,& filios multos.

Aben. Si dominus nonæ fuerit in quinta,habebit filios extra regionem ſuam & gaudebit illis, & ipſi honorabunt eum.

Meſſahalę. Si dominus nonæ domus fuerit in ſexta, ægrotabit natus in peregrinatione.

Aben. Si dominus nonæ fuerit in ſexta, lucrabitur ex ſeruis,& iumentis,& infirmabitur in itineribus:ſed ſi ſanus in itineribus fuerit,recipiet damnũ ex cauſa ſeruorum ſuorum.

Meſſahalæ. Si dominus nonæ domus fuerit in ſeptima domo,extranea coniugia faciet natus.

Aben. Si dominus nonæ fuerit in ſeptima,vxorem natus habebit bonam & bene morigeratam, quæ erit obediens ei,& ſi his ita ſe habentibus adfuerit fortuna,erit vxor illa cuſtos legis nati.

Guidonis Bonati par. prima trac. 5.cap.120. Si fuerit domin' nonæ in ſeptima,inimicabũtur ei religioſi,& aduerſabũtur,& dicent malũ de ipſo.

meſſahalæ. Si dominus nonæ domus fuerit in octaua,natus faciet extranea coniugia.

Aben. Si dominus nonæ fuerit in octaua,maximam habebit cupiditatem ſubſtantiam aggregandi, & propter hoc itinera faciet operator, & habebit bonam fidem.

Meſſahalę. Si dominus nonæ domus fuerit in nona, erit in peregrinatione,& via patris ſui,& erit bonus.

Aben. Si dominus nonæ fuerit in nona,erit natus paucorum itinerum, occupatus in ſuis negociis ac in dando,& accipiendo,& cuſtos ſuæ legis.

Meſſahalę. Si fuerit dominus nonæ domus in decima, in peregrinatione inueniet quaſi principatum, & lucrabitur inde aliqua.

Aben. Si dominus nonæ fuerit in decima, coniungentur fratres eius cum mulieribus honoratis de domo,vel progenie regis.

Meſſahalę. Si fuerit dominus nonæ in vndecima domo,bonitas eius in peregrinatione erit,& erit lõgæ vitę.

Aben. Si fuerit dominus nonæ in vndecima,erit natus ab amicis & bonæ ſocietatis ipſis, & rectus, modo ipſi opportuni, & coniungentur fratres eius cum mulieribus extraneis.

Meſſahalę. Si fuerit dominus nonæ domus in duodecima, malam credulitatem,vel fidem habebit,& in peregrinatione videbit impedimentum ab inimicis.

Aben. Si dominus nonæ fuerit in duodecima, erit mali ingenij & fidei,nec Deum,nec eius dicta timebit: gracilis erit,& macri corporis, maleuolus ſuis fratribus,& amicis,malæ legis, & credet quod in ea ſit veritas.

*De domino decimæ per reliquas cæli manſiones.*

Alchabitij ſententia diff. prima. Guidonis Bonati par. prima. tra. 2.cap.13. Si fuerit dominus decimæ in prima ſignificat fortunam per regnum & per rem laudabilem & famoſam,& per ingenium ſuæ perſonæ & per morã cum regibus,& magnatibus.& eorum propinquitatem & ex cauſa vulgi, vel per ea quæ ſignificantur per primam domum.

Meſſahalæ cap.17. Si fuerit domin' decimę dom' in prima,ſignificat bonitatẽ nati à principibus,& quod erit nominat'.

Aben par. 5.cap.12. Si fuerit dominus decimæ in prima, natus habebit dominium,& erit in magiſteriis ſapiens,& in adminiſtratione officiorum, dabuntur ei dignitates & officia ſine procuratione & petitione.

Meſſahalę. Si fuerit dominus decimæ domus in ſecunda,ex euentu principis congregabit ſubſtantiam.

Aben. Si dominus decimæ fuerit in ſecunda, vita nati erit de muneribus regis & officiis, & congregabit per hoc ſubſtantiam.

Meſſahalę. Si fuerit dominus decimæ in tertia domo, ſignificat bonitatem fratrum,& ſororum eius.

Aben. Si fuerit dominus decimæ in tertia, paucos habebit fratres,& ibit itinera multa.

Alchab. Si dominus decimæ fuerit in quarta, ſignificat fortunam per conuentiones mulierum,& lucrabũtur mulieres pro ipſo, & in eius vtilitatem & per negociationes patrum,& auorum, & eorum cauſas,& per cauſas hæreditatum & plantationes arborum,& vinearum, & cultus terræ, & ſimilium, vel per ea quæ ſignificantur per quartam domum.

meſſahalæ. Si fuerit dominus decimæ domus in quarta,erit pater cognitus ex bonitate eius.

Aben. Si fuerit dominus decimæ in quarta,pater & mater nati erunt noti ac honorati, tamen accidet eis moleſtia ex cauſa regis.

meſſahalæ. Si fuerit dominus decimæ in quinta domo, innuit infirmitatem filiorum eius,& malum.

Aben. Si dominus decimæ fuerit in quinta,habebit natus filios infirmos,& fortè morientur ex illa infirmitate,aut accidet eis impedimẽtũ ex parte regis.

meſſahalæ. Si fuerit dominus decimæ domus in ſexta, faciet coniugium cum maioribus principum.Nota inferius in 7.domo.

Aben. Si dominus decimæ fuerit in ſexta,modicam habebit ſubſtantiam,viuet de bonis,quę dabuntur ei, modicum habebit dominium,accipiet fortes,& faciet ſeruos ex eis.

Alchabit. Si dominus decimæ fuerit in ſeptima ſignificat fortunam per regem ſeu regnum,& per victoriam contentionum,& per illos quos habebit contra ſe contendẽtes,& ex cauſis mulierum,vel per ea quæ ſignificantur per ſeptimam domum.

meſſahalæ Si fuerit dominus decimæ domus in ſeptima, faciet coniugium cum maioribus principum.

Aben. Si fuerit dominus decimæ in ſeptima, coniungetur cum muliere ipſo nobiliore,ſapiente, & nobilis progenici.

Guidonis Bonati par. prima, tra. 5.cap, 120. Si fuerit dominus decimæ in ſeptima, inimicabuntur ei reges,nobiles, diuites, ac potentes,nec lucrabitur cum eis vel occaſione ipſorum,tantum quin ex altera parte perdet tantundem, vel plus, tamen deterius erit ei cum potentibus.Et licet tamen aliquando vnus,vel plures,videantur ei fauorabiles:tamen oſtẽdetur ei malum velle ab aliquo aliorũ vel forte à pluribus,ita quòd ſi alij relinquũt aliquid in ſyllabis,illi recuperabunt in tẽporibus. Et fortè qđ expellet eũ de ciuitate aliquis ex potẽtibus,ꝓpter maleficia,q̃ ipſe cõmittet,cõfidẽdo de domeſticitate,quã videbitur ei oſtẽdere poteſtas, ſeu conuiuæ,& ſeruitia, quæ ipſe faciet poteſtatibus,vel communitatibus ciuitatum, vel magnatibus perdet,atq; ꝓ nihilo reputabũtur vt plurimũ.

meſſahalæ. Si fuerit dominus decimæ domus in octaua,innuit bonitatem vxorum eius ab eo.

Aben. Si fuerit dominus decimæ in octaua,habebit dominium in iuuentute.



Digitized by Google

Meſſahalę. Si fuerit dominus decimæ in nona, innuit bonitatem vxorum eius ab eo.

Aben. Si fuerit dominus decimæ in nona, habebit dominium eundi itinera, bonæ voluntatis erit, & morietur extra locum ſuum.

IAchab. Si fuerit dominus decimæ in decima, ſignificat fortunam per regnum magnum & per regem, & magiſteria altiora, & per ea quæ ſignificantur per decimam domum.

Meſſahalæ. Si dominus decimæ fuerit in decima domo, ſignificat ſtabilitatem principatus.

Aben. Si fuerit dominus decimæ in decima, erit natus intelligens, & habebit officium, eius vita ex officiis erit.

Meſſahalę. Si fuerit dominus decimæ in domo vndecima, principatum nato in infantia ſua ſignificat.

Aben. Si dominus decimæ fuerit in vndecima, amici nati habebunt bonum ex ipſo, & ipſe ſubſtantiam congregabit à partibus regis, & hæreditabunt ſubſtantiam ipſius filij eius.

Meſſahalæ. Si fuerit dominus decimæ in duodecima domo faciet inimicitiam cum principibus, & ſemper erit in diſcordia principum.

Aben. Si dominus decimæ fuerit in duodecima, infortunatus erit natus apud regem, & accidēt ei ex parte eius impedimenta, & damna.

*De domino vndecimæ domus per omnes cæli ſtationes.*

Meſſahalæ cap. 18. Si fuerit dominus vndecimæ domus in prima, bonam conuerſationem exhibebit hominibus, & multos amicos habebit.

Abenr. par. 5. cap. 13. Si dominus vndecimæ fuerit in prima: natus vincet aduerſarios ſuos, & videbit res, quas vult & deſiderat, & erit in bono ſtatu ac bonæ voluntatis, & vitæ, & ſi fuerit receptus, habebit res quas voluerit, & multos amicos ac bonum ex eis, & ipſi ex eo, & ſi habuerit filios lætabitur in illis.

Meſſahalę. Si dominus vndecimę domus fuerit in ſecunda, ſignificat bonitatem eius ab amicis.

Aben. Si dominus vndecimæ fuerit in ſecūda, habebit bonū, & lucra ac diuitias ꝑ amicos, & ſocios ſuos.

Meſſahalę. Si dominus vndecimę domus fuerit in tertia, erit in bono nomine fratrū ſuorum, & ſororum.

Aben. Si dominus vndecimæ fuerit in tertia, habebit natus fratres nominatos, & cognitos, & in bono ſtatu, & in ſua iuuentute diuitias habituros,

Meſſahalę. Si fuerit dominus vndecimæ in quarta, ſignificat perditionem patris ipſius, & malum ipſius.

Aben. Si dominus vndecimæ fuerit in quarta, parentes habebunt azemena, & erunt in bono ſtatu, & modicum viuent.

Meſſahalę. Si fuerit dominus vndecimæ domus in quinta, erit bonus in hoſpitio ſuo, & filiis ſuis.

Aben. Si dominus vndecimæ fuerit in quinta, habebit natus filios quibus lætabitur, ac bonum & diuitias in tota vita ſua à principio vſque ad finem.

Meſſahalę. Si fuerit dominus vndecimæ in ſexta domo, diliget malas, & turpes mulieręs.

Aben. Si dominus vndecimæ fuerit in ſexta in malo ſtatu deget, & mala vita, & erit & viuet de ſudore ſuo, & erit modicæ vitæ.

Meſſahalę. Si fuerit dominus vndecimæ domus in ſeptima ſignificat bonitatem eius, vxorum, & filiorum.

Si dominus fuerit in ſeptima habebit vxorē fortunatam, & diliget eam, habiturus cum ea diuitias atque bonum.

Guidon. Bonati par. prima trac. 5. cap. 120. Si dominus vndecimæ fuerit in ſeptima, non habebit amicos, qui eum diligant, niſi propter eorū vtilitatem, etiam ſi fingant ſe amicos eſſe. Promittent nánque ſibi multa, pauca vel nulla ſeruabunt.

meſſahalę. Si fuerit dominus vndecimæ domus in octaua, ſignificat perditionem vicinorum, & amicorū eius.

Aben. Si fuerit dominus vndecimæ in octaua, infortunatus erit natus, immiſcet ſe mercimoniis, non tamen in hoc propitiam habebit fortunam.

meſſahalę. Si fuerit dominus vndecimæ domus in nona, cōiugia peregrina faciet vel extranea.

Aben. Si dominus vndecimæ fuerit in nona, habebit fortunam & bonum in itineribus, & fortunatus erit vſque ad finem vitæ.

meſſahalæ. Si fuerit dominus vndecimæ domus in decima, amici eius ab eo bonitatem inuenient.

Aben. Si dominus vndecimæ fuerit in decima, habebit potentiam & dominiū in iuuentute, tamē eius dominiū nō erit niſi ſuper progeniē & ſocietatē ſuā.

meſſahalæ. Si dominus vndecimæ domus fuerit in vndecima, honoratus erit, & diues, & exaltatus.

Aben. Si dominus vndecimæ fuerit in vndecima, erit abundans, multos amicos habebit, & bonum & magnum nomen.

meſſahalæ. Si fuerit dominus vndecimæ domus in duodecima, erit natus infortunatus, & malæ vitæ,

Aben. Si dominus vndecimæ fuerit in duodecima, modicum boni, & paucos amicos habebit, erit malæ vitæ, & multos inimicos conſequetur.

*De domino duodecimæ per cęteras cæli ſtationes.*

meſſahalæ cap. 19. Si fuerit dominus duodecimæ in prima, erit infortunatus, & malæ vitæ, habebit multos inimicos & omnes ſuper eum erunt.

Abenr. par 5. cap. 14. Si dominus duodecimę fuerit in prima, natus erit laborioſus & debilitatus, & multos inimicos habebit, & accident ei anxietates ab inimicis in initio vitæ ſuæ.

meſſahalæ. Si fuerit dominus duodecimæ in ſecunda, habebit paruam ſubſtantiam, & erit piger in operibus.

Aben. Si dominus duodecimæ fuerit in ſecunda natus erit malus, & malorum operum, ac malæ vitæ, & ī malo ſtatu, & dicetur de eo mēdacia, & inhoneſta.

meſſahalæ. Si fuerit dominus duodecimæ in tertia, habebit inimicitiam cum fratribus ſuis, & vicinis ſuis.

Aben. Si dominus duodecimę fuerit in tertia, odio proſequentur eum fratres eius, & accident ei ex ipſis anxietates, & labores, & ipſi erunt in malo ſtatu.

meſſahalæ. Si fuerit dominus duodecimæ domus in quarta ſignificat malum, & paucam peregrinationem patris eius.

Aben. Si dominus duodecimæ fuerit in quarta, oderūt eum parentes, & rixabūtur cum eo conſanguinei, & progenies eius, & deſtruetur domus in qua natus eſt, & mutabunt ſe de ea.

meſſahalæ. Si fuerit dominus duodecimæ domus in quinta, ſignificat malum filiorum eius.

Aben. Si dominus duodecimæ fuerit in quinta, erunt inobedientes ei filij eius, & erunt in malo ſtatu, & cum multis maculis. Et ſi ad hoc dominus quintæ fuerit in duodecima, nutriet filios alienos.

Si fue

Meſſahalę. Si fuerit dominus duodecimæ in ſexta domo,ſignificat malum quadrupedum,ſclauorum, ſeruorum,& mercenariorum eius.

Aben. Si dominus duodecimæ fuerit in ſexta, erit natus infortunatus in ſeruis & beſtiis.

Meſſahalę. Si fuerit dominus duodecimæ in ſeptima,ſignificat malum vxorum eius, & mutuas inimicitias eorum.

Aben. Si dominus duodecimæ fuerit in ſeptima,habebit natus quandam oſtentationem cum mulieribus vilibus,& leuibus quæ odio habebunt eum, & accident ei moleſtiæ ac labores ex eis,& erit miſer in finæ vitæ ſuæ.

Guidonis Bonat. par. 1 tract. 5. c. 120. Si dominus duodecimæ fuerit in ſeptima, non poterit quaſi confidere de aliquibus, & ſi dederit eis aliquid in depoſito,negabunt,& auferent illud ei,nec reſtituẽt,etiam ſi fuerint religioſi,niſi forte coacti.

Meſſahalę. Si fuerit dominus duodecimæ domus in octaua,inimicus eius laborabit,vt eum occidat.

Aben. Si dominus duodecimæ fuerit in octaua, paucos inimicos habebit,& hæreditabitur ex eo ſubſtantia multa.

Meſſahalę. Si fuerit dominus duodecimæ in nona, malam fidem natus habebit.

Aben. Si dominus duodecimæ fuerit in nona,recipiẽt fratres eius ex inimicis grauamina,& ſi ingreditur iter,accident ei moleſtiæ in eo, & erit malæ legis.

Meſſahalę. Si fuerit dominus duodecimæ domus in decima,à principibus videbit damna & impedimenta.

Aben. Si dominus duodecimæ fuerit in decima, odio proſequetur eũ rex,& faciet ei malum,ac erit doloribus plenus & triſtis.

Meſſahalę. Si fuerit dominus duodecimæ domus in vndecima paruã hæreditatem habebit, & paucos amicos,& multos inimicos.

Aben. Si dominus duodecimæ fuerit in vndecima,nõ habebit bonum nec auxilium ab amicis, quin ipſi fient ei inimici,& ipſe miſer erit.

Meſſahalæ. Si fuerit dominus duodecimæ domus in duodecima,ab inimicis & æmulis non timebit.

Aben. Si dominus duodecimæ fuerit in duodecima, inuidebitur ei, & paucos amicos habebit,nec inimici fatebũtur inimicitiam, nec nocebit ei malũ, vel inimicitiæ eorum.

Terribilia mala operatur caput cum malis. Auget enim eorum malitiam: multa vero bona cum bonis per ipſum enim augetur eorum benignitas. Cauda vero ſicut in ſitu,ſic & ſignificationibus obiicitur capiti. Hermetis in cent. Aphor. 66.

Caput vero Draconis eſt fortuna naturaliter & de natura maſculina, ſed per accidens,aliquãdo fit infortuna. Eſt enim natura eius cõpoſita de natura Iouis,& de natura Veneris,& hoc habet augmentationem atque ſignificare res, quæ augmentum ſuſcipiũt, regnũ ſcilicet & dignitates, & ſubſtantiam,& ſublimitatem,atque fortunam bonam. Et dixerunt Adila, & Argafalan, quòd proprium capitis eſt augmentare,præterquam in datione annorum. minuit enim duodecimam partem eorum cum fuerit cum ſignificatore. Vnde cũ fuerit cum fortunis,auget fortunam eorum, & cũ fuerit cum malis,auget malitiam eorum, & tunc fit infortuna accidentaliter.

Cauda vero ei' eſt mala naturaliter,& de natura fœminina,ſed per accidens aliquando fit fortuna. Eſt natura ipſius compoſita de natura Saturni, & Martis. Et habet ſignificare diminutionem,deiectionem,ſcilicet & caſum atque paupertatem, & omnis boni diminutionem atque omnis fortunæ. Et dixerunt iidem philoſophi,quòd propriũ caudæ ſit diminuere,quæ cum fuerit cũ fortunis, minuit fortunam eorum,& cum fuerit cum malis,minuit malitiam eorum, & tunc fit eius fortunium accidentaliter. Vnde dictum eſt,quòd caput ſit cũ fortunis fortuna,& cum malis malum:cauda vero cum bonis mala,& cũ malis bona. Guidonis parte prima cap.8.tertij tract.

*Quid ſignificet caput & cauda Draconis in vnaquaque domo, tã in reuolutione quàm in natiuitate nati.*

Dixit Albumaſar,ſi fuerit caput in reuolutione, vel natiuitate in prima domo, ſignificat augmentum,atque ſublimitatem,& bonam fortunam. Et hoc ſecundum cõiunctionem ſuam cum planetis. nam ſi fuerit caput coniunctum cum fortunis, ſignificat augmentum boni. Si autem fuerit cum malis,ſignificat augmentum mali,&c.

Si fuerit in ſecunda,ſignificat fortunam bonam in ſubſtantia,& ipſius augmentationem.

Si fuerit in tertia, ſignificat quòd natus erit expoſitor ſomniorum,& erit bonæ fidei: & erunt itinera breuia,& in reuolutione illa vtilia, & acquiſitiones atque profectus:ſimiliter & nato.

Si fuerit in quarta,fueritque quarta domus Aries vel Leo,vel Sagittari', vel Gemini, aut Libra, vel Aquarius, ſignificat augmentum boni, atque profectum ex terris,& vineis,& ex aliis rebus immobilibus. Si autem fuerit quarta domus Taurus aut Virgo aut Capricornus vel Cancer aut Scorpio vel Piſces,ſignificat damnum & diminutionẽ proficui.

Si fuerit in quinta,ſignificat fortunam filiorum & ex filiis atque ipſorum augmentum, & bonum atque gaudium, & libertatem à rebus contrariis, atque diſplicibilibus.

Si fuerit in ſexta,ſignificat augmentationem minorum animalium,quæ non equitantur, & ſeruorum, & erunt infirmitates fortes atque nocibiles.

Si fuerit in ſeptima,ſignificat augmentationem ſociorum,& bonum ex mulieribus, & augmentationem coitus,& fortitudinem inimicorum, tam nati in natiuitate,quàm in reuolutione.

Si fuerit in octaua,ſignificat bonum eſſe nati,& ſignificat ablationem mœroris atque ipſius paucitatem.

Si fuerit in nona, fueritque iunctum cum fortunis,ſignificat religionem, & peregrinationes bonas,& longa itinera vtilia,& proficua. Si autem iũctum fuerit cum malis,ſignificat contrarium eius, quod dictum eſt.

Si fuerit in decima,ſignificat quod natus ſtudebit inquiſitioni rerum diuinarum atque occultarum,& ſcrutationi veritatis Dei altiſsimi: ſignificat etiam ſublimitatem,& reuerentiam,atque venerationem,& fortitudinem, atque fortunam in dignitatibus,ſeu magiſteriis,& honoribus.

Si fuerit in vndecima, dixit Albumaſar, quòd



Digitized by Google

non eſt in ea virtus capiti ſeu caudæ boni, vel mali.

Si fuerit in duodecima, ſignificat augmentationem m li, & paucitatem boni. Hæc Guido Bon. par.4.cap.106.

*Quid ſignificet cauda in domibus:*

*Cauda.*

Decreta in du... domibus ☋.

Cum fuerit Cauda in prima domo, ſignificat detrimentum nati, & ſeparationem boni, & eradicationem, & pericula, & tribulationes, & ſi remanſerit natus diues, poſt obitum patris depauperabitur, & ſi remanſerit pauper, perſeuerabit in paupertate.

Si fuerit in ſecunda, ſignificat diminutionē ſubſtantiarum omnium, & paupertatem nati, & eius indigētiam, atque occupationem in malis, & eius caſum à ſtatu ſuo, & accidet ei hoc ex parte, à qua non timebit, nec ſuſpicabitur.

Si fuerit in tertia, ſignificat detrimentum fratrū & ex fratribus & ſororibus, & ex cauſa eorū & eorum grauitatem. Et ſi fuerit tertia domus ſignum maſculinum, accidet hoc in fratribus: & ſi fuerit, fœmininum, accidet hoc in ſororibus, & forte ꝙ morientur ex eis, cum eius natura ſit diminuere, vel accidet ei rixa cū fratrib' vel cum aliis ſuis con ſanguineis minoribus ſe, vel cūm amicis, ſeu conuicinis.

Si fuerit in quarta, ſignificat paupertatem, atq; indigentiam mendicitatem, & laborē quem ſuſtinebit in inquiſitionem rerum abſque vtilitate.

Si fuerit in quinta, ſignificat diminutionem fortunæ ac ipſius expulſionem, & caſum rerum horribilium in filios, & quod triſtabitur illa de cauſa, qui habuerit filios, & indigebit, & portabit natus ſua veſtimenta vetera.

Si fuerit in ſexta, ſignificat pigritiam ac debilitatem ſeruorum, & ancillarum ac minorum animalium, ipſorumque diminutionem: & ſignificat etiā quod natus non habebit fortunam in eis, & diminutionem infirmitatum.

Si fuerit in ſeptima, ſignificat quod natus non gaudebit cū vxore, nec cum vxoribus, nec ex vxoribus, nec etiam ex aliis mulieribus, ſed habebit rixam, atque contentiones cum eis, niſi forte ex ſibi attinentibus, nec ex ſociis, & ſignificat fortitudinē inimicorum eius: idem dicas in reuolutionibus eius: non habebit tamen multos inimicos, licet aliquos.

Si fuerit in octaua, ſignificat perditionem rerum cauſa mortis, & quòd natus ex bonis mortuorum, quæ debet hæreditare, perdet ex eis multa.

Si fuerit in nona, ſignificat mutationem de loco ad locum, non tamen exterminatā, & diminutionē fidei, atque religionis, & longa itinera non vtilia, ſed damnoſa potius quam lucroſa.

Si fuerit in decima, ſignificat impedimētum famæ & ſtatus, & diminutionem honoris nati ſeu dignitatis. Et dixit Albumaſar, ſignificat depoſitionē & pericula, & peregrinationem, ſiue caſum.

Si fuerit in vndecima, dixit Albumaſar, quod nullum opus eſt in eo.

Si fuerit in duodecima, ſignificat detrimentum animalium maiorum ac ipſorum diminutionem & inimicorum, & Albumaſar dixit quòd cum cauda fuerit in duodecima, ſignificat paucitatem fortunæ, & paucitatem malorum. Hæc Guido Bon. par.4.cap.107.

*Quid ſignificet dominus Aſcendentis in vnaquaque domo.*

Nam ſi dominus aſcendentis fuerit in prima, ſignificat quod ille natus erit potēs inter ꝓpinquos atq; domeſticos, & natos, ac inter ipſos natos. Habitudo natiuitatū per domos

Si fuerit in ſecunda, fueritque boni eſſe, ac bene diſpoſitus, iunctus fortunis, fueritque receptus, ſignificat eum fortunatum in acquiſitione ſubſtātię. Quòd ſi fuerit in prædicti eſſe contrario, contrariū iudicabis, ipſumq; ſubſtātiæ deſtructorem futurū.

Si fuerit in tertia, ſignificat eum fortunatum inter fratres ſuos, immo fortunatiorem extiturū, & quod libenter ipſe breuibus itineribus peregrinabitur, & aliquando mediocribus.

Si fuerit in quarta, ſignificat eum non eſſe malicioſum, & quod diligetur à patre ſuo, atque bonū ab ipſo conſequetur, & à ſuis maioribus aſcendentibus.

Si fuerit in quinta, ſignificat quod natus lætabitur in filiis, & cauſa ipſorum, & diligetur ab hominibus bono modo.

Si fuerit in ſexta, ſignificat quod erit homo laborioſus, inuoluens ſe in cogitationibus, eritque plurium infirmitatum.

Si fuerit in ſeptima, ſignificat quòd erit homo rixarum, contentionum, iraſcibilis, cauſator, permittens ſe huc, & illuc à mulieribus trahi, parens earum voluntati

Si fuerit in octaua, ſignificat quod erit puſillanimis, deceptor, doloſus, triſtis, de aliis non curans, de incommodis aliorum gaudens, de ipſorum proſperitatibus dolens.

Si fuerit in nona, ſignificat quod natus erit homo ſciētiarum, ipſarumque amator, erit etiā multarum peregrinationum, & maximè longorum itinerum, amans peregrinari.

Si fuerit in decima, erit homo libenter habens vſum cum regibus, & magnatibus, & his qui apti ſunt regno, & vitam ſuam ducere volens cum eis.

Si fuerit in vndecima ſignificat, quòd natus erit homo morigeratus, boni vſus, dilectus ab hominibus, inter quos plures ſibi connumerabit amicos, paucos habens filios.

Si fuerit in duodecima, ſignificat quod nati vita erit grauis, laborioſa, impedita, multóſque poterit connumerare inimicos, amicos vero nullos, & ſi aliquos, paucisſimos tamen. Hæc Guido Bon. par. 5.cap.11. in ratione ſecundæ domus.

*Quid ſignificet dominus ſecundæ domus in vnaquaque domo figuræ.*

Si dominus ſecundæ domus fuerit in prima inueniet natus ſubſtantiam ſeu pecuniam cauſa corporis ſui, ſcilicet ex labore manuum ſuarum, & induſtria ſua, atque ſollicitudine.

Si fuerit in ſecunda inueniet eam cauſa ſubſtantiæ ſuæ, ſicut ex fructibus ſuarum poſſeſsionum, ſuorum bonorum, & etiam ex mercationibus, & aliis mechanicis, & fabrilibus artibus, quæ exercētur cū capitali, ſicut calzolaria, & pelliparia, & ſimilia: vel cauſa alicuius eorum, quæ ſignificantur per ſecundam domum.

Si fuerit in tertia inueniet eam cauſa fratrum & ſororum vel vicinorum, qui non attinent ei ex parentela,

Digitized by Google

rentela,ſeu affinitate,vel itinerũ paruorũ minorũ ſe diuitiis,& potentia,& ætate,omniũ ſcilicet illorum qui tenent eum pro ſuo maiori, ſicut dicetur in capitulo de tertia domo.

Si fuerit in quarta,inueniet eã cauſa patrum & auarorum,aut aliorum conſanguineorum aſcendentium maiorum,& antiquorũ ſe , vel ſocerorũ, vel forte inueniet theſaurum abſconditum , ſiue ſubterratum,vel cauſa alicuius eorum , quæ ſignificantur per quartam domum.

Si fuerit in quinta acquiret cauſa filiorum,& itinerum mediocrium,quæ ſunt à duabus dixtis vſq; ad quintam:vel cauſa comeſtionum quæ venduntur in tabernis vel ſimilibus locis: vel cauſa ludi, vel alicuius eorum,quæ ſignificantur per quintam domum.

Si fuerit in ſexta acquiret eam cauſa ſeruorum, vel ancillarum,vel canum,vel auium:ſicut aliquãdo faciunt venatores,vel aliorum animalium paruorum,quæ non equitantur,vt ſunt oues , & ſimilia: vel cauſa alicuius eorum, qui ſignificantur per ſextam domum.

Si fuerit in ſeptima,inueniet eã cauſa vxorũ,vel ſociorũ,vel inimicorũ,vel alicuius eorum,quæ ſignificantur per ſeptimam domum.

Si fuerit in octaua , inueniet eam cauſa mortis, vel cauſa bonorum, quæ hæreditantur à mortuis: vel cauſa bonorũ vxorum,vel ſociorum,vel inimicorum,vel alicuius eorum , quę ſignificantur per octauam domum.

Si fuerit in nona , inueniet eã cauſa longorũ itinerũ:ſicut faciunt ſæpe nautę,atq; mercatores,qui longe proficiſcuntur cauſa lucrãdi, & etiam cauſa epiſcopatuum,vel abbatiarum, vel aliarũ religionum & ſimilium , vel alicuius eorum , quę ſignificantur per nonam domum.

Si fuerit in decima,acquiret eam cauſa regni,& magiſterij, vt dictum eſt , vel dignitate laicali , vt ſunt poteſtariæ & ſimilia.

Si fuerit in vndecima, acquiret eam cauſa amicorum,vel cauſa militum regis, vel cauſa ſubſtantiæ regis,vel cauſa fortunæ inopinatæ, vel etiam alicuius rei,de qua natus habet ſpem , vel alicuius eorum quæ ſignificantur per vndecimam domum.

Si fuerit in duodecima, inueniet eam cauſa inimicorum occultorum,vel cauſa carceris vel incarceratorum,vt faciunt aliquando incarceratorum cuſtodes & ſimilia,vel cauſa boum,vel cameloũr, vel equorum,vel alicuius eorum, quæ ſignificãtur per duodecimam domum.Hæc Guido Bon. par.1. cap.5.tertij tract.

*De ſignificatione Saturni , quando fuerit in ſuis terminis, vel aliorum planetarum in natiuitate.*

Materni ſentent.lib. 5.cap.2. Si Saturnus fuerit inuentus in ſuis terminis, fratres negabit,aut quicũq; nati fuerint,miſera morte proſternit, aut perpetuæ decernit orbitatis infortuniũ,vt ſemper iis filiorũ ſoboles denegetur.

Meſſahalæ ca.10. li.2. Si ♄ fuerit in termino ſuo,nato tribuit magnitudinẽ,& multas res,& de multis lucrum, ſed erit infirmus,& habebit poteſtatem à maioribus, & in ſeruitiis eorũ,& in ſeruitiis religioſorum , & fidei cauſa,ex omnibus lucrabitur, & erit multũ diues, & omnes ad eũ pro conſilio, de diuerſis rebus concurrent. Et ſi aſpexerint eum fortunæ, omnia ſupradicta augmẽtabunt & ſi mali minuentur.

Si ♄ fuerit in terminis ♃ conſtitutus,& ſit nocturna genitura,faciet perfidos,& qui nũquã promiſſorum cõpleant fidem,ſapientiam fingentes,& ipſi ſe putantes eſſe ſapientes: ſed humiles in vita, ac miſero triſtitiæ ſqualore depreſſos.Quòd ſi per diem in his finibus fuerit inuentus, hæc omnia ex aliqua parte mitigantur. materni.

Si ♄ fuerit in termino ♃ natus multa habebit, ſed in iuuentute omnia amittet,& expendet , & erit triſtis,magnum tamen nomẽ habebit,& ipſe, & dominus eius , & ſeruitia eius erũt mediocria vſq; ad 28.annos,& exinde lętabitur in ſua ꝓle,& in ea videbit voluntatẽ ſuam,& antequã noſcatur, & ab ipſo nato videbit multa bona, & in ea domo vbi naſcetur,erit homo habẽs vitium in oculo ſiue infirmitatẽ,& plurima erit illi' ſubſtãtia , & poſtquã tranſierit 28.annũ,ſeruitia ſupra dicti prioris nati erunt bona,& multas res permutabit , & inueniet magna ſeruitia.Et ſi aſpexerit eum fortuna ab exaltatione ſua, ſupra dicta augmentabit. Meſſahalę.

Si ♄ fuerit in terminis ♂ inuentus , acutos faciet, ſed quorum iræ perpetuis indignationibus perſeuerent. materni.

Si ♄ fuerit in termino ♂ ita demonſtratur via, quoniã parentes nati aduenę ſunt,& pauperes , & iſte natus ſubſtantiã eorũ expẽdet,& diſtrahet. Et propinquos in adulatiõe interficiet, aut percutiet ferro aliquẽ fratrem,quẽ curabit Medicus,& inueniet diſcordiã à prima vxore,& poſtquã trãſierint anni hui' planetæ à natiuitate eius, & efficietur ſenex,trãſibit in ſeruitia religioſorum, & inuenient eum multi dolores:ſed ſi aſpexerint fortunę liberabitur. Meſſahalę.

Si ♄ fuerit inuentus in terminis ♀ & ſit diurna genitura,oſores etiã mulierũ faciet, & qui coniugales execrentur affectus: ſi autẽ ſit nocturna genitura,faciet impuros,impudicos,ſordidos,& miſeræ libidinis vitiis implicatos , & qui ad naturales coitus venire nõ poſſint : ſed cõtra naturã præpoſtero libidinis furore rapiãtur,quique variis cõſiliis mutabilibuſque ſemper erret,ac omnes bonos acerbis ſemper odiis execrentur. materni.

Si fuerit ♄ in termino ♀ ,ita videtur,quoniam natus infirmitatẽ multã in iuuẽtute habebit,& morietur pater eius cũ matre, & habebit filios à duabus vxoribus,& inueniet litẽ pro vxoribus , & ad vltimũ tamen gaudebit,& congregabit filios propinquorũ ſuorũ,& apparebit dolor in teſticulis eius,vt non poſſit cõcubere cũ muliere , & videbit abundantiã mediocrẽ, & paupertatẽ quouſq; trãſierint anni planetæ huius,& poſtea gaudebit cum propinquis,& filiis ſuis, & erit in primo loco.Et ſi aſpexerint fortunæ , accipiet vxorem cum multa ſubſtantia. Meſſahalę.

Si ♄ fuerit inuentus in terminis ☿ faciet infęlices,amaros,tacitos,& qui verborũ ordinẽ cũ quadam ſemper ſermonis moderatione ſuſpendãt,ac ſecreta fideli taciturnitate cõtineant:ſed in omnibus tardè proficiẽtes,laborãtes tamen fortiter , & qui populo malã famã ſemper inſinuent.Erũt pręterea venenati,& quorũ malitia ad omne veneni virus accedat,iras ſuas perpetuis indignationibus perſeuerãtes,quãdiu fuerint,aut caſu aut ſuo merito vindicati.vigilãtes quoque,ſufficiẽtes,ac omni mode materni.

Digitized by Google

ni moderatione neceſſarij,& qui,omnia quæ futura ſunt,obire conuenerint ita,vt illis & ſtatus futuri & præſentes per ſomnia manifeſtis reuelationibus intimẽtur,qui tamen conſiliis ſuis ad omnẽ impetum temeritatis accedant.

Meſſahalę. Si fuerit ♄ conſtitutus in termino ☿ videtur quòd natus inueniet litẽ pro mulierib⁹, & videbit filiorũ mortẽ & tranſibunt dies multi,& nõ impræ gnabitur vxor eius,& poſtea parturiet filiã, quę viuet,quouſq; dabit ei maritũ,& videbit ei⁹ nuptias, & generabit filios & filias.Et apparebit magnus in conſpectu hominum,& non appropinquabunt ad eum,& ab eis quidã habebunt magnum nomen,& pro operibus manuũ eius honorabunt eum homines,& habebunt eum bonũ.Et inueniet litẽ à principibus,vel maioribus & efficietur egenus, ne habeat aliquid,& in prædam capietur. Sed ſi aſpexerint fortunæ,liberabitur.

*De ſignificatione Iouis in ſuis,vel aliorum terminis*

Materni ſentent.lib. 5.cap.2. Si ♃ fuerit in terminis ♄ cõſtitutus, faciet ſtrictos, auaros, ſordidos,& qui in omni vita lætitiæ gratiã vitent,ſeruilibus ſemper ſtudiis ac moribus implicati, & qui omnem ſubſtantiam ſuam ad alios donationis titulo transferant.

Meſſahalæ ca.21. li.2. Si ♃ fuerit in termino ♄ inueniet dolorem capitis,& capietur ab hoſtibus,& pecunia ab his redimetur,& inueniet diuerſa,& vtilitatẽ à negotiatione,& inimici eius non habebunt vires, & ſciet vel inueniet addere ſecretis mulierũ, & gaudebit in vxore,& filiis:& quãdocunq; intrauerit Iupiter in terminos Saturni,natus volet videre ſubſtãtias ſuas diligenter.Et ſi aſpexerint eũ fortunę,liberabitur à ſupradictis,& ſi fuerit fortuna illa in domo ſua,erunt illius ſeruitia aperta,& inueniet veritatem à maioribus.Vtilitas vel opus miniſtrorũ eius non erit æquale vſque ad ſeptem annos.

materni. Si ♃ fuerit in ſuis terminis conſtitutus, faciet magnanimos,ſed ardore crũdelitatis armatos.

Meſſahalę. Si ♃ fuerit in terminis ſuis, nat⁹ erit ſuper magna ſeruitia,& videbit filios filiorum ſuorum. Et quandocunque intrauerit Iupiter in terminũ ſuũ, inueniet ſubſtantiã,& confident ei maiores, & ſupra manũ eius non eſt alia manus in ipſo ſeruitio, & inueniet ſubſtantiã à negociatione,& cuſtodiet domum patris ſui, conſolabitur & adiuuabit eam.

materni. Si ♃ fuerit inuentus in terminis ♂ faciet acutos,ſed qui omnibus omnia præſtare deſiderent.

Meſſahalę. Si ♃ fuerit in termino ♂ inueniet malitiã multam,& ab hoſtibus capietur, ac mala morte morietur,& ad aliquid cũ ferro operandũ colligetur, & filius eius morietur,& ipſe morietur antequam filius eius naſcatur.Et ſi aſpexerint eũ fortunæ, minuentur mala,& generabit filium in ſenectute, & videbit mortem eius.

materni. Si ♃ fuerit inuentus in terminis ♀ faciet teneros, libidinoſos,ſed ab omni crudelitatis inuidia ſepoſitos,& qui ad omne miſerationis officiũ eliciantur,artificioſos,claros,& qui in templis honorum conſequantur inſignia.

Meſſahalę. Si ♃ fuerit in terminis ♀ erit formoſus,grauis & honeſtus,& accipiet honeſtã vxorem, & erit ſuper ſeruitia maiorum,& maior eius vtilitas,& fortuna à negociatione erit.Et erit præcipiẽs ſeruis, & ancillis,qui honorabunt eũ,vt dominum, & homines de eo bene dicent,& poſt eum,& cuſtodiẽdo ſupellectiles in magnis diuitiis erit, vel ſuper magna ſeruitia erit cuſtodiẽdo ſupellectiles,& ſemper erit lætus,& circa finem vitæ religioſus.

materni. Si fuerit ♃ conſtitutus in terminis ☿ faciet iuriſpetitos,medicos,patronos,aduocatos, & in rebus forenſibus adeò expertos, vt clientes ſæpius res potentium hominũ ſua interceſſione deprehendant.Erũt ſanè popularibus noti,ſed circa Venerem ſemper implicati,ita vt deſiderent adulteria ſemper,& cõpleant.Per noctem vero, natos actores faciet,vel tabelliones,ſed glorioſos, & bono teſtimonio ſemper ornatos,vtileſq;,& quorum vſque ad vltimum vitæ diem huius teſtimonij gratia perſeueret.

Meſſahalę. Si ♃ fuerit in terminis Mercurij, ſcire deſiderabit libros diuerſarum religionũ, & credulitatẽ, & diligent eum homines,& magnifacient, & muniet fortunam ex prouentu mulierũ, vel ex aliquo caſu,aut exercitio ei⁹ vtilitatẽ habebit. Et nõ erit pauper,eritq; ſup ſeruitia credulitatis,eritq; ſuper ſeruitia principũ ſicut prĩceps,& erit ſup caſtra,& habebit villas magnas,& erit iuſtus,honeſt⁹, & religioſus,& operũ eius finis ſemper erit vtilis.Et ſi fuerit in domo ſua, ſupradicta oĩa augmentabit.

*De ſignificatione Martis in ſuis terminis & aliorum.*

Materni ſentẽt.lib. 5.cap.2. Si Mars fuerit conſtitutus in terminis ♄ faciet ſceleratos, crudeles, & totius malitiæ acerbitate poſſeſſos,& qui ſe variis actuum generibus,ad varios actus aut locent ſemper,aut vendant: ſed malitia eorum, & facinus nunquam poterit abſcõdi, eorum nanque ſcelus,malumque propoſitum,proprio temeritatis ardore detegitur.

Meſſahalæ ca.22. li.2. Si ♂ fuerit in termino ♄ natus mortem filiorũ & propinquorũ ſuorum videbit,& venena,vel toxicum ei propinabitur.Et ſi aſpexerint eum fortunę liberabitur,ſed ſubſtantiam patris ſui deſtruet, & inueniet in capite ſuo litem, & ibit in loca de quibus malitia ei conſurget. Et quandocunq; ingreditur Mars in terminũ Saturni, inueniet litem quouſque tranſierint vires eius anni. Et tunc veniet multa ſubſtantia ad manus eius & generabit filios,& gaudebit,& propterea tribulabitur, & ex ipſis plures ſubita morte morientur.

Materni. Si Mars fuerit in terminis Iouis, faciet acutos, ſed qui omnibus omnia præſtare deſiderent.

Meſſahalæ. Si Mars fuerit in terminis Iouis,multa ſubſtantia veniet ad manus eius, & inueniet dolorem & tribulationẽ & infirmitatẽ,& efficietur ſtultus vel amens.Et ſi habuerit vxorem,nõ imprægnabitur, & multas peregrinationes faciet,& omnẽ ſubſtantiam ſuam deſtruet, et inueniet litem et dolorem blaſphemiarum euentu,in quibus non peccauit,et intrabit in ſcandalũ et rixas, et ſi aſpexerint fortunæ,inueniet exaltationẽ,ſi mali,humiliationem.

Materni. Mars ſi fuerit in termino ſuo,et ſit diurna genitura,faciet ad omnia ſcelerum flagitia, praua cupiditate furoris accedere:reddit quoq; temerarios, ſed crebris infortuniorum caſibus implicatos, et qui aſſidui laboris opere deterantur. Si vero fuerit nocturna genitura,faciet fortes,crudeles, irreligioſos, rapaces, et qui res alienas varia laceratione

Digitized by Google

tione diſperdant.

Meſſahalę. Mars ſi fuerit in termino ſuo, erit ſocius militū pro euentu annorum, & fiet quaſi magnus, & homines habebūt gratiā in eum, & bona de eo dicēt, & eius vita tranſibit per medium diſcordię & litis, & rex ſuper eum iraſcetur: ſed liberabitur ab eo, & inueniet dolorem ex feſtinatione, & ab indutis armis, & quia ſtat in medio prælio. Et ſi eum aſpexerit fortuna, inueniet principatum, & reges de eo, & poſt eum erunt, vel ipſi bona verba dicent, & erit ſuper magna ſeruitia, & ſuper magnas res, & habebit multos inimicos, & finis operum eius, & vitæ erit bonus & laudabilis, & faciet malitiam vxori ſuæ.

Materni. Mars ſi fuerit in termino Veneris, adulteriorū cupiditatem ſemper indicit, & faciet hæc eadem adulteria perpetrari, redditque tales, qui ſe ad omne pulchritudinis genus excolant, vt dicantur eſſe formoſi, & quibus fructus omnes ex virorum affectibus conſerantur.

Meſſahalę. Mars ſi in termino Veneris fuerit, natus malam vitam habebit ab euentu mulierum, & accipiet vxorem ex euentu peccati, & capient eum in concubitu peccati, vel fornicationis, & accipiet fornicarias, & habebit eas, & tranſibūt multi dies, & opera eius non erunt bona, & nihil boni faciet cū ſua vxore, & cum ſuis filiis, quoniam filij eius, quos generabit, paruuli morientur: deinde à mala via in qua erat, conuertetur, & expendet multā pecuniā in mulieribus, & in fide ſua non permanebit, & efficietur inſanus ex euētu mulierū, & capietur, & dabitur in prædam. Et multas peregrinationes faciet, & accipiet vxorem ſibi inæqualem, & diſsimilem. Et finaliter, quicquid ei acciderit, ex bono, vel malo erit mixtum.

Materni. Mars ſi fuerit in termino Mercurij, faciet fortes, & homicidas, & qui illicitos puerorum concubitus nefaria libidinum cupiditate deſiderēt, ſumptuoſos, profuſos, & apud quos nunquam inueniatur aliquod veritatis indicium, ingenioſos, ſed laſciua ſemper ebrietate ſaltantes, & qui ſine conſilio ſumptus ſuos erogare contendant.

Meſſahalę. Mars ſi in termino Mercurij fuerit, commiſſarius erit, vel ſimile officium habebit, & de eo nullus bene loquetur, & de omni, quod fecerit, inimici eius eum accuſabunt, & multa bona habebit ex officio, quod exercet, & in officio ſuo non erit ipſe ſolus, & ſemper iraſcetur cum vxore ſua & filiis, & homines in loco illius alium quærent, & ab eo auertentur. Et ſi aſpexerit Martem fortuna, liberabitur ab omnibus iſtis malis.

### *De ſignificatione Veneris in ſuis terminis & aliorum.*

Materni. Venus ſi fuerit in termino Saturni, & ſit diurna genitura, riſores etiam mulierum faciet, & qui cōiugales execrentur affectus: ſi autem ſit nocturna genitura, faciet impuros, impudicos, ſordidos, & miſeræ libidinis vitiis implicatos, & qui ad naturales coitus venire non poſsint: ſed cōntra naturam præpoſtero libidinis furore rapiantur, quiq; variis conſiliis mutabilibuſque ſemper errent, ac omnes bonos acerbis ſemper odiis execrentur.

Meſſahalę cap. 24. Venus ſi in termino Saturni fuerit, natus inueniet dolorem capitis ab euentu mulierum, & queret, vel accipiet mulierem loquacem, iracundam, ſuperbam, & contumacem, & ſtabit multos dies ſine vxore, & poſtea accipiet ſenem mulierem, aut inferiorem ſe ac vilem, & videbit parum ſenectutis, & quandocunque intrauerit Venus in terminū Saturni mūdabitur & nō faciet turpia vel mala. Et ſi aſpexerit eū fortuna, & malus, quicquid eum inueniet ex bono & malo erit mixtum.

Materni. Venus in termino Iouis ſi fuerit inuenta, faciet teneros libidinoſos, ſed ab omni crudelitatis inuidia ſepoſitos, & qui ad omne miſerationis officiū eliciantur, artificioſos, claros, & qui in templis honorum conſequantur inſignia.

Meſſahalę. Venus ſi fuerit in termino Iouis, natus erit ſapiens & gaudebit in omni opere, quod faciet, & erit ſupra hæreditatem & variam poſſeſsionem, & erit audacis ac firmi cordis, clarus ac nominatus, & erit præceptor religioſorum locorum, cognitus principibus & regibus, eritque vxor eius bona & ſapiens, & finis operum eius, bonus & laudabilis.

Materni. Venus ſi fuerit in termino Martis, & ſit diurna genitura, repentinæ turbationis decernit incommoda, vitæ compoſitos ordines turbat, ac populari ſeditione ſemper inſequitur, aut propter fœminas varia periculorum decernit incommoda. Facit ſanè muſicos, organis dulcibus ſemper applicatos, aut poëticis artibus deditos, vel certè ſculptores aut ornatores efficiet, aut mechanicos, & earū artium ſubtilia decernit incommoda, ſed tamen ingenio muſicos facit. Si vero nocturna fuerit genitura, potentiſsimæ ac nobiliſsimæ mulieris nuptias dabit, vt per ipſam illi magnificarum diuitiarum affluentia conferatur: ſed is ex nimio zelo ſollicitudinis dolore cruciabitur.

Meſſahalę. Venus ſi in termino Martis fuerit, natus habebit dolorem in acceptione mulierum, & erit fornicator, & in fornicatione erit doctus, & inueniet dolorem ex euentu ancillæ vel ſclauæ, & litem à mulieribus, & ex euentu liberorum ſuorum inueniet dolorem capitis, quia erunt ruſtici. Habebit autem litem à ferro & dolorem, quandoque loquetur multa mendacia, & maior eius fortuna ex latrocinio erit, & euentus mulieris erit eius mors. Et ſi fuerit Venus in hoſpitio ſuo, quicquid eum inueniet, ex bono vel malo erit mixtum.

Materni. Venus ſi fuerit in termino ſuo in natiuitate diurna, magnarum dignitatum decernit inſignia, ac cum potentibus viris amicitiæ merito coniunget proſperæ etiam ſobolis incrementa decernit.

Meſſahalę. Venus in termino ſuo inuenta, natus gaudebit ex mulieribus, & filiis, erit quaſi conſiliarius, & erit quaſi dominus ſuper ſeruos & ancillas, & erit cor eius bonum erga eas, & erit in loco religioſorum vel ſacerdotum, & erit quaſi Epiſcopus ſuper ſacerdotes, & magnifiet, vbicunque fuerit, & parētibus eius bene erit, & habebit bonos filios, qui erunt fortes, & quandocunque intrauerit Venus in terminum ſuum, erunt eius ſeruitia bona, & laici eum magnificabunt.

Materni. Venus ſi fuerit in termino Mercurij, faciet libidinoſos, ſed morum bonitate ſemper ornatos, ſapientes quoque, & qui omnibus prodeſſe contendant, grammaticos, Aſtrologos, poëtas, diuinos, & quorum fabulæ gratia venuſtatis ornētur, gratos, amabi

amabiles,& totius doctrinæ ſplendoribus adornatos,& qui multa ingenij ſui poteſtate progenerent,oratores quoque nobili affluentia ſermonis ornatos,aut poëtas diuini carminis ſplẽdore fulgentes,quorum orationes,vel carmina poſteritatis iudicio memoriæ pandantur.

Meſſahalę. Venus ſi fuerit in termino Mercurij,natus videbit gaudium ab vxore,& prole, & accipiet vxorẽ, à qua videbit multa bona,gaudebitq́ue ab euentu operum ioculatorum, & inueniet ſubſtantiam & præfecturam à regibus, & erit ſuper ſeruos & ancillas,& habebit præfecturam ſuper turbam, & erit bonus ſcriptor,& in omnibus ſciet aliquid bene,& honor eius altus erit,& quaſi præceptor & iudex in caſtro ſuo,& opera eius erunt aperta, & audient eũ in omni quod præcipiet, & ſi qui aliquid mali in ipſum fecerint, damnum & malum inuenient. Et ſi fuerit Venus in ſigno communi,inueniet dignitatem magnam,& vita eius tranſibit per gaudia multis diebus.Et ſi aſpexerit eum infortunium ſupra dicta minuet.

*De ſignificatione Mercurij in ſuis terminis & aliorum.*

Materni cap.2.lib.5. Mercurius ſi fuerit in termino Saturni, faciet infelices,amaros,tacitos,& qui verborum ordinẽ cum quadã ſemper ſermonis moderatione ſuſpendant,ac ſecreta fideli taciturnitate contineant: ſed in omnibus tardè proficientes, laborantes tamen fortiter,& qui populo malam famam ſemper inſinuent.Erunt præterea venenati, & quorum malitia ad omne veneni virus accedat,iras ſuas perpetuis indignationibus perſeuerantes, quandiu fuerint, aut caſu,aut ſuo merito vindicati: vigilantes quoque,ſufficientes,ac omni moderatione neceſſarij,& qui omnia quæ futura ſunt, obire conſueuerint ita,vt illis & ſtatus futuri & præſentes per ſomnia manifeſtis reuolutionibus intimentur,qui tamen conſiliis ſuis ad omnem impetum temeritatis accedant.

Meſſahalæ cap.25. Mercurius ſi fuerit in termino Saturni inuẽtus, natus erit lætus pro virtute ſua, & eueniet inter ipſum & fratres eiꝰ inimicitia, & videbit mortem fratrum ſuorum,& tranſibunt multi dies,& imprægnabitur vxor eius, & minoris fortunæ erit pro mulieribus,& ſtabit multos dies in peregrinatione,& fiet diues,& poſtea inueniet damnum & propinquus cum eo ſcandalum habebit, & ibunt in querimonia ad principem,ſed manus eius erit fortior manibus eorum, & erit infirmus in partibus occultis,& tranſibit annos in gaudio & bonitate. Et quandocunque intrauerit Mercurius in terminum Saturni,vult mundificari.

Materni. Mercurius in termino Iouis inuentus,faciet iuris peritos,medicos,patronos,aduocatos, & in rebus forenſibus adeò expertos, vt clientes ſæpius res potentium hominum ſua interceſsione deprehendant.Erunt ſanè popularibus noti, ſed circa Venerem ſemper implicati,ita vt deſiderent adulteria ſemper & compleant.Per noctem verò natos actores faciet,vel tabelliones,ſed glorioſos,& bono teſtimonio ſemper ornatos,vtileſque, & quorum vſque ad vltimum vitæ diem huius teſtimonij gratia perſeueret.

Meſſahalę. Mercurius ſi fuerit in termino Iouis inuentus, natus ſciens & conſiliarius erit,& Mercator, ac erit exaltatus,& habebit magnum nomen,& erit in medio Laicorum,vel Idiotarum ſicut dominus,& erit ſuper multas res, & ſuper ſeruitia principum & presbyterorum,& vita longa tranſibit ei in lætitia,quouſque vixerit pater eius,& homines volẽt ſeruire proli eius,& filij eius erunt Mercuriales,& filiæ,& inimici eius debiles erunt ante eum.

materni. Mercurius ſi fuerit inuentus in termino Martis in diurna genitura,faciet malos,malitioſos,malignos,& qui aſsiduis contentionibus certent, crudeles,temerarios,& qui nullis humanitatis rationibus mitigentur,clamoſos, impudentes, inſano furore præpoſteros, & qui omnia ſatietatis vitio reſpuant,leues quoque,& qui ab omnibus facillimis perſuaſionibus transferantur,circumſcriptores,carnifices, & qui omne facinus nefario mentis ardore concipiant.Si vero nocturna fuerit genitura,hæc omnia ex aliqua parte miteſcent. Si autem in ipſis partibus fuerit inuẽtus, faciet claros, nobiles,& qui populari notitia ſemper ornantur, quorumq́ue nobilitas per totius ciuitatis ſpacia diſcurrat,& quos interceſsionis ſuę defenſione populus agnoſcat.Erunt ſanè multorum actuum officia tractantes.

Meſſahalę. Mercurius ſi fuerit in termino Martis inuẽtus, habebit multam cupiditatem, ex qua ſemper naſcetur ei dolor & diſcordia,& opera eius non erũt bona, & inueniet damnum & dolorem capitis ex euentu mulierum,& euaneſcet cerebrum eius, & propterea concumbet cum ſua prole.Et cum Mercurius fuerit in ſua domo,ſupradicta minora erũt, et vult ſemper mundificari,quandocunque intrauerit Mercurius in terminos Martis.

materni. Mercurius ſi fuerit inuentus in termino Veneris,reddit magnos, fœlices,gratos, et qui omnia facile conſequantur,ac omnia quæ volunt multitudini populari facunda oratione perſuadeant,lętos,doctos, mundos, muſicæ amatores, poëtas, & quorũ carmina ſplendore nobilitatis ornentur,& quibus ex alienis caſibus fœlicitatis ſubſtantia conferatur.

Meſſahalę. Mercurius ſi fuerit in termino Veneris inuentus,natus erit dominus presbyterorum,& erit lætus pro filiis,& vxore ſua,eritq́ue diues, & conciliator conſimilium ſuorum,& ſemper erit lætus in operibus ſuis,habens imperium ſuper ſeruos, ſclauos,& aduenas,& ſi fuerit ex presbyterorum fide, erit ſciẽs in omni opere, & erit ſuper ſeruitia principum,& ſupra domos religioſas:& mors in domo eius erit,& ex timore animæ ſuæ fugiet. Et ſi fuerit Mercurius in hoſpitio ſuo,tranſibunt dies eius in exaltatione & bonitate. Et ſi fuerit Mercurius in caſu ſuo,opera eius erunt mediocria,& ſciet artes,& ſi aſpexerint infortunæ, erit ex illis, qui neſciunt artes.

Materni. Mercurius ſi fuerit in termino ſuo,aſtrologos, mathematicos, aruſpiceſque facit, & qui futura omnia aliqua ratione perdiſcant, doctos, ſapientes,atque ad omnia officia virtutis ornatos,& quibus honor ab hominibus ex iſta notitia conferatur.

Meſſahalæ. Mercurius ſi fuerit in termino ſuo inuentus,natus erit altus,& habebit præfecturam in loco, vbi ſcribunt

Digitized by Google

ſcribunt ſcriptiones, & ſemper in peregrinatione verſabitur, nũquam erit pauper, habebit magnum nomen,& erit curialis, & quæret ſcientias, & erit leuis & non grauis,& docebit homines leuitatem, & erit ſcriptor principum, vel regum, & congregabit ſubſtantiam ex ſubſtantia,& turba gaudebit in eo, quia benefaciet ei, & ſemper erit in bono pro ſcientia ſua,& videbit bona ſomnia,fiet autem doloroſus ex euẽtu mulierum, & poſtea gaudebit.

*De Saturno, cum fuerit in domo ſua, & aliorum planetarum in natiuitatibus diurnis & nocturnis.*

Si ♄ in natiuitatibus diurnis in domo ſua extiterit,ſignificat amicitiam nobilium atque magnatum,& cumulationem ſubſtantiæ, maximè ſi fuerit in Aſcendente,aut cum parte fortunæ. Et ſi natiuitas fuerit nocturna in domo ſua, ſignificat laborem,& diuturnitatem eius, & multitudinem ægritudinum.

Si fuerit ♄ in domo Iouis in natiuitatibus diurnis, ſignificat pulchritudinem, & diuitiarum affluentiam ac veritatem. Sed ſi nocturna fuerit natiuitas, natus erit diſpoſitor in rebus regum, & magnatum, & forte interficietur pater eius.

Si fuerit ♄ in domo ♂, natus habebit cor lapideum,exiguam miſericordiam, & abundantiã iræ, vbi debebat nequaquam iraſci, & non eleuabitur in rebus bonis, ſed magis proſperabitur in malo.

Si fuerit ♄ in domo ☉,in natiuitatibus diurnis, fortunam nati, ac bonitatem ſtatus patris denunciat, & acceſsionem facultatum. Et ſi fuerit nocturna geneſis, ſignificat afflictionem valetudinis nati,atque patris.

Si fuerit ♄ in domo ♀ libidines eius erga mulieres pauperculas,& infirmitate impeditas, ac viles,nullius precij deſignat.

Si fuerit Saturnus in domo ☿ parcitatem nati, & retentionem, ac inueſtigationem ſcientiarum, atque ſecreta librorum occultorum ſignificat, quamobrem detrimẽtum patietur, & habebit impedimentum, & tarditatem linguæ, erit peſsimus animo,et voluntate,inuidebunt ei homines,et dicent de eo opus,quod non fecit.

Si fuerit Saturnus in domo ☽ infirmitatem nati,ac multitudinem morborum matris ſignificare eum ne dubites,deſtruet etiam matris ſubſtantiam in vita eiuſdem: ſent. Albohaly cap.39.

*De Ioue in domo ſua,ac reliquorum planetarum.*

Si Iupiter fuerit in domo Saturni grauitatem, et anguſtiam cordis, nati et multitudinem luctus deſignat, ſed vulgo ſe pauperẽ demõſtrabit,natus eritque debilis cordis,piger,cogitãs malum quotidie,et perſeuerans in eo,et res ſuas occulte faciet, ac continget ei malũ ex partibus diuerſis.

Si fuerit ♃ in domo ſua in natiuitate diurna,natus erit fortunatus ac diues, dilectus quoq;,& potens apud reges,& principes,ſed ſi nocturna fuerit geneſis,erit cõtrariũ eius,quod diximus. Cogetur enim victum ſuum quotidie acquirere,& dicet ea, quæ non ſunt,neque fuerunt, & habebit commixtionem cum viris religioſis,aut erit prælatus in lege,aut religione.

Si fuerit ♃ in domo ♂ erit laudatus in omnibus ſuis artibus, & conſtans in ſua fœlicitate, habens conſuetudinem cum regibus, principibus,& ducibus. At ſi tunc Iupiter fuerit in angulis, aut ſuccedentibus angulorum in ſignis maſculinis, erit princeps, & ductor exercitus, & maximi precij nominiſque clariſsimi.

Si fuerit ♃ in domo ☉,erit formoſus, boni ingenij,coniunctus regibus,& laudatus apud eos, & coram vniuerſo populo,& ſi prẹter hoc,quod dixi, fuerit in angulis, vel ſuccedentibus liber à malis, vel impedimentis, erit magnæ fœlicitatis, & magnarum diuitiarum,rex ſeu regi ſimilis,maximè verò in natiuitate diurna.

Si fuerit ♃ in domo ♀ in natiuitatibus maſculorum,coniunctionem nobilium, & gaudium, ac commodum in deſpõſatione nobilium mulierum ſignificat:ſed ſi fuerit natiuitas fœminæ, natus adipiſcetur bonum ex captiuitate,& profectum cauſa fidei, & religionis.

Si fuerit ♃ in domo ☿ erit natus negociator diues, multa dans, & multa accipiens ex negociatione ſua,& laudatus,habebitque dominium ſuper aliquos homines in occulto, & lucrabitur ex hoc pecuniam,ſummiſque extolletur laudibus.

Si fuerit ♃ in domo ☽ in natiuitatibus diurnis,& maximè in angulis,vel ſuccedentibus, natus erit fortunatus, & multarum diuitiarum, magnæ autoritatis,cõiunctus regibus & nobilibus.Si vero nocturna fuerit natiuitas,erit prẹlatus in lege,boni ingenij,in ſuis artibus,& clarus ex illis.Idẽ c.40.

*De Marte cum fuerit in domo ſua, & aliorum planetarum.*

Si Mars fuerit in domo ♄ natus erit audax,diabolus, perficiens ipſe omnes res, quas incipit, ſed diſsipabit opes parentum ſuorum ac videbit mortem fratrum ſuorum maiorum.

Si fuerit ♂ in domo ♃ natus erit nobilis, honoratus,& pulcher, amicus nobilium ac magnatũ. Et ſi fuerit Iupiter in domo Martis viciſsim in cõfiguratione bona, erit natus velut ductor exercituum,& vincens aduerſarios ſuos.

Si fuerit Mars in domo ſua,erit nominatus, honoratus, & diues,& forte erit ingenioſus, ac doctus, peritus Geometriæ, habebitque bonos ſucceſſus in omnibus ſuis operibus, maximè ſi fuerit natiuitas nocturna: quòd ſi in diurna euenerit, & fuerit in Ariete,non aſpicientibus eum fortunis,erit malignus,inferens omnibus iniurias, & accidet ei dolores occulti, & caſus ab alto. Et ſi in Scorpione extiterit, aliquid ex prædictis minuetur.

Si fuerit Mars in domo ☉ ſignificat mortẽ nati ex infirmitate,quam habebit in ventre, & propriè in ſtomacho, in oculis, & operabitur quæ grauia ſunt ad operãdum per ignem,& erit mors eius repentina,aut capietur,aut interficietur,aut ipſe,aut pater eius,aut morietur in peregrinatione.

Si fuerit Mars in domo ♀ erit natus luxurioſus, fornicator, perpetrans ſcelus cum vxoribus conſanguineorum ſuorum, vel cum ſuis conſanguineis, vel deſponſabit mulierem, cum



Digitized by Google

qua antea mœchatus eſt, & patietur detrimẽtum à mulieribus. quod ſi in Libra permanſerit, patietur detrimẽtum ab igne, & ferro in locis occultis corporis ſui. ſi vero in Tauro extiterit, ſignificat omnem luxuriam, & malitiam coniunctam.

Si fuerit ♂ in domo ☿ ſignificat intellectũ nati, & ſummum ingenium, & ꝙ erit callidus cũ audacia, & experientia rerũ cum paupertate, & maius erit ei lucrum ex furto, & latrociniis, vel erit ſcriptor ſapiens, docens linguas, vel diſcipulus ſcriptoris, qui ſcribit chartas falſas, & exuperabit ſocios ſuos in ſcientia & ingenio.

Si fuerit ♂ in domo Lunę, erit motu leuis, agilis, ſubtilis inueſtigator ſcientiarum, & profundarum ſententiarum, & erit audax in malis operibus peragendis, qui in ventre ſeu in occultis partibus ſui corporis malum ſeu impedimentum patietur. Tẽpore quoque longo matri eius eueniet infirmitas, & mors eius repente, cuius quidem natus iſte res, facultateſque diſsipabit. Idem cap. 41.

*De Sole, cum fuerit in domo ſua, & aliorum planetarum.*

Cum autem Sol & maximè in natiuitatibus diurnis, in domo Saturni extiterit, natus erit breuiloquus, multi riſus, deluſor, proficiens in omnibus operibus ſuis; & ſi fuerit natiuitas nocturna, cito iraſcetur, erit inſtabilis in rebus ſuis, faſtidiens omnes res, & aſsiduæ mutationis.

Si ☉ in domo ♃ permanſerit, erit peritus in cã ſuæ legis, bonus ſine pigritia, & maior in omni genere ſuo. Quod ſi natiuitas fuerit nocturna, ſignificat bonitatem nutritionis, coniunctionem cũ nobilibus, præterquam quod ipſe erit fornicator, exercens iniquitatem cum vxore patris ſui, ſeu alicuius ſui conſanguinei.

Eodem in domo Martis conuerſante, ſignificat patris infirmitates, & nati: ſed in natura iuncturarũ, & hepatis dolorẽ ſignificat, pater vero eius morte peſsima opprimetur. Si in Scorpione extiterit in natiuitatibus diurnis, ſignificat maſculorũ fœlicitatem, & exaltationem eorum omni tempore vitæ ſuæ. Sed ſi fuerint in natiuitatibus nocturnis, aliquid decedet de ea fortuna.

Eodem in domo ſua perſeuerante in natiuitatibus diurnis in angulis vel in ſuccedentibus angulorum, natus erit dilectus, regnans, diues, magnus, & fortis, & euenient ei diuitiæ ab altis hominibus, & ex locationibꝰ terrarũ, & villicatione: in natiuitatibus vero nocturnis, debilitatem ingenij patris ipſius ſignificat, & quòd erit orphanus, & capietur in peregrinatione, & forte ſignificat voluntatem ſeparationis nati à parentibus ſuis.

Idem ſi in domo ♀ extiterit, natus exponet ſomnia, eritque diuinator, & aperientur ei res abſcõditæ, verax erit in bono, ac multorum itinerum, quibus valde delectabitur, ſed turpiter luxurioſus exiſtet.

Eodem in domo ☿ commorãte, natus erit multorum rumorum, bonorum operum, doctor ſcientiarũ, & fortaſsis Aſtronomus, notus apud omnes, maximè ſi fuerit natiuitas diurna: ſi verò nocturna fuerit, erit pauper, mala opera agens, in iuuentute quidem erit turpiloquus: cum autem ad mediam ætatem peruenerit, diuitias acquiret nõ cognitas, vel occultas. Accident autem ei dolores in ſtomacho, aut in occulta parte corporis, & cõuerſabitur cum hominibus, opera dæmonum exercentibus.

In domo ☽ ſi inuentus fuerit Sol, cum cauda Draconis, ♄, & Marte, impedimenta, ac pericula minatur oculis nati, multa decernit itinera, & varia in aquis diſcrimina. Idem cap. 42.

*De Venere, cum fuerit in domo ſua, & aliorum planetarum.*

Venus cum fuerit in domo ♄ natus cognoſcet vxorem flebotomandam, vel meretrices, & vituperabitur ex hoc, & erit corruptor mulierum deſponſatarum, & propter hoc proficiet in rebus ſuis. Sed in natiuitatibus nocturnis, natus erit multæ fornicationis, damnatæ luxuriæ, & contingent ei ex hoc controuerſiæ, & cum intrabit ætatem, ditabitur per mortem ſuarum vxorum.

Si eadem in domo Iouis extiterit, ſignificat incrementum dignitatis nati, & acceſsionẽ pulchrorum indumentorum, & quòd proficiet per cauſas mulierũ, & per aliquod opus muliebre, per ſocios, & cognatos, & per vxores nobilium, vel per aliquod opus, quod eis faciet, & ſua familia eum odio perſequetur. Sed ſi fuerit natiuitas diurna, erit hoc quod dixi, aliquo modo diminutum.

Eadem in domo ♂ commorãte, patietur natus malum, & contẽtiones per cãs mulierum, & habebit rem cum ancillis, & malis mulieribus, ſeruiet & conſequetur deſponſationẽ, & cadet in cõtrouerſias, & inimicitias, atque amiſsionem, & forſan interficiet vxores ſuas, propter ſuſpitiones aliquas.

Si vero in domo ☉ permanſerit, erit natus infortunatus in cauſis mulierum, & erit amator puellarum penè infantium, & erit abundans in coitu, & multum deſiderans ipſum.

Eadem in domo ſua reperta, ſignificat gaudij multitudinem, cum mulieribus amicitiam, lætitiã & delectationem cum aliis mulieribus inſinuatis, & quòd natus videbit in omnibus ſuis operibus quod amet.

Si Venus in domo Mercurij fuerit, natus erit commixtus mulieribus virorum religioſorum ac bonorum, et erit dominus operum muliebriũ, et hominũ effœminatorum, diliget etiam luxuriam, et faciet picturas, et ſculpturas, ac mulierum ornamenta, et his ſimilia.

Si in domo ☽ fuerit inuenta ♀ ſignificat luxuriam turpem vagãſque libidines, et vniuerſaliter cum Venus fuerit in ſignis mobilibus, paruam ſignificat ſtabilitatem in vna re. Idem cap. 43.

*De Mercurio, in ſuis & aliorum planetarum domibus.*

Cum autem Mercurius in domo Saturni permanſerit, grauitatem linguæ et diuerſitatẽ verborum ac malam ſuſpicionem inſinuat, et quod natus commiſcebitur quidem religioſis hominibus, et ſapientibus, et erit natus per obſeruationẽ ſuę legis.

Si idem in domo ♃ extiterit, coniunctionem, amicitiam regum, et adminiſtrationem rerum ipſorum portendit, et cauſas partium ac patrocinia, et quod erit ſapiens in iudiciis et iudicando.

Si ☿ fuerit in domo ♂, natus faciet chartas falſas, deceptionis, et mendacij ac calliditatis, vnde et malum patietur.

Eodem

Eodem in domo ☉ inuento, ſignificat augmentum in ſcientia, & memoria, & inueſtigationem ſcientiarum profundarum.

Si eundem in domo Veneris commorátem inueneris, multitudinem amicorum inſinuat, natúſque procacitatem, & laſciuiam, & ioculationes amabit, & erit timens Deum, & multa dabit, & accipiet, & operabitur cuncta opera ſcientiæ & conciliabit ſibi nobiles, & præſtantes viros.

Si in domo ſua permáſerit Mercurius ſignificat omnes ſcientias triuij & quadriuij, & prophetiæ, & maxime ſi in Virgine fuerit.

Si vero in domo Lunę Mercurius habitauerit, multitudinem itinerum, ac honeſtam voluntatem demonſtrat, bonámque famam, & quòd natus erit caſtus apud homines. Idem cap. 44.

*De Luna in ſua, & aliarum planetarum domibus.*

Luna in domo Saturni commorante, ægritudines ex ventoſitate deſignantur, & quòd malũ quidem de nato dicetur: quod ſi fuerit lumine diminuta, ſignificat infirmitatem tuſſis, & frigoris, & dolores renum, maxime ſi fuerit natiuitas nocturna. Si vero diurna fuerit, aliquid de iſtis malis mitigabitur.

Si eadem in domo Iouis permanſerit, natus erit quaſi rex inter conſanguineos, cum multitudine bonæ famæ, ſed perpetrabit luxuriam cum mulieribus, cum quibus non eſt licitum.

Si in domo Martis fuerit, nat' erit multæ iræ, acerbitatis, & contentionis, & commiſcebitur malis hominibus, latronibus, & bellatoribus.

Eadem in domo ☉ perſeuerans, ſignificat multitudinem gaudi', & lætitiæ, amicitias regum, famę celebritatem: patietur autem natus infirmitatem in capite, & ſtomacho, præſertim ſi fuerit in initio ſigni, vel fine.

Si in domo Veneris permanſerit, natus erit amator mulierum, affectás eas, & habebit multum gaudij cum eis, & vitam pulchram.

Eadem in domo Mercurij conuerſans, ſignificat amorem erga iuuenculas paruáſque puellas.

Si vero habitauerit in domo ſua, habebit natus multum lucri, erit magnæ autoritatis, coniunctus regibus: quòd ſi fuerit iuncta, aut commixta malis, diuerſas nati ægritudines, & occaſiones earum oſtendit. Si vero fortunis iuncta fuerit, vel applicans eis, ſignificat ſanitatem corporis, & temperantiam. Idem cap. 45.

*De ſignificatis planetarum in ſingulis thematis natalitii locis, ac primo de planetis in Horoſcopo.*

Saturnus in prima domo decernit difficultatem in omnibus operibus, & incœptis, mortem ex ruina terræ, vel propter æs alienum.

Iupiter honorem, reuerentiam, modeſtiam, prudentiam, & bonum finem.

Mars, iram, bellum, contentiones.

Sol, dominium, exaltationem, potentiam, magnitudinem operum, poſſeſsionum, celerem, & ſolidam eruditionem.

Venus, gaudium, voluptatem edendi, & bibēdi, ornamentorum, veſtium, amorem erga mulieres, placidos mores, corporis pulchritudinem.

Mercurius, ſapientiam, ſcientiam ſcripturæ, & numerorum.

Luna, dominia, peregrinationes, migrationes in alia atque alia loca, incōſtantiam, beneuolentiam erga matrem, & magnas nobileſque fœminas.

☊ Decernit dominationem & fortunam, iuxta commixtionem ſuam cum planetis.

☋ Tribulationem decrementum, & impedimētum in omnibus inceptis læſionem alterius oculi.

*De planetis in ſecundo loco.*

Saturnus in ſecundo ſigno vel loco, ſignificat defectum rei familiaris, & victus, impedimentum lucrorum, perturbationem amicorum.

Iupiter, abundantiam diuitiarum, & bonum intellectum.

Mars, egeſtatem, calamitatem, perturbationem à ſeruis, vulnera.

Sol, diuitias per totam vitam, ſplendidum ſtatũ, & lætos oculos.

Venus facultates, & opes à mulieribus.

Mercurius augmentum diuitiarum, & honorem apud reges.

Luna, amiſsionem, & damna rei familiaris, & crebras mutationes ſtatus.

☊ Augmentũ ſubſtantię & magnam fortunam.

☋ Paupertatem & caſum è ſublimi.

*Planetæ in tertia domo iſtas habent ſignificationes.*

Saturnus, odia inter fratres, & ſorores.

Iupiter fœlicitatem fratrum & ſororum, ac propinquorum cum gaudio.

Mars, odia & cōtentiones fratrum, ac ſororum.

Sol officium à rege, & peregrinationes.

Venus inconſtantiam, & infortunia ex malis operibus, ſed multos amicos, & gaudium ex eis, venuſtatem fratrum, ac ſororum.

Mercurius inclinationes, & promptitudinem ad omnes res diſcendas, robur amicorum fratrum, ac ſororum.

Luna officia, & gaudia à diuitibus, ex regibus, itineribus, nobilibus, & peregrinis.

☊ Nobiles & fortunatos fratres & vera ſomnia.

☋ Diſperſionem fratrum & ſororum.

*Planetæ in quarta hæc decernunt.*

Saturnus diſsipationē, & iacturam hæreditatis, parentum interitum.

Iupiter vtilitatem ex terra, hæreditatibus, theſauris, & ſecuritatem à terroribus.

Mars effuſionem ſanguinis, homicidia, triſtem exitum.

Sol theſauros, reuelationem arcanarum & recōditarum rerum, ac artium, laudem, dignitatem.

Venus laudabilem filium, ſed qui initio ſit habiturus mœſtitiam matris cauſa.

☿ Bonam memoriam, & ſubtilitatē in artificiis.

Luna triſtitiam, ſed cum bono fine.

☊ Fũdorũ & hæreditatũ vtilitatē, & augmentũ.

☋ Diminutionem patrimonij, & multos labores ſine fructu.

*Planetæ in quinta hæc portendunt.*

Saturnus diſperſionem ac mortem liberorum.

Iupiter multos probos liberos, vtilitatē, & laudem ex illis, & diuitias ex rebus ſperatis.

Mars multos illegitimos liberos, parúmque gaudij ex illis.

Sol dignitatem liberorum, et in imperādo laudem, et gloriam.



Digitized by Google

♀ Anguſtiam,& triſtitiam ab vno filio primum, deinde gaudium ex liberis.

☿ Multa negocia ex epiſtolis,fortunam ex vno filio,

☽ Multos liberos.

☊ Pollicetur augmentum liberorum,ſecuritatem ab omnibus calamitatibus.

☋ Damnum , & interitum filiorum,& horribiles eorum caſus.

*Planetæ in ſexta hæc ſignificant.*

♄ Morbos, & inobedientiam familiæ.

♃ Parum morborum,vtilitatem à pecoribus & fortunam à familia.

♂ Multos calidos & ſiccos morbos, malam familiam.

☉ Morbos,perturbationẽ à ſeruis,& ignobilib᷒.

♀ Vxorem cupitam,morbos à mulieribus,ſpoliationem per ſeruos & ancillas.

☿ Deceptionem & ſpoliationem per mulieres propter libidinem & intemperantiam.

☽ Lucrum ex animalibus.

☊ Robur aduerſus morbos,multos ſeruos,animalia multa & fructum ex illis.

☋ Morbos , malitiam ſeruorum,& ancillarũ & imbecillitatem animalium & nullũ fructum ex eis,

*Planetæ in ſeptima hæc promittunt.*

♄ Triſtitiam in coniugio,vxoris ſeparationem, malum finem,

♃ Gaudium ab vxoribus & victoriam hoſtium.

♂ Anguſtiam , calamitatem, laborem,bellum, damnum , triſtitiam & perturbationem in omnibus rebus,& inclinationem ad libidines.

☉ Aduerſitatem à nobilibus , diuitibus , & potentibus.

♀ Gaudiũ à mulieribus , & ſucceſsum in rebus optatis.

☿ Appetitum,& magnas tentationes mulierum cauſa,& contentiones cum eis.

Luna, bona à mulieribus.

☊ Dat amicitiam mulierum.

☋ Cõiugij diſſolutionem, potentiã inimicorũ.

*Planetæ in octaua hæc decernunt.*

♄ Hæreditates ex morte propinquorum , & longos luctus.

♃ Amiſsionem facultatum , ſed bonum & laudabilem finem,

♂ Plerunque malã mortem,aut vulnera in manibus,& pedibus,turpitudinem, contemptum , amiſsionem facultatum , & magnam egeſtatem.

☉ Spoliationem bonorum per potentes , fortem,& malum interitum ex negociis regum.

♀ Aduerſitatem erga matrem , diuturnam vitam,& bonam mortem.

☿ Inimicitias vicinorum,& luctum propter demortuos,ſed incrementum ſubſtantiæ & magnam peritiam artificiorum.

Luna,natum ab officio ſuo,& honore per reges, aut principes deponendũ fore,ac fugitiuũ,multos morbos,anguſtiam,& triſtitiam paſſurum.

☊ Validam vitam,timoris parum.

☋ Turpem mortem,amiſsionem bonorum.

*Planetæ in nono cæli loco hæc deſignant.*

Saturnus,grauia, & terribilia ſomnia , errorem in fide,morbos,impedimenta,& damna in longinquis itineribus.

♃ Gaudium & fortunam in longinquis itineribus, bonam fidem , vera ſomnia , & eorum interpretationem.

♂ Amorẽ equorũ,bellorum, & vini, infidelitatẽ,& multa vana ſomnia,inutilia & noxia itinera.

☉ Bonam legem, bonam fidem , timorem Dei, & vtiles peregrinationes.

♀ Voluptatem , & fortunam ad peregrinationes,religionem , timorem Dei, vera ſomnia & interpretationem eorum.

☿ Diſciplinam,modeſtiam, ſcientiam, & experientiam multarum rerum occultarum.

Luna deſiderium ad longinquas peregrinationes,multas malas cogitationes ſuggerit.

☊ Deſignat fidem nati fore ſecundum ſtatum planetarum,qui ſunt cum ipſo.

☋ Ingentes mutationem, & malam fidem.

*Planetæ in medio cæli hęc inſinuant.*

♄ In nocturna genitura ingentia , & manifeſta damna ab regibus , & potentibus , aut diuturnam captiuitatem, In diurna vero , diuitias, & magnorum artificiorum exercitia, & in ſenectute fœlicio rem ſtatum quàm in iuuentute.

♃ Diuitias, laudem & dignitatem.

♂ Triſtitiam,& captiuitatem à potentibus, inopiam,bella,aduerſitates.

☉ Magnam gloriam , autoritatem , vtilitatem apud reges.

♀ Gaudium à regibus , & principibus,& nobilibus fœminis , officia, dignitates , & poſteriorem vitæ medietatem meliorem priore.

☿ Magnam ſcientiam ſcribendi,numerandi,& alias artes, artificiáque excellentia.

☽ Magnum amorem ad res pulchras, diuitias, officia,honores apud reges & principes.

☊ Tribuit nato fortunam , & incrementum magiſterij.

☋ Oppreſsionẽ,damna, itinera non neceſſaria.

*Planetæ in vndecimo ſigno hęc portendunt.*

♄ Metum,& dolorem amicorum, impedimentum rerum ſperatarum.

♃ Diuitias,laudem,dignitatem amicorum cauſa,ſuperationem inimicorum,vtilitatem ex rebus ſperatis,bonam fidelitatem et fidem. In nocturna geneſi fortunam,fortitudinem,laudem.

☉ Gaudium , et auxilium amicorum diuitum, et ſeruorum,fortunam parentum,honeſtum,et clarum nomen in exteris regionibus, fortunam in operibus, gratiam , et beneuolentiam hominum, et poſterius vitę tempus fœlicius in honoribus quàm prius.

♀ Fortunam ab amicis,et ſodalibus, bonam fidelitatem,et fidem,multas opes in fine vitæ.

☿ Multos amicos , ſodales , gaudium apud ſapientes,liberalitatem,

Luna gaudium ex amicis , et impletionem omnis ſpei, et expectationis.

☊ Et ☋ dant multum laboris,quietis parum.

*Planetę in duodecima hæc ſignificant.*

Saturnus metum,captiuitatem, impedimenta à regibus,pauorem in omnibus.

♃ Seruitutem,paupertatem,defectum,et triſtitiam à ſeruis.

♀ Morbos

♂ Morbos & damna ex hoſtibus, ſeruis, & turpibus hominibus, impedimenta, & infortunia in omnibus incœptis.

☉ Inimicitias regum, amiſsionem honorum, morbos, anguſtiam, & calamitatem à ſeruis inimicis, & ignobilibus.

♀ Moleſtias à malis mulieribus, & malum matrimonium.

☿ Natum ſapientem, philoſophum, & valde artificioſum, ſi vero impeditur, furioſum, delirum, inquirentem de rebus inutilibus, aut fortaſsis negociatorem equorum, & aliquid ſcientem de quadrupedibus, & ſimilia.

☽ Impedimēta ab inimicis, & ſi infortunata eſt à Saturno, captiuitatē & paupertatē, os & corp' fœtidū, in nocturna tamē geneſi, hæc mala mitigātur.

☊ Robur & multitudinem inimicorum, augmentationem malorum, & paupertatem.

☋ Parum infortunij aduerſus inimicos, oppreſsionem eorum, ac paupertatem, & nullum damnū ab illis. Idem cap. 48.

*De effectibus, & inclinationibus partis fortunæ, in duodecim thematis natalitij locis.*

Cum pars fortunæ eſt in prima domo, ſignificat maximam fortunam in acquirēdis opibus, & proſperos ſucceſſus in omnibus negotiis ac contractibus, ludis aliiſque rebus omnibus, quibus facultates parari ſolent, aut poſſunt.

In ſecunda eadem ſignificat, quæ in prima, non tamen ita perfectè.

In 3. dat fortunam in actionibus cum fratribus, ſororibus, & propinquis ac religioſis hominibus, bonum erit nato monaſterium, & ordinem ingredi ac breues peregrinationes ſuſcipere.

In 4. ſi fuerit ⊕, proſperum eſt nato cum parētibus agere fundos, & domos emere, in fodinis laborare, theſauros & abſconditas res quærere, arcana explorare, teſtamenta & legata condere.

In 5. domo ſi extiterit pars fortunæ, bonum eſt nato agere cum filiis, veſtes ſcindere & induere, literas ſcribere, tabellarios mittere, conuiuia & ſocietates celebrare, voluptatem & amores quærere, negociationem exercere, in bonis liberorum, aut iis, quæ ad filios, & nepotes pertinent.

In 6. bonum eſt ſeruos, & ancillas conducere: nā fortunati fiunt. Item oues, ſues, capras emere, & cū illis negociari, in paſcua mittere, nā fortunatę fiūt. Sed nō eſt iraſcendū ſeruis, ancillis, aut operariis, multo minus ſunt verberandi, nam iſti vincunt.

In 7. domo, bonum eſt agere cum mulieribus, & amorem ab eis petere, bona mulierum lucri cauſa exponere, & iis negociari. In primis bonum mutare ſtatum, aut ex vno ſeruitio in aliud ſe tradere, aut ex vno loco in alium in quo aliquandiu commorari velis, commigrare. Nam in illo ſeruitio, vel loco bene cum eo agetur, & fortunam habebit, bella tamen modis omnibus fugienda.

In 8. loco pars fortunæ male ponitur, nam ſignificat amiſsionem. Atque hæc eſt communis ſententia, oppoſitionem partis fortunæ, ſignificare maximā infortunam. Cum igitur pars fortunæ eſt in 8. domo, tunc eius oppoſitio eſt in ſecunda, quæ eſt domus facultatum. Quare eo tempore nihil emas, nec vendas, non ludas, non mutuum des, non fias ſponſor. Nam omnia damnum, & amiſsionem afferunt. Sed cum rebus vxoris negotiari bonum eſt.

In 9. ſi ea fuerit, auſpicatum eſt longa itinera ſuſcipere, in exteris terris negociari cum epiſcopis, & aliis religioſis magiſtratibus agere, aut ſe religioſo ordini addicere, beneficia, & eleemoſynas petere. Somnia, quæ eo tempore habentur, fiunt fortunata, & ſenties in te ſingulares animi motus erga Deum, & multas ſubtiles cogitationes.

In 10. fortunatiſsimū eſt, cū regibus, principib', & magiſtratibus agere, præcipue ſubſtantiā principū lucri cā erogare, aut cū illa negociari: nam mirificas vtilitates facit. Hoc tēpus cōmodiſsimū eſt ad quancūque artē, artificiumve inchoandū, nec vllū fœlicius tēpus pōt reperiri, ad ambienda officia, honores, dignitates, & ad leges condendas, tum ſe principib' aut potētib' obſtringere fœliciſsimū ē.

In 11. domo ſimili modo, quo de decima dictum eſt iudica. Et ſi enim hæc domus debilior eſt, tamē natura ſua maximam fortunam ſignificat, quapropter fit duplex fortuna in omnibus rebus, nullo excepto. Præcipue vero auſpicatum eſt, tum à principibus opes petere, aut eos trucidare. Nam vndecima domus ſignificat ſubſtantiam regum, principum, & dominorum.

In 12. ſi pars hæc inuenitur, bonum eſt equos, mulos, aſinos, boues, vaccas emere, & illis negotia exercere, in paſcua mittere, & aliis vtenda dare. Fortunatum eſt, & captiuos liberare, verū omnia alia negocia lucri cauſa ſuſcipienda, vitanda ſunt. Nam iacturam afferunt, neque confligendum tum cum hoſtibus. Nam eo tempore confirmantur, & adiuuantur illorum vires, & victoriam obtinent fortunæ ſuffragio. Idem cap. 49.

*De reliquis partis fortunæ accidentibus.*

Parte fortunæ in exaltatione ♄ exiſtente, natus erit fortunatus apud ſenes & ſeruos.

In exaltatione ♃ apud potentes, nobiles & religioſos homines.

In exaltatione ♂ apud principes, comites, equites auratos, & milites.

In exaltatiōe ☉ apud reges & magnos pricipes.

In exaltatione ☿ apud doctores, cancellarios, publicos notarios.

In exaltatione ☽ apud balneatores dominorū, & virgines quæ ſunt humilis ſtirpis.

Similiter ſi eadem in domo vel termino alicuius planetæ fuerit, fortuna nati erit apud eoſdem homines, ſed ipſi tamen illi non erunt in tam bono ſtatu, vt ſuperiores.

☞ Porrò pars fortunæ cum eſt in angulo, magnam fortunam ſignificat. In ſuccedentibus, fortunam per laborem. In cadentibus, nullam aut exiguam fortunam.

Cum Sol beneuolè aſpicit partem fortunæ, augetur fortuna.

Si luna fuerit cum parte fortunæ & domino eius, cōiunctionem vel aſpectum aliquem efficiat, & in cuius planetæ domo ſit ipſa Luna. Nā ſi fuerit in domo ♄ natus erit frigidæ naturæ, raro audax, & hilaris, & magnos labores ſuſtinebit. Sed ſi fuerit ♄ orientalis magna hæreditas illi obueniet, & nouas domos ædificabit.

Si vero Luna eſt in domo ♃, natus erit ſapiens, prudens, & fortunatus apud potentes dominos, & amabitur ab hominibus.



Digitized by Google

Si in domo ♀ natus erit hilaris, muſicæ peritus. In domo ☿ ſapiens, ſolers, prudens, vafer, aſtutus. Idem cap. 50.

Nota. Eadem ratione iudicabis cum Luna eſt in horum planetarum exaltationibus, vel terminis aut aſpectibus.

### *Cautela in iudiciis obſeruanda.*

In quouis ſignificato hoc ſumme notandum eſt. Si vnicum habet teſtimonium, vulgare eſt, ſi duo, eſt fortius, ſi tria, perfectum, ſi modo domini ipſi, aut ſignificatores fortes, & non impediti ſint, ſignificationes item in cadentibus domibus, & ſignis mobilibus ſunt debiles. In ſuccedentibus domibus, & communibus ſignis fortiores. In angulis & ſignis fixis fortiſsimæ. Quod ſi in vna re ſimul bona, & mala ſignificatio, & teſtimonium incidit, confer vnum teſtimonium ad alterum, vtrum fortius aut debilius ſit. Nam quod fortius eſt, & plures dignitates habet, præferendum eſt. Illud igitur obſerua, & alterum omitte, ſi vero vtrunque par eſt, ambo abiiciantur. Sic enim, & certius & fœlicius multo iudicabis.

### *De coniunctionibus & aſpectibus planetarum adinuicem in natiuitatibus.*

### *De coniunctionibus Saturni & aliorum cum aliis.*

Saturnus & Iupiter ſi fuerint coniuncti in alicuius natiuitate, natus habebit poſſeſsiones agrorũ, opera Regis, & in his fidus, & honoratus erit, dummodo Mars non aſpexerit eos.

Saturnus cum Marte, indicat natum fore manſuetum, ſed quòd tardè quod volet efficiet, & cum difficultate, præmorietur patri & matri ſuæ, & fratres eius adhuc citius è viuis diſcedent.

Saturnus cum Sole, patrimonij ſignificat amiſſionem & laborem, & damnum in facultatibus acquirendis, & peius erit hoc in natali nocturno.

Saturnus ſi fuerit cum Venere inuentus, copulabitur natus cum faſcinatrice, nec habebit filios mares, coibit cum ſimilibus, viduam aut degenerem, aut anum vxorem ducet.

Saturnus ſi fuerit cum Mercurio, natum efficit bleſum, vel malæ locutionis, vagabũdum, inopem, & in nullo ſe intromittentem.

Saturnus ſi fuerit cum Luna, à parentibus damna, & corporis debilitatem dare ſolet, & ſi fuerit natale diurnum, & fortunæ aſpexerint, erit fortunatus & fœlix, maximè ſi Luna ſit aucta lumine. Materni cap. 25. lib. 6.

Iupiter & Mars, dominium nato ſignificant, dites enim erit, & nati nomen per diuerſa loca expãdetur, in militia proſperitatem habebit.

Iupiter cum Sole, ſignificat bonorum inopiam. Si autem fuerit orientalis, fœlicitatẽ, & patris proſperitatem, & ex filiis gaudia.

Iupiter cum Venere, ſignificat natum in honore nutriri, & in delitiis, & quòd erit dilectus à magnis viris atque nobilibus, & ab his bonam fortunam habebit, ſimiliter in coniuge & filiis.

Iupiter & Luna augmentum cenſus diuitiarũ, atque fortunæ ſignificat nato venturum.

Mars & Sol, patris celerem mortem, patrimonij amiſsionem, & cęſus, laborem in omnibus, & ignis combuſtionem ſæpe minantur.

Mars & Venus, lites & damna mulieris cauſa, adulteria cum vilibus ſignificant. Si natale fuerit alicuius fœminæ, ea meretrix erit.

Mars & Mercurius, mendacem faciunt natum, ſed aſtutum & eloquentem, in agendis rebus feſtinum, bonum in foro patrimonij.

Mars cum Luna, vitæ paucitatem læſionémque, ſignificat nato futuram, ac vulnus matri anguſtiáſque, ſi angularis erit, ac natus, detrimenta ſentiet, & malæ mortis ſortietur exitum. Idem capit. 27. lib. 6.

Coniunctio Solis & Veneris, laudatum, & bonæ famæ, & populi amatorem ſignificat.

Solis & Mercurij, pium, & ſenſatum, ac ſapientem ſignificat, inde exaltabitur & præficietur aliis, & domini ipſi benefacient.

Sol & Luna naturam habent decernendi poteſtatem, cum communicant ſuarum virium poteſtatem, & eam ſumunt talem, qualem dominus loci coniunctionis eis decernit, & conceſſerit. Itaque ab illo hoſpite plerunque dependet iudicium.

Aſpiciendum itaque eſt, in quorum domicilio, & in cuius finibus coniungantur. Generaliter autem magnorum virorum indicat appetere natum conuerſationem, ſed cum vitæ paucitate. Idem cap. 28. lib. 6.

Venus & Mercurius inclinant natum ad ludos, & gaudia, diliget corporis ornatũ, cantus & omnem mundiciam, pulcher recitator fabularum, ſed ex mulieribus damna ſentiet. Si ſub radiis fuerint coniuncti, caſtrabunt natum.

Venus & Luna, faſtum quendam ſignificant & formæ pulchritudinem, ſed non firmum in coniugio, diliget fœminas aliorum, & forte eius vxor adultera erit. Idem cap. 29. lib. 6.

Mercurius & Luna, ſapientiam nati laudabilem ſignificant, eritque magni nominis, ſed in omnibus inſtabilis. Idem cap. 30. lib. 6.

### *De Trino Saturni aliorum cum aliis.*

Saturni Trinus ad Iouem, ſi in opportunis geniturę locis fuerit, agrorum multitudinem domorúmque decernit, ac templorum ædificationem. Et ſi Lunam aſpexerit, inde laudem aſſequetur, & à regibus ſignificat honorari, & copias cum magna fœlicitate decernit, præſertim ſi alter horum fuerit in domicilio ſuo conſtitutus, ſed pro menſura genituræ. Nam & aliis procurationum officia decernit, aliis ex magnis hæreditatibus commoda, aliis lucra confert alieno labore quæſita, & hæc omnia incorrupta fide commendat. At ſi iſtis ſic exiſtentibus Mercurium aſpiciant, magnarum ciuitatum demonſtrat tractaturos officia, quibus hæc à regibus demandentur, ſed nimis ex filiorum infortuniis laborabunt. At ſi Mars eos aſpexerit, quæ de fœlicitate diximus, minora contingent, ac latenti eos pulſabit inuidia, vel quicquid boni decretum fuerit, inimicum teſtimonium Martis impugnabit.

Saturni

Saturni ad Martem Trinus, ſi in opportunis locis genituræ fuerint iſta radiatione coniuncti, & in illis, in quibus alter eorum gaudeat ſignis, vel ſuis finibus, ſi non defuerit Iouis & Mercurij teſtimonium, maxima lucra, & quotidiana quæ ſint incrementa decernit, ex quibus maxima ſibi comparantes dignitatis inſignia, imperioſi, potentes facti, & magnarum ciuitatum officia gubernantes, fratrum tamen mortes aſsidua varietate videbũt.

Saturni trinus ad Solem, vt diximus in opportunis geniture locis ſi fuerit, & in his in quibus habuerint dignitates, vitæ inſignia aſsidua dignitate largitur, & maximam gloriæ poteſtatem, famam bonam, nobilitatemque conferunt, maximè ſi in maſculinis fuerint ſignis & natale diurnum. Si autem nocturna natiuitas, diſsipat patrimonium, ſed rurſus propria facit virtute conferri.

Saturni & Veneris trinus, ſi fuerit in aliqua ſuarum dignitatum, & in opportunis geniture locis diſcurrant, manſuetos indicant natos, pudicos, bonæ conuerſationis & famæ, & qui à vilibus perſonis inuidiæ labe pulſentur, ſed tarde facient eoſdem vxoribus copulari.

Saturni & Mercurij trinus, ſi in ſuarum aliqua dignitate acciderit, & in opportunis geniture locis, in rebus agendis doctum & ſapientem ſignat, bonum virum & eruditum, cordatũ, ingenioſum, aptum ad diſciplinas capeſſandas, publicis præpoſitum computis, aut fiſcalibus rationibus, vel regis ſcribam aut conſiliarium, ex quibus magna nato conferantur ſubſidia facultatum, ſed hoc perpetuum ſic Mercurij ſtellam optimè in duodecima collocari.

Saturni ad Lunam trigonus, ſi ſint in opportunis geniture locis, & in aliqua dignitate & Luna aucta curſu, vel luminibus, natos regibus & potentibus viris ſemper bona commendatione inſinuat, & maximæ gloriæ ac potentiæ decernit inſignia. Quæ ſi fuerit minuta luminibus, hæc minora præſtabit. Hæc autem in natali nocturno ſola in octaua domo fæliciter collocata, magnæ fælicitatis largitur augmenta. Ibidem vero in die, ſi Iupiter in prima fuerit, hæc eadem confert. Idem cap. 5. lib. 6.

Iupiter ſi Marti fuerit trigonica radiatione coniunctus, & fuerit in locis non abiectis, & in quibus gaudeant partibus, ſignificant audacem. periculis ſe exponentem, patronum prudentem, honoris cupidum & victoriæ. Idem adminiſtrator rerum domini ſui, intrepidus erit, ob quę conſequetur maximæ dignitatis imperia, & quibus regij honores crebris iudiciis conferentur, & magnæ licentię poteſtas.

Iupiter & Sol ſi trigona radiatione fuerint coniuncti, & ſint in optatis geniture locis &c. maxima indicant nobilitatis inſignia, prædiorum abundantiam, & gloriæ decus inſinuat, & vitam elato decorat honore, & filiorum gaudia largitur, & honoris augmentum decernit.

Iouis ad Venerem trigonus, & ambo in opportunis locis &c. gratiam ſignificat venuſtatis, bonis aſſociat, & honeſtis viris amore coniungit, fidũmque conſortis affectum demonſtrat, patrimonij & dignitatis augmenta, quæ aut amicorum cauſa aut vxoris ſibi merito conferentur.

Iouis & Mercurij trigonus eo modo quo diximus, oſtendit ingenioſos, cordatos, intelligentes, acerrima ingenij poteſtate fulgentes, omnia negocia proſpere exequentes, omnibus præpoſitos, potentiſsimæ merito dignitatis, & qui ſemper ex ſuis actibus laudentur, & placeant, publicum officium tractantes, vel regios ſcribas, & qui cęleſtium ſiderum ſecreta apte cognoſcant.

Iouis trigonus ad Lunam, eo modo quo diximus, magnam nobilitatem dominiumque ac poteſtatem oſtendit, & ſi ſit aucta curſu & plena lumine, faciet claros, notitia nobilitatis ornatos, bonæ famę teſtimonio pollentes, aliquos exercitibus præpoſitos, alios ciuitatibus, aliis prouinciæ demandantur, quæ pro menſura geniture penſentur, & quorum fides pręcipuè pręconio bonitatis ornetur. Idem cap. 4. lib. 6.

Martis trinus ad Solem eo modo quo diximus, maximę poteſtatis & dignitatis decernit inſignia, præſertim ſi fuerit in nocturna genitura, & in trino dextro Solis, honoris inſignia & poteſtatis magnæ largitur. Si vero in alio trigoni latere hos Iupiter aſpexerit, proſpera radiatione, & ſi fuerit in primis geniture cardinibus poſitus, & ex bono loco his Lunę acceſſerit radius, maximas adminiſtrationes decernit, cui magni committuntur exercitus, infinita dignitatum inſignia, quæ fortiora erũt ſi Mars, Sol, & Iupiter ſint in maſculinis ſignis conſtituti.

Martis trinus ad Venerem, vt diximus, aſsidua lucra decernit, & proſperi matrimonij nuptias, & qui ſe grata honeſtate componant, ſed ſuperbię ſpiritu ſubleuati plurima ſectantes matrimonia, quæ facilimis rationibus conſequentur, veſtium & ornatus oſtentatores, & forte publicos ſcortatores, vel contra legem luxuriantes producent.

Martis & Mercurij trigonus, vt prædicitur, nati animos & ſapientiam notat, computos & rationes publicas adminiſtrantes, cauſidicos optimos, & in his laudatos, & tales reddit, vt in omnibus negociis proſperos ſemper conſequantur euentus, literarum officia ſecretè tractantes.

Martis & Lunæ trinus, vt prædicitur, computos notat, & in his ſapiens erit, ſi natale nocturnum fuerit, & Luna aucta lumine, & omnia fælicitatis ornamenta decernit, proſperos actus cum felicitate ſignificat, & quæ deſiderant facilimis rationibus conſequentur, quos ſi Iupiter bene aſpexerit, maximos honores, & maxima decernunt dignitatis imperia & gloriam. Si verò Luna ſit diminuta lumine, corpus aſsidua ægritudinum continuatione debilitat. Idem cap. 5. lib. 6.

Solis & Lunæ trigonum, ſi in opportunis fuerit locis &c. magnę fęlicitatis decernit inſignia, maximè ſi aliorum planetarum fuerint opportuna radiatione adiuti, vitam claro decorant honore. Idē cap. 6. lib. 6.

Veneris & Lunæ trigonus, ſi in oportunis locis fuerit, & in his in quibus gaudent partibus, & infelices non impediant, ſi ſit Luna aucta luminibus, in nocturna genitura, altiſsimę poteſtatis decernit inſignia, maximos actus, felix matrimonium filioſque, fratres inſuper, & ſorores, quos fido diliget ſemper affectu, & formam corporis egregiam quadam cum venuſtate futuram. Idem cap. 7. lib. 6.

Mercurij trigonus cum Luna ſi fuerit in oppor-

tunis locis &c. bona omnia pro ſignorum qualitate decernit. Nam quibuſdam orationis facundiã pollicetur, aliis præclaras artes, aliis dulcem muſicæ ſonum, aliis picturæ officium, ac artificium tribuit, & tales quos præclara artium magiſteria ſemper extollunt, populi commendatione præclaros armis etiam quoſdam alios negociatores reddit, quæ omnia ſecundum ſignorum & planetarum loca penſanda erunt. Idem caput 8. libro 6.

*De Tetragono Saturni, ac aliorum ad alios.*

Saturnus & Iupiter ſi fuerint tetragona radiatione coniuncti, ſi ſuperiore loco dextrum Saturni quadratum, Iupiter vero in ſiniſtro iſtius quadrato fuerit, vitę periculoſa diſcrimina decernũtur, & patrimonij ſubſtantiam minuit, & omnia conſilia ſæpe peruertit, ſubſtantiam labefacit, actus impedit, & eorum mentes vanis animi diſſenſionibus ſemper perturbat, parentes impugnant vario ſemper genere contrarietatis. Si verò Iupiter ſuperior effectus, & dextrum poſsidens latus Saturnum in ſiniſtro poſitum latere reſpexerit, præcedentium calamitatum infortunia mitigantur, & parentes aliquo ſplendore nobilitatis exaltat, & pro menſura genituræ nato quotidianæ vitæ neceſſaria decernuntur.

Saturni quadratus ad Martem, ſi Saturnus in dextro fuerit, & Mars in ſiniſtro quadrati, omnes nati actus impediet, & ab omni negociorum officio reddet alienum, diuerſas valetudines, & mixtũ caloribus frigus, horrida concuſsione corpus cõcutit, patrimonium diſsipat, ac fratrum mortem adducit. Si verò Mars ſuperior effectus Saturnum in ſiniſtro tetragoni poſitum reſpexerit matri cito parit exitium & patri, ſed ad omnes actus proſperi conatus, efficax ſtudium ſemper adducitur, & ſepoſita prioris malitię labe, non tamẽ deerit, quin natus paternam ſubſtantiam diſsipet, & aſsidua cõtentione rurſus augeat, & à domeſticis vulnus indignæ famæ ſemper impingit.

Saturni & Solis quadratus. Si Saturnus Solem in ſiniſtro poſitum, minaci radiatione reſpexerit, & Saturnus ſuperior fuerit, præcedentis generis inſignia ſemper debilitat, dignitatum iacturam cum atroci deiectione inducit. Corpus vero aſsidua neruorum contractione deformat, & hæc eadem labes nati parentes afficiet, & indicat patres nati ante obire mortem, quàm matres, & ipſos natos ſæpe parentibus fore onuſtos, & nociuæ conuerſationis exitia, aduerſas etiam valetudines frigido humore concretas, actus omnes, & patrimonij etiam ſubſtantiam infringit. Si vero Sol ſuperior effectus in ſiniſtro tetragono Saturni poſitum viderit, graues domeſticorum inimicitias ſemper inducit, & nunquam patitur nati cauſas proſperos ſortiri effectus, & prima ætate acerba inducit incõmoda, & corpus diuerſis valetudinibus ſemper debilitat.

Saturni quadratus ad Venerem, ſi dextram quadrati Saturnus poſsideat partem, & in ſiniſtro Venerem poſitam minaci radiatione viderit, amiſsionem patrimonij, & graue paupertatis onus infligit, ac fœminis, vel vxori varia calamitatis exitia, & nullam largitur gratiam venuſtatis, ſpes nati fruſtratur. Si autem Venus ſuperior in dextro Saturni fuerit, honeſtis & pudicis moribus decernit vxores, & quæ in domo mariti dominandi ſibi vendicent poteſtatem, maritos ſemper incorrupto diligentes affectu, ſed quæ amorem ſuum quadam diſſimulatione celabunt.

Saturni quadratus ad Mercurium, ſi Saturnus ſuperiorem poſsideat dextri partem quadrati, exitiale malum ab hora natalis decernit, conſiliorum rationes impugnat, cogitque natum alienæ poteſtati eſſe ſubiectum, inuidię labe pulſatum, & quorundam linguas impedit, aliquibus vocis blandum ſonum largitur, alios obtuſis auribus, efficit ſurdos, niſi Martis teſtimonium illis iunctum fuerit, mitigatum felicium ſtellarum teſtimonio. Si vero Mercurius ſuperior fuerit, & dextrum poſsidens latus Saturnum in ſiniſtro poſitum reſpexerit, parum quidem boni decernit, ſed aliquanto ſuperioris quadrati mitigatur improbitas.

Saturni & Lunæ quadratus, ſi Saturnus ſuperior ſit in dextro quadrati, & Luna in ſiniſtro inferior, malicioſis humoribus nati corpus laxat, & animi motus pigra ſemper deiectione infringit, & ad nullos actus idoneos reddit, & contra matrem litigãdo maternam ſubſtantiam diſsipat. Si vero Luna ſuperior in dextro quadrato fuerit, matrem nati miſera morte proſternit, vel periculorum continuatione proſequitur, & ex humoribus malignis aduerſas indicit valetudines, matrimonij damna & iurgia cum vxore continuat, & amicorum gratiam tollit & populi. Idem cap. 10. lib. 6.

Iouis & Martis quadratus, ſi Iupiter Marte eleuatior ſit, nati munificentiam ſignificat à regibus honorari, negociorum ipſius ſtabilitatem, & lucra ex his, filiis tamen & patrimonio nocet. Si vero Mars in dextro quadrati ſuperior Ioue fuerit, ſignificat nato laborioſæ vitæ ſtatum, regum impedimenta, labores, & litigia multa.

Iouis ad Solem quadratus, ſi Sol in dextro ſuperior fuerit, & Iouem in ſiniſtro quadraturæ poſitum reſpexerit, patris quidem nobile genus indicat, ſed patrimonij lacerationem, exibit à loco in quo natus eſt, vicinis erit odio. Si vero Iupiter ſuperior fuerit, & Sol in ſiniſtro, tam ipſe quàm pater valdę lucrabitur, & mirum in modum honorabitur præ cæteris.

Iouis quadratus ad Venerem, ſi Iupiter ſuperior effectus, dextram quadrati partem obtineat, & Venus in ſiniſtro poſita ipſum reſpexerit, vtilitatem ex parte mulieris nato denotat, fidelem indicat, & ſtabilem in fide, & honeſtum. Si vero Iupiter inferior Venere ſit, & in ſiniſtro Veneris quadrato, fornicatorem dicito, illecebris mulierum, qui ſæpe fallatur, corporis ornamenta inquirẽs, qui ſi quid gaudij ſuſceperit mutata conditione illa, ſemper gaudia infringet.

Iouis tetragonus ad Mercurium, ſi Iupiter in dextro ſuperior illo fuerit, nati ſapientiam indicat, qui ſortilegia ſectabitur, Geometriam, Arithmeticam, & Aſtrologiam diſcet, bonæ erit vitæ, & plurima ex aliorum munificentia ſuſcipiet. Si vero Mercurius ſuperior in dextro quadrati fuerit, multiplicabitur in ſeruis, bonum illi erit, & ſua virtute dignitatem aliquam conſequetur.

Iouis

Digitized by Google

Iouis quadratus ad Lunam, ſi Iupiter in dextro ſuperior fuerit, & ſit natale nocturnum, natus erit boni nominis, & famæ, & honoratus. Si vero Luna ſuperior fuerit, multa decernit fælicitatis inſignia, magnis Ducibus, & Regibus notum ſemper commendat. Sed hæc fælicitas non ſemper perſeuerat. Nam interdum patrimonij damna minatur, interdum minuit dignitatis inſignia, & damna minatur, pigroſque indicat natos. Idem capit, 11. lib. 6.

Mars ad quadratum Solis, ſi Sol ſuperior fuerit, multa mala decernit, ſubſtantiam diſsipat, affert infortunium, viſum obſcurat, At ſi Mars ſuperior ſit, peiora iudicato. Sed in genitura diurna hæc fortius conualeſcunt, præſertim ſi iſte aſpectus fuerit aſcendenti minaci radiatione coniunctus. Nam ſi Mars in occaſu poſitus, vel in decima lumen Lunæ creſcentis exceperit, tunc publica animaduerſione plectetur. Idem in nocturna faciet genitura.

Martis quadratura ad Venerem, ſi Mars in decima fuerit, mulierum cauſa labores adducit. Si ſignum Martis mobile fuerit, erit natus inſtabilis in rebus agendis, ducet degenerem, vel meretricem. In natali fœminarum, indicat meretrices. Si vero Venus in decima fuerit, ex his actibus verecundiã habebit, & celabit quæ mala conſcientiæ perpetrauerat, & abſcondet quidquid libidinibus nefariis fecerat.

Mars & Mercurius quadrati, ſi Mars in dextro ſuperior fuerit omnium malorum cauſa erit talis configuratio, natum impugnat, & aduerſas indicat valetudines, cuſtodiis, aut carceri mancipat, horrendarum accuſationum infligit diſcrimina, quæ mala fortiora fient in diurna genitura, in nocturna autem ex parte aliqua mitigantur. Si vero Mercurius ſuperior fuerit, malos, malicioſos, callidos dicito, peſsima mentis cupiditate armatos, ſimulatores, & diſsimulatores, alienæ natos cuſtodiæ tradit carceri, raptores, ſolliciti, ſemper ſtationẽ quærentes, & cuiuis peſtiferos morſus infligant, omne patrimonium, & eorum ſubſtantiam ſua praua cupiditate quærentes.

Martis quadratus ad Lunam, ſi Mars in dextro ſuperior fuerit, matri viduitatem minatur, vel eã debilitatis viribus fluxu ſanguinis perimit, natus vero debilis vitæ erit & paruę ſubſtantię, eritque hoc mendicitatis, & malæ mortis indicium. Si Mars in termino Saturni fuerit, & Luna in terminis Mercurij vel Martis, eius anima dum in corpore fuerit, malignis ſpiritibus dominandi tribuit poteſtatem. Si vero Luna ſuperior fuerit, ignobiles reddit, laborioſos, & ſuarum facultatum deſtructores, & ad nihil idoneos, matrem oſtendit abiecti generis, & inter alias calamitates malas, & ſuperbas decernit vxores. Idem cap, 12. lib. 6.

Solis tetragonus ad Lunam, ſi ſit in angulo, Sol in quouis quadrato dat dignitates, & honores, & officij alicuius poteſtatem, ſi beneuolæ viderint eos ſtellæ, hæc maiora erunt. Si vero infælicet ſtellæ aſpexerint, vitæ diſcrimina, & gaudia infortuniorum decernit. Si tamen in tali ſtatu Luna feratur luminibus plena ad Iouem, aut Iupiter coniũctionem Lunæ creſcentis exceperit, nobilitatis inſignia maxima cum inuidia decernit. Si autem fuerit Iouis ſalutari pręſidio deſtituta, fortius maleuolarum creſcet improbitas. Idem cap. 13. lib. 6.

Veneris & Mercurij quadratus, quanquam raro contingat, ſubtilis magiſterij artificem, & hominem clarum facit, aut alicuius magnę diſciplinæ magiſtrum, ſed fœminarum aut mulierum cauſa infamem reddit.

Veneris quadratus ad Lunam, ſi Luna ſuperiorem poſſederit locum, & Venerem in ſiniſtro poſitam viderit, maxima diuitiarum lucra, ſed à fœminis damna portendit, aut infamiam. At ſi Venus ſuperior fuerit, maxima fælicitate beat natum, proſperitate in rebus agendis vitam decorat, & facto vxoris amorem reddit inuiolatum, filios largitur bonos, & plena letitiæ commoda, ſermonis facundiam, gratiamque ſed adulteras matres, honeſtas, & morigeras natus ſortietur vxores. Idem cap, 14. lib. 6.

Mercurij & Lunæ quadratus, ſi Mercurius ſuperior fuerit, ſapientiæ ornamenta, facundiam, ſed ex populari ſeditione diſcrimen quandoque largitur, quem ſi malè aſpexerint ſtellæ infælices, & Luna ex oppoſito Martem, aut tetragono aſpexerit, metuendum falſitatis crimen infligit, & comprehendi, aut in cuſtodia poni, aut in carceres detrudi publicos, in vinculiſque teneri facit. Si autem Luna ſuperior fuerit, erunt inſtabiles, ita vt conſilia animi ſæpe peruertant. Idem cap. 15. lib. 6.

### *De oppoſitione Saturni, & aliorum.*

Saturnus & Iupiter oppoſiti, exitia rerum agendarum multa decernunt, filiorúmque caſus acerbos. Quòd ſi Saturnus in horoſcopo ſit, & Iupiter in occaſu, poſt grauia iuuentutis incommoda, vitæ finis cum proſperitate ſuccedet, & commodis.

Saturni & Martis oppoſitus, grauia periculorũ diſcrimina, populares ſeditiones, & grauia vitæ pericula ſemper infligit, vulnera aut malæ mortis exitium ſæpe minatur, multas adducit ſollicitudines, & malis facit contrarietatibus implicari aſsiduis ægritudinibus, & grauibus implicat laboribus, & domeſticarum inimicitiarum decernit incommoda, crebras ſeditionum tempeſtates apportat, & patrem eius aut cita morte proſternit, aut grauibus implicat ægritudinibus. At ſi in aquoſis ſignis alter horum fuerit, grauibus ſubmerſos procellis, naufragos reddit, aut maligno humore concreta peſtis fortes infligit calamitates. Si autem de duobus alter in ferino ſigno fuerit, à quadrupedibus, vel feris vitæ periculum afferet, aut veneno occidet. Si autem in ſigno quadrupedum animalium alter eorum fuerit, non ferino natum graui ruinæ pondere perimet, quæ fortiora erunt, ſi Iupiter eos non aſpexerit. Quòd ſi Luna in cardinibus poſita ex quadrato reſpexerit hos, hæc grauiora contingent. Exilia enim crebra minatur, & publica ſupplicia. At ſi in quinta, vndecima, nona, vel tertia conſtituti, diametraliter ſe aſpexerint, omnia proſperæ fælicitatis incrementa reſtringunt. Et hæc infortunia medio vitæ tempore conualeſcunt. Si vero in deiectis aut pigris locis conſtituti fuerint, minus nocebunt, ſed dolores, & egeſtates adducent. Quæ omnia Iouis aut Veneris proſperis radiationibus mitigantur, aut ferè tolluntur.

Oppoſi

Oppoſitus Saturni ad Solem, ſi Iupiter non bene aſpexerit, aut nato aut patri laborioſę vitę pondus imponit, anguſtiaſque diurnas decernit, nonnullas aduerſas valetudines inducit, & malę mortis exitium, ſubſtantiamque diſſipat, quæ grauiora erunt in nocte, & in fœmininis ſignis.

Diameter Saturni & Veneris, fornicatorem natum fore ſignificat, & non ducturum vxorem, quã ſi forte acceperit, aut degenerem, aut meretricem accipiet, aut infamem, & denegat omnem Venereæ gratiæ venuſtatem.

Diameter Saturni & Mercurij, linguæ & ſermonis impedimenta decernit. At ſi alter eorum in ſignis mutis fuerit, mutos indicat fore natos. Quòd ſi Luna cum Mercurio fuerit, hęc validiora fient, niſi Mars aſpexerit, ſed ſapientię decernitur diſciplina, matres in prima occidet ætate, & fratres à nato alienat, aut eos indicat longis peregrinationibus ſæpe diſiunctos iri.

Oppoſitus Saturni & Lunæ, materna bona diſperdit, matri dolores, vel labores, aut ægritudines ciet, niſi fortunę mitigauerint, & in corpore facit matri aliquam maculam, vitam anxiam inducit, & miſeriam. At ſi in ſigno quadrupedum fuerit eorũ alter, ab animalibus damna minatur. In humanis ab hominibus. In aqueb, humidas adducit valetudines, peregrinari cogit, & oculis talis oppoſitio nociua ſemper exiſtit. Idem cap. 17. lib. 6.

Iouis & Martis diameter, vitæ inæqualitatem decernit, patrimonij diſſipationem amicorum odia, maxima periculorum diſcrimina, quæ ex temerariis actibus inferentur.

Iouis & Solis oppoſitus, paternam ſubſtantiam lacerat, honores dignitateſque labefactat, inferioribus cogit eſſe ſubiectos, hæc tamen omnia in nocturna genitura fortius inualeſcunt.

Iouis & Veneris diameter, omnem vitæ ordinem, & promotiones frequenter impugnat, nec fidos amicorum decernit effectus, & illi quibus aliquam beneficij gratiam aliquando contulerit, erũt nato ſemper ingrati, quibuſdam etiam dant fœlicitatis augmenta, & ſufficientes patrimonij dignitates, & facultates. Quòd ſi in finibus Veneris Iupiter fuerit, eius cupiditates proſperos ſortientur effectus. Sed circa effectus mulierũ inſtabiles erũt.

Iouis & Mercurij oppoſitus, eloquentes inpugnat, metuendas populi ſeditiones inducit, & à popularibus iurgia, & potentibus viris mala inſinuat, fratres morte horrenda, aut ex variis ſimultatibus diſiungit, aut facit vt parricidiali odio ſem per inter ſe depugnent.

Iouis diameter cum Luna, ſi ea ſit aucta luminibus principalia dignitatum decernit inſignia, aut clara nobilitate decorat, & tales reddit, vt nunquam poſſint alienis poteſtatibus ſubiacere, virtutis gratia, alienis poteſtatibus inſiſtentes. At ſi Luna fuerit minuta luminibus, nihil ex præcedentibus bonis elargitur, & infortuniorum decernit exitia. Et in nocturnis genituris fortius iſta apparebunt. Idem cap. 18. lib. 6.

Martis ad Solem diameter in diurna genitura, patrem miſera morte proſternit, oculis nocet, aut ex alto loco deiectos præcipitat natos, actus omnes etiam grauioribus implicat contrarietatibus. In nocturna autem genitura corpus nati debilitat, & diſſipato patrimonio perpetuam egeſtatem indicit.

Martis ad Venerem oppoſitus, in die variis implicat errorum vitiis, & aduerſas indicat valetudines, filios, & vxores impugnat. Quòd ſi in tropicis fuerit ſignis, decernit ea quæ de ipſorum quadrato diximus, ſi nullum his Iouis teſtimonium cõmodauerit, maximè in Cancro, vel Capricorno ſi fuerit.

Martis, & Mercurij oppoſitio, dat infortunia maxima, falſarios, malæ conſcientiæ viros, aſſociatos malis hominibus, facinoribus ſemper oppreſſos, accuſationes publicas iudiciorum, qui depoſitum abnegantes, & cõmodatum pudore ſoluto non reddant, ita quòd ex his contra eos publicæ ſententiæ proferantur, fiantque de cauſis his exules, aut fugitiui, idque maximè ſi Mercurius in Saturni hoſpitio fuerit, ſine Iouis teſtimonio.

Martis & Lunę diameter, oculis aduerſatur, & periculis implicat grauioribus, modicæ vitæ reddit infantes, nec nuptias elargitur. Quòd ſi aliarum ſtellarum decretis nuptiæ darentur, miſera tamen morte proſternentur, quicunque ſic nati fuerint, aut publicè damnati necabuntur, præſertim ſi Luna fuerit aucta luminibus. Idem cap. 19. lib. 6.

Sol & Luna oppoſiti, vitam nati, ſubſtantiam, & omnia dignitatis inſignia varia faciunt ratione mutari, paupertatem ex diuitiis affert, & in facie pallorem valetudinarium, vacuum corpus etiam miſera contractione debilitat. Idem cap. 20. lib. 6.

Veneris & Lunæ diameter dat infęlicitatem nuptiarum, filios denegat, aut miſera morte proſternit, idem natus ab vxoribus iniurias patietur. Idem cap. 21. lib 6.

Mercurius & Luna oppoſiti, effrenem multitudinis impetum, & populares ſeditiones contra natos ſuſcitant, ac animæ quoque & verbis eorum triſtem ſemper trepidationem incutiunt. Idem ca. 22. lib. 6.

Aſpiciendum vltimo in hoc loco moneo, quibus cum ſtellis fixis, & erraticis, cadat fortunæ pars, & quomodo à ſeptem planetis aſpiciatur. Nã plurimum confert ad natiuitatum iudicia &c.

## *SIGNIFICATIONES DOMORVM CAELI.*

Vide Pontanum lib. 2. de rebus cæleſtibus.

PRima domus, quæ aſcendens, item cardo orientis, & horoſcopus dicitur, ſignificat vitam, nutritionem, complexionem corporis, animi qualitatem, & quæ his accidunt: Item propriam induſtriam nati.

Secunda ἀναφορά, ſignificat ea quæ neceſſaria ſunt vitæ, vt ſubſtantiam, opes, diuitias, ſupellectilem, lucrum, cenſus, & ſimiliter propriam induſtriam nati.

Tertia θεά, fratres, ſorores, conſanguineos, affines: Item itinera minora, hoſpitalitatem, rumores nouos, &c.

Quarta ὑπόγειον, continet ſignificationem patris, patrimonij, & eorum quæ dicuntur bona

immo

Digitized by Google

immobilia: Item ædificiorum, fundamentorum, agrorum, villarum, pratorum, theſaurorum abſconditorum. Denotat etiam agriculturam, fodinas metallicas & ſepulturam.

Quinta ἀγαθὴ τύχη, filios & filias, munera, veſtimenta, delectationes, conuiuia, luſum, voluptates, &c.

Sexta κακὴ τύχη quod triſtia portendat, domus eſt ægritudinum, vitiorum corporis, ſeruorum, vicinitatum, & minorum animalium, &c.

Septima δύσις, quæ eſt angulus occidentis, habet ſignificationem de coniugio, nuptiis, mulieribus, ſocietatibus, contentionibus forenſibus, ac ſimultatibus. Denotat etiam hoſtes apertos, furta, rapinas, & omnis generis ſcelera.

Octaua ἐπικαταφορὰ, ſuperna porta, ſignificat mortem, & mortuorum hæreditates non ſperatas, funus. Item timores, incantationes, veneficia, &c.

Nona θεὸς, præbet iudicium pietatis, veritatis, ſectæ, religionis, diuinationis, ſomniorum, ſapientiæ, peregrinationum, longiorum itinerum, epiſtolarum, &c.

Decima μεσουρανία, culmen vel cor cæli & cuſpis regalis, ſtatum vitæ ſignificat, regnum, principatum, dominium, honores, magiſtratus publicos, ſeu publicas adminiſtrationes, magiſterium, ſtudiorum atque artium tractandorum genera. Habet item 10. locus peculiarem ſignificationem de Marte.

Vndecima, Bonus dæmon, ſignificat fœlices euentus, & ea quæ ſequuntur ſtatum vitæ, amicitias, fideles amicos, fauores, ſuffragia, conſilia, fœlicem ſucceſſum rerum ſperatarum, ſpem & fiduciam, &c.

Duodecima, malus dæmon dicitur à ſignificatore triſtium euentuum. Eſt enim domus ſeu locus triſtitiæ, ærumnarum, mœroris, laborum, paupertatis, carceris, occultorum inimicorum, impoſtorum, & animalium magnorum ac ferocium, cuiuſmodi ſunt equi, ac ſilueſtres feræ.

## *ALIA DIRECTIONIS FORMA, QVAM IOANNES REGIOmontanus tradit in libro Canonum, quem tabulas vocat Directionum.*

## *I. DE VSV TABVLARVM ASTRONOMICARVM.*

QVi cum fructu in doctrina Directionum verſari voluerit, ante omnia dabit operã, vt vſum Canonum, quos vocant, Aſcenſionum rectarum & obliquarum probè intelligat, quo modo numeri certa ratione eliciantur & eruãtur. Sunt autẽ Aſcenſiones duplices: Alia eſt Recta, quæ ex tabula aſcenſionum Rectarum depromitur, in qua Sphæra, æquator cum horizonte recto angulos rectos Sphæricos conſtituit. Alia eſt Obliqua, quæ ex canone obliquarum Aſcenſionum, in ſitu Sphæræ obliquo, ſub quacunque Eleuatione deſumitur, ſiue partes Eclipticę conterminales oriãtur. Rectè ſiue obliquè. Nomen ſortitur hęc Aſcẽſio, ab obliquitate Angulorum, quos ęquator cum obliquo Horizonte conſtituunt.

Harum Aſcenſionum aliæ partes Zodiaci rectè, aliæ obliquè oriuntur. Rectè quidem emergũt illæ partes Eclipticæ, cum quibus de Aequatore ſupra Horizontem plures emergunt gradus, quàm de Ecliptica. Obliquè verò illæ partes exoriuntur, cum quibus de Aequatore pauciores aſcendunt gradus quàm de Ecliptica. Sic quidem dictæ, quòd cum horizonte angulos ferè Rectis ſimiles efficiant, aut angulos obliquiores cum Horizonte componant & concludant. Illæ etiam partes plus temporis in peroriendo conſumunt, hæ citius emergunt.

Eſt igitur magna differentia, inter rectè vel obliquè oriri ſeu aſcendere, & deſcendere, vel inter Aſcenſiones aut deſcenſiones rectas ſiue obliquas. Rectè oriuntur vel occidunt partes Eclipticæ, vel etiam ſtellę vtriuſque Sphærę, cum quibus plus de æquatore, quàm de Zodiaco euehitur ſupra horizontem. Obliquè verò oriuntur vel deſcendunt, cum quibus minus de æquatore, quàm de Zodiaco oritur vel deſcendit.

Aſcenſiones verò vel Deſcenſiones Rectæ, dicuntur tantum illę, quæ ex Tabella Aſcenſionum Rectarum deſumuntur: Contra Aſcenſiones vel Deſcenſiones obliquæ, quas nobis tabulæ aſcenſionum obliquarum ſubminiſtrant, ſiue rectè ſiue obliquè deſcendant partes Eclipticę conterminales in vtraque Sphæra.

Ex his tabulis Aſcenſionum, quæ titulo Regiomontani hodie circunferuntur, numeri diſsimili ratione eliciuntur & erũuntur. Aut enim ingredimur Canones Lateraliter, videlicet, cum numeri dati extra tabulæ aream in margine ſumuntur, & inueniendus numerus in area quæritur: Aut vtimur ingreſſu Areali, ſcilicet cum datus numerus in area tabulæ, qui verò huic reſpondet, in margine quærendus eſt.

### *De ingreſſu Laterali.*

Ingreſſus lateralis dicitur, cum vterque datorum numerorum extra aream Canonis ſumendus eſt, alter in ſiniſtro, alter in fronte tabulæ, vt cùm ſub gradibus certæ Eleuationis, certi arcus aſcenſio quærenda eſt. Hic aut vterque numerus datus caret fractione, & pręciſè in tabula inuenitur, aut alter tantum, aut nuter, ita vt vtrique numero dato Minuta adhæreant. Hæc ſcrupula aliquam diuerſitatem pariunt, & de ſingulis caſibus hic aliquid ordine, Deo bene iuuante, monebimus.

### *Primus caſus.*

Cum vterque datorum numerorum è partibus tantum conſtat, carens ſcrupulis, alter eorum notandus

Digitized by Google

notandus eſt in capite Canonis, alter in margine ſiniſtro. Communis angulus, in quo duo iſti numeri concurrunt, quæſitum numerum præbet, ſine vlla moleſtia calculi, nec opus eſt vlla correctiõe.

*Exempli cauſa.*

Quærenda eſt Aſcenſio recta Solis, conſtituti in 10. Gradu Dodecatemorij Cancri. Hic cùm indaganda ſit recta Aſcenſio, ingredere Canonem rectarum Aſcenſionum. Signum quære in fronte tabellæ, gradum in latere ſiniſtro deſcendente. Angulus communis, procedendo ſub charactere ſigni deorſum, vſque ad decimum gradum Cancri, oſtendit Aſcenſionem Rectam 100. Graduum, 53. Minutorum.

*Eadem eſt ratio, cum quærenda eſt Aſcenſio obliqua.*

*Aliud exemplum, de aſcenſione obliqua.*

Indaganda eſt Aſcenſio obliqua 10. Grad. Cancri, 0. Minuti, ſub Eleuatione poli Borealis 52. Graduum. Ingredior Canonem Aſcenſionum ſub data Eleuatione Poli, & ſtatim vnico ingreſſu inuenio 67. Grad. 45. Min. aſcenſionem obliquam dati arcus Eclipticæ.

*De ſecundo caſu.*

Cum alter tantum numerorum Minutiis caret, Tabulæ non ſuppeditant exactum numerum, ſed proximum quendam, qui parte proportionali ſeu congruente emendandus eſt, & quidem hoc modo.

I. Ex tabulis conuenientibus, quære ad arcum dati exempli, minorem & maiorem Aſcenſionem.

II. Minorem earum à maiore ſubtrahe, & differentiam colloca loco ſecundi numeri, iuxta regulam proportionum.

III. Primo loco pone differentiam inter gradus exempli dati minorem & maiorem. Tertio vero Minuta gradibus exempli dati adhærentia.

IIII. Procede ſecundum regulam auream, & inuenies partem proportionalem pro ſcrupulis, gradibus exempli propoſiti adhærentibus.

V. Hanc partem proportionalem, ab Aſcenſione gradus proximè minoris ſubtrahe, ſi proximè ſequens decreſcit, vel ad eam adde, ſi ſequens creſcit, & inuenies veram Aſcenſionem, reſpondentem gradibus & minutis dati exempli.

*Exempli gratia.*

Quæro, quæ ſit Aſcenſio obliqua Solis in 15. Gradu 41. Minut. Leonis, ſub Eleuatione Poli 52. Graduum. Hic alter, nimirum locus Solis, conſtat duabus ſpeciebus, gradibus & ſcrupulis primis. Quare introitu facto, primum differentia vni gradui vel ſexaginta ſcrupulis primis congruens, conſtituenda eſt, vt inde æſtimari poſſit pars proportionalis, reſpondens 41. minut. quæ integris gradibus loci Solis adhærent. Ingredior Canonem Eleuationis 52. Graduum cum 15. Gradu Leonis. Aſcenſio obliqua proximè minor eſt 115. Grad. 23. mi. Sequens proximè maior eſt 116. Grad. 49. minut. Differentia eſt 1. Grad. 26. Minutorum.

*Iam ſic dico.*

60. Zodiaci minuta, dant 1. Grad. 26. minut. Aequatoris, quid 41. Scrupula prima ſcilicet Solis, integris gradibus adhærentia.

Pars proportionalis iuxta doctrinam Logiſticam eſt 58. min. 46. ſec. addenda ad numerũ primo loco inuentum 115. Grad. 23. minut. eo quod ſequens numerus creſcat, & relinquitur aſcenſio obliqua 116. Grad. 21. mi. iuſta & emẽdata, ſub latitudine regionis 52. graduum.

*Aliud exemplum.*

Sit locus Solis 16. Gradus Leonis, & Eleuatio Poli 51. Grad. 54. minut. Quæro, quæ nunc ſit Aſcenſio obliqua dati arcus ſigniferi. Hic alter datorum numerorum, nempe latitudo Regionis, conſtat è duabus ſpeciebus. Quare duplici introitu primùm conſtituenda eſt differentia, hoc modo:

Sub Latitudine 51. Grad. quæ proximè minor, aſcendunt cum 16. Gradib. Leonis, de æquatore 117. Grad. 37. minut. ſub Latitudine 52. grad. emergunt cum eodem arcu Eclipticæ 116. gradus, 49. minuta. Differentia eſt 48. minut. Iam ſic dico:

60. ſcrupula Latitudinis; dant differentiam 48. minuti æquatoris, quid 54. minut. latitudinis datæ.

Prodit pars proportionalis 43. minut. 12. ſec. ſubtrahenda, eo quod Aſcenſio obliqua ad ſequentem Eleuationem decreſcit, & relinquitur emendata Aſcenſio 116. grad. 53. minut. 48. ſec. in latitudine regionis 51. grad. 54. minut. Hic vt operatio ſit magis expedita, dabit operam Aſtrophilus, vt vſum præceptorum Logiſticè, de ſcrupulis Aſtronomicis, mediocriter intelligat.

*De tertio caſu.*

Interdùm vterque datorum numerorum conſtat è pluribus, quàm ex vna ſpecie. Vnde pars proportionalis dupliciter, ſummatim ter eſt conſtituenda, vt emendatus numerus producatur, iuxta formam vtriúſque exempli, in proximo caſu, idque hoc modo:

1 Quære Aſcenſionem obliquam, ſub minori Eleuatione, in exemplo propoſito.

2 Quære eandem, ad datum arcum Eclipticæ, ex Eleuatione Poli proximè maiore.

3 Confer inter ſe Aſcenſiones, & per ſubtractionem differentia inquiratur.

4 Per regulam proportionum, propter Minuta gradibus Poli adhærentia, pars proportionalis indaganda eſt, hoc modo:

Primo loco colloces differentiam inter duas Eleuationes, proximè maiorem & minorem. 2. Differentiam aſcenſionum inuentarum. 3. Minuta gradibus Eleuationis adhærentia. 4. Facta deinde operatione per multiplicationem & diuiſionem, quæſitum produces.

5 Partem

Digitized by Google

5. Partem illam proportionum, adde ad Aſcẽſionem primo loco inuentam & correctam ſub Latitudine minori, ſi ſequentis Eleuationis poli aſcenſio fuerit maior: vel ab ea ſubtrahe, ſi minor, & habebis aſcenſionem conuenientem dato arcui Longitudinis & Eleuationis poli.

*EXEMPLI CAVSA.*

Inquirenda eſt Aſcenſio obliqua loci Solis, in 15. Grad. 41. min. Leonis, ſub latitudine regionis 51. Grad. 54. min. Sub Eleuatione minori primum inuenio aſcenſionem obliquam 117. Grad. 10. mi. 5. ſec. Sub ſequenti maiori 116. Gr. 21. min. Differentia eſt. 0. Gr. 48. min. 19. ſec.

*Iam ſic dico.*

60. Scrupula poli dant differentiam aſcenſionum 48. min. 19. ſec. quid dant 54 min. poli. Pars proportionalis eſt 43. min. 29. ſec. 6. tert. Hæc ſubtrahenda eſt ab Aſcenſione primo loco inuenta, ſub Latitudine minori 117. Gr. 10. m. 5. ſec. cum ſub ſequenti latitudine Aſcenſionis arcus decreſcat, & relinquitur iuſta aſcenſio obliqua 116. Gr. 26. mi. 36. ſec. dato arcui Zodiaci congruens, & Eleuationi Poli, quæ fuit propoſita.

*CAVTELAE.*

I. Si Aſcenſiones cum latitudine Regionis accreſcunt, pars proportionalis ſemper addenda eſt. Contrarium faciendum eſt, cum decreſcunt.

II. Diſcrimen notandum eſt inter differentiam deſcendentem & lateralem.

III. Quæ de vſu canonum Aſcenſionum monuimus, referant eodem modo ſtudioſi ad quoſcunque Canones Declinationum, Poſitionum, Mediationum, & ſimiles, quibus in directionibus aliiſve materiis vtimur.

*DE INGRESSV AREALI.*

Ingreſſus arealis dicitur, cùm datus numerus in area Canonis ſumitur: vel ſi duo fuerint dati, alter eorum duntaxat extra aream Canonis, alter intra eam ſumitur: Inueniendus autem quæritur extra in margine, ſiue laterali, ſiue tranſuerſali ingreſſu ſiue vtroque.

Hic itidem tres caſus colliguntur, vt in laterali ingreſſu, ſed paulum diuerſa ratione.

*PRIMVS CASVS.*

Cum datorum numerorum alter, qui extra ſumitur, integer exiſtit, alter in area præciſè inuenitur, ſiue adiuncta habeat ſcrupula ſiue minus, tunc in margine ſecundùm rectam lineam aſcendendo, in fronte ſignum Zodiaci offertur gradus ſigni in margine ſiniſtro, proficiſcendo ſecundum rectam lineam verſus ſiniſtram.

*EXEMPLVM.*

Quæro quis gradus Eclipticæ aſcendat, cum 84. temp. 31. mi. ſub latitudine 52. Graduum. Hic arcus ſi quæratur in data Eleuatione obliquarum aſcenſionũ, inter areales numeros, inuenio præciſè 84. Gr. 31. mi. Ac dum inter duas parallelas perpendiculares, quibus hæc Aſcenſio incluſa eſt, aſcendo ſurſum, video in margine tranſuerſali ſiue capite Canonis Dodecatemorion Cancri.

Similiter dum tendo, inter duas parallelas tranſuerſales, quibus itidem hæc Aſcenſio incluſa eſt, occurrit in extremo margine ſiniſtro 23. Gradus.

Pronuncio igitur, tempora æquinoctialis 84. Gr. 31. mi. perioriri cum fine 23. Gradus Dodecatemorij Cancri. Nam in tabellis Aſtronomicis omnes numeri pleni ſiue abſoluti intelligi debent.

*DE SECVNDO CASV.*

Cum datorum numerorum alter integris partibus conſtat, nimirum is qui extra ſumitur, alter in area præciſè non offert ſeſe, ſemel vtendum eſt parte proportionali, vt ad exitum quæſtionis peruenias. Arcus autem Eclipticæ hoc modo indagandus erit.

I. Quære differentiam inter Aſcenſiones, data proximè minorem & maiorem, eámque colloca primo loco.

II. Quærenda eſt differẽtia, inter gradus Eclipticæ aſcenſionibus duabus, minori ſcilicet & maiori reſpondentes, eámque colloca ſecundo loco.

III. Inquire differentiam inter proximè minorem aſcenſionem in tabula poſitam, & tuam datam, eámque colloca tertio loco.

IIII. Cum his numeris abſolue operationem regulæ proportionum, & inuenies ſcrupula addẽda integris gradibus, qui integris gradib. minoris aſcenſionis in tabula adſcripti ſunt.

Hinc inuenies arcum verum, Aſcenſioni datæ congruentem.

*EXEMPLI CAVSA.*

Quæro ad quod punctum Zodiaci pertingat aſcenſio obliqua 109. Grad. 47. min. ſub latitudine 52. Graduum. Canon Aſcenſionum obliquarum, ad hanc Eleuationem computatus, exhibet numerum minorem 109. Grad. 38. min. ad 11. Gra. Leo, vt ſit circumiacentium arcuum differentia 1. Gr. 26. min. Et data Aſcenſio, excedit minorem arealium minutorum 9. min. Minutis.

*Quare ſic dico.*

1. Grad. 26. min. æquatoris, dant 60. min. Zodiaci, quid 9. min. æquatoris. Pars proportionalis eſt 6. mi. Scrupulorum primorum.



Digitized by Google

Ergo pronunciò,cum dato arcu æquatoris, per oriri 11.Gr.6.min.Leo.

### *DE TERTIO CASV.*

Cum vterque numerus,qui extra & in area quærendus,non conſtat è Solis gradibus,ſed ſcrupulis etiam, vtendum eſt duplici parte proportionali, in ſumma aliàs bis,aliàs ter,vt quæſitum producatur.Eſt enim arcus præciſè inquirẽdus,hoc modo.

I. Iuxta ordinem ſecundi caſus, inquire arcũ Eclipticæ,datæ aſcenſioni congruentem, ad duas Poli eleuationes,proximè ſcilicet maiorem,& tua minorem.

II. Quære horum arcuum differentiam, ſimulque differentiam quęre inter duas eleuationes Poli,proximè ſcilicet maiorem & minorem.

III. Differentiam Eleuationum colloces primo loco,ſecundo differẽtiam arcuum,tertio ſcrupula gradibus datæ Eleuationis adhærentia, & regulæ proportionum vſus oſtendet partem proportionalem,minutis adhærentibus gradibus poli reſpondentem.

IIII. Hanc partem proportionalem,adde arcui inuento,ad minorem Eleuationem Poli, ſi ſequentis eleuationis arcus maior fuerit,vel ſubtrahe,ſi minor,& habebis arcum verum, datæ aſcenſioni reſpondentem.

### *EXEMPLVM.*

Latitudo regionis ſit 51. Grad. 54. min. data aſcenſio 50. temporum 13. min. Quæro in quod punctum Eclipticæ,ipſa Aſcenſio terminetur. Hic tam gradibus Eleuationis poli, quam aſcenſionis datæ Minuta adhęrent.Quæro igitur primo arcum conuenientem ex Canone ſub latitudine minori 51. Graduum tantum, & inuenio arcum Zodiaci coorientem,finiri in 23.Grad.0.min. ♊. ſub latitudine ſequente,datam aſcenſionem præciſè non inuenio,ſed numerum minorem 49.Grad.53. min. ad 24.Grad. ♊.Inde terminatur,ſi corrigas arcum inuentum per partem proportionalem, in 24.gra. 20.min. ♊.Differentia vtriuſque arcus Zodiaci eſt 1.Grad.20.min.

*Iam ſic dico.*

60.min.poli,dant 1.Grad.20.min.Zodiaci,quid 54.min.poli. Pars proportionalis eſt 72.min. addenda 23.grad.0.min. ♊.eo quod cum poſteriori regionis latitudine,maior arcus ſigniferi peroriebatur.Quare Aſcenſio obliqua temporum 50.gra. 13.min.peruenit ad 24.gra.12.min. ♊.

### *ALIVD EXEMPLVM.*

Aſcenſio data ſit graduum 50. Minutorum 48. Eleuatio poli 51. grad. 54. min. Quæritur reſpondens arcus Eclipticæ. Iuxta formam præcedentis calculi, deprehendo in latitudine 51.gra.vna pero riri 23.gra.35.min. ♊.Sub ſequenti latitudine maiori 52.gr.inuenio 24.gr.54.min. ♊.Differentia horum arcuum Zodiaci eſt 1.gr.19.min.

*Iam ſic dico.*

60.min.poli dant 79.min.ſigniferi,quid 54.mi. poli P.P.eſt 71.min.Id eſt,1.gr.11.min.addenda ad arcum primo loco inuentum 23.gr. 35.mi. ♊. Vnde reſpondet dato arcui ęquatoris 24.gr.46.m. ♊.

### *REPETITIO CALCVLI.*

Aſcenſio obliqua data eſt 50.gr.48.mi.Poli Eleuatio 51.gr.54.mi.Prima,ſub Eleuatione 51.gr.

| | | |
|---|---|---|
| Aſcenſio in | 51. | Grad.13.min.maior |
| area Canonis | 50. | 13.minor,ad 23.gr. ♊. |
| Differentia | 1 | 0. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Aſcenſio | Data | 50.Grad. | 48.min. |
| | Minor | 50. | 13. |
| | Differentia | 0 | 35. |

*Iam ſic dico:*

60. min.æquatoris, dant 60. min.Zodiaci, quid 35. min.æquatoris. (35.min. p.p. Productum eſt 35. min. Quare arcus Eclipticæ,primo loco inuentus eſt 23.gr.35.min ♊.

Sub Eleuatione 52.gra.

| | | |
|---|---|---|
| Aſcenſio | 50. | Grad.54.min.maior, |
| | 49. | 53.minor ad 24.G. ♊. |
| | 1. | 1. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Aſcenſio | Data | 50.Grad. | 48. min. |
| | Minor | 49. | 53. |
| | | 0 | 55. |

*Iam ſic dico.*

61.min.——60.——55. (54.min.p.p.

Ergo hic cooritur cum data aſcenſione 24.Grad.55.min: ♊. Inuenimus ergo.

| | | |
|---|---|---|
| Sub latitudine | 52. | Graduum, Zodiaci arcum. |
| | 51. | |

| | | |
|---|---|---|
| | 24.grad. | 55.min. ♊. |
| | 23. | 35. ♊. |
| Differentia | 1. | 19. |

Iam

*Iam ſit dico.*

50.min.poli dant differentiam 1.gr.19.min.quid dant 54.poli.

P.p.eſt 1.gr.11.Hæc addenda ſunt ad arcum primo loco inuentum.

| | |
|---|---|
| | 23.grad.35.min.♊. |
| P.p.addenda eſt | 1.grad.11. |
| Eſt ergo arcus Eclipticæ cooriens | 24.grad.46.min.♊. |

Hæc primum dicta ſint de vſu Canonum primi mobilis, quorum non tantum in Directionibus, ſed etiam aliàs ſæpe vſus eſt maximus.

### II. DE DIRECTIONIBVS, QVIBVS *arcubus hic vtamur, & quis ſit finis Directionum.*

DIRECTIO eſt nihil aliud, quam motus primi mobilis, ſiue reuolutio ſphæræ, qua arcus Aequatoris coaſcendens vel condeſcendens cuipiam arcui Eclipticæ, aut alij interuallo duorum locorum inueſtigatur, reſpectu circuli poſitionum, ſub quo alter eorum iacet. Vnde dirigere tunc dicimur cum eiuſmodi arcum doctè numeramus. Hac via directionis locus ſecundus traducitur ad ſitum primi, vel locus ſecũdus, Ptolemæo teſte, perducitur ad Circulum, in quo iacuit locus primus. Et contra locus primus transfertur ad Circulum, in quo ſecundus locus collocatus eſt. Circulus hic eſt poſitionis, qui cũ meridiano & Horizonte coincidens, communem ſectionem conſtituit. Locus primus eſt, qui dirigendus ad promiſſores. Secundus eſt is, ad quem primus dirigitur. Ac plerumque hic primus locus ſignificator dicitur, locus verò ſecundus promiſſor appellatur.

### DE DVPLICI DIRECTIONE.

Hęc directio duplex eſt: Vna fit ſecũdùm ſucceſſionem ſignorum, quæ aliàs directa vocatur. Altera contra ſucceſſionem ſignorum, quæ alias retrograda nũcupatur. In priore cum Sphæra mouetur, ſignificator deducitur directè ad promiſſorẽ, vel locus ſecundus ad locũ primi trãsfertur, id eſt, ſignificatoris, & hęc dependet ab arcu Aequatoris, qui reſpondet interuallo Eclipticæ, quod eſt inter ſignificatorẽ, ac promiſſorem reſpectu Circuli poſitionis, ſub quo idẽ ſignificator iacet. Hæc medio cæli, Horoſcopo, reliquiſque figuræ domib⁹, præterea omnibus Planetis directis, cõgruit.

Alia Directio eſt conuerſa, aut contra ſucceſſionẽ ſignorum, in qua motu ſphæræ ſignificator retrogradè ad promiſſorem traducitur, dependens ab arcu æquatoris, qui interuallo Eclipticæ reſpondet, quod eſt inter ſignificatorem & promiſſorem, reſpectu circuli poſitionis, ſub quo idem promiſſor iacet.

Hac ſecunda directione vtũtur Aſtronomi, in parte fortunæ reliquiſque partibus (quas ego negligo in iudicijs) ac in Planetis retrogradis. Significator autem eſt Planeta vel locus ſigniferi, qui dirigẽdus eſt, ac ſic dicitur quod ſignificationem alicuius rei repræſentet.

PROMISSOR verò dicitur Planeta vel locus, ad quẽ fit directio, ac ſic dicitur, quod accidens aliquod ſiue bonum ſiue malum decernat. Significator igitur vicem ſubiecti ſuſtinet, & recipit aliquid à promiſſore certo tempore, cuius quidem temporis quantitatẽ Directio metiri ſolet.

Quomodo ad hunc arcum æquatoris peruenire liceat nunc ſequentibus præceptis & exemplis demonſtrabimus, certa Methodo, & quidem ad hunc finem directionis ita peruenire licet vt pro hoc arcu primũ conſtet.

1. Longitudo.
2. Latitudo.
3. Declinatio.
4. Aſcenſio Recta.
5. Diſtantia à Medio vel imo cæli.
6. Situs ſupra aut infra terram.
7. Circulus poſitionis.
8. Differentia aſcenſionalis.

} propoſiti Planetæ ſiue loci Zodiaci.

Qua ratione lõgitudo & latitudo ſiderũ indagãda ſit, aliàs exponitur. Nũc dereliquis arcubus inquirẽdis, aliquid ordine monebimus, Deo bene iuuante.

### III. DE DECLINATIONE PLANE- *tarum aut cuiuſcunque loci inquirenda.*

Magnum eſt diſcrimen inter longitudinem, latitudinem & declinationem.

LONGITVDO ſtellæ, eſt arcus Zodiaci comprehenſus inter locum apparentis æquinoctij verni, & circulum latitudinis ſtellæ, hoc eſt, Circulum, qui per polos Eclipticæ deſcribitur, & verũ ipſius ſtellæ locũ.

LATITVDO ſtellæ, eſt arcus Circuli maximi, trãſeuntis per polos Eclipticæ & locum ſtellæ comprehenſus inter Eclipticam & locum ſtellæ.

DECLINATIO eſt arcus circuli maximi tranſeuntis per polos mundi ſiue æquatoris & locum ſtellę verum, vel partem Eclipticæ, comprehenſus inter æquatorem & locum ſtellæ, vel partem Eclipticæ.

Differunt igitur hæc tria. Longitudo refertur ad Arietis principium, iuxta ſignorum ſeriem. Latitudo ad Eclipticam, per polos eiuſdem. Declinatio ad æquinoctialem, per polum eiuſdem. Hæc declinatio duplex eſt, alia Septentrionalis quæ declinat ab æquatore verſus boream. Alia eſt auſtralis, quæ verſus auſtrũ ab æquatore numeratur. Hęc in Sole diuiditur in Creſcentem & Decreſcentem. Septentrionalis creſcens eſt ab Arietis initio ad 0.gr.♋, vbi maxima eſt. Septentrionalis decreſcens eſt à 0.grad.♋, ad 0.grad.♎. Sic de Auſtrali cogitãdum eſt. Hæ declinatiões in Planetis ſunt diſſimiles. In ſtellis fixis tardiſſimè eadem declinatio mutatur. Tardiſſimè enim tantum ſecundum longitudinem ad alia loca ſigniferi prorepat. Ac quidem hæc ſtella in Aequatore



Digitized by Google

conſiſtit,cuius nulla eſt Declinatio.Et eadem eſt declinatio illarum ſtellarum quæ in eundem Circulum æquatori parallelum incidunt.

Pro hoc vero arcu inueſtigando generale & ſpeciale præceptum tradi ſolet.

Particulare præceptum oſtendit, quomodo declinatio ſtellarum eruenda ſit,cuius latitudo non ſuperat octo gradus,id eſt,quæ tantum in ſigniferum incidunt.

Eſt autem talis proceſſus.

I. Quęratur longitudo & latitudo ſtellæ iuxta doctrinam ſecundorum mobilium.

II. Ingredere cum longitudine Planetæ tabulam Declinationum latitudinis Septentrionalis,ſi Planeta latitudinem borealem obtinuerit:Latitudinis verò meridianæ, ſi Meridionalem, quærendo ibi ſignum Zodiaci in ſuperiori parte.

III. Quęre angulum communem,ſimplici aut duplici ingreſſu,qui eſt lateralis,& declinationem quæſitam inuenies,ſeptentrionalem ſupra ſcalam rubrã, aut auſtralem,infra ſcalam rubram.

*NOTA BENE.*

1. Cùm nulla minuta gradibus longitudinis & latitudinis adhærent,pro vera declinatione retine illã, quam ſimplici ingreſſu inueniſti.

2. Cùm gradibus longitudinis & latitudinis minuta adhærent,conferendi ſunt anguli laterali in greſſu, vt vera, declinatio eliciatur, exactè reſpondens gradibus & minutis longitudinis & latitudinis datæ.

3. Cùm gradibus longitudinis minuta adhærent, nulla verò gradibus latitudinis,confer angulum communem ad angulum duntaxat ſequentem.inferiorem aut ſuperiorem, & ex differentia cum ſumitur pars proportionalis,addenda aut ſubtrahenda, inuenis veram propoſiti Planetæ declinationem, ſine collatione ad angulum collateralem.

4. Cùm gradibus latitudinis minuta adhærent, nulla minuta verò longitudinis ſunt propoſitæ, angulus communis conferendus eſt tantum ad angulum collateralem,verſus ſiniſtrã aut dextram, & ex parte proportionum vera Planetæ elicitur ſine collatione anguli communis ad angulum ſequentem.

5. Cùm Planetæ nulla eſt latitudo, ingredere tabulam declinationis vtramuis pro libitu, ſiue ſit latitudo borealis,ſiue auſtralis,& ſub columna latitudinis 0.gradus declinationem propoſiti Planetæ deprehendes.Hæc vera eſt cum nulla ſunt minuta longitudinis,quę cum ſunt gradibus addita,numerus primo loco inuentus,parte proportionali corrigendus eſt.

6. Cùm ex differentia angulorum ſequentium vel collateralium nulla omninò prodit pars proportionalis,angulus communis pro quæſita Declinatione retinendus eſt.

7. Declinatione planetę inuenta, pronunciandũ eſt,illam eſſe borealem,cùm ſignum Zodiaci, in quo locus cæli propoſitus verſatur, eſt Septentrionale:Meridianam verò,cum ſignum eſt auſtrale.Semper enim declinatio ſuam denominationem ſortitur, à ſigno Zodiaci,in quo Planeta aut datum cæli punctum verſatur.

*EXEMPLI CAVSA.*

Sit ſtellæ longitudo Palilicij ſcilicet,3.gr.39.min. ♊ latitudo verò 5.gr.10.min.auſtrina. Quæritur Declinatio vera? Ingredior cum hac longitudine & latitudine,tabulam declinationum latitudinis auſtralis, cùm ſtella latitudinem auſtrinam ſibi vendicet. Primùm quæro ſignum ♊ in ſuperiori parte,& gradum latitudinis quintum in ſuperiori parte,cumque inueniam in dextra ipſum ſignum, gradus verò longitudinis in linea collaterali dextra,aſcendo ſurſum & inuenio ad 3.gradum lateris,ſub 5.gradu latitudinis 15.gr.55.min.Differentia arealis eſt 0.gr.11.min. Pars proportionum 39.min.addẽda. Differentia lateralis ſubtrahenda eſt 0.gr.59.min.Pars proportionalis eſt 9.min. 50. ſec.ſubtrahenda. Reſiduum partium proportionalium eſt 2.min 41.ſec.vnde emergit declinatio queſita 15.gr.52.min.19.ſec.borealis.Signũ enim Zodiaci,quod ſtella obtinet,eſt boreale.

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Signa | Borealia | ♈ | ♉ | ♊ | ♋ | ♌ | ♍. | |
| | Auſtralia | ♎ | ♏ | ♐ | ♑ | ♒ | ♓. | |

| | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Medietas Eclipticæ | Deſcendens | ♋ | ♌ | ♍ | ♎ | ♏ | ♐ | Septent. | A. | Merid. M. |
| | Aſcendens | ♑ | ♒ | ♓ | ♈ | ♉ | ♊ | Merid. | | Sept. |

*ALIVD EXEMPLVM.*

Naſcitur inclytus quidam Germaniæ heros Anno 1528.Iunij die 28.H.15.52.min.40.ſec. poſt meridiem. Loca Planetarum ſecundùm Copernici doctrinam,hæc ſunt.

| | | G. | M. | Sec. | | | G. | M. | Sec. | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Longitudo | ☉ | 16 | 24 | 23 | ♋ | Longitudo eſt | 0 | 0 | 0 | | *Declinatio eſt.* |
| | ☽ | 6 | 47 | 51 | ♐ | | 0 | 38 | 13 | M. | |
| | ♄ | 12 | 42 | 13 | ♉ | | 2 | 19 | 24 | M. | |
| | ♃ | 1 | 16 | 59 | ♌ | | 0 | 9 | 18 | M. | |
| | ♂ | 6 | 2 | 55 | ♋ | | 0 | 0 | 0 | | |
| | ♀ | 18 | 45 | 32 | ♊ | | 1 | 21 | 33 | S. | |
| | ☿ | 3 | 2 | 15 | ♋ | | 0 | 30 | 56 | | |

Quęro

*Quæro nunc quæ ſit declinatio Solis, in hac propoſita genitura.*

Longitudo Solis eſt 16.gr. 24. min. ♋. (reliqua enim ſcrupula tuto poſſunt negligi) Latitudo o. eſt. Ingredior cum hac longitudine tabulam Declinationum. Signum Solis boreale inuenio in capite tabellæ, & ſub o. nullo gradu latitudinis in fronte deſcendens, in linea collaterali ſiniſtra deſcendendo, ad 16. gradum, in angulo cõmuni deprehendo 22.gr. 32. min. Angulus ſequens eſt 22.gr.25.min. decreſcens. Differentia eſt o. gr. 7. min. Pars igitur proportionum 2. min. 48. ſec. Subtrahenda, cum ſequens numerus ad 17. gradum longitudinis decreſcat. Eſt ergo vera Declinatio Solis in dato exemplo 22.gr.29.min. 12. ſec. borealis, cùm ſignum Solis ſit Septentrionale. Pro latitudine, quæ hic nulla eſt in Sole, cum ab Ecliptica nuſquam deflectat, nulla correctione opus eſt.

## ALIVD EXEMPLVM.

In hac genitura, quærenda eſt Declinatio Saturni, cuius longitudo eſt 12.gr.42.min.13. ſec. ♉. Longitudo 2.gr.19.min.24.ſec. Meridiana. Ingredior cùm præſcripta longitudine & latitudine canonem Declinationum latitudinis auſtralis, cum Planetæ latitudo ſit auſtrina. Cum longitudine quæro ſignum Zodiaci, in ſuperiori parte ♉ ſcilicet, & cùm ad dextram canonis illud inueniam, aſcendendo ex calce tabellæ & aſcendendo ſurſum in linea collaterali quæro 12. gradum, in fronte vero 2. gradum latitudinis. In concurſu horum graduum, ſcilicet longitudinis & latitudinis, primo loco & ingreſſu inuenio 13. gr. 34. Minuta. Hic numerus propter ſcrupula longitudini & latitudini adhærentia corrigendus eſt, & collatio angulorum inſtituenda eſt. Differentia longitudinis inter 12. gr. & 13. gr. eſt o. gr. 18. min. addenda. Quia ſequens numerus creſcit. Pars proportionum eſt 12. min. 39. ſec. 54. ter. add. Differentia latitudinis inter 2. & 3. gradum eſt o. gr. 57. min. ſubtrahenda. Quia ſub tertio gradu numerus decreſcit. Pars proportionalis eſt 18. min. 25. ſec. 48. ter. Hæc ſubtracta à numero primo loco inuento pro minutis latitudinis, illa verò addita pro minutis longitudinis, relinquit Declinationẽ probe correctam duplici parte proportionali, ſcilicet 13. gr. 28. min. 14. ſec. 6. ter. borealem, cum ſignum tale ſit in quo Saturnus commoratur.

*Vide hic operationem.*

| ♄ Long. in 12. grad. 42. min. 13. ſec. ♉. | | | | Latitudo in 2. grad. 19. min. 24. ſec. M. | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Ad 13. grad. | 13. | 52. | | b Sub. 3. grad. | 12. | 37. | |
| Ad 12. grad. | 13. | 34. | † | a Sub. 2. grad. | 13. | 34. | † |
| Differentia | o. | 18. | A. | Differentia | o. | 57. | |
| 60. min. — 18. mi. — 42. min. | 13. ſec. | | | 60. mi. — 57. mi. — 19. min. | 24. ſec. | | |
| 12. mi. 39. ſec. 54. ter. A. p. p. | | | | 18. mi. 25. ſec. 48. ter. S. p. p. | | | |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 13. | 34. | | | |
| | 12. | 39. | 54. | p. p. add. |
| 13. | 46. | 39. | 54. | |
| | 18. | 25. | 48. | p. p. Sub. |
| 13. | 28. | 14. | 6. | Declinatio correcta borealis. |

## DE SCALA RVBRA NOTABILES cautelæ.

PRIMA: Scala rubra dicitur illa, quæ per tabulam Declinationis meridianæ latitudinis, ſigni ♍ & ♈ ducta eſt, vel latitudinis borealis ſigni ♎ & ♓. Hic nunc primo quæritur, quomodo Declinatio rectè cõſtituenda ſit, cum numeri indagandi in hanc ſcalam rubram incidunt? Proceſſus talis eſt: Cum numeri longitudinis & latitudinis datæ tales ſunt, vt declinatio intercipiatur inter duas ſcalas rubras ſeſe proximè ſequentes, in tabula declinationis, Meridianæ latitudinis, quæ ♍ & ♈ ſignum in capite geſtat, declinatio primo loco inuenta eſt Meridionalis, quæ ſub ſcala rubra deprehenditur, nulla prorſus ſigni habita ratione, quod locus Planetæ obtinet. Tum enim denominationem, quam à ſigno Zodiaci accipit, prorſus amittit.

CONTRA: Cùm canonem ingredimur latitudine Septentrionali data, & quidem tabella declinationis in capite geſtat ſignum ♎ & ♓, ita vt declinatio ſupra ſcalam rubram deprehendatur, quæ primo loco inuenitur, Septentrionalis eſt declinatio, nulla prorſus habita ratione ſigni. Tum enim denominatio nem in contrarium mutat.

## EXEMPLI CAVSA.

Sit longitudo ſtellæ o. gr. 10. min. ♈. Latitudo 3. gr. 12. min. Merid. Hic locus cæli habet auſtralem latitudinem. Ingredior canonem, & ſub ♈ ad o. gradum & ſub 3. gradu inuenio in concurſu numerorum, declinationem 2. gr. 45. min. Sequens numerus aſcendendo eſt 2. gr. 21. min. Differentia eſt 24. min. ſub. Pars proportionum eſt 4. min. quæ ſubtracta relinquit 2. gr. 41. min. declinationis. Differentia autem collateralis eſt 55. min. add. P. p. eſt 11. min. Hæc quoque addita ad numerum primo loco inuentum & iam correctũ, relinquit verã declinationẽ 2. gr. 52. mi.



Digitized by Google

Et hæc quidem declinatio eſt auſtralis. Nam declinatio inuenta eſt inter duas ſcalas rubras, in canone declinationũ latitudinis Meridianæ pro ſigno ♍ & ♈.

*ALIVD EXEMPLVM.*

Sit longitudo ſtellæ. 1. gr. 42. min. ♎. Latitudo 2. gr. 19. min. Sept. Ingredior cum ſigno ♎ canonem declinationum, pro latitudine boreali. In linea collaterali ad 1. grad. ſub 2. Gradu inuenio in concurſu graduum 1. grad. 27. min. Differentia angulorum arealium eſt 24. min. ſub. Pars proportionalis eſt 17. min. ferè, ſubtrahenda. & prodeunt 1. gr. 10. min. Differentia collateralis eſt 54. min. add. Pars proportionum eſt 35. min. add. Vera igitur declinatio eſt 1. grad. 45. min. & quidem borealis, nulla ſigni habita ratione, cum Declinatio ſit ſcripta inter duas ſcalas rubras in latitudine Septentrionali ſigni ♎ ac ♓.

*II. CAVTELA.*

Quando inter angulum communem & ſequẽtem ſcala eſt rubra, inter angulum verò commumem & collateralem prorſus eſt nulla, talis eſt proceſſus: Addantur numeri areales, pro ratione ingreſſus, & de aggregato ſume partem proportionalem, quam deme ex angulo communi, ſi ſubtractio fieri poteſt, aut contra angulum communem ex illa minue, ſi ſubtractio fieri nequit, & habes Planetæ vel loci propoſiti veram declinationem, quæ ſanè vera eſt, cùm nulla minuta latitudini datæ adhærent. Hæc denominationem contrariam ſigno Zodiaci ſortitur, cum ſubtractio partis proportionalis fit ex angulo communi: aut ſimilem ei, cum angulus communis ex parte proportionũ ſubtrahitur.

Vbi verò gradibus latitudinis Minuta adhęrent, ingreſſu collaterali cum ſua denominatione elicienda eſt Declinatio vera. Hæc eſt ſemper contraria ſigno Zodiaci loci propoſiti. Hæ denominationes declinationum duplici hoc ingreſſu inuentæ, ſunt conferendæ, cumque ſunt ſimiles, coniunctæ eandem habent denominationem. Cùm ſunt diſſimiles, altera ex altera ſubtrahitur & reſiduũ eſt vera declinatio, quæ nomen accipit ab illo arcu, à quo facta eſt ſubtractio.

*EXEMPLI CAVSA.*

Sit ſtella in 4. grad. 20. min. ♎. Latitudo verò 2. gr. 0. min. Sept. Declinatio eſt 0. grad. 15. min. Angulus ſequens inter ſcalam rubram eſt 0. grad. 9. min. Anguli adduntur & ſunt 0. grad. 24. min. aggregati. Pars proportionalis eſt 8. min. quæ ab angulo communi 0. gra. 15. min. ſubtracta, reliquit veram declinationem ſtellæ 0. grad. 7. min. Septentrionalem nimirum, cum ſubtractio p. p. ab angulo communi facta ſit.

Alivd. Sit ſtellæ longitudo 9. grad. 50. min. ♈. Latitudo 4. grad. 0. min. Merid. In angulo communi eſt declinatio 0. grad 6. min. Differentia arealis eſt ex aggregato 24. min. cum linea rubra angulos interſecet. Pars proportionum eſt 20. min. Ab hac p. p. demo angulum communem ſcilicet 0. grad. 6. min. cum illius ab eo ſubtractio fieri nequeat & remaneat 0. gra. 14. min. Hæc declinatio vera eſt Septentrionalis, cũ ſubtractio anguli communis ex parte proportionali facta ſit.

Alivd. Longitudo ſit ſtellæ 2. grad. 3. min. ♈. Latitudo 1. grad. 2. min. Merid. Declinatio in concurſu angulorum eſt 0. grad. 7. min. Angulus ſequens ſuperior eſt 0. grad. 17. min. Addantur anguli, quos ſcala rubra interſecat, & emergunt 0. grad 24. min. P. p. eſt 1. min. Hæc ſubtracta ex angulo communi, relinquit 0. grad. 6. min. declinationis, cum meridionali denominatione, quæ contra eſt ſigno Zodiaci loci propoſiti. Pro Minutis latitudinis, differentia collateralis eſt 56. min. P. p. eſt 2. min. ferè. Meridionalis, ſemper ſcilicet contraria ſigno Zodiaci loci aſſignati. Hic cum partium proportionalium denominationes conueniunt, hæc pars prop. addenda eſt declinationi primum inuentæ, & veram habes latitudinẽ 0. gr. 8. min. meridianam quidem, cum ambæ aggregatum conſtituentes ſint auſtrinæ.

*III. CAVTELA.*

Cum ſcala rubra conſiſtit inter angulum communem & collateralem, inter angulum communem verò & ſequentem ſiue arealem eſt nulla, tunc ſic procede: Primùm differentia arealis indagetur, & pars proportionalis pro minutis longitudinis inde producta, angulo communi addatur vel ſubtrahatur more ſolito. Hæc declinatio notanda eſt ad tempus. Deinde adde numerum anguli cõmunis ad collateralem, pro vt fit ingreſſus in Canonem, ex aggregato ſumatur p. p. pro minutis latitudinis, quæ pars proportionum accipit denominationem contrariam ſigno loci Zodiaci propoſiti, cuius declinatio quæritur, cum angulo cõmuni maior eſt, ſimilem verò retinet, cum eſt minor. Hinc vide, vtrum declinatio prius inuenta & hæc p. p. nomine congruant. Si eiuſdem ſunt denominationis, ſubtrahe p. p. ex declinatione, ſi fieri poteſt, & habes declinationem Planetæ correctã, quæ retinet denominationem à ſigno Planetæ vel ſtellæ.

Vel. Declinatio ſubtrahenda eſt à p. p. & relinquetur vera declinatio contraria denominationi illius ſigni Zodiaci, quod idem Planeta obtinet aut quid ſimile, quod in operationem venit.

*EXEMPLI GRATIA.*

Sit ſtella in 24. grad. 10. min. ♍. Latitudo verò ſtellæ eiuſdem ſit 2. grad. 30. min. Merid. Angulus communis in canone Declinationem exhibet 0. grad. 33. mi. Differentia eſt arealis 24. min. S. P. p. 4. min. Subtrah. eſtque declinatio correcta primo inuenta 0. 29. min. Septent. Hæc ad tempus notanda eſt, quæ nomen accipit à ſigno Zodiaci, in quo ſtella commoratur. Pro differentia collaterali, propter ſcalam rubram intermediam, addo 0. grad. 33. min. anguli communis, ad 0. grad. 22. min. Agg. eſt 55. min. P. p. inde producta eſt 27. min. Septent. cum illa minor ſit angulo communi, qui denominationem habet borealem à ſigno ♍. Sũt autem eiuſdem nominis prior declinatio & hæc pars proport. Quare cum p. p. ex declinatione ſubtrahitur (quę in hoc caſu fieri poteſt) relinquitur vera declinatio antedictæ ſtellæ. 0. grad. 2. Septentrionalis. Hęc enim nomen accipit à ſigno, in quo ſtella ponitur.

III. CAV

Digitized by Google

*III. CAVTELA.*

Quando ſcala rubra inter vtrumque angulum arealem & collateralem conſiſtit, hic eſt proceſſus.

I. Angulū communē adde angulo ſequēti, pro vt res poſtulat & natura ingreſſus.

II. Sume p.p. ex aggregato, quam diligenter annotato, non habita ratione ſuæ denominationis.

III. Angulum communem antedictum, adde angulo collaterali, & ex aggregato ſume p.p. ſine vlla denominatione aſſeruandam.

IIII. Hæ ambæ p.p. iam duplici modo inuentæ, addantur, & addātur, & aggregatū ex angulo cōmuni ſubtrahe, ſi fieri poteſt, & prodit declinatio Planetæ vera, quæ à ſigno ſtellæ aut loci propoſiti nomen accipit. Aut cōtra angulus cōmunis ex aggregato minuēdus eſt, & remanet vera Declinatio, cuius denominatio eſt contraria ſigno Zodiaci ſtellæ aſſignatæ.

*EXEMPLVM.*

Sit ſtellæ longitudo 15.gr.m.6.♓. Latitudo. 6.gr. 8.m.Sept.

Declinatio in angulo communi eſt o.gr.23.m.

Sequens angulus, quem tranſit linea rubra, eſt o.gr.o.m.

Aggregatum angulorum eſt o.gr.23.m.
P.p. eſt pro minutis longitud.o.gr.2.m.
Aggregatum angulorū collateraliū eſt o.gr.55.m.
P.p. eſt pro ſcrup. latitud.o.gr.7.m.
Coniungantur p.p.& eſt aggreg.o.gr.9.m.
Hoc aggreg. partium proportionalium.
Subtrahendum eſt ex angulo cōmuni o.gr.23. m.
Reſiduum eſt o.gr.14.m.

Et hæc eſt declinatio vera, quæ denominationem accipit à ſigno ſtellæ, quod eſt auſtrale. Eſt igitur Meridiana declinatio.

*IIII. QVOMODO DECLINATIO ſtellarum in genere indaganda ſit, quarum Latitudo octo gradus excedit.*

Primùm quære verum ſtellæ locum, ſecundum lōgum & latum.

II. Cùm longitudine ingredere tabulam declinationum generalē, & extrahe ex ipſa area auſtralē vel borealē arcū, ſegmentū ſcilicet circuli latitudinis, cōprehēſum inter æquatorē & iter ſolare quod alias dicitur radix Declinationis, cū numero multiplicādo.

III. Huic radici addatur Latitudo ſtellæ, ſi eiuſdē ſint affectionis & aggregatum vtriuſque ſimile nomen habet, vel ſubtrahatur, ſi diuerſæ ſint ſpeciei, & reliquus arcus refert ſpeciem eius, vnde facta ſubtractio, & in hoc aggregato vel reſiduo relinquitur diſtantia ſtellæ ab æquatore, vel argumentum declinationis.

IIII. Huius inquiratur ſinus reſpondens, qui ducatur in multiplicandum numerum.

V. A numero producto abijciantur 5. poſteriores cyfræ (quæ vocatur diuiſio per totum ſinum) reſiduo addatur vnitas, ſi abiectæ cyfræ 50000. ſuperant.

VI. Reſiduum in tabulis ſinuum inquiſitum, exhibet arcum Declinationis quæſitum, quæ qualis ſit borealis, vel auſtralis monebit prioris ſummæ vel reſidui affectio.

*EXEMPLI CAVSA.*

Caniculæ longitudo eſt 8.gr 39.m.♋.Latitudo 39.gr. 10.m.auſtrina. Declinatio inquiritur.

Radix eſt 23.gr.16.m.3.ſec.borealis. Quia ſignū eſt boreale. Hæc ſubtrahitur à latitudine 39.gr.10.m.Reſiduum eſt 15.Gr.54.m.auſtrale, argumentum Declinationis. Multiplicandus eſt 99817.21.m.

| | | |
|---|---|---|
| Sinus reſpondens eſt. | 16437. | |
| Productum ex multiplicatione | 16406. | 92029. |
| Abijcio. | | 50000. |
| Addo vnitatem & fiunt | 16407. | |
| Arcus reſpondens eſt | 15.gr.52.min. | |

Eſt ergo declinatio Caniculæ 15.gr.52.min. auſtralis. Quia reſiduum eſt auſtrale.

*V. QVOMODO ASCENSIO RECTA Planetæ aut ſtellæ colligenda ſit.*

Arcus rectæ Aſcenſionis hoc modo colligitur.

1. Ingredere cū Longitudine & Latitudine propoſiti Planetæ aut ſtellæ, tabulam Cœli Mediationum, quę eſt duplex, vna pro latitudine boreali, altera pro Meridiana.

2. In concurſu horum arcuum, (via præmonſtrata in declinationis arcu indagando,) longitudinis & latitudinis, rectam Aſcenſionem deprehendes.

3. Si Minuta adhæſerint his arcubus propoſitis, pars proportionalis duplici introitu indaganda erit, addenda aut ſubtrahenda.

4. Numerus productus oſtendet rectam ſtellæ Aſcenſionem.

*CAVTELA.*

1. Cum ſtella nullam habet Latitudinem, tunc tātum Canone rectarum Aſcenſionum vtimur, & prodit quæſitum.

2. Cum gradibus Longitudinis propoſiti Planetæ Minuta adhærent, Latitudinis prorſus nulla, angulus communis corrigendus eſt, propter ſcrupula illa vt conſtet exactè Planetæ Aſcenſio recta, aut alterius arcus Zodiaci, qui nobis occurrit in ipſa operatione.

3. Cum minuta adhærent Latitudinis arcu tantū, facta collatione ad arcum collateralem, idem numerus primo inuentus corrigendus eſt.

4. Cum nulla eſt Latitudo ſtellæ aut arcus Zodiaci, cum longitudine ſub o. gradu latitudinis, rectam Planetæ aſcenſionem deprehendes, quæ vbi neceſſitas exigit illud, corrigenda eſt per partem proportionum.

5. Cum ſubtractio non poteſt fieri ab angulo ſequente, ſcilicet dum angulus obtinet 359. gradus: angulus verò ſequens gra. o. tunc pro eo aſſumendus eſt integer Circulus æquatoris, nimirum 360. graduū, ac ita tandem ſubtractio inſtituatur.

6. Cum anguli communis ab angulo collaterali ſubtractio fieri nequit, vel contra, anguli collateralis

ab angulo communi,quod fit,dum alter eorum,ſcilicet angulus ſubtrahendus obtinet 359.gradus, alter verò,à quo debet fieri ſubtractio grad.o. tunc per o. grad.aſſumas 360.gradus æquatoris, ac ita tandem minoris à maiore ſubtractio fiat.

7. Cum ſubtractio anguli communis, nec ab angulo ſequente,nec collaterali fieri poteſt, quod fit dū angulus cōmunis obtinet 359.gradus,angulus ſequēs & collateralis grad.o.tunc pro o.grad. bis aſſumendus eſt integer æquatoris Circulus,ac ſubtractio tum demum illius ab vtroque inſtituenda eſt.

Hæc præcepta,de colligenda recta Aſcenſione,referenda ſunt ad ſtellas,quæ vltra octo gradus ab Ecliptica non recedunt. Vbi verò ſtella vel locus cœli,octo gradus excedit Latitudinis, Aſtrophili quartū Regiomontani problema conſulant in tabulis Directionum.

*EXEMPLI CAVSA.*

Palicij longitudo eſt 3.gr.39.min.♊.
Latitudo eſt 5.gr. 10.min.auſtrina.
Declinatio eſt 15.gr.52.min.borealis.
Aſcenſio recta eſt 62.gr.38.min.39.ſec.

*ALIA MEMORABILIS CAVTELA.*

Quid agendum eſt,cum non ſunt continui arcus Eclipticæ,id eſt,ab alio zodiaci puncto inchoantur, & non ab Ariete principium ſumunt.In tali caſu, gemino vſu præcepti ſuperioris,& vna ſubtractione quæſitum abſoluentur.Vt quæro,quantum in Sphæra recta de æquinoctiali peroriatur,cum hoc ſegmento Eclipticæ à 10.gr. ♈ in 20.gr. ♉. Cùm 10.gr.♈. oriuntur 9.gr.11.min.Cum 20.gr.verò 47.gr.33.mi. Differentia eſt per ſubtractionem 38.gra.22.min. & tantum de æquatore peroritur.

*EXEMPLVM INTEGRVM huius materiæ.*

Sit longitudo Lunæ 6.gr.30.min.
Latitudo verò 3.gr.20.min.Meridiana.
Ex tabula Cœli mediationum latitudinis Meridianæ,cum talis ſit latitudo,in angulo communi, deprehendo rectam aſcenſionem 96.gr.24.min.
Differētia propter longitudinis ſcrupula,eſt 64.m.
Pars proportionalis eſt 32.min.quæ angulo communi addenda eſt,& prouenit arcus primo loco inuentus 96.gr.56.min.
Differentia collateralis propter Latitudinis ſcrupula,eſt 3.min.
Pars proportionalis eſt 1.min. ſubtrahenda, cum angulus collateralis minor ſit angulo communi.
Eſt igitur vera aſcenſio Recta 96.Graduum, 55. Minutorum, reſpondens exactè gradibus longitudinis & latitudinis.

*VI. PROPOSITIO. QVOMODO Aſcenſio recta indaganda ſit, cum octo gradus Latitudo excedit.*

1.Quæreda eſt Longitudo ſtellæ & Declinatio, forma præſcripta.

2. Cum Longitudine ingredere tabellam Cœli mediationum generalem,& excerpatur hæc duo, radix Aſcenſionum,& numerus multiplicandus.

3. Hinc per Declinationem ex tabula ſecunda, excerpas numerum multiplicantem.

4. Per hunc multiplica multiplicandum prius aſſeruatum,hinc à producto abijce 5.cyfras poſteriores,reſiduo adde vnitatem,ſi abiectæ cyfræ ſuperant 50000.

5. Per reſiduum quæro ex tabulis Sinuum arcū reſpondentem,quem adde vel ſubtrahe à radice aſcēſionum.Additur enim,cum longitudo ſtellæ incidit vel in ſemicirculum Zodiaci deuehentem, & ſtella in boream declinat, vel in ſemicirculum euehentem, cum declinatione auſtrali.Et contrà.

Notabile.Semicirculus Zodiaci euehens eſt, qui à puncto tropico hiberno proficiſcitur,per vernam ſectionem,vſque ad ſignum tropicum æſtiuum.

Alter Semicirculus,qui huic opponitur, deuehens dicitur.

ALIVD. Quando numerus,à quo ſubtractio fieri debet,minor eſt eo,quem ſubtrahi oportet,integer Circulus aſſumendus eſt.

ALIVD. Cum reſpondent cuilibet ſinui duo arcꝰ ambo æquales Semicirculo,alter maior quadrante,alter minor,tunc arcu vtendum eſt minore quidē, quando arcus circuli latitudinis comprehenſus inter verum locum ſtellę & ęquinoctialem, minor itidem fuerit quadrante Circuli,maiore autem, dum ille arcus Quadrantem excedit.

*ADDEMVS VNICVM EXEMPLVM.*

Caniculæ longitudo eſt 8.gra.39.min.♋.
Latitudo vero 39.grad.10.min.auſtrina.
Declinatio eſt 15.gr.52.min.Auſtralis.
Radix aſcenſionum,id eſt,arcus æquatoris comprehenſus inter ♈ & circulum latitudinis ſtellæ, eſt 97.gr.55.min.
Numerus multiplicandus,eſt 3603.
Multiplicans verò eſt 28423.
Productum multiplicationis eſt 102408069.
Reſiduum eſt 1024.
Huius ſinus arcus eſt 1.gra. 1.min. ſubtrahenda. Quia ſtella in medietate deuehente, & declinatio auſtrina.
Ergo aſcenſio Recta Caniculę quæſita, eſt 96.gr. 54.min.

*VII. PROPOSITIO, DE DISTANtia planetarum vel ſtellarum, à Medio vel imo cæli.*

Conſideretur locus Eclipticus Planetæ fixæ aut alterius puncti cæleſtis,in qua parte cæli cōſiſtat. Hinc ordine ita procedendum erit.

I. Si inter primam cuſpidem & quartā ſiue Imi Cæli conſiſtit,Aſcenſio Recta illius loci, ſubtrahatur ab aſcenſione Recta Imi cæli,& inuenies diſtantiam Planetæ,ab Imo cęli.

II. Si inter principium quartæ, & ſeptimæ, ſiue angulum Occidentis deme Aſcenſionē Rectam Imi Cæli,ab Aſcenſione Recta illius loci, & habebis diſtantiam Planetæ ab Imo cæli.

III. Si inter principium ſeptimæ & decimæ,ſiue

regalis

regalis cuſpidis.ſubtrahe Rectam illius: ab Aſcēſione Recta Medij Cæli,& habebis diſtantiam Planetę vel loci dati à Medio Cæli.

IIII.Si inter decimæ & primæ initium , ſubtrahe Aſcenſionem Rectam Medij cæli, ab Aſcenſione recta illius,& habebis diſtantiā Planetæ à Medio cæli.

## CAVTELA.

Cùm ſubtractio fieri nequit,accommodandi ſunt 360.gr.& addendi illi numero graduum,à quo ſubtractio fieri debet.

## ALIA CAVTELA.

Aſcenſio Recta Medij cæli, quomodo colligenda ſit,ſupra oſtenſum eſt.Imi verò Aſcenſio Recta ita deprehendi poteſt:Aſcenſioni Rectæ Medij cæli adde 180.gr.(abij ce hinc 360.Gra.vbi neceſſe eſt)& habebis quęſitum.

## TERTIA CAVTELA.

Magnum eſt diſcrimen inter Elongationem ſtellæ à Meridiano , & Diſtantiam à meridie . Elongatio enim numeratur à ſtella ad Meridianum ſecundum ſignorum ſeriem.Diſtantia nonnunquam contra ſeriem.Item,Diſtantia aut eſt tota ſupra terram, aut tota eſt infrà.Elongationis Pars altera , nonnunquam eſt ſupra terram,altera ſub terra.

## QVARTA CAVTELA.

Cum locus Cæli datus,præciſè in ipſam cuſpidem incidit,& exactè in lineis verſatur illarum domorū, prorſus nullam aut omnino exiguam habens Latitudinem.In hoc caſu nulla diſtantia quærenda eſt à M.C.vel I.C.nec Circulus poſitionis,ac ſimpliciter Directio inſtituēda eſt ad Promiſſores,(ſi locus ille ſignificatoris officio fungatur)pro ratione anguli, cuius lineam ille poſſidet.Vt ſi incidat in primam , dirigitur per aſcenſiones obliquas Eleuationis Poli.Si in 4.aut 10.cuſpidem,per Aſcenſiones Rectas. Si in ſeptimā, per deſcenſiones obliquas eleuationis Poli,&c.regionis datæ.

Cum verò locus ſenſibiliter ab Ecliptica recedit, procedendum eſt in inquirenda diſtantia,via iam antea præmonſtrata.

## EXEMPLVM.

Sit Sol in 16. gr. 24. min. ♌, inter aſcendens & Decimam. Aſcenſio recta eſt 138.gr.53. mi. Mediū cęli ſit 16.Gr.36. min Scorpij. Aſcenſio eius recta ſit 44.gr.7.min.ſubtraho iuxta primam regulam Præcepti aſcenſionem rectam Medij cæli , ab aſcenſione recta Solis,& prodit diſtantia Solis à Medio cæli, ſupra terram,vel diurna.

| | | |
|---|---|---|
| Aſcenſio Recta | 138. | 53. |
| Aſcenſio Recta M.C. | 44. | 7. |
| Diſtantia ☉ à M.C. | 94. | 46. |

## QVINTA ADMODVM MEMORABILIS cautela.

Quando cupis indagare tempus natiuitatis , aut alterius principij ex loco Solis, inſpecta cæli figura, vtere hoc proceſſu:ſubtrahe Rectam aſcenſionē Solis,ex recta Aſcenſione Medij cæli, & relinquitur elōgatio Solis à meridie.Hanc deinde conuerte in tempus,facta diuiſione per 15. vſitata via reductionis, & relinquitur tempus æquatoris quæſitum.

## EXEMPLI GRATIA.

☉ ſit in hac geneſi,vt diximus in 16.gr.24. mi.♌. Aſcenſio Recta eſt 138.Gr 53. min. Medium cæli in 16.gr.36.mi.♏.Aſcenſio Recta Medij cæli ſit 44.gr. 7.min.Quæro de tempore genituræ , qua hora diei natus ſit?ſubtraho rectam ☉ à recta Medij cæli, addito integro Circulo,& relinquitur elongatio à Meridiano.265.gr 14 min.Hæc cōuerſa in tempus, cōſtituit.17.Hor.41.mi.ferè,momentū huius geniturę.

Hæc cautela diligentiſſimè notāda eſt.Sæpe enim in annotandis temporibus error committitur.

| | grad. | Min. | |
|---|---|---|---|
| M.C.Aſcen.Rect. | 44. | 7. | |
| Addo integrum circulum. | 360. | | |
| | 404. | 7. | |
| Aſcen.Rect.Solis | 138. | 53. | |
| Elongatio à Meridiano. | 265. | 14. | in tempus conuertenda. |

## VIII. PROPOSITIO. *De ſitu Planetæ,ſupra aut infra terram.*

Hic conſiderandus eſt locus Planetæ in figura Cæleſti.Cùm enim verſatur in 7.8.9 11 12.domo , ſitus illius eſt ſupra terram.Contra, ſub terra commoratur,cum in 1.2.3.4.5.aut 6.domum incidit.

## EXEMPLI CAVSA.

In geneſi inclyti Principis Electoris AVGVSTI Iupiter eſt in 15.gr.17.min.♊. In vndecima eſt 29. gr.54.m.♊.In decima eſt 16.grad.36.m.♉.Ergo eſt Iupiter ſupra terram.

## CAVTELAE.

Cum ſtella ante lineam primæ Domus,ſiue Horoſcopi ſubſiſtit,& Meridionalem habet Latitudinem, cautè admodum ſententia eſt ferenda.Et ſi enim ſecūdum Longitudinem ſuam ſit ſupra terram , & ante principium Horoſcopi:tamen ratione latitudinis ſub terra conſiſtere poteſt.In hoc caſu,vt dubium illud diſſoluatur,tali vtimur proceſſu.

1. Inquiratur ſub Eleuatione poli regionis datæ & declinationem ſtellæ,ipſa differēda Aſcenſionalis.

2. Hanc

2. Hanc rectè inuetam adde ad 90. gr. cũ Declinatio tua eſt Borealis. Aut illam ſubtrahe à 90. gr. cum eſt Auſtralis, & inuenies arcum Semidiurnum ſtellæ verùm.

3. Hunc confer cum diſtantia à Medio cæli eiuſdem ſtellæ. Cumque maior eſt arcu illo Semidiurno, ſitus eius Planetæ vel ſtellæ eſt ſupra terram. Quãdo verò maior eſt, tunc locus ille ſub terra commoratur.

*EXEMPLI GRATIA.*

Sit Luna in alicuius geneſi in 6. grad. 30. minut. ante lineam primæ domus, cum Latitudine auſtrali, in 3 grad. 20 min. ſecundùm longitudinem, Latitudo ſit 3. grad. 20. min. Merid. ſub Eleuatione Poli datæ Regionis 49. grad. 20. mi. Declinatio Lunæ eſt 20. gr. 1. m. 30. ſec. Sept.

Differentia verò Aſcenſionalis, eſt æquata, 25. gra. 5. min.

Hanc addo ad grad. 90. cum Declinatio Lunæ ſit Septentrionalis, & emergunt grad. 115. 5. min.

Eſt igitur arcus Semidiurnus Lunæ 115. grad. 5. min.

Diſtantia Lunæ à M. C. eſt gr. 116. 42. min.

Hæc eſt maior arcu in Semidiurno.

Ergo Luna in hac geneſi eſt ſub terra, non diſtante, eo quod corpus illius ſupra terram appareat.

Similis eſt proceſſus, cum ſtellæ in latitudine auſtrali, poſt lineam ſeptimæ domus ſubſiſtunt.

*SECVNDA CAVTELA.*

Quando ſtella poſt lineam Horoſcopi conſiſtit, in latitudine boreali, vbi ſub terra eſſe videtur, hoc proceſſu vtimur, vt certo conſtet de ſitu ſupra vel infra terram.

1. Subtrahe arcum Semidiurnum à medietate Circuli æquatoris, id eſt, 180. gr. & relinquitur arcus Seminocturnus Planetæ verus.

2. Cum hoc arcu confer diſtantiam eius Planetæ ab Imo cæli, & mox ſitum eius cognoſces.

3. Hæc enim diſtantia, cum eſt minor arcu Seminocturno iam inuento, ſtella eſt ſub terra. Si maior, eſt ſupra terram.

*EXEMPLI CAVSA.*

Luna ſit in genitura alicuius in 26. gr. 0. min. ♒. Latitudo 5. gr. 0. min. Sept.

Horoſcopus ſit Aſcenſ. obliq. 341. gr. 12. min. Eleuatio poli 49. gr.

Declinatio ſit 8. grad. 10. min. Differentia Aſcenſionalis eſt 9. gr. 30. min.

Hæc ſubtrahatur à 90. gr. cùm Declinatio ſit meridionalis, & relinquitur arcus Semi diurnus Lunę, 80. gr. 30. min. Hic ſubtractus ex 180. gr. relinquit Seminocturnum 99. gr. 30. min. Diſtantia Lunæ ab Imo cæli eſt 104. gr. 39. min. Hæc maior eſt arcu Seminocturno. Quare Luna tunc fuit ſupra terram, non obſtante eo, quòd Luna corpore fuit ſub terra, ſecundùm longitudinem. Eodem modo iudicandum eſt de ſtellis, cum ante lineam Septimæ domus conſiſtunt, & latitudinem habent Borealem.

*TERTIA CAVTELA.*

Cum diſtantia Planetæ ſiue ſtellæ alicuius, æqualis eſt arcui Semidiurno, aut Seminocturno, Planeta aut locus cæli datus, non eſt ſupra, nec infra terram, ſed exactè verſatur in linea Orientis vel Occidentis, pro vt occupat Medietatem Cæli aſcendentem aut deſcendentem. Si medietatem Aſcendentem, eſt in linea Horoſcopi. Si Deſcendentem, eſt in cuſpide Occidentis. Ac tunc dirigitur in Oriente conſtitutus, ſicut Horoſcopus, per aſcenſiones obliquas Eleuationis tui loci. In Occidente verò, per deſcenſiones obliquas, Eleuationis datæ regionis. Nec quærendus eſt hic Circulus poſitionis.

*QVARTA CAVTELA.*

Cum ſitus ſtellæ ratione figuræ Cæli & Latitudinis mutatur, diſtantia quoque eius à Medio vel Imo cæli, alio modo indaganda eſt.

I. Primum enim cum ſtella eſt inter principium primæ & quartæ domus, diſtantia eius ab Imo cœli ſumenda eſt.

II. Secundo Cùm eſt inter principiũ Decimæ & Septimæ, diſtantia à Medio cæli ſumenda eſt.

III. Cum eſt inter initium quartæ & primæ domus, diſtantia eius ab Imo cæli quęrenda eſt.

IIII. Cum eſt inter principium Septimæ & Decimæ, diſtantia eius à Medio cæli inquirenda eſt, neglecta diſtantia ab imo cæli.

Hæc Cautela locum habet in illo caſu, cùm ſtella eſt prope cuſpides primæ aut ſeptimæ domus, ac ſitus illius eſt in alio cæli loco, quàm corpus ipſum.

*EXEMPLVM.*

Sit Luna in alicuius genitura 1126. gr. 0. min. ♒. Diſtantia Lunæ ab imo cæli ſit 104. gr. 39. m. cũ verſetur inter principium primæ cuſpidis & quartæ domus: Hic ſitus Lunæ talis eſt quidem ratione corporis, ſed mutatur hic poſitus propter Lunæ latitudinẽ, & deprehenditur, vt iam dictum eſt in ſecunda cautela, non infra, ſed ſupra terram, inter principium decimæ & primæ domus.

Quare diſtantia vera Lunæ ſumenda eſt à Medio cæli.

Aſcenſio Recta Medij cæli ſit 251. gr. 12. min.

Aſcenſio Recta ſit 326. gr. 33. min.

Subtraho rectam Medij cæli, à recta Lunæ, & relinquuntur gradus 75. 21. min. vera diſtantia Lunæ à Medio cæli.

Nota

Digitized by Google

*NOTABILIS COMMONEFACTIO.*

Totum Cælum diuiditur in Medietatem Aſcendentem & Deſcendentem. Aſcendens eſt, quæ à pũcto decimæ domus incipit, & in puncto quartæ domus terminatur, progrediendo per primamdomũ. Deſcendens vero eſt Medietas, quæ à puncto quartæ domus incipit, & in puncto decimæ terminatur, procedendo per ſeptimam domum.

*ALIA DIVISIO.*

Diuiditur etiam Cælum in Orientalem & Occidentalem Medietatem, ita vt ſit alia ſupra, alia infra terram. Ergo quatuor ſunt Quartæ.

1. Quarta Orientalis, 12. 11. 10. ſupra terram.
2. Quarta Orientalis infra terram, 3. 2. 1. infra terram.
3. Quarta Occidentalis infra terram, 6. 5. 4.
4. Quarta Occidentalis, ſupra terram, 9. 8. 7.

*IX. PROPOSITIO DE CIRCVLO Poſitionum.*

Circulus Poſitionis eſt is, qui per duas communes ſectiones Meridiani & Horizontis, aut per Cẽtrum ſtellæ vel per punctum Cæli ſignatum incedit. Hic Circulus alias Horizon ſtellæ dicitur. Hũc indagaturus, tria ſint in promptu.

1. Declinatio Planetæ.
2. Diſtantia eius à Medio vel Imo cæli.
3. Situs Planetę vel ſtellę ſupra vel infra terrã.

His primum rectè conſtitutis, quære tabulã Poſitionum accommodatam ad polum datę regionis quam ſi exactè non inueneris, propiorẽ eligas. Hæc duplex eſt: Vna ſeruit Declinationi Septentrionali ſupra terram, & Meridianæ ſub terra: Altera vero, Declinationi Meridianæ ſupra terram & Boreali ſub terra. Cùm igitur Planeta, Declinationem habet Septentrionalem ſupra terram, vel meridianã ſub terra, ingredere partem tabulę poſitionum debitam, & quære ibidem gradus Planetæ in linea collaterali ſiniſtra per aſcenſum. Et contra: E regione vero, inuẽtis illis gradib. Declinationis, per aſcẽſum ſiue per deſcenſum, è regione eorum, quęre diſtantiam eiuſdem Planetæ à Medio vel Imo cæli, quæ in corpore continetur, donec illam offendes. In ſuperiori parte columnæ, inuenies gradus Circuli poſitionis. Hic numerus nullam requirit correctionem, cum Declinationi minuta non adhęrẽt. Sed vbi Minuta addita ſunt, per partem proportionalem addenda eſt æquatio, vt vſus facilè docebit.

*EXEMPLI GRATIA.*

Sit ſtellæ alicuius declinatio graduum 9. M. 0. Septentrionalis.

Diſtantia eius eſt à Medio cæli 48. gra. 44. min. ſupra terram.

Eleuatio ciuitatis ſiue regionis ſit 40. graduum. Quæritur Circulus poſitionis huius ſtellæ. Ingredior partem tabulæ poſitionum, cui ad latus læuũ titulus apponitur. Declinatio Septentrionalis ſupra terram, & Meridiana ſub terra, ac ibidem in linea collaterali ſiniſtra per aſcenſum quæro gradus Declinationis ſtellæ, nimirum 9. E regione verſus dextram, diſtantiã ſtellæ quæro, à Medio cæli, quæ eſt 48. gr. 44. In fronte offendo 30. gr. circuli poſitionis. Stella igitur poſita eſt ſub Circulo poſitionis 50. graduum 0. Minut.

*ALIVD EXEMPLVM.*

Sit ſtellæ Declinatio 21. gr. 10. min. Meridiana.

Diſtantia eius à Meridiano ſit 3. gr. 6. min. ſupra terram.

Eleuatio Poli ſit 57. gr. 30. M. Huic facta correctione per partem proportionalem reſpondet Circulus poſitionis 12. gr. 8. Minutorum.

De his vide plura in Cypriani tabulis Directionum, qui multa exempla tradidit.

*CAVTIO NOTABILIS.*

Cũ diſtãtia adeo eſt parua, vt per ingreſſum Declinationis Planetæ diſtãtia proximè minor haberi non poſſit, ſimpliciter diſtantia propoſita per 60. multiplicãda eſt, & multiplicatus numerus diuidẽdus eſt per diſtantiam maiorem in Canone inuentam. Productum aſſumatur pro Circulo poſitionis.

*X. PROPOSITIO. DE DIFFERENTIA Aſcenſionali.*

Differentia Aſcenſionalis eſt ſegmentum æquinoctialis circuli, quo inuicem differunt Aſcenſio recta & obliqua eiuſdem dati puncti Eclipticæ, ſeu cuiuſcunque. Hoc ſegmentum æquatoris, comprehenditur inter Horizontem obliquum & Colurum, tranſeuntem per datum punctum, ita vt hoc ipſum punctũ in Horizõte collocari intelligatur.

Hæc differentia, ſiue hic arcus Aſcenſionalis, diuerſimodè inquiritur. Interdum ad datum polum Regionis, interdum ſecundum gradus & minuta circuli poſitionis ſtellę cuiuſcunque, interdum ſecundum gradus & minuta alterius Circuli Poſitionis.

Hic arcus tali modo indagandus eſt: Conſidera primum, quæ ſit Declinatio ſtellæ, & quot graduũ ſit Eleuatio poli borealis, vel quot gradibus Circulus poſitionis ſupra Horizõtem regionis eleuetur.

Secundo, Cum hac declinatione ſtellæ & tua Eleuatione, lateralis fiat ingreſſus, in tabulam differentiæ Aſcenſionalis, minorem eorum ſurſum quære inter capitales, maiorem inter laterales, ſeu deſcendentes extremos.

Tertio, Angulus ſiue proſelis communis, oſtendet mox differentiam Aſcenſionalem, ſi gradibus numerorum non adhæſerint ſcrupula. Sin vero adhæſerint, vtendum eſt parte proportionali, quæ ſemper addenda eſt numero primo loco inuento.

CAV

Digitized by Google

*Cautela.*

In excerpendis differentiis numerorum vicinorum arealium, lateralis differentia attribuenda eſt ſcrupulis adiacentibus capitali numero, deſcendens vero ſcrupulis lateralis numeri ſiue maioris.

*Exempli cauſa.*

Sint duo dati numeri, primus ſit 16. Gr. 40. mi. Alter ſit 70. Gr. 30. min. Differentia aſcenſionalis, reſpondens integris gradibus eſt 51. Gr. 58. min. Differentia deſcendens, propter partem proportionalem inquirenda, eſt 4. Gr. 24. min. 5. ſec. Pars congruens ex 30. ſcrupulis, eſt. 2 gr. 12. min. 2. ſec. Pars proportionalis ex differentia laterali, eſt 3. temporum ſiue graduum, 26. min. 15. ſec. Hæ coniunctæ, conſtituunt ſummam 5. gr. 38. min. 17. ſec. Aggregatum illud, additum primario numero, abſoluit differentiam aſcenſionalem quæſitam, 57. gr. 37. min. 11 ſec.

Hæc propoſitio congruit ſtellis, quarum declinatio 32. gradus non excedit.

### XI. PROPOSITIO. QVOMODO *differentia aſcenſionalis, generaliter indaganda ſit.*

Data declinatione, & latitudine Regionis, ſume numeros congruentes ſingulis arcubus, ex fœcundo Canone. Ambobus inter ſe deinde multiplicatis, abiice 7. primas figuras verſus dextrā. Reſiduum exhibebit ſinum differentiæ Aſcenſionalis. Arcus reſpondens ex tabulis Sinuum, arcum differentiæ Aſcenſionalis ſubminiſtrat.

*Exempli cauſa.*

Repetatur exemplum antea poſitum: ſint duo numeri. Prior 16. gr. 40. m. Alter 70. gr. 30. mi. Ingredior canonem fœcundum in tabulis Directionum D. Reinholdi. Sinus reſpondens 16. gr. 40. m. eſt 2993804. Alter congruens 70. gr. 30. mi. eſt 28239125. His inter ſe multiplicatis, & reiectis primis 7. figuris, exiſtit ſinus differentiæ Aſcenſionalis 8454240. Eſt igitur differentia Aſcenſionalis temporum 57.43. min. 3. ſec.

*Cautela.*

Nulla eſt differentia Aſcenſionalis, cum datum cæli punctum aut ſtringit Horizontem, id eſt, dati numeri æquant ſe Quadranti, aut ſemper vel extat ſupra Horizontem, vel latet, dum ambo Quadrātem ſuperant.

### XII. PROPOSITIO. QVOMODO *aſcenſio obliqua omnium ſtellarum ex aſcenſione recta & differentia aſcenſionali conſtituenda ſit.*

In genere hoc proceſſu vtimur: Quæratur differentia Aſcenſionalis modo iam præmonſtrato, & recta Aſcenſio dati puncti. Hæc differentia addatur rectæ Aſcenſioni, cùm declinatio eſt auſtralis, & contra ab eadem ſubtrahatur, cum eſt borealis. Et quæſitam aſcenſionem obliquam inuenies.

*Regula notabilis.*

Sicut puncta cæli borealia, exoriuntur in mundi conuerſione, ante ſuam Aſcenſionem Rectam: Sic contra puncta auſtralia exoriuntur poſt ſuam rectam Aſcenſionem, id eſt, differentiā ſuam aſcenſionalem rectæ aſcenſioni ſuperaddunt.

*Exempli cauſa.*

Sit caniculæ longitudo 8. Grad. 39. min. Latitudo 39. grad. 10. m. auſtralis. Declinatio 15. gra. 22. min. auſtralis. Aſcenſio Recta eſt 96. gr. 54. mi. Eleuatio poli eſt 52. gr. Differentia Aſcenſionalis eſt 21. gra. 20. min. 16. ſec. Hæc addenda eſt ad rectam aſcenſionem, cùm declinatio ſit auſtrina, & relinquitur in data regionis latitudine aſcenſio obliqua 118. Gr. 14. min. 16. ſec.

*In ſpecie autem, pro directionibus hoc proceſſu vtimur.*

1. Quære differentiam Aſcenſionalem puncti propoſiti.
2. Conſidera, vtrum ſit illud punctum, in medietate cæli aſcendente aut deſcendente.
3. Differentiam aſcēſionalem in medietate cæli aſcendente, cum declinatio eſt auſtralis, adde ad Rectam aſcenſionem, aut ſubtrahe, cùm declinatio eſt borealis. Ita Aſcenſionem planetæ ſiue puncti propoſiti veram, obliquā ſcilicet, deprehēdes.

### XIII. PROPOSITIO. QVOMODO *deſcenſio obliqua indaganda ſit.*

Hoc præceptum priori eſt contrarium. Pro deſcenſione enim obliqua ſtellæ, differentia aſcēſionalis addenda eſt aſcenſioni rectæ, cùm declinatio eſt borealis. Contrà eſt ſubtrahenda, cùm declinatio eſt auſtralis, & quæſitum in genere inuenies.

*EXEMPLVM.*

| | | |
|---|---|---|
| Aſcenſio Recta Caniculæ eſt | 96. Grad. 54. m. | |
| Differentia Aſcenſionalis eſt | 21. Grad. 20. | ſubtrahenda. eſt enim de- |
| clinatio auſtrina. Ergo | 75. Grad. 34 | eſt deſcenſio obliqua. |

*In ſpecie illud notandum eſt pro Directionibus.*

Cùm punctum cæli datum incidit in medietatē deſcendentem, quærenda eſt Deſcenſio eius obliqua, hoc modo: Differentiam Aſcenſionalem adde ad rectam Aſcenſionem eius loci, cùm declinatio eſt borealis. Contrà ſubtrahe illam, ſi ſit auſtrina. Ita enim deſcenſionem obliquam planetæ veram inuenies.

Cautelæ.

Digitized by Google

*CAVTELAE.*

Conſiderandum eſt diligenter, in qua Medietate, Aſcendente vel deſcendente hæreat Planeta aut ſtella, circa principia decimæ aut quartæ domus, cum magna diſtantia ab Ecliptica, ſub cuius circulo poſitionis quærenda eſt differentia Aſcenſionalis, hinc Aſcenſio aut Deſcenſio obliqua.

*Exempli gratia.*

Sit longitudo ſtellæ in 20.gr.o.m.♓.
Latitudo vero ſit 7. grad.o.mi.Septentrionalis.
Declinatio vero 2.gr.28.mi.Septen.
Aſcenſio Recta 348.gr.3.mi.
Diſtantia à M.C.ſit 1.gr.18.mi.
Circulus poſitionis 1.gr.28.mi.ferè.
Differentia Aſcenſionalis ſub hoc Circulo poſitionis ſit o.gr.3.mi.

Hanc differentiam ab Aſcenſione Recta ſtellæ (eſt enim corpore in medietate Cæli aſcendente) cùm declinatio ſit borealis, ſubtraherem. Propter latitudinem vero, cum medietatem Cæli deſcendentem occupet hoc proceſſu vtor.

| | | |
|---|---|---|
| Aſcẽſio Recta M.C. eſt in hoc caſu | 349.g.21.m. | |
| Aſcenſio recta ſtellæ eſt | 348. | 3. |
| Fiat ſubtractio minoris à maiore, | 1. | 18. |

& relinquitur diſtantia à M.C. in medietate cæli deſcendente, etſi ſecundum Longitudinem ſuam, medietatem cæli aſcendentem poſſideat.

Differentia igitur addita ad aſcenſionem rectã ſtellæ, relinquit deſcenſionem obliquam ſtellæ 348.gr.6.m.

*II. Cautela.*

Cum circulus poſitionis nullius eſt gradus, & aliquot tantum Minutorum, tabula differentiarum conſulenda eſt, & de minutis quæ verſus dextram collocantur, è regione graduum Declinationis Planetæ, ſub columna 1.gr. partem proportionalem ſumito, ſecundùm proportionem circuli poſitionis ad 60.m. Pars exiens, differentiam verã Aſcenſionalem indicat. Hæc addenda aut ſubtrahenda eſt ab Aſcenſione recta, vt antea monuimus.

*III. Cautela.*

Cum in medietate Cæli aſcendente ſtella conſiſtit, carens latitudine, Aſcenſio obliqua hoc modo indaganda eſt: Ingredere cum longitudine ſtellæ illam tabulam Aſcenſionum obliquarum, quæ ad gradus puncti propoſiti ſupputata eſt. Mox inuenies quæſitam aſcenſionem obliquam, ſimplici aut duplici ingreſſu, pro vt neceſſitas flagitabit, propter ſcrupula adhærentia, æquationẽ ſiue correctionem numeri primo loco inuenti.

Sic propter Minuta adhærentia Circulo poſitionis, duplici ingreſſu Canonum vtendum eſt, & ex Canone Aſcenſionum obliquarum, ad gradum poſitionis, proximè maiorem, inſtituenda eſt collectio & æquatio, vt aliàs dictum eſt, in prima propoſitione.

*Exempli gratia.*

Sit longitudo ⊕ 16.gr.35.min.♌ in geneſi alicuius. Latitudo o.gr.o.min. Circulus poſitionis ſit 49.gr.20.min. Ingredior Canonem Aſcenſi. obliq. huius Eleuationis. Sub Eleuatione 49.gr. eſt aſcẽſio obliqua æquata, 119.gr.55.min. Secundò ingredior Canonem ſupputatum ad 50.gradum. Hic eſt Aſcenſio obliqua 118.gr.23 min. decreſcens.
Differentia horum Aſcenſionum eſt 44.min.

*Iam ſic dico*

60.min. Circuli poſit. dant 44. mi. differentiæ, quid 20.min. adhærentia 49. gr.

P.p. eſt 15.min. ferè ſubtrahenda (ſequens enim Angulus eſt minor) ab Aſcenſione obliqua primũ inuenta, & æquata 119.g.55.mi. & relinquitur vera Aſcenſio obliqua ⊕ 119.gr.40.min.

*IIII. Cautela.*

Eodem modo ſupputanda eſt Deſcenſio obliqua cum ſtella latitudine carens, hæret in medietate cæli deſcendente.

I. Primum autem arcum Eclipticæ conſidera ſtellæ propoſitæ, ſecundùm Longitudinem.

II. Secundo ſume ſignum contrarium huic ſigno, gradibus & minutis non immutatis.

III. Huius loci quære more conſueto Aſcenſionem obliquam.

IIII. Hac inuenta, adde huic medietatem circuli Aequatoris 1.gradus 180. (abiice 360.gr. cum aggregatum Circulum excedit) & habebis Deſcẽſionem obliquam Planetæ veram.

*Exempli gratia.*

Sit Sol in alicuius geneſi, in 34.gr.51.mi.♈. Latitudo o.gr.o.min.
Circulus poſitionis ſit 35.gr.45.mi.
In hac geneſi conſiſtat in medietate Cæli deſcendente.
Ergo quærenda eſt Deſcenſio obliqua.
Oppoſitus arcus lõgitudinis, eſt 24.gr.51.m. ♎.
Aſcenſio obliqua reſpondens eſt 209.gr. 51. mi. æquata, ſub Eleua.35.gr.
Aſcenſio obliqua ad ſequentem Eleuationem, eſt 209.gr.3.mi. ſub 36.gr.
Differentia creſcens eſt 48.mi.
Pars proportionum inde ſumpta, eſt 10.mi. addenda.
Ergo vera aſcenſio obliqua ſecundo æquata, eſt 210.gr.1.min.
Addo 180.gr. ad hanc Solis obliquam Aſcenſionem, & proueniunt 390.gr.1.mi.
Abiice hinc.360.grad. cum aggregatum excedat Circulum.
Remaneat 30.gr.1.min.
Hæc eſt vera deſcenſio Solis obliqua.



Digitized by Google

*XIIII. Propoſitio, de vſu præcedentis Doctrinæ in Directionibus, ſiue Methodus Dirigendi, iuxta Regiomontani præcepta.*

Expoſuimus aliquot præcedentib. Propoſitionibus, qua ratione primum indaganda ſint Arcus illi, ſine quibus Directio abſolui nequit, ſignificatorum ad Promiſſores. Nunc vſum addemus optima Methodo, & declarabimus ſtudioſis, quomodo Directiones inſtituendæ ſint, vt Arcum Aequatoris interceptum, inter Significatorem & Promiſſorē (hic enim eſt verus Directionis finis) artificioſè inueniamus, conuertendum in tempus, annos, mēſes & dies, vt hinc, quando Accidens illud, quod promiſſor oſtendit, effectum ſuum ſortietur, veris Aſtronomiæ fontibus innoteſcat.

Cum vero ad Directionem accedis, hac Methodo procedendum erit.

I. Primò, inquire ad propoſitum tempus æſtimatum veram Natiuitatis figuram, additis verificationibus æſtimati temporis. Huic themati, accurato ſtudio verificati. Longitudines Planetarum & Latitudines, necnon ſtellarum fixarum, quæ ſunt in ſignifero, vel prope Eclipticam, loca, adhibito diligenti artificum calculo inſcribantur.

*Cur ſint addendæ verificationes temporis, notum eſt, & in Latitndinibus notandum eſt, in quam plagam Cęli, borealem vel auſtralem incidant.*

II. Secundò. Poſt erectam figuram Cęli, & ſtellarum conuenientem in themate diſpoſitionem, Partes cuſpidum, ſi placet, inquirantur, iuxta Sconeri doctrinam lib. 1. de Iudiciis, Antiſcia, Dodecatemoria, Termini Planetarum, &c.

III. Iudicium generale inſtituendum eſt, iuxta domorum ſignificata, & videndum, quid in genere poſitus Cæli nato decernat, quantum Phyſicę cauſæ permittunt.

IIII. Quarto, aſpectuum tabella conficienda eſt, cui cuſpidum gradus, Planetarum & inerrantium loca, ſecundum longum & latum, necnon partium genituræ inſcribantur, pro libitu. Res facilis eſt, vnico exemplo probe inſpecto.

Sunt autem quatuor Aſpectuum genera.

Sextilis, qui duplex eſt, Dexter & Siniſter. Dexter contra, Siniſter ſecundùm ſeriem numeratur, & vtrinque 60. gradibus à loco ſtellæ terminatur.

Quadratus eadem ratione duplex eſt, Dexter & ſiniſter. Dexter contra ſeriem, ſiniſter ſecundum ſeriem, vtrinque à loco ſtellæ 90. gradu finitur, Latitudine carens.

Trigonus vt reliqui duo, in Dextrum & ſiniſtrū diuiditur, & vtrinque à loco ſtellæ 120. gradus obtinet.

Oppoſitus radius, vnus tantum eſt.

Hi aſpectus Planetarum Latitudinem mutāt.

Vnde pro inuenienda Radiationum diſtantia ab Ecliptica, hæ cautelæ obſeruentur.

1. Sextilis aſpectus ſumit medietatem Latitudinis Planetæ, quæ certo ex calculo, ad tempus Natiuitatis, ei reſpondere deprehenditur, ſeruata eadem Denominatione Latitudinis, auſtrali vel boreali.

2. Trigonus mutat Latitudinem ipſam, ſumpta medietate in partem oppoſitam.

3. Quadratus nullam Latitudinem habet. Sic cuſpides & Partes, nullas Latitudines in Signifero ſortiuntur.

4. Oppoſitus eandem habet cum Planeta, ſed in contrariam Cæli partem cum Trigono.

Quinto. Ex hac tabella Aſpectuum, vel ſpeculo Aſtronomico, altera Radiationum conficiatur, cuius exemplum ſupra poſitum eſt, facto initio à prima domo, & conſidera, qui Planetæ, quæ ſtellæ & partes, qui aſpectus dextri & Siniſtri, in vnamquàque domum incidant. Hoc modo tabella Directioni congruens abſoluetur.

Ex hac deinde Promiſſores commodè deſcribētur, ad quos Directio ſignificatoris intuenda erit.

Obſeruandum & hoc, Latitudinem cuiuſlibet ſtellæ, & Aſpectus, vt longitudinem, ſingulis locis adiungendam eſſe.

Sexto. Radiationum tabella abſoluta, quam Particularem appellare libet, generalis hinc conſtituatur Canon, ſingulis Planetis ſeruiens, ad hunc modum.

I. Scribantur ordine Planetarum loca, ſecundum longum & latum, his adiungantur Cuſpides, Pars fortunæ & ſimiles ſignificatores, qui ſunt dirigendi.

II. Inquirantur ſingulorum locorum Declinationes. In Medio & Imo cæli Declinatio negligatur, vt reliqua omnia, excepta Aſcenſione Recta.

III. Singulorum locorum Rectæ Aſcenſiones indagentur.

IIII. Eorūdem locorum diſtantiæ à meridie.

V. Circuli poſitionum, ſeruientes ſingulis.

VI. Inuento Circulo poſitiōnis, quæratur differentia Aſcenſionalis.

VII. Poſtremò Aſcenſiones vel Deſcenſiones obliquæ ſunt inquirendæ. Cùm enim Planeta aut locus cæli datus eſt in medietate Cæli deſcendente, quæ eſt à decima aut 4. per 7. cuſpidem, indagāda eſt Deſcenſio obliqua. Si in Medietate Aſcendēte, vel parte Orientali, quæ eſt à quarta per 1. ad 10. quæritur Aſcenſio obliqua.

Septimo. Tabella generali perfecta, quæ eſt fundamentum & initium omnium Directionum, ſingulorum Planetarum loca, Partis fortunæ & quatuor Cardinum, ſi placet, ad Promiſſores dirigantur proximè ſequentes, ſi Planetæ non ſint retrogradi, iuxta ſeriem ſignorum, ad alterum vel tertium ſignum vſque.

Primum ſumendus eſt locus Aſcendentis, & dirigendus ad locum ſecundum hoc eſt, ad Planetarum corpora & aſpectus, ſtellas fixas præcipuas, & alia loca figuræ cæleſtis notabilia, præcipuè vero ad Planetas, ſed illorum radios, ſeruato congruenti Longitudinis ordine.

Hinc Luna, Sol, Medium cæli & Pars fortunæ.

Hæc enim quinque ſunt loca Hylegialia, de quibus Directionem principaliter, ex ſententia Ptolemæi, artifices inſtituunt.

Deſcribūtur promiſſores, Planetæ aſpect', ſtellę fixæ

Digitized by Google

fixę & ſimilia loca, ad q̄ pertingit Significator, iuxta ſignorum ſeriem, ex Radiationum tabella particulari, quando Significator eſt Directus. Vbi autem locus, qui dirigitur, regreſſum patitur, contra ſeriem ſignorum Promiſſores extrahuntur, & hoc modo Planetæ Retrogradi cum partibus dirigi ſolent.

AC in tali operatione, peculiares tabellæ, cancellis diſtinctæ, pro ſingulis Significatoribus, conficiendæ ſunt. In fronte tabellæ, Significator collocatur, hinc Promiſſores, qui in canone Aſpectuum locum Significatoris ſequuntur, ordine ſcribantur, cum gradibus Minutisque Longitudinis & Latitudinis.

In tertio interuallo, promiſſorum Declinationes inquirantur.

In quarto, eorundem aſcenſiones rectæ.

In quinto differentiæ Aſcenſionales, ſub Circulo Poſitionis ſignificatoris, prius in tabella Directionū generali inuento.

In ſexto, Aſcenſiones obliquæ ſingulorum, ſi ſignificator medietatem Orientalem, ſiue Aſcendentem, vel Deſcenſiones obliquæ, ſi Occidentalem vel Deſcendentem cæli partem tenuerit.

Septimo loco, obliqua Aſcenſione vel Deſcenſione Significatoris deducta, ab Aſcēſionibus vel Deſcēſionibus Promiſſorum, arcus Directionis prouenit, vel interuallum inter Significatorem & Promiſſorē, quo vſitata ratione conuerſo, tempus emergit, quo Significator ad Promiſſoris locum pertingit.

*EXEMPLI GRATIA.*

HOROSCOPVM dirigo ordine ad ſuos promiſſores primo loco, hoc eſt, ad ſtellas fixas, præcipuas nimirum, aliaque præcipua loca figuræ cæleſtis, imprimis ad Planetas & illorum radios. Hinc obliquam Horoſcopi aſcenſionem ſubtraho ab aſcenſione obliqua Promiſſoris, quæ ad eleuationem poli ciuitatis propoſitæ refertur.

*CAVTELA.*

Cum ſubtractio fieri nequit obliqua Horoſcopi, ab obliqua Promiſſoris, 360. gradus ſunt accommodandi.

Facta hac ſubtractione relinquitur portio æquatoris. quæ interſtitium dicitur, quod eſt inter arcum Eclipticæ Horoſcopi & Promiſſoris, reſpectu Eleuationis poli datæ regionis.

Hic arcus Aequinoctialis, in tempus conuertitur, & monſtrat tempus anni, mēſium & dierum, quo accidens aliquod in genere expectandum ſit. Directiones enim tantum generalia tempora, id eſt, annos currentes Accidentium exhibent. Ex profectionibus & tranſitu ſtellarum, ſpeciale tempus accidentium, id eſt, menſis & dies, quàm commodiſſimè colligitur.

NOTABILE. Cùm arcus ille conuertendus eſt Directionum, iuxta communem opinionem, pro quolibet gradu vnus annus, pro ſingulis minutis ſex dies ſumuntur.

CARDANVS in hac conuerſione 1. gradui tribuit 1. Annum, 5. Dies, octo horas. Et ſingulis Scrupulis, 6. Dies, 4. Horas, octo minuta. Vnde hic Canon confectus eſt qui ſequitur.





Digitized by Google

*I. Canon de gradibus æquatoris.* *II. Can. de Minutis.*

*Tabula conuertendi Gradus æquatoris in tempus directionis iuxta Cardani radicem.* *Tabula conuertendi Minuta graduũ in tempus directionis.*

| G. | anni | Dies | H. | G. | A. | D. | H. | G. | A. | D. | H. | G. | An. | Dies | H. | M. | D. | H. | M. | M. | D. | H. | M. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 1 | 5 | 8 | 26 | 26 | 138 | 16 | 51 | 51 | 272 | 0 | 76 | 77 | 40 | 3 | 1 | 6 | 4 | 8 | 31 | 191 | 8 | 6 |
| 2 | 2 | 10 | 16 | 27 | 27 | 144 | 0 | 52 | 52 | 277 | 8 | 77 | 78 | 45 | 11 | 2 | 12 | 8 | 16 | 32 | 197 | 12 | 14 |
| 3 | 3 | 16 | 0 | 28 | 28 | 149 | 8 | 53 | 53 | 282 | 16 | 78 | 79 | 50 | 19 | 3 | 18 | 12 | 24 | 33 | 203 | 16 | 22 |
| 4 | 4 | 21 | 8 | 29 | 29 | 154 | 16 | 54 | 54 | 288 | 0 | 79 | 80 | 56 | 3 | 4 | 24 | 16 | 30 | 34 | 209 | 20 | 30 |
| 5 | 5 | 26 | 16 | 30 | 30 | 160 | 0 | 55 | 55 | 293 | 8 | 80 | 81 | 61 | 11 | 5 | 30 | 20 | 38 | 35 | 216 | 0 | 38 |
| 6 | 6 | 32 | 0 | 31 | 31 | 165 | 8 | 56 | 56 | 298 | 16 | 81 | 82 | 66 | 19 | 6 | 37 | 0 | 46 | 36 | 222 | 4 | 46 |
| 7 | 7 | 37 | 8 | 32 | 32 | 170 | 16 | 57 | 57 | 304 | 0 | 82 | 83 | 72 | 3 | 7 | 43 | 4 | 54 | 37 | 228 | 8 | 54 |
| 8 | 8 | 42 | 16 | 33 | 33 | 176 | 0 | 58 | 58 | 309 | 8 | 83 | 84 | 77 | 11 | 8 | 49 | 9 | 2 | 38 | 234 | 13 | 2 |
| 9 | 9 | 48 | 0 | 34 | 34 | 181 | 8 | 59 | 59 | 314 | 16 | 84 | 85 | 82 | 19 | 9 | 55 | 13 | 10 | 39 | 240 | 17 | 10 |
| 10 | 10 | 53 | 8 | 35 | 35 | 186 | 16 | 60 | 60 | 320 | 0 | 85 | 86 | 88 | 3 | 10 | 61 | 17 | 18 | 40 | 246 | 21 | 18 |
| 11 | 11 | 58 | 16 | 36 | 36 | 192 | 0 | 61 | 61 | 325 | 8 | 86 | 87 | 93 | 11 | 11 | 67 | 21 | 26 | 41 | 253 | 1 | 26 |
| 12 | 12 | 64 | 0 | 37 | 37 | 197 | 8 | 62 | 62 | 330 | 16 | 87 | 88 | 98 | 19 | 12 | 74 | 1 | 34 | 42 | 259 | 5 | 34 |
| 13 | 13 | 69 | 8 | 38 | 38 | 202 | 16 | 63 | 63 | 336 | 0 | 88 | 89 | 104 | 3 | 13 | 80 | 5 | 42 | 43 | 265 | 9 | 42 |
| 14 | 14 | 74 | 16 | 39 | 39 | 208 | 0 | 64 | 64 | 341 | 8 | 89 | 90 | 109 | 11 | 14 | 86 | 9 | 50 | 44 | 271 | 13 | 50 |
| 15 | 15 | 80 | 0 | 40 | 40 | 213 | 8 | 65 | 65 | 346 | 16 | 90 | 91 | 114 | 19 | 15 | 92 | 13 | 58 | 45 | 277 | 17 | 58 |
| 16 | 16 | 85 | 8 | 41 | 41 | 218 | 16 | 66 | 66 | 352 | 0 | 91 | 92 | 120 | 3 | 16 | 98 | 18 | 6 | 46 | 283 | 22 | 6 |
| 17 | 17 | 90 | 16 | 42 | 42 | 224 | 0 | 67 | 67 | 357 | 8 | 92 | 93 | 125 | 11 | 17 | 104 | 22 | 14 | 47 | 290 | 2 | 14 |
| 18 | 18 | 96 | 0 | 43 | 43 | 229 | 8 | 68 | 68 | 362 | 16 | 93 | 94 | 130 | 19 | 18 | 111 | 2 | 22 | 48 | 296 | 6 | 22 |
| 19 | 19 | 101 | 8 | 44 | 44 | 234 | 16 | 69 | 70 | 2 | 19 | 94 | 95 | 136 | 3 | 19 | 117 | 6 | 30 | 49 | 302 | 10 | 30 |
| 20 | 20 | 106 | 16 | 45 | 45 | 240 | 0 | 70 | 71 | 8 | 3 | 95 | 96 | 141 | 11 | 20 | 123 | 10 | 38 | 50 | 308 | 14 | 38 |
| 21 | 21 | 112 | 0 | 46 | 46 | 245 | 8 | 71 | 72 | 13 | 18 | 96 | 97 | 146 | 19 | 21 | 129 | 14 | 46 | 51 | 314 | 18 | 46 |
| 22 | 22 | 117 | 8 | 47 | 47 | 250 | 16 | 72 | 72 | 18 | 19 | 97 | 98 | 152 | 3 | 22 | 135 | 18 | 54 | 52 | 320 | 22 | 54 |
| 23 | 23 | 122 | 16 | 48 | 48 | 256 | 0 | 73 | 74 | 24 | 3 | 98 | 99 | 157 | 11 | 23 | 141 | 23 | 2 | 53 | 327 | 3 | 2 |
| 24 | 24 | 128 | 0 | 49 | 49 | 261 | 8 | 74 | 75 | 29 | 11 | 99 | 100 | 162 | 19 | 24 | 148 | 3 | 10 | 54 | 333 | 7 | 10 |
| 25 | 25 | 133 | 8 | 50 | 50 | 266 | 16 | 75 | 76 | 34 | 19 | 100 | 101 | 168 | 3 | 25 | 154 | 7 | 18 | 55 | 339 | 11 | 18 |
| | | | | | | | | | | | | | | | | 26 | 160 | 11 | 26 | 56 | 345 | 15 | 26 |
| | | | | | | | | | | | | | | | | 27 | 166 | 15 | 34 | 57 | 351 | 19 | 34 |
| | | | | | | | | | | | | | | | | 28 | 172 | 19 | 42 | 58 | 357 | 23 | 42 |
| | | | | | | | | | | | | | | | | 29 | 178 | 23 | 50 | 59 | 364 | 3 | 50 |
| | | | | | | | | | | | | | | | | 30 | 185 | 3 | 58 | 60 | 370 | 7 | 58 |

Hi duo Canones directioni inſeruiunt iuxta Cardani radicem, qui vnũ gradum æquatoris in tempore, valere dicit 1. Annum, 5. Dies, 8. Horas. Vnde vnum Scrupulum æquatoris relinquit in tempore, 6. Dies, 4 Horas, 8. Minuta. Ex his propter faciliorem operationem priorem, hi duo Canones fluunt. In hoc Canone prima numerorum ſeries continet gradus æquatoris 2. Annos, 3. Dies, quarta ſeries, Horas. Vſus ex ſuperioribus conſtat.

In hoc Canone prima ſeries continet Minuta æquatoris, ſecunda Dies, tertia Horas, quarta Scrupula temporis.

1559.
28.
31.

PRO

PRO Medio cæli, cùm directio quæritur, Aſcenſio recta Medij cæli, dempta ab Aſcenſione Recta Promiſſoris, arcum Directionis relinquit.

OCTAVO, De directione conuerſa, vel contra ſignorum ſeriem, vbi Planetæ Retrogradi & Partes diriguntur, hoc ordine vtimur.

1. Promiſſores locum Significatoris præcedentes in ſignorum ſerie, ordine diſponantur ad ſecundum vel tertium ſignum, cum Longitudine & Latitudine.

2. Quærantur ſingulorum Declinationes.

3. Aſcenſiones Rectæ.

4. Diſtantia à Medio vel Imo cæli.

5. Singulorum promiſſorum peculiares Circuli poſitionum.

6. Cuiuſlibet promiſſoris differentia Aſcenſionalis, cum ſua Declinatione, & ſub ſuo circulo Poſitionis, in tabella differentiarum Aſcenſionalium.

7. Aſcenſiones vel Deſcenſiones obliquæ ſingulorum Promiſſorum inquirantur.

8. Quæratur etiam Significatoris aſcenſio obliqua vel Deſcenſio, ad cuiuſlibet promiſſoris Circulū poſitionis, differentia Aſcenſionali promiſſoris, aſcenſioni Rectæ Significatoris addita vel detracta, vt neceſſitas exiget.

9. Aſcenſiones vel Deſcenſiones obliquæ Promiſſorum ſingulæ, à ſingulis Aſcenſionibus vel Deſcenſionibus Significatoris ſubtrahantur, & emergit Directio Planetæ retrogradi, contra Signorum ſeriem in tempus conuertenda.

Hæc eſt integra dirigendi ratio, ſecundùm Regiomontanum, per Canones primi mobilis, qua via hodie ferè recentiores vtuntur Aſtrologi, ad generalia accidentium tempora indaganda.

SEQVITVR NVNC INTEGRVM *Exemplum pro Declaratione, accommodatum ad geneſin Illuſtriſſimi Principis Electoris Auguſti.*

Naſcitur Illuſtriſſimus Princeps ELECTOR AVGVSTVS, Anno CHRISTI labente M.D.XXVI. Iulij, Die XXXI. Hora 5. Minuto 38. poſt medium noctis, vt in Calendario Hiſtorico D. Pauli Eberi annotatum inuenio, ſecundo poſt biſſextum.

*Typus directionum inclytæ geniture, Illuſtriſſimi principis AVGVSTI SAXONIAE Electoris, iuxta formam Regiomontani.*





*THEMATA CAELI, PER verificationem inuenta, iuxta modum, Rationalem & æqualem.*






## *SPECVLVM ASTRONOMICVM*

*Geneſis Auguſti Electoris.*

| Gr. | ♈ | ♉ | ♊ | ♋ | ♌ | ♍ | ♎ | ♏ | ♐ | ♑ | ♒ | ♓ | *Minuta* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 0 | □ | ✶ | | ♀ | | ✶ | □ | △ | | ☍ | | △ | ♀ 27 |
| 1 | | | | | | | | | | | | | ☿ 9 |
| 2 | △ | □ | ✶ | | ☿ | | ✶ | □ | △ | | ☍ | | |
| 3 | | | | | XII. | | | | | | VI. | | |
| 4 | | | | | | | | | | | | | |
| 5 | | | | | | | | | | | | | |
| 6 | | | | | | | | | | | | | |
| 7 | | | | | | | | | | | | | |
| 8 | | | | | | | | | | | | | |
| 9 | | | | | | | | | | | | | |
| 10 | | | | | | | | | | | | | |
| 11 | | | | ☋ | | | | | | ☊ | | | ☋ 7 |
| 12 | IX. | | | | | | III. | | | | | | |
| 13 | | | | | | | | | | | | | |
| 14 | | | | | | | | | | | | | |
| 15 | ✶ | | ♃ | | ✶ | □ | △ | | ☍ | | △ | □ | ♃ 31 |
| 16 | △ | ☽ □ | ✶ | ✶ | □, ☉ | △ | ✶ | □ ☍ | △ | △ | ☍ □ | ✶ | ☉ ☽ |
| 17 | ♄ R. | X. | ✶ | □ | △ | | ☍ | IIII. | △ | □ | ✶ | | ♄ 40 |
| 18 | | | | | | II. | | | | | | VIII. | |
| 19 | | | | | | | | | | | | | |
| 20 | | | | | | | | | | | | | |
| 21 | | | | | | | | | | | | | |
| 22 | | | | | | | | | | | | | |
| 23 | | | | | | | | | | | | | |
| 24 | | | | | | | | | | | | | |
| 25 | | | | | | | | | | | | | |
| 26 | | | | | | | | | | | | | |
| 27 | IX. | X. ⊕ | XI. | XII. | I. | II. | III. | IIII. | V. | VI. | VII. | III | ⊕ 46 |
| 28 | | | | | | | | | | | | | |
| 29 | □ | ✶ | XI. | ♂ | | ✶ | □ | △ | V | ☍ | | △ | ♂ 44 |
| 30 | | | | | | | | | | | | | |

## TABELLA RADIATIONVM PRO DIRECTIONIBVS.

| Longitudo | G. | M. | G. | M. | D. | Longitudo | G. | M. | G. | M. | D. | Longit. | G. | M. | G. | M. | D. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Promiſſorum | | | | | | Promiſſ. | | | | | | Promiſ. | | | | | |
| ♌ | | | | | | Sexta | 3 | 53 | 0 | 0 | | | | | | | |
| Horoſcopus | 27 | 35 | 0 | 0 | | △ ♃ d. | 15 | 31 | 0 | 31 | S. | | | | | | |
| | | | | | | ☍ ☉ | 16 | 35 | 0 | 0 | | | | | | | |
| ♍ | | | | | | □ ☽ d. | 16 | 46 | 0 | 0 | | | | | | | |
| | | | | | | ♄ ⚹ d. | 17 | 41 | 1 | 15 | M. | | | | | | |
| ⚹ ♀ S. | 0 | 29 | 1 | 25 | M. | Septima | 27 | 35 | 0 | 0 | | | | | | | |
| | | | | | | ♓ | | | | | | | | | | | |
| □ ♃ S. | 15 | 31 | 0 | 0 | | △ ♀ d. | 0 | 27 | 1 | 25 | S. | | | | | | |
| △ ☽ S. | 16 | 42 | 2 | 1 | M. | □ ♃ | 15 | 31 | 0 | 0 | | | | | | | |
| | | | | | | ⚹ ☽ S. | 16 | 46 | 2 | 1 | S. | | | | | | |
| Secunda | 18 | 11 | 0 | 0 | | Octaua | 18 | 11 | 0 | 0 | | | | | | | |
| ⚹ ♂ S. | 29 | 44 | 0 | 5 | S. | △ ♂ | 29 | 44 | 0 | 5 | M. | | | | | | |
| ♎ | | | | | | ♈ | | | | | | | | | | | |
| □ ♀ S. | 0 | 27 | 0 | 0 | | □ ♀ d. | 0 | 27 | 0 | 0 | | | | | | | |
| ⚹ ☿ S. | 2 | 9 | 0 | 14 | S. | △ ☿ d. | 2 | 9 | 0 | 14 | M. | | | | | | |
| Tertia | 12 | 6 | 0 | 0 | | Nona | 12 | 6 | 0 | 0 | | | | | | | |
| △ ♃ S. | 15 | 31 | 0 | 31 | S. | ⚹ ♃ d. | 15 | 31 | 0 | 31 | | | | | | | |
| ⚹ ☉ S. | 16 | 35 | 0 | 0 | | △ ☉ d. | 16 | 35 | 0 | 0 | | | | | | | |
| ☍ ♄ | 17 | 40 | 2 | 31 | S. | ♄ Retrog. | 17 | 40 | 2 | 31 | M. | | | | | | |
| Spica ♍ | 29 | 44 | 0 | 0 | | □ ♂ d. | 29 | 44 | 0 | 0 | | | | | | | |
| ♏ | | | | | | ♉ | | | | | | | | | | | |
| | | | | | | ⚹ ♀ d. | 0 | 27 | 1 | 25 | M. | | | | | | |
| △ ♀ S. | 0 | 25 | 1 | 25 | S. | □ ☿ d. | 2 | 9 | 0 | 0 | | | | | | | |
| □ ☿ S. | 2 | 9 | 0 | 0 | | Cor cæli | 16 | 36 | 0 | 0 | | | | | | | |
| | | | | | | □ ☉ d. | 16 | 35 | 0 | 0 | | | | | | | |
| □ ☉ S. | 16 | 35 | 0 | 0 | | ☽ | 16 | 46 | 4 | 3 | S. | | | | | | |
| | | | | | | ⊕ | 27 | 46 | 0 | 0 | | | | | | | |
| Imum cæli | 16 | 36 | 0 | 0 | | ⚹ ♂ d. | 29 | 44 | 0 | 5 | S. | | | | | | |
| ☍ ☽ | 16 | 46 | 4 | 3 | M. | ♊ | | | | | | | | | | | |
| △ ♂ S. | 29 | 44 | 0 | 5 | M. | ⚹ ☿ d. | 2 | 9 | 0 | 14 | S. | | | | | | |
| | | | | | | Palilicium | 3 | 22 | 5 | 10 | M. | | | | | | |
| ♐ | | | | | | ♃ | 15 | 31 | 1 | 2 | M. | | | | | | |
| | | | | | | ⚹ ☉ d. | 17 | 41 | 0 | 10 | M. | | | | | | |
| △ ☿ S. | 2 | 9 | 0 | 14 | M. | ⚹ ♄ S. | 29 | 54 | 1 | 16 | | | | | | | |
| Cor ♏ | 3 | 2 | 4 | 0 | M. | Vndecima | 29 | 54 | 0 | 0 | | | | | | | |
| ☍ ♃ | 15 | 31 | 1 | 2 | S. | ♋ | 0 | 27 | 2 | 50 | M. | | | | | | |
| | | | | | | ♀ | | | | | | | | | | | |
| △ ☉ S. | 16 | 35 | 0 | 0 | | ☊ | 11 | 7 | 0 | 0 | | | | | | | |
| ♄ | 17 | 39 | 1 | 15 | S. | ⚹ ☽ S. | 16 | 50 | 2 | 1 | S. | | | | | | |
| Quinta | 29 | 54 | 0 | 0 | | □ ♄ S. | 17 | 40 | 0 | 0 | | | | | | | |
| | | | | | | ♂ | 29 | 44 | 0 | 11 | S. | | | | | | |
| ☍ ♀ ♑ | 0 | 27 | 2 | 50 | S. | ☿ ♌ | 2 | 9 | 0 | 29 | S. | | | | | | |
| ♌ | 11 | 7 | 0 | 0 | | Duodecima | 3 | 33 | 0 | 0 | | | | | | | |
| △ ☽ d. | 16 | 42 | 2 | 1 | M. | ⚹ ♄ S. | 15 | 31 | 0 | 31 | M. | | | | | | |
| □ ♄ d. | 17 | 40 | 0 | 0 | | ☉ | 16 | 35 | 0 | 0 | M. | | | | | | |
| ☍ ♂ | 29 | 44 | 0 | 11 | M. | | | | | | | | | | | | |
| ♒ | | | | | | □ ☽ S. | 16 | 46 | 0 | 0 | | | | | | | |
| ☍ ☿ | 2 | 9 | 0 | 29 | | △ ♄ S. | 17 | 39 | 1 | 15 | S. | | | | | | |
| | | | | | | Regulus | 23 | 12 | 0 | 10 | S. | | | | | | |

DIREC

## DIRECTIO HOROSCOPI.

*Aſcenſio obliqua Horoſcopi 134.7.M. Eleuatio poli 51.gr.*

| Longitudo | Latitudo | Declinatio | Aſcen.rect. | Diffe. Aſcen. | Aſc.obli. | Direct. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| ♍ | | | | | | |
| ⚹ ♀ S. 0 29 | | | | | | |
| □ ♃ S. 15 31 | | | | | | |
| △ ☉ S. 16 42 | | | | | | |
| Secunda 18 11 | | | *Hanc vide folio* | | | |
| ⚹ ♂ S. 29 44 | | | *mox ſequente.* | | | |
| ♎ | | | | | | |
| □ ♀ S. 0 27 | | | | | | |
| ⚹ ☿ S. 2 9 | | | | | | |

## DIRECTIONES LVNÆ.

*Deſcenſio obliqua 43.gr.27. Cir. poſitionis 1.gr.*

| Longitudo | Latitudo | Declinatio | Aſc.Rec. | Differ. Aſcē. | Deſcē.obliq. | Directio. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| ♉ | | | | | | |
| ⊕ 27 46 | 0 0 | 19 43 S. | 55 30 | 0 22 ad. | 55 52 | 12 25 |
| ⚹ ♂ d. 29 44 | 0 5 S. | 20 13 S. | 57 30 | 0 22 A. | 57 52 | 14 25 |
| ♊ | | | | | | |
| ⚹ ☿ d. 2 9 | 0 14 S. | 20 53 S. | 60 0 | 0 22 A. | 60 23 | 17 56 |
| Palilicium 3 22 | 0 10 M. | 25 57 S. | 62 0 | 0 29 A. | 62 50 | 19 23 |
| ♃ 15 31 | 1 2 M. | 21 41 S. | 74 23 | 0 34 A. | 74 47 | 31 20 |
| ⚹ ☉ d. 16 35 | 0 0 | 22 50 S. | 75 25 | 0 25 A. | 75 50 | 32 23 |
| ⚹ ♄ S. 17 41 | 1 15 M. | 21 40 S. | 76 44 | 0 24 A. | 77 8 | 32 41 |
| Vndeci. 29 54 | 0 0 | 23 30 S. | 89 53 | 0 26 A. | 90 19 | 46 52 |
| ♋ | | | | | | |
| ♀ 0 27 | 2 50 M. | 20 40 S. | 90 29 | 0 23 A. | 90 52 | 47 25 |
| ☊ 11 7 | 0 0 | 23 2 S. | 102 6 | 0 35 A. | 102 31 | 59 4 |
| ⚹ ☉ S 16 50 | 2 1 S. | 20 27 S. | 108 32 | 0 22 A. | 108 54 | 65 27 |
| □ ♄ S. 17 40 | 0 0 | 22 20 S. | 109 10 | 0 24 A. | 109 34 | 66 7 |
| ♂ 29 44 | 0 11 S. | 20 11 S. | 121 58 | 0 22 A. | 122 20 | 79 53 |

## DIRECTIONES SOLIS.

*Aſcenſio obliqua 119 gr. 11. Circulus poſitionis 50.gr.*

| Longitudo | Latitudo | Declinatio | Aſc. Re. | Differ. Aſcē. | Aſcen.obliq. | Directio. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| ♌ | | | | | | |
| □ ☉ S. 16 46 | 0 0 | 15 51 S. | 139 14 | 19 47 S. | 119 27 | 0 16 |
| △ ♄ S. 17 39 | 1 15 S. | 16 46 S. | 140 45 | 21 3 S. | 119 42 | 0 31 |
| Regulus 23 12 | 0 10 S. | 13 59 S. | 145 36 | 17 16 S. | 128 20 | 9 9 |
| Horoſc. 27 35 | 0 0 M. | 12 21 S. | 149 47 | 15 7 S. | 134 40 | 15 29 |
| ♍ | | | | | | |
| ⚹ ♀ S. 0 29 | 1 25 M. | 10 1 S. | 152 3 | 12 8 S. | 139 55 | 20 44 |
| □ ♃ S. 15 31 | 0 0 | 5 43 S. | 166 41 | 6 49 S. | 159 52 | 40 41 |
| △ ☉ S. 16 42 | 2 1 M. | 4 44 S. | 167 0 | 5 33 S. | 161 27 | 42 16 |
| Secunda 18 11 | 0 0 S. | 4 40 S. | 169 9 | 5 29 A. | 163 40 | 44 29 |
| ⚹ ♂ S. 29 44 | 0 5 S. | 0 11 S. | 179 25 | 0 11 S. | 179 36 | 60 25 |
| ♎ | | | | | | |
| □ ♀ S. 0 27 | 0 0 | 0 11 M. | 180 25 | 0 11 A. | 180 36 | 61 25 |
| ⚹ ☿ S. 2 9 | 0 14 S. | 0 39 M. | 182 4 | 0 39 A. | 182 43 | 63 32 |
| Tertia 12 6 | 0 0 | 4 41 M. | 191 7 | 5 30 A. | 196 37 | 77 26 |
| △ ♃ S. 15 31 | 0 31 | 5 39 M. | 194 29 | 6 43 A. | 201 12 | 82 1 |
| ⚹ ☉ S. 16 35 | 0 0 | 6 32 M. | 195 16 | 7 51 A. | 203 7 | 33 56 |

DIRECTIO

Digitized by Google

## DIRECTIONES MEDII CAELI.

*Aſcenſio Recta Medij cæli eſt 44.gr.7.min.*

| Longitudo | | | Latitudo | | Aſcen. Rect. | | Directio. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ♉ | | | | | | | | |
| ⊕ | 27 | 46 | 0 | 0 | 55 | 30 | 11 | 23 |
| ✶ ♂d. | 29 | 44 | 0 | 5 S. | 57 | 30 | 13 | 23 |
| ♊ | | | | | | | | |
| ✶ ☿ d. | 2 | 9 | 0 | 14 S. | 60 | 0 | 15 | 53 |
| Paliliciũ | 3 | 22 | 5 | 10 M. | 62 | 21 | 18 | 14 |
| ♃ | 15 | 31 | 1 | 2 M. | 74 | 23 | 30 | 16 |
| ✶ ☉d. | 16 | 35 | 0 | 0 | 75 | 25 | 31 | 18 |
| ✶ ♄ S. | 17 | 41 | 1 | 15 M. | 76 | 44 | 32 | 37 |
| Vndec. | 29 | 54 | 0 | 0 | 89 | 63 | 45 | 46 |
| ♋ | | | | | | | | |
| ♀ | 0 | 27 | 2 | 50 M. | 90 | 29 | 46 | 22 |
| ☋ | 11 | 7 | 0 | 0 | 102 | 6 | 57 | 59 |
| ✶ ☽ S. | 16 | 50 | 2 | 1 S. | 108 | 30 | 64 | 23 |

## *Directiones ⊕ ſiue partis Fortunæ ad Promiſſores contra ſignorum ſeriem, Aſcenſio Recta ⊕ 55.grad.30.min.*
## *Aſcenſio obliqua 51.gr.52.min.*

| Longitudo | | | Latitudo | | Declinatio | | Aſc.Rect. | | Diſtan. à Merid. | | Cir. poſ. | Differẽ. aſcenſ. | | Aſcẽ.& deſ.obl. | | Aſ.&deſ. obliq. ⊕ | | Directio. G. | M. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ♉ | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| ☽ | 16 | 46 | 0 | 3S. | 20 | 46 S. | 43 | 4 | 1 | 3 | 1 | 0 | 23 A. | 42 | 41 | 55 | 53 | 13 | 12 |
| □ ☉ d. | 16 | 35 | 0 | 0 | 16 | 50 S. | 44 | 6 | 0 | 1 | 0 | 0 | 0 S. | 44 | 6 | 55 | 30 | 11 | 24 |
| Cor cæli | 16 | 36 | 0 | 0 | 16 | 50 S. | 44 | 7 | 0 | 0 | 0 | 0 | 0 S. | 44 | 7 | 55 | 30 | 11 | 23 |
| □ ☿ d. | 2 | 9 | 0 | 0 | 12 | 15 S. | 29 | 58 | 14 | 9 | 13 | 2 | 53 A. | 32 | 51 | 58 | 23 | 25 | 32 |
| ✶ ♀ d. | 0 | 27 | 1 | 25M. | 10 | 20 S. | 29 | 5 | 15 | 2 | 15 | 2 | 48 A. | 31 | 53 | 58 | 18 | 26 | 25 |
| ♈ | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
| □ ♂ d. | 29 | 44 | 0 | 0 | 11 | 24 S. | 27 | 39 | 16 | 28 | 15 | 3 | 6 A. | 30 | 45 | 58 | 36 | 27 | 51 |
| ♄ Recta | 17 | 40 | 2 | 31M. | 4 | 17 S. | 17 | 14 | 26 | 23 | 27 | 2 | 22 A. | 19 | 36 | 57 | 52 | 38 | 16 |
| ▽ ☉ d. | 16 | 35 | 0 | 0 | 6 | 32 S. | 15 | 16 | 28 | 51 | 28 | 3 | 30A. | 18 | 46 | 59 | 0 | 40 | 14 |
| ✶ ♃ d. | 15 | 31 | 0 | 31M. | 5 | 39 S. | 14 | 29 | 29 | 38 | 29 | 3 | 8 A. | 17 | 37 | 58 | 38 | 43 | 1 |
| Nona | 12 | 6 | 0 | 0 | 4 | 47 S. | 11 | 7 | 33 | 0 | 32 | 3 | 0 A. | 14 | 7 | 58 | 30 | 44 | 23 |
| ▽ ☿ d. | 2 | 9 | 0 | 39 S. | 0 | 39 S. | 2 | 4 | 42 | 5 | 39 | 0 | 0 | 2 | 4 | 55 | 30 | 53 | 26 |
| □ ♀ d. | 0 | 27 | 0 | 11 S. | 0 | 11 S. | 0 | 25 | 43 | 42 | 40 | 0 | 0 | 0 | 25 | 55 | 30 | 55 | 5 |

Directio

## DIRECTIO HOROSCOPI.

*Aſcenſio obliqua Horoſcopi 134. 7. M. Eleuatio poli 51. Gr.*

| Longitudo | Latitudo | Declinatio | Aſcen. ℞. | Diff. Aſcen. | Aſcen. obl. | Direct. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| ♍ | | | | | | |
| ✶ ♀ S. 0 29 | 1 25 M | 9 36 S. | 152 3 | 12 4 S. | 139 59 | 5 52 |
| □ ♄ S. 15 31 | 0 0 | 5 43 S. | 166 41 | 7 6 S. | 159 35 | 25 28 |
| ▽ ☽ S. 16 42 | 2 1 M | 3 25 S. | 167 0 | 4 14 S. | 162 46 | 28 39 |
| *Secunda* 18 11 | 0 0 | 4 40 S. | 169 9 | 5 47 S. | 163 22 | 29 15 |
| ✶ ♂ S. 29 44 | 0 5 S. | 0 11 S. | 179 47 | 0 11 S. | 179 36 | 45 29 |
| ♎ | | | | | | |
| □ ♀ S. 0 27 | 0 0 | 0 13 M. | 180 25 | 0 13 A. | 180 38 | 46 31 |
| ✶ ☿ S. 2 19 | 0 14 S. | 0 39 M. | 182 4 | 0 39 A. | 182 43 | 48 36 |
| *Tertia* 12 6 | 0 0 | 4 41 M. | 191 7 | 5 48 A. | 196 55 | 62 48 |
| □ ♃ S. 15 31 | 0 31 | 5 39 M | 194 29 | 7 1 A. | 201 30 | 67 23 |
| ✶ ☉ S. 16 35 | 0 0 | 5 45 M. | 195 16 | 7 8 | 202 24 | 68 17 |
| *Spica* ♍ 17 22 | 2 0 M. | 8 40 M. | 195 14 | 10 51 A. | 206 5 | 71 58 |
| ☍ ♄ 17 40 | 2 31 S. | 4 37 M. | 197 43 | 5 43 A. | 203 26 | 69 19 |
| □ ♂ 29 44 | 0 0 | 11 24 M. | 207 39 | 14 25 A. | 222 4 | 87 57 |

### XV. PROPOSITIO. QVOMODO *pro diuerſitate Exemplorum & diſsimili ſitu ſignificatorū & promiſſorum in ipſo themate cæli, directiones inſtituendæ ſint.*

Ne quid in hac doctrina Aſtrophili deſiderent, particulatim nunc exponemus, quæ antea in præcedente propoſitione, in genere expoſita ſunt, & hanc repetitionem valdè vtilem eſſe diſcentibus opinor. Occurrunt autem hic multi exemplorum caſus:

1 Primus caſus eſt Horoſcopi.

2 Secundus eſt ſignificatoris, qui exactè lineā Horoſcopi obtinet.

3 Tertius eſt cuſpidum domorum cęleſtium, in medietate cæli aſcendente.

4 Quartus eſt anguli occidentis.

5 Quintus eſt ſignificatoris in linea occidētis.

6 Sextus eſt cuſpidum cęleſtium in medietate cæli deſcendente.

7 Septimus eſt medij cæli, aut imi cæli.

8 Significatoris directi, in linea medij, aut imi cæli.

9 Nonus eſt, ſignificatoris directi extra angulos.

#### *De primo Caſu.*

Horoſcopus cum dirigitur, præmiſsis præmittendis, aſcenſio obliqua aſcendentis, ab obliqua promiſſoris ſubtrahenda eſt, quæ ad eleuationem loci dati refertur, & interuallum monſtrat arcum directionis. Exempla mox addentur.

#### *De ſecundo Caſu.*

In ſecundo caſu, cùm ſignificator directus, exactè lineam horoſcopi poſsidet, (quod fit, cum diſtantia illius à medio vel imo cæli arcui ſemidiurno aut ſeminocturno eſt æqualis) idem eſt proceſſus cum horoſcopo, id eſt, ſignificatoris obliquam aſcenſionem ſubtrahis ab obliqua promiſſoris, & remanet directionis arcus quæſitus.

#### *De tertio Caſu.*

In tertio caſu, verſantur initia domorum cæleſtis figuræ, quæ in medietatem cæli aſcendentem incidunt, vt 2.3.11.12.

Hæ cuſpides cum ſunt dirigendæ, eandem cum horoſcopo formam dirigendi requirūt, nimirum vt habita aſcenſione vtriuſq; obliqua domus propoſitæ & promiſſoris, ad numerum polarem eiuſdem domus, ſubtrahas minorem à maiore, & quęſitam directionem producimus.

#### *Cautela.*

In omni hac ſubtractione cum fieri non poteſt, ſumes commodato 360. gradus.

#### *Quartus Caſus.*

Angulus occidentis in reliquis omnibus aſcendenti eſt ſimilis, cùm ad ſuos promiſſores dirigitur. Poſtremo autem loco abſoluitur arcus directionis per deſcēſiones obliquas, quæ ex aſcenſione obliqua procreantur, ſi 180. gradus addātur.

#### *Quintus Caſus.*

Cum ſignificator directus angulum occidentis præciſè obtinet, eadem forma cum ſeptima cuſpide, directio indaganda eſt, ita vt aſcenſiones in deſcenſiones obliquas commutentur.

Sextus

Digitized by Google

*Sextus Caſus.*

Si initia domorum cæleſtis figuræ, in medietate cæli deſcedente, 5.6.8.& 9. diriguntur ad ſuos Promiſſores, per obliquas Deſcenſiones.

*Septimus Caſus.*

Cum medium vel imum cæli ſignificatoris vicē ſubiit, directio ita abſoluitur.

1 Inquiruntur longitudines promiſſorum, prout alij aliis ordinem ſuccedunt.

2 Latitudines eorumdem.

3 Aſcenſiones Rectæ Promiſſoris.

4 Hinc aſcenſio Recta M.C. vel I.C. ſubtrahenda eſt, & directio quæſita remanet.

*Octauus Caſus.*

Cùm ſignificator directus, exactè lineam Medij aut Imi cæli obtinet, idem proceſſus cum ſeptimo caſu ſeruandus eſt. Habita enim aſcenſione recta vtriuſque, & ſignificatoris & promiſſoris, ſubtrahis aſcenſionem rectam ſignificatoris, ab Aſcenſione recta promiſſoris, aſſumptis 360. gradibus, cum ſubtractio fieri nequit, & relinquitur directio quæſita.

*Nonus Caſus.*

Cùm Significator Directus eſt extra angulos & Lineas cuſpidum (tales enim caſus plerumque occurrunt) talis ordo obſeruandus eſt.

1 Inquiris Longitudinem promiſſorum, ad quos ſecundum ſeriem Directio eſt inſtituenda.

2 Latitudinem ſingulorum.

3 Declinationem auſtralem ſiue borealem.

4 Aſcenſionem rectam.

5 Differentiam Aſcenſionalem eorundem ſub Circulo poſitionis ſignificatoris, quem exhibet generalis canon Directionum.

6 Hinc ſi ſignificator eſt in medietate cæli Orientali ſingulorum promiſſorum inquirantur obliquæ Aſcenſiones, Deſcenſiones verò, in occidentali medietate.

7 Subtrahe aſcenſionem obliquam ſignificatoris, ab aſcenſione obliqua promiſſoris, ſignificatore poſito in medietate orientali, quarum vtraque ad circulum poſitionis, ſub quo idem ſignificator iacet, ſemper ſupputari debet. Interuallum monſtrat portionem directionis quæſitam.

8 Significatore conſtituto in medietate Occidentali, ſubtrahenda eſt deſcenſio obliqua ſignificatoris, ex deſcēſione obliqua promiſſoris, (vtraque ſcilicet inuenta ad circulum poſitionis, ſub quo ſignificator iacet) & tempus directionis prodit.

Notabilis cautela. Cùm ſignificator à promiſſore ſubtrahi nequit, integrum æquatoris circulum, id eſt, 360. Gradus commodato ſumes.

*De Directione conuerſa.*

Cùm dirigendus eſt ſignificator Retrogradus, magna etiam exemplorum diuerſitas nobis occurrit. Quare hæ cautelæ ordine notandæ ſunt.

1 Cùm promiſſor, ad quem ſignificator retrogradus dirigitur, exactè lineam Medij vel Imi cæli obtinet, ſubtrahenda eſt Aſcenſio rectè promiſſoris ab Aſcenſione recta ſignificatoris, & prodit directio quæſita. Reliqui arcus declinationum, aſcenſionis rectæ, & ſimiles indagandi ſunt, modo ſupra expoſito.

*Secunda Cautela.*

Cùm promiſſor in Aſcendente præciſè ſubſiſtit, Aſcenſio obliqua promiſſoris, ab aſcenſione obliqua ſignificatoris ſubtrahenda eſt, & quæſitum directionis prodit.

*Tertia Cautela.*

Cùm in Occidentis linea eſt promiſſor, ſubtrahenda eſt deſcenſio obliqua promiſſoris, à deſcenſione obliqua ſignificatoris. Portio reliqua directionem oſtendit.

*Quarta Cautela.*

Cùm extra angulos promiſſor inuentus fuerit, conſidera illum promiſſorem, an ſit in medietate cæli aſcendente aut deſcendente. Hinc tali ordine proceſſum inſtituas.

1 Longitudo promiſſoris nota ſit.

2 Latitudo promiſſoris.

3 Declinatio eiuſdem.

4 Aſcenſio recta.

5 Diſtantia aut ſupra aut infra terram, à Meridiano.

6 Singulorum promiſſorum peculiares circuli poſitionum.

7 Cuiuſlibet promiſſoris differentia aſcēſionalis ſub ſuo circulo poſitionis, addenda aut ſubtrahenda, pro declinationis affectione.

8 Aſcenſio obliqua inquirenda eſt cum in medietate Orientali ſubſiſtit differentia aſcenſionali addita ad aſcenſionem rectam, aut ſubtracta ab eadem, vt declinatio promiſſoris requirit.

9 Quando differentia aſcenſionalis ſubtrahitur aut additur ad aſcenſionem rectam promiſſoris, tunc eadem etiam addēda eſt ad aſcenſionem rectam ſignificatoris, qui dirigitur, vel ſubtrahenda, vt vtriuſque primi, id eſt, promiſſoris, & ſecūdi loci, id eſt, ſignificatoris, ſub eodem circulo poſitionis promiſſoris, aſcenſio obliqua innoteſcat.

10 Cùm promiſſor eſt in medietate occidentali, differentia aſcenſionalis, ſub circulo poſitionis promiſſoris inuenta, addita aut ſubtracta iuxta regulas producet deſcenſionem obliquam, & pro miſſoris & ſignificatoris, ſub eodem circulo poſitionis.

11 Cùm promiſſor in medietate cæli aſcendente verſatur, ſubtrahe aſcenſionem obliquam promiſſoris, ab aſcenſione obliqua ſignificatoris, & prodit interſtitium directionis.

12 Cùm promiſſor decurrit per medietatem cæli deſcendentem ſiue occidentalem, deſcenſio obliqua promiſſoris, à deſcenſione obliqua ſignificatoris ſubtracta, relinquit arcum æquatoris inter promiſſorem & ſignificatorem, reſpectu circuli poſi

poſitionis eiuſdem promiſſoris.

*Cautelę.*

Aſcenſiones ſiue Deſcenſiones obliquæ Promiſſoris & Significatoris ſupputari debent ad eundem circulum Poſitionis eiuſdem Promiſſoris.

2. Cùm ſubtractio Promiſſoris à Significatore fieri non poteſt, integrum Circulum commodato ſumédum eſſe ſcias.

Hæc eſt Methodica integra Dirigendi ratio Significatorum ad promiſſores, ſecundùm aut contra ſignorum ſeriem ex ſententia Regiomontani. Nunc exemplis his proceſſus eſt illuſtrandus.

Illuſtriſſimus Princeps Ioannes Fridericus, Inclytus Dux Pomeraniæ, in tempore æſtimato, naſcitur.

ANNO Meſſiæ 1542. Auguſti die 27. h.4.m.30. P.M ſub Eleuatione 54. graduum. Quæritur ad hoc momentum geniture totius cæli conſtitutio.

---

| | |
|---|---|
| Sol ad tempus rctè prępàratum, eſt in | 13.grad.11.min.22.ſec.♍. |
| Aſcenſio Recta Solis eſt | 164.gr.29.min.33.ſec.8.ter. |
| Aſcenſio Recta temporis eſt | 67.gr.41.15.30. |
| Aſcenſio Recta Medij cæli eſt | 232.gr.10.48.38. |

Pro Aſcenſionibus Cuſpidum.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Aſcenſio Recta Medij cæli eſt | | 23?.grad.10.min. | - | 48.ſec.38.ter. | 0 | 0 |
| Aſcenſiones obliquę cuſpidis | Vndecimæ | 262 | 11 | Numeri polares | 35 | 0 |
| | Duodecimæ | 292 | 11 | | 50 | 0 |
| | Primę | 322 | 11 | | 44 | 0 |
| | Secundæ | 352 | 11 | | 50 | |
| | Tertiæ | 22 | 11 | | 35 | |

Arcus Eclipticæ reſpondentes inuentis arcubus Aequinoctialis.

| | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Incidit in cuſpidem | Decimam | 24.gr.34.m. | | ♍ | In domos oppoſitas incidit cuſpidis | 4a | 24. grad. | 34. min. | ♉ |
| | Vndecimam | 7 | 49 | ♐ | | 5a | 7 | 49 | ♊ |
| | Duodecimam | 22 | 8 | ♐ | | 6a | 22 | 8 | ♊ |
| | Primam | 15 | 59 | ♈ | | 7a | 15 | 59 | ♋ |
| | Secundam | 12 | 29 | ♓ | | 8a | 12 | 29 | ♍ |
| | Tertiam | 3 | 31 | ♉ | | 9a | 3 | 31 | ♍ |

Hæc eſt conſtitutio Cuſpidum duodecim domiciliorum cæli ex ſententia Regiomontani, ad tempus Radices illuſtris huius genituræ.

*Iuxta Firmicum & Cardanum per gradus æquales.*

Horoſcopus eſt 15.gr.59.min.ferè ♈.
Cor cæli eſt 24.34.♍.

*Pro verificatione gradus Horoſcopantis: Vtor Trutina Hermetis.*

Luna eſt ad tempus genituræ infra terram, in 7. grad.4.min.♈.

Diſtantia Lunæ ab Angulo orientis eſt 2. Sig. 21. grad.5.min.

Tempus moræ in vtero materno eſt 279. Dierum.

Conceptio ergo eſt facta Anno 1541. Nouembris die 21.

Luna ad hunc diem Conceptionis eſt in 22. grad. 39.min.♈.

Horoſcopus eſt æſtimatus in 15.gr.59.m.♈.

Differentia non excedens 13.grad. tantum eſt 6. grad.40.min.

*Pro hora conceptionis:*

Luna tempore genituræ eſt in 7.grad.4.m.♈.
Sol in 9.grad.9.min.♐

Aſcenſio Recta Solis, à ♈ inchoata, eſt 337.grad. 26.min.36.ſec.

Aſcenſio obliqua Lunæ ab Ariete inchoando, eſt 2.grad.35.min.32.ſec.

Reſiduum facta ſubtractione, ex his aſcenſionibus eſt 25.grad.8.56.

In tempus conuerſum eſt 1.Hor.40.min.35.ſec. 44.ter.

Conceptio ergo facta eſt, Anno 1541. Nouembris die 21.Hor.1.40.min.36.ſec.poſt meridiem.

Lunę verus locus, ad hoc tempus Conceptionis eſt 23.grad.10.min.43.ſec.55.ter.♈, ad tempus reductũ & æquatum.

Ergo

Horoſcopus verificatus eſt iuxta Hermetis regulam, quam Ptolemæus tradidit, 23.grad.10.minut, 44.ſec.♈.

Aſcenſio obliqua huius horoſcopi verificati, eſt 327.grad.51.min.52.ſec.16.ter.ſub Eleuatione poli 54.grad.

Aſcenſio obliqua aſcendentis æſtimati, eſt 322.gr. 11.min.

Differentia aſcenſionum eſt 5.grad.41.min.

In tempus conuerſa, 0.Hor.22.min.44.ſec. Hęc addenda eſt ad tempus æſtimatum. Aſcenſio enim Aſcendentis verificati creſcit.

Naſcitur ergo iuxta Trutinam Ptolemaicam Hermetis, Princeps ſupradictus, Anno 1542. Auguſti D. 27.H.4.52.min.44.ſec.



Digitized by Google

*Cuſpides ex Horoſcopo verificato hæ ſunt.*

Aſcenſio Recta Medij cæli, eſt 237. grad. 52.

| | | Gr. | | | | Gr. | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | 10æ | 0. | 4. m. | ♐ |
| Aſcēſio obliqua cuſpidis | 11æ | 267 | 52 m. | Arcus Eclipticæ congruentes, in | 11æ | 12 | 35 | ♐ |
| | 12æ | 297 | 52 | | 12æ | 27 | 0 | ♐ |
| | 1æ | 327 | 52 | | 1æ | 23 | 10 | ♑ |
| | 2æ | 357 | 52 | | 1æ | 25 | 11 | ♓ |
| | 3æ | 27 | 52 | | 3æ | 11 | 19 | ♉ |

Nunc addenda & ſubjcienda ſunt themata Cæli.

*THEMATA ILLVSTRIS HVIVS GENITVRAE.*






## MEMORABILE EXPERIMENTVM CERTITVDINIS *Aſtrologicæ, ex genitura Henrici II. Regis Galliarum, quæ facta eſt Anno M. D.XIX. Martij D.30.H.19.9.min.P.M. Mortui verò Anno 1559. Iulij die 30. cùm ei oculus à ſuo antagoniſta in certamine equeſtri effoſſus eſſet.*




*Obijt Die 11. Auguſti, cum per dies 11. occubuiſſet cum Luna peruenit ad □ ☿ ad imum Cæli. Præceſſit Eclipſis Lunæ, in 23. Grad. ♎. qua ambo luminaria cum Aſcend. impediebantur.*

Mortem violentam ei ſignificarunt Luminaria vtraque læſa à maleficis vtriſque, Quadrato partili radio, ita vt ambo luminaria & alter maleficorum ♄ in ſignis violentis in domo mortis Dominium ſibi vendicarit.

Genus mortis violentæ indicat ♂, maximam dignitatem & authoritatem habens in locis Significatorum, & Luminarium. ♂ igitur cum Cane Maiore, de natura ♃ & ♂, occurrens Horoſcopo, (vt annotauit Stadius) Aphęta exiſtente ♂ verò anaræta, publicam lætitiam funeſtã reddidit, oblæſo Regi oculo ſiniſtro, & concuſſis temporibus in haſtiludijs.

Simile exemplum recitat Stadius de Ludouico Brederodio, cui Cerebrum concuſſum fuit à ſuo hoſte, cui ♄ cum maiore Cane Horoſcopo occurrebat, ſubito incurſu.

Aphæta hic rectè conſtituitur Horoſcopus, iuxta Ptolemæum. Ambo enim Luminaria remota ſunt ab his prærogatiuis in 12. exiſtentia. Horoſcopus igitur occurrens copori ♂, indicabit annum fatalem. Inuenitur autẽ Horoſcopi Aſcẽſio obliqua 35. tẽp. 15.m. Eodẽ modo ♂ Aſcenſ. obliqua 75. temp. 27.m. Differentia eſt facta ſubtractione ex aſcenſione obliqua ♂ 40.gra. 12.m. Id eſt, cõſtituit annos plenos 40. 2. menſes, & dies 12. quo anno mortuus eſt. ♂ verò rectè Anaræta conſtituitur. In nullo enim alio ſigno eſt vehementior quam in ♋ ſigno, contrario omnino ſuæ naturæ, & in eodem cadit de ſua exaltatione.

Eodem anno completo in progreſſu, omnia loca præcipua fuerunt infecta. Horoſcopus enim peruenit tum ad ☍ ☿, & pertingere potuit ad □ ♂ eodem anno. Sic Medij cæli ad □ ☉ & Lunæ in ♋ locum ſcilicet ♂ infectum. Sic ♂ annuus gubernator ad oppoſitum ☉ & Lunæ, videlicet ♎, ♄ verò ad Solis locũ.

Circa principium quoque ſiue circa primum diem Iulij, Anno 1559. omnia loca fuerunt infecta.

☉ tranſit per locum ♂ 17. ♋

☽ cum ♄ per Horoſcopum 2. ♊.

♃ per locum ☿ Domini anni & finis, & □ Horoſcopi, videlicet 17. ♓.

♂ per ☍ Horoſcopi 3 ♐.

Fuerunt igitur omnia ferè loca ingreſſu quoque infecta. Quare ex his cauſis, & tot malis ſimul concurrentibus, mortuus eſt eodem Anno 1559. die Iulij 10. ætatis anno completo, vt directio ad corpus ♂ monſtrat.

Alij tempus geniturę aſſignant 19.H. 23.m. Aſcendente 8. ♊.

Religioſus Mechlinenſis ponit vltimum diem Martij, mane hora 7. M. 23. Aſcendente 8. grad. 0. m. ♊.

### ALIVD MEMORABILE EXPERIMENTVM *aſtrologicum, ex geneſi illuſtriſſimi Principis Electoris Ioannis Friderici, &c.*

In genitura Ill. Principis, tres Planetæ ſuperiores ſunt in ſuis detrimentis ſeu exilijs (vt vocant) in quibus nullam habeat dignitatem, & vnus prorſus eſt peregrinus. Nã ♄ in ♋, ♃ in ♊, ♂ in ♉ exulat, & ♀ in ♌ peregrina eſt iuxta diſtributionẽ terminorũ



Digitized by Google

Aegyptiacam.

Talis conſtitutio,vt Aſtrologi opinantur, portendit maximam infœlicitatem,& impedimenta in præcipuis vitæ actionibus.Sicut contrà maximam fœlicitatem portendunt,ſplendidam & illuſtrem fortunam 3.vel 4.Planetæ in ſuis dignitatibus,id eſt,Domicilijs exaltatione aut receptione mutua conſtituti.

Talis eſt conſtitutio Matthiæ Regis Vngariæ. Item Chriſtiani Regis Daniæ, qui quinque Planetas in ſuis domicilijs & exaltationibus habuit.

Item Mauricij ducis Saxoniæ & Electoris, qui eoſdem ferè Planetas exulantes in genitura Ioh. Frider. in ſuis habuit ſplendoribus & dignitatibus.

Vnde ex diſſenſiõe geniturarũ,de animorũ diſſidio facilè iudicari potuit.Nam Sol in genitura Electoris MAVRICII affligit vtrumque Luminare in geniſi Electoris Ioh.Friderici,vnum □,alterum ☍,ac Domini Aſcendentium,quorum hic ♂ ille ♄, diuerſæ naturæ,naturali odio diſſident, & in ſignis ſeparatis conſtituti ſunt.Ita Elector Mauricius genituram habuit potentiorem.

Captiuitatem,& multas alias calamitates, denunciauit ei Sol in angulo Occidentis conſtitutus, & ♂ partili ♄ in ♋ læſus.Item tot Planetarũ exilia. Semper enim poſitus in ſeptima,denunciat plurimas calamitates,diſſidia,inimicitias,bella,lites,exilia,bellatores infœlices,&c.Talem ☉ conſtitutionẽ habuit Maximilianus Imp.Item Albertus Marchio & alij multi.

Captus eſt hic Princeps Elector à Carolo V. Imperatore,Anno 1547.Aprilis Die 24 ætatis anno currẽte 45.quem annum pulcherrimè etiam oſtendunt Directiones.

| | |
|---|---|
| Aſcenſio obliqua ♂ in 17.gr.24.min.♒. | 340.Gr.53.min |
| Aſcenſio obliq.Horoſcopi in 24.Gr.15.min.♓. | 296 36. |
| Directio quæſita. | 44 17. |

Anno igitur Currente 45.id eſt,circa initium anni 1547.infœliciſſimum bellum geſſit contra Carolũ V.in quo captus,Electoratum amiſit.Imò etiam ♂tũ vulnus inflixit.Deinde etiam annuæ profectiones & ingreſſus fuerunt infœlices.Nam Horoſcopus ad corpus ☉ peruenit & □ ♂.☉ ad ♒ locum ♂ infectũ, & paulò poſt ad □ ♄ domini duodecimæ domus. Luna ad ♊ oppoſitum Horoſcopi & corpus ♄ imbecillis in radice,&c.⊕ ad ☍ ♂.Huc accedunt & ingreſſus valde infœlices, ♄ per ♈ incedebat locũ ☉ & ☽ in radice oppoſitum, ☽ per ☍ ♂, ♂ per ♌ & locum ♀,&c.Tantis cauſis concurrentibus magnũ malum denunciabatur,& periculum vitæ,&c.

*ALIVD EXEMPLVM DIRECTIOnis,accommodatum ad formam à Regiomontano traditam.*

*THEMA CAELI SIVE RADIX GENITVRAE.*

Latitudines Planetarum.

| | Gr. | M. | |
|---|---|---|---|
| ♄. | 2 | 8. | M. |
| ♂. | 0 | 6. | S. |
| ☿. | 1 | 10. | S. |
| ♄. | 1 | 32. | M. |
| ♀. | 2 | 16. | S. |
| ☽. | 4 | 52. | Septen. |




*HORO-*

## HOROSCOPI DIRECTIONES AD PROmiſſores. Aſcenſio obliqua eſt 33.Gr.19.mi. Polus eſt 48.Gr.8.min.

| Longitudo promiſſorum. | Latitudo | Declinatio | Aſc. Recta | Diff. aſcen. | Aſc. obliq. | Directio. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| △ ♄ S. 22 53 ♋ | 1 4 S. | 22 36 S. | 114 54 | 27 41 | 87 13 | 13 54 |
| ☌ ☿ 1 49 ♌ | 1 10 S. | 20 57 S. | 124 21 | 25 17 | 99 4 | 25 45 |
| □ ☽ S. 8 30 ♌ | 0 0 0 | 0 0 | 0 0 | 0 10 | 109 26 | 36 7 |
| △ ♄ S. 8 46 ♌ | 0 46 S | 18 51 S. | 131 26 | 22 23 | 109 3 | 35 44 |
| ☋ 21 32 ♌ | 0 0 | 0 0 | 0 0 | 0 0 | 127 19 | 54 0 |
| Cor ♌ 22 22 ♌ | 0 10 S. | 14 15 S. | 144 47 | 16 28 | 128 19 | 55 0 |
| ⚹ ♂ S. 23 33 ♌ | 0 3 S. | 13 45 S. | 145 54 | 15 50 | 130 4 | 56 45 |

## SOLIS DIRECTIONES AD PROMISSORES.

*Longitudo ☉ 13.Gr.24.m.♋. Latitudo 0.Gr.0.m. Declinatio 22.Gr.50.m. Sept. Aſcenſio Recta 104.Gr.34.min. Diſtantia ab I.C. 58.Gr. 45.min. Circ. poſit. 47.Gr.53.min. Aſc. obl. 67.Gr.76.min.*

| Longitudo Promiſſorum. | Latitudo | Declinatio. | Aſc. Recta | Diff. Aſc. | Aſc. obliq. | Directio. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| ☌ ☿ 1 49 ♌ | 0 10 S. | 20 57 S. | 124 21 | 25 1 | 99 20 | 21 44 |
| □ ☽ S. 8 30 ♌ | 0 0 | 0 0 | 0 0 | 0 0 | 110 12 | 32 36 |
| △ ♄ S. 8 46 ♌ | 0 46 S. | 18 51 S. | 131 26 | 22 8 | 109 18 | 31 42 |
| ☋ 21 32 ♌ | 0 0 | 0 0 | 0 0 | 0 0 | 127 54 | 50 18 |
| ⚹ ♂ S. 23 33 | 0 3 S. | 13 45 S. | 145 54 | 15 39 | 130 15 | 52 39 |
| ☌ ♀ 24 56 | 2 16 S. | 15 22 S. | 148 1 | 17 41 | 130 20 | 52 44 |

## LUNAE Directiones.

*Longitudo eſt 8.Gr.30.mi.♉. Latitudo 4.gr.52.mi. Sept. Declinatio 18.Gr.58.min. Septen. Aſcen. Rect. 34.Gr.27.mi. Diſtantia à M.C. 51. Gr.8.min. Circulus poſitionis 34.Gr.14.min. Differen. aſcen. 13.Gr.31.min. Aſcen. obliqua 20.Gr.56.min.*

| Longitudo Promiſſorum. | Latitudo | Declinatio. | Aſc. Rect. | Diff. aſce. | Aſce. obliq. | Directio. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| ⚹ ☿ d. 1 49 ♊ | 0 35 S. | 21 9 S. | 59 35 | 15 15 | 44 20 | 23 24 |
| ⚹ ♄ S. 8 46 ♊ | 0 46 M. | 24 4 S. | 67 10 | 15 11 | 51 59 | 31 3 |
| □ ♄ S. 22 52 ♊ | 0 0 | 0 0 | 0 0 | 0 0 | 65 11 | 44 15 |
| △ ♂ 23 33 ♊ | 0 6 S. | 23 26 S. | 82 58 | 17 9 | 65 49 | 44 53 |
| ⚹ ♀ d. 24 55 ♊ | 1 8 S. | 24 32 S. | 84 24 | 18 5 | 66 19 | 45 23 |
| ⚹ ☉ S. 8 23 ♋ | 2 26 S. | 25 41 S. | 99 18 | 19 5 | 73 37 | 52 41 |
| □ ♄ S. 8 46 ♋ | 0 0 | 0 0 S. | 0 0 | 0 0 | 82 35 | 61 39 |

♄ *Directiones Retrogradi. Longitudo 12.gr.52.m. Latitudo 2.gr.8.m.M. Declinatio 4.gr.47.min. Aſcenſio Recta 354.grad.18.min.*

| *Longitudo promiſſorum.* | *Latitudo.* | *Declinatio.* | *Aſcenſio Recta.* | *Diſtantia à M.C.* | *Circ. poſit.* | *Differ. Aſcen.* | *Deſce. obliq.* | *Differ. aſc. ♄.* | *Deſce. obliqua ♄.* | *Directio quæſita.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ♒ | | | | | | | | | | |
| ☍ ♀ 24 56 | 2 16M. | 15 22M. | 328 1 | 15 18 | 23 | 0 32 | 321 29 | 0 59 | 352 19 | 30 50 |
| △ ♂ d. 23 33 | 0 3M. | 13 45M. | 325 54 | 17 25 | 24 | 6 18 | 319 36 | 2 9 | 352 9 | 32 33 |
| ♌ 21 32 | 0 0 | 14 22M. | 323 55 | 19 24 | 27 | 0 0 | 316 32 | 2 24 | 351 54 | 35 22 |
| ⚹ ♄ d. 8 46 | 0 46M. | 18 51M. | 311 26 | 31 53 | 40 | 16 31 | 293 55 | 3 59 | 350 19 | 55 24 |
| □ ☾ d. 8 30 | 0 0M. | 18 11 | 310 56 | 32 23 | 40 | 0 0 | 295 3 | 3 58 | 350 20 | 55 17 |

♃ *Directiones. Longitudo 8.gr.46.m.♈. Latitudo 1.gr.32.m. Declinatio 2.gr.4.m. Sept. Aſcen. Recta 8.gr.39.min. Diſtentia à M.C. 25.Gr.20.min. Circ. poſit. 24.gr.43.min. Differ. Aſcen. 0.gr.57.mi. Aſcenſio obliqua 7.grad.42.min.*

| *Longitudo Promiſſorum.* | *Latitudo* | *Declinatio.* | *Aſc. Recta* | *Diff. Aſc.* | *Aſc. obliq.* | *Directio.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| ⚹ ☉ d. 13 54 ♉ | 0 0 | 0 0 | 0 0 | 0 0 | 33 25 | 25 43 |
| ⚹ ♄ S. 22 51 | 1 4 M. | 17 30 S. | 50 43 | 8 20 | 42 23 | 34 41 |
| □ ♀ d. 24 56 | 0 0 | 0 0 | 0 0 | 0 0 | 45 25 | 35 43 |
| ♊ | | | | | | |
| ⚹ ☿ d. 1 49 | 0 35 S. | 21 9 S. | 59 35 | 10 16 | 49 19 | 41 37 |
| ⚹ ♄ S. 8 46 | 0 46 M. | 21 4 S. | 67 10 | 10 13 | 56 57 | 49 15 |
| □ ♄ S. 22 52 | 0 0 | 0 0 | 0 0 | 0 0 | 70 47 | 63 5 |

♂ *Directiones Longitudo eſt 33.gr.33.min.* ♊ *Latitudo 0.gra.6.min.Sept. Declinatio 23.gr.26.m.Sept. Aſce.Rect. 82.gr.58.m. Diſtantia à M.C. 99.gr.39.mi. Circ.poſit. 46.gr.41.min. Differ. Aſcen. 27.gr.21.min. Aſcenſ.obliq. 55.gr.37.min.*

| *longitudo promiſſorum.* | *Latitudo* | *Declinatio* | *Aſc. Recta* | *Diff. aſcen.* | *Aſc. obliq.* | *Directio.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| ♋ | | | | | | |
| ☌ ☉ 13 24 | 0 0 | 0 0 | 0 0 | 0 0 | 110 32 | 22 26 |
| △ ♄ S. 22 53 | 1 4 S. | 22 36 S. | 14 54 | 26 10 | 88 44 | 33 7 |
| ♌ | | | | | | |
| ☌ ☿ 1 49 | 1 10 S. | 20 57 S. | 124 21 | 23 55 | 100 26 | 44 49 |
| □ ☾ S. 8 30 | 0 0 | 0 0 | 0 0 | 0 0 | 110 32 | 54 55 |
| △ ♄ S. 8 46 | 0 46 S. | 18 51 S. | 131 26 | 21 11 | 110 15 | 54 38 |

♂ Directio

♀ *Directiones. Longitudo 24.Gr.56.min.♌.Latitudo 2.Gr.16.min.Sept. Declinatio 15. Gr.22.min.Aſcen.Rect.148.1.mi.Diſtan.ab I.C.15.Gr.18.min.Cir.poſ.22.Gr.32. min.Diff.Aſc.6.Gr.32.min.Aſc.obli.141.gr.9.min.*

| Longitudo promiſſo. | | | | Latitudo | | | Declinatio | | | Aſc.Rect. | | Diff. aſc. | | Aſcen.obli. | | Directio. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ✶ ☉ S. | 13 | 24 | ♍ | 0 | 0 | | 0 | 0 | | 0 | 0 | 0 | 0 | 162 | 0 | 20 | 30 |
| ☍ ♄ | 22 | 52 | | 2 | 8 | S. | 4 | 47 | S. | 174 | 18 | 1 | 59 | 172 | 19 | 30 | 50 |
| □ ♂ S. | 23 | 33 | | 0 | 0 | | 0 | 0 | | 0 | 0 | 0 | 0 | 173 | 3 | 31 | 34 |
| ✶ ☿ S. | 1 | 49 | ♎ | 0 | 35 | S. | 0 | 11 | M. | 181 | 53 | 0 | 4 | 181 | 57 | 40 | 28 |
| ☍ ♄ | 8 | 46 | | 1 | 32 | S. | 2 | 4 | M. | 188 | 39 | 0 | 50 | 189 | 29 | 48 | 0 |
| □ ☉ S. | 13 | 24 | | 0 | 0 | | 0 | 0 | | 0 | 0 | 0 | 0 | 194 | 31 | 53 | 2 |

☿ *Directiones. Longitudo 1.Gr.49.mi.♌.Latitud.1.Gr.10.min.Sept.Declin.20.Gr.57.m. Sept.Aſc.Rect.124.gr.21.min.Diſt.ab I.C.38.gr.58.min.Cir.poſitionis 44. gr.14.min. Diff.Aſcenſ.21.gr.53.min.Aſcen.obliqua 102.gr.28.m.*

| Longitudo Promiſſo. | | | | Latitudo | | | Declinatio | | | Aſc.Rect. | | Diff. Aſc. | | Aſc.obliq. | | Directio. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ☋ | 21 | 32 | ♌ | 0 | 0 | | 0 | 0 | | 0 | 0 | 0 | 0 | 129 | 59 | 27 | 1 |
| ✶ ♂ | 23 | 33 | | 0 | 3 | S. | 13 | 45 | S. | 145 | 54 | 13 | 46 | 132 | 8 | 29 | 40 |
| ☌ ♀ | 24 | 56 | | 2 | 16 | S. | 15 | 22 | S. | 148 | 1 | 15 | 31 | 132 | 30 | 30 | 2 |
| △ ☽ | 8 | 37 | ♍ | 2 | 26 | M. | 6 | 6 | S. | 159 | 19 | 5 | 59 | 153 | 20 | 50 | 52 |
| | | | | | | | | | | | | | | Aſc.Rect. | | | |
| ✶ ☉ | 13 | 24 | | 0 | 0 | | 0 | 0 | | 0 | 0 | 0 | 0 | 158 | 19 | 55 | 51 |

*Medij cœli Directiones. Aſcenſio Recta eſt 343.Grad.19.min.*

| Longitudo | | | Latitudo. | | | Aſc.Rect. | | Directio. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ♈ | | | | | | | | | |
| ☌ ♄ | 8 | 46 | 1 | 32 | M. | 8 | 39 | 25 | 20 |
| □ ☉ d. | 13 | 24 | 0 | 0 | | 12 | 19 | 29 | 0 |
| ✶ ♂ d. | 23 | 33 | 1 | 3 | S. | 21 | 45 | 38 | 26 |
| △ ♀ d. | 24 | 57 | 1 | 8 | M | 23 | 31 | 40 | 12 |
| ♉ | | | | | | | | | |
| □ ☿ d. | 1 | 49 | 0 | 0 | | 29 | 38 | 45 | 19 |
| ⊕ | 5 | 50 | 0 | 0 | | 33 | 30 | 51 | 11 |
| ☌ ☽ | 8 | 30 | 4 | 52 | S. | 34 | 27 | 51 | 8 |
| ✶ ☉ d. | 13 | 24 | 0 | 0 | | 40 | 55 | 57 | 36 |

⊕ *Directiones, Longitudo eſt 5.gr.50.min.♉. Latitudo eſt 0.gr 0.min.*

| Longitudo Promiſſorum. | | | | Latitudo | | | Declinatio | | | Aſc.Rect. | | Diſtan.à Meridie. | | Cir. poſi. | Differ. Aſce. | | Aſcen.obliqua. | | Aſce. obliqua ⊕. | | Directi. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ▲ ☿ d. | 1 | 49 | ♈ | 0 | 35 | M. | 0 | 11 | S. | 1 | 53 | 18 | 34 | 19 | 0 | 4 | 1 | 49 | 28 | 38 | 26 | 49 |
| □ ♂ d. | 23 | 33 | ♓ | 0 | 0 | | 2 | 34 | M. | 354 | 5 | 10 | 46 | 12 | 0 | 0 | 354 | 38 | 30 | 30 | 35 | 52 |
| ☌ □ | 22 | 52 | ♓ | 2 | 8 | M. | 4 | 47 | M. | 354 | 18 | 10 | 59 | 13 | 1 | 6 | 355 | 24 | 30 | 17 | 34 | 55 |
| △ ☉ d. | 13 | 24 | ♓ | 0 | 0 | | 6 | 33 | M. | 344 | 43 | 1 | 24 | 2 | 0 | 0 | 344 | 55 | 33 | 6 | 48 | 11 |
| | | | | | | | | | | | | | | | | | Deſc.obli. | | | | | |
| ✶ ☽ d. | 8 | 23 | ♓ | 2 | 25 | S. | 6 | 11 | M. | 339 | 6 | 4 | 13 | 5 | 0 | 35 | 338 | 31 | 34 | 48 | 56 | 17 |

*XVI. PROPOSITIO. SIMPLEX ET Methodica ratio Dirigendi ex Tabulis domorum, quæ Ephemeridibus præfiguntur.*

Ex tabulis Domorum, Ephemeridibus præfixis, Dirigendi ratio admodum eſt facilis, & ſine magno labore abſolui poteſt, neglecta latitudine cum Significatorum, tum Promiſſorum. Referunt enim hæ tabellæ, Aſcenſionis Rectæ ſiue obliquæ tempora æquatoris, commutata in horas & horarum ſcrupula. Ac tali proceſſu vtantur, qui volunt.

*PRIMVS CASVS, DE SIGNIFICATORE conſtituto in Meridiano, ſupra vel infra terram.*

I. Cum Significator, id eſt, Planeta, ſtella fixa, aut ipſe gradus Medij cæli, dirigendus, præciſe fuerit in Meridiano, ſupra vel infra terram, quære tunc locum vel gradum eius ſub decima domo, & tempus reſpondens illi excerpe & nota diligenter.

II. In eadem columna quære locum Promiſſoris, ſub titulo decimę domus, & tempus congruens extrahatur.

III. Subtrahe tempus Significatoris à tempore Promiſſoris, & relictum conuerte in gradus æquinoctialis. Id eſt, numera pro ſingulis horis annos 15. pro ſingulis quatuor Scrupulis vnius horæ annum vnum, & ſingulis horarum ſcrupulis anni Quadrantem ſiue tres menſes.

IIII. Cum Significator eſt in Meridiano ſub terra, accipe loca oppoſita, & quære ſub decima eodem modo tempora Significatoris & Promiſſoris, ac procede, vt antea dictum eſt. Signa enim oppoſita in Sphæra Recta, æquales habent Aſcenſiones.

*Exempli Gratia.*

Dirigendum eſt Medium cæli in Natiuitate Illuſtriſſimi Principis, IOHANNIS FRIDERICI Ducis Pomeraniæ.

Medium cæli incidit in 24. grad. 34 ♒.
Tempora horaria medij cæli ſunt 15. horæ, 30. Scrup. prima.

Loca promiſſorum hæc ſunt.

| | Longitudo | | Temp. horaria | | Differentia | | Directio | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | G. | M. | H. | M. | H. | M. | Anni | Menſes. |
| | ♒ | | | | | | | |
| △ ♀ | 29 | 24 | 15 | 47 | 0 | 17 | 4 | 3 |
| | ♓ | | | | | | | |
| ⚹ Lunæ | 5 | 14 | 16 | 12 | 0 | 42 | 10 | 6 |
| △ Lunæ | 7 | 2 | 16 | 21 | 0 | 51 | 12 | 9 |
| ☋ | 7 | 27 | 16 | 21 | 0 | 51 | 12 | 9 |
| □ ☉ | 13 | 11 | 16 | 46 | 1 | 16 | 19 | 0 |
| □ ☿ | 23 | 50 | 17 | 34 | 2 | 4 | 30 | 6 |
| | ♈ | | | | | | | |
| ⚹ ♃ | 5 | 14 | 17 | 29 | 1 | 59 | 29 | 9 |
| □ ♄ | 5 | 34 | 18 | 26 | 2 | 56 | 44 | 0 |

*SECVNDVS CASVS. QVOMODO Significator in Aſcendente ſit dirigendus, vel ipſum Aſcendens.*

I. Accipe locum Significatoris, quærendum ſub columna primæ domus, & tempus reſpondens extrahatur.

II. In eadem columna, quæratur locus Promiſſoris, & tempus ſub titulo primæ domus excerpatur.

III. Tempus Significatoris, à tempore Promiſſoris ſubducatur, accommdato integro Circulo, id eſt 24. Horis, ſi ſubtractio fieri nequit, & relinquitur tempus intermedium, conuertendum, vt antea dictum eſt.

EXEM

Digitized by Google

*EXEMPLI GRATIA.*

*Horoſcopus noſtri Principis eſt 15.Gr.59.mi.♑.Tempora horaria ſunt 15.Hora,30.m.*

| Promiſſorum loca. | | | Tempora horaria. | | Interuallum. | | Tempus Directionis. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | ♑ | | H | M. | H. | M. | *Anni* | *menſes.* |
| ▲ ☿ | 23 | 46 | 15 | 51 | 0 | 21 | 5 | 3 |
| ☍ ♀ | 29 | 24 | 16 | 8 | 0 | 38 | 9 | 6 |
| | ♒ | | | | | | | |
| △ ♄ | 5 | 14 | 16 | 25 | 0 | 55 | 13 | 9 |
| □ ♄ | 5 | 34 | 16 | 25 | 0 | 55 | 13 | 9 |
| ✶ ☽ | 7 | 6 | 16 | 29 | 0 | 59 | 14 | 9 |
| ✶ ♂ | 7 | 29 | 16 | 29 | 0 | 59 | 14 | 9 |

*TERTIVS CASVS. QVOMODO Dirigendus ſit Significator in Medictate cæli Aſcendente, ſcilicet, vndecima, 12. 2. & tertia.*

Sicut dirigimus Significatorem in Aſcendente vel M.C.conſiſtentem:Ita quoque agendum eſt cum Significatoribus & Promiſſoribus alterius domus, quærendo loca eorundem in columna ſuæ cuſpidis extrahendo tempora cõgruentia.Facta deinde congruenti ſubtractione Significatoris à Promiſſoribus, & relicto tempore conuerſo in tempus, annos & menſes Directionis quæſitæ inuenies.

*Notabilis Cautela.*

Cum Significator eſt in vndecima domo,hic dirigi poteſt per tertiam & vndecimam domum. Quia eſt idem Circulus poſitionis.Sic ſignificator in tertia, dirigi poteſt per vndecimam.

Idem de duodecima & ſecunda intelligendum eſt. Quia eandem habent Poli Eleuationem.

*Exempli Cauſa.*

Sit in alicuius geneſi Significator,in cuſpide vndecimæ domus,in 18.Grad.58.min.♉.Promiſſor in 25. gr.13.min.♋.In columna vndecimæ domus tabellæ domorum ſub latitudine 48.graduum,18.gr.58.min. ♉ reſpondent 0.H.25.min.39.ſec.Promiſſori, id eſt 25.gr.13.min.♋.tempus congruit H.4.59.min. 10 ſec.Reſiduum eſt 4.Hor.33.min.31.ſec.Hoc tempus in annos conuerſum facit 68.annos, 4. Menſes, dies 16.& dimidium.

*ALIVD EXEMPLVM ex genitura Auguſti principis Electoris.*

*Luna eſt in ſecunda in 7.Gr.4.min.♈. Tempora horaria 16.H.12.min.*

| | ♈ | | Tempora horaria. | | Interuallum. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | G. | M. | H. | M. | H. | M. |
| ▽ ♂ | 7 | 27 | 16 | 16 | 0 | 4 |
| □ ♀ | 29 | 24 | 16 | 55 | 0 | 43 |
| | ♉ | | | | | |
| ☍ ♄ | 5 | 14 | 17 | 8 | 0 | 56 |
| △ ☉ | 13 | 11 | 17 | 25 | 1 | 13 |

*IIII. CASVS. QVOMODO DIRIGENdus ſit ſignificator,in Occidente vel ſeptima conſtitutus.*

I. Accipe puncta oppoſita Significatoris & Promiſſoris,& quære illa in domo oppoſita,in columnula videlicet primæ domus,& quære tẽpora Significatori & Promiſſori reſpondentia.

II. Subtrahe tempus Significatoris à tempore Promiſſoris.Differentia oſtendit tempus,quanto arcus interceptus inter loca oppoſita Significatoris ac Promiſſoris aſcendit,tanto tempore arcus inter Significatorem & Promiſſorem deſcendat.

III. Huius temporis fiat Conuerſio, vt antea, & tempus Directionis verum inuenies.

*Exempli Cauſa.*

Sit in geneſi alicuius,ſub altitudine poli 48.Gr. in angulo Septimæ domus,Libræ principium. Et hic angulus ſit Significator.Promiſſor ſit 10.gr.14.mi.Scorpij.Quæritur arcus Directionis.In tabulis domorum non inuenio columnam congruentem. Accipio igitur oppoſitam domum,id eſt,primam, 0. ♈, & loco promiſſoris 10.gr.13.min.♉.Ad 0.gr.♈ inuenio 18. Hor.0.min.0.ſec.Ad 10. gr. Tauri,H. 19.22. min. 9. ſec.Ex ſubtractione remanent Hora 1.22.min. 59. ſec.In æquinoctiali 20.gr.34.min 45.ſec. facta conuerſione,id eſt, in tempore annos 20. menſes ſex, dies 28.In tanto tẽpore Angulus Occidẽtis perueniet ad locum promiſſoris,& accidens promiſſum per promiſſorem,effectum ſuum ſortietur.

Sequitur

Sequitur Quintus Caſus.

### V. CASVS. QVID AGENDVM SIT, *Cum ſignificator eſt in Medietate cæli Deſcendente, vtpote 9.8. 6.& 5. domo.*

CVm cuſpides Medietatis cæli Deſcendentes, non exprimantur, in tabellis Domorum, ſemper domus & Signa oppoſita ſumantur, & quod antea dictum eſt, de Significatore conſtituto in Septima, id de alijs quoque Domibus & Significatoribus eſt intelligendum. Atque hic quoque inuenies, poſt quot annos Directio compleatur.

*Notabilis cautela.*

Cum ſignificator eſt in cuſpide Nonæ, accipienda eſt domus tertia. Si in cuſpide octauæ, tunc ſecunda domus, pro ſexta duodecima, pro quinta vndecima. Ita enim domicilia opponuntur.

In oppoſita domo quærenda ſunt Loca oppoſita Significatoris & Promiſſoris in ſignis & gradibus, temporáque excerpenda, quæ cum certo conſtant, tempus Significatoris ex tẽpore Promiſſoris eſt ſubtrahendum, & prodit arcus Directionis.

*Exempli cauſa.*

Sit Significator aliquis in nona Domo ſcilicet in 18. grad. 58. m. ♍.

Promiſſor in 25. grad. 13. min. ♈.

Cupio ſcire, in quot annis Significator propoſitus pertingat ad locum Promiſſoris datum. Nona domus non inuenitur in tabulis Domorum. Quare accipienda eſt oppoſita, tertia ſcilicet.

Ad 18. grad. 58. min. ♉ arcum oppoſitum in columnula tertiæ, inuenio 16. Hor. 25. min. 44. ſec.

Ad 25. grad. 13. min. ♋ in eadem domo inuenio tẽpus congruens 20. H. 59. min. 5. ſec.

Facta ſubtractione, reſiduum eſt Ho. 4. 33. min. 21. ſec.

In æquatore tempus illud conſtituit 68. grad. 20. min. 15. ſec.

In tempore Directionis eſt 68. annorum, 4. Menſium, vnius diei & dimidij. Hic eſt arcus Directionis, ſub Circulo poſitionis tertiæ vel nonæ cuſpidis 29. grad. 2. min.

*Aliud exemplum.*

Sit Significator in cuſpide octauæ Domus: Accipio domum oppoſitam, id eſt, ſecundam, cuius circulus poſitionis eſt 43. grad. 53. min. Sit tempus Significatoris inuentum ex oppoſito arcu, 17. H. 55. min. 27. ſec. Promiſſoris verò, 22. Hor. 21. min. 26. ſec. Reſiduũ ex ſubtractione eſt 4. H. 25. min. 59. ſec. Id eſt, annorum 66. Menſium 5. dierum 28. quæſitum Directionis.

### VI. CASVS. DE DIRECTIONE COMpendioſa Significatorum & Promiſſorum, ex tabulis Domorum, contra Signorum ſeriem.

HAec Directio planè congruit cum præcedente, quæ ſit contra conſequentiam, hoc vno conſiderato, quòd Aſcenſiones ſiue Deſcenſiones vel tempora in tabulis Domorum reſpondentia, ſumantur ſecundùm poſitionem Promiſſoris & non Significatoris, ac ſi promiſſor dirigendus eſſet ad locum Significatoris. Hic proceſſus, priori planè contrarius, hoc modo inſtituendus eſt.

1. Conſidera, an Promiſſor ſit in medietate cæli Aſcendente.

2. Quære in ea domo locum Significatoris & Promiſſoris, ac Signa tempora illis reſpondentia.

3. Si fuerit in medietate cæli Deſcendente, accipe domum oppoſitam, & loca oppoſita Significatoris & Promiſſoris, ac ſimili modo tempora extrahantur.

4. Subtrahe tempus Significatoris à tempore Promiſſoris, accommodatis 24. H. ſi opus fuerit, reſiduũ facta Conuerſione oſtendit tempus Conuerſionis verum, poſt quot annos, menſes & dies, Significator pertinget contra ordinem Signorum, ad locum Promiſſoris.

*Exempli cauſa.*

Sit Promiſſor in cuſpide decimæ, in 6. grad. ♈. & Significator retrogradus in o. grad. ♓.

Quæro quo tempore locus Significatoris, pertingat ad locum Promiſſoris, motu cæli, contra Signorũ ſeriem. Sub columna decimæ domus.

Significatori reſpondent 22. H. 8. min. 25. ſec.

Promiſſori verò o. H. 21. min. ♋.

Hoc ſubtractum Significatoris tempus, à tempore promiſſoris, accommodatis 24. Hor. relinquit tempus 2. Hor. 13. m. 34. ſec. Id eſt, æquatores 33. gr. 23. min. 30. ſec.

Hic eſt arcus Directionis in Sphæra Recta inter locum Promiſſoris & Significatoris.

*Aliud Exemplum.*

Sit Promiſſor aliquis in o. grad. 26. min. ♋ in 11. cuſpide.

Significator ſit 11. grad. 7. min. ♉.

Quæro vtrumque locum in columnula vndecimæ domus, & elicio tempora illis reſpondentia.

Tempus Promiſſoris eſt 3. H. 6. min. 8. ſec.

Significatoris eſt o. H. o. min. o. ſec.

Fiat ſubtractio temporis Significatoris, à tempore Promiſſoris & remanent 3. Hor. 6. min. 8. ſec.

Tempus Directionis eſt 46. annorum, 6. menſium & 12. dierum. Hoc proceſſu commodè vti poſſumus, cùm nullæ ſunt Latitudines adhærentes Longitudini, quanquam & hanc Ptolemæus prorſus negligat.

CARO

Digitized by Google

Mortuus eſt.




*XVII. PROPOSITIO. METHODVS dirigendi Ptolemaica, optima Ratione & pulcherrimo ordine memoriæ cauſa ob oculos ponens, quæ ſuprà copioſius expoſita ſunt, quàm ſtudioſis propoſuit Dominus M. Sebaſtianus Vuinshemius, Mathematum Profeſſor.*

Directio eſt nihil aliud, quàm numeratio arcus æquatoris, qui inter locum Aphetæ ſiue Significatoris, & Promiſſoris comprehenditur, vt conſtet, quo tempore promiſſor peruenturus ſit ad locum Aphetæ, vel Apheta ad locum Promiſſoris, & ſatiſfacturus quaſi ſit ſuæ promiſſioni, hoc eſt, id effecturus ſit, quod proiectione radij ſui ad locū Significatoris ſignificat.

Hanc diuidunt in directam & conuerſam. Conuerſam vocant Aſtrologi quæ fit contra ſeriem Signorum, in qua Aſcenſiones ſiue deſcenſiones promiſſoris ſiue ἀναιρέτου, rectæ vel obliquæ, ſubtrahuntur ab Aſcenſionibus vel Deſcenſionibus rectis vel obliquis Aphetæ, fitque hæc, cùm Apheta conſiſtit inter Medium cæli & Septimam. Quanquam idem etiam ſecundum ſucceſſionem ſignorum dirigi poteſt, vt Ptolemæus docet.

Regiomontanus hoc modo tantum dirigit Partē fortunæ & Planetas retrogrados. Huic directioni Ptolemæus attribuit ἀναιρέτην ſolùm Horizontem occidentalem id eſt, cuſpidem Septimæ, propterea quod è conſpectu Dominum vitæ abducit. Planetis autem vel eorū radijs, qui cadunt inter Apheta & ἀναιρέτην, non tribuit Ptolemæus vim occidendi, propterea quod non accedant ad Aphetam, ſed Apheta ad eos. Verum vel prorogandi tempus vitæ, & addendi aliquid ad tempus productum ex Directione, his Planetis & radijs, poteſtatem tribuit. Adduntque benefici Planetæ & eorum radij benigni aliquid, ad tempus productum ex directione, Malefici verò auferunt, & eorum radij maligni.

*Numerus additionis vel Subtractionis, hoc modo inuenitur.*

I. Conſidera, vtrum Planeta, cui corpus vel radius interponitur, inter Aphetam & ἀναιρέτην, ſit ſupra Horizontem, vel infra eundem conſtitutus.

II. Quære Planetæ arcum diurnum, ſi eſt ſupra Horizontem, vel nocturnum, ſi conſtiterit infra Horizontem.

III. Arcum illum diurnum, vel nocturnum, diuide per 12. & prouenient tempora horaria, id eſt, gradus æquatoris, vnam horam temporalem conſtituentes, quos Ptolemæus vocat ὡριαίους χρόνους.

IIII. Conſidera, quot horarijs temporibus Planeta addens vel minuens aliquid Directioni, abſit ab occaſu. Per ea multiplica tempora eius horaria, & productum diuide per 12. & proueniet quæſitum. Nam quot gradus prouenerint, tot anni ſunt numerandi, pro quinque Minutis adhærentibus vnus ſumitur mēſis, partes verò temporis minores, oſtendet regula proportionum, ac totum hoc quod producitur, eſt addendum vel ſubtrahendum, à tempore per Directiones inuento. Quomodo autem directio ſit inſtituenda, ſequentia docebunt.

Exemplum

Digitized by Google

## EXEMPLVM.

Naſcitur Illuſtriſſimus Princeps PHILIPPVS Landgrauij Filius, Anno 1532. Iunij menſis die 23. H. 17. Minuto 36. ſub Eleuatione 51. Graduum.

Loca cuſpidũ ſunt, in

| | Grad. | |
|---|---|---|
| M. C. | 6 | ♈ |
| X. I | 18 | ♉ |
| X I I. | 3 | ♋ |
| I. | 1 | ♌ |
| I I. | 20 | ♌ |
| I I I. | 9 | ♍ |

Loca Planetarum nodorum & ⊕ ſunt.

| | Grad. | M. | |
|---|---|---|---|
| ♄ | 4 | 7 | ♋ |
| ♃ | 15 | 18 | ♍ |
| ♂ | 11 | 10 | ♌ |
| ☉ | 11 | 27 | ♋ |
| ♀ | 27 | 54 | ♌ |
| ☿ | 8 | 7 | ♌ |
| ☽ | 22 | 48 | ♓ |
| ☊ | 16 | 53 | ♍ |
| ☋ | 16 | 53 | ♓ |
| ⊕ | 12 | 11 | ♈ |

Huius Principis geneſis Luna eſt ἀφέτης, quæ conſtituta eſt in XI. domo. Quare ex ſententia Ptolemæi dirigenda eſt contra ſeriem Signorum ad cuſpidem VII. quæ eſt ἀναιρέτης, ex eiuſdem Ptolemæi ſententia. Quæro deſcenſionem Septimæ. Id eſt, aſcenſionẽ 1. Gr. ♌. ſub Latitudine 51. Gr. proueniũt 96. Gr. 33. m. Hinc ſubtraho 180 reſtant 276. Gr. 33. min.

Quærenda etiam eſt deſcenſio obliqua Lunæ, quæ eſt in 22. Gr. 48. min. ♓. ex eadem Latitudine. Aſcenſio loci oppoſiti Lunæ, eſt 169. Gr. 51. m. 12. ſec. Hinc ſubtraho 180. Gr. reſtant 349. Gr. 51. mi. quæ eſt deſcenſio loci Lunæ.

Subtraho deſcenſionem VII. à deſcenſione Lunæ. Reſtat interuallum directionis 73. Gr. 18. Minutorũ. Si vni gradui tribuitur annus, erunt 73. anni 18. ſcrupula faciunt 3 menſes, & reſtant 36.

Sed inter ἀφέτην & ἀναιρέτην cadunt △ ♄, ☍ ☿, ☍ ♂ & □ ♃. Quare videndum eſt, quantum addãt vel ſubtrahant.

### I. PRO △ SATVRNI.

| | G. | | |
|---|---|---|---|
| Declinatio ♄ eſt | 22 | 43 m. | 26. ſec. Septentrionalis. |
| Differentia Aſcenſionalis | 31 | 9 | 7. |
| Arcus Semidiurnus eſt | 121 | 9 | 7. |
| Arcus diurnus eſt | 242 | 18 | 14. |
| Tempora horaria ♄ | 20 | 11 | 31. |
| Deſcenſio obliqua ♄ | 127 | 1 | 34. |
| Deſcenſio obliqua VII. | 276 | 33 | 0. |
| Differentia | 210 | 28 | 34. Tantum diſtat ab occaſu. |

Quærendum enim erat hoc interuallum. Diuido per 12. & inuenio horas temporarias, quibus abeſt ab occaſu vel angulo Septimæ domus. Et inuenio diſtantiam ♄ ab occaſu Horarum 10. 25. min. 25. ſec.

Hæc debent multiplicari in tempora horaria ♄ & proueniunt o. m. ſec. ter. quar. Hæc diuidantur iterum per 12. & proueniunt o. m. ſec. Ergo tantum addit ♄ ad Directionem inuentam ſcilicet ratione △ addit annos 17. Menſes 6. Dies 14. Horas 11. Minuta 58. Sed quia △ ♄ coniungitur mediocri, Ideo non addit. Quia bonus aſpectus mali Planetæ cum mediocri, neque bonus neque malus eſt. Ideò nec addit nec demit. Bonus aſpectus boni cum bono, bonus eſt. Mali cum malo malus eſt.

### II. PRO OPPOSITO ☿.

Mercurius eſt ſupra Horizontem, licet non procul conſiſtat ab Horizonte. Quærendus eſt igitur ☿ arcus nocturnus.

Latitudo ☿ eſt 1 Gr. 26. m. Meridiana, deſcẽdens.

Declinatio vera eſt 16. Gr. 54. m. Sept.

Differentia Aſcenſionalis ſub Eleuatione poli data 51. Gr. eſt 22. Gr. 2. min. 18. ſec. Hanc addo ad 90. Gradus, & prouenit arcus Semidiurnus 112. Gr. 2. mi. 18. ſec. Subtraho de 180. Gr. & relinquitur arcus Seminocturnus 67. Gr. 57. min. 42. ſec. Duplicetur, & fit nocturnus, ſcilicet, 135. Gr. 55. min. 24. ſec.

Deſcenſio Mercurij, eſt 154. Gr. 36. min.

Deſcenſio Septimæ domus, 276. Gr. 33. min.

Ergo diſtantia ☿ ab occaſu, 121. Gr. 57. min.

Horaria tempora nocturna Mercurij ſunt, 11. H. 19. min. 32. ſec.

Per hæc diuido diſtantiam ☿ ab occaſu, & prouenit diſtãtia ☿ in horis temporarijs in occaſu Hę horæ multiplicentur & diuidantur via præmonſtrata, & oſtẽdit praxis ☿ ratione Oppoſiti ſubtrahere annos 10. menſem 1. dies 26. Hor. 21. M. 30. min.

### III. DE MARTE.

Mars eſt in 11. Gradu, 10. Minuto Leonis, *eſtque* platicè cum Mercurio, Latitudo ipſius *eſt* o. *Grad.* 21. min. Sept. deſc.

Declinatio eſt 17. Gr. 48. min. Septentrionalis.

Differentia aſcenſionalis eſt 23. Gr. 21. min. Hanc addo ad 90 Gr. cum declinatio ſit Septentrionalis, fiũt 113. 21. arcus Semidiurnus. Is ſubductus de 180. relinquit Seminocturnum arcum 66. Gra. 39. min. Is duplatur, vt fiat nocturnus 133. Gr. 18. min. Hic diuiſus per 12. producit tẽpora horaria 11. H. 6. m. 30. ſec.

Aſcenſio obliqua oppoſiti loci Martis, eſt 336. gr. 29. min.

Subduco de 180. prouenit deſcenſio obliqua ♂ 156. gr. 29. min.

Deſcenſio Septimæ, eſt 276. gr. 33. min. Subduco, remanent 120. gr. 4. min. diſtantia ♂ ab occaſu. Diuide per 60. vt reducatur ad aliam denominationem, proueniũt ſecũdæ, 0. gr. 4. m. Diuide per 12. fiet 10. horæ. Subtraho igitur à ♂, reſpectu ☍ annos decẽ, &c

PRO

Digitized by Google

*Pro Ioue.*

♃ Latitudo eſt 1.gr.22.m. Septentrionalis.
Declinatio,15.gra.9.m. Merid.
Arcus nocturnus,219.grad.3.m.36.ſec.
Tempora horaria,18.gra.15.m.18.ſec.
Deſcenſio ♃ 201.grad.25.m.
Deſcenſio ſeptimæ 276.grad.33.m.
Diſtantia ♃ à ſeptima,57.gra.8.m.
Subtrahit ergo ♃, 6. annos, 3. menſes, dies 6. horas 2.

Omnes numeri ſubtrahendi, coniungantur, & hinc demantur ab annis Aphæticis primo loco inuentis.

| | A. | M. | D. | H. | |
|---|---|---|---|---|---|
| ☿ | 10 | 1 | 28 | 1 | 20.m. □ |
| ♂ | 10 | | | | |
| ♃ | 6 | 3 | 6 | 2. | |
| Aggregatum, | 26 | 5 | 4 | 3 | 20. |

Fiat ſubtractio de directione 73. Annorum &c.
reſtant Anni 46. Menſes 9. D. 1. H. 22. 40. m.

*De Directione directa.*

Alia eſt directio directa, quæ fit ſecundùm ſucceſsionem Signorum, in qua Aſcenſiones & Deſcē ſiones ſiue rectæ ſiue obliquæ Aphetæ, ſubtrahuntur ab Aſcenſionibus iiſdem Anæretæ. Hæc vſurpatur, cùm Apheta conſiſtit inter horoſcopum & medium cæli, ac Ptolemæus attribuit ei *ἀναιρέτας*, primo occurſum corporum & aſpectuum, □ ac ☍ maleficorum, Secundo ⚹ eorundem aſpectum, factum ex ſignis imperantibus & obedientibus, reſpicientibus ſe mutuo. Tertio, aſpectum Quadratum Aphetæ, ſiniſtrum, id eſt, qui ſumitur ſecundū ſucceſsionem Signorum. Quarto, ⚹ ex ſignis longarum aſcenſionum. (Is enim Quadrato æquiparatur) Quinto, Trigonum in ſignis breuium Aſcēſionum, propterea quod ⚹ aſcenſionum longarum, ſimilis eſt Quadrato. Sexto, Cùm Luna eſt Apheta, etiam locus Solis interficit, præcipuè cum habet coniunctum aliquem ex maleficis, nullo benefico eundem aſpiciente: vel ſecundùm ſententiam Hali, cum Sol eſt in ſigno contrario Lunæ, vt cùm Luna eſt in ſigno humido, Sol verò in ſigno ſicco. Neque tamen hi aſpectus ſemper interficiunt, ſed tunc, cùm malè affecti, à nullo beneficorum impediuntur.

Impediuntur autem tripliciter.

1 Cùm radij maleficorum proijciuntur in terminos beneficorum, aut ipſi malefici in iiſdem conſtiterint.

2 Cùm benefici proiiciunt radios quoſcunque, aut ad ipſos interfectores, aut non longè ab interfectoribus, ſecundùm ſucceſsionem ſignorū, ita vt ♃ radij, non diſtent ſecundùm ſucceſsionē, ab interfectoribus gradibus 12. ♀ verò 8.

3 Cùm coniunguntur Apheta & Anæreta, ſecundùm longitudinem, non latitudinem. Cúmque contigerit impedimenta æqualia eſſe numero partibus interficientibus, conſiderandum eſt diligenter, vtra aliis præualent numero, vel dignitate, ſeu potentia. Cùm enim impedimenta plura ſunt numero, vel conſtiterint in locis dignioribus, & fuerint oriētalia, ac libera à radiis Solaribus, prorſus impedient actionem Anæretæ. Cùm verò partes interficientes plures ſunt numero impedimentis, nihil valebunt impedimenta. Vniuerſaliter enim Planetæ, conſtituti ſub radiis, neque interficiunt, neque interfectionem impediunt.

His expoſitis, docet Ptolemæus, rationem dirigendi vulgarem, quæ conſiderat, diuerſum Significatoris in cælo ſeu figura cæli poſitum, quam Regimontanus ca. 25. & 26. tab. Direct. explicat.

*Præcepta autem hæc ſunt.*

1. Significatore ſeu Apheta conſtituto in Medio cæli, vel Imo cæli, ſubtrahe Aſcenſionem eius rectam, ab Aſcenſione recta Anæretæ, & relinquitur directio Aphetæ quæſita.

2 Significatore conſtituto in horoſcopo, ſubtrahe aſcēſionem eius obliquam, ad Eleuationem loci propoſiti inuentā, ab aſcenſione obliqua promiſſoris, numerata ad eandem poli eleuationem & relictum oſtendet Directionem.

3 Significatore conſtituto in 7. ſubtrahe deſcenſionem eius obliquam ſimiliter, ad loci dati eleuationem poli inuentam, à deſcenſione obliqua promiſſoris, ad eandem poli Eleuationem numeratam, & quod eſt relictum directionem monſtrabit.

4 Significatore in nullo horum Angulorum conſtituto, ſed inter hos, in medietate vel Orientali vel Occidentali, inquire eleuationem Poli ſupra ipſius Circulum poſitionis, & ex ea quære vtriuſque & Significatoris & Promiſſoris, cùm aſcenſionem, ſi ſignificator conſiſtit in medietate orientali, tum deſcenſionem, cùm in medietate occidentali ſignificator conſtiterit, & Aſcenſionem vel Deſcenſionem ſignificatoris, ſubtrahe de aſcenſione vel deſcenſione promiſſoris, & proueniet directio quæſita.

5 Eadem ſunt præcepta directionis conuerſæ, niſi quod in hac aſcenſiones & deſcenſiones, rectæ aut obliquæ, loci propoſiti, vel ex eleuatione Poli ſupra circulum poſitionis promiſſoris ſumptæ, ſubtrahantur ex Aſcenſionibus, & Deſcen. Significatoris, ex iiſdem Eleuationibus quæſitis.

6 Gradus directionis conuertuntur in tempus, attribuendo cuique gradui annum vnum, vni verò minuto dies ſex, horas duas, minuta quinque.

*Generalis ratio dirigendi.*

1. Quære aſcenſiones rectas ſignificatoris, & promiſſoris.

2 Quære vtriuſque ſignificatoris & promiſſoris tempora horaria diurna, cùm ſunt ſupra terram: vel nocturna, cùm ſunt infra terram, quæ inuenies, ſi arcum ſignificatoris & promiſſoris diurnum vel nocturnum diuiſeris per 12.



Digitized by Google

3 Inquire vtriuſque diſtantiam à meridiano,hoc modo: Cùm conſiſtunt ſupra terram, in quarta Orientali , ſubtrahe aſcenſionem rectam medij cæli, ab aſcenſione recta ſignificatoris, vel Promiſſoris.Cùm verò ſunt ſupra terram,in quarta Occidentali,ſubtrahe aſcenſiones rectas ſignificatoris vel promiſſoris, ab aſcenſione recta medij cæli, & produces eorum diſtantiam à Meridiano diurnam.

Cùm verò conſtiterint infra terram , in quarta Occidentali, ſubtrahe aſcenſionem Imi cæli rectam, ab aſcenſionibus Significatoris & promiſſoris,aut harum aſcenſiones rectas,ab aſcenſione recta Imi cæli,cùm conſtiterint in quarta Orientali, & iterum relinquitur diſtantia à Meridiano nocturna.

4 Diſtantiam ſignificatoris à medio cæli, diuide per tempora horaria diurna vel nocturna eiuſdem,& prouenit diſtantia eius à Meridiano, in horariis temporibus.

5 Hanc muultiplica per horaria tempora promiſſoris diurna,ſi Aphęta conſtiterit ſupra terram,vel nocturna,ſi infra terram.

6 Hoc productum ſubtrahe,de diſtantia promiſſoris à medio cæli,aut contra,& relinquitur directio quęſita,ſi ſignificator in angulo conſtitutus fuerit. Sin inter horoſcopum & medium cæli Aphæta ſolus conſtiterit,vel Aphæta & Anæreta,inter medium cæli & occaſum,ſubtrahe hoc productum à diſtantia Anæretæ à medio cæli, adde verò ad eandem , cùm Aphæta conſiſtit inter medium cæli & occaſum, Anæreta verò inter horoſcopum & medium cæli.Ita enim productum vel relictum, oſtendet directionem quæſitam.

Cardanus diſtantiam Aphętæ à medio cęli,multiplicat per tempora horaria promiſſoris diurna, & productum diuidit per horaria tempora Significatoris, & cum numero quoto agit, vt antea dictum eſt.

*Philippi Hiſpaniæ Regis, Caroli Imperatoris filij,Natiuitas.*

IN valle Toleti.
Latitud.42.gra.20.min.
Longitud.8.grad.20.min.

Gauricus ponit diem 21. Maij hora 2.min.48.poſt meridiem.
Horoſ. 14.36. ♎
Cor cæli 16.52. ♋

Stadius ponit pro certo tempore Die 21. Maij hora 3.min.41.
Horoſ.25. ♎
Cor cæli 29. 40.♋
Secundum Religioſum Mechlinnenſem.

*Horoſcopus eſt* 28. ♎

Cor cæli 3. 0. ♌
♄ 28. 18. ♈
♃ 27. 20. ♊
✱ ♂ 29. 18. ♒
☉ 9. 10. ♊
♀ 26. 45. ♊
☿ 3. 27. ♋
☽ 27. 50. ♒




*Exemplum memorabile directionis conuerſæ, ſecundùm Ptolemæum.*

In geneſi PHILIPPI Regis Hiſpaniarum, ſit Sol in 8.gra.54.m. ♊.
Aſcenſio Recta eſt 67. gra. 10.m.
Aſcenſio Recta medij cæli eſt 123. gra.55.m.
Diſtãtia veri loci ☉ medio cęli eſt 56.tẽp.45.m.
Tempus Semidiurnum ferè eſt loci ☉ 7.h.23. ſub eleuatione Poli 41.graduum,42.m.
Hoc multiplicandum eſt per 2. grad.30. min.& productum eſt 18.temporum 27.min.tempora horaria loci ☉.
Hæc tempora multiplicanda ſunt per 6. horas temporales,& proueniunt tempora æquinoctialia 110.42.min.quibus à culmine cæli Sol diſtat,quando occidit.
Abfuit autem ☉ iuxta primum ſitum ,à M.C.vel diſtantia ☉ à medio cæli fuit 56.temp 45.min.quæ ſubtracta à diſtantia ☉ à M.C.quando occidit, vt 110.temp.42.m.relinquit tempora 53.57.min.quibus ſupra terram repertus, in occaſum fertur. Atque iiſdem planè temporibus ferè deſcendet arcus

inter

inter locum ☉ occaſum interceptus in latitudine loci partium 41.

His ita cóſideratis, video in tabella Aſpectuum eiuſdem genituræ, qui aſpectus boni vel mali cadant inter locum ☉ & Occidétem, & reperio eos eſſe, □ ☽, ☍ ♂, ⚹ ☉ & ⚹ ♀.

Horum radiorum nullus ſuo occurſu Aphætam perimit, iuxta Ptolemæi doctrinam lib. 3. explicatam Prædictionum. Sed quidam eorum Aphætæ robur adiiciunt, quidam verò debilitant eundem. Sanè quantum addit ⚹ ♀, tantum adimere videtur Lunæ □. Rurſum quantum adimit ♂ ☍, tantum adiicere videtur ⚹ ☉.

Ponamus autem exempli gratia, Diametralem radiationem ♂ infra terram, in parte 28.21.m. ♒ commorátis. Solis Aphætæ poſſe adimere aliquot annos, directione ad partem occiduam. Quare vt quantum adimat, conſtet, cape tempora horaria ♂ in 28, gra. 21. m. hærentis nocturna, quæ ſub Eleuatione poli 41. grad. ſunt partium 18. Minutorum 1. (non ob id, quod genitura nocturna ſit nocturna tempora capimus) Sed quia Planeta, cuius ſunt radij, i. ♂ infra terram verſatur, qui ſi ſupra terram commoraretur, horaria tempora diurna capienda fuiſſent, quamuis genitura nocturna fuiſſet.

His ita cognitis, quæro quot horis temporalibus nocturnis ♂ ab occaſu diſtet, quod tali ratione inuenio.

1 Quæro aſcenſionem Rectam veri loci ♂, qui hæret in 28. gra. 21. m. ♒. & hæc eſt 236. temp. 6. m. Eodem modo Imi cæli, quæ tali compendio inuenitur, ſi ad aſc. ℞. M. C. addantur 180. grad. prodit aſc. ℞. I. C. In hoc exemplo aſcenſio recta medij cæli eſt 123. gra. 55. m. Ergo Imi cæli eſt 303. gr. 55. m. Ab hac Recta Imi cæli, ſi Aſc. Rectam ♂ ſubtraxeris, remanebit diſtantia ♂ ab Imo cæli 67. gra. 49. min. Hanc commuto in horas temporales reſpondentes loco & ſitui ♂ hoc modo per regulam proportionum,

18. Temp. hor. 1. veri loci ♂ dant 1. H. quot horas dabunt tempora, quibus ♂ ab imo cæli, 67. ſcilicet temp. 49. m. Proueniunt 3. horæ 45. mi.

Quare corpus ♂ diſtat ab imo cæli, horis temp. 3. minutis 45. quę ſi addantur ad horas ſex temporales, quibus ſemper diſtat imum cæli ab occiduo cardine, (omnes enim Cardines ad inuicem collati, quadrante circuli æquinoctiales, ſeu horis ſex diſtant.) Prodeunt igitur horæ temporales, quibus corpus ♂ in tali ſitu abeſt ab occidente videlicet 9. h. 45. m. Hac via ſemper vti potes, quando diſtantia Planetæ ab occiduo cardine quærenda eſt, ſiue ſit ſupra, ſiue infra horizontem.

Tandem vt ſciam, quot tempora & minuta æquinoctialis addenda vel ſubtrahenda ſint à directionis numero, ſiue à temporibus, quibus Sol Aphæta ſupra terram inuentus, in occaſum fertur videl. 53. temp. 57. m. tunc hoc modo procedo.

*Pono numeros in regulam proportionum.*

Horæ 12. id eſt, numerus horarum temporalium arcus nocturni, ſi Planeta qui radios proiicit inter occaſum & ☉ Aphætam, vt in hoc exemplo, vel diurni ſi ſit Planeta ſupra terram, qui radios proiicit in occaſum, (ſemper enim ortus ab occaſu diſtat 12. horis temporalibus) adimunt tempora horaria 18. 1. min. quantum conferent horæ 9. 45. m.

Prodeunt igitur tempora 14. min. 38. auferenda iuxta Ptolemæi regulam, cùm dicat, ſi in ortu Planeta maleficus repertus fuerit, numerus qui prouenit, integer auferendus eſt ab annis per directionem ſeu progreſsionem Aphetæ ad occidentem collatis, vt in hoc caſu: Contra verò addendus, ſi ſit beneficus.

Si igitur auferantur 14. tempora 38. mi. quæ reſpondent loco ♂, proiicientis ☍ radium, interceptum inter occaſum ☉ & Solem, à temporalibus quibus ☉ diſtat ab occaſu videlicet 53. gra. 51. m. relinquuntur tempora directionis 39, 19. m.

Hæc eſt vera ſententia Ptolemæi de directione conuerſa, vt ex tertio Prædict. colligi poteſt in capite, de ſpacio vitæ dimetiendo.

*XVIII. Propoſitio. Expeditiſsima & facillima dirigendi ratio, ex tabella Directoria, quæ hoc modo confici debet.*

Conficias ad tuam Eleuationem datæ regionis tabellam directoriam, quæ facilem proceſſum inueniendi tempus progreſsionis monſtrabit hoc modo: PRIMVM inquire differentias ſingulorum circulorum poſitionum in Latitudine poli tuæ regionis, quæ ex tabula poſitionum generali deſumantur. Iohannis de Regiomonte annexis tabulis directionum.

SECVNDO, in tabella tibi primo loco præſcribe rectam medij cæli aſcenſionem in data genitura.

TERTIO, Huic adde primam differentiam, & emergit aſcenſio obliqua reſpondens primo circulo poſitionis conueniens.

QVARTO, Huic adde obliquæ aſcenſioni, ſecũdam differentiam, & prodit aſcenſio obliqua, ſecundo circulo ſeu Polo congruens.

QVINTO, Hunc ordinem ſeruabis in reliquis, addendo ſingulis aſcen. obliquis differentias ordine ſubſequentes continua ſerie, donec Quadrantem cæli, id eſt, aſcenſiones obliquas omnes inter M.C. & horoſcopum comprehenſis compleueris, & abſolueris.

SEXTO, Eadem ratione & via, conſtituendæ ſunt aſcenſiones obliquæ inter horoſcopum & Imum cæli interceptæ: Ita tamen vt ordinem differentiarum inuertas. Aſcenſioni enim obliquæ horoſcopi, addis differentiam non primam, ſed vltimam: aſcenſioni ſecundæ differentiam penultimã, aſcenſioni tertiæ antepenultimam, & ſic deinceps, donec totam medietatem aſcendentem compleueris.

SEPTIMO, His ritè peractis, ſingulis aſcenſionibus ad læuam adſcribendi ſunt numeri Polorum ſeu Circulorum.

OCTAVO, Cùm ſingulis aſcenſionibus tabulas directionum ingredere, & gradus Zodiaci ex his ſaltem prope verum excerptos, aſcenſionibus ſuis ad dextram aſsignes. Ita integra tabula Directoria abſoluetur.

NONO, Vſus Canonis hic eſt: Quemcunque gradum Zodiaci dirigere volueris, quæras eum ad dexteram in exteriore columna, & ſtatim verſus ſi



Digitized by Google

niſtram offerent ſeſe bini numeri, aſcenſio obliqua, & numerus Polaris, qui oſtendit ex qua tabella aſcenſionum in tabulis directionum ſub congruente Circulo poſitionis ſignificatoris vel promiſſoris aſcenſiones depromendæ ſint in directionibus.

VLTIMO, Cùm locus aliquis dirigendus eſt in medietate deſcendente, ſumenda ſunt loca oppoſita, cùm ſignificatoris tum promiſſoris. Sed hæc omnia vſus docebit.

Quomodo verò ex globo cæleſti inſtituendæ ſint quinto loco directiones, id oſtendimus in tertio tractatu noſtro de Tempore. Ad hunc remittimus mathematum ſtudioſos.

*Exempli Gratia.*

Conficiendus eſt hic Canon directorius ad geneſim Illuſtriſsimi Principis Electoris Saxoniæ. Ingredior cum Eleuatione Poli 51. graduum, generalem tabellam Regiomontani quæ eſt Circulorum poſitionum, & inuenio differentias hoc ordine & modo.

*Differentiæ Circulorum Poſitionum ſub Polo boreali 51. Gra.*

| Eleuatio | Gra. | m. | Eleu. | Gra. | m. | Eleu. | Gra. | m. | Eleu. | Gra. | m. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 0 | 49 | 14 | 0 | 53 | 27 | 1 | 6 | 40 | 1 | 49 |
| 2 | 0 | 48 | 15 | 0 | 53 | 28 | 1 | 8 | 41 | 1 | 57 |
| 3 | 0 | 49 | 16 | 0 | 54 | 29 | 1 | 10 | 42 | 2 | 4 |
| 4 | 0 | 49 | 17 | 0 | 54 | 30 | 1 | 12 | 43 | 2 | 13 |
| 5 | 0 | 49 | 18 | 0 | 55 | 31 | 1 | 15 | 44 | 2 | 25 |
| 6 | 0 | 49 | 19 | 0 | 56 | 32 | 2 | 17 | 45 | 2 | 37 |
| 7 | 0 | 49 | 20 | 0 | 57 | 33 | 1 | 20 | 46 | 2 | 55 |
| 8 | 0 | 50 | 21 | 0 | 59 | 34 | 1 | 22 | 47 | 3 | 17 |
| 9 | 0 | 50 | 22 | 0 | 59 | 35 | 1 | 27 | 48 | 3 | 48 |
| 10 | 0 | 51 | 23 | 1 | 0 | 36 | 1 | 29 | 49 | 4 | 37 |
| 11 | 0 | 50 | 24 | 1 | 2 | 37 | 1 | 34 | 50 | 6 | 8 |
| 12 | 0 | 52 | 25 | 1 | 3 | 38 | 1 | 39 | 51 | 15 | 11 |
| 13 | 0 | 51 | 26 | 1 | 5 | 39 | 1 | 44 | 0 | 0 | 0 |

CANON



Digitized by Google

## CANON DIRECTORIVS ILLVSTRISSIMAE HVIVS
*Geniture Auguſti Electoris, &c.*

| Polus. | Aſcenſio obliqua. | Grad. Zodiac. | Polus. | Aſcenſio obliqua. | Grad. Zod. | Polus. | Aſcenſio obliqua. | Grad. Zod. | Polus Cir. poſ. | Aſcenſio obliqua. | Grad. Zod. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| G. | G. M. | G. | G. | G. M. | G. | G. | Gr. M. | G. | G. | G. M. | G. |
| 0 | 45 11<br>0 49 | 17 40 ♉ | 26 | 68 27<br>1 6 | 21 ♊ | 51 | 135 11<br>15 11 | 28 17 ♌ | 25 | 203 0<br>1 3 | 21 ♎ |
| 1 | 46 0<br>0 48 | 19 ♉ | 27 | 69 33<br>1 8 | 23 ♊ | 50 | 150 22<br>6 8 | 9 ♍ | 24 | 204 3<br>1 2 | 22 ♎ |
| 2 | 46 48<br>0 49 | 20 ♉ | 28 | 70 41<br>1 10 | 24 ♊ | 49 | 156 30<br>4 37 | 13 ♍ | 23 | 205 5<br>1 0 | 23 ♎ |
| 3 | 47 37<br>0 49 | 21 ♉ | 29 | 71 51<br>1 12 | 26 ♊ | 48 | 161 7<br>3 48 | 16 ♍ | 29 | 206 5<br>0 59 | 24 ♎ |
| 4 | 48 26<br>0 49 | 22 ♉ | 30 | 73 3<br>1 15 | 28 ♊ | 47 | 164 55<br>3 17 | 19 ♍ | 21 | 207 4<br>0 59 | 25 ♎ |
| 5 | 49 15<br>0 49 | 23 ♉ | 31 | 74 18<br>1 17 | 29 ♊ | 46 | 168 12<br>2 55 | 21 ♍ | 20 | 208 3<br>0 57 | 26 ♎ |
| 6 | 50 4<br>0 49 | 24 ♉ | 32 | 75 35<br>1 20 | 1 ♋ | 45 | 171 7<br>2 37 | 23 ♍ | 19 | 209 0<br>0 56 | 27 ♎ |
| 7 | 50 53<br>0 50 | 26 ♉ | 33 | 76 55<br>1 22 | 3 ♋ | 44 | 173 44<br>2 25 | 25 ♍ | 18 | 209 56<br>0 55 | 28 ♎ |
| 8 | 51 43<br>0 50 | 27 ♉ | 34 | 78 17<br>1 27 | 5 ♋ | 43 | 176 9<br>2 13 | 27 ♍ | 17 | 210 51<br>0 54 | 29 ♎ |
| 9 | 52 33<br>0 51 | 28 ♉ | 35 | 79 44<br>1 29 | 7 ♋ | 42 | 178 22<br>2 4 | 29 ♍ | 16 | 211 45<br>0 54 | 0 ♏ |
| 10 | 53 24<br>0 50 | 29 ♉ | 36 | 81 13<br>1 34 | 8 ♋ | 41 | 180 26<br>1 57 | 0 ♎ | 15 | 212 39<br>0 53 | 1 ♏ |
| 11 | 54 14<br>0 52 | 0 ♊ | 37 | 82 47<br>1 39 | 10 ♋ | 40 | 182 23<br>1 49 | 2 ♎ | 14 | 213 32<br>0 53 | 2 ♏ |
| 12 | 52 6<br>0 51 | 2 ♊ | 38 | 84 26<br>1 44 | 13 ♋ | 39 | 184 12<br>1 44 | 3 ♎ | 13 | 214 25<br>0 51 | 4 ♏ |
| 13 | 55 57<br>0 53 | 3 ♊ | 39 | 86 10<br>1 49 | 15 ♋ | 38 | 185 56<br>1 39 | 5 ♎ | 12 | 215 16<br>0 52 | 5 ♏ |
| 14 | 56 50<br>0 53 | 4 ♊ | 40 | 87 59<br>1 57 | 17 ♋ | 37 | 187 35<br>1 34 | 6 ♎ | 11 | 216 8<br>0 50 | 6 ♏ |
| 15 | 57 43<br>0 54 | 6 ♊ | 41 | 89 56<br>2 4 | 19 ♋ | 36 | 189 9<br>1 29 | 7 ♎ | 10 | 216 58<br>0 51 | 7 ♏ |
| 16 | 58 37<br>0 54 | 7 ♊ | 42 | 92 0<br>2 13 | 21 ♋ | 35 | 190 38<br>1 27 | 9 ♎ | 9 | 217 49<br>0 50 | 8 ♏ |
| 17 | 59 31<br>0 55 | 8 ♊ | 43 | 94 13<br>2 25 | 24 ♋ | 34 | 192 5<br>1 22 | 10 ♎ | 8 | 218 39<br>0 50 | 9 ♏ |
| 18 | 60 26<br>0 56 | 9 ♊ | 44 | 96 38<br>2 37 | 26 ♋ | 33 | 193 27<br>1 20 | 11 ♎ | 7 | 219 29<br>0 49 | 10 ♏ |
| 19 | 61 22<br>0 57 | 11 ♊ | 45 | 99 15<br>2 55 | 29 ♋ | 32 | 194 47<br>1 17 | 13 ♎ | 6 | 220 18<br>0 49 | 11 ♏ |
| 20 | 62 19<br>0 59 | 12 ♊ | 46 | 102 10<br>3 17 | 2 ♌ | 31 | 196 4<br>1 15 | 14 ♎ | 5 | 221 7<br>0 49 | 12 ♏ |
| 21 | 63 18<br>0 59 | 14 ♊ | 47 | 105 27<br>3 48 | 5 ♌ | 30 | 197 19<br>1 12 | 15 ♎ | 4 | 221 56<br>0 49 | 13 ♏ |
| 22 | 64 17<br>1 0 | 15 ♊ | 48 | 109 15<br>4 37 | 8 ♌ | 29 | 198 31<br>1 10 | 16 ♎ | 3 | 222 45<br>0 49 | 14 ♏ |
| 23 | 65 17<br>1 2 | 17 ♊ | 49 | 113 52<br>6 8 | 12 ♌ | 28 | 199 41<br>1 8 | 17 ♎ | 2 | 223 34<br>0 48 | 15 ♏ |
| 24 | 66 19<br>1 3 | 19 ♊ | 50 | 120 0<br>15 11 | 17 ♌ | 27 | 200 49<br>1 6 | 18 ♎ | 1 | 224 22<br>49 | 16 ♏ |
| 25 | 67 22<br>1 5 | 20 ♊ | 51 | 135 11 | 28 17 ♌ | 26 | 201 55<br>1 5 | 20 ♎ | 0 | 225 11 | 17 ♏ |

*In Quad. Cæli, à 10. ad Horoſcopum.*

*XIX. Propoſitio. de annuis profectionibus.*

Doctrina PROFECTIONVM perſimilis eſt directionibus. Sed longè expeditior & facilior. Conuenit autem PROFECTIO omnibus Planetis & locis, quæ aliàs dirigi ſolent. Quare ex illis nõ modo annum euentus, per Directiones ſignificatum, ſed etiam menſes & dies definiunt.

Eſt autem annua ſignificatorum in genituris hominum profectio, in qua generaliter vnicuique anno Solari ſpacium vnius ſigni, id eſt, triginta partes deputantur. Hæc perficitur maxima ex parte, ex ſequenti tabella, omnibus natiuitatibus inſeruiente. Nam ex ea inquirere licet, ad quæ ſigna, & ad quas domos radicis annuæ profectiones ſignificatorum, id eſt, Planetarum & locorum, quę dirigi ſolent, pertingant. Idque fit hoc modo.

Primùm quære annum ætatis propoſitum vel currentem in columnis annorum: Signum verò loci natiuitatis propoſitæ vel Planetæ ſignificatoris in capite tabellæ, & angulus communis ſeu cõcurſus duarum columnarum oſtẽdet ſignum Zodiaci, ad quod profectio loci propoſiti referenda eſt.

Hęc profectio in eam domum incidit, in qua ſignum inuentum conſtituitur in radice Natiuitatis. Ac ſingulis annis in profectionibus ſignificatorum, æqualem numerum graduum tribuunt Aſtrologi

*Exempli cauſa.*

Vide eius geneſim p. 519. Quæritur profectio annua quinque locorum hylegialium in genitura Principis Ioh. Friderici Electoris & Ducis Saxonię, anno ętatis currẽte 51. quo Princeps in Domino placidè obdormiuit. Horoſcopi profectio fuit ad 24. Gra. 2. m. ♒, & ad □ ♂, ac ſecundam domum radicis, & potuit eo anno pertingere ad tertiam radicis domum. Et ſic de reliquis.

*XX. Propoſitio, quomodo ſpeciales tabellæ Profectionum pro ſingulis genituris conficiantur.*

Nonnulli Aſtrologi, vt Sconerus docet lib. 3. de Natiuitatibus pro ſingulis genituris peculiares tabellas annuarum profectionum conficiunt, vt accuratius particularia tempora euentuum definire poſsint. Modus conficiendi hunc canonem talis eſt.

In prima ſerie deſcendendo ponantur ordine anni ætatis nati currentes à primo ad duodecimũ: In ſecunda à 13. anno ad 24. In tertia à 26. ad 36. & ſic deinceps vſque ad vltimos annos ætatis nati. Deinde in vertice illorum annorum ætatis, ſcribe annos Chriſti, ſic videlicet, vt in capite primi ordinis notetur ſupra primum annum ætatis genituræ annus Chriſti currẽs. His adde 12. annos, & collectos ſcribe ſupra 13. annum ætatis, & ſic pergendum eſt continua additione 12. annorum, donec ad vltimum ordinem annorum ætatis peruenies. Tertiò, è regione primi anni ætatis nati verſus dextram ponatur ſignum & gradus horoſcopi. In ſecũdo ordine locus Solis. In tertio Lunæ, in quarto medij cæli, in quinto & vltimò ⊕.

Idem faciendum eſt cum omnibus Planetis & domiciliis, cùm ſignificatores conſtituuntur, & annuas profectiones ſiderum & cuſpidum explorare libet.

Poſtremò hæc verticalia ſigna ſignificatorum præcipuorum, in Radice genituræ, deducantur ſecundùm naturalem ſeriem ad calcem tabellæ, tribuendo ſingulis ſignis ſingulos annos, ſicut ex ſequente tabella genituræ noſtræ vnico intuitu facilè colliget ſtudioſi, ex qua ſingulis annis, ad quod ſignum annua profectio pertingat, deprehendere licet.

*Obſeruatio notabilis.*

Notandum eſt hoc loco, quod Dominus ſigni, ad quod horoſcopus pertingit in certo annorum numero, vocetur anni Dominus ſeu Χρονοκράτωρ annuus. Vt in genitura Principis Henrici Iulij hoc anno tertio ætatis Principis currente profectio horoſcopi pertingit ad 21. Gr. 13. m. ♐. Iupiter ergo qui dominus eſt ſigni, annuus eſt gubernator. Vide pag. 392 eius geneſim.

Interdum autem triginta partes annuæ profectionis diuerſis ſignorum terminis includuntur. Quare in tali caſu plerumque diuerſis Planetis per partes temporis annuum diſtribuendum eſt Dominium, vt hoc anno tertio præfixo inchoatur annua profectio à 21. Gra. 13. m. ♐, & terminatur in 21. Grad. 13. m. ♑. Iupiter igitur à principio momenti genituræ eſt Dominus ſigni profectionalis Horoſcopi à 14. Octobris ad 29. diem Ianuarii, hinc ad finem anni Saturno partes gubernationis committuntur. Ita huius tertij anni duo erunt gubernatores ♃ & ♄. Hæc duratio dominij numeris hoc modo exploranda erit: Singulis annis, id eſt, diebus 365. horis 5. 49. m. (hæc enim eſt quantitas annua iuxta Alfonſinos) abſoluuntur annua profectione 30. partes, quid congruit ſingulis diebus. Productum eſt 4. min. 56. ſec. id eſt, 5 min. ferè.

Rurſus ſic dicendum eſt per regulam proportionum. Quinque ſcrupula dant vnum diem in profectione, quid 8. Grad. 47. min. à 21. Grad. 13. min. ♐, ad principum ♑, Inuenio.

Vt autem ſtudioſi expedito calculo tempus illud inueniant, quo mutatis ſignis annuæ profectionis dominium mutatur, vtantur ſequenti canone. Quærantur reliqui gradus ſignificatoris ad finem ſigni illius, ſeu initium ſequentis, deinde ingredere hanc tabellam, & è regione offeret ſe tẽpus profectionis in diebus & horis, quibus elapſis, ſignificator ad aliud ſignum vel aſpectum pertinget. Hæc tabella tali fundamento nititur. Triginta gradus peragrat ſignificator 365. D. 5. H. 49. min. Ergo vnum gradum diebus 12. horis 14. 12. minu. conficit. Hic deinde numerus per 30. gradus proportionabiliter auctus, hanc tabulam conſtituit.

Tabella

TABELLA PROFECTIONVM ANNVARVM IN DIEBVS.

| Gradus. | Dies. | Horæ. | Scrup. | Grad. | Dies. | Horæ. | Scrup. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 12 | 4 | 12 | 16 | 194 | 19 | 6 |
| 2 | 24 | 8 | 23 | 17 | 206 | 23 | 17 |
| 3 | 36 | 12 | 35 | 18 | 219 | 3 | 29 |
| 4 | 48 | 16 | 46 | 19 | 231 | 7 | 40 |
| 5 | 60 | 20 | 58 | 20 | 243 | 11 | 2 |
| 6 | 73 | 1 | 10 | 21 | 255 | 16 | 4 |
| 7 | 85 | 5 | 21 | 22 | 267 | 20 | 15 |
| 8 | 97 | 9 | 33 | 23 | 280 | 0 | 27 |
| 9 | 109 | 13 | 45 | 24 | 292 | 4 | 38 |
| 10 | 121 | 17 | 56 | 25 | 304 | 8 | 50 |
| 11 | 133 | 22 | 8 | 26 | 316 | 13 | 2 |
| 12 | 146 | 2 | 19 | 27 | 328 | 17 | 13 |
| 13 | 14[illegible] | 6 | 31 | 28 | 340 | 21 | 25 |
| 14 | 170 | 10 | 42 | 29 | 353 | 1 | 37 |
| 15 | 182 | 14 | 54 | 30 | 365 | 5 | 49 |

*Exempli gratia.*

Anno tertio ætatis Luna via profectionis ex 27. gra. 5. min. ♓ radicis genituræ pertingit ad 27.gr. 5. min. Arietis. Quæritur hoc loco de Dominis. Aquarius eſt domicilium Saturni, Aries verò Martis. Gradus intercepti inter 27.grad.& principium ſigni ſunt 2.grad. 55. min. ſcrupulorum. Ergo cum 3. gradibus ferè congruant ex canone 36. Dies, 12. Horæ 35. min. hoc ſpacium temporis in gubernatione Ioui eſt tribuendum. Reliquum anni tempus Mars vſque ad finem gubernat.

*Cautela.*

Schonerus pro ſingulis genituris tabellam profectionum, ad ſingulos dies totius anni conficiendam eſſe docet lib. 3. & proceditur hoc modo: Primum ſcribe dies 31. ad læuam tabellæ. Deinde in vertice canonis 12. menſes inchoando à Ianuario. Hinc impone numeros graduum & minutorum ad aream tabellæ, incipiendo numerum graduum & minutorum ſcilicet o. grad. o. min. à die natiuitatis. Deinde ad ſequentem diem ſcribe o. grad. 5. min. ad tertium o. grad. 10. min. juxta ſeriem ſequentis tabellæ.

*Vſus hic eſt Canonis.*

Inuento aliquo arcu ſigniferi, cuius diem menſis ſcire cupis, quære datum illum arcum in area tabellę, in angulo collaterali inuenies diem, & in fronte menſem congruentem, de quo fuit quæſtio.

Cum arcus propoſitus præciſè inueniri non poteſt, ſume viciniorem vt tempus annuæ profectionis eliciatur.

*TABVLA PRO DIEBVS, QVIBVS PROFECTIO ANNVA ad certum locum figuræ cœli pertinget.*

| Dies. | Ianuar. G. | Ianuar. M. | Februa. G. | Februa. M. | Mart. G. | Mart. M. | April. G. | April. M. | Maius. G. | Maius. M. | Iunius. G. | Iunius. M. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 23 | 25 | 25 | 57 | 28 | 15 | 0 | 50 | 3 | 17 | 5 | 50 |
| 2 | 23 | 30 | 26 | 2 | 28 | 20 | 0 | 55 | 3 | 22 | 5 | 55 |
| 3 | 23 | 25 | 26 | 7 | 28 | 25 | 0 | 59 | 3 | 27 | 6 | 0 |
| 4 | 23 | 39 | 26 | 12 | 28 | 30 | 1 | 4 | 3 | 32 | 6 | 5 |
| 5 | 23 | 44 | 26 | 17 | 28 | 35 | 1 | 9 | 3 | 37 | 6 | 10 |
| 6 | 23 | 49 | 26 | 22 | 28 | 40 | 1 | 14 | 3 | 42 | 6 | 15 |
| 7 | 23 | 54 | 26 | 27 | 28 | 45 | 1 | 19 | 3 | 47 | 6 | 20 |
| 8 | 23 | 59 | 26 | 32 | 28 | 50 | 1 | 24 | 3 | 52 | 6 | 25 |
| 9 | 24 | 4 | 26 | 37 | 28 | 55 | 1 | 29 | 3 | 57 | 6 | 30 |
| 10 | 24 | 9 | 26 | 42 | 29 | 0 | 1 | 34 | 4 | 2 | 6 | 35 |
| 11 | 24 | 14 | 26 | 47 | 29 | 5 | 1 | 39 | 4 | 7 | 6 | 40 |
| 12 | 24 | 19 | 26 | 52 | 29 | 10 | 1 | 44 | 4 | 12 | 6 | 45 |
| 13 | 24 | 24 | 26 | 57 | 29 | 15 | 1 | 49 | 4 | 17 | 6 | 50 |
| 14 | 24 | 29 | 27 | 2 | 29 | 20 | 1 | 35 | 4 | 21 | 6 | 54 |
| 15 | 24 | 34 | 27 | 7 | 29 | 25 | 1 | 58 | 4 | 26 | 6 | 59 |
| 16 | 24 | 39 | 27 | 12 | 29 | 30 | 2 | 3 | 4 | [illegible] | 7 | 4 |
| 17 | 24 | 44 | 27 | 17 | 29 | 35 | 2 | 8 | 4 | 36 | 7 | 9 |
| 18 | 24 | 49 | 27 | 22 | 29 | 40 | 3 | 13 | 4 | 41 | 7 | 14 |
| 19 | 24 | 54 | 27 | 27 | 29 | 45 | 2 | 18 | 4 | 46 | 7 | 19 |
| 20 | 24 | 58 | 27 | 32 | 29 | 50 | 2 | 23 | 4 | 51 | 7 | 24 |
| 21 | 25 | 3 | 27 | 37 | 29 | 55 | 2 | 28 | 4 | 56 | 7 | 29 |
| 22 | 25 | 8 | 27 | 41 | 0 | 0 | 2 | 33 | 5 | 0 | 7 | 34 |
| 23 | 25 | 13 | 27 | 46 | 0 | 5 | 2 | 38 | 5 | 5 | 7 | 39 |
| 24 | 25 | 18 | 27 | 51 | 0 | 10 | 2 | 42 | 5 | 10 | 7 | 43 |
| 25 | 25 | 23 | 27 | 56 | 0 | 15 | 2 | 47 | 5 | 15 | 7 | 48 |
| 26 | 25 | 28 | 28 | 0 | 0 | 20 | 2 | 52 | 5 | 20 | 7 | 53 |
| 27 | 25 | 33 | 28 | 5 | 0 | 25 | 2 | 57 | 5 | 25 | 7 | 58 |
| 28 | 25 | 38 | 28 | 16 | 0 | 30 | 3 | 2 | 5 | 30 | 8 | 3 |
| 29 | 25 | 43 | | | 0 | 35 | 3 | 7 | 5 | 35 | 8 | 8 |
| 30 | 25 | 48 | | | 0 | 40 | 3 | 12 | 5 | 40 | 8 | 13 |
| 31 | 25 | 53 | | | 0 | 45 | | | 5 | 45 | | |

*TABVLA PRO DIEBVS, QVIBVS PROFECTIO ANNVA ad certum locum figurę cęli pertinget.*

| Dies. | Iulius. | | Augult. | | Septē. | | Octob. | | Nouem. | | Decēb. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | G. | M. | G. | M. | G. | M. | G. | M. | G. | M. | G. | M. |
| 1 | 8 | 18 | 10 | 51 | 13 | 24 | 15 | 52 | 18 | 25 | 20 | 52 |
| 2 | 8 | 23 | 10 | 56 | 13 | 29 | 15 | 57 | 18 | 30 | 20 | 57 |
| 3 | 8 | 28 | 11 | 1 | 13 | 33 | 16 | 2 | 18 | 34 | 21 | 2 |
| 4 | 8 | 33 | 11 | 6 | 13 | 38 | 16 | 6 | 18 | 39 | 21 | 7 |
| 5 | 8 | 38 | 11 | 11 | 13 | 43 | 16 | 11 | 18 | 44 | 21 | 12 |
| 6 | 8 | 43 | 11 | 16 | 13 | 48 | 16 | 16 | 18 | 49 | 21 | 17 |
| 7 | 8 | 48 | 11 | 21 | 13 | 53 | 16 | 21 | 18 | 54 | 21 | 22 |
| 8 | 8 | 53 | 11 | 26 | 13 | 58 | 16 | 26 | 18 | 58 | 21 | 27 |
| 9 | 8 | 58 | 11 | 31 | 14 | 3 | 16 | 31 | 19 | 3 | 21 | 32 |
| 10 | 9 | 3 | 11 | 36 | 14 | 8 | 16 | 36 | 19 | 8 | 21 | 37 |
| 11 | 9 | 8 | 11 | 41 | 14 | 13 | 16 | 41 | 19 | 13 | 21 | 42 |
| 12 | 9 | 13 | 11 | 46 | 14 | 18 | 16 | 46 | 19 | 18 | 21 | 47 |
| 13 | 9 | 18 | 11 | 51 | 14 | 23 | 16 | 51 | 19 | 23 | 21 | 52 |
| 14 | 9 | 23 | 11 | 55 | 14 | 28 | 16 | 55 | 19 | 28 | 21 | 56 |
| 15 | 9 | 27 | 12 | 0 | 14 | 33 | 17 | 0 | 19 | 33 | 22 | 1 |
| 16 | 9 | 32 | 12 | 5 | 14 | 38 | 17 | 5 | 19 | 38 | 22 | 6 |
| 17 | 9 | 37 | 12 | 10 | 14 | 43 | 17 | 10 | 19 | 43 | 22 | 11 |
| 18 | 9 | 42 | 12 | 15 | 14 | 48 | 17 | 15 | 19 | 48 | 22 | 16 |
| 19 | 9 | 47 | 12 | 20 | 14 | 53 | 17 | 20 | 19 | 53 | 22 | 21 |
| 20 | 9 | 52 | 12 | 25 | 14 | 57 | 17 | 25 | 19 | 57 | 22 | 26 |
| 21 | 9 | 57 | 12 | 30 | 15 | 2 | 17 | 30 | 20 | 2 | 22 | 31 |
| 22 | 10 | 1 | 12 | 35 | 15 | 7 | 17 | 35 | 20 | 7 | 22 | 36 |
| 23 | 10 | 6 | 12 | 40 | 15 | 12 | 17 | 40 | 20 | 12 | 22 | 41 |
| 24 | 10 | 11 | 12 | 44 | 15 | 17 | 17 | 45 | 20 | 17 | 22 | 46 |
| 25 | 10 | 16 | 12 | 49 | 15 | 22 | 17 | 50 | 20 | 22 | 22 | 50 |
| 26 | 10 | 21 | 12 | 54 | 15 | 27 | 17 | 55 | 20 | 27 | 22 | 55 |
| 27 | 10 | 26 | 12 | 59 | 15 | 32 | 18 | 0 | 20 | 32 | 23 | 0 |
| 28 | 10 | 31 | 13 | 4 | 15 | 37 | 18 | 0 | 20 | 37 | 23 | 5 |
| 29 | 10 | 36 | 13 | 9 | 15 | 42 | 18 | 10 | 20 | 42 | 23 | 10 |
| 30 | 10 | 41 | 13 | 14 | 15 | 47 | 18 | 15 | 20 | 47 | 23 | 15 |
| 31 | 10 | 46 | 13 | 19 | | | 18 | 20 | | | 23 | 20 |

Hæc

Digitized by Google

Hæc ſint dicta de profectione Horoſcopi & aliorum ſignificatorum annua quidem inuenienda. Ac ex applicatione huius progreſsionis, ad beneficos & malos radios planetarum, bona vel mala accidẽtia, pro natura ſignificatorum & promiſſorum illo anno obuentura nato, colligenda ſunt.

*XXI. Propoſitio. Ad quos planetas & aſpectus planetarum pertingat annua profectio.*

Cum conſtat ex ſuperioribus, ad quam domum & ſignum radicis profectio loci alicuius hylegialis pertingat, ingredere tabellam aſpectuum ſiue ſpeculum Aſtronomicum tuæ geniture, & inuenies aſpectus ſingulorum Planetarum & quales ad illud ſignũm profectionis vel domũ illã in radice proiiciantur. Eodem enim modo ſignificator ad ſingulos promiſſores applicat in profectionibus, quo in directionibus.

Ex his aſpectibus certi poſtea dies alicuius menſis indagandi ſunt, quib. profectio ſignificatoris ad aliquem promiſſorem peruenit, hoc modo: Subtrahatur locus ſignificatoris, cuius profectio inſtituta eſt à loco promiſſoris, (accommodatis 30. gradibus ſeu integro ſigno, ſi opus fuerit) & remanet diſtantia ſignificatoris, ſeu differentia inter ſignificatorem & promiſſorem. Hæc differentia multiplicetur per 12. dies & 10. minuta diei. Nam in tãto ſpacio temporis ſignificator in annua profectio ne ynum gradum conficit. Summa dierum collecta, ſi à natali numeretur, oſtendit diem & menſem, quo profectio ſignificatoris ad radium alicuius promiſſoris pertingit.

*Exempli gratia.*

In genitura principis Hẽrici Iulij pertingit profectio Lunę ad 27. g. 5. m. ♈. quæ durat vſq; ad 27. g. 5. mi. Tauri. Ingredior canonem aſpectuum & inuenio Lunam hoc anno tertio currente applicare.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | I. Ad ☍ ♂ in 28. 16. m. ♈ | Dies congruentes ſunt | 28. Octobris. |
| | II. Ad ☿ terminum, in 0. 0. m. ♉ | | 19. Nouembris. |
| | III. Ad ☍ ☉ in 1. 37. m. ♉ | | 8. Decembris. |
| | IIII. Ad △ ♃ in 3. 52. m. ♉ | | 4 Ianuarij. |
| | V. Ad ☿ terminum in 8. 0. m. ♉ | | 24. Februarij. |
| | VI. Ad octauam in 13. 50. m. ♉ | | |
| | VII. Ad ♃ ter. in 14. 0. m. ♉ | | 8 Maij. |
| | VIII. Ad □ ♄ in 16. 12. m. ♉ | | 4 Iunij. |
| | IX. Ad caput Meduſæ, in 20. m. ♉ | | |
| Ad ☍ ☿ 21. gr. 44. mi. ♉ | X. Ad ♄ term. in 22. 0. m. ♉ | | 13. Auguſti. |
| | XI. Ad ♂ term. in 27. 0. m. ♉ | | 12. Octobris. |
| | XII. Ad □ ☽, in 27. 5. m. ♉ | | |

Quæro quo die menſis pertingat Luna ad ☿ terminum in 8. gr. 0. m. ♉, Differentia indagetur inter 27. gr. 5. m. ♈, & 8. gr. 0. ♉ per ſubtractionem, ſignificatoris & promiſſoris ſcilicet. Hæc eſt 10. grad, 55. mi. Hanc differentiam multiplices per 12. dies & 10. ſcrupula & inuenies 132. dies 49. minut. 10. ſec. Id eſt, ex noſtrę geniture canone 24. diem Februarij.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | ☿ terminus | 8. grad. | 0. min. | ♉. |
| | Lunæ profectio | 27 | 5 | ♈ |
| | Differentia | 10 | 55 | |
| ſex. | Dies. | 12 | 10 | |
| 2 | 12 | 49. m. 10. ſec. | | |
| 6 0 | | | | |
| 1 2 0 | | | | |
| 1 2 2 | | | | |
| 1 3 2 | | | | |

Idem inuenies ex tabella annuarũ progreſsionũ in diebus: Cognita enim differentia, quę eſt inter ſignificatorem & promiſſorẽ, ingredere cũ integris partibus illius tabulã profectionũ annuarũ in diebus, & è regione offeret ſe tẽpus profectionis quæſitę in diebus, horis & ſcrupulis, cui ſi pro quibuſlibet ſcrupulis primis quinque adhęrẽtibus integris gradibus differentię adiicias ynum diẽ. (Nã in yno die ſignificator abſoluit fere quinque minuta) verũ tempus profectionis conflabitur, vt: Differentia iã inueta ꝑpter ☿ terminũ eſt 10. gr. 55. m. Ingredior canonẽ illũ in diebus, & reſpondet decẽ grad. dies 121. h. 17. 56. m. Pro adhærẽtib' 55. m. ſic procedo: Diuido 55. m. p 5. m. & inuenio 11. dies pręciſe, q coniũcti cũ ſuperiorib' 121. conſtituũt tẽpus quo Luna ad ☿ terminũ pertinget 132. dierum, 17. horarũ 56. m.

Cognito tempore annuæ profectionis ſignificatoris ad promiſſorem, vt cõpendioſè quoq; mẽſem & diem, in quã incidit propoſita illa profectio inuenire queas, adde ad dies profectionis ſignificatoris ad promiſſorẽ, dies qui à principio anni numerãtur vſq; ad diẽ natiuitatis, ad quę fit reuolutio. Sũma dierum collecta facilè oſtendet, ad quem diem menſis profectionis inuenta applicatio referenda ſit, vbi tamen & hæc cautela obſeruanda eſt.

Si ex additione plures dies quàm annus Solaris continet, prouenerint, tunc ſi annus currens fuerit cõmunis dies 365. ſiue biſextus 366. abiiciãtur, & id quod remanet ad annũ Chriſti ſequentẽ referatur.

*Exempli cauſa.*

Quæro in quẽ diẽ menſis incidat profectio annua ad ☿ terminum. Per pręcedentẽ praxim inuenim' dies 132. numerandos à momento geniture, cuius tempus incidit in 14. diem Octobris, anni biſextilis. Sunt autem à principio anni ad tempus natiuitatis elapſi dies 288. His addo 132. dies profectionis annuæ, & prouenient 420. dies. Abiicio dies 365. cum annus tertius profectionis ſit communis, & numerus ex aggregato dies integri anni ſuperet. Reſiduum eſt 55. dierum, qui à principio anni cum numerantur, deducunt nos ad 24. diem Februarij, de quo fuit quæſtio.

Sed

Sed hæc omnia facilius deprchendet ſtudioſus, confecta tabella annuæ profectionis, quæ ſuæ geniture ſeruiat.

*XXII. Propoſitio. De tranſitu planetarum per loca ſignificatorum in Radice.*

Ad ſpecialium temporum inuentionem cum fructu vtiliter adhiberi poſſunt tranſitus planetarum, præſertim cùm vis illius progreſsionis ſit euidentiſsima. Obſeruentur autem tres præcipui tranſitus in genituris, quibus maxima autoritas tribuenda eſt.

I. Tranſitus ſingulorum planetarum per gradum Horoſcopi.

II. Secundo Solis per loca ſingulorum planetarum, atque etiam Medij cæli, Partis fortunæ & Horoſcopi.

III. Domini horoſcopi per eadem loca. Hi trāſitus vim & effectum habent euidentem.

Dicuntur autem planetæ tranſire loca, non tantùm cum corpore in illis præſentes ſunt, ſed etiam cū aſpectibus ſuis ſiue beneficis ſiue hoſtilibus loca illa attingunt.

De ſupputatione verò tranſitus illius, non eſt opus nouam tradere regulam, cum ex Ephemeridibus facili via colligantur, vt exempla monſtrabūt, quæ ſequuntur.

*XXIII. Propoſitio, de chronocratoribus generalibus.*

Ad particularia tempora definienda futurorum euentuum, catholici quoque chronocratores ſiue gubernatores vel arbitri temporum generales aſſumuntur. Sunt autem ex ſententia Ptolæmei, generales illi temporum arbitri, vt plurimum duo planetæ, quorum vnus principalis eſt, qui vel corpore, vel radio proximè Aphetæ ſeu ſignificatori occurrit, & cuius dominium tamdiu durat, donec ſignificator ad alium promiſſorem pertingat, alter verò ſit minus principalis & particeps dominij, qui termini ſit Dominus, conſtitutus in eodem ſignificatoris circulo poſitionis, de quo vide Ptolæmæum lib. 4. Quadrip. cap. vltimo.

Hæc enim eius ſunt verba de conſtituēdis Chronocratoribus: Primùm quidem danda ſunt tempora cuiuſlibet prorogationis illi planetæ, qui tenet gradum loci aphetici, aut alteri illum aſpicienti. Si autem deeſt, demus ei Planetæ, qui proximè anteceſsit, donec peruenimus ad alium, qui applicatur ad ſequentem gradum, iuxta ordinem ſignorū. Deinde huic tribuemus tempora vſque ad ſequentem, & in cæteris ſimiliter, & ſimul adſumantur Planetæ, vt ſint diſpoſitores, qui ſunt in ſuis finibus, &c. Hæc regula exemplo declaranda eſt.

In noſtri Henrici Iulij principis genitura Horoſcopū obtinet 21. gra. 13. m. ♎. Huic ꝓximè ſuccedit in tabella aſpectuum △ Lunæ in 27. gr. 5. m. ♎. Ergo Luna primum arbitrium temporis ſuſcipit, participante Venere, quæ termini domina eſt. Statim ſuccedit Mars corpore ſuo in 28. gr. 16. m. ♎. ita vt imperium Luna committat Marti & ille ipſe dominium ratione terminorum retineat. Mox à Marte transfertur in Solem ad 1. gr. 57. mi. ♏ ſub Martis termino, Sol igitur hic generalem gubernationem ſuſcipit Marte participante. Ita deinceps ordine generales temporum arbitri conſtituendi ſunt vſque ad finem vitę nati. Ac quæ hic de Horoſcopo dicuntur, ſimili ratione ad reliquos ſignificatores referant ſtudioſi. Hęc enim vt Ptol. monet, in ſingulis gubernatorib' obſeruāda ſunt modo pręſcripto.

*XXIIII. Propoſitio. Quomodo ex directionibus effectus colligendi ſint.*

In iudicio de effectibus directionum videndum eſt accuratè, primùm vtrum directio bona ſit ſeu fauſta, vel mala ſeu minax, de qua eſt quæſtio. Hæc qualitas colligenda eſt ex aſpectibus amicis vel hoſtilibus, qui ſignificatori occurrunt. Bona igitur ſeu fælix directio confert fortunam & fælicitatem iis in rebus, quas ſignificator directionis quæſitæ per ſe ſignificat: Et in iis, quas ſignificat per accidēs, id eſt, ratione domus, in qua conſtitutus eſt, & cui vel quibus imperat in radice.

Cauſa fęlicitatis oſtenditur à promiſſore eodem modo, vt iam dictū eſt de ſignificatore per ſe, & per accidēs. Deinde à domo cæleſti, in qua fit occurſus directiōis, id eſt, in quam incidit gradus ꝓmiſſoris.

Mala ſeu infauſta directio, aduerſam fortunam portendit in iis rebus, quas ſignificator per ſe & per accidens ſignificat, vt ſuprà.

Cauſa infælicitatis orietur ex rebus, quas promiſſor directionis per ſe & per accidens ſignificat, & ratione loci, in quē occurſus directionis incidit.

Conſtituuntur autem ſignificatores ſeu loca, quæ progrediuntur, à Ptolemæo tantum quinque Aphetica, locus Solis, Lunæ, Horoſcopi, Medij cæli & Partis fortunę. Horum inſtituenda eſt erudita & accurata directio, vt vulgò loquuntur, per tabulas primi mobilis. Cùm enim gradus hylegiorum peruenerint ad corpora vel radios bonorum, eo anno bonum accidet nato, de natura illius ſignificatoris & promiſſoris, vt exempli gratia. Dirigatur Sol ad corpus vel radios Iouis. Eo igitur anno honorem habebit natus, quo ſignificator locum promiſſoris attingit. Magnitudo verò & excellentia ſumenda eſt huius dignitatis ex ſignificatore & promiſſore. Vnde ſi Sol fuerit potens in directione per radicem, & Iupiter promiſſor bene conſtitutus & fortis, ambo ſint in angulis & dignitatibus ſuis, eo anno prælaturam aut iudicij maximam excellentiam iudicabis & adminiſtrationem alicuius magnę rei, & cum Principe aliquo amicitiam. Cùm verò gradus Hylegiorum peruenerint ad corpora vel radios malorum, eodem anno accidens ſentiet pernitioſum ſecundum naturam, tam ipſius ſignificatoris quàm promiſſoris. Magnitudo verò accidentis capitur ſecundùm fortitudinē ſeu debilitatem promiſſoris tantum. Cùm enim ſignificator eſt fortis, & promiſſor debilis, tunc parū nocet mala illa directio. Si verò ſignificator debilis, & fortis ſit promiſſor malus, tūc magnitudo ęſtimanda eſt ex eo genere, qui ab ipſo ſignificatore demonſtratur.

Recētiores Aſtrologi, propter varietatem particulariū euentuū reliquis quinque locis hylegialibus planetas addunt nōnunquam etiā cuſpides angulorū, & ex horum omniū ſignificatorū proceſſu colligunt, quæ in vniuerſa vita nato euentura ſint.

Quę

Digitized by Google

Quæ verò ſingulorum Planetarum, ſignificatorum & promiſſorum ſint ſignificationes eſſentiales & accidentales, necnon ſingulorum domiciliorũ cæli, antea expoſitum eſt. Ac ſignificatores ſemper aſſumunt accidentalia ſignificata à natura domorum, in quibus conſtituuntur, & quibus imperât.

*XXV. Propoſitio. De Qualitate effectus Directionis.*

Magnitudo & vehementia effectuum in directionibus ſumitur ab vtriuſque & ſignificatoris, & promiſſoris fortitudine aut debilitate in radice Natiuitatis, vt ſi directio eſſet Solis ad ſextilem Lunæ, vtroque Luminari in radice potenti, & in dignitatibus eſſentialibus conſtituto, ingens & manifeſta fælicitas nati eo tempore futura eſſet, in ſignificationibus Solis propriis & accidentalibus.

Cauſę huius fælicitatis ſimili modo futuræ eſſent graues & inſignes, quas Luna per ſe & per accidens promitteret.

Eodem modo de reliquis ſignificatoribus & promiſſoribus eſt iudicandum.

Quando verò alter eorum eſt potens, alter debilis, effectus erit mediocris, & videndum, vtrum ſignificator vel promiſſor ſit fortior. Si potentior fuerit ſignificator, effectus fortunæ erit ſine grauibus cauſis. Si promiſſor, fælicitas apparebit quidem, ſed non pro magnitudine cauſæ, à qua fortuna nato orietur.

Quando vterque debilis eſt in radice, leuis erit effectus & leues cauſæ fortunę. Et quò debiliores fuerint ſignificator & promiſſor, eò remiſsiores erunt euentus & cauſæ fortunæ. Quod ſi prorſus fuerint debiles, fieri poteſt, vt decreta directionũ prorſus euaneſcant, & vmbra tantum & ſpecies fortunæ ſeſe oſtendat, nullique effectus rati ſint.

Obſeruandum eſt & illud. Si malefici promiſſores in directionibus portendât infortunium & aduerſos caſus, leuiora futura ſunt mala, cùm in radice ſint fortes, & in domibus ſuis conſtituti. Nam eas non euertunt & minus, quàm aliàs ſolent, cum malè affecti ſunt, nocent.

Fit etiam ſæpe, vt in eundem annum ætatis nati incidant & bonæ, & malæ directiones, diuerſorum tamen ſignificatorum. Id nullam in iudiciis ambiguitatem parit. Vtræque enim ſuas vires eodem anno exerere poſſunt, ſine mutuo impedimento, niſi ſit earum quædam conuenientia, vt Lunæ & Horoſcopi, quorum vterque valetudinẽ ſignificat.

Hoc modo eodem anno habens directionẽ Horoſcopi ad promiſſorem malignum, medij cæli verò ad benignum, eodem anno grauiter decumbere poteſt, & tamen ad magnos honores peruenire.

Sic fieri videmus, vt aliqui in ſuis nuptiis repentè moriantur. Sic Huniades in ipſo carcere ad regiam dignitatem euectus eſt.

Poteſt & illud accidere, vt eiuſdem ſignificatoris, diuerſæ directiones, bona & mala in eundẽ annum incidant: Idque etiam nihil ambiguitatis parit. Nam diuerſis temporibus eiuſdem anni ſuos effectus præſtare poſſunt, perinde vt in præcedenti caſu. Hoc modo fieri poteſt, vt quidam in prima parte anni diuitiis augeatur, in poſteriore inſignia detrimenta capiat, vel contra.

*XXVI. Propoſitio. De qualitate durationis effectus ex Directione.*

Impreſsiones ſiue bonæ, ſiue malæ, factæ per directiones durant, vſquequo ſignificator ad alium locum promiſſoris pertingit. Ac accidentia illa maximè apparent eo anno, quo directio definitur, & vbi concurrunt teſtimonia annuæ profectionis, tranſitus & reuolutionis, vt ſignificationi directionis congruant, illo tempore definito magis accidentia Directionis vigent.

Notandum eſt & illud hoc loco, quòd directiones, quę ad Martem referuntur, citiùs terminentur, & quidem eodem anno, quo ſignificator, Martem promiſſorem contingit. Saturni verò longè ſunt diuturniores. Infortunium igitur à Saturno datum, multis annis durat, ſicut ſępe accidit, aliquem pati magnas calamitates, non ſolùm eo anno, quo directio Saturnum attingit, ſed etiam per annos 10. 12. aut plures, & in has ſæpe quaſdam incidere vices experientia docet, vt nunc vno anno in carcerem coniiciatur, modò in ſubſtantia damnum patiatur, modò in filiis aduerſitates ſentiat, & ſic de vno infortunio in aliud incidat, donec directio mutetur. Sæpe etiam accidentia Martis multis annis durant, & non facilè ipſius impreſsiones terminantur. Vt nonnunquam contingere vides aliquem pluribus annis exerceri multis controuerſiis & rixis.

Quod autem de multis impreſsionibus dicitur, ſimili modo referendum eſt ad bonas directiones. Sępe enim vario genere fęlicitatum natum proſperari certum eſt, & pluribus annis vix eam terminari videmus.

*XXVII. Propoſitio. De vſu & effectibus annuarum profectionum.*

Profectionibus annuis vtimur ad præcognoſcẽda tempora particularia, id eſt, menſes & dies illius anni, in quem directio fauſta vel infauſta incidit. Cùm enim quęritur de tempore effectus directionis, adhibendę ſunt profectiones hoc modo.

Conſidera primum omnium, qualis ſit directio bonáue an mala, & quorum planetarum, id eſt, quis ſit ſignificator, quis promiſſor. Profectiones enim ſine directionibus conſideratæ, parum poſſunt, ſicut & Directiones minus ſunt potentes & validæ, niſi à proceſſu & tranſitu ſiderum extimulentur.

Secũdò, Deinde cõſidera profectiones ſignificatorũ & promiſſorum, ac præcipuè eorum Planetarũ, quorum facta eſt directio ad corpora beneficorum vel maleficorum & eorum radios beneficos vel maleficos in dato numero annorum, & vide illo anno quales ſint proceſſus, & quomodo congruat cum directionibus, ac quales ſint aſpectus boni aut infauſti pro natura ſtellarum.

Tertiò, Quod ſi fauſta eſt directio, ac profectiones ſimul cum ſignificatoris tum promiſſoris, præcipuè eorum, qui diriguntur, pertingunt ad corpora fortunatorum planetarum, aut benignos eorum radios vel domos in radice, ad quas benigni radij proiiciuntur, effectus illius directionis bonæ potiſsimum ſe eo anno exeret.

Quarto

Digitized by Google

Quinto, Eodem modo ſi mala fuerit directio, & profectiones annuæ ſignificatorum & promiſſorum, præcipuè verò, quorũ facta eſt directio, ad loca pernicioſa, id eſt, corpora & radios maleficorum peruenerint in radice, effectus etiam illius malæ directionis in eum annum incidet.

Sextò, Quod ſi annuæ profectiones non congruũt cum directione ſui anni, tunc effectus directionis aut remiſſior erit & obſcurior, aut in ſequẽtes annos differetur, donec illi Directioni profectio quoque annua ſignificatorum & promiſſorũ præcipuorũ præſertim qualitate ſignificationis conueniens, reſpondeat. Nã vis directionũ ad plures annos, vt diximus, extẽditur, donec ſignificator ad aliũ promiſſorẽ pertingat. Effectus tamen eorũ euidentior eſt & fortior initio, cùm nondum ita diu durarũt, & paulatim vires remittunt, cum aliquot annis viguerunt.

Hæc eſt ratio, quæ oſtendit quomodo in genere adhibendæ ſint annuæ profectiones ad directiones, & ex congruentia vel inconuenientia earum cum locis præcipuis radicis, iudicandum eſt, an eo anno vis decreti ſeſe præcipuè oſtenſura ſit.

In ſpecie verò Profectiones oſtendunt iuxta applicationes ſignificatorum ad corpora & radios Planetarum, menſes & dies illius anni, iuxta doctrinam ſupra traditam. Cùm igitur certi alicuius caſus particularia tempora definienda ſunt, primùm conſideres qualitatem illius directionis, an bona vel mala ſit, & quis ſit ſignificator, quis promiſſor.

Deinde obſerues dies profectionum ſignificatorẽ ad promiſſores, qui ſunt aut boni ſeu fauſti, aut mali & infauſti, pro ratione aſpectuum amicorum aut hoſtilium. Et ſi directio eſt mala, id eſt, minatur infortunium, aſſumantur ad eam directionem dies profectionum ſimiles, ſcilicet mali, potiſſimum verò eorum ſignificatorum & promiſſorum, quorum facta eſt directio.

Sin bona eſt directio, aſſumantur quoque dies profectionum fœlices, eorum præcipuè ſignificatorum & promiſſorum, quorum ſunt factæ directiones Atque ita non ſolum annus, ſed etiam menſis & dies euentus ſeu caſus in radice ſignificati elicitur.

Profectionum autem vis & effectus congruit cum directionibus. Ipſe enim ſignificator conſiderandus eſt, quid per ſe & per accidens ſignificet, ſeu vt Ptolemæus inquit, quid ſua naturali proprietate, quid acquiſita ſignificet. Eodem modo & promiſſor oſtendit cauſam iſtius boni vel mali pro ratione profectionis bonæ vel malæ, per ſe, & per accidens. Quid autem ſignificent per ſe, & per accidens ſinguli Planetæ, ſignificatores & promiſſores, & pro quibus rebus directiones fiant, antea expoſitum eſt. Et de profectionibus idem eſt iudicandum.

Horoſcopi enim profectio conſideranda eſt pro vita, valetudine, affectionibus animi & corporis, peregrinationibus, &c. Quare ſi bona fuerit directio, & profectiones etiam illius anni fuerint ad radios bonos, ſiue corpora beneficorum promiſſorum, eodem mẽſe & die maximè effectus illius directionis & profectionis bonæ ſeſe exeret, & tum etiam proſperitas animi & corporis, ſanitas & alacritas maior erit, aut peregrinationes fœlices ſeſe offerent.

Cùm verò directio eſt mala, & profectiones quoque ſignificatorum eorum præcipuè, quorum ſunt factæ directiones & profectiones pertingunt ad corpora vel radios malignorum, contrarium portenditur eo menſe & die, quem malæ profectiones oſtendunt.

Ita Solis profectiones conſiderantur pro valetudine corporis, honoribus publicis, officiis &c. Eodem modo & de reliquis ſignificatoribus iudicandum eſt.

## XXVIII. PROPOSITIO. DE *tranſitu Planetarum.*

TRanſitus Planetarum addi ſolet in definiendis euentibus particularibus, & idem eſt vſus, qui Profectionum, videlicet generalis & ſpecialis, ac coniungi debent cum directionibus pro inueniendo menſe & die euenturi caſus.

Conſideret igitur Aſtrologus tranſitus Planetarum eodem modo, quo & Profectiones, an videlicet congruant, cum qualitate quæſitæ directionis. Cùm enim bona eſt directio, & tranſitus quoque per loca ſignificatorum & promiſſorum, præcipuè eorum, quorum facta eſt directio, fuerint boni, id eſt, corpore vel radiis attingunt loca radicis ſignificatorum & promiſſorum, effectus quoque in idem anni tempus incidet.

Idem iudicandum eſt de mala directione. Cùm verò tranſitus non congruit cum qualitate directionis, effectus quoque eo anno obſcurior aut remiſſior erit. Ita tranſitus ſtellarum per præcipua loca genituræ, vel augent intenduntque, vt Ptolemæus ait, vel relaxant & minuunt accidentia.

In ſpecie verò tranſitus coniunguntur cum Directionibus, pro inueniendo menſe & die venturi caſus. Si enim bona fuerit directio, etiam boni ſeu fœlices dies per tranſitus inuenti, ad directionem aſſumantur, & eorum Planetarum vel Locorum, quorum potiſſimum eſt directio. Similiter ſi mala fuerit directio, mali eligantur tranſitus eorum præcipuè Planetarum, quorum facta eſt directio. Quod ſi plures dies fœlices aut infœlices ab iiſdem Planetis, quorum eſt directio, ſignificentur, aſſumantur ad eos illi tranſitus, qui vel in bonam vel in malam partem plus efficaciæ & virium habent. Vt coniunctio plus valet quam ⚹ aut △, ☍ plus nocet quam □. Sic ſiniſter aſpectus efficacior eſt dextro.

Hoc igitur modo tranſitus cum directionibus & profectionibus coniuncti, maximum vſum habent, in determinandis menſibus & diebus accidentium.

Effectum etiam eundem habent, quem directiones & profectiones. Nam cum per horoſcopum malignus Planeta corpore aut radio maligno tranſiuerit, pro ſua natura & qualitate, rebꝰ & perſonis, quas per ſe & per accidens Planeta ille ſignificat, calamitates & aduerſitates, in valetudine, peregrinationibus & reliquis vitæ actionibus decernuntur. Idem ſit iudicium de reliquis ſignificatoribus & promiſſoribus.

## XXIX. PROPOSITIO. *De domino anni.*

DOminus anni dicitur is Planeta, qui in ſigno profectionali horoſcopi dominium obtinet, de



Digitized by Google

quo antea dictum eſt. Hic dominus accommodetur ad qualitatem directionis. Nam ſi bona fuerit directio & tranſitus Domini anni ad benigna loca in radice peruenerit, effectus illius directionis bonæ manifeſtior erit, & fœlicitas augebitur illis in rebus, quas Dominus anni per ſe & per accidens ſignificat. Sin mala, contrarium erit ſtatuendum.

*Exempli cauſa.*

Signum Horoſcopi ſit ♎ in 18. Gr. Via annuæ profectionis peruenit ad 18. gr. ♈. In hoc ſigno dominatur ♂. Ergo Mars erit Dominus anni. Sæpe etiã hoc dominium mutatur, vt ſub principiũ anni. Dominus eſſe poteſt ſigni profectionalis ♂ vſque ad finem ſigni, vt à 18. Gra. ♈ vſque ad initiũ ♉. Vbi igitur Profectio gradus horoſcopantis attingit principium Tauri, Venus dominium illud obtinet, vſque ad finẽ anni.

*Aliud exemplum.*

Sit Horoſcopus in 12. gr. ♐. Profectio huius ſigni peruenit ad 12. Grad ♊. Mercurius igitur eſt Dominus anni vſque ad initium ♋. Hinc Luna dominium ſortitur vſque ad finem anni, &c. propoſitæ profectionis.

## XXX. PROPOSITIO. DE REVOLVTIONIBUS *Geniturarum.*

IN iudicio ſpeciali, multum etiam annuis Conuerſionibus, quæ vulgò dicuntur Reuolutiones, tribuunt Aſtrologi. Eſt autem Reuolutio geniturarum, nihil aliud, quam conſtitutio totius cæli, ad momentum aliquod temporis, quo Sol ad idem punctũ Eclipticæ reuertitur, in quo fuit tempore Natiuitatis. Vt autẽ hæc diſpoſitio totius machinæ mundi ad illud ſpacium tẽporis tibi conſtet, tali proceſſu vtendum eſt.

Primum conſideretur Radix genituræ, ſiue annus ille, cum menſibus, diebus, horis & Minutis, in quo Natiuitas facta eſt.

Secundo, proponas tibi certum annum à tuo initio elapſum, & diligenter expendas, an ſit communis vel biſſextus, & quotus ſit poſt biſſextum, vel an ſit ipſe annus intercalaris.

Tertiò, ſingulorum annorum numeros quære in congruente Tabella, & diligenter excerptos nota an ſint addendi inuicem vel ſubtrahendi, vel ſimul iuncti, ab initio temporis ſint auferendi aut adijciendi.

Quartò, Aggregatum eſt ſeruandũ, & addendũ vel auferendum, ab initio dati temporis, pro maiore numero horarum addendarum vel ſubtrahendarum.

Quintò, Pro ſingulis Conuerſionibus Annorum, ad præcedentis Anni Horoſcopi obliquam Aſcenſionem adde 88. tempora, 49. min. ſcrupula. Inde conficies Aſcendentis ſigni Aſcenſ. obliquam ſub tuo Horizonte in tempore Reuolutionis.

Sextò, Ex hac Aſcenſione ſubtrahito 90. gr. & inuenies Aſcen. Rect. Medij cæli ad tempus Reuolutionis. Huic adde 30. quinquies gradus æquatoris, & inuenies ſex cuſpidum initia, quibus gradus Eclipticæ congruentes indagentur, vt aliàs fieri ſolet, in erigendo themate cæli, & inuenies figuram cæleſtem vero tempori Reuolutionis congruentem.

*Exempli cauſa.*

Stadius hoc exemplo vtitur: Natus eſt quidam generoſus Princeps Anno 1519. Februarij Die 4. H. 23. 40. min. Sole exiſtente in 25. gr. 41. min. ♒. Quæro quo momento temporis Sol reuertatur ab hunc locũ radicis, poſt annos completos 24. Hic 24. annus terminatur in biſſexto. In tabella autem quæ ſequitur, 20. annis reſpondens 1. H. 35. min. 0. ſec. auferenda. Pro 4. annis inuenio 0. H. 19. min. 0. ſec. Hi numeri collecti conſtituunt aggregatum 1. H. 54. min. 0. ſec. ſubtrahendum. Hæc ſumma ablata ex 23. H. 40. min. oſtendit, Solem 24 anno completo reuerti ad ſuum locum in radice die 4. Februarij Hora 21. 46. min. anno Chriſti 1544. ineunte ſiue currente anno ætatis viceſimo quinto.

Hæ horæ ex Canone Reuolutionis conuerſæ, in tempora æquatoris, auferendæ ſunt ex obliqua Horoſcopi Aſcenſione, vt conſtet verum Aſcendens, ad datum Conuerſionis tempus, Aſcenſio Horoſcopi in radice eſt 53. temp. 0. min. Hinc ſubtrahantur 28. tẽpora, remanent 25. temp. 0. min. Aſcenſio Horoſcopi obliqua, in Reuolutione, cui congruit 23. Gr. ♉.

*Idem alio modo.*

| | | |
|---|---|---|
| Anni 20. in Canone Reuol. dant | 336. temp. | 20. min. Aſcenſ. obl. ad. |
| Quatuor anni reſidui dant | 355. | 16. |
| Aggregatum abiecto integro Circulo eſt, | 331. | 36. |
| Aſcenſ. obliq. Horoſcopi æſtimati eſt, | 53. | 24. |
| Ergo Aſcenſ. obl. temp. Reuolutionis eſt | 25. | 0. |

Addatur integrum thema & loca Planetarum inueſtigentur, vt figura Reuolutionis abſoluatur.

*ALIVD.*

Quærenda eſt Reuolutio genituræ Illuſtriſſimi Principis Electoris Auguſti. Sol eſt in radice in 16. Gra. 24. min. ♌. Natiuitas facta eſt Anno Domini 1526. Iulij D. 30. Hor. 17. M. 38. Cupio ſcire huius geniture annuam Couerſionem, id eſt, momentum tẽporis, quo anno 1570. id eſt, completo ætatis noſtri Electoris anno quarto & quadrageſimo, id eſt, currẽte & ineunte 45. Sol ad idem reuertetur punctũ. Hic annus 44. ætatis terminatur in ſecundo poſt biſſextũ. Annis autem 40. in canone Reuolutionum, reſpondent, in tertio currẽte poſt biſſextum 3. Horæ, 10. mi. 1. ſec. Subtrahenda. Tres anni dant anno tertio poſt biſſextum 6. H. 14. min. 16. ſec. Subtrah. Vnus annus dat 18. Hor. 4. min. 48. ſec. M. Communis eſt nota horum numerorum ſubtrahendorum.

40. Anni

Digitized by Google

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 40, 3, 1 Anni | | 3 H. | 10. m. | 1. ſec. | M. |
| | | 6 | 14 | 16 | M. |
| | | 18 | 4 | 48 | M. |
| Aggregatum, eſt | | 27 | 29 | 5 | M. |
| Abijcio 24. H. | | 24 | | | |
| Reſiduum eſt | | 3 | 29 | 5. | Subtrahendum. |
| Radix eſt 30. D. Iulij | | 17 | 38 | | |
| Num. ſubtrahendus | 0 | 3 | 29 | 5. | |
| | 30 | 14 | 9 | 5. | |

Ergo tempus Reuolutionis Anno ætatis currente 46. Anno Chriſti 1571. incidit in diem 30. Iulij, H. 14. 9. min. 5. ſec. p. m. Ad hoc tempus loca indaganda ſunt Planetarum. Pro Aſcenſione obliqua Horoſcopi Reuolutionis.

| | | |
|---|---|---|
| 40 Anni | 312. Grad. | 42. min. Aſcenſ. obl. |
| 4. Anni dant | 355 | 16. Aſcenſ. obl. |
| | 667 | 58. |
| | 360 | |
| Aggregatum abiecto | 307 | 58. integro Circulo. |
| Aſcenſ. obliqua adde | 134 | 7. Horoſcopi radicis genituræ. |
| Aggregatum | 442 | 5. |
| | 360 | |
| Abijcio integrum Circulum, & | 82 | 5. |

relinquitur hæc vera Aſcenſio obliqua Horoſcopi ad tempus Reuolutionis. Indagetur gradus Eclipticæ cooriens, & reliquarum Aſcenſionum principia, & gradus Zodiaci reſpondentes.

*Sequuntur TABELLAE pro Reuolutionibus conficiendis.*





## CANON REVOLVTIONVM ex magnitudine vera Tropici anni collecta, ad duo ſecula mundi.

| | Anni | Horæ. | Min. | ſec. |
|---|---|---|---|---|
| | Anno poſt biſextum primo | | | |
| Adde. | 1 | 5 | 55 | 16 |
| Adde. | 2 | 11 | 50 | 32 |
| Minue. | 3 | 6 | 14 | 16 |
| | Anno poſt biſextum ſecundo | | | |
| Adde. | 1 | 5 | 55 | 16 |
| Adde. | 2 | 12 | 10 | 32 |
| Minue. | 3 | 6 | 14 | 16 |
| | Anno poſt biſextum tertio. | | | |
| Minue. | 1 | 18 | 4 | 48 |
| Minue. | 2 | 12 | 9 | 32 |
| Minue. | 3 | 6 | 14 | 16 |
| | Anno biſextili. | | | |
| Adde. | 1 | 5 | 55 | 16 |
| Adde. | 2 | 11 | 50 | 32 |
| Adde. | 3 | 17 | 45 | 48 |
| Minue. | 4 | 0 | 19 | 0 |
| Minue. | 8 | 0 | 38 | 0 |
| Minue. | 12 | 0 | 57 | 0 |
| Minue. | 16 | 1 | 16 | 0 |
| Minue. | 20 | 1 | 35 | 0 |
| Minue. | 40 | 3 | 10 | 1 |
| Minue. | 60 | 4 | 45 | 2 |
| Minue. | 80 | 6 | 20 | 2 |
| Minue. | 100 | 7 | 55 | 3 |
| Minue. | 200 | 15 | 51 | 8 |



## ALIVD EXEMPLVM.

Conuerſio annua eſt indaganda anno ætatis alicuius cõpleto 22. qui in hãc lucẽ editus eſt Princeps Iuuſtris Anno 1519. Terminatur annus Reuolutionis in ſecundo poſt biſſextum. Quare anni 22. quærendi ſunt in Canone Reuolutionis ſub titulo illo, qui congruit anno poſt biſſextum tertio. Annis autem 20 plenis debentur 1.H.35.m.0.ſec. auferenda. Annis duobus plenis ſub titulo poſt biſſextum tertio conueniũt 12.H.9.min.32.ſec. auferenda. Summa collecta dati temporis eſt 13.H 44.min.32.ſec. Fiat ſubtractio ex horis 23. genituræ 40.min. remanet tempus Conuerſionis annuæ, ſcilicet Hora 9.55. mi. poſt meridiem, ad annum ætatis completum 22.

CANON

## CANON REVOLVTIONVM OSTENdens, quantum pro ſingulis annis addendum ſit obliquæ Aſcenſioni dati Horoſcopi, ut uerum Aſcendens Horoſcopi colligatur.

| | ÆQVATORIS. | |
|---|---|---|
| ANNI. | TEMPORA | SCRVPVLA. |
| 1 | 88 | 49 |
| 2 | 177 | 38 |
| 3 | 266 | 27 |
| 4 | 355 | 16 |
| 5 | 84 | 5 |
| 6 | 172 | 54 |
| 7 | 261 | 43 |
| 8 | 350 | 33 |
| 9 | 79 | 22 |
| 10 | 168 | 11 |
| 11 | 257 | 0 |
| 12 | 345 | 49 |
| 13 | 74 | 38 |
| 14 | 163 | 27 |
| 15 | 252 | 16 |
| 16 | 341 | 5 |
| 20 | 336 | 20 |
| 30 | 144 | 30 |
| 40 | 312 | 42 |
| 50 | 120 | 53 |
| 80 | 265 | 24 |
| 100 | 241 | 46 |

### De generibus euentuum ex directionibus præcipuorum locorum Hylegialium. Ex Ptolemæi 77. ſententia.

Horoſcopi directionem pro ijs quę corporis ſunt facito.

Lunæ pro corporis animæque connexione.

Medij verò cæli pro actionibus.

Partis fortunæ pro ijs, quæ ſunt externa.

Solis pro voluntate regis erga natum: vel pro honoribus nati.

Horoſcopi directio ſignificat vitæ periodum, animi affectiones, & peregrinationes: Quando enim horoſcopi directio peruenerit ad beneficos beneficorũ planetarum radios, vel ipſorum congreſſus, bonum præſtabit euentum, ad infauſtos autem, nil niſi malũ & perniciem. Sin ad hoſtiles ſtellarum radios, vel ad beneficos horoſcopi directio fuerit deuoluta, remiſſiores morbos, minoraque mala, aliáſq; corporis paſſiones clementiores ingeret.



Digitized by Google

Medium cæli decernit nati actiones, magiſterium atque dignitates, quin & vitam liberorũ. Quando enim medij cæli directio peruenerit ad congreſſum, vel hoſtiles maleficarum ſtellarum radios, inferet nato varias animi moleſtias, damna in actionibus eius & dignitatibus.

Lunæ directiones fiunt pro corporis & animi connexione, ſeu complexione: eæ enim ad corpus animãque ſimul attinent: & ad matrimonium, vt pote quales affectiones habiturus ſit natus, quum contingat nunc dolore & triſtitia, nunc gaudio ac voluptate, & aliter atque aliter pro tempore ipſum affici. Ex Lunæ igitur directionibus, ſiue progreſſionibus atque beneficarum, maleficarumque ſtellarum occurſibus, atque radiationibus indicentur nato mœrores, luctus, iræ, triſtes cogitationes, curęque grauiſſimæ, aut viuendi hilaritas, gaudia, voluptates, animi tranquillitas, & ſecurę mentis cogitationes.

Sol eſt ſignificator patris: ſignificat etiam liberos, & fratres nati maiores, regnũ, vel dominium, vel aliquod officium: & animum regis erga illum cuius eſt genitura: habétque rationem gloriæ, dignitatis, excellẽtiæ, & honoris. Solis igitur directio, ad beneficarum ſtellarum ſalutares radios nato laudes, honores, & dignitatis inſignia conferet adminiculo principis, ſiue potentiorum: ad maleficorum vero planetarum hoſtiles intuitus, vel congreſſum iras & dedecus odia & iram principis.

Partis fortunæ progreſſiones diuitiarum incrementa, vel detrimenta afferent. Quando enim ad beneficas fuerint deuolutæ, beneficos afferent influxus, ad maleficas autem, maleficos, & fortunarum vtique iacturas.

Saturni directiones indicant rerum ſtabilium apparatus: item auos, patruos, patrem & fratres nati maiores, morbos, chronicas ægritudines, res hæreditarias, lucra à mortuis, vel detrimenta, pericula in aquis ſiue humidis locis.

Iupiter decernit honores, gloriam, notitiam principum pręcipue iouialium, & excellentiam, fortunarumque incrementa, lucrorum copioſa præſidia, atque corporis ſalubritatem, & animi tranquillitatem.

Mars portendit bella, exercituum expeditiones, publica negocia, audaciam, lites, rixas, turbas, incendia, rapinas, furta, expilationes, inciſiones, vulnera ex ferro vel igne, ruinas, caſum ab alto, ſiue equis vel mulabus calcitroſis, inſignes in capite ſeu facie cicatrices, febres acutas, carceris, aut exilij incommoda.

Venus decernit connubia, nuptias, amicitias, amatorios affectus, conſuetudines cum venereis, & mulieribus lucra ſiue diſpendia, animi tranquillitates, ſeu mœrores, moleſtias, gaudia, venereas voluptatum illecebras, vxores, matres, & ſorores nati maiores: bene affecta, quæ diximus bona contribuet, male autem affecta, nil niſi malum conferet.

Mercurius ſignificat fratres germanos nati minores, ſeruos, liberos, paruos vtriuſque ſexus, orationes, loquelam, facundiam, mathematicas diſciplinas, & muſicam, ſi fuerit bene affectus: ſin autem malè, mendacia, & rumores varios, furta, rapinas, fortunarum detrimenta ex mercibus, ſcripturis, aut fœnore. Hæc ex Albubatre.

*De directionibus Horoſcopi ad promiſſores ſequentes.*

♄ Horoſcopi directio ad ⚹ vel △ Saturni, cum Saturninis, & viris potentioribus, & ætate graueſcentibus commercium dabit, honorificum tamen magis quam lucroſum, & ex rebus ſtabilibus, vt pote agrorum cultura affluent lucrorum copioſa pręſidia: Eritque natus illo anno ad ædificia, puteos effodiendos, vel aquarum ductus, theſauros congerendos, arborũ inſitiones, reſque hæreditarias ſolito procliuior ac fiet rerum copia maior licet à ſuis nati maioribus, & agricolis pleraque paſſurus ſit diſpendia.

Horoſcopi directio ad ☌ □ ☍ Saturni, nato afferet illo anno malam corporis diſcraſiam chronicam, vt pote ægritudines ex frigiditate & ſiccitate prouenientes, aut ex nimia pituita, hoc eſt phlegmatis redundantia, tuſſes præterea moleſtiſſimas, ſiue febres quartanas, ſeu tertianas duplices, morbum veternũ, cerebri inuolutionem, vertigines, & inſuper moleſtas animi perturbationes, & anxias chimericas, cogitationes horrificas, & omnem quodammodo ſucceſſum in conſiliis & actionibus nati irritum.

Horoſcopi directio ad terminum Saturni rediget natum pigrum, tardum, alta mente taciturnitatis, obſcurum, malitioſum, cuius conſilia tardos aut nullos habeant effectus.

♃ Horoſcopi directio ad corpus Iouis, decernit nato optimam corporis ſanitatẽ, & gaudia, & diuitiarũ incrementa, & claros honores, Iouialium patrocinio atque largitiõibus. Et ſi erit in ætate idonea, ducet vxorem: vel fient verba de eius connubio: eritque natus lætus, alacris, & periucundus per vniuerſam ferè anni illius intercapedinem.

Horoſcopi directio ad terminum Iouis decorabit natum ſummæ probitatis, iuſtitiæ ac religionis teſtimonio: & contribuet illo anno cum ingenti laude honores, facultatum incrementa, corporis ſanitatem & gaudia.

Horoſcopi directio ad ⚹ Iouis decernit nato corporis ſanitatem, gaudia, honores, lucrorũ copioſa præſidia, ſiue lucra ab inſperato, vel beneficium aut officium eccleſiaſticum: ſortieturque in actionibus ſuis proſperos ſucceſſus: prolem formoſam ſeminabit, vel filius ei naſcetur, aut ſi quem habuerit, cum ipſo fœlici ſorte lætabitur. Et erit natus gratus principibus eccleſiaſticis, atque à populis venerabitur.

Horoſcopi directio ad △ Iouis pollicetur in re familiari augenda & conſeruanda lætam ſortem, & in cunctis actionibus fœlices ſucceſſus: contribuétque animi tranquillitatem, mentis ſerenitatem, gaudia, diuitiarum affluentem vbertatem, & corporis ſanitatẽ: promittit etiã nato honoris inſignia vel legationem cauſa Iouialium, & quòd faciet itinera honorata.

Horoſcopi directio ad □ vel ☍ Iouis, prouocabit odia, inimicitias, controuerſias, & mutuas ſimultates, iurgia & lites excitatas ob inuidiam: & audiet iureconſultos & diuites, pleroſque ita genitus ſibi infenſos, qui ſub amicitię prætextu ab iis decipietur, & detrimẽta patietur Iouialium dolis & inſidiis: nihilominus nihil ei obeſſe poterunt.

♂ Horoſcopi directio ad corpus vel □ vel ☍ Martis obnunciat nato febres tertianas duplices cum redundantia choleræ & vehementi ſanguinis cholerici



Digitized by Google

aduſti ebullitione, & mala humoris efferueſceptis aduſtione, vel decernit papulas vrentes apoſtemata, dyſſenteriam, cholicaſque paſſiones, & in cerebro cruciatus acerbos & caſus grauiſſimos ex nimia caloris intemperie. Minatur etiam multa incommoda & pericula corporis, atque diſpendia non modica: Admonet præterea, vt ita genitus bellicos conflictus effugiat, & loca in quibus tormentales machinæ traijciũtur, ni volet biothanatus interire.

Horoſcopi directio ad terminum Martis rediget natum cholericum, furibundum, temerarium, audacem & omnibus ſcelerum flagitiis implicatũ illo anno: & vario infortuniorum genere laborantem non ſine acuta corporis dyſcraſia.

Horoſcopi directio ad ⚹ vel △ Martis, cum principibus martialibus commercium decernit honorificum, & quòd ab aliis militibus habebit laudem, vel in militari diſciplina plurimum venerabitur, & erit gratus & acceptus principibus & ab illis accipiet aliquod officium: & in re militari pleraque reperiet contra hoſtes ſtratagemata, illóſque ſuo marte, vel ſagacis ingenij dexteritate inimicos conculcabit, vel in fugam conuertere faciet, in litibus victoriam obtinebit, & proſpera ſorte lætabitur. Redigit etiam natum magnificum, fortem, animoſum, audacem, imperioſum, magnanimum, intrepidum, & quodammodo temerarium, appetentem honoris & gloriæ, & habebit natus plurima emolumenta & honoris inſignia.

☉ Horoſcopi directio ad corpus Solis decernit nato dignitatem, vel officium vtile & glorioſum à magnatibus, & principibus: reddétque illis adeo gratum & acceptum, vt ei plurimum auctoritatis, & fidei tribuant, atque laudibus extollant. Verum hæc directio etiam nato ingeret acutam corporis dyſcraſiam, vel capitis dolorem, & in oculis, præcipuè dextro, aliquid impedimenti, & afferet diſpendia multa, & in peregrinationibus aliquid ſiniſtri, & alicui ex fratribus, vel ſororibus, ſi quos tunc habuerit, illo anno aduerſabitur.

Horoſcopi directio ad ⚹ Solis denotat ſanitatem corporis & facultatum incrementa & opes creſcent, & fiet copia maior, plus ſolito natus venerabitur, & multos nouos & quidem non obſcuros ſibi conciliabit amicos, & faciet itinera honorata iuſſu ſui principis, vel cum ſuo principe itinera auſpicabitur, lucra, & honoribus accommodata, vel officium ei demandabitur opportunum.

Horoſcopi directio ad □ Solis denotat odium magni principis, vel indignationem nobilium, & malum nomen, & natus experietur graues moleſtias, plurima incommoda, dolos, fraudes, deceptiones cum omni ferè fortunarum iactura, & cruciabitur cholerica vel acuta alteratione.

Horoſcopi directio ad △ Solis faciet natũ magnanimum & munificum, qui ob ſuas ingenij dotes, magni Regis, ſeu principis beneuolentiam habebit: eritque illis gratus, & acceptus cum lucro, laude, & autoritate plurima, à quibus nonnihil emolumenti cum ingenti laude ſortietur & ab omnibus plus ſolito honorabitur, & multos non obſcuros ſibi conciliabit amicos, hoſtibus potentiores. Affluent etiam nato abſque ſudore, vel ab inſperato copioſa lucrorum præſidia. Erit igitur natus vltra modum fœlix, ſi quidem omnia ei ex ſententia ſuccedent.

♀ Horoſcopi directio ad corpus Veneris decernit nato, læta & proſpera corporis optimam ſanitatem, gaudia cum mentis atque animi tranquillitate, eritque natus gratus & acceptus mulieribus, & rebus odoriferis, annulis aureíſque catenis, & gemmis pretioſis, atque muſicis modulationibus plus ſolito oblectabitur: & erit natus propenſus ad diuerſos luſus, venereáſque illecebras, & crebras bibitiones. Nouo & quidem magnò capietur amore, aut reuiuiſcent veteris veſtigia flammæ: aliquod coniugium vel nuptias celebrabit, vel vxorem ducet formoſam, vel multa verba fient de ipſo coniugio.

Horoſcopi directio ad terminum Veneris rediget illo anno natum ad grauia, venereas voluptatum illecebras, & ad muſicam ſolito propenſiorem: erit tamẽ natus corpore robuſtus, benignus & magnificus & ad lauta conuiuia propenſus. habebit etiam fœlices ſucceſſus in ſingulis actionibus atque negotiis, & gratum conſortium cum virginibus & adoleſcentibus inibit.

Horoſcopi directio ad ⚹ vel △ Veneris præſagit tempus ſalubre, lætum, vtile, proſperum atque nimium fœlix, in quo natus ad iocos, luſus, choreas, muſicam, & lauta conuiuia & egregiam Venerem procliuior fiet, nuptias celebrabit, vel vxorem ducet formoſam, pudicam, diuitem & generoſam, ex qua ſobolem ſuſcipiet peruenuſtam. At ſi natus vitam duxerit eccleſiaſticam, aliquod beneficium vtile ſortietur, vnde opes creſcent, réſque hæreditaria, & fiet copia maior.

Horoſcopi directio ad □ vel ☍ Veneris ingeret dura animi tormenta, grauéſque moleſtias ex nimio amore, aut zelotypiæ titillationibus conceptas, non ſine magnis diſpendiis & cum nigra quadam nominis nota ipſo anno, eritque natus vitioſus corpore & vix coire poterit, aut ex nimio coitu & crapula ægrotabit, vel in gonorrhœam incidet: eritque annus ille inſalubris, non autem exitioſus, licet ex concubitu intemperato, & nimia bibitione, & crapula poſt coitũ & ante inciderit, & habebit multos inimicos ob inuidiam, & cum vxore vel amica lites, & iurgiorum contentioſa certamina ex zelotypia, aut vxor impudica imponet capiti cornua longa ſuo.

☿ Horoſcopi directio ad corpus Mercurij decernit quòd ita genitus illo anno ad ſcripturas, literarum ſtudia, & præcipuè oratoriam, poëticam facultatem, & mathematicas diſciplinas, & muſicam fiet ſolito propenſior, & propter egregias ingenij ſui dotes officiũ, ſiue beneficiũ ſortietur vtile, & glorioſum, & ex prouentibus eccleſiaſticis locupletabitur, & ab omnibus plurimum venerabitur, & in mercibus commutandis fortunabitur.

Horoſcopi directio ad terminum Mercurij efficit natum fidelem, recto iudicio ſemper ornatum, publicis rationibus præpoſitum, ad merces commutandas, ſcripturas, literarum ſtudia ſolito propenſiorem, atque fortunatiorem, & qui poëtica atque oratoria facultate mathematiciſque diſciplinis plus ſolitò oblectetur.

Horoſcopi directio ad ⚹ Mercurij ingenij acumẽ & ſolertiam excitabit ad diſciplinas capeſſendas. Erit



Digitized by Google

quippe natus procliuior ad literarum ſtudia, fietque eloquentior ſolito,& in quibuſcunque ſcientiis perdiſcendis multum proficiet:cum mercurialibus commercium inibit honoratũ,& in ſcripturis & mercibus fortunabitur:& ſuos conceptus eleganter enunciabit, & res naturæ ſecretas perſcrutabitur,& faciet iter cauſa legationis cum ingenti laude.

Horoſcopi directio ad □ Mercurij portendit annum fore litibus plenum & detrimentoſum in mercibus,& ſcripturis,vel ſeruorum rapinis atque expilationibus detrimenta minatur:cum mercurialibus ſcaturient lites,rixæ,iurgia,& controuerſiæ non ſine diſpendiis inopinatis:eritque annus aliquantiſper inſalubris,rationis & ſenſus contrarietate laborabit,nam eiſdem ipſis,quæ ſenſus offeret,ratio refragabitur,& quę rationi conſentanea videbuntur, ſenſus repudiabit:itaque nil agere audebit, licet laborioſus:ad nullos quippe actus arduos & neceſſarios aptus erit: & in mercibus damna aderũt, ſiue diſpendia multo maiora compendiis,& ex furtis damna,contentiones,& iurgia ſcaturient cum mercurialibus, decipietur in ſcripturis, contractibus & negociationibus ſuis.

Horoſcopi directio ad △ Mercurij decernit nato, quòd annus erit lucro & honoribus idoneus,& accõmodatus,negotioſus,atque opportunus:& natus propter egregias ingenij ſui dotes, plus ſolito venerabitur:quoniam ſuos conceptus eleganter enunciabit, & ex ſua modeſtia & ſolertia amabitur.At ſi natus eſſet expers literarum, ex mercibus, vel ſcripturis lucrabitur:vnde illi affluent opes abſque nimio ſudore, vel ab inſperato,reſque hæreditaria propagabitur, ac fiet copia maior.

Horoſcopi directio ad ☍ Mercurij denotat, quatenus illo anno natus ita erit à literarum ſtudiis alienus, eiuſque ingenij acumen atque ſolertia adeo hebetabitur,vt ſibimetipſi conſulere nequeat,& ad nullos ferè actus neceſſarius:& cum mercurialibus habebit lites,iurgia,& mutuas ſimultates,& ab eis decipietur in ſcripturis,contractibus ſuppoſititiis,ſimulatis,fictiſque ſermonibus, atque conſimilibus technis. Vnde in ſuis actionibus & mercibus cõmutandis impedimẽta,& ex aliqua ſua actione graues iacturas experietur.

☌ Horoſcopi directio ad corpus Lunæ, denotat quòd natus res varias atque diuerſa negocia pertractabit,& fœliciter abſoluet.Et ſi Luna fuerit bene affecta,decernit in ſingulis actionibus & peregrinationibus annum proſperum & fœlicem,& præſtabit nato corporis ſanitatem & gaudia.

Horoſcopi directio ad ⚹ Lunæ ſignificat,quòd natus res varias & diuerſa negocia pertractabit & perpulchrè abſoluet,cum honoris & lucrorum incremẽto non mediocri, & ad res nouas & hiſtorias enarrandas & audiendas ſolito propenſior,& quidquid illo anno auſpicabitur in ſui ipſius commodum conuertetur.Aliquod coniugium bonæ mulieris procurabit,vel de eo verba habebit.

Horoſcopi directio ad △ Lunæ efficiet natum charum & gratum mulieribus nobilibus & populis acceptum,atque ab iis laudum pręconia pollicetur, & inclitæ mulieris patrocinio lucrorum copioſa præſidia: & tandem annus erit fœlix & ſalubris nato & vxori ſuæ.

Horoſcopi directio ad □ vel ☍ Lunæ excitabit verba, & controuerſias cum matre,vel cum vxore,vel cũ amica ex zelotypia,& habebit natus contentioſa certamina,altercationes,lites & iurgia cum multis hominibus & mulieribus cum dedecore & diſpendio,& in peregrinationibus experietur multa pericula:& obnunciat præterea frigidas & humidas alterationes, & in oculis,præcipue ſiniſtro aliquid ſiniſtri.

Horoſcopi directio ad caput Draconis ex ſententia Arabum obnuntiat,quòd natus cum iouialibus, vt pote prælatis,ſeu Eccleſię cardinalibus commercium inibit vtile & glorioſum,nec non bonorum & honoris emolumentum, ſiue hæreditatis extraneæ portionem habebit.Decernit etiam bonam corporis complexionem & ſanitatem,& mentis tranquillitatem.

Horoſcopi directio ad Caudam Draconis decernit nato annum inſalubrem,inutilẽ & dedecoroſum, ſiue ignominioſum: minatur præterea febrem peſtiferam,ventris profluuium,ſeu dyſenteriam, & cholicã paſſionem:herniam,& gonorrhœam,& multa alia pericula corporis excitare conſueuit, & ideo ſi vitam habuerit charam,loca contagioſa effugiat.

Horoſcopi directio ad partem infirmitatis decernit inſalubritatem,quæ cito euaneſcit, niſi caput aliquantiſper indoluerit,idque ob debilitatem,quã à coitu nimio poſt crapulam contraxerit.

Horoſcopi directio ad partem mortis aliquod mortis periculum minatur ab hominum inſidiis:& ſi dicta pars fuerit infortunata,multa corporis diſcrimina ſignificabit,& infirmitates pernicioſas.

Horoſcopi directio ad partem futurorum contribuet lucrorum copioſa præſidia,reique familiaris incrementa,corporis ſanitatem & proſperitatem honoris & fœlicitatis inſignia, ſi hæc pars fuerit bene affecta.Si autem fuerit malè poſita, facultatum iacturas & corporis infirmitatem ſignificabit.

Horoſcopi directio ad partem fortunæ pollicetur ab inſperato vel ſine labore rerum mobilium incrementa.Si autem fuerit malè affecta, inferet iacturas illo anno in patrimonio,ſuiſque facultatibus ex rapinis ruſticorum,vel ſeruorum,ex lapidationibus, aut à martialibus incendia perpetrata, vel domeſticorum incuria,atque potentioris odio,alioqui ex ludis alearum & taxillorum,vel nimia prodigalitate, atque diſpendiis vanis.

Horoſcopi directio ad partem hęreditatis & poſſeſſionum nato aliquã pollicetur hæreditatis portionem,ſeu lucra ex rebus hæreditariis, vel rebus ſtabilibus bonum aliquod inſperatum ad ſuas manus perueniſſe admirabitur,lucrigerum fauſtumque tempus.

Horoſcopi directio ad partẽ regni inſinuat, quòd augebitur dignitas nati,& officium vtile & honoratum:vnde potenti autoritate præualebit potentiorum auſpiciis,quippe qui aliquam ſortietur dignitatem & vitæ commoda.

Horoſcopi directio ad partem victorię contra hoſtes præſtabit nato victoriam ipſius matre, & ingenij dexteritate:inimicorum improbitas & inſolentia peſſundabitur. Eritque annus ille ſalubritatis & hoſpitalitatis indicium:peregrinationes crebras decernit non longas. Si hæc pars fuerit in ſecunda domo,erit hoſtiũ triũphator,& lucra ab inſperato vel ſine labore ei aduenient.Si fuerit in tertia,peregrinatiões dabit breues.

Horoſcopi directio ad partem militiæ ſignificat, quòd natus ſi fuerit in ætate rei militari operam dabit, vel cum militibus conſortium inibit honoratum.

Digitized by Google

tum.

Horoſcopi directio ad partem cõiugij decernit cõiugium vtile, & opulentum cum ingenti lætitia: & natus illo anno nuptias celebrabit opulentiſſimas. Sed ſi hæc pars fuerit infortunata, ſignificat ex dote vxoris lites & controuerſias, nec erit natus fœlix in ipſo coniugio.

Horoſcopi directio ad partem amicorum ſignificat, quòd natus conciliabit ſibi multos nouos & non obſcuros amicos Iouios ſibi opportunos, ſi locus ille fuerit in Iouis hoſpitio, aut Venereos, Solares & Mercuriales, &c.

Horoſcopi directio ad partem inimicorum dabit nato multos inimicos ſibi infenſos, coniurantes in ipſius perniciem, diripientes eius bona.

Horoſcopi directio ad partem itinerum ſi fuerit bene affecta in ſignis terreis, natum ad itinera inclinabit terreſtria, in quibus lucrabitur: ſin in aqueis, natus illo anno per loca aquea peregrinabitur. Si pars illa fuerit infortunata, obnunciat multa pericula & incõmoda in illis.

### *De directionibus decimæ domus ad promiſſores ſequentes.*

♄ Decimæ domus directio ad corpus vel □ vel ☍ ſignificat, quòd contra natum irritabit Saturninos, vt pote ruſticos, agricolas, cerdones, furnarios, qui erunt in actionibus atque magiſterio nato moleſti, & pariter in eius perniciem coniurabunt, & ſpoliabunt natum omni dignitate atque honoribus. Subditi prætere & ſerui eius erunt illi admodum infenſi, & in dignitatibus & honoribus aduerſabuntur: & natus illo anno detinebitur melancholicis curis.

Decimæ domus directio ad terminum Saturni prouocabit Saturninos contra natum, qui priuent eum dignitate & honoribus.

Decimæ domus directio ad ⚹ vel △ Saturni ſignificat, quòd natus in ſuo magiſterio & actionibus illo anno ſeruabit grauitatem atque ſeueritatem quandã, & ab omnibus plus ſolito venerabitur, & commendabitur, & cum hominibus ætate grauescentibus cõtrahet amicitiam honoratam, magiſquàm vtilem, & decernit aliquam dignitatem cum pecuniarum diſpendio voluntario: immo potentioris auſpicio natum ad honoris inſignia, vel magiſtratum quempiam opportunum euehet. Circa opes cumulandas, & ædificia plus ſolito detinebitur, pro parentibus & ſenioribus ſuæ ſtirpis plurimum fatigabitur, & circa res hæreditarias erit admodum anxius & curioſus.

♃ Decimæ domus directio ad corpus, vel terminum, aut ad ⚹ vel △ Iouis, erit nato vtilis & glorioſa, fœlix, fauſta, atque ſalubris. Ita genitus anno illo elatum aliquem magiſtratum, ſiue dignitatem à quodã eccleſiaſtico conſequetur: & decernit ei prælaturam cum affluentibus fortunarum prouentibus, & lucrorum copioſa præſidia: laudem & bonum nomen ſibi vendicabit, & erit eccleſiaſticis negotiis occupatus, & apud potentiores, dignitate & gratia perſpicuus. Huiuſcemodi fœlix cælorum influxus, homines ex infima etiam atque ignobili proſapia oriundos ad clara honoris inſignia, immo ſuprema rerum faſtigia extollere conſueuit ſupra geniture ſubſtãtiam. alioquin ex interitu alicuius, hæreditatem aliquam nato contribuet: atque corporis valetudinem.

Decimæ domus directio ad □ vel ☍ Iouis excitabit alicuius prælati inimicitias, odia, & controuerſias: & ab illius inſolentia bonorum iacturas, & honoris diſpendia natus ſubire cogetur, & aliqui iudices, ſeu iureconſulti ob inuidiam de eius actionibus & magiſterio perperam obloquentur, & omni conatu natum impugnabunt illo anno, ſed parum obeſſe poterunt: & propter parentes, affines & pleroſque amicos multa aderunt diſpendia.

♂ Decimæ domus directio ad corpus, vel terminum Martis prouocabit nato iurgia cum viris martialibus, ipſius magiſterio aduerſantibus. ideo natus illo anno iras potentiorum, præcipuè martialium effugiat ni volet carceris diſcrimina, aut honoris incommoda ſubire.

Decimæ domus directio ad ⚹ vel △ Martis, denotat quòd natus illo anno haſtiludiis, armis, & equeſtri iaculatione delectabitur, & ab rege, ſeu principe Martiali, honor magnus in rei militaris diſciplina demandabitur, rerũmque Martialium curam geret: audax, intrepidus, imperioſus atque magnanimus, multò maiora facturus diſpendia quàm compendia: à militibus venerabitur, atque à multis timebitur, non ſine quorundam odio & inuidia, tamen multum lucrabitur propter dignum aliquod facinus in rei militaris diſciplina: vnde magnam ſibi laudem comparabit: Reperiet enim nouum aliquod ſtratagema, vel traiiciendi machinas tormentales, vel parandi hoſtibus inſidias, quibus illos funditus peſſundabit, vel ad publica officia deputabitur cum vitæ neciſque poteſtate.

☉ Decimæ domus directio ad corpus Solis, cum rege, vel principe amicitiã dabit honoratam, à quibus natus plus ſolito honorabitur venerabiturque: quippe qui fideliter atque ſolerter ſui regis negocia peraget, & abſoluere non ceſſabit, & hac ſpe ac fiducia ductus ad ſuos dominos confugiet, vt parentibus fiat opportunus.

Decimæ domus directio ad ⚹ vel △ Solis ab rege, vel magno principe genitus illo anno plurimis afficietur muneribus: pollicetúrque officium vtile & honoratum: eique publica munera conferentur: potentiores item ſummo fauore & beneuolentia proſequentur, quippe qui mutuam cum nobilibus inibit beneuolentiæ neceſſitudinem. Præterea hæc directio contribuet nato dignitatis officia, & magnorum virorum conſuetudines, quem rediget audacem, imperioſum, maganimum, munificum, ſed honoris appetentem, nihil humile cogitantem, nullius denique laudis auarũ. Quare ſingulas actiones ſuas eo dirigere conabitur, vt reipublicæ præſit, ſibique laudem, & claritatem pariat ex ſuis actionibus, & ſuis prodeſſe valeat.

Decimæ domus directio ad □ vel ☍ Solis obnunciat nato iras potentioris, illo anno litibus pleno, & ei malum aliquod inopinatum portenditur, ira & odio

odio ſui regis, ſiue nobilium. Voluntas enim illorum contra natum illa tempeſtate erit iniqua & impia, & nullis ab ipſo beneficiis afficietur: immo erit de carcere, aut exilio ſuſpicandum: adeò quidem quòd in omnibus fermè actionibus ita genitus impedietur, & cum dedecore detrimenta ſentiet. Illo anno etiam lędetur autoritas & dignitas nati ab aliquo equeſtris ordinis homine, quatenus ab omni publico munere priuetur, & à magiſtratu, ſi quem habuerit, diſcedere cogatur. Erit denique nato annus litigioſus, infauſtus & inſalubris.

♀ Decimæ domus directio ad corpus vel terminū aut ⚹ vel △ Veneris dabit nato conſortium gratum cum nobili muliere atque adoleſcentulis: & cum pleriſque venereis gaudia & iucunditatem contribuet: & fruetur dulci amicitia quorundam adoleſcentulorum, & genio indulgebit, ad Venerem egregiam & lauta conuiuia procliuior, rebus Venereis implicatus erit illo anno, ludis, iocis, choreis, cantibus, Venereiſque voluptatum illecebris capietur: & nuptias celebrare faciet, aliquam dignitatem & claros honores ſortietur, & publica munera pertractabit cum lucro & honore: ad alti quippe officij promotionem extolletur, & in ſingulis actionibus ſuis plurimum commendabitur, inclitæ mulieris patrocinio clarior, fiet illo anno votorum ferme omnium compos.

Decimæ domus directio ad □ vel ☍ Veneris erit damnoſa & infamis nato: tamen ipſe illo anno geniū non defraudabit: implicabitur præterea alterationibus pleriſque ex amore, vel zelotypia puellarum, vel adoleſcentulorum concitatis, famam ipſius nati aliqua ex parte denigrantibus: inclitæ etiam mulieris gratia lites & rixæ ſcaturient, vel cum Venereis iurgia ex nimio amore & zelotypia concepta.

☿ Decimæ domus directio ad corpus, vel terminum Mercurij: ſignificat quòd natus illo anno implicabitur in mercibus, vel ſcripturis, ſupputationibus arithmeticis, literarum ſtudiis, muſicis modulationibus & variis negotiis; ſolerti genio atque aſtu pollebit; & propter egregias animi dotes ei lucra cum honoribus affluent illo anno: nihilominus cerebri plerunque inuolutionibus agitabitur propter varias occupationes.

Decimæ domus directio ad ⚹ vel △ Mercurij denotat, quòd illo anno natus & in literarum ſtudiis multum proficiet, & ad ſcripturas erit procliuior ſolito, vel ad merces commutandas anxius: & in eis multum lucrabitur; & cum mercurialibus commercium habebit vtile & honoratum, ob ſuas præterea ingenij dotes egregias, ſolertiam atque dexteritatem aliquod officium vtile conſequetur, ſiue aliquem magiſtratum in republica lucrigerum ſortietur, aut honoratæ legationis munera ei demandabuntur: & in ſuis actionibus plurimum commendabitur: propter literas & ingenij dotes egregias laudabitur. Affluent præterea nato lucrorum copioſa præſidia ex potentiorum largitionibus: vel ad altum gradum promouebitur, ſiue aliquod in republica officium vtile & glorioſum conſequetur; & in mercibus & actionibus, vel magiſteriis ſuis fortunabitur: & fœlicitates ei ad vota illo anno ſuccedent.

Decimæ domus directio ad □ vel ☍ Mercurij denotat quòd Mercuriales viri ingenioſi ob inuidiam natum maximo proſequenter odio, & quidem mutuo: & illi liuore exagitati, dolis, inſidiis, mendaciis, variiſque technis in nati perniciem, & dedecus coniurabunt: & in eum facinus aliquod indignum machinabuntur, quatenus ab omni honore, officio, & magiſtratu, ſiquem habuerit illo anno deiiciatur.

☽ Decimæ domus directio ad corpus, vel ⚹ aut △ Lunæ decernit nato à populis honores plus ſolito maiores: & natus illo anno inclitæ mulieris neceſſitudinem inibit: cuius patrocinio officium aliquod vtile & honoratum ſortietur. Muliebribus quippe negotiis admodum occupatus lucrorum copioſa præſidia, & cum honoribus laudem ſibi comparabit, & in ſingulis actionibus ſuis commendabitur. Ducet præterea nobilem mulierem in ſponſam, aut mulier virum, & multa fient verba de connubiis ac nuptiis celebrandis illo anno. Eritque varium & mutabile tempus.

Decimæ domus directio ad □ vel ☍ Lunæ popularium odia, rixas, atque ſimultates contra natum irritabit, & in ſingulis ferè actionibus impediet, aut inclitæ mulieris gratia ei ſcaturient rixæ, iurgia, & controuerſiæ, & cum grauibus diſpendiis mutuæ cum aliquo ſimultates. muliebribus quippe illecebris atque negotiis implicatus pericula, contumelias, diſpendia, & graues animi anxietates prouocabit.

☊ Decimæ domus directio ad caput Draconis fœlicem decernit annum circa negociationes: & in omnibus actionibus fortunatum efficiet natum illo anno: & honoris inſignia ab Iouiis & Venereis, & in ſuis actionibus laudem.

☋ Decimæ domus directio ad caudam Draconis mala eſt & ignominioſa nato & eius actionibus: & obtenebrabit dignitates & honores nati, & in eius actionibus difficultatem dabit, & irritabit contra natum homines Saturninos, decernit præterea infirmitates in oculis.

Decimæ domus directio ad partem religionis, ſignificat, quòd natus illo anno religioni & diuino cultui plus ſolito deditus erit.

Decimæ domus directio ad partem fortunæ inſinuat quòd natus illo anno erit ad opes cumulandas admodum anxius, & rerum mobilium incrementa ſortietur: & pretioſam ſupellectilem congeret, & plus ſolito venerabitur à multis.

Decimæ domus directio ad partem regni decernit commercium vtile & glorioſum cum rege, vel magno principe, ſiue potentioribus, & circa regias actiones, & potentum virorum ſibi confœderatorum arduas prouincias detinebitur natus, & cum pleriſque hoſtibus pacis fœdera inibit.

Deci

Digitized by Google

Decimæ domus directio ad partem amicorum circa aduerſariorum cõciliationes verſabitur, & amicos pleroſque nobiles ſibi conciliabit, & cum amicis lætabitur, & vitam ducet quietam cum ſociis nobilibus.

Decimæ domus directio ad partem inimicorum natum in litibus, inimicitiis & contentionibus inimicorum cauſa implicabit, & cum pleriſque certamina decernet.

### *De directionibus Solis ad promiſſores ſequentes.*

♄ Solis directio ad corpus vel terminum Saturni, prouocabit illo anno indignationem principis Saturnini, vel nobilium contra natum: & experietur potentiores pleroſque Saturninos alieno contra ſe animo, & ipſorum perſecutiones cum ipſius dedecore ob inuidiam excitatas: & ipſe natus paternam ſubſtantiam magna ex parte dilacerabit: itaque bona fortunæ redigentur in nihilum. Obnunciat item nato capitis dolorem, & ventris, cordiſque imbecillitatem & alterationes melancholicas, ſiue febrem quartanam, bilem atram atque pituitam ingeret, grauibus cum infortuniorum cumulis, miſeriſque periculorum diſcriminibus implicabit, atque dignitatis depreſſionem, quinetiam languores ex vitioſis humoribus inferuntur, & vires fatigati corporis imbecillitate diducuntur: vnde corpus debilitabitur, ſtomachi, capitis cruciatus, tormina, ventriculi dolores, & cholicam paſſionem infert, quin & oculis præcipue dextro exitium cæcitatis impinget, ægritudinem chronicam, & pernicioſam decernet.

Solis directio ad ⚹ vel △ Saturni decernit nato lucra plurima, & honoris inſignia à potentioribus, ſeu principe Saturnino, quippe qui ita genitus illo anno alicuius altæ dignitatis promotionibus decorabitur, magnæ inſuper gloriæ poteſtatem & notitiam apud potentiores conſequetur: bonúmque nomen & fama in regiones etiam longinquas promulgabitur, nedum in propriis laribus, in ſuis item actionibus factus aliquantiſper ſeuerus, & imperioſus pluſquam conſueuerat grauitatem ſeruabit: lucra ſolito maiora nato affluent occaſione prędiorum, ſiue agriculturæ, vel architectoriæ, aut quæ ei aduenient ex aliqua hæreditate.

Solis directio ad □ vel ☍ Saturni, ab Saturninis & ſeruorum rapinis atque ruſticorum expilationibus detrimenta minatur: & in maritimis mercibus damna, ſiue naufragij diſcrimina, quin etiam honoris & alti gradus deiectionem: & experietur illo anno natus Saturninorũ odio variam fortunæ mutationem: & habebit honoris iacturam, dedecus, & nigrã ſui nominis notam, ſiue ignominiam: & eius conſilia malum ſortientur euentum: & etiam decernit nato valetudinis acerbæ periculum: & in oculis, præcipuè dextro, aliquid ſiniſtri decernitur.

♃ Solis directio ad corpus vel terminum Iouis conferet nato corporis ſanitatem, gaudia, animi tranquillitatem, & omnem quodammodo fœlicitatis ordinem: ex qua non paucos fructus cum aliqua honoris poteſtate, & notat lucrorum copioſa præſidia & publicam quandam eminentiam, ſiue officium, vel beneficium eccleſiaſticum, quod natus à ſummo antiſtite, vel rege, ſeu publicis magiſtratibus conſequetur, & apud potentiores gratiam & facilem auram: vel cum diuitibus & iuriſperitis, legum profeſſoribus vtilis & honoratæ fœdera amicitiæ inibit. Et inimici erunt eius amici: & ſuſcipiet filiorum pulchram ſobolem.

Solis directio ad ⚹ vel △ Iouis portendit honoris promotionem, ſiue magiſtratum, ſiue beneficium eccleſiaſticum cum diuitiarum affluentia non mediocri. Natus præterea ſudoribus, aſſiduo labore & ſolerti induſtria paternas ſubſtantiæ facultates cumulabit & conſeruabit: & peruenuſtam prolem ſeminabit illo anno, ſi fuerit in ætate idonea.

Solis directio ad □ vel ☍ Iouis exagitabit viros quoſdam Iouios, vtpote religioni deditos, ſeu prælatos, vel iuriſconſultos, diuites contra natum odio & ſtimulis: & habebit natus inimicos potentes ſeculares: ſed aduerſariorum improbitas conculcabitur: licet in principio ei plerumque inferiores præferantur: nihilo tamen minus ob ſuas ingenij dotes præclaras à ſummo antiſtite decorabitur honoribus.

♂ Solis directio ad corpus, vel terminum Martis rediget natum in conſiliis, cogitationibus, & actionibus ſuis inconſtantem & varium, eiuſque ſubſtantiam & expectationem deſtruet. Minatur præterea nato bilem rubeam cum capitis dolore acerbiſſimo, vtpote febrem cholericam & acutam, & in capite, ſeu facie vulnera, ſiue inſignem cicatricem ex ferro, vel igne, aut ſclopo: itaque ad necem vulnerabitur. Cum martialibus lites effugiat, & inimicorum inſidias, ni volet biothanatus interire.

Solis directio ad ⚹ vel △ Martis denotat, quòd natus cum Martialibus amicitiæ fœdera inibit, plus ſolito erit natus intrepidus, terribilis, animoſus & magnanimus. Regis præterea ſeu ducis, aut principis Martialis patrocinio ad honores, magnæque poteſtatis inſignia cum gloria & licentiæ auctoritate promouebitur, & in rei militaris diſciplina laudem & gloriam conſequetur: & ab omnibus plus ſolito venerabitur: ex ſuo marte atque ſagacis ingenij dexteritate aduerſariorum improbitatem & inſolentiã conculcabit.

Solis directio ad □ vel ☍ Martis ſignificat quòd natus habebit alterationem corporis acutam, & dirruet etiam conſiliorum fundamenta: & omnia propemodum infortuniorum genera denunciare videtur. Quare illo anno natus nullam rem arduam audeat, cùm ſciat ſe in omnibus ferè ſuis actibus infœliciter impediri. Eſt enim eiuſmodi directio inſalubris, litigioſa, & infœlix. Imminebunt etiam vitæ diſcrimina ex igne, vel ferro: quare prouideat ne illo anno ex ictu tormentalis machinæ, ſeu ſclopi interficiatur. Item iſte cælorum influxus, magni cuiuſdam Martialis principis, ſeu militis inimicitias, odia, & ſeditiones obnuntiat, & fortunatum rapinas, furta, & expilationes decernit.

Solis

Digitized by Google

☉ Solis directio ad ſui ✱ vel △ decernit nato altam dignitatis prærogatiuam patrocinio regis, vel magni principis:& à nobilibus honores ſolito maiores:atque lucrorum copioſa præſidia : altum inſuper pollicetur honoris gradum, & in rebus eccleſiaſticis primariam præpoſituram:vel in plebeios aliquod dominium.

Solis directio ad ſui □ denotat quatenus ob iram regis vel magni principis,ſeu potentiorum odia, indignationes,& inſidias,honoris,& fortunarum iacturas deguſtabit:quin & carceris,aut exilij incommoda,vel acutæ febris atrocitatem, non ſine capitis & ſtomachi cruciatu acerbiſſimo,grauem vtique ægrotationem acutam:& aquæ feruentis,aut ignis pericula,quin etiam honoris atque expectationis diſpendia.

♀ Solis directio ad corpus vel ad terminum Veneris ſignificat quòd natus erit ad muſicam,iocos luſus, ludos,gaudia,choreas,tripudia,veneteas voluptatum illecebras,& lauta conuiuia ſolito procliuior: nouo & quidem magno capietur amore,aut reuiuiſcent veteris veſtigia flammæ,cum pulchra & nobili puella cōmercium inibit gratum atque voluptuoſum :vxorem præterea ducet generoſam,diuitem atque venuſtam, vel fient verba multa de connubio: & natus ita peruenuſtam prolem ſeminabit:& tandem hæc directio dabit nato promotionem honoris & ad facultates acceſſionem , cum ſalubritate corporis & animi tranquillitate.

Solis directio ad ✱ ad △ Veneris magnum ſanè nomen mirabilémque expectationem, & diuinam penè famam,& honores nato decenit:qui non ſolum ab omni populo,& præcipuè venereis diligatur : ſed etiam ipſe miro quodam amoris affectu cæteros proſequatur.

Solis directio ad □ Veneris excitabit lites, iurgia & mutuas ſimultates ex amore vel zelotypia conceptas ,& propter amores inhoneſtos ignominiam: multóſque ſibi infenſos prouocabit inimicos.

☿ Solis directio ad corpus vel terminum , aut ✱ Mercurij ſignificat,quòd natus erit ad merces commutandas,vel ad ſcripturas & literarum ſtudia ſolito propenſior,& ob ſuas ingenij dotes egregias lucrabitur,& plus ſolito venerabitur: & mirabilem animi ſenſum pietatémque decernit,& natus habebit honoris inſignia, vel legationis officium & pertractabit negocia principum cum maxima ſua vtilitate.

Solis directio ad □ Mercurij concitabit contra natum criminationes,varias accuſationes,malum nomen & infamiā:quippe qui illo anno ſat litigioſo multos mercuriales atque primates viros ſuo magiſterio, & actionibus infenſos audiet, qui de ipſo perperam allatrabunt,deiicieturque de ſuis officiis mercurialibus,& coniicietur in lites & altercationes, ſuſtinebitque crebras atque varias calumnias : de falſo crimine,ſeu ſcripturis,aut pecuniis adulterinis accuſabitur. Animuſque nati grauibus perturbationibus implicabitur,& interdū cholerica alteratione conflictabitur.

☽ Solis directio ad corpus Lunæ nato oculorum aciem aliquantiſper hebetabit, vel cæcutientem illū efficiet:aliquā ingeret alterationē acutam, aut phlegmaticam,non ſine capitis,& ſtomachi doloribus: & cerebri inuolutionem excitabit,& vxorem dabit litigioſam,& inflato ſuperbiæ ſpiritu tumentem , atque imperioſam illo anno.

Solis directio ad ✱ Lunæ ſignificat quòd natus illo anno res varias atque diuerſa negocia potētiorum cum lucro & honore pertractabit, itinera honorata & proficua arripiet:& ſecundā fortunam in officiis atque magiſtratibus & in actionibus ſuis habebit, & plus ſolito venerabitur:& ducet vxorem diuitem,vel multa verba fient de coniugio: & augebit numerum amicorum.

Solis directio ad △ Lunæ ſignificat legationis officium:& quòd natus plurimos non obſcuros ſibi cōciliabit amicos, & aliquod ſortietur in populos dominium,à quibus plus ſolito diligetur,& honorabitur,atque diuitiarum incrementa conſequetur.

Solis directio ad □ vel ☍ Lunæ prouocabit multos potentes viros contra natum,& faciet varia ratione turbari,& mutari,quippe quòd interdum lucra quæpiam,interdum verò graues fortunarum iacturas obiiciet,vt ſit eius conditio valde ambigua, qui modo locuples & pecunijs abundet & exultet,modo egenus miſera vitæ ſubſidia oſtiatim quærere & efflagitare cogatur.In peregrinationibus grāde aliquod infortunium decernitur.Eritque occurſus admodum infauſtus & infeſtus oculis:efficiétque interdum, vt miſero ægritudinis cumulo atque contractione corpus dedecoretur. Cum mulieribus præterea , aut ipſarum gratia ſcaturient iurgiorum contentioſa certamina ob zelotypiam,atque inuidiam,ſiue quampiā muliebrem libidinoſamque cauſam.

☊ Solis directio ad Caput Draconis rediget natum gratum,& acceptum primatibus,quorum ope,& opera ad dignitates , & publica munia promouebitur.

☋ Solis directio ad Caudam Draconis aduerſabitur nati honoribus,& officiis:minatúrque aliquid dedecoris,fortunarum iacturas atque diſpendia, & in oculis præcipuè dextro non nihil impedimenti, phlegmaticam ſiue melancholicam febrem, atque peſtiferam nullatenus ſpernendam.

Solis directio ad partem infirmitatis,alicuius mēbri læſionem obnunciat,& grande aliquod impedimentum,& in oculis præcipuè dextro aliquid ſiniſtri.

Solis directio ad partem vitæ ſignificat infirmitatem corporis acutam cum periculo mortis.

Solis directio ad partem fortunæ decernit nato læta, & honorata munera & largitiones ab aliquo principe:rerum quippe immobilium vberiorem copiam,vtpote mundam atque precioſam ſupellectilem cum honore maximo.Illud idem portendere videtur locus dæmonis,& eius hoſpitator fœliciter collocati.

Solis

Digitized by Google

Solis directio ad partem hæreditatis decernit aliquam hæreditatis portionem,& lucra ab inſperato,vel ſine ſudore,tantáque nato affluet diuitiarũ copia,vt aliis locupletior habeatur atque plus ſolito fœliciſſimus reputetur.

Solis directio ad partem regni,pollicetur dignitatem,honores,potentiam,& altum gradum potẽtioris præſidio:adeo quod à multis tanquam princeps plus ſolito venerabitur.

Solis directio ad partem militiæ honores magnos pollicetur extra patriam in rei militaris diſciplina,non ſine multorum odio & inuidia.

Solis directio ad partem audaciæ pollicetur claros honores,& lucrorum copioſa præſidia à potentioribus,& quod natus plus ſolito venerabitur,& illo anno ob animi ſui magnitudinem , audaciam, & magnificentiam creſcet in precio & valore.

Solis directio ad partem coniugij , ſignificat quod natus,ſi illo anno vxorem non duxerit, aliquod aliud coniugium procurabit,ſiue nuptias celebrare faciet.

Solis directio ad partem filiorum ſignificat corporis optimam ſanitatem filiorum,ſi quos habuerit natus:annus denique pro liberis ſeminandis, & educandis erit idoneus.

Solis directio ad partem inimicorum ſignificat, quod natus implicabitur illo anno in litibus ſiue negotiis aduerſariorum:& ab hoſtibus detrimenta,& inſidias excitabit hæc directio & cum potentibus iurgia & lites : tandem cum honore natus præualebit.

Solis directio ad partem itineris decernit itinera honorata,quæ erunt bona vel mala , ſecundùm eius diſpoſitionem.

*De directionibus Lunæ ad promiſſores ſequentes.*

♄ Lunæ directio ad corpus vel terminum Saturni decernit nato mœrores,iras,luctus, triſtes cogitationes,curáſque grauiſſimas, quæ omnes impetus animi,& ſingulos actus perturbant,& impugnant, & nati corpus illo anno debilitabunt, febres melãcholicas,ſeu phlegmaticas excitabunt.

Lunæ directio ad ⚹ vel △ Saturni rediget natum pronum ad ædificia & expedienda ea, quæ ſpectant ad agrorum culturas,& res hæreditarias atque arduas,ad opes cumulandas anxium,& puteos effodiendos,& hortos irrigandos : cum agricolis conſortium decernit vtile,& quod cùm ſeneſcentibus amicitias inibit,& à nobilibus & à plebeis vtilitatem habebit,& apud illos bonum nomen: & ex quadrupedibus & agris lucrorum copioſa præſidia ſortietur.

Lunæ directio ad □ vel ☍ Saturni rediget natum pigrum,inertem , & tardum in ſuis negotiis, excitabitque ipſum ad triſtes atque melancholicas cogitationes,quibus vt plurimum perturbatus facile in humorum redundantiam, & febrem incidet phlegmaticam : implebitque animum nati variis curis,atque ſollicitudinibus & anxietate : quã mentis ægritudinem corporis lãguor neceſſario inſequitur.Illo inſuper anno plurima vndique cõfluent infortuniorum genera , & bonorum detrimenta,à ruſticis,& ſeruis furta,rapinæ,& expilationes,vel odio Saturnini principis , bonorum proſcriptio conclamabitur. Et cum vxore natus erit infortunatus.

Lunæ directio ad corpus vel terminum , aut ⚹ vel △ Iouis decernit natum lætum,alacrem, iucundum,& ſanitatem,&optimam corporis complexionem,hilaritatem , & mentis ſerenitatem contribuet,redigétque tales qui ſtudeant magnis mulieribus blandiri geſtu,ſermone,inceſſu , & omnibus modis complacere,populis prodeſſe,& nemini obeſſe.Dabit præterea diuitiarum incrementa,ſiue lucrorum copioſa præſidia abſque nimio labore magni Iouialis patrocinio,honoris inſignia, ſiue altitudinem,ſiue officium,aut beneficium vtile & honoratum,alioqui in populos iuriſdictionem & lucra ab inſperato. ♃

Lunæ directio ad □ vel ☍ Iouis ſignificat,quod natus erit talis,qui nunquam velit alienis ſubiacere poteſtatibus,ſed aliis fidenter reſiſtere audeat. Minatur præterea in dignitatibus quaſdam difficultates,faciétque natum variis & quidem arduis negociis implicatum,eiúſque animum repugnantibus affectibus fluctuantem,ſua tamen conſtantia, & probitate ſpretis,liuidorum atque inimicorum præcipuè Iouialium impugnationibus diuitiarum incrementa,& aliquam ſortietur dignitatem eccleſiaſticam,non ſine quadam difficultate , & diſpendiis,quoſdam Eccleſiæ prælatos, & iuriſconſultos ob inuidiam ſibi infenſos audiet,quippe qui de ipſo perperam obloquentur,ſed tandem fient amici, & vltro ſuam amicitiam efflagitabunt.

Lunæ directio ad corpus,vel terminum Martis decernit nato ægrotationem acutam cum corporis debilitate,& vitę periculo:ſignificat etiam cum martialibus diſſidia,lites,iurgia,rixas , atque contentioſa certamina.Ex ex ferro vel igne , aut ſclopo vulnera in capite,vel inſignes cicatrices dabit, vel caſu ab alto vitæ diſcrimina,à quibus ſi illo anno natus euaſerit,in Dei optimi maximi auxilium referri debeuerit enim miraculo adſcribendum. ♂

Lunæ directio ad ⚹ vel △ Martis denotat, quod natus illo anno erit animoſus,audax, fortis, imperioſus,in actionibus martialibus ſagax, induſtrius, atque agilis:Et animum habebit ſedatum ad ludos ſiue haſtiludia,& cum martialibus & militum ductoribus ſuauiorem inibit conuerſationem. Honoris autem & victoriæ cupidus, luxuriæ propenſior fiet illo anno.

Lunæ directio ad □ vel ☍ Martis excitabit ægrotationem cholericam ſatis acutã, alioquin læſionẽ à quadrupedibus & in oculo ſiniſtro cæcitatem ab inſidiis aduerſariorum natus illo anno ſibi prouideat,ne in capite vulnera , aut in fronte cicatrix infligatur.Erit tamen annus infauſtus,inſalubris & pernicioſus.

Lunæ directio ad corpus Solis acutam prouocabit alterationẽ,& in oculis nonnihil impedimẽti. ☉

Lunæ directio ad ⚹ vel △ Solis denotat, quod natus illo anno cum potentioribus conſortium habebit ſatis vtile & honoratum , & altæ mulieris patrocinio lucrorum copioſa præſidia, & à populis plus ſolito venerabitur, honoris item & victoriæ cupidus officij cuiuſdam occaſionem expectabit, fiet ditior & locupletior pinguioris quidem fortunæ , magni cuiuſdam principis , & inclitæ mulieris amicitiam inibit vtilem & hono

ratam,& cum eis lætus ſuauiter viuet:ab rege munera,vel officium vtile ſortietur.Erit tamen natus ad venereas voluptatum illecebras admodum propenſus cum ingenuis mulieribus:in peregrinationibus ſiue extra natale ſolum venerabitur: fietque votorum fermè omnium compos.

Lunæ directio ad □ vel ☍ Solis nati animum frequenter ad iram prouocabit,& cum plebeis, & nobili muliere,aut ipſarum gratia aduerſus natum irritabit odia,rixas,& iurgia:cum nobilibus contentioſa certamina atque varios ſermonis tumultus, populareſque ſeditiones, & contra natum illo anno magnatum ſimultates irritabit, non ſine multis diſpendiis atque dedecore. Erit igitur annus litigioſus,infauſtus. & inſalubris, quippequi capitis dolore & vehementi febre acuta natus cruciabitur.

♀ Lunæ directio ad corpus,vel terminum, aut ad ⚹ vel △ Veneris rediget natum ad iocos,luſus,gaudia,muſicam,lauta conuiuia, bibitiones, & venereas voluptatum illecebras ſolito propenſiorem: & illo anno etiam natus nouo capietur amore,aut reuiuiſcent veteris veſtigia flammæ: erit modicæ fornicationis,& ab omnibus propemodum curis atque ſollicitudibus, præterquam zelotypia ſolutus.Et conſequetur illo anno inclitæ mulieris prę ſidio,lucrorum copioſa præſidia, & cum maiori fœlicitate proſperis augebitur incrementis. Fietque natus ita multæ magnæque expectationis & famæ,cum optima corporis valetudine.

Lunæ directio ad □ vel ☍ Veneris dulciloqui ſermonis gratiam præſtabit nato, qui ingenium non defraudabit ad venereas voluptatum illecebras ſolito propenſior,alienos concubitus cum ingenti deſiderio dabit: & cauſa puellarum & adoleſcentulorum variis afficietur diſpendiis & dedecore:quippequi propter fornicationes, turpeſque concnbitus infamiam aliquam, nigramque nominis notam ſentiet.Cùm venereis præterea vel ipſorum gratia rixas,lites atque ſimultates ex amore atque zelotypiæ titillationibus conceptas habebit, & tandem hæc conſtitutio decernit infœlices nuptias,vel ex coniugio natus illo anno nullo fœlicitatis ordine ſubleuabitur:vel ab vxore iniuriam aliquam experietur.

☿ Lunæ directio ad corpus,vel terminum, aut ad ⚹ vel △ Mercurij ſignificat natum eloquentem,facundum,ingenioſum,ſagacem,callidum,verſutũ, interdum mendacem atque inconſtantem, eiuſque conſilia hac & illac vana cogitatione mutabũtur.Rediget enim natum optimi conſilij, elegantis facundiæ,& ad omnes diſciplinas & ſtudia literarum propenſiorem:& propter egregias ingenij dotes varias potentiorum negotiationes expediet,& cum mercurialibus & plebeis commercium habebit vtile & honoratum: affluent quippe lucrorum copioſa præſidia longe vberiora diſpendiis, & à longinquis regionibus placitura audiet: Et natus illo anno plurimos mercuriales ſibi conciliabit, à quibus lucrabitur,& honorabitur.

Lunæ directio ad □ vel ☍ Mercurij natum à bonarum literarum ſtudiis auertere faciet, & ab eruditorum hominum conſortio diſcedere, cum facinoroſis autem conuerſari neutiquam erubeſcet, ſuaque mentis atque conſiliorum inſtabilitate fulcitus,prauæque opinionis deceptor & mendax obſtinata mente cum moleſtia quapiam ſermonis facundia ſuam perfidiam obnixe tueri conabitur. Tamen contra natum iras mercurialium,effrenatę multitudinis impetum, populares ſeditiones, & metuenda diſcrimina alicuius ſceleris cauſa,veluti ex falſis ſcripturis, ſeu contractibus prauis, aut pecuniis adulterinis,ſeu publico quodam fœnore, in cœtu publico eum maligna vox populorum infeſtabit.

Lunæ directio ad ſui ⚹ vel △ denotat,quatenus ☽ illo anno natus res varias atque diuerſa negocia fœliciter abſoluet, & in cũctis ferè actionibus ſuis lætam ſortem expectabit:luxuriæ auidulus fiet, & ad itinera ſolito propenſior erit toto fermè illo anno & extra patriam lucrabitur,& venerabitur & gloriæ cupidus officij, ſiue dignitatis occaſionem expectabit, & à populis atque generoſa quadam muliere aduenient ei lucrorum copioſa præſidia, atque honores ſolito maiores,

Lunæ directio ad ſui □ rediget corpus nati languidum,& in oculo ſiniſtro aliquod accidens, & ægritudinem frigidam & humidam dabit nato. Itinera illo anno erunt infauſta, & in terris & in aquis,eritque annus litigioſus cum plebeis & mulieribus vel ipſarum cauſa iurgia ſcaturient.

Lunæ directio ad caput Draconis portendit nato facultatum incrementa,& honoris inſignia Iouialium & venereorum,ſiue mulieris generoſæ patrocinio:item animi tranquillitatem, gaudia, & corporis ſanitatem. ☊

Lunæ directio ad Caudam Draconis coniiciet natum in vehementes animi motus, iram, & contentiones cum Saturninis & martialibus: & dabit nato alterationem corporis melancholicam, ſiue phlegmaticam,& in oculo ſiniſtro aliquod malũ. ☋

Lunæ directio ad partem Mortis pollicetur ægrotationem corporis:eritque annus lugubris,vel propter negocia mortuorum,ſiue hæreditarias res graui quapiam moleſtia detinebitur.

Lunæ directio ad partem fortunæ contribuet nato diuitiarum incrementa,mundam quippe vel pretioſam ſupellectilem:& ex conſequenti altiorē gradum atque honoris inſignia.

Lunæ directio ad partem lucri, ex mulieribus, vel plebeis lucrorum copioſa præſidia portendit: annumque opportunum non ſine pleriſque diſpendiis,tamen maiora affluent compendia.

Lunæ directio ad partem regni ſignificat, quod natus à populis,militibus, & ſeruis plus ſolito venerabitur & laudabitur.

Lunæ directio ad partem coniugij, proſperitatem decernit in coniugio & nuptiis celebrandis illo anno.

Lunæ directio ad partem filiorum ex liberis gaudia portendit,vel ſobolem ſuſcipiet.

*De directionibus partis fortunæ ad promiſſores ſequentes.*

Partis fortunæ directio ad corpus vel □ vel ☍ Saturni decernit nato lapidationes bonorum tam mobi

mobilium quàm immobilium & in re familiari iacturas propter ſaturninorũ rapinas, furta, & expilationes, aut propter ludos alearum & taxillorum cum Saturninis.

Partis fortunæ ad ⚹ vel △ Saturni, aliquam rei familiaris congerendæ pollicetur occaſionem: fiet vtique acceſſio bonorum ex agricultura, aut ex rebus hæreditariis ſiue ſtabilibus, vt pote ædificiis conſtruendiſque ædibus, vel re nautica: & dabit nato aliquam vtilitatem ex patrocinio cuiuſdam principis Saturnini.

♃ Partis fortunæ directio ad corpus vel ⚹ aut △ Iouis decernit, quatenus magni principis iouialis patrocinio ita genitus munera rerum quippe mobilium ſortietur, vel beneficium eccleſiaſticum vtile & honoratum, vnde ei non mediocris diuitiarũ cumulus accedet. Deinde in cunctis actionibus atque potentiorum negotiis adminiſtrandis natum rediget fortunatum, fœlicem, laudatum & honoratum, & ipſe amplas pro ſuis liberis congeret facultates illo anno.

Partis fortunæ directio ſignificat detrimẽta fortunarum cauſa iouialium aut ex litibus contra iouiales diſpendia maiora emolumentis ſiue compendiis.

♂ Partis fortunæ directio ad corpus vel □ aut ☍ Martis efficit vt natus magnam rei familiaris iacturam patiatur, vel ex ludis alearum, vel taxillorũ deperdat ſuas facultates, & ſpolietur à militibus, vel ſicariis & latrocinantibus, viarum obſeſſoribus ſiue prædonibus, & à ſeruis deprædetur, vel in ædibus incendium patiatur.

Partis fortunæ directio ad ⚹ vel △ Martis, auget rei familiaris facultates martialium perſonarum auſpiciis, aut ex rei militaris diſciplina, veluti ex gubernatione militum, aut ex emptionibus & venditionibus armorum, equorum, earumque rerum, quæ ad militiam ſpectant.

☉ Partis fortunæ directio ad corpus Solis, diſpendia decernit honorata honoris gratia: vel magni principis, vel vt aliis liberalis & munificus videatur.

Partis fortunæ directio ad ⚹ vel △ Solis decernit tempus anni illius idoneum honori & commodo, & contribuet lucrorum copioſa præſidia ab rege, vel magno principe.

Partis fortunæ directio ad □ vel ☍ Solis, detrimenta minatur ex litibus, iacturáſque bonorum patrimonij ex odio, vel ira potentiorum, & propter accuſationes criminoſas diſpendia atque incommoda.

♀ Partis fortunæ ad corpus, vel ⚹ aut △ Veneris pollicetur ab amicis venereis, vel mulieris præſidio ſiue largitionibus diuitiarum incrementa, & lucrorum copioſa præſidia. Nam iſte cælorum influxus fœlix reputatur ex hæreditatibus, quippe qui non paucas largitur ſubſtantiæ facultates.

Partis fortunæ directio ad □ vel ☍ Veneris, cũ mulieribus vel venereis, aut ipſarum gratia excitabit lites, iurgia, & controuerſias, & rixas ex zelotypiæ titillationibus conceptas: & captus amore, ad lauta conuiuia propenſior multa facturus diſpẽdia, genium nõ defraudabit: ſed non deerunt lucra cum difficultate & ſudoribus acquiſita, nihilominus hæc directio diſſipat nati facultates ratione meretricum, vel cynædorum rapinis atque expilationibus aſſiduis cum magno dedecore.

☿ Partis fortunæ directio ad corpus vel ⚹ aut △ Mercurij nato ſecundã pollicetur fortunã, minimè ſpernendam occaſione mortuorum, vt pote ex rebus hæreditariis, aut ex mercibus, ſiue ſcripturis, & computationibus lucrorum copioſa præſidia, & ſagacis ingenij dotibus atque ſolertia: in negotiis adminiſtratio commoda decernitur. vnde natus ab omnibus commendabitur & venerabitur illo anno. In diſputationibus, negotiis mercurialibus, & claris actionibus prævalebit ſuis æqualibus. In peregrinationibus, ſiue extra natale ſolum lucra aderunt multo affluentiora diſpendiis.

Partis fortunæ directio ad □ vel ☍ Mercurij: cũ mercurialibus excitabit rixas atque iurgiorum cõtentioſa certamina, & in mercibus, ſiue ſcripturis falſis, vel pecuniis adulterinis, aut fœnore detrimenta afferet, cum nigra nominis nota, & à ſeruis rapinas, item ex ludis taxillorum, & alearum iacturas, annus tamen vtilitati & commodo magiſquã bonorum lapidationi atteſtatur.

☽ Partis fortunę directio ad corpus, vel ad ⚹ aut △ Lunæ, ex largitionibus, ſeu patrocinio nobilium mulierum augebit diuitias, dabitque lucra à plebeis abſque nimio ſudore, & ex conſequenti natus plus ſolito venerabitur. Nat' ergo locupletior fiet extra patriam, ſiue in peregrinationibus per varias mundi regiones, alioqui à potentioribus, ſiue inclita muliere huc illuc nuntius deſtinabitur, & in legatione illa multum lucrabitur, & plus ſolito venerabitur.

Partis fortunæ directio ad □ vel ☍ Lunæ minatur detrimenta & iacturas ex mercibus, quin etiam diſpendia maiora compendiis, & propter lites cum nobili muliere, & plebecula fortunarum expilationes.

☊ Partis fortunæ directio ad Caput Draconis, auget, fortunam nati, atque diuitias iouialium, aut venereorum auſpiciis.

Partis fortunæ directio ad Caudam Draconis, dabit iacturas, & diſpendia multa, quandoquidem diſſipare conſueuit maternas facultates à Saturninis & martialibus, aut ex aliquo incendio, vel rapinis militum.

*Quomodo ea quæ in hoc libro de euentibus dicta ſunt, ad vſum ſint accommodanda.*

Pro dictorum omnium intelligentia, vt tyrones diſcant & intelligant meas lucubrationes ponam pro exemplo prognoſticationem nonnullarum natiuitatũ, ex qua quilibet Aſtrologus, ad earum imitationem componere poterit ſua iudicia. A



Digitized by Google

*De directionibus huius Natiuitatis.*




CVM ſuperius de accidentibus corporis,animi,& fortunæ dixerim, ſequitur,vt loquar nunc de temporibus quibus erit in his rebus magis idoneus hic natus, incipiens ab annis 31. currentibus, quod directio Lunæ ad Mercurij terminos venit, quæ quidem directio animum nati eruditis cogitationibus reficit, & auidum facit earum artium, quæ Mercurio tribuuntur: quare Mercuriales ſectabitur, qui viciſſim eum amore,& omni officiorum genere proſequentur. Et in acquiſitione ſubſtantiæ fortunam proſperam habebit natus,& bonum ſucceſſum in rebus ſuis. Verum habebit ingenium ſegne & turbulentum: ita quod natus ſæpe neſciet ſibiipſi conſulere. Item talis directio etiam annunciat nato aliquod bonum, ex qua cauſa magnam lætitiam in corde ſuo accipiet, nihilominus denotat, quod ſpes & fiducia nati ſæpe deſtruetur, & cum amicis erit infortunatus, vel aliquis ei amiciſſimus morietur, & cauſa alicuius ſcripturæ natus habebit aliquod damnum,& in itineribus erit infortunatus.

Anno 32. ætatis eius labente directio horoſcopi ad terminos Mercurij, ſignificat quod natus agiliorem & habiliorem ſe ingenio & intellectu fieri perficiet ad artes mechanicas,& ad omnia ea, quæ de Mercurij natura ſunt, vt Mercatura & ſimilia. Magno autem ſtudio ad eandem ſe conferet,& fœliciter hoc tempore cum mercurialibus conuerſabitur,quibus ſe miro ſtudio conformari cupiet: ſed Lunæ directio ad Saturni terminos mouet natum ad triſtes & melancholicas cogitationes,quibus perturbatus & agitatus facilè in febrem incurrat ex humorum redundantia. Hic occurſus implicat natum multis curis,& ſollicitudinibus,& anxietate animi,quaſi opprimit,quam mentis ægritudinem,neceſſario corporis lãguor,& alia incommoda valetudinis comitantur. Et habebit inimicos potentes & fortes. Vnde natus non præualebit cõtra eos; ſed reddit hæc conſtellatio eloquentiorem ſolito natum.

Anno 33. currentæ ætatis eius directio Medij cæli ad Veneris terminos per matronarum,& mulierum fauorem euehit natum ad aliquem honorem & facit,vt conſequatur publica munera à perſonis de Veneris poteſtate. Cæterum actiones ſuas, ſtudia,& artes vtiliter & cum dignitate natus tempore huius occurſus exercebit: ſed in rebus immobilibus aliquod damnum & incommodum patietur: ſignificat etiam expeditum in negotiis, non hæſitantem, illuſtrem & omnibus cognitum, & quod erit natus gratioſus maximè ſuo principi,& adipiſcetur maximam potentiam circa finem anni: ſed cum ſeruis erit infortunatus.

Anno 34. currente ætatis eius cæli poſitio minatur nato aliquod periculum cauſa animalium & diſpendia multa: & in quibuſdam rebus facit inconſultum,& iracundum & inconſideratè res tractantē: atque his in cauſis vndequaq; infœlix erit, & cũ iactura exiſtimationis & rei. Verum cum mulieribus fortunatus erit natus,& cauſa alicuius mulieris habebit bona & vtilitatem maximam, & ſignificat nato multitudinem fortunarum,& proſperitatē & quod rerum ſperandarum proſperum & fortunatum conſequetur effectum. dat etiam multos, bonos,fideles,& vtiles amicos, & efficit,vt habebit bonum finem rerum deſideratarum.

Anno 35. currente ætatis eius directio medij cæli ad Solis trigonum efficit,vt magnates equeſtris ordo,& in genere omnes magiſtratus, in natū honores conferant,& eum ſummo fauore & beneuolentia proſequantur, eique publica committant munera. Porrò hic occurſus natum quoque facit magnanimum, honorum appetentem, nihil humile cogitantem,& nullius rei præterquam laudis auarum. Quare omnes actiones ſuas natus eo diriget vt reipublicæ proſint,& ſibi laudem,& claritatem pariant, quam de ſui natura comitantur commoda quamplurima. Vnum etiam adijciam, quod etiam ex aſtris ei datum eſt, ſcilicet, vt gratus ſit his, q̃ ſibi benefecerint, ſed cõtra inimicos habeat victoriam quorũ vnus morietur. Itinera plura ſed breuia & commoda peraget natus.

Anno 36. currente eius ætatis directio Lunæ ad Martis terminos, diſſidia & contentiones nati cũ martialibus ſuſcitabit, qui animi motus facile occaſionem præbuerint mutationi alicui periculoſæ corporis nati,& tandē patietur aliquod periculum ex dictis in natiuitate notatis. quoniam Saturnus contrariatur Marti, ideo in periculis erunt timores: ſed in acquiſitione ſubſtantiæ erit natus infortunatus, & multa bona perdet natus in hoc

anno

anno licet prudens & ingenioſus fiat natus. Item plurimos inimicos potentes & fortes ſignificat hic occurſus,& tandem in hoc anno in multis rebus fortunam prauam experietur: annus ergo iſte infauſtus erit.

Anno 37.currente ætatis eius directio Solis ad Lunæ quadratum,vulgi odium in natum commouetur:quare ſe præparet natus aduerſus vulgi oblocutiones & calumnias.hic occurſus ſecreta & arcana nati in lucem profert, & eſt inſuper infeſtus oculis.Item ingenium optimum & profundiſſimū, tardum tamen,& turbidum præſtat, & conuerſationem gratam.Sed in honoribus adipiſcendis, ac diuitiis atque amicis comparandis fœlix erit. Et ſi vxorem habebit , ipſa pariet filium maſculum, vel annuntiat hæc directio nato aliquod bonum, ex qua cauſa ille magnam lætitiam in corde ſuo accipiet:& ſi itinera faciet,erunt cum periculo latronum,vel aliorum infortuniorum, & humores in corpore ex diſcordia inter ſe corrumpentur, & tunc fiet natus debilis, & patietur animi infirmitatem.

Anno 38.currente eius ætatis cæli conſtellationes promittunt nato multa bona in hoc anno.Vnde ex itinere honor,ex honore erit lucrum, & faciunt promptum,fortem,magnanimumque hominem ſtudioſum diſciplinis & negotiis tractandis habilem.

Anno 39.currente ætatis eius directio orientis ad Iouis terminos,promittit nato corporis bonā & proſperam valetudinem.Item fœlices ſucceſſus in conuerſationibus & negotiis cum prælatis, iure conſultis & preſtantibus viris equeſtris ordinis,ac facile impetrabit in hoc anno quæ à prædictis petierit:imo negocia,& quicquid ſuſceperit ex voto & animi ſententia ei ſuccedent, & præcipue ad rē familiarem & opes augendas proſpera omnia experietur,& habebit fortunam maximam in acquiſitione ſubſtantiæ & in bonis immobilibus, video eum aliquod bonum ſuſcepturum ex ratione ſuæ induſtriæ.

Anno 40.currente ſuæ ætatis cæli poſitio promittit maximum honorem ac dignitatem, & diuitias mediocres pollicetur: dona tamen ab aliquo magno viro decernit: item præbet amicos, diuitias,& honores & in actionibus fœlicem ſucceſſum:quia erit inſignis eruditione, ingenio & prudentia.Sed video aliquod damnum in rebus immobilibus eius in hoc anno,& quòd erit infortunatus circa ſuos amicos,quorum vnus ex illis morietur. Verum multa & magna circa actus venereos ſignificant cæli conſtellationes,& erit non ſolum gratiſſimus cuidam magno principi: ſed etiam maximas res tractabit ipſe natus.

Anno 41.currente eius ætatis directio Solis ad ſui ſextilem decernit nato altam dignitatis prærogatiuam patrocinio Regis,vel magni principis, & à nobilibus honores ſolito maiores, atque lucrorum copioſa præſidia,altum inſuper pollicetur honoris gradum,& in rebus ſuæ patriæ aliquod officium, ſiue præpoſituram, vel in plebeios aliquod dominium.Item ſignificat,quod nouos amicos habebit vtiles ac fidos, ac nobiles ,ac bonam fortunam cum illis,ſpem & fiduciam bonam in rebus,& quod ſpem ſuam conſequetur ſine perditione, & ſpes eius non erit vana,ſed pro maiori parte obtinebit ſuum propoſitum.Erit ergo annus hilaris, & fœlix in omnibus rebus. Verum ſi faciet aliquod iter,in illo incommodum patietur.

Anno 42.currente ætatis eius directio horoſcopi ad Solis diametrum ſignificat mentis inuolutionem,& producit hic occurſus inæqualitatem fortunæ.Quo tempore etiam ſuſpectam habeat amicitiam regum , principum & magnatum. Eos nanque à ſe alienos ſentiet,& niſi ſibi loco cauerit , in pericula & damna ab ipſis incurret. Item aſſiduā cogitationem venereorum præſtat, vt nunquam quieſcat:ſed dat conſtantiam in agendis. Vnde actiones ſuæ benè ſuccedent, & amicos martiales comparabit, qui erunt ei infeſti, & hoſtes ſi quos habebit,partim ei reconciliabuntur, partim deperibunt. Verum inimicitiam cum vilibus hominibus,valentibus minus ſe habebit, ideo vincet inimicos,& aduerſarios ſuos.

Anno 43.currente,eius ætatis directio medij cæli ad Mercurij trigonum denotat,quod in hoc anno natus ad mercaturam erit multum propenſus, & ad ſcripturas procliuior ſolito:vel ad merces cō mutandas anxius, & in eis multum lucrabitur, & cum mercurialibus commercium habebit vtile & honoratum, ob ſuas præterea ingenij dotes egregias,ſolertiam atque dexteritatem, aliquod officium vtile proſequetur ſiue fauorem,ſiue aliquem magiſtratum in patria ſua lucroſum ſortietur aut honoratæ legationis munera ei demandabuntur, & in ſuis actionibus plurimum commendabitur, propterq; ingenij dotes egregias laudabitur. Affluent præterea nato lucrorum copioſa præſidia,& ſua induſtria, & cum mulieribus erit fortunatus: ſed aliquis filius morietur ei.Et erit procliuior ad faciendum itinera,in quibus recipiet aliquod malum.

Anno 44.currente eius ætatis directio Medij cæli ad terminos Iouis,erit nato vtilis & glorioſa,fœlix,fauſta atque ſalutaris. Ita genitus hoc anno magnum aliquem honorem, ſiue dignitatem à quodam iureconſulto,ſiue prælato, aut equeſtri milite conſequetur,& decernit ei lucrorum copioſa præſidia ex aliqua ſua nobili actione. Vnde laudem & bonum nomen ſibi vendicabit,& erit in eccleſiaſticis negotiis occupatus,& apud potentiores dignitate & gratia perſpicuus. Multiplicat etiam hæc conſtellatio ſpem & fiduciam,dat lætitiam, honorem & vtilitatem à magnis principibus , ſiue dominis:& à populis acquiret ea quæ deſiderabit, & inimici nati contra eum non præualebunt.

Anno 45.currente ſuæ ætatis directio medij cæli ad Veneris trigonum dabit nato conſortium gratū cū muliere nobili atque adoleſcētulis , & cū pleriſque Venereis gaudia & iucūditatē cōtribuet, & fruetur dulci amicitia quarundam adoleſcētularū,& genio indulgebit, erit ad Venerē egregiā & lauta cōuiuia procliuior, reb' Venereis implicatus

hoc anno ludis,iocis,choreis,cantibus, venereiſque voluptatum illecebris capietur,& claros honores ſortietur,& in ſingulis actionibus ſuis plurimum commendabitur, inclitæ mulieris patrocinio clarior, fiet hoc anno votorum fermè omniũ cõpos,& in acquiſitione ſubſtãtiæ fortunatus erit.

Anno 46.currente ætatis ſuę directio Medij cæli ad trigonum Martis denotat honores, dignitates,magiſtratus,aut publica officia à Martialibus, vel eorum gratia conſequetur,eritque natus audax, intrepidus, imperioſus atque magnanimus, multa maiora facturus diſpendia quàm compendia,à militibus venerabitur,atque à multis timebitur non ſine quorundam odio & inuidia. Verum natus erit in periculo mortis, & accident ei varia diſcrimina periculorum & accidentium: ſed cum Dei adiutorio ab omnibus liberabitur. Nam Lunę eclipſis celebrabitur in loco Solis ſuæ natiuitatis in hoc anno,videlicet in 9.gradu Cancri.

Anno 47.currente ætatis ſuæ directio Lunæ ad corpus Solis acutam prouocabit alterationem, & tribuet in oculis nonnihil impedimenti, & minatur mortem vxoris, & prouocabit animum nati ad iram frequenter, & iracundum reddet. Item magnates inſtigat,vt aduerſus natũ ſimultates ſuſcipiant: Verum augebit opes ſuas cauſis inopinatis, quare in rebus ſubſtantiæ,negocia ex ſententia benè ſuccedent, & in mercatura fortunam proſperam habebit,& annuntiat nato, quod ipſe obtinebit pro maiori parte ſuum propoſitum, & rerum ſperandarum conſequetur effectum.

Anno 48.currente eius ætatis directio Solis ad Martis diametrum dabit nato aliquam calamitatẽ, quæ erit parui momenti.faciet tamen natus expenſas effuſas & ſpes & fiducia nati deſtruetur, & non habebit natus illud quod deſiderat.tamen erit prudens & ingenioſus & erit animus eius anceps in rebus ſuis,& audax in abſoluendis ſuis negociis: tamen in actionibus ſuis erit fortunatus, & eis benè ſuccedent actiones, adeo quod ipſe non erit iterũ ad reiterandas illas propenſus.

Anno 49.currẽte ætatis eius directio horoſcopi ad diametrũ Mercurij notat, ꝙ non pauca infortunia & cõtentiones natũ excipiet,maximè mercurialiũ gratia,à quibus in cõtractibus & aliis mercurialibus negotiis decipietur,& ſuas res amittet furto, confictis ſermonibus,falſis rationibus & ſimilibus technis,& erit procliuior ad alia pericula, Videlicet ad patiendum aliquod damnum ab animalibus,ab inimicis occultis & à catarrho, tamen inimici eius contra eum non præualebunt cauſa amicorum nobilium potentium, qui erunt in virtute potentes & fortes.

Anno 50.currente eius ætatis directio horoſcopi ad diametrum Veneris faciet annum infauſtum cauſa mulierũ.Sed anno 51.directio Lunæ ad Mercurij terminos producet annum ſalutiferum cauſa Mercurialium. Et anno 52. directio horoſcopi & Solis ad Saturni terminos producet infirmitatem continuam,quæ erit cum periculo vitæ.Si enim euadet à mortis periculo: naſcetur ei mors in anno 58.currente eius ætatis,eo quod Lunæ eclipſis celebrabitur in ſuo horoſcopo ferè gradu partili. Et hæc de hac genitura dicta ſufficiant. Oremus Deum,qui ſupra ſidera eſt,ipſaque mouet,regit,& ſuo nutu gubernat,vt influxus bonos euenire permittat,malos autem auertat,tollat,ſeu mitiget. Poteſt etenim, & vtrumque efficere poteſt.

*Cuiuſdam epiſcopi Natiuitas.*




*Di directionibus.*

POST enarrationem accidẽtium corporis,animi,& fortunæ,dicemus de temporibus, in quibus natus erit magis idoneus ad hæc accidentia, & incipiam ab anno 48. currente tuæ ætatis:in quo occurrit directio Lunę ad Mercurij ſextilem, quæ animum tuum eruditis cogitationibus reficit,& auidum facit earum artium, quæ Mercurio tribuũtur.Quare Mercuriales ſectaberis, qui viciſſim te amore, & omni officiorum genere proſequentur. Hic occurſus etiam ſignificat te expeditũ in negotiis, nõ hæſitantem,illuſtrem & omnibus cognitum: attamen gratioſus maximè tuo regi eris ob Solis& Lunę ſitum,& dona exigua ab eo recipies in hoc anno. In honoribus adipiſcendis ac diuitiis atque amicis comparandis fœlix eris,inſignis et iam eruditione, ingenio,& prudentia.Mercurius nãque præbet amicos, diuitias, & honores,cæterique planetæ tibi annum

ciant

ciant aliquod bonum, ex qua cauſa magnam lætitiam in corde tuo accipies.

Anno 49. currente tuæ ætatis directio Solis ad Lunæ quadratum vulgi odium in te commouebit: quare te præpares aduerſus vulgi oblocutiones & calumnias. Hic occurſus ſecreta & arcana tua in lucem prolaturus videtur, & prouocaturus multos potentes viros contra te, & conturbaturus te varia ratione: quippe qui interdum lucra quæpiã, interdum verò graues fortunarum iacturas obiiciet, vt ſit tua conditio valde ambigua, qui modo locuples abundes & exultes, modo perdas multa bona. In peregrinationibus eris fortunatus & lætus, vt inſinuat directio horoſcopi ad Iouis Antiſcium, & Lunæ ad quadratum ipſius Iouis, quæ directiones pollicentur ex itinere honorẽ, & ex honore lucrum. Veruntamen in quibuſdam rebus faciente inconſultum, & iracundum, & inopinato res tractantem, atque bis in cauſis vndequaque infœlix eris, & cum iactura exiſtimationis & rei.

Anno 50. currente tuæ ætatis directio medij cœli ad Iouis terminos, erit tibi vtilis & glorioſa, fœlix, fauſta, atque ſalubris. Quoniam conſequeris aliquam dignitatẽ, ſiue officium, & decernit tibi prælaturam cum affluentibus fortunarum prouentibus, & lucrorum copioſa præſidia. Laudem, & bonum nomen ſibi vendicabit, & eris in eccleſiaſticis negotiis occupatus apud potentiores, dignitate & gratia perſpicuus. Huiuſcemodi fœlix cælorum influxus, homines & infima etiam atque ignobili proſapia oriundos ad clara honoris inſignia, imo ſuprema rerum faſtigia extollere conſueuit ſupra genituræ ſubſtantiam: aliquando ex interitu alicuius, hæreditatem aliquam nato contribuet, atque corporis valetudinem. Quare adipiſceris maximam potentiam, & amicitiam arctam cum aliquo principe habebis: ex qua cauſa polliceor tibi maximum honorem & victoriam contra inimicos & aduerſarios tuos, & quòd eris pro regimine prudens & ingenioſus.

Anno 51. currente tuæ ætatis directio Solis ad Veneris trigonum magnum ſanè nomen mirabilemque expectationem & diuinam penè famam, & honores tibi decernit. Vnde non ſolum iudiciũ facio, quod ab omni populo & præcipuè à Venereis diligeris: ſed etiam à quadam matrona conſequeris aliquem honorem. Verum hic occurſus cogitationem venereorum aſsiduam præſtat, vt nunquã quieſcas, dat & conſtantiã in agendis, & facit te promptum, fortem, ſagacẽ, & magnanimũ atque prudẽtiſsimum: & quod habebis familiaritatem & iucunditatẽ cum amicis, & alios amicos acquires, cum quibus fœlix eris. Plurima itinera ſed honorata & commoda perages: & tandem hic occurſus indicat lætitiam, donationes, gaudia, amicorũ cõmoda, lucráque, muliebris concubitus appetentiã, & annũtiat tibi aliquod bonum, ex qua cauſa magnam lætitiam in corde tuo accipies.

Anno 52. currente ætatis tuæ directio horoſcopi ad terminos Martis rediget te colericum, furibundum, temerarium, audacem, & in multis vitiis implicatum in iſto anno, & vario infortuniorum genere laborantem non ſine acuta corporis dyſcraſia, & faciet te ſtudioſum diſciplinarum & negotiis tractandis habilem, & ſignificat timores & animi affectus. in periculis verò erunt timores & cauſa mortuorum habebis aliqua bona: veruntamen eris quaſi in contemptu alicuius principis. Quare animus tuus anceps erit in rebus tuis, & piger in abſoluendis tuis negotiis, tamen in actionibus tuis eris fortunatus, & tibi benè ſuccedent actiones, adeò quod tu eris iterum ad reiterandas illas propenſus: vt inſinuat directio Lunæ ad Martis terminos. Rurſus audies aliquod malum, ex qua cauſa magnam triſtitiam in corde tuo concipies.

Anno 53. currente ætatis tuæ directio Solis ad ſui quadratũ denũtiat quatenus ob iram regis, vel magni principis, ſeu potentiorum odia, indignationes & inſidias & fortunarum iacturam deguſtabis: quin vel exilij à curia, vel acutæ febris atrocitatem, non ſine capitis & ſtomachi cruciatu acerbiſsimo, patieris grauem vtique ægrotationem acutam, & ignis pericula: quin etiam honoris atque expectationis diſpendia habebis. Veruntamen augebis opes tuas cum labore magno. Et quia occurrit etiam in hoc anno directio Lunæ ad hexagonum Mercurij, ſignificat te fore eloquentem, facundum, ingenioſum, ſagacem, callidum, verſutũ, ſed quòd tua conſilia hac & illac vana cogitatione mutabuntur. Hic occurſus deinde te reddet optimi conſilij, elegantis facundiæ, & ad omnes diſciplinas & ſtudia literarum propenſiorem: & propter egregias dotes ingenij varias potentiorum negotiationes expedies, & cum mercurialibus & plebis commercium habebis vtile & honoratum. Et affluent tibi lucrorum copioſa præſidia.

Anno 54. currente ætatis tuæ ſtellæ te honorãdum ſignificant, magiſtratuque inſigniendum demonſtrant. Verum hanc dignitatem dico eſſe ſine tuo maximo damno & detrimento propter poſitionem Solis & Mercurij malè affecti. Veruntamẽ ex his patet, quòd honores non ita facilè mutantur, vt diuitiæ, valetudo, amici, & reliqua: quia in ſingulis angulis Sol ad proprium locũ redit, ideo parum mutat conditionem nati, quam ab initio radicis ſortitus eſt. Patieris itaque aliquod dãnum, ſiue detrimẽtum cauſa ſcripturæ ſiue ſeruorum, & augebuntur inimici tui, ex quibus habebis plurimos propter inuidiã, & ſuſcipies gratia amicorum labores maximos, & pro amicis perturbationem mentis & animi habebis, & tandem amici tui fient tui inimici, & audies aliquod malum, ex qua cauſa in corde tuo accipies maximum dolorẽ & melancholiam.

Anno 55. currente ætatis tuæ directio Solis ad Iouis hexagonum portẽdit honoris promotionẽ, ſiue beneficium eccleſiaſticum cum diuitiarũ affluentia non mediocri. Quare eris gratus principib' eccleſiaſticis, & à populis veneraberis, ex qua cauſa polliceor tibi in hoc anno dignitatem maximam, vt oſtendit hæc directio, quam dicũt omnes Aſtrologi tibi annuntiare honores, dignitates, publicam quandam præeminentiam, aut officium, quod tu à principibus aut publicis magiſtratibus cõſequeris. Eris ergo in vniuerſum officioſus, grauis, liberalis, ſapiens, humanus, &c.

Anno 56. currente ætatis tuæ directio Solis ad ſextilem partis fortunæ pollicetur ab inſperato,



Digitized by Google

vel ſine labore rerum mobilium incrementa: & denotat conſeruationem tui ſtatus in honoribus, & dignitate: ſed oſtendit mortem alicuius optimi amici, ex cuius morte triſtaberis. veruntamen augebis numerum illorum cum tua vtilitate: & ingenium optimum & profundiſsimum, tardum tamen & turbidum pręſtat & conuerſationem gratam hic occurſus. Quapropter dico, quòd actiones tuæ tibi benè ſuccedent in quibus eris fortunatus verum lætaberis in negocio mulierum, & rebus odoriferis, & veſtibus. Et quamuis aliquæ conſtellationes tibi aliquod malum annunciant, ex qua cauſa in corde tuo triſtitias, moleſtiaſque concipies, nihilominus augebuntur tuæ hilaritates, gaudia, ac valor qualibet die & multiplicabuntur homines & ſocij tui pro tua bona qualitate.

Anno 57. currente tuæ ætatis directio Lunæ ad corpus Saturni decernit tibi mœrores, luctus, triſtes cogitationes, iraſque grauiſsimas, quæ omnes impetus animi & ſingulos actus perturbant, & impugnant, & corpus tuum iſto anno debilitabunt febres melãcholicæ, ſeu flegmaticæ. Rurſus directio Medij cæli ad Martis terminos prouocabit iurgia cum viris martialibus, tuo magiſterio aduerſantibus: ideo in iſto anno iras potentiorum pręcipuè martialium effugias, ni voles incõmoda honoris ſubire. Deinde directio horoſcopi ad trigonum Mercurij decernit tibi, quòd annus erit lucro & honoribus idoneus & accommodatus, negotioſus, atque opportunus, & propter egregias ingenij tui dotes, plus ſolito veneraberis: quoniam tuos conceptus eleganter enunciabis, & ex tua modeſtia, & ſolertia amaberis, & cõſequeris rerum ſperandarum optimum finem, & augebis numerum amicorum tuorum: & itinera plura, ſed breuia & commoda cum honore perages.

Anno 58. currentę tuæ ætatis directio Lunæ ad Veneris terminum reddet te ad gaudia, muſicam, lauta conuiuia, & venerea, voluptatis illecebras ſolito propenſiorem, & conſequeris inclitæ mulieris præſidio, lucrorum copioſa pręſidia: & cum maiori fœlicitate proſperaberis, & facies incrementa diuitiarum. Eriſque magnæ expectationis & famæ, cum optima corporis valetudine, eruntque diſpendia magna: ſed cum vtilitate & proſpectu: itinera plura, ſed breuia perages, in quibus patieris maximum periculum: & gratus eris his qui tibi bene fecerunt. Eris ergo prudens & ingenioſus in adminiſtrandis tuis rebus.

Anno 59. currente tuæ ætatis directio Solis ad quadratum Mercurij concitabit contra te criminationes, malum nomen, & infamiam, & Mercuriales contra te erunt, qui de teipſo perperam allatrabunt: ſuſtinebiſque crebras atque varias calumnias, & patieris damnum, vel detrimentum ex ſcripturis, vel à ſeruis, vel cauſa incarceratorum: & animus tuus grauibus perturbationibus implicabitur: tamen res tuæ benè ſe habebunt, ex qua cauſa acquires mediocres diuitias: & hic occurſus faciet te promptum, fortẽ, ſagacem, & magnanimũ: iterque maximum perages cum honore & dignitate, eriſque non ſolum gratiſsimus alicui magno principi, ſed etiam maximas res tractabis, & aulicus eris fortunatus & fœlix & obtinebis victoriam contra tuos hoſtes, & aduerſarios ex tua prudentia & ſagacitate.

Anno 60. currente tuæ ætatis directio. horoſcopi ad Saturni terminum rediget te pigrum, tardum, alta mente taciturnitatis obſcurum, malitioſum, & afferet tibi moleſtias animi, perturbationes & anxias chimeras, cogitationes horrificas & omnem quodammodo ſucceſſum in conſiliis, & actionibus tuis irritum; malam patieris corporis diſcraſiam, vt pote ægritudines prouenientes, aut ex nimia pituita, hoc eſt phlegmatis redundantia, tuſſes, & cerebri inuolutionem. Verum in hoc anno nõ ſolum nouos amicos habebis, verum etiam bonos fideles & vtiles. Et hic occurſus etiam ſignificat multitudinem bonarum fortunarum & notas controuerſias aduerſus nobiles & potentes, atque litigium.

Anno 61. currente tuæ ætatis directio Lunæ ad ſui quadratum reddet corpus tuum languidum, & in oculo ſiniſtro aliquod accidẽs, & ægritudinem frigidam & humidam dabit tibi. Itinera iſto anno erunt infauſta, & in terris & in aquis. Eritque annus litigioſus cum plebeis, & mulieribus, vel ipſarum cauſa iurgia contra te ſcaturient. Et hic occurſus etiam memoriam profundam ſtabilem, ſed fallacem, & minimè promptam decernit, & quòd actiones tuæ non ſe bene habebunt & difficultates in tuis actionibus ſignificat, & quòd erit finis illarum cum damno.

Anno 62. currẽte tuæ ætatis directio horoſcopi ad cuſpidẽ quartæ domus, & Lunæ ad ſui quadratum ſignificant ſecundum opinionem meam tuæ vitæ vltimum finem, vt ſcripſi ad te in meo vaticinio. Atque hæc omnia & plura alia, clarè ex noſtro iudicio patent. Deus igitur optimus maximus horribiles Aſtrorum minas auertat, & pro ſua bonitate ad tuam vtilitatem reducat malignos influxus cæleſtes in bonum. Vale.

*Sequitur iudicium ſuper prædictam Genituram.*

Scripſit Reuerẽdiſ. Antiſtes aliqua notabilia cũ concluſionibus & probationibus ſuis in tua geneſi propter temporis trium dierum breuitatem, quod ſolum mihi dediſti. Quapropter iudicium hoc æquo animo & hilari vultu accipias.

*De vero tempore genituræ.*

Saturnus fuit dominus loci nouilunij, & ipſe fuit in decimaſexta parte ſigni Arietis, ideo etiam cæli medium ſecundum Prolemæi cap. 2. lib. 3. obſeruationes, qui æquat gradum Medij cæli, vel horoſcopi ad inſtar Animodaris, quod in hac natiuitate Saturnum diximus eſſe: quapropter ad veram temporis horam tuæ natiuitatis horoſcopus fuit in 22. partibus 34. minutis Sagittarij & ſic ab hora data exiſtimatiua ad illam, quam ſcribit Prolemæus nulla eſſet alia differentia quàm 5. minutorum




torum. Et hoc eſt quo ad fabricam figuræ cæleſtis pro fundaměto præſentis iudicij. Atque hæc de initio quod proponendum erat in genitura. Abſoluimus igitur primum. Verum Saturnus erit Almutem totius genituræ vt dicunt Iudæi in ratione primæ domus: ſed Iulius Firmicus cap.12.lib.4. dicit eſſe Ioue. Ego autem dico Iouem fore corporis ſignificatorem, cum ſit ſtella domina horoſcopi natiuitatis, vt ſcripſit Ptolemæus cap.12. lib. 3. & non Almutē totius natiuitatis: Præterea orietur etiam quòd Saturnus erit dominus ſpiritus & animi, qui à Iudæis dicitur vigoris, ſicut obſeruauit etiam Ptolemæus cap. 13. lib.3. Diſpoſitor actionum erit Mars in Saturni ſocietate: ſicut narrat Albubater cap. 128. ſuarum obſeruationum cum autoritate Arabum. Quæ accidentia commixtio harum ſtellarum ſimul ſit allatura, pedetentim ſuo ordine à me enarrabitur.

*De complexione corporis.*

Ex intentione Ptolemæi cap. 11. lib. 3. dicimus tui corporis concretionem phlegmaticam eſſe ac ſanguineam. Primum patet cum diſpoſitor orientis & ipſe horoſcopus partim humidi ſint & frigidi, qui ſignificant complexionem habere in primo loco phlegmaticam. Quòd autem ad ſanguineam etiam declines complexionem, ſecundo loco demonſtrat Luna in ſigno humido & calido: patet igitur prima noſtra aſſumpta cōcluſio. Verum hæc complexio non erit pulchra & optima, ſecundum opinionē Arabum: quoniam Luna ſauciata eſt à Saturno ex quadrato aſpectu, qui tibi dabit phlegmæ copiam & ſanguinis aduſtionem, & fiet corpus inualidum & non ſanum, vt habetur à Ptolemæo ſententia 86. ſuorum dictorum: nihilominus cum Iupiter dominus horoſcopi & corporis ſignificator ſit benè affectus, & extra radios quadrati aſpectus Saturni, dico quòd eris optimæ complexionis, & talis eris quòd poteris tolerare laborem, & nonnunquam infirmaberis.

Nunc igitur volens dominatio Reuerendiſſ. conſeruare complexionem in bona diſpoſitione, vt dicitur ab Arnaldo de villa noua in libro de regimine ſanitatis, caueat ne comedat illa, quæ ſua natura frigida ſunt & humida propter multiplicationem phlegmæ, & vtatur rebus temperatis, quæ multum tibi proderunt, &c.

*De infirmitatibus corporis.*

Pro intelligentia quarumcunque febrium, cum ægrotabis dico quòd infirmitates tuæ peccabunt in humoribus aduſtis, & in ſanguineis putredine: vt ſunt febres putridæ, quæ originem habent ex iecore. Sed non admodum affligeris ab huiuſmodi accidente: quia Iouem habes dominatorem ſanguinis retrogradum in tua natiuitate. Et Arabes ſcripſere, quòd quotieſcunque dominus ſextæ domus cæli erat in ſigno humido & calido, minabatur infirmitates ſecūdum naturam ſigni, in quo poſitus erat dominus ſextæ. quare propenſus eris ad febres acutas, quæ orientur ex corruptione ſanguinis, & erunt febres continuę, vt dicemus infra.

*De quantitate vitæ.*

Cum inter omnia difficilia, difficilimum fuerit Aſtrologo inuenire cuiuſcunque hominis vitæ quantitatem: ideo doctores inter ſe diuerſi ſunt in acceptione vitæ ſignificatoris, largitorum multitudinis annorum. Communis namque via per hilegiam atque alchocodeam poteſtatem, vitam definiunt, & annorum numerum iuxta poſitionem ipſorum vitæ ſignificatorum. Quamobrem ſi Sol propior fuiſſet horoſcopo, vitam ſignificaſſet, ſed quoniam in duodecima domo reperitur, & in domo cadenti, reiicitur ab omnibus in hac re propter vapores terræ, quæ reflectunt eius radios. Lunam quoque, cum ea ſit in eadē domo neque ſufficientem habeat Alchocoden, miſſam fecimus, & ſic de cæteris locis & hilegiis: ſed tantum Ptolemæum imitati, ac eius decreta pluribus obſeruationibus aſſecuti horoſcopum aſſerimus vitæ ſignificatorem, vt in cap.10.lib.3. expoſitū eſt. Quapropter erit vitæ tuæ periodus nullis aliis impedimentis accedentibus, annorum 61. men.2. Nam nō primum horoſcopus per directionem accedet ad cuſpidem quartæ cæli domus, quàm compleantur tot anni & menſes, cum dicant Iudæi in ratione primæ domus quòd quando horoſcopus peruenerit

nerit ad principium quartæ domus, vitam eorum pit, & interimit natum. Et hæc obſeruaui multoties, & veritatem ſemper inueni, quoniam in zodiaco ſunt duodecim ſigna cæleſtia, quæ participant natura elemẽtorum influxiuè, ſeu virtualiter, & non fortunaliter, ſub quibus dum planetæ mouentur, mittunt ad nos propter motum & lumen eorum cæleſtem influentiam, vt dicitur ab Ariſtotele in lib. 2. de generatione. Quapropter dominatio tua Reuerendiſ. pro quãtitate vitæ habebit annos 61. menſes duos.

Hæc concluſio ſic probatur, Dicit enim Iamblicus, quicquid inuenitur boni, eſt in virtute & potentia Solis, & ſi aliquod nos habemus ab aliis, ab cõſumitur perfectio.

Item ſcribit Almanſoris ſent. 104. ſuorum dictorum, quòd vita viuentium eſt ſecundum gradum Solis aut Lunæ à Dei ſapientia ordinatum. Et Albumaſar dicit, quòd à Sole & Luna nobis dabatur omnis virtus, & hæc ſententia ſumpta fuit ab Hermete, qui fuit ante Chriſti natiuitatem annis 1488. qui ſcripſit in ſuis dictis, Solem & Lunam poſt DEVM viuentem eſſe nobis viuentibus vitã: propterea quòd ab ipſis natiuitates noſtræ habebant vim & vigorem. Quapropter Sole exiſtente in præſenti natiuitate diurna benè poſito, poſſum ego facere iudicium, quod dominatio tua Reuerend. longo tempore viuet, & perueniet ad annorum quantitatem, à Ptolemæo notatam ſuperius.

Poſtea vt præterire poſſit dominatio tua R. ſtatutum tempus vitæ, multũ difficile mihi videtur: quia Venus domina primi triãguli horoſcopi ſauciata eſt à Marte, & magnam afferet difficultatem, vt ſcripſit Abentragel cap. 9. par. 4. addita huic rationi hæc alia. Videlicet quòd pars vitæ infortunata reperitur in præſenti geneſi in 2. gradu & 44. minutis Capricorni quadrangulata Marti, quæ operantur ea quæ dixi ſupra. Ergo concluſiones noſtræ relinquentur probatæ.

Sed quia poteſt euenire, vt priuſquam peruenias ad hoc ſignatum tempus aliqua oriantur ſuſpecta tẽpora ægritudinum, ea infra ſubiiciemus, ac ſignabimus, vt prudenter te ipſum poſsis gubernare.

In primis nos reperimus, quòd anno currente ætatis tuæ 52. directio horoſcopi ad terminũ Martis propter ægritudinem calidam & febrem admodum potentem, cauſatam ex abundantia choleræ iacebis in lecto admodum afflictus, & hæc ægritudo talis erit de qua multum Medici dubitabunt, & tuæ ſalus vitæ in dubio erit: ego autem huiuſce ſum opinionis, quòd ab vna ad aliam ægritudinem tranſcendens, denique contra omnem humanam ſpem ſanaberis.

Anno poſtea 55. currente ætatis tuæ directio Solis ad ſui quadratum minatur ęgritudinem aduſtam, quæ cauſabitur à febre tertiana duplice, & intermittente, quæ affliget corpus variis modis: quia dum ſanguis intemperatus erit, afferet magnam in corde inquietudinem, & faciet quòd non multum quieſces: tamen iudicium eſt, quòd ab illa ægritudine liberaberis.

Anno autẽ 57. currẽte ætatis tuę directio Lunæ ad corpus Saturni, afferet humorũ alterationem, & febrem aduſtam, quæ incipiens à frigore terminabitur in vehementem calorem & hęc infirmitas parui erit momenti.

Anno deinde 60. currente ætatis tuæ directio horoſcopi & Solis ad terminos Saturni portendet tibi frigidos morbos, vel redundans phlegma: itẽ melancholicas animi perturbationes. Item hoc anno Luna in eclipſi exiſtens in gradu horoſcopi, afferet aliquod periculum tuæ vitæ: vel febrem continuam, quæ naſcetur ex aliquo vitę errore quem facies.

Poterunt aliæ contingere infirmitates, quæ ex deprauatis annorum cõuerſionibus accidere poſſunt, ſed non adeò inſignes.

## *De Morte.*

Hoc caput in quatuor partes diuidetur. In prima determinabim' an mors erit naturalis, an violenta. In ſecundo loco ſcribemus, qua ſpecie ægritudinis cauſabitur mors. In tertia parte demonſtrabimus an mors erit extra patriam an non. In vltima parte loquemur de ſtatu tuæ dominationis in tuæ mortis tempore, & de multis rebus aliis, quas ſcire erit tibi gratiſsimum.

Quantum ad primam partem dico, quòd moriturus es morte naturali, & non violẽta: probatur hæc concluſio tali medio. Dicit enim Abentragel cap. 7. par. 5. quòd quotiens lumen temporis, & dominus octauæ domus, & horoſcopi fuerint benè affecti, decernunt nato mortem naturalem, & non violentam. Sed cum in præſenti natiuitate lumen temporis & Mars dominus octauæ, & Iupiter dominus horoſcopi in ſuis exaltationibus reperiantur benè poſiti, ſignificant, quòd morieris morte naturali, & non violenta. Et pro confirmatione huiuſmodi concluſionis poſſem adducere plures obſeruationes, quæ exſtant apud me ex his conſtellationibus, quas habuerũt illuſtriſsimi homines, qui obierunt morte naturali, & glorioſa, & non violenta, & eas nunc ob breuitatem temporis omittimus. Verum cum pars Mortis reperiatur ſub luce Solis, minatur multa accidentia quæ non venient in re, ſed apparebunt timoribus atque periculis, vt inferius dicemus. Et ideo concluſio eſt, quòd mors non erit violenta, ſed naturalis.

Quò ad ſpeciem mortis, Aſtrologi ſunt variarũ opinionum: quia Meſſahala hanc habet opinionẽ, quòd mors oritura ſit ex peſte, & febre peſtifera, cum Luna reperiatur in duodecima cæli domo, à radiis Solaribus combuſta. Præterea Abentagel vult, quòd mors tibi accidat ex aliquo vitæ errore vt inſinuat dominus horoſcopi poſitus in quinta cæli domo. Ego autem dico, prout opinor, quòd mors cauſabitur occaſione tertianæ, vel quotidianæ febris, vel ex febre cauſonidia, & propter omnem morbum doloris acuti cum magno calore, & hoc ſignificat Mars benè affectus, Almuten ſuper ſignificatoribus mortis: vt ſcripſit Albohaly cap. 37. ſuarum obſeruationum. Et hæc eſt mea opinio in hac parte.

Quò ad locum mortis eſt communis opinio Aſtrologorũ, quòd in tua morieris vrbe, vbi natus es: vel non admodum longe ab illa: quoniã Mars in ſuo domicilio reperitur, & in prima cæli domo: vt obſeruauit Albubater cap. 196. ſuarum obſeruationum:

Digitized by Google

tionum. Nam Mars dominus eſt octauæ domus. Sunt tamen aliqui doctores, qui tenēt quòd mors erit extra patriam, eo quod dominus quartæ cæli domus ſit poſitus in duodecima cæli domo. Vnde (teſte Meſſahala) ſignificat quod natus fortè in loco extraneo morietur: quòd ego non affirmo, cū pars mortis reperiatur in eadem parte cæli cum domino octauæ.

Ad vltimam partem dico quod in tēpore mortis eris poſitus in altitudine, & diuitiis: quoniam Sol per Antiſcium in octaua domo inuentus ſignificat, quod morieris bona morte, cum poſitus fueris in dignitate, & honore maximo, & honoraberis in mortem per reuerētem ſepulturam. Verum in hoc tempore in aliquo verſaberis labore, ſicut obſeruauit Abenragel cap. 7. quintæ partis: quia Venus domina primi trianguli octauæ domus verberatur à Marte ex quadrato aſpectu: nihilominus corpus honorificè ſepelietur, & poſt mortem plenum nomē honoribus habebis, & bonam famam, ſicut ſcripſit Arabs Almāſorus in ſententia 89. ſuorum dictorum: vt inſinuāt ſtellæ fixæ, quæ ſunt in humero dextro Orionis, quæ poſitę ſunt in gradu quartæ domus: quapropter iudiciū facio de corpore, quod funerali celebri pompa efferetur, & poſt mortem remanebit fama tuorum geſtorum honorabilium & illuſtrium, quę geſſeris in vita.

*De periculis & accidentibus corporis.*

Corpus tuum minimè fore mutilandum, aut aliquo membro diminuendum cenſemus: Quod declaratur: quia horoſcopus ac lumen temporis nullis maleficarum ſtellarum hoſtilibus ſauciātur radiis. Item occidēs & ſexta domus immunes ſunt & à præſentia, & à noxiis radiis earum maleficarū ſtellarum. Verum ſiquid incommodum allatum fuerit, leue iudicio meo accidet, quod contingere poterit in capite vel facie, ex quo, vt præmiſimus Mars & Saturnus manent in horoſcopo in ſigno Arietis. Vnde ab igne, vel ictu violento alicuius proiicibilis cauendū erit: ſed vt diximus id leue erit, & parui pōderis. Nā ſententia eſt Omaris, lib. 3. quòd Luna cum fuerit coniuncta Soli, natus patietur damnum ignis in corpore ſuo.

Præterea Sol in duodecima cæli domo dat anguſtias maximas propter carcerem, vel propter iram domini.

Item Luna infortunata à Saturno, & combuſta à radiis Solaribus ſignificat multa impedimenta & infinita infortunia, quæ iam multa præterierunt, quoniam ſententia eſt omnium Aſtrologorum, quibuſcunque Saturnus & Mars in eadem parte ſunt ſigniferi, neceſſe eſt in eorum vita maxima infortunia accidere. Et propterea dico, prout opinor, quòd in multis contrarietatibus & anguſtiis fuiſti, & eris, vt oſtendunt ſupradictæ cōſtellationes, vt ſcripſit Maternus cap. 3. lib. 5. cum locutus eſt de Saturno in ſigno Arietis poſito: quare in annis enneaticis & hebdomaticis eris in calamitatibus, contradictionibus, calumniis & aliis anguſtiis poſitus.

Præterea aliqui aſtrologi ſcribunt, quod præſentia Solis cum Luna & Mercurio in duodecima cæli domo minatur carceres, vt dicit Cyprianus Leouitius, qui exemplum dat de Natiuitate Henrici Ducis Brunſuich, qui habebat ſimilem cōſtellationem, qui anno 1545. menſe Septembris ſuperatus fuit in prœlio, & poſitus in carcere à Ducibus Saxoniæ. Talem vel ſimilem conſtellationem habuit dominus de Fulcuo homo nobilis Gallus iam verò legatus & orator apud Regem catholicum in Hiſpania pro ſuo Chriſtianiſsimo Rege, cuius obſeruaui natiuitatem Florentiæ, qui in carcerem miſſus erat à Duce Florentiæ, in victoria quam habuit Marchio Marignani cōtra Petrum Strozzam: ex qua conſtellatione concludunt Aſtrologi quod idem eueniet dominationi tuę: quare oportet vt ſis cautus & prudens: alioquin incides in hæc pericula. Hæc de corpore & vita dicta ſufficiant pro hac prima parte pro ſignificatione accidentium corporis.

*De qualitate animi.*

Cùm habeas Lunam ac Mercurium in duodecima cæli domo in ſigno Aquarij, habes pronitatē vt ſemper viuas ſana mente, & integro animo, ac nullo tempore dementia afficiaris: vt habet Ptolemæus cap. 13. lib. 3.

Quòd ad vires autē ingenij attinet, rurſus Mercurius in duodecima cæli domo ſignificat ingenium celebre, & conſtantiam & prudentem fore tibi in agendis & habere bonitatem intellectus, acutiem & agilitatem, ex quo habes vt poſsis in bonis artibus proficere, & nulla ſit tibi difficultas in adipiſcendis ſcientiis, & artibus liberalibus, vt dicitur à Ptolemæo ſen. 38. ſuorū dictorū, qui narrat, quòd quādo Mercurius fuerit in domo Saturni, natus fiet optimi intellectus & ꝓfundi cōſilij in rebus, occulti animi, intelliget res perfectiſsimè. Quare Luna cum Sole collocata, gratiā nato præſtat & ſapientiam in adminiſtrandis negotiis ſuis, & etiam aliorum. Verum nunc vnum adiiciā quod etiam ex aſtris tibi datum eſt, vt ſcilicet gratus ſis his, qui tibi benefecerunt: eris etiam amator veritatis, & vt vno verbo cuncta complectar, eris ſenſatus & boni intellectus, vt oſtendit Saturnus in horoſcopo, qui memoriam profundam, ſtabilem, promptam & minimè fallacem decernit. Verum ob ingenij acuitatem ſtrues conſilia periculoſa, quia habebis ingenium ſeditioſum, ſagace, acutū & callidum. Ceterum eris animo Cæſareo, & planè inuicto. Splendidiſſimumque ſtatum ob ſidera fixa in horoſcopo, & cæli medio conſtituta ſortieris. Mars autē in ſuo domicilio in horoſcopo multas adducit fœlicitates, ſed tamen plenas anxietatis & periculi.

*De actionibus.*

Diximus ſuperius, quod Mars eſt diſpoſitor actionum in Saturni ſocietate: quare ex his diſpoſitoribus concludimus (teſte Albubatre cap. 130. ſuarum obſeruationum) quod eris magnus ac in prouincia tua, & ciuitatibus nominatus, ac in reb⁹ Regis, ſeu principis fidelis cancellarius, & multa ac magna tractans negocia. Eriſque aulicus & conſiliarius ſecretus, à conſilio ſecreto Regis, ſeu magni principis, habebiſque magnum nomen apud princi

Digitized by Google

principes, cum quibus omnibus tractabis actiones optimo iudicio, & ſapientia, vt annuit Saturnus dominus totius natiuitatis, prout obſeruauit Maternus cap. 12. lib. 4.

Concluſio prima, ergo officij tui erit, ingenio atque conſiliis iura ſtatuere, & iuſtitiam adminiſtrare, officiumbue Cancellarij exercere. Sumitur hoc ex domino officij, qui poſitus eſt in ſuo domicilio in horoſcopo.

Concluſio ſecũda. Per te ipſum eris occaſio dominij tui: coniectura eſt: quòd idem eſt dominus horoſcopi & medij cæli.

Concluſio tertia: dignitatem in aliis dominiis & potentiam in populis oſtendit Iupiter dominus horoſcopi & medij cæli poſitus in ſuo throno.

Concluſio quarta. Regimen tuum fiet cum audacia forti ſine timore. Nam Saturnus dominus totius geniturae eſt in domicilio Martis.

Concluſio quinta. Rarò eris in ocio, ſed frequens eris in negocio. Nam Mars dominus magiſterij eſt poſitus in horoſcopo. quare, &c.

*De diuitiis.*

Prima concluſio. Multas tibi diuitias promittũt Saturnus & Luna & Mars domini triplicitatis Solis: prout ſunt inuenti in horoſcopo: vt dicit Albohaly cap. 7. ſuarum obſeruationum.

Secunda concluſio: Subſtantia & lucrum erit ratione principum, mulierum, mortuorum, actionum, & inimicorum occultorum & manifeſtorum: id colligitur à Venere domina ſecundæ dom' ſita in domo regia: & à Ioue domino partis fortunæ, quæ eſt poſita in duodecima cæli domo.

Tertia concluſio. Plurimum tamen diſperges, atque acquiſita comminues: quoniam Venus domina ſecundæ cæli domus infauſta eſt, & à Marte infortunata ex quadrato aſpectu.

Quarta concluſio. Damnum aliquod in diuitiis ſenties. Nam Venus malè affecta eſt, & Iupiter dominus partis fortunæ quadrangulatur Saturno, & laborat aliquo infortunio, ſcilicet ex retrogradatione ſui motus.

De mala fortuna non eſt profectò tacendum, quicquid ſignificant Mars in horoſcopo in ſuo domicilio & Sol in duodecima domo cæli. Vnde tibi accidere poſſunt aliqua damna, vt perdas ſubſtantiam, vel rem familiarem: imo eris deſtructor rei familiaris: quamuis diues fueris. Multis tamen de cauſis res peribunt, vt ſunt itinera, dona, conuiuia, ornatus & ſeruorum furta atque perſecutiones, quas patieris in tuo ſtatu & dignitate. Et hæc de diuitiis & infortuniis dicta ſufficiant.

*De ſtatu & honore.*

Iouis ergo conſtellatio, cum ſit dominus horoſcopi & medij cæli, adminiſtrationes maximas, populorumque poteſtatem decernit. Nam Venus in decima cæli domo idẽ ſignificat. Auget enim hæc Iouis robur & ſignificata, diuitias & honores & ſacerdotia maxima. Rurſus coniunctio Solis & Lunæ (teſte Iulio Firmico cap. 28. lib. 6.) poteſtatem maximam decernit, & generaliter magnorum virorum indicat appetere natum conuerſationem, & pollicetur gratiam illorum, beneuolentiamque vtilem acquirere. Ex his eiſdem cauſis poſſem tibi prognoſticari plurimas dignitates, & honores præcipuos quidem ac maximos: ſed ex præſentia Raſaben, id eſt, capitis Draconis ſtellæ fixæ in domo regia pollicẽor tibi pronitatem quandam ad ſic virtuoſè agendum, vt compares tibi clarum & illuſtre nomen. Vnde philoſophando accedes ad plures dignitates & honores, vt ſit tibi facilè (vt obſeruaui aliàs) excedere tuos anteceſſores. Nã conſtellationes ſupradictæ pollicẽtur aſſumptionem ad maximum gradũ in religione catholica, & hoc erit tardè & cum tempore: quoniam Iupiter reperitur in tua natiuitate ex motu retrogrado: tamen tibi præſtat gratiam, ſapientiamque in adminiſtrãdis negotiis. Rurſus dicam: Cum Iupiter ſit dominus medij cæli & horoſcopi & inuentus ſit in ſuo throno in quinta cæli domo, pollicetur quod ſi ſu peruixeris vſque ad annum 55. acquires aliquam maximam dignitatem in Eccleſia Catholica Romana: quia in hoc tempore peruenit directio Solis ad Iouis ſextilem. Deinde ipſe inſinuat quod fungeris etiam officio legati & oratoris.

Item dominus vndecimæ domus poſitus in prima cæli domo, ſignificat quod eris in bono ſtatu, quamuis eſſes perſecutionibus multum agitatus.

Præterea, Venus in decima domo natiuitatis oſtendit honorem magnum, & quòd eris plus honoratus, quàm tu mereberis in tua conditione & nobilitate.

Item caput Draconis Lunæ in nona cæli domo facit natum magnum prælatum, & fortunatum in ſuis operibus, & qui acquirat famam, honorem & lucrum. Dicit ergo Ptolemæus ſententia 37. ſuorum dictorum. Si fuerit aſcendens Piſces, ſignificat quod natus erit cauſa ſui regni, ſuæque celſitudinis. Piſces enim in horoſcopo tuę natiuitatis ſignificant te callidum fore, & non diu durãtem in tuo propoſito: ſed paulatim ſublimatum fore, donec tandem ad faſtigium magnum promouearis. Particularia autem in propria forma tantum à DEO optimo maximo cognoſcuntur.

Concluſio prima. Natum cãcellarium futurum magnæ potentiæ clarique nominis, ratione beneuolentiæ principum, & actionum ſuarum, ſignificat luminare tẽporis in ſigno maſculino bene affectum, circundatum radiis Lunæ, & radiis Mercurij. Huic teſtimonio eſt Raſaben, id eſt caput Draconis ſtella fixa perfectè, vel partiliter poſita in cuſpide regiæ domus, quæ idem ſignificat. imo oſtẽdit natum peruenire ad dignitatem & gradũ maximum in Romana Eccleſia Catholica: vt dicunt huius ſcientiæ periti doctores.

Concluſio ſecunda. In auctoritatem etiam & regni ſublimitatem te venturum: trahitur ex eo, quod natiuitas tua plurimum conuenit cum natiuitate tuorum dominorum.

Concluſio tertia: Altitudinem etiam & bonam famam indicant Iupiter & Venus, diametraliter ſe aſpicientes.

Concluſio

Concluſio 4. Bonum ſtatum, valetudinem & honorem Iupiter inuentus in ſuo throno pollicetur.

Concluſio quinta. Quaſdam tamen anxietates tibi minatur poſitio Saturni in domo Martis exiſtentis in horoſcopo, ex qua cauſa multum patieris in tuo ſtatu & honore. Quapropter ſi eris cautus & prudens, multa incommoda effugies, & aduerſarios tuos cum prudentia & patientia ſuperabis, & tandem peruenies ad maiores honores, & fauores, & acquires etiam gratiam tui principis.

*De matrimonio & filijs.*

Luna combuſta in duodecima cæli domo ſignificauit, te non ducturum vxorem, ſed Iupiter in quinta cæli domo decernit plures te filios habere, ſed quia perſona religioſa es, quare huiuſcemodi materię finem imponam.

*De amicis & inimicis.*

Res amicorum & inimicorum eſt fortuita, vt extat apud Ptolæmeum, ſed tamen de amicis dico quòd Venus per radios in vndecima cæli domo reperta decernit in genere amicitiam & familiaritatem ſinceram atque vtilem tibi cum principibus, & dat gratiam illorum & bonam fortunam cum illis, & ſpes tua non erit vana, ſed pro maiori parte obtinebis tuum propoſitum, ſed cum ſit in decima domo per præſentiam, ſignificat amorem à regibus & aliis potentibus, & quòd amaberis ab illis, & conſequeris gratiam, aut aliquod bonum ab eis, & habebis lætitiam per magnos dominos, & principes & reges.

Rurſus, dominus primæ domus in quinta cæli denotat, quòd habebis multos amicos, de quibus gaudebis.

Item, dominus vndecimæ cæli domus in prima ſignificat, quòd habebis bonos amicos, & de eis bonum, & ipſi de te. Quare erit coucluſio, quòd multos habebis amicos & bonos fautores, à quibus vtilitatem & commodum ſenties, vt arguit primus dominus triplicitatis vndecimæ domus in decima domo.

Quod attinet ad inimicos. Dico quòd Sol, Luna, & Mercurius in duodecima cæli domo inuenti maximos inimicos & aduerſarios tibi dabunt, & odiũ multorum aduerſariorum nobilium, magiſtrorũ, ſapientum, & ignobilium mulierum, vt inſinuant Iudæi in ratione duodecimæ domus.

Præterea Sol in duodecima domo ſignificat inimicitias à potentibus, ac magnis viris, & quòd ab eis patieris anguſtias maximas & tribulationes multas, & habebis ſimiliter à ſeruis moleſtias & per homines conditionis vilis.

Item, dominus duodecimæ domus in prima denotat, quòd hab ebis multos inimicos & inſidiantes, & inſidias, quæ nocebunt corpori & ſpiritui, & præſertim à domeſticis & accident tibi anxietates ab inimicis.

Rurſus, dominus ſeptimę cæli domus in duodecima ſignificat contentiones & lites multas in cauſis hoſtium & inimicorum, ſed tandem dico, quòd tu vinces & ſuperabis ſagacitate tua aduerſarios tuos, & proſperabis contra aduerſarios tuos, vt oſtendit dominus vndecimæ domus poſitus in prima domo.

*De itineribus.*

Plura itinera longa te facturum, ſignificat Antiſcium in prima domo.

Aliquod impedimentum ſenties in itineribus tuis ex animalium cauſa, vel inimicorum. Nam ſignificator itinerum retrocedit.

Plura tuorum itinerum erunt verſus meridiem, & ſeptentrionem, pauca verò verſus orientem, id deſignatur ex loco ſignificatorum, & ex Antiſcio Veneris in nona domo.

Hæc tua itinera non erunt continua, ſed interrupta, quia ſignificator itinerum retrocedit.

Itinera breuia plura facies, in illis vtilitatem habebis, id capitur ab Antiſcio Iouis in tertia cæli domo.

Quantum pertinet ad prouincias, quæ conciliãtur cum natiuitate tuæ dominationis, erunt Polonia, Lotharingia, Campania, Heluetia, Rhæthia, Franconia, Celtica, Hiſpania, Dalmatia, Sclauonia, Vngaria, Morauia, Prouincia, Liguria, Luneſana, Lituania, Saxonia, Turingia, Romandiola, Calabria, Portugallia, Normandia, & Hibernia &c.

Ex ciuitatibus, illæ erunt vtiles, quæ ſubſunt ſigno Tauri, Sagittarij, Capricorni, & Piſcium, &c.

*Faciebat Franciſcus Iunctinus Doctor Theologus Die ſeptimo Ianuarij, anno à Natiuitate Domini 1575.*

Mmm

Digitized by Google

### *Abbatis de Bandinis Natiuitas.*




Hic clericus de camera Apoſtolica obiit anno 1580. cum directio Solis peruenit ad quadratum Lunæ dominæ octauæ domus, nihilominus vitam ei prædixiſſem vſque ad annum currĕtem ætatis ſuę 50. quoniam horoſcopi directio tunc temporis veniſſet ad corpus Saturni, & ad diametrum Martis. Verũ in hac natiuitate Ptolemæus aſsignat hilegiam poteſtatem Soli, & non horoſcopum, eo quòd Sol non diſtat ab horoſcopo per 25. gradus, ſed ſolũ per gradus 19. min 5. quare Sol fuit hylech, & vitam ſignificauit.

Mors eius fuit naturalis ex febre tertiana continua, & non fuit violĕta, ſicut ſignificauerũt conſtellationes eius natiuitatis. Nam moriturus erat morte violĕta, & non naturali. probatur hæc concluſio tali medio. Dicit enim Abenr. ca. 7. par 5. quòd quotiens lumen temporis, & dominus octauæ domus & horoſcopi fuerint malè affecti, decernunt nato mortem violentam, & non naturalem, ſed cùm in pręſenti natiuitate Luna lumen temporis & domina octauæ domus, & Iupiter dominus horoſcopi retrogradus reperiantur malè affecti, ſignificant quòd natus morietur morte violenta, & non naturali.

Item regula generalis eſt, & in ordine quarta ponitur ab Aſtrologis, ſcilicet, Ambo luminaria ab vtroque malefico læſa, ita vt alterum luminare, & alteruter maleficorum in ſigno violento vel cum ſtella fixa violenta conſtituatur, mortem violĕtam portendunt. In hac ergo natiuitate Sol reperitur in ſigno violento in oppoſitione Martis, & Luna domina octauæ domus, licet ſit in ſua exaltatione, triplicitate & decano, reperitur tamen à Saturno exiſtente in ſigno violento infortunata & ſauciata ex quadrato aſpectu. Quare regula hæc ſupradicta verificatur in pręſenti natiuitate. Quam regulam probatam eſſe veram oſtenderunt obſeruationes quas fecerunt Aſtrologi per has natiuitates, ſcilicet per natiuitatem Hulderici in Hoff, vide paginã 458. per natiuitatem fratris Cõſtantij Cæcæ. vide paginam 452. per natiuitatem Io. Gozadini Bononienſis. vide pag. 457 Quare concludimus ipſum mori debuiſſe morte violenta & non naturali.

Vide pagi. 458.

Sed ſciendum eſt, quòd mors violenta duplex eſt, ſcilicet quæ procedit à materia extrinſeca, vt à ferro, fune, ſuſpenſione, aqua, veneno, igne, ruina, & ſimilibus, de quibus rebus dico, quòd non erat moriturus, nec erat propenſus ad mortem violentam, cauſatam à materia extrinſeca, quoniam Venus in horoſcopo omnem mortis violentæ ab extrinſeco ſignificationem, quantumuis tetram, infringit & tollit.

Alia eſt quę procedit à materia intrinſeca, vt à catarrho, apoplexia, peſte, morte ſubitanea, & ſimilibus, ad quas res erit ipſe natus propenſus, vt in ſequenti dicemus. Nam pars mortis in 15. gradu ſigni Arietis fuit infortunata à maligno aſpectu Martis, qui quidem aſpectus non negat natum moriturum morte violenta à materia intrinſeca, vt omnes huius ſententiæ authores fatentur.

Quò ad ſpeciem mortis Aſtrologi fuerunt variarum opinionum: quia Meſſahala hanc habet opinionem, videlicet quod mors oritura eſſet ex peſte, & febre peſtifera, cum Luna reperiatur in quinta cæli domo, & à radiis Saturni malignis ſauciata. Præterea Abenr. cap. 7. par. 5. vult, quòd mors ei accidiſſet ex aliquo vitæ errore, quem facere debuiſſet propter ſupradictam conſtellationem, ex quo cauſaretur mors. Item Albub. cap. 186. ſuarum obſeruationum ita dicit, Mars exiſtens in domicilio Lunæ ſignificat quòd natus ferro aut ſanguinis effuſione ſubito morietur. Et hoc etiam confirmat Iulius Firmicus cap. 3. lib. 5. Quare ſecundum opinionem Arabum mori debebat cauſa ſanguinis effuſionis, ideo cauĕdum erat ne in Phlebotomia aliquod accidens ei contingeret, quando quietem corpori dediſſet in ſomno.

Item ſunt aliqui Aſtrologi, qui dicunt natũ moriturum in aqua, vel ſubmergendũ naufragio, quoniam Luna domina octauæ domus non eſt libera à malignis Saturni radiis, & in octaua domo reperitur ſignum aqueum: quare concludunt, quod natus mori debuiſſet in aqua, vel in aquis ſubmergi. Nam Saturnus in ſigno Aquarij inuentus, & Luna exiſtĕs in ſuo quadrato aſpectu ſignificat, quod natus ſubmerſiõe vitã ſuã terminare debebat. Hęc ſcripſim'.

ex

ex aliorum opinione. Ego autem dicerem prout opinor (poſtquam declarauimus, mortem violentam fore non à materia extrinſeca, ſed ab intrinſeca) quod mors cauſaretur ex actuali frigiditate, vel non naturali humiditate, vt niue vel glacie, aut ex nimia fatigatione, aut ex crebra de loco ad locum mutatione. Quoniam Luna dicitur Almuten ſignificatorum mortis, iuxta Arabum ſententiam, & eſt impedita à Saturno. Vnde dicunt Aſtrologi, quòd iuxta impedientis ſignificatorem mortem nati futuram iudicare debemus. Hæc ex Guidone Bonato par.5.cap.1. in ratione octauæ domus, Abenragele par.5.cap.7. Et Albohale capit.37. ſuarum obſeruationum.

Mortuus eſt in patria ſua, vt omnes Aſtrologi dicunt, & narrant, quoniam Luna domina octauæ domus reperitur cum ſuo Antiſcio in ipſa octaua domo, & hoc confirmauit Albubater cap.196. ſuarum obſeruationum; quia pars Mortis eſt collocata in quarta cæli domo cum domino octauæ domus. Quare &c. Credo tamen quòd tempus huius natiuitatis non bene ſupputatum mihi dederunt, nihilominus illud relinquo iudicio Mathematici.

*Zanobij Bonacurſij Ciuis Florentini Natiuitas.*




Horoscopvs huius geniture Cancer eſt, cuius partes 27.m.18. aſcendunt in linea orientali. Et Mercurius totius geniture dominium accipit, ſed alias conſtitutiones ſtellarum hæc præſens figura demonſtrabit, vt & ego pedetētim declarabo.

*De complexione & ſanitate corporis.*

Sed quo ad corpus, dico temperamētum ipſius eſſe phlegmaticam atque cholericam, ſicut oſtendit ſignum horoſcopi cum præſentia Lunæ triangulatæ Saturno, qui poſitus eſt in ſigno aqueo. Et Mars humorem cholericum inſinuat, quoniam ſexangulatur ipſi Saturno partiliter, & Mercurius ſtella principalis huius natiuitatis reperitur combuſtus, quapropter hic natus non erit corpore robuſto, imò habebit ſtomachum debilem atque frigidum, & caput humidum, in quo ſentiet dolorem, & etiam patietur infirmitatē in collo ex nimia humiditate, & facile erit, quòd deploret ex deſcenſu rheumatis à capite in oculo dextro, & etiam habebit linguā tardam, atque craſſam. Rationes harum indiſpoſitionum habētur apud Ptolemæum cap.12. lib.3. & apud vtrunque Iudæum in ratione ſextæ domus.

Corpus itaque non erit mutilatum in aliqua parte vt oſtendunt cōſtellationes bonæ. Veruntamen nō tacebo hæc dicenda, quòd in ſua adoleſcentia propenſus eſt ad accipiendum elephantiam aut alopeciā, eo quòd Venus reperitur combuſta & quadrangulata Saturno, & hæc conſtellatio hoc accidens inſinuat. Verum Luna in domo ſua præſtat huic viro gratiam in aſpectu, quæ erit ſtaturæ proceræ & bene formatus.



*De quantitate vitæ.*

In via tam communi, quàm in Ptolemæi decretis, Sol ſignificationem vitæ poteſt accipere, cũ reperiatur in vndecima cæli domo conſtitutus, & in loco apherico & in dignitatibus Saturni & Iouis collocatus. Sed cum ſit ab imo infortunatus, & alter paucos annos vitæ promittat eò quòd ſit inuentus in domo cadẽti eum reiecimus: Lunam accepimus pro hilegio. Nam ſignificare etiam vitam poteſt, & annos concedere, ex ſententia vtriuſque opinionis, cum reperiatur in domo ſua circa gradum horoſcopi. Quapropter dabit annos 97. & menſes 6. Et ſi ipſa in linea horoſcopi partiliter fuiſſet, dediſſet annos ſuos maiores, ſcilicet 108. Sed cum ſit diſtans ab horoſcopo per 4. gradus æquatoris, minuet à prædicta ſumma annorum, 10. an. 6. menſes. Vnde remanet periodus vitæ eius naturalis, ſicut dictũ eſt, an. 97. men. 6. Verũ ſi ipſe ſe abſtinebit ab intẽperantia ſui appetitus ſenſitiui, & cuſtodiet ſe à periculis generalibus bellorum, peſtis, & aliarum violentiarum, quæ accidere poſſunt viro, qui in ſe ipſo omnia ſtatuet, diu viuet. Verum progreſsio orientis ad Saturni diametrum in anno 91. menſibus 3. faciet eum infirmari, in quo tempore diſcedet à præſenti vita ad aliam, ſecundum iudicium meũ, eo quod tunc temporis corporatura erit imbecillis, nec reſiſtere poterit infirmitatibus.

Accedunt deinde hæc tempora, in quibus amittere vitã poterit, ſi non fuerit cuſtos ſuæ ſanitatis. Nam progreſsio orientis venit ad Martis quadratum in anno 40. quæ ſignificat calorem humorum ex nimia ſuperfluitate choleræ,

Rurſus circa annum 44. per Lunæ directionem ad Martis quadratũ hic vir infirmus erit ex febre acuta vel ex eadem infirmitate ſupra dicta.

Præterea ſi in anno 91. mortem deuitabit, veniet progreſsio Lunæ ad diametrum Saturni in anno 95. quæ vita ipſum priuabit.

Alias infirmitates quæ accidere poſſunt temporibus ſuis, quæ ex intemperantia procedent, nunc annotare non poſſum, quare remitto eum ad annuales ſuas reuolutiones, quæ ei inſinuabunt in quo anno erit infirmus.

*De morte & periculis.*

Mors erit iuxta meam ſententiam, vel ſecũdum Ptolemæi opinionem lib. 4. cap. 8. ex ſubito ac violento catarrho, aut ab ineuitabili corporis frigore, vel gelido, quod erit ſpecies apoplexiæ. Nam hoc accidens oſtendit lumen temporis, quod quadrangulatum eſt Saturno. Ex hac ergo conſtellatione generaliter etiam ſe cuſtodiet à periculo aquarum. Et quoniã pars mortis reperitur in octaua cæli domo quadrangulata Marti, & dominus eius ſimiliter venit ad quadratum Solis, ideo natus ſeipſum cuſtodiet à beſtiarum periculis, & à venenoſis animalibus. ſi ergo euitabit hęc pericula, ſeruabit ſemetipſum in vita multo tempore, ſicut ordo cælorum oſtendit: quare, &c.

*De bonis intellectus.*

Ex præſentia Lunæ circa gradum orientis hic vir erit ſenſatus, & boni ingenij ſine aliqua notabili ineptia. Et quia ſexangulatur Ioui & triangulatur Saturno, erit ſciens, prudens & cõſilij clari, ſed circa religionis fidem, erit dubius, & quamuis prudẽtia polleat, delectabitur ſepe propoſitum ſuum mutare, nec erit conſtans in ſuis opinionibus. Et hoc erit, quoniam ſubtilis erit ingenio, & faciliter ſcientias omnes acquiret, & cum ſapientia & facundia loquetur, quamuis teneat linguam connexam, indifferenter delectabitur philoſophia, & legibus, ſed melius ei erit operam dare legibus, quàm philoſophiæ, quoniam plus in eo actiones iudiciorum relucent, quàm in aliis ſcientiis. Nam Mars triãgulatus eſt Ioui, qui exiſtens in ortu matutino, hoc ſignificat: quare in autoritate ſententiandi, multum valebit, & erit prudens & cautus.

Circa inclinationes dico, quòd erit iudicatus ab omnibus citius vir mitis & benignus, quàm rigidus & crudelis. Verum propenſus erit ad omne genus luxuriæ. Sed quia honorum cupidus erit, ideo hanc inclinationem tenebit celatam atque occultam, adeo quod exiſtimabitur ab omnibus ſtudioſus, bonus, iuſtus, realis, & officioſus. Verum non proiiciet ſuum, quia erit citius tenax, quàm prodigus, aut liberalis.

*De fortunæ bonis.*

Pars fortunæ in ſecunda cæli domo, & ipſa pars diuitiarum in tertia cæli domo cum Ioue quadrãgulata Soli, Veneri, & Mercurio, & in trigono Martis, Item diſpoſitor earum repertus in vndecima cæli domo, maximam diuitiarum copiam ſignificant. Et hoc idem demonſtrat dominus ſecundæ domus in ipſa vndecima cæli domo, quare erit diues. Sed ipſe diuitiæ accident ei ex propria induſtria, ſcientia, regimine officiorum, vel ſpiritualium rerum, aut in adminiſtratione collybiſticæ artis aut tabernæ numulariæ. Propterea oportebit eum eſſe cautum. Nam ſi fuerit auidus cito diues fieri, amittet multa bona, ideo ea cuſtodire diligenter debet, quoniam etiam à ruſticis, à mulieribus & ſeruis recipiet aliquod damnum. Inſuper habebit ipſe aliqua incommoda occaſione mortuorum, aut hæreditatum. Verum in prima ſua ætate vitæ acquiret, & etiam perdet multas diuitias, ſed acquiſitio erit maior quàm iactura. Et in ſecunda ætate vitæ quanto plus veniet ad ætatem maturam, tanto plus erit diues, & acquiret maiora bona.

*De ſtatu & honoribus.*

Luna domina horoſcopi in ſuo domicilio, trigono, & decano non ſolum magnitudinem eius domus conſeruabit, ſed eam magnopere augebit, & decorabit, & erit maior omnibus ſuis conſanguineis. Habebit inſuper officia & magiſtratus, quoniam hæc conſtellatio potens eſt, & aliquam contradictionem non habet naturalem. Et quia Iupiter dominus nonæ domus in tertia cæli domo collocatus eſt, cuius dominus poſitus eſt in vndecima cæli domo (& Mercurio nec combuſtio, nec retrogradatio nocet) inſinuat multam exaltationem & ſublimitatem ſtatus illius in Eccleſia Dei. Quare ſi vitam Eccleſiaſticam tenuiſſet, & operam literis dediſſet, profectò magnus prælatus fuiſſet. Nam in multis hanc conſtellationem obſeruaui, quorum aliqui magni viri fuerunt in Eccleſia, in qua iſte vir aſsiduè ſuam conditionem auxiſſet, vt dicunt omnes Aſtrologi.

De

Digitized by Google

*De vxoribus.*

Quamuis non multum ſit hic vir propenſus ad vxorem accipiendam,vt inſinuat pars matrimonij in ſigno maſculino,& Venus maſculina & combuſta: nihilominus cum ipſe ſe diſponat ad habendam mulierē in vxorem, dico quòd prima mulier erit nobilis,virtuoſa,diues,pulchra, elegās puella & virgo,ſed hæc mulier ante virum morietur.Quare ſi accipere vellet ſecundam in vxorem, dico quod ea non erit ſic virtuoſa,ſicut prima vxor. Nā erit cerebroſa & aliquantulum imperioſa & ſuperba. Mortua hac ſecunda, ſi ad tertium matrimonium peruenire deſiderabit, dico quod in peius ruet,ſicut ſcribit Ptolemæus cap.4.lib.4. Quapropter erit concluſio, ꝙ hic vir non erit fortunatus cum mulieribus, ideo conſiliū accipiet à bonis viris,quando volet vxorem accipere.Sed cum ſit hęc res potius voluntaria quàm ex ſtellarum poſitione, dico quòd non ſemper cælum effectum ſuum producit in hac re matrimoniali: quare nil aliud dicam de vxoribus.

*De filiis*

Quantum ad filios dico, quòd hic vir in filiis erit infortunatus. Nam paucos habebit, quorum aliqui(ipſo viuente)peribunt,ſicut Sol in vndecima cæli domo infortunatus oſtendit,& etiam dominus quintæ domus in vndecima domo inſinuat, deinde Venus & Mercurius ſub radiis Solis, & in ſigno ſterili tale infortunium demōſtrant, vt ſcribunt Iudæi in ratione quintæ domus. Dominus enim horoſcopi ſcilicet Luna eſt collocata in ſigno fœminino,& ſimiliter dominus quintæ domus reperitur in ſigno fœminino:quare fœminæ ei remanebunt,& non filij maſculini. Sed hoc dicitur fore ſecundum eius natiuitatis conſtitutionem,& nō ſecundum conceptionem:quia aliter poteſt ſe habere circa filios & filias, cum ad generationem filiorum concurrat aliquo modo mulier,quare &c.

*De amicis & inimicis.*

A principibus,& ductoribus exercitus,& dominis fauores,gratias,& beneficentias habebit, & cū omnibus nobilibus conſortium tenebit,& amabitur ab omnibus perſonis tam nobilibus quàm ignobilibus. Inimici quoque vt plurimum erunt infortunati, & quærent eius gratiam, & impetrabunt reconciliationem ab ipſo, verum ipſe natus erit magis inimicus ſuipſius quàm ſui aduerſarij. Et hoc accidens habetur à Mercurio, qui eſt ſtella principalis huius natiuitatis,& dominus duodecimæ domus quadrangulatus Saturno, & eſt retrogradus & combuſtus.

Erit nanque iſte natus aſsiduè in ſuſpicione, zelotypia & timiditate ſine aliqua cauſa,& fruſtrà timebit,quapropter ex ſuſpicione, quam ipſe habebit de ſuis amicis,& de illis qui eum amabunt, faciet amicos ſuos diſcedere & retrahere ſe ab illo.

*De itineribus.*

Cum Luna domina horoſcopi diſcedat ab ipſo oriente aliquantiſper, videtur quòd in patria permanere ei placebit,nihilominus inclinatio hæc nō eſt talis,vt debeat ibidem ſemper permanere,cum Luna vadat ad Iouis ſextilē domini nonæ domus, & ad Martis hexagonum Almuten Lunæ. adeo ꝙ iudicium erit, quòd faciet natus maxima & multa itinera, in quibus accidēt ei aliqua pericula ſolum aquarum, cum reperiatur in nona cæli domo Saturnus: In reliquis vero erunt itinera commoda & vtilia.

Regiones ad fortunam eius diſpoſitæ ſunt Germania,Anglia,Regnum Franciæ,Armenia, Aegyptus, Babylonia & Græcia.

Ex ciuitatibus habemus Neapolim, Capuā,Anconam,Imolam,Ferrariam, Veronam, Bergomū, Cracouiam, Marſiliam,Conſtantinopolim, Venetias,Genuam,Lucam,Piſam,Mediolanum,Vicentiam,Syracuſas, Cremonam & Romam, & ſimiles ciuitates,quibus pręſunt Aries Cācer & Leo.Cum autem cæteras ignorem, non habeo,quod in illis ei conſulam:verum alia loca non laudo,nec vitupero: ſed natus ſecundum exigentiam temporis conſilium accipiat. Sufficit enim tantum quod ſcripſi de locis eius bonæ fortunæ.

*De aliquibus temporibus,quæ plus erunt notabilia vitæ & bonæ fortunæ.*

Incipiam à vita, videlicet ab anno 16. ætatis eius currente,in quo habui aliquas difficultates in ſuis actionibus, ſed totum completum fuit cum maxima fœlicitate per multos annos ex progreſsione regiæ domus ad quadratum Lunæ, & ad ſextilem Veneris.

Sed anno 37. vſque ad 40. ferè, mirificè acquiret natus bona fortunæ, amicos potentes, & iter faciet vtile & honorabile. Et ſi pertranſiuerit annum 40. (vt credo) perueniet deinde ad maximam fœlicitatem vſque ad annum 44. Vnde acquiret diuitias,honores,& amicos,ſicut oſtendunt directiones Solis & Lunæ, & regiæ cæli domus ad trigonos Saturni & Iouis.

Præterea ab anno 45. vſque ad 50. annum habebit exaltationem ſui ſtatus, & faciet itinera cum ſua vtilitate.

Rurſus ab anno 54. vſque ad annum 71. mirificè augmentabit ſua bona & ſuum ſtatum in honoribus & amicitiis.

Deinde progreſsiones regiæ domus ad ſuam ſtellam principalem & ad corpus Solis: Item progreſsio Lunæ ad Iouis corpus & ad partem diuitiarum conſeruabunt natum in honoribus, diuitiis vſque ad mortis finem. Poterunt tamen reuolutiones annuales facere, quòd hæc quæ ſcripſi, aliquantiſper varient à prædictis temporibus, aut venient poſt cum maxima proſperitate. Hæc quæ ſcripſi Mag. Ioannes Franciſce ſupra natiuitatem Zenobij tui filij, ſufficiant ad præſens, quem Deus in ſuo ſancto timore conſeruet & proſperet in ſanitate. Vale.



Digitized by Google

*Cuiuſdam Medici Natiuitas.*




Tria breuiter in hac tua genitura, Magnifice Franciſce, faciam.

Primum, determinabo, quæ ad corpus pertinent.

Secundò, quæ ſint animi accidentia.

Tertiò, quæ fortunæ ſunt.

Primum quo ad corpus attinet, dicam de complexione, ſecũdò de vitæ quãtitate, & tertiò de morte.

*De complexione corporis.*

Ad primum ex intentione Ptolemæi in 3. c. 11. dicimus tui corporis concretionem ſanguineam eſſe, ac cholericam. Primum patet cum diſpoſitores orientis & Lunę partim calidi ſint, & humidi: vt Luna & Sol, ac ſtellæ, quæ reſpiciunt ipſa lumina, vt Iupiter, & Venus: quæ adhuc Lunam ex trigono reſpicit. Sunt autem Venus, & Iupiter agentes temperatam caliditatem, ac humiditatem. Quòd autem ad cholericam etiam declines cõplexionem, ſecundo loco demonſtrant Orientis, Solis, ac diſpoſitoris Lunę imagines, cùm ſint partim calidæ & ſiccæ, partimque humidæ: ſed quod maius eſt, quòd Sol non multum diſtat ab horoſcopo, & Mars eidem horoſcopo ſexangulatur in ſignis magnarum aſcẽſionum. Patet igitur prima noſtra aſſumpta concluſio.




*De accidentibus corporis.*

Secundò concludo, Corpus tuũ minimè fore mutilandum, aut aliquo membro diminuendum cenſemus. Primum declaratur: quia Oriens ac lumina nullis maleficarum ſtellarum hoſtilibus ſauciantur radiis. Item occidens & ſexta domus immunes ſunt & à præſentia, & à noxiis radiis earum maleficarum ſtellarum. Verum ſi quid incommodum allatum fuerit, leue iudicio meo accidet, quod contingere poterit in capite, vel facie: ex quo vt præmiſimus, Mars irradiat horoſcopum ſextili aſpectu, in ſignis tamen magnarum aſcẽſionum. Vnde ab igne, vel ictu violento alicuius proiicibilis cauendum erit: ſed vt diximus id leue erit, & parui ponderis. in reliquum quoad accidentia corporis expoſita, & quia dominus aſcendentis ſeparatur à domino octauæ domus, vt plurimum valetudinem corporis, & ſanitatem continuabis.

*De quantitate vitæ.*

De quantitate vitæ diuerſi ſunt autores inter ſe in acceptione diuerſa & vitæ ſignificatoris, & largitorum multitudinis annorum. Communis nanque via per hylegiam atque alchocodeam poteſtates, vitam definiunt, & annorum numerũ, iuxta poſitionem ipſorum vitæ ſignificatorum. Quamobrem ſi Sol propior fuiſſet horoſcopo, vitam & annos ſignificaſſet: ſed quoniam ſuper terram reperitur, & in domo propria, cùm ſit in domo cadenti, reiicitur ab omnibus in hac re. Lunam quoque, cùm ſit ſubterranea, neque ſufficiẽtem habeat Alchocodem, miſſam fecimus: & ſic de cæteris locis, & hylegiis: ſed tantum Ptolemæum imitati, ac eius decreta pluribus obſeruationibus aſſecuti, Venerem aſſerimus vitæ ſignificatricẽ, vt in decimo capite tertij libri expoſitum eſt. Quapropter erit

Digitized by Google

erit vitæ tuæ periodus, nullis aliis impedimẽtis accedentibus, annorum 75. Nam non primum Venus per progreſsionem accedit ad diametrum Saturni, quàm compleantur tot anni. Si anno tuæ vitæ 19. vel circa laboraueris acuta quadam febri, vel infirmitate, aduſtis humoribus cauſata, progreſsio Veneris ad quadraturam Martis, quæ quidem conſtellatio circa hæc tempora venit, id tibi denuntiauit.

In futurum caueto in anno, 34. tuę vitæ ab infirmitatibus humidis ac melancholicis, vel ſimilibus accidentibus cauſatis, pro vt progreſsio Orientis ad oppoſitum Saturni demonſtrat.

Verum in anno 47. directio Veneris accedit ad corpus Solis: in quo anno cauere debes ab infirmitate aduſta, quæ erit cum vitæ tuæ periculo. Poterunt aliæ contingere infirmitates, quę ex deprauatis annorum conuerſionibus accidere poſſunt: ſed non adeo inſignes.

### *De morte.*

Vltimò circa mortem, cauendum eſt tibi à ſubmerſione aquarum, atque periculis incidẽdi in ſeruitutem, ac captiuitatem quocunque modo hæc poſsint contingere. Habes enim Saturnum in octaua domo, cum capite Draconis & Lunam triangulatam Soli in ſignis paucarum aſcenſionum, inſuper & ipſum luminare maius, quod eſt dominus Aſcendentis, conſtitutum in domo carcerum, quę omnia & ſi leuia ſint: tamen cauendum eſt à cauſis, quæ poſsint hæc inferre. In reliquis autem nullum accedet infortunium. Et hæc ſuperficialia ſint. Mortem naturalem tibi profero, & præcipuè propter Iouem ambientem angulum octauæ domus, cuius proprium eſt, malam mortem auferre: ſed hæc tibi diximus, vt tutius ac tranquillius incedas. Morieris, vt volunt ferè omnes, prope natale ſolum longa infirmitate extenuatus, eo tempore, quo definiuimus, & ab incommodis dictis. Caueto quoque anno 34. videlicet à periculis aquarum. Hæc de corpore & vita dicta ſufficiant.

### *De qualitate animi.*

Circa ſecundam partem cùm habeas Lunam ac Mercurium, & ſeſe reſpicientes, & horoſcopum reſpicientes, habes pronitatem, vt ſemper viuas ſana mente, & integro animo, ac nullo tempore dementia afficiendo: vt habet Ptolemæus in 3. lib. cap. 13. neque laborandum eſt verbis, vt explicem bonitatem, acutiem, & agilitatem tui ingenij, propter Mercurij præſentiam in prima domo, ac in domo Solis fæliciter à Venere illuſtrati, vt pleriſque rationibus demonſtrat Arabs Albubater in cap. 27. ad calcem, & cap. 28. Ex quibus habes, vt poſsis in bonis artibus proficere, & nulla ſit tibi difficultas in adipiſcendis ſcientiis, & artibus, ſed cùm ſeſe Venus & Mercurius ex ſextili aſpectu reſpiciant, atque accedat Martis teſtimonium, licet platicum ſit, maximè proficies in arte medicinæ, vt autor eſt Ptolemęus in 4. lib. ca. 3. & Albubater ca. 101. Ex his patet ex hac nobili conſtellatione te viles artes neglecturum, & minimè habere animum eiſdem applicabilem

Cęterùm quo ad mores & virtutes actiuas, habes animum ingenuum, vt dixit Maternus ca. 1. lib. 5. ſemper habendi liberam poteſtatem, ex Leone horoſcopante. Inſuper fortitudinem ac liberalitatem diligis, humanitatem, cæteráſque virtutes in vniuerſum. Demonſtrant hæc triangulatio Solis ad Martem, ſexangulatio Veneris, & Mercurij, ac earumdem ſtellarũ cum beneficis irradiatio: vt ſunt autores Ptolem. vbi ſup. & Abenragel par. 4. c. 9. & in ſequentibus paragraphis: item & Iudæi in rationibus primæ domus, & Albubater cap. 15. 40. & 44. & in multis aliis ibidem capitulis. Vnum tibi reſtat dicendum, vt cæcos ignes ex pectore eiicias. Nam nimis propenſus es ad amandum, & indifferenter vtrunque ſexum ex conſtellatione Martis ad Venerem, & Mercurij ad eoſdem: autor eſt Ptolemæus vltimo c. 3. lib. & in 4. cap. lib. 4. & in vniuerſum omnes, qui in Aſtrologia ſcripſerunt. Nec tibi mirum ſit neque triſtandum, ex quo ab extrinſeco hic accidit, neque proprium eſt tui animi, volo autem vt nobilitate illa, & ingenij tui facultate id cognoſcens, vincas ac ſuperes: nam nil aliud tibi reſtat ad præſtantiam tuæ vitæ, & excellentiam. Et hæc de his, quæ ad animum pertinent, dicta ſufficiant.

### *De ſubſtantia, & diuitiis.*

De his, quę ad fortunam attinent, & primum de bonis ſubſtantiæ, cùm ſit pars ſortis cũ Luna triangulata Saturno, & Ioui, ac Soli quadrangulata, oſtendit prima fronte te eſſe ditandum & poſſeſsionibus, & hæreditatibus, quę facile contingere poſſunt. Verum ſi hæc accidant, curandum erit, ne deperdantur propter retrogradationem earundem ſtellarum. Conſtellatio autem ſecundum Maternum eſt valde potens, vt diteris in his, quæ diximus. Rurſus dominus ſecundæ domus in prima domo conſtitutus, & hoſpitans Venerem in vndecima domo, te vltra tuam fortunam ditandum demonſtrat: & conueniunt omnes ſine magno labore partim amicorum, partim inſtinctu viri bene fortunati, & partim morte tuorum. Mars nanque in tertia domo demonſtrat tuos fratres è vita migraturos, te ſuperſtite. Item dominus tertiæ domus in prima poſitus idem deſignat. Taceo, quòd hæc bona fortuna orietur vt plurimum ex ingenij tui prudẽtia, ac doctrina: poſſes in vniuerſum, & mercaturis ditari: & ſi quid poſsint quædam fixę per tres cardines conſtitutæ, inſuper amplitudinem diuitiarum afferre. Sed ſtandum eſt tibi tutius in priori conſtellatione: nanque ſtellæ illæ cælo hærentes, valde diſtantes ab Ecliptica, exiles parturient effectus.

### *De honoribus.*

Ex his eiſdem cauſis poſſem tibi prognoſticari plurimas dignitates, & honores præcipuos quidem ac maximos: ſed eiſdem rationibus motus libet tacere. Sed ex priori conſtellatione tantum, & pręſentia Solis in propria domo polliceor tibi pronitatem quandam ad ſic virtuoſè agendum, vt compares tibi clarum & illuſtre nomen. Vnde philoſophando accedes ad plures dignitates, & honores: vt ſit tibi facile, vt obſeruaui aliàs, excedere tuos

anteceſſores: quare ſequere iter tuum cœptum, proficiendo in literis & virtutibus.

*De vxore.*

De vxore, Luna in primo diacotomo, ac cæli orientali quadripartio, vt ſentit Ptolemæus, vxorem puellam, & in iuuenta pollicetur, & cùm pluribus applicet ſtellis, plures coniuges pollicetur: quod maximè dominus ſeptimæ domus infortunatus in octaua domo inſinuat. Coniugum nanque tuarum mortem hæc conſtellatio ſignificat. Fortunabere verò in prima valde propter Iouem in propria domo, cui Luna primo applicat, & partem fortunæ beneficè illuſtrat. Sed hæc & ſimilia de vxore nunquam pertinaciter ſuſtinui: cùm ſit res valde dependens à propria voluntate, & non ſemper firmas habuit obſeruationes, quicquid ſibi velint Aſtrologi.

Quod ad cæcum ignem attinet, cùm Venus ſit in domo vndecima, ſemper mutuum amorem cum mulieribus præſtabit: ſed dicit Iudæus, finem eſſe non laudabilem. Sed de his ſupra ſatis diximus.

*De filiis.*

Circa filios, Venus in domo vndecima, teſte Ptolemæo, cap. 5 quarti libri, dabit filios, & cùm ſit orientalis, & in ſigno maſculino, plures debet adferre maſculos quàm fœminas: ſed vereor cum dominus quintę domus ambiat domum octauam prope Saturnum, ne diu viuant. Hoc eſt quod tibi de liberis proferre poſſum: ſed qui vixerint, ingenui, & fortunati erunt.

*De amicis & inimicis.*

Habebis plurimos ac grandes amicos. Iupiter, Venus, & Mercurius id oſtendunt. Inſuper grandes prælati, ſenes, ingenuæ mulieres, docti, ac milites tibi fauebunt: & ſi qui hoſtes erunt, reconciliabuntur tibi: hæc oſtendunt beneficæ configurationes omnium ſtellarum inter ſeſe: & quoniam habes Solem in duodecima domo, non decernunt tibi quidam magnates aduerſi, quos non voluntate concitabis tibi inimicos, ſed vel per accidens, vel iuſta cauſa compulſus: ſed ad finem non tibi nocebunt.

Hæc ſunt quę de amicis & inimicis excogitare potui.

*De itineribus.*

Et ſi Sol in duodecima domo cadens, & Mars in tertia domo plurima itinera deſignent Orientem verſus, & Boream: ex his quæ tradidit Ptolemæus in 4. lib. cap. 7. cùm tamen dominus aſcendentis ſeparetur à domino nonæ domus, frequenter impedieris: & cùm cœptum fuerit iter, repedabis, & non omnia concepta itinera perficies: à quibus etiam recedendum conſulo propter Martem in tertia domo conſtitutum, qui non tantum breuia itinera, ſed longa etiam ſignificat. Quare moneo, vt ſi fieri poſſit, ea vites, vel propter latrones, vel propter nimium æſtum, vel per alias ſimiles cauſas. Ciuitates ad fortunam tuam diſpoſitæ ſunt Roma, Mantua, & Rauenna. Item Florentia, Neapolis, Imola ac Fauentia, & ſimiles ciuitates, quibus pręſunt Leo, & Aries. Cùm autem cæteras ignorem, non habeo, quod in illis tibi conſulam: Venetias tamen atque Lucam & Conſtantinopolim effugiendas moneo, cùm aſcendens illarum ſit duodecima tuæ geniture. Hęc iam dicta ſufficiant.

*Cuiuſdam principis Natiuitas.*




QVANQVAM Princeps illuſtriſsime, ac excellentiſsime, ſecundarum cauſarum operationes poſsint amoueri à Deo magno, ſuſpendente primam, quæ immediatè concurrit ad effectum vniuſcuiuſque ſecundæ: & hoc ab illo fiat, quando ei placet (tanquam cauſarum cauſæ) tamen vt plurimum ſinit, vt ſecundæ cauſæ operentur in virtute primæ. Ideo puto manifeſtum eſſe, hæc inferiora ſuperioribus ſeruire & cæleſtibus: & ab illa cæleſti natura quandam diſtillari virtutem, & mutabilia quadam firmiſsima lege, & continuo ordine corrumpantur, & generentur. Pro quo Aegyptij non abſque ratione multa cæleſti influxui attribuebant, cùm viderent



Digitized by Google



Figura octaui orbis, ſeu ſtellarum fixarum ad natiuitatis tempus.

rent omnia illi eſſe ſubiecta. Cum obſeruationibus igitur horum Aſtrologorum, & Ptolemæi propoſui hoc facere iudicium ſuper natiuitate celſitudinis tuæ, vt ea intelligat, quid tui ortus ſydera tibi promittant. Quamuis ſapiens dominetur aſtris, & eius voluntas ſit illis potentior. Et ne multa verba multiplicem, vt ad finē perueniam, dico, quòd horoſcopus illuſtriſsimę dominationis tuæ eſt ſignum Aquarij. Sicut enim mihi relatū eſt, hora 19. natus es in ortu Solis: quod Ptolemæi regulis in cap. 2. lib. 3. ſupereminebant huiuſmodi ſigni gradus ſex, & minuta vigintiquinq; in Orietali Horizonte, ſic quòd ab hora data exiſtimatiua, ad illam quam ſcribit Ptolemæus, nulla eſſet alia differētia, quàm octo minutorum; & ſi ſeruaretur obſeruatio Hermetis Aſtrologi antiquiſsimi, qui æquat gradum horoſcopi per conceptionis viam, fuiſſet differentia pluſquam dimidiæ horæ: quod non eſt credendum, vt ſic ſtultè hic error temporis aſſumeretur, cùm illius natiuitas tanto deſiderio expectaretur: & hoc eſt quo ad fabricam figuræ pro fundamento præſentis iudicij.

Sed qualis ſit ſtella, ſub qua natus ſis, variæ ſunt Aſtrologorum opiniones in illa definienda; nihilominus Arabes, Indi, Perſæ, Babylonij, Græci, & Iudæi conueniunt ſimul in hac natiuitate eſſe Saturnum: quæ ſtella etiam confirmatur à Iulio Firmico cap. 12. lib. 4. Erit igitur Saturnus illa præcipua ſtella, quæ tuę celſitudini dominabitur in omnibus actionibus tuis, & erit etiam corporis ſignificatrix, cùm ſit ea ſtella domina horoſcopi natiuitatis, vt ſcripſit Ptolemæus cap. 12. lib. 3. Præterea orietur etiam, quòd Saturnus aſſociatus à Ioue erit dominus ſpiritus, & animi, qui à Iudæis dicitur vigor, ſicut obſeruauit Ptolemæus cap. 13. tract. 3.

Diſpoſitor actionum erit Mars in Saturni ſocietate: ſicut in capite de actionibus enarrabimus.

Quæ accidentia commixtio harum ſtellarum ſimul ſit allatura, pedetentim ſuo ordine à me enarrabitur hoc inquam ordine, quòd cùm ſint bona triplicia, hoc eſt corporis, animi, & fortunę, ſic nos diuidemus hoc iudicium In tres partes præcipuas. In prima parte tractabimus de omnibus illis accidentibus, quæ venire ſolent, & ſuperaſtare noſtro corpori; in ſecunda dicemus de accidentibus animi: in tertia de caſibus fortunæ.

*De complexione corporis.*

Ille Hermes doctiſsimus, qui primis illis temporibus tam celebris inter Aegyptios extitit, quòd ab ipſis dictus fuit Mercurius Triſmegiſtus; affirmat, quòd complexio corporis cognoſcitur ab Horoſcopo, & à Luna, & eorum diſpoſitoribus cum domino natiuitatis, & ab illis Planetis, qui aſpectum habent ad Lunam, & Orientem. Per quam obſeruationem fuit iudicium, quòd celſitudo tua ſit complexionis ſanguineæ, & cholericæ: propterea quòd habeat pro horoſcopo ſignū Aquarij, qui eſt natura calidus, & humidus: & Saturnus dominus natiuitatis eſt in ſigno Geminorum, qui etiam eſt eiuſdem naturæ calidus, & humidus.

Huic rationi additur hoc, quòd Venus ſita eſt in prima domo cæli; quæ dat tibi, eſſe ſanguineum. ſed quoad choleram dicitur, quòd Luna eſt in ſigno calido, & ſicco: & ſic Iupiter diſpoſitor Lunæ; & Sol in cuſpide primę domus. Quibus conſtellationibus hoc fit iudicium, quod celſitudo tua ſit complexionis cholericæ, & ſanguineæ: vt ſcripſit Ptolemæus cap. 11. lib. 3. Et ideo quia Venus ſita eſt in horoſcopo, dicitur, quòd eris pulcher corpore, & pulchrum habebis aſpectum, oculos hilares: vnde dico ego, quòd huiuſmodi complexio erit pulchra, & optima; quia cæli ſtellæ influūt virtualiter propter ſuum motum, tres virtutes, vt conſeruent corpus in diſpoſitione bona. Prima virtus dicitur vitalis, quæ habitat in corde tanquā ſede animę: & hæc virtus regitur ab influentia Solis; de qua multum dicemus in capite de quantitate vitæ. Secunda virtus dicitur naturalis, quæ reſidet in hepate; à quo gignuntur quatuor humores, hoc eſt, ſanguis, cholera, phlegma, & melancholia; qui oriuntur ex quatuor qualitatibus elementorum, ſcilicet calida, ſicca, frigida, & humida, Iupiter dominatur ſanguini, Mars cholera, Luna

phlegmæ,

phlegmę, Saturnus melancholię. Tertia virtus dicitur animaſtica, quæ commoratur in parte intellectiua, & ſenſitiua, & demonſtrabimus in capite de qualitate animi. Nunc cùm dicturus ſim ſolùm de virtute naturali, dico, quòd quò ad ſanguinem celſitudo tua erit optimè ordinata, & compoſita: propterea quòd cùm ſit Iupiter dominator ſanguinis bene poſitus in præſenti natiuitate, ſignificat, quòd ſanguis non corrumpetur, nec comburetur à cholera, ſed conſeruabitur ſemper in bona diſpoſitione. Et quò ad choleram, dico, quòd cùm ſit Mars bene poſitus, celſitudo tua non erit cholerica: ſed cùm dominetur illi ſanguis, erit benigna, & à cholera ſtatim tranſibit ad amœnitatem: quinetiam cùm ſit Luna oppoſita Saturno, videbitur corpus non eſſe validum, & ſanum, ex Ptol. ſcripto in ſententia 86. ſuorum dictorum: nihilominus cùm Venus opponatur poſita in horoſcopo, & pars aſcendentis quæ dicitur durationis, vt ſcribit Abenragel cap. 10. quartæ partis, quæ poſita eſt in ſigno Tauri in quinto gradu: dico quòd eris optimæ complexionis, & talis quòd poteris tolerare laborem, & nonnunquam infirmaberis.

Nunc igitur volens celſitudo tua conſeruare complexionem in diſpoſitione bona, caueat ne comedat illa quę ſua natura calidiſsima ſunt propter choleram, & vtatur rebus temperatis, quæ multũ illi proderunt. Et hoc dictum eſt, quò ad virtutem cæli: quia fortaſſe hęc natura alia eſſet propter accidens tuorum genitorum, quia cùm illis verſans, poteris accipere à complexione parentum: quia habitus conuertitur in naturam, ſecundùm Ariſtotelis Philoſophi doctrinam.

*De ſanitate, & infirmitate corporis.*

Duplex inuenitur infirmitas in noſtro corpore: vna dicitur incurabilis, quæ nobiſcum naſcitur, cùm eximus è ventre matris noſtræ, & vſque ad finem conſeruatur: cum qua poſſumus aliquando facere inducias, nunquam autem pacem. Alia curabilis quæ naſcitur ab humorum diſcordia propter extranea accidentia. Ideo quò ad infirmitates, ſequens Ptolemæi obſeruationes cap. 12. lib. 3. nõ poſſum te credere ſecurum ab illa prima infirmitate: quia Luna domina ſextæ domus infortunatur à Saturno, quod ſignificat, quòd malè habebis in ſiniſtro oculo, propter rheumam quæ deſcendet à capite: adeo vt quia eſt in gradu 18. Sagittarij, min' videbis ex hoc ſiniſtro oculo quàm à dextro. Denique lapſu temporis debilis eris viſu, ſicut ſcripſit Albubater cap. 55. 58. & 59. ſuorum ſcriptorum.

Præterea dicitur, cùm ſit Venus ſub terra ſauciata à Marte ex quadrato aſpectu, quòd patieris dolores renum ſiue debilitationes, & malum in membro genitali veniens à multo coitu, cui multum eris propęſus, & ſubditus venereis affectibus. Et hæc accidentia minatur etiam Luna oppoſita Saturno, cùm ſit ipſa Luna domina ſextæ domus, vt obſeruauit Albubater cap. 53. & 76.

Item hinc prognoſticantur etiam dolores hepatis & lõga ægritudo, quæ ab hepate orietur, vt ſcripſit prędictus Arabs ca. 69. quia Luna domina ſextę domus opponitur Saturno: & cùm ipſa Luna non aſpiceretur à Ioue è trino aſpectu, & Venus è ſextili, aduenirent etiam tibi dolores ſplenis, quę eſt ægritudo cõtraria ſupradictæ: vt ſcripſit Alb. c. 70.

Item ſubditus eris ventris doloribus: quia Saturni Antiſcium cadit in ſextam ſedem cęli, & antiſciũ Martis in duodecimam. Et propter hoc etiã timeo, ne patiaris interdum etiam in iuncturis pedum: nõ dico quòd podagris ſubdit' eris, ſeu doloribus arthriticis, ſed dico, quòd erunt quidam dolores, qui naſcentur ex humoribus ſubtilibus, frigidis, ſiue ex pedum deſlocatione ſeu luxatiõe in ſaltibus, ſeu dũ aliquod aliud exercebis ſtudiũ ſeu exercitationẽ.

Hæc membra corporis erunt infortunata, venter, caput, brachia, & crura: cùm poſitus ſit Saturnus in ſigno Geminorum, & Mars in ſigno Scorpionis.

Quod pertinet ad infirmitates curabiles, quę oriuntur ex accidentibus extraneis, vt ſunt febres, & corporis alteratio, quæ ex humorum intemperantia proueniũt: cùm ſit febris calor naturalis mutatus in calorem igneum, dico, quòd tua celſitudo optimè ſeruabitur, non obſtante hoc, quòd Saturnus ex Antiſcio cadat in ſextam domum, & opponatur Lunæ, quòd ſignificat multas infirmitates; quia exiſtens Venus in horoſcopo in ſua ſimilitudine afferet floridam ſalutem corporis: & hoc oſtendit pars Veneris, quæ eſt illa aſcendentis, quę dicitur durationis, bene collocata in quinto gradu Tauri: quod, ſicut obſeruauit Leopoldus in quinto tractatu, ſignificat totius tuæ vitæ ſanitatem: & hoc idem affirmat pars infirmitatis in 23. gradu Cancri. Quibus conſtellationibus ego prognoſticor tibi bonam corporis ſanitatem: non obſtante eo quod Ptolem. ſcribit in ſententia 61. ſuorum dictorum, Cæterùm pro intelligentia harum febrium, vt ſcias quibus ægrotabis febribus, cùm ægrotabis, dico quòd nos habemus tria ægritudinum genera, quæ procedunt ſeu originem habent ex tribus partibus: vna harum oritur ex caliditate ſpirituum, quæ dicitur Ephimera, quæ durat ſpatio 24. horarum, & prouenit ex nimio labore, atque exercitatione: ſiue cùm moraberis ad Solem nimium. Ad hanc febrem tua celſitudo non inclinatur: quoniam habes in tua natiuitate Mercurium, à quo Planeta bene compoſito regitur tua ægritudo.

Secunda naſcitur à calore membrorum: & hæc ægritudo dicitur febris hectica, quæ lentè affligit membra, cui tua celſitudo non eſt ſubdita, quia habes Solem in tua natiuitate bene diſpoſitum, à quo ipſa regulatur infirmitas.

Tertia naſcitur à calore humorum, & hæc dicitur putrida, quę dum calefacit cor, euenit quòd inflammatur membra, pro quo fit, quòd ex calefactione ſanguinis naſcitur febris ſynocha, quæ originem habet ex iecore: cui ſubditus es, vt ſupra diximus. Sed non admodum affligeris ab huiuſmodi accidẽte, quia Iouẽ habes dominatorem ſanguinis, bene diſpoſitum in tua natiuitate. Et Arabes ſcripſere, quòd quoties dominus ſextæ domus cæli erat infortunatus à domino aſcendentis, minabitur infirmitates ſecũdum naturam ſigni, in quo poſitus erat dominus ſextę: vnde eueniet quòd huiuſmodi ægritudines imminent celſitudini tuæ, id eſt acutæ, quæ oriuntur ex corruptione ſanguinis.

Febris quæ à pura cholera gignitur, eſt febris tertiana, cui ſubdita erit celſitudo tua: quoniã Abenr. in

Digitized by Google

in primo capite quintæ partis dicit, quòd quoties Luna ſita erat in ſigno calido,& ſicco, vni infortunæ oppoſito,minatur ægritudines,quæ prouenient ex cholera.Sed vereor,ac timeo,ne celſitudo tua ſit potius propenſa ad patiendum ægritudines , quæ procedunt ex calefactione, deinde ex frigiditate, quoniam Antiſciū Martis partiliter cōiunctum eſt cum Sole,& Saturnus opponitur Lunę.Et dico ego præterea , ꝙ puræ tertianæ aliquando conuertentur in continuas, quæ ſunt febres, quæ naſcuntur à phlegma,cùm ſtomachus ſit illius latrina,& hoc ex oppoſitione Lunæ læſa à Saturno ex diametro.

Febris autem,quæ à melancholia gignitur, dicitur quartana,quæ eſt duplex,quia fex eſt ſanguinis, aut eſt quod gignitur ab vnoquoque humore propter ſplenem,quibus meo quidem iudicio tua celſitudo propenſa non eſt , & propterea non ero in ſcribendo de ea prolixior , ſed ſolùm dicam, quòd cùm ſit Iupiter Almuten ſuper ſignificatoribus infirmitatum bene poſitus,& ſi ſit peregrinus,& extra ſuam ſimilitudinem,ac terminos Mercurij , ſignificat quòd paucas habebis infirmitates. Et vlterius dico , cùm ſit dominus ſextæ domus cæli ſegregatus à domino horoſcopi,ſignificat,quòd eris bonæ complexionis,& temperatæ naturæ, ſanus , & liber ab illis ægritudinibus , vt ſcripſit Abenr. in primo capite quintæ partis.

Erunt tuæ,illuſtriſsime ac excellentiſsime Princeps , ægritudines curatu faciles, cum Dominus 6. domus ſitus ſit in ſigno cōmuni , vt obſeruauit Ioãnes de Similia ca.13.lib.2.ſuarum obſeruationum.

Tempus particulare ægritudinum notabitur in ſequenti capite,ſed quò ad generatinē ſcribit Dorochius Aſtrologus antiquiſsimus, In annis quinquaginta voluet Fortuna regiſtrum , quæ dum ad hoc tempus te ſanum tenebit,poſtea incipiet ægritudines immittere quas ſentias , poſtea quàm pars infirmitatum inuenitur ſita in ſexta domo cæli. Et hic meus tractatus confirmatur à Materno in multis locis ſuorum ſcriptorum.

*De quantitate vitæ.*

Inter omnia difficilia,difficillimum fuit homini hoc , inuenire cuiuſcunque hominis vitæ quantitatem,quia primi Aſtrologi inuenerūt quandam regulam dictam Hilech, & Alcocoden,ſecũdum quã celſitudo tua eſſet victura 63. annos, vt oſtendit Abenragel in 4.par.in 5.c.quia Sol eſt ſignificator vitæ , dictus Hilech, & Saturnus eſt qui concedit annos , dictus Alcocoden:adeo vt ipſe Saturnus concedit annos 61.vitę,non obſtante hoc,quòd motus retrogradi,quoniam talis habetur proportio à diſtantia quantitatis quartæ domus ad ſeipſum , quæ habetur ab annis maioribus ad medios, à qua proportione veniunt anni 51. quibus additis duodecim, quos concedit Iupiter , qui aſpicit Saturnum ſextili aſpectu , proueniunt ad ſummam annorum ſexagintatrium,vt ſupra dictum eſt.

Venit poſtea Ptol.& inueniens hanc regulã plerunque fallibilem , & volens omnibus rebus regulam dare , vt erat Philoſophus , cognouit ꝙ à Sole tanta infundebatur virtus huc inferius , ꝙ res gignebantur & corrumpebantur , & quòd eius curſu & recurſu per Zodiacum cauſabantur ſtationes tēporum,vt docuerat Ariſtoteles in libro de generatione,& Plato,qui volebat Solem eſſe rectorem,ac gubernatorem temporum , & regiminis vitæ , quia dum ſeptem planetæ motum ſuum faciunt ſub Zodiaco,qui noſtra lingua vita dicitur, influebatur vita viuētibus,quoniam in Zodiaco ſunt 12.ſigna cæleſtia,quę participant à natura elementorum influxiuę ſeu virtualiter,& nō formaliter,ſub quibus dū Planetæ mouentur , mittunt ad nos propter motū, & lumen ſuum,omnem cæleſtem influentiam. Nūc cum hac Philoſophia dicit Ptol.cap.10.3. ἀποτελεσμάτων,Solem eſſe Hilech,id eſt ſignificatorem vitę, qui veniens per arcum æquatoris diuidit gradum ſui quadratus in gr.54.& 22.m. quæ dant pro quantitate vitæ annos 54.& mēſes 4.qui terminus cùm præteriri poſſet,tua celſitudo veniret ad annos 73. quòd Sol per directionem venit ad gradum quartæ domus,& ad diametrum Martis. Et hoc quò ad opinionem Ptol. poſt quem poſt annos 188. venerunt Aſtrologi Latini,vt narrat Iulius Firmicus ca. 28.lib.2.& inuenerunt aliam regulã ad cognoſcendam vitæ quantitatem, iuxta quam celſitudo tua haberet vitæ annos 57.propterea quòd Saturnus ſitus ſit in ſua triplicitate,faciēs cum Mercurio mutuam receptionem , aſpicientes ſe alterutrum partiliter ex trino aſpectu,& ipſe eſt, qui dat vitam, & annos,cùm ſit dominus totius natiuitatis.

Nunc ex his opinionibus melior habetur illa Ptol.à Iudæis,& à Ioanne de Monte Regio,& denique ab omnibus Aſtrologis recentioribus.

Sed quò ad quantitatē vitæ dicunt omnes Aſtrologi , ꝙ Venus in horoſcopo ſignificat longam vitam,& Abenr.dicit c.9.part.4.ſe obſeruaſſe,ꝙ quoties in horoſcopo inuenitur vna fortuna, ſignificat nati bonam & longam vitam. Et quia volunt Philoſophi,quòd quicquid probationi ſubditur , oſtēdatur eius rei veritas , per eandem ſcientiam dico, quòd ſuperius loquutus ſum de virtute generali, & nunc de vitali loquar , quæ fundatur ſuper poſitione Solis,vt ſcripſit Ptol.in ſent.86.ſuorum dictorũ, & Iamblichus ab Aegyptiorum doctrina fautus dicit. Quicquid inuenitur boni , eſt in virtute & potētia Solis,& ſi aliquid nos habemus ab aliis , ab eo ſumitur perfectio.Et ideo ſcribit Almanſor in ſen. 104 ſuorum dictorum, quòd vita viuentium eſt ſecundum gradum Solis,aut Lunę à Dei ſapientia ordinatum.Et Albumaſar dixit,ꝙ à Sole,& Luna nobis dabatur omnis virtus , & hæc ſententia ſumpta fuit ab Hermete , qui fuit ante Chriſti natiuitatem annis 1488.qui ſcripſit in ſuis dictis Solem & Lunã poſt Deum viuentem eſſe nobis viuentibus vitam, propterea ꝙ ab ipſis natiuitates noſtræ ſumebant vim & vigorem,quia Luna operatur cum ſua propria virtute tum etiam Solis,cùm ſit nobis vicinior, ac magis peculiaris,vt dicit Pto.in ſen.61. ſuorum dictorum.Vnde cùm ſit ipſa Luna terrę viciniſsima omnium aliarum ſtellarum,& domina rerum humidarum,& conciliatrix, & ꝙ habent cum ipſa tãtam affinitatem , vt tam animata quàm inanimata ſentiant illius incrementa , & diminutiones , mare, & flumina creſcunt , & decreſcunt , vnde nunc fluctuant,nunc tardius mouentur,fluxus maris iēs , & rediens,continua, & perpetua mutatione agitatur. Et ideo Ariſtoteles cùm cōſideraſſet cælorum motum eſſe cauſam omnium rerum hic inferius exiſtētium,& ſi quieſceret ille motus,omnia perirent,dixit ꝙ neceſſariò oportuit hunc mũdum inferiorem fuiſſe

Digitized by Google

fuiſſe contiguum illi mundo cæleſti, vt eius virtus regeretur ab illo. Quapropter Sole exiſtente in præſenti natiuitate diurna bene poſito, poſſum ergo facere iudicium quòd celſitudo tua longo viuet tempore, & perueniet ad annorum quantitatem à Ptolemæo notatam.

Opinioni huic noſtrę fauet Albumaſar in ſuo magno introductorio, octaua differentia loquutionis primæ cauſæ, per virtutem partis vitæ, & Hilech, & rerum futurarum bene poſitarum in præſenti natiuitate. Quæ vitę eſt, inuenitur in tribus gradibus Arietis, de qua ſcripſit Leopoldus, Pars vitæ ſignificat vitam naturalem, & eſſe corporis, ꝙ quando bene poſita fuerit, ſignificat longitudinem vitæ, & ſanitatem corporis, & gaudium animi. Et hic tractatus confirmatur ab Albub. ca. 9. vbi loquitur, Si natus perueniet ad annos ſenectutis. Poſtea vt præterire poſsit ſtatutum tempus vitæ, multum difficile mihi videtur, quia dominus primi trianguli horoſcopi eſt retrogradus, & magnam afferet difficultatem, vt ſcripſit Abenr. c. 9. par. 4. paragrapho, de dominis triplicitatis aſcendentis, addita huic rationi hac alia, ꝙ Luna infortunata reperitur in præſenti natiuitate, & antiſcium Martis cõiungitur cum Sole lumine temporis, quæ operatur quòd dixi ſupra.

Sed quòd ſapiens regat ſtellas, dico quòd hic meus tractatus non eſt per modum affirmationis, ſed ſolùm per modum dubitationis, quia veritas quantitatis vitæ tuæ celſitudinis, optime Princeps, illi ſoli nota eſt, qui hàc dat, Deo optimo maximo, quia nos procedimus per coniecturas naturæ, quæ ſæpius ſunt fallaces.

Et quia eueniet, vt priuſquam peruenias ad hoc ſignatum tempus, aliqua oriantur ſuſpecta tempora ægritudinum, ea infra ſubiiciemus, ac ſignabimus, vt prudenter teipſum poſsis gubernare.

In primis nos reperimus quòd anno 1562. menſe Iulij Luna in eclipſi exiſtens in gradu Solis afferet tertio currente anno tuę ętatis aliquam humorum alterationem, & cauſaretur quædam aduſta febris, qđ monſtrauit Lunæ directio ad Saturni terminos.

Fortaſſe anno octauo & nono fuiſti alicui rheumati ſubditus, quod parui fuit momenti, etiam ſi Sol per directionem veniſſet ad trinum Saturni breuis aſcenſionis.

Anno vndecimo qui turrit in præſentiarum, directio horoſcopi ad terminum Martis propter ægritudinem calidam, & febrem admodum potentem, cauſatam ex abundantia choleræ iacebis in lecto admodum afflictus.

Anno decimotertio currente, quia directio horoſcopi ad terminos Saturni & directio Solis ad terminos Martis orientur, inclinabunt celſitudinẽ tuam ad patiendum dolores ventris.

Anno decimoſexto directio horoſcopi ad quadratum Martis afferet ſimplicem tertianam, quæ parui erit momenti.

Anno 19. directio hilegij ad quadratum Martis afferet periculoſam ægritudinem, calidam, & ſiccã, & venies ad alia vitæ pericula. Et hæc ægritudo talis erit, de qua multum medici dubitabunt, & tuæ ſalus vitæ in dubio erit. Ego autem huiuſce ſum opinionis ꝙ ab vna ad aliam ægritudinem tranſcendens, denique contra oẽm humanam ſpẽ ſanaberis.

Anno autem 23. currente directio Orientis ad quadratum Saturni, & directio Lunæ ad ſuum antiſcium afferet humorum alterationem, & febrem aduſtam, quæ incipiens à frigore, terminabitur in magnum calidum, & hæc infirmitas parui erit momenti.

Anno 27. directio Orientis ad quadratum Lunæ ſuſcitabit tibi frigidas, & humidas infirmitates, quę parui erunt momenti, & caueas ab aliquo, quod imminet tibi periculo, ſeu per animalia, ſiue per ignem.

Anno poſtea 31. currente ætatis tuæ directio Hilech ad quadratum Lunæ, & ad terminos Martis minatur periculoſam ægritudinem, pro qua malè habebis in oculis in vitæ periculo, quod malũ cauſabitur à febre continua, quæ affliget corpus variis modis, quia dum ſanguis intemperatus erit, afferet magnam in corde inquietudinẽ, & faciet, quòd non multum quieſces, tamen iudicium eſt, quòd ab illa ægritudine liberaberis.

Anno autem 34. directio horoſcopi ad trinum Martis in ſignis breuis aſcenſionis, & directio Lunæ ad terminos Saturni minatur pericula per animalia, & afferet febrem continuam, quę naſcetur ex aliquo vitæ errore, quem facies.

Anno verò 37. directio Solis ad trinum Martis in ſignis breuis aſcenſionis afferet vitæ pericula, aut per aquam, aut per aliquem caſum, & malum, quod erit in pedibus, pro quo iacebis infirmus in lecto.

Et anno 40. currente directio Lunæ ad terminos Martis minatur tertianam duplicem, & febrem intermittentem, à qua malè tractaberis, quæ ſi eſſet continua, multum eſſet à medicis cogitandum de tua ſalute, tamen concluditur quòd ab illa liberaberis, & ſanaberis.

Circa annum 45. veniẽs directio Solis ad trinum Lunæ in ſignis breuis aſcenſionis afferet dolorem pedibus, & faciet ꝙ iacebis in lecto infirmus febre tertiana, vel affligeris ab aliquo calido & frigido.

Et anno 51. & 52. iacebis in lecto ſimiliter ægrotus, quia directio Orientis venit ad quadratum Solis, & directio Solis ad terminos Saturni.

Eris igitur vigilantiſsimus, vt te ipſum bene cuſtodias in huiuſmodi temporibus, quando finire voles reliquum tuæ vitæ curſum.

*De morte.*

Ex omnibus accidentibus, quæ imminent *corpori*, mors vltimum eſt diſcrimen & *accidens*, de qua loquar ſicvt Arabes ſcripſere, illud omittẽs, quod ſcripſere Philoſophi ſuper Ariſtotelem ſecundo libro de generatione in textu 58. pro quo diuidetur hoc caput in quatuor partes.

In prima determinabimus, an mors erit naturalis, an violenta.

In ſecunda ſcribemus, qua ſpecie ægritudinis cauſabitur mors.

In tertia demonſtrabimus, an mors erit extra patriam an non.

In vltima verò parte loquemur de ſtatu tuæ celſitudinis in tuæ mortis tempore, & de periculis quę naſcentur in vita, & de multis rebus aliis, quas ſcire erit tibi gratiſsimum.

Quò ad primam partem dico, quòd moriturus es morte naturali & non violenta, non obſtante eo, quod Aſtrologi ſcribunt contrà, quia Abenragel ſeptimo capite quinti tractatus vult, quòd quoties lumen

Digitized by Google

lumen temporis & primus dominus trianguli octauæ domus cęli ſunt infortunati, minantur mortem violentam: quia Sol in præſenti natiuitate eſt cum Antiſcio Martis, & Venus domina primi trianguli 8. domus ſauciata eſt à Marte ex quadrato aſpectu. Sed in hac natiuitate oritur illud quod Babylonij magni pendunt, quòd pars mortis in 21. gradu in ſigno Piſcium ſauciatur à Saturno, virtute ſui orbis quadrati aſpectus: qua conſtellatione Aſtrologi facerent hanc concluſionem, quòd mors futura eſſet violenta, & non naturalis: quia Sol lumen temporis poſitus eſt cum Antiſcio Martis in ſigno violento.

Item dominus octauæ domus motus retrogradi, & ſub radiis Solis, & dominus Horoſcopi etiam retrogradus, oppoſitus Lunæ, minantur etiam aliquam violentiam in morte, quæ oriri ſolet duobus modis, hoc eſt ab exteriori re, vt à ferro, bombardis, arcubaliſtis, ſubmerſione in aqua, veneno, caſibus ex alto, & ſimilibus, quibus dico, quòd non es ſubditus, id eſt non morieris ex aliqua horum occaſione: quia antiſcium Veneris cadit in octaua domo natiuitatis, nec etiam ex re aliqua intrinſeca, quæ naſci ſolet à gucciola, à morte repentina, à catarrhis, & ſimilibus accidentibus, pro quibus ſtatim homo cadit mortuus. Nec obſtant aliquæ obſeruationes, vt illa obſeruatio natiuitatis Caroli principis Aureliæ filij Franciſci regis Galliæ, qui mortuus eſt anno 1545. ex veneno, qui habebat Solem in ſigno Aquarij cum Marte in duodecima domo, vt diſputatur in præſenti propter Antiſcium Martis.

Similem ego conſtellationem inuenio in natiuitate Alexandri ducis primi Florentiæ, qui habebat Solem in ſigno Aquarij in Aſcendente, & à Marte ſauciatum, qui erat in ſigno Scorpionis, vt eſt in præſenti natiuitate, qui à ſuo conſobrino furtim occiſus eſt.

Ioãnes Paulus Baglionus Peruſinus Dux primarius exercitus Florẽtini contra Piſanos ferro occiſus eſt, qui habebat Solem cum Marte in aſcendente, & Saturnum in ſigno Geminorum, & Lunam in Sagittario oppoſitam: vt eſt in præſenti natiuitate.

Alias obſeruationes adducere poſſem ad hoc ꝓpoſitũ, quas ob breuitatẽ omittimus, eorũ qui habuerunt hãc talẽ cõſtellationẽ, qui male vitã finierunt, quibus obſeruationibus dico ꝙ mors violẽta his euenit, quos diximus ex aliis cõſtellationibus quæ ſignificatunt diuerſitates mortis, prout varij fuere ſignificatores, ex quibus nullus talis apparet in hac præſenti natiuitate, vt fuere in ſupradictis natiuitatibus: & ideo huiuſmodi accidentia re non venient, quanuis apparebunt timoribus atque periculis, vt inferius dicemus. Et ideo concluſio eſt, ꝙ mors non erit violenta, ſed naturalis, quia Mars talẽ vim nõ habet cũ ſuo antiſcio, quã habet cũ pſẽntia corporali, vt dãnũ inferre poſſit vitæ tuæ, vt ꝓbare poſſem ꝑ natiuitatẽ Michaelis Angeli Bonarotę Florentini ſculptoris celeberrimi, q Romę mortuus eſt naturali morte, cùm haberet Saturnũ oppoſitum Lunæ, & Martẽ cũ Sole in ſua natiuitate.

Item Ferdinandus Gonzaga Mediolani gubernator in ſua natiuitate habebat Solem cum Marte, & Saturnum cum Luna, omnes inter ſe oppoſitos: & nihilominus mortuus eſt morte naturali.

Quò ad ſpeciem mortis Aſtrologi ſunt variarũ opinionũ, quia Guido Bonatus hãc habet opinionem 1. c. cùm loquitur de octaua domo, ꝙ mors oritura ſit ab inſtrumentis bellicis, vt ſunt Archibuſſa, moſchetta & ſimilia, cùm Mars cũ ſuo Antiſcio ſit in loco Solis, & Antiſcium Solis in loco Martis. Confirmat idem Abenragel ſeptimo c. 5. partis dicens, quòd mors erit per ferrum, aut ignem, ſiue per incurſum in præliis.

Idem oſtendit Mater. c. 27. 7. li. propter virtutẽ Antiſcij Martis, & quãuis in natiuitate Borbonis oſtendatur hic effectus, quod cũ Roma capta eſſet, cęſus fuit ab Archubuſſo. Et Renatus Caloniꝰ princeps Orãgię, qui anno 1544. interfectus fuit ab vno moſcheto apud ſanctũ Deſideriũ, cũ haberet Solẽ in ſigno Aquarij, cui Mars triangulabatur in ſignis breuis aſcenſionis: Nihilominus hoc mihi ꝑſuadere non poſſum, ꝙ Mars in ſuã exiſtens domo, habeat hãc naturã tã prauam in tua natiuitate. certũ eſt, ꝙ quando Mars poſitus eſt in prima domo, affert vulnera in capite, & cicatrices in facie, vt ſcripſit Ptol. ſententia 74. ſuorũ dictorũ: nihilominus quando ipſe poſitus eſt in ſua domo, non facit talẽ effectum. Quomodo igitur ego credam, ꝙ propter hanc rationem poſſet illi afferre mortem cauſatam ab igne, cùm in aliis obſeruarim natiuitatibus, ꝙ non attulerit effectum malũ. Et propterea ego dico, prout opinor, ꝙ mors cauſabitur à frigiditate, & ſiccitate, ſiue propter nimiam conſummationẽ, & corruptionem ſanguinis, ſiue per ſolutionem ventris cum doloribus continuis: & hoc ſignificat Saturnus Almuten ſuper ſignificatoribus mortis, vt ſcripſit Albohaly cap. 37. ſuarum obſeruationum. & hæc eſt mea opinio ſuperius dicta.

Quò ad locum mortis eſt cõmunis opinio Aſtrologorum, quòd in tuo morieris principatu, & in vrbe, vbi natus es, ſiue non admodum longè ab illa: quia pars mortis & eius dominus poſitus eſt in vna eadémq; parte cæli, & dominus octauæ domus poſitus eſt in ſuo decano.

Tandem dico, quòd in tempore mortis in aliquo verſaberis labore: & non eris in illo Fortunæ ſtatu, quali tot annis antea fuiſti, ſicut obſeruauit Abenragel 7. cap. quintæ partis, quia Venus domina primi trianguli octauæ domus verberatur à Marte ex quadrato aſpectu: nihilominus corpus honorificè ſepelietur: & poſt mortem nomen plenum honoribus habebis, & famam bonam, adeo quòd ſcriptores implentes hiſtorias egregiis geſtis tuis, & narrantes difficiles tuos conatus, & audacias, ſtuporem atque admirationem dabunt lectoribus, & fidẽ tui valoris, ingenij, mentis, & bonę Fortunæ, & cognoſcent omnes merito tibi datam gloriã: quia dignus vita non eſt, qui ob timorẽ mortis fugit pericula, nec curam habet ęterni nominis.

Hæc prognoſticata ſunt ex quadam obſeruatione Almanſoris, qui in ſententia 89. ſuorum dictorum dicit, quòd angulus quartæ ſedis cæli non ſolum oſtendit locum, in quo aliquis natus eſt, ſed etiam ſignificat horam mortis, & ſepulturæ, & hoc ſcripſit Abenragel vbi ſupra, quòd gradus dictæ domus ſignificat id qđ erit de corpore poſt mortẽ. Et hinc ortum eſt, ꝙ Aſcletarius Aſtrologus cũ prędixiſſet Domitiano imperatori, qua morte moriturus eſſet, ira percitus imperator dixit Aſtrologo,



Digitized by Google

Tu autem qua morte morieris? tunc Aſclet. cùm cõſideraſſet hunc angulum ſuæ natiuitatis, dixit: Parati ſunt iam canes, vt edant corpus meum. de quo iudicio Imperator ridens, ſtatim iuſſit Aſtrologum capi, & interfici, & corpus comburi, ne à canibus ederetur. Sed dum corpus vreretur, pluuia è cælo veniens ignem extinxit, vnde venerunt canes, & ederunt Aſtrologi corpus coctum magis quàm cõbuſtum, iuxta iudicium ab illo factum. Vnde ego talem gradum cõſiderans, & inueniens quòd ille dat principium illis ſeptem ſtellis fixis, quæ ſunt in capite ſigni Tauri, quæ & à Græcis dicuntur Hyades, à Latinis autem Suculæ, facio iudicium de corpore, quod funerali celebri pompa efferetur: & poſt mortem remanebit fama tuorum geſtorum honorabilium, & illuſtrium, quæ geſſeris in vita.

Quò ad corporis pericula plurima reperiuntur. Quia Mater. 1. c. 5. li. loquens de ſigno ſui Horoſcopi dicit, quòd interdũ poſitus eris in periculis violentiſſimis, & caſibus repẽtinis, ita vt facile cognoſcas mortem non multum à te diſtare: ſed Dei gratia cognoſces te liberatum ab omni accidente, nõ humana ſcientia, ſed diuina voluntate: à quibus accidentibus cauere debebis in annis, 14. 18. 21. 27. 28. 35. 36. 42. 45. 49. 54. vt ſcripſit Mater. c. 3. 5. li. cũ loquitur de Saturno in ſigno Geminorum poſito. Ideo dico propter ea, quæ ſupra diximus, quòd propenſus eris ad patiendum per ferrea inſtrumẽta ignea offenſas in illis locis corporis, quos declaraui in c. infirmitatũ infortunatarũ: Sed ex talibus accidentibus nunquam in his membris læſus eris.

Item propter beſtias patieris pericula, & per caſus, cum Saturnus opponatur Lunæ, & Mars ſitus ſit in decima parte cæli. Præterea aliqui Aſtrologi ſcribunt, quòd præſentia Solis in duodecima domo cum Antiſcio Martis, minetur carceres; quoniam Henricus dux Brunſuich habebat in ſua natiuitate ſimilem conſtellationem, qui anno 1545. mẽſe Septembri ſuperatus fuit in prælio, & poſitus in carcere à ducibus Saxoniæ.

Similem conſtellationem habuit dominus de four que vault homo nobilis Gallus, nũc vero legatus apud Regẽ catholicũ in Hiſpania pro ſuo rege: cuius obſeruaui natiuitatẽ Florentiæ: qui in carcerem miſſus eſt à Duce Florẽtiæ, in victoria quã habuit Marchio Marignani de domino Petro Strozza, ex qua conſtellatione cõcludunt, ꝙ idem eueniet celſitudini tuæ. Ego autem dico cõtrà: quoniã Sol per præſentiam in duodecima domo eſt, nihilominus virtute radiorum ſuorum inuenitur etiã poſitus in Horoſcopo, & propterea dico ꝙ nũquã mitteris in carcerẽ à tuo aduerſario. forſitã infringeris in exercitu: ſed non propterea fiet, ꝙ retrahẽs te, fugias, aut venias in manus hoſtis, quin potius in ſimilibus deſperatis caſibus, eris adiutus à Fortuna adeo, ꝙ cõgregatis militũ reliquiis ſuperſtitibus, eris terribilior quam prius fueras contra tuos aduerſarios, & è victo euades victor, vt ſuo dicemus loco. Et propterea hoc ſufficiat, & ſit dictum ſatis pro hac prima parte pro ſignificatione accidentium corporis.

*De qualitate animi.*

Cum ſuprà dixerimus de accidentibus corporis, ſequitur nunc vt dicamus de accidentibus animi, & primo dicem' de ſanitate animi, & de ſua qualitate, poſtea loquemur de variis inclinationib' ad virtutes, & ad vitia: tertio dicemus de actionibus.

Ad primũ veniẽs dico ꝙ tua celſitudo bonã habebit mẽtem, bonũque ingeniũ, & eris ſanus animo: quia Luna reſpicit Mercuriũ poſitum in horoſcopo ſextilis aſpectus: pro quo talis cõſtellatio influit tantã vim in animo tuo, & ingenij claritatẽ, ſic in rebus obſcuris, vt in claris & apertis, ꝙ nihil tibi fiat difficile in illis apprehendendis, & omnibus honore dignis facinoribus faciendis, adeo vt daturus ſis admirationem, ac ſtuporẽ multis principibus: & virtute tuæ ſapientiæ conſequeris id quod pater tuus ſuo conſilio aſſequi non potuit.

Nunc ego loquuturus de virtute animaſtica, vt dixi ſupra, dico quòd diuiditur in duas partes, in intellectiuam, ſcilicet, & ſenſitiuam: Ideo quãtum ad intellectiuam quę habitat in cerebro aſſociatã à virtute imaginatiua, diſcretiua & memoratiua, dico quòd bene diſpoſitus es propter Mercurium poſitum in prima domo Saturni, vt ſcripſit Ptolemęus in ſentẽtia 28. ſuorũ dictorũ, & Albub c. 30. loquens de bono, & veloci intellectu, te annumerat inter homines prudentes, & ſapientes, propter bonam tui ingenij, & conſilij qualitatem, & nunc in tua pueritia credo quòd omnes te admirantur: ſemper enim eris bonæ memoriæ. & Mater. c. 28. 6. li. loquens de cõiunctione Solis cum Mercurio, vult quòd ſis magni intellectus, mentis, ſpiritus, intelligentiæ, prudentiæ, & conſilij. Et in c. 15. 5. li. loquẽs Maternus de poſitione Mercurij, vult quòd ſis magnæ mentis, conſilij, & ingenij promptitudinis, & quòd propter tuam virtutem, & induſtriam poſſis ſemper euadere laudabilis in tuis conatibus. & hęc confirmantur à poſitione partis rationis, & ſenſus in gradu 23. Scorpionis, & in poſitione profunditatis conſilij 11. gr. Leonis, & probitatis 25. gradus Capricorni. Vnde ego aſſero quòd his qualitatibus æſtimaberis, & metueris, & veneraberis ab omnibus tuam timentibus ſagacitatem in mundo natam ad turbandam maximam Europæ partem.

Verum hoc eſt, maxime princeps, quòd hæ virtutes non ſubiiciuntur cælo ſecundum eorũ eſſentiam & naturam, ſed ſolum ſtellis, quatenus ligatæ ſunt cerebro, qđ ſubiicitur dominio Lunę, & Veneris, & qa hi duo planetæ infortunati ſunt in præſenti natiuitate, feci ſupradictum iudicium oſtendens qualis erit tui animi perturbatio tempore & pacis & belli, exiſtente parte rationis Marti vicina.

Quò ad partem deinde ſenſitiuam dico quòd hæc etiam diuiſa eſt in ſenſum communem, & in particularem, quæ continet etiam in ſe quinque ſenſus corporis, & huiuſmodi pars ſenſitiua ſubiecta eſt cælo. de qua ſcribens Ptolemæus cap. 13. 3. tractatus, dicit quòd Mercurius dominatur interno ſenſui, & Luna externo: quocirca erit excluſio quòd quo ad ſenſum externum non eris bene ordinatus, cùm ſit Luna infortunata, & te dabis in prædã tuis delitiis & appetitibus. Et niſi eſſet ꝙ Mercuri' miratur à Saturno, ſiue à Marte malo aſpectu, ne ſcies moderare teipſum in tuis ſenſibus. Ob id erit ꝙ multũ appetitus tuos tẽperabis in illis reb' quas iuſtas, & rationabiles eſſe cognoſces: ꝓ quo ab omnibus ęſtimaberis prudẽs. Verum eſt quòd omnis affectus

Digitized by Google

affectus & paſſio animi infirmitates animi ſunt, & omnis dolor, gaudium, timor, audacia, cupiditas, voluptas, deſideria, ira ſunt eius motus, quæ bene regulantur à ſapientibus & prudentibus hominibus in eorum animis, qui homines multũ differũt ab hominibus plebeis: ſicut ſcripſit Plato, & Ariſt. Quocirca dico quod à tuis ſubditis amaberis non ſolum quòd eris ſapiens, ſed naturali inclinatione dabitur à Mercurio vt te moderare poſſis. Non autem hoc tacebo, quòd aliquando eris tui capitis ac cerebri in tuis actionibus, vt oſtendit Mercurius in ſigno fixo: Et interdum eris mutabilis in tuis opinionibus, conſiliis, & voluntatibus, cùm ſit Luna poſita in ſigno Sagittarij: qua conſtitutione ſimiliter eueniet, quòd ſcies abſcondere id quod in corde tuo decreueris facere, nec id alicui manifeſtabis.

Quantum pertinet ad literas, dico quòd Mercurius cum Sole iunctus negat te operam daturum literis, ſed facit ingenium ſtabile eloquentiæ, cognitioni hiſtoriarum, geometriæ, mathematicæ, aſtronomiæ. Et cupidus eris ſcientiæ rerum abſconditarum, tum metallorum, tum aliarum rerum. Et delectaberis libris bene compoſitis, & eris inuentor bellicorum inſtrumentorum, vt enarrauit Mater. c.7.8.10.13.& 15.5.li. Eris quinetiam induſtrius in rebus bellicis, & tam arte quàm ſcientia bene intelliges hãc profeſſionẽ, & eris aptiſſimus in fabricãdis ſeu expugnãdis molibus: Et etiam ſi non verſatus ſis in ſtudiis philoſophiæ, nihilominus naturali inſtinctu ſcies bene conatus tuos ordinare, adeo quòd ab omnibus ſapiens æſtimaberis, & optimi ingenij. Solum tibi hoc conſuluero, cũ cælũ tibi faueat in armis, vt interdum legas hiſtorias rerũ præteritarum, vt ardore gloriæ accenſus ex geſtis egregiis potentium ducum conformes ingenium, & valorem tuum ad illorum imitationem in rebus arduis & honorabilibus. Et hic diſcurſus meus confirmatus fuit à Iulio Firmico c.8.3.li. cùm loqueretur de poſitione Mercurij poſita in 1. domo cæli.

Quòd autem ad virtutes actiuas attinet, dico ꝙ cùm Iupiter ſit poſitus in ſigno Arietis, propenſus eris ad optimum animum, & religioſum: vt ſcripſit Maternus c.4.5 li. & ſimiliter c.15. Verum eſt, ꝙ cũ pars rerum celatarũ ſauciata ſit à Saturno ex quadrato aſpectu, cuius Iupiter eſt dominus bene diſpoſitus, & ſignificat, quòd melior eris intus in animo quàm foris apparebis: vt inquit Albub. c. 25. & hoc idem ſignificant partes legis in 11. gradibus Sagittarij oppoſitæ Saturno. Et quia partes Iouis, & religionis ſunt bene poſitæ, ſignificant quòd natus ponet omne ſtudium ſuum in rebus optimis: & humanitate ſua oſtendet ſe fauorabilem ac propitium pauperibus, & hoſpitibus, & laudabili tandẽ fine, laſſus ob maximos labores, poſt lõgum ſpatiũ & tempus vitæ reddet ſpiritum ſuo factori, vt memorat Mater. c.1.5.li. ſubiungit idem c. 9. loquens de poſitione Lunæ in ſigno Sagittarij, quòd erit amator legum, & iuſtitiæ, & quæret vnicuique ius ſuum, nec patietur aliquam alicui iniuriam fieri, & erit viduarum, & pupillorum protector.

Præterea in hac natiuitate Saturnus domin' ſpiritus cũ Ioue ſuo collega ſignificãt, ꝙ tua celſitudo erit iuſta, venerabitur ſenes, fauẽs alicui' regis audaciis, à quo multũ amabitur, & erit optimæ naturæ, magnanima, amicorũ amatrix, & cõſanguineorũ ſuorum, erit benigna & mãſueta tempore pacis, & amabit bonos mores potius quàm malos, vt inquit Albub. c.21. cũ ſit Sol in domo Saturni. Et qa ego inuenio Iouem aſpicientem Saturnum ex trino aſpectu, iudico ꝙ boni animi & fidei in executionibus eris, & quicquid imponetur tibi ad operãdum, exequeris ſic fideliter & cum bona fortuna, quòd talis fides ab omni mundo cognoſcetur, & homo honorum, & gloriæ iudicaberis, vt inquit Albubater cap.33. ſuarum obſeruationum.

Item cùm ſit Saturnus dominus ſpiritus, & animi poſitus in domo Mercurij, ſignificat ꝙ eris ſapiens, ſedulus, elegãs, facundus, & grauis eloquio, vt narrat Mater. c.10.5.li. hoc autẽ eſt verum ꝙ poſitio Martis in hac natiuitate facit natos graues, audaces, iracundos, auidos vt ad finem ducat ſuas audacias. Ideo dico, quòd eris magnanim', vt oſtẽdit pars Martis, quæ dicitur audaciæ in ſigno Aquarij à Marte aſpecta quadrato aſpectu partiliter, qđ ſignificat, quòd eris bonus, acutus, habebis cordis magnitudinem atque animi, cum impetu fatali, vt cõſequaris pro tua audacia multos honores, vt narrat Aben. c.10.4. partis, & eris etiam grauis in cogitationibus tuis, ſtabilis, & conſtans, & in inceptis audaciis nunquam quieſces, quouſque venias ad illarum finem, vt ſignificat Sol poſitus in domo Saturni, & vt obſeruauit Maternus cap.13.5.li.

Item cùm ſit Luna applicata Veneri ex ſextili aſpectu oſtendit, ꝙ amator eris vanarum mulierũ, quas in magna habebis veneratione, vt cõpleas deſiderium tuum, vt narrat Iulius Firmicus c. 1. 4. li. vnde ego iudicium facio, quod apud ſubditos tuos acquires malum nomen incõtinentiæ, pro eo quod Venus oſtendit poſita in domo Saturni, & pro eo quod obſeruauit Maternus, ca.14.5. li. & hoc idem confirmatur ex parte Veneris poſitæ in 5. gra. Tauri ſecundum obſeruationes Hermetis, Albumaſar, & aliorum Aſtrologorum.

Item cùm ſit Sol in ſigno Aquarij, inclinabit te ad hoc, vt ſis in tua opinione & voluntate obſtinatiſſimus multum confidens tuo conſilio & intellectui, vt narrat Maternus cap.6.5.li.

Item dominus tertiæ domus poſitus in prima, ſignificat quod eris melior tuis fratribus, vel quod nullum habebis, & ſi habebis erunt tibi fideliores & de te bene meriti.

Quo ad actiones, omiſſa Ptolemæi opinione, & etiam Iulij Firmici, veniam ad opinionem Arabum, qui in hac materia meliores obſeruatores, Ptolemæo, & latinis aſtrologis fuerunt. Et dico quòd Mars ſignificator actionum eſt, & Saturnus eius collega, ſignificat, quòd actiones erunt circũ arma, & eris exercituum dux, hoc modo quod Iulius Firmicus ſic dicit, Mars dominus actionum dat arma, ducatus, gloriam, gladij licentiam, & maximarum poteſtatum inſignia, dat claras artes ex igne, & ferro, & præponit natum ad omnem ſcientiam claro iudicio nobilitatis. Pro quo animo & opere exerceberis in actionibus gloriæ plenis, & magnis, vt annuit Iupiter poſitus in ſigno Arietis. Et quia inuenio Iouem poſitum in ſigno Aquarij, dico quod propenſus eris venationi & amabis illa animalia, quæ illius vſui ſunt. Et ideo concluditur, cùm Luna poſita ſit in ſigno Sagittarij, ꝙ eris Dux, & dominus magnus ciuitatũ & exercituum,



Digitized by Google

& magnus miles,vt ſcribit Maternus c.9.& 11.5.li. in quibus habebis bonam fortunam, vt oſtendit Venus in domo Saturni, & ſignificatores actionũ bene poſiti.Et hic meus tractatus confirmatur ab Albubatre in c.131.qui vult etiam c.131.vt ſit maior ſeipſo,& ſuperet patrem in gloria, quia habet Solem poſitum in cuſpide Horoſcopi aſpectũ à Marte,& habet Antiſcium,poſitum in regia domo.Sed quia vera ſapientia non eſt ea, quæ volat alis tantũ verborum,ſed ea quę virtutum operibus cognoſcitur,erit quod apud homines magnos æſtimaberis obſeruator fidei, cum quibus omnibus tractabis tuas actiones optimo iudicio & ſapiẽtia: vt annuit Saturnus dominus totius natiuitatis,prout obſeruauit Iulius Firmicus ca.12. 4.li. Et hoc dictum ſit pro ſignificatione accidentium animi in hac ſecunda parte mei iudicij.

*De caſibus Fortunæ.*

Volens loqui de bonis fortunæ, quæ ſunt hæc, Diuitiæ,honores,matrimonia,filij,amici, & inimici,& denique itinera,loqui incipiam à diuitiis.

*De diuitiis.*

In hoc capite ſoleo procedere quatuor concluſionibus:quia in prima parte quæro,ſi natus erit diues an pauper:In ſecunda determino,vnde poſſint naſci diuitiæ:Poſtea concludo ſi acquiſitæ poſſunt conſeruari,an non.In vltima verò parte concludo tempus bonæ fortunæ.Sed quia tua celſitudo diues eſt principatus & imperij, non oportet nimiũ loqui,ne conteratur tempus in rebus illis, de quibus nõ neceſſe eſt tecum loqui, ſed tantum quædã dicam,quæ non erunt extra propoſitum noſtrum, & erunt quæ afferent vtilitatatem, & commodum: quia vox,quæ appellat homines fœlices, oriri debeat ex ſincera veritate,ſicut ego faciam,& non ex vana adulatione.

Dico igitur quòd eris cupidus, & auarus pecuniæ,& diuitiarum,& auaro animo conſeruabis illas.hoc ſignificat Saturnus in quarta domo cæli,vt obſeruauit Maternus c.3 .li.3.

Item poſitio Iouis in ſecuuda domo cæli afferet tibi hæreditatem extraneam & dominium poſſeſſionum magnorum hominum, vt ſcribunt omnes Aſtrologi.

Et quia rarò euenit,quòd Fortuna nõ lædat maximas virtutes,quæ nunquam euaderent in tantas cæleſtes dignitates, ſi Fortuna illas non probaret mundi laboribus,accidet quòd celſitudo tua damna recipiet à vicinis ſuis, & ex ſuis vaſallis paucos inueniet fideles,contra quos multas condemnationes,& proſcriptiones faciet:& hinc nãciſceris multas diuitias,vt oſtendit Mars in decima domo cæli,& Saturnus poſitus in ſigno Geminorum in quarta parte,pro eo quòd obſeruauit Iulius Firmicus quinto c.3 .li.& 3.c.5.& etiam 6.c.vult propter præſentiam Solis poſiti in ſigno Aquarij,vt tollatur aliquod oppidũ ab aduerſariis, quod poſtea magnis ſumptibus rehabebis,& hoc annuit pars fortunæ, cui prohibentur radij Saturnij à Luna,& dicitur etiam quod à morte patris vel matris aliquod tibi naſcetur infortunium,quia Luna poſita eſt in domo Iouis oppoſita Saturno:nihilominus eris diues & potens,& acquires diuitias per modum licitum & laudabilẽ,poſtquam Iupiter dominus partis Fortunæ bene poſitus eſt ex obſeruationibus Iulij Firmici,& Guid.Bonati c.6.cùm loquitur de ſecunda domo.

*De ſtatu & honoribus.*

Duę ſunt vię,quibus aliquis magnus euadat,Virtus,& Fortuna:Sed virtutis via,iuxta Valeriũ Maximum, minus periculoſa eſt ad errandum, quàm via fortunæ:quia in maximis periculis ſpes in animo conſiſtit integro,& virili:de quibus virtutibus cùm ſupra dixerim , oſtendi optimè magnitudinẽ animi tuæ celſitudinis,& quomodo erunt tibi ſcalæ ad aſcendendum ad magnos gradus ſempiternæ laudis. Nunc ego ratiocinaturus ſolum de fortuna ſic dicta à mortalibus quæcũque illis eueniũt vel aduerſa,aut fœlicia, dico,quòd Aſtrologi ſimul conueniunt,quòd ſtellæ fixæ inuentæ per angulos diſponunt humanum noſtrum appetitum adeo, vt natus propter bonam electionem ſaliat ad gradum multæ altitudinis. Quocirca inueniens ego in regia domo partiliter palmam Ophiulci, qui ſecundũ poetas fuit Aeſculapius,& eſt ſtella fixa tertij ordinis,natura Saturnia,& Venerea,cum aliis ſtellis, quæ ſunt per alios angulos, poſſem prognoſticati tibi aliquid magni honoris, cùm Ptolemæus ſcripſerit in ſententia 29.ſuorum dictorũ,ꝙ ſtellæ afferunt extraordinariam dignitatẽ,qualem ſeptẽ planetæ afferre nequeunt,quando ratione legis hæreditariæ non natus eſſes dux ſic excelſi principatus, vbi locum non habent obſeruationes Ptol. habent autem vim in hominibus plebeis, & in ordine eccleſiaſtico,quòd aliquis ex humili gradu fertur ad aſtra,ad Papatum.Fiunt põtifices ex priuatis & humilibus viris,atque plebeis.Et præterea ego obſeruaui in natiuitate Sforzæ à Cotignola, qui natus eſt anno 1369.28.die Maij ante Solis ortum, qui habebat in Horoſcopo ſuæ natiuitatis pedem ſiniſtrũ Orionis cum aliis ſtellis fixis per angulos, qui cùm natus eſſet agricola,mortuus eſt poſtea dux generalis Ioannæ Reginæ Neapolis. Similiter dico de Nic.Piccinino celeberrimo duce exercituum, qui fuit filius lanij.Et de Franciſco Carmagnola,qui raptus à paſcendis porcis,fuit generalis Philippi Vicecomitis ducis Mediolani,& poſtea Venetorum, & de omnibus his ſimul quantũ ad illorũ progreſſum in amorum exercitationibus. De his *igitur intelliguntur* obſeruationes Ptolemæi *& non de his,* qui naſcuntur duces ratione principatus.

Nihilominus poterit concludi,quòd omnis gradus licet infimus ſit , poteſt eſſe ſcala , vt ſaliat aliquis officioſus ad quancunque altitudinem ,ita ꝙ ſi conſiderabitur natiuitas Cæſaris, qui natus eſt magnus,poteſt etiam euadere maximus, & imperator Romanus.ſic poterit fieri iudicium illius proportionis,quam habuit celſitudo tua cum ſuo alto ortu,quòd fuerit eadem cum humili illorum natiuitate hominum ſupradictorum.Et idem nunc dico de tua natiuitate collata cum natiuitate Cęſaris.

Nunc autem deſcendens ad iudicium ſtellarum errantium dico , quòd Solis præſentia cum radiis in prima domo,& cum Antiſcio ſuo in regia,oſtendit honores maximos vltra hoc ꝙ nat' ſis naturalis Dux excellentioris partis Italiæ, dico ꝙ ꝓmittit multò maiora his,& in tua iuuẽtute cõſequeris res maximas tali modo,ꝙ Iuli' Firmicus ſcribẽs c.2.4.

li.dicit

Digitized by Google

lib.dicit hæc verba.Luna minuta lumine defluẽs à Ioue infinita fœlicitatis incrementa decernit, & ꝙ natus erit nimiũ fœlix,decernitq; honores,potentias,faſces,prętextas,magnificę poteſtatis inſignia. Et ex hoc aſtrologo etiã extrahitur c.15. li. cũ loquitur de tuo aſcẽdẽte,ꝙ eris magnus, & dominis potentibus fœdere ſociaberis,& vtilitatẽ & cõmodũ adipiſceris.Et quia multũ timeberis(cũ nõ ameris à multis)tractabis cõuẽtiones& pacta,& paces, & nõ habens multas lites cũ potẽtioribus,q̃res tuo ĩgenio ſuperare omnẽ difficultatẽ:qa nõ min' difficilis eſt conſeruatio principatuũ,quã illorũ acquiſitio:qđ tibi fiet facile.Sed Mars poſitus in Scorpione oſtẽdit,pro eo ꝙ Maternus obſeruauit c.5. li.5.

Hoc autẽ verũ eſt,ꝙ tua celſitudo in tãta tua fœlicitate patietur inſidias ab aliquo tuo vaſallo propter aliquas repentinas actiones factas ab aduerſariis,qui quærẽt auferre à te ſtatũ tuũ:quos virtutis tuæ potẽtia aliquo tẽpore ſufferre poteris, exiſtẽs tunc,malitia Fortunæ parũ proſper in armis, quia maligna Fortuna in actionibus noſtris cõtra noſtrã prouidentiam vult etiã nobis aduerſari, & habere partes ſuas.Ideo honoratum facinus quanuis vanũ interdũ appareat,nõ tamẽ euẽtu diiudicãdũ eſt, quia poſtea acquirens id modicum,quod perdideris,occupabis alienum.ſic ſcribit Mater.c. 5.2.lib.

Prętera ſcribũt Aſtrologi,ꝙ eris in protectione imperij:cũ Mercurius cũ Venere poſitus ſit in prima domo cęli:qa Luna cũ fertur à ſuo veloci motũ ad ſextilẽ aſpectũ Veneris,ſignificat,ꝙ in tua pueritia amaberis à regibus,illuſtraberis honoribus& titulis:& deniqueeris ductor exercituũ, vt ſcripſit Iulius Firmicus 1.c.14.li.Et Albubater c.129.&131. ſuarũ obſeruationũ.Et idcirco dico, ꝙ oportet tę eſſe prudẽtem,cum gubernaturus ſis homines diuerſarũ opinionũ,in his rebus, in quibus opus eſt optimũ habere cõſiliũ:cautũ in diuinando,quẽ exitũ res habituræ ſint:modeſtũ in vidẽdo tẽpus, quãdo faciendæ ſint audaciæ:iuſtũ in cogitãdo,cũ exequi aliquid voles,patiẽtẽ in corrigendo te,cũ erraueris:& põderare quomodo & qualiter bene poteris efficere,quicquid voles:quoniam difficile erit, vt non ſis ſemper in maximis laboribus, & periculis,hoc non faciens.Particulare autem in propria forma,tãtùm à Deo optimo maximo cognoſcitur.

*De vxoribus.*

In hoc capitulo dicemus multa,ſed pauca concludemus:cũ Aſtrologus cognoſcat inclinationes, & nõ voluntates.Quapropter cũ ducenda ſit vxor, neſcio quomodo ego,cũ poſitum ſit hoc in voluntate & non in ſtellis,potero iudicium facere illarũ rerũ,quæ ignorãtur.Nihilominus cognoſcẽs quãtum inclinationes poſſunt in hominibus, dicam ꝙ tua celſitudo propẽſa erit ad ducendã cõiugẽ:quia Luna nõ cõbuſta in p̃ſenti natiuitate,imò ĩuenitur poſita ſimul cũ Venere & cũ Sole domino ſeptimę domus ĩ ſignis & locis inclinãtibus hominẽ ad id, & vt iũgatur legitimè in matrimonio cũ muliere.

Sed quòd facile poſſis conſequi, & habere illã, quam deſideras habere in vxorem,neſcio videre facilitatem:quoniam Luna,Venus,& pars matrimonij infortunantur à Saturno,& à Marte qui operantur,ꝙ ipſe habebis multas difficultates,& contradictiones,& altercationes:& ſi non eſſet Solis poſitio dominus ſeptimæ domus cæli,dicerem, quòd non obtineres aliquo modo non ſolum primã, ſed etiã haberes repulſam in ſecunda à te quæſita in vxorẽ.

Quo ad tempus ducẽdæ vxoris vult Ptolemęus c.4.tra.4.ꝙ in flore ætatis tuę ducturus ſis vxorem: quoniã Luna eſt occidẽtalis quantũ ad Solẽ,& quãtum ad poſitionem rerum cæleſtium,& orientaliũ: ſed Albubater c.182.deſcendens ad tempus magis particulare,vult quòd anno 26.ſis ducturus vxorẽ, cùm directio partis matrimonij veniat ad corpus Iouis in dicto tempore.Prętera Iulius Firmicus c. 19.li.7.eſt eiuſdem opinionis,quia anno 1587.mẽſe Aprili in vltimis diebus Iupiter erit in ſigno Cancri in 11.gradibus,in quibus cadunt anni minores omnium Planetarum,qui ſunt 129.numerantibus nobis à parte matrimonij ſecundùm ſuas regulas. Verum quidem eſt,quòd idem Aſtrologus loquẽs de Veneris poſitione ait, quòd vxorem duces in prima tua ætate,vt videri poteſt cap.7. lib.3. In fine noſtri iudicij dicemus opinionem noſtram.

Quo ad numerum vxorum dicam,quòd propenſus eris ad ducendam vnam tantum vxorem, non obſtante hoc,quòd Luna ſit in duplici ſigno, & ſit applicita Ioui ex trino aſpectu, vadens ad Venerẽ ex quarto aſpectu, quod ſignificaret duas vxores. Alij priſci Aſtrologi ſcribunt tres.Sed quia noſtræ leges non conueniunt legibus gentilium,ideo locum non habebunt obſeruationes Ptolemæi, nec etiam aliorum Aſtrologorum. Ego autem dicam propter virtutem ſupradictarum conſtellationum quod vnam ſolam vxorem habebis,& mox alias habebis mulieres,quæ non erunt tuæ vxores,quas habebis loco vxorum: huius accidentis cauſa erit Mars,qui ſauciat Venerem ex quadrato aſpectu,vt narrat Iulius Firmicus c.12.lib.6.Ob hanc cauſam ego opinor,quòd eris infortunatus cum tua coniuge, cum qua habebis lites, & contentiones, vt idem ſcribit etiam cap.1.lib.5.

Sed quia concluſio eſt,quòd vxorem habebis,cũ Luna partiliter videat Iouem ex trino aſpectu, dico quòd vxor morietur prius,quia Saturnus moratur in quarta domo cæli.Et Albubater ſcripſit ca. 180.Quando aliqua inuenietur fortuna in quarta ſede cæli in natiuitate,ſignificat,quòd natus videbit mortem ſuæ vxoris.Et Meſſahala ſcribit, quod dominus ſeptimæ domus poſitus in prima annuit, quod natus habebit vxorem non nimiũ ſanã, quæ morietur ante mortẽ mariti.Et Aſtrologi ſcribũt, quod ſi Venus fuerit in domo Saturni, vxor nati morietur etiam ante mariti mortem. Hæ conſtellationes cum reperiantur in præſenti natiuitate, poterit fieri iudicium de vxore tua, quæ morietur ante obitum tuum.

Quo ad naturam mulieris vxoris dico, quod erit Iouialis,modeſta,prudens,& pia, caſta, nobilis,honeſta,& bene gubernatrix familiæ: quia Luna aſpicit Iouem partiliter ex trino aſpectu, cùm ſit bene appoſitus in hac natiuitate. Et quia Luna inuenitur in ſigno Sagittarij,dico quòd erit fœcũda filiorum, poſtquam Luna aſpicitur à pluribus planetis maſculinis quàm fœmininis.

Quantum vero ad fœlicitatem matrimonij ſcribit Maternus c.4.li.5.propter poſitionem Iouis in ſigno Arietis,quòd gaudium & voluptatẽ habebis è tua coniuge:ſed quia nimium ſubditus eris fornicationibus,vt narrat Albubater in capite, vbi lo-

quitur de ſeptima domo: hinc orietur, quod coniux zelotipa parum de te erit contēta: vnde querula clamabit, ac loquetur verba q̄ tibi nō placebūt.

*De filiis.*

Et ſi in quinta domo cæli reperiatur ſignum Geminorum, in cuius cuſpide cum radiis ſimiliter inuenitur Saturnus, quod ſignificat ſterilitatem filiorum, & quod patieris impedimentum in ſemine, & dolorem in partibus genitalibus, vt ſcripſit Albubater c.77. cum ſit Saturnus in terminis Veneris motus retrogradi: nihilominus cùm reperiatur poſtea in prima parte & vndecima domo Planetæ fœcundi, dico quod habebis filios in quantitate conueniente & rationabili, cùm dominus quintæ domus inueniatur poſitus in prima, & Luna in vndecima, & Iupiter reſpiciat Saturnum ex ſextili aſpectu, quodd ſignificat, quod habebis filiorum bonam quantitatem.

Numerum quorum volentes Aſtrologi prognoſticari, dicunt te habiturum tres maſculos, & duas fœminas: quia Luna in vndecima in ſigno duplici affert duos filios, & Venus in prima domo vnum; ſed quia hi duo Planetæ ſunt fœminini poſiti in ſigno maſculino, dabunt duas fœminas, & tres maſculos, quod ego non affirmo, nec nego: dicens, quod erit q̄cquid Deo optimo maximo placuerit.

Quò ad fortunam filiorum dico, quòd ex natiuitatibus illorum, quando filios habebis, omnia cognoſcentur melius, quàm nunc ex tua poteſt iudicari. Attamen pars filiorum bene poſita in præſenti natiuitate, ſignificat vitam longam illorum, & ſortem bonam, & ad hoc propoſitum bene ſic ſcribit Albubater c.168. ſuorum ſcriptorum, quando pars filiorum fuerit in ſecunda domo, filij nati cū regibus, & altis viris notitiam habebunt, eritque fama magna de eo in partibus ſuis. Et Maternus c. 15. li. 3. loquens de poſitione Lunæ dicit, quòd altitudo tua à lōge cognoſcet bonos rumores ſuis natis propter ardorē gloriæ, quā quæret acquirere.

Quantum autem ad conuenientiam cum filiis dicit Meſſahala c.15. li.3. quòd habebis filios, de quibus multum lætaberis, cùm dominus primus inueniatur poſitus in quinta domo cæli. Et hoc idem etiam confirmat Mater. cap.4. lib.5.

Præterea dominus quintæ poſitus in prima ſede cæleſti oſtendit, quod multum amabis tuos filios, & dilectione maxima cum illis delectaberis. Sed erit ꝙ Saturnus malignus planeta cum radiis ſuis in quinta domo cæli non contentus de tua fœlicitate in filiis, te viuente, rapiet aliquem mortuum tranſfigens animam, ac ſpiritum præ nimio dolore, vt narrat Albub. c.170. ſuorum dictorum.

*De amicis & inimicis.*

De hac materia loquuntur omnes generaliter, vt dicit Ptolemæus cap.6. lib. 4. quoniam qui vellet ad particulare deſcendere, oporteret conferre natiuitatem tuam cum natiuitatibus amicorum, cum quibus es conuerſaturus, & tunc facere iudicium illorum conuenientiæ. Dico autem, quòd cū ſit Sol, & Mercurius in prima domo cæli, & Luna cum parte Fortunæ in vndecima, ſignificat multos amicos, qui fideles erunt.

Item Venus in Horoſcopo poſita ſignificat amicitiam cum potentibus hominibus, & mulieribus magnis, inter quos recipies honores maximos vt narrat Albub. cap.201.

Qualitas amicorum cognoſcitur à natura Lunę poſitæ in vndecima ſede cæli, & à Sole, & Venere, & Mercurio poſitis in prima, qui erunt homines ſplendidi, elegantes, à populo fauorem habentes, à regibus, principibus, & hominibus magnæ autoritatis, mulieres pulchræ, hilares, & lætę, Cancellarij, literati, & negotiatores.

Sed quò ad conſtantiam amicorum, quia hi Planetæ poſiti ſunt in ſignis fixis, dico quòd erunt conſtantes, & non mutabiles, firmi in amicitia, & ſocietate, & nunquam diſſolubiles. Et quia fœdera percuties cum principibus, dico quod illi erunt ſtabiles & firmi, & virtute tuæ prudentiæ conuerſabuntur diu inuiolabiles. Et tandem in amicitiæ fœdus iungeris cum potentibus, vt narrat Mater. c. 4. lib. 5. loquens de poſitione Iouis domini 11. domus cæli. & ex hac ratione iudicare poſſum, quòd ſpes & fiduciæ tibi augebuntur, & conſequeris tua deſideria, & magnum habebis gaudium à Principibus & populis, vt etiam Luna annuit cum parte fortunæ in vndecima ſede cæli poſita.

Quod pertinet ad inimicos, dico, quod multos habebis inimicos, quia dominus 7. domus poſitus eſt in prima cum ſuis radiis, quod ſignificat etiam, quod eris in maximis contentionibus cum tuis inimicis, & concitabuntur tibi lites, & diſcordiæ, & multum tibi inuidebunt aduerſarij, de quorum viribus ſemper eris ſuſpectus, vt inquit Mater. c. 12. lib.4. poſtquam Saturnus totius genituræ eſt dominus, & quia ſimiliter Saturnus dominus eſt 12. domus, & inuenitur cum ſuis radiis in 5. domo, ſignificat quòd habebis diſcordias cum legatis principū. Et Martis præſentia in regia domo in ſuo domicilio oſtendit, te facturum multas lites, & contentiones de rebus, quæ ad te non pertinebunt, cùm ſis homo profundi cordis, altique animi. Cordatus homo melius ſeruatur quàm piger & vilis.

Sed quales futuri ſint tui aduerſarij, dico, quòd erunt homines Saturnini, & ſenes, & aliqui potentes ſignificati per Solem dominum ſeptimę domus cæli. Et quia inuenio Antiſcium Lunæ poſitæ in duodecima domo cæleſti, quæ multiplicat inimicos publicos & priuatos, & ſignificat plebem, credo quod populi tibi erunt contrarij, & aliqua contra te fiet ſeditio, de quo tibi diu cogitandum erit.

Et quò ad vires inimicorum dico quòd tui inimici erunt magni & potentes, vt inquit Maternus cap.3. lib.5. qui Saturnus duodecimæ domus dominus poſitus eſt in ſigno Geminorum oppoſitus Lunæ quæ moratur in vndecima ſede cæli. Et concludens hoc caput, dico quòd cum inueniatur dominus duodecimæ domus motus retrogradi, ſignificat, quod habebis victoriam à tuis hoſtibus. Et Iulius Firmicus 5. cap.5. libri propter poſitionē Martis ait, quod eris potēns, audax, fortis, & dominator tuorum aduerſariorum, hoc modo quòd pro hoc facto eris clari nominis & famæ.

*De itineribus.*

Cū ſit Mercurius in prima domo, ſignificat aliquā indignationē ad itinerādū. Et Mater. c.1. li.5. ait, ꝙ tua celſitudo erit fortis animi, & cōtinui motus ꝑ ſuū regnū, & hoc ipſum cōfirmat Ven⁹ domina tertię dom⁹ poſita in horoſcopo natiuitatis, innuens itinera ad meridiē à patria ſua: item dominus nonæ

domus

Digitized by Google

domus poſitus in decima ſignificat itinera pro acquirendis dignitatibus.

Succeſſus & euentus itinerum erit bonus, & cũ vtilitate, quoniam dominus nonę domus eſt in ſuo domicilio bene poſitus: & hoc etiã ſignificant Antiſcia Veneris & Mercurij, quæ cadunt in nona domo cæli.

Quantum pertinet ad prouincias, quæ conciliantur cum natiuitate tuæ celſitudinis, erunt Anglia, Scotia, Hibernia, Luſitania, Galitia, Cathalonia, Germania, Tranſſiluania, Polonia, Saxonia, Bohemia, Gallia, Britannia, Normandia, Burgundia, Pedemons, Monsferratus, & Calabria.

Et de ciuitatibus quas ſcio ac cognoſco, ſunt, Neapolis, Capua, Piſaurum, Ferraria, Flauia, Imola, Ariminum, Camerinum, Vrbinum, Foſſembronia, Florentia, Venetiæ veteres, Patauium, Vicentia, Verona, Bergomum, Triuiſium, Brixia, Aquileia, Ciuitas vetus, Genua, Monachus, Maſſilia, Crema, Pauia, Alexandria, Tridentum, Conſtãtia, & Colonia.

Cùm ſuperius de accidentibus corporis, animi, & fortunæ dixerim, ſequitur vt loquar nunc de temporibus, in quibus eris in his rebus magis idoneus, incipiens ab anno vndecimo currente: quòd directio Horoſcopi venit ad triangulum, &c.

Directiones huius natiuitatis cauſa breuitatis nũc relinquo prudẽtiæ lectoris per ſuperius dicta.

IVDICIVM meum ſuper genituram tuam illuſtriſsime D. C. A. petiiſti, quod nũc tibi mitto. Scripſi in eo multa in ſubſtantia notatu digna ſub breuibus verbis, quæ plurimum tibi conducent, ad verã tuæ bonæ, prauæque fortunæ cognitionem. Verum noſtra iudicia non te neceſsitant, ſed futura demonſtrant, & ſatis tibi proficere poſſent ſi cum natura & arte ipſa amplecteris. Nam ſapiens adiuuare poteſt cæleſtes formas (teſte Ptolemęo ſent.8.ſuorum dictorũ) velut prudens agricola terram per culturam agri, effectus tamen ineſt ſemp tẽperato iudicio: Et ne multa verba multiplicem, vt ad finem perueniam: dico quòd horoſcopus dominationis tuæ eſt ſignum Piſcium: quod Ptolemæi regulis cap. 2.lib.3.ſupereminebant huiuſmodi ſigni gradus 21.min.12. in horizonte orientali. Venus enim fuit Animodar in plenilunij ſigno, in quo ipſa tenebat triplicitatem & terminos, & ea fuit in 21. parte, 12. min. ſigni Capricorni: ideo Aſcendens neceſſarium fuit rectificandũ ad inſtar Veneris: cum ipſa reſpiciat ex ſextili aſpectu horoſcopũ. Et ſic nulla alia fuit ferè differẽtia quam 7. minutorum ab hora æſtimatiua. Verum eam rectificaui per accidẽtia, videlicet ab illa infirmitate ſatis graui, vt ſcripſiſti, quæ fuit anno 1559. in quo tempore directio horoſcopi peruenit ad Saturni quadratum ſiniſtrum. Et hoc eſt quo ad fabricam figuræ cæleſtis pro fundamento præſentis iudicij.




*Cuiuſdã V. I. Natiuitas.*




### *De complexione corporis.*

De nati complexione conſiderare volentes, dicimus eam duplicem eſſe, videlicet temperamẽtum ad pondus, & temperamentum ad

iuſtitiam. Vocatur autem temperamẽtum ad pondus in quo elementa quatuor ſunt ſimpliciter adæquata: ſic quod vnum alterum non excedat, nec econtra: tale autem temperamentum eſt impoſſibile ſecundum naturam. Nam ex hoc tolleretur actio & paſsio elementorum adinuicẽ, & per conſequens mixtio & mixtum. Et per conſequens tẽperamentum, quod eſt proprietas mixti: & reſpectu huius temperamenti omnia quæcũque ſint illa ſunt lapſa in vnam qualitatem actiuam, & aliam paſsiuam. & de temperamento hoc non ſumus hic locuturi.

Temperamentum autem ad iuſtitiam, eſt temperamentum debitum alicui, ſecundum exigentiã ſpeciei, vel indiuidui: verbi gratia. Homo ſecundum ſpeciem habet vnam complexionem ſine qua forma humana eſſe non poteſt. Et ſimiliter intelligitur in complexione partium ipſius hominis, & ab hoc temperamento iuſtitiæ poteſt eſſe lapſus in ſimplicem qualitatem, & ſimiliter in duas qualitates. Et ſecundum hoc temperamẽtum dicimus dominationem tuam complexionem habere melancholicam, vt dicitur à Ptolemæo cap. 11. lib. 3. ſed hæc complexio erit temperata à ſanguine, vt oſtendit Iupiter collocatus per virtutem radij in horoſcopo, qui facit natum pulchrum & lætum virtute ſanguinis. Et quamuis pars fortunæ benè conſtituatur cum capite Draconis Lunæ, quæ ſignificat, quod natus erit ſani corporis, bonæ formæ, compoſitæque vitæ in victu tuo: nihilominus propter luminaria infortunata iudicium facimus corpus habere accidẽtaliter debile, ægrum & lapſum, & non eſſe validum & ſanum. Ex Ptolemæi ſententia, Aph. 86. ſuorum dictorum. Verum cum Iupiter ſit in horoſcopo, & pars aſcendentis, quæ dicitur Durationis, poſita ſit in ſigno Cancri in 18. gradibus extra diametrum Saturni: dico quòd tua dominatio erit bonæ complexionis, & talis erit quod poterit tolerare laborem & varios impetus infirmitatis: vt ſcribit Abenr. cap. 10. lib. 4.

*Quale ſit tẽperamẽtum huius nati.*

*Quale temperamentũ bonum, an malum.*

Nunc igitur volens dominatio tua conſeruare complexionem in bona diſpoſitione, caueat, ne comedat illa quæ ſua natura humidiſsima ſunt propter melancholiam, & vtatur rebus temperatis, quæ multum ei proderunt. Peſsimam vero illã atram bilem hæc augent. Craſſum & turbidum vinum præcipuè nigrum, cibi duri, ſicci, ſalſi, acres, veteres, vſti, aſſi, fricti, carnes bouis, & leporis, caſeus vetus, ſalſamenta, legumina, præcipuè faba, lenticula, melongia, erucæ, braſsica, ſinapis, radicula, allium, cæpa, porrum, mora, cariotæ & quæcunque calefaciunt, vel frigefaciunt ſimul atque deſiccant. Conferunt ſemina peponis atque cucumeris, & pinei nuclei abluti. Conueniunt lacticinia omnia, lac, caſeus recens, amigdalæ dulces. Conueniũt carnes auium & pullorum gallinaceorum, quadrupeduumue lactantium, oua ſorbilia maximè, & ex membris animalium, cerebellum, dulcia mala, pira, perſica, pepones, pruna damaſcena atque ſimilia, cucurbita ritè cocta, herbæ humidæ non viſcoſæ. Ceraſa verò, ficus, vuas, minimè laudo. Nihil autem aduerſus hanc peſtem vãletius eſt quàm vinum leue, clarum, ſuaue, odorum, ad ſpiritus præ cæteris perſpicuos generandos aptiſſimum. Nam vt Platoni & Ariſtoteli placet, hic humor, hoc vino non aliter mollitur atque dulceſcit & claret, quàm vel lupini aqua perfuſi, vel ferrum flammis accenſum.

*regula pro complexionis conſeruatione.*

*Qua ratione vitanda ſit melancholia.*

Debet igitur cibari ad minus bis in die: & non indiget cibis fortis digeſtionis. Indiget fricatiõe temperatè & exercitio temperato, & balneo aquæ dulcis, & ſomno & quiete: Caueat à coitu & triſtitia, & phlebotomia eſt nociua: ſed cõpetit pharmacia melancholiæ eductiua.

De exercitio teſtificati ſunt ſapiẽtes, quod exercitium temperatum, & æquale ante cibum ſanitatem cauſat, & conſeruat, licet immediatè poſt cibum impediat digeſtionem: ante cibum calorem confortat naturalem: & ex hoc appetitiua in ſtomacho vigoratur: & exinde membra copioſius recipiunt alimentum: & pori aperiuntur, & ex hoc ſuperfluitates tertiæ digeſtionis liberius expelluntur, & alimentum per membra perfectius diffunditur. Amplius per exercitium prouenit durities organorum: ex qua difficilius patiuntur, & redduntur fortiora ad cæteras actiones.

*Exercitiũ quale ſit.*

Item per exercitium motus ſpirituum vigorantur, ex quo ſuperfluitates euacuantur: & per poros expurgantur liberius, quod eſt neceſſarium. Exercitium igitur moderatum non permittit humores, nec eorum ſuperfluitates in corporibus adunari, quibus multiplicatis, indigemus pharmacia & phlebotomia, quæ quamuis purgent corpus, ipſum tamen inueterant, & ſpecialiter pharmaca, quæ vt plurimum habent naturam veneni: & ſic non ſolùm euacuant nociuum: ſed magnam partem caloris, & ſpiritus, qui ſunt fundamenta vitæ noſtræ.

Sed tempus exercitij cognoſcitur ex vrinarum colorem. Nam aquoſus quidem ſignificat indigeſtionem, & quod adhuc non inſtat exercitij tempus. Rubeus verò & cholericus ex multo tempore digeſtionem fuiſſe factam, & tempus exercitandi præteriſſe. Sed color temperatus, puta rubeus temperatè non ignitus, ſignificat digeſtionem fore factam de propinquo, & tunc eſt tempus inchoandi exercitium. Et hoc dictum eſt de cõplexione quò ad virtutem cæli: quia fortaſſe hæc natura alia eſſet propter accidens tuorum genitorũ: quia cum illis verſaris, potuiſti accipere à complexione parentum: quia habitus conuertitur in naturam, ſecundum philoſophi doctrinam.

Etſi autem temperamentum cõgenitum, quod eſt ex corporibus cæleſtibus, & parentum diſpoſitione, ſæpè proceſſu temporis immutetur per ætates, per aërem in quo degimus, per alimenta quibus veſcimur, & per vitæ ac conſuetudinis rationem: tamen nunquam adeò immutatur, quin aliquam congenitæ naturæ ex prima origine, propenſionem retineat. At cum temperatura ex leui occaſione, à ſua naturali qualitate recedere poſſit, vt maſſa optima in vitioſum humorem declinet, & præter naturalem, Medici ſæpe conſulendi ſunt huic nato qui aptam viuendi rationem tradant, & naturam congruentibus adminiculis gubernet, ne ex melancholia aliiſque cauſis per ſe vel per accidens, corrumpatur & inficiatur craſis optima, ſanguinea, quæ cum ſit theſaurus vitæ humanæ præcipuus, reliquis omnibus facilè aliquid mali concipit.

*Ex quibus cauſis temperamentũ mutetur.*

*Medici ſæpe conſulendi ſunt.*

Quod

Digitized by Google

*Iudicium Galeni de temperamentis.*

Quod autem mores & boni & vitioſi, vt plurimum oriantur ex corporum temperamentis, pro lixè probat Galenus in libro cui titulũ fecit, quod animi mores ſequantur corporis temperiem, vbi inter reliqua ita ait. ſicut ex cibo & potu, nec non quotidianis exercitationibus bonã corporis conciliamus temperiem: ſic etiam ex bona temperie, ad virtutem animæ comparandam, plurimũ emolumẽti acquirimus. Quos verò ſingulorum humorum exceſſus efficiat mores, breuiter oſtẽdit Galenus, comment. 1. ſect. 4. in librum Hippocratis, de natura humana. Mentis inquit, acumen, & prudentia, à biliоſo humore proficiſcitur. Integritatis & conſtantiæ autor eſt Melancholicus. Sãguis ſimplicitatis & humanitatis. Pituita vero ad morum culturam nihil facit. Et hæc de complexione.

*De ſanitate & infirmitate corporis.*

De infirmitatibus & corporis valetudine iudicium vniuerſale facere volentibus, multa conſideranda ſunt in re huiuſmodi neceſſaria, quæ nos multum, ſi conſideraremus & ſcribere vellemus, detinerent. Cõſideratis igitur omnibus in huiuſmodi re neceſſariis breuiter dicimus dominationem tuam non diu corpus ſanum habiturum: imo multis infirmitatibus eſſe ſubiectum in tua ſenectute maximè. Hæc omnia in vniuerſali tibi demonſtrat horoſcopus à malignis Martis radiis oppugnatus per quadratum aſpectum. Eſt enim Iupiter dominus horoſcopi collocatus in ſuo domicilio, ſed infortunatus à Marte ſicut & Aſcendens, qui idem ſignificat. Rurſus, Sol potens eſt, ſed à Saturni radio oppugnatus per corpus, & Luna in ſua triplicitate fortis eſt: ſed quadrato Martis infecta. Item domus ſexta fortis & fortunata eſt, & à maleficarum radijs hoſtilibus libera. Et ſol gubernator ſextæ domus fortis, & à Saturno læſus, ad conſiderationem adhibitus idem ſignificat. Ex his ergo ſignificatoribus reperio ſex teſtimonia ſanitatis, quinque infirmitatis, quæ quidem ad ſanitatem quoque declinant, velut ad partem numero teſtimoniorum vincentem. Quapropter iudicium pronuncio, quòd ex maiori parte temporis, tua dominatio ſana erit corpore & valetudine integra: propter Iouem in horoſcopo conſtitutum, fortem ſed infortunatum à Marte. Nam ita Iupiter conſtitutus, ferè ſemper ſana corpora, ſed debilia largitur, vt dicitur ab omnibus Aſtrologis.

Quas autem habebis infirmitates, ex ſignificantur à Sole, qui eſt dominus ſextæ domus, & lumen temporis poſitus in vndecima cæli domo cum Saturno. Quare pro natura ſua dabit infirmitates in ſtomacho, in oculis, vt ſunt fluxus oculorum, &c. Cardiaca, ophthalmia, & ſimilia.

Sed quo ad morbos incurabiles attinet, dicemus particulariter aliqua notatu digna ex Aſtrologorum obſeruationibus. Dicit enim Albubater cap. 53. 54. 59. 68. & 72. quòd luminaria infortunata ſignificãt ægritudinem oculorum, vel malum inſeparabile, aut portendunt viſus debilitatem. Et hoc confirmatur ab Almanſore ſententia 15. ſuorum dictorum. Rurſus, Sol dominus ſextæ domus exiſtens infortunatus debilitatem cordis, & eius ęgritudinem ſignificat, imo denotat ęgritudines, vt plurimum procedere à ſtomacho: in quo tu ſenties aliquando dolores extraneos, ex ipſius debilitate, ſeu frigiditate, aut cibi indigeſtione. vbi enim non concoquitur alimentum, hic quidem deeſt id quo naturalis irrigetur humor: deinde verò putrefactũm ſupereſt, quod exundans calorem obruat naturalem. Quamobrem Auicenna corrumpi ſanguinem inquit, vbi digeſtio ipſa corrumpitur: ſecutuſque Galenum appellat digeſtionem, vitę radicem. Caueat inſuper tua dominatio diligẽtiſsimè, ne vel coitu ſtatim poſt cibum, vel ſomno meridiano ſæpius non neceſſario, vel nocturna vigilia, vel labore animi vllo, ſiue corporis importuno, vel alio quopiam pacto digeſtionem impediat. Digeſtionem dico non primam tantum, quæ fit in ſtomacho, ſed ſecundam etiam, quæ fit in iecinore. Tertiam inſuper, quæ in venis. Quartam denique, quæ in membris efficitur, quæ longo quodam indigent interuallo, & qua impedita, pabulum non ſuppeditatur humori. Nam ſtomachus eſt paterfamilias totius corporis, quia illo ſe malè habẽte, grauiter ſe habent membra corporis vniuerſa, & è contra: ideo nocent ſtomacho omnia, quæ ſunt menti & capiti abhominabilia, & omnis ira & timor & triſtitia, & nimia ſollicitudo, & vehemens animi affectio & maſticatio fortis panis azymi, & ſtudium immoderatum, & nimis loqui, & diu ſedere in menſa poſt cibum groſſum & malæ digeſtionis.

Præterea, Luna in ſua natiuitate impedita à Marte ex quadrato aſpectu, & dominus horoſcopi ſimiliter poſitus in eodem infortunio, quod tenet etiam Luna, oſtendunt hepatis dolorem & ægritudines calidas, & fortè pollicentur, quod ſanguis à tuo corpore per inciſionem, vel percuſsionem exibit, vt dicitur ab Albubatre cap. 69. ſuarum obſeruationum.

Item Venus combuſta à Solis radiis in ſigno Capricorni ſupra terram ſignificat infirmitatem in nare ſiniſtra: & inclinabit natum, coitum appetere. Et quia reperio dominum horoſcopi per præſentiam in duodecima cæli domo à Marte ſauciatum ex quadrato aſpectu, dico quòd hæc conſtellatio chronicam in pedibus ægritudinem ſignificat, vt obſeruauit Albubater in ſuis obſeruationibus cap. 89. imo Saturnus in ſigno Capricorni cum Sole decernit nato dolores & valetudines in extremis corporis partibus, aut abſconſis locis, vt dicitur à Iulio Firmico. cap. 3. lib. 5.

Dicunt multi Aſtrologi, quòd ſignum Piſcium in horoſcopo genituræ decernit infirmitates calidas, vt puta febres calentes, torſiones ventris, & venena imminere, quæ accident partim ab ſcortis & malis mulieribus, vel aliunde in annis. 44. & 56. Ego autem hãc ſententiam non confirmo in tua natiuitate eſſe veram. Quare in aliis infirmitatibus & in omnibus aduertendum & prouidendum erit.

Hæc membra corporis erunt infortunata, ſcilicet caput, manus & pedes, cum Saturnus & Mars poſiti ſint in ſigno Capricorni & Sagittarij.

Quod pertinet ad infirmitates curabiles, quæ oriuntur ex accidentibus extraneis, vt ſunt febres, & corporis alteratio, quæ ex humorum intemperantia proueniunt: cum ſit febris calor naturalis mutatus in calorem igneum: Dico, quòd natus optimè

time ſeruabitur, vt teſtis eſt pars infirmitatis poſita in duodecima cæli domo, quæ eſt benè affecta, quæ quidem minuit ægritudines, & ſignificat paucitatem infirmitatum; vt ait Abenragel cap. 4. par. 5.

Item Iupiter in horoſcopo ex radiorum virtute decernit idem. Quibus conſtellationibus ego prognoſticor tibi, rationabilem corporis ſanitatem, non obſtante eo quod Ptolemæus ſcribit ſententia.61.ſuorum dictorum, ſcilicet Lunam ſignificare ea quæ corporis ſunt: id eſt ſignificare multas corporis infirmitates propter eius infortunium. Dicunt enim Aſtrologi, quòd dominus ſextæ domus in vndecima cæli domo poſitus, ſignificat quòd natus patietur ægritudinem propter ſpem & fiduciā ſuam: & Mars, qui ſauciat horoſcopum ex quadrato aſpectu decernere videtur vitia & valetudines corporis maximas: ſed propter Iouis auctoritatem poſiti ex radiorum virtute in horoſcopo, dico, quòd parum ægritudinibus laborabit natus: licet dominus primus triplicitatis ſextæ domus ſit malè poſitus, qui ſignificat, quòd natus morbis multis affligetur. Concluſio ergo eſt, quòd paucarum infirmitatum erit natus ille.

Cæterùm pro intelligentia harum febrium dico, quòd tua dominatio aliquando laborabit valetudinibus Saturnialibus, quæ ſunt à cauſa frigida & ſicca. Nam Saturnus cum Sole nato affert malam corporis dyſcraſiam chronicam, prouenientem ex nimia pituita, tuſſes præterea moleſtiſsimas, febres tertianas duplices, morbum veternum, & in ſuper moleſtias animi & perturbationes. Deinde Mars minatur in ſigno calido, Lunam quadrato aſpectu inficiens: alias infirmitates prouenientes ex cauſis calidis, velut ephimeras ſignificat Luna infortunata à Marte, vt dicitur à Guidone Bonato cap.3.par.5.in ratione ſextæ domus, quæ etiam decernit aduerſas valetudines ex ſiccitate & cholera, vt ſcribit Albohaly cap. 24. ſuarum obſeruationū.

Erunt igitur tuæ ægritudines curatu faciles, cum dominus ſextę domus ſitus ſit in ſigno mobili, vt obſeruauit Ioannes Hiſpalenſis cap.13.lib.2.

Harum infirmitatum tempora, annuæ reuolutiones, & directiones inſinuabunt, vt dicemus infra in ſequenti capite. ſed quò ad vniuerſitatem ſcribit Dorochius Aſtrologus, quòd fortuna tenebit te ſanum vſque ad 43.annum. Deinde ab anno 43. vſque ad 56. voluet regiſtrum: vt inſinuat pars infirmitatis, poſita in duodecima cæli domo, Et hæc eſt ſententia omnium Aſtrologorum.

Quò ad ſanitatem, Platonis eſt ſententia: corpus totum ab animo ita pendere, vt niſi animus bene valuerit, corpus benè valere non poſsit. Quapropter Medicinæ auctor Apollo, non Hipocratem, ſed Socratem ſapientiſsimum iudicauit. Quippe quum quantum Hippocrates corpori, tantum Socrates animo ſanando ſtuduerit. Quare ſi animus tuus fuerit quietus & ſanus: corpus tuum erit etiam ſanum.

*De quantitate vitæ.*

Arabes pro annorum numero accipiunt Solem ſignificatorem vitæ id eſt pro Hilegio, & Saturnū annorum datorem, ſcilicet pro Alchocoden, qui concedit vitæ annos 62. quoniam talis habetur proportio à diſtantia graduum decimæ domus ad ſeipſum, quæ habetur ab annis 57. maioribus ad medios videlicet 43. à qua proportione veniūt anni 50. quibus addo 12. annos quos cōcedit Iupiter, qui Saturnum aſpicit ex ſextili aſpectu, & proueniunt ad ſummam annorum ſexaginta duorum, vt ſupra dictum eſt.

Iulius Firmicus ca.28.lib.2. tenet Venerem eſſe ſignificatricem vitæ, cum ſit domina natiuitatis, quæ cum reperiatur in ſua triplicitate & terminis dabit annos mediocres, videlicet 45. Sed hæc opinio non quadrat veritati.

Ptolemæus ergo Solem aſſerit vitæ ſignificatorem eſſe, vt in cap.10.lib.3. expoſitum eſt. Quapropter erit vitæ tuæ periodus, nullis aliis impedimentis accedentibus, annorum 62. Nam non primum Sol per progreſsionem accedit ad Saturni quadratum, & horoſcopus Lunæ quadratum, & Luna ad ſui quadratum, quàm compleantur tot anni. Cùm dicant Iudæi in ratione primæ domus, quòd quando hylech peruenerit ad Saturni quadratum, vitam corrumpit & interimit natum. Et hæc obſeruaui ſæpe ſępius, (ſcilicet quando Saturnus fuerat dominus octauæ domus) & veritatem ſemper inueni. Quapropter tua dominatio viuet annos 62. ſecundum Ptolemæi opinionem. Et in hac ſententia conueniunt Arabes, AEgyptij, Perſæ, Babylonij, & Græci. Ego autem ſum huiuſcemodi opinionis, ſcilicet, quòd dominatio tua perueniet ad annos 56. in quo anno directio hilegij orietur ad Saturni terminos: imo horoſcopus ſemper vitæ ſignificator per directionem accedet ad Martis diametrum, & Lunæ directio ad corpus Martis domini octauæ domus. quare tua dominatio habebit vitæ annos 56. ſecundum meum iudicium.

Pro Ptolemæi opinione habentur ex conſtellationes: Nam dominus primus triplicitatis horoſcopi eſt bene affectus & fortunatus, ſcilicet Mars: prout habetur cap. 19. lib. 2. qui quidem iudicium facit, quod tu peruenies ad ſenectutem, & viues vſque ad annum 62.

Rurſus multi Aſtrologi dicunt, quòd quando pars fortunæ fuerit ſalua, & extra radios Solis, & dominus eius ſimiliter, ſignificat, quòd natus erit bonæ vitæ, & bonam nutritionem habebit, & longam vitam. Pars hæc in hac natiuitate bene affecta cum ſuo domino denotat natum peruenire ad annum 62. Hæ autem rationes ſunt pro parte Ptolemæi, Nunc videamus in contrarium pro mea opinione.

Opinio mea eſt, quòd tua dominatio præterire nō poſsit ſtatutum tempus vitæ, ſcilicet annorum 56, quod probatur tali medio. Luna enim reperitur in ſeptima cæli domo infortunata à Marte, quæ dat talem ſignificationem. Nam Leopoldus in tractatu quinto ſuarum natiuitatum dat hanc regulam, ſcilicet vt reſpiciamus ad ſtatum Lunæ, & ad dominum eius, & ſecundum poſitionem & naturam eorum faciamus iudicium de vitæ nati quantitate. Luna ergo malè affecta, & dominus eius

Digitized by Google

eius benè poſitus in ſua triplicitate, denotat ſupra dictam meam concluſionem.

Item dicit Albumaſar in ſuo introductorio lib. 8. in ratione primæ domus, cap. 4. quòd quando pars vitæ fuerit ſalua, & extra radios Solis in bono ſtatu, ſignificat longam vitam, ſalutem corporis, & hilaritatem ſpiritus: ſed ſi fuerit in diuerſo ſtatu à iamdicto, contrarium ſignificat. Hæc enim pars reperitur cum Saturno in duodecimo gradu Capricorni ſub Solis radiis, & infortunata. Quare oſtendit ſupradictam meam concluſionem eſſe veram: ſcilicet quòd non peruenies ad annos 62. ſed conſequeris finem vitæ in anno 56. in quo anno ab Aſtrologis aſsignatur ſenectutis principium. Opinioni huic noſtræ fauet Albubater cap. 9. ex multis ſignificatoribus vitæ malè poſitis in hac natiuitate: addita huic rationi hac alia, quod Antiſciũ Martis coniungitur cum Sole lumine temporis, quod operantur ea, quæ dixi ſupra, ſcilicet quòd multum difficile mihi videtur, vt præterire poſsis ſtatutum tempus vitæ annorum 56. Dico tamen vitam longæuam non ſolũ ab initio ſemel Fata promittere, ſed etiã tua diligẽtia præſtare. Qua quidẽ prouidẽtia non ſolũ homines natura validi ſæpiſſimè, ſed etiam valetudinarij vitã longam aliquãdo conſequuntur, vt non mirum ſit Herodicum quendam literarum ſtudioſum omnium ſui temporis infirmiſsimum, vt Plato & Ariſtoteles teſtantur, eiuſmodi prouidentia annum ferè centeſimũ impleuiſſe. Plutarchus præterea narrat multos corpore alioquin parum firmo, vitam ſola diligentia longã cõſequutos. Mitto in præſentia quot imbecillos nouerim prudentiæ munere robuſtiſsimorum annos ſuperauiſſe. Quare ſi tu cum prudẽtia hac ſollicitudinẽ vitæ tuæ imponas, ſollicituſque fueris ac accuratus, curioſus, & diligens, viues vſque ad annum 62. vt tenet Ptolemæus, & vt cæteri Aſtrologi dicunt.

Itẽ in primis nos reperimus, quòd in anno currente ætatis tuæ 31. directio Solis accedit ad Saturni terminos, quæ quidem ſuſcitabit alterationem corporis ex catarrho prouenientem, quæ parui erit momenti.

Anno 37. currente ætatis tuę directio horoſcopi ad Solis trigonum in ſignis paucarum aſcenſionum & ad caudã Draconis Lunæ minatur tertianam duplicem & febrem intermittentẽ, à qua malè tractaberis, quæ ſi eſſet continua, multum eſſet à medicis cogitandũ de tua ſalute: tamen concluditur, quòd ab illa liberaberis, & ſanaberis ex benignitate Iouis in horoſcopo. Eris tamen læſus in oculis, & patieris aliquod periculum cauſa animalium.

Anno 40. currente ætatis tuę directio horoſcopi ad Saturni terminos afferet malã corporis dyſcraſiam chronicam, vt pote ægritudinem ex frigiditate & ſiccitate prouenientem, aut ex nimia pituita: ſed ſecundum opinionem meam ſignificat corporis alterationem cauſa catarrhi, ſed hæc alteratio erit parui momenti.

Anno 43. currente ætatis tuæ directio horoſcopi & Solis ad terminos & quadratum Martis promittit aliquod malum; imo rediget natum cholericum, furibundum, & audacem & vario infortuniorum genere laborantem, non ſine acuta corporis dyſcraſia.

Anno 49. currente ætatis ſuæ accidet tibi aliquod periculum, tamen hoc leue erit, & parui momenti, ſi acciderit.

Verum anno 50. currente ætatis ſuæ directio Solis ad Lunæ diametrum afferet periculoſam ægritudinem calidam & ſiccam, quæ veniet ad alia vitæ pericula. Et hæc ægritudo talis erit, de qua multum medici dubitabunt, & ſalus tua in dubio erit. Ego autem huiuſce ſum opinionis, quòd ab vna ad aliam ægritudinem trãſcendetur, denique contra omnem humanam ſpem ſaluaberis.

Item anno 1598. fiet eclipſis Solis in 17. gradu Piſciũ, quod quidẽ ſignũ, & gradus habet dominatio tua in natiuitatis horoſcopo, de quo dicitur à Ptolemæo ſententia 24. ſuorũ dictorum. Defectus luminarium in horoſcopo noxius eſt. Vnde afferet corporis debilitatem & dyſcraſiam: etiam in hoc anno etiam accidit directio Solis ad Martis terminos, quæ ſignificat humorum diſcordiam, atque corporis infirmitatem.

Erit igitur tua dominatio vigilantiſsima, vt teipſum cuſtodiat in huiuſmodi temporibus, ſi finire velis reliquum tuæ vitæ curſum. His temporibus tranſactis Deo duce, quo ſine nihil boni habere poſſumus, ad iam dictum terminum annorum, ſcilicet 56. & vltra peruenies: aliis aſpectibus quibuſcunque non obſtantibus: & hæc de vitæ ſpatio breuiter ſatis ſint dicta.

*De Morte.*

Hoc caput in quatuor partes diuiditur: Quare ad primam partem dico, quòd natus hic moriturus eſt morte naturali, & non violenta: vt inſinuat pars mortis bene affecta, ſecundum obſeruationes Babylonum. Sed hæc concluſio probatur tali medio. Dicit enim Abenragel cap. 7. par. 5. quòd quotiens dominus primus triplicitatis octauæ domus fuerit bene affectus, decernit nato mortem naturalem, & non violentam. Sed cum Mars dominus ipſius triplicitatis ſecundum Ptolemæum cap. 19. lib. 2. reperiatur bene affectus, ſignificat ergo quod natus morietur morte naturali & non violenta: Et licet in oppoſitum reperiantur ipſa lumina infortunata, quæ quidem ſignificant ſecundum Ptolemæi obſeruationem cap. 8. lib. 4. mortem violentam, nihilominus cum Mars dominus octauæ domus, & dominus horoſcopi non inueniantur in ſignis violentis, neque reperiantur ipſa lumina cum ſtellis fixis violentis, dicimus natum moriturum morte naturali & non violenta. Et pro confirmatione huiuſcemodi concluſionis adducere poſſem plures obſeruationes, quæ extant in hoc libro, quas habuerunt multi nobiles, qui obierunt morte naturali & glorioſa, & non violenta, vt docent natiuitates Ennij Verulani de Bauco Cardinalis & Ferrandi Gonſagæ Mantuani Mediolani gubernatoris, qui habuit Lunam cum

Saturno

Digitized by Google

Saturno in ſigno Leonis & Solem cum Marte in ſigno Aquarij diametraliter oppoſitos. Et Ioãnis Bétiuoli Bonon. qui etiã habuit Solem cum Marte & Lunã in ſigno Virginis infortunatam à Saturno ex quadrato aſpectu. Itẽ & Ioãnes de Mõteregio, quoniã in ei' natiuitate reperiebãtur in octaua domo, Luna, Mars, & Sol coniuncti, & Saturnus quadrangulabatur eis. Quarum obſeruationes ſunt in hoc libro poſitæ. verum cum luminaria reperiantur malè affecta, & Sol in ſigno violento cum Martis Antiſcio inuentus ſit, minantur multa accidentia quæ venient in re & in effectu, & apparebunt timores & pauores, formidines & metus, vt inferius dicemus. Quare concluſio erit, quòd mors non erit violenta à materia extrinſeca, ſed naturalis.

Quò ad ſpeciem mortis Aſtrologi ſunt variarum opinionum: quia Meſſahala hanc habet opinionem, quòd mors oritura ſit ex difficultate cogitationis & mirabili occultatione rerum agẽdarum, cum Mercurius reperiatur per Antiſcium in octaua cæli domo. Et Albohaly capit. 37. propter iſtam conſtellationem dicit Mercurium per Antiſcium in octaua domo ſignificare mortem ex infirmitate capitis, vel ex infirmitatibus animæ ſenſus communis, ſicut cogitatiuæ phantaſię, & his ſimilibus, vel ex dolore cito interficiente.

Præterea Abenragel vult, quòd mors tibi accidat ex aliquo vitæ errore, quem tu facies, vt inſinuat dominus ſextæ domus poſitus in vndecima cæli domo cum Saturno. Ego autem dico, prout opinor, quòd mors cauſabitur ex ſuperfluo coitu, aut ſpeciebus medicinalibus, aut ſtomachi, vel hepatis ægritudine: vel ex diuerſorum humorum ſimul commixtorum à ſuperabundantia ſuperuenientium, quorum cauſa non cognoſcitur: ex eo quòd Venerem Almuten mortis reperio combuſtam à radiis ſolaribus. Dicerem etiam propter ſupradictas narratas rationes & cauſas periculum eſſe, ne natus improuiſa morte occumbat, quare aduertendũ eſſe monemus. Mors ergo naturalis & improuiſa ex his infirmitatibus procedere poteſt: exiſtẽte Sole in hac natiuitate diurna infortunato à Saturno in ſigno violẽto, & Luna in ſeptima domo læſa à Marte ex quadrato aſpectu.

Corpus tuum honorificè ac magnificè ſepelietur, vt inſinuant multæ ſtellæ fixæ in angulo & prope angulum quartæ domus: & hæc eſt opinio Almanſoris ſententia 89. & Abenragel cap. 7. tract. 5. inquit. Si gradus quartæ domus fuerit purus ab infortunis, ſepelietur cadauer & remanebit ibi ſaluum. Et ſi fuerit illuſtratus à ſtellis fixis, ſepelietur cadauer honorificè & magnificè, & poſt mortem remanebit de ipſo bonum nomen, optimaque fama &c.

*De periculis & accidentibus corporis.*

Corpus tuum fore mutilandum, aut aliquo mẽbro diminuendum cenſet Ptolemæus cap. 12. lib. 3. Quod declaratur: quoniam horoſcopus hoſtilibus Martis radiis ſauciatur, & occidens immunis non eſt à noxiis Martis. quare aliquam in corpore maculam habiturum exiſtimo propter infortunium horoſcopi & ſeptimæ domus. Verum Luna infortunata à Marte ſignificat multa impedimenta & infinita infortunia. Deinde idem ſignificat Antiſcium Martis cum lumine conditionario: tamen ſi quod incommodum allatum fuerit leue iudicio meo accidet, quod contingere poterit in capite, vel facie, ex quo vt præmiſimus Mars irradiat horoſcopum quadrato aſpectu. Vnde ab ictu violento alicuius proiicibilis cauendum erit: ſed vt diximus id leue erit, & parui ponderis.

Item ſi Iupiter non fuiſſet inuentus in ſuo domicilio, poſtquam repertus eſt in duodecima cęli domo, daret tibi carceres & alia infortunia, quæ tibi acciderunt: licet contrarium dicat Hermes ſententia 95. ſuorum dictorum propter Mercurij præſentiam in duodecima cæli domo.

Præterea dicit Albubater cap. 145. ſuarum obſeruationum quòd ſi Almuten natiuitatis fuerit ſub radiis Solis & non fuerit in Leone, aut Ariete, ſeruiet natus regibus & principibus, & ipſi lædent eum vltimò. Sed hanc conſtellationem in tua geneſi reperio: quare ad ſufferendum hoc infortunium propenſus erit. Et hoc confirmatur ab Auenare Iudæo in ratione decimæ domus: imo eſt ſententia omnium Aſtrologorum, quod quando Saturnus vel Mars fuerit coniunctus Soli in eadem parte, vel Lunæ infortunatæ, nato (etiam ſi rex fuerit) magna inconuenientia contingent.

Præterea, Mars in nona cæli domo inuentus in tua geneſi ſignificat anguſtias magnas, quæ cõtingent tibi in terra, & non in aqua: vt dicitur ab Auenare Iudæo in ratione nonæ domus.

Vlterius, Iupiter in Piſcibus inuentus in quadrato Martis aſpectu ſignificauit, quòd multam aduerſitatem & oppreſsionem iam ſuſtinuiſti, & vitam ſæpius in odio habuiſti, vt dicit Maternus cap. 4. lib. 5.

Deinde Iouis diameter cum Luna, quæ eſt minuta luminibus, nihil ex bonis elargitur, & infortuniorum decernit exitia: vt dicit idem autor cap. 18. lib. 6.

Rurſus, Luna diminuta lumine in *domicilio* Mercurij læſa à Marte facit accuſationibus implicari, quapropter multa vitæ impedimenta patieris. Verum Saturnus in Capricorno ſignificat donec ſui curſus circulũ impleuerit, inæqualitatem fati, & fortunæ: vt dicitur ab eodem cap. 3. lib. 5.

Item, Luna in angulo occidentis infortunata exiſtens, ſignificat, quòd ex ægritudine calida & humida, aut ex apoſtematibus cancroſis, ſeu epidimialibus morieris: ita quod eris propenſus ad morbum epidimialem: vt oſtendit Albubater cap. 184. ſuarum obſeruationum.

Dein Mars in nona cæli domo ſignificat vitæ diſcrimina in itineribus & caſa animaliũ aliquod periculum, quæ quidem pericula tibi contingent in annis ſæpe ſeptenariis, ſi verò ipſa tempora dominatio tua bonam reuolutionem annualem non habuerit: quoniam Saturnus regit nati vitam in quolibet anno ſeptenario: itaque in ſeptimo quolibet

Digitized by Google

quolibet vitæ anno, fit in corpore mutatio maxima, ideoque periculoſiſſima: quando quidem (vt inquit Marſilius Ficinus) & Saturnus nobis communiter eſt peregrinus, & ab eo tunc planetarum ſummo ad Lunam eueſtigio planetarum infimam gubernatio redit. Hos annos aſtronomi Græci Climactericos nominant, nos ſcalares, vel gradarios, vel decretorios appellamus. Tu igitur ſi vitam producere cupis ad ſenectutem, multis eiuſmodi gradibus interruptam, quoties ſeptimo cuilibet propinquas anno, conſule diligenter Aſtrologum, vnde immineat tibi diſcrimen ediſcito. Deinde vel adito medicum, vel prudentiam & temperantiam accerſito. His nanque remediis prohiberi minas aſtrorum Ptolemæus etiam confitetur. Addit quin etiam aſtrorum promiſſa ſic augeri poſſe, vt agrorum cultor auget terræ virtutem. Probat Petrus Aponenſis argumentationibus multis, & teſtimonio Ariſtotelis, Galeni, Haly, naturalem vitæ finem non eſſe ab initio, ad vnguem determinatum, ſed vltra citráque moueri poſſe. Idque aſſerit tum ex aſtris, tum etiam ex materia. Concludit his autoritatibus rationibúſque obitum etiam naturalem differri poſſe, cũ aſtrologiæ machinis, tum præſidiis medicorum. Igitur neque nos temere in his præceptis elaboramus. Neque te pigeat perquirere à medicis, quæ naturaliter tua ſit diæta, & ab Aſtrologis, quæ ſtella vitæ faueat, & quæ non, & quando hæc bene ſe habet, compone quæ prodeſſe didiceris. Neque pudeat ſæpe illos auſcultare, qui non tam fortuna, quàm virtute ſenectutem proſperam conſecuti videntur. Et hæc de accidentibus corporis dicta ſufficiant. Nunc de animi accidentibus aliqua dicemus.

Anni climacterici ſeu decretorij. Annus ſeptimus quiſque iudiciarius.

Mortem naturalem differri poſſe aſtrologiæ & medicorum præſidio.

## DE QVALITATE *animi.*

Quantũ attinet ad vires ingenij dico ꝙ Mercurius in ſigno aquarij ſignificat ingenium celebre, & conſtantiam & prudentiam in agendis, & illius bonitatem, acutiem & agilitatem. Et vt vno verbo cuncta complectar, dico quòd eris ſenſatus, & boni intellectus, vt oſtendunt Arabes, qui ita dicunt. Mercurius benè affectus in Aquario, facit ingenio ad omnes diſciplinas aptiſsimo. Nam ita conſtitutus acumine & celeritate inuentionis mirabiles, ingenio promptiſsimos, & in omni doctrinarum genere excellentiſsimos efficit. Et Ptolemæus in ſententia 38. ſuorum dictorum de Mercurio etiam dicit. Mercurius ſi fuerit in aliqua domorum Saturni in ſua propria diſpoſitione, ab aliis non vitiatus, natus fiet optimi intellectus, & profundi conſilij in rebus, occulti animi, intelliget res perfectiſsimè. Ex qua cauſa dicimus Mercurium bene affectum oſtendere te habentem memoriam profundam, ſtabilem, promptam, & minimè fallacem. Verum ob ingenij acuitatem ſtrues conſilia periculoſa, & habebis ingenium ſeditioſum, ſagax, acutum & callidum, eo quod Mercurius non reſpicit Lunam neque horoſcopum. Vnum adiiciam, quod etiam ex aſtris tibi datum eſt, vt ſcilicet omnia benè intelligas, ſed malè deliberes. Vnde aliis optimè conſules, rem tuam malè geres, vt inſinuat Mercurius bene affectus, & Luna malè poſita ob infortunium Martis.

Sed quò ad partem ſenſitiuam dico, quòd Ptolemæus ſcribit capitu. 13. lib. 3. quòd Mercurius dominatur ſenſui interno, Luna verò externo: quare cum Luna ſit malè poſita, dicimus circa ſenſum externum, quòd non eris benè ordinatus, & teipſum dabis in prædam tuis deſideriis & appetitibus & voluptatibus. Et ſi non fuiſſet quod Mercurius reperitur bene affectus, neſcires teipſum moderare in tuis ſenſibus, ob id erit, quòd multum appetitus tuos temperabis in illis rebus, quas iuſtas & rationabiles eſſe cognoſces, pro quibus ab omnibus æſtimaberis prudens. Et ſic patebit quòd ad ſenſum internũ benè ordinatus eris. Verũ eſt quod omnis affectus & paſsio animi infirmitates animi ſunt, & omnis dolor, gaudiũ, timor, audacia, cupiditas, voluptas deſideria ita ſunt eius motus, quæ benè regulantur à ſapientibus & prudentibus hominibus in ſuis animis, qui homines multum differũt ab hominibus plebeis, ſicut ſcripſit Plato, & Ariſtoteles. Quare cum Luna ſit læſa à Marte, inclinaberis ad iram, & animi inconſtantiam.

Quapropter ſcire conuenit, quòd animi accidentia corpus efficaciter mutant, ſeu alterant, & in operibus mentis faciunt manifeſtam impreſſionem, & ideo quia nociua ſunt, debes ſtudioſè vitare, & ſpecialiter iram & triſtitiam: quoniam ira ſemper calefacit omnia membra, & propter feruorem cordis omnes actus rationis confundit; Et ideo cauendæ ſunt eius occaſiones, niſi quantum ex præcepto rationis aduerſus illicita concitatur. Triſtitia verò corpus infrigidat & exſiccat, propterea maciem & extenuationem inducit.

Et quia cor conſtringit, & ſpiritus obtenebrat, & ingroſſat, ingenium hebetat, apprehenſionem impedit, iudicium obſcurat, & obtundit memoriam, & ideo vitanda ſunt eius obiecta, niſi quantum ratio perſuadet & deteſtationem vitiorum, & mentis pulchritudinem reformandam.

Quando ergo mens tua, animuſque tuus lapſus fuerit à multis curis & ſollicitudinibus, quæ cerebrum & cor pungunt, gaudio ſæpe vacare debes, & honeſtis ſolatijs, vt animus refloreat, & ſpiritus recreentur.

Quantum pertinet ad literas, dico quòd Mercurius vt iam dictum eſt, cum ſit fortior Luna, & reſpiciat Martem ex ſextili aſpectu, tibi dabit magnum ingenium in rebus agẽdis cum principibus & militibus. Quapropter Almanſorus ſententia trigeſimaquarta ſuorum dictorum inquit. Quotieſcunque fuerit Mercurius in duodecima cæli domo, erit natus ſapiens, magnuſque philoſophus. Quoniam Mercurius in tali ſtatu facit natum eſſe valdè ingenioſum, & dare operã literis, & vt dicit



Digitized by Google

Abenragel cap.14.par.5. omnes planetæ dicuntur infœlices in illa domo cæli, Mercurio excepto, qui dat pronitatem ad ſcientias, & artes liberales, & ideo in cap.9. dicit idem Aſtrologus, ſi Mercurius fuerit in duodecima cęli domo, reddet natum procliuem ad philoſophiam, & ad omnia naturæ ſecreta. Et Maternus cap.8.lib.3.multas dignitates attribuit Mercurio in ipſa domo. Et quò ad acuitatem ingenij & naturalem diſpoſitionem ſciẽtiarum videtur melius facere in cadentibus domibus, quàm in aliis, vt dicunt Iudæi in ratione primæ domus. Quare in ætate puerili fuiſti præcocis ingenij, & magnæ expectationis.

Præterea, Albubater cap.27.ſuarum obſeruationum declarat te fore ſapientem, & in omnibus naturæ ſecretis peritum, & geſtarum rerum narratorem, & habere bonum conſilium & ingenium, cogitationemque ſanam: ita quod de teipſo dicetur, quòd ſis philoſophus & ſapiens ob Saturni ſextilem aſpectum ad Iouem.

Rurſus, cum Mars orientalis ſit, & irradiat Mercurium bene affectum ex ſextili aſpectu, (inquit Albubater) ſignificat, quòd natus notitiam librorum habebit, ac in eis ſapiens erit. Et quia Mercurius reperitur in domo Saturni (ſubiũgit) quod natus erit ſapiens, ſecreta & obſcura rerum cognoſcens, & erit bonæ locutionis, atque rhetoricus.

Deinde, ſapientes Indorum dixerunt ſe expertos fuiſſe, ſi Mercurius fuerit in ſigno Aquarij, quòd ſignificabit profunditatem cogitationis & ſcientiam cõſiliorum & rerum altiſsimarum. Quare cum Iupiter repertus ſit in horoſcopo, tibi dedit pronitatem ad legum ſtudia, potiuſquam ad philoſophiam.

Vlterius, ſi fuerit Mars in nona cæli domo collocatus (inquit Maternus) natus erit propenſus ad ſciẽtias etiam prohibitas, & delectabitur in necromantia. Ex quibus ſententiis & obſeruationibus, iudicium facio, quòd pronitatem habuiſti, vt in bonis artibus proficeres, & nulla tibi fuit difficultas in adipiſcendis ſcientiis, & artibus. Quare concluſio eſt, Bonitate intellectus tui optimarum quoque diſciplinarum capax fuiſti, & plurimum in inueſtigatione legum operam dediſti: eris tamen philoſophorum amator, legis cuſtos, intelligenſque ſapientiæ, & in rebus occultis eris cogitabundus, id accipitur à Ioue ſecundo domino triplicitatis nonæ domus, qui eſt in horoſcopo fortis & potens inuentus.

Quod autem ad virtutes actiuas attinet, dicit Albubater capitu. 24. quòd tua dominatio erit propenſa ad religionem, & ad iuſtitiam, & ad veram fidem, vt inſinuat Antiſcium Veneris & Solis in nona cæli domo. Sed ego dico propter Martis præſentiam in dicta domo ſignificare & iudiciũ facere de hęreſi, & fidei peruerſitate. Nam Mars in illa domo legem dehoneſtat, natum incredulum in ſua fide facit, & cultum diuinum impedit, & declarat natum meliorẽ eſſe ab extra, quàm ab intra, vt dicit Albubater ca.25. ſuarum obſeruationum. & hoc etiã habetur ex poſitione partis cælati & ſui domini, qui ſunt infortunati.

Item, pars fortunæ ſalua ab hoſtibus radiis maleficarum cum capite Draconis Lunæ extra radios Solis demonſtrat, quòd eris virtuoſus, bonorum morum & compoſitæ vitæ in victu tuo, vt inſinuat Abenragel cap.10.part.4.

Item Iupiter in horoſcopo natiuitatis ſignificat laudem, & quod niteris teipſum offerre, & bonam fortunam ſectari pro bonis & iuſtis factis, & quod eris opportunus & amabilis hominibus.

Rurſus Mercurius Almuten loci ſuipſius & Lunæ cum Saturni participatione facit natum acumine ingenij excellentem, ſtudioſum, & capacem doctrinarum, vafrum, ſolertem, cautum, benè coniecturantem, & cum dexteritate omnia facientem, geometram, Mathematicum, ſine doctore facilè & multa diſcentem, diſertum, & moribus compoſitum. Et tandem eris perquiſitor rerum ſubtilium, & in ipſis multum delectaberis, perquires leges & chronicas & geſta, & omnes ſubtilitates amplecteris, & præſertim eas, in quibus plus eſt difficultatis, amabis leges, & in talibus omnibus eris fortunatus.

Rurſus, Sol in domo Saturni exiſtens (teſte Albubatre capitu.21.) ſignificat quod eris boni animi, & bonos mores habebis, eris inſuper liberalis, prodigus magis quàm auarus, grauis, nobilior inter fratres, bonæ vitæ & intelligentiæ, & amabis mulieres iuuenes, vt oſtendunt caput Draconis Lunæ in octaua cæli domo, & Saturnus in ſuo domicilio, & Luna in domo Mercurij.

Sed quo ad vitia, dominus octauæ domus in nona exiſtẽs, ſignificat natum habere ſæpius animum prauum contra æmulos, & aduerſarios, & Mercurius in duodecima domo declarat fornicationes turpes & malas. Et Venus in domicilio Saturni facit natum fornicatorem cum mulieribus deſpõſatis, adeo quod tua dominatio non tenebit legem in coitu. Et hæc de inclinationibus tuis.

*De actionibus.*

Quò ad actiones omiſſa Ptolemæi opinione, & etiam Iulij Firmici, venio ad Arabum opinionem, qui in hac materia meliores obſeruatores Ptolemæo & latinis Aſtrologis fuerunt. Quamobrem dico, quòd Venus ſignificatrix eſt actionum, & Saturnus eius collega, & ſignificat, quòd *permanebis* ad ſeruitium alicuius principis, & eris *aulicus*, aut præfectus gynecæorum, vt dicit Hiſpalenſis ca.16. ſuarum obſeruationum. Et quia Venus reperitur in ſigno ſolſtitiali, conducet te ad artes, quæ in ingenij contemplatione verſantur.

Item pars operis & magiſterij in 21. partibus Aquarij bene affecta, demonſtrat, quòd eris in magiſterio tuo laudatus & acquires famam, honorem atque ſubſtantiam.

Item, Sol per Antiſcium in nona cæli domo inuentus ſignificat, quòd eris honoratus in tua profeſſione & exercitio, imo demonſtrat, quòd eris perfectus in omnibus tuis operibus, ex eo quod ipſe Sol poſitus eſt in domicilio Saturni in natiuitate diurna, quod idem pollicetur Antiſcium Veneris in nona cæli domo.

Item, Mercurius in domicilio Saturni ſignificat habere negocia cum religioſis, & hominibus ſapientibus.

Præterea

Digitized by Google

Præterea, Saturnus in Capricorno inuentus decernit maximos actus, & proſperæ fœlicitatis augmenta poſt annos 46. in quo tempore Saturnus poſsidebit ſignum Leonis. Quapropter habebis tranquillam ſerenitatis lætitiam cum maximo fœlicitatis augmento, tunc enim requiem, tum pecuniarum incrementa, ſubſtantiam, ſanitatem, lætitiam, tunc denique rectum vitæ ordinem, omnibus ſopitis infortunijs, elargitur, vt dicitur à Materno cap.3. lib.5.

Vlterius Iupiter in prima domo tuæ genituræ exiſtẽs in diametro Lunæ faciet natum maximum adminſtratorẽ, rectoremque ciuitatũ, & maximis negotiis ſæpe præpoſitum, vt idem auctor dicit cap.4. lib.3.

Deinde Mars in nona cæli domo per diem conſtitutus, & Iupiter in horoſcopo collocatus faciet natum fœlicem, & qui facile omnia conſequatur. Idem Aſtrologus capit.5. eiuſdem libri inquit. Si Mars reſpexerit ex ſextili aſpectu Mercurium, faciet natum rationes publicas adminiſtrantem, cauſidicum optimum, & talem reddet natum, vt in omnibus negotiis proſperos ſemper conſequatur euentus, literarumque officia ſecretè tractantem, vt idem auctor etiam dicit cap.5. lib.6.

Item, Sol per diem in domo Saturni inuentus ſignificat, quòd eris in omnibus operibus tuis ſtabilis atque conſtans, nec vnquam ab inceptis deſiſtes quòad optatum finem perueneris, vt idem auctor dicit cap.13. lib.5. Concluſio ergo erit, quod eris perfectus, ſapiens, fœlixque in operibus tuis propter poſitionem Iouis ſecundi domini triplicitatis decimæ domus, potentis & fortis in ſuo domicilio.

Secunda concluſio, officium tuum erit ingenio atque conſiliis populos regere, malos punire, leges, iuraque ſtatuere, iuſtitiam adminiſtrare, principes conſiliare, regiminaque publica habere. Sumitur hoc ex domino officij coniuncto Soli, & ex parte operis & magiſterij in ſigno Aquarij bene affecta. Quamobrem concludimus, natum fore artificem celebrem, gratioſum, aut publica opinione induſtriæ & artis clarum, ideo habebit fœlicẽ ſucceſſum in omnibus negotiis ſuis, & bonam fortunam in omnibus rebus, quas incipiet Et hoc ſit dictum pro accidenti animi ſignificatione in hac ſecunda parte mei iudicij.

*De diuitijs.*

De fortuna vel miſeria generaliter iudicare volentes, id eſt vtrum natus in maxima parte vitæ ſuę conſiliorum & negociorum ſuorum ſecundam fortunam & fœlices ſucceſſus ſit habiturus. Conſiderantes pro generali iudicio in figura cœleſti Iouem horoſcopi dominum in ſuo domicilio & termino & decano inuentum in angulo orientis, Et Saturnum ſimiliter in ſuo domicilio inuicem ſe reſpicientes, Nec non Lunam in ſua triplicitate in optimo cæleſtis figuræ loco exiſtere, dicere poſſumus, non obſtante Sole & Marte peregrinis, exiſtentibus aliis planetis in ſuis dignitatibus, natum in generali bonam fortunam & fœlices ſucceſſus habiturum.

Et hoc iudicium etiam confirmatur à maiori parte ſignificatorum, vt notant Aſtrologi. Et primò Ptolemæus dicit fortunam ac proſperitatem nati conſiderare oportet ex loco partis fortunæ, & ex eius diſpoſitore. Cum enim locus partis Fortunæ in loco conuenienti repertus ſit, pollicetur nato magnam fortunã, maximè (vt ait Ptolemæus) quod luminare temporis prædictum locum aſpexerit, aut ſi prædictus locus in partibus fortunarũ repertus fuerit radiationibus eorum fortificatus. Quare cùm pars fortunæ cum capite Draconis Lunæ reperta ſit in octaua cæli domo, quam reſpiciũt Sol lumen temporis, Venus & Saturnus ex ſextili aſpectu, & Iupiter ex trino, multas diuitias tibi promittere dicimus.

Præterea eſt alia opinio Arabum, vt narrat Albohaly cap.7. ſuarum obſeruationum, qui volunt Venerem, Lunam & Martem dominos triplicitatis ſigni, in quo eſt Sol lumen temporis ſignificatores diuitiarum eſſe: qui cum ſint ex maiori parte fortes in angulis & domibus ſuccedentibus & cadentibus, ſignificant fortunam ipſius nati proſperam atque fœlicem, vt narrat Abenragel capit.12. par.4. Quare nos dicimus ex autoritate Almanſoris propoſitione 90. ſuorum dictorum, quòd erit fortuna tibi magna, & laudabilis. Nam Iupiter, Sol, & Mercurius datores ſunt diuitiarum. Et quia Iouem reperio in ſuo domicilio termino & decano in angulo orientis poſitum, aliquod bonum ingens pollicetur, imo ex Iudæorum ſententia in ratione ſecundæ domus multarum diuitiarum poſſeſſorem te eſſe ſignificat. Cum igitur ferè omnes diuitiarum ſignificatores fortes ſint in hac geneſi, decernunt tibi diuitias, hoc eſt patrimonium ſaluum atque tui ipſius induſtria inſigniter auctum, vel augendum. Quare erit iudicium pro prima cõcluſione, te fore diuitem & potentem in ſubſtantiis, & maximas acquiſiturum diuitias, & fore diuitem & multæ pecuniæ ac bonæ famæ. Id ſumitur à Ioue & Saturno in ſuis domiciliis collocatis, vt dicitur ab Albubatre in ratione ſecundæ domus.

In contrarium reperio Abenragelem ca.12. par. 4. dicentẽ quòd Venus domina primæ triplicitatis ſecundæ domus combuſta ſignificat paupertatem atque mendicitatem.

Alia eſt opinio Alchindi famoſi Aſtrologi, qui vult vt videamus Almuten ſupra locum partis fortunæ, Iouis atque ſecundæ cæli domus. Et ſecundum eius ſtatum iudicium facere de bona, prauaque fortuna ipſius nati: quare cum Venus reperiatur in hac geneſi ſub radiis Solis, dicere oporteret rem prima facie conſiderantes, natum non diuitiarum affluentiam conſequuturum. Attamen quia pars fortunę eſt bene conſtituta cum ſuo domino, dicimus coniecturando non obſtantibus ſupranotatis contrariis rationibus natum diuitem futurum, vt infra dicemus in ſecunda parte. Vnde erit concluſio, natum diuitem fore. Et hoc iudicium etiam confirmatur à maiori parte ſignificatorum fortunata, & inde coniecturatur natum nũquam pauperem fore. Sed ſemper proſperari, tum



Digitized by Google

maximè, quia Mars dominus partis fortunæ, & ſecundæ cæli domus bene affectus reperitur & Sol inuentus eſt extra Saturni radios. Quapropter dicimus, te futurum diuitem, non obſtantibus aliis ſignificatoribus contrariis, qui natum pauperem reddunt. Et hæc concluſio confirmatur à maiori parte ſignificatorum, & à domino partis fortunæ bene conſtituto in hac geneſi. Et pars fortunæ à Sole videtur ex ſextili aſpectu. Et quoniã domin' ſecũdę domus ſeparatus eſt ex ſextili aſpectu à domino horoſcopi, ſignificat quod natus habebit magnam voluntatem perquirendi ſubſtantiam, & erit multum ſollicitus in hoc, & propter iſtud ſe plurimum fatigabit, tamen erit fortunatus in eo quod ſæpe applicabit ad id, quod petiit, & habebit quod ſperabit, vt dicitur ab Abenragele cap. duodecim. part. 4.

Quò ad ſecundam partem dicimus, quòd ditaberis variis rationibus, cùm ſignificatores ſint plures & in diuerſis cæli domiciliis conſtituti. Nam Venus ſecundum opinionem Iudæorum in ratione ſecundæ domus cum ſit domina ſecũdæ domus, & in vndecima domo collocata, promittit diuitias ex parte mulierum, & ſignificat etiam quòd inuenies ſubſtantiam cauſa amicorum, ſeu militum, vel familiarium regimine, vel negotiationibus, ſeu accommodationibus, atque meſsibus, vel acquires eam ex inopinato tibi fortuna adueniente, vel etiã ex rebus de quibus habueris ſpem lucrandi, vt narrat Guido Bonatus cap. 5. par. 5. in ratione ſecundæ domus.

Pars ergo fortunæ confert tibi diuitias ex magiſterio, rerumque dominio, & imperio, vel ex cauſa dominorum, Ducum, principumque & hominũ bellicoſorum, & qui delectantur in bellis, & bellorum exercitiis, acquires ſubſtantiam, eritque fortuna tua in eorum commixtione, vt dicitur à Guidone Bonato cap. 9. par. 5. in ratione ſecundæ domus, & hoc confirmatur à Ptolemæo capit. 1. lib. 4. quoniam Mars dominus eſt partis fortunæ.

Præterea, Iupiter dominus orientis in ipſo horoſcopo inuentus, ſignificat tibi fortunam per temetipſum, & inuenies hæreditatem magnam, vel cauſa mortuorum aliquod bonum habebis, vt inſinuat pars fortunæ in octaua cæli domo.

Rurſus, dominus ſecundæ cæli domus collocatus in vndecima domo ſignificat ſubſtantiam à mercimoniis panis & rebus quæ ſeminantur, & ex annuis reditibus, vel fies diues propter fortunam tibi accidentem.

Deinde, dominus quartæ cæli domus in duodecima domo inuentus ſignificat habere ſubſtantiam immobilem in cauſis inimicorũ & in cauſis tribulationum, & anguſtiæ. Verum Saturnus poſitus in cuſpide vndecimæ domus ſignificat te proſperitatem variam atque fortunam diuerſam habere. Eris tamen diues & locuples.

Item, Caput Draconis Lunæ cum parte fortunæ in octaua cæli domo, dat diuitias, & hæreditates, & bona eccleſiaſtica. Et Mercurius in duodecima cæli domo benè affectus neque impeditus dat bonam fortunam per animalia maiora: imo lucraberis ſubſtantiam ex ſcriptura, vel computatione, vel ex magiſterio, & actionibus tuis, vt dicit Albubater cap. 141. ſuarum obſeruationum.

Item Chaldæi demonſtrant modum & cauſam, per quam diuitiæ acquirendæ ſunt: videlicet per tres dominos triplicitatis domus ſubſtantiæ, quoniam eorum trium, qui fortiſsimus fuerit, & in meliori loco iure debet eſſe ſignificator ſubſtantię potius quàm alij. Et de natura & de rebus domus, in qua fuerit, erunt lucra ipſius & eius prouentus. Quare cum Venus reperiatur combuſta, & Luna infortunata à Marte ex quadrato aſpectu, reijciuntur. Quapropter accepimus Martem, qui ſignificat ex rebus contentiones, rixas, militiam, bellum, victoriam, fortiter geſta, fabrilem artem & alchymiſticam, & omnia opificia, quæ fiunt per ignem, tyrannidem, violentiam &c. Ex perſonis, contumelioſos, ſeditioſos, coniuratos, prædones, iracũdos, crudeles, audaces, inuerecundos, conuiciatores, chirurgos, lictores, duces, capitaneos &c. Ex domo, itinera, legationes, ſciẽtias, prælationes &c. Verum cum Mars ſit dominus partis fortunæ & inuentus ſit fortunatus, ſignificat per modum licitum, & nõ licitum etiam diuitias te acquirere, nec vnde tibi eueniant multum curaturum, dummodo eas habere poſsis.

Sed quò ad tertiam partem dico, quòd conſeruabis tuam ſubſtantiam quia pars fortunæ & dominus eius inuenti ſunt fortunati, & ſalui ab omnibus impedimentis. Et quamuis dominus quartæ domus collocatus ſit in duodecima cæli domo, qui ſignificat, quòd cum difficultate profectum habebis, nihilominus dicimus, quòd eris diues, altus & famoſus, & magiſterium tuum erit pulchrum, viuéſque vita laudabili, vt inſinuat Iupiter in aliqua ſuarum dignitatum collocatus, in orientali plagà, vt dicitur ab Albubatre in ratione ſecundę domus. Verum à Guidone Bonato narratur *capi. 6.* part. 5. in ratione ſecundæ domus, quòd Mars dominus partis fortunæ bene affectus dabit tibi propenſionem acquirendi diuitias per modum licitum, & illicitum, nec vnde tibi eueniant, dummodo eas habere poſsis, non multum curabis. ſed nos dicimus Martem dominum partis fortunæ in domicilio Iouis poſitum, licitas & honeſtas rationes parandi opes decernere, ſed quia ipſum Martem reperio peregrinum & ſauciare Iouem ex quadrato aſpectu, ſignificare videtur in tuis opibus aliquod damnum accidere, quare id quod acquires ex patrocinio Iouis & partis fortunæ, erit diuturnum, & reponebis in theſauros, ſed id quod à Marte habebis, non conſeruabis, imo recipies à perſonis martialibus modo vtilitatem & modo damnũ. Quamobrem concludimus, te nũquam pauperem fore, poſſes tamen in ipſis bonis aliquid ſiniſtri impendere cauſa contentionis, belli, incendij, & occultorum inimicorum, vt oſtẽdit Mars, qui Iouem reſpicit ex quadrato aſpectu. Quare timẽdum erit.

In

Digitized by Google

In omnibus igitur his non ſperabis adiutorium, habebis tamen illud propter Iouis poſitionem in horoſcopo. Et inde coniecturatur, te nunquam pauperem fore, ſed ſemper proſperaturum. Vnde Guido Bonatus par. 1. tract. 5. cap. 133. inquit. Ille verò, cuius fuerit horoſcopus Piſces, nunquam perdet ſubſtantiam ſuam, nec depauperabitur ipſa.

Ad vltimam partem reſpondet Albubater dicens, quòd Iupiter in horoſcopo collocatus, cum non ſit retrogradus, nec ſub radiis Solis, ſignificat quòd ante medietatem dierum tuorum fortunam habebis. Et quia eſt occidentalis, ſignificat etiam honorem & diuitias ante medietatem annorum tuorum. Sed quia multi multa ſcripſerunt de tẽpore euentuum fortunæ, dimiſsis eorum opinionibus, dico in vniuerſum & generaliter, quòd domini triplicitatis ſecundæ domus diuidunt vitam in tria ſpatia temporum annorum, quoniam primus horum ſignificatorum ſignificat vitæ medietatem, & ſecundus dat ſecundam partem, & tertius, vltimam partem, ſecundum opinionem Zadeſtis.

Venus itaque domina triplicitatis vſque ad 28. annum ſignificauit diuitias cum labore, ſudore, & induſtria, & per ingenium: quia Venus eſt combuſta, ſed ab anno 28. vſque ad 42. imperat Luna, quæ eſt domina ſecundæ triplicitatis collocata in angulo occidentis, ſignificat bonum ſucceſſum in acquiſitione ſubſtantiæ, ſed in hoc tempore patieris aliquod damnum, ſiue iacturam in rebus tuis propter eius infortunium à Marte læſæ, ſed ab anno 42. vſque ad terminum vitæ regnabit Mars, qui cum ſit bene affectus omnia tibi bene ſuccedent.

Sed quo ad particulare tempus dicetur in fine huius iudicij.

*De ſtatu & honoribus.*

In his conſiderandis diligentiorem, dicunt Genethliaci, eſſe adhibendam cõſiderationem, quam in omnibus iam dictis, ſumitur ergo huiuſmodi conſideratio à luminibus, Sole præſertim, & planetis medietate ſuorum orbium circundantibus vtrunque luminare, Solem præſertim aſpicientibus, ſimiliter à domino medij cæli, & à planetis ibidem exiſtentibus. Hic multa eſſent dicenda particulatim, conſiderantibus quæ conſideranda forent. Cum igitur videatur Sol coniunctus Saturno & Luna à Marte læſa, & in medio cæli nullus reperiatur planeta, hæc omnia ſic ſimpliciter capta nullam darent tibi dignitatem. Sed relictis his omnibus rationibus, pro & contra interpretandis, breuiter dicimus, quòd Iupiter ſuum habeat domicilium in decima cæli domo, & angularis in horoſcopo exiſtat, Solemque ex ſextili aſpiciat, & ſimiliter Lunam (platicè tamen) ex diametro, & ipſe Sol exiſtat in vndecima cæli domo, necnon primus dominus triplicitatis decimæ domus reperiatur per Antiſcium in domo cæli nona, dicimus & coniecturamur, te aſcenſurum ad magnam dignitatem eccleſiaſticam & honorem & exaltationem inter perſonas eccleſiaſticas & principes, à quibus maximum fauorem obtinebis. Iupiter hæc omnia principaliter demonſtrat poſitus in horoſcopo, vt diximus, & exiſtens dominus decimæ & nonæ domus. Quæ dignitas, honor, & exaltatio perpetuò durabit abſque difficultate & diſcrimine. Verum cum Venus ipſa (vt diximus) omnibus ſit planetis fortior, & fatigetur infortunio Solis, oſtendit quòd peruenies ad aliquam dignitatẽ cum maxima difficultate, nihilominus cum pars fortunæ reperiatur benè affecta, & in benigno Iouis intuitu, ac triplicitate Veneris & in termino Mercurij, ſignificat quòd eris honoratus à populo, mulieribus, nobilibus, & à magnis viris, donaque habebis, qui vtentur tua opera in legationibus magni domini. Et in huiuſmodi non obſtat quadratus aſpectus Martis cum domino horoſcopi. Et hæc eſt opinio communis omnium Aſtrologorum. Quamobrem iudicium facio, quòd peruenies ad magnas dignitates, & eris magnæ potentiæ clarique nominis. Et hæc concluſio probatur per Ptolemæum dicentem ſententia 29. & 48. ſuorum dictorum, quòd magnæ fœlicitates in genituris conferuntur à ſtellis fixis.

Quare caput Ophiulchi cum reperiatur in decima cæli domo, & in horoſcopo Andromedæ vmbellicus cum aliis ſtellis fixis, ſignificat honores maximos & dignitates magnas.

Item dominus horoſcopi in ſuo domicilio, & termino in cuſpide horoſcopi collocatus dabit tibi probitatem & regnum, & ſignificat altitudinem tui gradus, & exaltatus à principe & quòd eris honoratus inter conſanguineos tuos. Iupiter autem in ſuo domicilio facit natum honoratum, potentem & præſidem magni viri, vel magnum prælatum, vt dicitur à Materno cap. 11. lib. 5.

Item dominus decimæ domus in horoſcopo ſignificat regnum per ingenium & per propinquitatem principis, & quòd in rebus vulgi habebis dominium, & dabuntur dignitates & officia ſpontè: & ſignificat tibi magnos fauores, dignitates & ſublimitates. Eriſque ſapiens in magiſteriis & adminiſtrandis officiis.

Rurſus, dominus vndecimæ domus per Antiſcium in cuſpide decimæ domus collocatus, ſignificat quòd potentiam & dominium in iuuentute habebis, & fortuna tua erit apud eos, qui poſiti ſunt in dignitate.

Præterea, Sol in vndecima domo ſignificat ſpem & fiduciam bonam, in rebus pertinentibus ad honores ac dignitates & perfectionem officiorum, & per Antiſcium cum Venere in nona domo facit natum magnum prælatum eccleſiaſticum. Et caput Draconis Lunæ in octaua cæli domo dat multos honores. Quare eris magnus vir in actionibus tuis, & peruenies ad ſtatum altum & honoratum, & eris in Eccleſia Dei magnus prælatus. Concluſio prima.

Per temetipſũ eris occaſio regni tui, & dominij: Concluſio ſecunda.



Digitized by Google

Coniectura eſt, quod idem eſt dominus horoſcopi & Medij cœli. Et Ptolemæus ſententia 37. ſuorum dictorũ inquit. Si fuerit aſcendens Piſces, ſignificat ꝙ ipſe idē erit cauſa ſui regni, ſuæque celſitudinis. Item, Iulius Firmicus cap. 1. lib. 5. inquit. Egregie ingenioſum faciunt Piſces, animatum, cordatum, fidum, amicabilem, paulatim ſublimatum, donec tandem ad faſtigium hunc prouehant.

Cõcluſio 3. Dignitatem in altis dominiis & potentiam habebis, & peruenies ad dignitatem cardinalatus, ſed cum maxima difficultate: oſtendunt Iupiter in cuſpide horoſcopi dominus regiæ domus infortunatus à Marte, & Sol per Antiſcium in nona domo ſui gaudij. Et Sconerus lib. 2. in ratione nonæ domus dicit, ſi Sol fuerit in nona domo in ſigno Sagittarij, facit Cardinales &c. Particulare autem in propria forma tantum à DEO optimo Maximo cognoſcitur.

Sed quo ad tempus honorum dicit Abrahamus Auenaris in ratione decimæ domus, quòd natus acquiret gradum altum, ad quem attinget natus poſt quam 45. tranſiuerit annos. Quorum omnium tẽpora, reuolutiones & directiones demonſtrabunt. Ego verò particulariter per directiones omnia demonſtrabo in fine huius iudicij. Et hæc de honoribus dicta ſufficiant.

### *De coniugio & filiis.*

In hoc capite non dicemus multa, quoniam ſolummodo Aſtrologus inclinationes cognoſcit, & non natorum voluntates. Quapropter cognoſcens quantum inclinationes poſſunt in hominibus, dico quòd natus ad ducẽdam vxorem animum dubium habebit: quoniam ſignificatores matrimonij reperiuntur in ſignis ſterilibus, & domibus cadentibus. Quare concluſio eſt.

Nullum coniugium legitimum futurum ſignificant Luna in ſigno ſterili collocata, & Venus cõbuſta à radiis Solis, & Mercurius dominus ſeptimę domus inuentus in domo cadenti ab angulo. Rurſus Lunam reperio ſauciatam à Martis radiis. Vnde eſt ſententia Materni, quòd talis conſtellatio nuptias non elargitur. Quapropter vxorem non habebis, & per conſequens filios legitimos negant conſtellationes ſupradictæ.

In his igitur iudicandis minime terendum eſt tempus, fortificatur hoc ex domino quintæ domus in ſigno ſterili collocato necnon ex ſigno decimæ domus, quod eſt paucorum filiorum. Verum habebis filios & filias, vt oſtendit ſignum fertile poſitum in quinta cæli domo. Sed de ſpuriis & nothis nil dicendum.

### *De amicis.*

Venus, Sol & Saturnus ex radiorum virtute in vndecima cæli domo, & Iupiter in prima inuenti, tibi decernunt in genere amicitiam & familiaritatem ſinceram atque vtilem. Verum Saturnus multos quidem amicos decernit, ſed maiori ex parte fucatos. Et Venus ſignificat amicorum copiam, & ſpes ratas fortunari mulierum cauſa. Et Iupiter in prima domo pollicetur ab amicis fortunæ proſperitatem. Et quia dominus vndecimæ domus exiſtens in hac domo, reſpicit ſignum horoſcopi, & eius dominum aſpectu amicitiæ, ſignificabit plures amicos atque ex vtilitatem habere ab eis, fœlicitatem & fauorem communem in rebus omnibus, vt narrat Auenaris in ratione vndecimæ domus. Deinde dominus vndecimæ domus in ipſa domo ex radiorum virtute, ſignificat multos amicos, & natum habere bonum, & magnum nomen inter ſocios ſuos.

Qualitas amicorum cognoſcitur ex natura planetarum, qui ſunt in prima domo, vel vndecima, videlicet quòd erunt amicorum tuorum ſapientes legum, theſaurarij ſubſtantiarum, magnanimi, mãſueti, prælati, iudices, aduocati, nobiles, diuites, præfecti prouinciarum, vel ciuitatum, vt inſinuat Iupiter in horoſcopo: Sol autem in vndecima, ſignificat reges, principes, comites, gerentes magiſtratuum, ſplendidos, claros, prouidos, amantes, & cupidos honorum, ambitioſos. Venus autem mulieres & appetentes delitiarum.

Nam Venus in vndecima domo ex obſeruatione Iudæorum ſignificat amorem mulierum mutuum, ſed quòd ab amoris principio finis degenerabit. Sol autem in vndecima dabit amicitiam regum, principum & potentiorum & magnum gaudium per amicos ditiſsimos.

Sed quò ad amicorum conſtantiam dico, quòd erũt amici mutabiles, & cito diſſolubiles, eo quòd in vndecima cæli domo repertum eſt ſignum mobile. Deinde Mars in domo Iouis facit natum nobilem, & amatum à magnis viris, & dominis.

Concluſio prima. Multos habebis amicos & bonos fautores à quibus vtilitatem & commodum ſenties, vt Venus domina totius natiuitatis in vndecima domo conſtituta declarat.

Concluſio ſecunda. Maior pars tuorum amicorum reges, principes, cardinales, & magnę autoritatis viri erunt, vt oſtendit Iupiter & Sol, vnus quorum in horoſcopo, alter verò in vndecima cęli domo eſt collocatus.

Concluſio tertia. Amici ſponte ſua tibi famulabuntur: nam dominus horoſcopi reſpicit dominum vndecimæ domus aſpectu amicitiæ.

Concluſio quarta. Amicitia amicorum non erit durabilis, id ſignificat cuſpis vndecimæ domus, in qua reperitur ſignum mobile, & dominus eius eſt collocatus in ſigno mobili.

### *De inimicis.*

Luna in ſeptima domo, item Mercurius in duodecima domo plures tibi inimicos decernere videntur, vt Arabes obſeruauerunt.

Inimici erunt homines Mercuriales & Lunares, ex quibus tamen mercuriales non ita acerbi erũt, cum Mercurius reperiatur benè affectus. Lunares autem omnium acerbiſsimi, & maximè infeſti erunt, cum Luna in ſeptima cæli domo verſetur, & horoſcopo etiam oppoſita ſit.

De

Digitized by Google

De potentia inimicorum non erit ſermo. Cùm Saturnus dominus duodecimæ domus declaret viles & obſcuros eſſe tuos inimicos. Nam dominus duodecimæ domus, & dominus horoſcopi ſe mutuo beneuolè aſpicientes, ſignificant pauca, aut nulla damna ab inimicis te recipere: vt dicitur ab Albohaly cap. 36. ſuarum obſeruationum.

Item, dominus ſeptimæ domus, vnus de planetis ſub Sole, & dominus horoſcopi non retrogradus, nec ſub luce Solis, nec in domo lapſa, ſignificat, quòd tuos aduerſarios ſemper vinces: vt dicit Hiſpalenſis cap. 18.

Item, dominus horoſcopi fortis, ſignificat de inimicis victoriam.

Item, dominus tertiæ domus in duodecima, ſignificat, quòd fratres erunt tui inimici.

Item, dominus ſeptimæ cæli domus in duodecima, ſignificat contentiones, & lites multas in cauſis hoſtium & inimicorum.

Item, dominus duodecimę domus in domo decima per præſentiam & in vndecima ex radiorum virtute, ſignificat multitudinem triſtitiæ, & anguſtiæ: Et quòd habebis inſidias in cauſis fortunæ, honoris, & dignitatis. Quare ſequuntur ex dictis hæ concluſiones. videlicet,

Concluſio prima. Multos habebis inimicos occultos, id accipitur à Saturno domino vndecimæ & duodecimæ domus.

Concluſio ſecunda. Inimici tui occulti erunt ex vilibus & obſcuris perſonis: quod colligitur ex natura Saturni domini duodecimæ domus.

Concluſio tertia. Inimici tui manifeſti faciliter tecum concordabunt; quia dominus horoſcopi reſpicit dominum duodecimæ domus benigno aſpectu.

Concluſio quarta. Omnibus inuidentibus tibi præualebis, ac eos conculcabis, & ipſi nihil tibi nocere poterunt: Sed tu eos impedies, id arguit dominus horoſcopi potẽs & fortis in ſuo domicilio, termino ac decano.

Concluſio quinta. In rebus tuis aliquando impedimentum habebis, & anxietates atque triſtitias, ratione inimicorum atque laborem ſuſtinebis. Veruntamen proſperaberis contra aduerſarios tuos ſagacitate tua, vt demonſtrant domini triplicitatis duodecimę cæli domus, ſecundum obſeruationes Aſtrologorum.

*De itineribus.*

Quamuis (ex Hiſpalenſis cap. 15. obſeruatione) dominus horoſcopi in ſua propria domo ſignificet, quòd non peragrabis per multa itinera: nihilominus cum ipſe dominus etiam imperium habeat in nona domo, dicimus te itinera diligere, & mutationem ex regione ad regionem.

Rurſus Luna in angulo occidentis ſignificat, quòd diliges itinera facere, & cupies exire de loco tuo natiuo, & habitare aliam prouinciam. Verum dominus tertiæ domus in duodecima ſignificat facere itinera in cauſis inimicorum.

Præterea, dominus nonę domus in prima (vt diximus) ſignificat, quòd eris itinerator bono modo, & in hoc profectum habiturus, & denotat multa itinera in terras longinquas.

Deinde, Sol per antiſcium in nona cæli domo ſignificat multitudinem peregrinationum in cauſis honoris & dignitatis, & quòd eris honoratus in lõginquis itineribus.

Facies autem itinera potiſſimum verſus orientem ac meridiem reſpectu ſitus patriæ. Iupiter enim ſignificator itinerum ſi Septentrioni præeſt, denique in orientali plaga inuentus eſt.

Occaſionem præbebunt his itineribus potiſſimum perſonæ ac res Iouiales. Deinde naturalis amor peregrinandi, & ad conſequendos honores & dignitates & lucra, quiquidem à proprietate Iouis & loco eius deſumitur.

Aduerſitates & pericula maiori ex parte in ſuſceptis peregrinationibus experieris. Iupiter enim ſignificator itinerum fortis eſt, tamen læditur quadrato Martis partiliter ex angulo, & Mars igitur ſic Iouem infeſtans minatur malum pro ratione ſigni, in quo conſtituitur, vt ab inſidiis, deprædationibus, latronibus, vel à beſtiis, equis & ſimilibus.

Succeſſus tamen in itineribus erit bonus & vtilis propter Antiſcium Solis & Veneris in nona cæli domo conſtitutum. Nam Sol fortunat iter, & Venus ſignificat gaudium. Quare ex his dictis ſequuntur iſtæ concluſiones.

Concluſio prima. Plura itinera longa te facturum, ſignificat Luna in ſeptima cęli domo.

Concluſio ſecunda. Plurima tuorum itinerum erunt verſus orientem & meridiem, pauca verò verſus Septentrionem & Occidentem: id deſignatur ex loco ſignificatoris itinerum.

Concluſio tertia. Plura infortunia habebis in itineribus ex poſitione & conſtitutione Martis in nona cęli domo collocati.

Concluſio quarta. Itinera breuia & longa plura facies, & in illis vtilitatem habebis: id capitur à Ioue domino nonæ domus in horoſcopo collocato.

*De temporibus accidentium.*

Diximus ſuperius de accidentibus corporis, animi & fortunę: nunc dicemus de temporibus ad ipſa accidentia ſecundum quòd directiones inſinuabunt. Et incipiam ab anno 29. currente tuæ ætatis, in quo peruenit directio horoſcopi ad Mercurij quadratum, quæ non pauca infortunia & cõtentiones præbebit, maximè Mercurialium gratia, à quibus Mercurialibus in negotiis decipieris, eriſque melancholicus, & facies expenſas magnificas in rebus magnificis: & res tuas geres cum prudentia & conſilio; nihilominus ſpes & fiducia tua deſtruetur, & non habebis illud, quod deſideras. & cauſa amicorum patieris aliquod damnum, & habebis amicos non omnino fidos, vel impedimẽta cauſa amicorum, vel videbis mortem alicuius amici, aut aliquis inimicus erit tibi amicus, & cauſa mortuorum forſan aliquod bonum conſequeris.

Anno 30. currente ætatis tuæ directio horoſcopi ad Saturni trigonum ſignificat, quòd ſenes, Saturnini, magiſtratuſque te diligent, tum cum his conuerſari, & ea agere, ſeu tractare poteris, quę de Saturni natura ſunt: nihilominus hic occurſus



Digitized by Google

te inuoluet curis grauioribus animique doloribus quaſi opprimi te faciet, & habebis contrarietatem atque difficultates, & ideo præcauendum eſt à caſu ex alto, vel ab eq..o calcitroſo in hoc anno. Deinde hic occurſus ſignificat bonos & nobiles amicos & vtiles ac fidos habere & quod tui inimici contra te non præualebunt: ſed de aliquo illorum mortem & interitum videbis. Augebis tuas opes ex multis occaſionibus: quare in rebus ſubſtantiæ negocia ex ſententia benè ſuccedent, & tibi actiones vtiles committentur, & tandem fortuna erit proſpera in tuis actionibus atque adminiſtrationibus.

Anno 31. currente tuæ ætatis directio horoſcopi ad terminos Mercurij ſignificat te agiliorem & habiliorem ingenio & intellectu fieri, ad ſtudia ſapientiæ & eloquentiæ, omniumque eorum, quæ de Mercurij natura ſunt, vt ſunt inuentio & exercitatio liberalium artium, indagatio cauſarum abſtruſarum in rerum natura. Magno autem ſtudio ad eadem te conferes, & fæliciter hoc tempore cum Mercurialibus conuerſaberis, quibus te miro ſtudio conformari cupies. Hic occurſus etiam decernit mentis incarcerationem, & quòd multa facies ſine cõſilio & prudentia: vel ſignificat cauſa incarceratorum anguſtias & animi muleſtias. Eriſque cum ſeruitoribus infortunatus, & procliuis ad itinera agendum: nihilominus augebis patrimoniũ tuum, vel in rebus immobilibus maximam fortunam conſequeris.

Anno 32. currente tuæ ætatis directio horoſcopi ad ſextilem Iouis magnum ſanè nomen mirabilemque expectationem & diuinam penè famam & honores tibi decernit. Vnde non ſolum iudicium facio, quòd ab omni populo & pręcipuè Iouialibus diligeris, ſed etiam à quadam matrona conſequeris aliquem honorem. Verum hic occurſus cogitationem venereorum aſſiduam præſtat, vt nunquam quieſcas, dat & conſtantiam in agendis, & facit te promptum, fortem, ſagacem & magnanimũ atque prudentiſsimum, & quòd habebis familiaritatem & iucunditatem cum amicis, & alios amicos acquires, cum quibus fælix eris. Et tandem hic occurſus indicat lætitiam, donationes, gaudia, amicorũ cõmoda, lucraque, mulierum concubitus appetentiã, & annuntiat tibi aliquod bonum, ex qua cauſa magnam lætitiam in corde tuo accipies.

Anno 33. currente ætatis tuæ directio Lunæ ad quadratum Mercurij rediget te infortunatum cum mercurialibus, cholericum, furibundum, temerarium, audacem, & multis vitiis implicatum in iſto anno, & vario infortuniorum genere laborantem: tamen teipſum faciet ſtudioſum diſciplinarum eſſe, & in negotiis tractandis habilem, & ſignificat timores & animi affectus, & quod in periculis erũt timores ſolummodo. Quare animus præceps erit in rebus tuis, & callidus in abſoluendis tuis negotiis: tamen in actionibus tuis eris fortunatus, & tibi benè ſuccedent actiones: adeoquòd tu non eris iterum ad reiterandas illas propenſus. Deinde obiiciet hic occurſus interdum lucra quæpiam, interdum verò graues fortunarum iacturas, vt ſit tua conditio valde ambigua, qui modo locuples & pecunioſus abundes & exultes, modo perdas multa bona, ſiue expenſas maximas facias, ſine vtilitate.

Anno 34. currente ętatis tuæ directio Lunæ ad Saturni ſextilem te idoneum ac agilem efficit ad excogitanda & tractanda ea quæ ſunt de agrorum cultura, hereditatibus & ædificiis. Hoc tempore fæliciter cum Saturninis conuerſaberis, à ſeruis & animalibus minoribus hic occurſus promittit tibi vtilitatem, & aliquam dignitatem, laudem & bonum nomen, & quòd eris in eccleſiaſticis negotiis occupatus apud potètiores dignitate & gratia perſpicuos. Veruntamen patieris aliquam iacturam in tuis rebus, & fortunam aduerſam in acquiſitione bonorum habebis: nihilominus decernit hic occurſus ſpem & fiduciam bonam in rebus pertinentibus ad honores ac dignitates, & perfectionem officiorum, dat amicitiam magnorum dominorũ, & magnum gaudium per amicos ditiſsimos & ſeruitores, & inimici tui contra te non præualebunt: ſed de illis victoriam conſequeris. Quare adipiſceris maximam potentiam & amicitiam arctam cum aliquo principe: ex qua cauſa polliceor tibi maximum honorem, & quod eris pro regione prudens & ingenioſus.

Anno 35. currente tuæ ætatis directio Lunæ ad terminos Veneris & ad trigonum Iouis, tum corpus, tum animum tuum ornabit multis modis, faciet te lætum, iucundum, ſuauiter fruentem bonis, propenſum ad amorem coniugalem, aut aliquis te prouocabit verbis ad accipiendam vxorem: ſed nõ accipies mulierem, nihilominus hic occurſus ſecreta & arcana tua in lucem proferre videtur, & concitabit multos potentes viros contra te, & dabit propenſionem ad itinera facienda, in quibus conſequeris honorem & lucrum: & cauſa mortuorum aliquam vitilitatem innenies. Deinde directio Solis ad Veneris terminos efficiet, vt occaſione nobilium mulierum à principibus honoreris, ad dignitatem aliquam eueharis, aut rem facias honorabilem cum tua vtilitate.

Anno 36. currente tuæ ætatis directio orientis ad Iouis terminos promittit tibi corporis bonam & proſperam valetudinem: Item fælices ſucceſſus in conuerſationibus & negotiis cum epiſcopis, prę latis, iureconſultis & præſtantioribus viris equeſtris ordinis, ac facile impetrabis hoc tempore quę à prædictis petieris: imo negocia, & quicquid ſuſceperis, tibi ex voto, & animi ſententia ſuccedet. Augebis ſobolem quocunque modo, & conſequeris dona & Xenia à magnis viris. Hic occurſus præbet amicos, diuitias, & honores, & annuntiat aliquod bonum ex qua cauſa magnam lætitiam in cor de tuo accipies: multiplicat ſpem & fiduciam, datque lætitiam, honorem & vtilitatem à magnis principibus, ſiue dominis, & à populo: & tandem acquires ea quæ deſiderabis.

Anno 37. currente ætatis tuæ directio medij cęli ad terminos Martis denotat, quatenus ob iram magni principis, ſeu potentiorum odia, indignationes & inſidias, & fortunarum iacturas deguſtabis, & acutæ febris atrocitatem, non ſine capitis & ſtomachi cruciatu acerbiſsimo, grauem vtique ægritudinem acutam & animalium pericula, quin etiam honoris atque expectationis diſpendia: vt inſinuat directio horoſcopi ad caudam Draconis Lunę. Veruntamen augebis opes tuas cum labore magno: quoniam occurrit etiam in hoc anno directio horoſcopi

Digitized by Google

roſcopi ad Solis trigonum, quæ quidē ſignificat te fore eloquentē, facundū, ingenioſum, ſagacē, callidū, verſutūque: ſed denotat tua cōſilia hac & illac vana cogitatione mutari. Verū faciet te honoratū, non obſtante Martis infortunio. Quapropter dicimus, hunc occurſum te reddere optimi conſilij, elegantis facundię & ad omnes diſciplinas & ſtudia literarum propenſiorem: & propter egregias ingenij dotes varias potētiorū negociatiōes expedies, & affluēt lucrorū copioſa præſidia, lōge vberiora diſpēdiis & à lōginquis regionibus placitura audies.

Anno 38. currente ætatis tuę directio horoſcopi ad trigonū Lunæ gratum & charū te reddet nobilibus mulieribus & vulgo, ex quorū conſuetudine gaudia & vtilitatem cōſequeris. Cū mulieribus, cognatis aut ſanguine iūctis quicquid negotij egeris, in tuum cōmodum conuertetur. Augebis opes tuas cum maxima fortuna, & omnia ad votū tibi ſuccedent. Veruntamē animus tuus anceps erit in rebus tuis, & piger in abſoluēdis tuis negotiis, & in actionibus tuis non eris multū fortunatus, ſed eris procliuis iterū ad reiterandas illas cum maximo dāno. Cauendum ergo erit, ne offendaris in capite ab aliquo ictu violēto quocunq; modo. Quoniā inimici tui ſupra te imperium habebunt, & ipſi augebūtur, ex quibus habebis plurimos propter inuidiam: & ſuſcipies gratia amicorum labores maximos.

Anno 39. currente tuæ ætatis directio horoſcopi ad trigonum Mercurij animum tuum eruditis cogitationibus reficiet, & auidum faciet earum artium, quæ Mercurio tribuuntur. Quare Mercuriales ſectaberis, qui viciſsim te amore & omni officiorum genere proſequentur. Hic occurſus etiam ſignificat expeditum in negotiis non hæſitantem, illuſtrem, & omnibus cognitum: attamen gratioſus maximè tuo principi eris: nihilominus ſignificat cōtrouerſias aduerſus nobiles & potentes atque litigia: accedit inſuper hoc anno directio Lunę ad Solis ſextilem, quę conciliat te nobiliſsimis mulieribus, & facit quòd cum eis ſuauiter & ſumma cū hilaritate & ſolatio conuerſaberis. Similiter magnates quoque beneuolentia & officiis te proſequētur huius decreti tempore. Quarè ex his patet quod honores non ita facile mutantur, vt diuitię, valetudo, amici, & reliqua: quia in ſingulis annis Sol ad proprium locum redit: ideo parum mutat conditionem nati: quam ab initio radicis ſortitus eſt.

Anno 40. currente ætatis tuæ directio horoſcopi ad terminos Saturni portendet tibi frigidos & ſiccos morbos, vel redundantia phlegmata. Item, melancholicas animi perturbationes: pręterea impedit omnem ſucceſſum in conſiliis & negotiis: tamen in actionibus tuis eris fortunatus, & tibi benè ſuccedent actiones: adeoquòd tu non eris iterum ad reiterandas illas propenſus. Rurſus proſpicias, ne detrimentum capias à ſenibus, aut alias à Saturninis & ab omnibus iis, quæ Saturno ſubiecta ſunt. Hi enim natum oderunt, & inſtinctu quodā ei aduerſabuntur, quod & magiſtratus faciet. Inuoluet te hic occurſus curis grauioribus, & dabit tibi ſobolem pulchram. Eriſque cauſa mortuorum anxius, & lugubris, & magni viri fungētur opera tua in legationibus.

Anno 41. currente ætatis tuæ directio Lunæ ad terminos Iouis & ad ſextilem ſui conciliat fauorē mulierum & vulgi. Hoc tempore lætam fortunam in itineribus & reliquis negotiis omnibus experieris. ſed audies mortem alicuius conſanguinei tui, vel aliquorum ex tuis amicis. In aliis autem rebus ſecundam fortunam habebis.

Anno 42. currente ætatis tuæ directio Lunæ ad Mercurij ſextilem reddet te optimi conſilij, elegātis facundiæ & ad omnes diſciplinas, & ſtudia literarum propenſiorem: & propter egregias ingenij dotes varias potentiorum negotiationes expedies, & cum mercurialibus & plebeis commercium habebis vtile & honoratum: ſed plures habebis inimicos, à quibus ſuperatus eris, & habebis animum infirmum & inconſtantem, & patieris cauſa incarceratorum animi inquietitudinem, vel tuæ mentis incarcerationem.

Anno 43. currente ætatis tuæ directio orientis ad terminos Martis plura pericula minabitur tibi per calidas ægritudines, peſtilentes febres, iracundiam, ſeditiones, vulnera, vel caſus ab alto, dyſenteriam, redundantiam cholera. Deinde negotia tua propter contentiones & ſimilia impedientur. Verum polliceor tibi victoriam contra inimicos & aduerſarios tuos. Præbet autem amicos & diuitias & annuntiat aliquod bonum ex qua cauſa magnam lætitiam in corde tuo accipies.

Anno 44. currente ætatis tuæ directio Solis ad corpus Iouis portendit tibi honores, dignitates, publicam quandam præeminentiam, aut officium, quod à principibus, aut publicis magiſtratibus cōſequeris, & eloquentiorem ſolito te reddet, & multiplicabit ſpem & fiduciam & dabit lætitiam, honorem & vtilitatem à magnis principibus, ſiue dominis, & acquires ea quę deſiderabis. Et largitur amicitias magnorum hominum & honorem & vtilitatem per illos, & ſignificat gaudium cum principibus & hominibus poſitis in poteſtate, denotat reuerentiam à vulgo, & quòd habebis dona à magnis viris, delectaberis gerere gemmas, & res odoriferas, & vtentur opera tua magni viri in legatione.

Anno 45. currente tuę ætatis directio Solis ad terminos Iouis tibi erit vtilis & glorioſa, fælix, fauſta atque ſalubris. Quoniam conſequeris aliquam dignitatem, ſiue officium, & decernit tibi prælaturam cum affluentibus fortunarum prouentibus, & lucrorum copioſa præſidia: laudem & bonum nomen tibi vendicabit hic occurſus. Eriſque in eccleſiaſticis negotiis occupatus apud potentiores. Huiuſmodi fælix cælorum influxus, homines ex infima etiam atque ignobili proſapia oriundos, ad clara honoris inſignia, imo ad ſuprema rerum faſtigia extollere conſueuit ſupra genituræ ſubſtantiam: alioquin ex interitu alicuius, hęreditatem aliquam tibi contribuet, atque corporis valetudinem. Quare adipiſceris maximam potentiam & amicitiam arctam cum aliquo prælato maximæ dignitatis. ex qua cauſa polliceor tibi maximum honorem & victoriam contra inimicos & aduerſarios tuos. Eriſque pro regione prudens & ingenioſus. Quare &c. Vale Lugduno anno 1575.

Quamuis

Digitized by Google

*Zenobij de Ioanninis ciuis Florentini Natiuitas.*







QVAMVIS ſtellæ vim homini non afferant, ſed eum potius ad aliquid propenſum reddant, tamen fit ex elementis, quibus eſt homo coagmentatus, & aduerſæ proſperæ ve fortunæ euentibus ſubiiciatur, quæ quidem ex ſuperioribus influxibus cælitus in terras dimanant. Sed ſapienti ac prouidenti iudicio vel euitari poſſunt, aut etiam eligi, prout nobis vel commodi, vel incommodi videantur. Quare cum præpoſitam figuram, quam cæli thema eo momento, qua tu, honeſtiſſime Zenobi, es datus in lucem, oſtendit, diligenter examinauerim, pro virili parte de illa ſecũdum Aſtrologorum placita iudicium proferam, vt pericula, quę tibi ex ea impendent, declinare, & gaudium maximum de fælicibus, faſtiſque rebus, quas tibi ſydera pollicentur præconcipere poſsis. Dicamus igitur, Aquarium tibi horoſcopũ cõtigiſſe, cuius 17. gradus, & minuta 51. ſupra orientalem horizontem aſcendunt, vt eſt Ptolemæi ſententia cap. 2. lib. 3. Apoteleſmatωn, qui natiuitatis horam ad gradum Animodar exigit, & hic quidem tua in geneſi, erit Mercurius, cum Saturnus horoſcopum nõ aſpiciat, ſi autem tuum gradum, regiæ domus gradui exæquare vellemus, profecto contra datam horam æſtimatiuam facerem, quo quidem in diẽ, cum in noctem cecidit. Neque tua natiuitas in horam diei 23. ☿ incidit, vt Mercurij, gradus natiuitatis Animodar luce clarius oſtendit. Sed tamen, ſi gradus Lunæ in conceptionis horam ſpectandus eſſet, lucis vſura frui cœpiſſes hora diei 23. ☿ ex Hermetis auctoritate, atque ita gradus horoſcopans 14. gradus, minutaque 43. fuiſſent. Sed quia ego hac in parte Ptolemæi opinioni, nõ Arabum adhęreſco, affirmo, te in vitam veniſſe hora diei 23. ☿ quo tempore tanquã fundamento meũ ſequens nitetur iudicium.

Quod ad ſtellam tibi propriam pertinet, ſcito, Platonis fuiſſe ſententiam, quemlibet naſcentem ab ortu ſtellam aliquam peculiarem ſibi ſortiri: quod quidem tanquam falſum ab omnibus exploditur. Sed tamen illud Aſtrologi communi conſilio ſanxerunt, cuilibet aliquem ex planetis accidere, qui in eum præcipuè præter alios ſuas vires exſerat: hic in tua geneſi iuxta Arabes, Indos, Perſas, Babylonios, Chaldæos, atque Iudæos ſine vlla controuerſia eſt Saturnus: ſed, ſi Græcos ſequi velimus eſt Sol: Iulius Firmicus cap. 12. lib. 4. Mercurium eſſe aſſerit. Inter has varias diuerſorum opiniones, non abs re mihi alienum videtur, Iudæos ſequi

ſequi

ſequi, qui omnium optimè hac de re diſſeruerunt. Quare tibi ſtellam Saturni aſsigno, qui, cum ſit horoſcopi dominus, corporis quoque dominium accipiet, vt Ptol. cap. 12. lib. 3. Apoteleſmaton ſcriptum reliquit.

Sol igitur atque Luna principatum, iuſque in animum atque ſpiritum obtinebunt, iidemque vigoris erunt domini ſecundũ cõmunẽ Iudęorũ opinionẽ, quæ à Ptol. cap. 13. prędicti libri cõfirmatur.

Quò ad ſignificatores autem actionum, Arabes mihi quidem longè melius Ptol. ac Iulio Firmico ſenſiſſe videntur: quapropter Venerem vnà cum Saturno actionum ſignificatricem eſſe exiſtimauerim, ſi Albubatrẽ ſequi velimus cap. 128. ſuarum obſeruationum. Harum autem ſtellarum, quæ prædictæ ſunt, in hac geneſi concurſus, quos euentus portendant, à me gradatim explicabitur, eoq; ordine, vt ſicuti tria ſunt genera bonorum, quæ in hominem cadunt, corporis ſcilicet, animi, atque fortunæ, ita nos quoque noſtrum hoc iudiciũ tres in partes primarias diſſecemus, quarum prima eorum erit, quæ corpus contingunt, quod quidẽ variis eſt obnoxiũ calamitatibus, atque periculis, quę ex malo ſiderum poſitu oriri poſsint.

In altera parte, quę ad animum ſpectant, pertractabimus: ea autem ſunt virtutes atque vitia, iteq; bonæ, malæve ad quiduis propenſiones.

Tertia in iis explicandis conſumetur, quæ fortunæ dominatũ ſubiacẽt, ſine cuius bonis homo optimo iure egenus atque calamitoſus appellatur. Atq; his præmiſsis, ad rem ipſam accedamus.

### *De corporis conſtitutione.*

Genitus corporis conſtitutionẽ eum interdũ ſortitur quã genitores poſsident, idque duabus de cauſis, quarũ altera diuturnę, quã inter ſe vtriq; habẽt, conſuetudini adſcribi poteſt, altera vero, quòd dũ adhuc ſunt infantes ſimul cũ lacte parẽtum mores imbibunt. Sed nos, hac cõſideratione ſepoſita, quæ in Aſtrologum non cadit, de ea agemus, quam tibi aſtra ſua natura, atque influxu impreſſerunt. Quare ita te corpore eſſe coagmentatum affirmauerim, vt in te pituita pręcipuè atque ſanguis redũdet, prout Ptol. cap. 11. lib. 3. ſcriptum reliquit. Et quamuis quodlibet corpus ex quatuor conſtet elemẽtis, quę ex quatuor illis primariis qualitatibus conficiũtur, ex calido ſcilicet, frigido, humido, atque ſicco, tamen ex Galeni ſententia vnum ſemper cæteris in qualibet conſtitutione antecellit. In te autem pituita potiores ſibi partes vendicat ſanguine, qui illam ſequitur. Hanc conſtitutionem ex Saturno corporis ſignificatore potiſsimum oriri dicimus, quippe qui in frigido ſigno atque humido ſedem poſsideat, cuiuſmodi etiam ſeſe habet Luna, quæ quidem flauam bilem apta ſunt nata procreare: Quia vero horoſcopi ſignum natura eſt calidum ac humidum ſanguinis temperationem ſignificat. Cũ autem Luna, quæ flauæ bili præeſt, à Marte quadrato aſpectu feriatur, in eam opinionem venio, hanc bilem non tibi eſſe ſalutarem, immo potius corpus debile, infirmum, ac longis laboribus ſuſferendis ineptum reddere, & quod valetudinis vehementẽ aliquem impetum vix ſuſtineat, vt Ptolemæus cap. 86. ſuorum dictorum confirmat. Quãobrem, ne bilis hæc nimium in te exuberet, præcipue hieme, quo tempore maximas ſumit vires, operæ pretium tibi fuerit, vt quotidie ieiunus ferè corpus deambulando exerceas: quę tamen exercitatio non debet eſſe laborioſa, ne acuti ſpiritus, qui intus incluſi latitant, extra prodeuntes euaneſcant. Exercitatio vero moderata ac ſedata non ſinit humores ſuperuacaneos in corpore concreſcere: qui tamen ſi vnà coaluerint, medicorum opera, ſanguiniſque miſsione exinaniantur oportet: quæ quidem remedia etſi corpus morbis leuant, tamen multum dè vita decidunt, ſenectutemque immaturam adducunt: præcipue vero pharmaca id efficiunt, quæ vt plurimum veneno conſtant: quare non ſolum quod noxium intus incluſum offendunt, foras eiiciũt, ſed cum eo magnam quoque caloris atque ſpiritus inſiti partem extrudunt, quibus tanquam fundamentis vita noſtra nititur.

Item, vt huiuſmodi conſtitutionem in bono ſtatu conſerues, tibi quilibet erit cibus euitandus, qui nimium ſit natura frigidus, aut humidus, quidquid præterea eſt pingue, putridum, viſcoſum, vnctuoſum, aut glutinoſum, vel quod facilè ſoleat putreſcere. Si vero ſtomachus ex nimia frigiditate laboret, aquæ vſus eſt omnino intermittendus, aut vini copia eius eſt frigiditas reſtinguenda. Tibi etiam id vtile fuerit vt parco cibo vtaris, & potu pauciori. Cubiculum, quod inhabitas, alto loco ſitum eſſe expediret, remotiſsimum à craſſo atque caliginoſo aëre: igne, calidiſque ſuffimentis ab eo humor concreſcens eſt abigendus: totum corpus, ſed caput præſertim, pedes, atque ceruix ſunt tuendi, plurimum enim id ingenio officit. Quinetiam præfuerit frigidos cibos aromaticis ſpeciebus mediocriter condire, præſertim vero nuce moſcata, cinamomo, atque croco: vſus etiam Zinziberis, mane ieiuno adhuc ſtomacho ſumptus, ſenſibus, memoriæque magnopere confert. Et hæc de corporis conſtitutione hactenus ſint dicta.

### *De bona, maláue corporis valetudine.*

Elementa, quibus noſtrum hoc corpus conſtat, innumera valetudini pericula afferunt, nam diſcors illa inter ſe concordia nunquam ad pacem, aut fœdus aliquod reuocari poteſt: itaque quatuor humores, qui ex elementorum commixtione in nobis reſultant, irreconciliabile inter ſe bellum gerunt: atra enim bilis cum pituita pugnat, ſanguiſque cum flaua bili: quorum ſi aliquis reliquos ſuperauerit, (vt ſæpiſsime fit) repente totum corporis temperamentum, eiuſque coagmentatio concidat, neceſſe eſt: atque, hac patefacta porta, mille morbi ſubeant, oportet. Humores igitur, quibus noſtra vita innititur, noſtræ ſunt valetudini infeſtiſsimi, eique ſemper exitium machinantur. Sed, vt ordinem hic ſeruemus, prius de morbis, quæ nullam curationem admittunt, loquemur, tum verba faciemus de iis, qui, cum ab extraneis iniuriis, humorum concordiam diſturbantibus, proficiſcentur, locum medicinæ faciendæ relinquunt.

Quòd

Digitized by Google

Quòd ad prius attinet, dico, in te morborum diſpoſitores horoſcopum eſſe, eiuſque dominum luminaria, præcipuè vero Lunam, item ſextam cæli domum, cum ſuis planetis: quorum omnium tres bene eſſe affectos aſſeuero, duoſque malè ſeſe habere: quod quidem maximo eſt argumento, te morbis inſanabilibus non admodum eſſe obnoxium. Sed tamē effugere haud poteris, quin in aliquem incurras, quemadmodum tibi Luna infortunata portendit: quæ, cum tua in geneſi ſub terra conſiſtat, morbum in pulmone, aut ſtomacho imbecillitatem minatur. Arabes quoque ſcriptum reliquerunt, quando Luna malè affecta in ſexta cæli domo fuerit, eum, qui ſic natus fuerit, morbo, qui curationem non ſuſcipiat, laboraturum: quia vero illa eſt in Cancro, morbum, vulgo volaticum dictum, inferet, qui ex humoribus putreſcentibus reſultat.

Itemque Saturnus atque Mars vna per antiſcium coniuncti in fœmineo ſigno, membro genitali aliquid mali ſignificant, ſed & Mars, iuxta Arabū ſententiam, in Libræ ſigno, quod in genitalia dominatur, conſtitutus, in quod & Saturnus per antiſcium cadat, ægrotationem inſanabilem genitalibus in partibus creat.

Luna præterea, ſextæ cæli domus domina, eaque infortunata, doloribus pulmonem afficit, aut hominem phthiſi laborantem efficit, cum Cancer pulmoni præſit, & ſua natura tuſsim ac pleureſim generet, vt Albubater cap. 71. ſuarum obſeruationum ſcribit: & eiuſdem ſententia tu ceruicis aut faucium, aut pulmonis doloribus eris obnoxius, qui ex frigore, aut humiditate oriuntur: eodemque capite is habet, Si Luna domina ſextæ domus fuerit, eius, qui ſic natus fuerit, morbum in genitalibus, inferioribuſque partibus futurum.

Ad hæc idem cap. 69. aſſerit, te ex hepate laboraturum, quo fiet, vt in diuturnum aliquem morbum incidas, quique difficile curari queat, cum Luna à Marte, ſextæ domus domino infortunetur. Quare idem cap. 72. habet, quando Luna fuerit in ſexta cæli domo infortunata, eum, qui ſic natus fuerit, vehementibus cordis atque ſtomachi morbis afflictandum.

Corporis partium hę malè ſe habebunt, collum, humeri, brachia, & pudenda: quandoquidem Mars in ſigno Libræ, Saturnus vero in Piſcibus ſedem conſtituerit.

Quòd ad morbos qui curationem ſuſcipiunt, ex Abenrag. ſentent. cap. 1. partis primæ, non peſsime tecum agetur, febribuſque non admodum eris obnoxius: cum Venus primi trianguli ſextæ domus domina ſit libera à maleficarum ſtellarum aſpectibus: Arabes autem dicũt, caput Draconis Lunæ in ſexta domo inuentum, eum, qui ſub tali cæli conſtitutione natus fuerit, à morbis ſartum tectum reddere, vel certe à crebris tueri. Chaldæi etiam aſſerunt, cum dominus horoſcopi eo in loco ea præſentia, ac dominatione ſit, te iuſta mentis ac corporis ſanitate fruiturum.

Neque tamen inficias iuerim, te, ſupradictis cōſtellationibus non obſtantibus, crebro peruerſa valetudine laboraturum, nam morbi partem Saturno oppoſitam es ſortitus, Lunæque in ſexta cæli domo infortunata tibi ex laſsitudine, ac animi angoribus varios morbos, ac febres intentat, Solque in ſeptima cæli domo minatur, fore vt, quando ad maturam ætatem perueneris, ex oculis, & membrorum tremore labores.

Febres, quas patieris, ex humorum diſcordia natas, ex humidi aut frigidi redūdantia potius peccabunt, quam aliarum qualitatum: quandoquidē Luna, ſextæ domus domina in ſigno humido ac frigido locetur.

Hæ valetudines aduerſæ, quæ ex frigido ac humido ducunt initium, erunt febres perpetuæ, cum ſtomachus pituitæ ſit officina, quę prædictis morbis materiam ſuppeditat.

Tertianis etiam febribus expoſitus eris, eiſque vel interpolatis, vel duplicibus: cuius rei erit Mars cauſſa, qui Lunam quadrato aſpectu ferit. Sed tamen morbi, quos contraxeris, citam ſuſcipient curationem: quod Luna non obſcurè innuit, in ſigno mobili conſtituta, prout Ioannes Hiſpalenſis oſtendit cap. 13. lib. 2.

Tempora autem certa quibus præcipuè morbis conflictaberis, nos poſt præſens caput ſtatim diſcutiemus. Sed, vt vniuerſim aliquid dicam, ſi Dorochium antiquiſsimum Aſtrologum ſequi velimus, cum morbi pars tua in geneſi in 14. gradibus Virginis reperietur, idque in ſeptima domo, fuit argumento, te in pueritia, hoc eſt à quarto vſque ad quartum decimum annum fuiſſe valetudinarium. Quia vero Luna in eadem eſt infortunata, maléque affecta, ſignificat, te corporis incommoda magis in ſiniſtra parte quàm dextra ſenſurum.

De ſanitate nil aliud eſſe dicendum arbitror, quandoquidem cuilibet ſanę mentis eſt longè exploratiſsimum, eam eſſe bonam, atque vtilem. Quare quiſque magiſtra experientia, ſuoque periculo condiſcere debet, quid ſibi obſit, quidve proſit, & quid valetudinem tueatur incolumem: quibus compertis, omni cura atque ſtudio à noxiis careat, vtilia perſequatur. Si tu ergo optimè te habere volueris, id tibi perſuadeas, omni tibi cura euitandum, vt ſtomacho quamdiligentiſsimè conſulas, quo is cibos ingeſtos optime concoquat. Galenus enim optimo iure bonam ciborum concoctionem vitæ radicem, ac fontem appellat. Præ omnibus igitur aliis te ad hanc procurandam hortor: cum nihil humano corpori cruditate ſit magis noxium: nam, cibo non optimè concocto, primum deficit, quo humor dictus radicalis irrigetur, ſuppleaturque, deinde tantum ſupereſt materiæ iam putrefactæ, vt ſua copia ingenitum calorem opprimat & extinguat. Quare diligentiſsime cruditatem fugito, vt potiſsimam ſcilicet ſuffocationis atque reſolutionis cauſſam, menſura quadam, tibi coaptata in cibis vtens. Idque ante omnia caueto, ne concoctionem impedias, aut coeundo à prandio

Digitized by Google

prandio ſtatim, aut pomeridianis horis dormiendo, aut ad multam noctem vigilando aut intempeſtiuis laboribus animum, corpúſve fatigando, aut aliquid eiuſmodi contra medicorum regulas factitando.

*De vniuerſa vitæ curriculo.*

Inter cuncta, quæ difficultatem aliquam Aſtrologo faceſſunt, longè ſemper ei fuit difficillimum, certum quendam vitæ humanæ curſum indagare, quæ tota in illius eſt poteſtate, qui eam elargitur. Deus igitur opt. Max. ſolus illam moderatur. Sed tamen nihil nobis ex diuina prouidentia arrogantes, eius tractationẽ in tres partes diſtribuemꝰ, quarum in priori de annorũ numero, quibus vita frueris, dicemus: in altera tempus vitæ inuentum rationibus comprobabimus. Tertia cõſumetur in ægrotationis tempore diſquirendo.

Sed vt ad primo loco propoſitum veniamus, tres apud Aſtrologos opiniones comperio, qui de vitæ quantitate pertractant, harũ prima eſt Chaldæorum, huius ſcientię inuentorum, qui rationem perfacilem ſanè inierunt vitæ periodi indagandi: ea poſt ab Arabibus obſeruationibꝰ cõprobata fuit & longè locupletior reddita, à quibus etiam ea regula hylech & Alchocoden eſt vocitata, quæ vocabula in noſtram linguam conuerſa vitæ ſignificatorem, atque annorum datorem ſignificant. Secundũ ergo hanc regulam Sol eſt hylech, qui cum proprio in domicilio reperiatur, erit quoque Alchocoden, annoſque ſuppeditabit maiores, qui ſunt 110. ſeruata tamen ea proportione, de qua Abenragel c.5. partis quartæ tractat: ad hanc autem annorum ſummam pauci mortalium peruenire potuerunt. Quare hæc opinio tanquam falſa, eſt explodenda.

Altera ſententia eſt veriſimilior illa quidem, ſed nullo nititur fundamento, nec ratione aliqua corroboratur, quæ eſt veterum Latinorum, vt Iulius Firmicus c.28. ſecundi libri refert: iuxta quam regulam 48. tantum vitæ annũ attingeres, cum Mercurius ſit annorum elargitor: Sed quia hæc opinio fundamentum ſanè quàm imbecillum (vt dixi) habet, ideo ea quoque à nobis eſt reiicienda.

Tertia opinio eſt Ptolemæi c.10.li.3. qui Chaldæorum ſententia, Arabumque præcepta, atque ea non omninò neglecta propter rationum firmitatẽ aliquam, quibus illa fulciebatur, non ea tamen contentus, aliquid firmius excogitauit, quod magis ad probabilitatem accederet, atque ab Ariſtotelis ſententia non recedens (qui ſcriptum reliquerat, in cælo circulum quendam reperiri, zodiacum dictũ, ſub quo rerum omnium ortus viciſſimque interitus fierent, quandoquidem duodecim in eo imagines viderentur, quæ, quatuor elemẽtariarum qualitatum participes effectæ,) nõ quòd eis eſſent prędítæ, ſed quod efficientiam quandam in ſe continerent, eas in hæc inferiora imprimendi (huc ad nos per cæli, ſeptémque erronum motum, vniuerſum ſuperiorum corporum influxum deriuabant) hanc cognoſcendorum vitæ annorum rationem huic circulo attribuit, qui lingua græca zodiacus à vita nomẽ habet. Ex Ptolemæi igitur decretis tibi vitæ ſpatium 58. erit annorum, quandoquidem Sol eſt Hylech, hoc eſt, vitæ ſignificator, qui cũ per æquatoris arcum antiſcium Lunæ diſſecet, contra ſignorum ſeriem in 58. gradibus, tot vitæ annos ſufficient, quot ſunt hi gradus: Sique horoſcopi directionibus pro vitæ ſignificatore vtemur, eũ deprehendemus per ſuas directiones anno 58. ad Saturni terminos peruenire: immo & Luna per directionem contra ſignorum ordinem eodem tempore ad quadratum Solis aſpectum iuxta vero ſignorum ſeriem ad Saturni terminos pertingit. Quare ſecundum peritorum Aſtrologorum atque Philoſophorum iudicium pronunciemus licet, vniuerſam tuam vitam 58. annis conſtare, cum motus cæli (vt Ariſtoteles dicit) ſit inferiorum omnium cauſſa: qui ſi conſiſteret, omnia corruerent, atque in nihilum reciderent, neceſſe eſt, rerum omnium ortus ceſſaret, anni tempora inter ſe diſtincta non eſſent, vt Plato etiam dixit: Sicutque Sol ſuo perenni motu tempora illa quatuor diſtinguit, cuique ſuum proprium munus aſſignans, nam verè omnia innouat, æſtate ad ſuam perfectionem quodque auget, autumno vero diminuit, ſed hieme extinguit, ita in noſtra vita idem eadem creat, ſecundum varios planetarum motus, eorumque inęquales inter ſe diſtantias. Quare mea quidem ſententia Sol vitę ſignificator, cum tu ad 50. annum perueneris, hiemẽ tibi afferet, hoc eſt exitium vitali humori, quo tua vita nititur, molietur: tũc varia morborũ genera intentabit, aliaque quibus vitæ tuæ ſtatus magnopere tentetur. Habes meam, atque adeo optimorum Aſtrologorum de tua vita ſententiam.

Nunc ad alteram propoſitarum partium accedamus. Multæ ſunt conſtellationes, quæ tibi 58. annorum vitam pollicentur, ad quem extremum annum vbi perueneris, mortem quoque portendunt. Quare in ſenectute vitam obibis, quæ ex Aſtrologorum omnium ſententia à 56. anno inchoat: nam Abenragel 9.cap.4.partis, eius eſt opinionis, vt Saturnus primi trianguli horoſcopi dominus, bene affectus diuturnam vitam polliceatur. in eius ſententiam Arabes quoque diſcedunt, quandoquidem horoſcopi dominus in horoſcopo ipſo collocatur. Sed huiuſmodi obſeruatio tua in geneſi locum non habebit. Saturnus enim ſua natura, ſi aliud non acceſſerit, in horoſcopo exiſtens, ſemper eſt malignus.

Deinde vniuerſi Aſtrologi volunt, bonum Solis ſitum ſignificare, te in ſenectute diem obiturum extremum: in tua vero geneſi Sol eſt vitę ſignificator, qui quidem potentia plurimum pollet: quare optimo iure dixit Plato, eum non ſolum temporũ eſſe adminiſtratorem, ſed vitæ quoque ducem. Itaque Iamblichus Aegyptiorum diſciplina apprime excultus affirmauit, quicquid vbiq; ſparſim boni exiſteret, id vniuerſum vndique reductum in vnũ Solem coire, & ſi quid ab aliis planetis ad nos boni dimanaret, à Sole eius abſolutionem ſumi. Itaque diuinè Orpheus cecinit, Solem lumen eſſe vitæ. Albumaſar quoque ſcriptum reliquit, à Sole atque à



Digitized by Google

Luna omnem in nos virtutem influere. Sed & Mercurius Triſmegiſtus ille auſus eſt affirmare, poſt Deum opt. Max. ſtatim Solem & Lunam vitam omnium rerum exſiſtere. Ex horum ergo philoſophorum auctoritate concludamus licet, vitam à duobus luminaribus ſumi, prout ſcilicet geneſis eſt diurna, ſiue nocturna, vt Hermes in ſecunda ſuorum dictorum ſententia narrat. Cum ergo tua geneſis diurna fuerit, vitæ tuæ quantitatem ad Solis poſitum exigemus. Quamobrem Almanſor ſententia 104. ſuorum dictorum dixit, penes Solis ſtatum judicium de vita eſſe proferendum. per Solis ergo poſitum auſim affirmare, te ad iuſtam ſenectutem peruenturum.

Aſtrologi autem, qui negant, te poſſe ſenectutem attingere, ſcribũt, Martem per Antiſcium vnà cum Saturno eſſe in horoſcopo, partémque fortunæ à Marte ex quadrato aſpectu feriri: quæ quidem breuem vitam portendunt. Idem preterea vitæ partem in 24. gradibus Leonis, ſub Solis radiis collocant: quod etiam vitam minimè diuturnam demõſtrat, iuxta Albumaſaris obſeruationes in magno introductorio, differentia octaua in ſermone de prima domo. Quamuiſque Luna hac in geneſi ſit infortunata, námque non eſt lumẽ temporis, ideóque ſecum multos morbos afferat, tantum tamen virium non poſſidebit, vt virtutem Soli adimat, à quo ſibi lumen ſuppeditatur. Quare concludamus licet, te 58 annis vita fruiturum, ſi tamen quod in te eſt ſitum, effeceris, nihilque prætermiſeris eorum, quæ faciunt ad valetudinem tuendam: vita enim longa non tantum à ſtellis benignis confertur, ſed à noſtra quoque diligentia plurimum adiuuatur. nam non ſolum ij qui natura firma valetudine, ſed & qui infirma admodum ſunt præditi, ſi diligentem curam adhibuerint, ſæpe vitam diuturnam vixerunt. Quod exemplo Heredici cuiuſdam hominis ſane docti, atque omnium mortaliũ corpore peſſimè affecti, comprobari poteſt, qui maxima cautione vſus, ferè ad centeſimum, ex Platonis, Ariſtoteliſque ſententia, annum peruenit. Plutarchus plurimos in medium adducit, qui cum afflicta eſſent valetudine, diligentia tamen tantum effecerunt, vt vitam quam diutiſſimè prorogarũt. Prætermitto innumeros quos ex geneſi deprehendi eſſe valetudinarios, ſed tamen robuſtiſſimos quoſque vita ſuperaſſe. Quapropter affirmauerim, te ſi magno ſtudio tibi in mox præſcribendis temporibus caueris, nõ ſolum annos 58. victurũ, ſed id quoque tempus ſuperaturum, ita vt ſenio planè confectus, ex hac vita annorum ſatur emigres: nam ſapiens (vt aiunt) dominabitur aſtris.

De eo, quod poſtremo loco fuerat propoſitum, dico, me deprehendiſſe, ætatis tuæ 29. anno Solis directionem ad quadratum Lunæ aſpectum, morbum tibi ſanè quàm difficilem allaturam, qui quidem ex pituitæ redundantia conflabitur, eritque continua febris longiuſcula.

Anno 33. tuæ vitæ Solis directio contra ſignorum ordinem ad quadratum Martis aſpectum, ad Lunæque coniunctionem acuta te febri vexabit, qui quidem morbus calidus & ſiccus atque adeo tertiana dicta duplex erit, difficilémque curationem admittet.

Anno 36. horoſcopi directio ad Martis terminos, itémque Solis directio contra ſignorum ordinem ad eiuſdem Martis terminos, multa tibi calidi morbi atque febris peſtilentis pericula minatur. Hæc tamen ægrotatio deſperata cum erit, neque vitam in ſummũ aliquod diſcrimen adducet.

Anno 40. Solis directio contra ſignorum ordinem ad Martis terminos de duplici tertiana afflictabit, non minima moleſtia, atque vitæ diſcrimine. Medici tunc de tua ſalute dubitabunt, id tamẽ affirmauerim, fore vt cito conualeſcas, ſi regulam tibi à medicis præſcriptam, ne latum quidem vnguem fueris tranſgreſſus: nam initio te febris magno impetu corripiet, ex qua re fiet, vt medici de te incipiant dubitare, arbitrati, te eius nimiis viribus futurum imparem. Sed tamen eius ſubita violentia paulatim euaneſcet.

Anno 42. alius tibi morbus imminet, qui febris erit continua, à pituita proficiſcens, quæ in te plurimum redundabit, & ex pulmone aliquid cordi doloris inferetur.

Anno 47. Lunæ directio contra ſignorum ordinem ad Martis terminos tibi ſimplicem tertianam afferet, quæ minimi erit momenti.

Anno 50. Lunæ directio ad Saturni diametrum, in te mœſtas curas atque ſollicitudines excitabit, à quibus vexatus, facile in febrim incides, ex humorum redundantia procreatam: vnde etiam fiet, vt curarum æſtibus agiteris, quibus dies noctéſque crucieris: ex animi enim ægritudine corporis ægrotatio ſæpe exiſtit, illa enim huic materiam ſubminiſtrat.

Anno 54. Solis directio ad ſuum quadratum, & Lunæ directio ad Martis terminos, tibi negotium Martialium hominum cauſſa faceſſet, hi animi motus alicui graui morbo materiam ſuppeditabunt. nam vel oculorum, vel ſtomachi acerbos dolores excitabunt. Cum vero quod *reliquum eſt vitæ*, tibi cælitus aſſignatæ, perficere volueris, maximam prædictorum temporum curam, te ſuſcipere oportebit, quibus ſtellæ aliquid tibi mali intentauerint. Et de quantitate vitæ hactenus.

### *De Morte.*

De Morte dicemus, primum, an ſtellæ naturalem tibi, an vero violentam mortem minentur, nam Peripatetici arbitrantur, eos, qui violentam mortem obeunt, non dicendos, vitam iuxta naturæ curſum perfeciſſe. In altera parte de mortis ſpecie, eiuſque cauſſa diſſeremus. In tertia tractabimus, num tu domi, an peregrè diem ſis extremum clauſurus. Poſtremò nonnihil dicemus de iis, quæ in morte, vel poſt mortem accidunt, aliquid etiam loquemur de iis, incõmodis quæ corpori tuo à ſtellis portenduntur.

De

Digitized by Google

De primo dico, Ptolemæum, cum mortem bifariam diuideret, oſtendiſſe, illarum alteram vi morbi inferri, alteram ex eo naſci, de cuius cognitione nihil ad medicum pertineat, vt ex ferro, igne, beſtiarum morſibus, veneno, aquis, laqueo, caſu, percuſſione, idque genus aliis. Te autem affirmauerim eo mortis genere ex vita migraturum, quæ oriatur ex rebus, ad medicum ſpectantibus. Quare concludo, naturalem tibi mortem, non violentam obuēturam, vt Sol, temporis lumen bene collocatus oſtendit: item & primus triplicitatis domus octauæ dominus bene poſitus naturalem mortem ſignificat, vt in Abenragelis obſeruationibus 7. capite 5. partis habetur. Addit Albohaly capite 37. ſuarum obſeruationum, & Guido Bonatus capite primo ſermone de octaua domo, quotieſcunque primus trianguli quartæ domus cæleſtis dominus, aut horoſcopus, & eius dominus, Solque bene affecti fuerint, mortem naturalem, non violentam fore. cum igitur prædicti ſignificatores bene ſeſe habeant, optimo iure pronunciari poterit, te ex morbo non ex aliqua extrinſeca vi à vita exceſſurum. Nec tamen inficias iuerim, nonnullos ex Aſtrologis in contrariam ire ſententiam, quandoquidem Mars in octaua cæli domo reperiatur, vbi & Saturnus per antiſcium inhabitat, quæ ſunt violentæ mortis argumenta.

Babylonij quinetiam opinantur, partem Mortis in decimo gradu Geminorum, qui à Saturno quadrato aſpectu feriatur, mortem violentā intentare.

Reg. 6. Sunt quoque apud Arabes duæ regulæ, quibus tibi violenta mors prædicatur: quarum prior eſt, Maleficus planeta in octaua domo, atque dominus eius læſus à malefico, Luna infortunata exiſtente, mortem violentam portendunt.

Reg. 9. Poſterior eſt, Dominus horoſcopi in octaua, natura maleficus, & damnatus mortem violentam ſignificat. Ad harum comprobationem Ptolemæi auctoritatem adducunt. cap. 8. li. 4. vbi aſſerit, Martē in ſigno violento conſtitutum mortem violentam minari, vt Hippolyti Medicis Cardinalis, item cuiuſdam Pretini Lucenſis, exemplis declarari poteſt, qui Martem in octaua cæli domo, atque in Tauri ſigno ſunt ſortiti, quorum prior veneno eſt ſublatus, alter laqueo interiit. Marcellus Ceruinus ſummus Pontifex, & Cardinalis Papienſis in octaua cæli domo in ſigno Cancri Martem habuerunt: ſed prior veneno mortem obiit: alter à Principe Vrbinate multis vulneribus confectus, occubuit. Federicus Bonalis Mantuanus in fruſta conciſus eſt, cum Martem in octaua domo in ſigno Aquarij poſſideret.

Marcellus Marſilius Bononienſis fuit interfectus, cuius mortis cauſſa fuit Mars, in octaua cæli domo, in ſigno Geminorum conſtitutus.

Dux Borbonius ictu ſclopi ſub vrbis Romæ mœniis concidit, cum Martem in octaua cæli domo in Cancro eſſet ſortitus.

Quare Arabes ex Ptolemæi auctoritate concludunt, te morte violēta è vita migraturum. Ego autem dixerim, quamuis Mars extra ſuum domiciliū in octaua domo ſuam malignitatem augeat, vt etiam Hermes ſententia 93. ſuorum dictorum fatetur. Sed tamen eius ſum ſententiæ, hanc ſimplicem conſtellationem mortem non poſſe violentam inferre: antiqui enim Aſtrologi ſcriptum reliquerunt, Martem extra ſuum domicilium in domo octaua citam mortem minari, vt puta per peſtem, aut per cædem. Sed Iulius ſecundus ſummus pontifex Martem in octaua domo in Geminis habuit, qui tamen mortem naturalem in ſuo cubiculo ſanèquàm glorioſè obiuit.

Cardinalis Verulanus Albumenſis in Capricorno Martem habuit in octaua domo, Cardinalis etiā Campegius in Cancro, Tranenſis Cardinalis in Sagittario, Alfonſius Ferrariæ Dux in Libra (cuiuſmodi eſt poſitus in tua geneſi) qui omnes Martem in octaua cæli domo collocatum habuerunt, mortem tamen naturalem non violentam obierunt. Quare ſtatuo, te mortis violentæ periculum euitaturum.

Quòd ad mortis qualitatem ſpectat, dicimus, Martem mortis ſignificatorem tibi fore, qui quidem Almuten appellatur, vt Albohaly cap. 37. ſuarum obſeruationum narrat: is vero demonſtrat, te morbo, ex magnis æſtibus proficiſcente, vel apoſtemate bilioſo obiturum, cuius ego quoque ſum ſententiæ. Sed tamen alij plerique Aſtrologi mortem tibi repentinam, aut ex acutis doloribus prouenientem denunciarent. Alij affirmant, te tertiana continua, aut ereſipila, aut ſanguinis defluxu moriturum, nam Mars mortis Almuten ſic poſitus aliud à ſupradictis mortis genus inferre nequit. Quare dixerim, Saturnum per antiſcium in ſigno Libræ, quod eſt ſuum regnum, in octaua domo, mortem non adeo malam, per diuturnam, ſcilicet ægrotationem, aut per peſtem, aut per profluuium aut per frigidum & ſiccum morbum, ſed tamen diuturnum ſignificare. Quamobrem conieci, ex peſtilenti febre mortem orituram: ſed tamen prouidentia atque diligentia rei huic, à ſtellis intentatę occurri poteſt, ſicque cæleſtes influxus declinari.

Sed ad tertiam partem accedentes, affirmamus te peregrè diem extremum obiturum, vt octauæ domus angulus eiuſque dominus infortunati oſtendunt, quod habet Albubater ſuarum obſeruationum cap. 196. ſequenti vero capite idem ſcribit Lunam, cum per ſuam præſentiam in quintam cæli domum deſcenderit, & à Marte infortunata fuerit, ſignificare, eum, qui natus fuerit, peregrè moriturum. Chaldæi etiam volunt, domino octauæ domus peregrino, natum extra patrium ſolum mortem cum vita commutaturum. Cumque tua in geneſi eiuſmodi ſint conſtellationes, auſim aſſeuerare, te longe à patria vita exceſſurum. Huius opinionis omnes habeo Aſtrologos adſtipulatores.

Ad poſtremum dico, Saturnum eſſe dominum primi trianguli, octauæ cæli domus, quod quidem innuit, te mortis tempore ea fruiturum fortuna quæ potius verget ad bonam, quàm ad aduerſam declinet, vt Abenragel cap. 7. partis 5. ſentit. Quare tua hac fortuna contentus, animum pacatum reddere poteris.



Digitized by Google

Circa ſepulturam dico, cadauer honorificè honeſto in loco ſepultum iri, vt quartæ domus angulus oſtendit, qui ab hyadibus, ſtellis fixis, atque in Tauri fronte collocatis illuſtratur: nam Almanſor ſententia 89. ſuorum dictorum habet, ſupradictum angulum non ſolum natalem locum, ſed etiam ſepulturæ demonſtrare. Hac ergo ratione ductus, præſertim, cum Luna per antiſcium in quinta cæli domo reperiatur, ſtatuo, te honeſto in loco ſepeliendum, poſtque mortem bene apud omnes auditurum, ac memoriam tui cum laude recolendam, vt Abenragel cap. 7. partis 5. ſcriptum reliquit. Ac de morte quidem hactenus.

*De periculis, euentibuſque corporis.*

Platonici eius ſunt ſententiæ, vt affirment, ſtellarum radios plurimum in noſtra corpora dominari: quandoquidem iidem vſque ad terræ centrũ permeant, in qua ſua virtute mineralia procreant. Et ſi magnes, Baſiliſcus, ſalamandra, multaque alia occulta quadam vi ſunt prædita, perquam admirabilia efficiant: cur igitur non longe admirabiliora cæleſtia lumina tot globorum ambitu operari poterunt? ſed ad rem, In tua hac geneſi Martem per antiſcium vna cum Saturno in horoſcopo poſitum deprehendo, quod maxima infortunia tibi portendit, oſtenditque, te in multa pericula coniiciendum, & capite vulnus aliquod excepturum, vt Ptolemæus ſententia 74. ſuorum dictorum ſcriptum reliquit.

Fieri etiam poterit, vt cum Mars per antiſcium Saturno in Piſcibus iungatur, ex feruenti aqua aliquod detrimentum accipias, cuius gratia medicorum opera ſit tibi neceſſaria futura: vel quia etiam ambo in Libra reperiũtur, ex ſanguinis effuſione lædaris, vt Iudæi ſentiunt in ſermone de octaua domo. Sed tamen liberè affirmauerim, huiuſmodi cõſtellationem tibi multa infortunia, animi ægritudines, mentiſque perturbationem allaturam: quare ſæpe in maximas redactus anguſtias, curis ingentibus conficieris, doloréque te ipſum lancinabis: itémque in pedum aliquod periculum incides, quod magni fuerit momenti. Sed & Sol in ſeptima cæli domo tibi principis ac iudiciorum metum incutiet, vt Hiſpalenſis cap. 16. ſuarum obſeruationum habet. Præterea Mars in Veneris domicilio vulnera ferro inflicta, aut aduſtiones latenti igne factas minatur: Lunáque ſuo in domicilio à Marte infortunata oculorum dolores, varios morbos, in aquis pericula atque itineribus comminatur. Anno 1582. & ſequenti vſque ad Maium magnopere vexaberis, cum Saturnus ſit per Piſces tranſiturus, ſententia eſt enim Materni cap. 4. lib. 5. Iouem in Virgine inuentum ſignificare, fore vt quando Saturnus ad ſignum Piſcium peruenerit, natus ſit futurus in tempeſtatibus, damnis, ægritudinibus, doloribus, ac ſolicitudine. Quia vero Venus eſt in Solis domicilio collocata, aliquod tibi à mulieribus periculum creabitur, ex quo non exigua damna patieris, vnde non ita facile te poteris expedire, quod ab eodem affirmatur cap. 14. lib. 5. Quare Saturnus in Piſcibus magna tibi pericula, aduerſariorum reclamationes, calumnias temerè excogitatas, animi moleſtias, in aquis pericula improuiſa, incommoda à mulieribus, atque alia huiuſmodi grauia ſanè comminatur. Itaque Iulius Firmicus cap. 3. lib. 5. ita ſcripſit, Saturnus in Piſcibus inuentus ſignificat in annos ſeptenarios, vel nouenarios pericula, cauſſas, accuſationes ſine cauſſa, & ſine ratione conceptas, ſeditiones quoque repentinas & aſſidua animi tormenta, & inſperata in aquis pericula, & cum mulieribus diſſenſiones: ſed cum ſpatia ſecundæ ætatis intrauerit natus, tamdiu periculorum maiorum decernit incommoda: Quare ex huius Aſtrologi ſententia tibi pericula huiuſmodi, cum ad annum 28. 35. 42. 49. 56. perueneris impendebunt, vel in anno ætatis tuæ 27. 36. 45. 54. ea tibi diligenter fuerint cauenda. Sed ego hoc te præmonitum velim, in ſeptenariis potius, quam nouenariis cæleſtes influxus perquam malignos te experturum, odiumque in te aduerſæ fortunæ tunc temporis maximè te ſenſurum, nam ſeptimo quoque anno in humanis corporibus aliqua inſignis mutitio, eaque periculoſiſſima deprehenditur, quod & Marſilius Ficinus in libro 2. de triplici vita cap. 2. multis verbis affirmat: quandoquidem nobis vt plurimum Saturnus eſt maximè infeſtus, eique vt qui ſitu cæteris erronibus præponatur, ſubinde vitæ noſtræ adminiſtratio demandatur, cum ab eius gubernaculis Luna, quæ eſt omnium infima, remoueatur: Huiuſmodi anni à Græcis Aſtrologis climacterici fuerunt appellati, ſcalares à Latinis, aut gradarij ſunt dicti. Si ergo ad ſenectutem vitam velis prorogare, & eius perpetuum filum ab horum graduum aliquo non interrumpi: cum te proximum ſeptenario alicui videris, eſt tibi diligenter peritus Aſtrologus conſulendus: à quo intelligas, quod tibi tunc periculum ſit euitandum, & ſi medici opera fuerit opus, ea ne vti graueris: ſique alia eum mala grauiora cæli conſtitutio portenderit, eis prudentia, quo ad eius fieri poterit, erit occurrendum: nam ea mentis oculus appellatur, à platonicíſque boni, atque mali ſcientia dicitur: Quare M. Tullius eam dixit, rerum expetendarum aut faciendarum eſſe ſcientiam: quam ſententiam D. quoque Auguſtinus in ſuum de libero arbitrio librum retulit. Sed & Ptolemæus fatetur, prudentia ſtellarum minas poſſe euitari. Ex hac auctoritate mihi videor poſſe concludere, non ſolum mortem naturalem differri poſſe prudentiæ ſubſidio aduocato, ſed quemcunque malignum cęli influxũ penitus auerruncari. Quamobrẽ ne dubites ab Aſtrologis exquirere, quænam ſeptenario illo anno ſit tibi futura ſtella maximè ſalutaris, quæve pernicioſiſſima, vt prudentia eius malignitati obuiam eas. Cúmque abunde ſit dictum de corporis euentibus, finẽ de his differendi faciam, ad animi qualitates tranſiturus.

*De animi qualitate.*

Hic de animi bonis pertractabimus, quę ſunt vir

tutes

Digitized by Google

tutes intelligentiæ dictæ practicæ, eiuſdemque virtutes contemplatiuæ, atque actiuæ quibus homo homini præſtat. Hoc autem in capite primum de tuo ingenio aliqua attingemus. Deinde de variis animi tui ad virtutes vel vitia propenſionibus dicemus, poſtremo loco de tuis actionibus diſſeremus.

De eo, quod erat primo loco propoſitum, te ingenio bene affecto eſſe præditum, affirmo, quandoquidem tua in geneſi Mercurius minimè eſt infortunatus, imo cum Soli ſit coniunctus, quemadmodum Maternus cap. 28. lib. 6. ſentit, pius, ſapiens, prudẽs, atque cautus eris, quare tua opera in præcipui momenti negotiis, ſummæ auctoritatis homines libẽter vtentur, qui tibi magnã quoq; vtilitatẽ, decus atq; gloriã cõciliabũt. neque tamẽ aſſeuerauerim, te exquiſitiſſimo fore ingenio, quo præſtãtiſſimis quibuſque antecellas. Mercurius enim nõ eſt in Saturni domo collocatus, neq; in ſuo domicilio exiſtit, neque ſimul eſt cum capite, aut cauda Draconis, Lunæ neque etiam fauſtis aliarũ ſtellarum aſpectibus eſt multum afflata: ſed quia idem horoſcopo opponitur, hinc fiet, vt tu cautus, prudens, ſapiens, & præclaræ intelligentiæ ſis futurus, neque vnquam mali ingenij, aut ſtultus, vel vecors ſis exiſtimandus: nam, quamuis Luna atque Mercurius inter ſe non ſint coiuncti, neque ſe mutuo ex trino, aut ſextili aſpiciant: qui quidem aſpectus admirabilis, ac plane diuini ſunt ingenij argumentum, tamen quia Luna per antiſcium in Mercurij domicilio reperitur, tibi iuſtum elargietur ingenium, vt ſapientia ac dexteritate quadam voti compos tuis in actionibus fias.

Quod ad eam animi partem, quæ ſentiens dicitur, ſcito te ſemper inter contrarios hoſtes, aſſiduè ſe mutuo impugnantes futurum, hi ſunt ratio atque appetitus: Ratio te ad virtutem prouocabit, vireſque ad difficillima quoque capeſſenda ſuppeditabit: vt Mercuri' in domicilio Solis bene affectus oſtendit. Ex altera parte Luna malè diſpoſita efficiet, vt appetitus te voluptatibus ac variis ſenſuum titillationibus à ſtudioſis actibus ad turpes auocet: Quare ſæpe ab eo illectus, rationeque à gubernaculis deturbata, ea ſequeris quæ tuæ fuerint libidini conſentanea, quam cum compeſcere volueris, maiorẽ ſenties laborem, quam à me explicari poſſit: imo id ſentio quãuis appetitus te oppugnare aliquando deſiſtat, ratioque ſit præſto ad ſuum munus obeundum, non tamen ſenſualitatem à te receſſuram, cum Luna ſit à Marte infortunata ex quadrato aſpectu, Venere in Leonis ſigno exiſtente. Quare tibi id prædico, te maximos in te ſtimulos experturum, qui te vehemẽtibus animi perturbationibus exagitabunt: itaque Arabes ſcriptis reliquerunt, Venerem in Solis domicilio ad libidinem hominem prouocare: & Iudæi in tractatu de ſeptima domos ita ſcribunt, ſi Venus fuerit in Leone, amor vſque ad languorem intendetur, idque cum magna zelotypia. Quamobrem vix erit tempus, quo amoris æſtu vaces, amanſque eo ardore colliqueſces, quemamodum Ptolemæus in 27. ſententia dicit. Venus etiam in ſexta cæli domo, te cum domeſticis ancillis coiturum demonſtrat: Mars quoque in Libræ ſigno exiſtens, furorem quendam in amatoriis affectibus tibi immittet: quare ea animi propenſione eris, vt cum quadam conſanguinea rem habere expetas.

Aeſtiuo tempore coire, eſt perquam noxium, calorem enim natiuum tunc coitus abſumit, & corpus exſiccat, idemque Autumno accidit, hiberno vero tempore eo moderate vti, non erit noxium, cum tunc maximè humor exuberet: ſed poſt ſomnum, & cibi concoctionem id fieri decet, nam ſtatim à cibo ad coeundum diſcedere, eſt perquam inſalubre, ſic enim calor, qui cibum concoquere debebat, abſumitur, cibus vero crudus ad huc perſiſtens, varia morborum genera procreat: idem accidet, ſi coitu vteris poſt longum ieiunium, aut poſt ægrotationem: nam inedia atque morbus corpus extenuant.

Mercurius quinetiam tua in geneſi in ſigno fixo eſt collocatus, quod efficit, vt multis in rebus nimis obſtinatè tuæ opinioni adhæreſcas, ſæpeque in propoſitis te nimis leuem, inconſtantemque præbebis, quemadmodum Luna in ſigno mobili conſtituta, innuit: ſed tamen animo candido eris, ſimplici, aperto, ac minime fucato.

Quod ad literas, dixi te eſſe ingenio minimè rudi, quare ſi te ad ſcientiarum ſtudia applicuiſſes, auſim affirmare te in illis non pœnitendos progreſſus fuiſſe facturum, quandoquidem Mercurius in Solis domicilio in dicendo tibi facundiam eſſet elargitus, nam is optimum reddit ſcriptorem, firmam efficit memoriam, intelligentiam atque acumen in ſcientiis præbet. Iupiter vero in Mercurij domicilio natum reddit doctum, egregium creat mercatorem, fidelem atque fortunatum. quia vero Venus eſt cum Mercurio in Leone, efficiet, vt maximè ſis Muſicæ addictus, quam incredibili cum facilitate addiſces, vt Maternus cap. 29. lib. 6. declarat. Quare ex hoc colligamus licet, nihil prodeſſe, ſidera ad liberales artes habere propitia, cum pater filium ad ſordidas artes relegat, ſed tamen dicimus quamuis fortuna plurimam ſibi in humanis rebus partem vendicet, non per ſe quidem, ſed per accidens, te maturis conſiliis fretum, illius temeritatem fracturum, nam detrimentoſis poſthabitis, vtiliaque perſequens, omnem fortunæ vim eludes: quare optimè Ariſtoteles inquit, bonum conſilium recta ad vtilitatem, commodaque noſtra ſpectare. Hoc conſilium tibi inerit, cum optimum Mercurij poſitum fueris ſortitus, ſi tamen ſtudioſa facta, atque inſtinctus, quos in te ſenſeris perſequi volueris. Atque ita in omnibus rebus comite vteris prudentia, cuius munus eſt optima quæque eligere.

De animi propenſionibus dico, Venerem, quæ per antiſcium eſt in tertia cæli domo, amorem inter fratres denotare: quare à fratrib' tuis amaberis, eadem ſignificat, te ab operibus malis abhorrẽtem fore, fratres fortunatos, ac plurimos amicos poſſeſſurum.



Digitized by Google

Saturnus quoque in Iouis domo veridicum te reddet, optimæque conſcientiæ, religio quoque tibi cordi erit, ac diuini numinis reuerentia ſemper ob oculos verſabitur.

Quia vero Sol atque Luna domini ſunt ſpiritus, Solque optima eſt qualitate prædirus, ita quoque animi tui dotes preclaræ erũt affectę: quare à vitiis longè recedes, eris temperatus, largus, fidelis, omnis ſuperbiæ expers, ſed tamen Saturnus in horoſcopo, varias in te curas excitabit, quibus agitatus, vitam amaram duces: id Saturnus Ioui oppoſitus oſtendit. Animi autem perturbationũ maximè eſt ira atq; mœror tibi ſuperadus, quę ſanguinẽ quidem inflammant. itaque quidam ſapiens affirmat, cor humanum à duobus pernicioſiſſimis hoſtibus impugnari, à deſperatione ſcilicet, atque mœrore, nam ab illa inertia proficiſcitur: hic vero ſenectutẽ citam adducit, quæ inſitum calorem extinguit, ſpiritum obruit, cordis coagmentationem diſſoluit, & demum interficit.

De cæteris nihil loquemur, cum tu optimus poſſis eſſe iudex eorũ quæ naturaliter tibi inſunt, ex ea, quæ in te cęlitus eſt propenſione.

*De Actionibus.*

Ad artis alicuius perfectam cognitionẽ parandam, non tantum quædam ingenij aptitudo facit, aut firma etiam memoria, quantum iudicij acumen, quod ſæpe ex rerum coniiciendarum ratione difficillimum redditur, ita vt experientia diuturna ſit corroborandum: experientia autẽ non raro eſt fallax cum ob hanc iudicij difficultatem, tum ob temporis anguſtias, variaſque occupationes, quibus à diligenti obſeruatione repellimur. Sed tamẽ Venus actionum domina, vnà cum Saturni ſocietate, oſtendit cum ſit retrograda, te non vna tantum actione implicandum: ſed coniicio tamen, fore vt fortè aliquando tandem bibliopolæ artem exerceas. Iupiter enim regiæ domus dominus cum Saturno opponatur, animum in aliqua profeſſione inconſtantem decernit, itaque ſubinde conſilia mutans, cum variis negotia contrahes, & ex omnibus aliquid lucelli corradere ſtudebis. Hęc eadem conſtellatio ſignificat, te poſt multa atque grauia iuuentutis incommoda tandem vitam ſumma cũ tranquillitate terminaturum, vt Iulius Firmicus c. 17. li. 6. affirmat, cum Saturnus ſit in horoſcopo, Iupiterque in occaſu. Venus autem domina actionum, tibi ſordidam aliquam artem aſſignat, vt Leonis ſignum demonſtrat.

Itemque Saturnus duodecimæ domus dominus, in horoſcopo collocatus, animum ad venationem procliuem reddet.

Quantum ad actionum ſucceſſum dico, quod cum Venus ſit infortunata, oſtendit, ſæpe te multa impedimenta experturum, quominus cœpta ad finem perducas, ſed tamen, quia eadem per antiſciũ eſt in ſuo domicilio, in tertia ſcilicet cæli domo, promittit tibi cuncta tua conſilia proſperè ceſſura, & in cunctis voti compotem reddendum, tuaſque ſpes non iritas fore. Et quia, ſicut ſupra dixi, magna eris prudentia præditus, ex quodam naturæ inſtinctu fiet, vt ſemper optimum quodque eligas, quod tibi magnæ vtilitati fuerit, & tuam in cũctis fœlicitatem cumulauerit: quamuiſque dixerim, Venerem eſſe infortunatam, cum retrogradi ſit motus, quod eſt, eam eſſe infirmam, tamen quia à Marte ex ſextili aſpectu reſpicitur, tibi magnam induſtriam indet, ac varios pecuniæ quærendæ modos docebit, & ad id conſequendum facultatem quoque præſtabit. Hæc ſint de ſecunda parte dicta.

*De fortunæ caſibus.*

Quia vero fortunæ bona ad vitam hanc traducendam ſunt neceſſaria, iique qui illorum ſunt egentes, in plurimas vitæ difficultates incurrunt, quare in hac poſtrema parte de tua circa diuitias fortuna diſſeremus, itemque de bonorum comparatione, de inclinatione ad rem vxoriam, de prole copioſa, de amicorum, ac inimicorum numero, de peregrinandi deſiderio, demum ea tempora percurremus, quibus præcipuè ad ſupradicta eris propenſus.

*De diuitiis.*

Fortunæ bona, cuiuſmodi ſunt diuitiæ, & magno labore parantur, & frugalitate retinentur, atq; virtute optimè diſpẽſantur. De his nũc nos tractaturi, caput in quatuor potiſſimum partes diuidemus, nam primum vniuerſim de tua fortuna agemus, Deinde ad particularia deſcendemus. Tertio loco diſputabimus, num partes diuitiæ ſint conſeruandæ, necne, poſtremo tempus oſtendemus, quo proſpere tecum ſit agendum.

Quod ad primam partem pertinet, inuenio multas, diuerſaſquę Aſtrologorũ eſſe ſententias de tua fortuna, cum maxima eorum pars velit, ſi quatuor, pluréſve planetæ in quauis geneſi in primariis ſuis dignitatibus exſtiterint, eos optimam nato fortunam portendere, contrariumque eſſe timendum, cum iidem peregrini, ſuiſque dignitatibus ſpoliati reperti fuerint. In tua autem geneſi præter Solem atque Lunam, nullum ex erronibus in ſuis domiciliis deprehendi, quod eſt argumento, te non admodum diuitem fore, neque patrimonio multas accumulaturum opes.

Huic opinioni Ptolemæus ſubſcribit c. 1. li. 4. cuius cauſſam vult eſſe, qđ pars fortunæ à Marte ex quadrato aſpectu vulneratur, cuius domin' eſt motus retrogradi quæ tibi nimias diuitias aufert, magiſque opinione quàm re te opulentum fore demonſtrat.

Contrarium ſentit Alchindus peritiſſimus Aſtrologus, qui vult Martem Almuten ſupra ſecũdæ domus cæleſtis loca, & ſupra fortunæ partẽ necnõ & Iouis tibi diuitias iuſtas extra patrimonij ſortem, itemque proſperos ſucceſſus in parandis diuitiis, ac facultates maximè ad id efficiendum aptas polliceri.

Hanc opinionem Abenragel cap. 12. part. 4. confirmat, quandoquidem Sol eſt primi trianguli ſecũdæ domus cæleſtis dominus, qui cũ ſit bene collocatus, te diuitem fore & multis opibus abundaturum demonſtrat. Eius vero hæc ſunt verba, Sol primi

Digitized by Google

primi triãguli ſecundæ domus domin' ſignificat, eum, qui ſic natus fuerit diuitẽ fore, abũdantẽ ſubſtantia, & quanto magis in vita procedet, tanto magis eius opes augendas, & res eius melius ſe habituras.

Præterea Albohaly cap. 7. ſuarum obſeruationũ habet, quotieſcunque domini trianguli luminis temporum pro angulis cæleſtis figuræ bonis fœlicium ſtellarum aſpectibus erunt diſpoſiti, maximam nato proſperitatem ſignificari, ſed in tua geneſi Solem, Iouem atque Saturnum huius triãguli dominos reperio: quare maximas opes inde coniiciamus licebit: ſed tamen earum comparatio nõ ſine laborib' magnis atq; moleſtiis eſſe poterit: Iupiter enim Saturno & oppoſitus, Saturnuſque eſt retrogradi motus.

Arabes ſcriptum reliquerunt, quotieſcunque Sol in Leone fuerit, natum nunquã à proſpera fortuna omnino deſtituendum: is enim ſemper hominem erigit, nec illum ſinit mendicare. Ex hac conſtellatione fiet, vt nunquam in eas vitæ difficultates incidas, vt neceſſaria tibi deſint. Quare certò affirmare poterimus, te opes paraturum, fortunamque tibi fore propitiam, non autem aduerſam, vt fœlices cõſtellationes tibi portendunt.

Sed ad ſecundam partem deſcendamus, in qua de particularibus pertractabimus: Affirmamus igitur, diuitias ad te multis ex partibus confluxuras: vt Aſtrologi plerique ſentiunt, & Ptolemęus cap. 1. lib. 4. vult cũ Saturnus ſit partis fortunæ dominus, diuitias tibi ex tuis laboribus aut ex hęreditate, aut ex nauigationib', prouecturas. Iudæi etiã in ſermone de ſecũda domo ſcribunt, diuitias te malis artibus paraturũ, hoc eſt, pecuniis quęſtui exponendis, cum Mars ſit ſecundæ domus dominus. Itaque Aſtrologi opinãtur, te tuã nactum iri fortunam cum viris Saturniis, atque atra bili laborantibus, quique obſcuro loco ſint nati: nam Saturn' eſt partis fortunę dominus. Guido etiam Bonatus in parte 5. cap. 5. ſentit, ſecundæ domus dominum cum in octaua collocetur, lucrum portẽdere mortuorum cauſſa, aut ex bonorum ſtabilium hæreditate, aut ex diuitiis vxoris dote, aut ex ſociorũ bonis, aut etiam inimicorum, & id genus aliis de cauſsis.

Quia vero Saturnus horoſcopi dominus eſt ibi, optimam tibi innuit fortunam, tua ipſius induſtria comparandam, teque à tuis conſanguineis in maximo honore habendum.

Alchabitius ſcribit prima differentia, quartæ domus dominum in ſeptima collocatum, bonam ſignificare fortunam, ex terræ fructibus, ex ſatis, ex vxoribus, vel ex negotiationibus prouenientẽ. Quare non mediocriter admiror, cur ex frumẽto coëmpto iacturam non mediocrem ſis perpeſſus: ſed eius rei cauſſam parti mercaturæ attribuo, quæ in 17. gradu Cancri ex quadrato aſpectu à Marte vulnerabatur, itemque malignę cuidam reuolutioni, quæ eo anno tibi obtigerat.

Idem Arabs ſubiungit, Solem in ſeptima domo, cuius eſt dominus, bonam fortunam per negotia, per conuentiones, per vxores, perque ſata deſignare.

Poſitus quoque Iouis in Mercurij domicilio te inſignem mercatorem, atque fidelem reddet: polliceturque tibi maiores opes, quã cuiquam tuorũ conſanguineorum, aut etiam ſociorum.

Item Sol in ſuo domicilio, occidentalique angulo bene collocatus multas elargietur opes, tibi inopinanti aduenientes, proſperamque fortunam in itineribus concidet.

Venus vtilitatẽ in quadrupedib' minorib' affert, cum in ſexta cęli domo reperiatur: Lunaq; in eodẽ domicilio lucrũ per quadrupedes pollicetur, teq; negotia contracturum cum vilibus potius, quàm nobilibus, innuit. Quia vero Sol eſt primi trianguli ſecundæ domus dominus, meliuſque quàm reliqui duo collocatur, diuitias tibi à parentibus, auis, conſanguineis, & diuitibus hominibus prouenturas oſtendit.

Abenragel cap. 7. par. 5. affirmat, Mercurium ſecundi trianguli octauæ domus dominum cum ſit fortunatus, quandoquidem Solis naturam induit, te in alicuius conſanguinei hæreditatem mittendum, fortunatumque fore in auitis hæreditatibus ſignificare. Quare tua fortuna multis ex partibus proficiſcetur.

Quod ad tertiam partem ſpectat, dico, partem fortunæ à Marte vulneratam ex quadrato aſpectu, multa in rem familiarem detrimenta illaturam. Sed tamen Saturnus eius dominus in horoſcopo conſtitutus innuit, te poſt multas iacturas tuis in rebus acceptas, ſperare debere, fore vt malæ fortunæ damna ex melioris acceſſu compenſentur: nã Sol temporis lumen nunquam permittet, vt in egeſtatem aliquando incidas. Sed tamen Mars, cum ſit in octaua cæli domo, te tui mali auctorem fore ſignificat: nam cum inſtabilis ſis natura, teipſum in maximas difficultates coniicies, vt ſcriptum reliquit Abenr. cap. 7. primæ partis.

Item Sol cum fortunæ partem non aſpiciat, neque eius dominum, aliquam in re familiari iacturam, eius imminutionem, proſperæque fortunæ remiſsionem portendit: vt habet Albohaly.

Mars quoque in octaua cæli domo, te damnum aliquod paſſurum ex alicuius mulieris morte, ſignificat, vt habet Guido Bonatus in cõſiderat. 115. primæ part.

Abenragel cap. 12. part. 4. ita ſcribit, Si pars mercaturæ fuerit infortunata, natum ſignificat omnes opes, vel magnam earum partem amiſſurum, mercaturæ cauſſa, vel ex dantibus capitale, vel ſuis pecuniis ad quæſtum exponendis.

Hæc autem pars à Marte infortunatur, qui iacturam, quam Piſis in frumento feciſti, ſignificauit, ex qua tibi plurima damna ac moleſtiæ extiterunt.

Dominus etiã octauæ domus in ſexta collocatus, te à famulis damno aliquo afficiendum, vel ex infideli eorum opera magnopere deprimendum denotat.

Mars quin etiã in octaua cęli domo aliquod tibi damnum, magno cum dedecore coniunctum, atq; nõ exiguam moleſtiam tibi ab inuidorum linguis faceſſendam ſignificat.

Sol quoque in ſeptima cæli domo, te à diuitibus oppugnandum, atque in paterna hæreditate iacturam paſſurum demonſtrat: quę quidem incõmoda tandem lenientur, cum Sol in ſuo ſit domicilio collocatus.

De eo, quod propoſitum erat poſteriore loco,



Digitized by Google

dico, tempus quo bona fortuna vteris, ad finem huius iudicij eſſe conſcriptum. Sed quo ad eius particulares euentus, Arabes, præſertim Albumaſar ſcriptum reliquit, fortunæ partem, priorẽ ætatis medietatem deſignare, eius vero dominum, poſteriorem. Quare coniicere poſſumus, te in priori illa fore infœlicem, multiſque infortuniis expoſitum: ſed in poſteriori, cum Saturnus ſit bene diſpoſitus, fortunam ex infeſta nouerca in amantiſſimam matrem tibi conuertendam, multoque maiora lucra ſecum allaturam, quã fuerant iacturæ, quibus te antea vexauerat: hoc idem vndecimæ domus domin', in ſeptima tibi pollicetur, fore ſcilicet, vt tu in adoleſcentia rerum interdum penuria labores, ſed in ſenectute omnium copia circunfluas.

Itemque duodecimæ cæleſtis domus dominus in quarta collocatus innuit, te in priori vitæ parte inopem, in altera apprime opulẽtum futurum. At ita concludere poſſumus, Saturnum in Iouis domicilio commorantem, eundemque retrogradi motus, ſero tãdem magnas tibi opes collaturum: cuius opinionis ſunt Arabes quoque, Indi, Perſæ, atque Babylonij.

*De dignitatibus atque honoribus.*

Duplex eſt ratio, qua homo ad nominis celebritatem peruenire poteſt, quarum altera eſt virtus, altera fortuna: ſed quia tu ſtudiis operam non dediſti, nos virtute omiſſa, de fortuna loquemur, quæ ſæpe hominem ad altum dignitatum culmen ſolet euehere: nam ea fortuita homines ducunt, quæ ſibi aut proſperè, aut infœliciter cadunt: de hac res loquuturi, dicimus Aſtrologos à ſtellis fixis de honoribus vaticinium inchoaſſe: ſed quia tua in geneſi nullæ huiuſmodi ſtellæ per angulos exiſtunt: hinc coniicio, te ſemper fortunæ æquabilitate quadam in dignitatibus atq; honoribus vſurum, neque futurum, vt tuis maioribus aut nobilitate præluceas, aut ſis dedecori, imo ſi aliqua fieri mutatio debeat, in melius potius, quàm in deterius omnia abitura: cum Sol tua in geneſi ſit bene diſpoſitus, immo cum cum Iupiter, Mercurius, Venuſque corona quadam ambiant. Græci Aſtrologi opinatur, te vitæ tuæ ſtatum longe illuſtriorem redditurum.

Id etiam affirmauerim, Saturnum in horoſcopo, cuius eſt dominus, honorum augmentum per Saturnios homines maximæque auctoritatis portendere.

Dominus quinetiam regiæ domus in ſeptima collocatus, ſignificat, te eas artes exercitaturum, quæ tibi maximum honorem concilient, vxoremque ducturum, quæ tibi maximum decus afferat. Sed Sol, ſicut dixi paulo ante, temporis lumen, in ſuo domicilio bene collocatus efficiet, ne vel tantillum de auita aut tua dignitate imminuas, imo augeas potius, atque magis illuſtres, & à magnis viris multos honores atque beneficia cõſequaris: itemque cum tibi magis à fortuna depreſſus videberis, tunc te in fortunæ patrocinio eſſe animaduertas: quare in calamitates minime incides, neq; in ignominiam, ſed apud omnes magno in honore eris. Cumque Luna per antiſcium ſit in quarta exceli domo, efficiet, vt proſpero rerum ſtatu fruaris, ac maxima tibi, matrique tuæ bona pollicetur.

Quare ſpem hanc cõcipere poteris, fore vt, qui te deprimere ſtuduerint, ſuos conatus eſſe irritos, magno cum ſuo dedecore ſentiant: id enim temporis lumen, quod in tua eſt geneſi, minime permittit: imo Iupiter, ſtella per ſe benigna, regiæ domus dominus, idemque in ſeptima conſtitutus, plurima tibi bona pollicetur: & Iulius Firmicus cap. 17. lib. 6. ita loquitur: Saturnus atque Iupiter inter ſe oppoſiti maxima infortunia filiorũ, & infœlicem operis alicuius exitum decernunt: ſed ſi Iupiter in occaſu, Saturn' vero in horoſcopo fuerit, eum, qui ſic natus fuerit, poſt grauia iuuentutis incommoda, vitam demum maximis cum commodis, atque fœlicitate terminaturum ſignificant. Idem cap. 4. eiuſdem libri habet, Iouem, ſi Lunam ex ſextili reſpiciat, natum potentia & auctoritate augendum, nomen ſibi illuſtre comparaturum, cũ omnibus præclara fortuna vſurum, domum aliquam adminiſtraturum, eiuſque fidem omnibus cognitam, & perſpectam eſſe, decernere. Particulares honores ac dignitates cum ſoli Deo ſint manifeſtæ, ſub Aſtrologi conſiderationem cadere nequeunt.

*De Vxore.*

De hoc vniuerſim loquemur: nam matrimonia non ex ſtellis dependent, ſed ex voluntate, quæ cũ ſit libera, ac diuina quædam res, corporei nullius in ſe imperium ſuſcipit. Quare totum hunc locum breuiſsime tractabo, innuiſſe contentus, quam tibi aſtra inclinationem indiderint. Itaque affirmo, Lunam in eiuſmodi & ſigno & domo eſſe, quæ ad rem vxoriam procliuem aliquem reddant: Venerem è contra in ſigno ac domo eiuſmodi eſſe collocatam, quę nuptias auerſetur: hocque idem à ſeptimæ domus domino, qui eſt in ſterili ſigno portendi. Res igitur eſt plena dubij, cum Sol, Iupiter, atque Saturnus, Veneris triplicitatis domini, nullo Venerem ipſam aſpectu intuentes, te vxorem non ducturum deſignent: vt Albubater ſuis in obſerua. cap. 171. ſcriptum reliquit: ſed ex altera parte crediderim, te in matrimonium collocandum, cum Iupiter in Veneris terminis cõſtituatur. Quare concludamus licebit, te in ancipiti verſaturum, vxorem ſis ducturus necne, neque ita cito quid ſis facturus, decreturum: ſed tandem de re vxoria vbi certo ſtatueris, in conſilium amicos adhibere non grauaberis, quibus auditis, de tua priori ſententia decedens ad iuriſconſulti, aut eius, cui inſeruieris, aut alicuius ſanguine aliquo pacto tibi coniuncti (quatenus tamẽ tibi per leges Chriſtianas licuerit) filiam ducendam animum applicabis: ſed tamen Luna cum ſit infortunata, Venuſq; retrogradi motus, erunt in cauſſa, vt aliqua in matrimonio concludendo impedimenta oriantur, quod diu protrahetur: tandemque ex improuiſo omnia ad concordiam reuocabuntur.

Quo ad tempus, dico id tandem in matura iam ætate fore, vt Abenragel cap. 6. part. 5. habet, quandoquidem Venus eſt retrogradi motus: Iupiterq; ſecundæ triplicitatis ſeptimæ domus dominus eſt occidentalis.

Quo

Digitized by Google

Quo ad vxorum numerum, Ptolemæus cap.4. lib 4.ait, cũ penes Lunæ ad diuerſos planetas applicationem eſſe expendendum: quæ quidem tua in geneſi ad Martem ſolum appellit: quare vnam ſolam tibi vxorem aſtra decernunt: ſed & Venus in fixo ſigno collocata, vnam tantum permittit vxorem, licet Iupiter in ſeptima cæli domo conſiſtat.

Tua vxor tibi eſt futura ſuperſtes, vt Mars, ad quam Luna applicat, quique melius ea diſponitur innuere videam, quatenus nullo infortunio vexatur. Cum vero Luna ſit infortunata, id eſt argumẽto, te ante vxorem diem obiturum extremum.

Circa tuæ vxoris qualitatem, Mars eam magno animo, ſeruitutis impatientem, iniuriarum vltricem, bilioſam, & faſtu tumidam oſtendit. Sed Sol in ſeptima domo poſitus, cuius & eſt dominus te ad eam vxorem ducendam quę ſit honeſti nominis & ſanguinis, procliuem reddet: Iupiterque vxorẽ probam, honeſtam, piam, religioſam, matrimoniũ legitimum, ex mulieribus gaudium, ſenectutẽ honeſtam, vxorem pulchram ac diuitem, ſed aſtutam ac ſagacem ſignificat vt etiam Mercurius in ſeptima domo exiſtens indicat.

Itemq; decimæ domus domin' in ſeptima cõſtitutus, te vxorem ſanè probam, prudẽtem, nobileq; habiturum, per eámque magnos honores adepturum ſignificat. Hoc eſt, quantum ex ſtellis de matrimonio coniicere licuit.

*De Filiis.*

Gemini, quod eſt ſignum ſterile in quinta cæli domo conſtituti, Mercuriúſque eius ſigni dominus in ſigno ſterili exiſtens, filios tibi nõ ita ſtatim elargientur: nam non admodum proleficus natura eris: Sed ſi vxorem fœcundam nactus fueris, vnicum maſculum, vnicamque fœmellam tantum ſuſcipies. Luna enim in quinta cæli domo collocata, quæ ſuo antiſcio Geminos fecit. Filius erit tibi admodum immorigerus, ſæpéque cum eo tibi fuerit altercandum, vt quintæ domus dominus in ſeptima collocatus oſtendit: quia vero ſextæ domus dominus in quintam cadit, quæ eſt damnata, filios ante maxima cum charitate alendos denotat: quare omnis labor pro eis ſuſceptus leuis videbitur, nimium de eis tibi placebis, blanditiis ſemper eos delinies: hincque fiet, vt cum ad grandem ætatem peruenerint, tibi audeant inſultare.

De filiorum morte, fortunáque qualia ſint futura, ex eorum geneſibus conſiderari poterunt: nã cum non ſolum vir, ſed & vxor ad filios procreandos conueniat: ad prolis euentus prænoſcendos, viri natiuitas inſpecta non ſufficit.

*De amicis atque inimicis.*

Quo ad amicos dicam, Saturnũ atque Martem cum in horoſcopo, prior per pręſentiam, alter per antiſcium reperiantur, magnum amicorum numerum ſignificare, qui tamen animum obſcurum nõ ſimplicem aut fidelem erga te gerent: maximáque eorum pars vtilitatis gratia amicitiam ſectabitur: quia vero vndecimę dom' dominus, ad horoſcopi dominum appellit, multorum tę familiaritate vſum demonſtrat, vt Abenragel cap.13. part.4. habet. Itémque cum horoſcopus ſit ſignum humanũ, hinc fiet, vt tu multum hominum conſuetudine delecteris, ſolitudinẽ fugias, & à taciturnitate abhorreas, vt Ptolemæus ſententia 45. ſuorum dictorum ſentit.

Amicorum qualitas penes planetam, qui in vndecimam domum dominationem exercet, exigetur: erunt autem ij ſenes, auari, ruſtici, infimæ conditionis homines. Iupiter autem vndecimę domus dominus nobiles viros, diuites, bonos, potentes, ſacrorum antiſtites, religioſos, iudices, legiſperitos, ciuitatum præſides, & homines natura benignos ſignificat, & Ioannes Hiſpalenſis ſcriptum reliquit cap.17.lib.2.

Quo ad amicorũ in amicitia conſeruanda conſtantiam, dico quod cum in vndecima cæli domo reperiatur ſignum Sagittarij, quod eſt commune ſignum, exiſtat, amicos promittere, qui cum iuſto temporis ſpatio in amicitia perſeuerauerint, tandem amicitiæ vincula diſſoluant: ſed tamen vbi à te receſſerint, nullum ab eis aut emolumentum, aut damnum expectes. At Saturnus horoſcopi dominus, cum Ioui vndecimæ domus domino opponatur, aliquem ex tuis amicis à te detrimentum paſſurum ſignificat, vt Albohaly cap.5. ſuarum obſeruationum aſſeuerat. Itémque affirmo te ab aliquo amicorum damnum reportaturum, vt prædicta conſtellatio videtur innuere.

Itémque Iupiter in Mercurij domicilio, cum vndecimæ ſit domus domin', te familiaritatẽ cum magnæ auctoritatis viris habiturum denotat, quibus cum fortunatus eris, & propter eos tuum nomen in multis ciuitatibus atque prouinciis erit celebre.

Venus quoque in tertia cæli domo per antiſciũ exiſtens, amorem inter fratres efficit; eadem multos amicos atque ſocios conciliat.

Quo ad inimicos dico, Solem, Mercurium, atq; Iouem, cum in ſeptima cæli domo reperiantur, multos tibi inimicos conflaturos. Itémque duodecimæ domus dominus in prima conſtitutus, inimicos ſignificat atque aduerſarios, à quibus impugneris, vt Albohaly capit.36. ſuarum obſeruationum ſcripſit.

Sed & Aquarius in horoſcopo innuit, te multos occultos inimicos habiturum, téque ipſum tuarũ tibi moleſtiarum cauſſam futurum, quas tibi aduerſarij ſunt exhibituri, vt Hiſpalenſis cap. 18. lib. 2. habet.

De tuorum aduerſariorum potentia Sol in ſuo domicilio in ſeptima domo oſtendit eã nõ exiguã fore, qua freti aliquid tibi mali inferant: Mercuriúſque in ſeptima tibi nonnihil incommodi ab aliquo mercatore portendit. Imo & Iupiter in ſeptima cæli domo, te interdũ iudices, iuriſconſultos, atq; cauſidicos habiturũ aduerſos cõminatur. Sed tamen tui aduerſarij tandem tecum pacem inire, & ad iuſtas concordiæ conditiones venire expetent, vt Capricornus in duodecima cæli domo ſignificare videtur. Iupiter autem tibi victoriam de aduerſariis, honeſtámque ſenectutem. Sol autẽ, te oppugnandum à potentibus: Mercurius vero, in ſeptima domo te calculatoria arte delectandũ,

tuique

Digitized by Google

tuique contemptores homines fore verſutos,atq; mulierum cauſſa te aduerſa multa paſſurum deſignat. Sed tamen de aduerſariis proſtratis gaudebis,vt decimæ domus dominus,in ſeptima collocatus oſtentat.

Itemque duodecimæ domus dominus in prima poſitus,te multos experturum inimicos,domeſticos præſertim, magnáſque tibi ex illis moleſtias creandas in priori ætatis parte, multóſque inſidiatores in corpus,animumque tuum impetum facturos minatur: ſed tamen cauda Draconis Lunæ in duodecima cæli domo poſita,exitium tuis aduerſariis afferet, maioremque illis faceſſet moleſtiam quam illi tibi exhibuerint.

*De Itineribus.*

Cum Luna atque Mars in parte cæli cadenti reperiantur,te ad itinera facienda valde procliuem reddent. Dominus etiã nonæ cęli domus,in octaua collocatus,te totum in opibus cumulandis poſitum iri ſignificat, ac proinde te itinera multa ſuſcepturum: in longinquas etiam regiones ad aliquod periculum euitandum,ſeceſſurum, aliena etiam regna hæreditatis adeundæ gratia peragraturum denotat.

Quo ad itinerum ſucceſſus,dico Solem , in ſuo domicilio conſtitutum proſperam in itineribus fortunam denotare: quod idem Venus in tertia cæli domo per antiſcium collocata ſignificat, itẽque te peregre magnos honores conſequuturum. Sed tamen Luna,cum infortunata exiſtat, aliquod tibi diſcrimen in itineribus importatura videtur: ſed eius periculi tempus,inferius ponemus.

Prouinciæ , quæ cum tua geneſi maximam habent conſenſionem ſunt hæ, Francia , Burgundia, Britania, Germania, Bolonia,Creta,Hiſpania,Luſitania,Illyricum,Pedemontium,ac Móſferratus.

Ciuitates,quæ tibi congruunt (de quibus tamẽ ego aliquam habeam notitiam ) ſunt huiuſmodi, Neapolis,Capua,Ferraria,Vicentia,Verona,Bergomum,Imola,Patauium,Maſſilia,Carcouia, Cæſaraguſta, Ticinum, Nouaria, Aretium, Brunduſium,Baſilea,Pariſij,Lugdunum, Toloſa, Tridentum,Piſaurum , Ingelſtadium, Narbona, Auenio, Toletum,Velterræ,Mutina & Colonia.

In hanc materiam nihil aliud mihi ſuccurrit, quod te præmoneam.Nunc ergo, cum quid ſit tibi cauendum , quidve ſectandum teneas , enitere pro viribus id præſtare quo poſsis & debeas , id tecum reputans,hominem per liberum arbitrium vires maiores quàm ſtellas habere.

*De particularibus tuæ geneſeos temporibus.*

Cum ſupra de corporis , animi , atque fortunæ accidentibus diſſeruerimus, ſequitur deinceps, vt dicamus de tẽporibus,quibus maximè tu illis eris obnoxius ,ab anno 27.tuæ ætatis incipientes, qui nonis Auguſti anni 1579.inchoauit : quo tempore Solis directio ad Mercurij terminos tibi acutũ ac perſpicax ingenium inſeret , téque ad id excolendum magnopere excitabit , ita vt excellentius reddat. in actionibus quoque Mercurialibus te valde pollentem , ac hominibus Mercurialibus gratum efficiet,atque plurima in re familiari augmenta præſtabit,expenſas vero à te factas fructuoſas faciet,tuáque conſilia ad exitum ſanè quã fortunatum adducet: ſed tamen iracundiorem te ſolito reddet: efficietque vt optata nuncia ad te afferantur,mortuorũ cauſſa aliquid moleſtiæ,quod tamen cum tua vtilitate ſit coniunctum percipiat: tuus etiã pater , aut conſanguineorum vel amicorum aliquis, quem fratris loco diligas , in mortis periculo verſetur:tuæque vitæ rationes in eodem ſtatu perſeuerent, vt etiam horoſcopi directio ad trinum Veneris aſpectum innuit. Aſtrologi eius ſunt ſententiæ,vt hoc anno ad itinera te vehementer inclinari ſentias , aut aliquò ad negotia peragenda mittaris : ſed tamen ſi te in iter dederis, tibi aliqua incommoda,ac moleſtias ex eo denũcio.

Anno 28. tuæ ætatis Solis directio ad corpus Martis,Lunæque directio ad Saturni terminos tibi nonnullas moleſtias comminantur:nam aut ab aliquo in honore læderis, aut alicuius impugnationem experieris. Sed tamen, cum hoc tempore directio horoſcopi ad Veneris terminos , adque ſextilem partis fortunæ aſpectũ oriatur, tuum ſtatum amicorum opera ac præſidio conſeruandum eſſe,exiſtimato. Timebis autem carceres , quæ tamen tibi contingere non poterunt.Audies etiam nuncia triſtia atque ingrata, inimicique tibi negotium faceſſent.Sed tamen ad prædictum finem tua conſilia,deduces,ita vt amplius ea aggredi non ſit tibi neceſſe : votique compos fies.

Anno 29.Solis directio ad quadratum Lunæ aſpectum,odium tibi ex infima plebe conflabit , ita vt in multas incidas calumnias , tuáque arcana diuulgentur: ſed tamen hoc tempore in re augenda proſpera vteris fortuna: periculáq; aut ex belluis aut ex aquis perpetieris: tuæque actiones in multorum vituperationes incurrent , ſed tandem fœlicem exitum ſortientur : ſed ex itineribus ad quæ tunc valde eris propenſus damna atque pericula reportabis.Sed tamen ſpes tibi maiorem in modũ creſcet,votique compos redderis , plurimos tibi comparabis amicos , magnam ex hominibus eximiæ auctoritatis vtilitatem lætitiáque *percipies:* ſed conſanguinei tui magnam facient iacturam.

Anno 30.Solis directio ad Saturni antiſcium te ita animo perplexo reddet,vt tibi non conſtes:ſed tamen tuis in actionibus præclare tecum agetur: itemque catarrho , & rheumate laborabis : in bonis etiã ſtabilibus aliquid detrimenti capies , aut in aliquem incurres,qui tua ſurripiat : inuidóſque qui tibi aſsiduè detrahant,habebis: ſed amarulentum eorum os obſtruetur , tuiſque inimicis ſuperior efficieris: hoc etiam anno fauſtiſsima ad te nuncia afferentur,eiuſque ad fœmellas procreandas aptiſsimus : itemque aliqui ex tuis inimicis ſponte tuam amicitiam expetent.

Anno 31. Solis directio ad Iouis terminos tibi honores,& quandam publicam dignitatem decernit.Hoc anno fortuna tibi fauebit: plurimas comparabis opes : ſed aduerſa fortuna tibi videbitur exitium apparare , ſed eadem ad tranquillitatem redacta fœlicem ac floridum rerum ſtatum afferet:

Digitized by Google

ret. Itinera honorifica ſuſcipies, ex quibus plurimum emolumentum reportabis. Necnon amoribus, titillationibuſque Venereis eris obnoxius, non abſque tamen aliquo tuæ vitæ periculo.

Anno 32. Solis directio ad ſextilem Veneris aſpectum tuum vitæ ſtatum reddet meliorem. Hoc anno valde ad rem familiarem eris attentus, in cuius comparatione forte valde proficies. Sed mortuorum cauſa in maximas conicieris turbas. Potentes habebis inimicos, qui tibi maximas lites intendant, tuumque ſtatum non mediocriter labefactabunt. Sed tamen Luna per directionem ad Iouis terminos bonam tibi fortunam pollicetur: itemque ſpem afferet, vt tua conſilia ad optatum finē abſque vllo tuo detrimento perueniant. Amicitiam cum nobilibus hoc tempore cōtrahes, quæ tibi fœliciter cadet, feréque ſemper eris voti compos, & ab omnibus diligeris.

Anno 33. Regiæ domus directio ad Lunæ corpus, Lunæque directio ad ſextilem Martis aſpectū in ſignis magnarum deſcēſionum corporis valetudinem tibi afferet: efficietque vt plurimæ tuæ actiones, cum exitum ſint infœlicem ſortitæ, ſint repetendæ. Et quia perturbato animo eris, tua tibi negotia infœliciter cadent: tua ſpe eluderis: cum tuis amicis inimicitias ſuſcipies: nuncia infauſta ad te afferentur; meáque ſententia hunc annum tibi infortunatum ſenties.

Anno 34. Solis directio ad ſuum ſextilem aſpectum tibi ſtatus in melius commutationem pollicetur, magnáque emolumenta à nobilibus viris tibi præſtabit. Sed tamen hoc anno aliquam patieris iacturam à furtis, aut ab aliis huiuſmodi incommodis: at tuæ actiones proſperè tibi ſuccedent: in tuis negotiis expediendis eris velox: ſed nonnihil ab iis, qui tibi præſunt, diſſenties, & ſcriptorū cauſa aliquid moleſti ſenties. Cum ſociis autem eris fortunatus.

Anno 35. ætatis Regiæ domus directio ad ſextilem Iouis aſpectum aliquid tibi honoris ex Iouialium, religioſorum, aut equitum, cauſſa decernit. Hocque anno ex tuis actionibus, ſtudiis, atque artificiis magnam vtilitatem, & multorū gratiam reportabis. In re familiari magnam acceſsionem facies, nam fortuna vehementer in hoc tibi fauebit. Iter aliquod honorificum pariter & vtile ſuſcipies. Item aliquis tibi inimicus morietur. Demū hoc anno omnia tibi fœlicia fauſtáque promittito,

Anno 36. Horoſcopi ac Lunæ directio ad Martis terminos grauiſsimum tibi morbum portēdit: itemque animantibus magna pericula. Sed tamē hoc anno aliquam dignitatem non ſine autem labore & moleſtia conſequeris; & in re familiari eris valde fortunatus. Aliquis tibi hoc anno amicus morietur: & ſæpe ſpe fruſtraberis: amicorum cauſſa aliquod periculum ſubibis: potentes habebis aduerſarios, quibus haud poteris repugnare.

Anno 37. Horoſcopi directio ad trinum Solis aſpectum, maximum tibi eorum, qui obtingere poſſunt, honorem decernet, eiuſmodi enim directio principum virorum nato beneuolentiam cōciliat, qui tantam tibi fidem habebunt, vt maxima quæq; tuæ fidei ſint credituri: ab eiſque tu quicquid optaueris, facili negotio ſis impetraturus. Quare tua omnia ſeſe optimè hoc anno ſunt habitura. Sed tamen mortuorū cauſſa maximas ſenties moleſtias, in periculum etiam venies, ne capite ictu aliquo vulnereris. Multos amicos & non reales habebis: ſed omnium votorum tuorum efficieris compos.

Anno 38. Horoſcopi directio ad Saturni terminos malè affectum corpus reddet ex pituitæ redūdantia. Hoc anno multa quæ mirum in modnm tibi animum perturbēt, eueniet: fortaſſe etiam aliquid tibi moleſtiæ ſenes, & Saturnij homines exhibebunt, qui te acerrimo odio proſequentur, in maximáſque curas conicient. Hoc anno, ſi vxorē nondum duxeris, de ea ducēda ſerio cogitabis, & de hoc tecum ab amicis aget. Eris præterea amoris laqueis implicatus, hincque fiet, vt ſæpe in contentionem vnà cum te maioribus venias: quandoquidem Luna contra ſignorum ordinem ad Iouis quadratum venit.

Anno 39. Solis directio ad Martis terminos tibi duplicem tertianam febrim immittet, aliquam in re familiari iacturam importabit; ſed tamen lucrum ſequēs non ſolum cumulatè damnum compenſabit, ſed multis quoque partibus ſuperabit: vt Lunæ directio contra ſignorum ordinem ad trinū partis fortunæ aſpectum indicare videtur. In cæteris quoque fœlicia quoque ſtellæ tibi pollicentur,

Anno 40. Solis directio ad Martis terminos cōtinuam tibi febrem, periculi plenam irrogabit, iramque principum, & cum potentibus viris inimicitias denunciant. Hoc anno aliquis ex amicorum numero apertas tecū inimicitias geret, à quo non mediocriter vexaberis; cum amicis non admodum proſpera vteris fortuna: quidámque tibi chariſsimus amicus maximo quidem cum animi tui dolore morietur: multæque tuæ ſpes irritæ euaneſcent: ſed tamen multis laboribus non ſolū vitæ tuæ ſtatum conſeruabis, ſed etiam longè meliorem, illuſtrioremque reddes.

Anno 41. Lunæ directio ad Mercurij terminos tuum animum eruditis cogitationibus exhilarabit, téque earum artium ſtudioſum reddet, quæ Mercururio attribuuntur. Quare hoc anno erga Mercuriales afficieris, qui viciſsim te omni officiorum genere proſequentur: melioremque tui ſtatus conditionem reddes. Neceſſaria itinera ſuſcipies, ad magni momenti negotia pertractanda miſſus: itinera huiuſmodi tibi maximo honori atque vtilitati erunt. Omnia maxima cum prudentia atque fœlicitate adminiſtrabis.

Anno 42. Horoſcopi directio ad quadratum Veneris aſpectum, te mulierum, aut nimij coitus, aut crapulæ, aut pharmacorum cauſſa morbo aliquo laboraturum ſignificat. Hoc anno multa tibi pericula ab inimicis imminebunt cum multis quoque contendes, atque in diſſenſionem venies: itē mortuorum cauſſa lites erunt tibi ſuſcipiendæ, hæreditatémque adibis: animo eris valde perturbato. Sed tamen tua conſilia ad fœlicem exitum perducentur.

Anno 43. Solis directio ad ſextilem partis for-

tunæ

Digitized by Google

tunæ aſpectum fœlicem tibi in re familiari comparanda fortunam pollicetur. Hoc anno peregre proficiſceris rei augēdæ gratia: amicorum numerum vehemēter adaugebis, qui ex omni hominum genere conſtabit. De tuis inimicis victoriam reportabis: necnon multa tam bona quàm mala ad te afferentur magnopere tuæ vitæ ſtatus tentabit, quem vix ſartum tectum conſeruabis.

Anno 44. Lunæ directio ad ſextilem Veneris aſpectum tibi fœlicem atque honorificum vitę ſtatum pollicetur, ita vt ad aliquam dignitatem eueharis. Sed tamen plurimas pecunias impendes, atque ideo multum de re familiari detrahes: tuæ quoque actiones in longum producentur, in maximáſque difficultates incurrent: ſed tandem ad optatum eas finem perduces, ita vt tibi eas iterare non ſit opus.

Anno 45. Solis directio ad ſextilem Iouis aſpectum tibi honores, atque publicam quandam dignitatem, aut adminiſtrationem, aut magiſtratum decernit. Hoc anno principes viri in magni momenti negotio tua opera vtentur, in quo adminiſtrando magnam laudē cum ſumma vtilitate coniunctam conſequeris. Amicis autem commodus atque officioſus eris: ſed aliquo de quo magnam ſpem conceperis fruſtraberis: de cæteris voticompos redderis. Animo valde læto eris, ſed nulla gaudij cauſſa extabit.

Anno 46. Solis directio ad trinum Lunæ aſpectum, te proſpera vſurum fortuna in honoribus, & in cunctis tuis actionibus principum ac amicorum ſtudio demonſtrat. Hoc anno ita rei familiari operam dabis, vt annuos prouentus mirum in modum exaggeres. Sed tamen te ab itineribus deterreo, ad quæ tunc maximè eris propenſus: nam omnes labores fruſtra inſumpſeris, & in maxima damna ac pericula ex iis incurres.

Anno 47. Lunæ directio ad Martis terminos febrem tibi aduſtam immittet: ſed Horoſcopi directio ad trinum Iouis aſpectum tibi fauſta quæque cum Iouialibus, ſacrorum antiſtibus, nobilibuſq; equitibus decernit. Ab his facilè, quicquid petieris reportabis: ſed & cuncta, quæ geres, ad fortunatum finem perduces. ſed ea præcipuè, quæ in opibus augendis occupabuntur. At cum famulis infœlici fortuna vteris. Si vero filios tunc habueris, ex illis tibi plurimæ moleſtiæ orientur.

Anno 48. Horoſcopi directio ad ſextilem Lunæ aſpectum, amicitias tibi maximè fructuoſas atque iucundas decernit. Hoc anno voluptatis cauſſa peregrè proficiſceris, neque voto fruſtraberis. Quicquid autem cum mulieribus aut earum cauſſa, vel cum propinquis perages in tuos vſus cedet. Atq; demum fœliciſsima te hoc tempore fortuna comitabitur. Sed tamen ex propinquis aliquis tuo magno cum dolore mortem cum vita commutabit: Itemque catarrho, ac rheumati eris obnoxius. Atque poſt hac fortuna tibi apprime propitia te omni fœlicitatis genere cumulabit. Quare extremam manum huic meo de te vaticinio imponens, Deum obſecrabo, vt optima quæque promoueat, infœlicia autem penitus auerruncet.

Vale Lugduno V. Kal. Decembr. 1579.

*Franciſcus Iunctinus Doctor Theologus.*

Digitized by Google

# FRANCISCI IVNCTINI FLORENTINI, SACRAE THEOLOGIAE DOCTORIS,

## Tractatus Iudicandi reuolutiones natiuitatum.

*Opus nunc demum ab ipſo authore multis in locis auctum, ac ſublatis omnibus erroribus integritati reſtitutum.*

* *
*






Digitized by Google

# FRANCISCI IVNCTINI

## FLORENTINI, SACRAE THEOLOgiæ Doctoris, in Tractatum Iudicandi Reuolutiones natiuitatum, ad pium candidúmque Lectorem,

## *PRAEFATIO.*

*QVI magnarum artium præcepta, ingenij fama inclyta cupientes perfrui, ad vtilitatem hominum, poſteritatiſque memoriam ſtylo ac literis perſequi nituntur: excubare vſque ſedulo debent, accuratéque inſpicere, ne rudem infirmúmque auditoris animum magnitudine rerum obruant. Stultiſsimum enim eſt, quem facilitatis ipſius quodam quaſi lenocinio inuitare atque allicere debeas, difficultate rerum magna propoſita primo aditu deterrere, ſtudiorúmque deſertorem efficere. Nam cùm ad nullius rei ſummam, niſi præcedentibus initiis perueniri poſsit: ſintque ſuę cuiuſque artis elementa quædam propria, & quaſi peculiaria tyrocinia: leuiter illa primùm delibanda ſunt, gradatimque mox ad altiora veniẽdum. Natura ſiquidem comparatum eſſe videmus, vt qui docendi turbato ordine, & loco (quod aiunt) non ſuo vno veluti faſce complecti cuncta deſiderant, operæ pretium ad extremum ad feciſſe videantur, quod facere illi ſolent, qui inania vaſa, quę anguſti oris ſunt, celerrimo quodam impetu opplere liquore geſtiunt: diffundentes temerè, quem ſenſim atque paulatim inſtillare debuiſſent. Quocirca ne illorum inſtar nos item operam noſtram luſiſſe videamur: dabunt mihi veniam eloquentiæ candidati, ſi dum dilucidè atque ordine cuncta ſuo cupio diſtinguere ſtylo parum eleganti, & pingui, (vt dicitur) Minerua præcepiſſe aliquid videar. Cuius profectò rei facile me à bonis veniam impetraturum eſſe confido. Nam*

*Ornari res ipſa negat, contenta doceri.*

*Dictum eſt hactenus ſatis abundè ſuperius, de his quæ ad conſiderationem natiuitatum pertinent, vnà cum earum obſeruationibus omnigenis, liberalium artium ſtudioſis admodum neceſſariis. Nunc diſſerendi ratio exigere videbatur, vt ſpeculi huius noſtri parte iſta ſecunda, in qua de Reuolutionibus anniuerſariis natiuitatũ ſuſcepta à nobis pertractatio eſt, de iis ipſis tam generaliter quàm ſigillatim mentionem aliquam accuratius faceremus, ſpecialem in præſentia tractatum præmittentes, ſine cuius adminiculo ad aſtrologicę artis ſtudia illa pręclara, optatúmque ſcientiæ finem nemo vnquam peruenire poſsit. Reuolutio autem anni natiuitatis, eſt à minuto in quo erat Sol in natiuitate alicuius nati, vſque dum ipſe reuoluatur, & circulariter tranſeat totum Zodiacum, & reuertatur ad idem punctum. Reuolutio ſiquidem inter cæteras res præcipuè eſt vtilis, & cuius ſignificata longè cæteris altiora eſſe manifeſtò appareat: ita de ea ad ipſius certitudinem facilius inueniendam, perfectam conuenit cognitionem haberi. Neque enim perperam à Platone dictum eſt, quemadmodum vbi Sol minutum primum Arietis attigit, mundum renaſci arbitramur: ſic & hominem ipſum renaſci videri, cùm primum Sol minutum idem ſubierit. Quapropter præſtantiſsimorum Aſtrologorum veſtigia ſecutus, dicam ea quæ huic operi vtilia eſſe mihi maximè videantur: Ptolemæi, Hermetis AEgyptij, & Abenragelis atque aliorum etiam, qui hac in ſcientia clariores habiti ſunt, apte ſuo loco decreta ſententiáſque commemorans: addendo ea quę mihi vtilia magis eſſe videbuntur. Quoniam autem in prima libri huius editione, quam ſub patrocinio ſtrenui clarique viri PETRI ARNALDI NAVALII prætoriæ cohortis præfecti apud illuſtriſsimum atque omni Virtutis genere abſolutiſsimum virum Lugdunenſis ciuitatis Gubernatorem, D. FRANCISCVM MANDELOTIVM, in publicum dedi, plures poſtea inuenti ſunt errores, emaculare librum decreui, atque iterum in lucem emittere: vt quiſquis eiuſcemodi eſſet rerum auidus, aphoriſmis multis, ſententiis, & additionibus mirificè adaucto locupletatóque libello, arbitratu ſuo tandem illo perfrui poſſet. In quo equidem componendo exactéque concinnando diligentiæ tantum inſumpſi, quãtum mihi ſummi præpotentiſque Dei benignitas ſuppeditare fuit dignata. Accipite igitur alacri ſtudio ſyderalis ſcientiæ cultores, labores, quos vobis offerimus: quibus ſi vos delectari intellexero, ad maiora, Chriſto auſpice, multò diligentius accingar. Valete.*

FRAN-

Digitized by Google

# FRANCISCI IVNCTINI MATHEMATICI FLORENTINI

## De rebus vniuerſalibus, Tractatus primus.

### *De erigendis figuris cæleſtibus pro annorum reuolutionibus alicuius nati.*

QVVM Iulianus annus ad Solẽ referatur, omnes Genethliaci conuerſiones annuas ſupputare conſueuerunt à Solis peragratione: cùm igitur reuolutio alicuius nati ſit reuerſio Solis ad eũdem punctum Zodiaci, in quo fuit natiuitatis hora: debes ſecundùm id tempus fabricare figuram duodecim domorum cæleſtium, & ſupputare loca planetarum per medios motus, & certos curſus, per quos computatum fuit natiuitatis initium: & ſic nulla erit diſcordia in computationibus. Verum reperio Indos, qui dixerunt annum ſolarem conſtare 365. diebus & quarta diei parte & quinta vnius horæ. Et ſunt ſecundum hoc in qualibet reuolutione 93. grad. & iterum 2. partes. Sapientes autem Perſarum dixerunt additionem ſupra quartam eſſe vnam partem de 115. Et Tabahas dixit additionem fore 92. grad. & iterum 24. partes, ergo eſt hæc vna pars, in 150. annis. Et Abrahim Atarcas dicit additionem eſſe vnam partem in 160 annis. Et Abetam dicit hoc eſſe 90. gradu, ſine additione & diminutione: Et Ptolemæus aſſerit annum eſſe minus quarta diei vnius pars vna 300. diei. Et ſapientes magni Saracenorum dixerunt poſt eum ſicut yehagy filius Dauid Menaſſaur, & ſicut Almerudezi, & ſicut Euenalmapkaye, & Albategni. Iſti quidem cõcordati ſunt diminutionẽ eſſe vnam partem ex 106. parte diei. Et tunc erit inter quamlibet reuolutionem 86. grad. & 24. partes. Et nõ oportet in his verbis multum morari, vt ſciantur an verba cuiuſlibet ſint falſa, an ſint accipienda vera. Et eſt verum quod plurima ſunt vera: ſed indigent ipſa gloſſis magnis.

Abrahamus verò Auenaris, qui fuit poſt Chriſtum annis 1145. & ante compoſitionem tabulæ Alphonſinæ annis 100. ita ſcripſit in libro reuolutionum. Verum, approbatum, expertumque ab hodierna die, donec tranſiuerint 200. anni. & non fiet reprehenſio homini in aliqua parte eſt, quoniam inter quamlibet reuolutionem ſunt 87. gradus, & 15. partes. Et aſpiciendum eſt quot anni tranſiuerint nato, & multiplica numerum annorum per numerum iſtius additionis. &c. Et in libro qui dicitur rationum ita ſcripſit. Quoniam motus Solis eſt annus cõpletus: Et ratio donec reuertatur ad illum ſecundum, in quo fuit in puncto natiuitatis augentur ſuper dies horæ 5. minuta 49. in vna die. reuertitur enim tũc totus circulus qui habet 360. gradus, & quælibet hora eſt 15. grad. & quælibet quatuor portiones gradum vnum, & quælibet portio 15. minuta &c. Quare ad euitandos huiuſmodi labores ſupputationis, exarauimus ſequẽtem tabellam, ſecundùm quam ages in hunc modum.

Dato nati alicuius anno, ad quem reuolutio conſtituẽda eſt, ingredere tabellam reuolutionum natiuitatum cum annis completis, eoſque inquire in columna annorum expreſſa à parte ſiniſtra numerorum charactéribus, & è regione eorum offerent ſe horæ cum minutis, & aliis fractionibus horarum, quæ ſemper addantur tempori tuæ natiuitatis, ac prodibunt horæ & minuta reuolutionis natiuitatis à meridie inchoatæ. Et ſi id productum quod poſt additionem prouenerit, fuerit minus viginti quatuor horis, ſerua: quia ipſæ ſunt horæ illius diei, qui ex menſe præteriit. Si autem fuerit maius 24. horis, tunc pro viceniſquaternis horis, vnum diem diebus menſis ſuperadde: & reſiduum retine pro horis & minutis illius reuolutionis. Hoc itaque tempus ſeorſum ſeruabis: ipſum nanque per doctrinam ſequentem æquari neceſſum erit propter motum octauæ ſphæræ hoc modo.

Ingredere tabulam æquationis temporis reuolutionum cum vero loco Solis radicis, ſignum Solis in capite tabulæ, gradum eius verò in prima numerorum ſerie illius tabulæ perquire, & eregione dextrorſum ſub ſigno Solis, numerum ſecundorum compertum multiplica cum annis nati completis: & productum diuide per 60. & illicò exibit pars proportionalis addenda tuis horis, prius ſeruatis, vel ab eis minuẽda: prout literæ A. vel M. in fronte tabulæ inſinuãt. Verum ſi annus fuerit biſſextilis poſt menſem Februarij vna dies erit amouenda. Hoc pacto tempus tuæ reuolutionis æquatum à meridie emerget. Diem verò eũ aſſumes ex Ephemeridibus, cui reſpondet locus Solis numero graduum, & minutorum proximè minor eo, quem in radice natiuitatis Sol occupat. Inuento igitur die, hora, & minuto reuolutionis, facile iuxta doctrinam Ephemeridum figuram cæleſtem eriges, cui poſtea ſingulorum planetarum loca inſerẽda ſunt.



Digitized by Google

*Tabula reuolutionum in natiuitatibus ex vera anni Tropici æqualis, ſiue medij magnitudine.*

| Anni | Ho. | Min. | Sec. | Ter. | Qua. |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 5 | 49 | 15 | 58 | 51 |
| 2 | 11 | 38 | 31 | 57 | 42 |
| 3 | 17 | 27 | 47 | 56 | 34 |
| 4 | 23 | 17 | 3 | 55 | 25 |
| 5 | 5 | 6 | 19 | 54 | 16 |
| 6 | 10 | 55 | 35 | 53 | 7 |
| 7 | 16 | 44 | 51 | 51 | 58 |
| 8 | 22 | 23 | 7 | 50 | 50 |
| 9 | 4 | 23 | 23 | 49 | 41 |
| 10 | 10 | 12 | 39 | 48 | 32 |
| 11 | 16 | 1 | 55 | 47 | 23 |
| 12 | 21 | 51 | 11 | 46 | 14 |
| 13 | 3 | 40 | 27 | 45 | 6 |
| 14 | 9 | 29 | 43 | 43 | 57 |
| 15 | 15 | 18 | 59 | 42 | 48 |
| 16 | 21 | 8 | 15 | 41 | 39 |
| 17 | 2 | 57 | 31 | 40 | 20 |
| 18 | 8 | 46 | 46 | 39 | 12 |
| 19 | 14 | 36 | 2 | 38 | 3 |
| 20 | 20 | 25 | 18 | 36 | 54 |
| 21 | 2 | 14 | 34 | 35 | 45 |
| 22 | 8 | 3 | 50 | 34 | 36 |
| 23 | 13 | 53 | 6 | 33 | 26 |
| 24 | 19 | 42 | 22 | 32 | 19 |
| 25 | 1 | 31 | 38 | 31 | 10 |
| 26 | 7 | 20 | 54 | 30 | 1 |
| 27 | 13 | 10 | 10 | 28 | 52 |
| 28 | 18 | 59 | 26 | 27 | 43 |
| 29 | 0 | 48 | 42 | 26 | 34 |
| 30 | 6 | 37 | 58 | 25 | 26 |

| Anni | Ho. | Min. | Sec. | Ter. | Qua. |
|---|---|---|---|---|---|
| 31 | 12 | 27 | 14 | 24 | 17 |
| 32 | 18 | 16 | 30 | 23 | 8 |
| 33 | 0 | 5 | 46 | 21 | 59 |
| 34 | 5 | 55 | 2 | 20 | 50 |
| 35 | 11 | 44 | 18 | 19 | 42 |
| 36 | 17 | 33 | 34 | 18 | 33 |
| 37 | 23 | 22 | 50 | 17 | 24 |
| 38 | 5 | 12 | 6 | 16 | 15 |
| 39 | 11 | 1 | 21 | 14 | 57 |
| 40 | 16 | 50 | 37 | 13 | 48 |
| 41 | 22 | 39 | 53 | 12 | 39 |
| 42 | 4 | 29 | 9 | 11 | 38 |
| 43 | 10 | 18 | 25 | 10 | 21 |
| 44 | 16 | 7 | 41 | 9 | 12 |
| 45 | 21 | 56 | 57 | 8 | 4 |
| 46 | 3 | 46 | 13 | 6 | 55 |
| 47 | 9 | 35 | 29 | 5 | 46 |
| 48 | 15 | 24 | 45 | 4 | 37 |
| 49 | 21 | 14 | 1 | 3 | 28 |
| 50 | 3 | 3 | 17 | 2 | 20 |
| 51 | 8 | 52 | 33 | 1 | 11 |
| 52 | 14 | 41 | 49 | 0 | 2 |
| 53 | 20 | 31 | 4 | 58 | 53 |
| 54 | 2 | 20 | 20 | 57 | 44 |
| 55 | 8 | 9 | 36 | 56 | 36 |
| 56 | 13 | 58 | 52 | 55 | 27 |
| 57 | 19 | 48 | 8 | 54 | 18 |
| 58 | 1 | 37 | 24 | 53 | 9 |
| 59 | 7 | 26 | 39 | 51 | 51 |
| 60 | 13 | 15 | 55 | 50 | 42 |

Sunt autem nonnulli Aſtrologi, qui in Aſtrologicis prædictionibus, Ptolemæi obſeruationib. vt rectè vtantur, ſecundùm motum octauæ ſphæræ themata cæli, & planetarum loca conſtituunt, & quidem tali ratione. Inquirendus eſt locus Solis verus, qui ad diem completum ex Ephemeridibus excerpitur: deinde præceſsio æquinoctij verni apparens hinc eſt ſubducenda, ita remanet locus Solis verus à prima Arietis ſtella numeratus, & non ab interſectionis puncto vernali: quem ſane locum Solis Ephemerides vſitato non exhibent calculo. Reliqua omnia, conſueto modo, pro ſchemate domorum conformando, abſoluuntur. Eadem via planetarum locis computatis, ex Ephemeridibus, ab iiſdem, ad tempus ritè conſtitutum, eadem ſubducenda eſt vera præceſsio, & quod emergit, locum planetæ verum conſtituit, ſecundùm ſtellas fixas, ſeu aſteriſmos, non dodecatemoria, quo vulgo vtimur. Quæ autem ratio in iudiciis maximè congruat cum experientia in tractatu noſtro de natiuitatum iudiciis eam diffiniuimus.

Tabula

Digitized by Google

*Tabula æquationis temporis reuolutionum.*

| ☉ | ♈ | ♉ | ♊ | ♋ | ♌ | ♍ | ♎ | ♏ | ♐ | ♑ | ♒ | ♓ |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Sec. | 2. | 2. | 2. | 2. | 2. | 2. | 2. | 2. | 2. | 2. | 2. | 2. |
| Grad. | m. | m. | m. | m. | m. | m. | m. | a. | a. | a. | a. | a. |
| 0 | 0 | 17 | 28 | 33 | 30 | 19 | 3 | 14 | 29 | 34 | 29 | 17 |
| 1 | 1 | 17 | 28 | 33 | 29 | 18 | 2 | 15 | 29 | 34 | 29 | 16 |
| 2 | 1 | 18 | 29 | 33 | 29 | 18 | 2 | 15 | 29 | 34 | 29 | 16 |
| 3 | 2 | 18 | 29 | 32 | 29 | 17 | 1 | 16 | 29 | 33 | 28 | 15 |
| 4 | 2 | 18 | 29 | 32 | 28 | 17 | | 16 | 29 | 33 | 28 | 14 |
| 5 | 3 | 19 | 29 | 32 | 28 | 16 | à | 17 | 30 | 33 | 28 | 14 |
| 6 | 3 | 19 | 29 | 32 | 27 | 16 | 0 | 17 | 30 | 33 | 27 | 13 |
| 7 | 4 | 19 | 29 | 32 | 27 | 15 | 1 | 18 | 30 | 33 | 27 | 13 |
| 8 | 4 | 20 | 29 | 32 | 27 | 15 | 2 | 18 | 30 | 33 | 26 | 12 |
| 9 | 5 | 20 | 30 | 32 | 26 | 14 | 2 | 19 | 30 | 33 | 26 | 12 |
| 10 | 6 | 21 | 30 | 32 | 26 | 14 | 3 | 19 | 31 | 32 | 25 | 11 |
| 11 | 6 | 21 | 30 | 32 | 26 | 13 | 3 | 20 | 31 | 32 | 25 | 11 |
| 12 | 7 | 21 | 30 | 32 | 25 | 12 | 4 | 20 | 31 | 32 | 24 | 10 |
| 13 | 7 | 22 | 30 | 31 | 25 | 12 | 5 | 21 | 31 | 32 | 24 | 9 |
| 14 | 8 | 22 | 30 | 31 | 25 | 11 | 5 | 21 | 31 | 32 | 23 | 9 |
| 15 | 8 | 23 | 31 | 31 | 24 | 11 | 6 | 22 | 31 | 32 | 23 | 8 |
| 16 | 9 | 23 | 31 | 31 | 24 | 10 | 7 | 22 | 32 | 32 | 23 | 8 |
| 17 | 9 | 23 | 31 | 31 | 23 | 10 | 7 | 23 | 32 | 32 | 22 | 7 |
| 18 | 10 | 24 | 31 | 31 | 23 | 9 | 8 | 23 | 32 | 31 | 22 | 7 |
| 19 | 11 | 24 | 31 | 31 | 23 | 9 | 8 | 24 | 32 | 31 | 21 | 6 |
| 20 | 11 | 24 | 31 | 31 | 22 | 8 | 9 | 24 | 32 | 31 | 21 | 6 |
| 21 | 12 | 25 | 31 | 30 | 22 | 8 | 9 | 24 | 32 | 31 | 20 | 5 |
| 22 | 12 | 25 | 32 | 30 | 22 | 7 | 10 | 25 | 33 | 31 | 20 | 4 |
| 23 | 13 | 26 | 32 | 30 | 21 | 7 | 10 | 25 | 33 | 30 | 20 | 4 |
| 24 | 13 | 26 | 32 | 30 | 21 | 6 | 11 | 26 | 33 | 30 | 19 | 3 |
| 25 | 14 | 26 | 32 | 30 | 21 | 6 | 11 | 26. | 33 | 30 | 19 | 3 |
| 26 | 15 | 27 | 32 | 30 | 20 | 5 | 12 | 27 | 33 | 30 | 18 | 2 |
| 27 | 15 | 27 | 32 | 30 | 20 | 5 | 13 | 27 | 33 | 30 | 18 | 2 |
| 28 | 16 | 28 | 32 | 30 | 19 | 4 | 13 | 28 | 34 | 30 | 18 | 1 |
| 29 | 16 | 28 | 33 | 30 | 19 | 4 | 14 | 28 | 34 | 30 | 17 | 1 |

### *Ad Figuram cæleſtem duodecim domorum erigendam.*

Quum Horoſcopum & eius gradum reuolutionis alicuius nati ſcire volueris, diſce primum ſignum & gradum Solis in radice natiuitatis: cum quo ingredere tabulam domorum ad latitudinem illius habitationis, & in fronte tabulæ quære ſignum Solis, & in columna decimæ domus aſsignata perquire gradum Solis: quo inuento, per lineam tranſuerſalem verſus ſiniſtram accipe horas & minuta temporis à meridie: quas horas adde horis tuæ reuolutiõis prius inuentis per primum canonem, & productum vbicunque reperiatur in eadem tabula domorum, inſinuabit tibi gradus decimæ & reliquorũ quinque cœleſtium domiciliorum. Nam ipſæ horæ principium decimæ, vndecimæ, duodecimæ, primæ, ſecundæ, & tertiæ domus oſtendent. Sex domibus quantum ad earum initia, aut cuſpides cognitis, aliæ ſex per diametralem oppoſitionem in ipſo Zodiaco facillime cognoſcentur. Ne obliuiſcaris tamen, quòd quando numerus minutorum præciſè in tabula non emergit, vtendum tibi eſt numero propinquiori pro domibus cæli conſtituendis, & ſumenda pars proportionalis, vt dicitur à Ioanne Stœfflerino.



Digitized by Google

*Tabula domorum ad latitudinem Gra. 37.*

☉ in ♈

| Domus | | 10 | 11 | 12 | 1 | 2 | 3 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Tẽpus à meridie | | ♈ | ♉ | ♊ | ♋ | ♌ | ♍ |
| H. | m̃. | G. | G. | G. | G. | G. | G. |
| 0 | 0 | 0 | 8 | 18 | 17 | 10 | 2 |
| 0 | 4 | 1 | 9 | 18 | 18 | 11 | 3 |
| 0 | 7 | 2 | 10 | 19 | 18 | 12 | 3 |
| 0 | 11 | 3 | 11 | 19 | 19 | 13 | 4 |
| 0 | 15 | 4 | 12 | 20 | 20 | 13 | 5 |
| 0 | 18 | 5 | 13 | 21 | 20 | 14 | 6 |
| 0 | 22 | 6 | 14 | 22 | 21 | 14 | 7 |
| 0 | 26 | 7 | 15 | 23 | 22 | 16 | 8 |
| 0 | 29 | 8 | 17 | 24 | 23 | 16 | 9 |
| 0 | 33 | 9 | 18 | 25 | 24 | 17 | 10 |
| 0 | 37 | 10 | 19 | 26 | 25 | 17 | 11 |
| 0 | 40 | 11 | 20 | 27 | 26 | 18 | 12 |
| 0 | 44 | 12 | 21 | 28 | 26 | 19 | 13 |
| 0 | 48 | 13 | 21 | 28 | 27 | 20 | 14 |
| 0 | 51 | 14 | 22 | 29 | 27 | 21 | 15 |
| 0 | 55 | 15 | 23 | ♋ | 28 | 22 | 15 |
| 0 | 59 | 16 | 24 | 1 | 29 | 22 | 16 |
| 1 | 3 | 17 | 25 | 2 | 29 | 23 | 16 |
| 1 | 6 | 18 | 27 | 3 | ♌ | 24 | 17 |
| 1 | 10 | 19 | 28 | 3 | 1 | 25 | 18 |
| 1 | 14 | 20 | 29 | 4 | 2 | 26 | 19 |
| 1 | 18 | 21 | 30 | 5 | 3 | 27 | 20 |
| 1 | 21 | 22 | ♊ | 6 | 3 | 28 | 21 |
| 1 | 25 | 23 | 2 | 7 | 4 | 28 | 22 |
| 1 | 29 | 24 | 3 | 8 | 5 | 29 | 23 |
| 1 | 33 | 25 | 4 | 6 | 6 | 30 | 24 |
| 1 | 36 | 26 | 5 | 10 | 7 | ♍ | 25 |
| 1 | 40 | 27 | 6 | 10 | 8 | 1 | 26 |
| 1 | 44 | 28 | 7 | 11 | 9 | 2 | 27 |
| 1 | 48 | 29 | 7 | 12 | 9 | 2 | 27 |
| 1 | 52 | 30 | 8 | 12 | 10 | 3 | 28 |

☉ in ♉

| Domus | | 10 | 11 | 12 | 1 | 2 | 3 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Tẽpus à meridie | | ♉ | ♊ | ♋ | ♌ | ♍ | ♍ |
| H. | m̃. | G. | G. | G. | G. | G. | G. |
| 1 | 52 | 0 | 8 | 12 | 9 | 3 | 28 |
| 1 | 55 | 1 | 9 | 13 | 10 | 3 | 29 |
| 1 | 59 | 2 | 10 | 14 | 11 | 4 | 30 |
| 2 | 3 | 3 | 11 | 15 | 12 | 5 | ♎ |
| 2 | 7 | 4 | 12 | 16 | 13 | 6 | 1 |
| 2 | 11 | 5 | 13 | 17 | 14 | 7 | 2 |
| 2 | 15 | 6 | 14 | 17 | 15 | 7 | 3 |
| 2 | 19 | 7 | 15 | 18 | 16 | 8 | 4 |
| 2 | 22 | 8 | 16 | 19 | 16 | 9 | 5 |
| 2 | 26 | 9 | 17 | 20 | 17 | 10 | 6 |
| 2 | 30 | 10 | 18 | 21 | 18 | 11 | 7 |
| 2 | 34 | 11 | 19 | 22 | 19 | 12 | 8 |
| 2 | 38 | 12 | 20 | 23 | 20 | 13 | 9 |
| 2 | 42 | 13 | 21 | 24 | 20 | 13 | 10 |
| 2 | 46 | 14 | 22 | 25 | 21 | 14 | 11 |
| 2 | 50 | 15 | 23 | 26 | 22 | 15 | 12 |
| 2 | 54 | 16 | 24 | 27 | 23 | 16 | 13 |
| 2 | 58 | 17 | 25 | 28 | 24 | 17 | 14 |
| 3 | 2 | 18 | 26 | 28 | 25 | 18 | 15 |
| 3 | 6 | 19 | 27 | 29 | 25 | 18 | 16 |
| 3 | 10 | 20 | 28 | 30 | 26 | 19 | 17 |
| 3 | 14 | 21 | 29 | ♌ | 27 | 20 | 18 |
| 3 | 18 | 22 | ♋ | 1 | 28 | 21 | 19 |
| 3 | 22 | 23 | 1 | 2 | 29 | 22 | 20 |
| 3 | 27 | 24 | 2 | 3 | 29 | 23 | 21 |
| 3 | 31 | 25 | 3 | 3 | ♍ | 24 | 22 |
| 3 | 35 | 26 | 4 | 4 | 1 | 25 | 23 |
| 3 | 39 | 27 | 5 | 5 | 2 | 26 | 24 |
| 3 | 42 | 28 | 6 | 6 | 3 | 27 | 24 |
| 3 | 47 | 29 | 7 | 7 | 4 | 28 | 25 |
| 3 | 51 | 30 | 8 | 8 | 5 | 29 | 26 |

Tabula

*Tabula domorum ad latitudinem Gra. 37.*

☉ in ♊

| Domus. | | 10 | 11 | 12 | 1 | 2 | 3 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Tẽpus à meridie | | ♊ | ♋ | ♌ | ♍ | ♍ | ♎ |
| H. | m̃. | G. | G. | G. | G. | G. | G. |
| 3 | 51 | 0 | 8 | 8 | 5 | 29 | 25 |
| 3 | 55 | 1 | 9 | 9 | 5 | 30 | 26 |
| 4 | 0 | 2 | 9 | 9 | 6 | ♎ | 27 |
| 4 | 4 | 3 | 10 | 10 | 7 | 1 | 28 |
| 4 | 8 | 4 | 11 | 12 | 8 | 2 | 30 |
| 4 | 12 | 5 | 12 | 13 | 9 | 3 | ♏ |
| 4 | 16 | 6 | 13 | 13 | 10 | 4 | 2 |
| 4 | 21 | 7 | 14 | 14 | 11 | 5 | 3 |
| 4 | 26 | 8 | 14 | 15 | 12 | 5 | 4 |
| 4 | 29 | 9 | 15 | 16 | 12 | 6 | 5 |
| 4 | 33 | 10 | 16 | 17 | 13 | 7 | 6 |
| 4 | 38 | 11 | 17 | 18 | 14 | 8 | 6 |
| 4 | 42 | 12 | 18 | 18 | 15 | 9 | 7 |
| 4 | 46 | 13 | 19 | 19 | 15 | 10 | 8 |
| 4 | 51 | 14 | 20 | 20 | 16 | 11 | 9 |
| 4 | 55 | 15 | 21 | 21 | 17 | 12 | 10 |
| 4 | 59 | 16 | 22 | 22 | 18 | 12 | 11 |
| 5 | 3 | 17 | 23 | 23 | 19 | 13 | 12 |
| 5 | 8 | 18 | 24 | 24 | 20 | 14 | 13 |
| 5 | 12 | 19 | 25 | 25 | 21 | 15 | 14 |
| 5 | 16 | 20 | 26 | 26 | 22 | 16 | 15 |
| 5 | 21 | 21 | 27 | 27 | 23 | 17 | 16 |
| 5 | 25 | 22 | 28 | 27 | 24 | 18 | 17 |
| 5 | 29 | 23 | 29 | 28 | 25 | 19 | 18 |
| 5 | 34 | 24 | 30 | 29 | 26 | 20 | 19 |
| 5 | 38 | 25 | ♌ | ♍ | 26 | 21 | 20 |
| 5 | 43 | 26 | 1 | 1 | 27 | 22 | 21 |
| 5 | 47 | 27 | 2 | 2 | 28 | 22 | 22 |
| 5 | 51 | 28 | 3 | 2 | 29 | 23 | 23 |
| 5 | 56 | 29 | 4 | 3 | 29 | 24 | 23 |
| 6 | 0 | 30 | 5 | 4 | 30 | 25 | 24 |

☉ in ♋

| Domus | | 10 | 11 | 12 | 1 | 2 | 3 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Tẽpus à meridie | | ♋ | ♌ | ♍ | ♎ | ♎ | ♏ |
| H. | m̃. | G. | G. | G. | G. | G. | G. |
| 6 | 0 | 0 | 6 | 5 | 0 | 26 | 24 |
| 6 | 4 | 1 | 7 | 6 | 1 | 27 | 25 |
| 6 | 9 | 2 | 7 | 7 | 2 | 27 | 26 |
| 6 | 13 | 3 | 8 | 7 | 3 | 28 | 27 |
| 6 | 17 | 4 | 9 | 8 | 3 | 29 | 29 |
| 6 | 22 | 5 | 10 | 9 | 4 | 30 | 30 |
| 6 | 26 | 6 | 11 | 10 | 5 | ♏ | ♐ |
| 6 | 30 | 7 | 12 | 11 | 6 | 1 | 1 |
| 6 | 35 | 8 | 13 | 12 | 7 | 2 | 2 |
| 6 | 39 | 9 | 14 | 13 | 7 | 2 | 3 |
| 6 | 44 | 10 | 15 | 14 | 8 | 3 | 4 |
| 6 | 48 | 11 | 16 | 15 | 9 | 4 | 5 |
| 6 | 52 | 12 | 17 | 16 | 10 | 5 | 6 |
| 6 | 57 | 13 | 18 | 17 | 11 | 7 | 7 |
| 7 | 1 | 14 | 18 | 18 | 12 | 8 | 8 |
| 7 | 5 | 15 | 19 | 18 | 13 | 8 | 9 |
| 7 | 9 | 16 | 20 | 19 | 14 | 9 | 10 |
| 7 | 14 | 17 | 21 | 20 | 14 | 10 | 11 |
| 7 | 18 | 18 | 22 | 21 | 15 | 11 | 12 |
| 7 | 22 | 19 | 23 | 22 | 16 | 12 | 13 |
| 7 | 27 | 20 | 25 | 23 | 17 | 13 | 15 |
| 7 | 31 | 21 | 26 | 24 | 18 | 14 | 14 |
| 7 | 35 | 22 | 27 | 24 | 19 | 15 | 15 |
| 7 | 39 | 23 | 28 | 25 | 20 | 16 | 16 |
| 7 | 44 | 24 | 29 | 26 | 20 | 17 | 17 |
| 7 | 48 | 25 | ♍ | 27 | 21 | 18 | 18 |
| 7 | 52 | 26 | 1 | 28 | 22 | 19 | 20 |
| 7 | 59 | 27 | 2 | 29 | 23 | 20 | 21 |
| 8 | 0 | 28 | 3 | ♎ | 24 | 21 | 22 |
| 8 | 5 | 29 | 3 | 1 | 24 | 21 | 23 |
| 8 | 9 | 30 | 4 | 2 | 25 | 22 | 23 |



Digitized by Google

*Tabula domorum ad latitudinem Gra. 37.*

☉ in ♌

| Domus | | 10 | 11 | 12 | 1 | 2 | 3 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Tẽpus à meridie | | ♌ | ♍ | ♎ | ♎ | ♏ | ♐ |
| H. | m̃. | G. | G. | G. | G. | G. | G. |
| 8 | 9 | 0 | 4 | 2 | 25 | 22 | 24 |
| 8 | 13 | 1 | 5 | 3 | 26 | 23 | 24 |
| 8 | 17 | 2 | 6 | 4 | 27 | 24 | 25 |
| 8 | 21 | 3 | 7 | 5 | 28 | 25 | 26 |
| 8 | 25 | 4 | 8 | 5 | 28 | 26 | 27 |
| 8 | 29 | 5 | 9 | 6 | 29 | 26 | 28 |
| 8 | 33 | 6 | 10 | 7 | 30 | 27 | 30 |
| 8 | 38 | 7 | 11 | 8 | ♏ | 28 | ♑ |
| 8 | 42 | 8 | 12 | 9 | 1 | 29 | 1 |
| 8 | 46 | 9 | 13 | 10 | 2 | ♐ | 2 |
| 8 | 50 | 10 | 14 | 11 | 3 | 1 | 3 |
| 8 | 54 | 11 | 15 | 11 | 4 | 2 | 4 |
| 8 | 58 | 12 | 16 | 12 | 5 | 3 | 4 |
| 8 | 2 | 13 | 17 | 13 | 6 | 3 | 5 |
| 9 | 6 | 14 | 18 | 14 | 6 | 4 | 6 |
| 9 | 10 | 15 | 19 | 15 | 7 | 5 | 7 |
| 9 | 14 | 16 | 20 | 16 | 8 | 6 | 8 |
| 9 | 18 | 17 | 21 | 16 | 8 | 6 | 9 |
| 9 | 22 | 18 | 22 | 17 | 9 | 7 | 10 |
| 9 | 26 | 19 | 23 | 18 | 10 | 8 | 11 |
| 9 | 30 | 20 | 24 | 19 | 11 | 9 | 12 |
| 9 | 34 | 21 | 25 | 20 | 11 | 10 | 13 |
| 9 | 38 | 22 | 26 | 21 | 12 | 11 | 14 |
| 9 | 41 | 23 | 27 | 22 | 13 | 12 | 15 |
| 9 | 45 | 24 | 28 | 23 | 14 | 12 | 16 |
| 9 | 49 | 25 | 29 | 24 | 15 | 13 | 17 |
| 9 | 53 | 26 | 29 | 25 | 15 | 14 | 18 |
| 9 | 57 | 27 | 30 | 26 | 16 | 15 | 19 |
| 10 | 1 | 28 | ♎ | 26 | 17 | 16 | 20 |
| 10 | 5 | 29 | 1 | 27 | 18 | 17 | 21 |
| 10 | 8 | 30 | 2 | 28 | 18 | 18 | 22 |

☉ in ♍

| Domus | | 10 | 11 | 12 | 1 | 2 | 3 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Tẽpus à meridie | | ♍ | ♎ | ♎ | ♏ | ♐ | ♐ |
| H. | m̃. | G. | G. | G. | G. | G. | G. |
| 10 | 8 | 0 | 2 | 25 | 18 | 18 | 22 |
| 10 | 12 | 1 | 3 | 28 | 19 | 19 | 23 |
| 10 | 16 | 2 | 4 | 29 | 20 | 19 | 24 |
| 10 | 20 | 3 | 4 | 30 | 20 | 20 | 25 |
| 10 | 24 | 4 | 5 | ♏ | 21 | 20 | 26 |
| 10 | 27 | 5 | 6 | 1 | 22 | 21 | 27 |
| 10 | 31 | 6 | 7 | 2 | 22 | 22 | 28 |
| 10 | 35 | 7 | 8 | 3 | 23 | 23 | 29 |
| 10 | 39 | 8 | 9 | 3 | 24 | 24 | 30 |
| 10 | 42 | 9 | 10 | 4 | 25 | 25 | ♑ |
| 10 | 46 | 10 | 11 | 5 | 25 | 25 | 0 |
| 10 | 50 | 11 | 12 | 6 | 26 | 26 | 1 |
| 10 | 54 | 12 | 13 | 7 | 27 | 27 | 2 |
| 10 | 57 | 13 | 13 | 7 | 28 | 28 | 3 |
| 11 | 1 | 14 | 14 | 8 | 29 | 29 | 4 |
| 11 | 5 | 15 | 15 | 9 | 29 | ♑ | 5 |
| 11 | 9 | 16 | 16 | 10 | 30 | 1 | 6 |
| 11 | 12 | 17 | 17 | 11 | ♐ | 2 | 8 |
| 11 | 16 | 18 | 18 | 11 | 1 | 2 | 9 |
| 11 | 20 | 19 | 19 | 12 | 1 | 3 | 10 |
| 11 | 23 | 20 | 19 | 13 | 2 | 4 | 11 |
| 11 | 27 | 21 | 20 | 13 | 3 | 5 | 12 |
| 11 | 31 | 22 | 21 | 14 | 3 | 6 | 13 |
| 11 | 34 | 23 | 22 | 15 | 4 | 7 | 15 |
| 11 | 38 | 24 | 23 | 16 | 5 | 8 | 16 |
| 11 | 42 | 25 | 24 | 16 | 6 | 9 | 17 |
| 11 | 45 | 26 | 25 | 17 | 7 | 10 | 18 |
| 11 | 49 | 27 | 25 | 18 | 8 | 10 | 19 |
| 11 | 52 | 28 | 26 | 19 | 9 | 11 | 20 |
| 11 | 56 | 29 | 27 | 20 | 10 | 12 | 21 |
| 12 | 0 | 30 | 28 | 21 | 11 | 13 | 22 |



Digitized by Google

*Tabula domorum ad latitudinem Gra. 37.*

☉ in ♎

| Domus | | 10 | 11 | 12 | 1 | 2 | 3 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Tẽpus à meridie | | ♎ | ♎ | ♏ | ♐ | ♑ | ♒ |
| H. | m̃. | G. | G. | G. | G. | G. | G. |
| 12 | 0 | 0 | 28 | 21 | 11 | 13 | 23 |
| 12 | 4 | 1 | 29 | 22 | 12 | 14 | 23 |
| 12 | 7 | 2 | 29 | 22 | 12 | 15 | 24 |
| 12 | 11 | 3 | 30 | 23 | 13 | 16 | 25 |
| 12 | 15 | 4 | ♏ | 23 | 14 | 17 | 26 |
| 12 | 18 | 5 | 2 | 24 | 15 | 18 | 27 |
| 12 | 22 | 6 | 3 | 25 | 16 | 19 | 28 |
| 12 | 26 | 7 | 4 | 26 | 16 | 20 | 29 |
| 12 | 29 | 8 | 5 | 26 | 17 | 21 | 30 |
| 12 | 33 | 9 | 6 | 27 | 18 | 22 | ♓ |
| 12 | 37 | 10 | 6 | 28 | 19 | 23 | 3 |
| 12 | 40 | 11 | 7 | 29 | 20 | 24 | 4 |
| 12 | 44 | 12 | 8 | 30 | 20 | 25 | 5 |
| 12 | 47 | 13 | 9 | ♐ | 21 | 25 | 6 |
| 12 | 51 | 14 | 9 | 1 | 21 | 26 | 6 |
| 12 | 55 | 15 | 10 | 2 | 22 | 27 | 7 |
| 12 | 59 | 16 | 11 | 2 | 22 | 28 | 8 |
| 13 | 3 | 17 | 12 | 3 | 23 | 29 | 9 |
| 13 | 6 | 18 | 13 | 4 | 24 | 30 | 10 |
| 13 | 10 | 19 | 14 | 5 | 25 | ♒ | 12 |
| 13 | 14 | 20 | 15 | 6 | 26 | 3 | 13 |
| 13 | 18 | 21 | 15 | 7 | 27 | 4 | 16 |
| 13 | 21 | 22 | 16 | 7 | 28 | 5 | 17 |
| 13 | 25 | 23 | 17 | 8 | 29 | 6 | 18 |
| 13 | 29 | 24 | 18 | 9 | 29 | 7 | 19 |
| 13 | 33 | 25 | 19 | 10 | ♑ | 9 | 22 |
| 13 | 36 | 26 | 20 | 11 | 1 | 10 | 23 |
| 13 | 40 | 27 | 21 | 12 | 2 | 11 | 24 |
| 13 | 44 | 28 | 22 | 13 | 3 | 12 | 25 |
| 13 | 48 | 29 | 22 | 13 | 3 | 13 | 26 |
| 13 | 52 | 30 | 23 | 14 | 4 | 14 | 27 |

☉ in ♏

| Domus | | 10 | 11 | 12 | 1 | 2 | 3 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Tẽpus à meridie | | ♏ | ♏ | ♐ | ♑ | ♒ | ♓ |
| H. | m̃. | G. | G. | G. | G. | G. | G. |
| 13 | 52 | 0 | 23 | 13 | 4 | 14 | 27 |
| 13 | 55 | 1 | 24 | 14 | 5 | 15 | 28 |
| 13 | 59 | 2 | 24 | 15 | 6 | 16 | 29 |
| 14 | 3 | 3 | 25 | 16 | 7 | 17 | 30 |
| 24 | 7 | 4 | 26 | 17 | 8 | 19 | ♈ |
| 14 | 12 | 5 | 27 | 18 | 9 | 20 | 3 |
| 14 | 15 | 6 | 28 | 18 | 10 | 21 | 5 |
| 14 | 19 | 7 | 29 | 19 | 11 | 23 | 6 |
| 14 | 22 | 8 | 30 | 20 | 12 | 24 | 7 |
| 14 | 26 | 9 | ♐ | 21 | 13 | 26 | 8 |
| 14 | 30 | 10 | 1 | 22 | 14 | 27 | 10 |
| 14 | 34 | 11 | 2 | 23 | 15 | 28 | 11 |
| 14 | 38 | 12 | 3 | 25 | 16 | 30 | 12 |
| 14 | 42 | 13 | 4 | 26 | 17 | ♓ | 14 |
| 14 | 47 | 14 | 5 | 26 | 18 | 2 | 15 |
| 14 | 50 | 15 | 6 | 27 | 19 | 4 | 16 |
| 14 | 54 | 16 | 7 | 28 | 20 | 6 | 17 |
| 14 | 58 | 17 | 7 | 29 | 22 | 7 | 19 |
| 15 | 2 | 18 | 8 | 30 | 23 | 8 | 21 |
| 15 | 6 | 19 | 9 | ♑ | 24 | 10 | 22 |
| 15 | 10 | 20 | 10 | 1 | 25 | 11 | 25 |
| 15 | 14 | 21 | 11 | 2 | 26 | 13 | 26 |
| 15 | 18 | 22 | 12 | 3 | 27 | 14 | 26 |
| 15 | 22 | 23 | 13 | 4 | 29 | 15 | 27 |
| 15 | 27 | 24 | 14 | 5 | 30 | 17 | 28 |
| 15 | 31 | 25 | 15 | 6 | ♒ | 19 | 29 |
| 15 | 35 | 26 | 16 | 7 | 2 | 20 | 30 |
| 15 | 39 | 27 | 17 | 8 | 4 | 23 | ♉ |
| 15 | 43 | 28 | 18 | 9 | 5 | 23 | 2 |
| 15 | 47 | 29 | 18 | 10 | 6 | 24 | 3 |
| 15 | 51 | 30 | 19 | 10 | 7 | 26 | 4 |

*Tabula*

Digitized by Google

*Tabula domorum ad latitudinem Gra. 37.*

☉ in ♐

| Domus | | 10 | 11 | 12 | 1 | 2 | 3 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Tēpus à meridie | | ♐ | ♐ | ♑ | ♒ | ♓ | |
| H. | m. | G. | G. | G. | G. | G. | G. |
| 15 | 51 | 0 | 19 | 11 | 8 | 26 | 5 |
| 15 | 55 | 1 | 20 | 11 | 9 | 27 | 6 |
| 16 | 0 | 2 | 21 | 12 | 10 | 28 | 7 |
| 16 | 4 | 3 | 22 | 13 | 12 | 29 | 8 |
| 16 | 8 | 4 | 23 | 14 | 13 | 30 | 11 |
| 16 | 12 | 5 | 24 | 16 | 16 | ♈ | 12 |
| 16 | 16 | 6 | 25 | 18 | 17 | 7 | 13 |
| 16 | 21 | 7 | 26 | 19 | 19 | 8 | 14 |
| 16 | 25 | 8 | 27 | 20 | 20 | 10 | 15 |
| 16 | 29 | 9 | 28 | 21 | 22 | 11 | 17 |
| 16 | 35 | 10 | 29 | 22 | 24 | 13 | 18 |
| 16 | 38 | 11 | 30 | 23 | 25 | 14 | 19 |
| 16 | 42 | 12 | ♑ | 24 | 26 | 16 | 20 |
| 16 | 46 | 13 | 2 | 25 | 28 | 17 | 21 |
| 16 | 51 | 14 | 3 | 26 | 29 | 19 | 22 |
| 16 | 55 | 15 | 4 | 27 | ♓ | 20 | 23 |
| 16 | 59 | 16 | 5 | 28 | 3 | 21 | 24 |
| 17 | 3 | 17 | 5 | 29 | 4 | 23 | 25 |
| 17 | 8 | 18 | 6 | 30 | 6 | 24 | 26 |
| 17 | 12 | 19 | 7 | ♒ | 9 | 26 | 27 |
| 17 | 16 | 20 | 8 | 4 | 12 | 29 | 30 |
| 17 | 21 | 21 | 10 | 5 | 13 | 30 | ♊ |
| 17 | 25 | 22 | 11 | 6 | 14 | ♉ | 2 |
| 17 | 29 | 23 | 12 | 7 | 16 | 1 | 3 |
| 17 | 34 | 24 | 13 | 9 | 18 | 3 | 4 |
| 17 | 38 | 25 | 15 | 10 | 20 | 4 | 5 |
| 17 | 42 | 26 | 16 | 11 | 22 | 6 | 6 |
| 17 | 47 | 27 | 16 | 14 | 23 | 7 | 7 |
| 17 | 51 | 28 | 17 | 15 | 25 | 10 | 8 |
| 17 | 56 | 29 | 18 | 16 | 27 | 11 | 9 |
| 18 | 0 | 30 | 19 | 18 | 30 | 14 | 10 |

☉ in ♑

| Domus | | 10 | 11 | 12 | 1 | 2 | 3 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Tēpus à meridie | | ♑ | ♑ | ♒ | ♈ | ♉ | ♊ |
| H. | m. | G. | G. | G. | G. | G. | G. |
| 18 | 0 | 0 | 20 | 18 | 3 | 14 | 11 |
| 18 | 4 | 1 | 21 | 19 | 4 | 15 | 12 |
| 18 | 9 | 2 | 22 | 20 | 6 | 16 | 13 |
| 18 | 13 | 3 | 23 | 21 | 8 | 17 | 14 |
| 18 | 17 | 4 | 24 | 23 | 9 | 19 | 15 |
| 18 | 21 | 5 | 25 | 24 | 11 | 20 | 16 |
| 18 | 25 | 6 | 26 | 25 | 13 | 21 | 17 |
| 18 | 31 | 7 | 27 | 27 | 15 | 22 | 18 |
| 18 | 35 | 8 | 28 | 28 | 16 | 25 | 19 |
| 18 | 39 | 9 | 29 | 30 | 18 | 26 | 20 |
| 18 | 44 | 10 | 30 | ♓ | 19 | 27 | 21 |
| 18 | 48 | 11 | ♒ | 2 | 21 | 29 | 22 |
| 18 | 52 | 12 | 2 | 5 | 23 | ♊ | 23 |
| 18 | 57 | 13 | 3 | 7 | 25 | 1 | 24 |
| 19 | 1 | 14 | 4 | 8 | 27 | 2 | 25 |
| 19 | 5 | 15 | 5 | 9 | 28 | 3 | 26 |
| 19 | 9 | 16 | 8 | 11 | 30 | 4 | 27 |
| 19 | 14 | 17 | 9 | 13 | ♉ | 5 | 28 |
| 19 | 18 | 18 | 10 | 14 | 3 | 6 | 29 |
| 19 | 22 | 19 | 11 | 16 | 5 | 7 | 30 |
| 19 | 27 | 20 | 12 | 17 | 6 | 8 | ♋ |
| 19 | 31 | 21 | 13 | 18 | 8 | 9 | 2 |
| 19 | 35 | 22 | 15 | 20 | 10 | 10 | 3 |
| 19 | 39 | 23 | 16 | 21 | 12 | 11 | 4 |
| 19 | 44 | 24 | 17 | 23 | 12 | 12 | 5 |
| 19 | 48 | 25 | 18 | 24 | 14 | 13 | 6 |
| 19 | 52 | 26 | 20 | 27 | 17 | 15 | 7 |
| 19 | 56 | 27 | 21 | 29 | 18 | 17 | 8 |
| 20 | 0 | 28 | 23 | 30 | 19 | 18 | 9 |
| 20 | 5 | 29 | 24 | ♈ | 21 | 18 | 10 |
| 20 | 9 | 30 | 25 | 4 | 22 | 19 | 11 |

Digitized by Google

*Tabula domorum ad latitudinem Gra. 37.*

☉ in ♒

| Domus | | 10 | 11 | 12 | 1 | 2 | 3 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Tẽpus à meridie | | ♒ | ♒ | ♈ | ♉ | ♊ | ♋ |
| H. | m̃. | G. | G. | G. | G. | G. | G. |
| 20 | 9 | 0 | 25 | 4 | 22 | 19 | 11 |
| 20 | 13 | 1 | 26 | 5 | 23 | 20 | 12 |
| 20 | 17 | 2 | 27 | 7 | 24 | 21 | 13 |
| 20 | 21 | 3 | 28 | 8 | 25 | 22 | 14 |
| 20 | 25 | 4 | 29 | 10 | 26 | 23 | 14 |
| 20 | 29 | 5 | ♓ | 11 | 28 | 24 | 15 |
| 20 | 33 | 6 | 1 | 13 | 30 | 25 | 16 |
| 20 | 38 | 7 | 2 | 14 | ♊ | 26 | 17 |
| 20 | 42 | 8 | 3 | 16 | 2 | 27 | 18 |
| 20 | 46 | 9 | 4 | 17 | 4 | 28 | 19 |
| 20 | 50 | 10 | 5 | 19 | 5 | 29 | 20 |
| 20 | 54 | 11 | 6 | 21 | 6 | 30 | 21 |
| 20 | 58 | 12 | 8 | 23 | 7 | ♋ | 22 |
| 21 | 2 | 13 | 10 | 24 | 8 | 2 | 23 |
| 21 | 6 | 14 | 12 | 26 | 10 | 3 | 24 |
| 21 | 10 | 15 | 14 | 27 | 12 | 3 | 25 |
| 21 | 14 | 16 | 15 | 29 | 13 | 4 | 26 |
| 17 | 18 | 17 | 16 | 30 | 14 | 5 | 27 |
| 21 | 22 | 18 | 17 | ♉ | 15 | 6 | 28 |
| 21 | 26 | 19 | 19 | 1 | 16 | 7 | 29 |
| 21 | 30 | 20 | 20 | 3 | 17 | 8 | 30 |
| 21 | 34 | 21 | 21 | 4 | 18 | 9 | ♌ |
| 21 | 38 | 22 | 23 | 6 | 19 | 10 | 1 |
| 21 | 41 | 23 | 24 | 7 | 20 | 11 | 2 |
| 21 | 45 | 24 | 26 | 8 | 21 | 12 | 3 |
| 21 | 49 | 25 | 27 | 10 | 22 | 12 | 4 |
| 21 | 53 | 26 | 28 | 11 | 23 | 13 | 5 |
| 21 | 57 | 27 | 29 | 12 | 24 | 14 | 6 |
| 22 | 1 | 28 | 30 | 14 | 25 | 15 | 6 |
| 22 | 5 | 29 | ♈ | 15 | 25 | 16 | 7 |
| 22 | 8 | 30 | 2 | 16 | 26 | 17 | 8 |

☉ in ♓

| Domus | | 10 | 11 | 12 | 1 | 2 | 3 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Tẽpus à meridie | | ♓ | ♈ | ♉ | ♊ | ♋ | ♌ |
| H. | m̃. | G. | G. | G. | G. | G. | G. |
| 22 | 8 | 0 | 3 | 16 | 26 | 17 | 8 |
| 22 | 12 | 1 | 4 | 17 | 27 | 18 | 8 |
| 22 | 16 | 2 | 5 | 19 | 28 | 19 | 9 |
| 22 | 20 | 3 | 6 | 20 | 28 | 19 | 9 |
| 22 | 24 | 4 | 7 | 21 | 29 | 10 | 10 |
| 22 | 27 | 5 | 8 | 22 | 30 | 20 | 11 |
| 22 | 31 | 6 | 10 | 23 | ♋ | 21 | 12 |
| 22 | 35 | 7 | 11 | 24 | 1 | 22 | 13 |
| 22 | 39 | 8 | 12 | 25 | 2 | 23 | 14 |
| 22 | 42 | 9 | 14 | 26 | 3 | 24 | 15 |
| 22 | 46 | 10 | 15 | 27 | 4 | 24 | 15 |
| 22 | 50 | 11 | 16 | 28 | 5 | 25 | 16 |
| 22 | 54 | 12 | 17 | 29 | 6 | 26 | 17 |
| 22 | 57 | 13 | 19 | ♊ | 7 | 27 | 18 |
| 23 | 1 | 14 | 20 | 2 | 8 | 28 | 19 |
| 23 | 5 | 15 | 21 | 3 | 9 | 28 | 20 |
| 23 | 9 | 16 | 23 | 4 | 10 | 29 | 21 |
| 23 | 12 | 17 | 24 | 5 | 10 | 30 | 22 |
| 23 | 16 | 18 | 24 | 5 | 11 | ♌ | 22 |
| 23 | 20 | 19 | 25 | 6 | 12 | 1 | 23 |
| 23 | 23 | 20 | 26 | 7 | 13 | 2 | 23 |
| 23 | 27 | 21 | 28 | 8 | 13 | 3 | 24 |
| 23 | 31 | 22 | 29 | 9 | 14 | 3 | 25 |
| 23 | 34 | 23 | 30 | 10 | 14 | 4 | 26 |
| 23 | 38 | 24 | ♉ | 11 | 15 | 5 | 27 |
| 23 | 41 | 25 | 2 | 12 | 16 | 6 | 28 |
| 23 | 45 | 26 | 3 | 13 | 17 | 7 | 29 |
| 23 | 49 | 27 | 4 | 14 | 18 | 7 | 30 |
| 23 | 53 | 28 | 5 | 16 | 18 | 8 | ♍ |
| 23 | 56 | 29 | 6 | 17 | 19 | 9 | 2 |
| 24 | 0 | 30 | 7 | 18 | 20 | 10 | 3 |

*Tabula*

Digitized by Google

*Tabula domorum ad 42. gradus latitudinis.*

♈

| Tempus à meridie. H. | Mi. | 10 ♈ gr. | 11 ♉ gr. | 12 ♊ gr. | 1 ♋ gr. | 2 ♌ gr. | 3 ♍ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 0 | 0 | 0 | 9 | 20 | 20 | 12 | 3 | |
| 0 | 4 | 1 | 10 | 21 | 21 | 12 | 4 | |
| 0 | 7 | 2 | 11 | 22 | 21 | 13 | 5 | |
| 0 | 11 | 3 | 12 | 23 | 22 | 14 | 5 | |
| 0 | 15 | 4 | 13 | 24 | 23 | 14 | 6 | |
| 0 | 18 | 5 | 14 | 25 | 24 | 15 | 7 | |
| 0 | 22 | 6 | 16 | 26 | 24 | 16 | 8 | |
| 0 | 26 | 7 | 17 | 26 | 25 | 17 | 9 | |
| 0 | 29 | 8 | 18 | 27 | 26 | 18 | 9 | |
| 0 | 33 | 9 | 19 | 28 | 26 | 18 | 10 | |
| 0 | 37 | 10 | 20 | 29 | 27 | 19 | 11 | |
| 0 | 40 | 11 | 21 | ♋ | 28 | 20 | 12 | |
| 0 | 44 | 12 | 22 | 1 | 29 | 21 | 13 | |
| 0 | 48 | 13 | 23 | 2 | 29 | 21 | 14 | |
| 0 | 51 | 14 | 24 | 3 | ♌ | 22 | 14 | |
| 0 | 55 | 15 | 25 | 3 | 1 | 23 | 15 | |
| 0 | 59 | 16 | 26 | 4 | 2 | 23 | 16 | |
| 1 | 3 | 17 | 27 | 5 | 2 | 24 | 17 | |
| 1 | 6 | 18 | 28 | 6 | 3 | 25 | 18 | |
| 1 | 10 | 19 | 29 | 7 | 4 | 26 | 19 | |
| 1 | 14 | 20 | ♊ | 8 | 4 | 27 | 20 | |
| 1 | 18 | 21 | 1 | 8 | 5 | 27 | 21 | |
| 1 | 21 | 22 | 2 | 9 | 6 | 28 | 21 | |
| 1 | 25 | 23 | 3 | 10 | 6 | 29 | 22 | |
| 1 | 29 | 24 | 4 | 11 | 7 | 29 | 23 | |
| 1 | 33 | 25 | 5 | 12 | 8 | ♍ | 24 | |
| 1 | 36 | 26 | 6 | 12 | 9 | 1 | 25 | |
| 1 | 40 | 27 | 7 | 13 | 9 | 2 | 26 | |
| 1 | 44 | 28 | 8 | 14 | 10 | 2 | 26 | |
| 1 | 48 | 29 | 9 | 15 | 11 | 3 | 27 | |
| 1 | 52 | 30 | 10 | 16 | 12 | 4 | 28 | |
| 1 | | | | | | | | |

♉

| Tempus à meridie. ho. | mi. | 10 ♉ gr. | 11 ♊ gr. | 12 ♋ gr. | 1 ♌ gr. | 2 ♍ gr. | 3 ♍ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 52 | 0 | 10 | 16 | 12 | 4 | 28 | |
| 1 | 55 | 1 | 11 | 17 | 13 | 5 | 29 | |
| 1 | 59 | 2 | 12 | 17 | 13 | 6 | ♎ | |
| 2 | 3 | 3 | 13 | 18 | 14 | 7 | 1 | |
| 2 | 7 | 4 | 14 | 19 | 15 | 7 | 2 | |
| 2 | 11 | 5 | 15 | 19 | 15 | 8 | 3 | |
| 2 | 15 | 6 | 16 | 20 | 16 | 9 | 4 | |
| 2 | 19 | 7 | 17 | 21 | 17 | 10 | 4 | |
| 2 | 22 | 8 | 18 | 22 | 18 | 10 | 5 | |
| 2 | 26 | 9 | 19 | 23 | 19 | 11 | 6 | |
| 2 | 30 | 10 | 20 | 24 | 19 | 12 | 7 | |
| 2 | 34 | 11 | 21 | 25 | 20 | 13 | 8 | |
| 2 | 38 | 12 | 22 | 25 | 21 | 13 | 9 | |
| 2 | 42 | 13 | 23 | 26 | 22 | 14 | 10 | |
| 2 | 46 | 14 | 23 | 27 | 22 | 15 | 11 | |
| 2 | 50 | 15 | 24 | 28 | 23 | 16 | 12 | |
| 2 | 54 | 16 | 25 | 29 | 24 | 16 | 12 | |
| 2 | 58 | 17 | 26 | 29 | 25 | 17 | 13 | |
| 3 | 2 | 18 | 27 | ♌ | 26 | 18 | 14 | |
| 3 | 6 | 19 | 28 | 1 | 26 | 19 | 15 | |
| 3 | 10 | 20 | 29 | 2 | 27 | 20 | 16 | |
| 3 | 14 | 21 | ♋ | 3 | 28 | 21 | 17 | |
| 3 | 18 | 22 | 1 | 3 | 29 | 22 | 18 | |
| 3 | 22 | 23 | 2 | 4 | 29 | 23 | 19 | |
| 3 | 27 | 24 | 3 | 5 | ♍ | 23 | 20 | |
| 3 | 31 | 25 | 4 | 6 | 1 | 24 | 21 | |
| 3 | 35 | 26 | 5 | 7 | 2 | 25 | 22 | |
| 3 | 39 | 27 | 5 | 8 | 3 | 26 | 23 | |
| 3 | 43 | 28 | 6 | 8 | 3 | 26 | 23 | |
| 3 | 47 | 29 | 7 | 9 | 4 | 27 | 24 | |
| 3 | 51 | 30 | 8 | 10 | 5 | 28 | 25 | |

*Tabula*

Digitized by Google

*Tabula domorum ad 42. gradus latitudinis.*

♊

| Tempus à Meridie ho. | min. | 10 ♊ gr. | 11 ♋ gr. | 12 ♌ gr. | 1 ♍ gr. | 2 ♍ gr. | 3 ♎ gr. | Domus |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 3 | 51 | 0 | 8 | 10 | 5 | 28 | 25 | |
| 3 | 55 | 1 | 9 | 11 | 6 | 29 | 26 | |
| 4 | 0 | 2 | 10 | 12 | 7 | ♎ | 27 | |
| 4 | 4 | 3 | 11 | 13 | 7 | 1 | 28 | |
| 4 | 8 | 4 | 12 | 13 | 8 | 2 | 29 | |
| 4 | 12 | 5 | 13 | 14 | 9 | 3 | ♏ | |
| 4 | 16 | 6 | 14 | 15 | 10 | 3 | 1 | |
| 4 | 21 | 7 | 15 | 16 | 10 | 4 | 2 | |
| 4 | 26 | 8 | 16 | 17 | 11 | 5 | 3 | |
| 4 | 29 | 9 | 17 | 18 | 12 | 6 | 4 | |
| 4 | 33 | 10 | 18 | 19 | 13 | 7 | 5 | |
| 4 | 38 | 11 | 19 | 19 | 14 | 8 | 6 | |
| 4 | 42 | 12 | 20 | 20 | 15 | 9 | 7 | |
| 4 | 46 | 13 | 20 | 21 | 16 | 9 | 8 | |
| 4 | 51 | 14 | 21 | 22 | 16 | 10 | 9 | |
| 4 | 55 | 15 | 22 | 23 | 17 | 11 | 9 | |
| 4 | 59 | 16 | 23 | 23 | 18 | 12 | 10 | |
| 5 | 3 | 17 | 24 | 24 | 19 | 13 | 11 | |
| 5 | 8 | 18 | 25 | 25 | 20 | 14 | 12 | |
| 5 | 12 | 19 | 26 | 26 | 21 | 15 | 13 | |
| 5 | 16 | 20 | 27 | 27 | 21 | 15 | 14 | |
| 5 | 21 | 21 | 28 | 28 | 22 | 16 | 15 | |
| 5 | 25 | 22 | 29 | 29 | 23 | 17 | 16 | |
| 5 | 29 | 23 | ♌ | ♍ | 24 | 18 | 17 | |
| 5 | 34 | 24 | 1 | 1 | 25 | 19 | 18 | |
| 5 | 38 | 25 | 2 | 1 | 26 | 20 | 19 | |
| 5 | 43 | 26 | 3 | 2 | 27 | 21 | 20 | |
| 5 | 47 | 27 | 4 | 3 | 28 | 22 | 21 | |
| 5 | 51 | 28 | 5 | 4 | 28 | 22 | 22 | |
| 5 | 56 | 29 | 5 | 5 | 29 | 23 | 23 | |
| 6 | 0 | 30 | 6 | 6 | ♎ | 24 | 24 | |

♋

| Tempus à Meridie ho. | min. | 10 ♋ gr. | 11 ♌ gr. | 12 ♍ gr. | 1 ♎ gr. | 2 ♎ gr. | 3 ♏ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 6 | 0 | 0 | 6 | 6 | 0 | 24 | 24 | |
| 6 | 4 | 1 | 7 | 7 | 1 | 25 | 25 | |
| 6 | 9 | 2 | 8 | 7 | 2 | 26 | 26 | |
| 6 | 13 | 3 | 9 | 8 | 2 | 27 | 27 | |
| 6 | 17 | 4 | 10 | 9 | 3 | 28 | 27 | |
| 6 | 22 | 5 | 11 | 10 | 4 | 29 | 28 | |
| 6 | 26 | 6 | 12 | 11 | 5 | 29 | 29 | |
| 6 | 30 | 7 | 13 | 12 | 6 | ♏ | ♐ | |
| 6 | 35 | 8 | 14 | 13 | 7 | 1 | 1 | |
| 6 | 39 | 9 | 15 | 14 | 8 | 2 | 2 | |
| 6 | 44 | 10 | 16 | 14 | 8 | 3 | 3 | |
| 6 | 48 | 11 | 17 | 15 | 9 | 4 | 4 | |
| 6 | 52 | 12 | 18 | 16 | 10 | 5 | 5 | |
| 6 | 57 | 13 | 19 | 17 | 11 | 6 | 6 | |
| 7 | 1 | 14 | 20 | 18 | 12 | 6 | 7 | |
| 7 | 5 | 15 | 21 | 19 | 13 | 7 | 8 | |
| 7 | 9 | 16 | 22 | 20 | 14 | 8 | 9 | |
| 7 | 14 | 17 | 23 | 21 | 14 | 9 | 10 | |
| 7 | 18 | 18 | 24 | 22 | 15 | 10 | 11 | |
| 7 | 22 | 19 | 24 | 22 | 16 | 11 | 12 | |
| 7 | 27 | 20 | 25 | 23 | 17 | 12 | 13 | |
| 7 | 31 | 21 | 26 | 24 | 18 | 13 | 14 | |
| 7 | 35 | 22 | 27 | 25 | 19 | 13 | 15 | |
| 7 | 39 | 23 | 28 | 26 | 20 | 14 | 16 | |
| 7 | 44 | 24 | 29 | 27 | 20 | 15 | 17 | |
| 7 | 48 | 25 | ♍ | 28 | 21 | 16 | 17 | |
| 7 | 52 | 26 | 1 | 28 | 22 | 17 | 18 | |
| 7 | 59 | 27 | 2 | 29 | 23 | 18 | 19 | |
| 8 | 0 | 28 | 3 | ♎ | 24 | 19 | 20 | |
| 8 | 5 | 29 | 4 | 1 | 24 | 19 | 21 | |
| 8 | 9 | 30 | 5 | 2 | 25 | 20 | 22 | |



Digitized by Google

*Tabula domorum ad 42. gradus latitudinis.*

♌

| Tempus à meridie. H. | Mi. | 10 ♌ gr. | 11 ♍ gr. | 12 ♎ gr. | 1 ♎ gr. | 2 ♏ gr. | 3 ♐ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 8 | 9 | 0 | 5 | 2 | 25 | 20 | 22 | |
| 8 | 13 | 1 | 6 | 3 | 26 | 21 | 23 | |
| 8 | 17 | 2 | 7 | 3 | 27 | 22 | 24 | |
| 8 | 21 | 3 | 8 | 4 | 27 | 23 | 25 | |
| 8 | 25 | 4 | 8 | 5 | 28 | 24 | 26 | |
| 8 | 29 | 5 | 9 | 6 | 29 | 24 | 27 | |
| 8 | 33 | 6 | 10 | 7 | ♏ | 25 | 27 | |
| 8 | 38 | 7 | 11 | 8 | 1 | 26 | 28 | |
| 8 | 42 | 8 | 12 | 8 | 1 | 27 | 29 | |
| 8 | 46 | 9 | 13 | 9 | 2 | 28 | ♑ | |
| 8 | 50 | 10 | 14 | 10 | 3 | 28 | 1 | |
| 8 | 54 | 11 | 15 | 11 | 4 | 29 | 2 | |
| 8 | 58 | 12 | 16 | 12 | 5 | ♐ | 3 | |
| 9 | 2 | 13 | 17 | 13 | 5 | 1 | 4 | |
| 9 | 6 | 14 | 17 | 13 | 6 | 2 | 5 | |
| 9 | 10 | 15 | 18 | 14 | 7 | 3 | 6 | |
| 9 | 14 | 16 | 19 | 15 | 8 | 3 | 7 | |
| 9 | 18 | 17 | 20 | 16 | 8 | 4 | 8 | |
| 9 | 22 | 18 | 21 | 17 | 9 | 5 | 9 | |
| 9 | 26 | 19 | 22 | 18 | 10 | 6 | 10 | |
| 9 | 30 | 20 | 23 | 18 | 11 | 7 | 11 | |
| 9 | 34 | 21 | 24 | 19 | 12 | 7 | 12 | |
| 9 | 38 | 22 | 25 | 20 | 12 | 8 | 13 | |
| 9 | 41 | 23 | 26 | 21 | 13 | 9 | 14 | |
| 9 | 45 | 24 | 27 | 21 | 14 | 10 | 14 | |
| 9 | 49 | 25 | 27 | 22 | 14 | 11 | 15 | |
| 9 | 53 | 26 | 28 | 23 | 15 | 11 | 16 | |
| 9 | 57 | 27 | 29 | 24 | 16 | 12 | 17 | |
| 10 | 1 | 28 | ♎ | 25 | 17 | 13 | 18 | |
| 10 | 5 | 29 | 1 | 26 | 18 | 14 | 19 | |
| 10 | 8 | 30 | 2 | 26 | 18 | 15 | 20 | |

♍

| Tempus à meridie. ho. | mi. | 10 ♍ gr. | 11 ♎ gr. | 12 ♎ gr. | 1 ♏ gr. | 2 ♐ gr. | 3 ♑ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 10 | 8 | 0 | 2 | 26 | 18 | 15 | 20 | |
| 10 | 12 | 1 | 3 | 27 | 19 | 15 | 21 | |
| 10 | 16 | 2 | 4 | 28 | 20 | 16 | 22 | |
| 10 | 20 | 3 | 5 | 28 | 20 | 17 | 23 | |
| 10 | 24 | 4 | 6 | 29 | 21 | 18 | 24 | |
| 10 | 27 | 5 | 6 | ♏ | 22 | 19 | 25 | |
| 10 | 31 | 6 | 7 | 1 | 23 | 19 | 26 | |
| 10 | 35 | 7 | 8 | 2 | 24 | 20 | 27 | |
| 10 | 39 | 8 | 9 | 2 | 24 | 21 | 28 | |
| 10 | 42 | 9 | 10 | 3 | 25 | 22 | 29 | |
| 10 | 46 | 10 | 11 | 4 | 26 | 23 | ♒ | |
| 10 | 50 | 11 | 11 | 5 | 26 | 24 | 1 | |
| 10 | 54 | 12 | 12 | 5 | 27 | 24 | 2 | |
| 10 | 57 | 13 | 13 | 6 | 28 | 25 | 3 | |
| 11 | 1 | 14 | 14 | 7 | 29 | 26 | 4 | |
| 11 | 5 | 15 | 15 | 7 | 29 | 27 | 5 | |
| 11 | 9 | 16 | 16 | 8 | ♐ | 28 | 6 | |
| 11 | 12 | 17 | 16 | 9 | 1 | 28 | 7 | |
| 11 | 16 | 18 | 17 | 10 | 2 | 29 | 8 | |
| 11 | 20 | 19 | 18 | 10 | 2 | ♑ | 9 | |
| 11 | 23 | 20 | 19 | 11 | 3 | 1 | 10 | |
| 11 | 27 | 21 | 20 | 12 | 4 | 2 | 11 | |
| 11 | 31 | 22 | 21 | 13 | 4 | 3 | 12 | |
| 11 | 34 | 23 | 21 | 13 | 5 | 4 | 13 | |
| 11 | 38 | 24 | 22 | 14 | 6 | 4 | 14 | |
| 11 | 42 | 25 | 23 | 15 | 7 | 5 | 15 | |
| 11 | 45 | 26 | 24 | 15 | 7 | 6 | 16 | |
| 11 | 49 | 27 | 25 | 16 | 8 | 7 | 18 | |
| 11 | 52 | 28 | 26 | 17 | 9 | 8 | 19 | |
| 11 | 56 | 29 | 26 | 18 | 10 | 9 | 20 | |
| 12 | 0 | 30 | 27 | 18 | 10 | 10 | 21 | |



Digitized by Google

*Reſiduum tabulæ domorum ad 42. gradus latitudinis.*

♎

| Tempus à Meridie ho. | min. | 10 ♎ gr. | 11 ♎ gr. | 12 ♏ gr. | 1 ♐ gr. | 2 ♑ gr. | 3 ♒ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 12 | 0 | 0 | 27 | 18 | 10 | 10 | 21 | |
| 12 | 4 | 1 | 28 | 19 | 11 | 11 | 22 | |
| 12 | 7 | 2 | 29 | 20 | 12 | 11 | 23 | |
| 12 | 11 | 3 | ♏ | 21 | 13 | 12 | 24 | |
| 12 | 15 | 4 | 1 | 21 | 13 | 13 | 25 | |
| 12 | 18 | 5 | 2 | 22 | 14 | 14 | 27 | |
| 12 | 22 | 6 | 3 | 23 | 15 | 15 | 28 | |
| 12 | 26 | 7 | 3 | 24 | 16 | 16 | 29 | |
| 12 | 29 | 8 | 4 | 24 | 16 | 17 | ♓ | |
| 12 | 33 | 9 | 5 | 25 | 17 | 18 | 2 | |
| 12 | 37 | 10 | 6 | 26 | 18 | 19 | 3 | |
| 12 | 40 | 11 | 7 | 27 | 19 | 20 | 4 | |
| 12 | 44 | 12 | 8 | 27 | 19 | 21 | 5 | |
| 12 | 48 | 13 | 8 | 28 | 20 | 22 | 6 | |
| 12 | 51 | 14 | 9 | 29 | 21 | 23 | 7 | |
| 12 | 55 | 15 | 10 | ♐ | 22 | 24 | 8 | |
| 12 | 59 | 16 | 11 | 1 | 23 | 25 | 9 | |
| 13 | 3 | 17 | 11 | 2 | 23 | 26 | 11 | |
| 13 | 6 | 18 | 12 | 2 | 24 | 27 | 12 | |
| 13 | 10 | 19 | 13 | 3 | 25 | 28 | 13 | |
| 13 | 14 | 20 | 14 | 3 | 26 | 29 | 14 | |
| 13 | 18 | 21 | 15 | 4 | 27 | ♒ | 15 | |
| 13 | 21 | 22 | 16 | 5 | 27 | 1 | 17 | |
| 13 | 25 | 23 | 16 | 6 | 28 | 3 | 18 | |
| 13 | 29 | 24 | 17 | 6 | 29 | 4 | 20 | |
| 13 | 33 | 25 | 18 | 7 | ♑ | 5 | 21 | |
| 13 | 36 | 26 | 19 | 8 | 1 | 6 | 22 | |
| 13 | 40 | 27 | 20 | 9 | 2 | 8 | 23 | |
| 13 | 44 | 28 | 21 | 9 | 3 | 9 | 25 | |
| 13 | 48 | 29 | 21 | 10 | 4 | 10 | 26 | |
| 13 | 52 | 30 | 22 | 11 | 4 | 11 | 27 | |

♏

| Tempus à Meridie ho. | min. | 10 ♏ gr. | 11 ♏ gr. | 12 ♐ gr. | 1 ♑ gr. | 2 ♒ gr. | 3 ♓ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 13 | 52 | 0 | 22 | 11 | 4 | 11 | 27 | |
| 13 | 55 | 1 | 23 | 12 | 5 | 12 | 28 | |
| 13 | 59 | 2 | 24 | 13 | 6 | 13 | ♈ | |
| 14 | 3 | 3 | 25 | 13 | 7 | 15 | 1 | |
| 14 | 7 | 4 | 25 | 14 | 8 | 16 | 2 | |
| 14 | 11 | 5 | 26 | 15 | 9 | 17 | 4 | |
| 14 | 15 | 6 | 27 | 16 | 10 | 19 | 5 | |
| 14 | 19 | 7 | 28 | 17 | 11 | 20 | 6 | |
| 14 | 22 | 8 | 29 | 18 | 12 | 22 | 7 | |
| 14 | 26 | 9 | 29 | 18 | 13 | 23 | 9 | |
| 14 | 30 | 10 | ♐ | 19 | 14 | 24 | 10 | |
| 14 | 34 | 11 | 1 | 20 | 15 | 26 | 11 | |
| 14 | 38 | 12 | 2 | 21 | 16 | 27 | 13 | |
| 14 | 42 | 13 | 3 | 22 | 17 | 29 | 14 | |
| 14 | 47 | 14 | 4 | 23 | 18 | ♓ | 15 | |
| 14 | 50 | 15 | 5 | 24 | 19 | 2 | 16 | |
| 14 | 54 | 16 | 5 | 24 | 20 | 3 | 18 | |
| 14 | 58 | 17 | 6 | 25 | 22 | 5 | 19 | |
| 15 | 2 | 18 | 7 | 26 | 23 | 6 | 21 | |
| 15 | 6 | 19 | 8 | 27 | 24 | 8 | 22 | |
| 15 | 10 | 20 | 9 | 28 | 25 | 10 | 23 | |
| 15 | 14 | 21 | 10 | 29 | 26 | 14 | 24 | |
| 15 | 18 | 22 | 11 | ♑ | 27 | 13 | 26 | |
| 15 | 22 | 23 | 11 | 1 | 29 | 14 | 27 | |
| 15 | 27 | 24 | 12 | 2 | ♒ | 16 | 29 | |
| 15 | 31 | 25 | 13 | 3 | 1 | 17 | ♉ | |
| 15 | 35 | 26 | 14 | 4 | 2 | 19 | 1 | |
| 15 | 39 | 27 | 15 | 5 | 4 | 20 | 2 | |
| 15 | 43 | 28 | 16 | 6 | 5 | 22 | 4 | |
| 15 | 47 | 29 | 17 | 6 | 6 | 24 | 5 | |
| 15 | 51 | 30 | 18 | 7 | 8 | 26 | 6 | |



Digitized by Google

*Reſiduum Tabulæ domorum ad 42. gradus latitudinis.*

♐

| Tempus à meridie. H. | Mi. | 10 ♐ gr. | 11 ♐ gr. | 12 ♑ gr. | 1 ♒ gr. | 2 ♓ gr. | 3 ♉ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 15 | 51 | 0 | 18 | 7 | 8 | 26 | 6 | |
| 15 | 55 | 1 | 19 | 8 | 9 | 28 | 7 | |
| 16 | 0 | 2 | 20 | 9 | 11 | 29 | 9 | |
| 16 | 4 | 3 | 21 | 10 | 12 | ♈ | 10 | |
| 16 | 8 | 4 | 22 | 12 | 14 | 3 | 11 | |
| 16 | 12 | 5 | 23 | 13 | 15 | 5 | 13 | |
| 16 | 16 | 6 | 24 | 14 | 17 | 7 | 14 | |
| 16 | 21 | 7 | 25 | 15 | 18 | 9 | 15 | |
| 16 | 25 | 8 | 25 | 16 | 20 | 10 | 16 | |
| 16 | 29 | 9 | 26 | 17 | 22 | 12 | 17 | |
| 16 | 35 | 10 | 27 | 18 | 23 | 14 | 19 | |
| 16 | 38 | 11 | 28 | 19 | 25 | 15 | 20 | |
| 16 | 42 | 12 | 29 | 20 | 27 | 17 | 21 | |
| 16 | 46 | 13 | ♑ | 22 | 28 | 19 | 22 | |
| 16 | 51 | 14 | 1 | 23 | ♓ | 20 | 24 | |
| 16 | 55 | 15 | 2 | 24 | 2 | 22 | 25 | |
| 16 | 59 | 16 | 3 | 25 | 3 | 24 | 26 | |
| 17 | 3 | 17 | 4 | 26 | 5 | 25 | 27 | |
| 17 | 8 | 18 | 5 | 27 | 7 | 27 | 28 | |
| 17 | 12 | 19 | 6 | 29 | 9 | 29 | 29 | |
| 17 | 16 | 20 | 7 | ♒ | 11 | ♉ | ♊ | |
| 17 | 21 | 21 | 8 | 1 | 12 | 2 | 2 | |
| 17 | 25 | 22 | 9 | 3 | 14 | 4 | 3 | |
| 17 | 29 | 23 | 11 | 4 | 16 | 5 | 4 | |
| 17 | 34 | 24 | 12 | 5 | 18 | 7 | 5 | |
| 17 | 38 | 25 | 13 | 7 | 20 | 8 | 6 | |
| 17 | 42 | 26 | 14 | 8 | 22 | 10 | 8 | |
| 17 | 47 | 27 | 15 | 10 | 24 | 11 | 9 | |
| 17 | 51 | 28 | 16 | 11 | 26 | 13 | 10 | |
| 17 | 56 | 29 | 17 | 12 | 28 | 14 | 11 | |
| 18 | 0 | 30 | 18 | 13 | ♈ | 15 | 12 | |

♑

| Tempus à meridie. ho. | mi. | 10 ♑ gr. | 11 ♑ gr. | 12 ♒ gr. | 1 ♈ gr. | 2 ♉ gr. | 3 ♊ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 18 | 0 | 0 | 18 | 14 | 0 | 15 | 12 | |
| 18 | 4 | 1 | 19 | 15 | 2 | 17 | 13 | |
| 18 | 9 | 2 | 20 | 17 | 4 | 19 | 14 | |
| 18 | 13 | 3 | 21 | 18 | 6 | 20 | 15 | |
| 18 | 17 | 4 | 22 | 20 | 8 | 22 | 16 | |
| 18 | 21 | 5 | 23 | 21 | 10 | 23 | 17 | |
| 18 | 25 | 6 | 24 | 23 | 12 | 25 | 18 | |
| 18 | 31 | 7 | 26 | 24 | 14 | 2 | 20 | |
| 18 | 35 | 8 | 27 | 26 | 15 | 27 | 21 | |
| 18 | 39 | 9 | 28 | 27 | 17 | 28 | 22 | |
| 18 | 44 | 10 | 29 | 29 | 19 | 29 | 23 | |
| 18 | 48 | 11 | ♒ | ♓ | 21 | ♊ | 24 | |
| 18 | 52 | 12 | 2 | 2 | 23 | 2 | 25 | |
| 18 | 57 | 13 | 3 | 4 | 25 | 3 | 26 | |
| 19 | 1 | 14 | 4 | 6 | 27 | 5 | 27 | |
| 19 | 5 | 15 | 5 | 8 | 28 | 6 | 28 | |
| 19 | 9 | 16 | 6 | 9 | ♉ | 7 | 29 | |
| 19 | 14 | 17 | 7 | 11 | 2 | 8 | ♋ | |
| 19 | 18 | 18 | 8 | 12 | 4 | 10 | 1 | |
| 19 | 22 | 19 | 9 | 14 | 5 | 11 | 2 | |
| 19 | 27 | 20 | 11 | 16 | 7 | 12 | 3 | |
| 19 | 31 | 21 | 12 | 18 | 8 | 13 | 4 | |
| 19 | 35 | 22 | 13 | 19 | 10 | 14 | 4 | |
| 19 | 39 | 23 | 14 | 21 | 12 | 15 | 5 | |
| 19 | 44 | 24 | 16 | 23 | 13 | 16 | 6 | |
| 19 | 48 | 25 | 17 | 25 | 14 | 17 | 7 | |
| 19 | 52 | 26 | 18 | 27 | 16 | 18 | 8 | |
| 19 | 56 | 27 | 19 | 29 | 18 | 19 | 9 | |
| 20 | 0 | 28 | 21 | ♈ | 19 | 20 | 10 | |
| 20 | 5 | 29 | 22 | 2 | 21 | 21 | 11 | |
| 20 | 9 | 30 | 23 | 4 | 22 | 22 | 12 | |

Poſtre

*Poſtremum tabulæ domorum ad 42. gradus latitudinis.*

♒

| Tempus à Meridie ho. | min. | 10 ♒ gr. | 11 ♒ gr. | 12 ♈ gr. | 1 ♉ gr. | 2 ♊ gr. | 3 ♋ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 20 | 9 | 0 | 23 | 4 | 22 | 22 | 12 | |
| 20 | 13 | 1 | 25 | 5 | 23 | 23 | 13 | |
| 20 | 17 | 2 | 26 | 7 | 25 | 24 | 14 | |
| 20 | 21 | 3 | 28 | 9 | 26 | 25 | 15 | |
| 20 | 25 | 4 | 29 | 10 | 27 | 26 | 16 | |
| 20 | 29 | 5 | ♓ | 12 | 28 | 27 | 17 | |
| 20 | 33 | 6 | 1 | 13 | ♊ | 28 | 18 | |
| 20 | 38 | 7 | 3 | 15 | 1 | 29 | 19 | |
| 20 | 42 | 8 | 4 | 17 | 2 | ♋ | 19 | |
| 20 | 46 | 9 | 5 | 19 | 4 | 1 | 20 | |
| 20 | 50 | 10 | 6 | 20 | 5 | 2 | 21 | |
| 20 | 54 | 11 | 8 | 22 | 6 | 3 | 22 | |
| 20 | 58 | 12 | 9 | 24 | 7 | 4 | 23 | |
| 21 | 2 | 13 | 10 | 25 | 8 | 5 | 24 | |
| 21 | 6 | 14 | 12 | 26 | 9 | 6 | 25 | |
| 21 | 10 | 15 | 13 | 28 | 10 | 7 | 26 | |
| 21 | 14 | 16 | 14 | 29 | 12 | 7 | 26 | |
| 21 | 18 | 17 | 16 | ♉ | 13 | 8 | 27 | |
| 21 | 22 | 18 | 17 | 2 | 14 | 9 | 28 | |
| 21 | 26 | 19 | 18 | 4 | 15 | 10 | 29 | |
| 21 | 30 | 20 | 20 | 5 | 16 | 11 | ♌ | |
| 21 | 34 | 21 | 21 | 7 | 17 | 12 | 1 | |
| 21 | 38 | 22 | 22 | 9 | 18 | 13 | 2 | |
| 21 | 41 | 23 | 23 | 10 | 19 | 14 | 2 | |
| 21 | 45 | 24 | 25 | 11 | 20 | 14 | 3 | |
| 21 | 49 | 25 | 26 | 12 | 21 | 15 | 4 | |
| 21 | 53 | 26 | 27 | 14 | 22 | 16 | 5 | |
| 21 | 57 | 27 | 29 | 15 | 23 | 17 | 6 | |
| 22 | 1 | 28 | ♈ | 16 | 24 | 17 | 7 | |
| 22 | 5 | 29 | 2 | 17 | 25 | 10 | 7 | |
| 22 | 8 | 30 | 3 | 19 | 26 | 19 | 8 | |

♓

| Tempus à Meridie ho. | min. | 10 ♓ gr. | 11 ♈ gr. | 12 ♉ gr. | 1 ♊ gr. | 2 ♋ gr. | 3 ♌ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 22 | 8 | 0 | 3 | 19 | 26 | 19 | 8 | |
| 22 | 12 | 1 | 4 | 20 | 27 | 20 | 9 | |
| 22 | 16 | 2 | 5 | 21 | 27 | 21 | 10 | |
| 22 | 20 | 3 | 7 | 22 | 28 | 21 | 11 | |
| 22 | 24 | 4 | 8 | 23 | 29 | 22 | 12 | |
| 22 | 27 | 5 | 9 | 25 | ♋ | 23 | 12 | |
| 22 | 31 | 6 | 10 | 26 | 1 | 24 | 13 | |
| 22 | 35 | 7 | 12 | 27 | 2 | 25 | 14 | |
| 22 | 39 | 8 | 13 | 28 | 3 | 25 | 15 | |
| 22 | 42 | 9 | 14 | ♊ | 3 | 26 | 16 | |
| 22 | 46 | 10 | 16 | 1 | 4 | 27 | 16 | |
| 22 | 50 | 11 | 17 | 2 | 5 | 28 | 17 | |
| 22 | 54 | 12 | 18 | 3 | 6 | 28 | 18 | |
| 22 | 57 | 13 | 19 | 4 | 7 | 29 | 19 | |
| 23 | 1 | 14 | 20 | 5 | 7 | ♌ | 20 | |
| 23 | 5 | 15 | 21 | 6 | 8 | 1 | 21 | |
| 23 | 9 | 16 | 23 | 7 | 9 | 2 | 22 | |
| 23 | 12 | 17 | 24 | 8 | 10 | 2 | 22 | |
| 23 | 16 | 18 | 25 | 9 | 11 | 3 | 23 | |
| 23 | 20 | 19 | 26 | 10 | 11 | 4 | 24 | |
| 23 | 23 | 20 | 27 | 11 | 12 | 4 | 25 | |
| 23 | 27 | 21 | 29 | 12 | 13 | 5 | 26 | |
| 23 | 31 | 22 | ♉ | 13 | 14 | 6 | 26 | |
| 23 | 34 | 23 | 1 | 14 | 15 | 7 | 27 | |
| 23 | 38 | 24 | 2 | 15 | 15 | 8 | 28 | |
| 23 | 41 | 25 | 3 | 16 | 16 | 8 | 29 | |
| 23 | 45 | 26 | 5 | 17 | 17 | 9 | 29 | |
| 23 | 49 | 27 | 6 | 18 | 17 | 10 | ♍ | |
| 23 | 53 | 28 | 7 | 19 | 18 | 10 | 1 | |
| 23 | 56 | 29 | 8 | 20 | 19 | 11 | 2 | |
| 24 | 0 | 30 | 9 | 20 | 20 | 12 | 3 | |



Digitized by Google

*Tabula domorum ad 45. gradus latitudinis.*

♈

| Tempus à meridie. | | 10 ♈ | 11 ♉ | 12 ♊ | 1 ♋ | 2 ♌ | 3 ♍ | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| H. | Mi. | gr. | gr. | gr. | gr. | gr. | gr. | |
| 0 | 0 | 0 | 10 | 23 | 22 | 13 | 3 | |
| 0 | 4 | 1 | 11 | 24 | 22 | 14 | 4 | |
| 0 | 7 | 2 | 12 | 24 | 23 | 14 | 5 | |
| 0 | 11 | 3 | 13 | 25 | 24 | 15 | 6 | |
| 0 | 15 | 4 | 14 | 26 | 25 | 16 | 7 | |
| 0 | 18 | 5 | 15 | 27 | 25 | 17 | 7 | |
| 0 | 22 | 6 | 16 | 28 | 26 | 17 | 8 | |
| 0 | 26 | 7 | 17 | 29 | 27 | 18 | 9 | |
| 0 | 29 | 8 | 18 | ♋ | 28 | 19 | 10 | |
| 0 | 33 | 9 | 19 | 0 | 28 | 19 | 10 | |
| 0 | 37 | 10 | 20 | 1 | 29 | 20 | 11 | |
| 0 | 40 | 11 | 21 | 2 | ♌ | 21 | 12 | |
| 0 | 44 | 12 | 23 | 3 | 0 | 21 | 13 | |
| 0 | 48 | 13 | 24 | 4 | 1 | 22 | 14 | |
| 0 | 51 | 14 | 25 | 5 | 2 | 23 | 15 | |
| 0 | 55 | 15 | 26 | 5 | 3 | 24 | 16 | |
| 0 | 59 | 16 | 27 | 6 | 3 | 24 | 16 | |
| 1 | 3 | 17 | 28 | 7 | 4 | 25 | 17 | |
| 1 | 6 | 18 | 29 | 8 | 5 | 26 | 18 | |
| 1 | 10 | 19 | ♊ | 9 | 6 | 27 | 19 | |
| 1 | 14 | 20 | 1 | 10 | 6 | 27 | 19 | |
| 1 | 18 | 21 | 2 | 10 | 7 | 28 | 20 | |
| 1 | 21 | 22 | 3 | 11 | 8 | 28 | 21 | |
| 1 | 25 | 23 | 4 | 12 | 8 | 29 | 22 | |
| 1 | 29 | 24 | 5 | 13 | 9 | ♍ | 23 | |
| 1 | 33 | 25 | 6 | 13 | 10 | 1 | 24 | |
| 1 | 36 | 26 | 7 | 14 | 10 | 1 | 25 | |
| 1 | 40 | 27 | 8 | 15 | 11 | 2 | 26 | |
| 1 | 44 | 28 | 9 | 16 | 12 | 3 | 27 | |
| 1 | 48 | 29 | 10 | 17 | 12 | 4 | 27 | |
| 1 | 52 | 30 | 11 | 17 | 13 | 5 | 28 | |

♉

| Tempus à meridie. | | 10 ♉ | 11 ♊ | 12 ♋ | 1 ♌ | 2 ♍ | 3 ♍ | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ho. | mi. | gr. | gr. | gr. | gr. | gr. | gr. | |
| 1 | 52 | 0 | 11 | 17 | 13 | 5 | 28 | |
| 1 | 55 | 1 | 12 | 18 | 14 | 5 | 29 | |
| 1 | 59 | 2 | 13 | 19 | 15 | 6 | ♎ | |
| 2 | 3 | 3 | 14 | 20 | 15 | 7 | 1 | |
| 2 | 7 | 4 | 15 | 21 | 16 | 8 | 2 | |
| 2 | 11 | 5 | 15 | 21 | 17 | 8 | 3 | |
| 2 | 15 | 6 | 16 | 22 | 18 | 9 | 3 | |
| 2 | 19 | 7 | 17 | 23 | 18 | 10 | 4 | |
| 2 | 22 | 8 | 18 | 24 | 19 | 11 | 5 | |
| 2 | 26 | 9 | 19 | 24 | 20 | 12 | 6 | |
| 2 | 30 | 10 | 20 | 25 | 20 | 12 | 7 | |
| 2 | 34 | 11 | 21 | 26 | 21 | 13 | 8 | |
| 2 | 38 | 12 | 22 | 27 | 22 | 14 | 9 | |
| 2 | 42 | 13 | 23 | 27 | 23 | 15 | 10 | |
| 2 | 46 | 14 | 24 | 28 | 23 | 15 | 10 | |
| 2 | 50 | 15 | 25 | 29 | 24 | 16 | 11 | |
| 2 | 54 | 16 | 26 | ♌ | 25 | 17 | 12 | |
| 2 | 58 | 17 | 27 | 1 | 26 | 18 | 13 | |
| 3 | 2 | 18 | 28 | 2 | 26 | 19 | 14 | |
| 3 | 6 | 19 | 29 | 2 | 27 | 19 | 15 | |
| 3 | 10 | 20 | ♋ | 3 | 28 | 20 | 16 | |
| 3 | 14 | 21 | 1 | 4 | 29 | 21 | 17 | |
| 3 | 18 | 22 | 2 | 5 | 29 | 22 | 18 | |
| 3 | 22 | 23 | 2 | 5 | ♍ | 22 | 19 | |
| 3 | 27 | 24 | 3 | 6 | 1 | 23 | 20 | |
| 3 | 31 | 25 | 4 | 7 | 2 | 24 | 20 | |
| 3 | 35 | 26 | 5 | 8 | 2 | 25 | 21 | |
| 3 | 39 | 27 | 6 | 9 | 3 | 26 | 22 | |
| 3 | 43 | 28 | 7 | 10 | 4 | 27 | 23 | |
| 3 | 47 | 29 | 8 | 10 | 5 | 27 | 24 | |
| 3 | 51 | 30 | 9 | 11 | 6 | 28 | 25 | |

*Tabula*

Digitized by Google

*Tabula domorum ad 45. gradus latitudinis.*

♊

| Tempus à Meridie ho. | min. | 10 ♊ gr | 11 ♋ gr. | 12 ♌ gr. | 1 ♍ gr. | 2 ♍ gr. | 3 ♎ gr. | Domus |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 3 | 51 | 0 | 9 | 11 | 6 | 28 | 25 | |
| 3 | 55 | 1 | 10 | 12 | 6 | 29 | 26 | |
| 4 | 0 | 2 | 11 | 13 | 7 | ♎ | 27 | |
| 4 | 4 | 3 | 12 | 14 | 8 | 1 | 28 | |
| 4 | 8 | 4 | 13 | 14 | 9 | 1 | 29 | |
| 4 | 12 | 5 | 14 | 15 | 9 | 2 | ♏ | |
| 4 | 16 | 6 | 15 | 16 | 10 | 3 | 1 | |
| 4 | 21 | 7 | 15 | 17 | 11 | 4 | 2 | |
| 4 | 26 | 8 | 16 | 18 | 12 | 5 | 3 | |
| 4 | 29 | 9 | 17 | 19 | 12 | 6 | 4 | |
| 4 | 33 | 10 | 18 | 19 | 13 | 7 | 5 | |
| 4 | 38 | 11 | 19 | 20 | 14 | 7 | 6 | |
| 4 | 42 | 12 | 20 | 21 | 15 | 8 | 7 | |
| 4 | 46 | 13 | 21 | 22 | 16 | 9 | 8 | |
| 4 | 51 | 14 | 22 | 23 | 17 | 10 | 8 | |
| 4 | 55 | 15 | 23 | 24 | 17 | 11 | 9 | |
| 4 | 59 | 16 | 24 | 24 | 18 | 12 | 10 | |
| 5 | 3 | 17 | 25 | 25 | 19 | 12 | 11 | |
| 5 | 8 | 18 | 26 | 26 | 20 | 13 | 12 | |
| 5 | 12 | 19 | 27 | 27 | 21 | 14 | 13 | |
| 5 | 12 | 20 | 27 | 28 | 22 | 15 | 14 | |
| 5 | 21 | 21 | 28 | 29 | 22 | 16 | 15 | |
| 5 | 25 | 22 | 29 | 29 | 23 | 17 | 16 | |
| 5 | 29 | 23 | ♌ | ♍ | 24 | 18 | 17 | |
| 5 | 34 | 24 | 1 | 1 | 25 | 19 | 17 | |
| 5 | 38 | 25 | 2 | 2 | 26 | 19 | 18 | |
| 5 | 43 | 26 | 3 | 3 | 27 | 20 | 19 | |
| 5 | 47 | 27 | 4 | 4 | 27 | 21 | 20 | |
| 5 | 51 | 28 | 5 | 4 | 28 | 22 | 21 | |
| 5 | 56 | 29 | 6 | 5 | 29 | 23 | 21 | |
| 6 | 0 | 30 | 7 | 6 | ♎ | 24 | 23 | |

♋

| Tempus à Meridie ho. | min. | 10 ♋ gr. | 11 ♌ gr. | 12 ♍ gr. | 1 ♎ gr. | 2 ♎ gr. | 3 ♏ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 6 | 0 | 0 | 7 | 6 | 0 | 24 | 23 | |
| 6 | 4 | 1 | 8 | 7 | 1 | 25 | 24 | |
| 6 | 9 | 2 | 9 | 8 | 2 | 25 | 25 | |
| 6 | 13 | 3 | 10 | 9 | 3 | 26 | 26 | |
| 6 | 17 | 4 | 11 | 9 | 4 | 27 | 27 | |
| 6 | 22 | 5 | 12 | 10 | 4 | 28 | 28 | |
| 6 | 26 | 6 | 13 | 11 | 5 | 29 | 29 | |
| 6 | 30 | 7 | 14 | 12 | 6 | ♏ | ♐ | |
| 6 | 35 | 8 | 15 | 13 | 7 | 1 | 1 | |
| 6 | 39 | 9 | 15 | 14 | 7 | 1 | 2 | |
| 6 | 44 | 10 | 16 | 15 | 8 | 2 | 3 | |
| 6 | 48 | 11 | 17 | 16 | 9 | 3 | 4 | |
| 6 | 52 | 12 | 18 | 16 | 10 | 4 | 4 | |
| 6 | 57 | 13 | 19 | 17 | 11 | 5 | 5 | |
| 7 | 1 | 14 | 20 | 18 | 12 | 6 | 6 | |
| 7 | 5 | 15 | 21 | 19 | 12 | 6 | 7 | |
| 7 | 9 | 16 | 22 | 20 | 13 | 7 | 8 | |
| 7 | 14 | 17 | 23 | 21 | 14 | 8 | 9 | |
| 7 | 18 | 18 | 24 | 22 | 15 | 9 | 10 | |
| 7 | 22 | 19 | 25 | 23 | 15 | 10 | 11 | |
| 7 | 27 | 20 | 26 | 23 | 16 | 11 | 12 | |
| 7 | 31 | 21 | 27 | 24 | 17 | 11 | 13 | |
| 7 | 35 | 22 | 28 | 25 | 18 | 12 | 14 | |
| 7 | 39 | 23 | 29 | 26 | 19 | 13 | 15 | |
| 7 | 44 | 24 | ♍ | 26 | 20 | 14 | 16 | |
| 7 | 48 | 25 | 1 | 27 | 20 | 14 | 17 | |
| 7 | 52 | 26 | 2 | 28 | 21 | 15 | 17 | |
| 7 | 59 | 27 | 3 | 29 | 22 | 16 | 18 | |
| 8 | 0 | 28 | 3 | ♎ | 23 | 17 | 19 | |
| 8 | 5 | 29 | 4 | 1 | 23 | 18 | 20 | |
| 8 | 9 | 30 | 5 | 2 | 24 | 19 | 21 | |



Digitized by Google

*Tabula domorum ad 45 gradus latitudinis.*

♌

| Tempus à meridie. H. | Mi. | 10 ♌ gr. | 11 ♍ gr. | 12 ♎ gr. | 1 ♎ gr. | 2 ♏ gr. | 3 ♐ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 8 | 9 | 0 | 5 | 2 | 24 | 19 | 21 | |
| 8 | 13 | 1 | 6 | 2 | 25 | 20 | 22 | |
| 8 | 17 | 2 | 7 | 3 | 26 | 20 | 23 | |
| 8 | 21 | 3 | 8 | 4 | 26 | 21 | 24 | |
| 8 | 25 | 4 | 9 | 5 | 27 | 22 | 25 | |
| 8 | 29 | 5 | 10 | 6 | 28 | 23 | 26 | |
| 8 | 33 | 6 | 11 | 7 | 29 | 24 | 27 | |
| 8 | 38 | 7 | 11 | 7 | ♏ | 24 | 28 | |
| 8 | 42 | 8 | 12 | 8 | 1 | 25 | 29 | |
| 8 | 46 | 9 | 13 | 9 | 1 | 26 | ♑ | |
| 8 | 50 | 10 | 14 | 10 | 2 | 27 | 1 | |
| 8 | 54 | 11 | 15 | 11 | 3 | 28 | 1 | |
| 8 | 58 | 12 | 16 | 12 | 4 | 29 | 2 | |
| 9 | 2 | 13 | 17 | 13 | 4 | 29 | 3 | |
| 9 | 6 | 14 | 18 | 14 | 5 | ♐ | 4 | |
| 9 | 10 | 15 | 19 | 15 | 6 | 1 | 5 | |
| 9 | 14 | 16 | 20 | 15 | 7 | 1 | 6 | |
| 9 | 18 | 17 | 21 | 16 | 7 | 2 | 7 | |
| 9 | 22 | 18 | 21 | 17 | 8 | 3 | 8 | |
| 9 | 26 | 19 | 22 | 17 | 9 | 4 | 9 | |
| 9 | 30 | 20 | 23 | 18 | 10 | 5 | 10 | |
| 9 | 34 | 21 | 24 | 18 | 10 | 5 | 11 | |
| 9 | 38 | 22 | 25 | 19 | 11 | 6 | 12 | |
| 9 | 41 | 23 | 26 | 20 | 12 | 7 | 13 | |
| 9 | 45 | 24 | 27 | 21 | 12 | 8 | 14 | |
| 9 | 49 | 25 | 28 | 21 | 13 | 8 | 15 | |
| 9 | 53 | 26 | 28 | 22 | 14 | 9 | 16 | |
| 9 | 57 | 27 | 29 | 23 | 15 | 10 | 16 | |
| 10 | 1 | 28 | ♎ | 24 | 15 | 11 | 17 | |
| 10 | 5 | 29 | 1 | 24 | 16 | 12 | 18 | |
| 10 | 8 | 30 | 2 | 25 | 17 | 13 | 19 | |

♍

| Tempus à meridie. ho. | mi. | 10 ♍ gr. | 11 ♎ gr. | 12 ♎ gr. | 1 ♏ gr. | 2 ♐ gr. | 3 ♑ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 10 | 8 | 0 | 2 | 25 | 17 | 13 | 19 | |
| 10 | 12 | 1 | 3 | 26 | 18 | 13 | 20 | |
| 10 | 16 | 2 | 4 | 27 | 18 | 14 | 21 | |
| 10 | 20 | 3 | 4 | 27 | 19 | 15 | 22 | |
| 10 | 24 | 4 | 5 | 28 | 19 | 16 | 23 | |
| 10 | 27 | 5 | 6 | 29 | 20 | 16 | 24 | |
| 10 | 31 | 6 | 7 | ♏ | 21 | 17 | 25 | |
| 10 | 35 | 7 | 8 | 0 | 22 | 18 | 26 | |
| 10 | 39 | 8 | 9 | 1 | 22 | 19 | 27 | |
| 10 | 42 | 9 | 9 | 2 | 23 | 20 | 28 | |
| 10 | 46 | 10 | 10 | 3 | 24 | 21 | 29 | |
| 10 | 50 | 11 | 11 | 3 | 25 | 21 | ♒ | |
| 10 | 54 | 12 | 12 | 4 | 25 | 22 | 1 | |
| 10 | 57 | 13 | 13 | 4 | 26 | 23 | 2 | |
| 11 | 1 | 14 | 14 | 5 | 27 | 24 | 3 | |
| 11 | 5 | 15 | 15 | 6 | 28 | 25 | | |
| 11 | 9 | 16 | 16 | 7 | 28 | 26 | 5 | |
| 11 | 12 | 17 | 16 | 7 | 29 | 26 | 6 | |
| 11 | 16 | 18 | 17 | 8 | 29 | 27 | 7 | |
| 11 | 20 | 19 | 18 | 9 | ♐ | 28 | 9 | |
| 11 | 23 | 20 | 19 | 10 | 1 | 29 | 10 | |
| 11 | 27 | 21 | 20 | 10 | 2 | ♑ | 11 | |
| 11 | 31 | 22 | 20 | 11 | 2 | 1 | 12 | |
| 11 | 34 | 23 | 21 | 12 | 3 | 1 | 13 | |
| 11 | 38 | 24 | 22 | 13 | 4 | 2 | 14 | |
| 11 | 42 | 25 | 23 | 13 | 5 | 3 | 15 | |
| 11 | 45 | 26 | 24 | 14 | 5 | 4 | 16 | |
| 11 | 49 | 27 | 24 | 15 | 6 | 5 | 17 | |
| 11 | 52 | 28 | 25 | 16 | 6 | 6 | 18 | |
| 11 | 56 | 29 | 26 | 16 | 8 | 6 | 19 | |
| 12 | 0 | 30 | 27 | 17 | 8 | 7 | 20 | |



Digitized by Google

*Reliquum tabulæ domorum ad 45. gradus latitudinis.*

| Tempus à Meridie ho. | min. | 10 ♎ gr. | 11 ♎ gr. | 12 ♏ gr. | 1 ♐ gr. | 2 ♑ gr. | 3 ♒ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 12 | 0 | 0 | 27 | 17 | 8 | 7 | 20 | |
| 12 | 4 | 1 | 28 | 18 | 9 | 8 | 21 | |
| 12 | 7 | 2 | 28 | 19 | 10 | 9 | 23 | |
| 12 | 11 | 3 | 29 | 11 | 10 | 10 | 24 | |
| 12 | 15 | 4 | ♏ | 20 | 11 | 11 | 25 | |
| 12 | 18 | 5 | 1 | 20 | 12 | 12 | 26 | |
| 12 | 22 | 6 | 2 | 21 | 13 | 13 | 27 | |
| 12 | 26 | 7 | 3 | 22 | 13 | 14 | 28 | |
| 12 | 29 | 8 | 3 | 23 | 14 | 15 | 29 | |
| 12 | 33 | 9 | 4 | 23 | 15 | 16 | ♓ | |
| 12 | 37 | 10 | 5 | 24 | 16 | 17 | 2 | |
| 12 | 40 | 11 | 6 | 25 | 16 | 18 | 3 | |
| 12 | 44 | 12 | 6 | 26 | 17 | 19 | 4 | |
| 12 | 48 | 13 | 7 | 26 | 18 | 20 | 6 | |
| 12 | 51 | 14 | 8 | 27 | 19 | 21 | 7 | |
| 12 | 55 | 15 | 9 | 28 | 19 | 22 | 8 | |
| 12 | 59 | 16 | 10 | 29 | 20 | 23 | 9 | |
| 13 | 3 | 17 | 10 | 29 | 21 | 24 | 10 | |
| 13 | 6 | 18 | 11 | ♐ | 22 | 25 | 12 | |
| 13 | 10 | 19 | 12 | 1 | 22 | 26 | 13 | |
| 13 | 14 | 20 | 13 | 1 | 23 | 27 | 14 | |
| 13 | 18 | 21 | 14 | 2 | 24 | 28 | 16 | |
| 13 | 21 | 22 | 15 | 3 | 25 | 29 | 17 | |
| 13 | 25 | 23 | 15 | 3 | 26 | ♒ | 18 | |
| 13 | 29 | 24 | 16 | 4 | 27 | 2 | 19 | |
| 13 | 33 | 25 | 17 | 5 | 27 | 3 | 20 | |
| 13 | 36 | 26 | 18 | 6 | 28 | 4 | 22 | |
| 13 | 40 | 27 | 19 | 7 | 29 | 5 | 23 | |
| 13 | 44 | 28 | 20 | 8 | ♑ | 6 | 25 | |
| 13 | 48 | 29 | 20 | 8 | 1 | 7 | 26 | |
| 13 | 52 | 30 | 21 | 9 | 2 | 8 | 27 | |

| Tempus à Meridie ho. | min. | 10 ♏ gr. | 11 ♏ gr. | 12 ♐ gr. | 1 ♑ gr. | 2 ♒ gr. | 3 ♓ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 13 | 52 | 0 | 21 | 9 | 2 | 8 | 27 | |
| 13 | 55 | 1 | 22 | 10 | 3 | 10 | 29 | |
| 13 | 59 | 2 | 23 | 11 | 4 | 11 | ♈ | |
| 14 | 3 | 3 | 24 | 11 | 5 | 13 | 1 | |
| 14 | 7 | 4 | 24 | 12 | 6 | 14 | 2 | |
| 14 | 11 | 5 | 25 | 13 | 6 | 16 | 4 | |
| 14 | 15 | 6 | 26 | 14 | 7 | 17 | 5 | |
| 14 | 19 | 7 | 27 | 15 | 8 | 18 | 6 | |
| 14 | 22 | 8 | 28 | 16 | 9 | 19 | 8 | |
| 14 | 26 | 9 | 28 | 16 | 10 | 21 | 9 | |
| 14 | 30 | 10 | 29 | 17 | 11 | 22 | 11 | |
| 14 | 34 | 11 | ♐ | 18 | 12 | 24 | 12 | |
| 14 | 38 | 12 | 1 | 19 | 13 | 25 | 13 | |
| 14 | 42 | 13 | 2 | 20 | 14 | 27 | 15 | |
| 14 | 47 | 14 | 3 | 21 | 15 | 29 | 16 | |
| 14 | 50 | 15 | 4 | 21 | 16 | ♓ | 17 | |
| 14 | 54 | 16 | 5 | 22 | 18 | 2 | 19 | |
| 14 | 58 | 17 | 5 | 23 | 19 | 4 | 20 | |
| 15 | 2 | 18 | 6 | 24 | 20 | 5 | 21 | |
| 15 | 6 | 19 | 7 | 25 | 21 | 7 | 23 | |
| 15 | 10 | 20 | 8 | 26 | 22 | 8 | 24 | |
| 15 | 14 | 21 | 9 | 27 | 23 | 10 | 25 | |
| 15 | 18 | 22 | 10 | 28 | 25 | 12 | 27 | |
| 15 | 22 | 23 | 11 | 28 | 26 | 14 | 28 | |
| 15 | 27 | 24 | 12 | 29 | 27 | 15 | 29 | |
| 15 | 31 | 25 | 12 | ♑ | 29 | 17 | ♉ | |
| 15 | 35 | 26 | 13 | 1 | ♒ | 19 | 2 | |
| 15 | 39 | 27 | 14 | 2 | 1 | 21 | 3 | |
| 15 | 43 | 28 | 15 | 3 | 2 | 22 | 4 | |
| 15 | 47 | 29 | 16 | 4 | 3 | 24 | 6 | |
| 15 | 51 | 30 | 17 | 5 | 5 | 26 | 7 | |

*Reliquum tabulæ domorum ad 45. gradus latitudinis.*

♐

| Tempus à meridie. H. | Mi. | 10 ♐ gr. | 11 ♐ gr. | 12 ♑ gr. | 1 ♒ gr. | 2 ♓ gr. | 3 ♉ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 15<br>15 | 51<br>55 | 0<br>1 | 17<br>18 | 5<br>6 | 5<br>6 | 26<br>28 | 7<br>9 | |
| 16<br>16 | 0<br>4 | 2<br>3 | 19<br>20 | 7<br>8 | 8<br>9 | ♈<br>2 | 10<br>11 | |
| 16<br>16 | 8<br>12 | 4<br>5 | 21<br>22 | 9<br>10 | 11<br>12 | 4<br>5 | 12<br>13 | |
| 16<br>16 | 16<br>21 | 6<br>7 | 23<br>24 | 11<br>12 | 14<br>15 | 7<br>9 | 14<br>16 | |
| 16<br>16 | 25<br>29 | 8<br>9 | 25<br>25 | 13<br>14 | 17<br>19 | 11<br>13 | 17<br>18 | |
| 16<br>16 | 33<br>38 | 20<br>21 | 26<br>27 | 16<br>17 | 21<br>22 | 15<br>16 | 19<br>21 | |
| 16<br>16 | 42<br>46 | 12<br>13 | 28<br>29 | 18<br>19 | 24<br>26 | 18<br>20 | 22<br>23 | |
| 16<br>16 | 51<br>55 | 14<br>15 | ♑<br>1 | 20<br>21 | 28<br>♓ | 22<br>23 | 25<br>26 | |
| 16<br>17 | 59<br>3 | 16<br>17 | 2<br>3 | 23<br>24 | 2<br>3 | 25<br>26 | 27<br>28 | |
| 17<br>17 | 8<br>12 | 18<br>19 | 4<br>5 | 25<br>26 | 5<br>7 | 28<br>♉ | 29<br>♊ | |
| 17<br>17 | 16<br>21 | 20<br>21 | 6<br>7 | 28<br>29 | 9<br>11 | 2<br>4 | 1<br>3 | |
| 17<br>17 | 25<br>29 | 22<br>23 | 8<br>9 | ♒<br>2 | 13<br>15 | 6<br>7 | 4<br>5 | |
| 17<br>17 | 34<br>38 | 24<br>25 | 10<br>11 | 3<br>4 | 17<br>19 | 9<br>10 | 6<br>7 | |
| 17<br>17 | 42<br>47 | 26<br>27 | 12<br>13 | 6<br>7 | 21<br>23 | 12<br>13 | 8<br>10 | |
| 17<br>17 | 51<br>56 | 28<br>29 | 14<br>15 | 9<br>10 | 26<br>28 | 15<br>16 | 11<br>12 | |
| 18 | 0 | 30 | 17 | 12 | ♈ | 18 | 13 | |

♑

| Tempus à meridie. ho. | mi. | 10 ♑ gr. | 11 ♑ gr. | 12 ♒ gr. | 1 ♈ gr. | 2 ♉ gr. | 3 ♊ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 18<br>18 | 0<br>4 | 0<br>1 | 17<br>18 | 12<br>13 | 0<br>2 | 18<br>19 | 13<br>14 | |
| 18<br>18 | 9<br>13 | 2<br>3 | 19<br>20 | 15<br>16 | 4<br>6 | 21<br>22 | 15<br>16 | |
| 18<br>18 | 17<br>21 | 4<br>5 | 21<br>22 | 18<br>19 | 8<br>10 | 24<br>25 | 17<br>18 | |
| 18<br>18 | 25<br>31 | 6<br>7 | 23<br>24 | 21<br>22 | 12<br>14 | 27<br>28 | 19<br>20 | |
| 18<br>18 | 35<br>39 | 8<br>9 | 26<br>27 | 24<br>26 | 16<br>18 | 29<br>♊ | 21<br>22 | |
| 18<br>18 | 44<br>48 | 10<br>11 | 28<br>29 | 28<br>29 | 20<br>22 | 2<br>4 | 23<br>24 | |
| 18<br>18 | 52<br>57 | 12<br>13 | ♒<br>1 | ♓<br>3 | 24<br>26 | 5<br>6 | 25<br>26 | |
| 19<br>19 | 1<br>5 | 14<br>15 | 3<br>4 | 4<br>6 | 28<br>♉ | 7<br>8 | 27<br>28 | |
| 19<br>19 | 9<br>14 | 16<br>17 | 5<br>6 | 8<br>10 | 2<br>4 | 10<br>11 | 29<br>♋ | |
| 19<br>19 | 18<br>22 | 18<br>19 | 8<br>9 | 11<br>13 | 6<br>8 | 12<br>13 | 1<br>2 | |
| 19<br>19 | 27<br>31 | 20<br>21 | 10<br>11 | 15<br>17 | 10<br>11 | 14<br>15 | 3<br>4 | |
| 19<br>19 | 35<br>39 | 22<br>23 | 12<br>13 | 19<br>21 | 13<br>14 | 16<br>17 | 5<br>6 | |
| 19<br>19 | 44<br>48 | 24<br>25 | 15<br>16 | 22<br>24 | 16<br>17 | 18<br>19 | 7<br>8 | |
| 19<br>19 | 52<br>56 | 26<br>27 | 17<br>18 | 26<br>28 | 19<br>20 | 21<br>22 | 9<br>10 | |
| 20<br>20 | 0<br>5 | 28<br>29 | 20<br>21 | ♈<br>2 | 22<br>23 | 23<br>24 | 11<br>12 | |
| 20 | 9 | 30 | 22 | 4 | 25 | 25 | 13 | |

Poſtre

*Poſtremum tabula domorum ad 45. gradus latitudinis.*

♒

| Tempus à Meridie ho. | min. | 10 ♒ gr | 11 ♒ gr. | 12 ♈ gr. | 1 ♊ gr. | 2 ♋ gr. | 3 ♋ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 20 | 9 | 0 | 22 | 4 | 25 | 25 | 13 | |
| 20 | 13 | 1 | 24 | 5 | 26 | 26 | 14 | |
| 20 | 17 | 2 | 25 | 7 | 28 | 27 | 15 | |
| 20 | 21 | 3 | 26 | 9 | 29 | 28 | 15 | |
| 20 | 25 | 4 | 27 | 11 | ♊ | 29 | 16 | |
| 20 | 29 | 5 | 29 | 13 | 1 | ♋ | 17 | |
| 20 | 33 | 6 | ♓ | 15 | 3 | 1 | 18 | |
| 20 | 38 | 7 | 2 | 16 | 4 | 2 | 19 | |
| 20 | 42 | 8 | 3 | 18 | 5 | 2 | 20 | |
| 20 | 46 | 9 | 4 | 19 | 7 | 3 | 21 | |
| 20 | 50 | 10 | 6 | 21 | 8 | 4 | 22 | |
| 20 | 54 | 11 | 7 | 23 | 9 | 5 | 23 | |
| 20 | 58 | 12 | 8 | 25 | 10 | 6 | 23 | |
| 21 | 2 | 13 | 10 | 26 | 11 | 7 | 24 | |
| 21 | 6 | 14 | 11 | 28 | 12 | 8 | 25 | |
| 21 | 10 | 15 | 13 | 29 | 13 | 9 | 26 | |
| 21 | 14 | 16 | 14 | ♉ | 14 | 10 | 27 | |
| 21 | 18 | 17 | 15 | 2 | 15 | 10 | 28 | |
| 21 | 22 | 18 | 16 | 4 | 16 | 11 | 29 | |
| 21 | 26 | 19 | 18 | 5 | 18 | 12 | 29 | |
| 21 | 30 | 20 | 19 | 7 | 19 | 13 | ♌ | |
| 21 | 34 | 21 | 20 | 8 | 20 | 14 | 1 | |
| 21 | 38 | 22 | 22 | 10 | 21 | 15 | 2 | |
| 21 | 41 | 23 | 23 | 11 | 22 | 15 | 3 | |
| 21 | 45 | 24 | 24 | 13 | 23 | 16 | 4 | |
| 21 | 49 | 25 | 26 | 14 | 24 | 17 | 4 | |
| 21 | 53 | 26 | 27 | 16 | 25 | 18 | 5 | |
| 21 | 57 | 27 | 28 | 17 | 26 | 19 | 6 | |
| 22 | 1 | 28 | ♈ | 19 | 26 | 20 | 7 | |
| 22 | 5 | 29 | 1 | 20 | 27 | 20 | 8 | |
| 22 | 8 | 30 | 3 | 21 | 28 | 21 | 9 | |

♓

| Tempus à Meridie ho. | min. | 10 ♓ gr. | 11 ♈ gr. | 12 ♉ gr. | 1 ♋ gr. | 2 ♋ gr. | 3 ♌ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 22 | 8 | 0 | 3 | 21 | 28 | 21 | 9 | |
| 22 | 12 | 1 | 4 | 22 | 29 | 22 | 10 | |
| 22 | 16 | 2 | 6 | 24 | ♋ | 22 | 10 | |
| 22 | 20 | 3 | 7 | 25 | 1 | 23 | 11 | |
| 22 | 24 | 4 | 8 | 26 | 1 | 24 | 12 | |
| 22 | 27 | 5 | 9 | 27 | 2 | 25 | 13 | |
| 22 | 31 | 6 | 10 | 28 | 3 | 25 | 14 | |
| 22 | 35 | 7 | 12 | 29 | 4 | 26 | 14 | |
| 22 | 39 | 8 | 13 | ♊ | 5 | 27 | 15 | |
| 22 | 42 | 9 | 14 | 2 | 6 | 28 | 16 | |
| 22 | 46 | 10 | 16 | 3 | 7 | 28 | 17 | |
| 22 | 50 | 11 | 17 | 4 | 8 | 29 | 18 | |
| 22 | 54 | 12 | 18 | 5 | 8 | ♌ | 18 | |
| 22 | 57 | 13 | 20 | 6 | 9 | 1 | 19 | |
| 23 | 1 | 14 | 21 | 7 | 10 | 1 | 20 | |
| 23 | 5 | 15 | 22 | 8 | 11 | 2 | 21 | |
| 23 | 9 | 16 | 23 | 9 | 11 | 3 | 22 | |
| 23 | 12 | 17 | 24 | 10 | 12 | 4 | 23 | |
| 23 | 16 | 18 | 25 | 11 | 13 | 4 | 23 | |
| 23 | 20 | 19 | 27 | 12 | 14 | 5 | 24 | |
| 23 | 23 | 20 | 28 | 13 | 15 | 6 | 25 | |
| 23 | 27 | 21 | 29 | 14 | 16 | 7 | 26 | |
| 23 | 31 | 22 | ♉ | 15 | 16 | 7 | 27 | |
| 23 | 34 | 23 | 2 | 16 | 17 | 8 | 27 | |
| 23 | 38 | 24 | 3 | 17 | 18 | 9 | 28 | |
| 23 | 41 | 25 | 4 | 18 | 19 | 10 | 29 | |
| 23 | 45 | 26 | 5 | 19 | 19 | 10 | ♍ | |
| 23 | 49 | 27 | 6 | 20 | 20 | 11 | 1 | |
| 23 | 53 | 28 | 8 | 21 | 20 | 11 | 1 | |
| 23 | 56 | 29 | 9 | 22 | 21 | 12 | 2 | |
| 24 | 0 | 30 | 10 | 23 | 22 | 13 | 3 | |

Tabula

Digitized by Google

*Tabula domorum ad 48. gradus latitudinis.*

♈

| Tempus à meridie. H. | Mi. | 10 ♈ gr. | 11 ♉ gr. | 12 ♊ gr. | 1 ♋ gr. | 2 ♌ gr. | 3 ♍ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 0 | 0 | 0 | 0 | 0 | 0 | 0 | 0 | |
| 0 | 4 | 1 | 12 | 26 | 25 | 15 | 5 | |
| 0 | 7 | 2 | 13 | 27 | 25 | 16 | 5 | |
| 0 | 11 | 3 | 14 | 28 | 26 | 16 | 6 | |
| 0 | 15 | 4 | 16 | 29 | 27 | 17 | 7 | |
| 0 | 18 | 5 | 17 | 29 | 27 | 18 | 8 | |
| 0 | 22 | 6 | 18 | ♋ | 28 | 18 | 9 | |
| 0 | 26 | 7 | 19 | 1 | 29 | 19 | 9 | |
| 0 | 29 | 8 | 20 | 2 | 29 | 20 | 10 | |
| 0 | 33 | 9 | 21 | 3 | ♌ | 20 | 11 | |
| 0 | 37 | 10 | 22 | 4 | 1 | 21 | 12 | |
| 0 | 40 | 11 | 23 | 4 | 1 | 22 | 13 | |
| 0 | 44 | 12 | 24 | 5 | 2 | 23 | 13 | |
| 0 | 48 | 13 | 25 | 6 | 3 | 23 | 14 | |
| 0 | 51 | 14 | 26 | 7 | 4 | 24 | 15 | |
| 0 | 55 | 15 | 27 | 8 | 4 | 25 | 16 | |
| 0 | 59 | 16 | 29 ♊ | 8 | 5 | 25 | 17 | |
| 1 | 3 | 17 | | 9 | 6 | 26 | 17 | |
| 1 | 6 | 18 | 1 2 | 10 | 6 | 27 | 18 | |
| 1 | 10 | 19 | | 11 | 7 | 28 | 19 | |
| 1 | 14 | 20 | 3 | 12 | 8 | 28 | 20 | |
| 1 | 18 | 21 | 4 | 12 | 8 | 29 | 21 | |
| 1 | 21 | 22 | 5 | 13 | 9 | ♍ | 21 | |
| 1 | 25 | 23 | 6 | 14 | 10 | 0 | 22 | |
| 1 | 29 | 24 | 7 | 15 | 10 | 1 | 23 | |
| 1 | 33 | 25 | 8 | 16 | 11 | 2 | 24 | |
| 1 | 36 | 26 | 9 | 16 | 12 | 3 | 25 | |
| 1 | 40 | 27 | 10 | 17 | 13 | 3 | 26 | |
| 1 | 44 | 28 | 11 | 18 | 13 | 4 | 26 | |
| 1 | 48 | 29 | 12 | 19 | 14 | 5 | 27 | |
| 1 | 52 | 30 | 13 | 19 | 15 | 5 | 28 | |

♉

| Tempus à meridie. ho. | mi. | 10 ♉ gr. | 11 ♊ gr. | 12 ♋ gr. | 1 ♌ gr. | 2 ♍ gr. | 3 ♍ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 52 | 0 | 13 | 19 | 15 | 5 | 28 | |
| 1 | 55 | 1 | 14 | 20 | 15 | 6 | 29 | |
| 1 | 59 | 2 | 14 | 21 | 16 | 7 | ♎ | |
| 2 | 3 | 3 | 15 | 22 | 17 | 8 | 1 | |
| 2 | 7 | 4 | 16 | 22 | 17 | 8 | 2 | |
| 2 | 11 | 5 | 17 | 23 | 18 | 9 | 2 | |
| 2 | 15 | 6 | 18 | 24 | 19 | 10 | 3 | |
| 2 | 19 | 7 | 19 | 25 | 20 | 11 | 4 | |
| 2 | 22 | 8 | 20 | 26 | 20 | 11 | 5 | |
| 2 | 26 | 9 | 21 | 26 | 21 | 12 | 6 | |
| 2 | 30 | 10 | 22 | 27 | 22 | 13 | 7 | |
| 2 | 34 | 11 | 23 | 28 | 22 | 14 | 8 | |
| 2 | 38 | 12 | 24 | 29 | 23 | 14 | 8 | |
| 2 | 42 | 13 | 25 | 29 | 24 | 15 | 9 | |
| 2 | 46 | 14 | 26 | ♌ | 24 | 16 | 10 | |
| 2 | 50 | 15 | 27 | 1 | 25 | 17 | 11 | |
| 2 | 54 | 16 | 28 | 2 | 26 | 17 | 12 | |
| 2 | 58 | 17 | 29 | 2 | 27 | 18 | 13 | |
| 3 | 2 | 18 | 29 | 3 | 27 | 19 | 14 | |
| 3 | 6 | 19 | ♋ | 4 | 28 | 20 | 14 | |
| 3 | 10 | 20 | 1 | 5 | 29 | 20 | 15 | |
| 3 | 14 | 21 | 2 | 6 | ♍ | 21 | 16 | |
| 3 | 18 | 22 | 3 | 6 | 0 | 22 | 17 | |
| 3 | 22 | 23 | 4 | 7 | 1 | 22 | 18 | |
| 3 | 27 | 24 | 5 | 8 | 2 | 23 | 19 | |
| 3 | 31 | 25 | 5 | 9 | 3 | 24 | 20 | |
| 3 | 35 | 26 | 6 | 9 | 3 | 25 | 21 | |
| 3 | 39 | 27 | 7 | 10 | 4 | 26 | 22 | |
| 3 | 43 | 28 | 8 | 11 | 5 | 27 | 23 | |
| 3 | 47 | 29 | 9 | 12 | 5 | 28 | 23 | |
| 3 | 51 | 30 | 10 | 13 | 6 | 28 | 24 | |

Tabula

Digitized by Google

*Tabula domorum ad 48. gradus latitudinis.*

♊

| Tempus à Meridie ho. | min. | 10 ♊ gr. | 11 ♋ gr. | 12 ♌ gr. | 1 ♍ gr. | 2 ♍ gr. | 3 ♎ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 3 | 51 | 0 | 11 | 13 | 6 | 28 | 24 | |
| 3 | 55 | 1 | 11 | 13 | 7 | 29 | 25 | |
| 4 | 0 | 2 | 12 | 14 | 8 | ♎ | 26 | |
| 4 | 4 | 3 | 13 | 15 | 9 | 1 | 27 | |
| 4 | 8 | 4 | 14 | 16 | 9 | 2 | 28 | |
| 4 | 12 | 5 | 15 | 17 | 10 | 2 | 29 | |
| 4 | 16 | 6 | 16 | 17 | 11 | 3 | ♏ | |
| 4 | 21 | 7 | 17 | 18 | 12 | 4 | 1 | |
| 4 | 26 | 8 | 18 | 19 | 13 | 5 | 2 | |
| 4 | 29 | 9 | 19 | 20 | 13 | 5 | 2 | |
| 4 | 33 | 10 | 20 | 21 | 14 | 6 | 3 | |
| 4 | 38 | 11 | 21 | 21 | 15 | 7 | 4 | |
| 4 | 42 | 12 | 22 | 22 | 16 | 8 | 5 | |
| 4 | 46 | 13 | 22 | 23 | 16 | 9 | 6 | |
| 4 | 51 | 14 | 23 | 24 | 17 | 10 | 7 | |
| 4 | 55 | 15 | 24 | 25 | 18 | 10 | 8 | |
| 4 | 59 | 16 | 25 | 25 | 19 | 11 | 9 | |
| 5 | 3 | 17 | 26 | 26 | 20 | 12 | 10 | |
| 5 | 8 | 18 | 27 | 27 | 20 | 13 | 11 | |
| 5 | 12 | 19 | 28 | 28 | 21 | 14 | 12 | |
| 5 | 16 | 20 | 29 | 29 | 22 | 15 | 13 | |
| 5 | 21 | 21 | ♌ | ♍ | 23 | 15 | 14 | |
| 5 | 25 | 22 | 1 | 0 | 24 | 16 | 14 | |
| 5 | 29 | 23 | 2 | 1 | 24 | 17 | 15 | |
| 5 | 34 | 24 | 3 | 2 | 25 | 18 | 16 | |
| 5 | 38 | 25 | 3 | 3 | 26 | 19 | 17 | |
| 5 | 43 | 26 | 4 | 4 | 27 | 20 | 18 | |
| 5 | 47 | 27 | 5 | 5 | 28 | 20 | 19 | |
| 5 | 51 | 28 | 6 | 5 | 28 | 21 | 20 | |
| 5 | 56 | 29 | 7 | 6 | 29 | 22 | 21 | |
| 6 | 0 | 30 | 8 | 7 | ♎ | 23 | 22 | |

♋

| Tempus à Meridie ho. | min. | 10 ♋ gr. | 11 ♌ gr. | 12 ♍ gr. | 1 ♎ gr. | 2 ♎ gr. | 3 ♏ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 6 | 0 | 0 | 8 | 7 | ♎ | 23 | 22 | |
| 6 | 4 | 1 | 9 | 8 | 1 | 24 | 23 | |
| 6 | 9 | 2 | 10 | 9 | 2 | 25 | 24 | |
| 6 | 13 | 3 | 11 | 9 | 2 | 25 | 25 | |
| 6 | 17 | 4 | 12 | 10 | 3 | 26 | 26 | |
| 6 | 22 | 5 | 13 | 11 | 4 | 27 | 27 | |
| 6 | 26 | 6 | 14 | 12 | 5 | 28 | 27 | |
| 6 | 30 | 7 | 15 | 13 | 6 | 29 | 28 | |
| 6 | 35 | 8 | 16 | 14 | 6 | ♏ | 29 | |
| 6 | 39 | 9 | 16 | 14 | 7 | 0 | ♐ | |
| 6 | 44 | 10 | 17 | 15 | 8 | 1 | 1 | |
| 6 | 48 | 11 | 18 | 16 | 9 | 2 | 2 | |
| 6 | 52 | 12 | 19 | 17 | 10 | 3 | 3 | |
| 6 | 57 | 13 | 20 | 18 | 10 | 4 | 4 | |
| 7 | 1 | 14 | 21 | 19 | 11 | 5 | 5 | |
| 7 | 5 | 15 | 22 | 19 | 12 | 5 | 6 | |
| 7 | 9 | 16 | 23 | 20 | 13 | 6 | 7 | |
| 7 | 14 | 17 | 24 | 21 | 14 | 7 | 8 | |
| 7 | 18 | 18 | 25 | 22 | 14 | 8 | 8 | |
| 7 | 22 | 19 | 26 | 23 | 15 | 9 | 9 | |
| 7 | 27 | 20 | 27 | 24 | 16 | 10 | 10 | |
| 7 | 31 | 21 | 27 | 24 | 17 | 10 | 11 | |
| 7 | 35 | 22 | 28 | 25 | 17 | 11 | 12 | |
| 7 | 39 | 23 | 29 | 26 | 18 | 12 | 13 | |
| 7 | 44 | 24 | ♍ | 27 | 19 | 13 | 14 | |
| 7 | 48 | 25 | 1 | 28 | 20 | 13 | 15 | |
| 7 | 52 | 26 | 2 | 28 | 21 | 14 | 16 | |
| 7 | 59 | 27 | 3 | 29 | 21 | 15 | 17 | |
| 8 | 0 | 28 | 4 | ♎ | 22 | 16 | 18 | |
| 8 | 5 | 29 | 5 | 1 | 23 | 17 | 19 | |
| 8 | 9 | 30 | 6 | 2 | 24 | 18 | 19 | |

*Tabula domorum ad 48. gradus latitudinis.*

♌

| Tempus à meridie. | | 10 ♌ | 11 ♍ | 12 ♎ | 1 ♎ | 2 ♏ | 3 ♐ | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| H. | Mi. | gr. | gr. | gr. | gr. | gr. | gr. | |
| 8 | 9 | 0 | 6 | 2 | 24 | 18 | 19 | |
| 8 | 13 | 1 | 7 | 2 | 24 | 18 | 20 | |
| 8 | 17 | 2 | 7 | 3 | 25 | 19 | 21 | |
| 8 | 21 | 3 | 8 | 4 | 26 | 20 | 22 | |
| 8 | 25 | 4 | 9 | 5 | 27 | 21 | 23 | |
| 8 | 29 | 5 | 10 | 6 | 27 | 21 | 24 | |
| 8 | 33 | 6 | 11 | 6 | 28 | 22 | 25 | |
| 8 | 38 | 7 | 12 | 7 | 29 | 23 | 26 | |
| 8 | 42 | 8 | 13 | 8 | ♏ | 24 | 27 | |
| 8 | 45 | 9 | 14 | 9 | 0 | 24 | 28 | |
| 8 | 50 | 10 | 15 | 10 | 1 | 25 | 29 | |
| 8 | 54 | 11 | 15 | 10 | 2 | 26 | ♑ | |
| 8 | 58 | 12 | 16 | 11 | 3 | 27 | 0 | |
| 9 | 2 | 13 | 17 | 12 | 3 | 28 | 1 | |
| 9 | 6 | 14 | 18 | 13 | 4 | 28 | 2 | |
| 9 | 10 | 15 | 19 | 13 | 5 | 29 | 3 | |
| 9 | 14 | 16 | 20 | 14 | 5 | ♐ | 4 | |
| 9 | 18 | 17 | 21 | 15 | 6 | 1 | 5 | |
| 9 | 22 | 18 | 22 | 16 | 7 | 1 | 6 | |
| 9 | 26 | 19 | 22 | 16 | 8 | 2 | 7 | |
| 9 | 30 | 20 | 23 | 17 | 8 | 3 | 8 | |
| 9 | 34 | 21 | 24 | 18 | 9 | 4 | 9 | |
| 9 | 38 | 22 | 25 | 19 | 10 | 5 | 10 | |
| 9 | 41 | 23 | 26 | 19 | 10 | 5 | 11 | |
| 9 | 45 | 24 | 27 | 20 | 11 | 6 | 12 | |
| 9 | 49 | 25 | 28 | 21 | 12 | 7 | 13 | |
| 9 | 53 | 26 | 28 | 22 | 13 | 8 | 14 | |
| 9 | 57 | 27 | 29 | 22 | 13 | 8 | 15 | |
| 10 | 1 | 28 | ♎ | 23 | 14 | 9 | 16 | |
| 10 | 5 | 29 | 1 | 24 | 15 | 10 | 16 | |
| 10 | 8 | 30 | 2 | 25 | 15 | 10 | 17 | |

♍

| Tempus à meridie. | | 10 ♍ | 11 ♎ | 12 ♎ | 1 ♏ | 2 ♐ | 3 ♑ | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ho. | mi. | gr. | gr. | gr. | gr. | gr. | gr. | |
| 10 | 8 | 0 | 2 | 25 | 15 | 11 | 17 | |
| 10 | 12 | 1 | 3 | 25 | 16 | 11 | 18 | |
| 10 | 16 | 2 | 4 | 26 | 17 | 12 | 19 | |
| 10 | 20 | 3 | 4 | 27 | 17 | 13 | 20 | |
| 10 | 24 | 4 | 5 | 27 | 18 | 14 | 21 | |
| 10 | 27 | 5 | 6 | 28 | 19 | 14 | 22 | |
| 10 | 31 | 6 | 7 | 29 | 20 | 15 | 23 | |
| 10 | 35 | 7 | 8 | 29 | 20 | 16 | 24 | |
| 10 | 39 | 8 | 9 | ♏ | 21 | 17 | 25 | |
| 10 | 42 | 9 | 9 | 1 | 22 | 18 | 26 | |
| 10 | 46 | 10 | 10 | 1 | 22 | 18 | 27 | |
| 10 | 50 | 11 | 11 | 2 | 23 | 19 | 28 | |
| 10 | 54 | 12 | 12 | 3 | 24 | 20 | 29 | |
| 10 | 57 | 13 | 13 | 4 | 24 | 21 | ♒ | |
| 11 | 1 | 14 | 13 | 5 | 25 | 22 | 1 | |
| 11 | 5 | 15 | 14 | 5 | 26 | 22 | 2 | |
| 11 | 9 | 16 | 15 | 6 | 26 | 23 | 4 | |
| 11 | 12 | 17 | 16 | 7 | 27 | 24 | 5 | |
| 11 | 16 | 18 | 17 | 7 | 28 | 25 | 6 | |
| 11 | 20 | 19 | 17 | 8 | 28 | 26 | 7 | |
| 11 | 23 | 20 | 18 | 9 | 29 | 26 | 8 | |
| 11 | 27 | 21 | 19 | 9 | ♐ | 27 | 9 | |
| 11 | 31 | 22 | 20 | 10 | 1 | 28 | 10 | |
| 11 | 34 | 23 | 21 | 11 | 1 | 29 | 11 | |
| 11 | 38 | 24 | 21 | 12 | 2 | ♑ | 12 | |
| 11 | 42 | 25 | 22 | 12 | 3 | 1 | 13 | |
| 11 | 45 | 26 | 23 | 13 | 3 | 1 | 14 | |
| 11 | 49 | 27 | 24 | 14 | 4 | 2 | 15 | |
| 11 | 52 | 28 | 25 | 14 | 5 | 3 | 17 | |
| 11 | 56 | 29 | 25 | 15 | 5 | 4 | 18 | |
| 12 | 0 | 30 | 26 | 16 | 6 | 5 | 19 | |

*Tabula*

Digitized by Google

*Reliquum tabulæ domorum ad 48. gradus latitudinis.*

♎

| Tempus à Meridie ho. | min. | 10 ♎ gr | 11 ♎ gr. | 12 ♏ gr. | 1 ♐ gr. | 2 ♑ gr. | 3 ♒ gr. | Domus |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 12 | 0 | 0 | 26 | 16 | 6 | 5 | 19 | |
| 12 | 4 | 1 | 27 | 16 | 7 | 6 | 20 | |
| 12 | 7 | 2 | 28 | 17 | 8 | 7 | 21 | |
| 12 | 11 | 3 | 29 | 18 | 8 | 7 | 22 | |
| 12 | 15 | 4 | 29 | 19 | 9 | 8 | 24 | |
| 12 | 18 | 5 | ♏ | 19 | 10 | 9 | 25 | |
| 12 | 22 | 6 | 1 | 20 | 10 | 10 | 26 | |
| 12 | 36 | 7 | 2 | 21 | 11 | 11 | 27 | |
| 12 | 29 | 8 | 3 | 21 | 12 | 12 | 28 | |
| 12 | 33 | 9 | 3 | 22 | 13 | 13 | ♓ | |
| 12 | 37 | 10 | 4 | 23 | 13 | 14 | 1 | |
| 12 | 40 | 11 | 5 | 23 | 14 | 15 | 2 | |
| 12 | 44 | 12 | 6 | 24 | 15 | 16 | 3 | |
| 12 | 48 | 13 | 7 | 25 | 15 | 17 | 5 | |
| 12 | 51 | 14 | 7 | 26 | 16 | 18 | 6 | |
| 12 | 55 | 15 | 8 | 26 | 17 | 19 | 7 | |
| 12 | 59 | 16 | 9 | 27 | 18 | 20 | 8 | |
| 13 | 3 | 17 | 10 | 28 | 19 | 21 | 10 | |
| 13 | 6 | 18 | 10 | 28 | 19 | 22 | 11 | |
| 13 | 10 | 19 | 11 | 29 | 20 | 23 | 12 | |
| 13 | 14 | 20 | 12 | ♐ | 21 | 24 | 13 | |
| 13 | 18 | 21 | 13 | 1 | 22 | 26 | 15 | |
| 13 | 21 | 22 | 14 | 1 | 22 | 27 | 16 | |
| 13 | 25 | 23 | 14 | 2 | 23 | 28 | 17 | |
| 13 | 29 | 24 | 15 | 3 | 24 | 29 | 19 | |
| 13 | 33 | 25 | 16 | 4 | 25 | ♒ | 20 | |
| 13 | 36 | 26 | 17 | 4 | 26 | 1 | 22 | |
| 13 | 40 | 27 | 18 | 5 | 27 | 3 | 23 | |
| 13 | 44 | 28 | 18 | 6 | 27 | 4 | 24 | |
| 13 | 48 | 29 | 19 | 7 | 28 | 5 | 26 | |
| 13 | 53 | 30 | 20 | 7 | 29 | 6 | 27 | |

♏

| Tempus à Meridie ho. | min. | 10 ♏ gr. | 11 ♏ gr. | 12 ♐ gr. | 1 ♐ gr. | 2 ♒ gr. | 3 ♓ gr. | Domus |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 13 | 52 | 0 | 20 | 7 | 29 | 6 | 27 | |
| 13 | 55 | 1 | 21 | 8 | ♑ | 8 | 28 | |
| 13 | 59 | 2 | 22 | 9 | 1 | 9 | ♈ | |
| 14 | 3 | 3 | 23 | 10 | 2 | 10 | 1 | |
| 14 | 7 | 4 | 23 | 10 | 3 | 12 | 2 | |
| 14 | 11 | 5 | 24 | 11 | 3 | 13 | 4 | |
| 14 | 15 | 6 | 25 | 12 | 4 | 15 | 5 | |
| 14 | 19 | 7 | 26 | 13 | 5 | 16 | 7 | |
| 14 | 22 | 8 | 27 | 13 | 6 | 17 | 8 | |
| 14 | 26 | 9 | 27 | 14 | 7 | 19 | 9 | |
| 14 | 30 | 10 | 28 | 15 | 8 | 21 | 11 | |
| 14 | 34 | 11 | 29 | 16 | 9 | 22 | 12 | |
| 14 | 38 | 12 | ♐ | 17 | 10 | 24 | 14 | |
| 14 | 42 | 13 | 1 | 18 | 11 | 25 | 15 | |
| 14 | 47 | 14 | 2 | 18 | 12 | 27 | 16 | |
| 14 | 50 | 15 | 3 | 19 | 13 | 28 | 18 | |
| 14 | 54 | 16 | 3 | 20 | 14 | ♓ | 19 | |
| 14 | 58 | 17 | 4 | 21 | 15 | 2 | 21 | |
| 15 | 2 | 18 | 5 | 22 | 16 | 4 | 23 | |
| 15 | 6 | 19 | 6 | 23 | 17 | 5 | 23 | |
| 15 | 10 | 20 | 7 | 23 | 19 | 7 | 24 | |
| 15 | 14 | 21 | 8 | 24 | 20 | 9 | 26 | |
| 15 | 18 | 22 | 9 | 25 | 21 | 11 | 28 | |
| 15 | 22 | 23 | 9 | 26 | 22 | 13 | 29 | |
| 15 | 27 | 24 | 10 | 27 | 23 | 14 | ♉ | |
| 15 | 31 | 25 | 11 | 28 | 25 | 16 | 2 | |
| 15 | 35 | 26 | 12 | 29 | 26 | 18 | 3 | |
| 15 | 39 | 27 | 13 | ♑ | 27 | 20 | 4 | |
| 15 | 43 | 28 | 14 | 1 | 29 | 22 | 6 | |
| 15 | 47 | 29 | 15 | 2 | ♒ | 24 | 7 | |
| 15 | 51 | 30 | 16 | 3 | 2 | 26 | 8 | |



Digitized by Google

*Reliquum tabulæ domorum ad 48. gradus latitudinis.*

♐

| Tempus à meridie. H. | Mi. | 10 ♐ gr. | 11 ♐ gr. | 12 ♑ gr. | 1 ♒ gr. | 2 ♓ gr. | 3 ♉ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 15 | 51 | 0 | 16 | 3 | 2 | 26 | 8 | |
| 15 | 55 | 1 | 17 | 4 | 3 | 28 | 10 | |
| 16 | 0 | 2 | 17 | 5 | 5 | ♈ | 11 | |
| 16 | 4 | 3 | 18 | 6 | 6 | 2 | 12 | |
| 16 | 8 | 4 | 19 | 7 | 8 | 4 | 13 | |
| 16 | 12 | 5 | 20 | 8 | 10 | 6 | 15 | |
| 16 | 16 | 6 | 21 | 9 | 11 | 8 | 16 | |
| 16 | 21 | 7 | 22 | 10 | 13 | 10 | 17 | |
| 16 | 25 | 8 | 23 | 11 | 15 | 12 | 19 | |
| 16 | 29 | 9 | 24 | 12 | 16 | 13 | 20 | |
| 16 | 35 | 10 | 25 | 13 | 18 | 15 | 22 | |
| 16 | 38 | 11 | 26 | 14 | 20 | 17 | 22 | |
| 16 | 42 | 12 | 27 | 15 | 22 | 19 | 24 | |
| 16 | 46 | 13 | 28 | 17 | 23 | 21 | 25 | |
| 16 | 51 | 14 | 29 | 18 | 25 | 23 | 26 | |
| 16 | 55 | 15 | ♑ | 19 | 27 | 25 | 27 | |
| 16 | 59 | 16 | 1 | 20 | 29 | 27 | 29 | |
| 17 | 3 | 17 | 2 | 21 | ♓ | 29 | ♊ | |
| 17 | 8 | 18 | 3 | 23 | 3 | ♉ | 1 | |
| 17 | 12 | 19 | 4 | 24 | 5 | 2 | 2 | |
| 17 | 16 | 20 | 5 | 25 | 8 | 4 | 3 | |
| 17 | 21 | 21 | 6 | 27 | 10 | 6 | 5 | |
| 17 | 25 | 22 | 7 | 28 | 12 | 8 | 6 | |
| 17 | 29 | 23 | 8 | 29 | 14 | 9 | 7 | |
| 17 | 34 | 24 | 9 | ♒ | 16 | 11 | 7 | |
| 17 | 38 | 25 | 10 | 2 | 18 | 13 | 9 | |
| 17 | 42 | 26 | 11 | 3 | 21 | 14 | 10 | |
| 17 | 47 | 27 | 12 | 5 | 23 | 16 | 11 | |
| 17 | 51 | 28 | 13 | 6 | 25 | 18 | 12 | |
| 17 | 56 | 29 | 14 | 8 | 28 | 19 | 13 | |
| 18 | 0 | 30 | 15 | 9 | 0 | 21 | 14 | |

♑

| Tempus à meridie. ho. | mi. | 10 ♑ gr. | 11 ♑ gr. | 12 ♒ gr. | 1 ♈ gr. | 2 ♉ gr. | 3 ♊ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 18 | 0 | 0 | 15 | 9 | 0 | 21 | 15 | |
| 18 | 4 | 1 | 16 | 11 | 2 | 22 | 16 | |
| 18 | 9 | 2 | 18 | 12 | 5 | 24 | 17 | |
| 18 | 13 | 3 | 19 | 14 | 7 | 25 | 18 | |
| 18 | 17 | 4 | 20 | 16 | 9 | 27 | 19 | |
| 18 | 21 | 5 | 21 | 17 | 11 | 28 | 20 | |
| 18 | 25 | 6 | 22 | 19 | 14 | 29 | 21 | |
| 18 | 31 | 7 | 23 | 21 | 16 | ♊ | 22 | |
| 18 | 35 | 8 | 24 | 22 | 18 | 2 | 23 | |
| 18 | 39 | 9 | 25 | 24 | 20 | 3 | 24 | |
| 18 | 44 | 10 | 27 | 26 | 22 | 5 | 25 | |
| 18 | 48 | 11 | 28 | 28 | 25 | 6 | 26 | |
| 18 | 52 | 12 | 29 | 24 | 27 | 7 | 27 | |
| 18 | 57 | 13 | ♒ | ♓ | 29 | 9 | 28 | |
| 19 | 1 | 14 | 1 | 3 | ♉ | 10 | 29 | |
| 19 | 5 | 15 | 3 | 5 | 3 | 11 | ♋ | |
| 19 | 9 | 16 | 4 | 7 | 5 | 12 | 1 | |
| 19 | 14 | 17 | 5 | 9 | 7 | 13 | 2 | |
| 19 | 18 | 18 | 6 | 11 | 8 | 15 | 3 | |
| 19 | 22 | 19 | 7 | 13 | 10 | 16 | 4 | |
| 19 | 27 | 20 | 9 | 14 | 12 | 17 | 5 | |
| 19 | 31 | 21 | 10 | 16 | 14 | 18 | 6 | |
| 19 | 35 | 22 | 11 | 18 | 15 | 19 | 7 | |
| 19 | 39 | 23 | 13 | 20 | 17 | 20 | 8 | |
| 19 | 44 | 24 | 14 | 22 | 19 | 21 | 9 | |
| 19 | 48 | 25 | 15 | 24 | 20 | 22 | 10 | |
| 19 | 52 | 26 | 16 | 26 | 22 | 23 | 11 | |
| 19 | 56 | 27 | 18 | 28 | 23 | 24 | 12 | |
| 20 | 0 | 28 | 19 | ♈ | 25 | 25 | 13 | |
| 20 | 5 | 29 | 20 | 2 | 27 | 26 | 13 | |
| 20 | 9 | 30 | 22 | 4 | 28 | 27 | 14 | |

Poſtre

Digitized by Google

*Poſtremum tabulæ domorum ad 48. gradus latitudinis.*

♒

| Tempus à Meridie ho. | min. | 10 ♒ gr | 11 ♒ gr. | 12 ♈ gr. | 1 ♉ gr. | 2 ♊ gr. | 3 ♋ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 20 | 9 | 0 | 22 | 4 | 28 | 27 | 14 | |
| 20 | 13 | 1 | 24 | 6 | 29 | 28 | 15 | |
| 20 | 17 | 2 | 24 | 8 | ♊ | 29 | 16 | |
| 20 | 21 | 3 | 26 | 10 | 2 | ♋ | 17 | |
| 20 | 25 | 4 | 27 | 12 | 3 | 1 | 18 | |
| 20 | 29 | 5 | 28 | 13 | 5 | 2 | 19 | |
| 20 | 33 | 6 | ♓ | 16 | 6 | 3 | 20 | |
| 20 | 38 | 7 | 2 | 17 | 7 | 4 | 21 | |
| 20 | 42 | 8 | 2 | 19 | 8 | 5 | 21 | |
| 20 | 46 | 9 | 4 | 21 | 10 | 6 | 22 | |
| 20 | 50 | 10 | 5 | 23 | 11 | 7 | 23 | |
| 20 | 54 | 11 | 7 | 25 | 12 | 7 | 24 | |
| 20 | 58 | 12 | 8 | 26 | 13 | 8 | 25 | |
| 21 | 2 | 13 | 9 | 28 | 14 | 9 | 26 | |
| 21 | 6 | 14 | 11 | ♉ | 15 | 10 | 27 | |
| 21 | 10 | 15 | 12 | 2 | 16 | 11 | 27 | |
| 21 | 14 | 16 | 14 | 3 | 18 | 12 | 28 | |
| 21 | 18 | 17 | 15 | 5 | 19 | 12 | 29 | |
| 21 | 21 | 18 | 16 | 6 | 20 | 13 | ♌ | |
| 21 | 26 | 19 | 18 | 8 | 21 | 14 | 1 | |
| 21 | 30 | 20 | 19 | 10 | 22 | 15 | 2 | |
| 21 | 34 | 21 | 21 | 11 | 23 | 16 | 3 | |
| 21 | 38 | 22 | 22 | 12 | 24 | 17 | 3 | |
| 21 | 41 | 23 | 23 | 14 | 25 | 17 | 4 | |
| 21 | 45 | 24 | 25 | 15 | 25 | 18 | 5 | |
| 21 | 49 | 25 | 26 | 17 | 26 | 19 | 6 | |
| 21 | 53 | 26 | 27 | 18 | 27 | 20 | 7 | |
| 21 | 57 | 27 | 29 | 20 | 28 | 21 | 7 | |
| 22 | 1 | 28 | ♈ | 21 | 29 | 21 | 8 | |
| 22 | 5 | 29 | 1 | 22 | ♋ | 22 | 9 | |
| 22 | 8 | 30 | 3 | 24 | 1 | 23 | 9 | |

♓

| Tempus à Meridie ho. | min. | 10 ♓ gr. | 11 ♈ gr. | 12 ♉ gr. | 1 ♋ gr. | 2 ♋ gr. | 3 ♌ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 22 | 8 | 0 | 3 | 24 | 1 | 23 | 10 | |
| 22 | 12 | 1 | 4 | 25 | 2 | 23 | 11 | |
| 22 | 16 | 2 | 6 | 26 | 3 | 24 | 11 | |
| 22 | 20 | 3 | 7 | 27 | 3 | 25 | 12 | |
| 22 | 24 | 4 | 8 | 29 | 4 | 26 | 13 | |
| 22 | 27 | 5 | 10 | ♊ | 5 | 26 | 14 | |
| 22 | 31 | 6 | 11 | 1 | 6 | 27 | 15 | |
| 22 | 35 | 7 | 13 | 2 | 7 | 28 | 16 | |
| 22 | 39 | 8 | 14 | 3 | 8 | 29 | 16 | |
| 22 | 42 | 9 | 15 | 4 | 8 | 29 | 17 | |
| 22 | 46 | 10 | 16 | 6 | 9 | ♌ | 18 | |
| 22 | 50 | 11 | 18 | 7 | 10 | 1 | 19 | |
| 22 | 54 | 12 | 19 | 8 | 11 | 2 | 19 | |
| 22 | 57 | 13 | 20 | 9 | 11 | 2 | 20 | |
| 23 | 1 | 14 | 22 | 10 | 12 | 3 | 21 | |
| 23 | 5 | 15 | 23 | 11 | 13 | 4 | 22 | |
| 23 | 9 | 16 | 24 | 12 | 14 | 4 | 23 | |
| 23 | 12 | 17 | 25 | 13 | 14 | 5 | 23 | |
| 23 | 16 | 18 | 27 | 14 | 15 | 6 | 24 | |
| 23 | 20 | 19 | 28 | 15 | 16 | 7 | 25 | |
| 23 | 23 | 20 | 28 | 16 | 17 | 7 | 26 | |
| 23 | 27 | 21 | ♉ | 17 | 17 | 8 | 27 | |
| 23 | 31 | 22 | 2 | 18 | 18 | 9 | 27 | |
| 23 | 34 | 23 | 3 | 19 | 19 | 9 | 28 | |
| 23 | 38 | 24 | 4 | 20 | 20 | 11 | 29 | |
| 23 | 41 | 25 | 5 | 21 | 20 | 11 | ♍ | |
| 23 | 45 | 26 | 6 | 22 | 21 | 11 | 2 | |
| 23 | 49 | 27 | 8 | 22 | 22 | 12 | 1 | |
| 23 | 53 | 28 | 9 | 23 | 22 | 13 | 2 | |
| 23 | 56 | 29 | 10 | 24 | 23 | 14 | 3 | |
| 24 | 0 | 30 | 11 | 25 | 24 | 14 | 4 | |



Digitized by Google

*Tabula domorum ad 51 gradus latitudinis.*

♈

| Tempus à meridie. H. | Mi. | 10 ♈ gr. | 11 ♉ gr. | 12 ♊ gr. | 1 ♋ gr. | 2 ♌ gr. | 3 ♍ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 0 | 0 | 0 | 12 | 28 | 26 | 16 | 4 | |
| 0 | 4 | 1 | 13 | 29 | 27 | 17 | 5 | |
| 0 | 7 | 2 | 14 | ♋ | 28 | 17 | 6 | |
| 0 | 11 | 3 | 15 | 1 | 29 | 18 | 7 | |
| 0 | 15 | 4 | 16 | 1 | 29 | 19 | 7 | |
| 0 | 18 | 5 | 17 | 2 | ♌ | 19 | 8 | |
| 0 | 22 | 6 | 18 | 3 | 1 | 20 | 9 | |
| 0 | 26 | 7 | 19 | 4 | 1 | 21 | 9 | |
| 0 | 29 | 8 | 20 | 5 | 2 | 21 | 10 | |
| 0 | 33 | 9 | 21 | 6 | 2 | 22 | 11 | |
| 0 | 37 | 10 | 23 | 6 | 3 | 22 | 12 | |
| 0 | 40 | 11 | 24 | 7 | 3 | 23 | 13 | |
| 0 | 44 | 12 | 25 | 8 | 4 | 24 | 14 | |
| 0 | 48 | 13 | 26 | 9 | 5 | 24 | 14 | |
| 0 | 51 | 14 | 27 | 9 | 6 | 25 | 15 | |
| 0 | 55 | 15 | 28 | 10 | 6 | 26 | 16 | |
| 0 | 59 | 16 | 29 | 11 | 7 | 27 | 17 | |
| 1 | 3 | 17 | ♊ | 12 | 8 | 27 | 18 | |
| 1 | 6 | 18 | 1 | 12 | 8 | 28 | 18 | |
| 1 | 10 | 19 | 2 | 13 | 9 | 29 | 19 | |
| 1 | 14 | 20 | 3 | 14 | 10 | 29 | 20 | |
| 1 | 18 | 21 | 4 | 15 | 10 | ♍ | 21 | |
| 1 | 21 | 22 | 5 | 15 | 11 | 1 | 22 | |
| 1 | 25 | 23 | 6 | 16 | 11 | 1 | 22 | |
| 1 | 29 | 24 | 7 | 17 | 12 | 2 | 23 | |
| 1 | 33 | 25 | 8 | 18 | 13 | 3 | 24 | |
| 1 | 36 | 26 | 9 | 18 | 13 | 3 | 25 | |
| 1 | 40 | 27 | 10 | 19 | 14 | 4 | 26 | |
| 1 | 44 | 28 | 11 | 20 | 15 | 5 | 27 | |
| 1 | 48 | 29 | 12 | 21 | 15 | 6 | 27 | |
| 1 | 52 | 30 | 13 | 21 | 16 | 6 | 28 | |

♉

| Tempus à meridie. ho. | mi. | 19 ♉ gr. | 11 ♊ gr. | 12 ♋ gr. | 1 ♌ gr. | 2 ♍ gr. | 3 ♍ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 52 | 0 | 13 | 21 | 16 | 6 | 28 | |
| 1 | 55 | 1 | 14 | 22 | 17 | 7 | 29 | |
| 1 | 59 | 2 | 15 | 23 | 17 | 8 | ♎ | |
| 2 | 3 | 3 | 16 | 24 | 18 | 8 | 1 | |
| 2 | 7 | 4 | 17 | 25 | 19 | 9 | 2 | |
| 2 | 11 | 5 | 18 | 25 | 20 | 10 | 3 | |
| 2 | 15 | 6 | 19 | 26 | 21 | 10 | 3 | |
| 2 | 19 | 7 | 20 | 27 | 21 | 11 | 4 | |
| 2 | 22 | 8 | 21 | 27 | 22 | 12 | 5 | |
| 2 | 26 | 9 | 22 | 28 | 23 | 13 | 6 | |
| 2 | 30 | 10 | 23 | 29 | 23 | 13 | 7 | |
| 2 | 34 | 11 | 24 | 29 | 24 | 14 | 7 | |
| 2 | 38 | 12 | 25 | ♌ | 25 | 15 | 8 | |
| 2 | 42 | 13 | 25 | 1 | 25 | 16 | 9 | |
| 2 | 46 | 14 | 27 | 2 | 26 | 16 | 10 | |
| 2 | 50 | 15 | 27 | 3 | 27 | 17 | 11 | |
| 2 | 54 | 16 | 28 | 4 | 27 | 18 | 12 | |
| 2 | 58 | 17 | 29 | 4 | 28 | 19 | 13 | |
| 3 | 2 | 18 | ♋ | 5 | 29 | 19 | 13 | |
| 3 | 6 | 19 | 1 | 6 | 29 | 20 | 14 | |
| 3 | 10 | 20 | 2 | 7 | ♍ | 21 | 15 | |
| 3 | 14 | 21 | 3 | 7 | 1 | 22 | 16 | |
| 3 | 18 | 22 | 4 | 8 | 2 | 22 | 17 | |
| 3 | 22 | 23 | 5 | 9 | 2 | 23 | 18 | |
| 3 | 27 | 24 | 6 | 10 | 3 | 24 | 19 | |
| 3 | 31 | 25 | 7 | 10 | 4 | 25 | 19 | |
| 3 | 35 | 26 | 8 | 11 | 4 | 25 | 20 | |
| 3 | 39 | 27 | 9 | 12 | 5 | 26 | 21 | |
| 3 | 43 | 28 | 9 | 13 | 5 | 27 | 22 | |
| 3 | 47 | 29 | 10 | 13 | 6 | 28 | 23 | |
| 3 | 51 | 30 | 11 | 14 | 7 | 28 | 24 | |

Tabula

*Tabula domorum ad 51 gradus latitudinis.*

♊

| Tempus à Meridie ho. | min. | 10 ♊ gr | 11 ♋ gr. | 12 ♌ gr. | 1 ♍ gr. | 2 ♍ gr. | 3 ♎ gr. | Domus |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 3 | 51 | 0 | 11 | 14 | 7 | 28 | 24 | |
| 3 | 55 | 1 | 12 | 15 | 8 | 29 | 25 | |
| 4 | 0 | 2 | 13 | 16 | 9 | ♎ | 26 | |
| 4 | 4 | 3 | 14 | 15 | 9 | 1 | 27 | |
| 4 | 8 | 4 | 15 | 17 | 10 | 1 | 28 | |
| 4 | 12 | 5 | 16 | 18 | 11 | 2 | 28 | |
| 4 | 16 | 6 | 17 | 19 | 11 | 3 | 29 | |
| 4 | 21 | 7 | 18 | 20 | 12 | 4 | ♏ | |
| 4 | 26 | 8 | 19 | 20 | 13 | 5 | 1 | |
| 4 | 29 | 9 | 19 | 21 | 14 | 5 | 2 | |
| 4 | 33 | 10 | 20 | 22 | 14 | 6 | 3 | |
| 4 | 38 | 11 | 21 | 23 | 15 | 7 | 4 | |
| 4 | 42 | 12 | 22 | 24 | 16 | 8 | 5 | |
| 4 | 46 | 13 | 23 | 24 | 17 | 9 | 6 | |
| 4 | 51 | 14 | 24 | 25 | 18 | 10 | 7 | |
| 4 | 55 | 15 | 25 | 26 | 18 | 10 | 8 | |
| 4 | 59 | 16 | 26 | 27 | 19 | 11 | 8 | |
| 5 | 3 | 17 | 27 | 28 | 20 | 12 | 9 | |
| 5 | 8 | 18 | 28 | 28 | 21 | 12 | 10 | |
| 5 | 12 | 19 | 29 | 29 | 22 | 13 | 11 | |
| 5 | 16 | 20 | 29 | ♍ | 23 | 14 | 12 | |
| 5 | 21 | 21 | ♌ | 1 | 23 | 15 | 13 | |
| 5 | 25 | 22 | 1 | 1 | 24 | 16 | 14 | |
| 5 | 29 | 23 | 2 | 2 | 25 | 17 | 15 | |
| 5 | 34 | 24 | 3 | 3 | 25 | 18 | 16 | |
| 5 | 38 | 25 | 4 | 4 | 26 | 18 | 17 | |
| 5 | 43 | 26 | 5 | 5 | 27 | 19 | 17 | |
| 5 | 47 | 27 | 6 | 6 | 28 | 20 | 18 | |
| 5 | 51 | 28 | 7 | 6 | 28 | 21 | 19 | |
| 5 | 56 | 29 | 8 | 7 | 29 | 21 | 20 | |
| 6 | 0 | 30 | 9 | 8 | ♎ | 22 | 21 | |

♋

| Tempus à Meridie ho. | min. | 10 ♋ gr. | 11 ♌ gr. | 12 ♍ gr. | 1 ♎ gr. | 2 ♎ gr. | 3 ♏ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 6 | 0 | 0 | 9 | 8 | 0 | 22 | 21 | |
| 6 | 4 | 1 | 10 | 9 | 1 | 23 | 22 | |
| 6 | 9 | 2 | 10 | 9 | 1 | 24 | 23 | |
| 6 | 13 | 3 | 11 | 10 | 2 | 25 | 24 | |
| 6 | 17 | 4 | 12 | 11 | 3 | 25 | 25 | |
| 6 | 22 | 5 | 13 | 12 | 4 | 26 | 26 | |
| 6 | 26 | 6 | 14 | 13 | 5 | 27 | 27 | |
| 6 | 30 | 7 | 15 | 14 | 5 | 28 | 28 | |
| 6 | 35 | 8 | 16 | 14 | 6 | 29 | 29 | |
| 6 | 39 | 9 | 17 | 15 | 7 | 29 | ♐ | |
| 6 | 44 | 10 | 18 | 16 | 8 | ♏ | 1 | |
| 6 | 48 | 11 | 19 | 17 | 8 | 1 | 1 | |
| 6 | 52 | 12 | 20 | 17 | 9 | 2 | 2 | |
| 6 | 57 | 13 | 21 | 18 | 10 | 3 | 3 | |
| 7 | 1 | 14 | 21 | 19 | 11 | 4 | 4 | |
| 7 | 5 | 15 | 22 | 20 | 11 | 4 | 5 | |
| 7 | 9 | 16 | 23 | 21 | 12 | 5 | 6 | |
| 7 | 14 | 17 | 24 | 21 | 13 | 6 | 7 | |
| 7 | 18 | 18 | 25 | 22 | 14 | 7 | 8 | |
| 7 | 22 | 19 | 26 | 23 | 15 | 7 | 9 | |
| 7 | 27 | 20 | 27 | 24 | 15 | 8 | 10 | |
| 7 | 31 | 21 | 28 | 25 | 16 | 9 | 11 | |
| 7 | 35 | 22 | 29 | 26 | 17 | 10 | 12 | |
| 7 | 39 | 23 | ♍ | 26 | 18 | 11 | 12 | |
| 7 | 44 | 24 | 1 | 27 | 18 | 12 | 13 | |
| 7 | 48 | 25 | 2 | 28 | 19 | 12 | 14 | |
| 7 | 52 | 26 | 3 | 29 | 20 | 13 | 15 | |
| 7 | 59 | 27 | 4 | 29 | 21 | 14 | 16 | |
| 8 | 0 | 28 | 4 | ♎ | 21 | 14 | 17 | |
| 8 | 5 | 29 | 5 | 1 | 22 | 15 | 18 | |
| 8 | 9 | 30 | 6 | 2 | 23 | 16 | 19 | |

*Tabula domorum ad 51. gradus latitudinis.*

♌

| Tempus à meridie. H. | Mi. | 10 ♌ gr. | 11 ♍ gr. | 12 ♎ gr. | 1 ♎ gr. | 2 ♏ gr. | 3 ♐ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 8 | 9 | 0 | 6 | 2 | 23 | 16 | 19 | |
| 8 | 13 | 1 | 7 | 2 | 24 | 17 | 20 | |
| 8 | 17 | 2 | 8 | 3 | 24 | 18 | 21 | |
| 8 | 21 | 3 | 9 | 4 | 25 | 18 | 21 | |
| 8 | 25 | 4 | 10 | 5 | 26 | 19 | 22 | |
| 8 | 29 | 5 | 10 | 6 | 27 | 20 | 23 | |
| 8 | 33 | 6 | 11 | 6 | 27 | 21 | 24 | |
| 8 | 38 | 7 | 12 | 7 | 28 | 21 | 25 | |
| 8 | 42 | 8 | 13 | 8 | 29 | 22 | 26 | |
| 8 | 46 | 9 | 14 | 9 | ♏ | 23 | 27 | |
| 8 | 50 | 10 | 15 | 9 | 0 | 24 | 28 | |
| 8 | 54 | 11 | 16 | 10 | 1 | 24 | 29 | |
| 8 | 58 | 12 | 17 | 11 | 2 | 25 | ♑ | |
| 9 | 2 | 13 | 17 | 12 | 2 | 26 | 1 | |
| 9 | 6 | 14 | 18 | 12 | 3 | 27 | 2 | |
| 9 | 10 | 15 | 19 | 13 | 4 | 27 | 2 | |
| 9 | 14 | 16 | 20 | 14 | 4 | 28 | 3 | |
| 9 | 18 | 17 | 21 | 15 | 5 | 29 | 4 | |
| 9 | 22 | 18 | 22 | 15 | 6 | 29 | 6 | |
| 9 | 26 | 19 | 22 | 16 | 6 | ♐ | 7 | |
| 9 | 30 | 20 | 23 | 17 | 7 | 1 | 7 | |
| 9 | 34 | 21 | 24 | 18 | 8 | 2 | 8 | |
| 9 | 38 | 22 | 25 | 18 | 8 | 3 | 9 | |
| 9 | 41 | 23 | 26 | 19 | 9 | 3 | 10 | |
| 9 | 45 | 24 | 27 | 20 | 10 | 4 | 11 | |
| 9 | 49 | 25 | 28 | 20 | 10 | 5 | 12 | |
| 9 | 53 | 26 | 28 | 21 | 11 | 5 | 13 | |
| 9 | 57 | 27 | 29 | 22 | 12 | 6 | 14 | |
| 10 | 1 | 28 | ♎ | 23 | 12 | 7 | 15 | |
| 10 | 5 | 29 | 1 | 23 | 13 | 8 | 16 | |
| 10 | 8 | 30 | 2 | 24 | 14 | 8 | 17 | |

♍

| Tempus à meridie. ho. | mi. | 10 ♍ gr. | 11 ♎ gr. | 12 ♎ gr. | 1 ♏ gr. | 2 ♐ gr. | 3 ♑ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 10 | 8 | 0 | 2 | 24 | 14 | 8 | 17 | |
| 10 | 12 | 1 | 3 | 25 | 15 | 9 | 18 | |
| 10 | 16 | 2 | 4 | 25 | 15 | 10 | 19 | |
| 10 | 20 | 3 | 5 | 26 | 16 | 11 | 20 | |
| 10 | 24 | 4 | 5 | 27 | 17 | 12 | 21 | |
| 10 | 27 | 5 | 6 | 28 | 17 | 12 | 22 | |
| 10 | 31 | 6 | 7 | 28 | 18 | 13 | 23 | |
| 10 | 35 | 7 | 7 | 29 | 19 | 14 | 24 | |
| 10 | 39 | 8 | 8 | 29 | 19 | 15 | 25 | |
| 10 | 42 | 9 | 9 | ♏ | 20 | 15 | 26 | |
| 10 | 46 | 10 | 10 | 1 | 21 | 16 | 27 | |
| 10 | 50 | 11 | 11 | 2 | 21 | 17 | 28 | |
| 10 | 54 | 12 | 12 | 2 | 22 | 18 | 29 | |
| 10 | 57 | 13 | 13 | 3 | 23 | 18 | ♒ | |
| 11 | 1 | 14 | 13 | 4 | 23 | 19 | 1 | |
| 11 | 5 | 15 | 14 | 4 | 24 | 20 | 2 | |
| 11 | 9 | 16 | 15 | 5 | 25 | 21 | 3 | |
| 11 | 12 | 17 | 16 | 6 | 25 | 21 | 4 | |
| 11 | 16 | 18 | 16 | 6 | 26 | 22 | 5 | |
| 11 | 20 | 19 | 17 | 7 | 27 | 23 | 6 | |
| 11 | 23 | 20 | 18 | 8 | 27 | 24 | 7 | |
| 11 | 27 | 21 | 19 | 8 | 28 | 25 | 8 | |
| 11 | 31 | 22 | 20 | 9 | 29 | 25 | 9 | |
| 11 | 34 | 23 | 21 | 10 | 29 | 26 | 10 | |
| 11 | 38 | 24 | 21 | 11 | ♐ | 27 | 11 | |
| 11 | 42 | 25 | 22 | 11 | 1 | 28 | 12 | |
| 11 | 45 | 26 | 23 | 12 | 1 | 29 | 13 | |
| 11 | 49 | 27 | 24 | 13 | 2 | 29 | 15 | |
| 11 | 52 | 28 | 25 | 13 | 3 | ♑ | 16 | |
| 11 | 56 | 29 | 25 | 14 | 3 | 1 | 17 | |
| 12 | 0 | 30 | 26 | 14 | 4 | 2 | 18 | |

*Tabula*

Digitized by Google

*Reliquum tabulæ domorum ad 51. gradus latitudinis.*

♎

| Tempus à Meridie ho. | min. | 10 ♎ gr | 11 ♎ gr. | 12 ♏ gr. | 1 ♐ gr. | 2 ♑ gr. | 3 ♒ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 12 | 0 | 0 | 26 | 14 | 4 | 2 | 18 | |
| 12 | 4 | 1 | 26 | 15 | 5 | 3 | 19 | |
| 12 | 7 | 2 | 27 | 16 | 5 | 3 | 21 | |
| 12 | 11 | 3 | 28 | 17 | 6 | 4 | 22 | |
| 12 | 15 | 4 | 29 | 17 | 6 | 5 | 23 | |
| 12 | 18 | 5 | ♏ | 18 | 7 | 6 | 24 | |
| 12 | 22 | 6 | 1 | 19 | 8 | 7 | 25 | |
| 12 | 26 | 7 | 1 | 19 | 8 | 8 | 26 | |
| 12 | 29 | 8 | 2 | 20 | 9 | 9 | 28 | |
| 12 | 33 | 9 | 3 | 21 | 10 | 10 | 29 | |
| 12 | 37 | 10 | 4 | 21 | 11 | 11 | ♓ | |
| 12 | 40 | 11 | 4 | 22 | 11 | 12 | 1 | |
| 12 | 44 | 12 | 5 | 23 | 12 | 13 | 3 | |
| 12 | 48 | 13 | 6 | 23 | 13 | 14 | 4 | |
| 12 | 51 | 14 | 7 | 24 | 14 | 15 | 6 | |
| 12 | 55 | 15 | 7 | 25 | 14 | 16 | 7 | |
| 12 | 59 | 16 | 8 | 25 | 15 | 17 | 8 | |
| 13 | 3 | 17 | 9 | 26 | 16 | 18 | 10 | |
| 13 | 6 | 18 | 10 | 27 | 16 | 19 | 11 | |
| 13 | 10 | 19 | 10 | 27 | 17 | 20 | 12 | |
| 13 | 14 | 20 | 11 | 28 | 18 | 21 | 13 | |
| 13 | 18 | 21 | 12 | 29 | 19 | 22 | 15 | |
| 13 | 21 | 22 | 13 | 29 | 20 | 23 | 16 | |
| 13 | 25 | 23 | 14 | ♐ | 21 | 24 | 17 | |
| 13 | 29 | 24 | 15 | 1 | 21 | 26 | 10 | |
| 13 | 33 | 25 | 15 | 2 | 22 | 27 | 20 | |
| 13 | 36 | 26 | 16 | 2 | 22 | 28 | 22 | |
| 13 | 40 | 27 | 17 | 3 | 23 | 29 | 23 | |
| 13 | 44 | 28 | 17 | 4 | 24 | ♒ | 25 | |
| 13 | 48 | 29 | 18 | 4 | 25 | 2 | 26 | |
| 13 | 52 | 30 | 19 | 5 | 26 | 3 | 27 | |

♏

| Tempus à Meridie ho. | min. | 10 ♏ gr. | 11 ♏ gr. | 12 ♐ gr. | 1 ♐ gr. | 2 ♒ gr. | 3 ♓ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 13 | 52 | 0 | 19 | 5 | 26 | 3 | 27 | |
| 13 | 55 | 1 | 20 | 6 | 27 | 4 | 29 | |
| 13 | 59 | 2 | 21 | 7 | 27 | 5 | ♈ | |
| 14 | 3 | 3 | 22 | 8 | 28 | 7 | 1 | |
| 14 | 7 | 4 | 23 | 8 | 29 | 8 | 2 | |
| 14 | 11 | 5 | 24 | 9 | ♑ | 10 | 3 | |
| 14 | 15 | 6 | 24 | 10 | 1 | 11 | 5 | |
| 14 | 19 | 7 | 25 | 11 | 2 | 13 | 6 | |
| 14 | 22 | 8 | 26 | 11 | 3 | 14 | 8 | |
| 14 | 26 | 9 | 27 | 12 | 4 | 16 | 9 | |
| 14 | 30 | 10 | 28 | 13 | 5 | 17 | 11 | |
| 14 | 34 | 11 | 29 | 14 | 6 | 19 | 12 | |
| 14 | 38 | 12 | 19 | 15 | 7 | 21 | 14 | |
| 14 | 42 | 13 | ♐ | 15 | 8 | 23 | 15 | |
| 14 | 47 | 14 | 1 | 16 | 9 | 24 | 17 | |
| 14 | 50 | 15 | 2 | 17 | 10 | 26 | 18 | |
| 14 | 54 | 16 | 3 | 18 | 11 | 28 | 20 | |
| 14 | 58 | 17 | 4 | 19 | 12 | ♓ | 21 | |
| 15 | 2 | 18 | 4 | 19 | 13 | 1 | 22 | |
| 15 | 6 | 19 | 5 | 20 | 14 | 3 | 24 | |
| 15 | 10 | 20 | 6 | 21 | 15 | 5 | 25 | |
| 15 | 14 | 21 | 7 | 22 | 16 | 7 | 27 | |
| 15 | 18 | 22 | 8 | 23 | 17 | 9 | 28 | |
| 15 | 22 | 23 | 9 | 24 | 18 | 11 | ♉ | |
| 15 | 27 | 24 | 10 | 24 | 20 | 13 | 1 | |
| 15 | 31 | 25 | 11 | 25 | 21 | 15 | 2 | |
| 15 | 35 | 26 | 11 | 26 | 22 | 17 | 4 | |
| 15 | 39 | 27 | 12 | 27 | 23 | 19 | 5 | |
| 15 | 43 | 28 | 13 | 28 | 25 | 21 | 6 | |
| 15 | 47 | 29 | 14 | 29 | 26 | 23 | 8 | |
| 15 | 51 | 30 | 15 | 0 | 28 | 25 | 9 | |

*Reliquum*

*Reliquum tabulæ domorum ad 51. gradus latitudinis.*

| ♐ | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Tempus à meridie. | | 10 ♐ | 11 ♐ | 12 ♑ | 1 ♒ | 2 ♓ | 3 ♉ | Domus. |
| H. | Mi. | gr. | gr. | gr. | gr. | gr. | gr. | |
| 15 | 51 | 0 | 15 | 0 | 28 | 25 | 9 | |
| 15 | 55 | 1 | 16 | 1 | 29 | 28 | 10 | |
| 16 | 0 | 2 | 16 | 2 | ♒ | ♈ | 11 | |
| 16 | 4 | 3 | 17 | 3 | 2 | 2 | 13 | |
| 16 | 8 | 4 | 18 | 4 | 4 | 4 | 14 | |
| 16 | 12 | 5 | 19 | 5 | 5 | 6 | 15 | |
| 16 | 16 | 6 | 20 | 6 | 7 | 8 | 16 | |
| 16 | 21 | 7 | 21 | 7 | 9 | 10 | 18 | |
| 16 | 25 | 8 | 22 | 8 | 11 | 13 | 19 | |
| 16 | 29 | 9 | 23 | 9 | 12 | 15 | 20 | |
| 16 | 35 | 10 | 24 | 10 | 14 | 17 | 21 | |
| 16 | 38 | 11 | 25 | 11 | 16 | 19 | 23 | |
| 16 | 42 | 12 | 26 | 12 | 18 | 21 | 24 | |
| 16 | 46 | 13 | 27 | 13 | 20 | 23 | 25 | |
| 16 | 51 | 14 | 28 | 14 | 22 | 25 | 26 | |
| 16 | 55 | 15 | 29 | 16 | 24 | 27 | 28 | |
| 16 | 59 | 16 | ♑ | 17 | 26 | 29 | 29 | |
| 17 | 3 | 17 | 1 | 18 | 28 | ♉ | ♊ | |
| 17 | 8 | 18 | 2 | 19 | ♓ | 3 | 2 | |
| 17 | 12 | 19 | 3 | 20 | 2 | 5 | 3 | |
| 17 | 16 | 20 | 4 | 22 | 5 | 7 | 4 | |
| 17 | 21 | 21 | 5 | 22 | 8 | 8 | 5 | |
| 17 | 25 | 22 | 6 | 25 | 10 | 10 | 6 | |
| 17 | 29 | 23 | 7 | 26 | 12 | 12 | 8 | |
| 17 | 34 | 24 | 8 | 28 | 14 | 14 | 9 | |
| 17 | 38 | 25 | 9 | 29 | 17 | 15 | 10 | |
| 17 | 42 | 26 | 10 | ♒ | 20 | 17 | 11 | |
| 17 | 47 | 27 | 11 | 1 | 22 | 18 | 12 | |
| 17 | 51 | 28 | 12 | 3 | 25 | 20 | 13 | |
| 17 | 56 | 29 | 13 | 4 | 27 | 21 | 14 | |
| 18 | 0 | 30 | 14 | 6 | ♈ | 23 | 16 | |

| ♑ | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Tempus à meridie. | | 10 ♑ | 11 ♑ | 12 ♒ | 1 ♈ | 2 ♉ | 3 ♊ | Domus. |
| ho. | mi. | gr. | gr. | gr. | gr. | gr. | gr. | |
| 18 | 0 | 0 | 14 | 6 | 0 | 23 | 16 | |
| 18 | 4 | 1 | 15 | 8 | 3 | 25 | 17 | |
| 18 | 9 | 2 | 17 | 10 | 5 | 27 | 18 | |
| 18 | 13 | 3 | 18 | 11 | 8 | 29 | 19 | |
| 18 | 17 | 4 | 19 | 12 | 10 | ♊ | 20 | |
| 18 | 21 | 5 | 20 | 14 | 13 | 1 | 21 | |
| 18 | 25 | 6 | 21 | 16 | 16 | 3 | 22 | |
| 18 | 31 | 7 | 22 | 18 | 18 | 4 | 23 | |
| 18 | 35 | 8 | 23 | 19 | 20 | 5 | 24 | |
| 18 | 39 | 9 | 24 | 21 | 22 | 7 | 25 | |
| 18 | 44 | 10 | 26 | 23 | 25 | 8 | 26 | |
| 18 | 48 | 11 | 27 | 24 | 27 | 9 | 27 | |
| 18 | 52 | 12 | 28 | 26 | ♉ | 10 | 28 | |
| 18 | 57 | 13 | ♒ | 29 | 2 | 11 | 29 | |
| 19 | 1 | 14 | 1 | ♓ | 4 | 13 | ♋ | |
| 19 | 5 | 15 | 2 | 3 | 6 | 14 | 1 | |
| 19 | 9 | 16 | 3 | 5 | 8 | 15 | 2 | |
| 19 | 14 | 17 | 4 | 7 | 10 | 16 | 3 | |
| 19 | 18 | 18 | 5 | 9 | 12 | 18 | 4 | |
| 19 | 22 | 19 | 6 | 11 | 14 | 19 | 5 | |
| 19 | 27 | 20 | 8 | 13 | 16 | 20 | 6 | |
| 19 | 31 | 21 | 9 | 15 | 17 | 21 | 7 | |
| 19 | 35 | 22 | 11 | 17 | 19 | 22 | 8 | |
| 19 | 39 | 23 | 12 | 19 | 21 | 23 | 9 | |
| 19 | 44 | 24 | 13 | 21 | 22 | 24 | 10 | |
| 19 | 48 | 25 | 15 | 23 | 24 | 25 | 11 | |
| 19 | 52 | 26 | 16 | 26 | 26 | 26 | 12 | |
| 19 | 56 | 27 | 17 | 28 | 28 | 27 | 12 | |
| 20 | 0 | 28 | 18 | ♈ | 29 | 28 | 13 | |
| 20 | 4 | 29 | 19 | 2 | ♊ | 29 | 14 | |
| 20 | 9 | 30 | 21 | 5 | 2 | ♋ | 15 | |

Poſtre

Digitized by Google

*Poſtremum tabulæ domorum ad 51. gradus latitudinis.*

♒

| Tempus à Meridie | | 10 ♒ | 11 ♒ | 12 ♈ | 1 ♊ | 2 ♋ | 3 ♋ | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ho. | min. | gr | gr. | gr. | gr. | gr. | gr. | |
| 20 | 9 | 0 | 21 | 5 | 2 | 0 | 15 | |
| 20 | 13 | 1 | 23 | 7 | 4 | 1 | 16 | |
| 20 | 17 | 2 | 24 | 9 | 5 | 2 | 17 | |
| 20 | 21 | 3 | 25 | 11 | 6 | 3 | 18 | |
| 20 | 25 | 4 | 26 | 13 | 7 | 4 | 19 | |
| 20 | 29 | 5 | 28 | 15 | 9 | 5 | 19 | |
| 20 | 33 | 6 | 29 | 17 | 10 | 6 | 20 | |
| 20 | 38 | 7 | ♓ | 19 | 11 | 7 | 21 | |
| 20 | 42 | 8 | 1 | 21 | 12 | 7 | 22 | |
| 20 | 46 | 9 | 3 | 23 | 13 | 8 | 23 | |
| 20 | 50 | 10 | 5 | 25 | 15 | 9 | 24 | |
| 20 | 54 | 11 | 6 | 27 | 16 | 10 | 25 | |
| 20 | 58 | 12 | 7 | 28 | 17 | 11 | 26 | |
| 21 | 2 | 13 | 9 | ♉ | 18 | 12 | 26 | |
| 21 | 6 | 14 | 10 | 2 | 19 | 12 | 27 | |
| 21 | 10 | 15 | 12 | 4 | 20 | 13 | 28 | |
| 21 | 14 | 16 | 13 | 6 | 21 | 14 | 29 | |
| 21 | 18 | 17 | 15 | 7 | 22 | 15 | ♌ | |
| 21 | 22 | 18 | 16 | 9 | 23 | 16 | 1 | |
| 21 | 26 | 19 | 18 | 11 | 24 | 17 | 2 | |
| 21 | 30 | 20 | 19 | 12 | 25 | 17 | 3 | |
| 21 | 34 | 21 | 21 | 14 | 26 | 18 | 3 | |
| 21 | 38 | 22 | 22 | 15 | 27 | 19 | 4 | |
| 21 | 41 | 23 | 23 | 17 | 28 | 20 | 5 | |
| 21 | 45 | 24 | 24 | 18 | 29 | 20 | 6 | |
| 21 | 49 | 25 | 26 | 20 | ♋ | 21 | 6 | |
| 21 | 53 | 26 | 27 | 21 | 1 | 22 | 7 | |
| 21 | 57 | 27 | 29 | 23 | 2 | 23 | 8 | |
| 22 | 1 | 28 | 29 | 24 | 3 | 23 | 9 | |
| 22 | 5 | 29 | ♈ | 25 | 3 | 24 | 10 | |
| 22 | 8 | 30 | 3 | 27 | 4 | 25 | 11 | |

♓

| Tempus à Meridie | | 10 ♓ | 11 ♈ | 12 ♉ | 1 ♋ | 2 ♋ | 3 ♌ | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ho. | min. | gr. | gr. | gr. | gr. | gr. | gr. | |
| 22 | 8 | 0 | 3 | 27 | 4 | 25 | 11 | |
| 22 | 12 | 1 | 4 | 28 | 5 | 26 | 12 | |
| 22 | 16 | 2 | 6 | 29 | 6 | 26 | 12 | |
| 22 | 20 | 3 | 7 | ♊ | 6 | 27 | 13 | |
| 22 | 24 | 4 | 9 | 2 | 7 | 28 | 14 | |
| 22 | 27 | 5 | 10 | 3 | 8 | 29 | 15 | |
| 22 | 31 | 6 | 11 | 4 | 9 | 29 | 15 | |
| 22 | 35 | 7 | 13 | 5 | 10 | ♌ | 16 | |
| 22 | 39 | 8 | 14 | 7 | 11 | 1 | 17 | |
| 22 | 42 | 9 | 16 | 8 | 11 | 1 | 18 | |
| 22 | 46 | 10 | 17 | 9 | 12 | 2 | 18 | |
| 22 | 50 | 11 | 18 | 10 | 13 | 3 | 19 | |
| 22 | 54 | 12 | 19 | 11 | 14 | 3 | 20 | |
| 22 | 57 | 13 | 21 | 12 | 15 | 4 | 21 | |
| 23 | 1 | 14 | 22 | 13 | 15 | 5 | 21 | |
| 23 | 5 | 15 | 24 | 14 | 16 | 6 | 22 | |
| 23 | 9 | 16 | 26 | 15 | 17 | 6 | 23 | |
| 23 | 12 | 17 | 27 | 16 | 17 | 7 | 23 | |
| 23 | 16 | 18 | 28 | 17 | 18 | 8 | 24 | |
| 23 | 20 | 19 | 29 | 18 | 19 | 8 | 25 | |
| 23 | 23 | 20 | ♉ | 19 | 20 | 9 | 26 | |
| 23 | 27 | 21 | 1 | 20 | 20 | 10 | 27 | |
| 23 | 31 | 22 | 2 | 21 | 21 | 10 | 28 | |
| 23 | 34 | 23 | 4 | 22 | 21 | 11 | 29 | |
| 23 | 38 | 24 | 5 | 23 | 22 | 12 | ♍ | |
| 23 | 41 | 25 | 6 | 24 | 23 | 13 | 1 | |
| 23 | 45 | 26 | 7 | 25 | 23 | 13 | 1 | |
| 23 | 49 | 27 | 9 | 25 | 24 | 14 | 2 | |
| 23 | 53 | 28 | 10 | 26 | 25 | 15 | 3 | |
| 23 | 56 | 29 | 11 | 27 | 26 | 15 | 3 | |
| 24 | 0 | 30 | 12 | 28 | 26 | 16 | 4 | |

*Tabula*

*Tabula domorum ad 54. gradus latitudinis.*

♈

| Tempus à meridie. H. | Mi. | 10 ♈ gr. | 11 ♉ gr. | 12 ♊ gr. | 1 ♋ gr. | 2 ♌ gr. | 3 ♍ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 0 | 0 | 0 | 14 | 1 | 29 | 17 | 5 | |
| 0 | 4 | 1 | 15 | 2 | 29 | 17 | 6 | |
| 0 | 7 | 2 | 16 | 3 | ♌ | 18 | 6 | |
| 0 | 11 | 3 | 17 | 4 | 1 | 19 | 7 | |
| 0 | 15 | 4 | 18 | 4 | 1 | 20 | 8 | |
| 0 | 18 | 5 | 19 | 5 | 2 | 20 | 9 | |
| 0 | 22 | 6 | 20 | 6 | 3 | 21 | 10 | |
| 0 | 26 | 7 | 21 | 7 | 3 | 22 | 10 | |
| 0 | 29 | 8 | 22 | 7 | 4 | 22 | 11 | |
| 0 | 33 | 9 | 23 | 8 | 5 | 23 | 12 | |
| 0 | 37 | 10 | 24 | 9 | 5 | 24 | 13 | |
| 0 | 40 | 11 | 25 | 10 | 6 | 25 | 13 | |
| 0 | 44 | 12 | 27 | 11 | 7 | 25 | 14 | |
| 0 | 48 | 13 | 28 | 12 | 7 | 26 | 15 | |
| 0 | 51 | 14 | 29 | 12 | 8 | 26 | 16 | |
| 0 | 55 | 15 | ♊ | 13 | 8 | 27 | 16 | |
| 0 | 59 | 16 | 1 | 14 | 9 | 27 | 17 | |
| 1 | 3 | 17 | 2 | 15 | 10 | 28 | 18 | |
| 1 | 6 | 18 | 3 | 15 | 10 | 29 | 19 | |
| 1 | 10 | 19 | 4 | 16 | 11 | 29 | 20 | |
| 1 | 14 | 20 | 5 | 17 | 12 | ♍ | 20 | |
| 1 | 18 | 21 | 6 | 18 | 13 | 1 | 21 | |
| 1 | 21 | 22 | 7 | 18 | 13 | 2 | 22 | |
| 1 | 25 | 23 | 8 | 19 | 14 | 2 | 23 | |
| 1 | 29 | 24 | 9 | 19 | 14 | 3 | 23 | |
| 1 | 33 | 25 | 10 | 20 | 15 | 4 | 24 | |
| 1 | 36 | 26 | 11 | 21 | 15 | 4 | 25 | |
| 1 | 40 | 27 | 12 | 22 | 16 | 5 | 26 | |
| 1 | 44 | 28 | 13 | 22 | 17 | 6 | 27 | |
| 1 | 48 | 29 | 14 | 23 | 17 | 6 | 28 | |
| 1 | 52 | 30 | 15 | 24 | 18 | 7 | 28 | |

♉

| Tempus à meridie. ho. | mi. | 10 ♉ gr. | 11 ♊ gr. | 12 ♋ gr. | 1 ♌ gr. | 2 ♍ gr. | 3 ♍ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 52 | 0 | 15 | 24 | 18 | 7 | 28 | |
| 1 | 55 | 1 | 16 | 25 | 19 | 8 | 29 | |
| 1 | 59 | 2 | 17 | 25 | 19 | 8 | ♎ | |
| 2 | 3 | 3 | 18 | 26 | 20 | 9 | 1 | |
| 2 | 7 | 4 | 19 | 27 | 21 | 10 | 2 | |
| 2 | 11 | 5 | 20 | 27 | 21 | 11 | 3 | |
| 2 | 15 | 6 | 21 | 28 | 22 | 11 | 3 | |
| 2 | 19 | 7 | 22 | 29 | 23 | 12 | 4 | |
| 2 | 22 | 8 | 23 | 29 | 23 | 13 | 5 | |
| 2 | 26 | 9 | 24 | ♌ | 24 | 14 | 6 | |
| 2 | 30 | 10 | 25 | 1 | 25 | 14 | 7 | |
| 2 | 34 | 11 | 26 | 2 | 26 | 15 | 7 | |
| 2 | 38 | 12 | 27 | 3 | 26 | 15 | 8 | |
| 2 | 42 | 13 | 28 | 3 | 27 | 16 | 9 | |
| 2 | 46 | 14 | 28 | 4 | 27 | 17 | 10 | |
| 2 | 50 | 15 | 29 | 4 | 28 | 18 | 11 | |
| 2 | 54 | 16 | ♋ | 5 | 29 | 18 | 11 | |
| 2 | 58 | 17 | 1 | 6 | 29 | 19 | 12 | |
| 3 | 2 | 18 | 2 | 7 | ♍ | 20 | 13 | |
| 3 | 6 | 19 | 3 | 8 | 1 | 20 | 14 | |
| 3 | 10 | 20 | 4 | 9 | 1 | 21 | 15 | |
| 3 | 14 | 21 | 5 | 9 | 2 | 22 | 16 | |
| 3 | 18 | 22 | 6 | 10 | 3 | 23 | 16 | |
| 3 | 22 | 23 | 7 | 11 | 4 | 23 | 17 | |
| 3 | 27 | 24 | 8 | 12 | 4 | 24 | 18 | |
| 3 | 31 | 25 | 8 | 12 | 5 | 25 | 19 | |
| 3 | 35 | 26 | 9 | 13 | 5 | 26 | 20 | |
| 3 | 39 | 27 | 10 | 13 | 6 | 26 | 21 | |
| 3 | 43 | 28 | 11 | 14 | 7 | 27 | 22 | |
| 3 | 47 | 29 | 12 | 15 | 7 | 28 | 22 | |
| 3 | 51 | 30 | 13 | 16 | 8 | 28 | 23 | |

*Tabula*

*Tabula domorum ad 54. gradus latitudinis.*

♊

| Tempus à Meridie ho. | min. | 10 ♊ gr | 11 ♋ gr. | 12 ♌ gr. | 1 ♍ gr. | 2 ♍ gr. | 3 ♎ gr. | Domus |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 3 | 51 | 0 | 13 | 16 | 8 | 28 | 23 | |
| 3 | 55 | 1 | 14 | 17 | 9 | 29 | 24 | |
| 4 | 0 | 2 | 15 | 17 | 9 | ♎ | 25 | |
| 4 | 4 | 3 | 16 | 18 | 10 | 1 | 26 | |
| 4 | 8 | 4 | 16 | 19 | 11 | 2 | 27 | |
| 4 | 12 | 5 | 17 | 19 | 12 | 2 | 28 | |
| 4 | 16 | 6 | 18 | 20 | 12 | 3 | 29 | |
| 4 | 21 | 7 | 19 | 21 | 13 | 3 | ♏ | |
| 4 | 26 | 8 | 20 | 22 | 14 | 4 | 1 | |
| 4 | 29 | 9 | 21 | 22 | 15 | 5 | 1 | |
| 4 | 33 | 10 | 22 | 23 | 15 | 6 | 2 | |
| 4 | 38 | 11 | 23 | 24 | 16 | 7 | 3 | |
| 4 | 42 | 12 | 24 | 25 | 17 | 8 | 4 | |
| 4 | 46 | 13 | 25 | 25 | 17 | 8 | 5 | |
| 4 | 51 | 14 | 25 | 26 | 18 | 9 | 6 | |
| 4 | 55 | 15 | 26 | 27 | 19 | 10 | 7 | |
| 4 | 59 | 16 | 27 | 28 | 20 | 11 | 8 | |
| 5 | 3 | 17 | 28 | 28 | 20 | 11 | 9 | |
| 5 | 8 | 18 | 29 | 29 | 21 | 12 | 9 | |
| 5 | 12 | 19 | ♌ | ♍ | 22 | 13 | 10 | |
| 5 | 16 | 20 | 1 | 1 | 22 | 14 | 11 | |
| 5 | 21 | 21 | 2 | 1 | 23 | 14 | 12 | |
| 5 | 25 | 22 | 3 | 2 | 24 | 15 | 13 | |
| 5 | 29 | 23 | 4 | 3 | 25 | 16 | 14 | |
| 5 | 34 | 24 | 4 | 4 | 26 | 17 | 15 | |
| 5 | 38 | 25 | 5 | 4 | 26 | 17 | 16 | |
| 5 | 43 | 26 | 6 | 5 | 27 | 18 | 17 | |
| 5 | 47 | 27 | 7 | 6 | 28 | 19 | 18 | |
| 5 | 51 | 28 | 8 | 7 | 28 | 20 | 18 | |
| 5 | 56 | 29 | 9 | 8 | 29 | 20 | 19 | |
| 6 | 0 | 30 | 10 | 9 | ♎ | 21 | 20 | |

♋

| Tempus à Meridie ho. | min. | 10 ♋ gr. | 11 ♌ gr. | 12 ♍ gr. | 1 ♎ gr. | 2 ♎ gr. | 3 ♏ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 6 | 0 | 0 | 10 | 9 | 0 | 21 | 20 | |
| 6 | 4 | 1 | 11 | 10 | 1 | 22 | 21 | |
| 6 | 9 | 2 | 11 | 10 | 1 | 23 | 22 | |
| 6 | 13 | 3 | 12 | 11 | 2 | 24 | 23 | |
| 6 | 17 | 4 | 13 | 12 | 3 | 25 | 24 | |
| 6 | 22 | 5 | 14 | 13 | 4 | 25 | 25 | |
| 6 | 26 | 6 | 15 | 13 | 5 | 26 | 26 | |
| 6 | 30 | 7 | 16 | 14 | 5 | 27 | 27 | |
| 6 | 35 | 8 | 17 | 15 | 6 | 28 | 27 | |
| 6 | 39 | 9 | 18 | 16 | 7 | 28 | 28 | |
| 6 | 44 | 10 | 19 | 16 | 8 | 29 | 29 | |
| 6 | 48 | 11 | 20 | 17 | 8 | ♏ | ♐ | |
| 6 | 52 | 12 | 21 | 18 | 9 | 1 | 1 | |
| 6 | 57 | 13 | 22 | 19 | 10 | 1 | 2 | |
| 7 | 1 | 14 | 22 | 19 | 11 | 2 | 3 | |
| 7 | 5 | 15 | 23 | 20 | 11 | 3 | 4 | |
| 7 | 9 | 16 | 24 | 21 | 12 | 4 | 5 | |
| 7 | 14 | 17 | 25 | 22 | 12 | 5 | 6 | |
| 7 | 18 | 18 | 26 | 22 | 13 | 5 | 6 | |
| 7 | 22 | 19 | 27 | 23 | 14 | 6 | 7 | |
| 7 | 27 | 20 | 28 | 24 | 15 | 7 | 8 | |
| 7 | 31 | 21 | 28 | 25 | 16 | 8 | 9 | |
| 7 | 35 | 22 | 29 | 25 | 17 | 8 | 10 | |
| 7 | 39 | 23 | ♍ | 26 | 17 | 9 | 11 | |
| 7 | 44 | 24 | 1 | 27 | 18 | 10 | 12 | |
| 7 | 48 | 25 | 2 | 28 | 18 | 11 | 13 | |
| 7 | 52 | 26 | 3 | 28 | 19 | 11 | 14 | |
| 7 | 59 | 27 | 4 | 29 | 20 | 12 | 15 | |
| 8 | 0 | 28 | 5 | ♎ | 21 | 13 | 16 | |
| 8 | 5 | 29 | 6 | 1 | 21 | 14 | 17 | |
| 8 | 9 | 30 | 7 | 2 | 22 | 15 | 17 | |

*Tabula domorum ad 54. gradus latitudinis.*

♌

| Tempus à meridie. H. | Mi. | 10 ♌ gr. | 11 ♍ gr. | 12 ♎ gr. | 1 ♎ gr. | 2 ♏ gr. | 3 ♐ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 8 | 9 | 0 | 7 | 2 | 22 | 15 | 17 | |
| 8 | 13 | 1 | 8 | 2 | 23 | 16 | 18 | |
| 8 | 17 | 2 | 8 | 3 | 23 | 16 | 19 | |
| 8 | 21 | 3 | 9 | 4 | 24 | 17 | 20 | |
| 8 | 25 | 4 | 10 | 5 | 25 | 18 | 21 | |
| 8 | 29 | 5 | 11 | 5 | 25 | 18 | 22 | |
| 8 | 33 | 6 | 12 | 6 | 26 | 19 | 23 | |
| 8 | 38 | 7 | 13 | 7 | 27 | 20 | 24 | |
| 8 | 42 | 8 | 13 | 8 | 28 | 20 | 24 | |
| 8 | 46 | 9 | 14 | 8 | 28 | 21 | 25 | |
| 8 | 50 | 10 | 15 | 9 | 29 | 22 | 26 | |
| 8 | 54 | 11 | 16 | 10 | 29 | 22 | 27 | |
| 8 | 58 | 12 | 17 | 11 | ♏ | 23 | 28 | |
| 9 | 2 | 13 | 18 | 11 | 1 | 24 | 29 | |
| 9 | 6 | 14 | 18 | 12 | 1 | 25 | ♑ | |
| 9 | 10 | 15 | 19 | 13 | 2 | 25 | 1 | |
| 9 | 14 | 16 | 20 | 13 | 3 | 26 | 2 | |
| 9 | 18 | 17 | 21 | 14 | 4 | 27 | 3 | |
| 9 | 22 | 18 | 22 | 15 | 4 | 27 | 3 | |
| 9 | 26 | 19 | 23 | 16 | 5 | 28 | 4 | |
| 9 | 30 | 20 | 23 | 16 | 6 | 29 | 5 | |
| 9 | 34 | 21 | 24 | 17 | 6 | 29 | 6 | |
| 9 | 38 | 22 | 25 | 17 | 7 | ♐ | 7 | |
| 9 | 41 | 23 | 26 | 18 | 8 | 1 | 8 | |
| 9 | 45 | 24 | 27 | 19 | 9 | 2 | 9 | |
| 9 | 49 | 25 | 28 | 19 | 9 | 3 | 10 | |
| 9 | 53 | 26 | 28 | 20 | 10 | 3 | 11 | |
| 9 | 57 | 27 | 29 | 21 | 10 | 4 | 12 | |
| 10 | 1 | 28 | ♎ | 21 | 11 | 5 | 13 | |
| 10 | 5 | 29 | 1 | 22 | 11 | 6 | 14 | |
| 10 | 8 | 30 | 2 | 23 | 12 | 6 | 15 | |

♍

| Tempus à meridie. ho. | mi. | 10 ♍ gr. | 11 ♎ gr. | 12 ♎ gr. | 1 ♏ gr. | 2 ♐ gr. | 3 ♑ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 10 | 8 | 0 | 2 | 23 | 12 | 6 | 15 | |
| 10 | 12 | 1 | 3 | 24 | 13 | 7 | 16 | |
| 10 | 16 | 2 | 3 | 24 | 13 | 7 | 17 | |
| 10 | 20 | 3 | 4 | 25 | 14 | 8 | 18 | |
| 10 | 24 | 4 | 5 | 26 | 15 | 9 | 19 | |
| 10 | 27 | 5 | 6 | 26 | 16 | 10 | 20 | |
| 10 | 31 | 6 | 7 | 27 | 16 | 11 | 21 | |
| 10 | 35 | 7 | 7 | 28 | 17 | 12 | 22 | |
| 10 | 39 | 8 | 8 | 29 | 17 | 12 | 23 | |
| 10 | 42 | 9 | 9 | 29 | 18 | 13 | 24 | |
| 10 | 46 | 10 | 10 | ♏ | 18 | 13 | 25 | |
| 10 | 50 | 11 | 11 | 0 | 19 | 14 | 26 | |
| 10 | 54 | 12 | 11 | 1 | 20 | 15 | 27 | |
| 10 | 57 | 13 | 12 | 2 | 20 | 15 | 28 | |
| 11 | 1 | 14 | 13 | 3 | 21 | 16 | 29 | |
| 11 | 5 | 15 | 14 | 3 | 22 | 17 | ♒ | |
| 11 | 9 | 16 | 14 | 4 | 23 | 18 | 1 | |
| 11 | 12 | 17 | 15 | 4 | 23 | 19 | 2 | |
| 11 | 16 | 18 | 16 | 5 | 24 | 19 | 3 | |
| 11 | 20 | 19 | 17 | 6 | 24 | 20 | 4 | |
| 11 | 23 | 20 | 17 | 6 | 25 | 21 | 5 | |
| 11 | 27 | 21 | 18 | 7 | 26 | 22 | 6 | |
| 11 | 31 | 22 | 19 | 8 | 26 | 23 | 7 | |
| 11 | 34 | 23 | 20 | 8 | 27 | 24 | 8 | |
| 11 | 38 | 24 | 20 | 9 | 27 | 24 | 9 | |
| 11 | 42 | 25 | 21 | 10 | 28 | 25 | 11 | |
| 11 | 45 | 26 | 22 | 10 | 29 | 26 | 12 | |
| 11 | 49 | 27 | 23 | 11 | ♐ | 27 | 13 | |
| 11 | 52 | 28 | 23 | 12 | 0 | 27 | 14 | |
| 11 | 56 | 29 | 24 | 12 | 1 | 28 | 15 | |
| 12 | 0 | 30 | 25 | 13 | 1 | 29 | 16 | |

Tabula

Digitized by Google

*Reliquum tabulæ domorum ad 54. gradus latitudinis.*

♎

| Tempus à Meridie ho. | min. | 10 ♎ gr | 11 ♎ gr. | 12 ♏ gr. | 1 ♐ gr. | 2 ♐ gr. | 3 ♒ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 12 | 0 | 0 | 25 | 13 | 1 | 29 | 16 | |
| 12 | 4 | 1 | 26 | 14 | 2 | ♑ | 17 | |
| 12 | 7 | 2 | 27 | 14 | 3 | 1 | 19 | |
| 12 | 11 | 3 | 28 | 15 | 4 | 1 | 20 | |
| 12 | 15 | 4 | 28 | 15 | 4 | 2 | 22 | |
| 12 | 18 | 5 | 29 | 16 | 5 | 3 | 23 | |
| 12 | 22 | 6 | ♏ | 17 | 5 | 4 | 24 | |
| 12 | 26 | 7 | 1 | 18 | 6 | 5 | 25 | |
| 12 | 29 | 8 | 1 | 18 | 6 | 6 | 27 | |
| 12 | 33 | 9 | 2 | 19 | 7 | 7 | 28 | |
| 12 | 37 | 10 | 3 | 20 | 8 | 8 | 29 | |
| 12 | 40 | 11 | 4 | 21 | 9 | 9 | ♓ | |
| 12 | 45 | 12 | 5 | 21 | 9 | 10 | 2 | |
| 12 | 48 | 13 | 5 | 22 | 10 | 11 | 3 | |
| 12 | 51 | 14 | 6 | 22 | 10 | 11 | 4 | |
| 12 | 55 | 15 | 7 | 23 | 11 | 12 | 6 | |
| 12 | 59 | 16 | 8 | 23 | 12 | 13 | 7 | |
| 13 | 3 | 17 | 8 | 24 | 13 | 14 | 9 | |
| 13 | 6 | 18 | 9 | 25 | 13 | 15 | 10 | |
| 13 | 10 | 19 | 10 | 26 | 14 | 16 | 11 | |
| 13 | 14 | 20 | 11 | 26 | 15 | 17 | 13 | |
| 13 | 18 | 21 | 12 | 27 | 16 | 18 | 14 | |
| 13 | 21 | 22 | 12 | 27 | 17 | 20 | 15 | |
| 13 | 25 | 23 | 13 | 28 | 17 | 21 | 16 | |
| 13 | 29 | 24 | 14 | 29 | 18 | 22 | 18 | |
| 13 | 33 | 25 | 15 | 29 | 18 | 23 | 19 | |
| 13 | 36 | 26 | 15 | ♐ | 19 | 24 | 21 | |
| 13 | 40 | 27 | 16 | 1 | 20 | 25 | 22 | |
| 13 | 44 | 28 | 17 | 2 | 20 | 27 | 24 | |
| 13 | 48 | 29 | 18 | 3 | 21 | 28 | 25 | |
| 13 | 52 | 30 | 18 | 3 | 22 | 29 | 27 | |

♏

| Tempus à Meridie ho. | min. | 10 ♏ gr. | 11 ♏ gr. | 12 ♐ gr. | 1 ♐ gr. | 2 ♑ gr. | 3 ♓ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 13 | 52 | 0 | 18 | 3 | 22 | 29 | 27 | |
| 13 | 55 | 1 | 19 | 4 | 23 | ♒ | 29 | |
| 13 | 59 | 2 | 20 | 4 | 24 | 2 | ♈ | |
| 14 | 3 | 3 | 21 | 5 | 25 | 3 | 1 | |
| 14 | 7 | 4 | 22 | 6 | 25 | 4 | 2 | |
| 14 | 11 | 5 | 23 | 7 | 26 | 6 | 3 | |
| 14 | 15 | 6 | 23 | 7 | 27 | 8 | 5 | |
| 14 | 19 | 7 | 24 | 8 | 28 | 9 | 7 | |
| 14 | 22 | 8 | 25 | 9 | 29 | 11 | 9 | |
| 14 | 26 | 9 | 26 | 10 | ♑ | 12 | 10 | |
| 14 | 30 | 10 | 26 | 10 | 1 | 14 | 12 | |
| 14 | 34 | 11 | 27 | 11 | 2 | 16 | 13 | |
| 14 | 38 | 12 | 28 | 12 | 3 | 18 | 15 | |
| 14 | 42 | 13 | 29 | 13 | 3 | 20 | 16 | |
| 14 | 47 | 14 | ♐ | 13 | 4 | 22 | 18 | |
| 14 | 50 | 15 | 1 | 14 | 5 | 23 | 19 | |
| 14 | 54 | 16 | 1 | 15 | 6 | 25 | 21 | |
| 14 | 58 | 17 | 2 | 16 | 7 | 27 | 22 | |
| 15 | 2 | 18 | 3 | 11 | 8 | 29 | 24 | |
| 15 | 6 | 19 | 4 | 17 | 10 | ♓ | 25 | |
| 15 | 10 | 20 | 5 | 18 | 11 | 2 | 26 | |
| 15 | 14 | 21 | 6 | 19 | 12 | 5 | 28 | |
| 15 | 18 | 22 | 6 | 20 | 13 | 7 | 29 | |
| 15 | 22 | 23 | 7 | 21 | 14 | 9 | ♉ | |
| 15 | 27 | 24 | 8 | 22 | 15 | 11 | 2 | |
| 15 | 31 | 25 | 9 | 22 | 16 | 13 | 4 | |
| 15 | 35 | 26 | 10 | 23 | 17 | 15 | 5 | |
| 15 | 39 | 27 | 11 | 24 | 19 | 18 | 7 | |
| 15 | 43 | 28 | 12 | 25 | 20 | 20 | 8 | |
| 15 | 47 | 29 | 13 | 26 | 22 | 23 | 9 | |
| 15 | 51 | 30 | 13 | 27 | 23 | 25 | 11 | |

*Reliquum Tabulæ domorum ad 54. gradus latitudinis.*

♐

| Tempus à meridie. H. | Mi. | 10 ♐ gr. | 11 ♐ gr. | 12 ♐ gr. | 1 ♑ gr. | 2 ♓ gr. | 3 ♉ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 15 | 51 | 0 | 13 | 27 | 23 | 25 | 11 | |
| 15 | 55 | 1 | 14 | 28 | 25 | 27 | 12 | |
| 16 | 0 | 2 | 15 | 29 | 26 | 29 | 13 | |
| 16 | 4 | 3 | 16 | ♑ | 27 | ♈ | 15 | |
| 16 | 8 | 4 | 17 | 1 | 29 | 4 | 17 | |
| 16 | 12 | 5 | 18 | 2 | ♒ | 7 | 18 | |
| 16 | 16 | 6 | 19 | 3 | 2 | 9 | 19 | |
| 16 | 21 | 7 | 20 | 4 | 4 | 12 | 21 | |
| 16 | 25 | 8 | 21 | 5 | 6 | 14 | 22 | |
| 16 | 29 | 9 | 22 | 6 | 8 | 16 | 23 | |
| 16 | 35 | 10 | 23 | 7 | 10 | 18 | 24 | |
| 16 | 38 | 11 | 24 | 8 | 12 | 21 | 25 | |
| 16 | 42 | 12 | 24 | 9 | 13 | 25 | 27 | |
| 16 | 46 | 13 | 25 | 10 | 15 | 26 | 28 | |
| 16 | 51 | 14 | 26 | 11 | 17 | 28 | 29 | |
| 16 | 55 | 15 | 27 | 12 | 19 | ♉ | ♊ | |
| 16 | 59 | 16 | 28 | 13 | 21 | 2 | 1 | |
| 17 | 3 | 17 | 29 | 15 | 24 | 4 | 2 | |
| 17 | 8 | 18 | ♑ | 16 | 27 | 6 | 4 | |
| 17 | 12 | 19 | 1 | 17 | ♓ | 8 | 5 | |
| 17 | 16 | 20 | 2 | 18 | 2 | 10 | 6 | |
| 17 | 21 | 21 | 3 | 20 | 4 | 12 | 8 | |
| 17 | 25 | 22 | 4 | 21 | 7 | 14 | 9 | |
| 17 | 29 | 23 | 5 | 22 | 10 | 15 | 10 | |
| 17 | 34 | 24 | 6 | 23 | 12 | 17 | 11 | |
| 17 | 38 | 25 | 7 | 25 | 15 | 19 | 12 | |
| 17 | 42 | 26 | 8 | 26 | 18 | 21 | 13 | |
| 17 | 47 | 27 | 9 | 28 | 21 | 23 | 14 | |
| 17 | 51 | 28 | 10 | 29 | 25 | 25 | 16 | |
| 17 | 56 | 29 | 11 | ♒ | 27 | 26 | 17 | |
| 18 | 0 | 30 | 12 | 3 | ♈ | 28 | 18 | |

♑

| Tempus à meridie. ho. | mi. | 10 ♑ gr. | 11 ♑ gr. | 12 ♒ gr | 1 ♈ gr. | 2 ♉ gr. | 3 ♊ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 18 | 0 | 0 | 12 | 3 | 0 | 28 | 18 | |
| 18 | 4 | 1 | 13 | 4 | 3 | 29 | 19 | |
| 18 | 9 | 2 | 15 | 6 | 6 | ♊ | 20 | |
| 18 | 13 | 3 | 16 | 7 | 9 | 2 | 21 | |
| 18 | 17 | 4 | 17 | 9 | 12 | 4 | 22 | |
| 18 | 21 | 5 | 18 | 11 | 15 | 5 | 23 | |
| 18 | 25 | 6 | 19 | 13 | 18 | 6 | 24 | |
| 18 | 31 | 7 | 20 | 14 | 20 | 8 | 25 | |
| 18 | 35 | 8 | 22 | 16 | 23 | 9 | 26 | |
| 18 | 39 | 9 | 23 | 18 | 26 | 10 | 27 | |
| 18 | 44 | 10 | 24 | 20 | 28 | 11 | 28 | |
| 18 | 48 | 11 | 25 | 22 | ♉ | 13 | 29 | |
| 18 | 52 | 12 | 26 | 24 | 3 | 14 | ♋ | |
| 18 | 57 | 13 | 27 | 26 | 6 | 15 | 1 | |
| 19 | 1 | 14 | 29 | 28 | 8 | 16 | 2 | |
| 19 | 5 | 15 | ♒ | ♓ | 10 | 18 | 3 | |
| 19 | 9 | 16 | 1 | 2 | 12 | 19 | 4 | |
| 19 | 14 | 17 | 2 | 5 | 15 | 20 | 5 | |
| 19 | 18 | 18 | 4 | 7 | 17 | 21 | 6 | |
| 19 | 22 | 19 | 5 | 9 | 19 | 22 | 7 | |
| 19 | 27 | 20 | 6 | 11 | 21 | 23 | 8 | |
| 19 | 31 | 21 | 7 | 13 | 22 | 24 | 9 | |
| 19 | 35 | 22 | 9 | 16 | 24 | 25 | 10 | |
| 19 | 39 | 23 | 10 | 18 | 26 | 26 | 11 | |
| 19 | 44 | 24 | 11 | 21 | 28 | 27 | 12 | |
| 19 | 48 | 25 | 12 | 23 | 29 | 28 | 13 | |
| 19 | 52 | 26 | 14 | 26 | ♊ | 29 | 14 | |
| 19 | 56 | 27 | 15 | 28 | 1 | ♋ | 15 | |
| 20 | 0 | 28 | 17 | 0 | 4 | 1 | 16 | |
| 20 | 5 | 29 | 18 | 3 | 5 | 2 | 17 | |
| 20 | 9 | 30 | 20 | 5 | 7 | 3 | 18 | |

*Tabulæ*

*Poſtremum tabulæ domorum ad 54. gradus latitudinis.*

♒

| Tempus à Meridie ho. | min. | 10 ♒ gr. | 11 ♒ gr. | 12 ♈ gr. | 1 ♊ gr. | 2 ♋ gr. | 3 ♋ gr. | Domus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 20 | 9 | 0 | 20 | 5 | 7 | 3 | 18 | |
| 20 | 13 | 1 | 21 | 8 | 9 | 4 | 19 | |
| 20 | 17 | 2 | 23 | 10 | 10 | 5 | 19 | |
| 20 | 21 | 3 | 24 | 12 | 11 | 6 | 20 | |
| 20 | 25 | 4 | 25 | 14 | 12 | 6 | 21 | |
| 20 | 29 | 5 | 26 | 16 | 14 | 7 | 22 | |
| 20 | 33 | 6 | 28 | 19 | 15 | 8 | 22 | |
| 20 | 38 | 7 | ♓ | 21 | 16 | 9 | 23 | |
| 20 | 42 | 8 | 1 | 23 | 17 | 10 | 24 | |
| 20 | 46 | 9 | 3 | 25 | 19 | 11 | 25 | |
| 20 | 50 | 10 | 4 | 27 | 20 | 12 | 26 | |
| 20 | 54 | 11 | 5 | 29 | 21 | 13 | 27 | |
| 20 | 58 | 12 | 6 | ♉ | 22 | 13 | 28 | |
| 21 | 2 | 13 | 8 | 3 | 23 | 14 | 28 | |
| 21 | 6 | 14 | 10 | 5 | 24 | 15 | 29 | |
| 21 | 10 | 15 | 11 | 7 | 25 | 16 | ♌ | |
| 21 | 14 | 16 | 13 | 9 | 25 | 17 | 1 | |
| 21 | 18 | 17 | 14 | 10 | 26 | 18 | 2 | |
| 21 | 22 | 18 | 16 | 12 | 27 | 18 | 3 | |
| 21 | 26 | 19 | 17 | 13 | 28 | 19 | 3 | |
| 21 | 30 | 20 | 19 | 16 | 29 | 20 | 4 | |
| 21 | 34 | 21 | 20 | 18 | ♋ | 21 | 5 | |
| 21 | 38 | 22 | 22 | 19 | 1 | 21 | 6 | |
| 21 | 41 | 23 | 23 | 21 | 2 | 22 | 7 | |
| 21 | 45 | 24 | 24 | 22 | 3 | 23 | 8 | |
| 21 | 49 | 25 | 26 | 24 | 4 | 24 | 8 | |
| 21 | 53 | 26 | 27 | 25 | 4 | 24 | 9 | |
| 21 | 57 | 27 | 29 | 26 | 5 | 25 | 10 | |
| 22 | 1 | 28 | ♈ | 28 | 6 | 26 | 11 | |
| 22 | 5 | 29 | 2 | 29 | 7 | 27 | 11 | |
| 22 | 8 | 30 | 3 | ♊ | 8 | 28 | 12 | |

♓

| Tempus à Meridie ho. | min. | 10 ♓ gr. | 11 ♈ gr. | 12 ♊ gr. | 1 ♋ gr. | 2 ♋ gr. | 3 ♌ gr. | Domus |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 22 | 8 | 0 | 3 | 1 | 8 | 28 | 12 | |
| 22 | 12 | 1 | 4 | 2 | 9 | 29 | 13 | |
| 22 | 16 | 2 | 6 | 3 | 9 | 29 | 14 | |
| 22 | 20 | 3 | 7 | 4 | 10 | ♌ | 15 | |
| 22 | 24 | 4 | 9 | 5 | 11 | 0 | 15 | |
| 22 | 28 | 5 | 10 | 7 | 12 | 1 | 16 | |
| 22 | 31 | 6 | 12 | 8 | 12 | 1 | 17 | |
| 22 | 35 | 7 | 13 | 9 | 13 | 2 | 18 | |
| 22 | 39 | 8 | 15 | 10 | 14 | 3 | 18 | |
| 22 | 42 | 9 | 17 | 11 | 15 | 3 | 19 | |
| 22 | 46 | 10 | 18 | 12 | 15 | 4 | 20 | |
| 22 | 50 | 11 | 19 | 13 | 16 | 5 | 20 | |
| 22 | 54 | 12 | 20 | 14 | 17 | 5 | 21 | |
| 22 | 57 | 13 | 22 | 15 | 18 | 6 | 22 | |
| 23 | 1 | 14 | 23 | 16 | 18 | 7 | 23 | |
| 23 | 5 | 15 | 25 | 17 | 19 | 7 | 24 | |
| 23 | 9 | 16 | 26 | 18 | 20 | 8 | 24 | |
| 23 | 12 | 17 | 28 | 19 | 21 | 9 | 25 | |
| 23 | 16 | 18 | 29 | 20 | 21 | 9 | 25 | |
| 23 | 20 | 19 | ♉ | 21 | 22 | 10 | 26 | |
| 23 | 23 | 20 | 1 | 22 | 22 | 11 | 27 | |
| 23 | 27 | 21 | 2 | 23 | 23 | 11 | 28 | |
| 23 | 31 | 22 | 3 | 24 | 24 | 12 | 29 | |
| 23 | 34 | 23 | 5 | 25 | 25 | 12 | 29 | |
| 23 | 38 | 24 | 6 | 26 | 25 | 13 | ♍ | |
| 23 | 41 | 25 | 8 | 27 | 26 | 14 | 1 | |
| 23 | 45 | 26 | 9 | 28 | 26 | 14 | 2 | |
| 23 | 49 | 27 | 10 | 29 | 27 | 15 | 3 | |
| 23 | 53 | 28 | 11 | ♋ | 28 | 16 | 4 | |
| 23 | 56 | 29 | 13 | 1 | 29 | 16 | 4 | |
| 24 | 0 | 30 | 14 | 1 | ♌ | 17 | 5 | |



Digitized by Google

*De reuolutionibus annuis ſententiæ.*

1 Iudicia noſtra non tibi tanquam legem tradimus, ſed vt ſis memor in figuris & accidentijs corporum ſuperiorum. Iudicia noſtra non te neceſſitant, ſed futura demonſtrant. Iudicia noſtra ſatis proſunt, ſi cum natura & arte ipſa amplectaris.

2 Non credas præciſè inuenire tales figuras, quas ſcripſimus, ſed prope, & ſimiles his. Conſtitue te ergo inter has & illas medium velut iudicem peritum à natura & arte.

3 Labora in addiſcendo alia vniuerſaliora, poſteaque noſtra conſidera, labora in cognitione multorum autorum, deinde iudicia noſtra iudica. labora rimare quæ in alijs dicta ſunt, in finemque noſtra nō obliuiſcaris.

4 Poſt cognitionem autorum in experimentis ſi ſtudeas, te certificabis in natura rerum, ſudare te oportet, ſi peritum in hac re te eſſe deſideras. Tempus enim ſtudiumque ſimul & natura ad optimum vnum inducit addiſcentem.

5 Credere noli figuras cæleſtes totaliter effectus habere, niſi tu ſapiens adiuuabis ipſas. Sapiens adiuuare poteſt cæleſtes formas, velut prudens agricola terram per culturam agri, effectus tamen ineſt ſemper temperato iudicio.

6 De eſſe temporum radix demonſtrat, velut reuolutio de eſſe ſolum temporis. Ideo multum conſideranda eſt reuolutio, nec ſpernenda. Et quando ipſa cum radice diſcordat, nam fortior eſt radix, ſed velocius producit effectus reuolutio: ideo reuolutiones timendæ ſunt & timendæ in omnibus, cum maximè ſe concordant cum eclipſationibus ſui temporis, in quibus vis eſt cæleſtis occulta, & non in omnibus intellecta, eo magis de illis ſiue illorum, qui debiles in radicibus luminaria habuerunt, vel luminare eclipſatum in reuolutionis anno. Remouentur etiam quandoque effectus directionis in eſſe boni, vel mali à forti reuolutione, & contrà conuertuntur. Ideo aſtutum eſſe oportet in iudicijs reuolutionum, qui iudicia pronunciat.

7 Magna reuolutio eſt illa, quæ cōfortata eſt à beneuolis primæ magnitudinis, & exiſtentibus in latitudine Zodiaci: ſiue ab illis exiſtentibus in Zenith capitum noſtrorum venit effectus. Maiorque, cum ſignificator principalis cum illis manſerit. Maxima verò, quando cum iſtis ſtellis Zodiaci erit latitudo nec longitudo vlla.

8 Non trades iudicium de forma, niſi prius Solem conſiderabis, nec de qualitate, & accidentibus, niſi Lunam. Quia per Solem formam, & per Lunam materiam habemus, poſtea miſcebis iudicia aliorum ſignificatorum experimentorumque tuorum, conſiderando regiones ſitus & loca natorum, generationes progenieſque eorum.

9 Cum idem aſcendens radicis & reuolutionis erit in reuolutione, iudicabis in bono, & malo ſecundum exiſtentiam domini aſcendentis reuolutionis.

10 Reuolutio natiuitatis in hora in qua dominus natiuitas incipit retrogradi: ſi de inferioribus eſt iens ad combuſtionem, mortem demonſtrat, ſi de ſuperioribus cum aſpectu inimicitiæ inforunarum, idem ſignificat.

11 Mouet natum ad vxorandum Iupiter in reuolutionibus exiſtens in gradibus, in quibus erat tempore natiuitatis.

12 Nullum donum, nec datum erit, niſi promiſit radix natiuitatis.

13 Periti huius artis Aſtrologiæ dicunt, quòd in anno, quo fuerit quarta domus radicis ſignum aſcendentis reuolutionis, augetur nati anima iniurijs & contumelijs. Quòd ſi fuerit ibi vnus ex planetis infortunis à ſigno aſcendēte, corpore trucidabitur, & anguſtias cauſa ſuorum parentum patietur. Quod ſi planeta fortuna ibi ſit, bene ei erit animo, & corpore, & fructus capiet ex conſanguineis.

14 Totus annus in quo eſt ſignum aſcendentis reuolutionis, domus ſextæ, octauæ, vel duodecimæ radicis eſt malus: & peior, ſi eius dominus fuerit planeta infortuna, vel ſi planeta infortuna ſit infortunatus in natiuitate, vel reuolutione.

15 Si dominus ſeptimæ radicis fuerit ſignum aſcēdentis reuolutionis, fueritque ibi vnus ex planetis fortunis, lætabitur, ex mulieribus, & habebit fructus ex communi. Si verò planeta non fortunatus ibi ſit, augetur ab inimicis & mulierum cauſa.

16 Si ſignum in quo Saturnus fuit in natiuitate fuerit ſignum aſcendentis reuolutionis, infirmitas orietur ex frigore, & peius, ſi fuerit Saturnus in quadrato, vel oppoſito aſpectu ſigni aſcendentis in natiuitate.

17 Si autem ſignum in quo fuerit Iupiter ſit ſignū aſcendentis reuolutionis, eius cenſum filij augebunt, & bona.

18 Si verò ſignum in quo fuerit Mars, ſit ſignum aſcendentis reuolutionis, eius inimici augebuntur, & ferro incidēt nati corpus, vel febri acuta præuenietur: vel ignis combuſtione, iuxta naturam ſigni in quo fuerit Mars.

19 Si enim ſignum in quo fuerit Sol eſt ſignum Aſcendentis reuolutionis, & fuerit fortunatum, bene eueniet nato à regibus & parentibus.

20 Si autem ſignum in quo fuerit Venus, *eſt ſi*gnum aſcendentis reuolutionis, bene habebit ex cauſa mulierum & lætitiæ.

21 Si verò ſignum in quo fuerit Mercurius, eſt ſignum aſcendentis reuolutionis, & ipſe fuerit fortunatus, creſcet eius ſapientia & eius bonum: Si verò infortunatus fuerit natus dedecus ab omnibus patietur, propter ſuam vecordiam.

22 Si ſignum in quo fuerit Luna eſt ſignum aſcendentis reuolutionis, ac fortunatum, animi & corporis virtus augebitur.

23 Si ſignum in quo Caput Draconis Lunæ fuerit, eſt ſignum aſcendentis reuolutionis, promittitur nato honor & lucrum.

24 Si ſignum in quo fuerit cauda Draconis Lunæ ſignum aſcendentis reuolutionis extiterit, omnium bonorum defectus ſignificatur.

25 Deinde eſt conſiderandus gradus partitionis horoſcopi: ſi enim ipſum aſpicit Venus, animi augebit lætitiam, & cauſa mulierum proſperitatem decernit.

Satur

Digitized by Google

Si gradū partitionis aſpicit

Saturnus cum Venere, ſignificat animi cruciatum, & fletum pro mulieribus.

Mars cum Venere, voluptatem ſignificat veneream, ex qua incurret pudorem & turpitudinem.

Iupiter cum Venere, eſt fortis, & ſignificat bonum lucrum.

Mercurius infortunatus, ſignificat cōtentiones cum mulieribus: ſi vero ſit fortunatus ſignificat incontinentiam coitus.

Iupiter ſolus, dat lucrum.

Mars, vel Saturnus cum Ioue, natus lucrum amittet. Si Martis & Saturni aſpectus amicitiæ fuerit cum Ioue, ſponte ſua amittet, vel multas expenſas aut donationes denotat. Si inimicitiæ aſpectus fuerit, nolens amittet raptum à latronibus, & furibus.

Et ſic iudicium cuiuſque planetæ erit ſecundum ſuam naturam, gradum partitionis aſpicientis.

26 Et cum in anni reuolutione ſit planeta fortuna in loco, in quo fuit planeta infortuna tempore natiuitatis, malum nati in bonum conuertetur. Et quo anno eſt ſignum finis domus Solis & Lunæ iudicium erit dominorum ſuarum domorum.

Mouet homines ad idem reuolutio, quando ſignificator rei ad locum eundem ſuæ radicis reuertitur. Et tanto magis durabilior eſt res ſignificati, quanto figura reuolutionis fortior cum figura radicis configuratur in eſſe rei promiſſæ.

### *Ad Dominum anni reperiendum.*

In reuolutionibus natiuitatum, ſciendum eſt, quòd vnicuique anno Solari vnum ſignum profectionale deputatur, ſumpto exordio à gradu aſcēdētis radicis, vt ſiquis habuerit ſignū Leonis cū gradibus 11. in natali Horoſcopo, tūc illa graduū intercapedo à 11. illi° ſigni vſq; in 11. Virginis, erit ſignum profectionis, qui tribuitur primo anno à natiuitate, & ſic deinceps iuxta ſucceſſionem ſignorum vſque in finē vitæ procedi debet, dando vnicuique anno ſingulum ſignum. Planeta autem dominus illius ſigni dicitur dominus anni, idque per totum tempus, quantum durat illud ſignum: ſed mutato ſigno, mutatur dominium.

### *De Saturno, quando eſt dominus anni, & eſt fortunatus: ex Hermetis ſententia cap. 4. lib. 2. & Abenrag. cap. 3. par. 6.*

*Natura ♄ & ♃ ſecundum accidens.* Saturnus quidem eſt natura maleuolus & corruptor. Iupiter autem natura beneuolus & bonorum ſignificator. Sed multoties accidit, quòd maleuolus proſperitatem ſignificat, beneuolus verò aduerſitatē, & diuerſas diſpoſitiones eorum. Maleuolus quidem malè diſpoſitus, tum propter ſuā naturam, tum etiam propter contrariam diſpoſitionem detrimenta indicat & iacturas: & ſi configuratus fuerit alteri planetæ & ipſe malè diſpoſitus fuerit, nocumentum eius amplius extendetur: ſed ſi planeta ipſe fuerit bene diſpoſitus per trinum vel ſextilē aſpectum aſpiciens ipſum Saturnum non nocebit, ſed & bonum ſignificat. Et beneuolus quando eſt malè diſpoſitus, & eſt debilis, debilitantur & ſignificationes ſuæ. Si verò ſic ſe habentem, aſpexerit ipſum maleuolus, recipiet ab eodem maleuolo operationem malorum & operabitur beneuolus operationem maleuoli. Saturnus quidem quando eſt malè diſpoſitus & configuratur ei Iupiter, vel aliqui de beneuolis, minuitur militia eius.

Igitur Saturnus cùm fuerit dominus anni & ſecundùm natiuitatem & ſecundùm reuolutionem orientalis exiſtens & rectus in domo propria conditione, vel exaltatione, in locis quibus habuerit dignitatem, & in aliquo loco amicorum & cooperatorum ſuorum, & in bono loco ex diuiſione domorum & in propria conditione, facit eum cuius eſt reuolutio, procuratorem vtilium rerum & proſperantem in eis, fortem & durabilem & maximè negotioſum in terrarum & villarum cura, & in ædificiis & acquiſitionibus eorundem, necnon in domorum erectionibus & in aquarum deriuationibus & arborum plantationibus. *Her. aph. 4.27.* Si verò eſt de regibus aut principibus, & Saturnus fuerit ſic diſpoſitus aſpiciēs per trinum in natiuitatis figura Iouem, ſignificat, quòd in illo anno ædificabit ciuitates, & fabricabit palatia & circumuallabit ea, & eleuabit muros, & renouabit hortos, & faciet aquæductus, & fodiet riuulos, & corrupta & vetera renouabit. ♄ ♃ Si autem in radice Iouem per trinum non aſpicit, ſed per ſextilem, minora erunt huiuſmodi. Et ſi Iupiter per reuolutionem à trino vel ſextili Saturnum aſpexerit, aſpiciebat etiam ipſum ſic in natiuitate, ſignificat cū prædictis, quòd honorabilis erit & alacer, & quod acquiret multas diuitias & regnabit, & de omnibus ſuis operibus vtilitatem habebit: filium etiā procreabit, & erit in ſuo filio lætabundus.

♄ ♃ Item ſi Saturnus tam in natiuitatis initio quàm in reuolutione in ſignis Regiis fuerit Iouem aſpiciens, ille, cuius eſt reuolutio, tractabit opera Regia in eodem anno id ipſum ſignificat, & ſi iam coniungitur. *Nota.* Oportet autem cum his obſeruare in vtraque figura radios & ſortes, & duodenas particulas, & in quibus horum conſiſtit Saturnus, & quem horum aſpicit in duobus tēporibus, nam & huiuſmodi habet ſignificationes. Saturnus enim cùm in loco in quo eſt, habet aliquam dignitatem, vel dominatur domui, in quam ceciderit ſors fortunæ, vel aſpicit ſortem à ſigno, in quo habet dignitatem, proueniet ei vtilitas ab aliqua parte nota, vel à quodam amico ſuo. Si verò in alieno loco contingeret, fiet vtilitas ab aliena parte.

♄ ♃ Item cùm Saturnus fuerit dominus anni, & tam ipſe, quàm Mars fuerint fortunati tam ſecundùm natiuitatem, quàm ſecundùm reuolutionem, aſpexerit autem Mars ipſum à trino vel ſextili aſpectu, & receperint ſe ad inuicem, erit in illo anno, cuius eſt reuolutio res vtiles tractaturus, & augmētabuntur diuitiæ eius ac gloria, & notitiam habebit cum Regibus & gratulabitur fratribus, & proceſſus ſui proſperè ſibi ſuccedent. Si verò coniunctus fuerit ei Mars in duobus temporibus & ambo fuerint fortunati, erit in illo anno, cuius eſt reuolutio, benè ſe habens aptus etiam in conſiliis, & cum ſolertia in rebus ſe intromittens, & negotia erunt ei facilia. erit itaque



Digitized by Google

liberalis & faciet multas expenſas.

♄ ☉ Item cùm Saturnus fuerit dominus anni, & tā ipſe quàm Sol in duobus temporibus fuerint fortunati: Sole aſpiciente Saturnum à ſextili aſpectu ſignificat in illo anno augmentum honoris & patris vtilitatem, & à regibus commodum. Si verò Sol ipſum aſpexerit per trinum, Saturno incipiente retrogradari, minor erit vtilitas. Idem erit, ſi vno de duobus temporibus aſpexerit ipſum Sol.

♄ ♀ Item cùm Saturnus fuerit dominus anni, & tam ipſe quàm Venus in duobus temporibus fuerint expediti, & configurata fuerit ei Venus in duobus temporibus à trino vel ſextili aſpectu, fortunaturque & ſors coniugij: delectabitur in illo anno in mulieribus, & curam habebit de ornatu & puritate, & copioſæ erunt eius diuitiæ, diliget etiam picturas & decorē in domibus. Si verò in vno tempore tantum fuerint ſic diſpoſiti, non valde immoderata bona ei contingent. Quidam etiam vilipendent & redarguent eum, & triſtabitur pro mulieribus & effœminatis viris, & cum difficultate tractabit venerea, & aliqua de vxoribus ſuis contriſtabitur, & corrumpetur aliquid de mobili ſubſtantia eius, vel de vnguentis eius: & in media iucunditate contriſtabitur, & in medio ludo ſcandalizabitur.

♄ ☿ Itē cum Saturnus fuerit dominus anni, & tam ipſe quàm Mercurius in duobus temporibus fuerint fortunati, & configuratur ei Mercurius per trinum vel ſextilem aſpectum, & recipit alter alterum, ſunt autem ſors ſeruorum & ſors filiorum, & ſors operis ſimul cum dominis ſuis benè diſpoſitæ, honoratus & conſtans erit, & ſtudebit circa lectionem ſcripturarum, & computos, & diſciplinas, & gratulabitur ſuper filiis & ſeruis. Si verò coniungitur ei Mercurius in duobus temporibus, erit in illo anno ingenij facundiſſimi. Si verò in vno de temporibus ſic ſe habent minuuntur omnia ſupradicta.

♄ ☽ Item cùm Saturnus fuerit dominus anni, & tam ipſe quàm Luna fuerint in duobus temporibus expediti, & aſpexerit eam per trinum vel ſextilem in duobus temporibus, & Lunam contigerit eſſe luminibus & numeris auctam, augmentabuntur in illo anno diuitiæ eius, & gloria & adhærebit regibus & à multis laudabitur, & lætabitur in matribus & in mulieribus. Si verò aſpexerit tantum in vno de duobus temporibus, vel fuerint impediti, omnia quæ prædiximus, minuentur.

*De ſignificationibus Saturni, quando eſt dominus anni: & fuerit mali eſſe, ex Hermete cap. 5. lib. 2.*

Quando eſt Saturnus dominus anni & impeditus tam in natiuitate quàm in reuolutione, & eſt cadens ab angulo, & in loco malo, & in alieno ſigno, & ſub radiis, vel retrogradus, & maximè ſi fuerit in deſcenſione ſua, non adiutus à Ioue per aſpectum, ſiue per conuenientiam ſignorum, quæ eſt æqualis potentiæ, & ſi reuolutio eſt nocturna, & ipſe fuerit ſuper terrā ſiue in ſeptimo loco, ſiue in medio cæli: vel ſi reuolutio eſt diurna, & ipſe inuenietur ſub terra, & maximè in angulo terræ, ſignificat in illo anno detrimentum de ſenioribus domus & in parentibus & in auis, & ſi ſignum eſt maſculinum erit in viris periculum, ſi verò fœmininum, in mulieribus, & ſi eſt in ſigno bicorporeo, in vtriſque. Cum his indicat, quòd is cuius eſt reuolutio, ſuſtinebit magna pericula & ægritudines prolixas ab humiditate & frigore cum tremore corporis, & dabit nato dyſuriam ſiue difficultatem vrinę quæ procedet à quadam materia craſſa, aut caruncula meatum obſtruente. & melancholicos morbos & tetricos & ſimiles. Significat etiam detrimentum in rebus ſtabilibus & in diuitiis, & in agris, & aquis, & in omni ſubſtantia tam mobili quàm immobili, & otium in rebus tractandis, & difficultatem in rebus obtentis. habebit etiam familiaritatem cum auaris hominibus & dolores, & maximè, ſi retrogradatur. Si verò Saturnus ſic ſe habens in alieno ſigno fuerit, patietur hoc in aliena terra, & ſi Saturnus fuerit in amicabili loco ſuſtinebit hoc ab amicis, & ſi dominus domus ſuæ aſpexerit eum in natiuitate, patietur hoc à veteri inimico. Si autem tam in natiuitate quàm in reuolutione eū aſpexerit, ab vtriſque lædetur, & in tribus modis quos diximus erit inimicus ei præcognitus. Si verò Saturnus in duobus temporibus ſub radiis ſolaribus fuerit, ſignificat in illo anno contentiones & timores à præpoſitis dignitatum, morbum etiam in loco occulto, & detrimentum à parentibus & auis & ſenibus, ſecundùm naturalem Saturni proprietatem. & ſi Sol fuerit fortior, intenſionum recipient detrimenta, ſi verò debilior, minuentur. Et ſi idem tali modo malè diſpoſitus eſt in coniunctione cuiuſdam ſtellæ vel radij; aut ſortis, vel duodenæ particulæ, vel aſpicit eas ſiue in natiuitate, ſiue in reuolutione aſpectu contrario, corruptionem & deſolationem illius ſpeciei ſignificat Saturnus quidem aliquando ſignificabit contrarium, cùm eſt reuolutio diurna, pro eo quod eſt in ſua conditione citius mala prouenient. ſed diſſoluentur, & erit modicum nocumentū.

Vide Fir-mi. cap. 12. lib. 2.

♄ ♃ Itē cùm Saturnus fuerit dominus anni, & tam ipſe quàm Iupiter fuerint in duobus temporibus impediti, aſpicit autem ipſum per ſextilem aſpectum, vel trinum in loco malo exiſtens: ſignificat in illo anno deſtructionem cuiuſdam domus ſuæ, vel poſſeſſionis, & perditionem partis diuitiarum, & ignobilitatem, & circa expedientia negligentiā Si verò in duobus temporibus ipſum aſpexerit per quadratum, & ambo fuerint impediti, ſignificat diminutionem *diuitiarum in* illo anno, & difficultatem in omnibus rebus tractandis, periclitabuntur etiam parentes eius.

Item ſi Iupiter aſpexerit Saturnum in duobus temporibus per oppoſitum, & ambo fuerint impediti, natus habebit in illo anno difficultatem in omnibus negotiis ſuis, & triſtitiam habebit pro filiis, & ſi in duobus temporibus cōiungitur, perditionem diuitiarum ac contentiones & detrimentum ſignificat. Si verò tam coniunctio quàm aſpectus in vno tempore fuerit, euenient mala huiuſmodi leuiora.

♄ ♂ Item cùm Saturnus fuerit dominus anni, & tam ipſe quàm Mars in duobus temporibus fuerint impediti & configurati adinuicem quocunque aſpectu, & ſint ambo in ſignis ſimilitudinis hominum: ſignificat ei, cuius eſt reuolutio, in eodem anno pericula fieri & detentionem ab inimicis, vel ab aliquo duce exercitus, & quòd in fratribus contriſtabitur, ſin autem ex trino vel ſextili Mars Saturnum aſpexerit in duobus

duobus temporibus, & ambo fuerint impediti, indicat in illo anno deſidiam & otium & mortem fratrum, & paſſiones & magnum periculum ei cuius eſt reuolutio, fratribus etiam eius. Si verò Mars eum per quadratum aſpexerit in duobus temporibus, & ſuper eũ fuerit eleuatus Saturnus: ægrotabit à febre & frigore, & corrumpetur ſubſtantia patris eius, & morietur aliquis de fratribus eius. Si verò Mars fuerit eleuatus ſuper Saturnum: inuidebit conſanguineis ſuis, & laborabit ægritudine magna, & bona eius erunt malè diſpoſita. Si verò Mars in duobus temporibus Saturnũ aſpexerit per oppoſitũ, & ambo fuerint impediti: minuetur illo anno diuitiæ eius & magnas ſuſtinebit iacturas, & ægrotabit, & patietur neceſſitates propter inuidiã & calumniã, & cõtrouerſias habebit cũ cõſanguineis ſuis: & ſi fuerit in aquatico ſigno, periculum erit ab aqua & humidis. Si verò in ſigno quadrupedum, erit periculum ab ictu vel morſu, aut veneno, & ſi coniungitur ei Mars in duobus temporibus & ſunt ambo infortunati, erit in illo anno valdè triſtis, & prauis moribus, & malè tractabilis conatus habens difficiles, maiores etiam fratres eius lædentur. Si verò fuerint benè diſpoſiti in duobus temporibus, moderata erunt huiuſmodi mala.

Item cùm fuerit Saturnus dominus anni, & tam ipſe quã Sol in duobus temporibus fuerint impediti, & configurati ad inuicem à qualicunque figura, ſignificat in illo anno triſtitias, & iniurias, & calumnias, & læſionem patrum, & diminutionem diuitiarum. Si autem fuerit cum ſorte patris vel cum domino eius, vel impediuntur ab alijs, indicat læſionem in parentibus & auunculis, vel quòd is cuius eſt reuolutio lædetur ab eis, vel cauſa eorum. Si verò Sol aſpexerit eum in duobus temporibus à trino vel ſextili aſpectu, & ambo fuerint impediti, & maximè exiſtente reuolutione nocturna, patientur læſiones tam ipſe quàm pater ſuus in illo anno diuerſas. In diuitiis quoque & dignitate erit diuerſimodè occupatus. Si verò Sol aſpexerit Saturnum in duobus temporibus per quadratũ, & ambo fuerint impediti, & Sol fuerit eleuatus, euaneſcent in illo anno quæcunque hæreditauit à parentibus, & ægrotabit ægritudinibus frigidis, & fortè ſacram ægritudinem patietur, & in doloribus & laboribus opprimetur. Si autem ſuper Solem fuerit Saturnus eleuatus: patietur triſtitias, in quibus deficiet, & in carcerem incidet & captiuabitur, & erit in omnibus rebus vtilibus ocioſus. Et ſi Sol aſpexerit ipſum in duobus tẽporibus per oppoſitũ, & ambo fuerint impediti, fiet circa ipſum & patrem chronica paſſio. Si autem Saturnus erit ſub radiis in duobus temporibus in illo anno dilapidabit diuitias patris ſui, & in rebus eius erit euentus contrarius, & ſi nocturna fuerit reuolutio, erit deterius. patientur enim tam ipſe quàm pater eius & fratres multas aduerſitates. Si autem Sol fuerit in paucioribus gradibus quàm Saturnus, peius erit in omnibus. *Irruet enim à dignitate ſua, & erit promptus ad omnem rixam, contentionem & pugnam.

*Excidet enim dignitate.*

Si verò ſiue coniunctio, ſiue aſpectus in vno tantũ ſit tempore, & non fuerint impediti, minora ei contingent mala.

Item cùm Saturnus fuerit dominus anni, & tam ipſe quàm Venus ſimul in duobus temporibus impediti fuerint, configuratur autem ei Venus, & impeditur ſors matrimonij, & dominus eius à coniunctione, ſiue aſpectu malorum: patientur mulieres eius multa mala, vel illi occaſione ipſarum erit damnum, & erit damnum in vnguentis eius, & indumentis, & pecunia. Si verò in duobus temporibus per trinum vel ſextilem aſpectum ipſum aſpexerit, & fuerint impediti, commorabitur in locis immundis in illo anno, & corrumpentur eius pecuniæ, & perturbatus erit in vita & amicabitur cum vilibus viris & mulieribus, & læſiones patietur per viros nobiles & mulieres. Si verò Venus aſpexerit eum in duobus temporibus per quadratum, & ambo fuerint impediti, Saturno ſuper Venerem eleuato: ille cuius eſt reuolutio, non gaudebit in illo anno cum mulieribus ſuis, ſed quædam earũ læſiones habebunt, vel rixam habebunt cum eis, & diuortium & ſeparationem. Si autem Venus ſuper Saturnum fuerit eleuata: obedient ei mulieres ſuæ, & diligent eum, & diligentur ab eo. Si verò Venus aſpexerit eum ab oppoſito in duobus temporibus, & ambo fuerint impediti, erit in illo anno triſtis, & modicum alacer, & læſionem patietur à mulieribus, vel ægrotabit, vel morietur aliqua de mulieribus eius: & ſi coniungitur ei Venus in duobus temporibus & ambo fuerint impediti, concumbet in illo anno cum mulieribus, vel meretricibus, vel vxorem ducet ſterilem, vel tranſgredietur ab vna ad aliam, & nunquam ipſas diliget, neque ipſe diligetur ab eis. Si autem coniungitur ei Venus in vno de duobus temporibus, vel configurabitur ei, minora erunt huiuſmodi.

Item cùm Saturnus fuerit dominus anni, & tam ipſe quàm Mercurius fuerint in duobus temporibus impediti, indicat in illo anno ei, cuius eſt reuolutio, detrimentum, corruptionem, triſtitias, anxietates, pœnitudines & cogitatiões pro ſeruis, filiis, ſociis, & pro rebus, quas habebit præ manibus, vel patietur hoc ex actione huiuſmodi, & propter regimen aduerſum & ſtultum. Si verò aſpexerit ipſum Mercurius in duobus temporibus à trino vel ſextili aſpectu, & ambo fuerint impediti: patietur propter computos & literas & diſciplinam & diuitias, & erit iners & negligens & malè tractabilis & in his, quæ ſibi expediunt, deſes & otioſus. Si verò ipſum aſpexerit in duobus temporibus per quadratum, & ambo fuerint impediti, eleuatur autem Saturnus ſuper eum, ſuſtinebit mœrores & pericula in vita ſua & in diuitiis, & amittet regimẽ, quod exercet, & ſeruiet quibuſdam cauſa neceſſitatis, & ſuſtinebit neceſſitates propter ſermones, & dolebit os vel aurem. Si verò Mercurius ſuper Saturnum eleuatur, minora erunt mala. Si autem aſpexerit per oppoſitum, & ambo fuerint impediti in duobus temporibus, fiet dolor in ore eius & lingua & detrimentum habebit propter verba, & impedietur in actibus ſuis. erit itaque complexionis frigidæ & mens atque intellectus eius erunt corrupti, ægrotabit ex ventoſitate, & triſtabitur propter aliquod furtum, & ſuſtinebit incommoda ab omnibus, cum quibus contendet, & interrumpetur ſpes eius. nam amplectetur vitã & triſtabitur propter diuitias & propter aliquas prædictas res. Si verò coniungitur ei Mercurius, & fuerint ambo in duobus temporibus impediti, ſuſtinebit mœrores diuerſos, & erit piger & timidus in verbis & rebus, & dominabũtur ei prauæ cogitatiões, &

habebit

Digitized by Google

habebit mentem turbatam & loquendo nō crede tur à multis & ægrotabit, & pueri ſui patientur læſionem ac ſerui, & omnem ſpeciem malam ſuſtinebit in illo anno. Cum his omnibus ſi coniungitur, vel configuratur ei Mercurius in vno de duobus temporibus: ſi nō fuerint impediti, minora erunt omnia ſupradicta.

♄ ☾ Item cùm Saturnus fuerit dominus anni, & tam ipſe quàm Luna fuerint in duobus temporibus impediti, & configurantur ad inuicem in duobus temporibus à quacunque figura, maximè ſi Luna fuerit in duo bus temporibus, & lumine & numeris minima: ſigni ficat in illo anno corporeas paſſiones & triſtitias cauſa matrū, & propter rumores ſiniſtros: Si verò Luna ipſum aſpexerit à trino vel ſextili aſpectu, & ambo fuerint impediti, eleuatur autem ſuper eam Saturnus, in agendis ſuis erit improſperatus & negligens, & diſperget diuitias parētum ſuorum. Si autem Luna fuerit eleuata, corruptiones, odium, iurgia cum quibuſdam habebit, diuitias etiam parentum diſperget, & cauſa filiorum triſtabitur, & ſi Luna tempore reuolutionis, in ſigno fuerit fœminino, vxor eius contra eū inimicabitur, & quæret læſionem ipſius. Si autem Luna ipſum aſpexerit per oppoſitum, & ambo fuerint impediti, accidet ægritudo parentibus in loco occulto, & conſumetur ſubſtantia eius: erit etiam malæ cōſuetudinis & triſtis, & lædetur in diuitiis & opibus ſuis. Si verò ambo fuerint in ſignis ſimilitudinis hominum, vel ferarum, eodem modo diffinias, ſi fuerint in ſignis quadrupedum, patietur mala in quadrupedi bus. Si vero coniungitur ei Luna in duobus temporibus & ambo fuerint impediti: matris morbum & infirmitatem ſignificat. Et ſi Luna coniungitur vel configuratur ei in vno de duobus temporibus, & ambo fuerint fortunati, erunt ſupradicta minora. Et hæ quidem ſunt ſignificationes Saturni, quādo eſt dominus anni, & eſt impeditus, & in duobus temporibus, & cō figurantur ei ſtellæ beneuolæ vel maleuolæ. Si autem idem fuerit dominus anni, expeditus quoque in duobus temporibus, & planeta ipſum aſpexerit impeditus, ſignificatio bonorum minuitur, ſed euenient cū labore: diminutionē verò & laborem ſignificat, cùm aſpectus fuerit ab oppoſito vel quadrato.

Vide Fir. c. 12. lib 2.

Significationes accidentales Saturni cum fuerit dominus anni.

Annotationes in anni domino.

Item cùm Saturnus fuerit dominus anni, impeditus autem in duobus temporibus, configuratur vero planetæ beneuolo, & ipſe planeta fuerit nihilo minus fortunatus, & ſi aſpectus à trino fuerit vel ſextili, multum malum ſignificat, & cū triſtitia & labore. Si autem ſtella ipſum aſpiciens in vno quidem tempore impedita, in alio vero fuerit expedita: de propria ſignificatione, ſiue bona fuerit, ſiue mala, aufert, ſed moderatè.

Item ſi dominum anni aliquis planeta in natiuitate aſpexerit ab oppoſito vel quadrato, tempore verò reuolutionis à ſextili vel trino: oportet contemperare iudicia. Quadratus enim aſpectus maiorem vim habet ad nocendum quàm trinus: cùm trinus ad inimicitias debilior ſit quadrato.

Item ſi aſpexerint dominum anni diuerſæ ſtellæ, oportet de ſingulis ſecūdum propriam diſpoſitionē & ſignificationem & locum, ſicut prædiximus, diffinire. Coniunctio vero domini cum planetis, & coniunctiones planetarum ad inuicem, ſi fuerint concordes, bona & fœlicitatem ſignificant. Si verò diſcordes, indicant infœlicitatē, quantitas & qualitas euentus cognoſcitur ab ipſo domino anni per ſe, & à planetis cō figuratis vel coniunctis cum eo in locis eorum. Saturnus quidem ſi tam in natiuitate quàm in reuolutione fuerit mali eſſe, ſicut prædiximus, multa faciet incommoda in illo anno, & afflictionem extendit. Si autem Saturnus in reuolutione fuerit quidem mali eſſe, in natiuitate vero bene ſe habeat, minuit prauitates. cum hoc autem ſi configurabuntur ei beneuoli: ſimiliter qui reuolutionē habuerit, è periculis eripietur, & maximè ipſa natiuitate exiſtente diurna, & Saturno ſuper terram egrediente. Si verò in natiuitate infortunatus fuerit, fortunatus verò tempore reuolutionis, mediocritatem habebunt mala. Quando verò planeta ſignificabit aliquod bonum, vel malum ſecūdum natiuitatē, & idem curſum ſi etiam ſignificabit in reuolutione, erit hoc perfectum & multum, & forte vel ineuitabile & immutabile.

Nota.

Item ſi ſecūdum natiuitatem ſignificat aliquid fieri, & ſecundum reuolutionem ſignificat idem nō fieri, vel è contra: ſecundum quidem reuolutionem ſignificat aliquid eſſe, ſecūdum verò natiuitatem non eſſe: facias examinationem de duabus ſignificationibus, & ſecundum fortiorem diffinias. Si verò æquales fuerint, media erit diffinitio. Igitur ſi natiuitatis ſigni ficatio fortior eſt, tranſcendit medietatem iudicij. Si verò reuolutionis ſignificatio fortior eſt, deſcendit. Si verò reuolutio ſola ſignificarit aliquid cum debilitate, erit modicus & debilis eius euentus, aut erit mo tus ſolummodo imperfectus. Cum his omnibus ſigni ficationes reuolutionum vſque ad annum vnum determinantur, vel vſquequo ſignificator fuerit fortis. Cum verò Planeta qui configuratur domino anni aliquod bonum vel malum ſignificat, tunc oſtendet propriam ſignificationem, quando gubernabit aliquam partem temporis anni & maximè quando aſſociatus fuerit per figuram in illo tempore domino anni, vel ſigno in quo erit dominus anni, ſiue ſecundum natiuitatem ſiue ſecundum reuolutionem, vel configurabitur ſigno reuolutionis vel horoſcopo, vel domino eius vel domino diſpoſitionis dici. Et hæ quidem ſunt ſignificationes Saturni per ſe, & planetarum, qui configurantur, aut coniunguntur cum eo. Sunt autem modi 8. Vnus quidem quando ipſe planeta eſt boni eſſe per ſe. Secundus quando eſt mali eſſe. Tertius quartus & quintus quādo fortunatur ab aliis planetis: ab aliis vero planetis infortunatur. Sextus quando perſe quidē infortunatur, ex eo vero quod cōfiguratur planetæ beneuolo, fortunatur. Septimus quādo cōiungitur eidem planetæ. Octauus cōtinet ſignificatiōes loci, de quo ſtatim dicendum eſt.

Vide Fir. mic. c. 13. li. 2.

*De ſignificatione Saturni quando eſt Dominus anni, de locis in quibus eſt, ex Hermete. Cap. 6. lib. 2.*

Quando eſt dominus anni Saturnus, & contingit ipſum eſſe in duobus temporibus boni eſſe, in domo propria, vel exaltatiōe, vel triplicitate, fueritque in angulo ſiue in figura natiuitatis, ſiue in figura reuolutionis, ſi contigerit angulum illum eſſe medij cæli, ſignificat

ficat ♄ in illo anno acquiret poſſeſſiões & ædificabit
1.10. ædificia,& fodiet aquæ ductus: & ſi fuerit in alieno
47. ſigno,committentur hæc ei ab aliena perſona, quemadmodum fideicommiſſario procuratori, & laudabitur,& inueniet lucrum.Si verò in alieno ſigno, & cum hoc fuerit impeditus, ſed impedimentum fuerit moderatum,propter huiuſmodi habebit opprobria. Si autem immoderatum,& damnum erit tale.

5.11. Item ſi fuerit dominus anni Saturnus, & fuerit in duobus temporibus in loco vndecimo, vel quinto in bono eſſe,& in propria domo: lætabitur in illo anno in ſuis amicis,& contrahet cum aliquibus de quibuſdam rebus,& ædificabit & procurabit vaſa ſiue ſupellectilem.Si verò in alieno fuerit ſigno, contriſtabitur propter filios & amicos, & inopiam patietur & anguſtiam in ſua ſubſtantia.Si vero cum hoc fuerit retrogradus,deſtruetur habitaculum eius, & minuentur eius diuitiæ & prouentus & ſi Mars aſpexerit ipſum aſpectu contrario:damnificabuntur diuitiæ eius & lætabuntur inimici eius,& triſtabitur in filiis.

3.9. Item ſi Saturnus fuerit dominus anni, & contigerit ipſum eſſe in 3.vel in 9.in propria domo & expeditum à malis:faciet in ipſo anno, ſuper quo ſperabit meritum à Deo & in tributione ab aliquo homine in futurum,& fabricabit fabricas ſibi, vel alicui de his quorum curam habebit,& ibit ad aliquam regionem cognitam ſibi, & laborabit propter ſperatam vtilitatem,& curam habebit de conſanguineis & fratribus & extraneis.Et ſi in duobus his locis fuerit, & in ſigno peregrino,ſignificat quidem huiuſmodi,tum peregrinabitur peregrinatione longinqua,& vtilitatem habebit in ea.Et ſi moderatè fuerit impeditus: de eo contrariæ famæ dicentur propter fidem & ſectam & in cogitationibus cadet,& in peregrinatione mala patietur,& habebit diſcordias aduerſus conſanguineos & propinquos. Si ergo retrogradus fuerit, turbabitur intellectus eius,& dubitabit de ſecta ſua, & operabitur opus, propter quod aliqui præſument de eo quod ipſius eſt.Si autem in tali ſtatu exiſtente Saturno,aſpexerit eum Mars in figura reuolutionis bono aſpectu,patietur damnum à furto,vel igne.

2. Item ſi Saturnus fuerit dominus anni, exiſtens in duobus temporibus in ſecundo, liber à malis & in propria domo,augmentabuntur diuitiæ eius in illo anno,& erit proſperum eſſe eius. Si verò in alieno fuerit mali eſſe,corrumpentur diuitiæ eius ab incurſu aquarum.

8. Item ſi Saturnus fuerit dominus anni, exiſtens in duobus temporibus in octauo,in loco proprio, occaſione mortuorum vtilitatem habebit in illo anno. Si verò fuerit mali eſſe,imminuentur diuitiæ eius, & cõtriſtabitur pro defunctis.

6. Item ſi idem planeta fuerit dominus anni,exiſtens in duobus temporibus in ſexto liber à malis, patietur ægritudines modicas à frigiditate & humiditate.Si verò fuerit impeditus,indicat deſipientiam & morbos longos,abundantiam phlegmatis, atræ biliſque importunitatem,& ſi aſpexerit ipſum beneuolus, ſanabitur,& iuuabitur à medicinis.Si autem cum hoc dominus ſexti loci fuerit impeditus,perdentur iumenta eius & ſerui eius. Si verò fuerit expeditus dominus ſexti loci,ægrotabunt quidem ſed ſanabuntur.

12. Item ſi Saturnus fuerit dominus anni, exiſtens in duobus temporibus in duodecimo loco in domo propria liber à malis obtinebit contra inimicos ſuos & amicabitur eis,& laudabunt eum, tamen non curabit de vtilibus vitæ rebus: & ſi in alieno fuerit loco, vel retrogradus,in carcerem vel cuſtodiam incidet, & neceſſitatem patietur ab inimicis ſuis. Si autem fuerit mali eſſe, vel configuratur cum Marte figura contraria ſiue maligno aſpectu,tormentum & læſionem maximam ſuſtinebit.

Itẽ ſi Saturnus fuerit dominus anni,in vno de his
locis,qui horoſcopum non aſpiciunt,in 2.videlicet in 2.6.
6.in 8.& 12.& fuerit impeditus: ſignificat otium & 8.12.
deſidiam & deſperationem ſperandarum,& vitæ vtilium rerum.Si verò cum his in alieno fuerit ſigno:intentionem habebit malam & neceſſitates ſuſtinebit, & dicent aliqui mala de eo,& accuſabunt eum, & ægrotabit febri à frigiditate & humiditate, vel frigiditate & ſiccitate.Si autem in huiuſmodi locis exiſtens, fuerit orientalis,vel in proprio ſigno:erit in bonitate, tum erit vagabundus & otioſus.

Item ſi Saturnus fuerit in natiuitate in aliquo loco,& in reuolutione in ipſo loco, ampliorem habebit ſignificationem & certiorem & optabiliorem naturam oſtendet loci,& maximè ſi locum aſpicit radicalem.ſi verò in aliquo quidem loco fuerit in natiuitate,in alio verò ſecũdum reuolutionem,facias commixtionem per methodos,quas tibi monſtraui locorum,vt ſit tibi certum iudicium.Eodem igitur modo conſidera,& ſignificationes reliquorum planetarũ à diſpoſitione locorum in quibus ſint.Nos autem quẽadmodum commemorauimus de Saturno, & ſignificatione eius propria & configuratione planetarum ad eum, vel coniunctione & diſpoſitione locorum, ſic mentionem faciemus & de reliquis planetis.

*De ſignificatione Iouis cùm fuerit Dominus anni,& fuerit boni eſſe,ex Hermete cap.7.lib. 2.& Abenragel.cap.3.par.6.*

Iupiter cùm fuerit dominus anni & tam in natiuitate quàm in reuolutione fuerit boni eſſe, in illo anno amicabitur regibus & principibus, & erit diſponens res ſuas, & incitatus ad expedientia habens euentum bonum: inquietè permanens propter amicitiam quam habebit augmentabitur, etiam & commendabitur à pluribus & exercebit dignitatem in patria ſua, & ſi natiuitas ſignificauerit procreationem filiorum, habebit filium in illo anno. nec non habebit commodum & gaudium à diuerſis, & acquiret diuitias ex muneribus ab aliis multoties, aut hæreditabit patrem ſuum.Si verò is cuius eſt reuolutio,eſt in dignitate illo anno dominabitur plurib⁹ & acquiret quàm plurima Si verò fortunæ fuerit mediocris,dominabitur in illo anno æqualibus ſuis, & lætabitur in rebus diuerſis,& lucris & proſperitatibus, & maximè ſi Iupiter fuerit in propria domo, vel triplicitate vel termino.Aſpicias quoque & radios & partes
& duodenas particulas,quibus coniungitur Iupiter, Nota.
vel aſpicit in duobus temporibus,ſi enim configuratur eis aſpectu laudabili, indicat vtilitates ſecundum naturam illorum.

Item ſi Iupiter fuerit dominus anni,& tam ipſe quã ♃ ♂
Mars,tam in natiuitate quam in reuolutione fuerint boni eſſe, & cõfigurãtur ad inuicẽ per trinũ vel ſextilẽ aſpectũ,erit ipſe,cuius eſt reuolutio,in illo anno dominator perit⁹ in rebus agẽdis & ſedulus in operibus: obtine

Digitized by Google

obtinebit autem & honorem & dignitatem excellē tem & vtilitatem è dignitate aliqua,& laudabit plebs eum.Si verò coniungitur ei Mars in duobus temporibus,& ambo fuerint boni eſſe: in illo anno aſſumet gradus & dignitatem in propria patria,& erit alacer. Si autem alter eorum fuerit in domo alterius, liber à malis;erit in illo anno potens, & obtinebit dignitatem. Si verò in vno vel duobus temporibus coniungitur,configuratur ei Mars,erunt prædicta minora.

☼ Item ſi Iupiter fuerit dominus anni, & tam ipſe quàm Sol in duobus temporibus fuerint boni eſſe,& configurentur adinuicem de trino vel ſextili aſpectu: extendetur proſperitas in illo anno eius cuius eſt reuolutio,& in dilatatione vitæ erit,& obtinebit coniugium bonum & bonum filium.Si autem per ſextilē aſpectum Sol eum retrogradantem aſpexerit: erunt prædicta minora.Si verò Sol ei coniunctus fuerit in duobus temporibus, & eundem Iouem contingat eſſe orientalem:obtinebit dignitatem & diuerſas vtilitates, & lætabuntur in eo parentes ſui, & vtilitatē habebunt per eum. Si autem in vno de temporibus coniungitur ei exiſtenti orientali:erunt minora prædicta.Et ſi coniungitur ei Sol in duobus temporibus & erit ſub radiis, patietur neceſſitates in illo anno iuxta ſignificationes Iouis. Si verò Sol fuerit fortior & fuerit mali eſſe: maius erit impedimentum, & eſt timendum,ne forte moriatur.Si autem Sol non fuerit impeditus:erunt impedimenta minora:& ſi Iupiter fuerit fortior:minor erit corruptio.

♃ ♀ Item ſi Iupiter fuerit dominus anni, & tam ipſe quàm Venus fuerit in duobus temporibus boni eſſe, aſpexeritque eum Venus quocunque aſpectu:ſignificat in illo anno additamentum diuitiarum à mulieribus & mediantibus nobilibus viris,& circunſpectis, & delectabitur in mulieribus, & habebit vtilitatem ex eis,& ſi aſpexerit eum Venus in duobus temporibus à trino vel ſextili aſpectu, & ambo fuerint boni eſſe,in illo anno augmentabitur gloria eius & dignitas,& diuitiæ & indumenta & decor & gratulatio & exaltatio & hæc erunt cauſa mulieris.Frequenter autem contingit, quòd naſcetur ei & filius,vel lætabitur in filio ſuo, vel lætabitur propter filios regum. Et ſi Venus in ſigno in quo eſt,habuerit dignitatem,erit vtilitas ab aliquibus notis & amicis & maximè mulieribus.Si verò in ſigno fuerit alieno, erit vtilitas ab extraneis vel inimicis, viris & mulieribus.Si autem coniungitur ei Venus in duobus temporibus, & ambo fuerint boni eſſe,in illo anno cuius eſt reuolutio, acquiret gloriam à præpoſitis & procuratoribus, & honorabilis erit apud homines & amicos acquiret plures prioribus,& laudabitur à pluribus, & bonitatem, & vtilitatem habebit occaſione miraculorum & prodigiorum & locorum Eccleſiaſticorum propiciatoriorum,& gratulabitur in mulieribus & coniugio & filiis. Si verò ſe aſpexerint per oppoſitum, vel configurationes prædictæ in vno de duobus temporibus fuerint,erunt omnia prædicta minora.

♃ ☿ Item ſi Iupiter fuerit dominus anni, & in duobus temporibus tam ipſe quàm Mercurius fuerint boni eſſe,aſpexeritque eum Mercurius à trino vel ſextili aſpectu:in illo anno ipſe cuius fuerit reuolutio,acquiret aliquod bonum propter peritiam & negotiationē & venditionem & emptionem, & per ſcripturas & diſpenſationem & villicationem:erit autem conſeruator ſecretorum & cuſtos diuitiarum prudens & intelligens huius cognitionis ſufficienter in rebus & ſuperabit æquales ſibi per dignitatem & gloriam & opulentiam & commiſſiones & ſcientiam:committentur etiam ei procurationes aliquorum magnatum, & erit laudatus ab omnibus hominibus, & placebit eis, & permanebit, & perſeuerabit in orationibus & ſimilibus:is feret ſectam:& ſi ipſe cuius eſt reuolutio fuerit de inferiori fortuna & de mercenariis,habebit vtilitatem ex artificio ſuo,& opere manuum ſuarum.Et ſi coniungitur ei Mercurius in duobus temporibus & ambo fuerint boni eſſe, habebit vtilitatem in illo anno, & augmentabitur eſſe eius & fides eius erga dominum, & humilitas & prudentia mentis,& facundia in ſermonibus, & vtilitatem habebit propter huiuſmodi & propter alias res diuerſas,& familiaritatem habebit cum magnificis notariis & committetur ei procuratio bonorum ipſorum. Si verò in vno de temporibus coniunctus fuerit Mercurius,vel alia configuratus figura,auferetur ex omnibus ſupra dictis.

Item ſi Iupiter fuerit dominus anni, & tam ipſe quàm Luna in duobus temporibus fuerint expediti, & configurentur adinuicem à trino vel ſextili aſpectu,indicat quòd in illo anno augmentabitur gloria eius & dignitas,& acquiret ab hominibus bonam famam & laudem,& quòd quodcunque opus & qualemcunque actum incœperit, cito perficiet, quæret etiam filios generare, & naſcentur ei filij in illo anno, vel concipient mulieres eius, & hæreditabit paternas ſubſtantias.& ſi eſt aliquis,cuius eſt reuolutio de natu regio, & Luna fuerit aucta lumine,gloriam obtinebit famoſam: ſi autem fuerit fortunæ mediocris,committetur ei aliquod dominium ſuper multitudine populi,& vtetur in eis iuſtitia, & vitam bonæ præſumptionis & irreprehenſibilem amplectetur.Si verò fortunæ infimæ fuerit,eleuabitur ſuper æquales ſibi ſecundum fortunam,& habebit primatum in illis,quæ diximus.Significabit etiam quòd habebit vtilitatem ex officio & emptione & negotiatione. Et ſi coniungitur ei Luna in duobus temporibus,& ambo fuerint expediti, augmentabitur gloria eius & diuitiæ,& maximè ſi diuerſa fuerit reuolutio.Si verò cōiungitur ei Luna,vel aliquo configuratur aſpectu, in vno de duobus temporibus,aufert de ſupradictis.De aſpectu verò planetarum ad Iouem quadrato ſcilicet eorum,& oppoſito non tractauimus propter huiuſmodi cauſam,quoniam in hac deciſione comprehēdimus de amicitia Iouis & planetarum cum eo.Quadraturæ verò & oppoſitiones planetarum ad eū multoties aliquam contrarietatem ſignificant, de quibus nunc quidem non propoſuimus dicere:in ſequentibus verò manifeſtius exponemus. Nota.

Item ſi Iupiter fuerit dominus anni, & tam ipſe quàm Saturnus &c.vide ſignificationem vt ſupra ca. 4.Hermetis in particula, in qua dicitur de Saturno & Ioue.

*De ſignificationibus Iouis,cùm fuerit Dominus anni,& fuerit mali eſſe, ex Hermete cap.8.lib.2.*

Iupiter cùm fuerit dominus anni, & exiſtens tam in natiuitate quàm in reuolutione retrogradus, vel ſub

ſub radiis aut in alieno loco; ſiue occidentalis, ſeu in domo maleuoli, aut cadens ab angulis & in locis contrariis, aufert claritatem ipſius cuius eſt reuolutio, & minuit fœlicitatem ipſius & deponit gloriam eius. Significat etiam multitudinem expenſarum & importunam diuitiarum effuſionē, & hæc faciet voluntaria & ſpontanea voluntate, pro eo quòd appetet à pluribus laudem, triſtabitur etiam propter parentes & filios, & quaſdam nobiles perſonas & res diuerſas, & propter violentiam vitæ ſuæ, & maximè ſi Iupiter fuerit in ſexta domo reuolutionis. Si verò coniuncti fuerint ei maleuoli vel configurati ab oppoſito vel quadrato, & eleuati fuerint ſuper eum, cùm idem fuerit impeditus, & maximè in loco patrum vel in loco filiorum, vel ſi in his locis habuerit dignitatem, cōtigerit etiam quòd ſors patris, vel ſors matris, vel ſors filiorum, vel eorū domini fuerint mali eſſe, ſignificat, quòd ipſe cuius eſt reuolutio, cōtriſtabitur propter mortem filiorum, vel patris, vel matris ſecundum naturam ſigni in quo eſt Iupiter, vel naturam ſortis & domini eius. Et ſi coniungitur alicui ſortium, vel alicui radiorum vel duodenarum in duobus temporibus, vel aſpexerit eos figura contraria, ſignificant mœrores & inſtabilitates his quorum inſunt ſignificantia prædicta. Inſpiciendum eſt etiam & aſpectus & coniunctiones planetarum ad eum. Si enim tali modo diſpoſitum aſpexerint eum ex trino vel ſextili maleuoli non ſignificant magnum periculum propter figuræ conuenientiam & amicitiam complexionis, veruntamen propter impotentiam propriam, & impedimētum non poteſt attingere ad fœlicitatis perfectionem. Planeta etiam cùm fuerit mali eſſe, addit infortunium ſuum in illis videlicet rebus, quarum eſt ſignificator: triſtabitur enim is cuius eſt reuolutio ſuper huiuſmodi, & laborem, ſeu fatigationem ſuſtinebit: quadratus quoque & oppoſitus eius, de quibus in ſequentibus dicemus.

♃ ♂ Iupiter igitur cùm fuerit dominus anni, & Mars in natiuitate fuerit boni eſſe, aſpexerintque ſe ad inuicem per quadratum, Iupiter verò ſuper Martem fuerit eleuatus, ſignificant quòd firmabitur gradus eius, & dominabitur ſuæ ciuitati, frequenter etiam obtinebit à regibus, vel exercituum ducibus dignitates & vtilitates. Veruntamen contriſtabitur propter filios & diuitias & aliqua pars lędetur diuitiarum parentum eius. Si verò in duobus temporibus ſe huiuſmodi aſpectu aſpexerint & ambo fuerint mali eſſe, aufert quas prædiximus proſperitates, & patietur is cuius eſt reuolutio expenſas, & aduerſitates intolerabiles. & ſi Mars eleuatus fuerit ſuper Iouem: qualitercunque fuerit, lædetur cuius eſt reuolutio à magiſtratibus & habentibus poteſtatem, & ab his qui principatum habuerint in metallis, triſtabitur etiam, & propter priuationem vtilitatum & diuitiarum: conuerſationis quoque & filij, & propter aliquem dolum & fraudem & inuidiam & calumniam & contentionem, & multiplicabitur labor eius.

Item ſi huiuſmodi aſpectu configurati fuerint in ambobus temporibus boni, erunt mala minora.

Item ſi aſpexerit eum Mars in duobus temporibus ex oppoſito, & ambo fuerint impediti, ſuſtinebit in illo anno anxietates ob gloriam & mulieres & filios, & videbit mortem alicuius de his, qui proteguntur ab eo, & fortè coniungetur vxori, & naſcetur ei filius, multiplicabitur, & corrumpet diuitias ſuas, & acquiret alias: in illo etiam anno habebit inquietudines vſque ad medietatem eius. Si verò fuerint expediti, pauca quædam de prædictis eueniet; vel occaſione talium multas turbationes & motiones patietur, & ſuſpicabitur ſe paſſurum maximas aduerſitates, tamen non patietur.

♃ ☉ Item cùm Iupiter fuerit dominus anni, & Sol cū eo, boni eſſe tam in natiuitate quàm in reuolutione, aſpexerintque ſe adinuicem per quadratum, & Sol fuerit eleuatus: augmētabitur in illo anno gloria eius, & gloria patris eius, & vtilitatem habebit in rebus diuerſis. Si verò fuerit mali eſſe: patietur tam ipſe quàm parentes eius indigentiam & anguſtiam in diuitijs ſuis, & alienabuntur & peregrinabuntur delectabili peregrinatione, & contra excellentes perſonas diſcordias habebunt: erunt autem huiuſmodi perſonæ eis cognitæ vel vicinæ, vel cōſanguineæ, quæ inuidebunt eis. Si verò Iupiter eleuatus fuerit ſuper Solem, et ambo fuerint boni eſſe in duobus temporibus, inueniet ipſe, cuius eſt reuolutio in illo anno, necnon et parentes eius, vtilitates et glorias et dignitates et honorem excellentem. Si verò fuerint mali eſſe, triſtabuntur occaſionibus talium. Et ſi Sol aſpexerit hūc in duobus temporibus ex oppoſito, et ambo fuerint boni eſſe, erit in illo anno gaudium in omnibus ſuis, et augebitur gloria eius, et cōmittentur ei ab habentibus poteſtatem et ab aliquibus nobilibus viris ſecreta negotia, et conſulent eum reges in ſuis negotiis, et exaudient conſilia eius. Si verò ſe prædicto aſpectu aſpexerint, et fuerint impediti: non tātum minuentur omnia prædicta, ſed etiam detrimentum huiuſmodi occaſione habebunt.

♃ ♀ Item cùm Iupiter fuerit dominus anni, et tam ipſe quàm Venus fuerint in duobus temporibus boni eſſe, et aſpexerint ſe ſuper Venerem Ioue eleuato, in illo anno augmētabitur gloria eius, et vtilitatem habebit propter mulieres, et erit vitæ ſplēdidæ, et vtetur puritate, et approbabit ſectam ſuā, et ſecretorum ſuorum, et opera faciet ſanctitatis atque iuſtitiæ. Si autem fuerit mali eſſe: patietur tentationem prædictorum occaſione. Et ſi Venus eleuata fuerit ſuper Iouē, et ambo fuerint in duobus temporibus impediti: certabit in illo anno ipſe, cuius eſt reuolutio circa ludos, et circa mulierum conuerſationem, per quas contriſtabitur: acquiret etiam ab alijs mulieribus diuitias. Lædet autem et aliquas, et indignabitur contra aliquem de amicis ſuis, et quædā de pecuniis ſuis deſtruentur ſimiliter et de epulis. Si verò fuerint boni eſſe, vtilitatem habebit et gaudium in omnibus ſupradictis. Et ſi ex oppoſito aſpexerit eum Venus in duobus temporibus, et ambo fuerint boni eſſe, creſcet gloria eius, multi enim parebunt ei, et laudabunt, et diligent, et dominabitur familiæ ſuæ, et acquiret diuitias, et conſeruabit eas. Si autem fuerit mali eſſe: minuentur omnia ſupradicta, et contriſtabitur eorum occaſione.

♃ ☿ Item cùm Iupiter fuerit dominus anni, et tam ipſe quàm Mercurius in duobus temporibus fue-



Digitized by Google

rint boni eſſe,& aſpexerint ſe adinuicē per quadratum, Ioue ſuper Mercurium eleuato,erit deditus ipſe,cuius eſt reuolutio,literarum doctrinę,& adiuuabit multos,& propter adiumentum ſuū, bona & vtilitates adipiſcetur. Et ſi fuerint mali eſſe,minuentur omnia ſupradicta, & contriſtabitur occaſione eorum.Si verò Mercurio in duobus temporibus eleuato ſuper Iouē ambo fuerint impediti, anxius in acquiſitione diuitiarum erit,lætabitur & ſuper lucro vili & vtilitate modica,& erit ſine gratia apud homines,& indignabitur in conuerſando cum eis, & nocebit aliquibus,& eis inimicus erit. Et ſi fuerint boni eſſe,gaudium & vtilitatem habebit ſuper omnibus ſupradictis. Et ſi aſpexerit eum Mercurius in duobus temporibus per oppoſitū, & ambo fuerint boni eſſe,addetur in illo anno diſciplina & ſcientia eius,ſciet etiam ſecreta conſilia,& tractabit venditiones & emptiones, & laudabitur à pluribus,diligetur à familia ſua. Si autem fuerit mali eſſe, minuentur omnia ſupradicta, & contriſtabitur propter iſta.

♃ ☽ Item cùm Iupiter fuerit dominus anni, & tam ipſe quàm Luna fuerint in duobus temporibus boni eſſe,& configurātur adinuicem per quadratum, & fuerit Iupiter eleuatus, ſiue nocturna fuerit reuolutio,ſiue diurna,ipſe cuius eſt reuolutio,& parentes etiam eius erunt in bono eſſe in illo anno, & ab omnibus erunt commendati: habebunt quoque vtilitatem per conſanguineos,& additamentū ſuſcipient gloriæ. Si verò fuerit mali eſſe, diminutionem habebunt prædicta, & occaſione ipſorum contriſtabuntur.Si verò Luna fuerit eleuata,& fuerint boni eſſe,laudabuntur à pluribus,& honorabūtur ab habentibus poteſtatē & idiotis, & ſi fuerint mali eſſe,deficient ſupradicta, contentiones etiam patietur,& gloriæ atque diuitiarum diminutionē, & decipietur circa proprias villicationes.Et ſi Luna eundem aſpexerit per oppoſitum in duobus tēporibus,& ambo fuerint boni eſſe, fuerit etiā Luna gradibus paucioribus, in illo anno augebitur gloria eius,& acquiret diuitias,& lætabitur in cōſanguineis & in filijs, & familiaritatem habebit cū regibus & principibus,& erit in bono eſſe, & multum ſibi tribuet,& intentio ſua ſibi ſufficiet,nec aliorum conſilijs vtetur,& ſi peregrè profectus fuerit,reuertetur.Si verò impediti fuerint in duobus temporibus, & fuerit Luna in pluribus gradibus, diminutionem patietur diuitiarum & contriſtabitur propter diuerſas cauſas,& maximè in principio anni. De configuratione quidem Saturni ad Iouē, ♃ ♄ prædiximus,vbi tractauimus de diſpoſitione Saturni:& hæ quidem ſignificationes ſunt Iouis cùm fuerit boni eſſe, & coniungūtur ei vel configurantur planetæ beneuoli:vel cùm fuerit mali eſſe, & coniunguntur ei, vel configurantur ſtellæ maleuolæ. Si verò Iupiter fuerit boni eſſe, & aſpexerit eum planeta maleuolus,vel fuerit mali eſſe, & configuratur ſtellæ beneuolæ, eadem ſignificat, quæ prædiximus in Saturno.

Nota.

*De ſignificationibus Iouis cùm fuerit dominus anni à locis,in quibus eſt,ex Hermete cap.9.lib.1.*

Iupiter cùm fuerit dominus anni,& tam in natiuitate quàm in reuolutione fuerit boni eſſe, & in loco proprio,vel in quo habet dignitatem, & fuerit in vno de quatuor angulis, ſiue ſint de angulis ſecūdùm reuolutionem, ſiue de angulis ſecundùm aſcendens profectionis,erit famoſus illo anno, & augmētabitur gloria eius,dignitas etiam atque diuitiæ. Et ſi fuerit in medio cæli, erunt huiuſmodi occaſione magnatū. Si verò in aſcendente,ex proprio motu & certamine & operatione eius.Si verò in occidente,erunt hæc cauſa mulierum,& aduerſariorum:& ſi in angulo domus patrū,cauſa parentum & conſanguineorum, rerum ſtabilium & habitaculorum. Et ſi in ipſis locis idem fuerit mali eſſe,vel retrogradus, ſignificat diminutionem gloriæ & corruptionem diuitiarum, & negligentiam eius in acquirendo. Contriſtabitur quidem iuxta ſignificationem anguli in quo eſt. 1.4.7.10.

Item ſi Iupiter fuerit dominus anni, & in duobus temporibus boni eſſe,& continget ipſum eſſe in vndecimo loco, in illo anno erit vitæ laudabilis 11.
& in omni quiete,& à pluribus laudabitur,& vtilitatem habebunt amici eius per eum. Et ſi fuerit mali eſſe,erit valde curioſus,& malæ præſumptionis,nullum opus faciens: contriſtabitur etiam per amicos et aliquas ſpecies.

Item ſi Iupiter fuerit dominus anni, et in duobus temporibus in quinto fuerit expeditus,fortunabitur in liberis generandis. Si generationem filiorum natiuitas indicauit, et gaudebit in filiis, ſi habuerit filios. Et ſi fuerit mali eſſe, contriſtabitur propter filios, et quaſdam legationes atque peregrinationes. 5.

Item ſi Iupiter fuerit dominus anni, exiſtens in duobus tēporibus in nono,vel tertio boni eſſe,laudabitur in illo anno,de pietate et pro diuino cultu peregrinabitur,et laudabitur à pluribus,et lætabitur ſuper fratribus et ſuper quibuſdā rumoribus. Si verò fuerit mali eſſe,erit in illo anno inanis gloriæ,et accipiet rumores ſiniſtros, nocumēta etiam et mœrores cauſa fratrum et propriam fidem contemnet, et dubitabit de ea. Et ſi peregrè profectus fuerit,rebus ad votum exiſtentibus,obuiabit. 3.9.

Item ſi Iupiter fuerit dominus anni, et in duobus temporibus in ſecundo, vel octauo loco fuerit boni eſſe,otium et moram ſignificat. Veruntamen vtilitates aliquas obtinebit,abſque petitione et ſine certamine vel occaſione mortuorum. Si verò fuerit mali eſſe,ſignificat quòd faciet inuitus expēſas multas, mœrores etiam et contentiones cauſa acquiſitionis diuitiarum. 2.8.

Item ſi Iupiter in duobus temporibus, in ſexto, vel duodecimo fuerit boni eſſe, laudabitur à vili et ignobili vulgo, et vtilitatem habebit à captiuis, et reconciliabitur cum inimicis ſuis. Si verò in iis duobus locis fuerit mali eſſe,patietur ægritudines è vētoſitate, et quaſdam alias, et mœrores per inimicos et carceres. Si verò Iupiter natiuitatis tempore in aliquo loco fuerit,contigerit verò in reuolutione eſſe in altero vtrum habeat eādem diſpoſitionem quam in natiuitate habuit,etiam oportet te cōmixtionem facere diſpoſitionum eius de duobus tēporibus, vt prædiximus in tractatu Saturni, et iuxta commixtionem huiuſmodi diffinire. 6.12. Nota.

Item ſi Iupiter fuerit dominus anni,et fuerit reuolu-

uolutionis tempore in vno ad quatuor locis, qui non aſpiciunt aſcendens: in illo anno, ipſe cuius eſt reuolutio, erit inglorius, nec perueniet ei vtilitas, & plures de amicis & notis eius deſpicient eũ, tractabit etiam quaſdam inutiles res: vtilium verò, modicam, aut nullam curam habebit. Et ſi mali eſſe fuerit in iis locis, patietur anxietates occaſione ipſarum.

*De ſignificationibus Martis, cùm fuerit dominus anni, & fuerit boni eſſe, ex Hermete cap. 10. lib. 2. & Abenrag. cap. 3. par. 6.*

Mars cùm fuerit dominus anni, & tam in natiuitate quàm in reuolutione fuerit in proprio lumine directus, & velox curſu & in bonis locis, & in propria conditione, & in ſigno in quo habet dignitatẽ: facit eum cuius eſt reuolutio, fortis animi, & eiicientem omnem ſegnitiem, & deſidiam & triſtitiã: & erit ſolers & prudens, & promptus ad opera, & ad diuerſarum rerum tractationem, & ſollicitus in operibus & exercitatus in acquiſitionibus & obtinebit quæ quæſiuerit à poteſtatibus, & glorioſus erit in partibus (ſiue patribus) ſuis & magnas vtilitates habebit ex ſuis operibus, & finis rerum eius erit optimus. Si verò Mars in alieno ſigno fuerit boni eſſe: erit ſibi vtilitas à peregrinis & exteris: & ſi in ſigno proprio fuerit, erit vtilitas ab amicis & notis. & ſi fuerit in ſignis ſimilitudinis hominum, acquiret ab hominibus amicitias, & alacritatem habebit & vtilitatem & laudem ab eis. Et ſi fuerit in ſigno aquatico, erit vtilitas occaſione aquarum & humidorum. Eodem modo conſidera & in reliquis ſignis. Conſidera etiam radiorũ proiectiones & partes & duodenas particulas, quibus coniungitur Mars, vel configuratur in duobus temporibus, figuris conſonantibus & amicis, quoniam etiam ſignificationes habent domini eorum & ſecundùm ſpeciem illam diffinias & vtilitatem.

♂ ♃ Item ſi Mars fuerit dominus anni, & tam ipſe quàm Iupiter fuerit in duobus temporibus boni eſſe, coniungitur autem vel configuratur cum eo à trino vel ſextili aſpectu, eſt autem ipſe cuius eſt reuolutio ex regibus proſperitatem diuturnam habentibus: augetur proſperitas eius & gloria, ſubditi etiam & familiares eius, erunt ei ſubiecti atque ſequaces, & militia & populus & exercitus, & dominabitur pluribus: erunt & inimici ei ſubiecti. Et ſi Mars fuerit in Ariete vel Capricorno dominabitur inimicis ſuis, & augebitur potentia eius in præliis, iumenta quoque eius & arma, & omnia quæcũque ſignificat Mars. Si verò fuerit ipſe cuius reuolutio, fortunæ mediocris, & cuius natiuitas non indicat tam magnas fœlicitates, amicabitur viris glorioſis atque illuſtribus, & exercituum ducibus & militibus, magnis videlicet perſonis, & vtilitatem habebit per eos. Et ſi fortunæ coniunctus fuerit, in fine acquiret vtilitatem à perſonis militantibus, & ab iis, qui tractant Martias artes. Conſidera etiam ſignum, in quo fuerit Mars, tam in natiuitate quàm in reuolutione, ſitne de ſignis Regalibus, an de fortuna mediocri, an de infima, & facias commixtionem ipſius quoque & ſigni naturæ.

♂ ☉ Item ſi Sol aſpexerit eum in duobus tẽporibus à trino vel ſextili aſpectu, & ambo fuerint boni eſſe, augetur gloria eius, atque proſperitas & diuitiæ, coniungetur vxori, habebit etiam filios, & incrementum gloriæ obtinebit à poteſtatibus & magnatibus, militibus quoque & exercituum ducibus, & à multis laudabitur.

Item ſi Venus aſpexerit ipſum in duobus tẽporibus à trino vel ſextili aſpectu, & ambo fuerint boni eſſe, fueritque dominus partis coniugij in ſeptimo loco in aſpectu fortunarum, augebuntur eius diuitiæ atque vtilitates, & matrimonio coniũgetur, & delectabitur in mulieribus & in eorũ coitu, & gratulabitur in eis, & vtilitatem habebit per eas, & cũ aliquibus concumbet occultè, & incrementum habebũt filij eius & veſtes, & habebit amicitiam cum principibus & poteſtatibus & humilioribus. Et ſi Mars & Venus in ſignis fuerint, in quibus habent dignitates, erunt ei cauſa mulieris vel alicuius de notis. Si verò in ſigno fuerint alieno: accident hæc in terra aliena & per alienas perſonas. ♂ ♀

Item ſi Mercurius ipſum aſpexerit à trino vel ſextili aſpectu, & ambo fuerint boni eſſe, augetur vtilitas & ſolertia eius cuius eſt reuolutio, & exercitatus erit circa agenda, & facilis in rebus & laudabilis, & eloquentia eius & diſciplina & ſcientia quoque & intellectus. ♂ ☿

Item ſi Luna ipſum aſpexerit in duobus tẽporibus à trino vel ſextili aſpectu, & ambo fuerint boni eſſe, & reuolutio ſit nocturna, Luna verò minima lumine exiſtente, ſignificat acquiſitionẽ bonorum atque vtilitatem & proſperitatem in negocijs tractandis per eum atque iocunditatẽ. De coniunctione verò planetarum cum eo aſpectibus alijs, nõ fecimus mentionem, eo quòd aduerſa ſignificant, Intentione præſenti de bonis aſpectibus exiſtente. ♂ ☾ Nota.

De configuratione quidem Saturni ad Martem prædiximus in cap. 4. Hermetis, in quo tractauimus de diſpoſitione Saturni ad Martem. ♂ ♄

*De ſignificatione Martis, cùm fuerit dominus anni & fuerit mali eſſe, ex Hermete cap. 11. lib. 2.*

Mars cùm fuerit dominus anni & tã in natiuitate quàm in reuolutione fuerit retrogradus, vel ſub radijs, vel in corde Solis, aut occidentalis, ſiue in alieno loco, vel cadens ab angulo in locis malis, ſignificat in illo anno ei cuius eſt reuolutio, iracundiã & mentis perturbationẽ, & tempeſtatẽ & inſipientiã intellectus, & inquietudinẽ cogitationũ, & turbidũ atque inexpertum in rebus agẽdis. lædetur ẽt à feris & equis, & igne, & calore, & ſanguine, & ægritudinibus diuerſis, & itineribus non expedientibus, & peregrinationibus inutilibus, & detrimẽto fratrum & ſororum. Hæc autem omnia iuxta ſignificationem Martis, & ſigni in quo eſt, et ſi fuerit ſub radijs, indicat detrimentũ ab igne, & incendio & furto, atque rebus occultis, & deceptionib', fraudibus & ægritudinibus. Si autem impeditur Mars alijs modis, quos prędiximus: oportet facere commixtionem eius, & ſigni in quo eſt tam ipſe quàm ille, qui impedit eum maleuolus, & ſecundùm hoc diffinire. Si enim fuerit in ſignis ſimilitudinis hominum, erit nocumentũ à quibuſdam operibus & ſermonibus eius, à pugna etiam, calumnia inimicorũ

& furto, & latrocinio. Si autem cum iis in ſtatione fuerit Mars, & tardus in curſu, extendet mala: ſignificat etiam vulnera, vincula, cuſtodiam quoque & iras, & maximè ſi in odioſo ſibi fuerit ſigno. Si verò fuerit in ſigno ferali, in ſigno reptili, erit læſio à feris vel à reptilibus. Si verò fuerit in alio ſigno, indicat fluxum ſanguinis, vulnera quoque & vlcera, & cauteria ab igne, & ægritudines à calore, & peregrinationes inutiles. Si verò cum iis fuerit in domo amici ſui, moderatum erit impedimentum & ab aliqua nota cauſa. Si verò in alieno fuerit ſigno, vel in domo inimici, fortiora & durabiliora erunt mala. Et ſi fuerit in ſua conditione, erit modicum nocumentum. Si autem impeditus fuerit in angulo, maior erit aduerſitas. Conſidera quoque radios & per duodenas particulas, quibus coniungitur Mars, & quibus configuratur in duobus temporibus figura contraria. Significant etenim hæc aliqua infortunia. Quando autem ſignificabit Mars aliquod infortunium in nocturnis reuolutionibus, velociter diſſoluetur.

Itē cùm Mars fuerit dominus anni, aſpexeritque ipſum planeta infortunatus in duobus tēporibus à trino vel ſextili aſpectu, infert ei cuius eſt reuolutio, ſecundùm naturam propriam detrimentum.

♂ ☉ Item cùm Mars fuerit dominus anni, & tam ipſe quàm Sol in duobus temporibus fuerint mali eſſe, aſpexerintque ſe ad inuicem per quadratum, & Mars ſuper Solem fuerit eleuatus, erit ipſe cuius eſt reuolutio, præceps & irrationabilis, & litigioſus & triſtis, curioſus circa diuerſa, & circa diuitias & expenſas, & infortunium accidet ei prauum in filijs ſuis, vel eorum aliquis deſtruetur, & maximè ſi reuolutio fuerit diurna, & ambo fuerint ſupra terram. Si verò Sol fuerit eleuatus ſuper Martem, incidet in ægritudines & diuerſa pericula, & ſupplicabit alicui ex præſidibus, & ſuſtinebit læſiones ab eo. Si verò Sol in die aſpexerit ipſum per oppoſitum in duobus temporibus, & ambo fuerint mali eſſe, patietur in illo anno mœrores & diuerſos incurſus, & cadet ab alto, pater etiam eius ſuſtinebit periculum contrarium, vel morte violenta morietur. Si verò nocturna fuerit reuolutio, erit negligens, nihil proficiens, etiamſi quod opus incœperit, non perficiet ipſum, conſumet quidem diuitias, & patietur afflictionem in ſuis negotiis.

Item ſi coniunctus ei fuerit Sol in duobus temporibus, & ambo fuerint impediti: erit in illo anno valdè inconſtans, non perſeuerans in aliqua re, & arguetur à pluribus & vituperabitur, & diuerſas triſtitias ſuſtinebit, & fortè ferrum vel ignem, vel iracūdiam regiam experietur, paternas etiam diſperget diuitias & dolebit oculis, vel infortunium circa eos fiet, & pater eius magnum infortunium ſuſtinebit, vel deſtruetur & maximè ſi in angulo fuerit, vel in ſuccedenti angulum. Si verò coniunctus ei fuerit Sol, vel configuratus in vno de duobus temporibus, erunt prædicta minora.

♂ ♀ Item ſi Mars fuerit dominus anni, & tam ipſe quàm Venus fuerint in duobus temporibus impediti, & aſpexerint ſe inuicem per quadratum, Marte ſuper Venerem eleuato: contriſtabitur is, cuius eſt reuolutio, occaſione mulierum & inimicorum & renouabuntur ei inimicitiæ & detrimentum habebit per eas: concumbet etiam cum ancillis, vel propter coniugium & coitum tractabit res turpes. Si verò Venus fuerit eleuata, in eadem diſpoſitione exiſtente vtraque, erunt quidem prædicta, moderatius tamen & honeſtius. Et ſi Venus aſpexerit ipſum in duobus temporibus per diametrū, & ambo fuerint mali eſſe, erūt in illo anno nimium mutabiles & occaſione filij contriſtabitur, inimicorū etiam & mulierū, & quidam ex iis languebunt, vel morientur. Itē ſi Venus coniūcta fuerit in ambob' temporibus, vtriſque exiſtentibus mali eſſe, eadem ſignificat ſicut diximus de quadrato. Si verò coniuncta fuerit in vno de duobus temporibus, vel nō ambo fuerint mali eſſe, mala erunt minora.

Item ſi Mars fuerit dominus anni, & tam ipſe quàm Mercurius in duobus tēporibus fuerint impediti, aſpexerintque ſe inuicem per quadratum, Marte ſuper Mercurium eleuato: in illo anno nocebit aliquibus nocumento manifeſto ſine aliqua occaſione, & detrahet quibuſdam, & accuſabit & contentiones habebit frequenter cum aliquibus, & pro quibuſdam villicationibus & maximam læſionem habebit occaſione earum, & occaſione locutionum, & accuſabitur ſuper iis, quæ nec fecit, nec loquutus eſt, & maximè ſi diurna fuerit reuolutio, pro eo quod non eſt in ſua conditione Mars. Si verò nocturna fuerit reuolutio, minuſitur quæcunque prædiximus. Et ſi Mercurius fuerit eleuatus in illo anno, faciet iniuſtum aliquibus & erit malæ præſumptionis, et erit memor mali, et capax rerum et exercitatus circa diuitiarum congregationem. Et ſi aſpexerit Mercurius eum per diametrum in duobus temporibus, et ambo fuerint impediti, erit in illo anno inuerecundus et impudicus, diligens mendacium, et deſpiciens veritatem, tractando fraudes atque aſtutias, et fortè venena palpabit ad nocendum aliquibus, et coarctabitur eis, et fidē iubebit pro aliquibus et habebit propterea contentiones et iudicia, et habebit occaſione talium detrimentum, et ſi Saturnus habuerit dignitatem loco Mercurij exulabit is, cuius eſt reuolutio, à propria patria. Si verò coniunctus fuerit ei Mercurius in duobus temporibus, et fuerit boni eſſe: in illo anno augebitur ſcientia eius, et fraudes ac aſtutias diliget, mendacia etiam et contentiones. et ſi fuerint mali eſſe: detrimentum occaſione huiuſmodi patietur. Si verò fuerint boni eſſe, vtilitatem habebit ex eis, laudabitur etiam et obtinebit quæcunque deſiderat. Si autem ambo impediti, et ſub radiis fuerint: conuerſationem habebit cum furibus, et adaptabit fictitias literas, et ſi fuerint boni eſſe: vtilitatem habebit occaſione ipſorum. Si verò Mercurius coniunctus fuerit Marti, vel aſpexerit eum in vno de duobus temporibus: minora erunt prædicta. ♂ ☿

Itē ſi Mars fuerit dominus anni, et tā ipſe quàm Luna fuerint impediti, aſpexerintque ſe adinuicē per quadratū, et Mars fuerit eleuatus ſuper Lunā: in illo anno patietur læſionem matris eius, et arctabūtur diuitiæ eius, et videbit mortē alicuius dilecti ſui, multoties autē et ipſe cuius eſt reuolutio morietur, vel aliquis de conſanguineis eius, vel habebit ægritudinem circa cerebrum, per quam erit mente captus, et maximè ſi Mars fuerit in terminis Saturni, Luna verò in terminis Martis ſiue mercurij. Si verò fuerit eleuata Luna ſuper Martem: ♂ ☽

mater

Digitized by Google

mater eius læſionem patietur in illo anno: et ipſe anguſtabitur circa diuitias. Et ſi Luna ipſum aſpexerit per oppoſitionem in duobus temporibus, & ambo fuerint mali eſſe: prauam ægritudinem patietur, & amputabitur aliquod membrum eius per ferrum & occaſione mulierũ triſtitias ſuſtinebit. Si verò coniungitur ei Luna in duobus temporibus, & ambo fuerint mali eſſe: erit laborioſus & ægrotabit peſsimè, & amputabitur membrum eius per ferrum. Si verò Luna coniuncta fuerit ei in vno de temporibus duobus, & ambo fuerint boni eſſe: mala erunt minora.

♂♄ De configuratione Saturni ad Martem prædiximus ſupra in cap. 5. Hermetis, in quo tractauimus de diſpoſitione Saturni ad Martem.

♂♃ De configuratione quidem Iouis ad Martem ſcripſimus ſupra in cap. 8. Hermetis, in quo tractauimus de diſpoſitione Iouis ad Martem.

*De ſignificatione Martis à locis ſuis, cùm fuerit dominus anni, ex Hermete cap. 12. lib. 2.*

Mars cùm fuerit dominus anni, & tam in natiuitate quàm in reuolutione fuerit boni eſſe in vno de angulis: in illo anno ipſe cuius eſt reuolutio ob-
1. 4. tinebit ea quæ voluerit à potetatibus, & militibus, & erit terribilis apud ſui ſimiles, victorioſus in aduerſantibus ſibi, & laudabilis in omnibus conuerſationibus ſuis, & inueniet dignitatem & gloriam.
10. Et ſi fuerit in medio cæli, obtinebit à regibus, quæ voluerit. quòd ſi in alio loco fuerit, erit bonorum ſignificatio ſecundùm naturam anguli. Si verò fuerit in duobus temporibus mali eſſe, vel incendium ſuſtinebit, aut latrocinium, vel à ſanguine ægrotabit, aut ab aliqua diſpoſitione calida, & ſi retrogradus fuerit, fugiet à patria ſua, & pericula ſuſtinebit, & timendum eſt, ne fortè patiatur à ferro, & expenſas faciet occaſione itinerum & filiorũ, & maximè ſi reuolutio ſit nocturna, & Mars fuerit in medio cæli. Si verò in occidente fuerit, accident ei
7. morbi & inciſiones per ferrum & mœrores diuerſitum contra hoſtes ſuos præualebit. Si autem in
4. quarto fuerit, corrumpentur habitationes ſuæ, & domus, in qua manet, & conſumet diuitias, & infortunia patietur pro diuerſis occaſionibus, poſtea verò ab iis liberabitur.

Item ſi Mars fuerit dominus anni, & fuerit in duobus tẽporibus boni eſſe in vndecimo vel quin
5. 11. to: ſignificat alacritatem per conſanguineos, & additamentum filiorum, & gloriæ ac dignitatis, occaſione amicorum: & accident hæc omnia ei à militantibus perſonis: habebit vtilitatem ex operibus ignis vel ſanguinis, & curabit de peregrinatione multoties & fortaſſe perficiet.

Et ſi Mars fuerit in angulo, vel in his duobus locis in bono eſſe, ſicut prædiximus, & fuerit ipſe cuius eſt reuolutio, peregrinus, longè à patria ſua, reuertetur in eam. Si verò in iis duobus locis Mars fuerit mali eſſe, anxietates & ſollicitudines indicat à conſanguineis & filiis, & inimicitias inimicorum.

Item ſi Mars fuerit dominus anni, exiſtens in
3. 9. duobus temporibus in nono vel in tertio boni eſſe: peregrinabitur is, cuius eſt reuolutio & inueniet bona & erit laudatus & fortis in peregrinatione ſua. Si verò fuerit mali eſſe: accuſabitur ſuper aliquibus rebus, quarum quædam erunt veræ, & quędam falſæ, & peregrinabitur & damnificabitur, & neceſsitates incurret, & ægrotabit à calida infirmitate, & à feris periclitabitur, maximè ſi Mars fuerit in Leone & Scorpione.

Item ſi Mars fuerit dominus anni, & fuerit in duobus temporibus boni eſſe in loco ſecundo, ob- 2.
tinebit bona & vtilitates ex prouentibus ſibi ignotis: ſi verò fuerit mali eſſe, diſperget diuitias, & conſumet.

Item ſi Mars fuerit dominus anni, & in duobus temporibus fuerit boni eſſe, exiſtens in loco octa- 8.
uo: faciet vtilitatem à mortuis & hæreditatibus. Si verò fuerit mali eſſe, occaſione ipſorum, is cuius eſt reuolutio, habebit inimicitias & contentiones, & proprias diſperget diuitias.

Item ſi Mars fuerit dominus anni, exiſtens in 12.
duobus temporibus in duodecimo loco, boni eſſe, erit in illo anno is cuius eſt reuolutio, non ſtudens in rebus vitæ vtilibus, habebit & vtilitatem à parẽtibus, & ſecuritatem habebit de inimicis ſuis. Si verò fuerit mali eſſe, ſuſtinebit incommoda occaſione prædictorum.

Item ſi Mars fuerit dominus anni, exiſtens in duobus temporibus boni eſſe in ſexto loco, bonã 6.
diſpoſitionem quidem habebit ipſe in corpore, ſuperabit & hoſtes ſuos. Si verò fuerit mali eſſe, ægritudines habebit à caliditate & humiditate, & ebullitione ſanguinis: & ſi aſpexerit ipſum Saturnꝰ, fiet cũ eis & ſanies, & ęgritudo & cholera nigra.

Si verò Mars in natiuitate in aliquo loco, diſpoſitus fuerit, & tempore reuolutionis in eodem loco vel ab aſcendente, videlicet reuolutionis, vel ab aſcendente profectionis, aſpexeritque locum ſuum ſecundùm natiuitatem, vel fuerit in eo, erũt diffinitiones eius valde fortes. Si verò fuerit alteratus, omnem commixtionem oportebit facere in ſignificationibus locorum ſicut præoſtendimus.

*De ſignificatione Solis cùm fuerit dominus anni, & fuerit boni eſſe, ex Hermete cap. 13. lib. 2. & Abenrag. cap. 3. par. 6.*

Quando contingit Solem eſſe dominum anni, non accipimus ipſum principaliter ad diffiniendũ eſſe illius anni, ſed aſpicimus ad dominum ſigni, in quo ceciderint tempore natiuitatis ſignificator vitę, id eſt hylech: ſiue Sol fuerit hylech, ſiue alius: & erit particeps cum eo in diuiſione planeta qui fuerit in Leone in natiuitate & in reuolutione: & planeta cui Sol dederit virtutem ſuam. Deinde aſpicimus in quo loco fuerit Sol, & aſſumimus ſecundario diffinitiones, quæ ſunt ab eo. Et ſi fuerit tam in natiuitate quàm in reuolutione in bono eſſe, in propria domo vel exaltatione, vel in aliquo loco, in quo habeat dignitatem, & fuerit ſuper terra in bonis locis, ſignificat ei cuius eſt reuolutio in illo anno propinquitatem circa reges, & potentes, dignitates atque gradus illuſtriores & augmentum gloriæ, & diuitiarũ ac vtilitatũ: laudabitur quoque à pluribꝰ, & in cõſiliis erit exercitatꝰ in ſuis operibus & in ſermonibus & ſcientia: quibuſdã quidem nocebit, quoſdam verò iuuabit, & promouebitur ſeruitio procerum, & erit proſperum eſſe eius pa-

rentum ac mediorum fratrum.

Oportet autem conſiderare proiectiones radiorum,& partes ac duodenas particulas, quibus cõiũgitur Soli,vel figuratur in duobus temporibus: ſignificant enim diffinitiones ſecundum naturam illorum.

☉ ♀ Item ſi Sol fuerit dominus anni, aſpexeritque eum Venus in duobus temporibus per ſextilem, & ambo fuerint boni eſſe,laudabitur à pluribus in illo anno ipſe cuius eſt reuolutio, & erit benè gubernatus,& augebitur ſcientia eius,& proſperabitur in ſermonibus quoque,& in operibus, & videbit ſomnia manifeſta,& vera:& ſi coniuncta fuerit ei Venus in duobus temporibus,fueritque reuolutio nocturna,& Venus occidentalis,vel reuolutione exiſtente diurna & illa orientalis ſecundum vtraſque diſponens,diſtans à ſolaribus radiis,& apparens: in illo anno obtinebit beneficia à filiis regum & regibus,& laudabitur à pluribus,& erit fortunatus in omnibus conuerſationibus ſuis,lætabitur & ſuper quibuſdam Veneris operibus. Si verò eſſe reuolutionis fuerit è contrario ſecundum videlicet diem ac noctem,tum Venus cum Sole,non ſub radiis,aufert aliqua de prædictis.

☉ ☿ Item ſi Sol fuerit dominus anni, & tam in natiuitate quàm in reuolutione fuerit cum Mercurio boni eſſe,fueritque Mercurius diſtans à ſolaribus radiis, ſiue ſit orientalis, ſiue occidentalis, in illo anno committetur ei dignitas aliqua, & dominabitur multis,& ſtudebit in locutionibus & in ſcriptis,& amicabitur cum notariis excellentibus & erit laudatus à pluribus & fortunatus,prædicabitur ab omnibus & vtilitatem habebit à ſeruis & clientibus.

☉ ☽ Item ſi Sol fuerit dominus anni, aſpexeritque eum Luna in duobus temporibus à trino vel ſextili aſpectu:acquiret immenſas diuitias,& augebitur gloria eius & procreabit prolem, & erit in bonis tractando ea, quæ ſignificat Luna. Et ſi aſpexerit ipſum in duobus temporibus à quadrato, & ambo fuerint boni eſſe, perueniet ad honorem atque diuitias, & diuerſas vtilitates, & laudabitur à pluribus,& erit proſper in diſpenſationibus. Si verò aſpexerit ipſum in duobus temporibus per oppoſitionem,& ambo fuerint boni eſſe, multiplicabuntur contentiones eius,& rixæ,& erit verboſus,& ſuperabit inimicos ſuos. & ſi coniuncta fuerit ei in duobus temporibus,& ambo fuerint boni eſſe,fueritque longè à radiis eius Luna, ſignificant eadem quæ diximus in ſextili : veruntamen ſubiicietur mœroribus,quorum euetus erit in bonum: vtetur etiam fraudibus & rebus occultis. Si verò fuerit Luna ſub radiis in duobus temporibus, & ambo fuerint boni eſſe,adhærebit ſtruendis fraudibus,in defraudando & calumniando,& habebit ab huiuſmodi læſionem. Cum his omnibus ſciendum eſt, quòd cùm planetæ fuerint in corde Solis, & boni eſſe, bona erunt ſignificata:ſed ſi fuerint mali eſſe, contrarium.

☉ ♄ De configuratione Saturni ad Solē prædiximus ſupra in cap.4. Hermetis, in quo tractauimus de diſpoſitione Saturni ad Solem.

☉ ♃ De configuratione quidem Iouis ad Solem ſcripſimus ſupra in cap.7. Hermetis, in quo tractauimus de diſpoſitione Iouis ad Solem.

☉ ♂ De configuratione autem Martis ad Solem,diximus ſupra in cap.10. Hermetis, in quo mentionem fecimus de diſpoſitione Martis ad Solem.

*De ſignificatione Solis,cùm fuerit Dominus anni, & fuerit mali eſſe,ex Hermete c.14.lib.2.*

Sol cùm fuerit dominus anni,prædiximus, ꝙ ſignificatio eſt diuiſoris, & domini ſigni in quo eſt diuiſio ab Hylegio communicantibus cum ſignificationibus, quas prædiximus. Quòd ſi Sol fuerit impeditus, ſignificatur quòd ipſe cuius eſt reuolutio, incurret neceſsitates ex his, ex occaſionibus quas prædiximus, & malè habebit eſſe parentum eius, atque dignitas & gloria ipſius, eius eſt reuolutio:oportet autem obſeruare coniunctiones eorum ad partes,& radios & duodenas particulas, & iuxta genera ſignificationum ipſorum erit impedimentum.

☉ ♀ Igitur ſi Sol fuerit dominus anni, aſpexeritque ipſum Venus tam in nutiuitate quàm reuolutione à ſextili aſpectu, & ambo fuerint mali eſſe, ſignificat ꝙ contriſtabitur occaſione officialium, & mulierum,atque pecunię,& erit in anxietate,& multa triſtitia,& malè tractabitur,& à pluribus vituperabitur & accuſabitur.Si verò coniuncta fuerit ei Venus in duobus temporibus,& ambo fuerint impediti,fuerit que Venus ſub radiis, patietur à mulieribus,& occaſione ipſarum,& ab inimicis,& propter diuitias & filios triſtitias, & patietur corpus ab ęgritudine & à pluribus accuſabitur,& vtetur fraudibus & anguſtiis & quibuſdam occultis, & lædetur propter venerea opera.

☉ ☿ Item ſi Sol fuerit dominus anni, & coniunctus fuerit ei Mercurius in duobus temporibus, & ambo fuerint impediti, ipſe cuius eſt reuolutio, ſuſtinebit mœrores & diuerſa incommoda à potentatibus,& à quibuſdam potētibus:& aliquis de potentibus iraſcetur contra eum. Intendet autē ſcriptis mechanicis,& aptitudinibus, & ſcriptis,& dignitatibus, & ſubiectus erit alicui, & cõtentiones habebit propter diuerſas cauſas, & contriſtabitur propter filios & ſeruos & ſubiectos ſibi.

☉ ☽ Item ſi Sol fuerit dominus anni,& configuratus fuerit Lunæ in duobus temporibus à trino vel ſextili aſpectu,& ambo fuerint impediti propter cõſonantiam figuræ,ſiue aſpectus, auferet ex quibus prædiximus malis : erit veruntamen in multa turbatione, multa opera tractans. Et ſi Luna ipſum aſpexerit in duobus temporibus per quadratum, & ambo fuerint impediti, ducetur ad contentiones & ægritudines, & corrumpentur facultates eius,& contriſtabitur per diuitias, & patietur violentiam à quibuſdam, & inuidebunt ei: poterit tamen nocere quibus voluerit. Et ſi aſpexerit eum Luna per oppoſitum in duobus temporibus,& ambo fuerint impediti : ruet in contentiones & inimicitias, & lædetur ab aliquo potente multoties, & iraſcetur contra eum,& triſtabitur propter mulieres & conſanguineos & filios & diuitias. Si verò coniuncta fuerit ei Luna in duobus temporibus exiſtens ſub radiis, ſuſtinebit timores & nocumenta diuerſa,& contriſtabitur ab aliqua poteſtate & occaſione parentum. Si verò configurationes prædictæ in vno fuerint tempore : debiliores

erunt

Digitized by Google

erunt conſignificationes euentuum.

☉ ♄ De configuratione Saturni ad Solem prædiximus ſupra in cap. 5. Herm. in quo tractauimus de diſpoſitione Saturni ad Solem.

☉ ♃ De configuratione quidem Iouis ad Solem ſcripſimus ſupra in ca. 8. Herm. in quo tractauimus de diſpoſitione Iouis ad Solem.

♂ De configuratione autem Martis ad Solem diximus ſupra in cap. 11. Herm. in quo mentionem fecimus de diſpoſitione Martis ad Solem.

*De ſignificatione Solis, & de locis in quibus fuerit exiſtens dominus anni, ex Hermete, cap. 15. lib. 2.*

Sol cùm fuerit dominus anni, & tam in natiuitate quàm in reuolutione in angulo fuerit, erit ipſe cuius eſt reuolutio glorioſus, & inueniet bona &
1.10. laudabitur à pluribus. Et ſi fuerit in horoſcopo vel in medio cæli, augebitur gloria eius, & famoſus e-
7. rit præ ſodalibus ſuis, & obtinebit bona à rege. Et ſi fuerit in occidente, committentur ſibi gubernationes diuerſæ, & dominabitur inimicis, & in in-
4. columitate erit, & vtilitatem à mulieribus habebit. Et ſi fuerit in angulo terræ, habebit commodum cauſa parentum & ſenum. Si verò Sol fuerit in duobus temporibus in locis his mali eſſe, lędetur ſecundum ſignificationem anguli in quo eſt: & terrores ſuſtinebit à rege.

Item ſi Sol fuerit dominus anni, & in duobus
5. 11. temporibus in vndecimo, vel in quinto loco fuerit boni eſſe, erit in illo anno ipſe cuius eſt reuolutio, per epulas & veſtes laſciuiens, habebit & vtilitatem ab amicis, & gratulabitur in filiis, vel addetur ſibi filius, & prouentus eius fient ampliores, & recipiet hoſpites & diuerſas epulas. Et ſi fuerit in duobus temporibus mali eſſe, contriſtabitur occaſione amicorum, & quorundam habentium poteſtatem, malè quidem tractabunt eum, & aduerſabitur eis, & contriſtabitur propter filios.

Item ſi fuerit Sol dominus anni, exiſtens in duobus temporibus in nono vel in tertio loco boni eſ-
3. 9. ſe, peregrinabitur ratione officialium, & laudabitur à pluribus & fidelitatem, & vtilitatem habebũt per eum fratres & conſanguinei eius: ſimiliter iuuabitur & ipſe ab eis. Si verò in locis ipſis fuerit mali eſſe, obtrectabitur ei à pluribus propter dogmata, capiet & iter inutile, in quo patietur impedimentum, & contriſtabitur per aliquos peregrinos, per fratrem & conſanguineos.

Item ſi Sol fuerit dominus anni exiſtens in duobus temporibus boni eſſe in ſecundo vel octauo
2. 8. loco ſignificat in illo anno humilitatem & quietẽ, & quidam prouentus ei prouenient abſque fatigatione & labore. Si verò in his locis fuerit impeditus, otium & modicam vtilitatem ſignificat, & afflictionem in mundanis negotiis, negligentiam & deſidiam & contemptum expedientium.

Item ſi Sol fuerit dominus anni, exiſtens in duo-
6. bus temporibus boni eſſe in ſexto loco, quietem & ſalutem ſignificat. Si verò fuerit mali eſſe, ſignificat ægritudinem à caliditate & ſiccitate, & dolores circa ſuperiores partes in capite & in oculis.

Item ſi Sol fuerit dominus anni, exiſtens in duobus temporibus in 12. boni eſſe, ſignificat, quòd erit ab inimicis ſuis illæſus: ſi verò fuerit mali eſſe, ſignificat diſtrictionem, anxietates & exilium. 12.

Item ſi Sol fuerit tam in natiuitate quàm in reuolutione in ſimili diſpoſitione, erunt euentuum iudicia certiora: & ſi fuerint in alterutra, erunt debiliora.

*De ſignificatione Veneris cùm fuerit domina anni, & fuerit boni eſſe, ex Hermete cap. 16. lib. 2. & Abenrag. ca. 3. par. 6.*

Venus cùm fuerit domina anni, & tam in natiuitate quàm in reuolutione fuerit boni eſſe, in propria domo, vel in loco in quo habet dignitatem, in illo anno ipſe cuius eſt reuolutio, erit in iucunditate & ludis vel tripudiis, & in cantilenis, & in coitu, & in veſtimentorum ornatu, & in vnguentorum vnctione. habebit familiaritatem & iucunditatem cum amicis, & alios amicos acquiret, & ducet vxorem & vtetur ornamentis. Et ſi fuerit in propria domo, prouenient ei huiuſmodi bona ab aliqua nota parte. Si verò in alieno loco, erunt ſibi in peregrinatione per ignotam perſonam. Cõſiderandum eſt & radiationes, & partes, & duodenas particulas quibus coniungitur Venus vel configuratur in duobus temporibus: quod ſi fuerit cõuenienti figura vel aſpectu, indicat ſoſpitatem & proſperitatem ſecundum ſignificationem ipſorum.

Item ſi Venus fuerit domina anni, & tam ipſa quàm Mercurius in duobus temporibus fuerint boni eſſe, aſpiciente ipſam Mercurio per ſextilem: in illo anno amplectetur iocos & delectationes, & augebuntur filij & vxores eius; habebit etiam familiaritatem cum mulieribus doctis & pulchris, & commorabitur cum eis in alacritatibus & in ornamentis: aſſociabitur etiam viris peritis & eloquentibus & liberalibus & ciuilibus, & erit conſcius ſecretorum conſiliorúmque: & quandoque contriſtabitur pro iis, quæ prædiximus. ♀ ☿ *Id fieri ζωδιακῶς qui poteſt χϛινικῶς fortaſſe poteſt.*

Item ſi aſpexerit ipſam Mercurius per quadratum in duobus tẽporibus, Mercurio ſuper ipſam, vel ipſa ſuper Mercurium eleuata, in illo anno diligetur à pluribus, & adhærebit doctrinæ, & literis & diſciplinis & ornatui & picturis, & augebitur dignitas eius, & gratulabitur in mulieribus ſpecioſis, contriſtabitur tum per aliqua tempora, pro quibuſdam impedimentis. Si verò coniunctus fuerit ei Mercurius in duobus temporibus & ambo fuerint fortunati in illo anno amplectetur tripudia & iucunditates, & adhærebit mulieribus eruditis, & gratulabitur ſuper eis & ſuper filiis, & adaptabit compoſitiones ſermonum, & concordantias quarundam rerum, picturas & ornatus atque vnguenta odorifera, & augmentabitur ſubtilitas ingenij ſui, & benefaciet pluribus, & ſciet plura de ſecretis conſiliis, & laborem ſuſtinebit, & iter arripiet.

Item ſi Venus fuerit domina anni, & configurata fuerit ei Luna, tam in natiuitate quàm in reuolutione à trino vel ſextili aſpectu erit in exaltatione in illo anno, & gratulabitur in mulieribus tam ſuis quàm alienis, & forte pueros concupiſcet, ♀ ☽



Digitized by Google

& vtetur tripudiis. Si verò configurata ei fuerit per quadratum & Luna fuerit eleuata ſuper Venerem: addentur ei diuitiæ in illo anno, & contriſtabitur propter mulieres & voluptates. Et ſi Venus fuerit eleuata, erit in illo anno dilectus à pluribus, & bene tractabilis, contriſtabitur tum propter coniugium & mulieres & concumbet cum mulieribus ignobilibus, & erit proſperum eſſe matris ſuæ. Et ſi Luna ipſam aſpexerit per oppoſitum in duobus temporibus, contriſtabitur occaſione mulierum & filiarum. & ſi coniuncta fuerit ei duobus temporibus: erit hilaris & eruditus, & curam habebit de alienis mulieribus, ſuas deſpiciens & tædium habebit ad eas.

♀ ♄ De configuratione Saturni ad Venerem prædiximus ſupra in cap. 4. Herm. in quo tractauimus de diſpoſitione Saturni ad Venerem.

♀ ♃ De configuratione quidem Iouis ad Venerem ſcripſimus in cap. 7. Herm. vt ſupra, in quo tractauimus de diſpoſitione Iouis ad Venerem.

♀ ♂ De configuratione autem Martis ad Venerem diximus ſupra in cap. 10. Hermetis, in quo mentionem fecimus de diſpoſitione Martis ad Venerem.

♀ ☉ De configuratione verò Solis ad Venerem ſignificationem demonſtrauimus ſupra in cap. 13. Hermetis: in quo mentionem fecimus de diſpoſitione Solis ad Venerem.

### *De ſignificatione Veneris Dominæ anni, cùm fuerit impedita, ex Hermete cap. 17. lib. 2.*

Venus cùm fuerit domina anni, & fuerit mali eſſe tam in natiuitate quàm in reuolutione, in ſigno etiam alieno, patietur in illo anno anxietates, & magna pericula ac manifeſta in omnibus actibus venereis, contriſtabitur in illo anno ſuper mulieribus & filiis & amicis, & propter ornatum, tripudia, & veſtes, cibos etiam & potus, & ſi habuerit aliquam dignitatem in ſigno illo, contriſtabitur propter mulieres proprias. Si verò non habuerit, propter alienas. Et ſi fuerit in ſigno odioſo ſibi, patietur huiuſmodi ab inimicis, & occaſione ipſorũ. Si verò in ſigno amicabili ſibi, patietur huiuſmodi ab amicis. Et ſi ſignum in quo eſt, non eſt de ſignis ſimilitudinum hominis, indicat infirmitatem amoris, & ęgritudinem & triſtitiam, in mulieribus quoque & matribus & in eſſe earum. Et ſi fuerit Venus retrograda, vel ſub radiis, prædicta ratificat, & turbabuntur alacritates eius, & delectationes, & contriſtabitur propter eas, & incurret læſiones occaſione voluptatis. Si verò ſic diſpoſita fuerit cum parte coniugij, indicat defectionem propter mulieres. Oportet autem conſiderare & radiationes, & partes & duodenas particulas, quibus coniungitur Venus, vel quibus configuratur aſpectu contrario.

Item ſi Venus fuerit domina anni, & fuerit impedita: indicat impedimentum in rebus quarum eſt ſignificatrix.

♀ ☿ Item ſi Venus fuerit domina anni, & tam ipſa quàm Mercurius fuerint mali eſſe, aſpexeritque eã Mercurius per ſextilem: ſignificat mœrores & perturbationes in his rebus quas ſignificat idem aſpectus, cùm planetæ ipſi extiterunt boni eſſe. Si verò configuratus fuerit Mercurius Veneri per quadratum, & ambo fuerint mali eſſe, contriſtabitur & lædetur, & erit infamis occaſione mulierum & villicationum, & in omnibus his quæ ſignificabant, quando configurabantur ad inuicem tali modo, planetis ipſis exiſtentibus boni eſſe: & ſi coniunctus ei fuerit in duobus temporibus, & ambo fuerint impediti, ſtudebit ſuper mulieribus & tripudiis & alacritatibus, & patietur incommoda propter ipſa, amplius & propter literas, & propter notariatum, & in his omnibus quæ ſignificabant, planetis ipſis exiſtentibus boni eſſe.

Item ſi Venus fuerit domina anni, & tam ipſa ♀ ☽ quàm Luna fuerint in duobus temporibus mali eſſe, aſpexerintque ſe adinuicem per trinum aut ſextilem aſpectum, in illo anno erit valde varius ad concubitus & mulieres, & patietur triſtitiam propter eas, à matribus, & peruenient ei rumores ſiniſtri diuerſi, & impedietur circa iucunditates ſuas, & delectationes. Et ſi Luna ipſam aſpexerit in duobus temporibus per quadratum, & ambo fuerint mali eſſe, Luna ſuper Venerem eleuata lædetur gratia mulierum, & contriſtabitur propter diuitias. Si verò Venus fuerit eleuata, malè procurabit res proprias, & contriſtabitur propter facultates & coniugium, & concumbet cum mulieribus vilibus. Si verò Luna ipſam aſpexerit per oppoſitum: contriſtabitur propter coniugium & ægrotabit, vel morietur aliquis de filiis eius.

Item ſi Luna fuerit ei coniuncta in duobus temporibus, & ambæ fuerint mali eſſe: anxietates patietur à quibuſdam viris eloquentibus, & contentionem habebit cum conſanguineis ſuis. & hic quidem coniungetur mulieribus alienis, mulieres verò cum alienis viris. Si verò aſpectus fuerit in vno in duobus temporibus erunt debiliores diffinitiones euentus.

De configuratione Saturni ad Venerem prædiximus ſupra in cap. 5. Herm. in quo tractauimus de diſpoſitione Saturni ad Venerem. ♀ ♄

De configuratione quidem Iouis ad Venerem ſcripſimus ſupra in cap. 8. Herm. in quo tractauimus de diſpoſitione Iouis ad Venerem. ♀ ♃

De configuratione autem Martis ad Venerem diximus ſupra in cap. 11. Hermetis, in quo mentionem fecimus de diſpoſitione Martis ad Venerem. ♀ ♂

De configuratione verò Solis ad Venerem ſignificationem demonſtrauimus ſupra in cap. 14. Hermetis: in quo mentionem fecimus de diſpoſitione Solis ad Venerem. ♀ ☉

### *De Venere cùm fuerit Domina anni, de locis videlicet in quibus fuerit inuenta, ex Hermete cap. 18. lib. 2.*

Venus cùm fuerit domina anni, & tam in natiuitate quàm in reuolutione fuerit in angulis expedita, 1. 4. 7. 10. ſignificat quòd ipſe, cuius eſt reuolutio, variis negociis implicabitur propter diuerſas cauſas, & habebit gratiam ab habentibus poteſtatem atque principibus: augmentabitur gloria eius & diuitiæ & animalia eius & in hoſtiis hoſtis regũ per-

ſeuera

Digitized by Google

ſeuerabit, & diuerſis veſtibus delectabitur, & gaudebit in mulieribus,& multiplicabitur coitus ſuos, & obtinebit deſideria ſua: augebitur etiam mobilis eius ſubſtantia. Et ſi fuerit retrograda in his locis,obtinebit quidem prædicta,ex modis,veruntamen inhoneſtis. Si verò fuerit mali eſſe, erit turbatus circa vitam ſuam, & patietur aliqua damna, & quidam obloquetur de eo, & contentiones habebit cum quibuſdam & triſtitias,& anxietatem ſecundum naturam anguli in quo eſt. Et ſi impedita fuerit à Saturno, patietur ægritudines diuerſas,frigidas & contrarias, veluti, frigora & epilepticas, atque phreneticas paſsiones. Et ſi à Marte fuerit impedita: contriſtabitur gratia mulierum & coitus, etiam incendium patietur, vel latrocinia, vel ebullitio ſanguinis fiet in eo. Et ſi in quarto fuerit, videbit obitum mulieris.

5. 11. Et cùm Venus fuerit domina anni, & fuerit in duobus temporibus in quinto vel in vndecimo loco, boni eſſe, habebit additamentum mulierum, amicorum & rerum, & gratulabitur ſuper filiis, vel habebit filium. Si verò fuerit mali eſſe: contriſtabitur ſine cauſa, vel propter mulieres & filium, & de amicis faciet inimicos.

9. 3. Item ſi fuerit in nono vel in tertio loco, in duobus temporibus boni eſſe, arripiet iter in illo anno, & inueniet proſpera in itinere, & laudabitur à pluribus, & vtilitatem habebit à fratribus & cognatis, & quædam de mulieribus eius peregrinabitur, & ſi fuerit mali eſſe, iter arripiet inexpediens, & quidam reputabunt ipſum eſſe infidelem, & cum amicis ſuis contendet, & pars diuitiarum deſtruetur.

8. 2. Si verò fuerit vel in octauo vel in ſecundo loco in duobus temporibus boni eſſe, vtilitatem habebit à vilibus perſonis, vel à malo actu, propriè vero in octauo,ſignificat multitudinem expenſarum: & ſi in ſecundo fuerit impedita, ſignificat deſidiam eius & negligentiam eius, & diuitiarum diminutionem. Et ſi fuerit in octauo, indicat inutilitatem & rixas.

6. 12. Item ſi fuerit in duobus temporibus, in ſexto vel in duodecimo loco boni eſſe, habebit vtilitatẽ à vilibus hominibus, & cauſa venationum. Et ſi fuerit impedita in ſexto, ſignificat ægritudinem: & ſi impedimentum fuerit à Saturno, erit ægritudo à cholera nigra: à Marte verò à ſanguine: à Sole ſi quidem à caliditate. Si verò fuerit impedita in duodecimo, contriſtabitur ab inimicis, & detentionẽ patietur. Et ſi Venus tam in natiuitate quàm in reuolutione ſimilem diſpoſitionem habuerit in eodẽ loco exiſtens, certiora erunt iudicia. Si verò fuerit alterata erunt debiliora.

Item ſi Venus fuerit reuolutionis tempore, cadens ab angulo, ſignificat, quòd gaudium eius, cuius eſt reuolutio, confundetur, & læſionem habebit propter cibos & potus, & maximè ſi annus deſierit in locum Saturni, vel Saturnus fuerit in aliquo angulo reuolutionis.

*De ſignificatione Mercurii, cùm fuerit Dominus anni, & fuerit boni eſſe, ex Hermete cap. 19. lib. 2. & Abenragele cap. 3. par. 6.*

Mercurius cùm fuerit dominus anni, & fuerit boni eſſe, tam in natiuitate quàm in reuolutione, ſignificat in illo anno acquiſitionem diuitiarum,& laudem à pluribus,& vtilitatem habebit occaſione negociationis & intellectus & ſcientiæ & doctrinæ & orationum & pronunciationum & contentionis, & quarundam villicationum: & placebit, & videbitur ab omnibus, et laudabitur à pluribus. Oportet quoque aſpicere et radiationes et partes et duodenas particulas, quibus coniungitur vel configuratur Mercurius in duobus temporibus. Indicat enim fœlicitatem in rebus illis quas ſignificant.

Item cùm fuerit Mercurius dominus anni,& tam ipſe quàm Luna fuerint boni eſſe, & configurati fuerint adinuicem à trino vel ſextili aſpectu: ipſe cuius eſt reuolutio, ad diuerſas diſciplinas perueniet. Et ſi Luna ipſum aſpexerit in duobus temporibus per quadratũ, & fuerit boni eſſe, ſuper ipſam Mercurio eleuato: addetur ſcientia eius & prudẽtia, & contriſtabitur propter plura. Si verò Luna fuerit eleuata: in illo anno erit inanis & ſordidus & inconſtans in omnibus. Et ſi aſpexerit ipſum in duobus temporibus per oppoſitum, & ambo fuerint boni eſſe, inimicitiam tenebit contra aliquos & ſuperabit omnes reſiſtentes ſibi & contendẽtes. ☿ ☾

Si verò coniuncta fuerit ei in duobus temporibus, & ambo fuerint boni eſſe: in illo anno augebitur diſciplina eius atque ſcientia: dabit pluribus de ſua ſcientia,& erit laudabilis & familiaritatem habebit cum vilibus perſonis: & ſi habuerit matrẽ, addetur ſcientia eius,& prudentia,& villicatio.Cũ his omnibus ſi inſpectus fuerit in vno de duobus, multam partem aufert ſignificationis.

De configuratione Saturni ad Mercurium prædiximus ſupra in ca. 4. Herm. in quo tractauimus de diſpoſitione Saturni ad Mercurium. ☿ ♄

De configuratione quidem Iouis ad Mercurium ſcripſimus in ca. 7. Herm. vt ſupra, in quo tractauimus de diſpoſitione Iouis ad Mercurium. ☿ ♃

De configuratione autem Martis ad Mercurium diximus ſupra in cap. 10 Hermetis in quo mentionẽ fecimus de diſpoſitione Martis ad Mercuriũ. ☿ ♂

De configuratione verò Solis ad Mercurium, ſignificationem demonſtrauimus ſup. in ca. 13. Hermet. in quo mentionem fecimus de diſpoſitione Solis ad Mercurium. ☿ ☉

De configuratione etiam Veneris ad Mercuriũ prædiximus ſupra in ca. 16. Herm. in quo tractauimus de diſpoſitione Veneris ad Mercurium. ☿ ♀

*De Mercurio cùm fuerit Dominus anni, & fuerit mali eſſe, ex Herm. cap. 20. lib. 2.*

Mercurius cùm fuerit dominus anni, & tam in natiuitate quàm in reuolutione fuerit mali eſſe: patietur in illo anno diuerſa incommoda occaſione ſeruorum, vel filiorum, vel vilium perſonarum, aut diſciplinarum, aut ſociorum, vel notariorum & literarum, & villicationum, & ſermonum, & cõtentionis, & rixæ, deficiet etiam ſpes eius, & deſperatus erit ab omni vtilitate. Si verò fuerit occidentalis

Digitized by Google

talis, & tam ipſe quàm pars filiorum fuerint impediti: patietur filius eius ac ſerui aduerſitates. Et ſi coniunctus fuerit parti amicorum, erit impedimẽtum ab amicis. Si verò parti operis vel regni: erit impedimentum ab aliquibus habentibus poteſtatem, & vincula ac compedes ſuſtinebit, & diuerſa incommoda patietur. Si verò orientalis fuerit, minora erunt prædicta.

☿ ☽ Cùm verò Mercurius dominus anni fuerit, & tã ipſe quàm Luna fuerint mali eſſe in duobus temporibus, & configurati fuerint ad inuicem per trinum vel ſextilem aſpectum, patietur triſtitias occaſione itineris, amicorum etiam vel diſciplinarum, vel perditionis quorundam. Si verò fuerit per quadratum, triſtitiam patietur, & ſuſtinebit inſidias à pluribus occaſione literarum, & includetur vel incarcerabitur. Et ſi Luna fuerit eleuata ſuper Mercurium, erit timidus in illo anno, & inſtabilis.

Item ſi aſpexerint ſe adinuicem per oppoſitum, & fuerint impediti, erit & ſic timidus, & contentiones habebit ac inimicitias: & ſi coniuncta ei fuerit Luna in duobus temporibus, erit facile conuertibilis, & finget aliqua mendacia, & patietur læſionem propter viles perſonas. Configurationes autem Mercurij cum reliquis ſtellis prædiximus: tu autem tuo intellectu diſcerne iudiciorum commixtiones. Nam

☿ ♄ De configuratione Saturni ad Mercurium prædiximus ſupra in cap. 5. Hermetis, in quo tractauimus de diſpoſitione Saturni ad Mercurium.

☿ ♃ De configuratione quidem Iouis ad Mercurium ſcripſimus ſupra in cap. 8. Hermetis, in quo tractauimus de diſpoſitione Iouis ad Mercurium.

☿ ♂ De configuratione autem Martis ad Mercurium diximus ſupra in cap. 11. Hermetis, in quo mentionem fecimus de diſpoſitione Martis ad Mercuriũ.

☿ ☉ De configuratione verò Solis ad Mercurium ſignificationẽ demonſtrauimus ſupra in ca. 14. Hermetis: in quo mentionem fecimus de diſpoſitione Solis ad Mercurium.

☿ ♀ De configuratione etiam Veneris ad Mercuriũ prædiximus ſupra in cap. 16. Hermetis, in quo tractauimus de diſpoſitione Veneris ad Mercurium.

*De ſignificatione Mercurii, cùm fuerit dominus anni, de loco in quo inuentus fuerit, ex Hermete cap. 21. lib. 2.*

Mercurius autem cùm fuerit dominus anni, & in angulo tam in natiuitate quàm in reuolutiõe liber à malis: ſignificat quòd ipſe cuius eſt reuolutio, inueniet dignitatem & gloriam, & à literis & negotiatione, & ſeruitio dominantium. augmentabitur autem ſcientia eius, & acquiret diſciplinam, & lauda-
1. 10. bitur propter iſta, & maximè ſi fuerit in aſcendẽte, vel in medio cęli, & ſi in his locis fuerit impeditus, occurrent ei in illo anno triſtitiæ occaſione literarum vel computorum, & ægrotabit, & quamcunq; negotiationem tractabit, damnũ faciet, & in ſepti-
7. 4. mo vel in quarto exiſtens ſignificat contentiones cum conſanguineis. Et ſi retrogradus fuerit: accuſabitur propter coitum, ægrotabit ægritudine ſecundum naturam impedientis planetæ.

Item ſi Mercurius fuerit in duobus temporibus
5. 11. in vndecimo, vel in quinto loco, expeditus à malis, obtinebit plura bona in illo anno, & amicabitur viris potentibus & officialibus, & erit in lucris & negotiationibus & venditionibus & emptionibus deditus: & ſi habuerit filium gratulabitur ſuper eo, vel naſcetur ei filius, ſi radix natiuitatis eius ſignificauerit filiorum natiuitatem. Si verò in his locis fuerit impeditus: inimicabuntur ei filij ſui, & erit hebes ad intelligendum, & ſi habuerit filium, ægrotabit, & fortè morietur, & ſi retrogradus fuerit, ipſe cuius eſt reuolutio, erit in ambiguitate ad agendum expedientia.

Item ſi fuerit in nono vel in tertio, peregrinabi- 3. 9.
tur in illo anno, & inueniet in peregrinatione ſua bona, ipſo ſcilicet exiſtente in bono eſſe, tam in natiuitate quàm in reuolutione. videbit etiam ſomnia manifeſta, & laudabitur ſuper dogmate & fide & prudentia & optimis villicationibus, & ſciet diligẽter res, & vtilitatem habebunt per eum tam fratres eius quàm noti. Si verò in his locis fuerit mali eſſe in ambobus temporibus, illo anno peregrinabitur, & patietur læſionem in peregrinatione, & dubitationem de fide ſua habebit, & propterea conuicia patietur, & videbit ſomnia terribilia, & damnificabitur in negotiationib' & in vẽditionib' ac emptionib', & odio habebit ſorores & cõſanguineos ſuos.

Item ſi Mercurius fuerit in duobus temporibus,
in loco ſecũdo vel in octauo, liber à malis, habebit 2. 8.
vtilitatem ex venditione & emptione, & proſperitatem habebit in eſſe ſuo. Si verò fuerit mali eſſe, dãnificabitur, & in agendis rebus ſuis erit fallibilis, & contentiones habebit propter diuitias.

Item ſi Mercurius fuerit in duobus temporibus
boni eſſe in loco duodecimo, vel in ſexto, in illo an 6. 12.
no erit negligens circa diuitiarum acquiſitionem, & deſes circa negotiationes & vtilitates: acquiret autem hæc à quibuſdam vilibus hominibus, & ab aliquo actu modico & vili. Et ſi fuerit in duobus temporibus impeditus, euenient ei ægritudines iuxta naturam planetæ impedientis ipſum

Et ſi Saturnus impedierit eum: ægrotabit ventoſitatibus per frigiditatem, patietur & arthritidem & neruorum ac fibrarum (fortaſſe febrium) dolores. Si verò impedierit Mars, ægrotabit à repletione ſanguinis & ſimilibus, & apprehendetur in iis quæ non fecit, & accuſabitur de his quæ non egit, & detentiones & triſtitias patietur.

Et ſi Mercurius fuerit in aliquo loco natiuitatis figuræ, fueritque in eodem loco & in ſimili diſpoſitione etiam reuolutionis figura: erunt certiora iudicia. Si verò figuræ fuerint alteratæ, oportet ipſas commiſcere, & ſecundum vtriuſque complexionem diffinire.

*De Luna, cùm fuerit domina anni, & fuerit boni eſſe, ex Hermete cap. 22. lib. 2. & Abenrag. cap. 3. par. 6.*

Luna cùm fuerit domina anni, erunt fines euentuum ſecundum diſpoſitionem diuiſoris & domini ſigni in quo eſt diuiſio ab Hylegia, qualiſcunq; fuerit Hyleg: accipimus autem participem & planetã, qui fuerit ſiue ſecundum natiuitatem, ſiue ſecundũ reuolutionem in Cancro, planetam etiam cui coniungitur Luna in ſigno in quo fuerit. Duobus planetis diuidim' annum in duo: ſi verò tribus, in tria, & ſi pluribus, in plura: & diffinimus ſecundum vnũquemque planetam ſicut diſpoſitus fuerit. Sumimus

Digitized by Google

mus autem in teſtimonium eſſe Lunam. Si enim bene diſpoſita fuerit, indicat proſperum eſſe ei cuius eſt reuolutio. In his videlicet quæ ſignificauerit Luna. Si verò malè, contrarium & languores. Et ſi fuerit ſeptentrionalis & aucta numeris, indicat bona. Si verò meridionalis & minuta, contraria, & maximè ſi fuerit minuta.

Oportet autem obſeruare & coniunctiones eius ad radios & partes & duodenas particulas, ſignificationis quidem eius, quam ſignificant, cùm configurata fuerit cum planetis prædictis.

Oportet autem aſpicere & ſignum in quo fuerit Luna tempore reuolutionis, habet enim æqualem potentiam, ſicut habet horoſcopus reuolutionis. Et ſi fuerit in ſigno proprio boni eſſe, vtpote Cancro vel Tauro eius ſolio, omnia quæcunque incœperit, euenient ei proſpera, & ſi fuerit impedita, indicat impedimenta ſecundum naturam impedientis planetæ: & ſi fuerit curſu vacua, & in ſigno Saturni, vtilitatem habebit per terras & puteos & plantas, cùm ipſe fuerit boni eſſe, ſed ſi fuerit mali eſſe, ſignificat afflictiones & anxietates & vulnera.

Et ſi fuerit in domo Iouis, cùm idem fuerit boni eſſe, commendabitur à pluribus, & perducet ad finem quæcunque incœperit, & hæreditabit paternas diuitias, & ei aliqua operatio committetur. Si verò fuerit mali eſſe, indicat mœrores diuerſos, & quòd accuſabitur ab aliquibus.

Et ſi fuerit in domo Martis, exiſtentis in medio cæli, indicat læſiones à ſubiugalibus & corporis inciſionem per ferrum & fluxum ſanguinis.

Significationes de domino ſigni in quo fuerit Luna.

Non autem ſolum oportet conſiderare Lunam, cùm domina fuerit anni, ſed etiam dominum ſigni in quo eſt. Si enim fuerit in domo Saturni, ipſo ab impedimentis libero exiſtente, ſignificat videlicet bona: & ſi fuerit impeditus, contraria. idem eſt & in reliquis planetis.

Regulæ generales de domino anni.

Item cùm aliquis planeta eleuatus fuerit ſuper dominum anni, oſtendit operationem eius. Si enim ſuper Iouem exiſtentem dominum anni eleuatus fuerit Sol, præbet aliquam poteſtatem, ſuper Martem verò peregrinationem. Et ſi Sol fuerit boni eſſe, erit peregrinatio bona, ſi verò fuerit mali eſſe, contraria. Et ſi Saturnus fuerit eleuatus ſuper Solē in duodecimo, ſignificat contrarias & inutiles peregrinationes & eiectiones de loco in locum & carcerem, & impedimenta, & litigia.

Et ſi Luna infortunata fuerit per quadraturam Saturni in reuolutione, prædic malas nato valetudines, inimicos potentes, patrimonij amiſſionē, mœrorémque ex filio. Et ſi cum hoc fuerit in ſigno fœminino, erit ſuæ vxori odio, & illi moleſtus.

Et ſi Luna per oppoſitionem Saturnum infortunauerit, accident patri occultæ ægritudines, dolores in membris abſconditis, & diſſipabit natus ſubſtantiam patris ſuis malis moribus, experietúrque anguſtias & victus egeſtatem.

Et ſi ambo fuerint in ſignis quadrupedum, erit damnum per beſtias. Si in humanis, per homines, & ſic de cæteris.

Aſpice in reuolutionibus annorum ad Lunę motum in toto anno, & qua die Luna locum radicis aſpexerit bono aſpectu, ſi fuerit tunc cum ſtella fortunante, prædic nato bonum & negociorum celeritatem. Et ſi fuerit infortunata, cōtrarium dicito.

Nam bonum & malum erit ſecundum naturā planetæ, cum quo Luna iuncta fuerit, & ſecundū hoc profer tua iudicia, & non errabis.

Quando Luna fuerit fortunata, vel infortunata in reuolutione ab aliquo planeta, & peruenerit poſtea ad corpus ipſius planetæ qui fortunauit, vel infortunauit eam, vel ad eius radios per directionem, dando pro quolibet die 59. minuta 10. ſecunda, ſignificat bonum vel malum, ſecundum naturā illius planetæ. Vt Luna per oppoſitum Saturni debilitata in reuolutione, ſi fuerint à Luna in Saturnum 144. gradus, cauere debet ſibi natus à periculo poſt dies 146. à die reuolutiōis, vt patet per tabulā directionum ad ſingulos dies anni inferius poſitā.

*De ſignificatione domini aſcendentis reuolutionis, ex Hermete cap. 23. lib. 2. & Abenr. cap. 12. par. 6.*

Poſt dominum anni diuiſor habet ſignificationē ſuam, ſed nos ad hoc quòd ſermo procedat ſecundum ordinem mentionem faciemus, de aſcendente anni & de domino eius, pro eo quod ipſe habet communitatem cum ſigno profectionis orientis & domino eius. Oportet igitur te ſcire aſcendens anni & ſignum profectionis orientis, ac locū domini eius, loca etiam reliquorum planetarum. Virtutes enim natiuitatis planetarum & reuolutionis cognoſcuntur ab anni figura & angulis eius, & reliquis locis: vnuſquiſque igitur locus propriā habet ſignificationem. Et anguli quidem ſignificāt ea quæ ſunt corporis, atque honores, mulieres etiam ac parentes. Succedentia verò ſignificant ea quæ ſunt ſubſtantiæ, filios quoque ac mortuos, proſperitatem & amicos ac bonam famam. Cadentia verò ſignificant fratres & ægritudines, & itinera, inimicoſque atque contentiones & malas famas, & impedimenta ac carcerem. Adeſt autem vnicuique propria quædam ſignificatio manifeſta his qui diligenter tractant Aſtrologiam. Oſtendit autem ſignificationem vniuſcuiuſque domus planeta qui ingreditur in eam.

Dominus ergo aſcendentis reuolutionis tam in natiuitate quàm in reuolutione ſi fuerit boni eſſe, ipſe cuius eſt reuolutio inueniet bona & gloriam. Et ſi fuerit in aſcendente, vel in medio cæli, erit ſanus corpore, & adipiſcetur dignitatē & gradū. Si verò fuerit in ſeptima, vel in quarta domo, augmētabūtur cōſanguinei eius, & mulieres, & ſubditi. Et ſi fuerit mali eſſe in locis ipſis ab huiuſmodi perſonis lædetur.

Deinde oportet aſpicere ipſum dominum aſcēdentis in quo loco figuræ fuerit, & quibus planetarum coniunctus, vel qui coniuncti fuerint ei, & quā ſignificationem habuerit ſolus quàm & coniunctus cum domino profectionis orientis, vel cum aſcendentis natiuitatis ſigno, cum domino etiam eius ac Luna, & reliquis planetis, & locis beneuolorū, vel maleuolorum tam natiuitatis quàm reuolutionis.

Cùm inueneris in aſcendente reuolutionis maleuolum, ac maleuolus impedierit aſcendens natiuitatis, vel Lunam, aut angulos: ſcito quòd maximum inducit impedimentum. Si verò huiuſmodi malus fuerit in aſcendente per tranſitum, vel impedierit aliquem locū de locis figuræ, inueneriſque ipſum, quòd non impediebat in natiuitat locum

huiuſ-

huiuſmodi: ſcias ipſum impedimentum facere moderatum.

Cùm autem aliquis planeta fuerit retrogradus, vel ſub radiis, vel cadens ab angulo: fit debilior dominatio eius.

*Ad diuiſorem reperiendum.*

Aſcenſionibus obliquis horoſcopi in tuo horizonte repertis, adiicito annos fluentes, & aggregatio (abiectis 360. gradibus ſi oportuerit) reperiatur in tabulæ primi mobilis area ſub tuo finitore: & dextrorſum in prima linea offeret ſe gradus ſigniferi: quem nos diuiſionis, ſeu partitionis locum, Arabes verò Algebutar, Perſæ autem Zamoctar appellant. Dominus igitur finium diuiſor, ſeu diuiſionis ac partitionis nuncupatur. At ille planeta, qui reſpicit gradum, ſiue locum partitionis dicitur particeps cum planeta Diuiſore.

Diuiſor.

Particeps Diuiſoris.

*De ſignificatione Saturni quando eſt Diuiſor, Ex Abenragele cap. 2. par. 6. & Hermete cap. 26. lib. 2.*

Vide Albubatrem ca. 14.

Quando diuidet Saturnus, ſeu diuiſor fuerit, nullo planeta illius terminos, ſiue locum irradiante, neque ipſum reſpiciente: afferet nato in anni illius intercapedine morbos chronicos, ſiue longas ægritudines à frigiditate, & craſſo phlegmate prouenientes, & ventris dolore, ſeu cholica paſſione, & calculo, ſeu phthiſi, & inflatione, & melancholicis, ſeu phlegmaticis morbis, variis moleſtiis, & triſtitia, pœnitentia, & mentis confuſione, & vi, quin & tractatione rerum inutilium, & litium multitudine, & inertiam in eius actionibus, & malam adminiſtrationem.

Saturnus diuiſor infeſtans gradum diuiſionis abſque beneficarum fœlicibus radiis, mortem minatur. Nam ſi Iupiter non aſpexerit gradum diuiſionis in vtroque themate, neque Saturnum diuiſorem, natus illo anno interibit.

♄ ♃ At ſi Iupiter fuerit particeps cum Saturno, & irrorauerit gradum diuiſionis, liberabit natum à mortis periculo.

♄ ♂ Si fuerit Mars particeps cum Saturno, minatur damna à ſeruis. Si verò Mars coniunctus ſit cum Saturno, & beneuolus non irradiauerit Martem, indicat morbos, & capitis dolorem, & quod ſuperabitur ab inimicis.

♄ ☉ Si Sol fuerit particeps, & commaculatus, liberabit natum à morte, ſed moleſtias perpeſſurum, & eius pater interibit, vel diuerſas ſuſtinebit calamitates in illo anno.

♄ ♀ Si Venus fuerit particeps Saturni, ducet vxorem, vel iungetur cum aliqua amica, ſeu meretrice, & naſcetur ei filius, tamen ſi quem habuerit dolores ſuſtinebit, aut aliquis nepos ex filia ipſius, vel aliqua ex ſuis mulieribus interibit.

♄ ☿ Si Mercurius cum ipſo Saturno particeps fuerit, minatur damna à ſeruis, & ipſorum aliquis interibit, & ꝓpter ſcripturas, vel leges, vel pecunias adulterinas, & propter commercia, ſiue emptiones, & venditiones damna afferet.

☽ ♄ Si Luna particeps fuerit cum Saturno, multitudinem curarum indicat, deſperationem, & vitæ inæqualitatem, & perturbationem rerũ atque adminiſtrationem, & quodcũque aggredietur, impedietur, vel mater eius, vel fratres naturæ cõcedent, & ſi non morientur, caſus graues ſuſtinebunt, atque hoc tempore in omni ſua procuratione atque actionibus impedietur.

Si Saturnus ſit diuiſor in genitura, aſpiciaturque ab Ioue, indicat natum vtilitates aſſecuturũ ex lucris ab inſperato, vel ſine labore, aut inuentionem theſauri, atque antiquarum quarundam rerum ſub terra reconditarum, & ex agris, & ædificiis, omnibúſque rebus, quibus præeſt Saturnus.

*De ſignificatione Iouis, quando eſt Diuiſor, & planetarum, qui erunt eius participe, Ex Abenr. & Herm. cap. 27. lib. 2.*

Quando Iupiter fuerit Diuiſor ſine aliqua planetarum radiatione, fuerítq; in themate natalitio fœliciter collocatus in bono loco, indicat quòd ita genitus breui tempore vxorabitur, legitimoſque liberos ſuſcipiet, verſabitur cum regibus, ſeu principibus, & ſuis ciuibus illuſtribus, augebiturque ipſius honor, & dignitas, & gloria: & ſi natus ſit mediocris fortunæ, imperabit cæteris ordinis ſui, ipſiſq; dominabitur in propria patria, & diuitias cõſequetur. Si verò fuerit ſuperioris fortunæ, conſequetur dominium & poteſtatem in vrbes & loca, & ipſorum incolas, & augebitur ipſius gloria, atque ſubſtantia: & naſcetur ei filius, vel filia, ſeu filio filius.

Si Iouis particeps fuerit Saturnus, indicat illum dilaceraturum facultates auitas, & paternas, atque cognatorum, & lædetur eius filius, atque parentes, & triſtabitur, adeò quòd ad deſperationem redigetur, & plorabit, & inertia, atque ſegnities erit in eius actionibus, & ſi quidpiam incœperit, non perficiet, & malus rerum ſuarum gubernator erit, & in varios incidet morbos. ♃ ♄

Si Mars fuerit particeps Iouis, indicat bonorum confuſionem, quæ ab Ioue decernuntur, & diminutionem, atque detrimenta ipſorum. ♃ ♂

Sol particeps Iouis, indicat natũ fore alicuius imperij, dominij, & actionis, ipſiuſq; facultati acceſſiones futuras, & fœlicitatis, & gloriæ & dignitatis, & conuerſabitur cum regibus, ſiue principibus, & plures domini ad oſtiũ eius aduenient, & ipſum deprecabũtur, fietq; illuſtris & beatiſsim⁹, ſuperabitque omnes calamitates, & lætabitur cum auis, parentibus, cognatis, & liberis, & diuerſa aderunt gaudia, atque generalem nanciſcetur hæreditatem. ♃ ☉

Venus ſi fuerit particeps Iouis, natus vxorẽ ducet bonã, cognatámque vel illuſtrẽ, & filium ſuſcipiet pulchrũ, & ab vxore voluptatẽ, & vtilitatem cõſequetur, oblectabitur modulationibus, cantilenis, muſicis, luſibus, & voluptatib⁹ venereis, dignaſque nãciſcetur fœlicitates, & lucrorũ copioſa præſidia. Si verò in themate natalitio Iupiter irrigaretur à Venere, quotidie increbeſcet fœlicitas ipſius, & diuitias amplas cõſequetur, augebiturque veſtimẽtorũ ipſius ornatus, regiiſque veſtibus decorabitur, & habitus regius ei tradetur, multiplicabuntur eius gaudia, & lætitiæ, fietq; votorum fermè omnium compos. Si natus fuerit mediocris fortunæ, mediocriter bona hæc aderunt. ♃ ♀

Mercurium cum Ioue ſi fuerit particeps, & innocuus, pollicetur lętitiã, & vtilitates à doctrina, & ♃ ☿



Digitized by Google

diſciplinis,& creſcet natus in ſcientia,& elegantia, conciliabiturque cum illuſtribus,& claris viris atque externis,& rerum miniſtris,eritque voti compos,& conſilij in actionibus,atque adminiſtrationibus ſuis,& fœlix erit atque fortunatus in negotiis, ſcripturis,mercibus, & ſeruitute, & à filiis gaudia percipiet:augebitur ipſius fœlicitas,& confirmabitur in ſuo ipſius inſtituto. Si Mercurius fuerit malè collocatus,minora erunt quæ diximus, atque ex iis multa conſequetur. Verùm ab ipſis perturbationem ſuſtinebit,labores,& animi moleſtias.

♃☽ Luna ſi fuerit particeps Iouis,indicabit ſalutem corporis,& bonam valetudinem,& gloriam, & fœlicitatem,& lætabitur cum matre & ſororibus ſi vixerint,& plurima ex iis q̃ ſperauerat conſequetur: laudabitur à multis plus ſolito,& à plebeis venerabitur, & regibus erit familiaris & promptus in operibus ſuis.

*De diuiſione Martis,& planetarum qui fuerint ei participes,ex Abenragel.& Hermete cap.28.lib.2.*

♂ Si Mars fuerit Diuiſor ſolus , & nullus planeta ſit eius particeps , & fuerit in genitura bene affectus,& in reuolutione anni ſimiliter:is qui ita genitus eſt,ſi ſit illuſtris fortunæ,dabit ei expeditiones militares maximas,atque amplum in milites imperium ſiue dominium,& multitudinem militum priuatorum,confluéntque ad ipſius ianuam , augebitur robur corporis , & animi magnanimitas. Creſcent ipſius arma,& iuméta,quippe qui multos paſcet equos,& frequenter equitatu vtetur:conculcabit inimicos:aurum,argentum,copioſáſque diuitias conſequetur:bellis, & triumphis occupabitur:vtetur confidentia & iuſtitia in ſubditos.Si verò natus ſit mediocris conditionis , cum regibus, vel principibus habebit familiaritatem,ex qua vtilitatem conſequetur.& augebitur ipſius facultas,& aliquibus dominabitur & illuſtris erit apud ſuos. Sin fuerit inferioris fortunæ,conciliabitur aliquibus principibus,quorum patrocinio fortunabitur & lucrabitur.Si autem Mars fuerit malè affectus, infert corporis morbum à caliditate: ab apoſtematibus & gonorrhœa dolores:habebitque lites: arripiétque inutilia itinera , præſertim quando Mars dominus ſit diuiſionis malè affectus in vtroque themate.

♂♄ Si Saturnus fuerit particeps Martis, ipſumq; diametra radiatione inſpexerit,longũ obnũciat morbum,corporis dyſcraſiam,& humorũ defluxus varios,atq; moleſtiã in rebus,multitudinémque ſollicitudinũ,& exiliũ è patriis laribus,& fortaſſe in inimicorum manus incidet,& diuerſis calamitatibus occupabitur.Si autem Saturnus & Mars ſimul fuerint commaculati , fortaſſe in violentam mortem incurret,vel turpem cædem.

♂♃ Si cũ Marte fuerit Iupiter particeps,& Mars bene affectus ſit ĩ genitura,& in domo Iouis, aſpiciatúrq; ab ipſo,maioré cõſequetur fœlicitaté,& cum quiete,& proſperitate ſuas actiones moderabit , & gubernabit:iuſtitiã adminiſtrabit æqua lãcé,& opportuno ordine vtetur , & operibus bonis; precipuè cũ Sol Iouê reſpicit in genitura beneſico intuitu:tũc enim regibus conciliabitur. Si autem Iupiter fuerit malè affectus,aduerſa experietur à miniſtris atque principibus,& infenſi erunt illi illuſtres viri,& cauſa filiorum damno afficietur.

♂☉ Mars ſi Diuiſor,& vnà cum ipſo Sol fuerit particeps,lædetur à regibus ſiue potentioribus,& parẽtibus,& captiuitatem,carcerîſque incommoda experietur,& morbos à caliditate,& ab incendio dãna,vel in corpore ignis,ſeu aquæ feruentis læſionẽ & in oculis præcipuè dextro aliquid ſiniſtri.Si autẽ malè affecti fuerint,timendum erit de morte violẽta ex ferro,vel igne,vtpote ictu ſcloppi, ſeu machinæ tormentalis.

♂♀ Mars diuiſor,& Venus diuiſionis ſocia,ſiue collega,ſeu particeps patietur diſpendia propter venereos,& detrimenta à cognatis,& filiis,aut ipſorum gratia.

♂☿ Si Martis diuidentis ſocius ſiue particeps fuerit Mercurius , diuerſa patietur diſſidia & infamias, multíque ipſum accuſabunt, & damna patietur ab inimicis & ab aliquibus ſcribis,ſeu mercurialibus, & cauſa ſcripturarum.& mendacij,& ſcripturæ varietatum,& contentionum,& quarundam actionũ ab ipſo procuratarum.

♂☽ Si Luna fuerit Martis diuiſoris vicaria,aut particeps,incidet in morbos,& tabem corporis, & varias contentiones, dolebitque ob aliquas adminiſtrationes,legationes,nuntios, & infamiam , & ob matrem,ſorores,& fœminas,ſeu vxorem.

*De ſignificatione Veneris,quando eſt Diuiſor,& planetarum qui erunt eius participes. Ex Abenragel.& Hermete cap.29.lib.2.*

♀ Quando ſola Venus diuidit , nullúſque planeta fuerit ſocius,ſeu particepsin diuiſione,vel aſpectu, vel coniunctus,ſitque bene affecta indicat connubium illuſtre,& vtile,& lætitiam ab vxore, & viris mulieroſis,ſiue effœminatis vtilitatem , & ab regibus regumque filiis,& lucrum ex rebus variis ſecũdis,illis præſertim temporibus,in quibus alma Venus erit domina temporis,vel quando peruenerit tempus ſiue progreſſio ad ſignum , ſiue gradum in quo erat pars connubij.Et ſi vir ille erit altæ & ſupremæ conditionis, erit in illa diuiſione multi cibi,& victus vbertatem poſſidens , & vxorabitur, & nouos ſibi conciliabit amicos,& amicas,& propter ipſos lætabitur,& econtra ab illis amabitur,& aſſiduus erit in cantibus,& melodiis , atque tripudiis, choreis,lætis,& lautis conuiuiis.Si verò fuerit mediocris fortunæ vir,copulabitur vxori,aut conſequetur à mulieribus , & viris effœminatis lucra , & bona plurima,conuerſabiturque cum excellẽtibus viris,aut inclita muliere , & loquetur cum ipſis in ſubſelliis,eruditionis admodum veneradæ,& ideo cùm Venus ſibi ipſi diuiſionem impartitur , gloriã indicat,et fœlicitatem pro natura Veneris. Sin verò fuerit malè affecta,minatur infortunia.

♀♄ Si Venus fuerit Diuiſor,et ſimul cum ipſa diuiſerit Saturnus,impedimenta portendunt in actionibus, et mulieres ipſum ſpernent et odio proſequentur,et moleſtias , atque detrimenta patietur ipſarum cauſa,et amicæ ſeu concubinæ morbum, vel mortem,et lites habebit,variáſque contentiones cũ venereis aut ipſarũ gratia ob zelotypiã.Si verò Saturn⁹ ipſam infecerit maligno aſpectu, ita genitus voluptatẽ percipiet à mulierib⁹,ſeu venereis

Xxx

adoleſcentulis,ſed breui tempore,deinde illa morietur,& propterea maiore afficietur mœrore, & aſſiduè plorabit,ſeu lugebit.

♀ ♃ Si Venus fuerit Diuiſor,& particeps ſit Iupiter, & natus ille fuerit ſuperioris fortunæ, indicat ipſum fore prudentem,& diuitem ducturum vxorē, quæ theſauros multos poſſidebit,atque cum literatis,& muſicis conuerſabitur,& vnguentis odoriferis illinietur.Si autem natus ille ſit fortunæ mediocris,in huiuſmodi rebus erit mediocriter fortunatus,ſanus,ac lætus viuet.

♀ ♂ Venus Diuiſor,& vnà cum ipſa Mars particeps, minantur morbum,& grauem, & acutum, veluti phreneſim,& huiuſmodi:& aliqua ex eius mulieribus interibit,vel grauiter ægrotabit,& propter ipſam damna ſubibit,& cum ipſis lites habebit, & amoribus incumbet,& crebro coitu vtetur,& detrimento ab huiuſcemodi rebus afficietur.Si Mars in themate radicis & reuolutionis reſpexerit Venerem,& Mercurium cum aſpectu concordi, excitabunt inimicitias,& varias pugnas,& obſidiones, & turpia crimina. Si verò Iupiter aſpexerit Martem vtroque tempore,ſoluit caſus,& calamitates.

♀ ☉ Sol ſi fuerit particeps cum Venere, gloriam decernit,& regis animum erga ipſum ſolito propenſiorem,& principum liberalitatem, & vtilitatem ab ipſis,atque à parentibus.

♀ ☿ Si vnà cum Venere Mercurius diuidet, vtilitatem percipiet cauſa eruditionis,& occultarum diſciplinarū, & ſubtiliſſimarum adminiſtrationum, & conſequetur à mulieribus lucrorū copioſa præſidia,atque illis perfruetur. Veruntamen propter hanc conjunctionem afficietur ab aliquibus meretricum cauſa.

♀ ☽ Si Luna in diuiſione Veneris particeps fuerit, copulabitur nobili & cognatę vxori formoſiſſimę, & coibit cum plurimis formoſiſſimis mulieribus aut cynædis,& cauſa nuptiarum vtilitates magnas ſortietur, & diuitias atque dignitatem maximam.

*De Mercurio Diuiſore,& planetarum qui fuerint in diuiſione participes,ex Abenragele & Hermete c.30.lib.2.*

☿ Quando Mercurius fuerit Diuiſor, & cum ipſo nullus planeta ſit particeps,aut ipſum reſpiciat,indicat incrementum eruditionis, ſeu doctrinæ, & cognitionis,& diuitiarum incremēta:vacabit ſcripturis,& negotiis,& conciliationibus, & voluptatem capiet ex quibuſdam rebus Mercurialibus. Si verò ſit malè affectus, patietur grauia & moleſtias ab huiuſmodi cauſis. Quando ergo erit bene affectus, manifeſtam indicat fœlicitatem, ſecundùm propriam naturam.

☿ ♄ Si Saturnus fuerit particeps Mercurij,natus ita erit defatigatus corpore,& incidet in grauē ęgrotationem,& longam,ipſiuſque actiones impedientur,& piger erit,tardus,& moroſus,& in varias moleſtias,atque lites incurret.Si ipſum reſpicit Mars, vel gradum diuiſionis,natus detrimenta patietur, & moleſtias,atque calamitates,ſermonis,& colloquij cauſa,& contentionum,& paucarum adminiſtrationum.Si autem præter hæc quæ diximus etiā Luna reſpiciat terminum illum diametra radiatione,vel quadratum,maius aduenit malum,præſertim ſi dominus anni ſit maleficus.

☿ ♃ Si Iupiter fuerit particeps Mercurij, diſciplinæ & cognitionis incrementum conferet nato, atque eruditionis,ex quibus vtilitatem percipiet, diuitiáſque à regibus,atque principibus conſequetur.

Si Mars fuerit particeps Mercurij,grauem minatur morbum,& calamitates & calumnias,& contētiones,ſiue iurgia,& offendet propriam rationem ob detrimentum à quibuſdam acceptum, & erit à multis reprehenſus,& aliquis morbus inuadet caput ipſius,præſertim ſi in genitura Mars aſpexerit Mercurium inimico aſpectu.Si autem Saturnus teſtimonium præbuerit Marti, vel reſpexerit terminum,vel fuerit cadens à ſigno diuiſionis,incidet in manus ſuorum inimicorum,& ſub ipſis ſubiicietur incidétque in morbum,pro quo medici deſperabunt,& non erit temperatus in corpore, aut capite.At ſi Iupiter reſpexerit eum, liberabitur ab his periculis. ☿ ♂

Si cum Mercurio fuerit Sol particeps, decernit actionis fœlicitatem,& incrementum gloriæ,& imperabit pleriſque & fortunatior fiet maximis in rebus,atque actionibus,atque acceſſiones confluent in ſubſtantiam eius,votorum compos erit,& patefient illi arcana doctrinæ & ſcientiarum. ☿ ☉

Venus particeps in diuiſione Mercurij, decernit nato eruditionem,amicitias,Mercurialium cōmendationes, & conſuetudines cum principibus quibuſdam notis,& naſcetur ei puer,atque ex fratribus,& ſororibus lætabitur,& blandus erit in ſermone,ſeu eloquio ſuo,& res ſuas bene cuſtodiet, cum mulieribus commercium inibit, & cum illis oblectabitur. ☿ ♀

Si Luna vnà cum Mercurio fuerit particeps in diuiſione, incrementum ſuſcipiet cognitio ipſius atque eruditio,& diſputabit de rebus diuinis, atque cæleſtibus & de diuinatione,& futurorum cognitione,& aſtronomia,eritque induſtrius in omnibus iſtis rebus,& quas aggredietur,atque ab ipſis vtilitatem conſequetur,& ipſius opes creſcent, ac fiet copia maior, & erit votorum fermè omnium compos. ☿ ☽

Diuiſor ſignificat:
- In prima domo reuolutionis, res corporis.
- In ſecunda,diuitias,& augmentum patrimonij.
- In tertia,fratres & ſorores.
- In quarta,res parentum.
- In quinta,filios & fœlicitatem & dona.
- In ſexta,morbos & infirmitates.
- In ſeptima,res vxorum,& inimicos manifeſtos.
- In octaua,mortuorū cauſa aliqua bona.
- In nona,itinera.
- In decima,gloriā & honorē & dignitatē.
- In vndecima, amicos atque bonam famam atque nomen.
- In duodecima,inimicos & lites, & infamiam & captiuitatem,ſeu carcerē.

Diuiſor ergo eſt potens ad ſciendum nati magiſterium,& ſi erit diues vel pauper.

Si locus diuiſionis ſit infortunatus in genitura & in reuolutione anni bene affectus, mediocria erunt bona illo anno.

Scias ꝙ Algebutar,ſiue Diuiſor ſignificat magiſteria,de ꝗbus natus ſe intromittere debet,& ſi erit diues,

diues, vel pauper. Dominus anni eſt potens in ſtatibus natorum.

Ait Abenragel Dominum radiorum eſſe potentiorem Algebutar ſiue Diuiſore: ego autem ex meis obſeruationibus dico, quòd Algebutar eſt potentior quàm dominus radiorum.

*Ad dominos radiorum faciliter inueſtigandos.*

Quoniam, vti ſcripſit Abenragel par. 6. cap. 11. Diuiſor nati magiſteria, & animorum inclinationes explicat, & dominus radiorum eſt illo potentior aliquantulum: idcirco de huiuſmodi domino paucula quædam recenſeamus.

Si (gratia exempli) progreſſio orientis ſiue horoſcopi ad ſignum Arietis anno quopiam fuerit deuoluta, Mars hoſpitatot, erit anni illius Chronocrator. Si verò aliquis planeta Arietem quacunque radiatione reſpexerit, radiorum dominus appellabitur, vt puta Iupiter ex 6. Leonis parte illum trigonica radiatione intueatur, Venus è 18. Libræ diametro, Saturnus ex 28. Cancri tetragonica. Quã obrem Mars anni rex imprimis 73. diebus natorum ſceptra tenebit, donec planetæ radios iaculentur in illas Arietis partes, quas tenet Iupiter. Itaque Martis collega, nati patrocinia tuebitur interſtitio dierum 146. qui æquipollent 12. gradibus interiectis è Venereis ad Iouios radios. Deinde Iouiæ ditioni ac tutelæ ſuccedit Venus ſpacio moderatrix vſque dierum 121. cum horis 17. qui reſpondent gr. 10. reſiduis, ad tetragonam Saturni radiationem. Qui tandem radiis natum pulſabit iniquis. Octonas horas, ſex quater atque dies, æquiualentes 2. g. reſiduis ad calcem vſque ſideris illius, vti hæc præſens indicat tabella. Hæc ſunt Apoteleſmata Haly filij Iſaac Iſraelitæ de Diuiſoribus.

*Tabella radiorum.*

| Grad. | Dies. | Horæ | Min. | Sec. |
|---|---|---|---|---|
| 1 | 12 | 4 | 11 | 38 |
| 2 | 24 | 8 | 23 | 17 |
| 3 | 36 | 12 | 34 | 56 |
| 4 | 48 | 16 | 46 | 34 |
| 5 | 60 | 20 | 58 | 13 |
| 6 | 73 | 1 | 9 | 51 |
| 7 | 85 | 5 | 20 | 30 |
| 8 | 97 | 9 | 33 | 8 |
| 9 | 109 | 13 | 44 | 47 |
| 10 | 121 | 17 | 56 | 25 |
| 11 | 133 | 22 | 8 | 4 |
| 12 | 146 | 2 | 19 | 41 |
| 13 | 158 | 6 | 31 | 20 |
| 14 | 170 | 10 | 42 | 58 |
| 15 | 182 | 14 | 54 | 37 |
| 16 | 194 | 19 | 6 | 16 |

*Tabella radiorum.*

| Grad. | Dies | Horæ | Min. | Sec. |
|---|---|---|---|---|
| 17 | 206 | 23 | 17 | 54 |
| 18 | 219 | 3 | 29 | 33 |
| 19 | 231 | 7 | 41 | 11 |
| 20 | 243 | 11 | 52 | 50 |
| 21 | 255 | 16 | 4 | 28 |
| 22 | 267 | 20 | 16 | 7 |
| 23 | 280 | 0 | 27 | 45 |
| 24 | 292 | 4 | 39 | 24 |
| 25 | 304 | 8 | 51 | 2 |
| 26 | 316 | 13 | 2 | 41 |
| 27 | 328 | 17 | 14 | 19 |
| 28 | 340 | 21 | 25 | 58 |
| 29 | 353 | 1 | 37 | 36 |
| 30 | 365 | 5 | 49 | 16 |

*De Cronocratoribus, ſiue temporum dominis.*

Temporum dominos, Græci Chronocratores dixerunt. Initium temporum in diurnis genituris à Sole accipitur, & cæteris planetis impartitur: in nocturnis verò à Luna. Cùm itaque Sol dominus temporum fuerit, vendicat ſibi dominatum, ſiue decernendi poteſtatem, annum 1. cum menſibus 7. vt poté menſes 19. Luna verò menſes 25. ſiue annos 2. cum vno menſe, veluti in ſequenti tabella conſpicitur.

*Succeſſores temporum.*

| | Anni | Dies | | Menſes. |
|---|---|---|---|---|
| ♄ | 2 | 180 | ♄ | 30 |
| ♃ | 1 | 9 | ♃ | 12 |
| ♂ | 1 | 90 | ♂ | 15 |
| ☉ | 1 | 210 | ☉ | 19 |
| ♀ | 0 | 240 | ♀ | 8 |
| ☿ | 1 | 240 | ☿ | 20 |
| ☽ | 2 | 30 | ☽ | 25 |

In diurnis igitur genituris, vt dictum eſt, primum decennium Sol ſibi arrogat. Secundum verò qui in natalis themate ſecundum ordinem ſignorum in ſecundo loco fuerit ſupputatus. Tertium qui poſt ſecundum, & ſimili modo de cæteris. Sed quicunque ſuum decennium fuerit ſortitus, licet ipſe ſit principalis totius temporis chronocrator, cæteris tamen planetis per ordinem ſuccedentibus portionem ſui decennij diſtribuit qui fuerint per ordinem immediatè poſiti in ſchemate natalicio, à ſe ipſo tamen prius incipiens, & poſt ſe illis portionem tribuens, qui ſubſequentur. Quanta ſit huiuſmodi temporum diſtributio ſuperior tabella docet.



Digitized by Google

*Tabula Chronocratorum, ſiue ſucceſſorum temporis, iuxta natiuitatem, quæ proponetur in fine huius operis pro exemplo.*

| | | Anni. | Dies. |
|---|---|---|---|
| ☉ | | 1 | 215 |
| ☉ | ☿ | 3 | 80 |
| ☉ | ♀ | 3 | 325 |
| ☉ | ♂ | 5 | 50 |
| ☉ | ♃ | 6 | 50 |
| ☉ | ♄ | 8 | 238 |
| ☉ | ☽ | 10 | 260 |
| ☿ | | 12 | 135 |
| ☿ | ♀ | 13 | 10 |
| ☿ | ♂ | 14 | 100 |
| ☿ | ♃ | 15 | 100 |
| ☿ | ♄ | 17 | 280 |
| ☿ | ☽ | 19 | 310 |
| ☿ | ☉ | 21 | 155 |
| ♀ | | 22 | 30 |
| ♀ | ♂ | 23 | 120 |
| ♀ | ♃ | 24 | 120 |
| ♀ | ♄ | 26 | 300 |
| ♀ | ☽ | 28 | 330 |
| ♀ | ☿ | 30 | 175 |
| ♀ | ☿ | 32 | 50 |
| ♂ | | 33 | 140 |
| ♂ | ♃ | 34 | 140 |
| ♂ | ♄ | 36 | 320 |
| ♂ | ☽ | 38 | 350 |
| ♂ | ☉ | 40 | 195 |
| ♂ | ☿ | 42 | 79 |
| ♂ | ♀ | 42 | 310 |
| ♃ | | 43 | 210 |
| ♃ | ♄ | 46 | 125 |
| ♃ | ☽ | 48 | 155 |
| ♃ | ☉ | 50 | 0 |
| ♃ | ☿ | 51 | 240 |
| ♃ | ♀ | 52 | 115 |
| ♃ | ♂ | 53 | 205 |
| ♄ | | 56 | 20 |
| ♄ | ☽ | 58 | 50 |
| ♄ | ☉ | 59 | 260 |
| ♄ | ☿ | 61 | 135 |
| ♄ | ♀ | 62 | 10 |
| ♄ | ♂ | 63 | 100 |
| ♄ | ♃ | 64 | 100 |

*De Saturno chronocratore, ex ſententia Firmici lib. 6. cap. 34.*

Saturnus chronocrator, ſiue ſucceſſor temporis ſi in genitura malè affectus, minabatur pericula, tunc exequitur quicquid ante decreuerat.

Si orbitatem decreuerat, tunc miſeram filiorum ſobolem crudeli tyrannide proſequetur, eſt enim puerorum comeſtor, & profunda vorago.

Si viduitatem, tunc matrimonium repudio, vel diſſenſione diſſociabit.

Si accuſationes, tunc inimicorum turbas ſuſcitabit.

Si ægritudines, tunc vitium miſeræ calamitatis infliget.

Si damna, tunc patrimonij facultates variis modis dilacerabit, & iacturas afferet maximas.

Si verò Saturnus fuerit bene collocatus in radice, & proſperum aliquid in genitura pollicebatur, condonationis ſuæ ſecurus poteſtate, tunc reddet quicquid ante promiſerat, præſertim ſi geniture dominus ipſum fœliciter aſpexerit in diurna genitura.

Saturnus & Iupiter ſucceſſores temporis, ſi malè fuerint collocati in radice, & per ipſos aliquid pericli, vel ægritudo, aut detrimenta, vel infortunium decretum fuerit, tunc omnes periculorum minæ Iouis ſalutaris Dei poteſtatibus mitigabuntur. Si verò Iupiter in genitura fuerit bene conſtitutus, maximæ fœlicitatis incrementa præſtabit, præſertim ſi fuerit diurna genitura, & ipſe Iupiter in ſuis domiciliis, vel altitudine, & in cæli cardinibus, vel ſuccedentibus Saturnum fœlicibus radiis aſpexerit. ♃ ♄

Saturnus & Mars ſucceſſores temporis, omni malitia ſopita, læti decernunt temporis gaudium: inuicem enim ſeſe ex contrariis virtutum ſuarum poteſtatibus mitigant. ♄ ♂

Saturnus & Sol cauſas concitabunt, & iurgiorũ contentioſa certamina: ſed ipſæ cauſæ maxima ex parte de domorum, aut fundamentorum proprietatibus inferentur, præſertim ſi nocturna fuerit genitura: ſed & patri vitæ periculum denunciare videntur. Sic genito etiam dignitatis iacturã afferet. ♄ ☉

Saturnus & Venus ab omni quidem infortunio natum ſeparabunt, ita vt præcedentis diſcriminis, quod alterius forſan ſtellę malitia perpetraſſet occurſus, ſalutari remedio corrigatur. Quòd ſi ipſa Venus nuptias decreuerit, ita genitis perpulchrã dabit vxorem: ſin mulieris fuerit genitura, vxor viro, aut vidua tunc nuptiali vinculo copulabitur; ſed non erit longæua. ♄ ♀

Saturnus & Mercurius veterum cauſarum ſopitas excitabunt ſimultates, & latentia cõtentionum iurgia rediuiuis rurſum actionibus facient ſuſcitari: aut ex ſcripturis, vel mercibus fortunarum rapinas, & detrimenta inferent. ♄ ☿

Saturnus & Luna ex vitioſis humoribus ægritudines concitabunt aut ex aquis maximum naufragij diſcrimen impingent, aut nouarum facient litium denunciatione turbari, ita vt omne hoc tempus varia pericula, & varias ſollicitudines ſæpius inducat: ſed hæc ſi, Luna fuerit plena luminibus, ſin minuta, & in genitura hoſtilibus Saturni radiis pulſata, cum miſeris calamitatibus infœliciſſimę mortis obnunciabit incommoda, atque diſcrimina. ♄ ☽

*De Ioue chronocratore, ex ſententia Firmici lib. 6. cap. 35.*

Iupiter chronocrator ſolus, gaudia, lætitias, ſanitatem, fœlicitates pro genituræ menſura decernit, præſertim ſi ipſe fuerit bene affectus, & genituræ ♃

domi

dominus,tunc etiam cuicunque nuptiæ,aut filij decreti fuerint,ſi tempus ętatis admiſerit,cum alacritate,& vtilitate nō modica perficiet,glorias etiam & honores atque patrimonij,ſiue diuitiarum incrementa præſtabit.

♃♄ Iupiter & Saturnus,pigri ita genitos faciet ſemper conuerſatione hebetari,ita vt omnibus ferè actionibus inerti frigoris torpore deficiant, præſertim ſi ſit nocturna genitura,& tunc Saturnus ſit malè affectus.

♃♂ Iupiter & Mars omnem vitæ, negociorúmque ordinem mutabunt:& ſi quid præcedenti negociorum diſpoſitione tractatum ſit,ad alterius vitę ordinem transferent,ita vt hoc tempore inſtituta prioris officij deſerantur, aut certè variis diſcriminibus nocebunt.

♃☉ Iupiter & Sol omnia faciet vitæ ſecreta publicari,atque omnes actus varia ratione conuerti, animum quoque natorum per diuerſa ſollicitudinum genera variis cogitationibus ducent. Diſſipant etiam quicquid fuerit ante compoſitum,vt turbatis fermè omnibus,atque confuſis,animus per diuerſa ſollicitudinum genera diuidatur.Sed hęc in diurna genitura minuuntur.

♃♀ Iupiter & Venus vicaria,hoc eſt deputatum ſibi à Ioue tempus arrogās per noctem, aut nuptias celebrare facient,aut proſpera tempora cum fœlicitatis commodo condonabunt.In diurna verò genitura aſſiduas inducunt amoris illecebras, atque gaudia.

♃☿ Iupiter & Mercurius tales actus decernunt, ex quibus maxima lucrorum commoda conferantur, & plurimarum ac magnarum amicitiarum præſidia conferet,ac in omnibus officiis augmēta proſperæ rationis aſſignabunt,ita vt ex omnibus actibus proſpera,& lucrorum,& fœlicitatis commoda conferantur cum fauſta fortuna.

♃☽ Iupiter & Luna trāquillæ ſerenitatis quietē,& maxima fœlicitatis incremēta ꝓ geniturę ſubſtātia decernūt.Tūc enim præcedētiū infortuniorū dolor variis ſolatiorū generibus mitigabitur:tūc egeſtatis anguſtiæ relaxabūtur: tūc ęgritudinū vitia ſanitas cōſtringet:tūc periculorū motus ꝓſperis ꝓſidiis opponētur:tūc in omnibus certaminibus ex cauſis ad vora ſententiæ ꝓferētur:tūc dolor frāgetur: tūc ſollicitudo mutabitur,ita vt ꝓcedētiū īfortuniorū ſqualore deterſo,purum ac mundum fœlicitatis tēpus accedat,præſertim ſi Lunam plenā luminibus Iupiter in geneſi proſpera radiatione reſpexerit.

*De Marte chronocratore,ex ſententia Firmici lib.6.cap.36.*

♂ Mars ſolus,Chronocrator, actus quidem maximos pro genituræ ſubſtantia decernit , ſed cum priore turbatione,ita vt in ipſis actibus qualeſcunque fuerint,varium periculorum diſcrimen oriatur,præſertim ſi diurna fuerit genitura.

♂♄ Mars & Saturnus in omnibus conuerſationibus pigrum tarditatis pōdus imponet,ita vt omnia negotia tardius ſemper agantur:rediget quoque ineſficax tēpus ſordidū, ſqualidum & ab omnibus cōuerſationibus conſuetiſque actibus ſemper alienum,& ſeparatum.

♂♃ Mars & Iupiter oīa proſperitatis cōmoda decernit,atq; ita genitū ſingula ſua negotia ꝓſpero cōplere faciet euētu:lucra etiā, & omnia rerum officia largitur:reddet quoque laborantibus requiē, ægris ſalutem,ſollicitis ſecuritatem,errantibus reditum,litigantibus finem,& in anguſtia,& paupertate conſtitutis abundantiam.

♂☉ Mars & Sol maxima periculorum diſcrimina ex aſſidua calamitate minantur,ac omnem vitæ ordinem mira permutatione conturbant: turbas quoque excitant,ſeditiones mouent,& oculorum dolores,vel capitis acerbos cruciatus cum maxima ęgritudinis continuatione inferunt:vitam quoque omnem maximis periculis,& damnorum incurſionibus concutient.Hæcque erunt in euitabilia propemodum pericula,niſi eis bonum ac ſalutare Iouis,aut benignæ Veneris patrocinium reſtiterit.

♂♀ Mars & Venus rediget quidem proſperum tempus ab omni periculorum diſcrimine ſeparatum, ſed ex multarum mulierum coitu præpoſtero,ſiue nefario in iiſdem menſibus infamia ſæpius infertur,aut ex zelotypiæ titillationibus diſpēdia.Quòd ſi in genitura quadrati,vel heptagoni fuerint, adulteria tunc facient perpetrari:ſed hoc facinus cum Iouis præſidio cælant,cum Mercurio autem & Sole etiam cum maximo vitæ periculo facient publicari.

♂☿ Mars & Mercurius ex ſcripturis quibuſdam pericula,&damna facient concitari,aut ex aliquo furto,ſeu fœnore,vel adulterina pecunia miſerum dānum ſemper infligent, ſed inimicos frequentibus facient rationibus diſſipari. Quòd ſi in genitura quadrati vel diametri ſibi inuicem fuerint , tunc maleficiorum,vel adulterinæ pecuniæ crimen indicunt:præſertim ſi ipſe Mercurius in finibus vel domo Saturni,vel Martis fuerit repertus in genitura.

♂☽ Mars & Luna maxima periculorum diſcrimina facient ſemper inferri,præſertim ſi ea fuerit plena luminibus,tunc enim fugæ,tunc exilia , concitantur,tunc ita geniti in cuſtodiam,aut publicum carcerem detrudentur , tunc incendia, tunc febres, tunc graue damnum cum miſera patrimonij laceratione decernitur,tunc grauis ęgritudinum caſus ſemper affertur.Quòd ſi in genitura cum patrocinio Iouis quadrati,vel diametri fuerint, tunc aut cruentam,aut flebilem,ſeu repentinam mortem facient.Quòd ſi in genitura Saturnus cum Luna fuerit inuentus,& Luna à Marte deputatum ſibi decennij tempus accipiet,etiam mortis acerbæ ex præcedentibus periculis inferentur exitia , quæ tamen pericula ex ſignorum varietatibus ſortiuntur euentum.

*De Sole chronocratore,ex ſententia Firmici lib.6.cap.37.*

☉ Sol ſolus chronocrator nihil proſperum decernit,ſed ex ipſo malè affecto in themate natalicio, omnia infortuniorum genera ſperare debemus,quæ tamen in diurna ex parte aliqua mitigantur,quippe qui Iouis,aut Veneris teſtimonio, hoc eſt præſidio ſepiuntur.

☉♄ Sol & Saturnus, in nocturna quidem genitura, peſtiferum,ac mortiferum minatur exitium , & in oculis,præcipuè dextro, aliqd ſiniſtri,quia & capitis,ac ſtomachi cruciatꝰ acerbos,quin & dignitatis iacturam minatur:& patri mortem. Verùm in diurna genitura ſi Saturnus fuerit in Ariete, vel Leone magnæ fœlicitatis incrementa præſtabit pro geniturae ſubſtantia.



Digitized by Google

☉ ♃ Sol & Iupiter tranquillæ fœlicitatis commoda cum maxima vitæ lætitia decernũt, ita vt omni malorum veſtigio deterſo, proſperum fœlicitatis tẽpus ſic in lucem editus accipiat: tunc enim relaxabuntur damna, tunc ſanitas reſtituetur, tunc homines ex præcedentibus periculis liberabuntur.

☉ ♂ Sol & Mars patrimonio miſerè dilacerato, extremæ paupertatis indicit anguſtias: quin & crebras cauſarum conflictationes exagitat: capitis etiam crebros dolores excitabit, & in oculo dextro aliquid impedimenti: quin & graue vitæ periculũ indicit, cum aſſidua damnorum continuatione & patris mortem, ſi vixerit, aut acutam ægrotationẽ ſatis pernicioſam.

☉ ♀ Sol & Venus in omnibus quidem negociis proſperum pollicentur euentum, ſed vxoris animum cum quadam malitiæ diſſenſione ſæpius inflammabunt, ita vt tũc ſe prodat, & detegat. Sed ſi ei vxor non fuerit, tunc ab aliqua muliere diſcrimen indicitur, & propter hoc publicas cauſas, & forenſes ſimultates exagitabit, quin etiam turbas cum viris mediocribus ſæpius excitabit.

☉ ☿ Sol & Mercurius negotiationes multas, crebros actus, & ex mercibus, ſeu ſcripturis, ſiue ingenij dotibus aſſidua lucrorum commoda contribuet, ſed quæ cum maximis laboribus, & periculis acquirantur.

☉ ☽ Sol & Luna omnem vitam nati ſtabili ſemper varietate conturbant, ita vt quicquid priſco tempore collocatum fuerit, rurſum potioribus rationibus auferatur, eritque illud tẽpus ex varia inæqualitate mutabile, ita vt anguſtiæ repentinis diuitiis releuentur, & ipſas rurſus diuitias paupertatis anguſtiæ ſubſequantur.

*De Venere chronocratice, Ex Firmici ſententia lib. 6, cap. 38.*

♀ Venus ſola chronocratrix coniugales affectus maxima releuat venuſtatis gratia: ſed & lætitiam ſumma cũ ſecuritate contribuet, & ita genitũ efficiet vxorium, aut mulierem connubio iunget ſtabili, propriámque dicabit pulchra Venus, pulchra faciet quoque prole parentem.

♀ ♄ Venus & Saturnus aut cum aliqua muliere, vel ipſius cauſa graues diſſenſiones ſua indignatione peragitabunt, aut ab vxore, ſi ſit, vel repudio, vel morte, aut ſimultatibus quibuſdam ſeparabunt.

♀ ♃ Venus & Iupiter bonum quidem tempus, & lucrum decernunt, ſed ex amore quaſdam ſic genito infamias agitabunt, ſed vxorem, aut pulchram ſobolem præſtabunt.

♀ ♂ Venus & Mars mulierũ gratia, aut vxoris multa mala & frequentia dolorũ minantur incommoda, tunc enim animum variis amorum illecebris ſæpius, & quodammodo ſemper exagitabunt, & propter amoris, aut zelotypiæ dura tormenta, grauem animo dolorem imponent, ita vt propter hæc errantis animi vitia, etiam cauſarum diſcrimina frequenter accedat. Turbæ etiam, & pericula propter vxores peſſimas, aut ab eis inferentur, aut adulterij crimen exagitabit, aut ex cynædorum conſortio, amor quidam impurus inhoneſta cogitatione conceptus excitabitur, cum animi cruciatibus, & zelotypiæ titillationibus.

♀ ☉ Venus & Sol natos facient ſuas fugere, & odio habere vxores, aut cum eis diuortium excitabunt, & hoc cum capitis periculo, patrimoniique iactura. Si verò proſper Iouis radius acceſſerit, ita geniti peregrinationis neceſſitatibus ſeparantur.

♀ ☿ Venus & Mercurius omnia negotia proſpero euentu compleri facient, frequentia etiam lætitiæ gaudia contribuent, lucra quoque maxima conferri facient, & idonea fœliciter ſubſidia facultatum.

♀ ☽ Venus & Luna maximis quidem in rebus nocebunt, omnia infortuniorum vitia concitando, inquit Maternus: Ego verò dico, quòd ſignificat multa bona, nam omnia fœlicitatis genera præſtabũt, mulierum patrocinia, & à populo honores, vxorẽ quoque & prolem dabunt formoſam: lucrorum copioſa præſidia, claros honores, & omnia bona ex aſſidua fœlicitate conferent, faciéntque vt omnes actus proſper vt plurimum ſequatur euentus.

*De Mercurio chronocratore, ex Firmici ſententia lib. 6, cap. 39.*

☿ Mercurius ſolus chronocrator omnia bona cũ aſſidua fœlicitate decernit, facitque vt omnes actus proſper vt plurimum ſequatur euentus.

☿ ♄ Mercurius & Saturnus fortunarum iacturas, & domeſticorum mortes, & aſsiduas infortuniorum calamitates minantur, vt parentum, affinium, patronorum, & qui nobis prodeſſe conſueuerunt.

☿ ♃ Mercurius & Iupiter dies ſanè quietos, & ab omni negotiorũ & moleſtiarũ ſtrepitu ſeparatos inſinuat, atq; in hac ipſa quiete maxima laudis cõmoda, & lætitiæ gaudia ſemper accõmodabit, optimáque corporis valetudinem, animique tranquillitatem conferet, filiós etiam non habentibus (ſi genituræ ratio, ſiue ætas permiſerit) omni ratione decernit, alioqui ſeruos obſequioſos.

☿ ♂ Mercurius & Mars inimicos ſuſcitabunt, accuſationes inferent, & lites ex noua denunciatione excitabunt, quas tamen bonum Iouis aut Veneris teſtimonium mitigabit. In ſcripturis, & mercibus detrimenta minantur, nati quoque ingenium reddigent perplexum, quinetiam corporis dyſcraſiam.

☿ ☉ Mercurius & Sol malè affectus, maxima patrimonij detrimenta, & maximas animo ſollicitudines ſæpius indicit. Si verò vterque fuerit fœliciter collocatus in vtroque ſchemate, ſanitatem, & diuitiarum incrementa condonabit.

☿ ♀ Mercurius & Venus bona commoda ex aſſidua fœlicitate præſtabunt, ſecuritatem quoque perfectam, animi quietem, corporis ſanitatem, & pro menſura genituræ commoda, lucra & honoris inſignia.

☿ ☽ Mercurius & Luna maximas ægritudines, maximáque langorum vitiat denuntiant, ſi fuerint malè affecti, ſin ſecus, lucra, honores, & optimam cerebri, & corporis complexionem contribuent, & ita genitum ad crebra itinera ſolito procliuiorem efficient, eique lucrigeræ, & honorigeræ legationis munera demandabuntur.

*De Luna chronocratice, ex Firmici ſententia lib. 6. cap. 40.*

☽ Luna ſola moderatrix temporis, lumine diminuta, ſi ad Saturnum feratur, vel plena ad Martem, omnifariam mortẽ minatur, præcipuè ſi fuerit anni regina. At ſi plena luminibus beneuolarũ ſtellarũ fuerit patrocinio adornata, cũ maximis licet laborib', nõ modica tamẽ diuitiarũ, & honoris incrementa cõdonabit, cũ optima corporis valetudine.

Luna

Digitized by Google

☾ ♄ Luna & Saturnus, ſi Luna fuerit minuta luminibus, & à maleuolis vulnerata, ex vitioſis humoribus, aut ex aquis ſiue naufragiis miſeras mortes, miſeráque periculorum minatur exitia, ſin fuerit plena lumine, euadendi dabit facilitatem, præſertim ſi à beneficis irroretur.

☾ ♃ Luna & Iupiter, omnia bona cum lætitia, & hilaritate decernunt, præſertim ſi Luna fuerit plena luminibus: tunc enim pericula, tunc metus, tunc ægritudines ſopientur, & elangueſcent, tunc pro genituræ menſura fœlicitatis incrementa præcedent, reſque aduerſæ in proſperunt tendent.

☾ ♂ Luna & Mars, ſi Luna fuerit lumine plena maximas turbas, ſeditionéſque minatur, necnō acutas ægrotationes, & in oculis, præcipuè ſiniſtro, nō nihil ſiniſtri, ſeu vulnera in fronte, vel facie, aut capite. At ſi Luna, in themate geneſeos fuerit cū Saturno, aut Marte partiliter alligata, aut ipſorū hoſtilibus radiis vulnerata, cruentū calamitatis minatur exitium, ni fuerit à beneficis fœliciter illuſtrata in vtroque ſchemate.

☾ ☉ Luna & Sol, ægritudines acutas, flagrantium febrium miſeros languores, & exuſtiones indicunt: ſed hæc omnia mala proſperum Iouis teſtimoniū, ſiue patrocinium miteſcere faciet.

Luna & Venus per diē, ſterilitatis ſtridorē obnunciāt: ſi verò nocturna fuerit genitura honores claros, & maxima lucrorū incrementa præſtabit, præſertim ſi Luna fuerit ſplendore diminuta. ♀ ☾

Luna & Mercurius, frigidas ægritudines cum maxima corporis debilitate denūciant: natū quoque ad itinera ſolito procliuiorē redigēt, & in rebus Mercurialibus fortunatiorem, præſertim ſi in vtroque ſchemate Luna fuerit bene affecta. ☾ ☿

*De Fridariis, ſeu temporaria poteſtate planetarum.*

Anni Fridarici, & decenniorū parum differe videtur, & quos Aſſyrij & Arabes vocitāt Fridaricos, Græci vero Decenniorū dominos, Nos vero ſeptimoniorū dominos. Nā quilibet planetarum habet quandā determinatā, atq; diffinitā tēporis periodum, hoc eſt tēporis prerogatiuā, vtpote Sol in natiuitate diurna gubernat vitā nati cū aliorū planetarū participatione ſpatio annorū decem. Sed ipſe primus vendicat ſibi ſeptimā partē ſuorū annorū, vtpote annū vnū ſolare, menſes 5. dies 4. circiter. Deinde participes fiūt cæteri planetę per 7. par. in Fridaria Solis: velut in ſequēti tabella cōſpicitur.

Tabulæ duæ Fridariæ vniuerſales omnibus genituris hominum inſeruientes.

*Fridaria ſiue Temporaria poteſtas planetarum per diem.*

| | Anni. | Dies. | | Anni. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|
| ☉ | 1 | 156 | ♄ | 41 | 208 |
| ☉ ♀ | 2 | 313 | ♄ ♃ | 43 | 52 |
| ☉ ☿ | 4 | 104 | ♄ ♂ | 44 | 260 |
| ☉ ☾ | 5 | 260 | ♄ ☉ | 46 | 104 |
| ☉ ♄ | 7 | 52 | ♄ ♀ | 47 | 113 |
| ☉ ♃ | 8 | 208 | ♄ ☿ | 49 | 156 |
| ☉ ♂ | 10 | 0 | ♄ ☾ | 51 | 0 |
| ♀ | 11 | 52 | ♃ | 52 | 260 |
| ♀ ☿ | 12 | 104 | ♃ ♂ | 54 | 156 |
| ♀ ☾ | 13 | 156 | ♃ ☉ | 56 | 52 |
| ♀ ♄ | 14 | 208 | ♃ ♀ | 57 | 313 |
| ♀ ♃ | 15 | 260 | ♃ ☿ | 59 | 208 |
| ♀ ♂ | 16 | 313 | ♃ ☾ | 61 | 104 |
| ♀ ☉ | 18 | 0 | ♃ ♄ | 63 | 0 |
| ☿ | 19 | 313 | ♂ | 64 | 0 |
| ☿ ☾ | 21 | 260 | ♂ ☉ | 65 | 0 |
| ☿ ♄ | 23 | 208 | ♂ ♀ | 66 | 0 |
| ☿ ♃ | 25 | 156 | ♂ ☿ | 67 | 0 |
| ☿ ♂ | 27 | 104 | ♂ ☾ | 68 | 0 |
| ☿ ☉ | 29 | 52 | ♂ ♄ | 69 | 0 |
| ☿ ♀ | 31 | 0 | ♂ ♃ | 70 | 0 |
| ☾ | 32 | 104 | ☊ | 73 | 0 |
| ☾ ♄ | 33 | 208 | ☋ | 75 | 0 |
| ☾ ♃ | 34 | 313 | ☉ | 76 | 156 |
| ☾ ♂ | 36 | 52 | ☉ ♀ | 77 | 313 |
| ☾ ☉ | 37 | 156 | ☉ ☿ | 79 | 104 |
| ☾ ♀ | 38 | 260 | ☉ ☾ | 80 | 260 |
| ☾ ☿ | 40 | 0 | ☉ ♄ | 82 | 52 |



Digitized by Google

*Fridaria hoc eſt Temporaria poteſtas per noctem.*

| | Anni. | Dies. | | Anni. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|
| ☽ | 1 | 104 | ☉ | 40 | 156 |
| ☽ ♄ | 2 | 208 | ☉ ♀ | 41 | 313 |
| ☽ ♃ | 3 | 313 | ☉ ☿ | 43 | 104 |
| ☽ ♂ | 5 | 52 | ☉ ☽ | 44 | 260 |
| ☽ ☉ | 6 | 156 | ☉ ♄ | 46 | 52 |
| ☽ ♀ | 7 | 260 | ☉ ♃ | 47 | 208 |
| ☽ ☿ | 9 | 0 | ☉ ♂ | 49 | 0 |
| ♄ | 10 | 208 | ♀ | 50 | 52 |
| ♄ ♄ | 12 | 52 | ♀ ☿ | 51 | 104 |
| ♄ ♂ | 13 | 260 | ♀ ☽ | 52 | 156 |
| ♄ ☉ | 15 | 104 | ♀ ♄ | 53 | 208 |
| ♄ ♀ | 16 | 313 | ♀ ♃ | 54 | 260 |
| ♄ ☿ | 18 | 156 | ♀ ♂ | 55 | 313 |
| ♄ ☽ | 20 | 0 | ♀ ☉ | 57 | 0 |
| ♃ | 21 | 260 | ☿ | 58 | 313 |
| ♃ ♂ | 23 | 156 | ☿ ☽ | 60 | 260 |
| ♃ ☉ | 25 | 52 | ☿ ♄ | 62 | 208 |
| ♃ ♀ | 26 | 313 | ☿ ♃ | 64 | 156 |
| ♃ ☿ | 28 | 208 | ☿ ♂ | 66 | 104 |
| ♃ ☽ | 30 | 104 | ☿ ☉ | 68 | 52 |
| ♃ ♄ | 32 | 0 | ☿ ♀ | 70 | 0 |
| ♂ | 33 | 0 | ☊ | 73 | 0 |
| ♂ ☉ | 34 | 0 | ☋ | 74 | 0 |
| ♂ ♀ | 35 | 0 | ☽ | 76 | 104 |
| ♂ ☿ | 36 | 0 | ☽ ♄ | 77 | 208 |
| ♂ ☽ | 37 | 0 | ☽ ♃ | 78 | 313 |
| ♂ ♄ | 38 | 0 | ☽ ♂ | 80 | 25 |
| ♂ ♃ | 39 | 0 | ☽ ☉ | 81 | 260 |

*De Fridaria Solis: ex Abenragelis ſententia, cap. 4. par. 6. Hermetis cap. 34. lib. 2. & Ioannis Hiſpalenſis cap. 21 lib. 2.*

In partibus autem dictis fridariæ neſcio rationem: niſi quoniam ſic experti ſunt Perſarum ſapientes: & loquar de eis.

Fridaria ſiue temporia poteſtas Solis in diurna genitura ſignificat nato mutationem fieri optimã, ſi Sol ſecundum natiuitatem fuerit boni eſſe, tamẽ in primo & in ſecundo menſe contriſtabuntur parentes eius, poſtea tranſibit eorum triſtitia, & conuertetur in gaudium & lætitiam. Et ſi diſpoſuerit Sol ſecundum ſuam fridariam nato iuuene exiſtẽte, inueniet à principibus bona, & dominabitur conſanguineis ſuis, & addentur diuitiæ eius & gaudium. Diſponit autem in iuuentute Sol per fridariam, quando natiuitas eſt nocturna. Si verò diſpoſuerit in ſenili ætate, lætabitur in conſanguineis & in filiis, & eueniẽt ei proſperitates laudabiles. Tũc autem diſponit in ſenili ætate Sol, quando natiuitas eſt diurna, & trãſibunt anni ſeptuaginta quinque. Cùm enim diſpoſuerit Sol, & fuerit in propria domo, vel in terminis Iouis, vel in terminis Veneris: ſiue ſit natus in iuuenili, ſiue in ſenili ætate, ſignificat fœlicitatem, & ſalutem, & grauitatẽ liberationem, & addetur prudentia eius & dignitas, & vtentur eius conſilio homines circa ſuas operationes, & acceptabilis erit in ſermonibus, & præceptum tranſibit ad propriam patriam, & benefaciet ciuitatibus ſuis, & erit in bonis, & adipiſcetur aurum & argentum, & lapides precioſos, & regalia munera, & vbicunque fuerit, honorabitur, & reges deſiderabunt ipſum ac ſermones eius, & plures de magnatibus accedent oſtio eius, & dominabitur terræ & oppidis, & multiplicabuntur arbores eius, & habebit filios. Et ſi fuerit ei pater, obtinebit & illa bona. Si verò Sol & in natiuitate fuerit in aſcendente vel cũ domino aſcendentis, exiſtente orientali, proſperitatẽ ſignificat maximã.

Deinde recipit Venus diuiſionem in Fridaria, videlicet Sol per annum vnum, menſes quinque, dies quatuor, horas ſex propè. Et ſignificat, quòd in huiuſmodi diuiſione addentur veſtimenta eius atq; pecunia, & in verbis cõueniet nuptiarum, vel coniungetur vxori. Si natiuitatis eius initium aliquid tale ſignificat, & fortè peregrinabitur: & morbum occultum habebit. Et ſi fuerit nocturna natiuitas, eripietur à triſtitia, & multiplicabũtur diuitiæ ei', & gratulabitur ſuper mulieribus & filiis, & ☉ ♀

reno

Digitized by Google

renouabit ædificia mirabilia,& adhuc emet plura, erit etiam liberalis, & propter aliquam iuſtitiam & ſanctimoniam peregrinabitur apud diuina propiciatoria. In quibuſdam verò occultis membris corporis languores habebit. Si verò Saturnus & Mars & cauda Draconis fuerint cum Venere, vel aſpexerint eam aſpectu contrario:non tantum huiuſmodi auferentur, ſed etiam nocebunt occaſione eorum.

☉ ☿ Deinde diſponit Mercurius in fridaria Solis annum,menſes quinque,dies quatuor,horas ſex propè,qui fient ſimul anni quatuor, menſes tres,dies vndecim,horæ viginti propè. Et ſignificat, quòd in huiuſmodi diſpoſitione perdet quædam de pecuniis ſuis,& nocebit ei aliquis de conſanguineis ſuis: & cadet ab alto loco, vel veniet in periculũ cadendi: dolebit etiam occultè, & cito liberabitur à dolore. Si verò fuerit nocturna natiuitas in huius diſpoſitione,deſtruet diuitias multas, & cõtentiones habebit,in laboribus affligetur.Et ſi fuerit in officiis publicis,damnificabitur,& minuetur lucrũ ei⁹,& cõtriſtabitur propter falſam ſcripturã, cadet etiam ab aliqua domo & non lædetur,& hemorrhoidas patietur,& liberabitur ab eis.

☉ ☽ Deinde diſponit Luna in Solis fridaria per annum vnum,menſes quinque,dies quatuor, horas ſex propè,qui ſimul fiunt anni quinque,menſes octo,dies ſeptẽdecim, & horæ tres propè.In huiuſmodi quidem diſpoſitione tractabit negocia nocturna, & habebit vtilitatẽ in aliis,& patietur damnum à furibus,& delectabitur aſpicere aquas, vel nauigabit: dolebit etiam caput & oculos. Si verò fuerit nocturna natiuitas, tractabit negotia finiẽda,& adipiſcetur diuitias, & augmentabũtur prouentus eius, & vtilitates, & munera dabuntur ei occultè,& fiet marinus negotiator,& conſumet diuitias immenſas; & loquetur ad principes,& amicos acquiret,& delectabitur in ędificiis erigendis: & capitis dolor ſuperueniet ei in vltima parte ipſius diuiſionis.

☉ ♄ Deinde diſponit Saturnus in fridaria Solis annum vnum,menſes quinque,dies quatuor, horas ſex propè,qui ſimul fiunt anni ſeptem, mẽſis vnus, dies vigintivnus & horæ decem propè. Et ſignificat ipſum contriſtari in huiuſmodi diſpoſitione, & læſionem pati à conſanguineis ſuis,dolere ventrem,& pati incendium ſiue per ignem ſiue per calidam aquam; dolebit etiam oculos,& liberabitur à dolore: & capiet longum iter, & per aquam patietur læſionem.Si verò fuerit nocturna natiuitas; contriſtabitur & ſuffuſionem habebit circa oculos,& dolebit ventre, & per mare negotiationem tractabit,& patietur læſionem per aquam,ſimiliter & per ignem vel per aquam ebullitam propter naturam videlicet Solis & Saturni.

☉ ♃ Deinde diſponit Iupiter in fridaria Solis annũ vnum,menſes quinque,dies quator,horas ſex propè,qui ſimul fiunt anni octo,menſes ſex,dies viginti quinque,horæ ſeptemdecim, ſignificat quòd in huiuſmodi diſpoſitione addentur pecuniæ eius & theſauri, & vtilitatem habebit à parentibus ſuis, veruntamen cadet ab alto loco. Si verò fuerit nocturna natiuitas,addetur dignitas eius,& gloria,& proſperitas, & dominabitur ſimilibus ſibi ſecundum fortunam; tractabit etiam ædificia, & auge-

bit diuitias ſuas,& inueniet theſaurum, vel lucrabitur diuitias multas ſine labore: & eleuabitur ſuper inimicos ſuos,veruntamen circa finem huiuſmodi diuiſionis cadet ab aliqua domo, vel ab equo.

☉ ♂ Deinde diſponit Mars in fridaria Solis, annum vnum, menſes quinque, dies quatuor,horas ſex propè,qui fiunt in ſumma anni decem. Et ſignificat quòd in huiuſmodi diuiſione mutabitur à diſpoſitione in diſpoſitionem, & peregrinabitur, & fortè coniungetur vxori: patietur verò mala ex morſu venenoſo, vel caſum, vel verberationem, & fluxus ſanguinis ex hoc fiet, & hæc erunt in primis quatuor menſibus. Si verò nocturna fuerit natiuitas, mutabitur ab vna operatione ad aliam, & peregrinabitur: & patietur laborem multum & certabit ſuper mulieribus & coitu, & ſuper fornicationibus, pro quibus patietur mala: iniuriabitur etiam quibuſdam & patietur nocumentum ab eis,ferrum quidem tãget corpus eius, mordebitur etiam à cane, & ægrotabit dies vndecim,& quotieſcunque fuerint Sol & Mars impediti,toties & ille lædetur.

*De Fridaria Veneris,ex Hermete,cap.35.lib.1. & Abenrag. cap. 4. par.6.*

♀ Venus autem diſponit per ſuam fridariam annos octo,ex quibus ipſa ſola diſponit ſeptimã partem,etiã annũ vnũ,menſem vnũ,dies 20.propè.Et ſignificat,quòd in huiuſmodi diuiſione ſiue diſpoſitione gaudebit natus,& lętabitur,& vtilitates habebit,& fortaſsis coniungetur vxori. Si verò nocturna fuerit natiuitas: gaudebit in huiuſmodi diuiſione & lætabitur ſuper rebus diuerſis,& in vxore propria,vel coniungetur alienæ mulieri, & naſcetur ei filius fortunatus,& matrimonio copulabit filios ſuos & filias: & tractabit ædificia & arborum plantationes: & in tantum abundabunt diuitiæ eius,vt ex his theſauros componat, & adipiſcetur etiam amicos de iis,qui excellunt in dignitatibus: & committetur ſibi officium maximum, & Reges ei veſtimenta dabunt, quinque verò mẽſes huius diuiſionis & 20.dies(vt ait Hermes) meliores ſunt reliquis.

♀ ☿ Deinde diſponit Mercurius in fridaria Veneris annum vnum,dies viginti,& horas decem propè, qui ſunt in ſumma anni duo,menſes tres,dies duodecim,horæ viginti propè. Et ſignificat, quòd in huiuſmodi diuiſione patietur furtum, & amittet ſubſtantiam: & læſionem patietur & ægrotabit, & à loco ad locum tranſibit. Si verò fuerit nocturna natiuitas,plurima de acquiſitis deſtruet, & ſuperabitur ab hoſtibus ſuis, & fugiet ab eis, & in tãtum contriſtabitur, quòd abſtinebit à cibis & potibus. Accidet etiam ei ęgritudo à potatione veneni, vel ab eſu aliquorum ciborum.

♀ ☽ Deinde diſponit Luna in fridaria Veneris annũ vnum, mẽſem vnum, dies viginti, horas decẽ propè,qui ſunt ſimul anni tres, menſes quinque, dies quatuor, horæ ſeptem propè. Et ſignificat, quòd in huiuſmodi diuiſione erit proſperum eſſe eius: loquetur cum aliquibus principibus, & fortè coniungetur vxori.Si verò fuerit nocturna natiuitas, ſignificat quòd liberabitur ab infortuniis & proſperitate

ſperitate: abundabit eſſe eius,& ad hoſtia ambulabit maiorum,& honorabitur à principibus,& dominabitur conſanguineis, & congregabit ſufficientes diuitias,& ſi non habet vxorem,ducet.

♀ ♄ Deinde diſponit Saturnus in fridaria Veneris annum vnum,menſem vnũ,dies viginti,horas decem propè,qui ſunt in ſumma anni quatuor,menſes ſex,dies 25. & horæ 10. propè. Et ſignificat in huiuſmodi diuiſione,quòd erit valde laborioſus, & accident ipſi moleſtiæ fortes, & lædet aliquam mulierem,& à mulieribus lædetur. Si verò fuerit nocturna natiuitas: multiplicabuntur cogitationes eius & labores,& cõfuſionem habebit, nec habebit vtilitatem ex operibus ſuis, inuitabit quoq; ſuos in cibo & potu,cõtriſtabitur ſuper eis, & morietur vxor eius,vel habebit rixam cum ea,& forte vxor eius patietur abortum,ſi erit prægnans, & commiſcebitur mulieri fornicariæ vel ancillæ, & lædet filium ſuum vel filium alterius.

♀ ♃ Deinde diſponit Iupiter in fridaria Veneris annum vnum, menſem vnũ,dies viginti, horas decẽ propè,qui ſunt in ſumma anni quinque,menſes octo,dies ſeptemdecim, & horæ tres. Et ſignificat quòd in huiuſmodi diuiſione erit proſperũ ei' eſſe, & fortunabitur pater eius,& multiplicabuntur diuitiæ eius. Si verò fuerit nocturna natiuitas,eripietur ab infortuniis,& laudabitur à pluribus,& augebitur immobilis ſubſtantia eius. Et ſi natiuitatis initium proſperitatẽ ſignificauerit, ad magnitudinem perueniet gloriæ. Et ſi Venus fuerit cum capite vel Ioue in angulo,dominabitur pluribus per mare & terram.

♀ ♂ Deinde diſponit Mars in fridaria Veneris annũ vnum, menſem vnũ, dies viginti, horas decẽ propè,qui ſimul ſunt ſex mẽſes,decem dies & octo, & horæ tredecim propè. Et ſignificat,quòd in huiuſmodi diuiſione laborabit multoties, & lædet fratres ſuos,& fortè ducet vxorem. Si verò fuerit nocturna natiuitas,erit valde fatigabilis & laborioſus,& iniuriabitur quibuſdam & læſionem patientur fratres eius,& ducet vxorem aliquã nobilem.

♀ ☉ Deinde diſponit Sol in fridaria Veneris annũ vnum,dies viginti, horas decẽ propè, qui fiunt ſimiliter anni octo. Et ſignificat,quòd in huiuſmodi diuiſione ægrotabit peſsimè & coniungetur aliquibus præeminentibus,& augmentabitur gloria eius atq; diuitiæ,& vxorem accipiet eruditã. Si verò fuerit nocturna natiuitas, cadet in aliquã ægritudinem prauã:& addẽtur famuli ei ac famulæ, & induetur decore Regũ,& habitabit cũ regibus, & dominabitur inimicis ſuis, & coniungetur vxori prudentiſsimæ & literatæ. Si verò Venus vel Sol habuerint dominium anni,& fuerint boni eſſe: ad magnitudinẽ perueniet gloriæ. Et ſi Venus fuerit mali eſſe, multiplicabuntur vtilitates eius, & loquetur cum regibus.

*De Fridaria Mercurij, ex Hermete, cap. 36. lib. 2. & Abenrag. cap. 4. par. 6.*

☿ Mercurij fridaria ſunt anni tredecim, poſt fridariam videlicet Veneris: diſponit quidem ipſe ſeptimam partem,videlicet annum vnum,mẽſes ſex dies octo,horas tredecim ppè. Et ſignificat, quòd natus in prima medietate obtinebit bona, vltrò verò incurret mala,& peregrinabitur à regione in regionem,& omnia quæcunque fecerit, non euenient ei proſpera: morietur etiam aliquis de hominibus domeſticis, vel equus, & ægrotabit ægritudinem,in qua non iuuabitur per medicinas medicorum: & ſi Saturnus fuerit mali eſſe,& aſpexerit ipſum: timor eſt ne fortè moriatur. Si verò Mercurius fuerit boni eſſe, aufert mala.

Deinde diſponit Luna in fridaria Mercurij annum vnum,menſes decem,dies octo,horas tredecim propè,qui ſunt in ſumma anni tres, menſes 4. dies 17. horæ duæ propè. Et ſignificat,quòd in huiuſmodi diuiſione erit turbatæ vitæ,nullam habẽs delectationem in cibo vel potu, ſed erit luxurioſus,& exponet ſe periculis, & grauitatibus malis. Et ſi ſeruum emet,fugiet,& ſi negotiationem tractabit,damnificabitur: & ſi ædificare inceperit,nõ perficiet ædificium, & ſi vxorem habuerit eiiciet eam,vel diſcordiam habebit cum ea, & ſi non habuerit, quæret & nihil perficiet,& ægritudinem ægrotabit,& cadet à domo vel equo, & vſque ad mortem appropinquabit. ☿ ☽

Deinde diſponit Saturnus in fridaria Mercurij annum vnum,menſes decẽ,dies octo,horas tredecim propè,qui fiunt ſimul anni quinq;,menſes ſex, dies vigintiquinque,horæ decem, & octo propè. Et ſignificat,quòd in huiuſmodi diuiſione addentur amici eius atque diuitiæ: erit etiam liberalis, & vſus ſufficientes acquiret, & vxor eius ægrotabit languore prauo,vel morietur, & cõtriſtabitur ſupra eam: & peregrinabitur, & in peregrinatione ſua ſuſtinebit laborem. ☿ ♄

Deinde diſponit Iupiter in fridaria Mercurij annum vnũ,menſes decem,dies octo,horas tredecim propè,qui ſunt ſimul anni ſeptẽ,menſes quinque,dies quatuor,horæ ſeptẽ propè. Et ſignificat, quòd in huiuſmodi diuiſione opes lucrabitur ab emolumento diuerſo, & congregabit aurum & argentum, & expendet plura: & opponetur contra excellentes perſonas,& læſionem patietur ab eis: & aliqui viles contendent cum eo: vltimò verò ab huiuſmodi liberabitur. exercebit etiam illuſtre officium,& hoſpitium ædificabit conſpicuum, vtetur mendacio,& mendacibus amicabitur. ☿ ♃

Deinde diſponit Mars in fridaria Mercurij annum vnum,mẽſes decẽ,dies octo, horas tredecim propè,qui ſimul fiunt anni nouẽ,menſes tres, dies duodecim,horæ viginti propè. Et ſignificat, quòd in huiuſmodi diuiſione opponetur minorib' ſuis, & habebit refugium apud aliquas perſonas fama dignas,& ab infortunio ruet in infortunium,& euadet ab eo,& dominabitur inimicis ſuis, & iter capiet triſte: & ſi negotiationem tractabit, damnificabitur,& ſi contraxerit ſocietatem cum aliquo, ſuperſedebit: patietur etiam detrimentũ ab igne, & cadet ab alto loco,vel erit proximè ad cadẽdũ, et ægrotabit ægritudine praua,per quam patietur in capite læſionem,veruntamen conualeſcet: et ſi vxorem duxerit morietur ipſa in illo anno, morietur etiam mater eius,et incarcerabitur pater eius, et propinqui eius cadent in paſsiones prauas. ☿ ♂

Deinde diſponit Sol in fridaria Mercurij annũ vnum, menſes quinque, dies quatuor, horas ſex. Erit quidem in huiuſmodi fridaria iucundus et hilaris,et quotidie proſperans,et multiplicabuntur famuli eius,et aſſumet notariũ, et prouiſorem ſiue procuratorem, et à Regibus adipiſcetur diuitias ☿ ☉

& ab

& ab aliis. Remunerabit quidem domeſticos ſuos, & omnes familiares ſuos, & aliquis de fratribus eius morietur, & fortè concumbet cum vxore fratris, vel patris ſui.

☿ ♀ Deinde diſponit Venus in fridaria Mercurij annum vnum, menſes decem, dies octo, horas tredecim propè, qui fiunt ſimul anni tredecim. Et ſignificat, quòd in huiuſmodi diſpoſitione habebit inimicitias cum aliquibus, & amicabitur, & in ea lætabitur, & aſſimilabitur ei, tam in veſtibus quàm in vnctione vnguentorum: concipiet etiam vxor eius, & patietur abortum. Si verò præceſſerit tempore conceptionis filius eius, & ſi non habuerit filium, videbit mortem alicuius de iis, quos habet in loco filiorum.

*De Fridaria Lunæ, ex Hermete cap. 37. lib. 2. & Aben. cap. 4. par. 6.*

☽ Lunæ quoque fridaria ſunt anni nouem diſponit quidem ſeptimam partem ſuam, quæ eſt annus vnus, menſes decē, dies duodecim & horæ 20. propè. Et ſignificat, quòd erit mutabilis, in gaudio quoque & triſtitia, in diuitiis etiam & proſperitate, & habebit rixas cum vxore ſua, & peregrinabitur, & incarcerabitur, & ſubito ad honorem, & gloriam extolletur in quo adipiſcetur diuitias famoſas fama dignas.

Deinde rurſum poſt modicū à gloria illa cadet, & iterum reuertetur ad eam, & in fine diuiſionis huiuſmodi periculū patietur à ferro vel enſe, vel concludetur. Si verò fuerit nocturna natiuitas, & Luna fuerit impedita: patietur languorem, & perſequutionem. Si verò fuerit boni eſſe: dignitatem habebit, & diligetur à parentibus ſuis, & habebit vtilitatem ex iis.

☽ ♄ Deinde diſponit Saturnus in fridaria Lunæ annum vnum, menſes tres, dies duodecim, horas 20. propè, qui ſimul fiunt anni duo, mēſes ſex, dies 25. horæ 14. propè. Et in huiuſmodi diuiſione habebit contentiones cum regibus, & quæcunque dixerit, reputabuntur tāquam mendacia, & patietur detrimētū à ſeruis ſuis, & fugiet ab eo, & animalia eius perdentur, & plures opes expēdet, & ægrotabit, & patietur læſionē ab igne vel calore vel inciſione ferri tribus vicibus, poſtea hic ſanabitur. Et ſi vxor eius fuerit prægnans, patietur abortū. Si verò fuerit nocturna natiuitas, ægrotabit à calore, & patietur læſionem ab igne vel aqua feruēte, & per ferrū curabitur, & tranſibit de loco ad locū in receſſu ſuo, & periclitabitur, & furtum patietur, & ab vno de ſeruiētibus ſibi patietur incōmodum, & aliqua de theſauris eius ſubripientur à furibus.

☽ ♃ Deinde diſponit Iupiter in fridaria Lunæ annū vnum, menſes tres, dies duodecim, horas viginti propè, qui fiunt ſimul anni tres, menſes decē, dies octo, horæ quatuordecim propè. In hac ergo diuiſione exercebit officiū magnū, & exaltabitur nomen eius, & lucrabitur ab officio diuitias fama dignas, & eleuabitur ſuper inimicos ſuos, & habebit vtilitatē à terra longinqua, & à poſſeſſionibus planis & cliuoſis, & plantabit plantas, & emet ſeruos & ſeruas. Si verò fuerit nocturna natiuitas: multiplicabuntur veſtimēta eius, & famulabitur alicui.

☽ ♂ Deinde diſponit Mars in fridaria Lunæ annum vnū, menſes tres, dies duodecim, & horas viginti propè, qui fiunt ſimul anni quinque, menſis vnus, & dies viginti, horæ decē propè. Et ſignificat, quòd in diuiſione huiuſmodi contriſtabitur valde, & circumuoluetur malis, & amittet aliquas ex poſſeſſionibus ſuis, & damnificabitur magnis dānis, pro quibus & cruciabitur. Si verò peregrinabitur, mordebitur à ſerpente, vel patietur detrimētum in naui, vel ab igne, vel ab aqua, & morti appropinquabit: & habebit læſionē in oculis: & in pudendis dolorem habebit. Si verò ipſam aſpexerit Mars, multiplicabuntur mala. Et ſi fuerit nocturna natiuitas, ægrotabit peſsimè, oculos quoque & vētrem: & fortè mordebitur ab animali, vel patietur læſionem ab igne vel aqua, & furtum ſuſtinebit ab aliquo de ſeruientibus ſuis.

☽ ☉ Deinde diſponit Sol in fridaria Lunæ annum vnum, menſes tres, dies duodecim, horas viginti propè, qui fiunt ſimiliter anni ſex, mēſes quinque, dies quatuor, horæ ſex propè. Et ſignificat, quòd in huiuſmodi diuiſione remunerabit plures, & diuidet ſuas opes inter alienos, & exaltabitur & lætabitur in operibus ſuis, & dominabitur aliquibus, & aut ægrotabit ipſe, aut vxor eius, & ab ægritudine ipſa liberabitur per dies triginta. Et ſi vxor eius fuerit prægnans, patietur abortum, & concipiet poſtea. Si verò fuerit nocturna natiuitas, ægrotabit, & locum de loco mutabit, & addetur doctrina eius.

☽ ♀ Deinde diſponit Venus in fridaria Lunæ annū vnum, menſes tres, dies duodecim, horas viginti propè, qui fiunt ſimul anni ſeptem, menſes octo, dies 17. horæ tres propè. In huiuſmodi quidem diuiſione, vtetur melodiis & tripudiis & coitu, & quidam dolores eum circundabunt, & laudabitur in initio huius diuiſionis, gratulabitur ſuper ſeruis, & augebitur gloria eius.

☽ ☿ Deinde diſponit Mercurius in fridaria Lunę annum vnum, menſes tres, dies duodecim, & horas viginti propè, qui fiunt ſimul anni nouem. Et in huiuſmodi diuiſione promouebitur in officium, & perdet ipſum, & ſuccedet alius ei, & reuertetur officium ad eum: & hoc erit fortè tribus vicibus. Cōtentiones habebit cum quibuſdam, & contra aliquos mentietur, & fraudibus vtetur occultis, & expendet opes famoſas, & timebit ab aqua & igne. Oportet autem in initio huius diuiſionis obſeruare ſe ab huiuſmodi per dies 17. Aegrotabit etiā filius ei' à cholera nigra. Si verò fuerit nocturna natiuitas, accuſabitur & percutietur ab aqua vel igne, & furtum patietur, vel nocebit ei aqua vel ignis.

*De Fridaria Saturni ex Hermet. cap. 38. lib. 2. & Abenrag. cap. 4 par. 6.*

♄ Saturni quidē fridaria ſunt anni vndecim. Diſponit quidem ipſe in primis ſeptimam partem annorum ſuorū, quæ eſt annus vnus, menſes ſex, dies vigintiquinque, horæ 17. & ſignificat, quòd in huiuſmodi diuiſione operatus erit aliquod factum, quo arguetur, & fatuus deputabitur, vel diffamabitur: contendet etiam in vanum, & vituperium propter filias ſuſtinebit, & cōtriſtabitur ſuper his, & exitus eius plus erit, quàm introitus, & minuentur diuitiæ eius, & annullabitur gloria eius, & ægrotabit

grotabit peſsimè: et ſi inſpexerit eum Mars, ignis læſionem patietur, vel inciſionem à ferro. Si verò fuerit nocturna natiuitas: vtilitatē habebit ex quibuſdam occaſionibus, vel contriſtabitur ſuper rebus diuerſis, & quidam conſanguineorum ſuorum morietur, & dominabuntur ei fatuitas & amentia & otium.

♄ ♃ Deinde diſponit Iupiter in fridaria Saturni annum vnum, menſes ſex, dies vigintiquinque, horas 17. propè, qui fiunt ſimul anni tres, menſis vnus, dies 21. horæ decē propè. Et ſignificat quòd in huiuſmodi diuiſione honorabitur, ac vtilitatem habebit à regibus, & ab honore ad honorem tranſcēdet, & in fine diuiſionis peregrinabitur, & ægrotabit. Si verò fuerit nocturna natiuitas: habebit vtilitatē per aliquas occaſiones, & habebit quorundam notitiā, per quos vtilitatem habebit, & ægrotabit. Veruntamen addentur ſerui ei & ancillæ, vel ducet vxorem.

♄ ♂ Deinde diuidit Mars in fridaria Saturni annum vnum, menſes ſex, dies vigintiquinque, horas duas propè, qui fiunt ſimul anni 4. menſes 8. dies 17. horæ tres propè. Et ſignificat, quòd in huiuſmodi diuiſione malè habeat eſſe eius, & neceſsitates ſuſtinebit, & fortè cadet à domo vel equo. Erit diſcors erga vxorem, inimicabiliter quidem ſe habebit cū pluribus, & quidam de conſanguineis eius languebūt, vel eius filius morietur. Si verò fuerit nocturna natiuitas, patietur triſtitias & contentiones diuerſas, & forſitan cadet ab alto loco.

♄ ☉ Deinde diſponit Sol in fridaria Saturni annum vnū, menſes ſex, diex 25. horas 17. propè, qui fiunt anni ſex, menſes tres, dies duodecim, horæ 20. Et ſignificat, quòd in huiuſmodi diuiſione addetur gloria eius, & committetur ſibi iudicia ſuper quibuſdam, & iudicabit inter multos, & lætabitur ſuper aliquibus rebus, & iter accipiet, & dolebit caput, & ægrotabit, & contentiones habebit contra aliquem præexiſtentem ſibi ætate, & ſuperabit cū.

♄ ♀ Deinde diſponit Venus in fridaria Saturni annum vnum, menſes ſex, dies vigintiquinque, horas 17. propè: qui fiunt ſimul anni ſeptē, menſes quinque, dies octo, horæ tredecim propè. Et ſignificat, quòd in huiuſmodi diuiſione mentientur quidam contra eum, & falſum teſtimonium perhibebūt, & longam cōtentionem habebit, & ſaluabitur ab ea, & gratulabitur ſuper morte inimicorum ſuorum, vel ſuper infortunio maximo ipſorum: dolebit etiam ventrem vel locum occultum, & ſanabitur, & morietur vxor eius, & languebit filius eius.

♄ ☿ Deinde diſponit Mercurius in fridaria Saturni annum vnum, menſes ſex, dies vigintiquinque, horas 17. propè. Et ſignificat quòd in huiuſmodi diuiſione laborabit & peregrinabitur peregrinationē laborioſam, & vxor eius languebit, & contriſtabitur ſuper aliquibus mulieribus, & ſuper morte cuiuſdam, & addentur diuitiæ eius, & amittet partē ex eis, & ſuper amicis lætabitur, & habebit curam de ſeruis & equitaturis: amplius etiam & de liberis & diſputationibus, & ſocietatibus, in quibus bona & mala patietur.

♄ ☽ Deinde diſponit Luna in fridaria Saturni, annū vnum, menſes ſex, dies vigintiquinque, horas 17. qui fiunt ſimul anni vndecim. Et ſignificat, quòd in huiuſmodi diuiſione contriſtabitur, & ægrotabit filius eius & ipſe, vel morietur filius eius, & erit medius inter magnitudinem & humilitatem, & peregrinabitur peregrinationem lōginquam, in qua opes adipiſcetur, & forſitan per totum tempus diuiſionis huius erit in peregrinatione, & in eius fine acquiret diuitias.

*De Fridaria Iouis, ex Hermete, cap. 39. lib. 2. & Abenrag. cap. 4. par. 6.*

Iouis fridaria ſunt anni duodecim. Diſponit autem ipſe in principio ſeptimam partem ipſorum annorum, videlicet annum vnum, menſes octo, dies 17. propè, & ſignificat quòd in huiuſmodi diuiſione vel mutabitur, vel perueniet, tranſibit ab omni experientia malorum ad experientiam bonorum, & ab omni anxietate ad omnem iucunditatem, & augmentabitur proſperitas eius atque diuitiæ, & laudabitur à Regibus & committentur ei negotia fama digna. Et ſi fuerit Iupiter in natiuitatis initio in propriis terminis vel Veneris, vel in ſua triplicitate, ſcilicet in Ariete, Leone, Sagittario, maior erit proſperitatum ſignificatio. Et ſi natus fuerit ſuperioris fortunæ: dominabitur ciuitatibus, & multiplicabitur gens ſubdita ei: & ducet vxorem conſpicuam, & munera Regum accipiet, & habebit diuerſos introitus, & plures remunerabit & magna ædificia conſtituet. Si verò in exaltatione ſua fuerit Iupiter, maius erit eſſe fortunæ. ♃

Deinde diſponit Mars in fridaria Iouis annum vnum, menſes octo, dies 17. horas tres propè. Et ſignificat quòd in huiuſmodi diſpoſitione erit contriſtatus, & faciet alicui officiali quoddam ſeruitium, propter quod fiet terribilis: veruntamen propter huiuſmodi negotiū patietur praua pericula, & habebit timorē ab aqua, & ad peregrinationem longinquam mittetur, at valde diliget mulieres et naſcetur ei filius. ♃ ♂

Deinde diſponit Sol in fridaria Iouis annum vnum, menſes octo, dies 17. horas tres propè, qui fiunt ſimul anni quinque, menſis vnus, dies viginti, horæ 10. propè. Et ſignificat, quòd in huiuſmodi diuiſione augebitur prudentia eius, et erit dominabilis, et addentur opes eius atque proſperitas, et inueniet theſaurum, et adipiſcetur diuitias ſine labore, et honorabilis erit in omnibus, et exercebit officium maximum, et naſcetur ei filius fortunatus. ♃ ☉

Deinde diſponit Venus in fridaria Iouis annum vnum, menſes octo, dies ſeptem, horas tres propè. Et ſignificat, quòd in huiuſmodi diuiſione frequētabit in atriis Regum, et amicabitur eis, et inueniet gloriam, et proſperitatem, et diuitias abſque dolore, et morientur inimici eius. Si verò impeditus fuerit Iupiter à Saturno et Marte, minuūtur omnia prædicta. ♃ ♀

Deinde diſponit Mercurius in fridaria Iouis, annum vnum, menſes octo, dies ſeptemdecim, horas tres propè, qui fiunt ſimul anni octo, mēſes ſex dies vigintiquinque, horæ ſeptemdecim propè. Et ſignificat, quòd in huiuſmodi diuiſione erit morigeratus et habebit inimicos multos et inimicabūtur ei amici ſui, et conuitia patietur à pluribus, et coniungetur vxori, et à cane mordebitur, vel ab alio animali, & deſtruetur domus eius vel pars eiꝰ, ♃ ☿

& cadet

Digitized by Google

& cadet à domo, vel alio loco.

♃ ☽ Deinde diſponit Luna in Fridaria Iouis annum vnum, menſes octo, dies ſeptemdecim, horas tres prope, qui fiunt ſimul anni decem, menſes tres, dies duodecim, horæ viginti prope. Et ſignificat quòd in huiuſmodi diuiſione addetur gloria eius, & dominabitur pluribus, & adipiſcetur res inſperatas, & aliquando quidem lætabitur, aliquando verò contriſtabitur, & aliquis ex propinquis maior eo morietur, à quo hæreditabit hæreditatem: peregrinabitur etiam peregrinationem longinquam, & incidet in latrones, & hæc erunt in primo anno.

♃ ♄ Deinde diſponit Saturnus in Fridaria Iouis, annum vnum, menſes octo, dies ſeptemdecim, horas tres propè, qui fiunt ſimul anni duodecim. Et ſignificat, quòd in huiuſmodi diuiſione faciet dominationes diuerſas, & elongabûtur ab eo amici ſui & proximi, & inimicabiliter diſponent ſe penes eum, & erunt aduerſus eum hi, qui primitus amicitiam cõſtituerunt cum eo: forte quidam eorum peregrinabitur. Patietur etiam natus plura à regibus: vel accidet metus ex parte regum, ac ratione filiorum: & damnificabitur domi, vel difficultates quaſdã experietur in re familiari, & floccifiet: & ſi alicui mutuabit, nunquam recipiet: & ſi receperit, partem, & cum multo labore id obtinebit: tamen malas habebit cogitationes per dies triginta.

*De Fridaria, Martis, ex Hermete, cap. 40. lib. 2. & Aben. cap. 4. par. 6.*

♂ Martis quidem fridaria ſunt anni ſeptem. Diſponit quidem ipſe à principio ſeptimam partem horum videlicet annum vnum. Et ſignificat, quòd in huiuſmodi diuiſione erit iniquus & temerarius, & incidet in magnũ delictum, & longam pugnam, & inſurgent contra eum inimici eius, & diffamabunt eum corã principibus & præſidibus, & patietur nocumentum à parẽtibus ſuis, & ſaluabitur, & timorem ſuſtinebit à fera, vel igne, vel ferro, vel aqua feruente, vel à ſuſpenſione, vel ab aliquo ſuſpenſo: & ſi ſeminauerit aliquod ſemen in illo anno, erit læſum ſemen eius ab aqua, vel ſubmerſione: peregrinabitur etiam peregrinationem longinquam, & patietur capitis vel oculorum dolorem. Si verò fuerit Mars cum Ioue vel Saturno in terminis Martis, vel in terminis Veneris: lædetur ab inimicis & ſaluabitur.

♂ ☉ Deinde diſponit Sol in fridaria Martis, vnum annum, qui fiunt ſimul anni duo. Et ſignificat in huiuſmodi diuiſione, quòd fratres eius diſponentur inimicè contra eum, & patietur nocumentum ab aliquo dè ſociis ſuis per dies vndecim, & in aliquo membro occulto habebit dolorem, & cadet ab alto loco, & morietur vxor eius, & inſaniet vnus de filiis eius vel morietur.

♂ ♀ Deinde diſponit Venus in fridaria Martis, annum vnum, qui fiunt ſimul anni tres. Et in huiuſmodi diuiſione perſeuerabit in melodiis, & iucunditatibus, & habitabit cum meretricibus, & rixabitur cum vxore ſua, & habebit familiaritatem cum latronibus & vtilitatem ab eis.

♂ ☿ Deinde diſponit Mercurius in fridaria Martis, annum vnum, qui fiunt ſimul anni 4. & in huiuſmodi diuiſione habebit nocumẽta: & peregrinabitur, & contriſtabitur propter furtum vel damnum, & amicis ſuis inimicabitur & fortè peribit ab aliquo infortunio.

Deinde diſponit Luna in fridaria Martis, annũ vnum, qui fiunt ſimul anni quinque. Et ſignificat, quòd in huiuſmodi diuiſione includetur, & ruet in aduerſa, deinde expenſas ac diſpendia patietur in ædificiis, & ſi emerit ſeruum, morietur vel fugiet, & ſi viuus fuerit pater, ſeruus morietur. Et ſi parentes eius vixerint, vnus eorum morietur in hac diuiſione: amici eius fugient eum: accident ei lites, & ipſe vincet litigantes ſecum. ♂ ☽

Deinde diſponit Saturnus in fridaria Martis, annum vnum, qui fiunt ſimul anni ſex. In huiuſmodi diuiſione patietur mala & damna & ſuperueniet ei quartana, & erit inter ipſum & vxorem eius diuortium. ♂ ♄

Deinde diſponit Iupiter in fridaria Martis, annũ vnũ, qui fiunt ſimul anni ſeptem. Et ſignificat, quòd in huiuſmodi diuiſione ſuperabit inimicos, & contemnet omnes, & habebit vtilitatem occaſione cõtentionum, & multiplicabitur introitus eius, & naſcetur ei filius, & gratulabitur in omnibus. ♂ ♃

Deinde diſponit caput Draconis ſolum annos tres. Et ſignificat, quòd in huiuſmodi diuiſione erit proſperans, & principibus amicabitur & dominabitur pluribus: emet etiam ſeruos & ancillas, & amicitiam habebit cum mulieribus. ☊

Deinde diſponit cauda ſola annos duos. In huiuſmodi quidem diuiſione inimicabitur cum amicis ſuis, & damnificabitur, & contriſtabitur in vxore, & infamabitur propter eam, & ægrotabit ægritudine praua. Et in diurnis quidem natiuitatibus diſponunt prædicti nodi, poſt Martem: in nocturnis verò poſt Mercurium. ☋

Cùm verò completi fuerin ſeptuaginta quinque anni, reſtituitur diuiſio fridariarum ad planetam, à quo incœperit fridaria in natiuitatis principio, ſecundum ordinem ſupra dictum, & procedunt definitiones euentuum ſicut declarauimus in priori. Et ſi vita eius vltra 75. annos tranſierit, vel infra eundem perueniet numerum: erit mors eius in fridaria eiuſdem planetæ, cui contingit ſecundũ præpoſitam tibi doctrinam. Et hæ quidem ſunt ſignificationes planetarum in eorum fridariis per ſe & in ſocietate cum aliis. Oportet autem cum his conſiderare & ſignificationes eorum ſecundum natiuitatem, ſi fuerint boni eſſe vel mali, & ſecundum diſpoſitiones eorum, quas habebant in natiuitatis principio, & de particularibus ſignificationibus euentuum diffinire.

*De ſitu planetarum in ſignis reuolutionis temporis, ſiue de reditu eorum.*

Quando aliquis planetarum redierit in reuolutione ad locum ſuum, in quo fuit in radice, adducit illam ſignificationem, quam ſignificauit in radice de bono vel malo, maximè quando Luna iuncta fuerit cum illo planeta.



Digitized by Google

*De ingreſſu Saturni ad loca ſua & reliquorum planetarum, ex Hermete cap. 42. & Abenrag. cap. 7. par. 6.*

Saturnus reſtitutus in reuolutione ad propriũ locum, & bene diſpoſitus in duobus temporibus renouat operationem nato, & à dignitate producit ad dignitatem. Et ſi fuerit in reuolutione in angulo, adipiſcetur maiora bona. Et in medio quidem cęli vel habentibus dignitatem à potentibus: in ſeptimo, vel à mulieribus vel ab hoſtibus, & ſimiliter diffinias de duodecim locis. ♄

Cùm Saturnus peruenerit in reuolutione ad locum Iouis, acciderit que Saturno ſecundum natiuitatem vel ſecundum reuolutionem, vt ſit dominus aſcendentis, vel dominus partis fortunæ, vel dominus Lunæ in nocte vel dominus Solis in die: ſignificat dignitatem & additionem amicorum & pecuniæ atque prouentuum. Si verò in locis ipſis nullam habet dignitatem: nocet diuitiis ac rebus ſtabilibus, & ſi Saturnus retrogradabitur in illo ſigno, habebit diſcordias cum ſuis amicis. ♄ ♃

Et ſi perueniet Saturnus tempore reuolutionis ad locũ Martis, & Saturn' habebit dignitatẽ ſiue in aſcendente natiuitatis ſiue in aſcendẽte reuolutionis, ſiue in parte fortunæ, ſignificat peregrinationẽ & indigentiam in fratribus & amicis, & vtilitatem ab eis. Decipietur autem circa proprias operationes, & ocioſus erit in conuerſionibus, & erunt iniquæ cogitationes eius, & erit modicę fidei in proprio dogmate, & accuſabitur propter hoc, & ſi Saturnus nullam habebit dignitatem cum prædictis: mala patietur, & contriſtabitur propter fratres & amicos, & iter arripiet & peregrinabitur. ♄ ♂

Et fuerit tempore reuolutionis coniunctus Soli & in prædictis locis habeat dignitatem, languebit languore acuto & periculoſo, & quidam timor inferetur ei à poteſtate vel ab eo, qui habet dignitatem, & rixas habebit cum mulieribus. ♄ ☉

Et ſi Saturnus in prædictis locis non habeat dignitatem, patietur contentiones, & vna de eius mulierib' morietur, & appropinquabit periculo. Et ſi alicui ſeruiet, patietur nocumentũ dominus eius. Sin autem, impedietur circa dignitatem ſuam.

Si Saturnus perueniet ad locum Veneris; peregrinabitur ipſe, cuius eſt reuolutio, & conabitur mulieri coniungi, ſed impedietur, & modicus erit coitus eius. Et ſi figura procreationem filiorum ſignificat, procreabit, & ruet in amorem. ♄ ♀

Et ſi Saturn' in reuolutione anni ad locũ Mercurij perueniet, erit cordi multis, & peregrinabitur. Et ſi habuerit filios, contriſtabitur propter eos, & erit audax negotiorum ſublimium, & habebit timorem pro quibuſdam operationibus, & patietur læſionem ab equitaturis ſuis, & experientia, & exercitium eius cadet. ♄ ☿

Et ſi Saturnus tempore reuolutionis ad locum Lunæ perueniet, occaſione mulierum redarguetur & cõtemnetur. Et ſi tempore reuolutionis erit Luna in angulo: erit maximum nocumentũ ſecundum naturam ſigni in quo eſt: quòd ſi fuerit de ſignis ſimilitudinis hominum, erit impedimentum per homines. Si verò ſimilitudines ferarum, per feras. Et ſi in Scorpione, per venenoſa. Si in Cancro vel Piſcibus, per aquarum reptilia & ſimilia. ♄ ☽

Si verò in aſcendente reuolutionis fuerit Luna, languebit periculoſo languore.

*De ingreſſu Iouis ad proprium locum, & ad loca reliquorum planetarum, ex Hermete, cap. 43 lib. 2. & Abenrag. cap. 7 par. 6.*

Et ſi Iupiter peruenerit ad locum Saturni, dabit proſperitatẽ, & diriget ea quæ deſtruxit Saturnus. erit aũt gratioſus & fidelisſimus, & proſperabitur in negotiis ſuis, ab amicis habebit bona, & pacificabuntur cum eo inimici ſui, & diligent eum. ♃ ♄

Cùm verò reſtitutus fuerit Iupiter ad proprium locum, renouat proſperitates, quæ per natiuitatis initium indicantur: necnon præbet diuitias ab inſperato emolumento. ♃

Iupiter verò ad locũ Martis perueniens, peregrinationẽ faciet, & vtilitatem exhibebit à potẽtibus, etiam & mulieribus, vel habentibus poteſtatem, & fortè filium procreabit, & fratres ſui vtilitatem habebunt, vel aliqui quos habebit, vt fratres. ♃ ♂

Quando Iupiter ad Solis locum perueniet, & erit ſub radiis, habebit dignitatem: in aſcendente reuolutionis, vel in ſigno profectionis orientis, timẽdum eſt de deſtructione eius, quouſque ſub radiis fuerit. Et ſi euaſerit, donec Iupiter fuerit extra radios, timores tantũmodo à potentibus patietur, & abſcondetur ab eis, & ægrotabit, & ſi fuerit Iupiter extra radios: habebit proſperitatem. ♃ ☉

Si verò perueniet Iupiter ad locum Veneris in reuolutione, languebit, & corpus eius iacebit, & augebitur dignitas eius, ac gloria, & addentur amici ei, & laudabilis erit. Si verò Venus fuerit mali eſſe, erit timendum de eo. ♃ ♀

Si autem perueniet Iupiter ad locum Mercurij, augmentabitur ſcientia eius, & doctrina, & adipiſcetur bona. ♃ ☿

Iupiter ad locum Lunæ perueniens, corporis dignitatem ſignificat, & augmẽtum diuitiarũ, & filiorum & bonos rumores. Et ſi Iupiter per figuram aſſociatus fuerit Lunæ, eripit eum ab omni malo. ♃ ☽

Quando accidet in reuolutione eius Aſcendẽs, vel in quinto loco, vel cum dominis eorum, vel in loco Veneris, vel cum Luna, vel cum parte filiorum: ſignificat filij generationem.

*De ingreſſu Martis, ex Hermete, cap. 44 lib. 2. & Abenr. c. 7 par. 6.*

Mars quidem tempore reuolutionis perueniẽs ad locum Saturni, multiplicationem facit fratrum & amicorum, & capiet iter propinquum: & ſi dignitatem habet in anno Mars, ſignificat ocium & deſidiam. Si verò Saturnus habet dignitatem in anno, ægrotabit à vulnere: ſi autem ingredietur Mars ad locum Saturni, & Saturnus ingredietur ad locum Martis, ſignificat exulare à patria. ♂ ♄

Ad locum verò Iouis ingrediens Mars, ſignificat peregrinationes, & vtilitates à ſubiugalibus, tunc videlicet, cùm Iupiter ingredietur ad locum Martis. ♂ ♃

Si verò Mars fuerit in loco proprio conſtitutus, & in anno habeat dignitatem: habebit bona & ipſe cuius eſt reuolutio, & præcipuè à militibus. Si verò fuerit cadens ab angulo, & inſpexerit aſcendens, ſignificat peregrinationem & augmentum ſeruientum. Si verò cadens fuerit ab aſpectu applicationis, ♂

cationis,& aſpectu aſcendētis,& habuerit teſtimonium in reuolutione, habebit bonum per magiſteria ferri, vel per ſanguinem, aut ſimile quiddam.

Ad locum autem Solis ſi fuerit Mars ingrediēs, exiſtente reuolutione diurna: contriſtabitur à poteſtatibus, & à calore lāguebit. Si verò Mars fuerit dominus anni, fueritque in ſigno calido & ſicco, timendum erit de interfectione. Si autem nocturna fuerit reuolutio: erunt pericula leuia.

Ad locum quidem Veneris perueniens Mars, augmentum ſignificat coitus, & plurimum appetitum, & erectionem vel excitationem ad muliebria, & delectabitur in voluptatibus, & augebitur gloria eius & dignitas, & infortunabitur cauſa mulierum, & multiplicabuntur amici eius, & erit laudabilis. Si verò in anno Mars habeat dignitatem: ægrotabit à ſuperfluitate ciborum, vel à ſuperfluitate coitus. Et ſi Venus in anno habeat dignitatem: languebit ex potatione veneni, & à dolore tracheę arteriæ. Et ſi cum hoc Venus fuerit impedita, timor eſt, ne fortè moriatur.

Et ſi Mars ad locum Mercurij applicuerit, vtetur falſis ſcripturis, & quidam de fratribus eius minoribus morietur.

Ad locum verò Lunæ ſi fuerit Mars ingrediens exiſtens in bono loco: inueniet dignitatem, & fortaſſe filium generabit. Si verò Mars habebit dignitatem in anno: ægrotabit & contriſtabitur propter conſanguineos, & vxores: & ſi natus habuerit dignitatem, amittet ipſam.

*De ſignificatione Solis in ſingulis ſignis, ex Hermete, cap.45. lib.2. & Aben. cap.8. par.6.*

Sol tempore reuolutionis cùm fuerit in Leone, fueritque in angulo boni eſſe, & in anno habuerit dignitatem, vel in natiuitatis initio: erit ſanus corpore & habebit proficua plurima. Si verò fuerit mali eſſe, cadet in languores. Et ſi fuerit cadens ab angulo, erunt leuiores languores.

Et ſi in Virgine Sol fuerit ſuper terram, aſpexeritque aſcendens, habens aliquam ſignificationem in anno, ſignificat certamen illius, cuius eſt reuolutio, circa diuitias & doctrinas: & ſi beneuoli perhibeant teſtimonium, obtinebit propoſitum ſuum: ſi verò maleuoli, priuabitur eo.

Et ſi in Libra fuerit Sol ſuper terrā, habēs dignitatē ī anno, ſignificat peregrinationē: q̄ peregrinatio erit vtilis, ſi Sol beneuolo aſſociat' fuerit ꝑ figurā.

Et ſi fuerit Sol in Scorpione in angulo, & expeditus à malis, & maximè in medio cœli, habueritque dignitatem in anno, inueniet bona is cuius eſt reuolutio, & ædificationes tractabit.

Et ſi fuerit Sol in Sagittario, & in anno habuerit dignitatem, fueritque in angulo boni eſſe: inueniet cuius eſt reuolutio bona, & lætabitur, & fortè filium generabit. Et ſi fuerit mali eſſe: multiplicabūtur triſtitiæ ei', & timebit de proprio malo ſuo.

Et ſi fuerit Sol in Capricorno, habueritque dignitatem in anno, ſignificat languores, triſtitias, infortunia & indigentias.

Et ſi fuerit Sol in Aquario, habueritque dignitatem in anno, ſignificat nuptias, & additionē conſanguineorū, & ſubditorum, & contentiones ac rixas.

Et ſi Sol in Piſcibus fuerit impeditus ſignificat triſtitias & ſollicitudines mortiferas: & ſi fuerit expeditus, contriſtabitur ſine vlla occaſione.

Et ſi Sol in Ariete fuerit boni eſſe, habueritque dignitatem in anno, peregrinationem ſignificat bonam. Si verò fuerit mali eſſe, ſignificat triſtitias in peregrinatione, atque paucitatem fidei.

Et ſi Sol in Tauro fuerit boni eſſe, habueritque dignitatem in anno, amicabitur cum poteſtatibus, & vtilitatem habebit ab eis, & ſi fuerit mali eſſe: contriſtabitur & anxiabitur, & maximè, ſi in angulo fuerit.

Et ſi Sol in Geminis fuerit boni eſſe, habueritque dignitatem in anno, fueritque ſuper terram aſpiciens aſcendens, & ſignum profectionis oriētis, ſignificat multiplicationem amicorum, & fortaſſe naſcetur ei filius: ſi verò fuerit mali eſſe, contriſtabitur, & negotia eius impedientur.

Et ſi Sol fuerit in Cancro, habueritque dignitatem in anno exiſtens ſub terra, ſuperabitur ab inimicis ſuis, & maximè ſi non aſpexerit eum Luna.

*De Ingreſſu Veneris, in locum ſuum & aliorum planetarum ex Hermete, cap.46. lib.2. & Abenrag. cap.9. par.6.*

Quando Venus perueniet ad locum Saturni ſecundum natiuitatem, ſignificat curam circa venereos actus. Et ſi fuerit boni eſſe, amplectetur licitos coitus. Si verò fuerit mali eſſe, illicitos propter quos multoties arguetur. Et ſi fuerit Venus ſub terra, erunt huiuſmodi in occulto, ſi ſuper terram, cōtrarium. Et ſi Venus habuerit dignitatem in anno, contriſtabitur cauſa mulierum, diliget etiam aquas & mundificationes, & ludere cum aqua. ♀ ♄

Et ſi Saturnus habuerit dignitatem in anno: ſignificat peregrinationem & coitus, & naſcetur ei forſitan puer, vel concipiet ex eo mulier.

Et ſi Venus perueniet ad locum Iouis, ſignificat plurimam fidem, & peregrinationem ad loca ſicca, & hæreditabit diuitias, & ad amicos peregrinabitur, & nouos amicos magnates adipiſcetur: ægrotabit etiam & ſanabitur. ♀ ♃

Et ſi Venus habet in anno aliquam dignitatem, patietur in gula. Si verò Iupiter habet in anno aliquam dignitatem, ægrotabit à cholera nigra.

Et ſi Venus ad locum Martis perueniet, ſignificat diligentiam ſuper venereis & nuptialibus rebus. Et ſi fuerint configurati ad inuicem, cōſequetur omnes petitiones ſuas in huiuſmodi rebus. ♀ ♂

Et ſi Venus ad locum Solis perueniet, habueritque ſignificationem in anno, & fuerint ambo in angulis, patietur neceſsitates, & timebit præſides. Si verò fuerint cadentes ab angulo, ægrotabit à calore. Et ſi Sol teſtimonium habet in anno, multiplicabitur gloria eius, & adipiſcetur dignitatem, & peregrinabitur & concupiſcetur. ♀ ☉

Et ſi in locum ſuum Venus regredietur, renouat ea quæ ſignificauit in figura natiuitatis, & augebitur theſaurus eius. ♀

Et ſi Venus ingredietur in locum Mercurij, ſignificat poſſe ſermonis & eloquentiam & doctrinam. ♀ ☿

Et ſi Venus habet dignitatem in anno: conuerſabitur cum ſibilatoribus & citharœdis & iocula-



Digitized by Google

toribus. Si verò fuerit mali eſſe, patietur læſionem.

♀ ☽ Et ſi Venus ingredietur ad locum Lunæ, & Luna fuerit boni eſſe, & habeat alterutra earum dignitatem in anno, ſignificat bonum eſſe, tã eius quàm conſanguineorum ſuorum, & fabulationem cum poteſtatibus, & adipiſcetur amicum aliquem æqualem fratri.

*De ſignificatione Mercurii cùm ingreditur ad loca, ex Hermete, cap. 47. lib. 2. & Abenr. c. 9. par. 6.*

☿ ♄ Quando Mercurius ingreditur ad locum Saturni ſecundum natiuitatem, & habebit ſignificationẽ in anno, liber à malis, ſignificat peregrinationem vtilem: & forſitan naſcetur ei puer. Et ſi habet ſignificationem Saturnus in anno, ſignificat obitũ filiorum, & languorem habentis reuolutionẽ, & iniquitatẽ & infidelitatem, & contemptum decretorum.

☿ ♃ Et ſi Mercurius ingredietur ad Iouem, & habebit alteruter eorum dignitatem in anno, ſignificat quòd natus habebit dignitatem ab aliquo excellentiore: & augebitur ſcientia eius & actus. Si verò fuerint impediti: ſignificat nocumenta & contentiones cum inimicis.

☿ ♂ Et ſi Mercurius ingredietur ad Martẽ, ſignificat quòd adaptabit mendacia, & falſas ſcripturas. Et ſi alteruter eorum retrogradiatur, ſignificat furta.

Et ſi Mercurius habet ſignificationem in anno, & impeditur à Marte, annus erit periculoſus. Et ſi cum his ſub radiis fuerit, timendum erit, ne forte interficiatur in loco peregrino.

☿ ☉ Et ſi Mercurius ingredietur ad Solem, & erunt in angulis: inueniet dignitatem & gloriam & maximè ſi ſunt in medio cæli.

☿ ♀ Et ſi Mercurius ingredietur ad Venerem, & habet dignitatem in anno, ſignificat inquiſitionem fabularum, & verſuum ac melodiarum.

☿ Et ſi Mercurius fuerit in locum proprium reſtitutus, & habeat dignitatem in anno, fueritque in angulo, ſignificat additionẽ glorię & diuitiarũ. Et ſi fuerit impeditus, ſignificat diuerſa impedimẽta.

☿ ☽ Et ſi Mercurius ingredietur ad Lunam, & Luna dignitatem habet in anno, ſignificat peregrinationem, & contentiones in itineribus, & inimicorum inſultus, & timorem ab eis.

Et ſi Mercurius dignitatem habet in anno, inueniet bona, & multiplicabuntur amici eius, & erit commendabilis. Si verò Luna fuerit mali eſſe, contriſtabitur propter quas prædiximus cauſas.

*De ſignificatione ingreſſus Lunæ, ex Hermete. cap. 48. lib. 2. & Abenrag. cap. 9. par. 6.*

☽ ♄ Luna reuolutionis tempore ingrediens ad Saturnum, habens ſignificationem in anno, ſignificat diſpoſitiones libidinoſas erga aliquas vetuſtiſſimas vel decrepitas mulieres: & ſi fuerit mali eſſe, ſignificat detentiones & contentiones: & ſi de periculo vitæ timetur, in illo anno forſitam morietur. Et ſi Saturnus habet dignitatem in anno, ſignificat rumores diuerſos & triſtes.

☽ ♃ Ad locum verò Iouis perueniens Luna cùm fuerit boni eſſe, ſignificat peregrinationem ad loca aquoſa, & ab his ad alia. Si verò fuerit mali eſſe, cadet in aduerſitates & ægrotabit.

Ad locum quidem Martis Luna ingrediente, cùm ipſe fuerit boni eſſe, inueniet dignitatem, & adhærebit militibus, ægrotabit à calore, & enormia patietur, & timores à poteſtatibus, & peregrinabitur peregrinationem inutilem. ☽ ♂

Et ſi Luna fuerit impedita tam in natiuitate quã in reuolutione, fueritque coniuncta Marti exiſtenti in malo eſſe: in illo die effundetur ſanguis per aliquem modum, & rixas habebit, & iniuſtitias, vel calumnias.

Et ſi Luna ad locum Solis peruenerit, habueritque dignitatem, patietur à poteſtate, vel ab habentibus poteſtatem malam, vel à perſonis maioribus. Et ſi Sol habet dignitatem in anno, adipiſcetur dignitatem aliquam, & priuabitur fortè matre, vel patre loco matris. ☽ ☉

Et ſi Luna ingredietur ad locum Veneris, & fuerit boni eſſe, ſignificat impedimenta in itineribus eius, & fortè nullum iter faciet illo anno, ſed morabitur in domo ſua, & cum ſocietate, & contriſtabitur propter cõſanguineos, & erit in requie & delectatione, & ſubſtantiã adipiſcetur immobilem. Si verò ipſa fuerit domina anni, cõſequetur gloriam, & vtilitatem habebunt per eum conſanguinei ſui. ☽ ♀

Perueniens autem Luna ad locum Mercurij, ſignificat peregrinationem, & nocumentum ab inimicis. Si verò Mercurius habuerit dignitatẽ in anno, erit proſperum eſſe eius, & adipiſcetur opes, & laudabitur à pluribus. Ad vnumquenque verò perueniens exiſtente reuolutione nocturna, erit in ſanitate & incolumitate, & conſequetur vtilitatem ex eo. Et ſi aliqui planetæ aſpexerint eum, oſtendent ſinguli operationem ſuam. ☽ ☿

Et ſi Luna fuerit impedita, & peruenerit ad locũ ſuum ſecundùm natiuitatem, vel ad eius oppoſitũ, habebit periculum illo die. Et ſi maleuolus peruenerit in reuolutione ad locum Lunæ, & aſpexerit Lunam, ſignificat ægritudines & triſtitias & anguſtias, & maximè ſi eſt maleuolus dominus anni, & eſt in reuolutione in loco contrario. ☽

Et ſi peruenerit Luna ad locũ maleuoli ſecundũ natiuitatem, idem accidet. Quando verò Luna in reuolutione anni eſt aſſociata per figurã beneuolo vel maleuolo: cũ perueniet per directionẽ ad corpus illius beneuoli vel maleuoli, vel ad radium alicuius eorũ: ſignificat bona vel mala ſecundùm naturã planetæ. Et quãdo perueniet ad Planetã ſignificantem ſecundùm natiuitatẽ bonũ vel malum, in illo die operationem oſtendet. Et cùm aliquis planeta ingredietur in aliquo tẽpore ad gradũ, in quo erat diuiſio vel diuiſor, vel ad gradum aſcendentis natiuitatis, vel ad gradũ aſcendentis reuolutionis, vel ad radios aliquorũ Planetarum, vel partes, vel duodenas particulas, vel ad dominos eorũ, mouet ſignificationẽ ſecundũ naturã propriã. Et ſi aſpexerit planeta locũ alteri᷒ planetę, à quocũque aſpectu renouabit ſignificationẽ ipſius. Et quãdo ingredietur planeta habẽs dignitatẽ in anno ad duodenariũ vel ſigni planetę cuius fuerit duodenarium, ſignificat eandẽ ſignificationẽ prædictorũ planetæ ac ſigni. Verbi gratia. Duodenariũ quarti loci accidet ad ſecundũ ſignũ, dicimus quidẽ, ꝙ cùm ingredietur ad locũ illũ planeta, habens dignitatẽ in anno, tractabit ea quæ pertinẽt ad domos & opes. Habet quidem & alias ſignificationes planetæ ſecundùm diſtan-

Digitized by Google

diſtantiam domorũ vnius ab alio, de quibus nihil dicimus pro eo quod poteſt addiſcens eas conie-cturare. Cùm enim ſignificauerint aliquid planetæ, tam ſecundùm radicem, quàm ſecundùm reuolutionem, certiores erunt diffinitiones euētuum. Oportet quidem aſpicere in ingreſsibus cui planetæ ingrediens configuratur de planetis ſecundum natiuitatem, vel ſecundum reuolutionem. Et ſi cõfigurantur planetæ ſecundùm natiuitatem, ſignificat euentũ eſſe, ex cauſa præcedenti. Si aũt configurantur planetæ ſecundùm reuolutionem, ſignificat ex cauſa ſuperuenienti: & ſi non configurantur alicui vel de his qui ſunt ſecundùm natiuitatẽ vel reuolutionem, ſignificat euẽtum eſſe ex cauſa improuiſa.

### *De domino circuli ſiue orbis ſignorum, ex Abenrag. cap. 10. par. 6.*

Dixit Hermes, quòd dominus circuli ſit de occultis ſecretis huius ſcientiæ, & ꝙ gens Babyloniæ occultabat, & non oſtendebat niſi ſapientibus, hoc ſcire merentibus, & habet magnam ſignificationẽ, & fortem in natiuitate & reuolutione annorum, & conſiderabis in natiuitatibus dominum orbis, ſiue circuli ſignorum in hunc modum. Aſpicies ſiquidẽ dominum aſcendentis natiuitatis cuiuſuis nati, ac eius primam horam, & dabis aſcendens eiúſque dominum, & dominum illius horæ primo anno eiuſdem nati: quoniam iſti duo ſignificabunt eſſe nati, quale ſit futurum in primo anno vitæ. Vnde ſi fuerint ambo bene diſpoſiti, bonum erit eſſe in anno illo: ſi autem fuerit contrarium, contrarium iudicabis. At ſi vnus fuerit bene diſpoſitus, alter verò malè, tunc eſſe nati mediocre futurũ poteris nunciare, niſi Luna, vel domini triplicitatum vel terminorum contra operentur. Idem poteris dicere de infirmitate & incolumitate corporis eius.

Deinde aſpicies dominum ſecundæ domus, atque dominum ſecundæ horæ qualiter ſint diſpoſiti: nam ſi fuerit eorum diſpoſitio bona, bene diſponetur nati ſubſtantia in anno ſecundo: de contrario contrarium iudicabis. Quòd ſi vnus fuerit bene diſpoſitus, alter verò malè, ſubſtantia nati mediocriter diſponetur.

Poſt hoc aſpicies dominum 3. domus, & dominum 3. horæ qualiter ſint diſpoſiti: nam ſecundum eorum eſſe diſponetur eſſe fratrũ in 3. anno. Et ita per ordinẽ procedendo ſecundũ diſpoſitionem, & eſſe dominorum domorũ, & horarũ vſque ad duodecimum iudicabis de ſignificatis omnium domorũ in annis ſuis, ſecundum prædictum modum, qui nunc dictus eſt in prima, ſecunda, & tertia domo.

In ordine nunc de domino orbis ac domo figuræ cæleſtis, quam idem dominus orbis gubernabit determinandum. Pro hac autem reformabis tibi tabulam, vt in promptu omnia habeas ad manus. Pone in primo ordine annos ætatis nati tui ſecundùm ordinem, & pro primo anno, colloca planetam dominum horæ tuæ genituræ. Pro ſecũdo anno planetam mox ſequentem in ordine orbium planetarum deſcendendo, & ſic in finem vſque annorum tuorum. In tertio verò ordine pone domũ primam pro primo anno, ſecundam pro ſecundo, vt in ſequenti tabula, quæ pro genitura inferius poſita in exemplum dictorum ponitur.

| Anni. ætatis. | Domini orbis. | Domus |
|---|---|---|
| 1 | ☉ | 1 |
| 2 | ♀ | 2 |
| 3 | ☿ | 3 |
| 4 | ☽ | 4 |
| 5 | ♄ | 5 |
| 6 | ♃ | 6 |
| 7 | ♂ | 7 |
| 8 | ☉ | 8 |
| 9 | ♀ | 9 |
| 10 | ☿ | 10 |
| 11 | ☽ | 11 |
| 12 | ♄ | 12 |
| 13 | ♃ | 1 |
| 14 | ♂ | 2 |
| 15 | ☉ | 3 |
| 16 | ♀ | 4 |
| 17 | ☿ | 5 |
| 18 | ☽ | 6 |
| 19 | ♄ | 7 |
| 20 | ♃ | 8 |
| 21 | ♂ | 9 |
| 22 | ☉ | 10 |
| 23 | ♀ | 11 |
| 24 | ☿ | 12 |
| 25 | ☽ | 1 |
| 26 | ♄ | 2 |
| 27 | ♃ | 3 |
| 28 | ♂ | 4 |
| 29 | ☉ | 5 |
| 30 | ♀ | 6 |
| 31 | ☿ | 7 |
| 32 | ☽ | 8 |
| 33 | ♄ | 9 |
| 34 | ♃ | 10 |
| 35 | ♂ | 11 |
| 36 | ☉ | 12 |
| 37 | ♀ | 1 |
| 38 | ☿ | 2 |
| 39 | ☽ | 3 |
| 40 | ♄ | 4 |
| 41 | ♃ | 5 |
| 42 | ♂ | 6 |
| 43 | ☉ | 7 |
| 44 | ♀ | 8 |
| 45 | ☿ | 9 |
| 46 | ☽ | 10 |
| 47 | ♄ | 11 |
| 48 | ♃ | 12 |
| 49 | ♂ | 1 |
| 50 | ☉ | 2 |



Digitized by Google

| Anni ætatis. | Domini orbis. | Domus. |
|---|---|---|
| 51 | ♀ | 3 |
| 52 | ☿ | 4 |
| 53 | ☽ | 5 |
| 54 | ♄ | 6 |
| 55 | ♃ | 7 |
| 56 | ♂ | 8 |
| 57 | ☉ | 9 |
| 58 | ♀ | 10 |
| 59 | ☿ | 11 |
| 60 | ☽ | 12 |

*Ad inquirendum ad quæ ſigna perfectiones annuæ Orientis, Medii cæli, & ſeptem planetarum in annis ætatis nati pertingant.*

Formabis tabulam perfectionum tali ordine. Pone in primo ordine annos ætatis ab vno in 12. In ſecundo ordine annos à 13. in 24. In tertio ab 25. in 36. & ſic conſequenter vſque ad annos vltimos ætatis nati. Deinde ad dexteram illorum annorum ætatis, pone in directo 1. anni ætatis ſignum aſcendentis, deinde ſignum Lunæ in ſecundo ordine. Itẽ ſignũ Solis in tertio ordine: & ſic de ſingulis: demũ à capitibus illorum ordinum deſcendendo ſcribe ſequentia ſigna ſecundùm ordinem ſignorum, & parata erit tabula. Pro huius rei exemplo vide hanc tabulam ſequentem genituræ inferius propoſitæ.

*Tabula radicum profectionum.*

| Anni ætatis. | | | | | Aſc. 6 33 | ☽ 0 24 | ☉ 4 45 | ♄ 8 52 | ♃ 0 31 | ♂ 11 40 | ♀ 26 50 | ☿ 26 34 | M.C. 21 47 | P. for. 2.11 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 13 | 25 | 37 | 49 | ♌ | ♏ | ♌ | ♓ | ♓ | ♎ | ♊ | ♌ | ♈ | ♏ |
| 2 | 14 | 26 | 38 | 50 | ♍ | ♐ | ♍ | ♈ | ♈ | ♏ | ♋ | ♍ | ♉ | ♐ |
| 3 | 15 | 27 | 39 | 51 | ♈ | ♑ | ♎ | ♉ | ♉ | ♐ | ♌ | ♎ | ♊ | ♑ |
| 4 | 16 | 28 | 40 | 52 | ♏ | ♒ | ♏ | ♊ | ♊ | ♑ | ♍ | ♏ | ♋ | ♒ |
| 5 | 17 | 29 | 41 | 53 | ♐ | ♓ | ♐ | ♋ | ♋ | ♒ | ♎ | ♐ | ♌ | ♓ |
| 6 | 18 | 30 | 42 | 54 | ♑ | ♈ | ♑ | ♌ | ♌ | ♓ | ♏ | ♑ | ♍ | ♈ |
| 7 | 19 | 31 | 43 | 55 | ♒ | ♉ | ♒ | ♍ | ♍ | ♈ | ♐ | ♒ | ♎ | ♉ |
| 8 | 20 | 32 | 44 | 56 | ♓ | ♊ | ♓ | ♎ | ♎ | ♉ | ♑ | ♓ | ♏ | ♊ |
| 9 | 21 | 33 | 45 | 57 | ♈ | ♋ | ♈ | ♏ | ♏ | ♊ | ♒ | ♈ | ♐ | ♋ |
| 10 | 22 | 34 | 46 | 58 | ♉ | ♌ | ♉ | ♐ | ♐ | ♋ | ♓ | ♉ | ♑ | ♌ |
| 11 | 23 | 35 | 47 | 59 | ♊ | ♍ | ♊ | ♑ | ♑ | ♌ | ♈ | ♊ | ♒ | ♍ |
| 12 | 24 | 36 | 48 | 60 | ♋ | ♎ | ♋ | ♒ | ♒ | ♍ | ♉ | ♋ | ♓ | ♎ |

*Perfectiones annuales, ſcilicet Orientis, Medii cæli, Solis & Lunæ, & aliorum planetarum, quando peruenerint ad aliqua ſigna, in quibus fuerant in radice aliqui planetę, quid ſignificent.*

Orien. ♄ ♂ Si profectio Orictis venerit ad aliquod ſignum, in quo in radice fuit planeta maleficus, peſsimum denotat annum, præcipue Saturno per noctẽ, Marti autem de die, corporis enim pericula, inſalubritatem, & vitæ diſcrimẽ indicit, timores, horrores, accuſationes, turbationes, caſus, & nocumenta.

Or. ♃ Si profectio horoſcopi, ſiue Orientis venerit ad ſignum in reuolutione, in quo Iupiter fuit in radice: clarum, ſalubrem, locupletem, & vndique diuitem annum denotat, gloriam, & inclitos principatus. Aliquibus potentiores erunt auxilio, & coram primatibus, atque principibus plus ſolito cæteris præponentur ſic geniti illo anno. Aliqui autem accuſationes, & vitæ diſcrimina euitantes ſolabũtur. Alioqui exiliis, aut carceribus deputati auream conſequentur libertatem, & Veneri fœmineæ ſeruientes, liberos ſeminabunt formoſiſsimos.

Or. ♀ Si profectio Horoſcopi venerit ad ſignum in reuolutione, in quo fuit in radice Venus, bonum annum, ſalubrem, iucundum, & venereũ denotat, laudéſque & fœmineas commixtiones, & cum Venereis conſortia: faciétque natum ita alacrem, prudentem, & à malis liberationem contribuet: decernit etiam connubia, & ſobolem, aut cum Venereis commercium: faciétque ita genitos ad gaudia, Venereas voluptatum illecebras, muſicam, & res odoriferas procliuiores.

Si profectio horoſcopi venerit ad ſignũ in reuolutione, in quo fuit in radice Sol: natũ decernit ad maiora, & altiora aptũ, glorioſum præterea, & vtilem annũ. Illis aũt qui ſunt in expectatione aliqua, maiores principatus, lucra, & fœlicitates præſagit. Or. ☉

Si profectio Horoſcopi venerit ad ſignũ in quo fuit Luna in radice, mutabilẽ annũ, & in rebus agẽdis aptũ ſignificat, adeo quidẽ φ ita genitus res varias, atque diuerſa negocia abſoluet: ad itinera ſolito procliuior erit, & altis ẽt mulieribus vtilitates, laudes, actionéſq; ẽt hoſpitalitatẽ, & frugalitatẽ decernit, eò maximè ſi à beneficis Luna teſtimonium habeat. In peregrinatione lucra, & proſperitatem habebit, ſed à maleficis planetis Luna ſi infortunatur, prædic contrarium. Ad hæc autem adiiciet turbationes, & pleraque diſcrimina. Or. ☽

Si Horoſcopi profectio venerit ad ſignũ in reuolutione in quo fuit Mercuri' in radice, rebus agẽdis aptũ, lucroſum, & frugi annũ ſignificat. Sin à maleficis infeſtetur, atque inficiatur vterque, litigioſũ, damnoſũ, & inſalubrẽ. Similiter ẽt & planetæ horoſcopo tẽpora diſtribuentes, eadem portẽdunt: ſecundum aũt vniuſcuiuſque propriã in themate diſpoſitionẽ, & apoteleſma, vel ſicut adinuicẽ diſponãtur, ſiue boni fuerit, ſiue mali pronũciabis. ☿

De

Digitized by Google

### *De Lunæ profectionibus.*

● ♄ Si profectio Lunæ venerit ad ſignum, in quo fuit Saturnus in radice, annus erit varius, & in rebus omnibus ſuſpenſus, ſiue inſalubris, ac moleſtus: matris quoque (ſi eam habuerit) debilitatem, grauem ægrotationem, vel mortem obnunciat. Multorum quoque inimicitias excitabit, rerum inſtabilitatẽ, laborioſas locorum mutationes, actionum tarditatem, corporea pericula, ſenſuum, & cerebri inuolutionem, inteſtinorum dolores, ventriſque acerbos cruciatus, & maximè ſi occidua fuerit: quòd ſi Orientalis, minus malum, tempus tamen nocuum & mœſtum ſignificat.

● ♃ Si profectio Lunę venerit ad ſignum, in quo fuit Iupiter in radice, bonum tempus, & in rebus agendis aptum demonſtrat. In acquiſitionibus, & laudibus maiorum rerum opinionem, & principatum, à mulieribus vtilitatem, & dona, inuxoratis nuptias, vxoratis ſobolem. cum Iouialibus conſuetudinem, & amicitiam vtilem, & glorioſam. Matrem habentibus augmentum vitæ matris, & gloriam, negociorum præterea correctionem, & rerum ſperatarum perfectionem, & in ſingulis fermè negotiis proſperitatem, cum optima corporis valetudine ſignificat.

● ♂ Si profectio Lunæ venerit ad ſignum, in quo fuit Mars in radice, difficilem annum denunciat, & maximè ſi ab ortu feratur in die, fuerit ſcilicet, per diẽ orientalis, debilitatem enim, & pericula minatur, ſanguinis effuſionem, & caſus, vel ignis nocumentum, damnáque, domeſticorum ſeditiones, mulierúmque mortem, vel vxoris repudiationem, atque diuortium, popularium inimicitias, & iudicia, conuitia, accuſationes, turbarum inſurrectionem decernit. Si autem curſu vacua fuerit Luna, vel per noctem occidua feratur ad maleficos, vel Solis combuſtionem, ſequentium temporum denotat correctionem, non ſine tamen periculis & laboribus.

● ☉ Si profectio Lunæ venerit ad ſignũ, in quo fuit in radice Sol, vaniloquia in illo anno excitabit, & plurimas confabulationes, eo maximè, ſi à maleficis illuſtretur, aut eis iungatur. Actionum vtique impedimenta, & vanas ſpes demonſtrat, domeſticas ſeditiones, & perturbationes, fœmineas quoque implicationes, vel nuptias ſignificat. Illis autem, qui incolumes ſunt, & in maxima vitæ gloria, confabulationes, emptiones, & negociorum correctionem pronunciat, & fœlicitatem, vel in muneribus, aut aliis quibuſdam beneficiis aut beneficentiis, lucrorum commoda præſidia.

● ♀ Si profectio Lunæ venerit ad ſignum, in quo fuit in radice Venus, efficax erit in rebus omnibus, & perfectus ductor ille annus, immo lucra, gloriam, laudéſque nato præſagit à cunctis ferè mortalibus. Ex venereis gaudia, & fœminis delectationes, & fortaſſe nuptias iis qui vxore caruerint, pulchram quoque ſobolem ſuſcipient. Verum enimuero ſi in alienis domiciliis reperiatur, vel à maleficis aſpiciatur, mœrores, ægrotationes, & bonorum iacturas minatur, & fortaſſe mortem, & propter fœmineas perſonas, & venereos damna, & expenſas vniuerſaliter demonſtrat. Huiuſcemodi ſiquidem profectio ſemper quodammodo ſeditiones, zelotypiam, & inſtabilitates animorum inducere conſueuit, inimicitias quoque erga cognitos, vel cognatos, domeſticos & amicos.

● ☿ Si profectio Lunæ venerit ad ſignum, in quo fuit in radice Mercurius, in rebus agendis idoneum, & egregium annum ſignificat, fœmineíſque rebus diſpoſitum, & laudabilem, in mercibus lucrigerum, eo maximè ſi cum beneficis in themate reperiantur. Cum maleficis autem lites, iacturas, & turbationes obnunciat, argentearum rerum gratia, vel ſcripturarum, & rerum publicarum, aut ſtudiorum. Quòd ſi Mercurius in domiciliis ſuis reperiatur, prædicta omnia ad amuſſim perficientur, & ita genitus in peregrinationibus fortunabitur. Sin autẽ in alienis, ſecus accidet, & plurimæ fient mutationes, non ſine diſpendiis, & vitæ periculis.

● Haud iucundus erit ille annus, quando Luna ad ſignum eius venerit per profectionem, inimicitias enim inducet, & contrarietates à maioribus perſonis, præcipuè mulieribus, & plebeis, quin etiam vitæ eius, & vxoris aduerſum ſtatum. Si autem à maleficis hoſtiliter irradietur, corporis debilitatẽ, & repentina pericula denunciat, præſertim ſi anni illius ſceptra ſuſceperit. Conſiderare autem oportet hoc tempore ſignum, quod Luna poſſidebit, ne quo modo in curſu malè affecta quid deterius ſignificet. Si autem à beneficis illuſtretur fœlicibus radiis, quæ diximus, mala eripiet, & pericula elangueſcere faciet, immo hoſpitalitatem inducet, & lucriferas regionum mutationes: infortuniorum quoque correctionem, & fœlicitatis incrementa contribuet. hæc de Luna ſint ſatis.

### *De profectionibus Solis.*

☉ ♄ Si profectio Solis venerit ad ſignum, in quo fuerit Saturnus in radice: malum denuntiat annum, inertiam vtique, moleſtias, & in ocio animi turbas, aduerſarios, & multos excitabit inimicos nato infenſos: reprehenſiones præterea potentiorum, atque à maioribus, & ſenioribus vexationes, negotiorum reiterationes decernit. nati enim negocia nouam lucubrationem expoſtulabunt, aut cum difficultate abſoluentur. Aegritudines quoque, & oculorum, capitis, ſtomachi, & cordis dolores prouocabit, morbúmque veternum, & multa incommoda vitæ, motus moleſtos ſiue itinera infauſta, & damnoſa, timores, ſubditorúmque aggreſſiones, & inſidias, furta, rapinas, expilationéſq; ſaturninorum, vel patris, aut patri ſimilis mortem, aut grauem ægritudinem prænunciat: ſæpiſſimè etiam natus ille incuſabitur. A beneficis tamen Sol & Saturnus recepti, & bene affecti, malignos huiuſcemodi afflatus elangueſcere facient.

☉ ♃ Si profectio Solis venerit ad ſignum, in quo fuerit in radice Iupiter: clarum, glorioſum, lucriferum, & ſalubritati accommodatum ſignificat annum, & patri gloriam parat, ſi eum habuerit. Maiorum commendationem, dona, proſperitatem, & officia conſequetur natus à potentioribus, alioqui principatum aliquem, ſiue magiſtratum à rege, vel potentioribus. Sobolem quoque ita genitus ſeminabit, quòd ſi vxore caruerit, eam ducet illo anno, vel fient multa verba de eius connubio, alioquin nuptias futuras celebrabit. In rebus præ-



Digitized by Google

tera agendis prudens erit, & egregius optimam ſpem de ſe tribuens.

☉ ♂ Si profectio Solis venerit ad ſignum, in quo fuit Mars in radice, morboſum & periculoſum denũciat annum, patri etiam vitæ pericula: ei tamen cicatrices aut vulnera infligentur in capite, vel ſecus oculum. Inciſioneſque aliquas ex ferro, vel phlebotomia, ſiue ſanguinis effuſionem patietur: ex caſu ab alto, vel equo calcitroſo vitæ pericula ſubibit: perturbationes quoque plurimas, & rerum ſuarum intempeſtiua detrimenta patietur: quin & potentiorum inimicitias, vel ſubditorum, aut patris vexationes. Cum multis etiam ex iure manum conſeret natus: ex igne, aut incendio aliquo pericula ſubibit.

☉ ♀ Si profectio Solis venerit ad ſignum, in quo fuit Venus in radice, bonum, & amabilem annum ſignificat. laudabitur enim natus, & amicitias acquiret lucriferas, & honoratas: dona etiam à potentioribus, & cum venereis gaudia, & oblectationes habebit. Pronunciat inſuper cum nobilibus, & venereis iucundas familiaritates. Item nuptias, & ſobolis procreationem illo anno, Emptiones quoque gemmarum, & ornamentorum muliebrium, & ſeruorum obſequia. Illis autem qui ſunt in expectatione principatus, gloriam, honores, lucra, & inſignes atque egregias laudes præſagire videtur, & in ſpe erit natus maiorum rerum, atque ab omni nota liberabitur illo anno.

☉ ☿ Si profectio Solis venerit ad ſignum, in quo fuit Mercurius in radice, bonus erit annus rebus agendis, lucroſus, & aſſociabilis, erga ſubiectas gentes beneuolus, & circa legationes, largitiones, & receptiones efficax. Sed ſi qualibet radiatione à maleficis illuſtretur, aut præſentia maleficorum inficiatur, lites, & turbationes ſcripturarum, vel aurearum, aut argentearum rerum cauſa indicat: ſeruilium quoque perſonarum timores, & amicorum intempeſtiuas, & damna afferet, & in mercibus detrimenta.

☉ ☽ Annus erit rebus agendis aptus, quando profectio Solis venerit ad ſignum, in quo fuit Luna in radice: & natum faciet ſolito humaniorem, ſeu clementiorem, & ex prædiis maximam denique vtilitatem largietur, eique mares, & fœminæ pariter vtilitati erunt non mediocri: à nobilibus, & plebeis laudabitur: vxorem ducet, conſortium habebit cum primatibus vtile & honorificum: pulchrã ſobolem procreabit: ab hoſpitibus libenti animo recipietur, vel cum optima hoſpitalitate à principibus dona habebit, & in rebus ferme omnibus fælicitatem, atque in negotiis ſuis abſoluendis facilitatem.

☉ Si profectio Solis venerit ad ſignum, in quo ipſe fuit in radice, natum in ſuis actionibus clarum & inſignem reddet, altiori & maiori laude coronabitur, inexpectatas habebit vtilitates. Si autem & cũ beneficis reperiatur, vel teſtimonium habeat, maiorem gloriam, & vtilitates inducet. Quòd ſi nocturna fuerit genitura, minorum erit virium, & turbatus fiet, inimicitias denotat, & iudicia, vel inuidias, atque moleſtas cauſas. Si autem & male fuerit affectus, & teſtimonium habuerit, vitæ diminutionem, ſeu corporis inſalubritatem & gloriæ ſubuerſionem inducit, hoſpitalitatis diſcrimina, & inimicitias potentiorum, vel periculorum, & rerum turbationes, vulnera, ſeu cicatrices, ab equis calcitroſis pericula, quin & capitis atque ſtomachi dolores acerbos, & patri, ſi ſit, aut quem loco ipſius habuerit, ægrotationes, aut mortem ſignificat.

In primis tamen planetarum naturas conſiderare oportet, & quonam pacto in themate collocentur, quiſque enim propriam domum irrigans, aut fœliciter illuſtrans, & bene in ſubiecto genituræ, & voluminis themate collocatus, apoteleſmaton vires oſtendet, cæterorúmque teſtimonia, & maximas introitus, ſiue reditus vires frangens, vel ad augendum malum, vel inferendum auxilium, & accerſendam gloriam. Melius autem erit ſi in bonis ſignis, ac locis reperiantur, & orientales ſint, ac recepti. Si autem occidentales fuerint, vel in alienis domibus peregrini, & malè affecti, in contrariam conuertuntur naturam.

*De profectionibus Saturni.*

Si profectio Saturni venerit ad ſignum, in quo fuit ipſe in radice, otia, inertiam, torpores, vexationes, mœrores, & animi moleſtias inſinuat illo anno, & à maioribus ſiue ſenioribus ignominias, & inimicitias: in negociis etiam abſoluendis natus impedietur, & ſi quid fecerit, inſtabile erit, vel reiterationem expoſtulabit. Quòd ſi à Marte, & Mercurio hoſtilibus radiis inſpiciatur, ſcripturarum cauſa, lites, iurgia, & calumnias, & antiquarum rerum, aut mortuorum gratia, diſpendia, iacturas, & maleficia patietur, dolóſque, & quæcunque à maleficiorum iracundia, vel adulterinæ pecuniæ accuſationibus pollicebantur, illa temporis annua intercapedine perficientur. Mitior tamen fiet natus, & cum tarditate aliquibus vtilis, & ſibi ipſi damna inferet. ♄

Si profectio Saturni venerit ad ſignum in quo fuit Iupiter in radice: bonum annum, et rebus agendis aptum demonſtrat: hæreditates enim et receptiones, ſiue munera et à potentioribus largitiones, et lucra ab inſperato, vel abſque nimio ſudore pollicetur. Ex ſenioribus quoque, vel mortuis hæreditatem, vel vtilitatem, et fundorum, vel poſſeſſionum, rerúmque ſtabilium dominia, et poteſtatem habebit. Quidam verò ſic geniti ex aqueis, vel humidis rebus vtilitatem ſortientur, aut nauiũ gubernatores efficientur, vel ex concionibus, et ſuis ingenij dotibus lucra aſſequentur, domos ędificabunt, antiquarúmque rerum ędificia reſarcient, aut ſacellum aliquod erigentes, honorabuntur in vita. Quòd ſi Saturnus et Iupiter aliquo modo Mercurij teſtimonium habuerint, vel illos Mercurius malignis intueatur radiis, lites, iurgia, aduerſitates illo anno expectantes inopinata damna patientur. ♄ ♃

Si profectio Saturni venerit ad ſignum in quo fuit Mars in radice: peſſimum, et pernicioſum, vel ſatis periculoſum denũciat annum: corporis enim inſalubritatem, et debilitates obnũciat, inſidias, et turbationes excitabit, et multa ex Martialibus et Saturninis diſcrimina, propiorum ſiue conſanguineorum, et domeſticorum mortes denunciat, aut ipſorũ cauſa natus lites, turbatiões, et dãna ſuſtinebit: amicorũ ingratitudines, domeſticorũ ſeditiones ♄ ♂

Digitized by Google

nes,& accuſatiões,maiorũ, potẽtiorumq; inimicitias,& timores,vel patris,ſi ſit, vel ſeruorum mortẽ,aut infortunia,hoſpitalitates varias & periculoſas decernit.Si autẽ aliquo modo malè affecti fuerint in ſignis præcipuè aqueis,naufragia,& ſubuerſiones,paſsionéſque & nocumenta minatur. Sin in bonis ſignis bene fuerint collocati, vel bonorum teſtimonium habuerint, prædictorum malorum plures cauſæ diſsipabuntur.

♄ ☉ Si profectio Saturni venerit ad ſignũ,in quo fuit Sol,patris vitæ periculum vel mortem denuntiat, ſi patrem habuerit natus,vel eiuſdem debilitatem, & ſuſpenſum annum inſinuat,inimicitiaſque & dãna vel lites,ſenſuum cerebríque labores & paſsionum moleſtiarúmque recordationes erga amicos, atque domeſticos puſillanimitatem demonſtrat. Quòd ſi diurna fuerit genitura,ſecus erit, cum impedimentis enim & animi turba ac moleſtiis lucra & ex mortuis vtilitates portenduntur.

♄ ♀ Si profectio Saturni venerit ad ſignum, in quo fuit in radice Venus,nati vxorum diuortia ſeparationeſque, vel à fœminis venereiſque iniurias, & fortaſsis mortem videbunt, circaque cõiunctas implicabuntur, inſtabileſque erũt ad nefarios coitus propenſi. Aliqui etiam inſidias patientur, vel veneni vires ſentient,ſeu pocula deguſtabunt,& debilitates & refrigerationes,& inteſtinorum perturbationes expectabunt,& in profluuij morbũ incidẽt. Circa lites,aduerſitates plurimas,& negotiorũ imperfectiones impedientur,itaque multas res exordientur, eaſque abſoluere neutiquam poterunt. Quòd ſi fœminæ, vel mulieris fuerit genitura, huiuſcemodi profectio acerbos dolores excitabit, & ſi prægnans fuerit,abortiuum faciet ſatis cum vitæ periculo,& cum riualibus,aut amicis viro inſidias parabit, fiétque inter eos diuortium.

♄ ☿ Si profectio Saturni venerit ad ſignum , in quo fuit Mercurius in radice:rerum antiquarum,vel ſecretarum cauſa moleſtias,& alterationes obnũtiat, argentearúmque,vel iudicialium elargitionũ quoque & receptionum in rebus perficiendis impedimenta,deceptiones,damna, & inimicitias ſubibit natus,videbítque ſuorum mortem, hiſque tẽporibus ſagax,prudens,& curioſus erit,inq; fideiuſsiones,& vſuras incidet, & propter ſcripturas damna ſentiet,ſecũdum ipſorum in themate diſpoſitionẽ, vel etiã cæterorum. Tetragoni enim & diametrales aſpectus peſsimi ſunt, & deſtruentes: inducunt enim mortuorum cauſa timores,& turbationes.

♄ ☽ Si profectio Saturni venerit ad ſignum, in quo fuit Luna in radice, matrem habentibus, periculũ matris, non habentibus verò fœminearum perſonarum, vel popularium pericula nato denuntiat: inimicitiaſque, & ſeparationes ab vxore, vel amica, & cum amicis diſsidia,calumnias, & nocumenta, atque negotiorum turbationes, & impedimenta, periculoſos metus,corporeaſque debilitates, capitis temporeaſque paſsiones indicit : in oculis, præcipue ſiniſtro,aliquid ſiniſtri,inteſtinorum quoque turbationes,& neruorum retractiones, fractionéſque & inumbrationes, inopinatoſque caſus , ſignificat.

*De profectionibus Iouis.*

♃ ♄ Si profectio Iouis venerit ad ſignum,in quo fuit in radice Saturnus:ſuſpenſos,ac moleſtos motus,& itinera,alioqui negotiorum,nedum locorum mutationes,& pleraque incommoda nuntiat. Domeſticorum,& ſeruorum inobedientiam,& quorundam mortes ſiue infortunia,inſtabiles ſodalitates,ſociorum,ſeu amicorum inimicitias excitabit,ſed in rebus,negotiiſq; agendis natum reddet aptum & ſagacem,cum tarditate tamẽ & incredulitate:in colloquiis pariter peritum, & in petitionibus diſpoſitum, & ſatis importunum faciet.

♃ Si profectio Iouis venerit ad ſignum,in quo ipſe fuit in radice,bonum,& in rebus agendis aptum annum pronuntiat,& auxilia ab amicis,patrocinia,& dona à potentioribus,negotiorum correptionem, optimam fidem,& bonam religionem: domus ſuæ, domeſticorúmque regimen,cum laudibus maiorũ, iucundæ ſobolis, ſeu filiorum procreationes inſinuat. Quòd ſi à Marte quoquomodo hoſtilib' radiis inſpiciatur, inequalitates vitæ, & inopinata incommoda portendit.

♃ ♂ Ille annus,quando profectio Iouis venerit ad ſignum,in quo fuit in radice Mars,nocuus erit,& turbulentus:& erga potentiores damna,inimicitias,calumnias, deſpectúſque,& proditiones aliquas continet,quin & pericula,peregrinationes,& periculoſas ęgrotatiões. quòd ſi fuerit propè climactere,vel mortem,aut vitæ inęqualitatem,& damna demonſtrat. Quòd ſi alicuius publici viri,ſeu principis,vel exercituum ductoris fuerit genitura,& thema bene ſit diſpoſitum,laudes,& fœlicitates promittit,donaque,& promiſsiones concedit,ſuſpitionem aliquã, & timores,& animi moleſtiam inducet.

♃ ☉ Si profectio Iouis venerit ad ſignum,in quo fuit in radice Sol,lucidum,glorioſum,& rebus opibuſque acquirendis,negotiiſque abſoluendis aptũ tẽpus demonſtrat,& ad maiorũ laudes, atque fœlicitates inducit,principatuſq; & promotionẽ, in ſtemmatibus,& honoris dignum reddet natum: facere etiam conſueuit ex nobili proſapia genitos ſæpenumero duces,exercituumque ductores:ſubſtãtiæ facultates,& bona fortunę manifeſtius dilatabit,ſecũdum thematis ordinem,& diſpoſitionem,Illis autẽ qui mediocris ſunt fortunæ,actiones præbet,infortunia eripit,libertatem,laudes,auxilia,largitiones, commodas locorum mutationes, fidas amicitias, filiorum natales, & corporis ſalubritatem manifeſtat. At maximè ſi in diurna genitura fuerit Iupiter bene diſpoſitus,& Sol in conuerſionis ſchemate aliquod teſtimonium habuerit.

♃ ♀ Si profectio Iouis venerit ad ſignum in quo fuit Venus in radice,vtilem,prædiuitem,lætum, & glorioſum contribuet annum,ad venereas voluptates inducet,procliuiorẽmque efficiet,à mulieribus laudes,dona,& vtilitates:conuertétque natum ad amplexus,coitum,venereos, cupidineóſque cõflictus, & amicitias,ad res odoriferas,& lauta cõuiuia procliuiorem. In vxoratis nuptias, vxoratis prolem,& gratos natales pollicetur. In nobilium verò genituris ſtemmata contribuet, vexilla ferentes, & exercitum militumque acies cum ſumma laude gubernantes faciet: aut ciuibus,& populis iura miniſtrabunt, munerumque multitudinem ſortientur, & maiores fœlicitates ac præfecturas promittit,corporis quoque ſanitatem, et multorum ornamentorum dominia poſsidebunt ita geniti.

Si pro

Digitized by Google

♃ ☿ Si profectio Iouis venerit ad ſignum, in quo fuit Mercurius in radice, in rebus agendis aptum, & lucroſum annum pronuntiat, negociorumq; explicationes, aliquibus propter rationes, vel ſcripturas, negotiationes, aut ſuffragia, lucrorũ copioſa præſidia, & cũ vtilitate laudẽ pollicetur: ſocietatéſque & maiorũ amicitias contribuet, & ab eis dona & ſcripturarum officia conſequetur, & ex depoſitis, vel lucris vtilitatem, vnde plures ſolito paſcet ſeruos. Aliqui autem ad maiora officia, & altiorem gradum promouentur, eo maximè ſi vterque in vtroq; themate fuerit bene diſpoſitus: Male autem affecti vniuerſaliter illo anno inter turbas accuſãtur, turbãtur, & clamores ſuſtinent. Si enim malè diſponãtur, & à maleficis diametra, vel tetragona, aut coniunctionali radiatione infeſtentur, certamen non dubium expectabunt, & timidi viuent.

♃ ☽ Si profectio Iouis venerit ad ſignum, in quo fuit Luna in radice: ſaluberrimum, aptum rebus agendis, & prædiuitem annum ſignificat, ex fœmineiſq; vel maioribus perſonis laudes, vtilitates, gloriáq; principatum, & præfecturam pollicetur, periculorum euitationem, ornamentorum, & ſeruorum dominia, prolificum ſemen, ſeu filiorum procreationem, cum fœminis implicationes, donaque à potentioribus, lucra & ſcripturarum officia lucrigera, & matris bonam valetudinem matrem habẽtibus ſignificat. Si autem thema bene conſtituatur, depoſitorum cauſa dominos facit, vel theſauri inuentionem, aut lucra abſque labore promittit, & diis gratos efficit, & malitias, & dolos repellit.

*De profectionibus Martis.*

♂ ♄ Si profectio Martis ad ſignũ venerit, in quo fuit Saturnus in radice, peſſimum annum, & turbulentum denotat: verſabũtur enim ita geniti in litibus, doloribus, damnis, & rebus irritis, propriorum, ſiue domeſticorum pericula, vel mortem & corruptionem videbunt, & ipſi in res violentas, & varias turbas incident, atque moleſtias, & in nouas peregrinationes damnoſas & mœſtas, vel in piratarum incurſiones, in ægrotationéſque, debilitatẽ corporis, & repentina vitæ pericula, & fortunarum iacturas, inimicorumque ſeditiones, & à ſenilibus perſonis iniurias, & mœrores patientur, propterque turbulentias, & timores, & defenſiones mœſti efficientur, atque cogitabũdi. Secus ſi in propriis ſignis fuerint collocati, vel à beneficis teſtimonium ſuſceperint, extremas has cauſas ſuſcipient, & tuebuntur.

♂ ♃ Si profectio Martis ad ſignum venerit, in quo fuit Iupiter in radice, pulchrum, & in rebus agendis aptũ ſignificat annũ, actiones inducens virtute refertas, vel à potẽtioribus lucra, vtilitates, laudes, & optimam ſpem, & expectatarum rerum perfectionẽ pollicetur. Si autem natus ita ius habeat rei militaris, illo anno militabit, & exercitui præerit cum lucro, & honore maximo. Qui verò in maiori dignitate fuerit, vel in aliquo dominio, ſiue imperio, & gloria poſiti, illo anno incliti fiet, & locorum optimas facient mutationes, & quum prius vitæ inæqualitates, & expenſas perpeſsi fuerint, propria ſeu magna ornabuntur ſubſtantia. Quòd ſi Mars Iouem tetragono, vel diametro aſpectu infecerit: contrarietates plurimas, & dãna inferet, & multa mala demõſtrabit. Bene autem affecti in vtroque themate ſanitatem, bona fortunæ, & gloriam contribuent.

Si profectio Martis venerit ad ſignum, in quo in radice fuit ipſe, ſi diurna fuerit genitura, iniucundũ & turbulentum faciet annum. indicit enim inimicitias, & nocumenta, & publicarum rerum cauſa calumnias: vel natus ita rerum ſuarum diſsipator erit. Aliqui autem ex rebus bellicis, vel cõmilitonibus, aut viris poteſtatem habentibus calumniati, damna ſentient, vel cum martialibus verſabuntur, & dãnoſum habebũt cõmercium. Quòd ſi nocturna fuerit genitura, non malus erit annus, ſed vtilis & glorioſus, & maximè ſi in principalibus ſignis Mars reperiatur. Verſabuntur enim cum iis, qui martiales, vel publicas actiones exercebunt in rei militaris diſciplina, non ſine lucro, & honoribus ampliſsimis. ♂

♂ ☉ Si profectio Martis venerit ad ſignum, in quo fuit Sol in radice, periculoſas ægritudines, inteſtinorũ labores & cruciatus, ab igne, vel incendio nocumẽtum, ſanguinis effuſiones, vel inciſiones, & vulnera, caſum ab alto, vel ab equo calcitroſo, ſiue aliis quadrupedibus periculũ, ſiue aliquid ſiniſtri patietur. In itineribus timores, & detrimenta, cum martialibus iurgia, contentiones, & ſimultates habebit, & quandoque mortẽ, ſi alter ipſorum fuerit anni dominus male affectus. Patris præterea mortem, patrem habentibus denuntiat, aut pernicioſam ægrotationem: alioqui quẽ genitoris loco habuerit, deſiderabit. Præſagit etiam inimicitias maiorum, & amicorum ſeparationes. Si autem aliquo modo bene affecti in principalibus genituræ locis, & ſuis ſignis reperiantur, & à beneficis teſtimonium habuerint, lucra, vtilitates, actiones glorioſas, laudem & gloriam pollicentur, & potentiorum commendationes, non abſque timore, turbulentiis, et inſidiis, et circa ſuas actiones impediet, et inuidos faciet.

♂ ♀ Si profectio Martis venerit ad ſignum, in quo fuit in radice Venus, inimicitias, et ſeparationes fœminearum perſonarum, aut ab vxoribus diuortiũ faciet, et domeſticorum ſeditiones, et matris mortẽ, vel grauem ægritudinem, matrem habentibus, non habentibus verò cum aliqua muliere conſuetudines, geniale commercium, vel adulteria, inſtabiléſque amicitias, et ignominias pollicetur. Si autem vterque fuerit malè affectus, ex frigiditate, vel crapula, aut nimio coitu ægritudines expectent ita geniti, et circa actiones erunt inſtabiles. Fœminæ autem propter menſtrua, vel abortiones illo anno periculoſius degent.

♂ ☿ Si profectio Martis venerit ad ſignũ, in quo fuit Mercurius in radice: turbulentum, et litigioſum denuntiat annum. pericula enim, ægrotationes, cerebri inuolutionem, et damna afferet, et ſcripturarũ, argentearumque rerum, & iudicialiũ cauſa lites, & altercationes, & ſacrarum rerum maleficia, fideiuſſionéſque & debita, ſeu depoſita, & accuſationes ſuſtinebit, & apud iudices natum oportebit ſe defendere. Quòd ſi in bicorporeis ſignis reperiantur, duplicabuntur huiuſmodi apoteleſmata, & facilius operabuntur. Sed ſi tres aphetæ Sol, Luna, Horoſcopus, ab infortuniis ſalui fuerint, prædicta minuẽtur infortuniorum genera. Sin malè fuerint affecti, ſic geniti in rebus agendis inſtabiles erunt, & in mercibus atque ſcripturis infortunati. Et ſi lites habuerint, minuẽtur, vel maximam diminutionem expectan



Digitized by Google

ſtantes circa non mediocres cauſas verſabuntur.

♂ ☽ Si profectio Martis venerit ad ſignũ, in quo fuit Luna in radice:nocuum,& periculoſum annũ pronunciat,ſeditiones,conuitia,accuſationes, & lites: timores quoque & periculoſas peregrinationes, & ab hoſpitibus, atque hoſtibus inſidias, aggreſſiones,& calumnias minatur:matriſque, ſi ſit, periculum,vel vxoris diuortium,aut fœminearum perſonarum diſcordias,ſeu pugnas,aut ab amica ſeparationes,ciuileſq; ſeditiones,turbas populares,& turbulentias pollicetur. Indicit quoque ægrotationes acutas,debilitatem corporis,ſanguinis effuſionem, oculorum,capitiſque dolores,caſum ab alto, memoriæ ac cerebri paſsiones, vel ab igne,aut ferro pericula,ſeu naufragia:maximè autem, ſi diurna ſit genitura,& Luna lumine aucta fuerit malè affecta, mala enim ſuperius ſcripta deteriores ſortientur euentus.Contingent ſi quidem ita genitis vulnera ſeu cicatrices,& membri alicuius fractiones, oculorum dolores,labores,& nocumenta nõ modica, & graues curæ atque moleſtiæ animi,& corporis.Si autem à beneficis ſtellis teſtimonium habentes fuerint collocati in principalibus genituræ locis, fauſtas atque tutas actiones fœlicitatéſque decernunt. In fœminearum verò genituris, ægrotationes etiã & corporis pericula, ſanguiniſque effuſionem, in puerperio diſcrimina,embrioniſque inciſiones,vel abortiuum, & naturalium locorum cruciatus, aut ignis aduſtionem, & ex ferro cicatrices infligere conſueuerunt.

*De profectionibus Veneris.*

♀ ♄ Si profectio Veneris venerit ad ſignũ,in quo fuit Saturnus in radice:moleſtum, mœſtum, ſuſpẽſum, atque nocuum tempus demonſtrat,fœminarum repudiationes,pugnas,& iniurias,dedecus, ſeu nigrã nominis notam,& iniuſtitiam,& matris, vel fœminarum,& cognatorum inimicitias, & amoris, fortaſſe impuri,gratia ignominiã ſignificat.Erga enim ſeniores,vel familiaritate coniunctos,iurgia, lites, & dubios ſermones, & opprobrioſa verba excitabit.In pudibundis,ſeu partibus obſcœnis dolorem prænuntiat:inſtabiles amicitias,ſodalitates,& conſuetudines,& futuras cum venereis contentiones, & illo anno ſtatum prorſus contrarium ita geniti expectabunt,locorum mutationes, & negotiorum tarditatem,& in corporis debilitatem incident,inteſtinorum dolores,& rerum occultarum labores, inimicorum inſidias,& fortaſſe veneni pocula experientur, & longas patientur ægritudines: maximè eis Marte,vel Mercurio teſtimonium præſtãtibus, & malignis radiis inficientibus.

♀ ♃ Si profectio Veneris ad ſignum venerit, in quo fuit in radice Iupiter: bonum, & prædiuitem annũ ſignificat, & maiorum perſonarum laudes,& dona contribuet:adducétque ciuiles,populareſque ambitiones,honores,principatus,gloriam, & fœlicitatem,nuptias quoque,& conſilia, ſeu concilia, & amicitias fœminarum gratas, & vtiles, & filiorum ſemen,vel natales,& ad res venereas natum incitabit,& plus ſolito procliuiorem efficiet.Quòd ſi mediocris conditionis fuerit ita genitus bene aget, & à malis,vel ſeruitute liberabitur,fidéque & ſummo honore dignus reputabitur,affluentique ſubſtantia decorabitur,& à venereis, & iouialibus ornabitur, atque plus ſolito venerabitur.

Si profectio Veneris ad ſignũ venerit,in quo Mars ♀ ♂ fuit in radice:erit annus ſuſpẽſus,litigioſus,ac moleſtus.Fœminarum enim pugnas,diuortia vxoris,& à mulieribus,& ſodalibus ſeparationes, & fortaſſe amoris gratia ſanguinis effuſionem:fœminarũ corruptiones,virginum ſtupra,vel matris,ſi ſit,mortẽ, aut pericuſoſam ægrotationem demõſtrat. Iiſque dicent ita geniti propter fœminas, & ipſarũ patrocinia ſuſcipient,riuales,æmulos,& inimicitias amoris gratia expectantes,& propter zelotypiã damna, dedecus,& moleſtias,infamiam,vituperia, & adulteria afficientur iniuria, vel prodentur, & præter voluntatem agentes,vel reſpondentes luẽt pœnas. Interdumque facient ſeparationem illorum, quibus cum viuunt. Deſiderabunt præterea, imperabuntque propter alienas diu expectatas ſpes,& bene cognitam famam.

Si profectio Veneris ad ſignum venerit, in quo ♀ ☉ Sol fuit in radice glorioſum,ſalubrem,iucundum, alacrem,& in rebus agẽdis aptum denotat annum: facitque natum erga mares, & fœminas laudatum, & vtilem:dabit quoque gratas conſuetudines, nuptias,filiorum procreationes,dona potentiorum, & ornamenta,vtiles emptiones,& venditiones,lucra, & gloriam,& patrem habentibus patri gloriam, & ſanitatem, & ex omnibus negotiis vtilitates dabit nato, maximè ſi bene diſpoſiti fuerint in vtroque ſchemate. Illis autem qui in aliqua ſunt expectatione,ſtemmata,principatus & fœlicitates decernit, à priuatis,ſeu clientulis vtilia dona, & rerum ſecretarum,vel diuinarum inquiſitiones.Iocũditatéſque & lætitias,gaudia,venereas voluptatum illecebras,egregiam venerem,& lauta conuiuia pollicetur.

Si profectio Veneris venerit ad ſignum, in quo ♀ ipſa fuit in radice,& ſi etiam fuerit anni regina, & bene diſpoſita:amicitias potentiorum contribuet, præcipue nobiliſsimarum mulierum: item laudes, gaudia,& conſortium vtile,& iocundum cum maribus,& fœminis habebit illo anno, & omnes pariter feret.Dabit inſuper alma Venus ita genito dona,& delectabiles conſuetudines,nuptias, & domeſticorũ beneuolentiam,vel commodas, & gratas cũ venereis,& fœminis voluptates,& vtilitates. Huiuſcemodi profectio natum efficiet ſolito procliuiorem ad muſicã,choreas,tripudia,& lauta conuiuia, atque venerem egregiam.Verum enimuerò ſi Venus cum Saturno,vel Marte reperiatur,vel hoſtiliter ab eis reſpiciatur:vel in ſignis ſit,in quibus nullã habeat dignitatem, preſertim in cacodæmone, aut ſexta celi ſtatione: nato vituperia, ſiue notas, ignominiã,& cũ dedecore dãna infliget,aut carceris & vitæ pericula intentabit,dabit etiam nato damna, odia, ſimultates,& fraudes mulierum, iudiciaq;, & ſeditiones, & propter zelotypiam animi acerbos cruciatus,& vitæ diſcrimina.Eodem quoque pacto ſi mulieris alicuius fuerit genitura,ex viris huiuſcemodi damna,& pericula portendit

Si profectio Veneris venerit ad ſignũ, in quo fuit ♀ ☿ Mercurius in radice:in rebus agẽdis aptũ, optimiq; cõſilij tẽpus demõſtrat: circáq; largitiões, ſeu munera,& accipiẽda & dãda,in mercibus quoq; & ſcripturis lucra,& lætã ſortẽ,opportunos queſtus, & in rationibus,ſeu ratiocinationibus,& eruditionibus

natum

natum efficiet idoneum, & ſolito eloquentiorem: ſuos enim conceptus eleganter enuntiabit, aptas quoque & lucrigeras decernit amicitias emptioneſque ornamentorum vtiles, cum ſeruis gaudia, & coaptationes: quin & fœminarum gratas ſocietates, & cum Mercurialibus vtile, & honorificum commercium, honores ſolito maiores, & gloriam conſequetur, correptionem ſeu retractationem negotiorum, diſpoſitorum fœdera, & cognatorum miſericordiam habebit natus.

♀ ☽ Si profectio Veneris ad ſignum venerit in quo Luna fuit in radice bene affecta, & in bonis genituræ locis collocata: prędiuitem annum, & vtilem decernit, vitamque ornat in his omnibus, quæ ad vitã pertinent, inclitam præbet gloriam, & laudem non ſine multorum odio: æmulationes enim contentiones, & inimicitias ex maribus, & fœminis excitabit: animi inſuper inſtabilitates, & ſuſpenſiones erga cognatos, affines, & amicos habebit natus. Contentioſa ſiquidem vniuerſaliter & æmula eſt huiuſcemodi profectio, ſed tandem ſuo marte, & ingenij dexteritate hoſtes exterminabit, fietque natus votorum fermè omnium compos.

*De profectionibus Mercurij.*

☿ ♄ Si profectio Mercurij venerit ad ſignum, in quo fuit in radice Saturnus: turbulentum, & periculoſum annum denuntiat, negociorum impedimẽta, & deſtructiones, mœrores, dolores, dãna, lites, & iurgiorum contentioſa certamina inducens, ſecretarũ fortaſſe rerum, vel ſcripturarum cauſa, vel etiã pecuniæ adulterinæ, vel mortuorum, pollicetur. Natus quoque debilitatem corporis ſentiet, variaſq; ęgritudines, & phthiſim deguſtabit, & atra bile turbabitur, aut venena ſumet, mortẽmque vel propiorum, vel patris, vel filiorum videbit, & propter mortuos iurgia, lites, & ſimultates aget, vel hæreditatis gratia contẽtiones. Si autem inter ſe tetragona, vel diametra radiatione fuerint coniuncti, vel cadẽtes hoſtili intuitu à Marte vulnerẽtur, vel pariter alligati ſint cardinaliter, aut inter ſe periclitantes aliquid machinati fuerint, capitis diſcrimina ſubibũt, alioqui naufragia, & maritimas inuolutiones degu ſtabunt, & periculoſè degent. In propriis autem domiciliis conſtituti, cum dilatione, morula, & expenſis gloriam, & negotiorum retractationem, aut correptionem prenuntiant. Quod ſi inter ſe non fuerit aſpectus, mediocres fiunt in ſignificatu.

☿ ♃ Si profectio Mercurij venerit ad ſignum, in quo Iupiter fuerit in radice: in rebus agendis aptum, & boni conſilij annum ſignificat, negotiorum bonam diſpoſitionem, laudes, & amicitias potentiorum inducens, & propter domeſticas diſpenſationes vtilitatem, aut propter vaticinia, ſcripturas & iudicia, ingeniique dotes egregias, lucra, & fœlicitates contribuet, & omnia bona decernit. Nihilomin' ſi fuerint malè affecti, ita geniti ſępius turbabuntur, & infamiam, vel timores expectabunt, inque intempeſtiuas expenſas incidẽt, & erga domeſticos, ſeruos, cognatos, vel amicos aliquantiſper inſtabiles erũt, ſed in mercibus fortunabuntur, eruntque nati ita ſolito eloquentiores.

☿ ♂ Si profectio Mercurij venerit ad ſignum, in quo fuit Mars in radice: haud bonum denuntiat annum: inimicitias enim & lites, damnáque & maleficia inducit, fœlicitateſq; fideiuſſiones, & multas vſuras, ſiue fœnora decernit, aggreſſioneſque & prędationes, vaſtationes, proditiones, dolos, inſidias, & martialium inimicitias, atque domeſticorũ ſimultates, & inſtabilitatem pollicetur. interdúmq; & ipſi quorum eſt genitura, huiuſmodi dãna aliis inferent, ad inſidias tamen audaces, & apti erunt, & per ipſos variæ detegentur inſidię, doloſque, & mala facinora machinantes conſcij timidè turbulentéque degẽt, ſuſpectas accuſationes, patrimonij euerſiones, & vitæ pericula expectantes.

Si profectio Mercurij venerit ad ſignum, in quo Sol fuit in radice, boni conſilij futurum annum demonſtrat aſſociabilémque, & in rebus agendis ſolertiorem efficiet natum, laudes inducens potentiorum & petitiones, & dona, cum dilatione tamen & impedimentis propter domeſticas diſpenſationes, & præfecturas, & ſecretarum rerum ſcientiam, ex ſermonibuſque & eruditionibus gloriam pollicetur, & vtilitates. Quæcunque vero plurima myſticè & cum ſimultate incœperint, ea omnia perficientur adamuſsim. ☿ ☉

Si profectio Mercurij venerit ad ſignum, in quo fuit Venus in radice: bonũ, & in rebus agendis aptũ annum demonſtrat. Circáque elargitiones, & receptiones emptioneſque, & veneteas conciliationes, propter quod rationes vel eruditiones, ſeu negociationes, & domeſticam diſpẽſationem, vtilitates, laudéſque, & nouas amicitias acquiret natus, & cũ maribus honorificas conſuetudines, & cum fœminis implicabitur. Illis autem qui in maiori fortuna fuerint, ſeruorum, & prædiorum poſſeſsiones pollicetur. In petitionibuſque vtilitates, & fœlicitates commodas decernit, & erga domeſticos mutuam beneuolentiam, atque amoris viciſsitudinem cum Iouialibus, & venereis decernit. ☿ ♀

Si profectio Mercurij venerit ad ſignum, in quo ipſe Mercurius fuit in radice, rebus agẽdis aptum, & vtilem annum demonſtrat, circaque dicendi facundiam, & ſermonis ornatum, & fidem, & optima conſilia perficit natum, atque inimicorum ſuperiores facit. Quicunque fictè & myſticè degunt, negotiorum retractationem, ſeu correptionem, bonamque ſucceſsionẽ, & ex rebus ſuis, atque rationibus, vel decretis fœlicitatem pollicetur, & maximè ſi orientalis ſit, vel in ſignis reperiatur, in quibus dignitatem habuerit. Et ſi ab Ioue, vel Venere reſpiciatur, maiorem fidem & vtilitatem demonſtrat futuras. Quòd ſi à maleficis aliqua radiatioꝫ infeſtetur, timores, & aduerſitates patietur plurimas. ☿

Si profectio Mercurij venerit ad ſignum, in quo fuit Luna in radice, rebus agendis aptum annũ denotat, eo maximè, ſi in bonis geniturę locis reperiatur, & orientalis ſit, & vterque in cæleſti themate bene diſponatur: laudes virorum pariter & fœminarum inducere conſueuit, & ex ſuis negotiis vtilitates, actiones virtute præditas, & fidem: in rebus agẽdis perfectionem indicat. Erga maiores perſonas, plebeóſq; & lunares erit fidus, & in pauperculos munificus, & facilis, reſque varias, & diuerſa negotia, cũ vtilitate, & lucro perficiet. Si autem in alienis domibus vterque reperiatur, vel à maleuolis reſpiciatur hoſtifico intuitu, lites, & expenſas ac dolores, & à maioribus perſonis minas indicit, turbationéſq; & timores, ſecretarumq; rerum, aut fortunatarum cauſas proditiones, & vitæ pericula habebit natus. ☿ ☽

De

Digitized by Google

*De profectionibus Horoſcopi & Lunæ in genitura, quid ſingulis in domibus efficiant.*

Cum profectio aſcendentis,itémque Lunæ peruenerit ad primam domum,alacritas quædam ſentiri ſolet ſingularis:experiuntur etiam tunc fœlicē fortunam in actionibus & rebus ſuis,maximè ſi luminaria ceciderint,& ipſa annua cõuerſione fortũnata,ac ſi profectio habeat proſperas configurationes radiorum genituræ.Hoc tempus lucrum, principatuſq; ac honores,& charitatem propinquorũ ſpondet. Tunc aptum tempus comparare ea quæ corporis,vitæque cultus & cura poſtulat,veſtes,cibum,iumenta,arma,& quicquid eſt homini neceſſarium ad victum cultumque corporis.

Cùm verò ad ſecundam domum peruenerit horum profectio, opera danda erit emptionibus, & venditionibus,pecuniæ collocationibus, repetendis nuntiis,totiúque rei pecuniariæ.Tum luſibus,& gymnaſiis vacabimus, ſperabimuſque de hoſtibus victoriam,ſed metuentur domeſtica damna flammæ & furtorum.

Cùm ad tertiam,itineribus ſtudeant,hoc tempore cùm conſanguineis & religioſis aptè negotia gerentur,ſed metuant nati occultos morbos,& odia diuturna.

Cùm ad quartam,lucrum ſperandum, & preciũ operæ.Acceſſio hæreditatis, benignitas, & fauor parentum,quíque illorum loco ſint. Tum theſauros obrutos terra ſcrutabimur, & argenti fodinas excutientes,arcana,& abſtruſa veſtigabimus: poſſeſſiones,frumentaque comparabimus,aut vendemus.Extruemus ædificia,piſcinarum lucra quæremus,teſtamenta condemus,de ſepultura mandabimus.Hoc autem tempore ſentiemus animi triſtitiam,& mortis motum,periculoſum tunc fuerit in aquis verſari,in ardua conſcendere, militares luſus armorum exercere,glaciem tranſire,coram regibus & principibus apparere,itinera longa facere:vilitas & contemptio nato accident.

Cùm ad quintam,delectationi eſt puerilis ætas, voluptatem etiam capiunt de mulierum conſuetudine,& ex ſodalitiis.Sed pericula impendent mendaciorum,& proditionis. Tunc opera danda liberis,amicitiæ,conuiuiis,colloquiis,& confabulationibus,ac circulis.Aptum eſt hoc etiam tempus pacificationibus, contractibus, conficiendis literis, mittendis nuntiis,nauigationibus,mercatibus, veſtibus nouis cùm incidendis tum induendis, inque ſumma ingenij obſequio.Eſt enim lætificum, & fœlix,præſertim ſi luminaria, atque adeo aſcendens & pars fortunæ ceciderint in conuerſione annua, ſicque hæc profectio proſperis configurationibus à radiis natiuitatis imbuatur.

Cùm ad ſextã,variorũ morborũ timenda ſunt pericula,odia,& inimicitiæ excitabũtur, quæ tẽpore longo duret.Et vt ſemel dicã,nihil fortunabitur rerum omnium,tunc cautè erga famulos, & ſeruientes mercede nos geremus. Iter non faciemus,non incidentur,neque induentur noua veſtimenta. Tẽpus hoc mercatibus aduerſum omnibuſque contractibus,& negotiis conuentibus,conſiliis, deliberationibus aduerſum, & fundationibus, et incœptionibus noui operis, quódque durare velimus. Magna tamen diligentia verſabimur in vſu cibi et potus, vt morbos effugere poſſimus, qui de leuiſſima hoc tempore occaſione exiſtere ſoleant, maximè cum lumina quoque in annuæ conuerſionis domibus infortunatis fuerint, pertigeritque profectio ad malefica corpora,radióſve geneſeos.

Cùm ad ſeptimam,tum homines laborant animi quadam moroſitate, et impatientia, necnon à mulieribus facilè ducantur, pericula impendent, et domeſtica damna à flammis et furtis,cum mulieribus rem habere conueniens tempus, vxorem petere ducereque,celebrare nuptias,mercaturas facere,perſequi fugitiuos,inſtituere conciliationes et pacificationes.Bellis, tumultibus, expeditionibus penitus contrarium,maximè ſi lumina,et aſcẽdens et pars fortunæ in conuerſione annua infœliciter ceciderint, aut cùm profectio pertigerit ad configurationes noxias.Hoc enim eſt hoſtium tẽpus,quo ad nocendũ potiſſimè excitari cõſueuere.

Cùm ad octauam,tempus eſt ægrotationum, et detrimentorum,tum vel corpus,vel res affligi ſolet,tum mendacia,perfidia,proditiones metuendę, tum ipſa mors ingruit.Quare attenti erimus in victu, cultuque ac rebus omnibus de quibus naſci morbi poſſent.Itinera non facies, conſultationes, tractationeſque rerum ac conſilia vitabis, nec incidi patiere,nec indues veſtes nouas, non mercabere,non vendes,non aleæ ſtudebis, non dabis mutuum,non ſpondebis pro altero:ad pugnam proficiſci,litémve mouere,itémque venam incidere, cucurbituláſque, et ſcarificationes fugito, denique medicina vti vitabis, neque quicquam aggredięre,quod periculum contineat, maximè ſi lumina infortunatè ceciderint in conuerſione annua, cumque profectio ad maleficarum configurationes geneſeos peruenerit.

Cùm ad nonam,tempus conueniens longis itineribus,ſi qua in geneſi fortè decernantur,tum ſtudia literarum,ac artium colunt tunc amicitias, et neceſſitudines externorum,aut ab externis fructus acquirunt,tunc apud principes,et pontifices verſari,corámque apparere, et benignitatem illorum experiri velle aptum,ſtudiáque potiſſimum Aſtrologica,et chomayca exercere, literas amanter perſcribere,tabellarios mittere,denique ingenium,et aciem mentis intendere.

Cùm ad decimam,illo in tempore res gerent apud principes, cumque illis erunt, aut magiſtratu fungentur,potienturve honoribus pro loco, et ordine ſuo.Si tamen in geneſi decernatur, hoc enim eſt tempus ſplẽdoris,famæ,dignitatis,honoris,ſed damna domeſtica flammæ,et furti metuenda,tunc conuenit à regibus et principibus fortunæ augmẽta petere, promittitur enim commodæ petitionis ſucceſſus,tunc munera capeſſenda,ſubeundæ clientelæ,artibus,et diſciplinis danda opera,proficiſcẽdum ad bellum,proſequendi hoſtes,verſandum in iudiciis,et foro,faciendum iter, nauigandum, diſceptandum de iure,celebrandi conuentus,incidẽda,induendáque noua veſtimenta, et vt dicam ſemel,omnium rerum fœlices tum incœptiones, et conatus eſſe ſolent, maximè ſi qua proſperitatem geneſis decernat, ſique lumina loca fœlicia in annuæ conuerſionis themate poſſideant, cumque ad proſperas cõfigurationes profectio pertigerit. Natus etiam eo tempore magiſterium ſuũ renouabit.



Digitized by Google

Cùm ad vndecimam,tum hilaritas ſentietur, multos & conuenientes amicos acquiret,quæque volet ferè conſequetur omnibus in rebus: obtrectatoribus tamen,& maledicis non carebit.Fortunatiſſimum eſt hoc tempus omnium,quicquid facere, moliríque velimus,tunc præter ſpem,& opinionem bona contingunt,tūc aptum ad reges & principes, adq; illorū præfectos accedere,& cū amicis colloqui,nec nō omniū cum hominibus ordinum ac conditionū, negotiorū gerendorum gratia commiſceri,præſertim ſi res pecuniaria,& facultatum agatur ; tū mercabimur,vendemus,ludemus alea,collocabimus pecuniam,mutuum dabimus,vocabimus in ius,colloquia, conuentúſque frequentabimus,faciemus iter terra, induemus noua veſtimenta,migrabimus, expeditiones, bellaque mouebimus,pugnabimus , hoſtes perſequemur . Quicquid enim tunc facere incœperimus, fœlicem ſortietur exitum,cùm hoc ſit tempus ſummæ, & maximè propriæ fælicitatis.

Sed ad duodecimam tùm peruenerit profectio, tum infeſtabuntur ab occultis ægritudinibus, tū diuturnæ inimicitiæ ſe proferent,tum omnibus rebus difficultates, & aduerſitates obiicientur , contrarium tempus itineribus,conueniens hoſtibus,quorum tum odia,conſilia perfida, conatus inſidioſi aduerſus capita,famam,rem,potiſſimè inualeſcunt . Itaque pericula carceris,& captiuitatis impendent.Nemo tunc velit operam dare mercatibus, frequentare conuentus, & colloquia tranſactionum mutuum dare,nouas induere veſtes,tum venationes,equorúmque,ac iumentorum vſus diſcriminis plenus eſt.

Quando profectio aſcendentis pertinget ad corpus infortunæ,vide in quam domum reuolutionis ipſa infortuna ceciderit, quoniam ſignificat damnum in ſignificatis illius domus.

Quando profectio aſcendētis radicis ad Caudam reuolutionis fuerit,ſignificat triſtitiam , & damnum pro vilibus hominibus.

*De ſignificatis profectionum medij cæli,& Solis.*

Cum hæc profectio peruenerit ad primam domum,tum promittitur fortuna munerum, & functionum publicarum, artificiorum,imperij , acceſſionéſque amicitiarum, gloriæque , ac dignitatis amplitudo,ſi quidem hæc nato geneſis figuram decreuerit, ac etiam ſi hoc ipſo tempore priuatus adhuc fuerit, magiſtratum tamen præfecturámve adipiſcentur,neque ambitione,neque labore vllo ſuo.

Cùm ad ſecundam Medij cæli, Soliſque profectio deducatur , experientur nati fortunam præfecturarū benignitatémque regum,ac principum & artificum.

Cùm ad tertiam,mediocris fortuna conditionis, & profeſſionis decernitur.Magis tamen metuendum malum,quàm ſperandum bonum: videntur tunc orbi futuri patribus,aut amiſſuri conſanguineos.

Cùm ad quartam, nihil niſi aduerſum expectetur dignitati & honoribus,tum infamia,& parentum odium timendū, & afflictio metuēda à principibus.

Cùm ad quintam,tum verſabuntur cum liberis libenter,& ex illis aliquam capient voluptatem, ac fructum:amicitias colent.Sed & libidini indulgebunt, quo fiet vt ſuæ dignitatis,ac loci immemores,damnū flagitiúmque faciant.

Cùm ad ſextam,tempus proſperum & ſecundum, faciendis quibuſcunque rebus,negotiis gerendis, familiæ,iumentorúmque vſui accommodatis,ſed dignitatis,famæ,profeſſioniſque detrimenta , tum labefactationem ſentient.

Cùm ad ſeptimam,tum famæ ,profeſſionis, dignitatis,honorum,gloriæ ſperanda amplificatio.Tum ex amore implicabuntur nobiliū,& ſplendidioris,quàm ſuum ſit,generis mulierum . Amittent autem morte patres,conſanguineóſve.

Cùm ad octauam,animi erunt triſtes,ſolliciti , anxij,metuenda infamia,& aduerſa fortuna , dignitatis ac profeſſionis infamia,obtrectatio, denique omniū rerum difficultas & detrimenta.

Cùm ad nonam,tum longa portenduntur itinera, quorum faciendorum cauſam occaſionémque præbeat dignitas,poſeſſio,& magiſterium.Tum externis innoteſcent , cúmque illis vtiles, & fructuoſas iungent amicitias.

Cùm ad decimam,fœliciſſimus ſtatus promittitur dignitati,profeſſioni,famæ,muneri quo quiſque fungitur . Tum res meliores faciunt regum , principúmque munificentia,ſuáque virtute nouum ſplendorem conſequuntur.

Cùm ad vndecimam,tum congregant reditus profeſſionum,& munerum,& principalium beneficiorū, ſed & benefici erga ſuos tunc eſſe ſolent.

Cùm verò ad duodecimam venerit medij cæli, Soliſve profectio,aliquid nato damni facient,quod à regibus,& principibus detur, aut profeſſionis , honorúmve detrimenta ſentient , aut principum amittent benignitatem,aut obtrectationibus,inuidia, maledicentia prementur , tum & conſanguinei , aut amici morte eripiuntur.

*De ſignificatis profectionum partis fortunæ.*

Partis fortunæ profectiones vbi ad primam domum peruenerint,tunc eſt aptum rei operam dare,& facultates augere.Tunc & inſperata obtingent bona, Quidquid tunc agere incipiet , proſperum ſortietur exitum,maximè earum rerum , cúmque iis hominibus,quorum commendationem ſignum aſcendentis in geneſi,illiúſque dominus acceperit,quæ fœlicitas etiam illius in ſtellæ peculiari die,ac hora intendetur cùm ſignum illud ab ortu aſcendet. Quo loco ſciendum fortunam propriam ſingularum domorum maximè reſpondere ſtellæ dominatrici domus,déque illius natura,earúmque rerum , eorúmque hominum quorum commendationem habet,exiſtere.

Vbi ad ſecundam venerit profectio , accedit bonum,& lucrum ſperatū.Tunc cū euidenti fructu mercabuntur,vēdéntque,ac domeſticā rē augebunt nati.

Cùm ad tertiam,tum aliquid commodi ſentiemus à conſanguineis,fratribus,ſororibus,comitibus.

Cùm ad quartam,expectandum bonum à parentibus,occultis ſub terra rebus,à fructibus,& agricultura,hæreditatibus, metallis , mercatibus , poſſeſſionum vſu,piſcinis,& aquis.

Cùm ad quintam, liberi vtilitati,ac voluptati ſiunt natis, vtiles amici,fertile ſolum, fructuoſæ arbores,negotiationes,ſcripturæ,veſtium, librorum exercendæ ſperādum bonum à cibo,medicina,amoribus.

Cùm ad ſextam,lucrum fit de captiuis,famulis,ancillis,pecore,ſuibus,capris,apibus,& ſi quid eſt in re noſtra vile,ac inane.

Cùm ad ſeptimam,promittitur commodū ab vxore,ab ætate prouectis mulieribus, à litibus & iure, ab hoſtibus & inimicis.

Cùm ad octauam,hæreditates decernuntur, & lucrum

crum vxorium. Hoc tempore cuſtodiemus noſtras domus, ac res cum diligentia: impendet enim periculum à furibus,& prædonibus. Non detur tunc pecunia mutuò,non deponatur:vix enim quicquam recipi poterit.

Cùm ad nonam,vtiliter fient longiuſcula itinera, bonum aliquod obueniet à longinquis locis, ab artibus,ab eccleſiæ primatibus atque illis omnibus,quorum commendationem ſignũ domus nonæ habuerit.

Cùm ad decimam,beneficia principum ſperanda, lucrum artium, & profeſſionis,& functionis.

Cùm ad vndecimam,bonum ab amicis expectandum. Tunc lucroſæ erunt negociationes,fœliciter pecunia tunc mutuò dabitur. Hoc optimum eſt tempus petendæ debitæ pecuniæ, aut meriti beneficij à principibus.

Cùm verò ad duodecimam peruenerit profectio, proderunt captiui,& mala facinora,equi, boues, aſini,& huiuſmodi animalia. Sed tamen ferè aliquid de fortunis minuitur ita, vt clam, maximè ſi Saturnus, vel palam Mars hanc domum in geneſi poſſederint, aut ſigni illius domini fuer,int nati ſubducantur.

*Quomodo dies exploretur,quo profectio annua ad certum locum figuræ cœli perueniat.*

Ex tabula radicum profectionum inuenies quolibet anno ætatis nati ad quod ſignũ aliqua profectio annua pertingat,vt anno ætatis nati 28.currente,vel inchoante fuit profectio aſcendentis ad 6. gradum 33.minuta Scorpionis:profectio Lunæ 0. 24. Aqua. Profectio Solis ad 4.46.Scorpionis,& ſic de aliis,&c. vt patebit inferius.

Nũc ſi velles habere diem,quando profectio Orientis perueniet ad trinum Saturni,ſubſcribe à motu Saturni gradum & minutum profectionis annuæ: & eum numerum ſubtrahe à primo,& veniet differentia inter gradus & minuta annuæ profectionis,& locum aſpectus,cuius diem quæris. Vt ſi radix profectionis aſcendentis anno 28.ætatis nati fuerit 6. gradus 33.minuta Scorpionis,& inueſtigare volo diẽ quando pertinget ad trinum Saturni. Fuit autem Saturnus in 8.gradus 52.minut.Piſcium:operare vt infrà.

| grad. | min. | |
|---|---|---|
| 8, | 52. | Trinus Saturni in Scorpione. |
| 6, | 33 | Radix profectionis annuæ. |
| 2. | 19 | Diſtantia vel differentia inter radicem profectionis,& trinum Saturni. |

Hos gradus 2.minuta 19.quæro in tabula ſequenti,& reperio viciniorem 2.18.cuius numeri ad ſiniſtram reperio 29.dies. Dico igitur profectionem annuam Orientis pertingere ad trinum Saturni die 29. à tempore reuolutionis:id eſt die 17.Auguſti.

Pro iudicio ergo faciamus exemplum ad ſignificationem profectionis & diuiſionis. Quidam vir eſt natus Florentiæ,cuius latitudo eſt graduum 43. minut. 40.anno labente 1523 die 18.Iulij, hora 17, minu. 18.poſt meridiem: in quo tempore erat aſcendens Leo,gradibus 11.minutis 30.& Sol in eo gradibus 4, minutis 46.

Mercurius in Leone gradibus 26.minutis 34.

Saturnus in Piſcibus gradibus 8.minutis 52.Retrogradus.

Iupiter in Piſcibus gradibus 0.minutis 32. Retrogradus.

Mars in Libra grad. 11.minu.30.

Venus in Geminis grad. 26.min.30.

Luna in Scorpione grad.0.min.25.

Caput Draconis in Piſcibus gradibus 9.minu.40.

Et ſecundùm hanc figuram formo tabulam radiationum atque aſpectuum locorum geniture propoſitæ,vt habeam diem,quando profectio annua perueniet ad aliquẽ aſpectum planetarũ. Et prudens Lector id facilè per ſe intelliget ſine exemplo, & tabula radiationum,&c.



*Tabula pro diebus, quibus profectio annua ad certum locum, figuræ cæli pertinget.*

| Dies | Gra. | Mi. | Dies | Gra. | Mi. | Dies | Gra. | Mi. | Dies | Gra. | Mi. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 0 | 0 | 37 | 2 | 57 | 73 | 5 | 55 | 109 | 8 | 53 |
| 2 | 0 | 5 | 38 | 3 | 2 | 74 | 6 | 0 | 110 | 8 | 58 |
| 3 | 0 | 10 | 39 | 3 | 7 | 75 | 6 | 5 | 111 | 9 | 3 |
| 4 | 0 | 15 | 40 | 3 | 12 | 76 | 6 | 10 | 112 | 9 | 8 |
| 5 | 0 | 20 | 41 | 3 | 17 | 77 | 6 | 15 | 113 | 9 | 13 |
| 6 | 0 | 25 | 42 | 3 | 22 | 78 | 6 | 20 | 114 | 9 | 18 |
| 7 | 0 | 30 | 43 | 3 | 27 | 79 | 6 | 25 | 115 | 9 | 23 |
| 8 | 0 | 35 | 44 | 3 | 32 | 80 | 6 | 30 | 116 | 9 | 27 |
| 9 | 0 | 40 | 45 | 3 | 37 | 81 | 6 | 35 | 117 | 9 | 32 |
| 10 | 0 | 45 | 46 | 3 | 42 | 82 | 6 | 40 | 118 | 9 | 37 |
| 11 | 0 | 50 | 47 | 3 | 47 | 83 | 6 | 45 | 119 | 9 | 47 |
| 12 | 0 | 55 | 48 | 3 | 52 | 84 | 6 | 50 | 120 | 9 | 47 |
| 13 | 0 | 59 | 49 | 3 | 57 | 85 | 6 | 54 | 121 | 9 | 52 |
| 14 | 1 | 4 | 50 | 4 | 2 | 86 | 6 | 59 | 122 | 9 | 57 |
| 15 | 1 | 9 | 51 | 4 | 7 | 87 | 7 | 4 | 123 | 10 | 1 |
| 16 | 1 | 14 | 52 | 4 | 12 | 88 | 7 | 9 | 124 | 10 | 6 |
| 17 | 1 | 19 | 53 | 4 | 17 | 89 | 7 | 14 | 125 | 10 | 11 |
| 18 | 1 | 24 | 54 | 4 | 21 | 90 | 7 | 19 | 126 | 10 | 16 |
| 19 | 1 | 29 | 55 | 4 | 26 | 91 | 7 | 24 | 127 | 10 | 21 |
| 20 | 1 | 34 | 56 | 4 | 31 | 92 | 7 | 29 | 128 | 10 | 26 |
| 21 | 1 | 39 | 57 | 4 | 36 | 93 | 7 | 34 | 129 | 10 | 31 |
| 22 | 1 | 44 | 58 | 4 | 41 | 94 | 7 | 39 | 130 | 10 | 36 |
| 23 | 1 | 49 | 59 | 4 | 46 | 95 | 7 | 43 | 131 | 10 | 41 |
| 24 | 1 | 53 | 60 | 4 | 51 | 96 | 7 | 48 | 132 | 10 | 46 |
| 25 | 1 | 58 | 61 | 4 | 56 | 97 | 7 | 53 | 133 | 10 | 51 |
| 26 | 2 | 3 | 62 | 5 | 0 | 98 | 7 | 58 | 134 | 10 | 56 |
| 27 | 2 | 8 | 63 | 5 | 5 | 99 | 8 | 3 | 135 | 11 | 1 |
| 28 | 2 | 13 | 64 | 5 | 10 | 100 | 8 | 8 | 136 | 11 | 6 |
| 29 | 2 | 18 | 65 | 5 | 15 | 101 | 8 | 13 | 137 | 11 | 11 |
| 30 | 2 | 23 | 66 | 5 | 20 | 102 | 8 | 18 | 138 | 11 | 16 |
| 31 | 2 | 28 | 67 | 5 | 25 | 103 | 8 | 23 | 139 | 11 | 21 |
| 32 | 2 | 33 | 68 | 5 | 30 | 104 | 8 | 28 | 140 | 11 | 26 |
| 33 | 2 | 38 | 69 | 5 | 35 | 105 | 8 | 33 | 141 | 11 | 31 |
| 34 | 2 | 42 | 70 | 5 | 40 | 106 | 8 | 38 | 142 | 11 | 36 |
| 35 | 2 | 47 | 71 | 5 | 45 | 107 | 8 | 43 | 143 | 11 | 41 |
| 36 | 2 | 52 | 72 | 5 | 50 | 108 | 8 | 38 | 144 | 11 | 46 |



Digitized by Google

*Tabula pro diebus, quibus profectio annua ad certum locum, figuræ cæli pertinget.*

| Dies | Gra. | Mi. | Dies | Gra. | Mi. | Dies | Gra. | Mi. | Dies | Gra. | Mi. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 145 | 11 | 51 | 181 | 14 | 48 | 217 | 17 | 45 | 253 | 20 | 42 |
| 146 | 11 | 55 | 182 | 14 | 53 | 218 | 17 | 50 | 254 | 20 | 47 |
| 147 | 12 | 0 | 183 | 14 | 57 | 219 | 17 | 55 | 255 | 20 | 52 |
| 148 | 12 | 5 | 184 | 15 | 2 | 220 | 18 | 0 | 256 | 20 | 57 |
| 149 | 12 | 10 | 185 | 15 | 7 | 221 | 18 | 5 | 257 | 21 | 12 |
| 150 | 12 | 15 | 186 | 15 | 12 | 222 | 18 | 10 | 258 | 21 | 7 |
| 151 | 12 | 20 | 187 | 15 | 17 | 223 | 18 | 15 | 259 | 21 | 17 |
| 152 | 12 | 25 | 188 | 15 | 22 | 224 | 18 | 20 | 260 | 21 | 12 |
| 153 | 12 | 30 | 189 | 15 | 27 | 225 | 18 | 25 | 261 | 21 | 22 |
| 154 | 12 | 35 | 190 | 15 | 32 | 226 | 18 | 30 | 262 | 21 | 27 |
| 155 | 12 | 40 | 191 | 15 | 37 | 227 | 18 | 34 | 263 | 21 | 32 |
| 156 | 12 | 44 | 192 | 15 | 42 | 228 | 18 | 39 | 264 | 21 | 37 |
| 157 | 12 | 49 | 193 | 15 | 47 | 229 | 18 | 44 | 265 | 21 | 42 |
| 158 | 12 | 54 | 194 | 15 | 42 | 230 | 18 | 49 | 266 | 21 | 47 |
| 159 | 12 | 59 | 195 | 15 | 57 | 231 | 18 | 54 | 267 | 21 | 52 |
| 160 | 13 | 4 | 196 | 16 | 2 | 232 | 18 | 58 | 268 | 21 | 56 |
| 161 | 13 | 9 | 197 | 16 | 6 | 233 | 19 | 3 | 269 | 22 | 1 |
| 162 | 13 | 14 | 198 | 16 | 11 | 234 | 19 | 8 | 270 | 22 | 6 |
| 163 | 13 | 19 | 199 | 16 | 16 | 235 | 19 | 13 | 271 | 22 | 11 |
| 164 | 13 | 24 | 200 | 16 | 21 | 236 | 19 | 18 | 272 | 22 | 16 |
| 165 | 13 | 29 | 201 | 16 | 26 | 237 | 19 | 23 | 173 | 22 | 21 |
| 166 | 13 | 33 | 202 | 16 | 31 | 238 | 19 | 28 | 274 | 22 | 26 |
| 167 | 13 | 38 | 203 | 16 | 36 | 239 | 19 | 33 | 275 | 22 | 31 |
| 168 | 13 | 43 | 204 | 16 | 41 | 240 | 19 | 38 | 276 | 22 | 36 |
| 169 | 13 | 48 | 205 | 16 | 46 | 241 | 19 | 43 | 277 | 22 | 41 |
| 170 | 13 | 53 | 206 | 16 | 51 | 242 | 19 | 48 | 278 | 22 | 46 |
| 171 | 13 | 58 | 207 | 16 | 55 | 243 | 19 | 53 | 279 | 22 | 50 |
| 172 | 14 | 3 | 208 | 17 | 0 | 244 | 19 | 57 | 280 | 22 | 55 |
| 173 | 14 | 8 | 209 | 17 | 5 | 245 | 20 | 2 | 281 | 23 | 0 |
| 174 | 14 | 13 | 210 | 17 | 10 | 246 | 20 | 7 | 282 | 23 | 5 |
| 175 | 14 | 18 | 211 | 17 | 15 | 247 | 20 | 12 | 283 | 23 | 10 |
| 176 | 14 | 23 | 212 | 17 | 20 | 248 | 20 | 17 | 284 | 23 | 15 |
| 177 | 14 | 28 | 213 | 17 | 25 | 249 | 20 | 22 | 285 | 23 | 20 |
| 178 | 14 | 33 | 214 | 17 | 30 | 250 | 20 | 27 | 286 | 23 | 25 |
| 179 | 14 | 38 | 215 | 17 | 35 | 251 | 20 | 32 | 287 | 23 | 30 |
| 180 | 14 | 43 | 216 | 17 | 40 | 252 | 20 | 37 | 288 | 23 | 35 |



Digitized by Google

*Tabula pro diebus, quibus profectio annua ad certum locum figuræ cæli pertinget.*

| Dies | Gra. | Min. | Dies | Gra. | Mi. | Dies | Gra. | Min. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 289 | 23 | 39 | 315 | 25 | 48 | 341 | 27 | 56 |
| 290 | 23 | 44 | 316 | 25 | 53 | 342 | 28 | 0 |
| 291 | 23 | 49 | 317 | 25 | 57 | 343 | 28 | 5 |
| 292 | 23 | 54 | 318 | 26 | 2 | 344 | 28 | 10 |
| 293 | 23 | 59 | 319 | 26 | 7 | 345 | 28 | 15 |
| 294 | 24 | 4 | 320 | 26 | 12 | 346 | 28 | 20 |
| 295 | 24 | 9 | 321 | 26 | 17 | 347 | 28 | 25 |
| 296 | 24 | 14 | 322 | 26 | 22 | 348 | 28 | 30 |
| 297 | 24 | 19 | 323 | 26 | 27 | 349 | 28 | 35 |
| 298 | 24 | 24 | 324 | 26 | 32 | 350 | 28 | 40 |
| 299 | 24 | 29 | 325 | 26 | 37 | 351 | 28 | 45 |
| 300 | 24 | 34 | 326 | 26 | 42 | 352 | 28 | 50 |
| 301 | 24 | 39 | 327 | 26 | 47 | 353 | 28 | 55 |
| 302 | 24 | 44 | 328 | 26 | 52 | 354 | 29 | 0 |
| 303 | 24 | 49 | 329 | 26 | 57 | 355 | 29 | 5 |
| 304 | 24 | 54 | 330 | 27 | 2 | 356 | 29 | 10 |
| 305 | 24 | 59 | 331 | 27 | 7 | 357 | 29 | 15 |
| 306 | 25 | 3 | 332 | 27 | 12 | 358 | 29 | 20 |
| 307 | 25 | 8 | 333 | 27 | 17 | 359 | 29 | 25 |
| 308 | 25 | 13 | 334 | 27 | 22 | 360 | 29 | 30 |
| 309 | 25 | 18 | 335 | 27 | 27 | 361 | 29 | 35 |
| 310 | 25 | 23 | 336 | 27 | 32 | 362 | 29 | 40 |
| 311 | 25 | 28 | 337 | 27 | 37 | 363 | 29 | 45 |
| 312 | 25 | 33 | 338 | 27 | 41 | 364 | 29 | 50 |
| 313 | 25 | 38 | 339 | 27 | 46 | 365 | 29 | 55 |
| 314 | 25 | 43 | 340 | 27 | 51 | | | |

Hæc tabula ſic ordinatur, Vnũ ſignum integrum partitur per 365. dies: quod quidem ſic fit. Si 30. gra. per 60. in minuta reſolueris, colliges 1800. minuta. Si rurſus hæc minuta per 60. ſecunda multiplicaueris, habebis 108000. ſecunda: quæ ſi per 365. diuiſeris, in quotiente colliges 296. ferè ſecunda ſcrup. quæ faciũt minuta 4. & ſecunda 56. Hæc ſi à primo natiuitatis die exorſus ordine continuaueris vſque ad vltimum diem anni, colliges tandem integrum 30. grad. vnius ſigni numerum, & tabulam perficies.

### *Vſus præcedentis tabulæ profectionum.*

Primò ex illa tabula inquirere oportet ad quæ ſigna, & quas domos radicis pertineant annuæ profectiones ſignificatorum, hoc eſt planetarum, & locorum quæ dirigi ſolent. id hoc modo fit.

Quære annum ætatis propoſitum vel currentem in corpore columnæ annorum, ſignum loci natiuitatis propoſiti vel planetæ ſignificatoris & per lineam tranſuerſalem inuenies in angulo communi ſignum Zodiaci, ad quod profectio loci propoſiti pertingit. Hæc profectio in eam domum incidit, in qua ſignum inuentum conſtituitur in radice natiuitatis. Oportet autem te hic ſingulis domibus æqualem graduũ numerum tribuere.

Exemplo res plana fiet. Sumamus igitur exemplũ figuræ propoſitæ natiuitatis. Anno ætatis nati currente 28. profectio horoſcopi eſt in gradu vndecimo, minutis triginta Scorpionis ad quartam domum radicis, cùm videlicet ſingulis æquales gradus tribuuntur, quod fieri oportet.

Profectio Solis in gradu quarto, minutis 46. Scorpionis ad quartam domum radicis.

Profectio

Digitized by Google

Profectio Lunæ in grad. 0. minutis vigintiquatuor Aquarij ad ſextam domum poſtea in ſeptima & octaua domo radicis.

Profectio partis fortunæ in grad. 2. minu. 11. Aquarij in ſexta, &c. vt diximus de Luna.

Profectio Medij cæli in gradu 28. minutis vigintiocto Cancri in duodecimam, & poſtea in primam domum radicis.

Profectio Saturni eſt eo anno in gradu octauo, minutis quinquaginta duobus Geminorum, in vndecima radicis.

Profectio Iouis in grad. 0. min. 31. Geminorum in vndecima radicis.

Profectio Martis in grad. 11. minutis 40. Capricorni ad ſextam, deinde ad ſeptimam radicis.

Profectio Veneris in grad. 26. min. 30. Virginis ad tertiam, deinde quartam radicis domum.

Profectio Mercurij in grad. 26. minu. 34. Scorpionis in quartam & poſtea in quintam radicis.

Hæ ſunt profectiones ſingulorum ſignificatorum ad annum ætatis nati 28. currentem.

Secundò, cùm inuentum eſt ad quam domum, & quod ſignum radicis profectio alicuius planetæ, ſeu ſignificatoris pertingat, videndum eſt qui aſpectus ſingulorum planetarum, & quales ad illud ſignum, vel ad eam domum proiiciantur.

Tertiò, conſiderandum eſt quomodo planeta is cuius profectio inſtituta eſt ordine applicet ad ſingulos aſpectus, qui ad eam domum ab aliis proiiciuntur.

Quartò, ex his aſpectibus poſtea dies certi alicuius menſis ſupputantur, quo profectio ſignificatoris ad aliquem promiſſorem, ſeu eius radium peruenit per tabulam ſuperius traditam. Summa dierum collecta ſi à die natali numeretur, oſtendit diem & menſem quo profectio ſignificatoris propoſiti ad radium certi alicuius promiſſoris peruenit.

Iam ſi voles certi alicuius decreti caſus nato euenturi tempus particulare definire,

Primò, Conſidera qualis ſit directio, bonàne an mala, & quorum planetarũ, hoc eſt, quis ſit ſignificator, quis promiſſor. Nam profectiones ſine directionibus conſideratæ parum poſſunt.

Secundò, Poſtea conſidera dies profectionum, qui ſunt aut boni ſeu fauſti, aut mali & infauſti pro ratione aſpectuum amicorum vel hoſtilium, & ſi directio eſt mala, hoc eſt, ſi minatur infortunium, aſſume ad eam directionem ſimiles dies profectionum, ſcilicet malos, potiſſimum verò eorum ſignificatorum, & promiſſorum, quorum eſt directio facta. Sin bona eſt directio, aſſumas dies profectionum fœlices, eorum planetarum potiſſimum, quorum ſunt directiones factæ. Ita habebis annum, menſem, & diem euentus ſeu caſus in radice ſignificati. Sed repeto exemplum ſuperius.

*Dies boni ac mali profectionis annuæ Horoſcopi.*

7. Februarij, Aſcendens ad quadratum Mercurij ſiniſtrum.
28. Martij, Aſcendens ad quadratum Iouis dextrum.
18. Maij, Aſcendens ad trinum Solis ſiniſtrum.

*Dies boni ac mali profectionis annuæ Solis.*

7. Septembris, Sol ad trinum Saturni dextrum.
20. Martij Sol ad trinum Mercurij ſiniſtrum.
27. Maij, Sol ad quadratum Iouis dextrum.

*Dies boni ac mali profectionis annuæ Lunæ.*

10. Septembris, Luna ad diametrum Solis.
3. Nouembris, Luna ad trinum Martis ſiniſtrum.
1. Ianuarij, Luna ad trinum Veneris ſiniſtrum.
12. Ianuarij, Luna ad diametrum Mercurij.

*Dies boni ac mali profectionis annuæ Saturni.*

22. Auguſti, Saturnus ad trinum Martis dextrum.
3. Martij, Saturnus ad corpus Veneris.
4. Martij, Saturnus ad ſextilem Mercurij dextrũ.
7. Aprilis, Saturnus ad trinum Lunæ dextrum.
7. Maij, Saturnus ad trinum Iouis dextrum.

*Dies boni ac mali profectionis annuæ medij cæli.*

2. Auguſti, culmen cæli ad quadratum Lunæ dextrum.
23. Septembris, culmen cæli ad corpus Solis.
13. Ianuarij, culmen cæli ad ſextilem Martis dextrum.

Eodem modo reliquorum ſignificatorum dies & menſes per profectiones eliciendæ ſunt. Satis ſit nos horum annotaſſe annuas loco exempli profectiones.

*De tranſitu planetarum.*

Poſtquam declarauimus tempora particularia profectionum, porrò ad ſpecialem temporum inuentionem etiam vtiliter adhiberi poſſunt tranſitus planetarum, quorum vis etiam euidens eſt.

Et ſi autem poſſent plures tranſitus numerari, tamen tres præcipuam habent vim & autoritatem.

1. Planetarum ſingulorum ſuper gradum Horoſcopi.
2. Tranſitus Solis per loca ſingulorum planetarum, atque etiam medij cæli, partis fortunæ, & Horoſcopi.
3. Domini Horoſcopi per eadem loca.

Tot tranſitus vim & effectum euidentem habent. Dicuntur autem tranſire loca planetæ, non tantum cùm corpore in illis præſentes ſunt, ſed etiam cùm aſpectibus ſuis ſiue beneficis, ſiue inimicis loca iſta tangunt.

De ſupputatione tranſituum non opus eſt regulam tradere, cùm facillimum cuiuis ſit, eos ex Ephemeridibus numerare.

Vſus eorum præcipuus eſt is, qui profectionum, vt videlicet coniungantur cum directionibus pro inueniendo menſe & die euenturi caſus.

Si bona fuerit directio, etiam boni ſeu fœlices dies per tranſitus inuenti, ad directionem adſumantur, &



Digitized by Google

eorum planetarum vel locorum potiſſimum,quorum eſt directio.

Similiter ſi mala fuerit directio,mali eligãtur,&c. Quòd ſi plures dies fœlices aut infœlices, ab iiſdem planetis,quorum eſt directio,ſignificentur, aſſumantur ad eas illi tranſitus,qui vel in bonam vel in malã partem plus efficaciæ & virium habent, vt coniunctio plus valet quàm ſextilis, aut trigonus, diameter, quàm quadratus. Sic ſiniſter aſpectus efficacior eſt dextro.Atque hoc modo tranſitus cum directionibus & profectionibus coniuncti vſum ſuum in menſibus & diebus accidentium determinandis habet. Res ob facilitatem exemplis nullis eget.

*Ad ſignificatorem quemlibet in themate revolutionis annuæ artificialiter dirigendum.*

Si ſingulis diebus anni prædicere volueris quid nato ſydera polliceantur,operare,vt infrà.

Numera in reuolutione annua diſtantiam quæ erit inter ſignificatorem & promiſſorem. Nã ſi diſtantia grad. ac minut.ſigniferi quæ fuerit inter ſignificatorẽ ac promiſſorem,ſiue interſtitiũ, quod eſt à principio ſigni progreſſionis annuæ ad hoſtiles vſque maleficarum ſtellarum radios,locum vtique ſuſpectum reperiatur in area ſequentis tabulæ, illico è regione illius interſtitij ſiniſtrorſum reperies diem futuri illius accidentis. Verum ſi huiuſcemodi interuallum non reperiretur ad vnguem, numerum eius minorem, proximiorem in tabula compertum,ſubducito ex numero tuæ intercapedinis,ſeu diſtantiæ propoſito, & productum ex ſubtractione,perquirito in area tabulæ progreſſionis horarum,& ſiniſtrorſum in prima linea offerent ſe horæ, aut horarum fractiones, in quibus poſt diem prius inuentam qualis rerum euentus nato futurus ſit prædicere poteris, erecto cæleſti themate.

Tabula

*Tabula directionum ad ſingulos dies anni.*

| Dies | Gra. | Mi. | ſe. | Dies | Gra. | Mi. | ſe. | Dies | Gra. | Min. | ſe. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 0 | 59 | 10 | 53 | 52 | 16 | 28 | 105 | 103 | 33 | 47 |
| 2 | 1 | 58 | 21 | 54 | 53 | 15 | 39 | 106 | 104 | 32 | 58 |
| 3 | 2 | 57 | 32 | 55 | 54 | 14 | 49 | 107 | 105 | 32 | 8 |
| 4 | 3 | 56 | 43 | 56 | 55 | 14 | 0 | 108 | 106 | 31 | 19 |
| 5 | 4 | 55 | 54 | 57 | 56 | 13 | 11 | 109 | 107 | 30 | 30 |
| 6 | 5 | 55 | 4 | 58 | 57 | 12 | 22 | 110 | 108 | 29 | 41 |
| 7 | 6 | 54 | 15 | 59 | 58 | 11 | 33 | 111 | 109 | 28 | 52 |
| 8 | 7 | 53 | 26 | 60 | 59 | 10 | 44 | 112 | 110 | 28 | 2 |
| 9 | 8 | 52 | 37 | 61 | 60 | 9 | 54 | 113 | 111 | 27 | 13 |
| 10 | 9 | 51 | 47 | 62 | 61 | 9 | 5 | 114 | 112 | 26 | 24 |
| 11 | 10 | 50 | 58 | 63 | 62 | 8 | 16 | 115 | 113 | 25 | 35 |
| 12 | 11 | 50 | 9 | 64 | 63 | 7 | 26 | 116 | 114 | 24 | 45 |
| 13 | 12 | 49 | 19 | 65 | 64 | 6 | 37 | 117 | 115 | 23 | 56 |
| 14 | 13 | 48 | 30 | 66 | 65 | 5 | 48 | 118 | 116 | 23 | 7 |
| 15 | 14 | 47 | 41 | 67 | 66 | 4 | 59 | 119 | 117 | 22 | 17 |
| 16 | 15 | 46 | 52 | 68 | 67 | 4 | 10 | 120 | 118 | 21 | 28 |
| 17 | 16 | 46 | 2 | 69 | 68 | 3 | 20 | 121 | 119 | 20 | 39 |
| 18 | 17 | 45 | 13 | 70 | 69 | 2 | 11 | 122 | 120 | 19 | 50 |
| 19 | 18 | 44 | 24 | 71 | 70 | 1 | 41 | 123 | 121 | 19 | 0 |
| 20 | 19 | 43 | 35 | 72 | 71 | 0 | 52 | 124 | 122 | 18 | 11 |
| 21 | 20 | 42 | 45 | 73 | 72 | 0 | 3 | 125 | 123 | 17 | 22 |
| 22 | 21 | 41 | 56 | 74 | 72 | 59 | 14 | 126 | 124 | 16 | 33 |
| 23 | 22 | 41 | 7 | 75 | 73 | 58 | 24 | 127 | 125 | 15 | 43 |
| 24 | 23 | 40 | 17 | 76 | 74 | 57 | 35 | 128 | 126 | 14 | 54 |
| 25 | 24 | 39 | 28 | 77 | 75 | 56 | 46 | 129 | 127 | 14 | 5 |
| 26 | 25 | 38 | 39 | 78 | 76 | 55 | 57 | 130 | 128 | 13 | 15 |
| 27 | 26 | 37 | 50 | 79 | 77 | 55 | 7 | 131 | 129 | 12 | 26 |
| 28 | 27 | 37 | 0 | 80 | 78 | 54 | 18 | 132 | 130 | 11 | 37 |
| 29 | 28 | 36 | 11 | 81 | 79 | 53 | 29 | 133 | 131 | 10 | 48 |
| 30 | 29 | 35 | 22 | 81 | 80 | 52 | 40 | 134 | 132 | 9 | 58 |
| 31 | 30 | 34 | 33 | 83 | 81 | 51 | 50 | 135 | 133 | 9 | 9 |
| 32 | 31 | 33 | 43 | 84 | 82 | 51 | 1 | 136 | 134 | 8 | 19 |
| 33 | 32 | 32 | 54 | 85 | 83 | 50 | 12 | 137 | 135 | 7 | 30 |
| 34 | 33 | 32 | 5 | 86 | 84 | 49 | 23 | 138 | 136 | 6 | 41 |
| 35 | 34 | 31 | 15 | 87 | 85 | 48 | 33 | 139 | 137 | 5 | 52 |
| 36 | 35 | 30 | 26 | 88 | 86 | 47 | 44 | 140 | 138 | 5 | 3 |
| 37 | 36 | 29 | 37 | 89 | 87 | 46 | 55 | 141 | 139 | 4 | 13 |
| 38 | 37 | 28 | 48 | 90 | 88 | 46 | 6 | 142 | 140 | 3 | 24 |
| 39 | 38 | 27 | 58 | 91 | 89 | 45 | 16 | 143 | 141 | 2 | 35 |
| 40 | 39 | 27 | 9 | 92 | 90 | 44 | 27 | 144 | 142 | 1 | 46 |
| 41 | 40 | 26 | 19 | 93 | 91 | 43 | 38 | 145 | 143 | 0 | 56 |
| 42 | 41 | 25 | 30 | 94 | 92 | 42 | 49 | 146 | 144 | 0 | 7 |
| 43 | 42 | 24 | 41 | 95 | 93 | 42 | 0 | 147 | 144 | 59 | 18 |
| 44 | 43 | 23 | 52 | 96 | 94 | 41 | 10 | 148 | 145 | 58 | 28 |
| 45 | 44 | 23 | 3 | 97 | 95 | 40 | 21 | 149 | 146 | 57 | 39 |
| 46 | 45 | 22 | 13 | 98 | 96 | 39 | 32 | 150 | 147 | 56 | 49 |
| 47 | 46 | 21 | 24 | 99 | 97 | 38 | 43 | 151 | 148 | 56 | 0 |
| 48 | 47 | 20 | 35 | 100 | 98 | 37 | 5 | 152 | 149 | 55 | 11 |
| 49 | 48 | 19 | 45 | 101 | 99 | 37 | 4 | 153 | 150 | 54 | 22 |
| 50 | 49 | 18 | 56 | 102 | 100 | 36 | 15 | 154 | 151 | 53 | 33 |
| 51 | 50 | 18 | 7 | 103 | 101 | 35 | 26 | 155 | 152 | 52 | 44 |
| 52 | 51 | 17 | 18 | 104 | 102 | 34 | 36 | 156 | 153 | 51 | 54 |

*Tabula*

Digitized by Google

*Tabula directionum ad ſingulos dies anni.*

| Dies | Gra. | Mi. | ſe. | Dies | Gra. | Mi. | ſe. | Dies | Gra. | Min. | ſe. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 157 | 154 | 51 | 5 | 209 | 206 | 8 | 24 | 261 | 257 | 25 | 42 |
| 158 | 155 | 50 | 15 | 210 | 207 | 7 | 35 | 262 | 258 | 24 | 53 |
| 159 | 156 | 49 | 26 | 211 | 208 | 6 | 45 | 263 | 259 | 24 | 4 |
| 160 | 157 | 48 | 37 | 212 | 209 | 5 | 56 | 264 | 260 | 23 | 14 |
| 161 | 158 | 47 | 48 | 213 | 210 | 5 | 7 | 265 | 261 | 22 | 25 |
| 162 | 159 | 46 | 59 | 214 | 211 | 4 | 17 | 266 | 262 | 21 | 36 |
| 163 | 160 | 46 | 10 | 215 | 212 | 3 | 28 | 267 | 263 | 20 | 46 |
| 164 | 161 | 45 | 21 | 216 | 213 | 2 | 39 | 268 | 264 | 19 | 57 |
| 165 | 161 | 44 | 32 | 217 | 214 | 1 | 50 | 269 | 265 | 19 | 8 |
| 166 | 163 | 43 | 42 | 218 | 215 | 1 | 0 | 270 | 266 | 18 | 19 |
| 167 | 164 | 42 | 53 | 219 | 216 | 0 | 11 | 271 | 267 | 17 | 30 |
| 168 | 165 | 42 | 4 | 220 | 216 | 59 | 22 | 272 | 268 | 16 | 40 |
| 169 | 166 | 41 | 14 | 221 | 217 | 58 | 33 | 273 | 269 | 15 | 51 |
| 170 | 167 | 40 | 25 | 222 | 218 | 57 | 43 | 274 | 270 | 15 | 2 |
| 171 | 168 | 39 | 36 | 223 | 219 | 56 | 54 | 275 | 271 | 14 | 12 |
| 172 | 169 | 38 | 46 | 224 | 220 | 56 | 5 | 376 | 272 | 13 | 23 |
| 173 | 170 | 37 | 57 | 225 | 221 | 55 | 15 | 277 | 273 | 12 | 34 |
| 174 | 171 | 37 | 8 | 226 | 222 | 54 | 26 | 278 | 274 | 11 | 45 |
| 175 | 172 | 36 | 19 | 227 | 223 | 53 | 37 | 279 | 275 | 10 | 55 |
| 176 | 173 | 35 | 30 | 228 | 224 | 52 | 48 | 280 | 276 | 10 | 6 |
| 177 | 174 | 34 | 40 | 229 | 225 | 51 | 58 | 281 | 277 | 9 | 17 |
| 178 | 175 | 33 | 51 | 230 | 226 | 51 | 9 | 282 | 278 | 8 | 28 |
| 179 | 176 | 33 | 2 | 231 | 227 | 50 | 19 | 283 | 279 | 7 | 38 |
| 180 | 177 | 32 | 12 | 232 | 228 | 49 | 30 | 284 | 280 | 6 | 49 |
| 181 | 178 | 31 | 23 | 233 | 229 | 48 | 41 | 285 | 281 | 6 | 0 |
| 182 | 179 | 30 | 34 | 234 | 230 | 47 | 52 | 286 | 282 | 5 | 10 |
| 183 | 180 | 29 | 45 | 235 | 231 | 47 | 3 | 287 | 283 | 4 | 21 |
| 184 | 181 | 28 | 55 | 236 | 232 | 46 | 13 | 288 | 284 | 3 | 32 |
| 185 | 182 | 28 | 6 | 237 | 233 | 45 | 24 | 289 | 285 | 2 | 43 |
| 186 | 183 | 27 | 17 | 238 | 234 | 44 | 35 | 290 | 286 | 1 | 53 |
| 187 | 184 | 26 | 28 | 239 | 235 | 43 | 46 | 291 | 287 | 1 | 4 |
| 188 | 185 | 25 | 38 | 240 | 236 | 42 | 56 | 292 | 288 | 0 | 15 |
| 189 | 186 | 24 | 49 | 241 | 237 | 42 | 7 | 293 | 288 | 59 | 26 |
| 190 | 187 | 24 | 0 | 242 | 238 | 41 | 18 | 294 | 289 | 58 | 36 |
| 191 | 188 | 23 | 10 | 243 | 239 | 40 | 28 | 295 | 290 | 57 | 47 |
| 192 | 189 | 22 | 21 | 244 | 240 | 39 | 39 | 296 | 291 | 56 | 58 |
| 193 | 190 | 21 | 32 | 245 | 241 | 38 | 49 | 297 | 292 | 56 | 8 |
| 194 | 191 | 20 | 43 | 246 | 242 | 37 | 0 | 298 | 293 | 55 | 19 |
| 195 | 192 | 19 | 53 | 247 | 243 | 37 | 11 | 299 | 294 | 54 | 30 |
| 196 | 193 | 19 | 4 | 248 | 244 | 36 | 22 | 300 | 295 | 53 | 41 |
| 197 | 194 | 18 | 15 | 249 | 245 | 35 | 33 | 301 | 296 | 52 | 52 |
| 198 | 195 | 17 | 26 | 250 | 246 | 34 | 44 | 302 | 297 | 52 | 2 |
| 199 | 196 | 16 | 36 | 251 | 247 | 33 | 54 | 303 | 298 | 51 | 13 |
| 200 | 197 | 15 | 47 | 252 | 248 | 33 | 5 | 304 | 299 | 50 | 24 |
| 201 | 198 | 14 | 58 | 253 | 249 | 32 | 15 | 305 | 300 | 49 | 35 |
| 202 | 199 | 14 | 8 | 254 | 250 | 31 | 26 | 306 | 301 | 48 | 45 |
| 203 | 200 | 13 | 19 | 255 | 251 | 30 | 37 | 307 | 302 | 47 | 56 |
| 204 | 201 | 12 | 30 | 256 | 252 | 29 | 48 | 308 | 303 | 47 | 7 |
| 205 | 202 | 11 | 41 | 257 | 253 | 28 | 59 | 309 | 304 | 46 | 17 |
| 206 | 203 | 10 | 52 | 258 | 254 | 28 | 10 | 310 | 305 | 45 | 28 |
| 207 | 204 | 10 | 2 | 259 | 255 | 27 | 21 | 311 | 306 | 44 | 39 |
| 208 | 205 | 9 | 13 | 260 | 256 | 26 | 32 | 312 | 307 | 43 | 50 |

*Tabula*

Digitized by Google

*Tabula directionum ad ſingulos dies anni.*

| Dies | Gra. | Mi. | ſc. |
|---|---|---|---|
| 313 | 308 | 43 | 0 |
| 314 | 309 | 42 | 11 |
| 315 | 310 | 41 | 22 |
| 315 | 311 | 40 | 33 |
| 317 | 312 | 39 | 43 |
| 318 | 313 | 38 | 54 |
| 319 | 314 | 38 | 5 |
| 320 | 315 | 37 | 15 |
| 321 | 316 | 36 | 26 |
| 322 | 317 | 35 | 37 |
| 323 | 318 | 34 | 48 |
| 324 | 319 | 33 | 58 |
| 325 | 320 | 33 | 9 |
| 326 | 321 | 32 | 19 |
| 327 | 322 | 31 | 30 |
| 328 | 323 | 30 | 41 |
| 329 | 324 | 29 | 52 |
| 330 | 325 | 29 | 3 |
| 331 | 326 | 28 | 13 |
| 332 | 327 | 27 | 24 |
| 333 | 328 | 26 | 35 |
| 334 | 329 | 25 | 46 |
| 335 | 330 | 24 | 56 |
| 336 | 331 | 24 | 7 |
| 337 | 332 | 23 | 18 |
| 338 | 333 | 22 | 28 |
| 339 | 334 | 21 | 39 |
| 340 | 335 | 20 | 49 |

| Dies | Gra. | Mi. | ſc. |
|---|---|---|---|
| 341 | 336 | 20 | 0 |
| 342 | 337 | 19 | 11 |
| 343 | 338 | 18 | 22 |
| 344 | 339 | 17 | 33 |
| 345 | 340 | 16 | 44 |
| 346 | 341 | 15 | 54 |
| 347 | 342 | 15 | 5 |
| 248 | 343 | 14 | 15 |
| 349 | 344 | 13 | 26 |
| 350 | 345 | 12 | 37 |
| 351 | 346 | 11 | 48 |
| 352 | 347 | 10 | 10 |
| 353 | 348 | 10 | 10 |
| 354 | 349 | 9 | 21 |
| 355 | 350 | 8 | 32 |
| 356 | 351 | 7 | 42 |
| 357 | 352 | 6 | 52 |
| 358 | 353 | 6 | 2 |
| 359 | 354 | 5 | 13 |
| 360 | 355 | 4 | 23 |
| 361 | 356 | 3 | 33 |
| 362 | 357 | 2 | 44 |
| 363 | 358 | 1 | 54 |
| 364 | 359 | 1 | 4 |
| 365 | 360 | 0 | 15 |

*Tabula directionum in horis & minutis.*

| Hor. | Gra. | Min. | ſe. |
|---|---|---|---|
| 1 | 0 | 2 | 40 |
| 2 | 0 | 5 | 20 |
| 3 | 0 | 8 | 0 |
| 4 | 0 | 10 | 41 |
| 5 | • | 13 | 21 |
| 6 | 0 | 16 | 1 |
| 7 | 0 | 18 | 41 |
| 8 | 0 | 21 | 21 |
| 9 | 0 | 24 | 1 |
| 10 | 0 | 26 | 42 |
| 11 | 0 | 29 | 22 |
| 12 | 0 | 32 | 2 |
| 13 | 0 | 34 | 42 |
| 14 | 0 | 37 | 22 |
| 15 | 0 | 40 | 3 |
| 16 | 0 | 42 | 43 |
| 17 | 0 | 45 | 23 |
| 18 | 0 | 48 | 3 |
| 19 | 0 | 50 | 43 |
| 20 | 0 | 53 | 23 |
| 21 | 0 | 56 | 4 |
| 22 | 0 | 58 | 44 |
| 23 | 1 | 1 | 24 |
| 24 | 1 | 4 | 4 |

Adſcien

Digitized by Google

### *Ad ſciendum in reuolutione, quantum durabunt effectus.*

Ad hoc ſciendum, duo ſunt modi. Primus quãdo planeta fuerit in radice in aliquo ſigno, & in reuolutione ad illud idem peruenerit., & in eodem figuræ loco radicis: ſignificatum illius planetæ durabit (ſi per applicationem fuerit) quantum reuolutio illius planetæ duplicata, eo quòd applicuit ad ipſum locũ in figura, in quo fuit in radice. Et ſi nõ ad locum in quo fuit in figura radicis, durabit quantũ reuolutio vna illius planetæ. Verbi gratia. Saturnus fuit in radice tuę natiuitatis in gra. 8. mi. 52. Piſcium in octaua domo, & in aliqua reuolutione peruenit ad ſuum locum, in quo fuit in radice, & fuit ſimiliter illud ſignum octauum ab aſcendente reuolutionis, vel à ſigno profectionis aſcendentis, & ſignificauit per hanc applicationẽ aliqua grauamina ex parte mortuorum, &c. & hic effectus durabit per duas reuolutiones Saturni. Et ſi locus ille non eſſet octauus ab aſcendente reuolutionis, vel à ſigno profectionis, duraret quãtum eſt Saturni vna reuolurio.

Secundus modus: ſi planeta aliquis in radice natiuitatis fuerit in aliquo ſigno, & poſtmodum applicat in aliqua reuolutione ad illud ſignum alius planeta, ſignificat aliquam rem, & ſignificationem, quam ſignificauit hic planeta ſecundum domos reuolutionis, eritq; ſimiliter coueniens illi, quam ſignificauit ſecundum domos radicis, & durabit per integram reuolutionem planetæ adiungendo ei reuolutionẽ planetę radicis: & ſi planeta radicis aſpexerit planetã reuolutionis in illa reuolutione, eius ſignificatio durabit ſecundũ quantitatẽ reuolutionis amborum planetarum ſimul finitam: & ſi hoc diuerſificatur, vt ſit applicatio ad ſignum, & nõ ad locum figuræ, ſignificat quòd durabit quantum planetæ reuolutio, dummodo non ſit remotus ab eo plus medietate ſui diametri. Verbi gratia. Sit Iupiter in Piſcibus ſigno communi, & illud ſignum eſt in nona radicis, & poſtea in aliqua reuolutione applicuit Venus ad illud idem ſignum in quo fuit Iupiter in radice, & fuit illud in nona domo ab aſcendente reuolutionis, vel à ſigno profectionis annuæ aſcendentis: ſignificat igitur Venur per eius applicationẽ ad locum Iouis emẽdationẽ legis, vel itinera ratione legis, & habebit ſubſtantiam natus ex bonis mortuorum: infirmabitur gutturis dolore, ſed poſtea ſanabitur: & durabit hoc ſignificatum ſecũdum numerum annorum Veneris. Et ſi Iupiter aſpexerit Venerẽ in reuolutione, ſignificatio durabit per reuolutionem amborum planetarum ſimul iunctam.

Quãdo verò duo planetę applicuerint ad locũ, in quo fuit vnus planeta, vel aliquis planeta ad locũ in quo fuerũt duo, vel plures planetæ, iudicandũ erit de oĩbus, ac ſi ſeparatim vnus ad locũ alterius pueniret: vt ſi Luna quę fuit in radice in gra. 0. minut. 25. Scorpionis, & in aliqua reuolutione applicaret Ioui & Saturno ad illum locum, iudiciũ erit de applicatione Iouis ad locum Lunę & etiam Saturni ad locum Lunæ, & ſimiliter duratio erit ſecundum reuolutionem amborum planetarum.

Hæc planetarum reuolutio hoc modo capi debet. Reſpice planetã à quo accipitur ſignificatio, & ſi fuerit in ſigno mobili accipias durationem ſignificati ſecundum numerum annorum ſuorũ minorum horas: ſi in fixo ſecundum numerum annorum ſuorum maiorum dies. Si verò in bicorporeo, ſecundum numerum annorum ſuorum mediocriũ dies. Et in quocunque iſtorum neceſſe fuerit duplicare illum eundem numerum, quem habueris, & iudicabis quòd ille euẽtus durabit in bono vel malo per tempus numeri huius duplicati, & adiuua etiã te in huiuſmodi ſignificatione ab angulis ſuccedentibus, & cadentibus. Et hæc de duratione effectus ſatis dicta ſufficiant.

### *Annorum per dies diſtributio.*

Dies etiam totius anni planetis ſingulis diuidũtur à quibus ægritudines, imbecillitates, lucra, dãna, dolores, & gaudia proueniunt: nam cùm beneuolæ ſtellæ dies acceperint, ab omni malo liberamur. Cùm verò maleuolæ, tunc nos repentini infortuniorum caſus impugnant. Hoſpitator ergo ſiue dominus ſigni, ad quod deuoluta fuerit progreſſio ab horoſcopo primos ſibi vendicat dies: poſt ipſum cæteri prout ſunt ſinguli in natalis thema te conſtituti, inquit Firmicus cap. 29. lib. 2. Sed ſecundem iudicium meum debemus accipere diſtributiones annuas à domino anni, poſt ipſum cæteris planetis diuidere annum, prout ſunt ſinguli in annuæ conuerſionis ſchemate collocati ſecundum ſignorum conſequentiam. In hoc dierum ſpacio omnia quæ nobis obueniunt inuenire poſſumus: perſpecta prius locorum ac ſignorum qualitate: nam ſi bene collocata fuerit ſtella, quæ moderabitur illos dies nati, & ſit beneuola, omnia bona decernit: ſin maleuola & malè collocata, nato infortunia pro locorum qualitate præſtabit. Quot igitur dies quiſque planeta ſortiatur, iſta tabella docet, quæ modo ſubſequitur.

| | ♄ | ♃ | ♂ | ☉ | ♀ | ☿ | ☽ |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Dies. | 85 | 30 | 36 | 53 | 33 | 57 | 71 |

### *Ad Duodenarias planetarum & domorum inueſtigandas.*

Aſpice quantum ambulauerit planeta in ſigno ſuo in quocunque fuerit, aut gradus domus quem volueris ex gradibus & minutis: multiplicabiſque hoc in duodecim, poſt hoc addes deſuper ipſos gradus, atque minuta, quæ multiplicaſti in 12. & quod collectum fuerit, ex eo proiice ab initio gradus eiuſdem ſigni: dans vnicuique ſigno 30. gradus, & vbi fuerit finitus numerus, ibi erit duodenaria planetarum ac domorum.

## ANNOTATIONES.

Quando aliquis planeta in reuolutione peruenerit ad locum ſuum radicis, accipies ſignificationes à tribus partibus.

Vna eſt à naturis ipſorum planetarum.

Alia eſt à ſignificationibus aſpectuum planetarum, & commixtionum earum. Et quando applicat fortuna in reuolutione ad locum in quo fuit

fortuna

fortuna in radice, tunc adiuuat fortunam. Et quãdo infortuna applicat ad locum fortunæ, damnat ſignificationem eius. Et quando fortuna applicuerit ad locum infortunæ, meliorat ſignificationem eius. Et quando infortuna applicuerit ad locum infortunæ, ſignificat damnum, & hoc totum ſecundùm naturas & proprietates eorum proprias, quas ſignificauerint in radice, & reuolutione.

Tertia eſt vt aſpicias locum, in quo fuit planeta in radice; & ſi in reuolutione applicuit ad alium planetam in eodem loco: pone domum primi planetæ tanquam aſcendens, & aſpice vbi cadunt domus alterius planetæ, qui applicuit ad locum eius, & iudica ſecundùm naturas domorum ſignificationes ipſarum.

Verbi gratia, Iupiter erat in radice natiuitatis in aliquo ſigno, ſiue domo ſua, ſiue in domo alterius: & in reuolutione alicuius anni applicuit Venus ad eundemmet locum in quo fuit Iupiter in radice: vnde ponemus quamlibet duarum domorum Iouis ſicut aſcendens, & aſpiciemus poſtea vbi cadent ambæ domus Veneris à duabus domibus Iouis vnaquaque ſcilicet ab altera: igitur poſui Taurum ſextũ à Sagittario, ex quo iudicaui in infirmitatibus: & quia Libra eſt eius vndecima, iudicaui ſimiliter in amicis & ſociis, & quia ambo ſunt fortunæ, iudicaui quòd euadet ab infirmitatibus, & habebit fortunam in ſeruis, amicis, & ſociis.

Poſtmodũ poſui Piſces ſicut aſcendens, & quia Taurus eſt eius tertium, iudicaui in itineribus. Et quia Libra eſt octaua eius, iudicaui in exequiis mortuorum, & morte: vnde iudicaui quòd faciet itinera, & erit fortunatus in eis, & habebit lucra, & quòd eis aſſimilatur, & morietur aliquis ex adhærentibus ei. Et hoc modo aſpicies in omnibus planetis, & iudicabis ſecundùm hanc viam.

Et ſi Iupiter fuiſſet ille qui applicuiſſet ad locũ Veneris, poſuiſſemus domos Veneris loco aſcendẽtis, ſicut fecimus de domib' Iouis, & vidiſſemus vbi cecidiſſent domus Iouis ab vnaquaque domorum Veneris, & iudicaſſemus ſecundùm hunc modum. Vnde propter applicationem Veneris ad locum Iouis habuimus ſignificationes infirmitatis & mortis, & à naturis amborum, quia fortunæ ſunt, habuimus ſignificationes ſanandi ab infirmitate: & habendi fortunam & lucrum in bonis mortuorum.

Aſpice ſimiliter in hoc quando Venus fuerit fortior, & dominabilior in anno: quia Iupiter debet ponere domos ſuas ſicut Aſcendens, & aſpice tunc vbi cadit in eis domus Iouis, & iudica ſecundùm illud.

Et quãdo Sol quolibet anno reuertitur ad ſuummet locũ, ponemus domum eius ſicut Aſcẽdẽs, & aſpiciemus quomodo ſignum eius veniet ad illam ſuam domum, & iudicabimus ſecundùm hoc in reuolutione bonum, ſi fuerit bene affectus.

Hucuſque generaliter locutus ſum, nec aliquis ſine his poterit quicquam verè prædicere, nunc ad ſingularia veniamus.



Digitized by Google

# FRANCISCI IVNCTINI MATHEMATICI FLORENTINI,

## De rebus particularibus, Tractatus ſecundus.

### *Quomodo in genere iudicandum ſit ex poſitu ſtellarum in mundo, & themate reuolutionis tempore, de iis quæ nato eo anno euentura ſint.*

*PRAEFATIO.*

1 Act. 1. QVANQVAM ſolus Deus in ſua poteſtate ſibi tempora & momenta (vt veritas ipſa teſtatur) reſeruauerit: præſcius quoque futurorum ſolus ipſe, ac nemo omnium in hoc ſit mūdo cōſtitutus, qui diem poſſit craſtinū ſibi polliceri, & in eodem certum quid futurum fore prædicere: Nihilominus tamen idem ipſe ac optimus 1. Cor. 12. Deus ſua liberaliſſima bonitate plurima in creaturas ſuas transfudit dona, quibus ea quæ futura, ac procul ſunt videre, & præſcire pmittit: præſcire inquam non certo penitus, ſed vt Deus ipſe voluit coniecturali quodam, ac diſcurſiuo iudicio. Sic aues cantu, & volatu, aliáque animalia aliis modis tēpora, ipſorū diſpoſitiones, ac alia ſimilia priuſquā Mat. 16. fiant prænunciant. Sic Sol ſero rubens, manè ſerenitatem aurę indicat. Manè verò ſi rubet, veſpertinas pluuias inſinuat: quæ omnia per naturam rebus ipſis ex ordine à Deo inditā fieri videm⁹: nec deſunt auctores qui de huiuſmodi naturalib⁹ ad plenū ſcripſere. Vide Ephemerides Antonij Mizaldi. Nec obſtabit dictū Ariſtotelis, qui ait, de futuris cōtingentibus non eſſe determinatā veritatē; quoniā & idem Ariſtoteles ait, ꝙ omne futurū de neceſſitate veniet. Si veniet de neceſſitate, aut etiā aliūde oportebit eius cauſam præcedere; vt Plato voluit. Hanc autē cauſam præciſam, & determinatā conditor ipſe rerū omniū Deus ſolus perfectè nouit. Dedit tamen homini rationē, intellectū & potētiā diſcurſiuā, qbus ex pteritis futura cōiecturare poſſet. Dedit & ſciētiā & cognitionē aſtrorū, quibus plures effectus ad quos aſtra inclināt adhuc futuros prædicere valent. Et vt cōplectar rem particularius: Deus dedit homini triplicem futura prædicendi viam: quas vel ſingulas, vel aliquas homo ſtudioſus indagare, vel aſſequi facilè poterit.

Prima via quæ omnium eſt communior, conſiſtit in longa vita, qua per longam experientiam rerum omnium magiſtram ex dudum præteritis per ſimilitudinem, & coniecturam futura prædicere homo poteſt: hanc ſciendi viam habent ſenes.

Secūda via ex aſtris ſeu ſciētia aſtrorū facilè habetur à Ptolemęo dicente, ꝙ cauſas rerū rimaturis primò cæleſtia contēplāda ſunt corpora: mūdus enim iſte cōtinuus eſt lationib⁹ ſuperioribus, vt Ariſtoteles primo Meteororū ait, vt omnis virtus eius, id eſt mūdi, inde ſcilicet à cæleſtibus gubernetur. Et iterū Ptolemæus, Homines per aſtra moribus & virtutibus informātur; quandam enim inclinationem aſtra ipſa præſtant corporibus humanis: neceſſitatem verò prorſus nullam. Vnde homines eorum inclinationes præcauere poſſunt, vel mitigare ratione, & conſilio. Nota.

Tertia eſt via reuelationū. Nā & ſi ſolus pater futurorū ſciētiā in ſua poſuit poteſtate, tamē nōnullis ea reuelare dignatus eſt vel in ſpiritu, vel in viſione, & quaſi in ęnigmate, vel p Angelos palam miſſos: ac aliisqbuſdā occultis modis, q futura ſunt certis hominib⁹ ingerit, vt futura verè pnūciēt. Sic in veteri teſtamēto pphetę futura pphetarūt: cuius infinita ſunt exēpla. Ac poſtremò in nouo teſtamēto ſanctiſſimo Ioāni, dū ſup pectus domini recūberet, ſecreta Dei ī fine ſeculi vētura reuelata ſunt. Igitur ex pdictis tribus viis futura ſciēdi primā & ſecūdā viā amplector: cū Aſtrologia ſit vna de ſeptē artibus liberalibus, & ſit verè ſciētia, neq; de ſe mala, aut phibita, ſecūdū Panormitanū ī capit. ex tuarū, de ſortileg. Vnde & iura pmiāt has ſciētias exercētes l. j. ff. de variis & extraordinariis cognitionibus: vnde ſi qs dicat corpora cæleſtia, & cōſtellationes inclinare homines quādoq; ad vitia, quādoq; ad virtutes, non errat; dūmodo nō credat homines cogi, qa voluntas, q eſt principiū humanarū operationū, nō ſubiicitur cęlo, vt ſanctus Thomas in pluribus locis dicit. Vide S. Th. 1 q. 115. arti. 4. Iudicare etiā de infirmitatibus, ſanitatibus, & aliis, q ex cęleſti influētia pcedere poſſunt, bonis Aſtrologis pmittitur. Et ideo cōcludim⁹ pcognoſcere futura cōtingere duobus modis, ſcilicet in ppria forma, & in vniuerſali ī ſuis cauſis: primo modo ſolus Deus cognoſcit futura: ſecūdo modo pōt & homo cognoſcere futura, vt ait quandoque S. Thomas in ſumma, q. 3. Vnde Mathematicus ex genitura hominū, & multis aliis ex peritia Aſtrologię cognitis pōt multa pdicere, vt de pluuiis, ſiccitatib⁹, vbertate, & ſterilitate, de bello & pace, de morte & vita, etiā de actibus humanis ſecūdū illud quo à corpore depēdēt, licet nō neceſſariò, verū ſecūdū īclinationē, et hoc eſt catholicū vt patet p Auguſtinū. 6. c. 5. de Ciuitate Dei, & ſecūdo ſup Geneſim ad literā, & in ſecūdo de doctrina Chriſtiana.

DE

Digitized by Google

*DE SANITATE ET INfirmitate corporis.*

CAP. I.

Ptole. Aph. 61. Cent.

1 ASpice in reuolutione anni ad ſtatum Lunæ: quoniam ipſa magnam & fortè ſignificationem habet, maximè in eſſe corporis, & eo fortius in reuolutionibus nocturnis. quia quando fuerit in bono ſtatu, ſignificat bonum: & in malo malum. Abenragelis ſententia cap. 12. par. 6.

De ſanitate.

2 Si fuerit Aſcendens reuolutionis locus Lunæ radicis, & ſalua à malis, prædic nato corporis proſperam valetudinem.

3 Si profectio horoſcopi venerit ad locum in quo fuerat Luna in radice, & fuerit Luna in ipſo eodem ſigno in reuolutione, vel ibi aſpexerit, & fuerit ab infortuniis libera, ſaluationem corporis ſignificat.

4 Profectio horoſcopi ad locum capitis Draconis, & Iupiter ſi fuerit ibidem, vel eum aſpexerit, ſignificat corporis ſanitatem.

5 Dominus horoſcopi reuolutionis fortunatus, & in ſuo domicilio, indicat eum, cuius fuerit conuerſio, inuenturum bonam valetudinem. Sed ſi fuerit in horoſcopo, erit valens corpore.

6 Dominus horoſcopi radicis ſi benè aſpicitur in reuolutione, ſanitatem largitur.

7 Dominus anni benè affectus, & in aliquo ſigno in quo habeat aliquam dignitatem, ſi fuerit, ſignificat ſanitatem corporis.

8 Quando dominus anni fuerit infortuna, in themate autem natalis fœliciter collocatus, & orientalis: præſertim ſi maleuolæ ſtellæ gradum diuiſionis non commaculauerint, & Luna & horoſcopus conuerſionis annuæ, & eorum domini fuerint ſalui ab infortuniis, natus illo anno ſanitate lętabitur.

9 Boni planetæ in horoſcopo reuolutionis, ſignificant corporis ſanitatem.

10 Et hæc dicta ſunt, quando loca hilegialia per directionem in natiuitate non venerint ad ſtellas maleficas, ſiue calamitoſas per corpus, ſiue per quadratum, oppoſitionem, & Antiſcia.

De infirmitate.

11 Luna malè diſpoſita in reuolutione ſignificat labores, & triſtitiam, atque melancholiam nato: & hoc in illa medietate anni in qua medietate figuræ reuolutio ipſa inuenta fuerit, vt ſi in 4. 5. 6. 11. 10. vel 12. domo Luna malè diſpoſita fuerit reperta, erit hoc in prima medietate huius reuolutionis. In reliquis domibus, erit in ſecunda medietate huius reuolutionis.

12 Luna ſi fuerit domina anni exiſtens in ſexta domo ſignificat laborem & corporis dyſcraſiam.

13 Si Luna fuerit in radice infortunata, & applicuerit ad locum infortunij radicis: idque efficacius erit, ſi hæc applicatio fuerit in aſcendente radicis, aut in ſexta, vel duodecima reuolutionis, ſignificat laborem, & magnam infirmitatem.

14 Luna & Mercurius ſi in reuolutione ſe mutuo non aſpexerint, nec eorum alter aſcendens, & fuerint infortunati à Saturno vel Marte, exiſtentibus in Cancro, Virgine, vel Piſcibus, eo anno, natus ex aduerſa valetudine ſenſum amittet.

15 Luna infortunata in reuolutione, & dominus anni in malo loco figuræ maximè in ſexta domo, ſignificat illo anno laborioſam vitam aut aduerſam valetudinem nato.

16 Luna infortunata in radice & in reuolutione ſi fuerit in locum Saturni, vel Martis radicis in prima, ſexta, vel duodecima reuolutionis, ſignificat illo anno aduerſam valetudinem.

17 Luna in reuolutione in loco in quo fuit Saturnus in radice, ſignificat concubitum eius cum vetula, vel ægritudinem eius ex cauſa frigida.

18 Luna cum cauda, ſignificat humorum corruptionem, & malignitatem.

19 Luna cũ capite, ſignificat augmẽtũ humorũ.

20 Luna cum Ioue & Venere, vel cum Marte, ſignificat humorum inflammationem.

21 Luna infortunata, coniuncta, vel oppoſita planetæ exiſtenti in ſexta domo, dabit membro illi domui ſubiecto infirmitatem vel dyſcraſiam.

22 Saturnus, ſi fuerit dominus anni, fueritque in reuolutione in horoſcopo, non tamen in quibus ſignis habet iura dominij, & fuerit in genitura in horoſcopo, vel in eius quadrato, vel oppoſitione, natus graui ægrotatione cruciabitur, vel habebit ægrotationes longas.

23 Saturnus in Aſcendente reuolutionis ſignificat ægrotationem de ſui natura, & nocumentum, & alia corporis mala.

24 Saturnus & Mars ſi teſtimonium habuerint in reuolutione, & viderint ſe quadrato, vel oppoſitione, ſignificant ægritudinem melancholicam, turbationem, vel damnum.

25 Saturnus ſi fuerit dominus anni, & læſerit Diuiſorem, vel Aſcendentem radicis, vel reuolutionis, & præſertim Lunam, ſignificat phlegmaticos, & melancholicos humores, & catarrhum: præſertim circa inferiores corporis partes, ſi Saturnus fuerit in Sagittario, Capricorno, Aquario, vel Piſcibus.

26 Saturnus dominus anni, ac dominus profectionis Lunæ, decernit paſſiones melancholicas.

27 Saturnus ſi fuerit Diuiſor, & ipſe fuerit in malo loco, aut infortunatus, ſignificat infirmitates ex frigitate, & humiditate, & abundantia phlegmatis, & humores crudos, phthiſes, & longas infirmitates, & chronicas.

28 Saturnus infortunatus cũ Mercurio, & Mars exiſtens in quadrato aſpectu Solis, ſignificat morbum ex putrefactione, ſiue tabificum.

29 Saturnus dominus anni, & in reuolutione reſtitutus ad domum, quam natiuitatis tempore tenebat, & Mars aſpexerit eum maligno aſpectu, ſignificat detrimentum ſecundum ſtationem domus in qua fuerat Saturnus: ſi vero fuerit in aſcendente reuolutionis, aut cum Luna, ſignificat corporis læſionem & grauem infirmitatem.

30 Saturnus cum Ioue & Marte in eadem parte ſignificat podagram & alia mala ſimilia.

31 Saturnus in ſexta domo in natiuitate & reuolutione, graues & diuturnos morbos ac quaſi inſeparabiles ſignificat.

32 Saturnus in ſeptima domo in natiuitate, & re

uolutione,facit hæmorrhoidas & Arthritim.

33 Saturnus ad locum Lunæ ſi venerit in reuolutione,natus laborabit morbo frigido.

34 Iupiter in ſexta domo in natiuitate & reuolutione,morbos denegat,aut leues præſtat,niſi fuerit dominus aſcendentis.

35 Iupiter ſi fuerit in radice in ſexta domo in Geminis,vel Tauro,aut aliquo ſigno mobili,& Venus in aliquo anno applicuerit ad illud ſignum in quo fuit Iupiter,dabit nato dolorem in gutture ſpacio dierum 8. vel 12. aut totidem horarum, aut 20. ad ſummum.

36 Mars ſi fuerit dominus anni, fueritque in reuolutione in horoſcopo non in domicilio, vel regno ſuo,& fuerit in radice in horoſcopo, vel in eius quadrato,vel oppoſito,ſignificat febrem tertianam,ſiue aduſtam & cholericam.

37 Mars in reuolutione ſi maculat locum Veneris radicis, ſignificat quòd ex nimia comeſtione, vel coitu,natus incurret ægritudinem.

38 Mars & Mercurius cum Cauda,denuntiant alterationem melancholicam cum ventris profluuio.

39 Mars ſi fuerit diuiſor,& in malo loco, & non habuerit teſtimonium,nec aſpectum aliquem cum Ioue,ſignificat dolores,& infirmitates natura calidas,vel per combuſtionem,ac febres & effuſionem ſanguinis per vulnera & percuſſiones: ſi natus per natiuitatẽ fuerit propẽſus ad vulnera & pcuſſiones.

40 Mars in ſexta domo in natiuitate & reuolutione,decernit morbos repentinos & ſyderationem.

41 Sol in ſexta domo in natiuitate & reuolutione morbos plurimos efficit,& cordis debilitatem.

42 Sol in octaua domo in natiuitate & reuolutione, ipſi nato morbos & detrimenta corporis infligit.

43 Sol & Venus ſi aſpexerint Saturnum ex quadrato,vel oppoſitione,ſignificant ægritudinem ex humore craſſo,& melancholico,vel timeatur mentis conturbatio,præſertim ſi tunc Luna, aut Mars fuerint infeſti.

44 Venus in quinta domo cum Cauda quadrato Saturni ſauciata,aliquando Venerem hebetabit, & gonorrhœam forſitan prouocabit, aut ventris profluuium.

45 Cauda Draconis in Aſcendente reuolutionis, ſignificat melancholiam.

46 Dominus anni ſi fuerit in angulo occidentis cũ Luna,& dominus ſigni fuerit in ſuo caſu, vel in oppoſito domus ſuæ,infirmitatem minatur.

47 Dominus anni ſi fuerit combuſtus, minatur ægritudines acutas:at ſi idẽ anni Rex fuerit auctus lumine,& numero, diminuet malum & mitigabit ægritudines.Sin fuerit cadens,augebit malum.

48 Dominus anni cum fuerit planeta maleficus, & ſimiliter Diuiſor, acciderintque tam Sol quàm Luna tempore reuolutionis ſub terra, à beneuolis non inſpecti, ſignificant ægritudinem eius, cuius eſt reuolutio,& læſionem parentum.

49 Dominus anni ſi aſpexerit Aſcendens vel ſignum profectionis de oppoſitione, vel quarto aſpectu,ſignificat malum in illo anno & corruptionem humorum.

50 Dominus anni cum fuerit maleuolus,fueritque ſecundum natiuitatem in ſexta domo, & in reuolutione in aſcendente,& impedierit Lunam: licet à bonis planetis ipſa reſpiciatur à bonis locis, indicat detrimenta maxima,& longũ languorem.

51 Dominus aſcendentis radicis ſi fuerit in ſexta domo reuolutionis,ſignificat alterationem, ſeu indiſpoſitionem corporis.

52 Dominus Aſcendentis radicis ſi fuerit maleficus,& poſtea in reuolutione peruenerit ad illud ſignum Aſcendentis, fueritque anni rex, producet dolores,ægritudines, & triſtitias de natura illius ſigni horoſcopantis.

53 Dominus Aſcendentis reuolutionis in ſexta domo,ſignificat ægritudinem corporis.

54 Dominus Aſcendentis radicis in reuolutione quando à malis aſpicitur,ſignificat nato malum,& infirmitatem ſecundum naturam planetæ,qui aſpicit, & ſi Mars aſpicit quadrato vel oppoſito, caue iram Martis.

55 Dominus aſcendentis radicis cum Cauda in reuolutione in oppoſito Saturni,& Lunæ,vel Martis,minatur alterationẽ melãcholicã,deinde acutã.

56 Dominus aſcẽdẽtis radicis ſi fuerit infortuna, & in reuolutione fuerit in aſcendẽte,fueritque dominus anni,ſignificat illo anno infirmitates,dolores & triſtitias de natura illius ſigni & planetæ.

57 Dominus aſcendentis reuolutionis in octaua domo,Retrogradus ſine auxilio fortunæ, minatur infirmitatem.

58 Dominus nonæ domus radicis ſi fuerit in ſexta reuolutionis propter frequentem loci mutationem,natus futuram incurret ægritudinem.

59 Aſcẽdẽs reuolutionis quando fuerit locus Saturni radicis,& Saturnus in reuolutione aſpexerit eũ de malo aſpectu,vel fuerit ipſe ibidẽ, ſignificat febres cũ tremore,vel quartanas ſi fuerit angularis. Et ſi Mars cũ aſpexerit,incidet nat' de vna febre in aliã,& ſi fortunę viderint eũ,liberabitur medicinis.

60 Aſcendens reuolutionis ad locum Martis deuolutum radicis ſi mali eum aſpexerint, ſignificat febres acutas.

61 Aſcendens reuolutionis ſi fuerit locus Solis radicis,& fuerit infortunatus, ſignificat aduerſas valetudines.

62 In aſcendẽte radicis ſi fuerit maleficus planeta,& peruenerit annus vſque ad illum, & cõtingat horoſcopum anni eſſe illud ſignum, & inſpiciatur à malefico maligno aſpectu:quamuis reliqui planetæ ſint fortunati: nihilominus anno illo ſuſtinebit dãna,& ægritudines,ſecũdũ malefici planetę naturã.Si verò hic malefic' planeta,vt dictũ eſt ſupra,ſic ſe habet,& infortunauerit dominũ anni,vel dominum aſcendentis,verendũ erit,ne natus moriatur.

63 Si ſignum profectionis annuæ conuerſionis ſit ſextum radicis,& aſpiciant illud maleuoli nullo inſpiciente benefico,minatur morbum, grauemque ægrotationem.

64 Si ſignum profectionis fuerit ſignum duodecimę domus radicis,& ipſum aſpexerit infortuniũ ſine aſpectu fortunæ,infirmitatem ſignificat.

65 Si gradus diuiſionis fuerit terminus maleficarum,ſignificat indigentiam,& labores, aut corporis dyſcraſiam,niſi dominus ſigni diuiſionis, & anni,atque Luna fuerint in bonis locis.

66 Quãdo gradus diuiſionis, ſiue partitionis, & Diuiſor in vtroque ſchemate fuerint infortunati,

& Luna

Digitized by Google

& Luna commaculata,& beneficæ non aſpexerint fœlicibus radiis horoſcopũ vtriuſque thematis,neque luminaria,atq; Diuiſorẽ,ſed infortunãtes aſpexerint hoſtilibus radiis, vitę abſciſſionẽ portẽdũt, aut pernicioſam ægrotationẽ ingerent illo anno.

67 Profectio Orientis ſi peruenerit ad locum in quo fuerit Saturnus in themate natalitio, & in reuolutione fuerit in quadrato, vel oppoſitione illius profectionis,dabit nato ex humore melancholico aduerſas valetudines, ſiue febres cum tremore, vt pote quartanam,vel tertianam, & præſertim ſi Saturnꝰ fuerit in aliquo angulorum,vel ſuccedẽtium. Et ſi mars illum profectionis locum aſpexerit hoſtilibus radiis,adiiciet in malitia, & mutabit de vna valetudine aduerſa,in aliã. Si benefica aſpexerit fœlici intuitu,natus conualeſcet,& proderũt ei medicinæ in illa valetudine.

68 Si profectio horoſcopi venerit ad ſignum in quo fuerat Mars in radice,& fuerit Mars in ipſo eodemque ſigno,vel in aſpectu eius quarto, vel oppoſito ſignificat magnum metum,percuſſiones, aut febrem acutiſſimam,quæ erit ex cauſa calida.

69 Si profectio horoſcopi venerit ad ſignum, in quo fuerat Sol in radice,& fuerit infortunatus Sol in radice,vel in reuolutione, ſignificat quòd natus ægrotabit infirmitatem calidam & ſiccam.

70 Si profectio horoſcopi venerit ad locũ, quo fuerat Luna in radice, & fuerit Luna in ipſo ſigno in reuolutione,vel ibi aſpexerit,& nõ fuerit ab infortuniis libera,ſignificat corporis infirmitatem.

71 Profectio horoſcopi ad locum caudæ Draconis,minatur ægritudines cum ventris profluuio.

72 Si profectio Lunę venerit ad ſignum, in quo fuit Saturnus in radice,debilitatem corporis,grauémque ægrotationem obnunciat vel inteſtinorũ dolores,ventriſque acerbos cruciatus ſignificat.

73 Profectio horoſcopi ſi ceciderit in figura reuolutionis in ſexta domo,aſpexerintque ipſam planetæ maleuoli,nullo beneuolo ipſam aſpiciente, ſignificat prauum languorem.

74 Profectio Saturni cũ acceſſerit ad cõiunctionẽ,aut oppoſitionẽ,quadratámve cõfigurationem, ipſius in geneſi minatur morbũ frigidũ,& humidũ, abũdantiã phlegmatis, atræ bilis importunitatem: præſertim ſi profectio hæc inciderit in geneſi in ſextam,ſeptimam,octauam,aut duodecimã domũ.

Vide Ptol. Aph. 24. Ceut. 75 Si eclipſatus fuerit Sol,vel Luna in aſcẽdente reuolutionis,vel in medio cęli,vel ĩ gradu ſigni diuiſionis,& fuerint eorũ domini in ſigno Eclipſis,ſignificat ſollicitudines,& anxietates,& ęgritudines.

76 Quando apparuerit aliquis de cometis in aſcendente natiuitatis,vel in ſigno profectionis,vel in aſcendente reuolutionis,vel in ſigno,in quo peruenit diuiſio,vel in ipſis terminis diuiſionis, vel cũ dominis huiuſmodi locorũ:hi,quorũ eſt reuolutio ægrotabunt, & laborabunt & contriſtabuntur.

De Morte. 77 Si diuiſor fuerit beneuolus,fueritque ſecundum reuolutionem & ſecũdum natiuitatem infortunatus, & à beneuolis non inſpectus, acciderítque tam Diuiſor quàm Luna impediti à malis, dominus anni etiam impeditus, & in ſexta vel octaua domo poſitus,mortem ſignificat.

78 Si fuerit Saturnus Diuiſor, & tam ipſe quàm Mars in reuolutione impedierit locum diuiſionis, non aſpicientibus locum ipſum beneuolis: mortem ſignificant.

79 Profectio horoſcopi cùm ceciderit in reuolutione in angulo terræ, vel in angulo occidentis, fueritque Saturnus ibidem, vel aſpexerit locum ipſum aſpectu maligno & contrario, timor eſt,ne forte ipſe,cuius eſt reuolutio,moriatur.

80 Profectio horoſcopi ſi ceciderit in duodecimam domum natiuitatis,fueritque dominus eius Iupiter,& contingit ipſum eſſe ſimul cum Saturno in ſeptima domo, & fuerit Mars in angulo terræ, ſignificat corporis læſionem, & periculum mortis propriæ.

81 Profectio horoſcopi ſi peruenerit ad ipſum ſignũ horoſcopi natiuitatis,in quo ſigno ipſa profectio perueniet currente anno ætatis nati 13. 25. 37. 49. 61. Et fuerit in horoſcopo natiuitatis maleuolus, & ipſe maleuolus in reuolutione aſpiciat profectionem horoſcopi per quadratum, ſiue diametrum, patietur natus in illo anno incõmoda & languores ſecundum naturam maleuoli. Sed ſi ille planeta maleuolus fuerit malè affectus, & cum eò ſit dominus aſcendentis, reuolutionis, vel dominus ſigni profectionis, timẽdum eſt,ne forte moriatur. Et ſi planeta maleuolus fuerit in quarta domo impediens dominum anni, plus erit timendũ: ſi vero in quarta domo pro maleuolo fuerit planeta beneuolus,ſignificat incolumitatem & ſalutem, & alacritatem, & acquiſitionem etiam bonorum ſecundum naturam beneuoli.

82 Si peruenerit annus ad aſcendens natiuitatis ſignum vnum,& fuerint Diuiſor, & dominus anni maleuoli,& in locis non propriis,fuerintque in reuolutione planetarum figuræ tales, quemadmodum in natiuitatibus eorum, qui non nutriuntur, ſignificat deſperationem vitæ in illo anno.

*De infortuniis,accidentibus,& periculis corporis. Cap. II.*

1 SI Iupiter & Venus ſimul fuerint cùm Luna, vel cum domino anni,liberabitur ab omnibus periculis. Sciendum enim erit, quòd Iupiter ſi coniungitur maleuolo,mutat naturam illius ad bonum:& ſi coniungitur beneuolo corporaliter, vel aſpectu,augmentat eius bonitatem. Vide Hermetẽ Aph. 4. 27. 32. Cent. & Alman. prop. 39.

2 Iupiter in tertia domo in natiuitate & reuolutione,mitigat labores, & affert vitam tranquillam.

3 Caput Draconis ſi fuerit ĩ quinta radicis & reuolutionis,cuſtodietur natus ab omni periculo malo.

4 Dominus anni,& Diuiſor ſi fuerint bene poſiti in natiuitate,& reuolutione,fuerintq; fortunati,& fortes,natus liberabitur ab omnibus periculis.

5 Saturnus ſi fuerit in horoſcopo reuolutionis, ſignificat detrimenta corporis,cuſtodiam,captiuitatem,& conſimilia infortuniorum genera.

6 Saturnus anni Rex ſub terra quando fuerit cũ Marte alligatus,vel Mars peruenerit ad locũ Saturni radicis,& dominus horoſcopi reuolutionis fuerit in ſeptima domo,vel ſub radiis Solis aduſtus,& fuerint benefici in cadentibus,minantur damna & captiuitatem per totum ferè illum annum.

7 Saturnus quando fuerit anni Rex, & redierit ad eum locum,quẽ in genitura obtinebat, ipſumque de oppoſito reſpexerit Sol in reuolutione,dãna minatur ſecundum decreta, & ſignificationem domus,in qua fuerit Saturnus.

8 Saturnꝰ ĩ Leone ſi fuerit Retrogradus,ab equo



Digitized by Google

aliquid ſiniſtri ſentiet natus.

9 Saturnus ſi fuerit dominus anni exiſtẽs in duobus temporibus in duodecima domo retrogradus vel infortunatus, tormentum & læſionem maximã natus ſuſtinebit.

10 Saturnus ſi fuerit dominus aſcendentis reuolutionis & cadat in duodecima domo cum radiis malis Solis, erit natus in carceribus.

11 Saturnus in ſexta domo in natiuitate & reuolutione, decernit pericula, ac carceris vim minatur.

12 Iupiter quando fuerit in Capricorno in reuolutione anni, & commaculetur à Saturno, & Sol à Marte, minatur damna, & corruptionem.

13 Iupiter ſi fuerit dominus anni & combuſtus, ſignificat damnũ in lege nati, & accident ei res turpes & malæ.

14 Mars cùm fuerit dominus anni, & Saturnus ceciderit in reuolutione ad domum, in qua fuerat Mars in figura natiuitatis: fueritque Mars in reuolutionis figura in angulo, vel in ſuccedentibus angulorum, & ſuper Venerem eleuatus: beneuolis planetis in cadentibus ſignificat aſperitatem anni, timorem etiam & detentiones, & carcerem.

15 Mars dominus anni ſi fuerit in aſcendente reuolutionis in ſigno, in quo non habeat dignitatẽ, & maximè ſi fuerit ſecundum natiuitatem in aſcendente, vel in eius quadrato vel oppoſito, ſignificat timorem & carcerem.

16 Mars in quarta domo in natiuitate & reuolutione, pedum vitia facit, & caducos & inſanos ac miſeros.

17 Mars in duodecima cæli domo in natiuitate & reuolutione, dat carceres, infamiam, & debilitat corpus aliquo periculo, & infortunio. Verum ſi fuerit in duodecima cæli domo, & non fuerit in radice ſignificat ex quadrupedibus damnum, vel aliquid ſiniſtri.

18 Mars cùm in Solis locum venerit in reuolutione, ſi natus habuerit mortem violentam in natiuitate, occidet aut occidetur, aut laborabit morbo exuſtabile vſque ad mortem.

19 Mars ſi fuerit dominus anni, & deuolutus fuerit in profectione ad locum ſuum radicis: & fuerit in reuolutione anni in aliquo angulo, vel in ſuccedenti domo, & in decano Veneris, indicat anni difficultatem, damna, & metum, & captiuitatem, & à Ducibus atque Principibus detrimenta.

20 Mars ſi fuerit ſolus Diuiſor, & fuerit malè affectus, deueniet ad inimicorum manus, vel latronum, ſeu Piratarum, & cuiuſcunque generis pericula ſubibit, verendumque erit ne moriatur.

21 Mars ſi fuerit dominus anni, & combuſtus, ſignificat anxietates, rixas, & litigia, & accident nato res turpes, & malæ.

22 Mars ſi fuerit in decima domo reuolutionis, p̄cauẽdũ eſt à caſu ex alto, vel ab equo calcitroſo.

23 Martis profectio ſi ad ſignum venerit in quo fuerit Saturnus in radice, peſſimum annum & turbulentum denotat, & repentina vitæ pericula ſignificat.

24 Sol à quadrato, vel oppoſito Martis aſpectu ſi fuerit commaculatus, caueat ne oculus aliqua ex parte lędatur ex aliquo ictu, aut ne ex alto corruat, néve ab equo calcitroſo aliqđ ſiniſtri ſentiat natꝰ.

25 Sol in duodecima domo in natiuitatẽ & reuolutione, ſignificat carceres & triſtitiam, & debilitatem corporis.

26 Venus ſi fuerit domina anni, & combuſta, ſignificat damnum cauſa mulierum: & accident nato res turpes & malæ.

27 Mercurius ſi fuerit dominus anni & combuſtus, accident nato anxietates, tribulationes, aduerſitates, & impedimenta in computationibus & mercimoniis.

28 Luna ſi fuerit in reuolutione anni ſub Cancro, & Sol ſub Ariete, & inficiantur à Marte, vel à Saturno, aut vtroque, minatur damna & perniciẽ, detrimenta & deſtructiones.

29 Luna ſi fuerit à quadrato, vel oppoſito Martis aſpectu, caueat ne oculus aliqua ex parte lędatur ex aliquo ictu, aut ne ex alto corruat, néve ab equo calcitroſo aliquid ſiniſtri ſentiat.

30 Lunæ profectio ſi venerit ad ſignum, in quo fuit Mars in radice, difficilem annum denunciat, & maximè ſi ab ortu feratur in die, fueritque per diẽ orientalis, pericula minatur, ſanguinis effuſionem, & caſus, vel ignis nocumentum, damnaque, domeſticorum ſeditiones, accuſationes & turbarum inſurrectionem.

31 Luna cum fuerit in reuolutione in ſigno maſculino impedita à Saturno, & etiam à Marte, & dominus ſigni in quo fuerat Luna ſit planeta maleficus, ſignificat aduerſitates & læſiones.

32 Luna ſi fuerit in ſexta domo cum Saturno, vel Marte cum Nodo, luxabuntur oſſa.

33 Luna in ſeptima domo in natiuitate & reuolutione, vexat natũ infinitis periculis & incõmodis.

34 Luna in domo Martis, ad rapinam & labores ac pericula incitat natum.

35 Dominus anni ſi fuerit planeta beneuolus, & maleuolus fuerit in aſcẽdẽte reuolutionis, & Luna fuerit infortunata, indicat peſſimam læſionẽ ab inimicis, & damnum maximũ: amputabitur etiã aliquod membrũ eius, & timor erit de anima eius.

36 Dominus anni ſi fuerit in natiuitate, & reuolutione in domo ſexta malè affectus, infortuniorũ genera exaggerabit ſecundum propriam eius ſignificationem.

37 Dominus anni ſi fuerit in radice, & in reuolutione malè affectus, & fuerit in reuolutione in aliquo angulo, & intueatur à ſtella malefica quadrata, vel oppoſita radiatione, minatur nato infortunia, contrarietates & calamitates illo anno.

38 Dominus anni ſi fuerit malè affectus, fueritque in ſecunda, ſexta, octaua, vel duodecima domo non irradiante horoſcopum: accidet nato aliqua calamitas occulta, atque omnibus incognita.

39 Dominus anni ſi fuerit in cardine occiduo malè affectus, minatur fugam à patriis laribus, & caſus graues.

40 Dominus anni ſi fuerit infortunatus à planeta infortunante cardinaliter ipſum abſque receptione de quadrato vel oppoſito, natus habebit pœnas, anxietates, & detrimẽta plurima. Quãdo fuerit in cadẽte, minora, & mitiora aderũt infortunia.

41 Dominus anni ſi fuerit peregrinus, vel retrogradus, infortunatus, & ſimiliter dominus aſcendẽtis radicis fuerit retrogradus, vel combuſtus, & ſimiliter Luna malè affecta, & Sol cum maleficis

alliga

Digitized by Google

alligatus, ſine receptione, natus illo anno ſe ipſum interficiet, vel erit cauſa ſuæ mortis, vel perpetrabit aliquod indignum facinus, per quod occidetur, vel magnum recipiet damnum cum vitæ periculo. Si fortunæ ſint cadentes, & remotæ ab ipſo anni rege, & luminibus. Sin fortunæ aſpexerint, euadet cum periculo vitæ, ſed non interficietur.

42 Dominus anni ſi aſpexerit horoſcopũ de quadrato vel oppoſitione, malum decernit. De ſextili, vel trino bonum.

43 Domin⁹ anni ſi fuerit maleficus planeta, & fuerit in genitura in ſeptimo loco, & in reuolutione Lunam inficiat, quamuis reſpiciant Lunam benefici planetæ: fueritque maleficus in horoſcopo reuolutionis, minatur detrimenta maxima, & multas calamitates,

44 Domin⁹ anni quãdo bonus planeta eſt, & fuerit in horoſcopo reuolutionis maleficus, & in ſeptima domo alter maleficus, inficiaturque Luna ab aliquo ipſorum malorum planetarum: damnum minatur grauiſſimum ab inimicis, & abſcindetur aliquod eius membrum, & de ipſius vita verendum erit, præſertim ſi horoſcopus non aſpiciatur à beneuolo.

45 Dominus anni in cadẽtibus domiciliis genituræ, & Solis radiis obnoxius, ſiue oppreſſus, & in conuerſionis ſchemate in ſexta, octaua, duodecima domo vel aduſtus à Sole, & cum Saturno cõfigurat⁹, portẽdit nato calamitates morti finitimas.

46 Dominus anni, & Diuiſor quãdo ſunt benefici planetæ, ſed ſunt in malo loco tẽpore reuolutionis annuæ, vel retrogradiuntur, eſtque vnus ex duobus maleficis in horoſcopo reuolutionis, vel in medio cæli, indicat anni malignitatem, atq; difficultatẽ, & hoſtium victoriam, & vulnus ex ferro vel caſum ab alto loco, vel equo calcitroſo vel detrimenta.

47 Dominus anni quãdo fuerit maleficus planeta, & temporis cõuerſionis in malo loco tardi motus, vel cõbuſtus, & Diuiſor, & Luna in loco malo irradiati à maleficis, ſitque dominus anni, vel diuiſor in duodecima, vel in ſexta cæli ſtatione, detrimenta minantur, & captiuitatem illo anno.

48 Dominus anni quando beneficus fuerit, tamẽ malè affectus in genitura & in reuolutione anni, detrimenta minatur, & captiuitatem.

49 Dominus anni ſi aſpexerit ſignũ profectionis aſcendẽtis de quadrato, vel oppoſito. & ſicut aſpiceret eò infortuna, ſignificat enim malũ illo anno.

50 Dominus anni cõbuſtus ſi fuerit & ſub radiis Solis, accidẽt illo anno impedimẽta, & anxietates, & fortes dolores pro natura illius planetæ, qui fuerit dominus anni commixtus cum natura Solis.

51 Dominus horoſcopi reuolutionis ſi fuerit infortunatus, fueritque inuentus in decima, ſeptima vel quarta domo, lædetur à cognatis vxoris, & ſubditis, & à dominis.

52 Dominus horoſcopi in bono loco, & cũ beneficis configuratus, multa aufert ex iis aduerſis malis, quæ maleficus obnuntiabat.

53 Dominus horoſcopi reuolutionis in octaua domo, ſignificat vitæ periculum.

54 Dominus horoſcopi reuolutionis à Sole cõbuſtus, grauiora nato detrimenta ſignificat.

55 Dominus horoſcopi reuolutionis cum cauda Draconis, venenũ pocula vitanda oſtendit.

56 Quãdo in horoſcopo reuolutionis fuerit maleficus planeta, erit annus valde malus, præcipuè ſi infecerit Lunam, vel anni regem.

57 Si ex duobus maleficis, alter ſit in horoſcopo anni, alter verò in genitore horoſcopo, inſinuat annũ fore nato aduerſum, & multò difficillimum.

58 Quando inueneris maleficũ in horoſcopo reuolutionis, & maleficus in radice commaculauerit horoſcopum, vel Lunã, aut cardines, maximũ importat detrimentum:

59 Planeta maleuolus ſi fuerit in quadrato aſcẽdentis reuolutionis, & dominus aſcendentis ſi fuerit in bono loco configuratus cum beneuolis, & aſpexerit aſcendens, plures de aduerſitatibus aufert, quas ſignificauit maleuolus.

60 Planeta maleuolus cũ fuerit ſecundum natiuitatem configuratus beneuolo, & tempore reuolutionis fuerit coniunctus eidem beneuolo, ſeu configuratus fuerit ab oppoſito, vel quadrato, ſignificat non modicam læſionem corporis.

61 Si planeta maleficus in reuolutione fuerit in quarta domo, continget impedimentum, & periculum in corpore nati.

62 Quando malefici reſpexerint in reuolutione ſignũ profectionis horoſcopi, vel Lunam aut Solem, nullo beneuolo reſpiciente, magnum portendunt detrimentum, ſecũdum naturam domini anni, & diuiſoris.

63 Diuiſor, & diuiſio quãdo ſunt malè affecti, & declinans ab horoſcopo anni, indicant obſidiones & caſus multos.

64 Diuiſor quando fuerit planeta maleficus, & in genitura reperiatur in ſexta domo, & in reuolutione inuentus ſit in loco malo cum maleuolis, & Luna deprauata, minatur detrimenta, atque calamitates.

65 Quando horoſcopus annuæ cõuerſionis fuerit ſignum in quo erat maleficus in genitura, vel in vtriſque ſint maleuoli, mutationem loci indicant, vel exilium, atque iacturas fortunarum.

66 Aſcendens reuolutionis ad locum Martis deuolutum radicis, ſi mali aſpexerint, vulnera, metũ, litigia, & incendium ſignificat.

67 Aſcendens reuolutionis, quando fuerit ſignũ ſeptimæ, ſextæ, aut duodecimæ domus radicis, indicat eo anno malum aliquod futurum, maximè ſi hæ domus in radice fuerint infortunatæ.

68 Aſcendens reuolutionis, quando idem ſit cũ horoſcopo natalitio, ſitque vnus duorum luminarium dominus anni, & deficiat, ſiue Eclipſim patiatur, Saturno ipſum reſpiciente, minatur damna, & ſeditionem à communi populo contra natum.

69 In aſcẽdente reuolutionis ſi fuerit maleficus planeta cum domino anni, & impedierit Lunam, ſignificat impedimentum anni & pericula.

70 Sagittarius cum fuerit in figura natiuitatis in quinta domo, fueritque Sagittarius aſcendens reuolutionis, & in ipſo Saturnus non retrogradus; fueritque Iupiter & Mars & Mercurius & Venus Leone in aſcendente natiuitatis, & aſpexerit Mars Lunam ex oppoſito partiliter, indicat timorem, & carcerem & detentiones.

71 Profectio Orientis ſi peruenerit ad ſignum in quo fuit Saturnus in radice, & Mars in themate



Digitized by Google

conuerſionis quadrata radiatione inficiat horoſcopum, minatur detrimēta, iniurias, & penuriam victus.

72 Profectio Orientis ſi peruenerit ad ſignum, in quo fuit Mars in radice, & Mars in reuolutione anni aſpexerit idem ſignum de quadrato, vel oppoſito aſpectu: vel fuerit in eodem ſigno, minatur labores, metum magnum, percuſsiones, vulnera ex ferro, vel igne, carceres, vel exilium, maximè ſi fuerit in cētris, ſeu cardinibus, vel in ſuccedētibus: & ſignificat læſionem ab equis.

73 Profectio oriētis ſi peruenerit ad ſignū in quo fuit maleficus planeta in radice: fueritque ille maleficus in horoſcopo reuolutionis, detrimenta minatur, & erit natus in periculo magno.

74 Profectio orientis ſi peruenerit ad ſignum ſecundæ domus radicis, ſitque Venus anni regina, & Saturnus ſimul ſit in quarta domo, & horoſcopus reuolutionis ſit octauus geniture locus, minatur captiuitatem, & grauia damna.

75 Profectio orientis ſi peruenerit ad ſignū tertiæ, vel nonæ domus radicis, & fuerit in vtroque themate Saturnus, vel Mars, vel aſpiciant ipſam domum maligno aſpectu, ſignificat detrimēta, captiuitatem, pœnas & metum à latronibus, & inimicis, atque odiū, & iacturas, & fletus & calamitates.

76 Profectio orientis ſi peruenerit ad ſignum quartæ domus radicis, vel ad ſignum ſeptimæ domus, ibique fuerit Saturnus, vel hunc locum aſpiciat quadrata vel oppoſita radiatione, verendum erit de morte illius, cuius erit reuolutio.

77 Profectio Orientis ſi peruenerit ad ſignum ſextæ, vel octauæ domus radicis, mala plurima minatur, vtpote rixas cauſa ſeruorum, carceres, exilium, & fortunarum iacturas.

78 Profectio Orientis ſi peruenerit ad ſignum duodecimæ domus radicis, ſitque dominus ipſius Iupiter, & cum ipſo ſit Saturnus in eodem ſigno: & Mars ſit in quarta domo, minatur magnum detrimentum, & pericula propè mortem.

79 Profectio Orientis ſi ceciderit in reuolutione in bono loco, id eſt in 1.2.4.5.7.9.10.11.domo, fueritq; dominus anni in loco malo, id eſt in 2.6.8.12.domo, vel ceciderit profectio orientis in loco malo, & fuerit dominus anni in loco bono, indicat mediocritatē, tam bonorum, quàm malorum.

Nota. Notandum ergo erit, quòd Aſtrologi poſſunt rectè de ſupradictis rebus facere iudicium: cum tota virtus quintæ eſſentiæ virtualiter reperiatur in Luna: vt dicit Hipparchus in libro detrimenti naturæ. Vnde in Luna reperitur virtus omniū planetarum, & aliarum ſtellarum: quia primū mobile imprimit virtutem ſuam in octauā ſphæram: octaua ſphera, in ſpherā Saturni: Saturnus in ſpherā Iouis: & ſic de aliis vſque in Lunam: & hic eſt tactus cæli: vlterius Luna cum omnibus influentiis agit in elementa: elementa alterant complexiones: complexionibus alteratis, alterantur animæ, quæ in nobis ſunt: quia animæ conſequuntur corpora: vt dicit Ariſt. in principio ſuę Phyſiognomię: & iſtæ influentiæ quas recipit Luna, dicuntur influentiæ communes. Recipit autem influentias ſpeciales ſicut per aſpectus ſtellarum vel per coniunctiones Et ſic habemus Lunam ſignificatricem eſſe omnium rerū quia ſanitas illius eſt ſanitas omnis rei, & detrimentum ipſius eſt detrimentum totius naturæ.

Vide Hermetem j. de ſpe & de lu Hippoc. j. prognoſticorum.

### *De qualitate animi cuiuſque nati.* *Cap. III.*

Declaratis accidentibus corporis ſuo ordine, vtilis videtur excuſsio ingenij nati, & demōſtratio influentiæ cuiuſlibet planetæ & quomodo quid à quolibet Aſtro, vel ſigno, vel planeta petatur. Nā vt ſenſus, & ratio nati cognoſcitur ſemper ex ſtatu Mercurij, ſic mores eius ſemper petuntur, & iudicatur ex ſtatu Lunæ, & planetarū cum ea ſe commiſcentium, & fortunæ vel infortunij applicantis ad eam, vel ſeparantis ſe ab ea. Et quoniā hæc pars motuum ſpiritus, & ſtatus, & qualitates eius ſunt in multas partes diuiſæ, & diuerſæ cōditionis, conuenit vt ſermo huius conſiderationis non ſit ſimplex nec modicæ ſpeculationis, ſed ſit ſubtilium, & conſiderationum, & diſtinctorum, & acutorum dictorum pro ſignorū diuerſitate, in quibus Mercurius, & Luna, & planetæ dominium habent, & adiuuant in eſſe, ac proprietati bus ſpiritus auxilio magno.

1 Dominum animi, ſiue vigoris natiuitatis ſi inueneris in reuolutione bene affectum, vel infortunatum, erunt prognoſticandi mores & virtutes contemplatiuæ bonæ vel malæ cuiuſcunque naſcentis. De potētia animæ rationalis.

2 Mercurius & Luna ſi fuerint in reuolutione bene poſiti, natus vincet partem ſenſitiuam, & omnes affectiones animi. Nam ille qui ſubiicitur rationi, habet bonum animum, & honeſtos affectus, & efficitur virtuoſus. Eſt porrò virtutis, beneficiis dignos afficere, & dirigere bonos, & neque ad ſumendas pœnas, neque ad vindictam ardenti eſſe animo, ſed clementi, placido, & miſericordi. Aſſecla eſt autem virtutis benignitas, æquitas animi candor, ſpes bona, & quæ eiuſdem ſunt generis, veluti familiarium ſtudioſum, & amicorum eſſe, ſociabilem, hoſpitalem, humanum, elegantem ſe exhibere, quæ vtique omnia laudabilium ſunt: vitij autem, contraria.

3 Mercurius & Luna ſi fuerint infortunati, anima ſenſitiua imperabit rationali: cùm Mercurius ingenio & rationi præſit, Luna moribus & ſenſib⁹. Vnde in nato fucata erit virtus moralis, quæ eſt principium bene operādi: & ſubiicietur natus concupiſcentiæ malæ, quæ eſt motus ad ſequendas illicitas voluptates. Eritque natus incōtinens, licet ratio moueat ipſum ad bonum, tamen appetitus ſenſitiuus mouebit eū ad vitia contra virtutes morales: quæ ſunt prudentia, iuſtitia, fortitudo, temperantia, liberalitas, magnificētia, magnanimitas, māſuetudo, veritas, ſobrietas, benignitas & huiuſmodi. Erit ergo natus imprudens, iniuſtus, debilis, intemperatus, auarus, illiberalis, puſillanimus, ſuperbus, mendax, crapulæ deditus, immanior & huiuſmodi. Nam virtutes morales, & vitia non ſunt in nobis ex natura: ſed generantur actionibus noſtris, vt dicitur à philoſopho.

4 Mercurius ſi fuerit robuſtior Luna, anima rationalis vincet ſenſitiuam, & maximè ſi Mercurius fuerit in ſignis longarū aſcenſionum, puta in Cancro, Leone, Virgine, Libra, Scorpione, & Sagittario: &

rio: & Luna in ſignis breuium, quæ ſunt Capricornus, Aquarius, Piſces, Aries, Taurus & Gemini.

Vide Ptol. lib 1.ca.15. 5 Mercurius ſi fuerit in ſignis imperantibus, ſcilicet in Ariete, Tauro, Geminis, Cancro, Leone, & Virgine: Luna in obedientibus, puta Libra, Scorpione, Sagittario, Capricorno, Aquario & Piſcib': tunc rationalis anima ſenſitiuæ imperabit: contrariis cauſis ſenſitiua imperabit rationali. Hæc ſunt ſigna in ordine.

♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍ imperantia,
♓ ♒ ♑ ♐ ♏ ♎ obedientia.

Itaque Aries imperat Piſcibus, & Taurus Aquario, & reliqua reliquis, quæ in tabella deſcripſim'.

Natus ergo obediens rationi, erit ſobrius, temperatus, fortis & virtuoſus: & in viro virtuoſo tã actus exteriores quàm interiores concordant rationi, quia homo ſecundum rationem nõ ſequitur malos, & inordinatos appetitus paſsionum.

6 Mercurius in nona domo in natiuitate & reuolutione, facit natum rationalem & varia verſantem.

7 Mercurius in ſexta domo in natiuitate & reuolutione, rationem turbat, laborioſos facit natos, vilibus rebus incumbentes.

8 Luna in domo Mercurij ſi fuerit in reuolutione, natus erit totus rationibus intentus.

9 Luna ſi applicuerit Ioui in reuolutionis tempore, natus erit pronus ad lætitiam & ad honeſtos iocos, ſed recta ratione: habebitque animum iuſtum & procliuem ad iuſtitiam.

De ingenio bono. 10 Mercurius in prima domo in natiuitate & reuolutione, facit ad omnia ingenium habile.

11 Mercurius in Aſcendente reuolutionis, motu velociſsimus, ſi fuerit in humano ſigno, natus erit bonæ memoriæ, bonique ingenij ac acuti: ſed mutabilis in conſiliis.

12 Mercurius ſi fuerit bene diſpoſitus in reuolutione, ſignificat bonum & clarum ingeniũ, & optimam memoriam cum bono diſcurſu. Et idẽ confirmatur à domino anni, quando fuerit bene diſpoſitus.

13 Mercurius ſi fuerit in angulis, & præcipuè in horoſcopo, ſexta & duodecima domo, ſignificat ſubtilitatem ingenij & eius acuitatem.

14 Mercurius in domo Saturni in natiuitate & reuolutione, vel in eius trino vel ſextili, coniecturatiuum dat intellectum, teſte ſancto Thoma in 3. lib. contra gẽtes, qui ait: Et bene dixit Ptolemæus quòd quicunque habuerit Mercurium in domibus Saturni ſemp erit ſingularis ingenij, oĩa intelligẽs.

15 Mercurius & Luna ſi inter ſe habuerint configurationem de trino, vel ſextili, ſignificant bonitatem & ſubtilitatẽ ingenij, & diſcurſus. Sed ſi fuerit aſpectus hoſtilis, ſignificat quandã diſcordiam, quia nati nunc conuertuntur ad hoc, nũc ad illud, & poſſunt omnia adipiſci: ſed habent illam difficultatem, quòd modo ad hoc, modo ad illud conuertuntur.

16 Mercurij applicatio varia ad planetas, diuerſimodè animũ variat: iam obtundẽdo, iam acuẽdo, & corroborando mirificè ingenium.

17 Saturnus ſi fuerit ad locum Mercurij in reuolutione, natus erit induſtrius & ingenioſus.

18 Venus in prima domo in natiuitate & reuolutione, facit gratos lepore ſermonis, & quandam ingenij diuinitatem largitur.

19 Venus cum Mercurio in reuolutione anni, eloquentiorem ſolito reddit natum.

20 Aſcendens reuolutionis ad locũ radicis Mercurij, ſignificat acuitatem intellectus & ſenſuum, & inde bonum.

21 Profectio Orientis ad locum Mercurij radicis, & Mercurius ſi habuerit cum Ioue aliquã commixtionem, aut Venus, & ſe aſpexerint in reuolutione, ſignificat ingenij perſpicacis ſolertiam, ſubtilitatem, atq; rerum altiſsimarum ſpeculationem.

22 Mercurius retrogradus, ingenij tarditatem præſtat. De malo ingenio.

23 Mercurius combuſtus à Sole, ſtudia diſciplinarum negat: eloquentiam, & hiſtoriarum cognitionem non prohibet.

24 Mercurius ſi fuerit infortunatus, natus habebit ingenium obtuſum, ſegne, & turbulentum: ita quòd natus neſciet ſibiipſi conſulere: quoniã Mercurius perturbat memoriã, intellectũ, & cerebrũ.

25 Luna in prima domo in natiuitate & reuolutione facit natum mobilem ingenio, & inſtabilem.

26 Luna ſi fuerit domina aſcendentis reuolutionis, natus erit volubilis opinionis.

27 Saturnus in ſeptima, vel octaua domo in natiuitate & reuolutione, decernit nato malũ animũ. De accidentib' animi.

28 Saturnus dominus anni, ac dominus profectionis Lunæ, decernit curas animi, & ſollicitudines, & turbationes varias.

29 Mars in octaua domo in natiuitate & reuolutione ſignificat anguſtias animi.

30 Mars ſi fuerit in quadrata ratione Mercurij, natus erit mali animi.

31 Mercurius dominus anni cõbuſtus à Sole, decernit nato moleſtias animi.

32 Luna malè affecta in reuolutione, ſignificat animi infirmitatem.

33 Dominus Aſcendentis radicis ſi fuerit in ſexta vel duodecima domo, ſignificat mentis incarcerationem, & quòd natus res faciet ſine conſilio & prudentia.

34 Dominus anni benè affectus, & poſitus in aliquo ſigno in quo habeat aliquam dignitatem. commutabitur animus nati in lætitiam, gaudia, & alacritatem.

35 Dominus anni ſi fuerit in ſexta vel 12. ſignificat quòd natus cauſa incarceratorũ animi inquietudinẽ patietur, vel ſuæ mẽtis incarcerationem.

36 Aſcendẽs reuolutionis ſi peruenerit ad ſignũ, in quo fuerat in natiuitate maleuolus planeta: ſignificat animi perturbationem.

37 Signum profectionis, vel dominum anni planeta maleficus ſi aſpexerit per quadratum vel oppoſitionem, ſignificat animi perturbationem.

38 Mercurius ſi fuerit in domo Saturni, vel in ei' trino, vel ſextili, vel habeat aſpectũ cum Saturno, dat perfectã intelligẽtiam & tantã capacitatẽ intellectus, vt oĩs natus huiuſmodi poſsit percipere occulta naturæ, & facere actiones ſuas cũ magna prudentia & cõſilio: & habebit natus pronitatem ad indagationem naturalis philoſophiæ. De virtutibus cõtemplatiuis.

39 Mercurius ſi fuerit concors cum Ioue, natus operam impendet ſacris literis, & legibus, & habebit animam ad religionem inclinatam.

40 Mercurius ſi habuerit couenientiã cũ Marte

per

Digitized by Google

per aſpectum, vel fuerit in iuriſdictione Martis, habebit natus facilē diſpoſitionem ad mathematicas diſciplinas.

41 Mercurius ſi habuerit conuenientiā cum Venere, diſponet animum nati ad eloquentiam, ad poëſim, & ornatum linguæ.

42 Mercurius ſi reperitur cum Sole, dummodo nō ſit cōbuſtus, vel ſaltem ſit in domo, & occidentalis ab eo, reddit hominē ꝓpēſum ad Aſtrologiā.

43 Mercurius ſi fuerit dominus aſcendentis reuolutionis, inclinabitur natus ad ſapientiam.

44 Saturnus in nona domo in natiuitate & reuolutione facit magnos philoſophos, ſacerdotes, & hæreticos.

45 Dominus aſcēdentis radicis ſi fuerit in nona domo reuolutionis, nat' pſtabit in omni ſciētia.

46 Dominus nonæ domus radicis ſi fuerit in prima reuolutionis, erit natus ſciēs, & nimis parcus.

Appetitus ſenſitiuus diſtinguitur per iraſcibilem. Ariſt. 3. de anima. cap. 52.

Paſsiones animæ iraſcibilis quinque ſunt, videlicet, ſpes, deſperatio, timor, audacia & ira. Quarū ratio eſt, Si bonū deſideratū difficile eſt ad acquirendum, & tamen aliquod mediū nobis occurrat, per quod cognoſcamus & ſperemus ipſum bonū poſſe acquiri, cauſatur ſpes in iraſcibili. Et ſi nullū medium nobis occurrat, cauſatur deſperatio. Si autem mediū aliquod nō ſtatim nobis occurrat, quo cognoſcamus ipſum poſſe aſſequi, timemus, & ſic in iraſcibili cauſatur timor. Si vero mediū ſtatim occurrat, audemus, & ſic cauſatur in iraſcibili audacia. Quinta paſsio eſt ira. Nā ille, cui malū accidit, puta vulneratio, triſtatur, & ſic ex malo illato cauſatur in iraſcibili appetit' vindictæ, qui dicitur ira. Iſtæ ergo paſſiones cōſiderantur à Marte iuxta Ptolemæi decreta Aph. 86. Centilo. & hæ ſignificationes erunt ſecundum fortitudinem, aut debilitatem Martis in ſeipſo, ac in locis ſuis.

47 Mars dominus anni inclinabit natū ad iram.

48 Dominus anni ſub radiis Solis, aut cū Marte, vel in eius malo aſpectu, ſignificat quòd natus erit propenſus ad iram.

49 Mars in Cancro ſubitam efficit iram, ſed minimè tenacem.

50 Saturnus ad locum Martis ſi venerit in reuolutione, erit natus viuax, iracundus, rapax, & meditans praua.

51 Saturnus cùm fuerit in octaua domo reuolutionis, ſignificat triſtitiam ex mortuis.

52 Saturnus in medio cæli annuæ conuerſionis, gignit otium, & ſegnitiem & ſocordiam.

53 Mars in medio cæli annuæ cōuerſionis, gignit otium, & ſegnitiem & ſocordiam.

54 Mercurius in octaua domo in natiuitate & reuolutione facit natum tardum & malitioſum.

55 Luna ſub Sole exiſtens, cogitabundos & melancholicos facit.

56 Luna in duodecima domo in natiuitate & reuolutione, dat triſtitiam & mœrorem.

57 Luna ſi fuerit cum aliquo planeta, ſemper diſponet natū ad inclinationē illius ſtellæ, videlicet Luna copulata Saturno, vel quadrato, vel oppoſito vel etiam ſextili & trino, natus erit triſtis, grauis, cogitabūdus & huiuſmodi: proinde nunquā ridēs, ſemper intentus curis, ſollicitus ad grauia & alia huiuſmodi: erit etiam ſe abſtinens ab illecebris, & malis moribus.

Appetitus ſenſitiuus diſtinguitur per concupiſcibilem. Ariſt. 3. de anima tex. 52.

Paſſiones animæ concupiſcibilis ſunt ſex: videlicet, amor, odiū, deſideriū, fuga, delectatio, & triſtitia, cuius ratio eſt. Bonum ſenſibile cognitū per ſenſum, cùm præſentatur cōcupiſcibili tria cauſat. Primò cùm bonū præſentatur cōcupiſcibili cauſat in ea quādam complacentiā, & hæc complacentia dicitur amor, per oppoſitum: quando malum præſentatur concupiſcibili, cauſat in ea diſplicētiam, quæ dicitur odium, ſumendo odium non pro ira inueterata; ſed pro diſplicentia mali.

Secundò ſi bonum cōplacens, etiam amatum nō eſt acquiſitum ab ipſo appetente, excitat & mouet ipſum cōcupiſcibile ad conſequēdum illud. & hic motus vel excitatio dicitur deſideriū: malum verò iam diſplicens mouet concupiſcibilem vt fugiat vel renuat ipſum: & hic motus dicitur fuga.

Tertiò bonum iam amatū & deſideratum ſi acquiritur ab appetēte, cauſat in cōcupiſcibili quietem: & hæc quies eſt delectatio: ſic enim definitur. Delectatio eſt quies in bono iā adepto & poſſeſſo: malū verò diſplicēs & quod renuitur ab appetēte: ſi ei eueniat, cauſat in concupiſcibili triſtitiā, quæ eſt quędam inquietudo appetitus cauſata ex malo, quod iam euenit. Iſtæ ergo paſſiones conſiderātur à Luna iuxta Ptolemæi decreta, & ſignificationes earum erunt ſecundum fortitudinem & debilitatē Lunæ in ſe ipſa, ac in locis ſuis.

De animæ ſenſitiuæ parte.

58 Si Luna habuerit conueniētiam aliquo modo cum Saturno, aut ſit in eius iuriſdictionibus, vel aſpiciat eū aſpectu amico, imitabitur in ſuo appetitu, quæ Saturni ſunt. Eſt enim, vt dixit Ptolemæus Aph. 86. Luna fons naturalis potentiæ. Ergo natus imitabitur quæ Saturni ſunt in ſuo appetitu.

59 Si Luna cōuenerit cum Ioue, imitabitur quæ Iouis ſunt: & ſemper erit in deſiderio illarum rerum, erit fronte hilaris, & gaudens, & quietus, atque omnium pacificus.

60 Si Luna cōuenerit cū Marte, erit audax, fortis, ſi perperā cōſtitutus, erit homicida, & huiuſmodi.

61 Si Luna cum Venere habuerit conuenientiā, erit natus procliuis ad illecebras, & voluptates, & non ad laborem.

62 Si Luna cum Mercurio habuerit conuenientiam, optimam ſenſuum colligationem ſignificat.

Conuenientiæ declaratio.

Hæc cōuenictia, (vt pluries obſeruaui) eſt quādo planetæ ſe reſpiciunt aliqua notabili configuratione: vt de ſextili, vel trino, vel quadrato, vel aliqua alia configuratione.

Nati inclinationes.

Mores nati ſunt diſtincti, ſecundū ſignificationem, & naturā, & ſtatum domini reuolutionis anni. Per ſtatū intelligo, quòd quādo fuerit dominus anni in angulis, eſſe in bono ſtatu: quādo directus quando in ſuis dignitatibus: ecōtra verò ſi in locis deiectis: vt in octaua, in duodecima, & in ſexta domo: ſi repedans, ſi combuſtus: ſemper enim dico, quòd ſit in malo ſtatu. Hæc ſunt examināda ad bonam prognoſticationem.

63 Nam Saturnus quādo fuerit dominus anni de ſui natura, ſignificat pigritiam, ſtultitiam, turpitudinem, metum, ſeruitutem, iniuriam, mendacium, triſtitiam, & malam cordis voluntatem.

64 Iupiter quando fuerit dominus anni de ſui natura, ſignificat legem, fidem, ſcientiam, humilitatem, verecundiam, fidelitatem, liberalitatē, patientiam, ſenſum, ſobrietatem, & faciem claram.

Mars

Digitized by Google

65 Mars quando fuerit dominus anni de ſui natura, ſignificat iracundiam, nauſeam, violentiam, prodigalitatem, calliditatem, furtum, inuerecundiam, lætitiam.

66 Sol quando fuerit dominus anni de ſui natura, ſignificat fortitudinem, ſublimitatem, probitatem & magnam potentiam.

67 Venus quando fuerit domina anni de ſui natura, ſignificat humilitatem, pietatem, voluptatem bonam, cordis dilectionẽ, lætitiam, ac bonos mores, excepto quòd natus effrons & effœminatus reputabitur.

68 Mercurius dominus anni de ſui natura, ſignificat mercaturã, loquelam, hiſtoriarũ recitationes, intellectũ, velocitatẽ ſermonis, Grãmaticã, Logicam, Rhetoricam, Arithmeticam, & Aſtrologiam.

69 Luna domina anni de ſui natura, ſignificat inceſſum grauem, debilitatem, miſeriam, itinera, ſuſurrationes, & mali immiſſionem.

Et hæ planetarum ſignificationes erunt fortes, aut debiles ſecundum fortitudinem aut debilitatem planetarum in ſe ipſis, ac in locis ſuis.

70 Iupiter quando peruenerit ad ſignum tertiæ domus radicis in reuolutione anni, certificat illo anno decreta, quæ portendebat in radice circa legem & religionem.

71 Iupiter ſi fuerit domin' aſcẽdentis reuolutionis inclinabitur nat' ad religionẽ & bonos mores.

72 Iupiter in prima domo in natiuitate & reuolutione facit bonos, beneuolos & fidos.

73 Dominus aſcendentis radicis ſi fuerit in nona domo reuolutionis, erit natus bonus in fide & in oratione ad deum.

74 Dominus aſcendentis radicis in tertia domo reuolutionis, ſignificat quòd natus habebit bonam fidem, vel credulitatem, & erit fidelis: Et ſi aſpexerit infortunium, erit infidelis.

75 Dominus nonę domus radicis in nona reuolutionis, erit bonus operator, & habebit bonã fidẽ.

76 Iupiter dominus anni à Sole combuſtus, vel malè affectus, minatur aliquid dedecoris cauſa religionis, & euenient nato res turpes & malæ.

77 Mars in tertia domo in natiuitate & reuolutione, facit natum luſorem, & Dei contemptorem & laborioſum.

78 Dominus nonæ domus radicis ſi fuerit in duodecima reuolutionis, natus habebit malã credulitatem vel fidem.

79 Dominus 12. domus radicis ſi fuerit in nona reuolutionis, natus habebit malam fidem.

80 Dominus duodecimæ domus radicis in prima reuolutionis ſi fuerit, natus erit malæ vitæ.

81 Iupiter ſi venerit ad locum Veneris in reuolutione, voluptatem & gaudia aſſequetur.

82 Iupiter ſi aſpexerit Venerem, aut Diuiſorem, lætabitur in negotio mulierum, veſtibus, & rebus odoriferis.

83 Mars in quinta domo in natiuitate & reuolutione decernit voluptates.

84 Mars ſi fuerit ad locum Lunæ in reuolutione, cum mulieribus multa tractabit natus.

85 Venus ſi fuerit domina aſcendentis reuolutionis, inclinabitur natus ad laſciuiam.

86 Venus in duodecima domo in natiuitate & reuolutione, alligat natum fœdis amoribus.

87 Venus in ſigno Leonis in reuolutione, vel cũ Marte, vel in eius hoſtili aſpectu, inclinat natũ ad venereas affectiones & amoris illecebras. Ptol. ſent. 27.

88 Venus in prima domo in natiuitate & reuolutione, facit natũ ꝓpenſum ad venereas illecebras.

89 Venus in ſeptima domo in natiuitate & reuolutione facit natum impurum, & deditum vitiis.

90 Venus ſi fuerit cum Saturno, omnibus delitiis vacabit, & fœdo coitu coinquinabitur.

91 Venus in quinta ſalua, ad cupidineos conflictus propenſiorem facit.

92 Luna ſi fuerit in domo Veneris cum mulieribus negocia tractabit, & erit hilaris.

93 Luna exiſtens fortunata ſi Venerẽ bene diſpoſitam trino aſpectu aſpexerit in reuolutione, promittit lætitiam ex muliere, augmentum in coitu, & in rebus venereis.

94 Aſcendens reuolutionis, ſi fuerit locus Lunę radice ſalua à malis, prædic nato ſalutem animi, gaudium, & lætitiam ex muliere.

95 Profectio Orientis ad locum Lunæ radicis, & ipſa fuerit in eodem loco, vel illum irrorauerit libera à maleficis, decernit hilaritatem nato, & gaudia cum mulieribus ſuis.

96 Profectio Orientis ad locum capitis Draconis, & Iupiter ibidem, vel ſi illum aſpexerit, ſignificat lætitiam, laudem & bonum nomen.

97 Sol & Luna ſi fuerint oppoſiti in malis locis, caueat natus fœminarum inſidias.

98 Dominus vndecimæ domus radicis in ſexta reuolutionis, diliget natus malas & turpes mulieres.

99 Dominus vndecimæ domus radicis ſi fuerit in ſeptima reuolutionis, diliget natus malas & turpes mulieres.

100 Dominus ſeptimæ domus radicis ſi fuerit in prima reuolutionis, erit contentioſus multum, & melior in operibus mulierum.

101 Dominus ſeptimæ domus radicis in ſecunda reuolutionis, ſignificat contentionem nati pro rebus mulierum.

102 Dominus ſeptimæ domus radicis ſi fuerit in ſexta reuolutionis, erit malum nato ex euentu mulierum & ſuorum.

103 Saturnus ſi fuerit dominus aſcendentis reuolutionis, natus erit timidus & auarus.

104 Saturnus in octaua domo in natiuitate & reuolutione, facit auaros, & fœneratores.

105 Saturnus dominus anni quando fuerit combuſtus, accident nato res turpes & malæ.

106 Saturnus in tertia domo in natiuitate & reuolutione ſignificat ſycophantas, hæreticos, & malos affines, aut cum illis litigare cogit.

107 Mars ſi fuerit dominus Aſcendentis reuolutionis, inclinabitur natus ad crudelitatem, & rapacitatem.

108 Mars ad locũ Mercurij ſi venerit in reuolutione, ludet libẽter, erit mẽdax, & artificiis incumbet.

109 Mars in prima domo in natiuitate & reuolutione, facit natum violentum, robuſtum, fortem, prodigum, & libidinem ſuam explentem.

110 Mars in ſeptima domo in natiuitate & reuolutione, decernit malos mores & animum, laborioſos & conſcios multorum ſcelerum, & dabit animum pronum ad homicidium.

111 Mars in nona domo in natiuitate & reuolutione

tione facit ſacrilegos, mendaces & impios.

112 Sol in reuolutione in 7. domo, ſignificat cõtro uerſias aduerſus nobiles, & potẽtes, atque litigia.

113 Sol ſi fuerit dominus aſcendentis reuolutionis inclinabitur ad ſeueritatem & triſtitiam.

114 Venus ſi fuerit cum Marte erit natus valde fallax & malorum morum, venationibus, & aucupio delectabitur.

115 Mercurius ſi fuerit dominus anni, & ipſe combuſtus, accident nato anxietates & impedimenta in computationibus, & mercimoniis.

116 Mercurius infortunatus, ex ſcripturis detrimenta, & malum ſeruis ſignificat.

117 Mercurius ſi hoſtili radiatione percutit gradum diuiſionis, & aſpiciatur à Marte, indicat damna propter mẽdacium, & vanã ſeu falſam ſcripturam, vel vſuram, vel dolos, vel fraudem, vel propter falſitatem, & deceptionem, ſeu mendacium, aut prauas cogitationes.

118 Mercurius in ſeptima domo in natiuitate & reuolutione ſtudium præpoſterum decernit.

119 Aſcendens reuolutionis quãdo fuerit ſignum 7. domus radicis, ſignificat rixas, & litigia multa.

120 Dominus octauæ domus radicis ſi fuerit in vndecima reuolutionis, erit cognitus, & turpia vel mala verba operabitur natus.

121 Dominus anni cũ fuerit impeditus ab aliquo planeta maleuolo: erit annus timoris & multarum ſollicitudinũ ac damnorũ. Si verò cõfiguratus fuerit ei Iupiter: indicat ab huiuſmodi liberationem.

122 Dominus anni & Diuiſor cùm fuerint maleuoli, fuerintque impediti, otium & turbationes ſignificant.

123 Dominus anni in natiuitate malè affectus, in reuolutione autem bene, ſignificat mediocritatẽ in rebus nati cum lætitia, tamen anni res malas conuertet in lætitiam.

124 Quando in reuolutione anni in Aſcendente fuerit infortunium, vel in ſignis aſpicientibus Aſcendens, ſignificat impedimẽtum & triſtitias pro natura ipſius infortunij, & ſigna in quo fuerit.

125 Saturnꝰ in anni reuolutione in octaua domo diurnus, genitorem atque natum mortuorum cauſa efficit anxium.

126 Saturnus in ſeptima domo reuolutionis, ſignificat diuturnos gemitus, & natum mortuorum cauſa efficit anxium.

127 Boni planetæ in quinta domo reuolutionis, annuntiant nato aliquod bonum: ex qua cauſa ille magnam lætitiam in corde ſuo accipiet: mali verò planetæ indicant contrarium.

128 Boni planetæ in vndecima domo reuolutionis ſignificant, quòd natus obtinebit pro maiori parte ſuum propoſitum, & rerum ſperandarũ conſequetur effectum: mali verò planetæ denotant quòd ſpes & fiducia nati deſtruetur, & non habebit natus illud quod deſiderat.

De actionibus. 129 Dominus anni ſi fuerit Retrogradus, ſignificat difficultates in nati actionibus, & quòd erit finis illarum cum damno.

130 Dominus anni cadẽs ab Aſcẽdente, & Luna vacua curſu, ſignificant vacuitatẽ, inertiã, laſsitudinem, & pigritiam nati in omnibus rebus.

131 Dominus anni bene affectus in natiuitate, & in reuolutione, ſignificat bonũ ſucceſſum in nati rebus, & ꝙ annus bonus erit, hilaris, & vtilis nato.

132 Iupiter in genitura nõ vulneratus, in conuerſione autẽ cardinaliter ſupputatus ſi fuerit irradiãs anni regẽ cõmittentur nato actiones vtiles, fortuna erit ꝓſpera in eiꝰ actionibus, atque adminiſtrationibus: & ſignificat adipiſcentiam gradus & honoris: & ab officialibus quoque & regibus committentur ei vtilia opera, & proſperitatem habebit in operationibus ſuis, & villicationibus.

133 Iupiter ad locum Mercurij ſi venerit in reuolutione, natus erit ſapientior & in negotiis ſagax, & etiam vtetur maiore hominum familiaritate.

134 Martis profectio ſi ad ſignum venerit, in quo fuit Iupiter in radice, ſignificat natum in rebus agendis aptum, & inducet actiones virtute refertas & optimam ſpem, & expectatarum rerum perfectionem pollicetur.

135 Mars ſi venerit ad locum Lunæ in reuolutione natus infinita negotia tractabit.

136 Mercurius in decima domo in natiuitate & reuolutione, facit in arte ſua natum mirabilem.

137 Si Mercurius & Venus in genitura fuerint aſcendente, faciunt habilem ad tractanda negotia leuia & artes & ad verſandũ cum hominibus. Si ergo nato idem contingat in reuolutione, ſignificat quòd natus erit habilior ad hæc illo anno.

138 Luna in domo Solis, occultis intentum facit & publica tractantem negotia.

139 Luna ſi Ioui copuletur, moderatas faciet actiones. Si Saturno, nimis tardas ac lentas & ſegnes. Si Soli, occultas. Si Marti, præcipites. Si Veri, iucundas & gratas. Si Mercurio, induſtria plenas. Si Luna fuerit motu velox, poſtquam cœperit, celeriter perficiet, ſi tarda tardè.

140 Profectio horoſcopi ſi venerit ad locum, in quo fuerat Luna in radice, & fuerit Luna in ipſo ſigno in reuolutione, vel ibi aſpexerit, fueritque ab infortuniis libera, ſignificat meliorem ſucceſſum in rebus, & negotiis eius, & gaudium ex parte mulierum.

141 Saturnus ſi fuerit Diuiſor, & ipſe fuerit in malo loco, aut infortunatus, ſignificat triſtitias, dolores, malas cogitationes, in factis tarditatem, & in negotiis abiectionẽ, quia quod incipit nõ perficit.

142 Mars ad locum Saturni ſi venerit in reuolutione, erunt negotia nati impedita: piger & debilis in ſuis operationibus erit.

143 Aſcendẽs reuolutionis ſi peruenerit ad ſignũ, in quo fuerat in natiuitatẽ planeta maleuolus, ſignificat damna & incommoda in actionibus.

144 Signum profectionis ſi aſpexerit planeta maleuolus, vel dominum anni per quadratum vel oppoſitũ, ſignificat dãna & incõmoda in actionibus.

145 Dominus ſecũdæ domus radicis ſi fuerit duodecima reuolutionis, natus faciet grauia vel mala opera & nõ faciet ea cito: & in operibus eius multa mendacia loquetur, & erit impeditus non perficere, quæ vult.

146 Profectio Orientis cum ceciderit ad locum maleuoli, fueritque beneuolus ibidem: maleuoli impediuntur operationes.

147 Profectio horoſcopi cum peruenerit ad loca mala infortunarum, ſignificat dura negotia, difficultates, & contrarietates.

148 Profectio Lunę cùm peruenerit ad loca mala infort

Digitized by Google

infortunarum, ſignificat dura negotia, & difficultates & contrarietates in ſuis actionibus.

149 Aſcendens reuolutionis ſi fuerit locus Caudæ Draconis radicis, & infortunæ eam aſpexerint, ſignificat duritiem, atque laborem in rebus agẽdis.

### *De fratribus & ſororibus nati. Cap. 5.*

1 SAturnus, vel Mars ſi fuerit in tertia domo radicis, & conſimilis cælorum afflatus fuerit præcisè in ſchemate annui voluminis, & dominus tertiæ eſſet malè affectus, præſertim in culmine cælorum, denotant illo anno mortem fratris, aut pernicioſam ægrotationem, ſi in tertia domo ſit ſignũ maſculinum: ſi verò fuerit fœmininum, denotat mortem ſororis.

2 Saturnus dominus tertiæ domus reuolutionis in horoſcopo ſine aſpectu beneficarum ſtellarum, ſignificat quandam turbationem & melancholiam propter facta fratris.

3 Mars infortunatus in reuolutione, malum ſtatum minatur fratribus.

4 Mars in reuolutione in loco Mercurij radicis, ſignificat quòd exponet ſe periculis lædendi, aut perdendi fratrem, aut aliquem ex ſuis, quem vt fratrem diligit.

5 Mercurius anni dominus infortunatus à Marte, & in quarto loco ab horoſcopo genituræ, fratris mortem obnuntiat.

6 Mercurius ſi fuerit dominus anni, & fuerit impeditus à Marte in occidentali angulo, ſignificat obitum parentum ac fratrum nati.

7 Aſcendens reuolutionis cùm fuerit ſignum, in quo fuerat Sol lumen conditionarium in radice, fueritque in reuolutione anni mali eſſe, & maximè ſi fuerit cum capite, vel cauda Draconis, ſignificat mortem parentum.

8 Aſcendens reuolutionis ſi fuerit ſignum, in quo fuerat Luna lumen temporis in natiuitate, & fuerit in reuolutione in ſeptima, vel quarta domo malè affecta, & maximè ſi fuerit cum capite, vel cauda Draconis, ſignificat mortem parentum.

9 Quando aliquis planeta fuerit in tertia domo radicis, poſtmodum in reuolutione fuerit in horoſcopo, ſignificat quòd veniet ad natum frater ex terra aliena, ſiue conſanguineus, vel aliquis, quem fratris loco habuerit.

Planeta ſi fuerit in radice in 3. domo, & in reuolutione {

10 Si fuerit in ſecunda domo, excitabit inter ipſum & fratres, aut ſorores, ſeu affines iurgia, rixas, cauſſas, & controuerſias.

Si in quarta domo, fratres eius bonum habebunt, aut quos habuerit loco fratrum.

Si fuerit in quinta domo, & nati parentes vixerint, naſcetur ei frater illo anno.

Si in ſexta domo, aliquis fratrum infirmabitur.

Si in ſeptima domo, fratrum aliquis vxorabitur.

Si in octaua domo, frater dotem, vel lucra conſequetur ex coniuge.

11 Quando aliquis planeta fuerit in tertia domo radicis, poſtmodum in reuolutione anni fuerit in tertia domo, naſcetur ei frater, vel amicum ſibi conciliabit fratri cõſimilem, ſiue chariſſimum.

12 Dominus tertiæ radicis, ſi in aliquo anno fuerit in duodecima domo, vitæ periculum fratri talis, cuius fuerit reuolutio indicat.

13 Dominus tertiæ radicis ſi fuerit in aliqua reuolutione in decima domo, morietur eo anno frater nati: quia decima domus eſt octaua à tertia. Et ſi tertia domus fuerit maſculina, frater nati diem ſuum obibit, vel ægrotabit grauiter. Si verò fœminina, ſoror morietur, vel habebit iurgia cum illis.

14 Si aliqua ex infortunantibus fuerit in tertia reuolutionis, & aſpexerit Solem, ille cuius reuolutio fuerit, amittet fratrem per abortum, ſiue frater nati morietur ex aliquo alio accidente.

### *De Patre & Matre. Cap. 6.*

1 SAturnus in conuerſione anni malè affectus, obnuntiat malum ſtatum patris. Patris accidentia.

2 Sol ſi fuerit in reuolutione anni cum Saturno in quarta domo, minatur mortem patris.

3 Sol ſauciatus in conuerſione anni, parentes nati infortunatos efficiet, & maiores ſuæ ſtirpis.

4 Sol & Luna malè affecti in conuerſione annua in ſeptima, vel quarta domo, parentum mortem minantur.

5 Sol & Luna ſi fuerint cum malefico, lædentur parentes in corpore, vel facultate, vel in poteſtate ac dignitate.

6 Sol, Luna, & Pars patris cum Marte, vel in eius quadrato, vel oppoſito in reuolutione, ſi domini ſuorum locorum infortunati fuerint, aut in malo Martis aſpectu, morietur pater nati.

7 Sol vel Luna cùm fuerit in reuolutiotione cum Saturno in quarta domo, ſignificat mortem patris, vel matris.

8 Si fuerint luminaria in ſeptima, vel quarta domo reuolutionis benè poſita, & in radice infortunata fuerint, aut pater aut mater nati morietur.

9 Pars patris infortunata in reuolutione, patris mortem ſignificat.

10 Luna ſi fuerit in conuerſione cum Saturno in quarta domo, minatur mortem matris. Matris accidentia.

11 Luna infortunata in reuolutione, ſignificat matri malum, & detrimenta.

12 Mars & Saturnus in decima, mortem matri minantur.

13 Profectio orientis cùm ceciderit in reuolutione ad quartam domum, quæ ſignificat eſſe patris, fueritque dominus eius coniunctus domino tertiæ domus ab aſcendente natiuitatis, ſignificat, quòd pater nati alium habebit filium, vel filius habebit fratrem.

14 Sæpe accidit per obliuionem Aſtrologorum, vt Fatum patrum non facilè inueniatur ſine natiuitate filij indicantis id quod patitur: quod hic addere volui, quò noſtrum hoc opus integrum & perfectum inueniatur. Si quando ergo in natiuitate inueneris dominũm quartæ domus Solem, & Saturnum, ac partes parentum fortes & altas ac in bo- De cognitione fortunæ patris per natiuitatem & reuolutioné filij.



Digitized by Google

no ſtatu fortunatas & liberas ab infortuniis & impedimentis, & damnis, vel fuerit maior pars earum in prædicta potentia & fortuna, patri nati proſperitatem ſignificat, donec poſt illum alius naſcatur filius: tunc enim permutabitur in ſignificatione nati. Similiter iudica de matre, ac fratribus, accipiẽdo iudicium à ſignificatoribus ſuis.

15 Aſpice ſimiliter in reuolutionibus eo modo quo in natiuitatibus inſpexiſti, & iudica ſecundum potentiam ac debilitatem radicis, commiſcendo hoc cum ea reuolutione anni, & certificaberis Deo volente. Hæc Abenr. cap. 4. par. 6.

Vide Leopoldũ parte quinta ſui introductorij.

16 Pars patris accipitur in die à Sole in Saturnũ, & in nocte è contrario, & proijcitur à ſigno aſcendentis radicis. Et quia Sol eſt ſignificator vitæ, & Saturnus antiquitatis, ob hoc accipitur hæc pars ab iſtis duobus planetis. Si autem contigerit Saturnum eſſe ſub radiis Solis, tunc pars patris accipitur in die à Sole in Iouem: & in nocte èccontrario, & proiicitur ab Aſcendente.

In li. introdu. diff. 8. in ra. 4. dom.

17 Dixit Albumaſar, quòd dominus domus partis, ſignificat patris fortunam, & eius ſubſtantiam ac labores. Quòd ſi fuerit pars boni eſſe, erit pater nobilis. Et ſi dominus eius fuerit boni eſſe, erit fortunatus ac longæ vitæ. Si autem fuerit impeditus, aut malè locatus, erit laborioſus, infortunatus, ac paucæ vitæ. Dominus verò partis patris, ſignificat regnum nati, eius honores atque fortitudines.

18 Pars matris accipitur in die à Venere in Lunam, & in nocte econtrario, & proiicitur ab Aſcendente, & ſignificat hæc pars eſſe matris. Quæ ſi fuerit boni eſſe ac bene diſpoſita, ſignificat bonum eſſe matris, & econtra.

### *De ſubſtantia & diuitiis. Cap. 7.*

Non credo hãc opinionẽ eſſe Ptolemæi: ſed cuiuſdã priſci, qui Græcè Ptolemæi libros expoſuit.

Aſpice ad ſignum in quo fuerit pars fortunæ, cuiuſmodi ſtatus eſt illo anno. Quia magnã habet potentiam ſi fuerit fortunata, & dominus orientalis ab illo ſigno eius, & à ſigno applicationis, & à domino eius ſimiliter. Abenragelis ſententia cap. 12. par. 6.

Pars fortunæ in reuolutione ſic proiicitur ſecũdum Ptolemæi decreta, à Sole in Lunam in radice, & adduntur gradus qui aſcenderunt de ſigno aſcẽdente reuolutionis: & proiicitur ab initio ſigni aſcẽdẽtis reuolutionis, & quo peruenit ibi eſt hæc pars, & ipſa ſignificat ſubſtantias, diuitias, lucra, & bonam fortunam ſecundum eius diſpoſitionem. Nam ſi eam in reuolutione aſpexerit aliquis ſuorum dominorum, lucrabitur illo anno natus. Sed ſi infortunio afficietur, nemo diuitias acquiret. vide Ptolemæum in Aph. 88. Centiloquij.

Sed erit notandum, quòd pars fortunæ ſecundum Ptolemæi decreta in natiuitate ſemper accipitur à Sole in Lunam. Ego autem dico (quoniam amicus Plato, amicus Cicero, ſed magis amica veritas) quòd in iuuentute mea diu laboraui, vt inuenirem veritatem, quia ſemper vidi Ptolemæum ſic dixiſſe, ab Aegyptiis & aliis reperi, quòd in nocte à Luna, in die à Sole: Ego diu laboraui pro hoc, quare inueni, quòd ſi vtrunque lumen fuerit ſuper terram, vel ſub terra, accipitur à Sole ſiue in die, ſiue in nocte, quòd ſi tantum Sol fuerit ſuper terram, à Sole: quòd ſi Sol fuerit ſub terra, & Luna ſuper terram, à Luna. Hoc obſeruaui, neque fefellit me. Et hic modus etiam tenetur in reuolutionibus natiuitatum, quem ſemper obſeruaui eſſe verum.

Capitu. 10. tract. 3. c. 1. tract. 4.

Dicitur pars fortunæ, non quia caſu accipiatur, vt dicunt aduerſarij artis, ſed ſemper accipitur in ratione habitudinis luminum, quia eſt determinata, quia ſemper ſunt in motu regulari, & accipitur à motu regulari & diurno: ſed dicitur pars fortunæ ab effectu, quia ex eius poſitione inducit homines ad bona, vel deprauatam fortunam.

Quare à luminibus ſit accepta pars ſortis, & fortunæ declaratum eſt ab Albumaſare in 8. mag. introductorij, c. 3. qui reddit hanc rationem. Dicit, quòd cùm Sol ſit princeps quodammodo propter præſtantiam magnitudinis, & luminis, eſt pater naſcentium. Et ego addo his, quòd calor Solis in viſceribus terræ generat præcipuè aurum, quod pertinet ad diuitias & bonam fortunam: & omnes cõfitentur, quòd Sol præeſt auro: ideo qui volunt facere aurum, expectant Solem, cùm fuerit conſtitutus in Ariete, vel Leone in medio cæli, & nona domo, & Luna ei bene configuretur. Hac ergo ratione & cùm Luna ſit finitima terræ, & ſint ſenſibiles actiones eius, præſtat ad bonam fortunam, & ecõtra: quia ſtellæ ſuperiores ſunt præſtantiores luminibus: & ipſa lumina ſunt ſenſibiliora. Sol enim recipit impreſſiones illas ſtellarum cælo hærentium, & ſic reddit fortunatos homines & fœlices, vt dicemus, quia recipit formam ſuperiorum ſtellarum: ſed non per ſe id facit. & refert ipſam Lunæ, quæ cùm ſit finitima terræ coagulantur, & vniuntur hic tanquam in trigono, & ſic fœlicitatur.

Quantum ad id an ſola pars ſortis ſignificet opes, & ſit in cauſa quare natus ſit propenſus ad diuitias acquirendas, dico quòd ipſa eſt principalis cauſa, & principale agens, vt obſeruauit Ptolemæus: vnde in Aphoriſmo 77. (vbi imitatus eſt Hermetem antiquiſsimum: quia Hermes fuit antiquior Ptolem. an. 1488.) dixit, Ea quæ corporis ſunt, ab aſcendente, quæ verò ſunt ſubſtantiæ, à parte fortunæ. Idem habetur ab eodem Ptolemæo Aphoriſ. 46. quòd collatio magnarum diuitiarum eſt à ſtellis fixis, tum à parte fortunæ.

Almã. Aph. 63.

Et Abohales idem habet cap. 2. vel 9. De parte fortunæ Abenragel, parte 4. cap. 12. idem dicit. Sed ſciendum eſt, quòd non tantum ab ea ſunt accipiẽdæ diuitiæ, ſed ab aliis conſtellationibus, videlicet ſunt accipiendæ diuitiæ à domino ſecundæ domus, & ſecundum eius diſpoſitionem, & diſpoſitionem illius loci ſemper erit prognoſticatio facienda de diuitiis & paupertate, quę inſequitur primam cauſam partis fortunæ.

1 Pars fortunæ in bono loco figuræ, id eſt vbi fuerint in radice ſtellæ fortunantes, vel eorum boni aſpectus, decernit nato augmentum, & lucrum ſubſtantiæ.

2 Pars fortunæ in quarta domo reuolutionis contribuet incrementa ſtabilium.

3 Pars fortunæ ex trino Solis aſpectu in radice, vel reuolutione, dat lucrum & commodum.

4 Pars fortunæ in horoſcopo, vel in ſecunda domo

Digitized by Google

mo reuolutionis, dat nato vtilitates ex ſua induſtria & labore.

5 Pars fortunæ in octaua domo reuolutionis benè affecta, ſignificat diuitias cauſa mortuorum.

6 Pars fortunæ ſi fuerit in reuolutione in eo loco, in quo fuit in natiuitate, fueritque fortunata, ſignificat augmentum diuitiarum, & lucra.

7 Saturnus ad locum Iouis ſi venerit in reuolutione, fundi reditum præſtabunt vberiorem, & ipſe natus lætior erit.

8 Iupiter in ſecunda domo, vel in octaua in ſuo domicilio, vel exaltatione, decernit hæreditates, & lucra ab inſperato, & ſine labore.

9 Iupiter ſi aſpexerit Venerem, aut terminum diuiſionis, ſignificat ſubſtátiam, & quòd natus lucrabitur magnum prædium.

10 Iupiter dominus anni, & dominus partis fortunæ in natiuitate, vel in reuolutione, fueritque benè affectus, ſignificat augmentum patrimonij, & diuitias.

11 Iupiter ſi fuerit Almuten natiuitatis, & fuerit benè affectus in reuolutione, decernit diuitias & lucra.

12 Iupiter dominus ſecundæ domus radicis, vel reuolutionis, fueritque fortunatus, indicat acquiſitionem ſubſtantiæ.

13 Iupiter & Venus cum capite Draconis ſi fuerint in ſeptima domo, & Luna exiſtens in dignitate ex ſuperiore loco eos aſpexerit, natus ex vxore maximas habebit diuitias.

14 Iupiter in ſecunda domo in natiuitate & reuolutione, decernit nato diuitias, & omne genus fœlicitatis.

15 Iupiter in quarta domo in natiuitate & reuolutione, auget patrimonium.

16 Iupiter in quinta domo in natiuitate & reuolutione, fœlicem dat vitam &c.

17 Iupiter in octaua domo in natiuitate & reuolutione, ſignificat mortuorum bona.

18 Mars ſi fuerit Diuiſor, & in bono loco in radice, & in aliqua dignitate Iouis, natus habebit bonum, & lucrum per delicta, violētias, prædationes, & placita: vel per vſuras & modum illicitum, & non honeſtum.

19 Venus ſi proiecerit radios ſuos ad locum diuiſionis, & Diuiſoris, ſignificat lucra maxima mulierum gratia, ſiue dotem amplam.

20 Venus in octaua domo reuolutionis, hæreditatis portionem, & diuitiarum incrementa ſignificat.

21 Venus in ſecunda domo reuolutionis ſi fuerit benè affecta, ſignificat augmentum diuitiarum, & patrimonij, & ſi fuerit ſacerdos natus, habebit diuitias cauſa beneficiorum, & religionis.

22 Venus domina partis fortunæ, radicis, vel reuolutionis, fueritque boni eſſe, ſignificat augmentum diuitiarum cauſa mulierum.

23 Venus in quarta domo in natiuitate & reuolutione, auget patrimonium, reditus & gloriam.

24 Venus in decima domo in natiuitate & reuolutione, ſignificat bonam fortunam.

25 Mercurius ſi fuerit in aſcendēte reuolutionis in ipſomet ſigno radicis, fueritque liber ab infortuniis, & receptus, lucrabitur ex ſua negotiatione.

26 Mercurius ſi fuerit dominus ſecundæ domus radicis, vel reuolutionis vel fuerit dominus partis fortunæ: & fuerit benè affectus, ſignificat nato augmentum diuitiarum ex ſua induſtria & actionibus.

27 Luna in ſecunda domo reuolutionis benè affecta, ſignificat augmentum diuitiarum.

28 Luna in quacunque duodecim domorum cæli, ſi fuerit cum parte fortunæ non infortunata, natus habebit fortunam & fortitudinem ex ſignificatis illius domus in qua fuerit.

29 Luna in domo ſua ſi fuerit inuenta, ea quæ in natiuitate ſignificauit, perficiet.

30 Luna in domo Saturni facit vitam laborioſam & natum intentum aquis ducendis, & ædificationibus.

31 Luna in domo Iouis diuitias decernit.

32 Luna ſi in Tauro in ſecunda, à Iouis quadrato ſeparetur, vel oppoſito, ad Solis trinum iens, natus non obſcuras acquiret diuitias.

33 Luna in quarta domo in natiuitate, & reuolutione, vexat fundos paternos varietate ſua indicat tamen poſſeſsionem, ſiue bona ex aquis.

34 Luna in decima domo in natiuitate, & reuolutione, dat variam fortunam.

35 Luna bene conſtituta in oppoſito, vel quadrato Solis, & Iouis, natus acquiret opes.

36 Dominus anni ſi fuerit benè affectus in natiuitate, & reuolutione, fueritque in bonis cæli domiciliis, bonorum proſperitatem, & vtilitates decernit: Si verò in vtroque tempore fuerit æquè affectus, indicat quòd natus bona paulatim aſſequetur. Si autem in vtroque ſchemate fuerit commaculatus, & in cadentibus cæli domiciliis, conformatúrque cum beneficis, inſinuat natum bona inuenturum, ſed modicam vtilitatem rerum tamen vilium, & pretij ferè nullius.

37 Dominus anni ſi fuerit infortuna, in themate autem natalis fœliciter collocatus, & Orientalis, & maleuolæ ſtellę gradum diuiſionis non commaculauerint, & Luna & horoſcopus reuolutionis, & eorum domini fuerint ſalui ab infortuniis, natus illo anno habebit incrementa diuitiarum.

38 Dominus anni in decima radicis, & in reuolutione ſimiliter vel in vndecima à beneficis irradiatus, lucrorum copioſa præſidia, ſiue diuitiarum incrementa pollicetur.

39 Dominus anni & Diuiſor ſi fuerint malefici, & in figura reuolutionis fuerint in alienis domibus, & eos reſpiciant boni planetæ, promittũt quidem bona, ſed minima.

40 Dominus anni ſi fuerit infortuna, & in radice natiuitatis fuerit in bono loco, dat nato bonum.

41 Dominus anni ſi fuerit benè poſitus, & fortunatus in radice, & reuolutione, fueritque poſitus in aliqua dignitatum ſuarum, ſignificat vtilitatem, & lucrum, & bonum, & meliorem in nati rebus ſucceſſum.

42 Dominus anni ſi fuerit poſitus in aliquo angulorum, & receptus in eodem angulo à ſuo domino, & proiiciat ſuos radios ad fortunam, ſignificat bonũ, meliorem ſucceſſum, & proſperitatem, & fortunam bonam illo anno.

43 Diuiſor ſi fuerit planeta beneuolus, & benè diſpoſitus in natiuitate ac reuolutione, fueritque dominus Lunæ, vel aſcendētis reuolutionis expedit' à malis, ſignificat bona, & manifeſtas ac famoſas

proſperitates. Si verò ſecundum natiuitatem fuerit infortunatus, & ſecundum reuolutionem fortunatus: moderata erunt bona in illo anno. Si autem ſecundum natiuitatem quidem fortunatus, in reuolutione verò infortunatus: diminuentur bona, tamen non omnino irrita erunt propter ſignificationem figuræ natiuitatis firmiorem, & certiorẽ exiſtentem figuræ reuolutionis.

44 Diuiſor ſi fuerit ſecundum natiuitatem & reuolutionem in aliquo angulo figurę cęleſtis: fueritque Diuiſor beneuolus: maximam proſperitatem indicat.

45 Diuiſor in vndecima domo, & in ſigno humano coniunctus cum parte fortunæ, pollicetur beneficiorum multitudinem, & largitionem, ſeu munera à principibus, vel regibus.

46 Dominus horoſcopi reuolutionis fortunatus & in ſuo domicilio, indicat eum, cuius fuerit reuolutio inuenturum lucra, & aliqua bona.

47 Dominus horoſcopi reuolutionis in ſecunda domo, pollicetur lucra.

48 Dominus horoſcopi reuolutionis in quinta domo, ſignificat quòd natus habebit xenia, ſiue dona à dominis, ſiue principibus.

49 Dominus horoſcopi, vel Almuten natiuitatis, quando coniungitur cum domino ſecundæ domus, aut cum planeta exiſtente in ſecunda domo in radice, vtilitas promittitur ex ſignificatis ſignificatoris illius, qui erit dominus ſecundæ: vel qui erit in ſecunda domo.

50 Dominus horoſcopi ſi applicuerit ad dominum ſecundæ domus, laborabit pro ſubſtantia, & acquiret eam.

51 Dominus horoſcopi ſi fuerit ſeparatus à domino ſecundæ domus, natus non erit ſollicitus de ſubſtantia acquirenda.

52 Dominus ſecundæ domus ſi applicuerit ad dominum aſcendentis, decernit ſubſtantiam, ſiue lucrorum cõpioſa præſidia ſine labore.

53 Dominus ſecundæ domus reuolutionis in Aſcendente reuolutionis, ſignificat quòd veniet ſubſtantia aliqua ad natum ſine ſuo labore.

54 Dominus ſecundæ domus radicis ſi fuerit in quinta reuolutionis, credet natus ſubſtantiæ partem dilectis perſonis, vel natus dabit de ſubſtantia ſua filiis ſuis.

55 Dominus ſecundæ domus radicis in domo nona reuolutionis, accipiet natus ſubſtantiam à longinquis.

56 Boni planetæ in quarta domo reuolutionis, contribuent nato incrementa ſtabilium.

57 Quando aliquis planeta fuerit in horoſcopo radicis, poſtmodum in ſecũda reuolutionis, natus illo anno ſollicitabitur in opibus cumulandis.

58 Quando aliquis planeta fuerit in horoſcopo radicis, poſtmodum in reuolutione fuerit in quarta domo, commorabitur in ſolo patrio deditus ad ædificia, vel agrorum culturas, & intromittet ſe de hæreditatibus & rebus ſtabilibus.

59 Planeta maleuolus cùm fuerit orientalis cõfiguratus beneuolo, & habuerit aliquam dignitatẽ in aſcendente reuolutionis, vel in loco Lunæ, vtilitatem inducit per labores & afflictiones.

60 Quando planeta peregrinus, vel iu aliqua dignitate conſtitutus fuerit in radice in ſecunda domo, & in reuolutione fuerit in horoſcopo, ſignificat lucrorum copioſa præſidia ab inſperato, & ſine labore.

Planeta cõſtitut' in ſecunda radicis, & in reuolutione

61 Si fuerit in tertia, vel nona: decernit vtilitatem à fratribus vel cognatis, aut in itineribus extra natale ſolum.

Si fuerit in quarta domo: contribuet lucra à parentibus, ſiue rebus ſtabilibus, & hæreditariis.

Si fuerit in quinta: ex rebus vegetabilibus, vel filiis: vel exercitij contribuet lucra.

Si fuerit in ſexta: à ſeruis, vel paruis quadrupedibus lucra contribuet.

Si fuerit in ſeptima: ab vxore, vel aliis mulierib', ſiue cõnubij lucra cõtribuet.

Si fuerit in octaua: ex rebus hæreditariis, vel dote vxoris.

Si fuerit in decima: ex actionibus, vel officiis, & dignitatibus.

Si fuerit in vndecima: ex amicis, & rebus ſperatis.

Si fuerit in duodecima: ex magnis animalibus, ſiue inimicis.

Domin' aſcendẽtis radicis ſi fuerit

62 In aſcendente reuolutionis, bonum erit nato: & ſi aſpexerit planeta à medio cæli, inueniet hæreditatem.

In ſecunda domo reuolutionis, eueniet ſubſtantia ad manus nati: & ſi fuerit planeta maleficus eam amittet.

In 4. domo reuolutionis extra domicilium & regnũ ſuum, inueniet natus impedimentũ in ſubſtãtia ſua, vel litẽ à maioribus. Sed ſi fuerit in ſuo regno vel domicilio, habebit à parẽtib' ſuis lucrũ.

In ſeptima domo reuolutionis, inueniet ex euentu mulierum, & ex acceptione multa bona.

In octaua domo reuolutionis, ſignificat bona in aliquo ex antiquis & cauſa mortuorum.

Domin' ſecundæ domus radicis ſi fuerit

63 In prima domo reuolutionis, lucrabitur natus ex operibus ſuis, & erit fortunatus, & habebit ſubſtantiam.

In ſecunda domo reuolutionis, ſignificat bonam vitam & augmentum ſubſtantiæ.

In quarta domo reuolutionis, habebit ſubſtantiam à parentibus ſuis.

In ſexta domo reuolutionis, habebit fortunã à quadrupedibus & ſeruis.

In ſeptima domo reuolutionis, habebit lucrum à mulieribus.

In octaua domo reuolutionis, habebit aliquod bonum cauſa mortuorum.

In nona domo reuolutionis, lucrabitur à peregrinatione, & in habitatione ſua non habebit lucrum.

In decima domo reuolutionis, ſignificat bonam fortunam cum principibus & dominis.

In vndecima domo reuolutionis, habebit fortunam ab amicis & amici ab eo.

In duodecima domo reuolutionis, erit natus pauper.

Domi-

Digitized by Google

64 Dominus tertiæ domus radicis, in ſecunda reuolutionis lucrabitur ſubſtantiam in mutatione de loco in locum ex euentu propinquorum ſuorum.

65 Dominus quartæ domus radicis, in octaua reuolutionis, ſignificat quòd natus erit fortunatus in rebus mortuorum.

66 Dominus octauæ domus radicis ſi fuerit in reuolutione in ſecunda domo, ſignificat bonam fortunam ex euentu mortuorum.

67 Dominus decimæ domus radicis in ſecunda reuolutionis ſignificat ſubſtantiam ex euentu principis.

68 Quãdo beneuoli planetæ fuerint in horoſcopo reuolutionis, mediocrem indicant vtilitatem.

69 Quando fuerit aliquis planetarum in reuolutione in ſecunda domo, natus eo anno erit intentus in acquiſitionem ſubſtantiæ.

70 Quando aliqua infortuna receperit Lunam de trino vel ſextili aſpectu in reuolutione: ſignificat bonum & profectum de proprietatibus, & naturis ipſius infortunæ. Et ſi receptio illa fuerit de quadrato, vel oppoſito, nõ durabit ille profectus, & erit eius finis in malo & damno.

71 Quando horoſcopus geniture fuerit in culmine cælorum reuolutionis bene affectus ab Ioue, vel Sole, aut Venere, & eius dominus in vndecima vel ſecunda domo, nato opes creſcent, & fiet copia maior, quoniam à potentioribus ei munera donabuntur.

72 Aſcendens reuolutionis ſi fuerit locus Lunæ radicis & bene affecta, ſignificat rerum incrementa & lætitiam ex muliere.

73 Aſcendens reuolutionis ſi venerit ad ſtellas ſalutares radicis, vel ad radios fœlicium, diuitiæ ad natum peruenient cauſa alicuius iudicij.

74 In aſcendente reuolutionis cum fuerint planetæ beneuoli, vel ingredientur ad aliqua loca planetarum natiuitatis: moderatam vtilitatem ſignificant: ſi in radice natiuitatis aſpectu congruo locum ipſum aſpiciebant.

75 Aſcendens reuolutionis ſi fuerit locus Iouis radicis, & ipſe ſit coniunctus Aſcendenti per corpus, vel per bonum aſpectum, natus eo anno honorabitur, acquirètque diuitias leuiter: ſin autem viderit Aſcendentem malo aſpectu, hæc omnia fient ſed cum difficultate.

76 Profectio Orientis ſi peruenerit ad locum Iouis, & ipſe fœliciter collocatus in reuolutione fuerit aſpiciens ſuum locum genituræ, & dominus anni ſit in cadentibus cælorum domiciliis, pollicentur fœlicitatem, & lucrorum copioſa præſidia: abſque labore, & præter ſpem.

77 Profectio Orientis ad locum Mercurij, & ſi Mercurius fuerit in eodem ſigno, vel illud fœliciter aſpexerit, dabit lucra ex mercibus, & bonam famam.

78 Profectio Orientis ad locum Lunæ, & ipſa fuerit in eodem loco, vel illum irrorauerit libera à maleficis, decernit lucrorum copioſa præſidia.

79 Profectio Orientis ad capitis Draconis locũ, & Iupiter ibidem, vel illum aſpexerit, ſignificat lucra, & ſubſtantiam, & diuitias multas.

80 Profectio Orientis ſi peruenerit ad quartum locum, nullo ipſum malefico inſpiciente: vel cum contigerit, vt dominus anni ſit in quarto cælorum domicilio natalitij thematis ſub ſigno, in quo ius habuerit, ſitque Diuiſor beneuolus in eiſdem terminis diuiſionis: ſitque in genitura innocuus, reſpiciátque Luna partem fortunę, & coniuncta ſit cum Ioue, ſintque ambo innocui, is, cuius fuerit reuolutio, diuitias conſequetur multas, & fœlicitatem ex hæreditatibus, & depoſitis, & theſauris abſconditis.

81 Saturnus & Mars in medio cæli ſignificãt nullam vtilitatem toto illo anno vertente: & natus ita ſine aliqua vtilitate rem ſuam profundet, & propriam facultatem. De infortuna nati.

82 Saturnus retrogradus in quarta domo reuolutionis, circa res hæreditarias anxium natum facit, vel parentum aliquem ipſe habebit, non rectè cum eo ambulantem circa ſubſtantias ſuas.

83 Saturnus in Leone retrogradus, ſignificat, ꝙ natus faciet multa diſpendia propter equos.

84 Saturnus dominus anni ſi fuerit combuſtus, ſignificat damnum in agricultura.

85 Saturnus in reuolutione in quinta, aut in quarta domo, in ſigno in quo fuit in radice, ſignificat damnum in patrimonio nati, & fortunam infidam.

86 Saturnus in ſecunda domo reuolutionis, dabit nato damna, & expenſas importunas.

87 Iupiter in reuolutione annua malè affectus, ſignificat malum ſtatum in rebus ad vitam neceſſariis, & quæ ſunt de proprietate Iouis, & ſigni, atque, domus in qua fuerit illo anno.

88 Iupiter ſi fuerit dominus anni cõbuſtus, & malè affectus, detrimenta ſignificat fortunarum.

89 Iupiter ſi venerit ad locum Martis in reuolutione, profundet & diſperget natus opes ſuas.

90 Mars dominus anni ſi fuerit in aſcendente reuolutionis in ſigno, in quo nõ habeat dignitatem, & maximè ſi fuerit ſecundum natiuitatem in aſcẽdente, vel in eius quadrato, vel oppoſito ſignificat detrimentum in diuitiis.

91 Mars in quarta domo in natiuitate & reuolutione, patrimonium diſſipat, & reditus minuit.

92 Mars in decima domo in natiuitate & reuolutione, ſi non fuerit dominus anni, multa dabit nato ex inopinato incommoda.

93 Mars in ſecunda reuolutionis, ſignificat ablationem ſubſtantiæ per furtum, vel per violentiam militum, vel ſimilium, & diſſipat patrimonium.

93 Sol in ſecunda domo reuolutionis, facit expendere in rebus magnificis, honoratis, & liberalibus, nam gradum domus ſubſtantiæ damnat & infœlicem facit Sol & Mars, vt dicitur ab Abenragele cap. 5. par. primæ.

94 Mercurius in quarta domo in natiuitate & reuolutione, variis turbat patrimonium ſucceſſibus.

95 Quando malus planeta fuerit in ſecunda domo, & fuerit etiam ibidem maleficus in themate natalicio, afferet damna, & expẽſas importunas, & quodammodo intolerabiles.

96 Quando aliquod infortunium receperit Luna de trino, vel ſextili aſpectu in reuolutione anni, ſignificat bonum & profectũ de naturis & proprie-



Digitized by Google

tatibus ipſius infortunij. Et quando receperit eam hoſtili aſpectu, ſignificat damnum ſecundum naturam infortunæ.

97 Dominus anni ſi fuerit in aliquo angulorũ infortunatus à planeta infortunante ipſum ſine receptione de quarta, vel oppoſitione, & ſi iunctus fuerit cum eo corporaliter in radice: tunc dicitur peſſima reuolutio, quoniã in illo anno habebit natus anxietates, labores, moleſtias & amiſsiões multas.

98 Dominus anni occidẽtalis, in domo ſibi inimica, vel in ſeptima, vel duodecima domo, intueatúrque à Saturno, vel Marte, Ioue non reſpiciente Lunam, neque dominum anni, indicat iacturas bonorum.

99 Dominus anni, & diuiſor quando ſunt malefici, inficiãtúrque in reuolutione, indicant toto illo anno ſegnitiem, & nullam vtilitatem.

100 Dominus anni, & Diuiſor ſi fuerit planeta maleuolus, & acciderit tã Sol, quàm Luna tempore reuolutionis ſub terra à beneuolis non inſpecti, ſignificant diſsipationem ſubſtantiarum.

101 Dominus anni & Aſcendens reuolutionis & dominus eius ac Luna cùm fuerint impediti ab aliquo planeta à coniunctione, vel quadrato, vel oppoſito: ſignificat deſtructionem eius, & damnũ diuitiarũ. Si verò Iupiter, vel Ven' cũ Luna fuerint, vel cum domino anni: eripietur ab ipſis impedimẽtis.

102 Dominus anni ſi fuerit planeta beneuolus, & retrogradus: & Mars ipſum aſpexerit partiliter ex oppoſito, & Luna à quadrato: & fuerit aſcẽdẽs reuolutionis impeditum, ſiue per Solem, ſiue per quemcunque modorũ, domino eius non aſpiciente ipſum: ſignificat perditionem diuitiarum.

103 Diuiſor ſi fuerit fortuna, & in radice natiuitatis in malo & infortunato loco, non ſignificat vtilitatem, nec bonum, maximè ſi dominus anni fuerit malè affectus: tunc enim non ſignificat niſi malum, & damnum in illo anno.

104 Diuiſor ſi fuerit beneuolus, ſed malè affectus in genitura, & dominus anni, & Luna, & horoſcopus reuolutionis infauſti, indicant aduerſam fortunam, labores, & rerum inopiam illo anno.

105 Diuiſor ſi fuerit planeta maleficus, minatur rerum inopiam, niſi ipſe Diuiſor fuerit anni dominus fœliciter collocatus, & à beneficis irroratus, & horoſcopus geniture non ſit malè affectus.

106 Horoſcopus reuolutionis, & eius dominus, & Luna ſi fuerint malè affecti ab aliquo maleficorum à coniunctione, quadrato, oppoſitione, obnũtiat iacturam rerum.

107 Profectio orientis ſi peruenerit ad ſignum ſecundæ domus radicis in quo fuerit planeta maleficus, ſignificat damna & expenſas importunas & intolerabiles.

108 Profectio orientis cùm ceciderit in reuolutione in ſecunda domo, fueritque in ea in natiuitatẽ maleuolus, indicat damna & expenſas inutiles, & maxime ſi in angulo fuerint maleuoli in reuolutione illius anni, vel in ſuccedentibus angulorum. Si verò in cadentibus ab angulis fuerint, erunt mala leuiora.

109 Profectio orientis ſi ceciderit in reuolutione in ſextam, ſiue duodecimam, aut in quartam, vel ſeptimam domum, non erit bonum nato: maximè ſi dominus eius fuerit retrogradus, vel ſtationarius, aut configuratus maleuolo, quoniam ſignificat plurima damna in rebus ſtabilibus à mulieribus & cauſa mortuorum.

110 Profectio orientis cùm ceciderit in domũ in qua tempore natiuitatis fuit Saturnus, aut Mars, & in figura reuolutionis ipſe Saturnus, vel Mars aſpexerit aſcendens per quadratum, indicat læſionem & iniurias circa ſubſtantiam.

111 Dominus ſigni profectionis horoſcopi, & ipſum ſignum ſi fuerint impediti, nocumentum, & diminutionem ſignificant.

112 Dominus ſecundæ domus reuolutionis ſi impediretur à domino Aſcendentis in aliqua reuolutione, dic natum eo anno non adepturum diuitias.

113 Dominus ſecundæ domus reuolutionis ſi fuerit ſeparatus à domino Aſcendentis, non lucrabitur.

114 Dominus decimæ domus reuolutionis in octaua, circa res hæreditarias natum anxium facit, vel parentem aliquem ipſe habebit, non rectè cum eo ambulantem circa res paternas.

115 Infortuna in ſecunda domo reuolutionis, ſignificat quòd natus multa diſpendia faciet, ſecundum naturam infortunæ: vt ſi Mars ibi repertus fuerit, minatur diſpendia propter martiales homines ac res, &c.

116 Dominus alicuius loci figuræ reuolutionis retrogradus ſi inueniatur, vel fuerit ſub radiis Solis, vel ab aliquo planeta malorum impeditus, vel in domo ſuorum, inimicorum fuerit inuentus: ſignificat læſionem ſecundum ſtationem illius loci ſiue locus ille ſignificator fuerit diuitiarum, ſiue ſtabilitatis, aut aliarum quarumlibet rerum.

### *De ſtatu & honoribus.* Cap. 8.

1 Aſpice ad ſtatum Solis in reuolutione diurnæ quia nullus bonum aliquod habere poterit, neque honorem, neque laudem ſi Sol fuerit infortunatus. Sententia Abenragelis cap. 12. par. 6.

2 Vnde dignitates & fœlicitates honorum principaliter debent accipi à Sole: quia ſua natura ſenſibilius agit, & quodammodo apparent eius operationes, quod non faciunt operationes aliarum ſtellarum, licet ſtellæ ſupra Solem ſint *nobiliores*, quia accedunt magis ad primam cauſam: ſed quia non ita ſenſibiliter agunt ſicut Sol: ideo datum eſt regimen honorum ipſi Soli, à quo dies diuiduntur in diem artificialem, & noctem. Sol autem præeſt diei, & Luna nocti: vt ex ſacris codicibus habetur in libro Geneſis. Et propter hanc cauſam Ptolemæus in regimine honorum accipit vtrunque luminare. Fortunę decreta.

3 Sol ergo in natiuitate & reuolutione benè affectus, indicat honores, & dignitates ſecundum nobilitatem nati in illo anno.

4 Sol in aſcendente, decima, aut nona domo reuolutionis fortunatus, decernit bonum ſtatum, honores multos, & dignitates vel aliquod officium in illo anno.

5 Sol in reuolutione ad locum radicis, ſignificat honores & exaltationem nati ſtatus.

6 Sol in tertia domo radicis & ſimiliter in reuolutione ſi fuerit in tertia fortunatus, ſignificat officium à Rege, vel à magnatibus.

Sol ſi

Digitized by Google

7 Sol ſi fuerit in quinta domo radicis & reuolutionis fortunatus, ſignificat quòd magni domini vtentur eius opera in legationibus.
8 Luna in reuolutione nocturna in prima, decima, tertia domo fortunata, ſignificat honores & dignitates.
9 Luna in quinta domo reuolutionis, donat in legationibus ſalutem.
10 Luna applicans domino aſcendentis amico aſpectu adducit ſignificatum domus in qua Luna fuerit, Vt ſi Luna eſſet in decima reuolutionis, & applicaret domino aſcendentis, ſignificaret in dominio & magiſterio.
11 Luna in quarta domo radicis & reuolutionis fortunata, facit natum proſperum habere ſtatum.
12 Luna in vndecima domo radicis & reuolutionis fortunata, dat honorem, & vtilitatem à magnis principibus, ſiue dominis, & acquiret natus ea quæ deſiderabit.
13 Luna in domo Iouis, honores, & potentũ gratiam decernit.
14 Saturnus ſi fuerit dominus anni, fueritque benè poſitus in decima reuolutionis, ſignificat honores ac dignitates durabiles, quæ erunt cum nati labore.
15 Iupiter in horoſcopo reuolutionis ſi aſcendens radicis fuerit Sagittarius, Piſces, vel Cancer, indicat altitudinem & poteſtatem & imperium.
16 Iupiter in genitura non vulneratus, in conuerſione autem cardinaliter ſupputatus irradians anni regem, pollicetur adoptionem autoritatis, & honoris à regibus, ſeu principibus.
17 Iupiter in quinta radicis, & ſimiliter in ipſa reuolutionis domo, natus fungetur officio legati: ſi Iupiter fuerit bene poſitus.
18 Iupiter in decima reuolutionis ſi fuerit benè poſitus in natiuitate & reuolutione, dat honores & bonum ſtatum.
19 Iupiter ſi fuerit dominus aſcendentis reuolutionis, inclinabitur natus ad honores.
20 Iupiter in nona domo in natiuitate & reuolutione, multos honores decernit.
21 Mars ſi fuerit Diuiſor, & in bono loco in radice, in exaltatione Iouis, aut termino, aut in aliqua dignitatum eius, & habuerit participationẽ & terminum cum Ioue, ſignificat bonum & honorem. Et ſi natus fuerit nobilis generis, ſignificat illo anno dominium ſuper milites, & quòd ſe dabit armis, & acquiret honorem & famam.
22 Mars in decima domo in natiuitate & reuolutione ſignificat ſi fuerit dominus anni potentiam immenſam.
23 Venus in domo Solis, gratiam apud principes præſtat, & ab illis commoda.
24 Venus domina anni cùm in corde Solis fuerit, largitur magnam dignitatem.
25 Mercurius ſi fuerit dominus anni, & ſit in reuolutione vnà cum Marte, alicuius prouinciæ dominium pollicetur.
26 Mercurius in reuolutione in loco in quo fuit Iupiter in radice, ſignificat dignitatem, & honorẽ, quem ab alio ſe maiore habebit.
27 Dominus anni ſi fuerit infortuna, in themate autem natalis fœliciter collocatus, & gradum diuiſionis ſtellæ maleuolæ non commaculauerint, & Luna & horoſcopus reuolutionis, & eorum dominus fuerint ſalui ab infortuniis, ſignificat honores, atque dignitates, ſiue aliquod officium.
28 Dominus anni, Luna, & horoſcopus reuolutionis & eorum domini ſi fœlices fuerint, victoriæ, triumphorum, ac fœlicitatis auctores fiunt.
29 Dominus anni in decima radicis, & in reuolutione ſimiliter, vel in vndecima domo à beneficis irradiatus, ſignificat aliquam dignitatem, ſiue dominium, ſeu magiſtratum lucrigerum.
30 Dominus anni ſi fuerit fortuna in themate natalis fœliciter collocatus & Orientalis: & Luna & horoſcopus annuæ conuerſionis ſint ſalui ab infortuniis, denotant quatenus illo anno natus ſortietur incrementa honoris, & ab omnibus laudabitur.
31 Dominus anni bene affectus in reuolutione & in radice: ſignificat illo anno nobilitatem & honorem, & bonum ſucceſſum in nati rebus, ac bonam famam.
32 Dominus anni ſi aſpexerit aſcendens, vel ſignum profectionis de trino, vel ſextili aſpectu, bonum, vel fortunam & potentiam, & honorem ſignificat.
33 Dominus horoſcopi reuolutionis fortunatus & in ſuo domicilio, indicat eum cuius fuerit conuerſio inuenturum gloriam illo anno, & honorem, ſed ſi fuerit in culmine cælorum, conſequetur pondus & dignitatem, & ibit natus ad regem, vel ad principes, & multum venerabitur.
34 Dominus horoſcopi reuolutionis in vndecima domo, ſignificat bonum ſtatum, & quòd natus erit votorum compos.
35 Dominus medij cæli in aſcendente reuolutionis, ſignificat nato annum honorificum.
36 Dominus aſcendentis radicis ſi fuerit in decima reuolutionis, natus quæret dignitatem, & inueniet victoriam in magnitudine & exaltatione.
37 Dominus decimæ domus radicis in prima reuolutionis ſignificat bonum ſtatũ, & erit natus fortunatus cum nobilibus viris.
38 Dominus decimæ domus radicis in ipſa domo tempore reuolutionis, ſignificat augmentum nati ſtatus.
39 Aſcendens reuolutionis ſimilis radici, ſignificat bonum eſſe nati illo anno.
40 Aſcendens reuolutionis ſi fuerit ſignum decimæ radicis, natus eo anno magiſterium renouabit ſuum.
41 Aſcendens radicis ſi fuerit in decima reuolutionis, ſignificat honores.
42 Aſcendens reuolutionis ſi fuerit locus Solis radicis, bonum erit nato à regibus, vel à magnis viris, vel à parentibus ſuis.
43 Aſcendens reuolutionis ſi fuerit locus capitis Draconis radicis: ſi caput in reuolutione ibidem fuerit, & Sol, aut Iupiter aſpexerit eum, dic bonam famam, & laudem natum adepturum.
44 Diuiſor ſi fuerit beneuolus, & gubernauerit diuerſis annis, benè affectus in vtroque ſchemate, & fuerit dominus anni, & Lunæ & horoſcopi dominus, & fuerit in reuolutione à malis liber, indicat bonas & perſpicuas fœlicitates, illuſtres, & celebres, & res ſecundæ incrementum ſuſcipient: &



Digitized by Google

idem ſignificat, ſi beneuolus ſit Diuiſor & dominus anni, & Luna & dominus horoſcopi in reuolutione à malis liberi.

45 Diuiſor ſi fuerit planeta beneficus, & in radice fœliciter collocatus, atque ſalutaribus radiis illuſtratus, multiplicabitur illud bonum, & fortuna nati illo anno: præſertim ſi anni dominus fuerit fortis & orientalis, & fortuna, quoniam tunc omnia fœlicitatis genera præſtabit.

46 Quando Diuiſio, & dominus ipſius fuerint in bono loco vtriuſque ſchematis, & beneficus ſit Diuiſor, maximam denuntiant fœlicitatem.

47 Profectio orientis ſi venerit ad locum radicis, in quo fuit Iupiter, & ipſe aſpexerit locum illum de trino, vel ſextili, natus ad altiorem gradum extolletur cum laude & lætitia. Vnde plus ſolito venerabitur, quæ omnia de facili conſequetur.

48 Profectio horoſcopi ſi venerit ad ſignum in quo fuerat Sol in radice, & fuerit fortunatus in radice, & reuolutione, ſignificat honores, & quòd à rege, vel parentibus bonum habebit.

49 Profectio Solis ſi venerit ad ſignum in quo fuerat Iupiter, & ipſe ibi aſpexerit in reuolutione de trino, vel ſextili aſpectu, ſignificat dignitatem & honorem.

50 Profectio Lunæ ſi venerit ad ſignum in quo fuerat Iupiter in radice, & ipſe aſpexerit locum illum de trino vel ſextili aſpectu, ſignificat dignitatem & honorem.

51 Boni planetæ ſi fuerint in medio cæli, indicant illo anno fore aliquid boni, erit facile, & cito perficietur.

Vide Pto. Aph. 29. 46. Cent.

52 Cùm fuerit tempore reuolutionis aliqua ſtella fixa, de his quæ fælicitatem ſignificant in aſcendente reuolutionis, vel in medio cæli, vel in gradu ſigni diuiſionis, vel cum aliquo de luminaribus, ſignificat proſperitatem illo anno,

53 Dominus Aſcendentis reuolutionis quando fuerit remotus ab angulis, minus nocebit nato, ſed potius, ſignificabit metum, vel imbecillitatẽ quàm damna.

Infortunij tempus.

54 Cùm fuerint maleuoli in Aſcendente, vel in vndecimo, vel in medio cæli reuolutionis: ſub terra verò beneuoli, ſignificant grauitatem in principio anni, in vltimo verò bona: & maximè ſi ſignum anni fuerit mobile.

Status mali prognoſticatio.

55 Sol ad quadratum, vel oppoſitum Aſcendẽtis reuolutionis, ſignificat labores & difficultates ex parte regis, vel à patre.

56 Sol infortunatus in reuolutione, ſignificat declinationem nati ſtatus & difficultates, & contrarietates.

57 Sol in ſexta domo in natiuitate & reuolutione erit infenſus honoribus, ſiue tollet honores.

58 Iupiter ſi fuerit dominus decimę domus natiuitatis & in radios Solis impingat in reuolutione honor & ſubſtantia, eo anno periclitabitur.

59 Mars cum fuerit dominus anni, & Saturnus ceciderit in reuolutione ad domum, in qua fuerat Mars in natiuitate: fuerítque Mars in reuolutione, in angulo, vel in ſuccedentibus angulorum, & ſuper Venerem eleuatus: beneuolis planetis in cadentibus, ſignificat nocumenta à Ducibus & principibus.

60 Luna coniuncta Soli in reuolutione, natus propriæ dignitatis ornamenta amittet.

61 Dominus anni ſi fuerit infortunatus, & ſeparatus ab angulis & remotus à receptionibus, natus non habebit vllum bonum, ſed accidet illi cuius eſt reuolutio in illo anno impedimentum, depreſſio, & infortunium in rebus ſuis.

62 Dominus anni ſi fuerit malè poſitus in radice, & reuolutione, ſignificat laborem, & anxietatem in illo anno.

63 Dominus decimæ radicis ſi fuerit in ſeptima reuolutionis, apud magnates habebit negotia & contentiones.

64 Dominus decimæ radicis ſi fuerit in octaua reuolutionis, timore aut mœrore afficietur in ſuis operibus ex parte regum, vel principum.

65 Dominus duodecimæ domus radicis ſi fuerit in decima reuolutionis, & principibus videbit dãna & impedimenta.

66 Aſcendens reuolutionis ſi fuerit locus Solis radicis, & fuerit Sol in reuolutione infortunatus, ſignificat malum ſtatum, & contrarietates à dominis.

67 Profectio horoſcopi ſi venerit ad ſignum in quo fuerat Sol in radice, & fuerit Sol in radice, vel in reuolutione infortunatus, ſignificat quòd habebit à rege laborem, & malum, vel à parentibus ſuis.

68 Profectio horoſcopi ſi peruenerit ad quartam domum radicis, accidet nato ſubſannatio illo anno, ac vilipenſio.

69 Dominus profectionis Solis ſi fuerit infortunatus, & dominus decimæ ſimiliter, natus non exaltabitur illo anno, imò in dignitate ſua, & officio, difficultates & moleſtias patietur.

70 Dominus anni ſi fuerit in natiuitate in domo cadenti ab angulo, & ſub radiis Solis: & in reuolutione fuerit in ſexta, vel octaua domo, vel ſub radiis, & aſpexerit Saturnum, ſignificat amiſſionem officij, & vacationem à dignitate, & otium.

71 Quando apparuerit aliquis de Cometis in aſcendente natiuitatis, vel in ſigno profectionis, vel in aſcendente reuolutionis, vel in ſigno in quo peruenit diuiſio, ſi fuerint quidem reges & principes hi, quorum eſt reuolutio, affligentur in prǽliis, & apoſtatabunt ab eis quidam, & apparebunt inimici eorum, & facient iniuſta populo, & forſitan deſtruentur.

72 Mali planetæ in decima domo ſi non fuerint domini reuolutionis anni & benè affecti: ſignificant depreſſionem ſtatus nati, & malum annum.

Ex dictis oritur hæc quæſtio an omnis fœlicitas, proficiſcatur ab aſtris, & proſperi euentus ſemper eueniant ab inſtinctu bene fortunatorum, an non. Dubium.

Ad hoc, ſentiendo cum veritate catholica & naturalibus, dico, quòd cùm omnis ordo inferior ſit ab ordine ſuperiori, & nihil fiat ſub orbe Lunari quin dependeat à primo ordine, qui primus ordo eſt in Deo optimo, & prima cauſa: quicunque ſint euentus boni, vel mali, ſemper ſunt à prima cauſa: apparet quidem nobis mali, ſed ſua natura boni ſunt. id euenit, quòd non cognoſcamus eſſe bonos ex imbecillitate ingenij noſtri, & ignorantia noſtra. Id dicerent naturales, licet ſub alia ratione, vt autor eſt Ariſtoteles primo cæli, & primo Meteo. in princi- Solutio.

Digitized by Google

principio, & in 12. Metaph. Quòd à prima cauſa dependet omnis ordo, & totus mundus: ergo à fortiori, & actiones noſtræ. Eſſet diſputandum de prædeſtinatione, & his ſimilibus: ſed quia hęc ſunt extra negotium noſtrum, pertranſeo: ſed dico, quòd omnis ordo ſublunaris dependet à primo ordine tanquam à prima cauſa vniuerſali, à quo regitur vniuerſum: & ſic omnes fœlicitates, regna, & imperia à prima cauſa dependent: poſtea mediatè ab aſtris, ſeu conſequenter ab intelligentiis mouētibus orbem: poſtea à corporibus cæleſtibus, quę ſimul cum orbe influunt in partem noſtram ſenſitiuam: vt recedam ab Auicenna, qui dicit quòd ex intellectu & orbe fit vnum quod agit de neceſſitate in animam noſtram. Ego autem ſentio ſecundū veritatem catholicam, cùm ſit quòd corpora celeſtia agunt indirectè in animam noſtram, qua inclinatione fiunt tantum homines procliues ad bonos & infœlices euentus. Si ergo erunt bonæ conſtellationes, erit natus procliuis ad bene eligendum, ſed econtra ſi erunt conſtellationes prauæ, erit etiam natus procliuis ad prauè eligendum: & ſic ſummatim dico, quòd omnes fœlicitates & miſeriæ, quæ dicuntur habitus, dependent à prima cauſa, cōſequenter ab aliis intelligētiis, & corporibus cæleſtibus: deinde immediatè à voluntate. Quomodo autem moueatur ipſa voluntas: dico quòd ab obiecto, vel ab illa impulſione corporum cæleſtium, quod nihil refert pro nunc: ergo patet concluſio, quòd multa regna & ſi immediatè ſunt à prima cauſa, tamen apparet nobis quòd immediatè ſint à voluntate humana: ſed primum ſunt à deo optimo: attamen cùm cor Regis ſit in manu domini, & quocunque voluerit, vertat ipſum: ſed homines qui inſtituunt leges, videntur ſibi quòd ſint primi autores legum, & huiuſmodi, ſed primum proficiſcuntur à Deo, conſequenter per cauſas ſecundas: deinde ab humana mente, quæ ſic plura ab illo impetu, ſi fuerit bonus impetus, bene ordinabit: ſunt ergo dogmata regum per propagationem, vt regnum Gallorum & Hiſpaniæ, & ſic poſſumus dicere, quòd omnes fœlicitates proficiſcuntur à cælo, & à voluntate: attamen differenter, quia à cælo mediatè, à voluntate humana immediatè: licet quòd omnia dependeant à Deo optimo maximo.

### *De vxore. Cap. 9.*

CVm volūtas noſtra ſit ſupra vires aſtrorum, dico quòd nuptiæ legitimę dupliciter ſūt. Nā aliquæ ſunt voluntariæ, id eſt quòd natus procliuis eſt ſua natura, vt ducat vxorem. Alię conceſſę ſunt, nō tamen voluntariæ, & per oppoſitum deſideriū: ſed per conſilium, & impulſionem à patribus, & parentibus. Iſtæ ergo conſtellationes ſequentes & obſeruationes non habent locum in illis, ſcilicet inuoluntariè conceſsis, ſed in illis natis, qui ducunt vxorem voluntariè: id eſt à proprio deſiderio, & à natura, non autem à vi parentum.

Coniugij tempus.

1 Iupiter ſi peruenerit ad locum in quo fuit Venus in radice, exiſtens in ſuo, aut Iouis domicilio, & aſpexerit eum de ſextili vel trino aſpectu: ſignificat connubium, nuptias, & gaudia pro mulieribus.

2 Iupiter ad gradum partis cōnubij per directionem ſi peruenerit, dando cuilibet gradui vnum annum, ſignificat coniugium illo tempore fieri: ſi natus in ætate apta fuerit.

3 Iupiter in ſeptima domo in natiuitate & reuolutione ſignificat coniugium.

4 Sol in ſeptima domo in natiuitate & reuolutione, dat nobilem vxorem & bonam fortunam.

5 Venus ſi proiecerit radios ſuos ad locum diuiſionis, & Diuiſoris, ſignificat connubium nobile, & opportunū, & lætitiam cum puellis formoſis, & ex rebus odoriferis, atque pretioſis veſtibus gaudia.

6 Veneris ingreſſus ad locum Iouis in reuolutione, decernit vxorem.

7 Luna applicans ad locum Saturni, vxorem decernit vetulam, vel natus cum illa coibit.

8 Luna coniuncta Soli in reuolutione, ducet natus vxorem.

9 Pars cōiugij ad gradum Iouis per directionem, ſignificat coniugium illo anno.

10 Dominus aſcendentis reuolutionis in ſeptima domo, ſignificat connubium, ſiue nuptias: ſi fuerit bene poſitus.

11 Dominus ſeptimę radicis ſi peruenerit per directionem ad gradum domini aſcendentis, ſignificat coniugium.

12 Profectio horoſcopi ad locum Veneris, vel ad ſignum ſeptimæ radicis, vel ad partem connubij: & Iupiter, vel Venus aſpexerint locum illum, ſignificat coniugium illo anno.

13 Profectio horoſcopi ſi peruenerit ad ſeptimam radicis: vel ſi aſcendens reuolutiōis fuerit ſeptimum ſignum radicis, ſunt propria tempora cōiugij.

14 Aſcendens reuolutionis ad locum Veneris radicis, aut ad ſignum ſeptimum radicis, vel ad locum partis coniugij, ſi natus in ætate apta fuerit, eo anno decernit vxorem.

15 Dominus quartę domus radicis in ſeptima reuolutionis ſi natus accipiet vxorem in ipſo anno, ſignificat bonitatem coniugij.

16 Quando annus reuolutionis ab aſcendente ad ſecundum ſignum peruenerit, natus illo anno vxorabitur.

Vxoris accidentia.

17 Venus malè affecta commaculat vxorem, & concubinas, & in rebus venereis impedimenta denuntiat.

18 Venere coniuncta caudæ Draconis, vxor nati non rectè ſe habebit.

19 Dominus ſeptimæ domus ab infortunis infortunatus ſine auxilio Iouis, ſignificat vxoris ęgrotationem, & detrimenta.

Vxoris mors.

20 Venus Occidentalis à Sole ſi fuerit coniuncta infortunātibus ſtellis, vel in ipſorū malo aſpectu in reuolutione ſignificat mortem mulieris eo anno.

21 Mercurij oppoſitus ad ſeptimam reuolutiōis, ſignificat periculum vxoris.

22 Saturnus in ſeptima radicis, & ſimiliter in reuolutione, ſignificat mortem vxoris.

23 Mars in ſeptima domo in natiuitate & reuolutio dabit nato vxorem violentam: & forſitan mortem illius.

24 Quando vna infortunarum fuerit in quarta domo, & altera in ſeptima reuolutionis, natus mortem vxoris videbit.

Fortuna ex mulieribus

25 Profectio horoſcopi ſi venerit ad ſignū in quo fuerat Venus in radice, & eā aſpexerit de trino, aut

ſextili

Digitized by Google

ſextili aſpectu ſignificat gaudium, & lætitiam propter mulieres.

26 Profectio horoſcopi ſi venerit ad ſeptimam radicis, ſi teſtimonium ibi fortunarum fuerit, ſignificat gaudium ex coniugio & mulieribus.

27 Boni planetæ in ſeptima reuolutionis idem ſignificant.

*De Filiis. Cap. 10.*

1 IVpiter ſi ad partem filiorum peruenerit, vel eã aſpexerit, dabit filium.

2 Iupiter ſi venerit ad ſuum locum natiuitatis in reuolutiõe, ſi fuerit natus in ætate, filios generabit.

3 Iupiter in quinta domo in natiuitate & reuolutione dat filium.

4 Quando aliquis planeta fuerit in horoſcopo radicis, poſtmodum fuerit in reuolutione in quinta, ſobolem ſeminabit, aut ex filio lætabitur.

5 Luna in quinta reuolutionis, ſobolem pulchram donat.

6 Luna in domo Iouis filios decernit.

7 Luna in vndecima domo in natiuitate & reuolutione, auget prolem.

8 Dominus horoſcopi reuolutionis ſi fuerit in quinta domo, filium ſeminabit, vel ei naſcetur.

9 Dominus aſcendentis radicis ſi fuerit in quinta reuolutionis, natus generabit filium.

10 Aſcendens reuolutionis ad locum radicis Mercurij, ſi natus fuerit in ętate habebit filium.

11 Aſcendens reuolutionis ſi fuerit locus Veneris radicis, & ipſa aſpexerit eum, natus habebit filium.

12 Aſcendens reuolutionis ſi fuerit locus Iouis radicis, & ipſe ſit coniunctus aſcendenti per corpus, vel per bonum aſpectum, natus eo anno acquiret filium.

13 Profectio horoſcopi quando peruenerit ad ſignum in quo fuit, vel Venus in natiuitatibus, ſignificat filios in ipſo anno. Albohaly cap. 21.

14 Profectio horoſcopi ad locum Mercurij, & ſi Mercurius fuerit in eodem ſigno, vel illud fœliciter aſpexerit, prolem ſeminabit, vel filius naſcetur ei, ſi natus fuerit idoneus. *Fortuna in filiis.*

15 Profectio horoſcopi ſi peruenerit ad locum Iouis radicis, & ipſe aſpexerit locum illum de trino vel ſextili aſpectu: fueritque aut in ipſo ſigno, erit ſors læta pro filiis & filiabus.

16 Venus in quinta domo in natiuitate & reuolutione filiis auxiliatur.

17 Dominus quintæ domus radicis in ipſa domo tempore reuolutionis ſignificat filiorum bonitatem, & quòd ipſi bonam vitam habebunt, & erunt nominati.

18 Profectio horoſcopi ſi peruenerit ad ſignum quintæ domus radicis: fueritque Saturnus dominus anni fortunatus, minatur puero paruum damnum, & leuem alterationem. *Filiorum accidentia.*

19 Sol in quinta domo in natiuitate & reuolutione filios negat, datos tamen ſeruat.

20 Venus malè affecta in reuolutione, commaculat filios & filias.

21 Mercurius infortunatus, ſignificat malum filiis & ſeruis.

22 Saturnus in natiuitate in quinta domo, fueritque Sagittarius Aſcendens reuolutiõis, & in ipſo Saturnus non retrogradus, & fuerit Iupiter & Mars & Mercurius & Venus in Leone in aſcendente natiuitatis, aſpexeritque Mars Lunam ex oppoſito partiliter, indicat læſionem filiorũ & poſtea ſalutẽ.

23 Saturnus in reuolutione in quinta domo, ſignificat filij mortem, vel alterationem grauem & maximam.

24 Saturnus cùm fuerit dominus quintæ domus natiuitatis, & in reuolutione fuerit dominus quartæ domus, ſignificat filiorum obitum, vel maximè detrimentum.

25 Iupiter ſi peruenerit ad locum Martis radicis, natus amittet filium eo anno: vel etiam ſi fuerit Iouis ad Martem malus aſpectus. *Filiorum mors.*

26 Mars, vel Saturnus quãdo reperiretur in quinta reuolutionis, & in ſigno ſub quo peragrauerant in radice, & ſignum illud in radice fuerit quinta domus, & horoſcopi profectio peruenerit ad illud ſignum, ſignificant mortem filij, ſi quem natus habuerit, vel grauem ægrotationem, vel damnum, in illius, vel ipſius rebus.

27 Quando pars filiorum in genitura fuerit domus Saturni, & in reuolutione fuerit in quarta domo, minatur mortem filij, vel grauem ægritudinẽ, & maximum periculum atque detrimentum.

28 Dominus anni ſi fuerit Iupiter, vel Diuiſor, fueritque in reuolutionis tempore cum Saturno ſub terra: mortem filiorum ſignificat.

*De Amicis. Cap. 11.*

QVantum ſit neceſſaria amicitia cuicunq; indiuiduo humanæ ſpeciei, norũt omnes, & maximè declarat Ariſt. 8. Ethic. ca. 1. Ex qua cauſa duas eſſe amicitias declarat Ptol. Prima eſt maxima & extrema: alia verò quæ ſecunda & media vocatur. Prima dicitur par affectio duorũ, paris amor æqualis, & hæc eſt pręcipua & maxima amicitia, quia quicquid volo mihi, volo & tibi: & poſſet propriè dici amor, ſi propriè accipiatur Amor, & non impropriè. Et ſecundum vulgus de tertia amicitia plura dixit Ariſt. in Eth. Et de hac prima amicitia loquitur Ptol. ca. 6. tract. 4. quæ eſt talis, quòd reddit natum propenſum ad volẽdum quod vult amicus: quod vna eorũ ſit mens, vna ſubſtantia, & vnus honor. Alia verò amicitia (quàm Græcus expoſitor Ptol. appellauit ſinaſticam) dicitur beneuolentia, quæ non eſt perfecta amicitia: ſed eſt velle aliquod bonũ amico ſuo: nam amare eſt velle amico, quod ſibi vult propriè, ſed diligere eſt velle amico aliquod bonum: ſic amicitia & beneuolentia differũt. & vtriuſq; cauſas aſsignauit Ptol. vbi ſupra, vt prudens Lector hæc videre poterit. Et quoniã hęc materia eſt valde vtilis, hæ ſententiæ ſunt annotãdæ. *Triplex amicitia ſ. honeſta, vtilis & voluptuoſa.*

1 Iupiter ſi fuerit in vndecima domo reuolutionis, nouos non obſcuros amicos conciliabit ſibi natus. *Fortuna cũ amicis.*

2 Iupiter in quinta domo in natiuitate & reuolutione dat plurimos amicos.

3 Mars cùm fuerit dominus Aſcendentis reuolutionis, & irradiauerit quintam & vndecimã bono aſpectu, ſignificat hilaritates, & voluptates cũ amicis & bonis fautoribus, & cum eis, in quibus natus confidit.

4 Mars

Digitized by Google

4 Mars in vndecima domo in natiuitate & reuolutione præſtat amicos non omnino fidos.

5 Sol in vndecima domo reuolutionis bene affectus, ſignificat bonos & nobiles amicos & vtiles, ac fidos.

6 Venus ſi fuerit in vndecima reuolutionis, nouos amicos habebit natus.

7 Venus domina vndecimæ domus in vtraque figura fortunata, idem ſignificat.

8 Luna in vndecima domo in natiuitate & reuolutione, auget amicos ſed non dat firmos.

9 Boni planetæ in vndecima reuolutionis, idem ſignificant.

10 Dominus decimæ radicis in vndecima domo reuolutionis, ſignificat quòd principum, aut regum amicitiam conſeruabit.

11 Dominus aſcendentis radicis, in vndecima domo reuolutionis, ſignificat quòd natus multis florebit amicis, & ab eis fortunam habebit, & ipſi ab eo.

12 Dominus quartæ domus radicis ſi fuerit in vndecima domo reuolutionis, natus habebit bonitatem ab amicis.

Dominus vndecimę domus radicis ſi fuerit:

13 In prima domo reuolutionis, ſignificat multos amicos, & bonam conuerſationem nati cum ipſis.

In octaua domo reuolutionis, ſignificat perditionem vicinorum & amicorum eius.

In vndecima domo reuolutionis, ſignificat honorem ab amicis, & quòd natus acquiret multos amicos & fautores.

14 Dominus duodecimæ radicis, vel reuolutionis in vndecima, ſignificat, quòd aliquis inimicus erit nato amicus.

15 Quando aliquis planeta fuerit in tertia domo radicis, poſtmodum in reuolutione anni fuerit in tertia domo, conciliabit ſibi amicum conſimilem fratri chariſſimum.

16 Dominus horoſcopi reuolutionis in vndecima domo, dabit amicos nobiles & vtiles.

17 Dominus horoſcopi ſi fuerit in ſeptima, vel quarta domo, conciliabitur cognatis, vxori, & ſubditis, atque ab illis amabitur, & honorabitur natus.

18 Profectio horoſcopi ſi peruenerit ad locum Iouis radicis, & ipſe aſpexerit locum illum de trino, vel ſextili aſpectu, vel fuerit in ipſo ſigno, erit ſors læta pro amicis.

19 Profectio horoſcopi ſi venerit ad ſeptimam radicis, ſi teſtimonium ibi fortunarum fuerit, ſignificat quòd natus aſſociabitur cum ſuis æqualibus, ex quibus ſibi bonum eueniet & gaudium.

20 Dominus vndecimæ domus radicis in ſeptima reuolutionis, ſignificat amorem erga amicos ſuos, & firmam amicitiam cum ſociis ſuis.

21 Dominum vndecimæ domus reuolutionis cũ domino vndecimæ natiuitatis conſidera, & ſecundum eorum diſpoſitionem & qualitatem in figura reuolutionis fac iudicium de amicis.

Infortunia amicorum.

22 Saturnus ſi fuerit dominus vndecimæ & duodecimæ domus, decernit quòd amici erunt infideles & non reales neque ſtabiles & conſtantes.

23 Mali planetæ in vndecima domo reuolutionis, ſignificant impedimenta cauſa amicorum, vel mortem alicuius amici.

24 Dominus vndecimæ radicis in octaua reuolutionis, ſignificat mortem vel amiſsionem alicuius amici.

25 Cauda Draconis in vndecima natiuitatis, & ſimiliter in reuolutione, ſignificat amicorum diminutionem, & modicam gratiam cum amicis.

*De Inimicis. Cap. 12.*

1 IVpiter in duodecima reuolutionis, ſignificat potentes aduerſarios propter inuidiam: ſed nihil obeſſe poterunt, nam aduerſariorum improbitas conculcabitur, & lingua odioſa obmuteſcet: & idem ſignificat cùm Iupiter fuerit dominus ſextæ domus. Cum inimicis fortuna

2 Iupiter in duodecima domo in natiuitate & reuolutione inimicorum frangit incommoda.

3 Mercurij oppoſitus ad ſeptimam reuolutionis, ſignificat infortunium inimici manifeſti.

4 Mercurius in duodecima domo in natiuitate & reuolutione, dat ingenium nato commodum ad inſidias inimicorum & ad decipiendum illos.

5 Mars ſi fuerit in horoſ. reuol. & impedierit Lunam vel dominum anni, ſignificat quòd inimici eius conuitiabuntur ei.

6 Mars ſi fuerit diuiſor & in bono loco in radice, & in aliqua dignitate Iouis, natus vincet ſuos inimicos & aduerſarios.

7 Stellæ infœlices in duodecima domo ſi fuerint, ſignificant quòd inimici nati contra natum non præualebunt.

8 Dominus anni, ac Diuiſor ſi fuerint beneuoli planetæ, in malo loco locati, aut retrogradi, fueritque in reuolutione aliquis de duobus planetis in aſcendente, vel in medio cæli, ſignificant inimicorum victoriam.

Dominus ſeptimæ domus radicis ſi fuerit:

9 In tertia domo reuolutiõis, ſignificat inimicitiã nati cum fratribus ſuis.

In quarta domo reuolutionis, ſignificat inimicitiam cum eius parentibus.

In quinta domo reuolutionis, ſignificat inimicitiam cum filiis eius.

10 Dominus decimæ domus radicis, in duodecima reuolutionis ſignificat inimicitiam cum magnis viris.

Dominus duodecimæ domus radicis ſi fuerit:

11 In prima reuolutionis, ſignificat multos inimicos: & omnes ſuper natũ erunt.

In tertia reuolutionis, habebit inimicitiam cum fratribus, vel vicinis ſuis.

In ſeptima reuolutionis, ſignificat inimicitias mutuas cum vxore & mulieribus.

In octaua reuolutionis, inimicus nati laborabit, vt natum occidat.

In vndecima domo reuolutionis, natus habebit paucos amicos & multos inimicos.

In duodecima domo reuolutiõis, nat⁹ ab inimicis & æmulis non timebit.

12 Dominus aſcendentis radicis ſi fuerit in duodecima reuolutionis, natus habebit multos inimicos & æmulos, & eorum erit dominator vel ſuperator

rator

Digitized by Google

rator, vel victor ſi dictus dominus fuerit fortunatus: ſin verò fuerit debilis & infortunatus, dic contrarium.

13 Dominus tertiæ domus radicis, in duodecima reuolutionis, ſignificat inimicitiam inter eum & propinquos eius.

14 Dominus octauæ domus radicis in duodecima reuolutionis, ſignificat quod natus habebit paucos inimicos.

15 Dominus ſecundæ domus radicis, in tertia reuolutionis ſignificat quòd erit contentio inter natum & fratres eius ex euentu ſubſtantiæ.

16 Aſcendens reuolutionis & ipſius dominus, & Luna ſi fuerint malè affecti ab aliquo maleficorum à coniunctione, quadrato, & oppoſitione, obnuntiant perniciem nati, & eius inimicorum victoriam.

17 Si eclipſatus fuerit Sol, vel Luna in aſcendente reuolutionis, vel in medio cæli: vel in gradu ſigni diuiſionis, & fuerint eorum domini in ſigno Eclipſis: ſignificat ſollicitudines, & inimicorum ſuperationem.

18 Capricornus in duodecima domo, & Aquarius in aſcendente reuolutionis, ſignificant quòd aliqui hoſtes occulti, vltro amicitiam nati expoſtulabunt.

19 Capricornus vel Aquarius in duodecima reuolutionis, & Saturnus in ſeptima, ſignificat quòd hoſtis occultus fiet nato publicus.

Cum inimicis infortunia.

20 Saturnus in prima domo ſignificat inimicitias & iniurias, & nocumenta & mœrores.

21 Saturnus in ſexta, vel octaua reuolutionis, ſignificat rixas, inimicitias, contrarietates, & cauſas.

22 Saturnus in ſeptima reuolutionis, ſignificat grauamina ex parte mulierum, & aduerſariorum.

23 Iouis profectio ſi venerit ad ſignum, in quo fuit Saturnus in radice domeſticorum inſtabiles ſodalitates, & ſociorum ſeu amicorum inimicitias excitabit, ſuſpenſos, ac moleſtos motus, pleraque incommoda nunciat.

24 Mars ſi fuerit in horoſcopo reuolutionis, indicat inimicos nato nocituros.

25 Mars quando fuerit in ſeptima domo reuolutionis, ſignificat rixas, inimicitias, contrarietates, & cauſas.

26 Sol in ſeptima domo in natiuitate & reuolutione, dat potentes amicos,

27 Sol in duodecima domo reuolutionis infortunatus, ſignificat quòd inimici occulti molientur nato multam grauitatem.

28 Venus, vel ſtellæ felices in duodecima domo reuolutionis ſi fuerint, ſignificant quòd inimici cōtra natum præualebunt.

29 Mercurius in ſeptima domo in natiuitate & reuolutione, patietur natus multa damna aſtutia inimicorum.

30 Luna in reuolutionis themate ſub maſculino ſigno, infortuneturque à Marte, & Saturno, & fuerit dominus loci maleficus, minatur damna, & inimicos potentes.

31 Dominus anni in ſeptima domo, vel duodecima Occidentalis, vel in domo ſibi inimica, reſpiciaturque à Saturno, vel à Marte, Ioue non reſpiciente Lunam, neque anni dominum, indicat fore, vt ſuſtineat ignominias, & contumelias ab hoſtibus ſuis, & iacturas bonorum.

32 Dominus anni à Sole combuſtus, ſignificat grauia detrimenta ab inimicis.

33 Dominus anni cùm fuerit planeta beneuolus & retrogradus: aſpexeritq; ipſum Mars partiliter ex oppoſito: & Luna à quadrato: & fuerit aſcendēs reuolutionis impeditum ſiue per Solem, ſiue per quemcunque modorum, domino eius non aſpiciente ipſum: maxima nocumenta ſignificat in corpore, & ab inimicis & latronibus, damna.

34 Dominus decimæ domus radicis in duodecima reuolutionis, ſignificat quòd ex parte regis, vel principum inſidias & moleſtias ſuſtinebit.

35 Dominus vndecimę radicis in duodecima reuolutionis, ſignificat perturbationem pro amicis, & eorum gratia labores ſuſcipiet natus, vel amici fient eius inimici.

36 Dominus duodecimæ domus radicis in ſecūda reuolutionis, ſignificat quòd inimicorum occultorum rixæ, & cauſę contra natum ſtabunt.

37 Dominus aſcendentis reuolutionis in duodecima domo, ſignificat inimicos plurimos, & carceres, ſiue tribulationes, & anxietates ab inimicis.

38 Aſcendens reuolutionis ſi fuerit locus caudæ Draconis radicis, ſignificat natum venturum in poteſtatem ſuorum inimicorum, & metu arrepturum fugam.

39 Aſcendens reuolutionis ſi fuerit ſignum ſextæ, vel duodecimæ domus radicis, ſignificat malū ab amicis eo anno nato.

40 Aſcendens reuolutionis ſi fuerit ſignum ſeptimæ domus radicis, ſignificat rixas & litigia multa.

41 Diuiſor ſi fuerit beneuolus planeta, & ſecundum natiuitatem fuerit mali eſſe in loco contrario, fueritque dominus anni, ac Luna & aſcendens reuolutionis impediti, ſignificat contrarietates in illis annis.

42 Profectio horoſcopi ſi venerit ad ſignum in quo fuerat Cauda in radice, ſignificat quòd natus erit in potentia inimicorum ſuorum, aut potentiores eo erunt, vel fugiet, aut abſcondet ſe ab eis.

43 Profectio horoſcopi ſi venerit ad ſeptimam domum radicis, ſi teſtimonia infortuniorum ibi fuerint, ſignificat rixas & contrarietates, cauſas & moleſtias ex parte mulierum & coniugij.

44 Profectio orientis ſi ceciderit in reuolutione in ſextam ſiue duodecimam, ſiue in quartam, aut ſeptimam, aut octauam domum, non erit bonum nato, & maximè ſi dominus eius fuerit tempore reuolutionis, vel retrogradus, vel ſtationarius, aut configuratus maleuolo: quoniam ſignificat litigia & plurima damna à ſeruis, & ab amicis.

45 Angulus quartæ & ſeptimæ domus, & eorum domini ſi in aliqua reuolutione fuerint infortunati, eo anno grauia impedimenta ab inimicis decernunt.

### *De Itineribus*, Cap. 13.

1 IVpiter in nona domo reuolutionis, ſignificat honorata itinera cum vtilitate.

2 Mars ſi fuerit ad locum Lunæ in reuolutione, erunt

Digitized by Google

erunt nato itinera.

3 Sol in nona domo reuolutionis, ſignificat honorata itinera, vel ad regem iter.

4 Sol in tertia domo in natiuitate & reuolutione ſignificat ſecura itinera.

5 Venus in nona domo in natiui[illegible] & reuolutione dat itinera vtilia.

6 Mercurius in tertia domo in natiuita[illegible] reuolutione præbet itinera vtilia.

7 Luna ſi fuerit domina aſcendentis reuolutionis, inclinabitur natus ad itinera.

8 Luna in domo Martis, inclinat natum ad itinera.

9 Luna in nona vel in tertia domo reuolutionis ſignificat itinera.

10 Luna applicans ad locum Iouis, decernit itinera in locis aquaticis, & de vno loco in alium.

11 Caput Draconis in nona domo, ſignificat vtile iter.

12 Pars fortunæ in nona domo reuolutionis, ſignificat iter vtile & cum multo lucro.

13 Dominus anni in nona domo reuolutionis, ſignificat iter.

14 Dominus anni ſi vulneretur ab aliquo maleſico planeta, erit annus ille formidabilis, magnę ſollicitudinis, ac multorum itinerum: cum quo ſi fuerit Iupiter cōfiguratus, indicat homini immobilitatē.

15 Dominus aſcendentis reuolutionis in tertia, vel nona domo, decernit itinera.

16 Dominus aſcendentis radicis in nona domo reuolutionis, ſignificat itinera.

17 Dominus ſecundæ domus radicis in nona reuolutionis, ſignificat quòd natus faciet plurima itinera propter lucrum,

18 Dominus decimæ radicis in nona domo reuolutionis, ſignificat quòd regum, & nobilium, vel magiſterij cauſa itinera faciet.

19 Dominus vndecimæ domus radicis in nona reuolutionis, ſignificat quòd amicorum, & fautorum cauſa, in itineribus verſabitur.

20 Dominus nonæ in duodecima domo, paruam vtilitatem portendit in longis itineribus.

21 Multi planetæ in tertia, vel nona domo reuolutionis, ſignificant crebra itinera.

22 Planeta peregrinus in Aſcendente radicis, ſi fuerit in tertia, vel nona domo reuolutionis, peregrinabitur natus eo anno ſecundum naturam domus in qua fuerit, & erit paratus ad itinera longa & breuia.

23 Profectio horoſcopi ſi fuerit ſignum nonum, vel tertium radicis, vel fuerit ſignum partis itineris: iter ſignificat illo anno.

24 Dominus tertiæ domus radicis, in prima reuolutionis, ſignificat nato propenſionem ad itinera.

25 Dominus nonæ domus radicis ſi fuerit
- In prima domo reuolutionis, ſignificat propenſionem ad itinera.
- In nona domo reuolutionis, ſignificat propenſionem ad itinera.
- In duodecima domo reuolutionis, ſignificat impedimentum aliquod ab inimicis in peregrinatione.

26 Dominus aſcendentis reuolutionis in quarta domo, ſignificat quòd eo anno natus non faciet itinera.

27 Mars infortunatus in reuolutione, demonſtrat nato iacturas & pericula in peregrinationibus. Itineris accidentia.

28 Mars in tertia domo in natiuitate & reuolutione dabit nato multa itinera ac labores.

29 Saturnus, vel Mars ſi fuerint in tertia domo radicis, & conſimilis cælorum afflatus fuerit præciſè in ſchemate annui voluminis, & dominus tertiæ domus ſi eſſet malè affectus, ſignificat quòd ita genitus in peregrinationibus aliquid pericli experietur.

30 Mali planetæ in tertia, & nona reuolutionis, idem ſignificant.

31 Dominus nonæ radicis in duodecima reuolutionis, ſignificat quòd natus peraget itinera cauſa inimicorum ſuorum: vel natus acquiret inimicos, vel habebit carceres in itineribus.

32 Aſcendens reuolutionis ad locum Martis deuolutum radicis, ſi mali aſpexerint, peregrinabitur natus cum metu magno.

33 Aſcendens reuolutionis cum fuerit ſignum in quo fuerat ſecundum natiuitatem maleuolus, vel in vtriſque maleuoli fuerint: ſignificat tranſmutationem à loco, fugas & perditiones.

34 Profectio Orientis ad locum Martis in radice, & in reuolutione aſpexerit eundem locum de quadrato, vel oppoſitione: vel fuerit in eodem ſigno, minatur labores & pericula in itineribus per loca aſpera, & tremebunda à latronibus.

35 Profectio Orientis ſi peruenerit ad nonum, vel tertium ſignum radicis, ſitque Saturnus in vtroque themate, & ipſum inimico intueatur aſpectu, indicat itinera cum maximo periculo.

36 Profectio orientis cum ceciderit in ſeptimā domum, fueritque tempore reuolutionis dominus eius, ac Luna in oppoſitis domorum ſuarum, vel exaltationum: ipſe cuius eſt reuolutio, habebit odio ſuam patriam, & in aliam peregrinabitur regionem.

37 Dominus quintæ domus radicis in tertia domo reuolutionis, ſignificat quòd nati filij itinera breuia facient.

38 Dominus ſextæ domus radicis in tertia reuolutionis, ſignificat quòd nati, ſerui, & ſubiecti peragent plurima itinera,

30 Dominus anni cùm ceciderit in occidentali angulo impeditus, ſignificat exilium à patria & pericula grauia.

QVOMODO EA QVÆ IN HOC LIBRO DE EVENTIBVS *dicta ſunt, ad vſum ſint accommodanda.*




PRo reuolutione vigeſima octaua huius propoſitæ genituræ, quæ reuolutio fuit anno Chriſti currente 1550. die 18. Iulij. hora 6. min. 16. ſecun. 1. poſt meridiem: iuxta decreta canonis primi & ſecundi huius libri ſcilicet De erigendis figuris, &c. in quo tempore in Oriente aſcendebat 14. grad. ♑ & planetæ erant videlicet.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Retr. | ♄ | 7 | 4 | ♒ |
| | ♃ | 21 | 40 | ♋ |
| | ♂ | 28 | 2 | ♉ |
| | ☉ | 4 | 46 | ♌ |
| | ♀ | 19 | 47 | ♊ |
| | ☿ | 0 | 52 | ♍ |
| | ☽ | 7 | 16 | ♎ |
| | ☊ | 27 | 29 | ♍ |

Formauimus autem figuram, & ordinauimus in ea locationes planetarum ad radiationes ipſorum, partes etiam cadentes in ea, & reliqua, & nato fecimus iudicium tali pacto.




Anno

Anno tuæ vitæ vigeſimo octauo labente (vir Magnifice) qui exoritur die decima octaua Iulij, vt ſupra in themate notato pro domino anni Martem habes, ipſéque in loco diuiſionis erit Diuiſor, qui cum Mercurio Alfridariæ poteſtatis dominium tenet vſque ad diem vigeſigmum quintum Nouembris: & poſtea cum Mercurio ſequetur Sol in ſocietate: Orbiſque dominus item erit ipſe Mars in loco quartæ domus, & Venus cum Luna ſucceſſionem temporis accipiet. Hæ ſtellæ cum aliarum ſtellarum mixtione quid portendant, paulatim oſtendam. Tria breuiter in hac tua anni reuolutione faciam. Primum, determinabo quæ ad corpus pertinent. Secundò, quæ ſint animi accidentia. Tertiò, quæ fortunæ ſint.

*De infirmitate, & accidentibus corporis.*

Circa primum dico quòd in natiuitate habemus dominum Aſcendentis, qui ſeparatur à domino octauæ domus, qui vt plurimum valetudinem, ſanitatémque corporis ſignificat: nihilominus in hoc anno cauere debes ab humidis & dolore oculorum cauſato ex deſcenſu humiditatis à capite, vt domus ſexta natalis, & prima reuolutionis, & eius dominus diametrali vulnere à Sole ſauciatus inſinuat, qui quidem Sol dominus eſt Aſcendentis genituræ. Nam ſententia eſt omnium Aſtrologorum: Dominus aſcendentis radicis quando à malis aſpicitur, ſignificat nato malum, & infirmitatem ſecundum naturam planetæ, qui aſpicit eum. Nec eris immemor (cùm Luna deuoluatur in octaua domo ad locum natalitij Martis, ſitque Mars anni particeps) cauere à nimio calore, & aliqua capitis offenſa. Aegrotabis ergo infirmitate forti, de qua damnabitur complexio & cerebrum tuum, vt dixit Hermes capitul. 36. libr. 2. quando mentionem de domino Fridariæ fecit, & ex frequenti, & inordinato motu ſubuertetur ſtomachus, & ad vomitum concitaberis, hoc tantum pro comperto habebis, quòd cito ſanaberis, vt demonſtrat Luna benè poſita in tua reuolutione, & Diuiſor benè affectus in vtraque figura, ſcilicet radicis & reuolutionis.

Sed quo ad accidentia corporis dico, cùm in natiuitate reperiatur Saturnus in octaua domo cum capite Draconis, Lunæ triangulatus in ſignis paucarum Aſcenſionum: inſuper & ipſum luminare maius: ♈ & dominus Aſcendentis conſtitutus in domo carceris, qui ſignificat pericula incidendi in ſeruitutem ac captiuitatem quocunque modo, quæ contingere poſſint: quæ omnia & ſi leuia ſint, tamen cauendum eſt hoc anno à cauſis, quæ poſſint hæc inferre. Et ideo habebis contrarietates, & ibis de vna anxietate in aliam, & tibi accident moleſtiæ, & maximæ grauitates per carceres, ſeu cauſa incarceratorum: credo tamen quòd euades ab omnibus iſtis accidentibus cum tua gloria & lætitia, vt inſinuat Sol poſt Martis dominium cum Mercurio in ſocietate Fridariæ. Et hoc idem decernit dominus anni, & Diuiſor benè affecti in tua reuolutione: quoniam vniuerſalis ſententia eſt. Aſcendens reuolutionis quando fuerit ſignum ſextæ domus radicis, indicat eo anno malum futurum, vt pote rixas cauſa ſeruorum, carceres, exilium, & fortunarum iacturas. In reliquis autem nullum accidet infortunium.

Circa hæc tempora videlicet
16. 17. 18. Octobris.
Item 21. 22. 23. Ianuarij.
Item 2. 3. 4. Maij, ſecundum meum iudicium hæc infortunia tibi denuntiant conſtellationes ſupradictæ. Hæc de corpore & accidentibus corporis dicta ſufficiant.

*De qualitate animi.*

Mars dominus anni decernit fortitudinem animi, & ſalutem memoriæ & intellectus: ideo eris audax in factis tuis, & lętitiam habebis ex parte tui generis, & commutabitur animus tuus in lętitiam, gaudia, & alacritatem: quoniam Mars dominus anni reperitur in quarta domo reuolutionis benè affectus in termino & triplicitate ſua. Et quamuis Mercurius ſit infortunatus à Marte ex quadrato aſpectu, qui dat nato ingenium obtuſum, ſegne, & turbulentum, adeò quòd natus neſciet ſibi ipſi conſulere: nihilominus habebis ingenium clarum & bonum, ita quòd facilius operam impendere poteris literis, vt Mercurius multifariam demonſtrat. Verum ex eius infortunio orietur, quòd anima ſenſitiua vincet rationalem. Cum ergo Mercurius reperiatur in ſigno ſui domicilij & exaltationis, & cū deuolutus ſit ad locum, in quo fuerat Iupiter in radice, & habeat teſtimonium in anno, proficies in doctrina, ſenſu, & conſilio, vt dicitur ab Abenragele cap. 9. par. 6.

Sed quo ad inclinationes dico, quòd cū ſit Mars dominus anni, tibi pronitatem dabit ad iracundiā, ad violentiā, calliditatémque: Verum lætaberis in negotio mulierum, veſtibus & rebus odoriferis, quia Iupiter coniunctus eſt corporaliter Veneri, in anni reuolutione. Et quamuis Mars in quarta domo reuolutionis fuerit poſitus, qui tibi aliquod malum annuntiat, ex qua cauſa in corde tuo triſtitias, moleſtiáſque concipies, nihilominus augebuntur tuæ hilaritates, gaudia ac valor qualibet die, & multiplicabuntur homines & ſocij tui pro tua bona qualitate: ſicut oſtendit Sol dominus Fridariæ in ſocietate Mercurij: facilè tamen poteris morte quorundam lætari, ac quorundam aliorum timere, vt ſic mens tua in varias curas ſcindatur.

Erit animus tuus anceps in rebus tuis, & piger in abſoluendis tuis negotiis, tamen in actionibus tuis eris fortunatus, & tibi benè ſuccedent actiones, adeo quòd tu non eris iterum ad reiterandas illas propenſus, vt inſinuat dominus anni benè affectus in anni reuolutione. Patieris tātum aliquod damnum, ſiue detrimentum cauſa ſcripturæ, ſiue ſeruorum, vt demonſtrat Mercurius infortunatus in anni reuolutione à Marte ex quadrato aſpectu. Et hæc de his quæ ad animum pertinent dicta ſufficient.

*De diuitiis & accidentibus fortunæ.*

Augebis tuas opes partim donationibus, partim cauſis mortuorum, & rebus ſimilibus, & cauſis ino-



Digitized by Google

pinatis, & non ſperatis, vt inſinuat pars fortunæ in ſecunda domo, & eius diſpoſitor in quarta benè affecti. quare in rebus ſubſtantię, negotia ex ſententia benè ſuccedent: ſed in mercatura fortunam proſperam non habebis, immo quicquid de tuo tenebit ſocius tuus (ſi cum aliquo ſocietatem feceris) amittes per illius fraudem, vt dicitur ab Abenragele cap. 4. par. 6. verum ex parte dominorum, vel ab aliis qui tibi iunguntur, diuitię & lucra peruenient: vt inſinuant domini Fridariæ Mercurius & Sol.

Item Luna effecta gubernatrix in temporis ſucceſſione cum Venere, vt dicit Maternus cap. 38. lib. 6. decernit lucrorum copioſa præſidia, & omnia bona ex aſſidua fœlicitate. Rurſus dominus ſecundæ domus in prima domo reuolutionis conſtitutus, te vltra fortunam ditandum demonſtrat, & conueniunt omnes Aſtrologi, ſine magno labore partim tua induſtria, & ingenio, & doctrina, partim inſtinctu viri benè fortunati, & partim morte tuorum.

*De ſtatu & honoribus.*

Signum progreſſionis horoſcopi in decima domo reuolutionis te honorandum ſignificat, magiſtratuque inſigniendum demonſtrat: cum permittant legum decreta, vel ſtatuta patrię: verum finem laudabilem minimè video, cum ſit anni dominus in quarta domo in proprio detrimento.

Rurſus Mercurius deuolutus ad locum Saturni & Iouis, qui erant in natiuitate in octaua domo ab aſcendente, & cum habeat dominium in Fridaria, decernit dignitatem & honorem, quem ab alio te maiori habebis, vt habetur ab Abenragele cap. 9. par. 6. Verum cum ſit ipſe Mercurius oppreſſus ab aſpectu inimico Martis, dico hanc dignitatem nõ eſſe ſine tuo maximo damno & detrimento.

*De vxore & filiis.*

Cæterum quo ad vxorem & filios impelleris à pluribus ad coniugem accipiendam: ſed cum tam dominus aſcendentis quàm ſeptimæ radicis ſeſe offendant, nihil concludetur: immo conſulo tibi omnes reiicere, qui tecum copulari vellent, caue ne à ſenib', & vetulis illaqueeris &. decipiaris. Eſt enim præcipuum infortunium, vt ſeſe impugnent dominus primæ & ſeptimæ radicis.

Hoc idem decernit Mercurius cum deuoluatur ad locum Iouis radicis, qui erat in octauo loco ab aſcendente, & cum ipſe Mercurius habeat teſtimonium in anno, tibi dabit pronitatem ad accipiendam vxorem, poſtquam es in ætate apta & conuenienti ad faciendum legitimum matrimonium. quod ſi facies, triſtitia & damnum tibi accidet, quoniam Mercurius malè aſpicitur à Marte, qui eſt corruptor omnium rerum. Et quamuis Sol dominus Fridariæ in ſocietate Mercurij ſignificet, quòd vxorem duxeris formoſam, nihilominus hanc pronitatem (vt credo) non poſueris in actu, eris tamen multum propenſus ad mulieres, cum quibus habebis rem multis modis.

Rurſus Luna effecta gubernatrix in temporis ſucceſſione cum Venere, idem decernit, vt dicitur à Materno cap. 38. lib. 6.

Venus nouos ignes accendet in pectore, ex eius reditu ad priſtinum natalis ſignum, & maximè Ioui copulata. Verum moderamina adducet, & illuſtri te nectet vinculo.

Non facilè generare poteris ſobolem, vt inſinuat Mercurius in ſterili ſigno poſitus in octaua domo, immo ſi habueris filios, aliquem illorum amittes.

*De amicis & inimicis.*

Plures & nouos tibi comparabis amicos, hoſtes ſi quos habes, partim reconciliabunt, partim deperibunt. Verum inimicitiam cum vilibus hominibus valentibus minus te habebis, tamen vinces inimicos, ad aduerſarios tuos, vt inſinuat Mars in ſocietate Mercurij in dominio Fridariæ.

*De itineribus.*

Luna in parte cæli deſcendente, pronitatem dabit ad itinera. & hoc idem decernit Mercurius deuolutus ad locum Saturni radicis, qui erat in octaua domo ab aſcendẽte, in quibus recipies aliquod incommodum, vel damnum, vt habetur ab Abenragele cap. 9. par. 6. Quoniam Mercurius ſauciatus eſt à Marte ex quadrato aſpectu.

Rurſus, Mars in ſocietate Mercurij in dominio Fridariæ indicat longum iter. Et hæc de his quæ pertinent ad accidentia fortunæ, dicta ſufficiant. Deus ergo per ſuam ſanctam gratiam fortunam proſperam tibi concedat, & malam omnino annihilet. Vale.

Dies infœlices, & fœlices huius reuolutionis cauſa breuitatis nunc relinquo prudentiæ lectoris per ſuperius dicta.

FRAN



Digitized by Google

# FRANCISCI IVNCTINI FLORENTINI, MATHEMATICI,

## breuis, ac perutilis introductio in iudicia Aſtrorum.

*Aphoriſmi Generales in reuolutiones natiuitatum, ex mente Abenragelis Cap. 13. par. 6.*

### CAP. I.

SI aliqua duodecim domorũ fuerit infortunata, ex infortunæ præſentia, & eius dominus ſimiliter, ſignificat damnũ in ſignificationibus ſuis: ſed ſi domus & eius dominus fuerint fortunati, ſignificant reſtitutionem, ſeu meliorem fortunam, & bonũ in ſignificationibus ſuis.

Si dominus aſcendentis aſpexerit amico aſpectu aliquam ex duodecim domibus, adducit ſignificationes pro natura illius domus.

Si dominus aſcendentis applicuerit alicui planetæ exiſtenti in aliqua domorum, aut ille planeta applicuerit de domo illa domino aſcendentis, adducit ſignificationes conuenientes ſibi pro natura illius domus.

Saturnus in reuolutione alicuius anni ſi fuerit infortunatus, ſignificat malum ſtatum, & damnum in ſenibus illius progeniei, & in rebus quæ ſunt de proprietate Saturni, & in eo quod ſignificat per ſignum in quo eſt, & in rebus quæ ſunt naturæ domus, in qua fuerit.

Iupiter in reuolutione ſi fuerit infortunatus, ſignificat malum ſtatum in victu & rebus quæ ſunt de proprietate Iouis, & de natura ſigni ac domus in quibus fuerit.

Mars in reuolutione ſi fuerit infortunatus, ſignificat malum ſtatum fratrum, & damnnm in itineribus & militia, ſecundum naturam ſigni & domus vt ſupra.

Sol in reuolutione ſi fuerit infortunatus, ſignificat parentum damnum, & maiorũ illius progeniei: ſecundum naturam ſigni & domus vt ſupra.

Venus in reuolutione ſi fuerit infortunata, ſignificat damnum in mulieribus & concubinis & amicis & ſociis & bonis & filiis, & diſturbationem in vitiis & appetitu: ſecundum naturam ſigni & domus, vt ſupra.

Mercurius in reuolutione ſi fuerit infortunatus, ſignificat impedimentum, de quo neſcit ſibi cõſulere, ignorantiam ac damnum intellectus & in filiis & ſeruis: ſecundum naturam ſigni & domus.

Luna in reuolutione ſi fuerit infortunata, ſignificat malum ſtatum & damnum in corpore, diminutionem ſalutis & damnum in matre ac ſororibus: ſecundum naturam ſigni & domus.

Omnis planeta exiſtens in partitione ſua, & proiiciens radios ſuos ad terminum in quo eſt in radice, ſignificat illo anno ſignificationes proprias ſui planetæ. Exemplo res magis illuceſcet.

Iupiter ſi habeat dominium in anno reuolutionis, & ſit Diuiſor, & proiiciat radios in termino natiuitatis in quo fuerit, & non ſit infortunatus in radice, & ſit in bono loco in reuolutione, ſignificat illo anno coniugium & filios, & quòd aſſociabitur nobilibus, & eis iungetur, & aſcendet ad nobilitatem, & potentiam ſecundum quòd fuerit ſignificatio radicis.

Mars ſi proiecerit radios ſuos hoc modo, & Saturnus aſpexerit Martem quouis modo, & non percuſſerit ibi radius fortunæ, ſignificat nato infirmitates magnas, & longas, aut mortem per manum inimicorum ſuorum.

Sol ſi proiecerit radios ſuos hoc modo, ſignificat illo anno potentiam & dominium, & quòd ſe aſſociabit cum regibus & claris, & quòd veniet in æſtimationẽ, & famam, & lętabitur cum parentibus & progenie ſua, & lucrabitur ſubſtantiam ex parte ſuorum parentum.

Venus ſi proiecerit radios ſuos hoc modo, ſignificat illo anno bonum coniugium, & de nobili progenie ac clara, lætabitur ratione mulierum, ac dabit ſe ludis, cantibus & lætitiis.

Mercurius ſi iſto modo proiecerit radios ſuos, ſignificat quòd illo anno augmentabitur intellectus & doctrina ipſius ac ratiocinandi peritia, & dicet ac loquetur res quibus magis valebit, & augebitur fama eius, & creſcet ei⁹ fortuna cauſa filiorũ.

Saturnus ſi proiecerit radios ſuos hoc modo, ſignificat triſtitiam ratione patrum & filiorum, infirmitates in corpore, & perturbationem eius ſenſus illo anno.

Cum peruenerint infortunæ ad locum conuenientem, non nocebunt, ſi non fuerit eius ſignificatio mala in radice natiuitatis, & ſimiliter fortunæ non proderunt, cum non ſit ex eis in radice bona ſignificatio: vt dicitur ab Almanſore Ap. 81.

### *De diſtinctione inter dominum genituræ & reuolutionis.* Cap. II.

SCiendum eſt quòd initia duodecim domorum quæ ſunt in mobili, ſunt ſecundum ſub-

ſtantiam: & dominatores illarum ſunt ſecundum accidens.Nam cognitio rerum ſignificatarum per planetas eſt ſecundum duos modos: vna eſt ſecundum ſubſtantiam,reliqua ſecundũ dominiũ. Nam in rebus corporis ſunt per Aſcendens & Solem,& Lunam.hi ergo dominantur ſecundum ſubſtantiã, & diſpoſitores eorum ſecundum accidens.

4 Diſpoſitores animi ſecundum ſubſtantiam ſunt Aſcẽdẽs, Luna & Mercurius,& eorum diſpoſitores dominantur per accidens.

2 Res autem fortunæ ſunt diuitiæ,amici,conſanguinei & honores: & Saturnus cum quarta domo & diſpoſitores,dominantur ſtabilibus, & Iupiter, & ſecunda domus cum diſpoſitoribus, dominãtur diuitiis propriè vocatis, vt ſunt pecuniæ & ſupellex. Duo ergo ſunt ſignificatores ſecundum ſubſtantiam,& duo ſecundum accidens.

3 Luna,Mercurius & tertia domus ſecũdum ſubſtantiam ſignificant,fratres& conſanguineos & dominatores eorum ſecundum accidens.

Luna cum tertia domo dant itinera parua:ea ergo eſt ratio dominatorum ſecũdum ſubſtantiam.

5 Quinta domus & Venus & Luna, dant filios, & Iupiter,& hoc ſecũdum ſubſtantiam. & diſpoſitores horum ſecundum accidens.

6 Sexta domus & Mercurius dant ſeruos ſecundũ ſubſtantiã:diſpoſitores ſimiliter, ſed per accidens.

6 Sexta domus Mars,& Saturnus dant infirmitates ſecundum ſubſtantiam, & diſpoſitores per accidens.

7 Septima domus, Luna,& Venus ſignificant vxorem ſecundum ſubſtantiam,& diſpoſitores eorum per accidens.

7 Septima domus & Mars ſecundum ſubſtantiam ſignificant inimicos,& diſpoſitores eorum per accidens.

8 Octaua domus & Saturnus,& diſpoſitores,mortem cum abſciſſore vitæ,& ſunt tres ſecundũ ſubſtantiam,& totidem ſecundum accidens.

9 Nona domus, Mars cum Luna, dant itinera & diſpoſitores: & ſunt tres ſecundum ſubſtantiam,& tres ſecundum accidens.

10 Decima domus, Sol & Iupiter, dant dignitates & diſpoſitores:tres ſecundum ſubſtantiam, & tres ſecundum accidens.

11 Vndecima domus, Venus & Iupiter ſignificant ſecundum ſubſtantiam amicos,& diſpoſitores eorum ſimiliter per accidens.

12 Duodecima domus & Saturnus ſignificant hoſtes occultos ſecundum ſubſtantiam, & dominatores ſecundum accidens.

1 Tunc eſt regula generalis hæc, dominator ſecundum ſubſtantiam, ſemper manet idem in omnibus reuolutionibus: & dominator ſecũdum accidens, variatur in reuolutionibus adinuicem, nõ ab eo quod fuit in genitura.

2 Secunda, cùm domus ſit dominator ſecundum ſubſtãtiam,ſemper id quod eſt in ea,ſignificat qualitatem. Vnde ſemper Mars in ſecunda ſignificat aliquam diſſipationem,& Iupiter in ſecunda, aliquam bonam fortunam.

4 Tertia,comparatio domini ſecundum ſubſtantiam ad dominum ſecundum accidens, in tempore illo, & dominorum ſecundum ſubſtantiam inuicem,eſt indicium & indicatio pro re illa in tempore illo.

Solis reuerſio ad ſuum locum nihil ſignificat, quia præſupponitur.Mercurij autem parum, quia frequenter accidit.Veneris magis, ſed non multũ tamen.Lunæ mediocriter,non tamen tantũ quantum ſuperiores propter motus celeritatem, Plus facit Mars,poſt Iupiter, omniũ maximè Saturnus.

Saturnus ſignificat carceres,mortem, hoſtes occultos,morbos longos,patrem.

Iupiter,diuitias,legem,filios,fratres,magiſtratus,amicos.

Mars,hoſtes apertos, contentionem, morbos acutos,artem,itinera,fratres.

Sol,vitam,gloriam,patrem,magiſtratus.

Venus,vxorem,& concubinas,& filias, & ſorores,matrem,voluptatem.

Mercurius,animam,artem.

Luna,vitam,vxores, concubinas, ſorores, animam,corpus,matrem,itinera.

*De diuitiis.*

Saturnus ſignificat hæreditates,& labores.

Iupiter diuitias omnes.

Mars,quæ mala parantur via,& laboribus,cum induſtria,vnde artes operariæ.

Sol principum dona.

Venus,dotes & meretricos quæſtus, & amicorum dona.

Mercurius,quæ ex induſtria artium & mercatura proueniunt.

Luna,quæ ex negotiis proueniunt,& quæ ex aquis,& quæ ex planetis,quibus commiſcetur, & quæ cauſa etiam vxorum.

*De moribus.*

Saturnus ſignificat memoriam,& patientiam.

Iupiter,conſilium,iudicium,prudentiam.

Mars,audaciam, acumen, proptitudinem,iram.

Sol,grauitatem,moderationem,continentiam, & faſtum.

Venus,voluptatem,& concupiſcentiam.

Mercurius,ingenium,& imaginationem.

Luna,rationem,& quem vocant diſcurſum.

*De eſſe planetarum erga Solem.* *Cap. 3.*

TRes ſuperiores planetarum quando fuerint cum Sole in vno gradu, & minuto, tuncque dicti ſunt vniti.Oportet enim vt ſit minor eorum 16.minutis diſtantia.Nam & ſi maior adfuerit, erunt combuſti.Et cùm fuerint vniti,omne bonum in omnibus deſignant rebus.

Et ſi loco prænominato remotior planeta fuerit vſque ad ſextam graduum diſtantiam, eſtque orientalis,tunc erit combuſtus. Quod in Saturno & Ioue vetificatur.Mars autem dictus eſt combuſtus quouſque decimo grad. diſtiterit à Sole.Cum ergo dicti planetæ plus 6. gradu diſtiterint, Mars vero decimo, donec ab ipſo quindecim fuerint gradibus remoti,dicti ſunt exeuntes radios.

Planeta quoque cùm fuerit combuſtus, omnino vigore caret.

Venus

Venus & Mercurius cum fuerint in coniunctione Solis in vno minuto, aut minus minutis 16. tunc dicti ſunt vniti. Nam & ſunt combuſti dum inter eos & Solem fuerit 7.gr. diſtantia. Et cum ab inde donec à Sole 12. gradibus elongentur ſub radiis Solis exiſtunt. Et ab inde ſunt egredientes radios, & augmentabitur demum eorum vigor.

Luna eſt vnita Soli ante eum, vel poſt 16. minutis. Quando ergo 6. gradibus diſtiterit, fueritque occidentalis, illic vigor eius incipiet minorari. Cũ autem 12. gradibus diſtiterit eius fortitudo augmentabitur. Hæc Abraham Auenaris cap. 6. in ſuo introductorio.

Planetæ cùm fuerint in eodem corpore Solis erit amborum vna fortitudo: ideo dixerunt veteres Aſtrologi Mercurium vnitum Soli, duos Mercurios fore in orbe. & ſic omnes ſe habent planetę.

Planetæ applicatio eſt, cùm fuerint duo planetę directi in vno ſigno, ſintque gradus leuioris pauciores gradibus ponderoſi. Et dum fuerint prædicti gradus pauciores dicitur applicans, & quando fuerit in vno gradu ſecum, tunc erit perfecta applicatio. Et principium applicationis exiſtit cùm inter eos minus 12. gradibus fuerit diſtantia.

Coniunctio planetarum eſt cùm fuerint duo planetæ in vno ſigno, ita quòd vnus ſit in vigore corporis alterius: tuncque nominantur coniuncti. Et cùm fuerint in vno gradu, eſt virtus eorum fortis, integra in omni quod ſignificant. Verbi gratia, ſit coniunctionis diſtare Lunæ Saturno 8. grad. ante vel retro: tunc vnuſquiſque erit in vigore corporis alterius. Si vero fuerit inter eos 10. gradus tunc erit Saturnus in vigore corporis Lunæ, & non è contra.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Quantitas orbis | Saturni eſt | 9 | graduũ |
| | Iouis eſt | 9 | |
| | Martis eſt | 8 | |
| | Solis eſt | 15 | |
| | Veneris eſt | 7 | |
| | Mercurij eſt | 7 | |
| | Lunæ eſt | 12 | |

Commixtio eſt, quando vnus planetarum coniungitur alteri, tunc ex illorum duplici natura conſtituitur tertia, velut Saturnus & Mars, quorum quiſque malus exiſtit. Quando coniunguntur, dixerunt antiqui eos bonum portendere. Sed veritas eſt, quòd alter impedit operationem. Et ideo natus ab impedimento ſaluabitur, & ſic bonum non denotat: niſi bonum dicatur, quod non lædit.

Coniunctio Iouis cum Saturno eſt coniunctio magna, eo quòd ſunt duo ſupremi. Et ſecundum fortitudinem alicuius ipſorum exiſtentem, demõſtratur eorum natura.

Coniunctio Martis & Veneris temperatur, vt dicitur ab Hermete Aph. 4. 27.

Cõiunctio planetarum cum Sole, mala eſt, quoniam ipſe damnificat eos. Quibus quidem omnium deterius inexiſtit ex illo Venus ſunt & Luna.

Saturnus quidem & Mars itidem impediunt Solem cùm eis coniungitur. Iupiter verò ac Venus bonificant, & non nocent. Et Mercurius propter ſuorum motuum multitudinem, & quia ſemper eſt Soli propinquus, parum lædetur, cum fuerit ſub ipſo Sole, aut infra combuſtionis terminum. Et quando fuerit planeta vnitus Soli ſecundum antiquorum ſententiam, fortis valde exiſtit, adeo quod dixerunt Mercurium ſic exiſtentem duos Mercurios in cælo conſiſtere.

Coniunctio Lunæ cum Saturno, vel cum Marte eſt impediens illam. Et ſi fuerit cum Saturno, ſitque deficiens lumine, tunc illi inerit deterius. Si vero lumine augeatur, alleuiatur ipſius malum, & cõtrarium erit cùm Marti fuerit contrariè coniuncta.

Separatio eſt quando planeta leuis pertranſit ponderoſiorem vno gradu à coniunctione, vel aſpectu.

Prohibitio eſt, quando tres planetæ fuerint in vno ſigno in gradibus diuerſis, fueritque ponderoſus plus gradibus: medius ſic prohibet leuiorem exiſtentem minus gradibus coniungi ponderoſiori, donec ipſum pertranſiuerit, ſicut ſi eſſet Saturnus 20. gr. Arietis: Mercurius 15. Venus 11. Tũc Mercurius prohibet, ne Venus coniungatur Saturno, donec ipſum tranſiuerit. Et poſtea Venus coniungetur Saturno. Vel aliter.

Si duo planetæ fuerint in vno ſigno, & coniungatur leuior ponderoſiori, & alius planeta ponderoſiorem aſpiciat quocunque aſpectu, ita tamen quòd gradus eius ſint pauciores ſupradictis duobus planetis, tunc ei planeta coniunctus prohibebit aſpicientem, & eius eſſe diſſipabit. Si autem fuerint gradus aſpicientes propinquiores aſpectui, nõ valebit ſe coniungens aſpicientem prohibere.

Receptio eſt, vt iungatur planeta planetæ coniunctione, aut aſpectu, domino domus ſuæ domus, aut domino exaltationis, aut triplicitatis, aut termini, vel faciei domino, ipſéque illum recipit planetam.

Hayz eſt, vt ſit planeta maſculinus videlicet ♄ ♃ ♂ & ☉ in die ſuper terram, & in nocte ſub terra, & in ſigno ac gradibus maſculinis. Et planeta fœmininus in nocte ſuper terram, & in die ſub terra, & in ſigno atque gradibus fœmininis. Cuius ſi contrarium extiterit, omne tunc à planeta denotatum, minimè eſt conueniens. Abrahami Auenaris ſen. cap. 7. in ſuo introductorio.

Planeta ſi non fuerit in locorum aliquo ſuæ poteſtatis, & ipſe fuerit in domo. 6. aut 12. tunc fortunabitur ibi.

*An planeta ſit in bona configuratione, vel mala colligere.*

| | |
|---|---|
| Coniunctio | Bonorum planetarum, bona eſt vt ☌ ♃ ♀ |
| | Malorum, mala eſt vt ☌ ♄ ♂ Aliqui verò volunt eſſe bonam propter temperaturam qualitatum. |
| | Mediocrium, indifferens, vt ☌ ☿ ☉ Excipitur ☌ luminarium, quæ infauſta cenſetur. |
| | Boni cum malo, mala eſt, vt ☌ ♄ ♃ hoc tamen pro natura & diſpoſitione planetę vincentis in figura, iudicandum eſt. |
| | Boni cum mediocri, bona eſt, vt ☌ ♃ ☉ |
| | Mali cum mediocri, mala, eſt, vt ☌ ♄ ☉ |



Digitized by Google

Aſpectus:
- Boni ſũt △ ✶ qui ſi fuerint:
  - Bonorum planetarum, boni, ſunt, vt ♃ ♀ △ vel ✶
  - Malorum planetarum, non ſunt mali, vt ♄ ♂ △ vel ✶
  - Mediocrium, boni ſunt, vt ☿ ☉ △ vel ✶
  - Mediocris cum bono, boni ſunt, vt ☉ ♃ △ vel ✶
  - Mediocris cũ malo, non ſunt mali, vt ☿ ♄ △ vel ✶
- Mali □ ☍ qui ſi fuerint:
  - Bonorum, non ſunt mali, vt ♃ ♀ □ vel ☍
  - Malorum planetarum, mali ſunt, vt ♃ ♂ ☿ vel ☍
  - Mediocrium, non ſunt mali, vt ☿ ☉ □ vel ☍
  - Exceptis □ & ☍ luminarium quæ mala ſunt.
  - Mediocris cũ bono, non ſunt mali, vt ☿ ♃ □ vel ☍
  - Mediocris cum malo, mali ſunt, vt ☿ ♄ □ vel ☍

Boni planetæ, qui & fortunæ, ſunt ♀ ♃

Mali & infortunæ ♄ ♂

Mediocres ☉ ☿ ☽

Partes orientales domus ſunt hæ { 10 11 12 / 6 5 4 } occidentales { 7 8 9 / 1 2 3 }

Viam combuſtam determinant autores noſtro ſeculo, in parte ſeptentrionali à 18. ♊ ad 2. ♋. Et in medietate meridionali ab 8. ♐ in 13. eiuſdẽ, & iterum, quia ibidem bipartita eſt à 24. ♐ ad 2. ♑.

*Radiationes.*

| | | ✶ | □ | △ | ☍ |
|---|---|---|---|---|---|
| ♈ | dext. | ♒ | ♑ | ♐ | ♎ |
| | ſiniſt. | ♊ | ♋ | ♌ | |
| ♉ | dext. | ♓ | ♒ | ♑ | ♏ |
| | ſiniſt. | ♋ | ♌ | ♍ | |
| ♊ | dext. | ♈ | ♓ | ♒ | ♐ |
| | ſiniſt. | ♌ | ♍ | ♎ | |
| ♋ | dext. | ♉ | ♈ | ♓ | ♑ |
| | ſiniſt. | ♍ | ♎ | ♏ | |
| ♌ | dext. | ♊ | ♉ | ♈ | ♒ |
| | ſiniſt. | ♎ | ♏ | ♐ | |
| ♍ | dext. | ♋ | ♊ | ♉ | ♓ |
| | ſiniſt. | ♏ | ♐ | ♑ | |
| ♎ | dext. | ♌ | ♋ | ♊ | ♈ |
| | ſiniſt. | ♐ | ♑ | ♒ | |
| ♏ | dext. | ♍ | ♌ | ♋ | ♉ |
| | ſiniſt, | ♑ | ♒ | ♓ | |
| ♐ | dext. | ♎ | ♍ | ♌ | ♊ |
| | ſiniſt. | ♒ | ♓ | ♈ | |
| ♑ | dext. | ♏ | ♎ | ♍ | ♋ |
| | ſiniſt, | ♓ | ♈ | ♉ | |
| ♒ | dext. | ♐ | ♏ | ♎ | ♌ |
| | ſiniſt. | ♈ | ♉ | ♊ | |
| ♓ | dext. | ♑ | ♐ | ♏ | ♍ |
| | ſiniſt. | ♉ | ♊ | ♋ | |

Signa { Imperantia ♋ ♌ ♍ ♎ ♏ ♐ / Obedientia ♊ ♉ ♈ ♓ ♒ ♑ }

Inferiora ſex obliqua ſuperioribus directis obediunt, & mittunt ad ſe inuicem Antiſcia, id eſt, obumbrationes malas.

*Eleuationem planetæ ſuper planetam indicare.*

Hæc fit multis modis. Primus modus exaltationis planetarum eſt, dum planeta eſt in dignitate alterius, & quando dominus dignitatis applicuerit ei, qui ibi eſt.

Alius modus vt ſit vnus planeta debilior alio, tum enim qui eſt fortior, dicetur exaltari ſuper alium debiliorem. Ille qui eſt in decimo ſigno ab alio ſuper eum eleuari dicitur.

Eleuari etiam ſuper planetam planeta dicitur, quando planeta excedẽs ad alterum, propinquior eſt ei, quàm ille ad quem accedit.

*De Aphoriſmis, & Regulis neceſſariis. Cap. 4.*

Guidonis Bonati par. 1. tract. 5. c. 30.

DIxerunt Hermes Aph. 50. & Zaël. Aphor. 14. Quod horoſcopus, vel planeta dum inuenitur in trigeſimo gradu ſigni. ſignificatio eius eſt in ſigno ſequẽti. Si vero in 29. gradu alicuius ſigni, erit in ipſo ſigno: quoniam non tranſiuit adhuc vigeſimumnonum gradum ex toto. Virtus enim planetę in tribus cõſideratur gradibus, ſcilicet in quo eſt, & in præcedenti, ac ſuccedenti.

Guid. Bon. par. 1. tract. 5. ca. 32.

Dixit Sarcinator in Pentedeca Aph. 19. Et Hermes obſeruauit, Aph. 86. Quod malus planeta, cum fuerit orientalis in domo, vel exaltatione ſua, & non fuerit iũctus malo, qui eum impediat, melior ac dignior eſt fortuna retrograda, & impedita.

Dixit Hermes Aph. 65. Quod exiſtentibus planetis ſub radiis cum infra 12. gradus Soli proximi fuerint infortunantur: niſi fuerint in eodem gradu cum eo. Cum vero 12. gradus tranſierint exiſtentes orientales ſunt fortes.

Dixit Ptolemæus, & dicunt multi alij ſapientes, Quod planeta non dicitur cadere ab angulis & cuſpidibus domorum in Themate cæleſti, niſi elongetur ab eis per quinque gradus.

Scito quod mali neceſſariò ſunt ſex. Nam duo ſunt mali naturaliter, Saturnus & Mars. Et duo accidẽtaliter, Mercurius, & Sol. Duo vero localiter, Caput & Cauda. Hæc Omar. lib. 1.

Guid. Bon. par. 1. tract. 5. cap. 48.

Dixerunt Hermes Aph. 4. & 27. Et Zaël Aph. 34. Iupiter cum aſpexerit malũ mutat naturã ſuam in bonum: & Venus non poteſt vertere rem magnã, id eſt, malum Saturni niſi aſpiciant Iouem. Iupiter enim ſoluit quod nodat Saturnus, id eſt, ſi Iupiter iungitur Saturno: frangit malitiam eius, & mutat eam: & Venus ſoluit quod nodat Mars.

Dixerunt Hermes Aph. 52. & Zaël. Aph. 22. & 23. Fortunæ quando aſpiciunt malos, minuunt eorum impedimentum. Mali autem quando aſpiciunt fortunas à quarto aſpectu, vel ab oppoſitione minuũt eorum fortunam, ex aliis vero aſpectibus nihil.

Dixit Hermes Aph. 10. Fert à 6. vel 12. loco mala beneuolus cũ ibi fuerit à maleuolis impeditus.

Dixit Hermes Aph. 78. Eſto ſuſpitioſus, atque

ſollicitus

Digitized by Google

ſollicitus quando beneuolus eſt cum maleuolo: nec valde confidas, quod mali malitiam penitus auertatur.

Dixit Hermes Aph 57. Exiſtentibus beneuolis in ſignis, in quibus non habent dignitatem, transfundetur eorum benignitas. Quod & obſeruauit Almanſor, vt ipſe dixit Aphor.52. cuius verba ſunt hæc. Cum recipiet infortuna fortunam, non impediet eam, maximè autē cum non aſpexerit eam ex quadrato, vel oppoſitione, nec fuerit in eodem ſigno, maximum eſt planetarum impedimentum, cum fuerit in locis peregrinis.

Dixerunt Hermes Aph.93. & Zaël Aph.43. Planeta cum fuerit in octauo ab Aſcendente, & fuerit fortuna, non operatur bonum neque malum. Et mali cum fuerint ibidem, magnificatur eorum malum.

Dixit Hermes Aphor.99. In propria domo vel exaltatione, ſi fuerit maleuolus: licet cum tarditate tamen exhibebit bonum finem. Si vero idem in Aſcendente fuerit impeditus, quamuis in domo propria, vel exaltatione, infert tamen impedimentum, & malum finem.

Dixit Zaël Aph.27. Mali cum fuerint in domibus ſuis, & fuerint domini rerum, aut in exaltationibus, aut in triplicitatibus, aut in terminis ſuis & in angulis vel in ſequentibus angulorum, erit fortitudo eorum ſicut fortitudo fortunarum.

Item Aph 28. ipſe dixit. Fortunæ cum fuerint in ſigno in quo non habent teſtimonium, minuitur eorum fortuna, ac bonum: & cum fuerint in ſigno in quo eſt illis teſtimonium, id eſt in domibus, vel exaltationibus, aut triplicitatibus, vel terminis ſuis: magnificatur earum fortuna, ac perficitur res, atque augetur bonum.

Item dixit Aph.20. Malus cum fuerit in Aſcendente in domo ſua, aut in exaltatione: refrenatur à malo. Si autem ipſe ſit retrogradus in Aſcendente, confortatur eius malum, & multiplicatur eius diuerſitas, ac variatio.

Item dixit Aph.30. Omnis planeta fortuna, aut malus cum fuerit in domo ſua, aut exaltatione, aut in triplicitate ſua, &c. auertitur quicquid in eo ex malo in bonum.

Dixit Almanſor Aph.7. Quando duæ coniunguntur infortunæ, fit ex eis fortuna perfecta: ſicut ex duarum fortunarum coniunctione: & hoc ſecundum dicta Ptolemæi.

Dixit Hermes Aph. 26. Sol recipit planetarum virtutes, quando in Aſcendente, vel in domo medij cæli iungitur cum eiſdem: hoc in nocte Luna facit ſimiliter cum eiſdem locis iuncta fuerit cum prædictis.

Infortuna ſuum locum calefacit, & impedit: Sol vero calefacit, & non impedit. Hæc Almanſor Aphor.78.

Item dixit Aph.83. Maius infortunium Saturni eſt cum fuerit in ſignis fœmininis: ſed Martis, cum fuerit in maſculinis.

Item ipſe autor dixit Aph.87. Ex maioribus fortunis eſt vt planetæ ſint vt diurni, orientales à Sole in ſignis maſculinis: planetæ verò nocturni occidentales à Luna.

Guid. Bon. par.1. tract. 5. cap.91.

Item dixit Aph.106. Auerte oculos à figura, in qua Mars fuerit in angulo: maximè autem cum fuerit Aſcendens Scorpio.

Dixit Abraham Auenaris in ſuo introductorio, cap. 6. quando planetæ fuerint cum Sole in imo gradu, & minuto, tunc dicti ſunt vniti. Nam ſi maior fuerit diſtantia quàm 16. minutorum, erunt combuſti. Quoniam à loco prænominato, videlicet 16. minutorum remotior fuerit planeta vſque ad gradum 6. diſtantia, tunc planeta erit combuſtus: quod verificatur in Saturno & Ioue. Mars etenim dictus eſt combuſtus quouſque 10. grad. diſtiterit à Sole. Planeta ergo cum fuerit combuſtus omnino vigore caret: ſed cum fuerit vnitus Soli, omne bonum in omnibus deſignat rebus.

De eſſe planetarum erga Solem.

Planeta in corde Solis quis.

Guid. Bon. par.1. tract. 5. cap.13.

Capit. 7.

Saturnus & Mars, quorum vterque malus exiſtit, quando coniūguntur, dixerūt antiqui eos bonum portendere. Sed veritas eſt ſecūdum opinionem Abrahami Auenaris, quòd alter alterius impedit operationem Et ideo natus ab impedimēto ſaluabitur, & ſic bonum non denotat: niſi bonum dicatur, quod non lædit.

Saturni cum Ioue eſt cōiunctio magna, eo quod ſunt duo ſupremi: & ſecundum fortitudinem alicuius ipſorum exiſtentem demonſtratur eorum natura.

Martis autem & Veneris coniunctio temperatur: ſicut dictum eſt ſuperius.

Coniunctio planetarum cum Sole damnificat eos, quibus quidem omnium deterius inexiſtit: ex illo Venus ſunt & Luna.

Saturnus quidem & Mars itidem impediunt Solem, quando Sol cum eis coniungitur. Iupiter vero ac Venus bonificant, & non nocent.

Mercurius propter ſuorum motuum multitudinem, & quia ſemper eſt Soli propinquus, parum lædetur cum fuerit ſub ipſo Sole, aut infra combuſtionis teminum, & ideo cum fuerit Mercurius vnitus Soli ſecundum antiquorum ſententiam fortis valde exiſtit: adeo quod dixerunt Mercurium ſic exiſtentem, duos Mercurios in cælo conſiſtere: & ſic omnes ſe habent planetæ vt in libro rationum dicitur.

Cap.8.

Si fuerit malus planeta in ſua grandi poteſtate bonum denotabit, erit tamen cum tribulatione & pœna.

Si fuerit fortuna in ſuo dedecore, aut in occaſu aut in cadenti non aſpiciens, ſcilicet Aſcendens, nullius erit valoris.

Planeta ſi non fuerit in locorum aliquo ſuę poteſtatis, & ipſe fuerit in domo ſexta, vel duodecima, tunc fortunabitur ibi.

Planeta ſi fuerit ſub radiis: & ſic de ſuperioribus omnino vigore caret: & ſimiliter in inferioribus: nec adeò magnum: vt hoc, eſt infortunium retrogradari. Hæc Abrahamus Auenaris vt ſuprà.

Dixerunt ſapientes Indorum honorem capitis Draconis fore in Geminis, caudæ in Sagittario. Tamen dixit Abraham Auenaris in libro rationum capite de ſignificatione cauſarum honoris: quod hæc verba ſunt vana: quoniam Caput, & Cauda bonum non denotant aut malum: ſed ſunt duorū circulorum coniunctiones: niſi cum illis fuerit Luna. Nam quando eſt cum capite eſt habitabili propinqua, & ideo apparebit vigor Lunæ. Et cum fuerit cum Cauda: quia latitudinem habet meridianam, debilitabitur vigor eius. Et ſic eſt cuiuſlibet

Digitized by Google

libet planetæ cum capite aut cauda eſſe: Sole remoto, caret enim omnino latitudine. Et ideo ſi fuerit vnus planeta cum capite Draconis aut cauda non proſunt neque nocent.

Abrahamus etiã dixit, quòd Mars magis nocet in domo 12. quã Saturnus: quoniã eſt dom' gaudij Saturni, & domus triſtitiæ Martis. Et contrariũ eſt in domo ſexta: quoniã eſt domus triſtitiæ Saturni, & domus gaudij Martis.

Item dicit in ratione quartæ domus, quòd mali planetæ ſemper ſignificant malum ſiue ſint in aſpectu oppoſito, ſiue quarto.

## CAP. V.

SCito, quòd mali neceſſariò ſunt ſex. Nam duo ſunt mali naturaliter, Saturnus & Mars: & duo accidentaliter, Mercurius & Sol. Duo verò localiter, caput & cauda. Hæc Omar. lib. 1.

Planeta fortuna quando eſt retrogradus, & eſt cum infortuna, conuertitur natura fortunæ ad infortunã, & corroboratur infortuna. Beth, ſent. 20.

Planeta infortuna quando eſt in domo ſua directus, & eſt cum planeta fortuna, conuertitur ab infortuna ad fortunam. Idem ſent. 21.

Dixit Ptolemæus, & dicunt multi alij ſapientes, quòd planeta non dicitur cadere ab angulis, niſi elongetur ab eis per quinque gradus.

Dicit Ptolemæus, planetæ retrogrado, & combuſto, nulla eſt fortitudo in ſignificatione. vnde Zael ſent. 29. inquit, Planeta cùm fuerit ſub radiis Solis cõbuſtus, vel fuerit in eius oppoſitione, erit debilis: quia in hoc loco nulla vtilitas: nihil boni eſt bonis planetis: nec eſt aliquid mali planetis malis: quoniam fortunæ ſignificant nullum, vel modi cum bonum, cùm fuerint combuſti: mali ſimiliter cùm fuerint combuſti, paucam vel nullam virtutẽ habent ſignificandi malum: minùſque impedimentum poſſunt tunc inferre.

Planeta Retrogradus eſt vt vir infirmus, ſtupefactus, ſollicitus. Bethelis ſent. 2.

Quãdo Planeta eſt cum Sole ſunt eius vires debiles & eius diminuitur iudicium. Idem ſent. 28.

Planetarum Fortunium tribus eſt modis. Primũ eſt perfectiſſimum. Secundum perfectum. Tertiũ autem medium. Primum eſt cum planetæ duo aut tria inerunt proſpera: ſicut cum Mercurius fuerit in Virgine, dupliciter enim fortunatur, tum quia in ſua domo, tum quia in ipſius exaltatione exiſtit. Et ſi cum hoc in ſuo fuerit termino, tunc tripliciter erit fortunatus. Bonum autem perfectum eſt, cum fuerit planeta in ſua domo in qua ipſius rectificatur natura: ſicut cum fuerit Saturnus in Aquario: Iupiter in Sagittario: Mars in Scorpione: Ven' in Tauro: Mercurius in Virgine. Et luminaria in ſuis domibus. Medium verò fortunatum eſt cum exiſtit planeta in eius domo non ſibi proportionali: ſicut Saturnus in ♑ Iupiter in ♓ Mars in ♈ Venus in ♎ Mercurius in ♊.

Fortunæ in ſexta domo non ſunt fortunæ propter obſcuritatem tenebrarum & caſum ſuum. Abenrag. cap. 4 par. 5.

Caput iunctum ſi fuerit cum Saturno, minuit de malo, & damno eius: Hæc Abenrag. cap. 7. par. 5. vide Herm. Aph. 66. Alman. ſent. 94.

Dicit Caucaph, caput Draconis, & cauda nihil aliud eſt, quàm circulorum luminarium ad inuicẽ in duobus locis oppoſitis interſectio: vnde in illis locis, vel circa illa loca per duodecim gradus vel quaſi, accidit luminaribus eclipſis.

Caput non offendit Solem propter conuenientiam caloris eorum. Abenrag. cap. 6. par. 4.

*Caput Draconis imaginarium.*

Caput Draconis cùm imaginariũ ſit, prout omnes fatentur, minimè requirit vt de ſe dicatur longius. Qui enim fieri poſſit, vt res quę non ſit, multũ adderet aut demeret? Nec enim eſt circuli ſectio vlla, niſi imaginaria penitus, quod ait Auenaris libro de ſeculo. Veruntamen vt id largiatur, donemúſque Mathematicis, vt illi virtutem aſcribendam dicamus, quod in rerum natura nec eſt, nec poteſt ſubſiſtere: quoniam Ptolemæus Aſtrologorum princeps, Firmicus, Gregoras, Nicephorus, Proclus Diadochus Platonicus, Ariſtarchus Sami? Cleomedes, Timeus Locrus, & diligentiſsimi illi veteres, nihil id reputauerunt: nec vnquam aſſumpſerunt in rerũ prædictione, nec nos de illo mentionem facere deberemus ad eorum imitationem.

Vicinitas Solis nocet oĩbus ſtellis. Mars autem cũ fuerit oppreſſus à radiis Solis, naturalẽ maliciã Solem veneratus, amittit. Iulij Firm. cap. 8. lib. 2.

*De modo diuidendi dies & menſes.* Cap. VI.

SI alicuius menſis volueris initium ſcire ex menſibus reuolutionis, aſpice quot mẽſes completi ſint præteriti, & in tabula inquire talem numerum in regula menſium, quo peracto, accipe quod inueneris in directo tabulæ dierum, & horarum & fractionum, & quod inueneris, adiunge diebus & horis & fractionibus horæ radicis natiuitatis, aut reuolutionis, anni eius, ſcilicet quem incipere volueris, & ex eo toto quod exierit, fac menſes Latinos, (quia cum illis eſt radix reuolutionum) & incipe ab eo menſe, in quo fuerat natiuitas vel reuolutio, ſcilicet ab illo eorũ à quo incœpiſti, & eiice menſes perfectos, & quod tibi remanſerit de diebus & horis & fractionibus aſpice, quia in tot diebus menſis Latini erit reuolutio menſis quem poſtulaſti. Numera etiam per ordinem ſignorum ab applicatione illius anni, & da cuilibet menſi completo vnũ ſignum, & ſignũ, ad quod peruenerit numerus, erit gubernator illi' mẽſis incipiẽdo à quolibet ipſorum locorum. ſecundũ cuius ſigni ſtatũ iudicabis in illo menſe de vnaquaq; dictarũ rerũ. Vide Ptol. Aphor. 87. Centil.

*Tabula reuolutionis menſiũ ſecundũ annum Tropicũ.*

| Menſes profectionales. | Mẽſ. | Dies. | Hor. | Min. | ſec. | ter. | quar |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | 1 | 28 | 2 | 17 | 38 | 9 | 14 |
| | 2 | 56 | 4 | 35 | 16 | 18 | 28 |
| | 3 | 84 | 6 | 52 | 54 | 27 | 42 |
| | 4 | 112 | 9 | 10 | 32 | 36 | 55 |
| | 5 | 140 | 11 | 28 | 10 | 46 | 9 |
| | 6 | 168 | 13 | 45 | 48 | 55 | 23 |
| | 7 | 196 | 16 | 3 | 27 | 4 | 37 |
| | 8 | 224 | 18 | 21 | 5 | 13 | 51 |
| | 9 | 252 | 20 | 38 | 43 | 23 | 4 |
| | 10 | 280 | 22 | 56 | 21 | 32 | 18 |
| | 11 | 309 | 1 | 13 | 59 | 41 | 32 |
| | 12 | 337 | 3 | 31 | 37 | 50 | 46 |
| | 13 | 365 | 5 | 49 | 16 | 0 | 0 |

Tabula

*Tabula additionis dierum.*

| Dies. | Horę | Min. | ſec. | ter. | quar |
|---|---|---|---|---|---|
| 0 | 22 | 28 | 35 | 16 | 18 |
| 1 | 20 | 57 | 10 | 32 | 36 |
| 2 | 19 | 25 | 45 | 48 | 55 |
| 3 | 17 | 54 | 21 | 5 | 13 |
| 4 | 16 | 22 | 56 | 21 | 32 |
| 5 | 14 | 51 | 31 | 37 | 50 |
| 6 | 13 | 20 | 6 | 54 | 9 |
| 7 | 11 | 48 | 42 | 10 | 27 |
| 8 | 10 | 17 | 17 | 26 | 46 |
| 9 | 8 | 45 | 52 | 43 | 4 |
| 10 | 7 | 14 | 27 | 59 | 23 |
| 11 | 5 | 43 | 3 | 15 | 41 |
| 12 | 4 | 11 | 38 | 32 | 0 |
| 13 | 2 | 40 | 13 | 48 | 18 |
| 14 | 1 | 8 | 49 | 4 | 37 |
| 14 | 23 | 37 | 24 | 20 | 55 |
| 15 | 22 | 5 | 59 | 37 | 14 |
| 16 | 20 | 34 | 34 | 53 | 32 |
| 17 | 19 | 3 | 10 | 9 | 51 |
| 18 | 17 | 31 | 45 | 26 | 9 |
| 19 | 16 | 0 | 20 | 42 | 28 |
| 20 | 14 | 28 | 55 | 58 | 46 |
| 21 | 12 | 57 | 31 | 15 | 5 |
| 22 | 11 | 26 | 6 | 31 | 23 |
| 23 | 9 | 54 | 41 | 47 | 42 |
| 24 | 8 | 23 | 17 | 4 | 0 |
| 25 | 6 | 51 | 52 | 20 | 19 |
| 26 | 5 | 20 | 27 | 36 | 37 |
| 27 | 3 | 49 | 2 | 52 | 56 |
| 28 | 2 | 17 | 38 | 9 | 14 |

Si horis ac minutis annui, aut menſtrui voluminis adieceris horas 22. minuta 28. ſecunda 35. tertia 16. quarta 18. emerget conuerſio diei immediatè ſequentis: Sin verò diem vnũ, horas 20. minuta 57. ſecunda 10. &c. proſiliet conuerſio diurna 3. diei naturalis. Quod ex tabella antecedenti excerpere poteris. Ad illas igitur horas ita cõpertas erige ſchema cælicũ, & quid illo die cõſcia fatorũ ſidera polliceantur, facilè admodum enunciabis.

Significationes tamen reuolutionis annorum ſunt firmiores & fortiores reuolutionib' menſiũ.

### *De amicitia, & odio planetarum.*
### *CAP. VII.*

NAturaliter diligentes, & odio habentes ſe inuicem, iuxta antiquorum doctrinam, planetę hi ſunt inferius deſcripti.

mici { Iouis omnes præterquam ♂
Veneris quoque planetæ omnes præter ♄ }

Amici Saturni { ♄ ☉ ☽ tamen plus. } Inimici { ♂ ♀ }

Amica Martis { ♀ } Inimici eius omnes ſunt, magis tamen ♃ & ☉

Amici Solis { ♃ ♀ } Inimici { ♂ ☿ ☽ }

Amici Mercurij { ♃ ♀ ♄ } Inimici { ☉ ☽ ♂ }

Amici Lunæ { ♃ ♀ ♄ } Inimici { ♂ ☉ ♄ }

Amici Capitis { ♄ ♀ } Inimici { ☉ ☽ }

Amici Caudæ { ♄ ♂ } Inimici { ♃ ♀ }

Aliæ etiam ſunt ſpecies inimicitiæ ratione oppoſitionis domorum, & exaltationum. Fortior autem planetarum amicitia eſt, quando planetæ concordant in natura, qualitate, ſubſtantia & poteſtate. Quando autem amicus amico aſſociatur, augmentatur eorum bonitas, è contra in malis fit. Bonus verò in coniunctione mali malitiam ipſius, nõ tamen abſque boni detrimento mitigat. Vide Alcab. ſcripta.

*Tabula amicitiæ & inimicitiæ ſignorum ad inuicem.*

| Amici perfecti cum mediis ſignis. | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ♓ | ♊ | ♉ | ♈ | ♋ | ♊ | ♉ | ♈ | ♏ | ♎ | ♍ | ♌ |
| ♏ | ♎ | ♍ | ♌ | ♓ | ♏ | ♑ | ♐ | ♓ | ♒ | ♑ | ♐ |
| ♍ | ♌ | ♋ | ♊ | ♉ | ♈ | ♓ | ♒ | ♑ | ♐ | ♏ | ♎ |
| Inimici perfecti cum mediis ſignis. | | | | | | | | | | | |

### *Planetarum fortitudines & debilitates colligere. Cap. VIII.*

HAbent planetę in ſingulis ſignis cæleſtibus poteſtates ſeu dignitates, tum eſſentiales ſeu naturales, tum accidẽtales. Dignitates, quæ ſunt per naturam, ſunt hæ. Domus, exaltatio, triplicitas, terminus & facies. Domin' domus habet quinque dignitates. Dominus exaltationis, quatuor. Dominus triplicitatis, tres. Domin' termini, duas, & Dominus faciei, vnicã. vt patet in hac ſequẽti tabula.

Hæc tabula etiam in aliorum libris circumfertur, ſed errorem habet in triplicitatis aqueæ diſtinctione, quem ex Ptolemæi doctrina ſic reſtituimus. Mars tam in diurna quàm nocturna natiuitate, triplicitatem habet in Cancro, Scorpione, Piſcibus. Participes ſunt Venus in diurna: Luna verò in nocturna genitura: quod hic obiter monere volui: ideo lege Ptolemæum cap. 19. lib. 1.



Digitized by Google

| ♈ G. | Triplic. | Faciei | Termini |
|---|---|---|---|
| 1 | | | |
| 2 | | | |
| 3 | | | |
| 4 | | | ♃ |
| 5 | ☉ | ♂ | |
| 6 | | | |
| 7 | | | |
| 8 | | | |
| 9 | | | |
| 10 | | | ♀ |
| 11 | | | |
| 12 | | | |
| 13 | | | |
| 14 | | | |
| 15 | ♃ | ☉ | |
| 16 | | | |
| 17 | | | |
| 18 | | | ☿ |
| 19 | | | |
| 20 | | | |
| 21 | | | |
| 22 | | | |
| 23 | | | ♂ |
| 24 | | | |
| 25 | ♄ | ♀ | |
| 26 | | | |
| 27 | | | |
| 28 | | | |
| 29 | | | ♄ |
| 30 | | | |

Domus ♂ diurna.
Exaltatio ☉ 19. grad.
Caſus ♄ 21. gradu.

| ♉ G. | Triplic. | Faciei | Termini |
|---|---|---|---|
| 1 | | | |
| 2 | | | |
| 3 | | | |
| 4 | | | ♀ |
| 5 | ♀ | ☿ | |
| 6 | | | |
| 7 | | | |
| 8 | | | |
| 9 | | | |
| 10 | | | |
| 11 | | | ☿ |
| 12 | | | |
| 13 | | | |
| 14 | | | |
| 15 | ☽ | ☽ | |
| 16 | | | |
| 17 | | | |
| 18 | | | ♃ |
| 19 | | | |
| 20 | | | |
| 21 | | | |
| 22 | | | |
| 23 | | | |
| 24 | | | ♄ |
| 25 | ♂ | ♄ | |
| 26 | | | |
| 27 | | | |
| 28 | | | |
| 29 | | | ♂ |
| 30 | | | |

Domus ♀ nocturna.
Gaudium ♀.
Exaltatio ☽ 3. grad.

| ♊ G. | Triplic. | Faciei | Termini |
|---|---|---|---|
| 1 | | | |
| 2 | | | |
| 3 | | | ☿ |
| 4 | | | |
| 5 | ♄ | ♃ | |
| 6 | | | |
| 7 | | | |
| 8 | | | |
| 9 | | | |
| 10 | | | ♃ |
| 11 | | | |
| 12 | | | |
| 13 | | | |
| 14 | | | |
| 15 | ☿ | ♂ | ♀ |
| 16 | | | |
| 17 | | | |
| 18 | | | |
| 19 | | | |
| 20 | | | |
| 21 | | | ♂ |
| 22 | | | |
| 23 | | | |
| 24 | | | |
| 25 | ♃ | ☉ | |
| 26 | | | |
| 27 | | | |
| 28 | | | ♄ |
| 29 | | | |
| 30 | | | |

Domus ☿ diurna.
Exaltatio ☊ 3. grad.
Caſus ☋ 3. gradu.

Triplic.

| ♋ G. | Triplic. | Faciei | Termini |
|---|---|---|---|
| 1 | | | |
| 2 | | | |
| 3 | | | |
| 4 | | | ♂ |
| 5 | ♀ | ♀ | |
| 6 | | | |
| 7 | | | |
| 8 | | | |
| 9 | | | ♀ |
| 10 | | | |
| 11 | | | |
| 12 | | | |
| 13 | | | |
| 14 | | | |
| 15 | ♂ | ☿ | |
| 16 | | | |
| 17 | | | ☿ |
| 18 | | | |
| 19 | | | |
| 20 | | | |
| 21 | | | |
| 22 | | | |
| 23 | | | ♃ |
| 24 | | | |
| 25 | ☽ | ☽ | |
| 26 | | | |
| 27 | | | |
| 28 | | | |
| 29 | | | ♄ |
| 30 | | | |

Domus die ac nocte ☽. Exaltatio ♃ 15 gra. Caſus ♂ 29. gradu.

| ♌ G. | Triplic. | Faciei | Termini |
|---|---|---|---|
| 1 | | | |
| 2 | | | |
| 3 | | | |
| 4 | | | ♃ |
| 5 | | | |
| 6 | ☉ | ♄ | |
| 7 | | | |
| 8 | | | |
| 9 | | | ♀ |
| 10 | | | |
| 11 | | | |
| 12 | | | |
| 13 | | | |
| 14 | | | |
| 15 | ♃ | ♃ | |
| 16 | | | |
| 17 | | | ♄ |
| 18 | | | |
| 19 | | | |
| 20 | | | |
| 21 | | | ☿ |
| 22 | | | |
| 23 | | | |
| 24 | ♄ | ♂ | |
| 25 | | | |
| 26 | | | |
| 27 | | | ♂ |
| 28 | | | |
| 29 | | | |
| 30 | | | |

Domus die ac nocte ☉

| ♍ G. | Triplic. | Faciei | Termini |
|---|---|---|---|
| 1 | | | |
| 2 | | | |
| 3 | | | ☿ |
| 4 | | | |
| 5 | ♀ | ☉ | |
| 6 | | | |
| 7 | | | |
| 8 | | | |
| 9 | | | |
| 10 | | | |
| 11 | | | |
| 12 | | | |
| 13 | | | ♀ |
| 14 | | | |
| 15 | ☽ | ♀ | |
| 16 | | | |
| 17 | | | |
| 18 | | | ♃ |
| 19 | | | |
| 20 | | | |
| 21 | | | |
| 22 | | | |
| 23 | | | |
| 24 | | | |
| 25 | ♂ | ☿ | |
| 26 | | | ♂ |
| 27 | | | |
| 28 | | | |
| 29 | | | |
| 30 | | | ♄ |

Gaudium ☿ [illegible]. Domus ☿ [illegible] nocturna. Exaltatio ☿ 15. grad. Caſus ♀ 27. grad.

| ♎ G. | Triplic. | Faciei | Termini |
|---|---|---|---|
| 1–6 | ♄ | ☽ | ♄ |
| 7–10 | | | ☿ |
| 11–13 | ☿ | ♄ | |
| 14–20 | | | ♃ |
| 21–27 | ♃ | ♃ | ♀ |
| 28–30 | | | ♂ |

Domus ♀ diurna.
Exaltatio ♄ 12. gra.
Caſus ☉ 19. gradu.

| ♏ G. | Triplic. | Faciei | Termini |
|---|---|---|---|
| 1–7 | ♀ | ♂ | ♂ |
| 8–10 | | | ♀ |
| 11–12 | ♂ | ☉ | |
| 13–19 | | | ☿ |
| 20 | | | ♃ |
| 21–25 | ☽ | ♀ | |
| 26–30 | | | ♄ |

Domus ♂ nocturna.
Gaudium ♂.
Caſus ☽ 3. grad.

| ♐ G. | Triplic. | Faciei | Termini |
|---|---|---|---|
| 1–10 | ☉ | ☿ | ♃ |
| 11 | ♃ | ☽ | |
| 12–17 | | | ♀ |
| 18–20 | | | ☿ |
| 21–26 | ♃ (h) | ♄ | ♄ |
| 27–30 | | | ♂ |

Domus ♃ diurna.
Gaudium ♃.
Exaltatio ☊ 3. grad.
Caſus ☋ 3. grad.

| ♑ G. | Triplic. | Faciei | Termini |
|---|---|---|---|
| 1 | | | |
| 2 | | | |
| 3 | | | |
| 4 | | | ☿ |
| 5 | ♀ | ♃ | |
| 6 | | | |
| 7 | | | |
| 8 | | | |
| 9 | | | |
| 10 | | | ♃ |
| 11 | | | |
| 12 | | | |
| 13 | | | |
| 14 | | | |
| 15 | ☽ | ♂ | |
| 16 | | | |
| 17 | | | |
| 18 | | | ♀ |
| 19 | | | |
| 20 | | | |
| 21 | | | |
| 22 | | | |
| 23 | | | ♄ |
| 24 | | | |
| 25 | ♂ | ☉ | |
| 26 | | | |
| 27 | | | |
| 28 | | | |
| 29 | | | ♂ |
| 30 | | | |

Domus ♄ nocturna
Exaltatio ♂ 28. gra.
Caſus ♃ 15. gradu.

| ♒ G. | Triplic. | Faciei | Termini |
|---|---|---|---|
| 1 | | | |
| 2 | | | |
| 3 | | | |
| 4 | | | ☿ |
| 5 | ♄ | ♀ | |
| 6 | | | |
| 7 | | | |
| 8 | | | |
| 9 | | | |
| 10 | | | |
| 11 | | | ♀ |
| 12 | | | |
| 13 | | | |
| 14 | | | |
| 15 | ☿ | ☿ | |
| 16 | | | |
| 17 | | | |
| 18 | | | ♃ |
| 19 | | | |
| 20 | | | |
| 21 | | | |
| 22 | | | |
| 23 | | | ♂ |
| 24 | | | |
| 25 | ♃ | ☽ | |
| 26 | | | |
| 27 | | | ♄ |
| 28 | | | |
| 29 | | | |
| 30 | | | |

Domus ♄ diurna.
Gaudium ♄.

| ♓ G. | Triplic. | Faciei | Termini |
|---|---|---|---|
| 1 | | | |
| 2 | | | |
| 3 | | | |
| 4 | | | |
| 5 | ♀ | ♄ | |
| 6 | | | |
| 7 | | | ♀ |
| 8 | | | |
| 9 | | | |
| 10 | | | |
| 11 | | | |
| 12 | | | |
| 13 | | | |
| 14 | | | |
| 15 | ♂ | ♃ | ♃ |
| 16 | | | |
| 17 | | | |
| 18 | | | |
| 19 | | | ☿ |
| 20 | | | |
| 21 | | | |
| 22 | | | |
| 23 | | | ♂ |
| 24 | | | |
| 25 | ☽ | ♂ | |
| 26 | | | |
| 27 | | | |
| 28 | | | |
| 29 | | | |
| 30 | | | ♄ |

Domus ♃ nocturna.
Exaltatio ♀ 27. grad.
Caſus ☿ 15. grad.

*Tabula quinque eſſentialium dignitatum planetarum in ſignis ſecundum opinionem Ptolemai.*

| Signa Zodiaci | Domus planetarum in ſignifero. | Exaltatio. | Triplicitates Planetarũ ſecundum Ptolemaum lib. primo cap. 19. | | | Termini ſiue fines planetarum in ſignifero inditione Ptolemęi lib. primo ca. 21. ſeu auctoris ignoti. | | | | | | | | | | | Facies planetarũ ſecundum ſententiam Aegyptij & Perſię ſapientum. | | | | | | Cum locus planetæ in nulla harum dignitatum fuerit dicitur peregrinus. | Detrimentum. | Caſus planetæ. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | D. | N. | P. | gr. | | gr. | | gr. | | gr. | | gr. | | gr. | | gr. | | gr. | | gr. | | | |
| ♈ | ♂.d. | ☉ | ☉ | ♃ | ♂ | 0 | ♃ | 6 | ♀ | 14 | ☿ | 21 | ♂ | 26 | ♄ | 30 | ♂ | 10 | ☉ | 20 | ♀ | 30 | | ♀ | ♄ |
| ♉ | ♀.n. | ☽ | ☽ | ♀ | ♄ | 0 | ♀ | 8 | ☿ | 15 | ♃ | 22 | ♄ | 24 | ♂ | 30 | ☿ | 10 | ☽ | 20 | ♄ | 3 | | ♂ | |
| ♊ | ☿.d. | ☊ | ♄ | ☿ | ♃ | 0 | ☿ | 7 | ♃ | 13 | ♀ | 20 | ♂ | 26 | ♄ | 30 | ♃ | 10 | ♂ | 20 | ☉ | 30 | | ♃ | |
| ♋ | ☽.d. n. | ♃ | ♂ | ♂ | ♀ ☽ | 0 | ♂ | 6 | ♃ | 13 | ☿ | 20 | ♀ | 27 | ♄ | 30 | ♀ | 10 | ☿ | 20 | ☽ | 30 | | ♄ | ♂ |
| ♌ | ☉.d.n. | ☿ | ☉ | ♃ | ♂ | 0 | ♄ | 6 | ☿ | 13 | ♂ | 18 | ♀ | 24 | ♃ | 30 | ♄ | 10 | ♃ | 20 | ♂ | 30 | | ♄ | |
| ♍ | ☿.n. | | ☽ | ♀ | ♄ | 0 | ☿ | 7 | ♀ | 13 | ♃ | 18 | ♄ | 24 | ♂ | 30 | ☉ | 10 | ♀ | 20 | ☿ | 30 | | ♃ | ♀ |
| ♎ | ♀.d. | ♄ | ♄ | ☿ | ♃ | 0 | ♄ | 6 | ♀ | 11 | ☿ | 16 | ♃ | 24 | ♂ | 30 | ☽ | 10 | ♄ | 20 | ♃ | 30 | | ♂ | ☉ |
| ♏ | ♂.n. | | ♂ | ♂ | ♀ ☽ | 0 | ♂ | 6 | ♀ | 13 | ♃ | 21 | ☿ | 27 | ♄ | 30 | ♂ | 10 | ☉ | 20 | ♀ | 30 | | ♀ | ☽ |
| ♐ | ♃.d. | ☋ | ☉ | ♃ | ♂ | 0 | ♃ | 8 | ♀ | 14 | ☿ | 19 | ♄ | 25 | ♂ | 30 | ☿ | 10 | ☽ | 20 | ♄ | 30 | | ☿ | |
| ♑ | ♄.n. | ♂ | ☽ | ♀ | ♄ | 0 | ♀ | 6 | ☿ | 12 | ♃ | 19 | ♄ | 25 | ♂ | 30 | ♃ | 10 | ♂ | 20 | ☉ | 30 | | ☽ | ♃ |
| ♒ | ♄.d. | | ♄ | ☿ | ♃ | 0 | ♄ | 6 | ☿ | 12 | ♀ | 20 | ♃ | 25 | ♂ | 30 | ♀ | 10 | ☿ | 20 | ☽ | 30 | | ☉ | |
| ♓ | ♃.n. | ♀ | ♂ | ♂ | ♀ ☽ | 0 | ♀ | 8 | ♃ | 14 | ☿ | 20 | ♂ | 25 | ♄ | 30 | ♄ | 10 | ♃ | 20 | ♂ | 30 | | ☿ | ☿ |
| | 5. | 4. | | 3. | | | | | | .2. | | | | | | | | | .1. | | | | .5. | .5. | 4 |

*Fortitudines eſſentiales.* *Debilitates.*

*De gradibus Azemenæ.*

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ♉<br>♋ | 6<br>9 | 7<br>10 | 8<br>11 | 9<br>12 | 10<br>13 | <br>14 | | <br>15 |
| ♌<br>♏ | 10<br>19 | 27<br>29 | 28 | | | | | |
| ♐<br>♑ | 1<br>26 | 7<br>27 | 8<br>28 | 18<br>29 | 19 | | | |
| ♒ | 18 | 19 | | | | | | |

Vide Guidum Bonatum tra. 16. par. 3.

SI Sol aut Luna reperiantur in gradibus Azemenæ, malè affecti, oculorum aciem habetare conſueuerunt.

*De gradibus maſculinis & fœmininis in quolibet ſigno.*

| | M. | F. | M. | F. | M. | F. | M. | F. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ♈<br>♉ | 7<br>7 | 12<br>19 | 16<br>30 | 22 | 30 | | | |
| ♊<br>♋ | 17<br>2 | 23<br>7 | 30<br>10 | <br>12 | <br>18 | <br>20 | <br>27 | <br>30 |
| ♌<br>♍ | 5<br>7 | 17<br>22 | 15<br>24 | 26<br>30 | 30 | | | |
| ♎<br>♏ | 5<br>4 | 10<br>10 | 22<br>12 | 28<br>19 | 30<br>27 | <br>30 | | |
| ♐<br>♑ | 2<br>8 | 5<br>12 | 11<br>19 | 23<br>30 | 30 | | | |
| ♒<br>♓ | 9<br>10 | 12<br>20 | 19<br>23 | 30<br>30 | | | | |

Cap. 13. In partibus & gradibus maſculinis, ſiue fœmininis, cuius genitura ſit maſculina, cuiuſue fœminina, reperiatur. Nam ſi plures planetæ præſertim luminaria, fuerint in ſignis, & gradibus maſculinis, diiudicato marem: in fœminis, femellam. Alioquin puella erit virago, & maſculineſcet: puer verò, erit mollis, & fœmineſcet.

*De gradibus vacuis & plenis.*

| | va. | pl. | va. | pl. | va. | pl. | va. | pl. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ♈ | 3 | 8 | 17 | 20 | 26 | 30 | 0 | |
| ♉ | 3 | 11 | 13 | 21 | 26 | 30 | 0 | |
| ♊ | 0 | 7 | 9 | 14 | 17 | 23 | 30 | |
| ♋ | 6 | 12 | 14 | 18 | 20 | 29 | 30 | |
| ♌ | 0 | 7 | 10 | 14 | 20 | 30 | 0 | |
| ♍ | 5 | 9 | 11 | 17 | 23 | 27 | 30 | |
| ♎ | 0 | 5 | 13 | 16 | 24 | 27 | 30 | |
| ♏ | 3 | 8 | 14 | 20 | 22 | 27 | 30 | |
| ♐ | 0 | 8 | 11 | 19 | 23 | 30 | 0 | |
| ♑ | 7 | 10 | 15 | 20 | 24 | 30 | 0 | |
| ♓ | 4 | 9 | 13 | 19 | 22 | 30 | 0 | |
| ♒ | 6 | 12 | 15 | 19 | 25 | 28 | 30 | |

Quicunque in genitura, vnam ſtellam in gradibus plenis habuerint, mediocres erunt. Qui duas, ad omne fœlicitatis genus accedent: præcipuè ſi fuerint in ſuis domiciliis aut altitudinibus. Qui tres, vltra modum multiplicata fœlicitatis ornamenta percipient. Qui verò quatuor, ad potentiam regiæ poteſtatis attingunt. Qui verò neque horoſcopum, neque decimam, nec luminaria, & alios planetas habuerint in plenis partibus, erunt pauperes, miſeri, ab omnibus deſtituti, & ad omne infœlicitatis diſcrimẽ miſeriarum continuationibus applicati. Cap. 14.

*De gradibus augmentantibus fortunam.*

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ♈<br>♉ | 19<br>3 | <br>15 | <br>27 | | | | |
| ♊<br>♋ | 3<br>1 | 10<br>2 | 11<br>3 | 12<br>4 | 15<br>8 | <br>19 | |
| ♌<br>♍ | 2<br>3 | 5<br>4 | 7<br>14 | 19<br>16 | 22<br>20 | 23 | |
| ♎<br>♏ | 3<br>5 | 16<br>7 | 17<br>12 | 21<br>15 | 28<br>18 | 29<br>20 | |
| ♐<br>♑ | 3<br>8 | 13<br>12 | 15<br>13 | 18<br>14 | 20<br>20 | <br>24 | |
| ♒<br>♓ | 7<br>13 | 15<br>17 | 16<br>19 | 17<br>20 | 20 | 29 | |

Luminaria, horoſcopus, & medium cæli in gradibus augmentãtibus fortunam, præcipuè ſi reperiantur in finibus beneficarum ſtellarum, natorum fortunam augent, & ad altum gradum extollunt, etiam ex obſcuris parentibus genitos. Cap. 17.

*De gradibus putealibus.*

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ♈<br>♉ | 6<br>5 | 11<br>12 | 16<br>24 | 23<br>25 | 29 | | |
| ♊<br>♋ | 2<br>12 | 12<br>17 | 17<br>23 | 26<br>26 | 30<br>30 | | |
| ♌<br>♍ | 6<br>8 | 13<br>13 | 15<br>16 | 22<br>21 | 23<br>25 | 28 | |
| ♎<br>♏ | 2<br>9 | 7<br>10 | 20<br>22 | 30<br>23 | <br>27 | | |
| ♐<br>♑ | 7<br>2 | 12<br>7 | 15<br>17 | 24<br>22 | 27<br>24 | 30<br>28 | |
| ♓<br>♒ | 1<br>4 | 12<br>9 | 17<br>24 | 24<br>27 | 29<br>28 | | |



Digitized by Google

Cap. 25. Sunt porrò in ſignis, quidã gradus, qui vocantur putei: nam quum fuerit planeta in aliquo eorum dicitur eſſe in puteo.

### *Fortitudines, & debilitates planetarum cognoſcere.*

### *CAP. IX.*

SI ſcire volueris fortitudines, & debilitates planetarum, collige eorum accidentia ſecundum hos ſequentes numeros dignitatum; & ille planeta dicetur fortis, vel debilis, qui maiorem teſtimoniorum numerum habuerit. Cùm fortitudines & debilitates pares fuerint numero teſtimoniorum, mediocris planeta appellabitur. Ac quo maior teſtimoniorum, ſeu commodorum numerus fuerit, eo fortior planeta iudicabitur, & è contra.

FORTITVDINES.

Hæc in Sole non conſiderantur:
- Liber à combuſtione, & radiis ☉. 5
- Si fuerit in corde Solis, cùm eius longitudo vltra 16. min. à Sole non diſtat. 5
- Directus. Hoc in ☽ non cõſideratur. 4
- Orientalis è tribus ſuperioribus. 2
- Occidentalis è duobus inferioribus. 2
- Luna aucta lumine, quod fit à cõiunctione in oppoſitione. 2

In domicilio, aut receptione mutua ex domiciliis. 5
Velox curſu.

In exaltatione ſua, vel receptione mutua ex exaltationibus. 4
In triplicitate ſua. 3
In termino. 2. In facie. 1
In medio cæli, vel Aſcendente. 5

In domo { Septima, Quarta, Vndecima } 4

In domo ſecunda, quinta. 3
In domo nona. 2
In domo tertia. 1

Partilis:
- Coniunctionis ♃ ♀. 5
- Trini ♃ ♀. 4
- Sextilis ♃ ♀. 3

Coniunctio { Regulus, Spica ♍ } { Intra diſtantiam 5. gr. ante vel poſt. } 6 / 5

DEBILITATES.

Hæc in Sole non conſiderantur:
- Combuſtus. 5
- Sub radiis. 4
- Retrogradus. Hoc in ☽ non conſideratur. 5
- Occidentalis, è tribus ſuperioribus. 2
- Orientalis, è duobus inferioribus. 2
- Luna diminuta lumine, quòd fit ab oppoſitione in coniunctione Solis. 2

In detrimento, id eſt in oppoſitione ſuarum domorum. 5
Tardus. 2
In caſu, id eſt in oppoſitione ſuarũ exaltationũ. 4
Peregrinus. 5

In domo:
- Duodecima. 5
- Octaua. 4
- Sexta. 4

Partilis:
- Coniunctionis ♄ ♂. 5
- Oppoſitionis ♄ ♂. 4
- Quadrati ♄ ♂. 3

Coniunctionum cum capite Algol. 4

### *Velocitatem & tarditatem curſus planetarum inquirere.*

### *CAP. X.*

VElox curſu dicitur planeta, dum ſecundùm ſignorum ſucceſſionem motus verus velocior eſt medio eius motu: è contrà tardus dicitur, dum retrogradè mouetur, aut tardius quàm medio ſuo motu progreditur, id facilè deprehenditur ex Ephemeridibus motus cuiuſuis planetæ diurnus eliciatur & medius motus eius in tabula mediorum motuum diurnorum planetarum inquiratur.

TABVLA.

| | Grad. | Min. | Sec. |
|---|---|---|---|
| ♃ | 0 | 2 | 1 |
| ♄ | 0 | 4 | 59 |
| ♂ | 0 | 31 | 27 |
| ☉ | 0 | 59 | 8 |
| ♀ | 0 | 59 | 8 |
| ☿ | 0 | 59 | 8 |
| ☽ | 13 | 10 | 36 |

### *De fortitudine ac debilitate partis fortunæ.*

### *CAP. XI.*

PArtem fortunæ Ptolemæus non minus quàm planetam aliquem conſiderat, hoc tamen obſeruando, quòd ei non tribuuntur aſpectus, niſi quatenus à planetis aſpicitur, quia eſt tantum locus cæli, in quo Solis & Lunæ radij concurrunt, vt ſupra diximus. Eius fortitudines & debilitates quoque diligenter examinandæ ſunt, quæ ſumuntur primum à ſignis, in quibus conſtituitur. Deinde ab aſpectibus planetarum. Tertiò à loco figuræ cæleſtis, Quartò à ſtellis fixis regiis, &c. Eadem prorſus ratione fortitudines, ac debilitates ſingularum domorum cæleſtium examinandę ſunt, vt partis fortunæ. Diſtinguuntur autem numeris ſuis hoc pacto.

Pars

Digitized by Google

| | | | |
|---|---|---|---|
| Pars fortunæ fortis & fortunata eſt in | Signo | ♉ ♓ | 5 |
| | | ♎ ♐ ♌ ♋ | 4 |
| | | ♊ | 3 |
| | | ♍ in finibus ♃ ♀ | 2 |
| | Aſpectu | Coniunctionis ♃ ♀ | 5 |
| | | ☊ | 3 |
| | | Trini ♃ ♀ | 4 |
| | | Sextilis ♃ ♀ | 3 |
| | Domo | 1. 10. | 5 |
| | | 7. 4. 11. | 4 |
| | | 2. 5. | 3 |
| | | 9. | 2 |
| | | 3. | 1 |
| | Cum ſtella fixa cõiuncta | Regula, | 6 |
| | | Spica virginis. | 5 |
| | | Non combuſta, neque ſub radiis Solis. | 5 |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Pars fortunæ debilis & infortunata eſt in | Signo | ♑ ♏ ♒ | 5 |
| | | ♈ nec dat nec adimit. | |
| | Aſpectu | Coniunctionis ♄ ♂ | 5 |
| | | ☋ | 3 |
| | | Oppoſitionis ♄ ♂ | 4 |
| | | Quadrati ♄ ♂ | 3 |
| | Domo | In finibus ♄ vel ♂ | 2 |
| | | Duodecima. | 5 |
| | | Octaua. | 4 |
| | | Sexta. | 4 |
| | | Cum capite Algol. | 4 |
| | | Combuſta. | 5 |

*Tabula Medij motus Solis ſecundum Alphonſum.*

| | Ianuarius | | Februarius | | Martius | | Aprilis | | Maius. | | Iunius. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Dies | Gra. | Min. | Gra. | Min. | Gra. | Min | Gra. | Min. | Gra. | Min | Gra. | Min. |
| 1 | 20 ♑ | 3 | 21 ♒ | 35 | 20 ♓ | 27 | 21 ♈ | 33 | 20 ♉ | 1 | 19 ♊ | 35 |
| 2 | 21 | 4 | 22 | 36 | 21 | 36 | 22 | 4 | 20 | 59 | 20 | 32 |
| 3 | 22 | 6 | 23 | 36 | 22 | 36 | 23 | 1 | 21 | 56 | 21 | 29 |
| 4 | 23 | 7 | 24 | 36 | 23 | 35 | 25 | 59 | 22 | 54 | 22 | 26 |
| 5 | 24 | 8 | 25 | 37 | 24 | 35 | 24 | 58 | 23 | 51 | 23 | 23 |
| 6 | 25 | 9 | 26 | 37 | 25 | 34 | 25 | 56 | 24 | 48 | 24 | 20 |
| 7 | 26 | 11 | 27 | 38 | 26 | 33 | 26 | 54 | 25 | 46 | 25 | 17 |
| 8 | 27 | 12 | 28 | 38 | 27 | 32 | 27 | 52 | 26 | 43 | 26 | 14 |
| 9 | 28 | 13 | 29 | 38 | 28 | 31 | 28 | 50 | 27 | 41 | 27 | 11 |
| 10 | 29 | 14 | 0 ♓ | 39 | 29 | 30 | 29 | 48 | 28 | 38 | 28 | 8 |
| 11 | 0 ♒ | 16 | 1 | 39 | 0 ♈ | 29 | 0 ♉ | 47 | 29 | 35 | 29 | 5 |
| 12 | 1 | 17 | 2 | 39 | 1 | 28 | 1 | 45 | 0 ♊ | 23 | 0 ♋ | 2 |
| 13 | 2 | 18 | 3 | 39 | 2 | 27 | 2 | 43 | 1 | 30 | 0 | 59 |
| 14 | 3 | 19 | 4 | 39 | 3 | 26 | 3 | 41 | 2 | 27 | 1 | 56 |
| 15 | 4 | 20 | 5 | 40 | 4 | 25 | 4 | 38 | 3 | 24 | 2 | 53 |
| 16 | 5 | 21 | 6 | 40 | 5 | 24 | 5 | 36 | 4 | 21 | 3 | 50 |
| 17 | 6 | 22 | 7 | 20 | 6 | 23 | 6 | 34 | 5 | 18 | 4 | 47 |
| 18 | 7 | 23 | 8 | 40 | 7 | 22 | 7 | 32 | 6 | 16 | 5 | 44 |
| 19 | 8 | 24 | 9 | 40 | 8 | 21 | 8 | 30 | 7 | 13 | 6 | 41 |
| 20 | 9 | 25 | 10 | 40 | 9 | 2[illegible] | 9 | 28 | 8 | 10 | 7 | 38 |
| 21 | 10 | 26 | 11 | 40 | 10 | 18 | 10 | 25 | 9 | 7 | 8 | 35 |
| 22 | 11 | 27 | 12 | 40 | 11 | 17 | 11 | 23 | 10 | 4 | 9 | 32 |
| 23 | 12 | 28 | 13 | 40 | 12 | 16 | 12 | 21 | 11 | 1 | 10 | 29 |
| 24 | 13 | 29 | 14 | 39 | 13 | 15 | 13 | 18 | 11 | 58 | 11 | 26 |
| 25 | 14 | 30 | 15 | 39 | 14 | 13 | 14 | 16 | 12 | 55 | 12 | 23 |
| 26 | 15 | 31 | 16 | 39 | 15 | 12 | 15 | 14 | 13 | 53 | 13 | 21 |
| 27 | 16 | 31 | 17 | 38 | 16 | 10 | 16 | 11 | 14 | 50 | 14 | 18 |
| 28 | 17 | 32 | 18 | 38 | 17 | 9 | 17 | 8 | 15 | 47 | 15 | 15 |
| 29 | 18 | 33 | 19 | 38 | 18 | 8 | 18 | 6 | 16 | 44 | 16 | 12 |
| 30 | 19 | 33 | | | 19 | 7 | 19 | 4 | 17 | 41 | 17 | 9 |
| 31 | 20 | 34 | | | 20 | 6 | | | 18 | 38 | | |

Tabula

Digitized by Google

*Tabulæ Medij motus Solis ſecundum Alphonſum.*

| | Iulius | | Auguſtus | | September. | | October. | | Nouēber. | | December. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Dies | Gra. | Min. | Gra. | Min. | Gra. | Min | Gra. | Min. | Gra. | Min | Gra. | Min. |
| 1 | 18 ♋ | 6 | 17 ♌ | 43 | 17 ♍ | 44 | 17 ♎ | 20 | 18 ♏ | 30 | 19 ♊ | 5 |
| 2 | 19 | 3 | 18 | 40 | 18 | 43 | 18 | 19 | 19 | 31 | 20 | 7 |
| 3 | 20 | 0 | 19 | 38 | 19 | 42 | 19 | 19 | 20 | 32 | 21 | 8 |
| 4 | 20 | 57 | 20 | 36 | 20 | 40 | 20 | 19 | 21 | 33 | 22 | 10 |
| 5 | 21 | 54 | 21 | 33 | 21 | 39 | 21 | 19 | 22 | 34 | 23 | 11 |
| 6 | 22 | 51 | 22 | 31 | 22 | 38 | 22 | 19 | 23 | 35 | 24 | 12 |
| 7 | 23 | 48 | 23 | 29 | 23 | 37 | 23 | 19 | 24 | 36 | 25 | 14 |
| 8 | 24 | 45 | 24 | 26 | 24 | 36 | 24 | 19 | 25 | 37 | 26 | 15 |
| 9 | 25 | 42 | 25 | 24 | 25 | 34 | 25 | 19 | 26 | 38 | 27 | 17 |
| 10 | 26 | 40 | 26 | 22 | 26 | 33 | 26 | 19 | 27 | 39 | 28 | 18 |
| 11 | 27 | 37 | 27 | 20 | 27 | 32 | 27 | 19 | 28 | 40 | 29 | 20 |
| 12 | 28 | 34 | 28 | 18 | 28 | 31 | 28 | 20 | 29 | 41 | 0 ♑ | 21 |
| 13 | 29 | 31 | 29 | 16 | 29 | 30 | 29 | 20 | 0 ♐ | 42 | 1 | 23 |
| 14 | 0 ♌ | 28 | 0 ♍ | 14 | 0 ♎ | 29 | 0 ♏ | 20 | 1 | 44 | 2 | 24 |
| 15 | 1 | 26 | 1 | 12 | 1 | 28 | 1 | 20 | 2 | 45 | 3 | 27 |
| 16 | 2 | 23 | 2 | 10 | 2 | 28 | 2 | 21 | 3 | 46 | 4 | 28 |
| 17 | 3 | 21 | 3 | 8 | 3 | 27 | 3 | 21 | 4 | 48 | 5 | 29 |
| 18 | 4 | 18 | 4 | 6 | 4 | 26 | 4 | 21 | 5 | 49 | 6 | 30 |
| 19 | 5 | 15 | 5 | 4 | 5 | 25 | 5 | 22 | 6 | 50 | 7 | 32 |
| 20 | 6 | 12 | 6 | 3 | 6 | 25 | 6 | 22 | 7 | 51 | 8 | 33 |
| 21 | 7 | 9 | 7 | 1 | 7 | 24 | 7 | 23 | 8 | 52 | 9 | 35 |
| 22 | 8 | 6 | 7 | 59 | 8 | 24 | 8 | 23 | 9 | 54 | 10 | 36 |
| 23 | 9 | 4 | 8 | 58 | 9 | 23 | 9 | 24 | 10 | 55 | 11 | 38 |
| 24 | 10 | 2 | 9 | 56 | 10 | 23 | 10 | 25 | 11 | 56 | 12 | 39 |
| 25 | 11 | 0 | 10 | 55 | 11 | 22 | 11 | 25 | 12 | 57 | 13 | 40 |
| 26 | 11 | 57 | 11 | 53 | 12 | 22 | 12 | 26 | 13 | 59 | 14 | 42 |
| 27 | 12 | 55 | 12 | 51 | 13 | 21 | 13 | 27 | 15 | 0 | 15 | 43 |
| 28 | 13 | 52 | 13 | 50 | 14 | 21 | 14 | 27 | 16 | 1 | 16 | 45 |
| 29 | 14 | 50 | 14 | 48 | 15 | 20 | 15 | 28 | 17 | 3 | 17 | 46 |
| 30 | 15 | 47 | 15 | 46 | 16 | 20 | 16 | 29 | 18 | 4 | 18 | 47 |
| 31 | 16 | 45 | 16 | 47 | | | 17 | 29 | | | 19 | 49 |

*Locum*

*Locum Solis in meridie inuenire.*

*CAP. XI.*

LOcũ Solis in zodiaco ſic facillimè inuenies. Quære diem tui menſis in extremitate ſiniſtra tabulæ, vbi vides numerum deſcendere, & augeri ab vno vſque ad triginta vnum: nam hanc numeri ſummam nullus menſis in diebus excedit, & mox ſub menſis tui titulo apparebit gradus, & minutum vnà cum ſigno zodiaci ad dexteram ſcripto, in quo Sol tunc eſt iuxta medium motum. Voco autem hic medium motum, quòd ob biſſextum, ſingulis quatuor annis inter calãdum, oporteat adhuc ei aliquid ſuperaddere, vel ſubtrahere, vt habeas verũ motum. Id autem fit hoc modo. Intra cum anno Chriſti currente tabulam æquationis hic adiunctum, & quicquid è regione in gradibus, & minutis inueneris, adde medio motui prius inuento, ſcilicet in Tabula ſupputandi verum locum Solis, & prodibit verus motus, ſeu locus Solis ab apparente æquinoctio. In anno tamen communi, hoc eſt, qui non eſt biſſextus, facta huiuſmodi additione, poſt Februarium ſemper demendus eſt gradus vnus vſque ad finem Decembris. Quòd ſiquis cupiat tabellam æquationis in longiores extendere annos, is ſingulis quatuor annis ſuperaddat duo minuta: vt annus Chriſti 1572. habebit pro æquatione gradum nullum, minuta 45. Igitur quartus ab inde annus nempe 1576. habebit pro æquatione, gradum nullum, minuta 47. Sic annus ſequens, videlicet 1573. habet gradum vnum, minuta 31. at annus quarto numero ab eo diſtans, qui eſt annus Chriſti 1577. vltra vnum gradum habet minuta 33. & ſic deinceps.

Sed nunc exemplum eſt ſubiungendum quo pacto verus Solis locus ſit quærendus. Anno Chriſti 1573. currente vigeſima quinta Die Aprilis, in qua & diui Marci memoria celebratur, ad meridiem eiuſdem diei, volo verum Solis locum inueſtigare: ideo in Tabula ſupputandi verum Solis locum ſub titulo Menſis Aprilis deſcendendo vſque ad vigeſimum quintum diem, quem ad ſiniſtram in extrema linea inuenio, & in communi menſis, & diei, angulo inuenio medium Solis locum eſſe gradus 14. minuta 16. idque in ſigno Tauri. Notabo igitur hunc motum. Deinde intro cum eodem Chriſti anno, in tabulam æquationis, & inuenio gradum vnum atque minuta 31. quæ addo medio motui, & colligo gradus 15. atque minuta 47. & quoniam eſt annus communis, & menſis Aprilis ſequitur Februarium, auferendus eſt gradus vnus, & tunc relinquitur verus Solis locus, videlicet 14. grad. & 47. minuta in Tauro. Quòd ſi anno Chriſti 1572. eadem die habere volueris verum Solis locum, addes medio motui duntaxat 45. minuta pro æquatione, & nullum ſubtrahes grad. eo quòd ſit annus biſſextilis, & proſiliet verus locus Solis in meridie ad præfatum tempus.

*Tabula æquationis Solis*

| | Anni Chriſti. | Aquar. Gr. | Mi. | | Anni Chriſti. | AEquat. Gr. | Mi. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| B | 1572 | 0 | 45 | B | 1596 | 0 | 56 |
| | 5173 | 1 | 31 | | 1597 | 1 | 42 |
| | 1574 | 1 | 16 | | 1598 | 1 | 27 |
| | 1575 | 1 | 1 | | 1599 | 1 | 12 |
| B | 1576 | 0 | 47 | B | 1600 | 0 | 57 |
| | 1577 | 1 | 33 | | 1601 | 1 | 44 |
| | 1578 | 1 | 18 | | 1602 | 1 | 29 |
| | 1579 | 1 | 3 | | 1603 | 1 | 14 |
| B | 1580 | 0 | 49 | B | 1604 | 0 | 59 |
| | 1581 | 1 | 35 | | 1605 | 1 | 46 |
| | 1582 | 1 | 20 | | 1606 | 1 | 31 |
| | 1583 | 1 | 5 | | 1607 | 1 | 16 |
| B | 1584 | 0 | 50 | B | 1608 | 1 | 1 |
| | 1585 | 1 | 37 | | 1609 | 1 | 48 |
| | 1586 | 1 | 22 | | 1610 | 1 | 33 |
| | 1587 | 1 | 7 | | 1611 | 1 | 18 |
| B | 1588 | 0 | 52 | B | 1612 | 1 | 3 |
| | 1589 | 1 | 39 | | 1613 | 1 | 50 |
| | 1590 | 1 | 24 | | 1614 | 1 | 35 |
| | 1591 | 1 | 9 | | 1615 | 1 | 20 |
| B | 1592 | 0 | 54 | B | 1616 | 1 | 5 |
| | 1593 | 1 | 40 | | 1617 | 1 | 52 |
| | 1594 | 1 | 25 | | 1618 | 1 | 37 |
| | 1595 | 1 | 11 | | 1619 | 1 | 22 |

***Motum Solis horarium ſupputare.***

Motus Solis diurnus dupletur. Deinde eiuſdem motus diurni capiatur medietas, & illico conflabis motum Solis in vna hora, mutata tamen denominatione: gradus enim efficiuntur minuta, minuta verò, ſecunda. Hunc motum ſi addideris vero loco Solis in meridie ſupputato, mox verus locus ad horam illam propoſitam prodibit. Idem ages in reliquis planetis poſitis in Ephemeridibus.

***De ſeptem ætatibus hominis.***

Aetates hominis ſunt ſeptem, videlicet Infantia, Pueritia, Adoleſcentia, Iuuentus, Virilitas, Senectus, Decrepitas.

Infantia incipit à principio vitæ, & durat vſque ad quartum annum. Pueritia vſque ad 14. Adoleſcentia, vſque ad 22. Iuuentus, vſque ad 41. Virilitas, vſque ad 56. Senectus, vſque ad 68. annum, Decrepitas verò, vſque ad 98. annum, poſtea conſur-

Digitized by Google

conſurgit rurſus infantia. Pro iudicio ergo reuolutionis ætatis nati, quære annum eius currentem in tabula hac ſeptem ætatum: & ſecundùm quod reperitur dominus ætatis in figura radicis & reuolutionis facias iudicium de eius ſignificatione. Exempli gratia: vt ſi aliquis eſſet natus, & eſſet in ætate 28. annorum, annus iſte 28. & ſi non expreſſus in tabula iſta ponitur, tamen comprehenditur ſub annis 22. & 41. Quare dico natum hunc fore ſub ætate iuuentutis, & eius generalem gubernatorem fore Solem, qui cum in figura radicis & reuolutionis ſit bene diſpoſitus, decernit animum nati à rebus Veneris multum declinare, & inclinari ad gloriæ cupiditatem, & auidum ad parandos ſibi honores, bonum nomen, & gloriam immortalem: & facit natum audacem in ſuis rebus, acutum & ſagacem.

*Aetates ſiue temporum domini.*

| Planetæ | Anni | Aetates. |
|---|---|---|
| ☽<br>☿ | 4<br>14 | Infantiæ.<br>Pueritiæ. |
| ♀<br>☉ | 22<br>41 | Adoleſcentiæ.<br>Iuuentutis. |
| ♂<br>♃ | 56<br>68 | Virilitatis.<br>Senectutis. |
| ♄<br>☽ | 98<br>102 | Decrepitatis.<br>Infantiæ ſecũ |

*Regulæ ex quibus verificatur iudicium in natiuitatibus & reuolutionibus.*

Cum omnis res, quæ docenda ſuſcipitur, poſtquam fuit diuiſa in ſuas partes pro omnium cautione ſemper debeat demonſtrare ſuas regulas, ex quibus verificatur iudicium in ipſa ſcientia. Quoniam ille ſapiens Aſtrologus Abrahamus Auenaris dixit quòd omnis ſapiens, qui ſe immiſcet ſcientiæ iudiciorum, & ſapientia caret omnino ſuperiori, contingit interdum eius falſificari iudicia: eò quòd ſibi non præcauet ab ijs, quæ ipſum præcauere oportet: vnde dicendum eſt, iudicia vniuerſalia diſturbare particularia: de quibus quidem octo notificabo modos.

Primus quoque eſt, quoniam ipſum ſcire oportet, cuius legis ſit natus, quia ſi fuerit Iudæus, & viderit in adæquatione ſtellarum natiuitatem eius, quòd ipſe debet eſſe rex, non tamen eſt iudicare, quoniam omnes Iudæi ſunt in captiuitate propter ipſorum incredulitatem: in quòd iſta vis particularis minimè debeat vniuerſale diſturbare. Sed rectum eſt, vt iudicet natũ permanſurum cum regibus, & quod permiſcebitur illis: ac intromittet ſe in eorum eſſe: ipſe tamen rex non erit. Et ſimiliter ſi inueneris Saturnum in natiuitate Iudæi in domo nona, denotat fidem infirmam in eius lege. Si autem taliter fuerit in natiuitate Saraceni, ita continget.

Secũdus eſt ex parte climatis: quoniá natus in terra Maurorũ & ſi Venus fuerit cum Luna in aſcendente, nõ tamen iudicare eſt, natum pulchrũ, & album, reſpectu hominum alterius climatis. Erit autẽ talis relatus hominibus ſui climatis: & ſimiliter ſi planeta principalior in eius natiuitate fuerit Mercurius, non propter hoc iudicare debemus, eum ſapientem in omnibus generibus ſcientiæ: non enim contingit ſapientem aſtutum naſci in terra Æthiopiæ: propter vim quidem caloris Solis, in hoc non poteſt eius natura eſſe æqualis: iudicare tamen eſt, ipſum aſtutum reſpectu hominũ ſui loci.

Tertius eſt vniuerſale contingens propter coniunctionem magnam in qualibet triplicitate. Quoniam ſi fuerit in cõiunctiõe, ex qua accidit di gladiari in aliqua ciuitate: & ſi aliqui natorum illius terræ non debeant gladio interimi: tamen cum gladio occurret comprimere per omnes.

Quartus eſt, illud quod contingit propter reuolutionem anni. Si enim reuolutionis cauſa morbus alicui contingat primæ notæ: quamuis ex parte natiuitatis ſint aliqui, qui non debeant anno illo ægrotare, ægrotabunt tamen, quoniam particulare vniuerſale non diſturbat: vt patet de peſtis infirmitate.

Quintus eſt, illud quod eſt ex parte actuũ progeniei. Si enim fuerint duo nati hora vna & in vna patria, ſitq; alter filius Seneſcalchi, alter verò famulãtis ſerui, monſtraturque vigore natiuitatis eorum ad gradum ſublimitatis, & dominium condeſcendere: aſcendent in eſſe proportionatum. Filius enim Seneſchalchi efficietur rex: ſerui autem filius efficietur mercator lucratiuus: & homo magnæ authoritatis, & potentiæ inter ciues illius ciuitatis.

Sextus eſt commune, quod Regis cauſa interuenit: ius enim ipſius eſt, vt ius totius. Quoniam ſi fuerit in natiuitate Regis quod egredi debeat ad bellum, multos homines adducet in bellum: quorum nullus ſecundum natiuitatem ſuam mutatus fuiſſet ab eius loco.

Septimus, ex parte naturæ. Quoniam ſi aliquis hyeme nauem aſcendat, fueritque mare tempeſtuoſum, quamuis in aſcendentis gradu ponatur Iupiter, aut Venus, qui ſunt fortunæ, non tamen omnino ſaluabitur: quoniam ſi tempore natura eſt vniuerſale. & electum particulare ſibi valebit minime, & hoc modo mille hominum ſunt mari ſubmerſi. Neque inuentũ eſt ſecundum ipſorũ natiuitatem illos anno tali mori. Inuentum tamen eſt, in natiuitate cuiuſlibet illorum, quòd vnus principantium vitæ, ad locum periculoſum debet attingere, qui ſi non fuerit in mari (qui locus exiſtit periculoſus) ſibi parum contigiſſet nocumẽti, fuiſſétque liberatus.

Octauus

Octau' mod' eſt vniuerſale: quod ratione fortitudinis animæ contingit: id eſt ſapientiæ. Si enim natus eſt ſapiens in ſcientia ſignorum, videritque in reuolutione ſui anni morbum ſe incurſurum ex caliditate, tempore præcognito, quando Mars peruenerit ad gradum aſcendentis: tunc quidem præſeruabit ſe ab omni cibo calido, ante morbi aduentum, & potabit refrigeratiua corporis ſui: tunc enim ſui corporis temperabitur contrario, quando Mars ad gradum peruenerit aſcendentis. Et ſimiliter ineſt illi qui toto ſuo corde ſperat in Deo. Deus enim mutabit circuitus, & ante ipſum præparatæ ſunt operationes occaſionum, vt ſaluetur à nocumento ſibi futuro propter natiuitatē. Nequaquam enim dubium eſt in eo iudicium Aſtrologiæ: vt dictum eſt, Fœlix nanque ille, qui cor habet perfectum cum Deo optimo maximoque, cui laus, honor & gloria in ſeculorum ſecula.

FRAN-

# FRANCISCI IVNCTINI FLORENTINI, SACRAE THEOLOGIAE DOCTORIS,

## Tractatus, Iudicandi Reuolutiones Annorum mundi.



# FRANCISCI IVNCTINI FLORENTINI, SACRAE THEOLOGIAE DOCTORIS, IN TRACTATUM Iudicandi reuolutiones mundi, ad pium candidúmque Lectorem

## PRAEFATIO.

TV qui præclarę ſcientiæ Aſtrologiæ volueris eſſe auditor, & qui ſecundum regulas huius tractatus de accidentibus mundi prognoſticari intendis, iſta quæ tibi monſtrabo, ab animo tuo nunquam labantur. Primò itaque ſi illius ſcientiæ Aſtrologiæ volueris vtilis auditor haberi, omnes actus tuos, & operationes, & tuas prognoſticationes ſingulas in Dominũ creatorem tuum referre debes, ſicut decet auditorem huius ſcientiæ, teſtante Ptolemæo in prologo libri Almageſti, vbi Aſtrologiam commendans, inter alia dicit, quòd ipſa facit eum ad perſeuerantiam diuini ſtudij. Cum ergo dè accidentibus mundi ſecũdum Aſtrologiam prognoſticari volueris: in omnibus prognoſticationibus tuis, & in cunctis operibus tuis ab humana laude tempera, ſicut iudices, vt tuam famam cuſtodias. Caue ſemper gloriam popularem. Deſine iactari te in adulantium oculis eſſę magis ſapiens quàm videri ſtudeas. Si enim contemnis laudes, faciliter vituperationem recipies. In cunctis iudiciis tuis caue ſuper omnia præſumptionem. Exiſtima omnes ſuperiores tibi, ſapientiores enim te multos reperies. Nulli ergo te præponas, caue iactantiam, caue oſtentationis appetitum, caue inanis gloriæ ſtudium. Nihil de te ipſo præſumas, nihil boni tibi tribuas. De tua ſcientia ſeu de tuis prognoſticationibus nulla eleuatione ſuperbias. Non te arroges, non te iactes: alas ſuperbiæ non extollas. Multi præſumptuoſi & vani iactatores & peſſimi adulatores in hanc ſcientiam præclariſſimam ſe intromittunt, qui eam tota die miſerabiliter diffamant. Non ſis adulator, peſſima enim res eſt adulatio. In omnibus ergo iudiciis tuis indifferenter age, indifferenter iudica. Caue ſimiliter omnia iudicare de rebus, quæ ſunt à ſenſibus humanarum remota. Non te intromittans de ſcientiis illicitis, cuiuſmodi ſunt Necromantia, Magica, Geomantia, nec de quęſtionibus Aſtrologię, nec de electionibus ſit tibi magna cura. Quæſtiones enim & electiones, vt dicit Haly Rodoan, ſunt res debiles, nec rem naturalem ſequuntur. Et Ptolemæus etiam in 2. quadripartiti ca. 1. eas expreſsè reprobat. Iſtas ergo ſcientias illicitas dimittas, quæ ponunt neceſſitatem ſtellarum, qui ponunt fatalem neceſſitatem. Planetæ enim non neceſſitant, ſed diſponunt: iudicia enim aſtrorum ſunt medium inter neceſſarium & poſſibile, ſicut dicit Ptolemęus in Centiloquio propoſitione prima. Nullam ergo neceſſitatem agunt ſtellę, & fatum etiam Theologi & Phyſici, & quaſi omnes ſanæ mentis reprobant & condemnant. Et Ouidius in de vetula, reprobat fatum dicens, Et fatum fatuum fatuiq; ſequuntur. Nonne totum cælum, & Sol, & Luna, & omnes ſtellæ in principio creata ſunt à Domino, nec aliquam virtutem habent niſi à domino, & ipſius ſubiacent voluntati? Quapropter non poteſt facere creatura ſine creatoris efficientia, imo quidquid Deus vult fieri, illud fiet, & quicquid producitur ex ſtellis, à Domino primò producitur, & ſecundariò à ſtellis tan-

quam

Digitized by Google

quàm ab inſtrumentis eius. Hoc & ſatis catholicè aſſerit Ptolemæus primo quadripartiti c.3. dicens, nõ eſſe exiſtimandum, quod ſuperiora ſuper ſua ſignificata procedũt ineuitabiliter, velut ea quæ à diuina diſpoſitione cõtingunt: imo ſcire debemus, quia cæleſtium vires fiunt ex diuina diſpoſitione. Iſtis ergo qui artibus illicitis aſtrologiam fucant, eam peſſimè audire faciunt. Multi nanque propter prædictas ſcientias prohibitas omnes prognoſticationes aſtrologiæ de accidentibus mundi credunt eſſe illicitas, caſſas quoque & vanas, qui ignorantes veræ aſtrologiæ principia à via veritatis turpiter recedunt. Quis enim catholicus negaret, quin calor & frigus, ſiccitas, humiditas & omnes impreſſiones tam humidæ quàm ſiccæ in regione aerea generatæ ex corporibus ſupercęleſtibus generentur. Item cum peſtilentia & mortalitas hominũ & aliorum animalium vt plurimum ex corruptione aeris generatur, & cũ corruptio aeris ex inordinata mutatione temporum in calore & frigore & humiditate & ſiccitate procedat, quis catholicus negaret quin peſtilentia, mortalitas & infirmitates ex ſtellis cauſentur? Item cum caritas victualium ex nimio humore, & aliquando ex nimia ſiccitate temporibus anni quibus fructus colliguntur, aut in quibus ſeminantur ſemina frequentiſſimè contingit, quis negaret caritatem annonæ & famem prouenire ex ſtellis? Quis negaret etiam quin quædam conſtellationes diſponant homines quandoque ad lites, & ad iurgia mouentes eorum ſpiritum ad malum? Vnde & prælia & bella frequenter fiunt ex eiſdem conſtellationibus non quòd vim inferant, ſed quòd occaſionem, ac impulſum afferant propter rationis virtutem ſuper paſſiones ſenſuales hominum dominantem: ſunt tamen prędictę conſtellationes, vt plurimum ſigna accidentium in mundo. Hæc autem omnia accidentia ſatis catholicè poſſunt concedi primò & principaliter produci à domino, & ſecundariò ex ſtellis. grauiſſimè ergo peccant, qui propter prædictas ſcientias illicitas veram ſcientiam Aſtrologiæ nituntur condemnare. Ipſi enim, vt dicit Ptolemæus primo quadripartiti c.3. nõ ſolũ quod eſt Aſtrologia neſciri poteſt, verũ etiam quod eius ſubtile vilipendunt. Sed ſicut propter ſtultorum ignorantiam, vt ait Ptolemæus, non eſt vilipendenda philoſophia, ſic propter imperitos in Aſtrologia non eſt vera ſcientia practicæ Aſtrologiæ reprobanda. Nam quot habet Aſtrologia ignorantes, tot habet eam diſputantes.

In natiuitatibus etiam magna curioſitas eſt, & magnum tædium operandi. Quamuis enim fœtus in vtero hora conceptionis, & natus in hora natiuitatis quandam influentiam ſuſcipit à ſupercæleſtibus, vnde & natus ille ad virtutes aut ad vitia ſic diſpoſitus & inclinatus cum hæc ſcientia, ſcilicet, natiuitatũ à ſenſibus humanis nimis remota eſt, & nimiã curioſitatẽ relinquit.

Nulla ergo ſit tibi curioſitas ſcientię huius latentis, nec ſcire cupias quod ſcire nõ licet. Quapropter cõſerua ſemper liberum arbitrium in hominibus in iudiciis tuis, & lege authores huius ſcientiæ intelligẽdo eorum dicta ſano modo, nec remoueas ab eorum dictis liberum arbitrium in omnibus. Et ſic ſeipſum quilibet intromittere ſatis licet in hac ſcientia, de qua temperatè & prudenter iudicare debet, fidem ſuam ſemper illęſam ſeruãdo, nulla iudicia nec aliqua negotia illicita ſuſcipiat. Et ſiquid in hoc ſpeculo meo profecerit, aut ſi de eo quicquid emolumẽti ſeu commodi reportauerit, ſudoribus & laboribus meis hanc vicem rependat, vt pro innumerabilibus peccatis meis apud iuſtum & miſericordem iudicem interpellet. Vale.

### *De Reuolutionibus annorum Mundi.*

#### CAP. I.

Dicit Haly Aben. li. 8. c. 1. quòd reuolutiones annorũ mundi accipiuntur multis modis, videlicet à cõiunctionibus planetarum & pręcipuè planetarum ſuperiorum, & ab aſcendente illius legis, & à locis applicationum ſuarum, & ab applicatione ſigni cõiunctionis quorumcunque planetarum, & præcipuè triũ ſuperiorum. Et iuxta ſententiam Ptol. eclipſes luminarium ſignificant, effectus grandes, & conuenit vt fiat reuolutio annorum aliquando ab eclipſibus, ſiue à locis applicationum ſuarum, & à ſigno in quo fuerit coniunctio magna, vel eclipſis ſecundum Haly vbi ſuprà, & ab aſcendentibus coniunctionum magnarum & eclipſium, & ab aſcendẽte reuolutionis anni in quo fuerit, & à locis coniũctionis vel oppoſitionis luminarium præcedentis introitus Solis in illo anno in caput Arietis, & ab aſcendente illius coniunctionis vel præuentionis.

Ab his omnibus iudicabãt antiqui Aſtrologi de qualitate anni, & præcipuè & magis particulariter per coniunctionem & oppoſitionem præcedentẽ introitum Solis in Arietem. Nam quicunque fuerit planeta, qui habuerit maius dominium in locis prædictis, & quicunque planeta in eiſdem locis habebit plures dignitates, conuenienter ab ipſo planeta, ſiue ab ipſis planetis veteres aſtrologi dominum anni ſumpſerunt. Et dicit Haly Aben. vbi ſuprà, ꝙ ſignificatores cuiuſcunque accidentis anni cuiuſlibet ſunt planetę conuenientes cuiuſlibet maneriei prædictæ, & apparent ſignificationes eorum, quãdo applicant ad applicationes, vel profectiones reuolutionũ, ſiue etiã ad reuolutiones, ſiue directiones, vel diuiſiones, & ad radios, & ad aſcendentia tẽporum, & ad ſuas coniunctiones, quæ fuerint in aſcẽdẽte, & oppoſitiones & ad quadraturas, & cũ fuerit aliquando almuten terminorum aſcendentium.

Sed plures aſtronomi docent, nos diuerſimodè reuoluere annos mundi: nam quidam docẽt reuol-



Digitized by Google

uere annos mundi ab introitu Solis in 20. gradum Scorpionis, ſicut facit Omar & Iaſar de pluuiis. Nam ipſi per commixtionem planetarum in manſionibus Lunæ cum Luna cuncta iudicabant de pluuiis, tonitruis, coruſcationibus & nubibus per totum annum. Alij autem reuoluunt annos mundi ab introitu Solis in Libram, ſicut faciunt Indi dicit Iaſar in libr. ſuo de pluuiis. capi. 4. quòd ſub hora coniunctionis vel oppoſitionis dum Sol primum minutum Arietis, vel Libræ ingreditur, Solem, & Lunam expreſsius collocari, vel rectificari neceſſe eſt. Indorum tamen antiquitas dicit Iaſar ſub ipſius Libræ ingreſſu & dum Sol viginti gradus Scorpionis perambulat, hoc fieri præcipiunt: quoniam hæc ſigna horas nubium in climatibus mediis perfectius denunciant.

Item dicit Hermes, & ponitur in capit. 4. libr. 8. ab Haly Abenrag. quòd ab introitu Solis in Arietem aſpicias ſtatum Solis, & ſtatum Iouis ab introitu Solis ad Cancrum, & ad ſtatum Saturni ab introitu Solis ad Libram, & ad ſtatum Martis ab introitu Solis in Capricornum. Nam iſti planetæ ſunt domini exaltationum horum ſignorum, & aſpicies ſicut dicit Hermes, cuiuſmodi habuerint aſpectus iſti planetæ ad has exaltationes ſuas in dictis temporibus. Ptolemæus verò reuolutiones annorum mundi non approbat. Nam ab aliquo vno principio nō docet iudicare de qualitate anni: ſed à quatuor pricipiis, ſcilicet, ab introitu Solis in quatuor puncta cardinalia, ſicut poſterius euidenter patebit.

Ex dictis igitur patet magna diuerſitas Aſtronomorum de reuolutionibus annorum mundi: ſed opinio maximè famoſa eſt illa, quæ docet reuoluere annos mundi ab introitu Solis in primum minutum Arietis. Et hæc eſt opinio Albumaſaris & aliorum Aſtrologorum antiquorum & modernorum. Et eſt opinio approbata propter multas cauſas quas infra dicemus. Dicit vtique Albumaſar in libro experimentorum ſuorum. Scito horam introitus Solis in primum minutum Arietis, & conſtitue aſcendens & eius angulos & tres partes ac loca planetarum in longitudine, id eſt à capite Arietis, & à latitudine, id eſt, à via Solis. Et ſcito proiectionem luminum eorum in angulos & dominatores aſcendentis per naturam, id eſt, per domos, terminum, exaltationem, & triplicitatem. Et ſcito dominum horæ, & dominum reuolutionis, & ſignum profectionis ac dominum eius. Item ſcito teſtimonia aſpectus, atque caſus planetarum in locis ſuis, & quid ſit eis ex climatibus, & quid ſit ex ſignis eorum, & hoc per diuiſionem, & quid ſit de parte fortunæ, & de parte pluuiæ. Pars enim pluuiæ ſumitur in die à Luna in Venerem, & in nocte econtrà, & proiicitur à gradu Solis. Et hęc omnia cum ſciueris dominium anni diligenti ſtudio inueſtigare conaberis. Et hæc eſt via certior & famoſior de reuolutionibus annorum mundi.

### *Qualiter inueniatur dominus anni.*

### CAP. 2.

DIcit Hermes, vt habetur ab Haly Abenragele, capit. 4. libr. 8. Quando volueris inuenire dominum anni, vide quem planetarum inueneris in aliquo quatuor angulorum in reuolutione anni, ipſe eſt, & erit dominus anni, & ſecundum poſſe loci, in quo eſt, & ſecundum ſui ipſius debilitatem & ſecundum eorum quæ aſpexerint ipſum dominum iudicabis. Et ſi nullum inueneris in aliquo angulorum, & aliquem planetam inueneris in vndecima, vel quinta ab aſcendente, ille erit dominus anni. Et ſi in aliquo horum locorum non fuerit planeta, aſpice quis planetarum prius exibit de ſigno in quo eſt excepta Luna, & ille erit dominus anni. Et ſi duo planetæ ſe coniunxerint in vno ſigno, vel tres, vel plures, qui fuerint in pluribus gradibus ſigni, & qui ante exeat de ſigno: ille erit dominus anni, ſi dominus domus ſuæ, vel termini, vel exaltationis eius eum aſpexerit. Et ſi multi planetæ fuerint in anni reuolutione, & in multis angulis figuræ, quarum quælibet videtur eſſe dominus anni, aſpice quis eorum fuerit dominus diei, aut dominus horæ reuolutionis anni, & illi da dominium ſuper alios omnes. Et ſi eum aſpexerit dominus termini ſui, vel Sol in die, & Luna in nocte, habebit ius dominij. Et ſi nullus planetarum exiſtens in angulo fuerit dominus diei, vel horæ reuolutionis anni, vide quis eorum fuerit magis innixus & maiora teſtimonia habuerit in figura, & dabis illi dominium, & fac illum participem dominum horæ, & aſpicias planetas, qui habuerint commixtionem cum eo in ſignificatione, & da illi partem eius, & iudica ſecundum commixtiones. Et ſi hæc omnia coniungantur cum domino anni, vel eorum maior pars, ipſe habebit dominium totius anni illius, & omnes alij planetæ ſequuntur eum in ſignificationibus.

Et nota quod dominus anni eſt planeta, qui coniungit teſtimonia dominorum participatione aſcendentis, & qui coniungit teſtimonia Solis de die, & Lunæ de nocte. Et ſi Sol in reuolutione diurna, vel Luna in reuolutione nocturna fuerit in aliquo angulorum, ipſe, vel ipſa erit dominus anni. Et quando dominus horoſcopi fuerit dominus alicuius domorum luminarium, & maximè luminaris temporis, ipſe ſine dubio erit dominus anni, nec oportet inſpicere ad alium planetam. & erit ſimiliter ſignificator populi. Et aſpice ad ſtatum iſtius planetæ, qui habuerit dominium conſiderando eius poſſe, eius debilitatem & infirmitatem, & caſum eius, fortunium quoque, & infortunium, & ſi inueneris ſignificatorem innixum fortunatum, firmum & eleuatum ad ſuum aſcenſum aſcendentem, dic quòd annus ille bonus erit, & homines habebunt bonum ſtatum. Et ſi fuerit econtrario, econtra annus erit, & etiam ſtatus populi, & maximè ſi Luna teſtificata fuerit, & ſignificauerit talia, & habuerit teſtimonia & ſignificationes, quia ipſa eſt ſignificatrix mundi in radice, & in reuolutionibus annorum mundi habet magnam ſignificationem & virtutem.

Et ſcias quòd dominus anni ſignificationes ſuas demōſtrat in terris, & ciuitatibus, quæ fuerint ſuæ partitionis & participationis ſigni in quo fuerit, & in parte in qua fuerint in figura, ſcilicet, in Oriēte, vel occidēte, meridie, vel ſeptentrione, & accident

Digitized by Google

dent fortunia vel infortunia in illa parte, quam demonſtrat ſignificator. Nam ſi ſignificator fuerit infortunatus in aſcendente, erunt damna in corporibus populorum. Et ſi in ſecunda domo, erunt damna in eorum victibus, & in eorum ſubſtantia. & ſic de ſignificationibut reliquarum domorum, vt patet per Haly.

Et ſcias quòd quando Sol & Luna participant cum aliis planetis, Sol habet partem cum planetis diurnis, & Luna cum nocturnis. Ideo in reuolutione anni conſidera diligenter ad ſtatus luminarium. Et ſcias ſtatus regum ab introitu Solis in Arietem, & ſtatus nobilium hominum ab introitu Iouis in Sagittarium. Deinde aſpicias & dirigas partes & aſcendentia, & deinde aſpectus planetarum ad illa aſcendentia, & cuius ſtatus fuerit planetæ, & apta partem Fortunæ, & alias partes, ſcilicet cælati &c. Et vide in quibus locis domini domorum & partium, & domini terminorum eorum, domini quoque triplicitatum eorum fuerint. Nam ſi in bonis locis fuerint, & fortunæ aſpexerint eos bono aſpectu, iudica vitam in nobilitate & bonitate. Et ſi fuerint in malis locis, & cadentes, ac infortunæ eos aſpexerint malis aſpectibus, iudica omne malum & damnum in rebus illius loci, in quo fuerint, & in quo climate. Et hæc ſunt dicta Hermetis de reuolutionibus annorum mundi & aſsignatione domini anni.

Et conuenit cum eo Albumaſar pro parte in libro ſuo de floribus de domino anni. vbi dicit quòd pro hora introitus Solis in primum minutum Arietis debes aſpicere dominum aſcendentis per multitudinem teſtimoniorum, & vide ſi quis planetarum fuerit in aſcendente habens ibi aliquam dignitatem, ſcilicet domum, exaltationem, vel triplicitatem, vel terminum, vel faciem, ille erit dominus anni. Sed ſi nullus planeta fuerit, ibi vide, ſiquis fuerit in decima, vel ſeptima, vel quarta, & ſi in nullo illorum fuerit loco aliquis habens ibidem aliquam dignitatem, vide ſiquis fuerit in vndecima domo: deinde in nona, deinde in quinta, necnon & in tertia. Quemcunque igitur in aliquo iſtorum per ordinem inueneris habentem ibidem aliquam dignitatem, licet tantum terminum, vel faciem, ipſe erit dominus anni, & non reſpicias alium. Et non præponas planetam in aſcendente, non habentem ibi aliquam dignitatem planetæ exiſtenti in medio cæli & habenti ibidem terminum, vel faciem. Nam ibi in medio cæli duplicauit dignitatem, & ipſum accipiens pro domino anni. Hæc ſunt dicta Albumaſaris ibidem de domino anni. Et iſta eadem ſententia ponitur in quodam tractatu de temperie aëris, qui vocatur Exafenon.

Vnde illa quatuor loca ſunt ſuccedentia, ſcilicet vndecimæ, octauæ, quintæ & ſecundæ. Et dicitur in eodem tractatu, quòd non eſt reſpiciendum ad cadentes: quia nunquam fuit aliquis planeta fortunatus in eis: nec in reuolutione anni, nec in aliquo alio tempore.

Et dicitur ibidem quòd ſi in nullo iſtorum locorum prædictorum fuerit aliquis planeta habens ibidem aliquam dignitatem, ſicut prædixi, tunc Sol diſponit annum, ſed erit annus multæ veritatis, & inſtabilitatis, niſi fuerit Sol in aliquo angulorum. vel ſuccedentium. Vnde ſi fuerit in cadentibus erunt illo anno infirmitates, & peſtilentiæ multæ, niſi aliunde impediatur. Hoc idem Haly Aben. 8. libr. capitu. 1. vbi docet inueſtigare dominum anni, & ab eo planeta qui magis dominum habuit in aſcendente in reuolutione anni, & ab eo qui magis dominium in loco coniunctionis vel præuentionis præcedentis introitum Solis in Arietem, & ab aſcendente illius coniunctionis, vel præuentionis luminarium aſcendentis habuit. Et cum hoc concordat Alkindus, & ex eo qui dominatur in aſcendente illius coniunctionis, vel præuentionis luminarium. Et dicit Albumaſar in libro experimentorum ſuorum in principio. Ad habendum dominum anni ſcito loca quæ ad hæc ſunt conſtituta, quæ ſunt aſcendens, decima, & eorum oppoſita, vndecima quoque & nona, & eorum oppoſita, quorum dignior eſt angulus aſcendens, poſtea angulus 10. poſtea angulus ſeptimæ, poſtea angulus quartę, deinde vndecima, poſtea nona deinde quinta, & poſtea tertia. Et cũ hoc ſciueris, inſpice in his locis quatuor teſtimonia per quæ ſcias ſignificatorem in locis eiſdẽ. Primum teſtimoniũ eſt ex dominio aſcendentis, ſecundum eſt ex dominio aſcendentis exaltationis. Tertium verò eſt luminaris, cuius fuerit auctoritas, id eſt à Sole in die, & à Luna in nocte. Et quartum teſtimonium eſt à planeta vincente, & forti in loco ſcilicet cuius eſt teſtimonium in aſcendente ſecundum naturam circuli in hora reuolutionis poſt caſum domini aſcendentis & domini exaltationis eius erit dominus. Et ſcito etiam dominos teſtimoniorum, & ſunt tres, ſcilicet dominus triplicitatis, dominus termini aſcendentis, & dominus horæ reuolutionis. Domino verò triplicitatis ſunt tria teſtimonia, domino etiam termini & domino horæ ſunt ſeptem teſtimonia. Loca horum ſcilicet trium ſunt ſcilicet terminus & aſcendens & angulus medij cæli tantummodo. In cæteris verò locis reſiduis quatuor minuunt teſtimonia.

Cumque ſciueris hoc ſcito teſtimonium domini domorum luminarium in qua parte fuerit dominus domus luminaris cuius eſt auctoritas: quia ex iſtis dominus in reuolutione eſt dignitas, & incipies primo ab aſcendente & eius domino. Si igitur fuerit dominus aſcendentis in domo aſcendentis ante vel retro per 3. gradus, ipſe erit dominus anni, & erit fortior Et ſi deciderit tunc ab his cuſpidibus, & fuerit in ſigno aſcendentium, & exaltationis illius planetæ, & dominus exaltationis aſcendentis exaltetur in gradu aſcendẽtis aut infra eum per 3. gradus, ipſe erit ſignificator & dominus anni. Si autem ceciderint iſti duo & luminare cuius eſt auctoritas in cuſpide quorundam angulorum, fueritque ipſi in eo aliqua dignitas, ipſum luminare erit dominus anni & ſignificator ruſticorum. Quod ſi ceciderit ex hoc & fuerit aſcendẽs domus eius aut ſignũ exaltationis eius, & fuerit luminare in aliquo trinorum aſpectuum, vel ſextilium, vel in ſecundo ab aſcendente, ipſe erit dominus anni. Si autem ceciderit ex hoc reuertere ad dominum aſcendentis & ad dominum exaltationis,



Digitized by Google

quòd ſi aliquis eorum fuerit dominus domus luminaris, cuius fuerit auctoritas & aſpexerit eum luminare,& optimus fuerit caſus eius ab eo, & ab aſcendente,& fuerit fortis in loco ſuo,planeta cuius tale eſſe fuerit, erit dominus anni ſine dubio. Si verò hi tres ceciderint ab his cuſpidibus, & ab his figuris, quære ſignificationem ab ipſo planeta, qui fuerit maioris auctoritatis in aſcendente, aut in medio cæli, & maioris teſtimonij, & qui fuerit fortior,pone eum ſignificatorem. Si autem debilitatus fuerit aliquis dominotum dignitatis aſcēdētis per retrogradationem & caſum vel combuſtionem,aut peregrinationem aut cætera mala:quære ſignificatorem à meliori planetarū loco,& deinde ab auxilio per commixtionem diſpoſitionis ad eū qui fuerit cæteris nobilioris eſſe, & fortior lumine atque corpore: hunc pone ſignificatorem Et ſi conueniant duo in aſcendente ex his tribus ſignificatoribus qui ſunt dominus domus exaltationis & luminare,cuius fuerit auctoritas,ille qui fuerit cæteris fortior & melioris eſſe, & plus dignitatis & teſtimonij habuerit in cuſpide aſcendentis & in angulo decimæ,aut in domo luminaris,cuius fuerit ſignificatio:quia propinquior cuſpidi aſcendentis erit dignior ſignificatione. Si autem fuerit vtrique ſignificatoris retrogradi aut ſub radiis à luminari,id cuius fuerit auctoritas,dignius erit,& ab eo incipiatur: quia retrogrado & combuſto nulla eſt fortitudo in ſignificatione.

Cum fuerit dominus aſcendentis dominus domus Lunarium, aut vnius eorum, ipſe erit dominus anni ſine dubio: nec aſpicias ad aliquem extra eum:& cum fuerit Luna in angulo erit dominus vel domina anni ſi non impediatur in angulo, & melius erit ſi fuerit Sol per diem in angulo & Luna per noctem Et dicit Albumazar: ſignificator forte non indigebit propter diſpoſitionem & fortitudinem ſuam,& forte indigebit propter debilitatem ſuam alio planeta,qui ibi tradit lumen ſuum ad circulum, id eſt medium cælum & confortabit eum ſuper diſpoſitionem, licet non accidit niſi ſit in loco cadente, & non aſpiciente, aſcendens cùm dominus debilitatur: quia recedit à loco eius ab aſcēdente: & indigebit tunc planeta qui eum aſpiciat à medio cæli & confortabit eum ſuper diſpoſitione, & omnis planeta cadens ab aſcendente aſpicit medium cæli niſi qui fuerit in tertia & nona, & aſcendens niſi qui fuerit in duodecima & ſexta, & cum eſſe planetarum ſecundum hoc debilitatur & indigebit propter receſsionem ſuam,& ſi fuerit dominus anni propter teſtimonia ſua & aſpexerit eum planeta, ex medio cæli,& reddiderit lumen ſuum vt dictum eſt. Et ſi fuerit aſpectus eius ex contrario,ſignificabit ſuper eum, ſecundum quantitatem ſubſtantiæ ſuæ, aut loci eius de eſſe eius & debilitate eius.

Cum enim fuerit planeta talis eſſe & præfuerit ſignificationi per commixtionem domini anni, & aſpexerint eum luminaria, aut vnum eorum, aut dominus domus eorum, erit dignior & fortior, tunc habebit fortitudinem: quia pulſat diſpoſitionem ſuam domino domus in qua fuerit.aſpice igitur, vtrum ſit fortitudo ei ſuper diſpoſitionem in loco ſuo:hoc eſt vt ſit directus, & fortis aſpiciens aſcendens & recolligens lumina planetarum, aut receptus in loco planetarum optimo ab aſcendente,& à luminari cuius fuerit autoritas. Et cum planetæ nocturnales fuerint in reuolutione in nocte ſub radiis Solis,Sol erit dignior ſignificatione regis:quia eſt corpus recipiens planetarum fortitudines. Cumque fuerit,dominus domus aſcendentis ſub radiis eius, ipſe erit dignior, vt dominetur anno. Scito quòd omnis planeta intrans naturam ſuam,ſiue dominium ſuſtinens in reuolutione annorum mundi per mutationem ſuam ex ſigno in ſignum,& per exitum ab oriente in occidens,aut pariter à gradu Lunæ ad gradum aſcendentis extra Lunam,ſignificat mutationem,& efficietur dominus anni,& erit eius dominator. Et cum fuerit reuolutio anni in die,& iunctus fuerit Soli domino aſcendentis, committit ſibi rem. Et ſi fuerit reuolutio in nocte, & fuerit Luna iuncta domino aſcendentis, committat ei rem. Et ſi fuerit luminare cuius eſt autoritas in medio cæli, & ſi fuerit planeta cum eo & accipit fortitudinem eius, & præerit ei Sol ſcilicet in die,& Luna in nocte: quia dominus anni eſt dominus aſcendentis.

Et Albumaſar lib. octauo de coniunctionibus magnis differentia prima dicit.Etiam oportet quod conſiderentur aſcendentia inceptionum annorum,quæ ſi fuerint mobilia, reuoluentur quartæ anni & iudicentur ſecundum quartarum anni aſcendentia earum:quia non eſt in aſcendentibus reuolutionum earum virtus cum fuerit ſignum anni mobile:quia illud ſignificat multitudinem alterationis in illo anno ſecundum ſeſsionem quartarum eorum. Quod ſi fuerint duorum corporum, reuoluantur ergo medietates eorum, & non quartæ: quoniam aſcendentia duorum corporum, ſignificant duo tempora anni. Et ſi fuerit fixa, operabitur ſecundum aſcendentia anni: quoniam fortiora ſunt cæteris partibus eorum præcipue ſi ceciderint domini aſcendentium in ſimilibus ſignis aſcendentium eorum ex ſignis.

Porro ſcientia qua ſciatur hora apparitionis ſignificationum ex partibus anni, & fortitudo ſignificationum eorum, ex ipſis extrahitur à dominis aſcendentium: quoniam cum fuerint in ſignis mobilibus, ſignificat quod erunt accidentia. Et eorum fortitudo in quarta prima anni. Et ſi fuerint duorum corporum cadunt in medietatem anni. Et ſi fuerint fixa, ſignificat quod cadent in finem eius. Oportet etiam vt conſideretur, quando infortunatur aliquod ſignorum in directo infortunarum eis, ſcilicet cum fuerit in eis infortuna & in proiectione radiorum eorum ad eas ſcilicet, vt aſpiciat ex quarto vel oppoſito aſpectu, in quibuſcunque horizontibus ſint. Quod ſi fuerit hoc in parte orientis, ſignificat plurimum, quod ſequetur ex eo erit in parte terræ orientis:& ſimiliter eſt locutio in occidente. Quod ſi fuerit in medio cæli, ſignificat quod peſtilentia apprehendet terram orientis, & partem occidentalem & præcipuè quæ eſt ex ea in parte ſeptentrionis. Et ſi fuerit in angulo terræ, ſignificat quod conſequentur de peſte terræ, quæ ſiunt in parte meridionali. Hæc Albumaſar ibidem.

Ex his

Digitized by Google

Ex his quæ dicta ſunt in hoc capitulo ſufficiēter liquet magna diuerſitas aſtrorum in aſsignatione domini anni. nam iuxta viam Albumaſaris & ſecūdum hoc quod ponitur in exafenon domini anni aſsignantur per aſcendēs reuolutionis. Sed per Haly Abenragelem libro ſuo octauo cap. primo, & per Alkindum in epiſtola ſua libro octauo: dominus anni aſſumi debet ab eo qui habuit maius poſſe & dominium in loco præuentionis, vel coniunctionis luminarium præcedentis introitum Solis in Arietem: & ab eo qui dominatur in aſcendente illius coniunctionis, vel præuentionis. Et cum hoc concordat Ptolemæus 2. quadripartiti cap. 10. vbi ponit eandem viam in habendo dominium quartarum anni. Sed non ponit aliquod vnum dominium totius anni, vt faciunt alij Aſtrologi, propter tot contrarietates qualitatum primarum in ipſo contingentium, vt dicit Haly Rodoam in commento 2. lib. quadrip. cap. 10. Et in quodam capite libri nouem iudicum: & eſt dictum Alkindi: dicitur quod ad ſciendum qualitatem anni, vel quartæ videndum eſt, quibus ſtellis applicuerit dominus cōiunctionis, vel pręuentionis præcedentium introitum anni, vel quartæ: & etiam dominus aſcendentis illius coniunctionis, vel præuentionis: & ſimiliter dominus aſcendentis. Dum igitur ipſi inſpiciunt ad coniunctionem vel præuentionem præcedentem, & aſcendens anni ſimiliter, igitur videtur quod ipſe vult mediare inter vtraſque vias prædictas, & adhærere vtrique ſcilicet tam inueſtigare dominum anni ex domino loci coniunctionis vel præuentionis præcedentis, quā ex domino aſcendentis reuolutionis anni. Et vt alij inueſtigant dominum anni ab eo qui dominatur in introitu Solis in 20. grad. Scorpionis. Et alij ab eo qui dominatur in introitu Sol in Libra, vt vidi: & alij ſecundum quod dictum eſt prius in ca. præcedenti. Quā magna igitur fuerit diſcordia inter antiquos aſtrologos de aſſumptiōe domini anni, ſimiliter eſt difficile valde iuxta ſummam eorum de ipſis dominis diffinire.

Sed primo videtur ad pręſens ſaluo meliori iudicio iuxta ſententiam in quam ſupradicta conueniunt: & præcipuè iuxta ſententiam Alkindi, qui ita famoſus eſt ſicut Albumaſar in hac ſciētia: quod nullus vnus & idem planeta debet habere dominium de diſpoſitione totius anni. Nec quod via Albumaſar ſit tenenda in hac parte, probat Haly 2. quadriparti. cap. 10. per quatuor rationes, quarum prima eſt hæc: quod coniunctio Solis, & Lunæ fortior eſt operatione cum puncto primo aſcendentis: igitur dominium non accipitur conuenienter ſolum ab aſcendente anni. Secunda vero ratio Haly eſt quod circunferentia circuli non habet principium: igitur &c. Tertia quia non poteſt ſciri: quoniam Sol eſt in primo puncto, & dicitur primum punctum luminaris in Ariete. Quarta ratio eſt, quia apparitio coniunctionis & oppoſitionis eſt fortior omnium aliorum aſpectuum, & duo luminaria fortiora ſunt omnibus aliis planetis.

Propter iſtas rationes & multas alias videtur mihi, ſi debet aliquod dominium anni dari, quod oportet primo procedere ad dominum coniunctionis vel opoſitionis præcedentis introitum Solis in Arietem iuxta ſententiam Alkindi, & ſimiliter Ptolemæi, & non ſimpliciter ad dominum aſcendētis reuolutionis anni ſecundum viam Albu. ex eo quod Ptolemæus & Alkindus magis fuerūt famoſi & reputati quàm ipſe Albu. Dominium verò coniunctionis vel oppoſitionis aſſumi debet à planeta habente plures dignitates in loco coniunctionis & oppoſitionis præcedentis & miſcere debemus dominum qui fuerit in aſcendente in reuolutione anni habens ibidem aliquam dignitatem, vel in aliis locis iuxta viam Albumaſaris in lib. de floribus, vbi ſimiliter & pręcipuè miſcere debemus dominum & diſpoſitionem omnium quatuor angulorum. Miſcere etiam debemus qualitates ſignorum, quæ fuerint loca coniunctionum vel oppoſitionum: & aſcendens prędictorum, ac etiam quatuor angulorum. Item miſcere debemus aſpectus omnium planetarum adinuicem & ad prædicta loca in temporibus prædictis, & ſimiliter debemus miſcere omnia dominia, quæ dicta ſunt prius ab Hermete, & Albumaſare, ſed plus aſpiciemus ad ea quæ iam dixi. Et cum his omnibus conſiderare debemus oriētes vel occidentes prædictorum dominorum, vel etiam aliorum planetarum, ſtationes, directiones quoque, retrogradationes eorum, & exitus eorum de ſub radiis, ac eorum poſitiones in figura, & omnes eorum dignitates eſſentiales & accidentales: & ſimiliter dominium planetarum, & ſignorum ſuper regionem, ac ipſius regionis complexionem & naturam. Per hæc omnia haberi poteſt dominium anni & non per vnum dominium: & hæc in vniuerſali ſolummodo. Sed vt ſpecialius habeatur qualitas totius anni, oportet procedere ad dominium cuiuſcunque quartę anni iuxta viam prędictam, & præcipuè iuxta viam Ptolemæi, vt infra dicetur, & poſtmodum oportet procedere ad dominum cuiuſcunque coniunctionis vel oppoſitionis luminarium, & eorum quadrata, & ſic deueniemus in cognitionem totius anni generaliter & ſpecialiter.

### *De principio anni, & de diuiſione eius in quatuor quartas iuxta viam Ptolemai & Haly Rodoan eius expoſitoris. Cap. 3.*

POſtquam in præcedentibus capitulis huius tractatus determinatum eſt de reuolutionibus annorum mundi, & de domino anni: hic in hac parte determinare intendo ea, quæ docet nos Ptolemæus de principio anni, ſi quod fuerit eius principium, & de diuiſione anni in quatuor quartas.

Dicit igitur Ptolemæus 2. lib. quad. cap. 10. quod caput anni, vel principium eius, vel quarta dicitur tempus, in quo redit' Sol in qualibet reuolutione ad locum ſuum, quod propter eius vim & virtutem planum eſt & apertum. Vnde ſecundum Haly, per illud quod de virtute ſua dicit, vult quod illud quod operabitur principium, remanebit firmum, donec res illa vnde fuit principium compleatur. Et quia principium ſignificat illud quod virtus alicuius. Vnde principium anni eſt, quo Sol redeat ad punctum, vnde incœpit. Et quia Sol eſt potens & ſuper omnes dominatur planetas, & ſtellas. Et quia principium quando ligat rem aliquam, ipſa ſolui non poteſt, donec tranſeat ſua quatuor tempora, quæ ſunt principium, augmentum, laxamentum



Digitized by Google

niſi alia res venerit, quæ faciet ipſum fortius in aliquo tempore ipſorum quatuor, & eſt hoc in omnibus rebus naturalibus manifeſtum. Ideo quando ſtellæ rem aliquam in capite anni ligant, remanebit illud ligamentum firmum per totum illum annum. Et hoc excepto ſi acciderit illo anno eclipſis, vel coniunctio magna planetarum: aut aliqua applicatio ſtellarum, quę ſignificat contra illud, quod ſtellæ ligarunt in anni principio, & ſoluent illud ligamentum.

Sapientes verò antiqui Aſtrologi, vt dicit Haly Commentator Ptolemæi appreciabant principium anni in tantum quod compilauerunt multos libros de eo: quos libros de annorum mundi reuolutionibus vocauerunt, ſicut Hermes & alij: propter hoc crediderũt quam plures Aſtrologi, quòd ſigna eclipſis aut coniunctionis aut alterius conſtellationis quæcunque contigerint in anno non ſunt acceptata, niſi à domino anni, & hoc inuenitur in omnibus libris eorum: ipſi tamen (vt dicit Haly) à veritate recedunt. Nam Ptolemæus in facto Eclipſis monſtrauit, quod ex quo virtus màior vincit minorem, & virtus duorum luminarium eſt multo maior, quàm ſit virtus aliarũm ſtellarum: manifeſtũ eſt, quòd eorum òppoſitio, & coniunctio maior eſt, & fortior virtutibus reuolutionum annorum. Et ideo dicit Haly: non remanet virtus anni, niſi in accidentibus magnis. Et hæc eſt opinio Ptolemæi & Haly. Et Ptolemæus dicit, quod quamuis in circulo non poteſt imaginari principium, poteſt tamen in Zodiaco principium ſumi ab initio quorumlibet quatuor punctorum, ſcilicet, Solſtitialium, & æquinoctialium: quod tamen ſecundum Haly ab auge Solis initium anni ſumitur: quia cum opera ſtellarum non ſunt in nobis ſecundum ſphæram propriam, ſed ſecundum Zodiacum: ideo expedit vt à Zodiaco principium anni ſumamus.

Et etiam Ptolemæus videtur dubitare multum circa hæc quatuor loca, qui ſcilicet, eorum ſit cõuenientior, vt pręferatur in illo caſu. Nam ſecundum naturam ſimplicem circunferentię nullus alio eſt magis aptus, vt pro principio anni ſumatur: vnde aliqui de his in libris ſuis locuti ſunt & iudicarunt, quod quilibet eorum ab aliis eſt diuerſus, & quemlibet eorum pro principio vno poſuerunt: & pro quolibet argumento conuenientia adduxerũt: cuilibet enim eorundem quatuor temporum eſt aliquid proprium: per quod anni principium merito eſſe iudicetur. Nam æquinoctium vernale ſumit ius initij, quia tunc dies incipit creſcere ſupra noctem: & illud tempus humidæ eſt naturæ, quæ quidem natura in principio omnium rerum generabilium multum vincit, & ſecundum alium textum creſcunt arbores, aſcendunt fructus & creſcũt res aliæ, quoniam naturæ veris in calido & humido aſsimilatur. Et hæc cauſa ponitur à Ptolemęo, quia hoc principium debet dici noui anni: & cauſa eſt quam aſsignat Albumaſar 2. maioris introductorij, differentia quinta. Et ſumpſit ius initij Solſtitium æſtiuale: quia tunc dies perficitur, & eius maxima longitudo loco principij ponitur. Et ſimiliter quia accidit inundatio Nili apud Aegyptios: & oritur ſtella in eo quæ dicitur Alhabor, ſiue Algomeyſa. Et tempus ęquinoctiale, autumnale ſumpſit ius initij, eo quod in ipſo eſt omnium fructuum collectio: & in hoc tempore ſemina pro futuro anno ſeminantur. Tempus verò Solſtitiale, hyemale initium conſtituitur: quia ibi dies incipiũt creſcere, qui ante decreuerunt continuè.

Et dicit Haly quod per verba Ptolemæi intelligimus virtutem cuiuſlibet horum quatuor punctorum, & quòd maior virtus omnium eſt illa puncti æquinoctij vernalis: & quod à quolibet horum accipitur ſignificatio eius quod tempore ſuo habet contingere cum comparatione ad tempus præcedens. Verbi gratia, quando principium æſtatis ſignificauit creſcentia Nili propter humiditatem, quæ contingebat in vere: ſi multa fuerit vernalis humiditas, erit creſcentia Nili magna: & ſi pauca fuerit, erit minor: & ſimiliter erit in aliis.

Et Ptolemæus dicit, quòd illud quod conueniẽtius & naturalius ſibi videtur in obſeruationibus generalibus eſt: per hęc omnia quatuor principia operari, & inſpicere ad coniunctiones & oppoſitiones Solis & Lunæ proximiores præcedentes iſta principia: & ad illas maximè ſi illa proximè præcedens fuerit eclipſalis. Et dicit Haly, quod quia maior virtus vincit minorem, conuenit quòd virtus coniunctionis, & oppoſitionis pręcedentis ingreſſum Solis in complexionibus iſtorum punctorum ſit dominus puncti quem intrat Sol, & ideo conuenit, quòd ſignificatio eius, quę accidit in quolibet horum quatuor temporum ſit commixtio virtutũ planetarum hora coniunctionis, vel oppoſitionis, quæ fuerit ante ingreſſum Solis in primum punctũ illius temporis. Et hęc opinio eſt Ptolemæi.

Rurſus Haly dicit, quod alij dicunt, quòd ſignificatio cuiuſlibet temporis eſt ab aſcendente hora qua Sol ingreditur primum punctum illius temporis: & hęc ratio eſt quatuor rationibus defectiua. Primo quia coniunctio Solis & Lunæ eſt fortioris, & maioris potentiæ quam virtus Solis cum virtute illius puncti. Nam toti ſigno non eſt data virtus niſi propter Solem: quanto igitur magis vni puncto in ſigno? Secundo, quia circunferentia nõ habet punctum. Tertio, quia quando Sol ingreditur primum punctum Arietis, certificari non poteſt: quia ſecundum diuerſas tabulas diuerſificatur eius ingreſſus: & ita non accidit in coniunctionibus, & oppoſitionibus. Nam eorum aſcendentia cum omnibus tabulis concordant. Virtus igitur coniũctionis, & oppoſitionis præcedentis eſt fortior & maioris potentiæ quàm quando Sol ingreditur illum punctum. Et quando talis coniunctio, ſeu oppoſitio fuit eclipſalis eſt fortioris mutationis & operationis.

Ptolemęus etiam dicit, quòd ſciemus à puncto ſiue à principio horæ qua ingreditur Arietem Sol, qualiter eſt ſtatus veris: & à principio quando ingreditur Cancrum: quomodo erit Aeſtas, & à principio quando Libram ingreditur: qualiter erit autumnus: & à principio quando ingreditur Capricornum: quomodo erit hyems. Vniuerſales igitur qualitates temporum & ſuorum ſtatuum fiunt à Sole: propter quod iſtas qualitates præſcire poſſunt illi qui in ſcientiis quadriuialibus nullatenus ſunt experti, quanto igitur magis ſcient illi, qui ſciunt, ſatis liquet. Et Haly dicit, quod per hoc patet, quòd talis mutatio temporum ad punctos non pertinet, ſed ad curſus Solis: cuius virt' eſt victrix,

&

Digitized by Google

& ad planetas habentes participationem cum eo.

Deinde Ptolemæus dicit, illud conuenit, vt aſpiciamus in proprietatibus ſignorum, vt per ea ſciamus curſum ventorum, & naturas eorum, id eſt ſecundum Haly vult dicere, quod quando ſciemus per planetam dominantem accidētia quę contingunt, conuenit vt miſceamus naturam eius cum natura planetarum cum eo participantium; vt cum ſignis & cum quo ſtant, quia quodlibet ſignum habet proprietatem quæ ad ipſum pertinet: & quando etiam vnum cum alio cōmiſcebimus, ſciemus per commixtionem ipſam, quòd erit de omnibus accidentibus quæ contingent: & qui venti current & quæ accidentia per illos ventos contingent in nauibus, & in omnibus aliis rebus.

Item dicit Ptolemæus, quòd variationes quæ in dictis accidentibus augebunt vel minuent, ſcire poſſumus per coniunctiones & oppoſitiones, quæ prædicta puncta ſequuntur: & per participationem quam habent planetæ cum eis in figura, id eſt, ſecundum Haly ſignificatio temporum auget, & minuit ſecundum ſignificationem coniunctionum, vel oppoſitionum, quæ ſequuntur principium: & ſimiliter augebit & minuet propter applicationes planetarum vnius cum alio, vel alicuius eorū cum punctis, vel cum angulo cōiunctionis, vel oppoſitionis, vel cum aliquo angulorum eius: & ita ſignificatio cuiuſlibet temporis erit accepta à coniunctione vel oppoſitione præcedentis introitum Solis in punctum ſuum: & ab eo quod ſequitur illum ingreſſum: & ab ipſamet hora ingreſſus: & non expedit in hac hora aſcendens vllum inſpicere: quoniam applicationes planetarum cum Sole ſufficiūt & cum his locis.

Ptolemæus etiam dicit, Res verò particulares ſignificabunt cōiunctiones & oppoſitiones Solis, & Lunæ, quæ in ſingulis ſignis erunt, & poſſumus hanc ſignificationem menſium appellare: id eſt, ſecundum Haly, quando ſcimus ſignificationem vniuerſalem cuiuſcunque temporis, & adiungamus eam cum ſignificatione particulari, quæ eſt per cōiunctiones & oppoſitiones cuiuſlibet menſis, & ſimiliter adiungemus eam cum locis planetarū, qui applicabunt Soli & Lunæ: & planetæ domināti locis coniunctionum, vel oppoſitionum de ſuis angulis, & generaliter cum locis principalibus. Sic enim dicit Haly: cognoſcemus accidēs, quod quolibet die continget, vt ſi volueris de aëris ſtatu ſcire, adiungemus hoc cum ſignificatione vniuerſali aëris: quæ erit illo tempore, aut cum eclipſi, aut cō iunctionibus, quæ fiunt circa tempus illud: & ſi volueris ſcire de ſectis, adiungemus cū ſignificatione illius ſectæ, & ſi de regno & qualibet perſona cum ſignificatione Natiuitatis illius hominis, vel regis: & de qualibet ciuitate cum ſignificatione illius ciuitatis. Verbi gratia, inueniemus luminare in vna eclipſi ſignificans ex ſectis ſectam vnam: & ſciemus per ipſam quanto tēpore ſecta ipſa durabit: & ſciemus per coniunctiones & eclipſes alias ſequentes, quātitatem additionis vel diminutionis: & omnes mutationes quæ in ſecta illa contingent: poſtmodum inſpiciemus ſtatum regni, & poſtmodum ſtatum regis qui tempore illo erit: deinde ſtatū temporis, poſtmodum ſtatum menſis in illo tempore: deinde ſtatum diei in illo menſe: & cum hæc omnia inſpexerimus, ſciemus illud quod accidet omni die in qualibet ciuitate: & in quolibet homine, cuius natiuitatem ſcimus. Et addit Haly ſic dicens, hoc in mente tua retineas: quòd principium veris eſt maioris virtutis: & illud principium ſequitur principium Aeſtatis in virtute: deinde principium Autumnale: & vltimo principium Hyemale: ita quod primū principium eſt in modo principij rei: Secūdum in modo augmēti rei: Tertium in modo finis: Quartum in modo ablaxamenti.

Et Ptolemæus dicit lib. 1. quad. cap. 10. & patet per Alkindum in epiſtola ſua cap. 1. quòd prima quarta anni, ſcilicet ab introitu Solis in primum punctum Arietis vſque ad introitum in primum punctum Cancri eſt calida & humida: & in eius qualitatibus conueniunt de ætatibus infantia: de partibus mundi occidens: de humoribus corporis ſanguis. Aeſtas verò adoleſcentia: meridies & cholera ſunt callidæ & ſiccæ: & in ipſis qualitatibus conueniunt. Autumnus, iuuentus, oriens & melancholia ſunt frigidæ & ſiccæ. Sed Hyems, ſenectus, ſeptentrio, & phlegma ſunt frigidæ & humidæ. Hæc Ptolemæus lib. 1. quad. cap. 10. & 11. Et ſimiliter in hoc concordant plures auctores.

### *Qualiter ſit prognoſticandum de temperie aëris per introitum quartarum anni.*

### *Cap. 4.*

TRibus capitulis ſe hic immediatè ſequētibus ponam tres modos prognoſticandi, quos ponit Ptolemæus de effectibus particularibus lib. 1. quad. cap. 12. Quorum primus modus in præſenti capite poſitus eſt ꝓ ſciendo in generali illud quod in qualibet quarta anni continget: vt ſcilicet reſpiciamus ad coniunctionem, vel oppoſitionem Solis & Lunæ proximè præcedentis introitum Solis in qualibet quartarum, & rectificemus angulos ad dictam horam cōiunctionis, vel oppoſitionis in quolibet climate, cuius eſſe ſcire volumus, ſicut facimus in natiuitatibus. Poſtmodum accipiemus planetas gubernatores locorum, qui hæc loca ſequūtur, ſicut in eclipſibus prius narrauimus. Hæc Ptolemæus.

Deinde reſpiciemus ſecundum eum ad generalem proprietatem illius quartæ, & ſecundum Haly ſi accidens, quod ſignificauerit gubernator quartæ fuerit frigus, & quarta ſit Aeſtas, dicemus, quòd erit modici caloris, & ſi accidens fuerit calor, quarta anni ſit Hyems in qua continget illud accidens: iudicamus quod erit modici frigoris. Et in omnibus faciemus hoc modo.

Et dicit Ptolemæus, ſciemus etiam diminutionem & augmentum fortitudinis accidentis ex natura planetarum gubernatorum inſpiciēdo cuiuſmodi qualitates, ſiue cuiuſmodi ſtatus ab ipſis moueantur, id eſt ſecundum Haly ſi qualitas gubernatorum concordauerit cum qualitate quartæ anni: accidēs erit forte. Hunc verò gubernatorem planetam vocat Ptolemæus ſtellam Almudebir* quæ ſcilicet ſtella in locis prædictis habet plura teſtimonia * Alij Almuten.

Digitized by Google

monia & fortiora, & dominus ſignificationis cum motu ſuo, & in loco ſuo, aut complexione ſua: & cum aſpectu planetarum ad eum: & cum aſpexerit à loco forti addent in fortitudine & motu. Similiter quando complexionabuntur aliæ naturæ eius, & in rebus erit ſignificatio eius ſecundum illud & in quantitate. Hæc Ptolemæus.

Et nota quòd ad habendum qualitatem quartæ anni, ſeu eius dominum, reſpiciẽdum eſt ad aſcendens introitus Solis per punctum cardinalem, & aſcendens coniunctionis, vel oppoſitionis præcedentis, & ad eorum dominos: & ad omnia illa quę ponuntur prius requiri ad dominium vel ſtatum anni habendum.

*Qualiter ſit prognoſticandum de temperie aëris per introitum menſium.*

*Cap.* 5.

Secundus verò prognoſticãdi modus ex prædictis de effectibus particularibus iuxta Ptolemęi viam vbi prius eſt prognoſticando eſſe menſium: vt ſcilicet inſpiciamus ad coniunctiones & oppoſitiones ſingulorum menſium, qui in ſingulis ſignis erunt ſecundum modum quem diximus: ita tamen quod quando coniunctio acciderit circa Tropicũ æquinoctialis, vel Solſtitij inſpiciemus ad coniunctiones, donec ad quartam aliam veniemus, vt ſcilicet ex his ſciamus qualitates menſium illius quartæ, & quando accidet oppoſitio circa vnum dictorum pũctorum: inſpiciemus ad oppoſitiones donec veniemus ad quartam ſequentem. Et ſecundum Haly, ſi quarta ſit opoppſitionalis, quilibet mẽſis illius erit ab oppoſitione ad oppoſitionem. Et ſi quarta ſit coniunctionalis, quilibet menſis erit à coniunctione ad coniunctionem: ita quòd Ptolemæus tenet, quòd principium certum tẽporis non eſt quando Sol intrat ad quartas punctorum, ſed tenet quod eſt à coniũctione, vel oppoſitione, quæ erit circa quodlibet illorum quatuor. Nam virtus horum gubernatorũ remanet & durat, donec durauerit illud quartum. Et ſecundum Ptolemæum conuenit etiam nos inſpicere ad angulos ſecũdum quod dictum eſt prius: & ad planetas gubernantes ambo loca, quæ prædiximus, id eſt ſecundum Haly, locum coniunctionis, vel oppoſitionis, qui fuerit circa punctum quartæ: quando Sol ingrediebatur, & locus coniunctionis & oppoſitionis eſt in principio cuiuſcunque menſis illius quartæ. Inſpiciemus enim illum, qui dominatur in vno, & in alio: & vincit ille qui magis concors fuerit cũ proprietatibus illius quartæ cum accidenti vniuerſali: ſecundum quòd videbimus de poſſe virtutis aut debilitatis ſecundum Haly.

Sed quia iam dictum eſt quòd ſtatus, ſiue qualitates quartæ anni & cuiuſcunque mẽſis illius quartæ, perpendi debet ex locis coniunctionum, vel oppoſitionum luminarium, & ex eorum dominis, magna dubietas hic emergit, quis loc', ſiue Solis, ſiue Lunæ debeat dici locus oppoſitionis, eo quod plures auctores in hoc diſcordare videntur.

Ptolemæus enim lib. 3. quad. cap. 3. dicit, quòd locus oppoſitionis eſt locus luminaris exiſtentis ſuper terram, & quòd ille locus debet præferri. Idem patet iuxta Hermetis & Dorothei ſententiã: eo quod ipſi hora natiuitatis proponunt locum luminaris exiſtẽtis ſuper terram loco ipſius, qui fuerit ſub terra. Secundum quòd dixit Abraham Iudæus in libro ſuo de natiuitatibus.

Item Alchabitius in introductorio ſuo, differentia 2. concordat cum Ptolemæo in hac parte: ſed ſecundum Abraham vbi ſupra, locus Lunæ eſt locus oppoſitionis: & in hoc ſimiliter, vt ipſe dicit, concordant Indi, Meſſahala & alij ſapientes. Deinde in hoc concordat Vvelius, ſicut dicit Alchabitius. Sed mihi videtur ſaluo meliori iudicio, qđ in tempore oppoſitionis luminaris reſpiciendum eſt ad loca vtriuſque luminaris, & ad dominum loci vtriuſque: ſed in coniunctione, quia idem eſt locus vtriuſque, reſpiciendum eſt tantummodo ad locum coniunctionis. Nam ſicut dicit Haly lib. 2. quad. cap. 4. in principio. Accidentia grandia contingunt propter ecclipſes luminarium, eo quod in eclipſi tam Solis, quàm Lunæ virtus peruenit ad terram ſuper vna linea recta: igitur in coniunctionibus & oppoſitionibus luminarium quibuſcunque, virtus vtriuſq; peruenit ad terram ferè ſuper vna linea. & miſcentur virtutes eorum, ſecundum quod dicit Haly. Et hæc eſt cauſa quare cõiunctiones & oppoſitiones eclipſium luminarium, ſunt fortiores aliis aſpectibus eorũ. Ideo rationale eſt vt in eorum oppoſitione reſpiciamus ad locum vtriuſque, & non ad locum vnius tantum, cum ex actione & virtute vtriuſq; prouenit accidẽs ex illa oppoſitione tantum: ſed locus luminaris exiſtentis ſuper terram in tempore oppoſitionis: vt mihi videtur, eſt ideo præferendus. aliter enim ſequeretur, quòd cum fuerit oppoſitio de die, locus Lunę præferetur, quod non videtur rationabile: eoquod Sol eſt diurnus, & dominatur in die, & Luna eſt nocturna, & dominatur de nocte.

Rurſus cum iuxta Ptolemæum vbi ſupra, in tempore oppoſitionis reſpiciẽdum eſt ad angulos, qui ſequuntur locum oppoſitionis: eo quod pro tunc ille angulus cęteris angulis eſt præferendus. Si igitur oppoſitio foret in die, & locus Lunę præferretur; ſequeretur iterum quòd in caſu quo Luna tũc foret in quarta cęli inter quartam domum & ſeptimam; quòd quarta domus præferenda eſſet aſcendenti & medio cæli: eo quod quarta domus tunc foret angulus ſequens locum oppoſitionis, quod videtur abſurdum.

Item maxima ratio quare aliqui dicũt, quod locus oppoſitionis ſumitur à loco Lunę eſt: quia Luna in quacunque figura cũ Sole patitur & ſuſcipit augmentum, vel diminutionem ſui luminis: & cum in oppoſitione ipſa eſt plena lumine, locus eius eſt præferendus.

Item iſta ratio, vt videtur, non debet mouere: quia vt omnes quaſi Aſtrologi dicũt: Luna ſuſcipit lumen ſuũ à Sole: quia Solis virtus & fortitudo eſt maior in agendo in iſta inferiora quàm Lunæ virtus. Ideo locus Solis potius præferendus iuxta illã rationem.

Alia verò eſt ratio eorum, & videtur multum euidens, ſcilicet quòd Luna eſt mouẽs, & defert naturam oppoſitionis ad terram: ideo eius locus ſecundum eos eſt præferẽdus: ſed hæc ratio non debet mouere quod præferri debet locus Lunę in omni

Digitized by Google

mni oppoſitione: quia eadem ratione deberet præferri in quadratura eius, & in quocunque alio aſpectu eius à Sole. Et ſic vniformiter in quacunque figura eorum locus Lunæ foret præferendus. Similiter eadem ratione ſi foret aliqua coniunctio magna, ſcilicet Saturni & Iouis, ſignificans maximum effectum, & vniuerſalem valde fortem: & ſi cum hoc locus illius coniunctionis aſpiceretur à Luna aliquo aſpectu forti, vt ſcilicet de oppoſito, vel quarto aſpectu: ſequeretur quòd iuxta illam viã, Luna deferret naturam illius coniunctionis ad terram, & quod eius locus foret preferendus loco illius coniunctionis magnæ: quod nullo modo poteſt rationabiliter ſuſtineri. Propter iſtas rationes teneo, quòd in oppoſitione luminarium reſpiciendum eſt ad locum vtriuſque eorum, vt habeatur ſtatus quartæ anni: vel ſtatus menſis, vel medietatis menſis, & reſpiciendum eſt ad naturas, ſeu qualitates eorundem locorum, & ad qualitates planetarum in ipſis dominantium.

Item, reſpiciendum eſt ad quatuor angulos in tempore coniunctionis vel oppoſitionis vel præcipuè ad angulum medij cęli, aut aſcendentis quicũque eorum ſequatur, vel propinquior eſt loco cõiunctionis, vel oppoſitionis: & ſimiliter reſpiciendum eſt ad dominum illius anguli.

Item, aſpiciendum eſt ad aſcendens coniunctionis, vel oppoſitionis præcedentis introitus quartæ: & cuiuſcunque alterius figuræ illius quartæ: & ad ipſius aſcendentis dominum, & ad planetam qui fuerit in ipſo aſcendẽte habẽs ibi aliquã dignitatẽ.

Item, aſpicere debemus aſpectus omnium planetarum ad prædicta loca principalia, & omnium planetarum adinuicem, & præcipuè planetarum dominantium orientalitates & occidentalitates, ſtationes, & directiones & retrogradationes, & ad omnes poſitiones eorum tam in circulo quàm in figura. Et ſimiliter reſpiciendum eſt ad omnia, quæ dicuntur prius de domino anni ab Albumaſare & Herm. Et per hæc omnia ſciemus partes quartarum anni & ſtatus omnium menſium & introitus quartarum menſium. Nam ſicut fecimus in coniunctionibus & oppoſitionibus ad ſtellas fixas, quæ ſunt circa illa loca principalia prædicta, & ad applicationes planetarum & eorum elongationes vnius ab alio: ad proprietates & ſtatus & ad latitudines eorum, quas etiam ventos ipſæ ſtellæ mouent, & inſpiciemus ad partes ſignorum in quibus ſunt: & ſimiliter ad quos ventorum flatus latitudo Lunæ declinat à Zodiaco: ita quòd per hæc omnia ſcire poſſumus, qui magis vincent de illis ventis in ſtatu menſis. Et ſecundum Haly, miſcebimus hæc omnia & ſciemus virtutem vincentem & iudicabimus ſecundum hoc, rem contingentem quolibet tempore, qualibet quarta, & etiam quolibet mẽſe.

*Qualiter ſit prognoſticandum de tempore aëris, ſecundum quartas menſium. Cap. 6.*

Tertius verò modus prognoſticandi ex prędictis de effectibus particularibus, iuxta viam Ptolemæi lib. 2. quad. cap. 12. Eſt magis particularis pro ſciendo fortitudinem & debilitatem effectus, vt ſcilicet inſpiciamus non ſolum ad coniunctiones, vel oppoſitiones: ſed etiam ad quadraturas luminarium, & vt plurimum accidit principiũ mutationis, quo ſignificatur, vt dicit Ptolemæus per tres dies antequam Luna ſit cum Sole, & forte per tres dies etiam poſt. Et hoc ſecundum Haly eſt, quia corpus Solis habet 15. gradus ante, & 15. poſt: & corpus Lunæ 12. gradus ante, & 12. poſt. ideo in tertio die ante coniunctionem virtus Lunæ voluitur cum virtute Solis: & ita remanet mixta vſque ad tertium diem poſt. Et quia etiam in ſex diebus Luna cum quolibet gradu, & cum quolibet planeta habet aſpectum, & ideo conuenit, vt applicet ſiue aſpiciat ad punctum domini ſignificationis in tribus diebus ante, & in tribus diebus poſt, vterque illorum dictorum modorum poteſt intelligi ſecundum Haly.

Ptolemæus etiam dicit, quòd deprehendetur ſignificatio accidentis futuri ex eorũ luminarium cũ planetis participatione in figura, vel in quolibet horum ſtatuum prædictorum, ſcilicet in coniunctione, oppoſitione, & in quadratura luminarium ac etiam in aliis aſpectibus, vt ſextili & trino. Res enim naturales ſequuntur naturam. Nam ſtatus mutationis, ſeu proprietatis alterationis deprehenditur per naturales concordantias, vel ſimilitudines planetarum, vel ſtellarum ad quas inſpicimus, ſiue etiam ſignorum: quas quidem concordantias habent cum aëre nos circundante: & cum ventis, id eſt ſecundum Haly in omni aſpectu Lunæ cum Sole formabimus aſcendens & angulos, & inſpiciemus ad planetas & ſtellas fixas, quomodo ipſa hora morantur, adiungendo rem ſemper particularem cum vniuerſali, & accipiendo comparationẽ operis planetæ vincentis cum opere gubernatoris primi: & cum proprietatibus aëris & ventorum in illo tempore, ſciemus ex hoc quantum res augeatur, vel minuitur.

Et Ptolemæus dicit, quòd virtus, ſeu fortitudo particularium ſtatuum, vel qualitatum, quæ accidunt omni die, erunt à ſtellis fixis, quæ ſunt maioris luminis & operis fortioris cum apparuerint veſpere, ſiue mane ex parte orientis, ſeu occidentis reſpectu Solis, quia mutant, & reducunt vt plurimum ſtatus particulares ad naturas ſuas, id eſt, ſecundum Haly: quando ſtellæ fixę apparent in veſpere & in occidente ad intrandum ſub radiis Solis cõmiſcetur virtus earũ cum virtute Solis. Et quando mane apparent quaſi exeuntes de ſub radiis Solis, creſcit virtus earum. Et quamuis virtus Solis ſit victrix, tendit tamen ad virtutem ſtellarum, quæ cõmiſcetur cũ eo. Similiter eſt de Luna. Et poſt quã ita eſt in ſtellis fixis magis erit in planetis. Et ſecundũ Haly ſunt ſtellę maioris luminis illę, quę ſunt primæ magnitudinis: deinde quę ſunt ſecundæ, deinde quæ tertię, &c. Et addit quando commiſcebimus res iſtas ſecundum quod qualibet die contingent: ſciemus inde particularia cuiuſlibet diei.

Et Ptol. dicit, nõ minus erũt hęc quæ diximus, cũ luminaria in angulis fuerint. Nã fortitudo & debilitas, quæ erũt in ſtatu cuiuſlibet ipſorũ temporũ, cõtingent quãdo tranſibũt luminaria per hæc loca: ſicut in trãſitu Lunæ per hæc loca creſcẽtia & diminutio, id eſt, fluxus & refluxus maris. Et dicit Haly, quod quãdo aliquod luminare tranſibit per aliquẽ angulorũ, quæ fuerint in applicatione ſua prima ſignificabit additionẽ vel diminutionẽ accidẽtis applicationis, & additio erit, quãdo fuerit ſignificatio eius tranſitus: ipſamet ſignificatio radicis, & minutio

tio erit,quãdo fuerint duæ ſignificationes diuerſæ. Et poſtquã ita eſt quod quando applicauerit gubernatori virtus luminariũ,vel ipſi gradui ſignificationis faciet idẽ,& cõuenit ꝙ ſcias gradus ſignificationis & gradus luminaris,ꝙ eſt ſupra terrã:poſtmodũ gradus Solis eſt gradus ſignificationis. Similiter ꝙ fortitudo anguli erit fortitudo rei,& manſuetudo: quia angulus aſcendentis,& medij cæli habent vim maiorẽ quàm quarta domus & ſeptima. Et Ptol.certificat dictũ ſuũ ſuper illud ꝙ apparet ex creſcentia & minutione maris,quia quando Luna erit in vno graduũ ſignificationis,facit additionẽ in creſcẽtia: verbi gratia quãdo fuerit aſcẽdẽs grad' cõiunctiõis, vel oppoſitiõis præcedẽtis introitũ Solis in Cancrũ vel aliud ſignũ,ſemper cũ Luna trãſiuerit per illud ſignũ,demõſtrat hoc augmentũ Nili.Similiter ſemper cum applicauerit planetæ gubernatori, & cum tranſiuerit per locum coniunctionis, vel oppoſitionis, quæ fuit, excepto hoc ſi contigerit alia maior ſignificatio, quæ diſturbet.

Deinde Ptol.dicit,quòd mutatio diſpoſitionũ vẽtorũ non eſt propriè niſi apud curſum duorũ luminariũ apud iſtos cardines,& eſt mutatio eorũ diſpoſitionũ aduentũ ad quẽ declinat latitudo Lunæ. In omni autẽ loco ſcire debemus, ꝙ prima & generalis occaſio fortiorem , quæ autem ſequuntur , ſunt accidentia particularium occaſionum , id eſt ſecũdum Haly, quando ſciemus accidens vniuerſale à cauſa aliquam maiorem virtutem habente, & ſciemus accidens minus eo à prima cauſa ſequente : & ſic ibimus à maiori ad minus,& de vniuerſali ad particularius,donec ad finem perueniamus. Et poſtea inſpiciemus quas res inueniemus ſimiles & concordantes in vno, & apponemus in vno loco, & faciemus ex eis ſignificationem vel rem vnam.

Et Ptol.dicit,quòd opus certiſsimè verificatur & roboratur cũ ſtellæ,quæ naturarũ vniuerſaliũ fuerint gubernatores naturis particularibus concordant in figura.Et dicit Haly, inſpiciemus operationẽ gubernatoris ad naturã illorũ tẽporũ,& ad cauſam fortiorẽ,& iudicabimus ſuper illud quod vicerit,quia cũ planetæ ſignificãt rẽ vnã qualiſcunq; ſit, ſi acciderit quod alij planetæ, vel ſtellæ ſignificant hoc idẽ quod cõcordat cũ prima cõſtellatione,ipſa ſignificatio fortis erit & certa, & ſi fuerint diuerſi: nihil certũ erit,niſi ab eo qui fortior fuerit , & magis circa naturam temporis in quo erit ſignificatio. Hæc enim in omnibus eſt regula generalis, quã docet obſeruari in omni loco. Et ſic patet qualiter ſit iudicandũ de accidẽtibus mũdi per introitus quartarũ anni,& oẽs menſes & medietates atq; quartas menſiũ,ſecundũ viã Ptol.& Haly. Et ꝙ in quadraturis luminariũ iudicatur eodẽ modo ſicut in cõiunctiõibus,& oppoſitiõibus cõſiderabis locũ quadraturæ & eius dominũ:& eodẽ modo ſicut cõſideraſti in cap.præcedenti locũ & dominium oppoſitionis.

*De ſignificatione planetarũ tum fuerint domini annorum & quartarum anni,& menſiũ,& medietatum,& quartarum menſium.Cap.7.*

De ſignificationibus omniũ planetarũ, cũ fuerint dominatores in reuolutione anni &c. dicemus aliqua ſecundũ viã Album.lib.4. maioris introductorij differentia , 5. Ipſe enim dicit , quòd illud ꝙ apparet ex effectibus planetarũ in temporibus & regionibus,fit duobus modis. Vno modo ſcilicet, cum ſingulariter aliquid operatur planeta, & alio cum Sol ei in ſuo opere adminiculatur.

Quod autẽ planeta ſingulariter operatur eſt vt Saturnus,qui cum præfuerit anno abſq; Martis aſpectu,vel alterius planetæ,qui poterit eum impedire, facit ſuperfluitatem frigoris in Hyeme in vniuerſis regionibus frigidis ſeptẽtrionalibus, & peribũt in eis animalia,& ſemina:ꝙ totũ grauius in illis regionibus apparebit,cũ fuerit Saturnus aſcẽdens à medio circuli ſuę augis.In regionibus autẽ vltra modũ calidis,ſcilicet auſtralibus : quãdo Saturn' anno præfuerit, minuitur calor aëris,& fit aër tẽperatus, & cõfortantur indiuidua, animalia,& ſementum & temperatur eorum complexio.quod autem melius eſt, apparebit quando Saturnus deſcendens fuerit. *De ſignificatione Saturni.*

Itẽ vlterius dicit Album.in eadẽ differẽtia, quãdo Saturnus fuerit à Sole perſpectus in hyeme abſque aſpectu Martis,aut alterius planetarũ in fine ſignorũ,augebitur in frigore hyẽs,& in eius lõgitudine, & forte multiplicabitur in eo flatus ventorũ ſeptẽtrionaliũ , qui magis ſunt frigidi , & erit deſtructio ſeminũ & animaliũ,& maximè in parte ſeptẽtrionali.Et ſi Saturnus aſcẽdens fuerit, eo certius apparebit. In æſtate verò ſi fuerit ita, calor aëris minuetur, & frigus augebitur, & æſtas abbreuiabitur,& maximè ſi Saturnus fuerit deſcendens.

Iupiter verò cũ fuerit dominus anni, & ſi Soli ſicut iam dictũ eſt cõmiſceatur,& ſi aliunde non fuerit impeditus , in his tẽporibus tẽperabitur aër per calorẽ eius,& humiditatẽ ꝗ idẽ efficit: & multi vẽti ſeptentrionales tunc temporis flabunt, qui tẽperati erunt,& animalia & ſemina confortabuntur. *De ſignificatione Iouis.*

Si Mars præfuerit anno,& fuerit à Sole in ęſtate cum quibuſdã cõplexionibus abſque aſpectu Saturni ad eos in fine ſignorũ,aut alicuius alteri', ſcilicet ſtellę ſibi cõtrariæ,calore nimio æſtas abũdabit , & durabit,eritq; nocibilis,& maximè in partibus quę ſunt inter motũ Arietis,& motũ Cãcri. Et ſi in hyeme ſic inuẽtus fuerit,erit hyems calidus & breuis, & erũt in ea multi venti meridionales , & ſecundũ Exafenon borealibus non mitigat hyemẽ, & auſtralibus exaſperat æſtatẽ. Et ſecundũ Album. hæc citi' apparebũt,ſi Mars aſcendens extiterit. Et intelligit Album planetã à Sole quãdo Soli cõmiſcetur in ſignificatione, ſeu ſi eius natura miſceatur cum natura Solis ex proceſſu. Et dicit Album.in fine ſignorũ, &c.Fines ſignorum planetarũ maleuolorũ ſunt termini vniuerſales,& ipſi deſtructionẽ ſignificant. Et dicitur in Exafenon,quod cum æſtas æſtati, hyems hyemi fuerit ſimilis: huiꝰ cauſa eſt participatio planetarũ cũ Sole,ergo & hoc ſignificari debet per eſſe planetæ à Sole, ſecundum ſententiam Album. *De ſignificatione Martis.*

Sol verò , vt dicit Album. vbi ſuprà, eſt temperatus, & eius proprietas eſt opus temporum , & ſignificatio vitæ vniuerſalis. Et in Exafenon cap. 5. dicitur , quod Sol cum fuerit dominus anni , erit tempus multæ variationis, & carens ſtabilitate:niſi fuerit Sol in aliquo angulorum aut ſuccedentium, quia reſiduæ quatuor domus ſunt cadentes : nec vnquam fuit planeta bene fortunatus in eis, nec in principio reuolutionis anni , nec in alio tempore: ſed erunt illo anno infirmitates, & peſtilentiæ notabiles, niſi aliunde impediantur. *De ſignificatione Solis.*

Venus

Digitized by Google

De ſignificatione Veneris.

Venus autem cum præfuerit anno, & prædicto modo permixta fuerit Soli, vt dicit Albumaſar, ſi tunc hyems fuerit, aut ver temperatum, & augmentationem adducet, in æſtate verò & in atumno ſiccitatem minuet.

De ſignificatione Mercurij.

Mercurius quoque cum fuerit dominus anni, & Soli prout dictum eſt, permixtus, nec aliunde impeditus, in tempore illo anni, aer multis & diuerſis vẽtorum corruptionibus corrumpetur ex ſiccitate ventoſa naſcente: nam temporis natura minuetur. Et ſimile erit eius opus in anno, cui ille præfuerit. Et in Exaſſenon vbi ſupra, dicitur quod Mercurius cum fuerit dominus anni, ſi Soli ſit bono aſpectu commixtus, nec alia contrarietate impeditus, tempus dominij ſui variis qualitatibus, & ventis diuerſis exagitat, ideo dicitur meretrix planetarum.

De ſignificatione Lunæ.

Et dicit Albumaſar vbi ſupra, quòd Luna cum præfuerit anno, aut in quibuſdam anni temporibus Soli commixta extiterit, quatuor quartas anni diſponet, ſecundum quatuor qualitates earum quartarum ſuæ Lunationis, id eſt, ſecundum Exaſſenon, & concordat Albumaſar primam quartam anni facere ſolito calidiorem & humidiorẽ, & hęc eſt fœcunda & ſerena humiditas ſecundam quartã calidam & ſiccam facere notabit. Tertiam frigidã, & ſiccam. Et quartam frigidam & humidam. Sic enim diſponantur quartæ Lunationis. Nam vt dicit Albumaſar, ipſa Luna per ſuum curſum in vno curſu, id eſt, menſe in omnibus ſignis, mouet, & mutat naturam temporum anni ſolaris, & eam inuicem commiſcet atque confortat, & naturas temperat, vt animalia & ſemina poſſint ſuſtentari: Et ſecundum exaſſenon: Luna quia tranſit zodiacum duodecies in ſuo anno: toties ideo poteſt eius dominium variari, & ſimiliter in quolibet tranſitu coniunctionis præter eius dominium annale recipit dominiũ aliorum planetarum in qualibet quarta ſuæ Lunationis. Et dicit Albumaſar vbi ſupra, quòd quidam dicunt, quòd Luna ab initio menſis vſque dũ Sol per oppoſitionem videatur calida eſt & humida, & ab hoc loco vſque in finem menſis frigida eſt, & humida. Et dicunt etiam, quod quando Luna anno præfuerit: prima anni medietas calida erit, & humida, medietas verò ſecũda frigida & humida, ſed ſententia prima, vt dicit Albumaſar verior eſt: quia ſignificatio Lunæ ſuper corruptionem, ſeu mutationem quartarum menſium atque annorum innuitur: cũ ipſa p̄fuerit vni eorũ, ſi Soli cõmiſceatur.

*De naturis ſignorum ſpecialibus pro ſciendo ſtatum anni & aliorum temporum. Cap. 8.*

POſtquam in præcedenti capitulo determinatũ eſt de ſignificationibus planetarum per reuolutiones annorum mundi: Iam conſequenter declarabimus ſignificationes & proprietates naturales omnium ſignorum ad ſciendum qualitatem, ſiue ſtatũ anni. Et vt iam dicit Ptolemæus li. 2. quad. c. 11. ad ſtatum anni indigemus proprietatibus naturalibus & particularibus cuiuſlibet ſignorũ, ideo vniuſcuiuſque ſignorũ proprietates oſtendere conueniens eſt. Et ſecundum Haly hoc intendit Ptolemæus docere pro commiſcendo virtutes eorum cum virtute planetæ dominantis & cum Sole & Luna, & aliis ſupra dictis, pro extrahendo inde naturam vincentem, & iudicabimus ſecundum illud in aere, in hominibus, & in omnibus aliis, quę diximus.

Arietis ergo ſignificatio totius naturæ, vt dicit Ptolemæus vniuerſaliter tonitrua, & coruſcationes adducit, propter æquinoctium contingens in eo. Et natura eius partium in augmento & diminutione, ex proprietatibus ſtellarum fixarũ, quæ ſunt in eo deprehendetur. Vnde in eo principium huius ſigni pluuias & ventos efficit, eius verò media pars temperata eſt, ſed finis eius æſtum & mortalitatem adducit. Et ſecundum Haly, Ptolemæus vult dicere, quod ſtellæ fixæ quæ ſuo tempore erant in capite Arietis, habent complexionem, quæ non commiſcetur cum iſta cõplexione Solis, quæ pertinet ad totum ſignũ Arietis, & quod accidit inde quædam virtus, quę trahit fumoſitates humidas, quæ ſunt materia pluuiarum & ventorum. Et ſimiliter dicit Haly, quòd ſtellæ fixæ, quæ erant tẽpore Ptolemæi in medio ſigni Arietis, habent complexionem non cõmiſcentem cum complexione Solis, quæ pertinet ad totum ſignum Arietis: & accidit inde virtus quædam, quæ aſſimilatur virtuti Iouis, & Veneris in tẽperamento: ſimiliter ſtellæ fixæ, quæ tempore eiuſdem erant in fine Arietis, habent complexionẽ nõ admittentes ſecum Solis complexionem, quæ pertinet ad totum ſignum Arietis, & accidit inde vna virtus ſimilis naturæ Martis in ſua combuſtione, & eſt generatrix mortalitatũ, eo quod facit putreſcere humiditates in hyeme congregatas. Et conuenit quod cum aliqua res harũ ſtellarum, mutabitur ad ſignum Tauri, fiat commixtio inter eos & opus Solis, quod pertinet ad totum ſignũ Tauri. Verbi gratia, iam intelleximus, ꝙ complexio Solis pertinẽs ad totũ ſignũ Arietis eſt generatrix fumoſitatũ humidarũ, quę faciunt nubes & tonitrua & coruſcationes, & ſcimus quòd virtutes ſtellarum fixarum cõmiſcentur cum hac complexione, quæ erat tẽpore Ptolemæi in principio Arietis: accidit inde quædã commixtio generatrix pluuiarum & ventorum, & eſt declaratum, quod hæc complexio harum ſtellarum ſimiliter generat humiditates & fumoſitates, quando mutabuntur hæ ſtellæ ad mediũ Arietis, & commiſcebuntur earum virtutes facientes humiditates cũ virtute Solis in ſigno Arietis: accidit inde plus ventorum & minus pluuiarum & ſic conuenit incedere in aliis ſignis.

Et quia quælibet ſtellarũ fixarum manet in vno gradu ſigni centum annis, ſecundum opinionẽ antiquam, vel 70. annis, vel quod verius eſt ſecundum plus & minus, vt patet per tabulas noſtras reſolutas, ideo illius partis opus eſt ſtellæ, quãdiu ibi manet, & quando remouebitur ad partẽ aliam ipſum opus partis primæ erit ſecundæ: eo quòd opus ſtellæ, eſt fixum, ſuſcipiens ſignum ad mutationem ſtellæ de loco ad locum, & ſecundum hoc mutabitur iudicium.

Et Ptolemæus dicit, quòd partium Arietis iſtæ, quæ ſunt ſeptentionales ſunt calidæ & æſtuantes, & damnoſæ, & deſtruunt. Meridionales verò partes eius ſunt frigidæ, & gelidæ, id eſt, ſecundum Haly partes ſeptẽtrionales ſunt de natura Martis, & Meridionalis pars Saturni: ita qđ quãdo in illa, vel in iſta parte accidit eclipſis, vel latitudo Lunæ tẽpore coniunctionis, vel oppoſitionis, dũ planetæ dominantur, commiſcetur opus harum coniunctionum cum opere eclipſis, aut cum oppoſitione, vel coniunctione, ſiue cum dominante planeta. Et ſic



Digitized by Google

in aliis ſignis intellige.

Tauri verò totum ſignum ſecundum Ptolemæũ duas coniunctiones ſignificat: ſed tamen ad caloris ſignificationem procliuius eſt. Et ſecundum Haly vult Ptolemæus quod quando Sol eſt in Tauro deſiccat & humectat æqualiter: deſiccat propter calorem, & humectat propter fumoſitates eleuatas per prius, & eſt ſignum Tauri recipiens à Sole hæc opera: ſimiliter hoc ſignum totum, & eius partes recipiunt à Sole & ſtellis fixis virtutem, cum qua operantur virtutes Solis & ipſarum ſtellarum, & hæc eſt res generalis ſecundum Haly. Et Ptolemæus dicit, quòd primæ partes Tauri, ſcilicet illæ quæ ſunt citra Pleiades, factiuæ ſunt terræmotus, ac nubiũ, & ventorum. Pars media infrigidat & humectat: pars verò extrema citra Aldebaram, eſt de natura ignea, quæ tonitrui & fulguris eſt factiua. Illæ verò, quæ ſunt ſeptentrionales, ſunt temperatæ complexionis. Meridionales motus fortes & inordinatos faciunt, id eſt, ſecundum Haly, ſtellæ quæ erant tempore Ptolemæi, erant in decem primis gradibus Tauri: nunc autem in noſtro tempore ſunt in tertia parte Tauri, & ideo nũc propriè faciunt vẽtos, quia cum fumoſitas ſpargitur propter magnũ calorẽ, non faciunt nubes, nec terræmotus niſi raro: quamuis in prima parte fecerint vtrunque. Et dicit Haly, ſicut apparet ex verbis Ptolemæi virtutes ſtellarum fixarum, quæ erant ipſius tempore in decem gradibus primis Tauri, erant de natura Mercurij, & virtutes earum, quæ erant in medio Tauri, habebunt virtutem Veneris, & quæ erant in fine eius habebunt virtutem Martis, & quæ erant in ſeptentrione eius habebunt virtutem Iouis, & quæ in meridie, virtutem Mercurij, quando commiſcetur cum Saturno, & quod quælibet partium Tauri recipiet virtutes ſtellarum fixarum, quæ erãt in eo.

Geminorum verò totum ſignum, vt ait Ptolemæus generaliter facit temperantiam: ſed particularis pars prima eius eſt humiditatis multæ, & coruſcationis. Pars verò media eſt complexionis temperatæ, & pars poſtrema eſt mixta & inordinata, ſiue naturæ inſtabilis, & permixtæ ſtellæ. Sed partes ſeptentrionales eiuſdem ſigni faciunt ventos & terræmotus. Meridionales verò ſunt igneæ, & comburentes, id eſt, ſecundum Haly ſtellæ primæ partis ſunt de natura Saturni: mediæ Iouis, & finis Mercurij quando eſt directus: meridionales etiam habent virtutem Martis. Et dicit Haly, quòd verba Ptolemæi poſſunt in quolibet ſigno per ſe dupliciter intelligi, vel ſic ſicut diximus, quia ſigna recipiunt à Sole virtutem ſuam, quæ concordant in ſuo opere quando ipſum ingreditur, vel ſic, quod ſignum recipit ab omnibus ſtellis fixis, quæ ſunt in eo vim vnã quæ concordat cum complexione, quæ fit per cõmixtionem omnium: tamen gloſſa prima eſt conuenientior verbis Ptolemæi.

Cancri verò totum ſignum, vt ait Ptolemęus, vniuerſaliter ſerenitatem efficit & calorem, & pars eius prima, quæ eſt circa præſepe facit aerem turbidum, calidum, & obſcuritates & terræmotus, pars verò media eſt temperata, & pars poſtrema facit ventos, partes verò ſeptentrionales & meridionales æſtuant & comburunt, ſed ſecũdum Haly, principium harum ſtellarum eſt Martis in faciendo calores, & terræmotus, & parum Saturni in faciendo obſcuritatem: medium habet naturam Iouis, & finis virtutem Mercurij quando commiſcetur cum Ioue, & partes ſeptentrionales & meridionales habent virtutem Martis.

Leonis verò totum ſignum, vt ait Ptolemæus vniuerſaliter facit calorem, & tempus turbidum, & prima pars facit turbidum & corruptionem, & mortalitatem. Pars verò media eius calida eſt & temperata, pars verò poſtrema multum mutat & corrumpit: partes vero ſeptentrionales æſtuant, & comburunt, meridionales humectant. Secundum Haly aer calidus concordat cum virtute Solis, ideo pars illa quæ fuit prima tempore Ptolemæi, habet naturam Solis & Martis, pars media Iouis, & finis Saturni, ſeptentrionalis verò eſt naturę Martis, meridionalis Mercurij, quando cum Venere eſt cõmixtus. Et intellige dicit Haly, quid ibi Ptolemęus dicit temperamentum, vult intelligere tale temperamẽtum, quod ad illud tempus pertinet, ſicut homo dicitur temperatus per comparationem ad Leporem & ad Leonem.

Virginis verò totum ſignum, vt ait Ptolemæus, eſt humectans & faciẽs tonitrua. Cuius prima pars maioris caloris eſt, & corrumpit, pars media eſt tẽperata, & pars vltima eſt aquoſa, partes etiam ſeptẽtrionales eius ventos faciunt, & meridionales ſunt temperatæ, id eſt, ſecundum Haly totum ſignum Virginis eſt de natura Mercurij, quando cum Venere commiſcetur, & quæ erat pars prima eius tempore Ptolemæi, habuit naturam Mercurij, pars media Iouis, & poſtrema Saturni. Pars verò ſeptẽtrionalis Mercurij, meridionalis Iouis.

Libræ verò totum ſignum, vt ait Ptolemæus, eſt mutans res, cuius partes ſcilicet prima & media ſunt temperatæ, poſtrema pars aquoſa eſt, ſeptentrionales verò partes ſunt ventoſæ, & meridionales ſunt humectantes, & mortalitates ſignificant, id eſt ſecundum Haly, Libra dicitur mutans: quia quando Sol ingreditur iſtud ſignum, tunc mutatur tempus, & fit autũnus, & natura autumni eſt vt aer multotiens mutetur, ita quod aliquando fit calor, aliquando frigus, aliquando ſiccitas, & propter hoc dicitur, Libra cambiens res, & mutans. Prima verò eius pars & media ſunt de natura Iouis & Veneris, finis quoque Lunæ & Saturni, & partes ſeptentrionales Mercurij quando commiſcetur cum Ioue, & Meridionales de natura Saturni.

Scorpionis verò ſignum totũ, vt ait Ptolemęus eſt igneum, & faciens tonitrua. Cuius prima pars facit grandinem & eſt ſicca, vel ſecundum alium textum eſt nebuloſa, vel ſecundum tertium eſt cõmixta cum niue & vento, ſecundum quartum textũ eſt humida mutabilis, media verò pars Scorpionis eſt temperata, & poſtrema faciens terræmotus, partes autem ſeptentrionales comburunt, & meridionales humectant, id eſt ſecundum Haly natura totius ſigni aſſimilatur Marti. Et prima pars Saturno: & media Ioui, & finis Mercurio, partes ſeptentrionales Marti, & meridionales Saturno.

Sagittarij verò totum ſignum, vt ait Ptolemęus vniuerſaliter facit ventos, cuius prima pars humectat, media eſt temperata, & poſtrema ignea, partes eius ſeptentrionales ſunt ventoſæ, & meridionales humectant fortiter, & permutant, id eſt ſecundum Haly,

Haly,Sagittarius recipit à Sole,& à ſtellis fixis,quę ſunt ibi,talem complexionem,qualis eſt illa Mercurij,quando eſt mixtus cum Ioue. Et quæ erat eius prima pars tempore Ptolemæi, erat de natura Veneris,pars eius media Iouis,& finis Martis:pars eius ſeptentrionalis Iouis,& Mercurij,& Meridionalis Saturni quando eſt in loco humido.

Capricorni verò totum ſignum, vt ait Ptolemæus,multum humectat:cuius prima pars comburit & deſtruit, media eſt temperata, & poſtrema pluuioſa,& partes eius tam ſeptentrionales quàm meridionales ſunt multum humidæ & damnoſæ: id eſt humectant & deſtruunt ſeu corrumpunt, id eſt ſecundum Haly eius principium habet naturam Martis:medium Iouis,finis Lunę & Mercurij, quando eſt permixtus cum Luna,& partes eius ſeptentrionales,& meridionales ſunt de natura Saturni,quando eſt in loco aquoſo.

Aquarij verò totum ſignum, vt ait Ptolemæus, eſt frigidum & aquoſum:cuius prima pars eſt multum humida:media temperata,& poſtrema ventoſa,& partes ſeptentrionales comburunt, & meridionales ſunt grandinoſæ. Et ſecundum alios textus,ſunt nebuloſæ,ſeu ventos nimium faciunt. Et ſecundum Haly prima pars habet naturam Lunæ: media Veneris,& finis Mercurij:partes verò ſeptentrionales Martis,& meridionales Saturni.

Piſcium verò totum ſignum, vt ait Ptolemæus, eſt frigidum & ventoſum.Cuius prima eſt temperata,media multum humectans, & vltima comburit: partes eius ſeptentrionales ſunt ventoſæ, & meridionales aquoſæ,id eſt ſecundum Haly:prima pars habet naturam Veneris: media Lunæ: & poſtrema Martis,partes meridionales Lunæ,cum eſt in loco aquoſo,& ſeptentrionales Iouis & Mercurij. Et dicit Haly, quòd per iam dicta dedit nobis Ptolemæus regulam,per quam ſciemus illud,quod accidit omni die.Verbi gratia.Si ille quem dominatur humidus fuerit,& commiſcebitur cum ſtellis fixis humidis,& locus coniunctionis, vel oppoſitionis præcedentis fuerit locus humidus: aut Luna, vel Sol in tali loco.Hæc res ſi vna ſcilicet alteri applicuerit aſpectu aliquo,ſignificabit quòd illa dies erit humida & multum pluuioſa, & ſi Saturnus rebus iſtis applicuerit, erit pluuioſa fortis,& damnoſa cum obſcuritate aeris.Et ſi Iupiter fuerit, erit tẽperies,& tempus ſoporoſum,& omnes alias applicationes intellige illo modo. Et ſic patent ſignificationes omnium ſignorum,& earum partium particularium:quæ cum qualitatibus anni, & quartæ, & menſium,& medietatis, aut quadraturis menſiũ conueniunt iuxta viam Ptolemæi & Haly pro iudicio de temperie aeris habendo in prædictis temporibus.

*Quo pacto orbis magnus reperiatur.* Cap.9.

CVm Aomar libro natiuitatum cum autoritate Albaraſacis referat magnum orbem cepiſſe, quo tempore fuit ea Saturni Iouiſque coniunctio, qua diluuium volunt fuiſſe præſignificatum, præceſſeritque illa ipſa ducentis ſeptuaginta nouem annis, & initium talis orbis fuit ante diem Iouis prædicti temporis,videlicet 279. vt Albumaſar aſſerit,magnarum coniunctionum libro primo, differentia prima: atque in hac dominati ſint Saturnus & Cancer,palam manifeſtumque eſt ex numero,quem ipſi ad ferunt annorum, inter Chriſtum diluuiumque, trium milium centum & duorum, orbem magnum, qui hoc tempore 1580. præſens eſt, decimumquartum in completum eſſe à coniunctione diluuij, nempe 281. annos ſuperaſſe ab eo ipſo qui futurus eſt decimus quartus: ex quo nouus orbis incœperit. Verumtamen dicimus officium eſſe chriſtiani hominis,& pij hoc diluuium generale ſub Noe,in quo tota terra aquis cooperta eſt,& inductæ fuerunt in orbem vniuerſum pluuiæ:periitque ſuis vitiis humanum genus, non Saturni Iouiſque coniunctione incitante, etiam ſi concedamus eo tempore viguiſſe,ſed hoc fuit imperante & præcipiente Deo,vt teſtantur ſacræ literæ.Dicimus tamen quòd orbis magnus in diluuiis particularibus vim habet: vt docet experientia in diluuio,quod circa annum domini quingenteſimum octuageſimum ſeptimum in Italia fuit, quod Venetias,Liguriamque inuaſit, anno ſalutis quingenteſimo octuageſimo ſeptimo,quo tempore magna tonitrua, maior peſtis Romæ ſequuta eſt, ſerpentum fœtore ad littora proiectorum, Quod cum ita proditum ſit, manifeſtum eſt annos centum quinquaginta ſeptem præceſſiſſe ab ingreſſu ſuperiorum planetarum in aqueam triplicitatem. Vnde facillimum eſt colligere à Saturni Iouiſque coniunctionibus, multas inundationes in hæc inferiora produci.Et ſi illud diluuium Venetias,& Liguriam ſolas,& non reliquam partem Italiæ inuaſit,hoc fuit,quoniam aſcendens Venetiarum & Genuæ fuit Cancer, ſub quo ſigno celebrata fuit magna illa coniunctio Saturni & Iouis, vt demonſtrat Cornelius Scepperus lib. 1. cap. 6. aduerſus Aſtrologos, & quoniam reliqua Italiæ pars erat ſub alio ſigno: ideò manifeſtum apparet, quod tota Italia infeſtari non debuiſſet.

Item ingens inundatio fuit pluuiarum in Gallia anno ſalutis milleſimo centeſimo quadrageſimo nono. Item fuit inundatio in Germania circa annum domini milleſimum treceteſimum ſeptuageſimum quartum.

Diluuium Deucalionis ratione Aſtrologica deduci poſſe.

Venitque in mentem illius ingentis inundationis,quam ſub Deucalione factam,vt veteres etiam, ita præcipuè poetæ prodidere. Occurrunt quæ à feſtiuiſſimo Poeta dicta ſunt,non minus eleganter quàm magnificè.

*Expatiata ruunt per apertos flumina campos,*
*Cumque ſatis arbuſta ſimul pecudéſque,viróſque,*
*Tectáque cumque ſuis rapiunt penetralia ſacris.*
*Si qua domus manſit,potuitque reſiſtere tanto*
*Indeiecta malo,culmen tamen altior huius,*
*Vnda tegit,preſſǽque latent ſub gurgite turres.*

Quod diluuium ex Euſebio reperi proditum euenisse circa annum mundi ter milleſimum ſexcenteſimum ſeptuageſimum ſeptimum.Quare cõcludimus diluuium particulare, & non vniuerſale ad rationem Aſtrologicam referri.

Exemplũ.

Et pro horum dictorum ratione ad aliquod exemplum in particulari veniamus.

Nam anno 1333.in Ethruria fuerunt exundatio-



Digitized by Google

nes maximè, quæ multos labores hominum ac agros & ædificia vaſtarunt, quoniam die primo Nouembris incœpit per dies, noctesque quatuor plure continuè, adeo quod credebant omnes quod cæli portæ eſſent apertæ ad deſtructionem omnium hominum, & erat pluuia cum tonitruis, coruſcationibus, & fulminibus horrificis, qui timorem in corda hominum mittebat. Quapropter omnes recurrebant ad Deum petentes veniã omnium delictorum. Tandem die quarto huius menſis Arnus fluuius ex crebrioribus imbribus alueum ſuũ adeò exceſſit, vt non tantum aruis, agriſque, ſed oppidis infinitis ad fluuium ædificatis multum damni intulerit. Sed eodem tempore magna quoque inundatione periclitabatur Florentia ciuitas, patria mea dulciſſima. Nam flumen Arni verſus orientalem plagam intrans in vrbem aquarum impetu multos homines abſorpſit, & omnes pontes ciuitatis fundamentis abripuit, vbi & omnia periſſent facilè, niſi ſingulari Dei beneficio verſus occidentem ruptis muris ciuitatis aqua exitum commodiſſimum inueniſſet. Et ante tonitrua ac fulmina horrifica tanti imbres conſequuti ſunt, vt nullus, qui vixerit, ſe vidiſſe vnquam meminerit, vt potè, à quorum iniuria nihil in ædibus relictum fuerit intactum. Durauit hoc diluuium per duos dies. Interea torrentes ac riuuli ex vicinis montibus decurrentes, magnorum fluminum ſpeciem referebant: quorum fragor adiecto imbrium ac procellarum horrifico ſtrepitu, omnium mentes adeò deiecerat, vt exiſtimarent vniuerſa mox interitura. Quantum autem periculoſa illa inundatio Florentinis ſimul ac vicinis damni intulerit, referre longum, ſit ideo ad hiſtoriam Ioannis Villani Florentini copioſè deſcriptam, lectorem remitto: Verum ipſe in lingua vernacula ita ſcripſit.

In Firenze ſi hebbe del detto diluuio grãde amiratione & tremore per tutte le genti, dubitando non fuſſe giuditio di Dio per gli noſtri peccati, che poi che abaſsò il diluuio, piu dì & piu notti appreſſo, non finiua di piouere con continui tuoni, & baleni molto iſpauenteuoli, per la qual coſa il piu delle genti di Firenze ricorſono alla penitenza & communione, & fu ben fatto, per placare l'ira di Dio. Et di ciò fu fatta queſtiõe à ſauij religioſi, & maeſtri in theologia, & ſimilmẽte à filoſofi ĩ natura & Aſtrologi, ſe il detto diluuio fuſſe per corſo di natura, ò per giuditio di Dio. Per gli Aſtrologi naturali fu riſpoſto, ponendo innanzi la volunta di Dio, che grande parte della cagiono fu per lo corſo celeſte, come haueua diſpoſto Iddio per vna forte congiuntione di pianeti, aſſegnãdone piu ragioni, le quali racconteremo in breue, & alla groſſa per meglio fare intendere quæſta materia. A di. 14. di Maggio paſſato fu lo ecliſſe oſcuratione di grande parte del Sole nel ſegno & fine del Toro caſa di Venere, col capo del dragone della Luna, la quale oſcuratione infino al hora per ſaui religioſi & per moſtramẽto di Aſtrologi fu ſermonato in pergamo in Firenze, il quale noi vdimmo che cio ſignificaua grande ſecco nella preſente Eſtate vegnente, & poi nella oppoſitione di quello ecliſſe grande ſoperchio d'acqua, & tremuori & grandi pericoli, & mortalità di gente & di beſtie: ammonendo le genti à penitenza. Et poi appreſſo al' entrante di Luglio fu la congiuntione à grado di Saturno caſa di Marte alla fine del ſegno della Vergine caſa di Mercurio: il quale ſignifica ſoperchio d'acqua, & ſommerſione: per li detti duoi pianeti infortuni. Ma à quello che diſſono, che aggrauò piu ſequendoſi vna congiuntione l'altra ſi fu che il di del diluuio il Sole ſi trouò nella oppoſitione del ſuo ecliſſe à gradi 19. dello Scorpione in congiunzione con la coda del Dragone, & alla ſtella che ſi chiama Cuore dello Scorpione, che ſempre ſono infortune, & fanno grandi pericoli in mare, & in terra, & Venere pianeta acquoſo ſi trouò nella fine del detto Scorpione, & per aggiunta il Sole in tale congiunzione ſi trouò aſſediato intra le due infortune, cio è Saturno & Marte, congiunte inſieme per ſeſtile aſpetto. Saturno nella Libra, in ſua eſaltatione congiunto con lui la Luna, la quale è portatrice del tempo futuro, & à lui venne con ſegni aſcendenti acquatici ſtata nella ſua congiũzione dinanzi, cio è nella Libra medeſſima con Saturno, & con Venere, & con Mercurio pianeti acquatici. Et lo horoſcopo della ſua congiunzione fu tanto ſua eſaltatione & caſa di Venere, oue era ſtato lo ecliſſe del Sole & nella ſua oppoſione di quello Lunari, dinanzi al diluuio fu ſuo aſcendente il Cancro ſua caſa, che ſignifica abondanza di acqua, & i detti pianeti acquatici, Venere & Mercurio, et vno in Scorpione ſegno acquatico & caſa di Marte, con la coda del Dragone, & nel cominciamento, & grande parte di quello Lunare, dinanzi al diluuio furono grande pioue in Firenze, & in molte altre parti. Et queſto fu ſegno del futuro diluuio: Et dal'altra parte il pianeta di Marte alla venuta del diluuio ſi trouò nel ſegno di Sagittario in ſua triplicità caldo & ſecco, & che volentieri ſaetta inuiluppato nel detto ſegno con Mercurio, pianeta conuertibile con i rei, freddo & humido, & acquatico, & contro alla compleſſione di Marte, & del detto ſegno, il qual Marte combattendoſi co i raggi di Saturno, mandarono in terra la loro influenzia, cio è, ſoperchi di tuoni, & pioue, baleni, & con folgori, & ſommerſioni, & tremuoti, & per aggiunta al fatto il pianeta di Gioue, la cui fortuna, è dolce & buona, in quel' hora ſi trouò nel ſegno di Aquario caſa di Saturno, & con Saturno congiunta in trino aſpetto, & con Marte in ſeſtile aſpetto, ſi che la ſua virtu fu vinta dalli detti due infortunij: & con niente di potere ma conuenne che giugneſſe alla fortuna de rei per lo ſegno d'Aquario doue era. Et nota Lettore, & raccogli ſe niente intenderai della detta ſcienza, tu trouerrai al punto & giorno che uenne il diluuio congiunti quaſi tutti i ſette pianeti del cielo corporalmente per diuerſi aſpetti, & in caſa i termini di ſegni da commuouere l'aria & i cieli, & nelli elementi, à darue le ſopradette influenze. Et domandati ancora i detti Aſtrologi, per che i detto diluuio venne piu à Firenze, che à Piſa, che era in ſu l'Arno medeſſimo, che lagiù, doeua eſſer piu groſſo, ò d'altre terre di Toſcana,

Fu

Digitized by Google

Fu riſpoſto, che prima fu la cagione della malaprouedenza de Fiorentini, comi detto è per l'altezza delle Peſcaie, l'altra ſecondo l'Aſtrologia Saturno il quale da influenza & ſommerſione infortuna e riui, & diluui nella ſua oppoſizione, era nel ſegno della Libra, la quale è in ſua eſaltatione: la quale Libra ſi attribuiſce alla citta di Piſa, & allo oppoſito del ſegno del'Ariete, il quale Ariete pare ſi attribuiſca alla citta di Firenze, & l aſcendente del entrarſi del Sole nel'Ariete ſi trouò nella parte di ponente col Sol in cadimento, & il Sole di cui l'Ariete è eſaltatione, ſi trouò congiunto, & aſſediato nel tempo del diluuio in mala parte è infortune. Come detto è Marte, il quale è ſignore del ſegno del'Ariete ſi trouò congiunto con Saturno, & vinto da lui per lo modo, che è di ſopra fatta menzione. Et queſta contrarietà & congiunzione paiono cagione del ſoperchio diluuio & dannaggio della citta di Firenze, pui che di Piſa.

Anno 1530. Brabantiæ, Hollandiæ, ac Flandriæ loca littoralia maritimaque, Zelandiam propemodum vniuerſam, dira aquarum obruit alluuio, ruptis aggeribus, mari & fluminibus paſſim inundantibus, cum magna & hominum & rerum ſtrage, non tantum pagi, ſed & oppida Flandriæ atque Zelandiæ enauigata ſunt Cymbis fluuialibus. Ferunt maria omnia adeò inſolenter per id tempus aucta, vt ternis, aut quaternis pedibus ſupergreſſa ſint aggerem. certumque eſt, fuiſſe paucos admodum in Zelandia, quos tam ſæua hæc tempeſtas non deprehēderit. Si noctu veniſſet tam ſubitus & grandis cataclyſmus, non dubium quin plurima hominum milia fuerit abſorpturus. Eodem anno Romæ præter tonitrua ingentia & crebros ignes tanta vis aquarum cęlo decidit, vt altero ſe perituros diluuio metuerint homines: Tyberis ſe effundentis impetu, & publicæ & priuatæ domus corruerunt. Atrox vis tempeſtatis huius ſecum rapuit, & in alueum fluminis deportauit etiam ædificia, quæ trium, aut quatuor fictilium lapidum denſitate conſtabant. Si qui vitæ ſeruandæ ſtudio & cupiditate conſcenderant tecta alta domorum, hos ventorum violentia humi decuſſos, Tyberinis vndis abſorbendos dedit. Locis vrbis depreſſioribus aquæ, in triginta trium aut ſex pedum altitudinem ſeſe extulerant: Vnde factum eſt, vt frumēti, quod tum erat in vrbe, plus quàm tria modiorum millia fluctus abſumpſerint, præter vinaria vaſa, quæ diſſoluta effuſo liquore aquis innatabant, & alia permulta precioſiſſima, quæ in pœnariis hæc tempeſtas reperit. Hoc anno Florentia ab exercitu Imperatoris & Papæ ſcilicet Clementis 7. Florentini expugnata eſt.

*Quę ſit veterum de diluuio ſententia.*

Et veteres quidem de diluuio pluribus modis philoſophati ſunt peripatetici frequentius inundationem oriri volunt Diogenes & Anaximenes, referente Ariſtotele, poſt totius terræ ſiccitatem, fieri inundationem debere, & econtra, Ariſtoteles frequenter quartas modo nudari, modo contegi. Senecæ in fine tertij naturalium quæſtionum nota verba ſunt, quærentis, qua cauſa cataclyſmus fieri poſſet, vtrum inquit Oceani viribus fiat, & externum in nos pelagus exurgat? An crebri ſine intermiſſione imbres & eliſa æſtate, hyems pertinax immenſam vim aquarum, ruptis niuibus promittat? An flumina terris largius fundat, aperiatque fontes nouos? Aut non ſit vna ratio malo cauſa, ſed omnis ratio conſentiat, & ſimul imbres cadant, flumina increſcant, Maria ſedibus ſuis excita percurrant, & omnia nouo agmine ad exitium hominum generis incumbant. Subiungit tandem vi ſyderum hæc fieri, cum ſcilicet eadem ſyderum turba in Capricornum conuenerit.

Senecæ opinio de diluuio.

Petrus Aluerniata à magnarum ſtellarum circulatione, magnam hyemem, imbriumque exceſſum fieri dicit Saturno Ioueque coniunctis, & quidem de aerea triplicitate ad aqueam mutatis, & in ſigno humido, vt in Piſcibus, & cum ſtellis humidis, ſcilicet cum Venere, & Luna, ſi à Marte, vel Sole non impediantur.

Pet. Aluerniatæ opinio.

Albertus Magnus doctus ſanè philoſophus, ab inundatione maris cæleſti cauſa facto ominatur, Luna ſcilicet in ſeptentrionalibus ſignis collocata, aut aquaticis, vt Piſcibus, vel Aquarij finibus, & cum ſtellis tam fixis quàm erraticis aquam augentibus, quales de fixis ſunt illę quatuor, quæ iuxta aquæ effuſorem ſunt, aut pleiades, prius tamen circa has congregari oportet, demum in Piſces concedere. Hæc à veteribus & neotericis quibuſdam.

Alberti magni opinio.

Dico igitur & breuiter quod hæc accidentia, & diluuia frequentiſſimè proueniunt ex coniunctionibus magnis trium planetarum ſuperiorum, & ex Eclipſibus luminarium. Et quia accepimus exempla de anno 1333. nunc exemplum accipiamus de anno 1348. in quo conuenerunt tres ſuperiores in ſecunda facie Aquarij, & accidit tunc temporis eclipſis Lunæ vniuerſalis, & iſtæ coniunctiones cum eclipſi ſignificabant magnos effectus & durabiles, ſicut patet per ea quæ ſcripſerunt hiſtoriographi. Quapropter primo narrabo effectus ipſius eclipſis: deinde ſignificationes illarum coniunctionum recitabo.



Digitized by Google




HALY Rodoan ſuper cap.6.li. 2.quadripa.Ptolemæi in ſua commentatione dicit, quòd duo luminaria ſunt principales domini,ſiue principes ſuper omnes alias ſtellas. Iſta autem Eclipſis fuit in Martio eiuſdem anni 1345. completis de Martio 18.diebus & decem & nouem horis & 28.minutis & fuit Luna in 7.gradu Libræ. Dominus ergo loci Eclipſis,ſiue planeta in eo magis dominium obtinens fuit Saturnus,eo quod habet ibidē exaltationem,triplicitatem,terminum & ſimiliter eſt de illius haiz,& ideo præponitur Veneri, non obſtante quod Libra ſit domicilium Veneris, quia ipſa non habet ibi plures dignitates, niſi domum: & præter hoc eſt alterius haiz. Saturnus ergo dominabatur in loco Eclipſis, qui ſignificauit iuxta ſentētiā Ptolemæi 2.lib.quadripartiti cap.8.multa bella,& fugam in eis,multas infirmitates & longas,& magnā mortalitatem in hominibus & animalibus, frigus vehemens & multas pluuias,& niues temporibus ſuis:ventos validos & magnum detrimentum:nauigantibus magnam corruptionem aeris,caritatem magnam annonæ,& fructuum per frigus & pluuias multas & per vermes. Vnde accidit mortalitas hominum, & detrimentū ſignificant annonæ,& fructibus in collectione eorum in autumno ex cauſis prædictis,eo quod locus eclipſis fuerat Libra. Et breuiter Saturnus habuit quaſi maxima dominia in iſto caſu, quod potuit habere.Nam ipſe Saturnus fuerat dominus loci coniunctionis magnæ Saturni & Iouis, quæ fuit poſt eclipſim per duos dies 9.horas.Et ſimiliter ipſe Saturnus fuerit dominus coniunctionis Saturni & Martis & ſimiliter coniunctionis Iouis & Martis, quæ fuerunt in eodem menſe. Tunc quoque duorum luminarium eclipſis prædictam coniunctionē præceſſit:vtræque fuerunt magnę ſignificationis:vt dicetur poſt. Et Saturnus ſimiliter fuit dominus iſtius anni, & illius quartæ, in quibus fuit eclipſis ſecundum ſententiam Albumaſaris in ſuo libro de Floribus, & ſimiliter in ſuo libro experimentorū. Et præter hoc Saturnus manſit in Capricorno & in Aquario quæ ſunt eius domus per tres annos, & quatuor menſes continuè ante eclipſim illam: ita quòd non receſſit ab eis in iſto tempore. Saturnus ſimiliter fuit in hora eclipſis orientalis,& directus. Et propter hoc hæc omnia fuit ipſe Saturnus in tēpore Eclipſis maximè fortis,& diſpoſuit effectum ſ eclipſis in his omnibus,quæ iam dixi fortiſſimè ſecundum naturam ſuam. Participant quoque in ſignificatione eclipſis ſecundo loco domini angulo præcedente eclipſis:ſed in medio cæli in quo dominatur Sol vnde in principio temporis ſignificatoris eclipſis ipſe Sol temperabat malitiam Saturni,& etiam Martis & Mercurij,qui ſimiliter dominabatur in eclipſi,vt patebit in medio temporis ſignificationis eclipſis. Mercurius vendicat ſibi dominium,eo quòd Virgo in medio cæli fuit in angulo præcedente Eclipſis.Ipſe vero Mercurius licet particeps in natura cū planetis & ſtellis, cū quibus exiſtit. Nihilominus de ſui natura eſt maleuolus & omnia opera eius ſunt mala & infortuna,vt dicit Haly Rodoan in ſuo commento 2.lib.quadr.Ptolemæi.cap.8.Ipſe enim Mercurius ſecundum ſententiam Ptolemæi ſignificat in tempore ſibi conueniēte magnas infirmitates ſiccas in hominibus, vt febres quotidianas,tuſſes,& phlegmas. Et etiam ſignificat detrimenta in animalibus,quibus vtuntur homines, & præcipuè in ouibus & in animalibus quadrupedibus:eo quod eius locus fuit Aries.ſimiliter denotat ſubtile ingenium in hominibus,& detrimenta Eccleſiis & mutationes legum & morum, & multos ventos turbinoſos & repentinos, & feſtinas variationes, & tonitrua & coruſcationes & terræ motus, & ſignificauit diminutionem aquarum fluminum: quoniam in tempore eclipſis fuit ipſe ſub radiis Solis,& ſignificauit multa latrocinia, & detrimentum in mari:eo quod fuerit in hora eclipſis in eodem ſigno cum Saturno & Marte: Et quia iungebatur duabus infortuniis, quarum vtraque dominabatur in eclipſi, ſignificauit eadem mala in tempore ſibi conuenienti, quæ ſignificauit Mars & Saturnus.

Et quia Mars,vt dicetur,ſignificat bella,ipſe Saturnus ſignificauit illa fieri per inſidias & occultè. In fine verò temporis ſignificationis eclipſis dominabatur Saturnus,eo quod in fine eclipſis fuit Libra in medio cæli,& ſignificauit ea quæ prius,& eo fortius,quia dominabatur tunc temporis dupliciter, ſcilicet in iſto toto tempore virtute ſui dominij vniuerſalis, & in iſta parte temporis ſpecialiter.

Tertio loco participabant in ſignificatione eclipſis domini anguli ſequentis eclipſis, eo quod in principio eclipſis fuit in Libra in aſcendente, & ideo in illo tempore fortiter apparuit ſignificatio eclipſis,

eclipſis, ſiue effectus eius. In medio vero iſtius temporis dominabatur Mars, eo quod in medio eclipſis fuit Scorpius in aſcendente, & ſignificauit ſecũdum Ptolemæum magnam ſiccitatem & mortem repentinam & multas febres in hominibus: multa bella, rixas & iras regum & tranſgreſſiones legum, combuſtiones, interfectiones, & rapinas, magnum calorem, magnos ventos, & fulgura multa, paucitatem beſtiarum & fructuum præ nimio calore, & ſiccitatem. Vnde quando Mars in ſignificatione multum concordat cum Mercurio, & Mercurius ſimiliter diſponit medium iſtius temporis ſignificationis eclipſis: ideo fortius apparuit effectus in prędictis, & ſimiliter quia in ſiccitate & in bellis, & in cariſtia, & mortalitate concordat Mars cum Saturno: ideo in huiuſmodi effectibus fuit eius ſignificatio fortior in medio temporis ſignificationis eclipſis: in fine verò illius temporis dominabatur Iupiter, eo quod Sagittarius fuit in fine eclipſis aſcendens, & ipſe tunc temperauit aliqualiter malitiam Saturni in fine illius temporis, & præcipuè in qualitate aeris, & in cariſtia & mortalitate, & infirmitatibus cum Saturnus fuerit principalis dominus: & ideo maximum dominium fuerat attributum ei.

Quarto loco participabat in ſignificatione eclipſis ſtellæ fixæ in directo ſignorum & principaliũ prædictorum, videlicet Libræ, Aquarij & Arietis. Sed illæ ſtellæ pro maiori parte conueniunt ſecundum intentionem Ptolemæi naturis Saturni, Martis, & Mercurij: ſicut patet ex obſeruationibus Ptolemæi, & ideo addiderũt in ſignificationibus eorũ.

Ex prædictis ergo patet quod illa Eclipſis ſignificauit bella maxima & combuſtiones & prælia magna, mortalitatem & infirmitates multas, & magnas de natura Saturni, Martis & Mercurij, & magnam corruptionem aeris, & cariſtiam magnam ex ſiccitate, & in aliquibus locis ex frigiditate & humiditate, & aliquando & in quibus locis ex ſiccitate & caliditate magnas pluuias, & niues & vẽtos & tempeſtates validas & tonitrua, coruſcationes, & magnum frigus, & magnum calorem temporibus ſuis magnum detrimẽtum in animalibus pertinentibus ad vſum hominũ, & præcipuè in ouibus, & magnum detrimentum in mari & etiam fluminibus. Et hæc omnia accident poſt eclipſim, & propter dominia Martis, Saturni, & Mercurij in temporibus prædictis, ſicut ſatis experti fuerunt homines, qui fuerant temporibus iſtis. Nam ſicut dicetur poſt tempus durationis effectus eclipſis, & ſimiliter effectus coniunctionum magnarum, quæ tunc accidebant debuit contineri per ſex annos & ſex mẽſes, vt in principio iſtius temporis ſatis apparuerunt effectus prædicti de natura Saturni. Nam in eodem anno Chriſti 1345. in quo fuit eclipſis, accidebant magnæ tempeſtates, & venti validi, magnæ pluuiæ & inundationes, & hæc acciderunt per totam Aeſtatem illius anni, & ſimiliter per totum Autumnum, in tantum quod in regionibus ſeptentrionalibus ſegetes eiuſdem anni, & ferè omnes fructus putreſiebant ſuper terram præ nimio humore, & accidebat in illo anno magnum detrimentum in fructibus terræ, & annis duobus ſequentibus erat magna cariſtia in pluribus regionibus, & durauit per maiorem partem anni 1346. & accidebat eodem anno mortalitas in ouibus. Et anno Chriſti 1346. in mẽſe Auguſti in vigeſimo octauo die eiuſdem menſis commiſſum erat prælium acerrimum iuxta villam Creſſiæ inter Philippum Vualeſiũ, & Regem Angliæ qui prætendebat ſe regem Franciæ: in quo prælio prædictus Philippus deiectus eſt, & cum eo filius Regis Boemiæ electus à ſummo Pontifice in Imperatorem. Rex quoque Boemiæ illuſtris in illo prælio erat interfectus, & quam plures nobiles de regno Franciæ, alij interfecti, & alij miſerabiliter capti. Et propter hoc in eodem anno in menſe Octobris die decimo ſeptimo eiuſdem mẽſis, ſcilicet in vigilia ſancti Lucæ eueniente commiſſum erat prælium magnum in parte boreali Angliæ, iuxta ciuitatem Dundunæ inter reſiduos anglicos, qui fuerant tunc dimiſſi in partibus, vel ad cuſtodiendum Marchium Scotiæ, & Regem Scotiæ cum toto exercitu ſuo: & in illo bello fuit Rex Scotiæ captus & carceri Regis Anglię mancipatus, & plures Scoti cum eo, alij capti, & alij interfecti, & in multis aliis terris erant tunc tẽporis magnæ ſeditiones & interfectiones, quas nimium ſuperfluũ eſſet narrare.

Adamitæ hæretici in Boemia oriuntur, qui nudi (vt dicitur) cũ fœminis cõueniebant. Bern. Lutz.

Et anno 1347. & 1348. accidebat magna mortalitas hominũ & peſtilentia, qualis antea nõ fuit viſa.

Eodem tempore Caletum 3. Non. Auguſt. II. obſidionis menſe à Gallis Edoardo tertio regi Angliæ deditur. Ciues incolumes dimiſſi, nobilibus aliquot ad pœnam reſeruatis, quibus regina graui da veniam vitãmque impetrauit. Geo. Li.

Et Ioannes Vuicleſius in Anglia ſuam hæreſim diſſeminauit.

Anno igitur 1348. fuit maximus timor inter homines & non fuit magna ſpes de ceſſatione illius mortis, & accidebant tunc multæ febres acutæ, & apoſtemata, ex quibus homines moriebantur maximè, & multa alia mala de natura Martis & Mercurij, & timuerunt homines tunc temporis alia multa mala eſſe ventura. Et quædam mala prædicta: Quapropter Ioannes Boccacius Florentinus in principio ſuarum fabularum, quas compoſuit vulgari ſermone italico, ita inquit.

Dico adunche gia erano, gli anni della ſalutifera incarnatione de figliuolo di Dio al numero peruenuti di mille trecentoquaranta otto, quando nella egregia citta di Fiorenze, oltra ad ogni altra in Italia belliſſima, peruenne la mortifera peſtilenza: la quale ô per operatione de corpi ſuperiori: ô per le noſtre inique opere, da giuſta ira di Dio à noſtra correttione mandata ſopra i mortali alquanti anni dauanti nelle parti orientali incominciata, quelle de innumerabili quantita de viuenti hauendo priuate ſenza reſtare, di vn luogo in vno altro continuandoſi, verſo l occidente miſerabilimente ſi era appigliata, & in quella non valendono alcuno, ne lumano prouidimento: per lo qualo fu da molte immunditiæ purgata la citta da vfficiali ſopra cio ordinati, & vie tãto ſi entraui dentro à ciaſcuno infermo, & molti conſigli dati à conſeruatione della ſanita: ne ancora humili ſupplicationi non vna volta, ma molte & in proceſſioni ordinate, & in altre guiſe à Dio fatte dalle deuote perſone: quaſi vel principio della primauera del



Digitized by Google

anno predetto horribilmente comincio i ſuoi doloroſi effetti,&c.

Iſtam vero mortem hominum quidam tunc tẽporis dixerunt prouenire ex actione ſtellarum , & quidam negabant eam aliquo modo prouenire ex ſtellis,aut ex aliqua cauſa naturali , ſed tantum ex vindicta diuina ad puniendum peccata hominum: ſicut accidit etiam temporibus noſtris,quando occurrit aliqua calamitas in aliqua prouincia, aut in aliis locis : tunc multi dicunt,illud eſſe ab ira magni Dei in punitionem peccatorum noſtrorum.Et quoniam reperio Auerroem contra hos ſic dicentem. Moderni autem ponunt vnum agens omnia entia ſine medio,operari.Et contingit iſtis, vt nullum ens habeat actionem propriam naturaliter : & cum entia non habuerint actiones proprias nõ habebunt eſſentias proprias : actiones enim non diuerſificantur,niſi per eſſentias diuerſas: & iſta opinio eſt valde extranea , nec hominis , & qui recipiunt huiuſmodi opinionem,non habent cerebrũ naturaliter habile ad bonũ.Hęc cõmentator.Quapropter eſt hic diligenter aduertẽdum.Et pro horum reſolutione nos dicimus,quòd DEVS producit effectus hos inferiores dupliciter. Vno modo per ſtellas & per alia agentia tanquam naturaliter per inſtrumenta : & alio modo non naturaliter & ſine medio naturali : ſed miraculoſè, quemadmodum fecit Deus,quando fecit Solem ſtare in tempore Ioſue per ſpatium vnius diei , ſicut ſcribitur Ioſue cap.10.Et quẽadmodum fecit Solem redire per ſpatium decem horarum tempore Ezechiæ ad preces Iſaiæ , de qua ſcribitur 4. Reg. cap. 20.Sed magna euidentia eſt,quod illa calamitas producta eſt à Deo primo modo , ſcilicet per eclipſes Solis & Lunæ, & per coniunctiones magnas tãquam inſtrumenta naturalia. Cum enim illa calamitas , & alij effectus prædicti prognoſticati ſunt ab Aſtrologis bonis,antequam aliquis eorum effectus contingat,certum eſt, quòd Deus agit per inſtrumẽta naturalia ad hoc ſignificatã ſecundum ſuam voluntatem. Quãdo igitur miraculoſè agit Deus,omnes dicunt,ſicut dixerunt ſapientes Pharaonis.Digitus DEI eſt hic : quoniã illa non reuelauit per aliqua ſigna naturalia. Et hoc eſt catholicum dictum, & ſecundum philoſophum:& non eſt hæreticum.

Ex iſtá diſtinctione ſaluatur omnis quęſt. de Aſtrol. quæ eſt inter ſacros doctores & Aſtrolog.

Sed ad inſtitutum noſtrũ redeamus : dico quòd mala,quæ ſignificauit ipſa eclipſis Lunaris, magis apparuerunt in partibus meridionalibus quàm in partibus ſeptentrionalibus:eo quod Aquarius qui fuit vnus principalis,ſcilicet locus Saturni in tempore eclipſis , & etiam fuit locus aliarum coniunctionum magnarum,eſt ſignũ meridionale:& ſimiliter Libra,Scorpio & Sagittarius ſunt ſigna meridionalia,quæ etiam fuerunt ſigna principalia & Aries,Leo,& Virgo ſunt ſigna ſeptentrionalia, quæ non ſunt tantum ponderanda ad propoſitum ſicut Aquarius & Libra, Scorpio & Sagittarius , tamen quia illa eclipſis ita fuit vniuerſalis& propter alias coniunctiones magnas,quæ acciderunt ſimul cum eclipſi,effectus fuit valde vniuerſalis quantum ad alia,& apparuit quaſi in omni climate mundi, ſcilicet in bello,mortalitate & fame : tamen ſimpliciter plus apparuit effectus in partibus mundi meridionalibus quàm in ſeptẽtrionalibus propter cauſam prædictam.Et ſecũdum Ptolemæum 2. quad. cap.3.effectus eclipſis apparuit in quarta inter orientem & ſeptentrionem,ſcilicet in parte ſeptentrionali Aſiæ,ſcilicet in regionibus circũferentib' illius quartæ,& in regionibus centralibus quartæ oppoſitæ,& maximè in mediis regionibus illarum regionum.Et ſecundum ſentent. Ptolemæi cap. 7. ſecundi libri quia Libra & Aries ſunt ſigna æquinoctialia,& fuerunt ſigna principalia eclipſis, ſignificabant effectum prouenire in fructibus & in Eccleſiis.Et quia ſunt ſigna cõmunia,apparuit effectus in hominibus,& præcipuè in regibus.Et ſignificatio propria Libræ eſt in fructibus , dum colliguntur.Aries verò in fructibus dũ oriri cœperint: & Aquarius ſignificat ſuper fundamẽta & ædificia: quia eſt ſignum fixum , & in his rebus apparuit effectus.

Item Aquarius quia eſt ſignum ſeptentrionale, ſignificat terræ motus.Et quia eſt ſignum fixum, ſignificat fixionem effectus:& quia fuit ſignum humanæ formæ, ſignificauit ea quæ diximus prouenire in hominib',& præcipuè mala ex corruptione aëris:eo quod eſt ſignum aëreum.

Item Saturnus & Iupiter fuerunt in tempore eclipſis directi & coniuncti, & orientales , & Mercurius qui concordat in ſignificatione cum eis, aſpiciebat eos de ſextili aſpectu:hæc omnia ſignificabant fortitudinem effectus in prædictis. Et Venus reperiebatur in ſexta cæli domo , & ideo non multum profecit nec etiam Iupiter,quia fuit cum Saturno & Marte. Sed Sol fuit in ſextili aſpectu à Saturno, & fuit in exaltatione ſua nitebatur temperare malitiam eius:ſed fortitudo effectus ſequebatur duas infortunas,& pręcipuè Saturnum propter cauſas prædictas,& præcipuè , quia Saturnus dominabatur in aliis cõiunctionibus magnis & ſimiliter & fuit dominus anni iſtius. Et ſecundum Albumaſarem in libro experimentorum: quia dominus loci eclipſis fuit ſignificator anni, ſignificauit timorem ſuper vulgus. Quod autem tẽpus durationis effectus eclipſis debuit continere octo annos,& ſex menſes:patet ex intentione Haly cap. 6. Hæc obiter ſcripſi pro ſignificatione eclipſium & coniunctionum magnarum in productione diluuiorum particularium.

Sed quo ad orbem magnum dico quod nos nõ poſſumus perfectè ſcire eius principium : eoquod Aſtronomi & ſacri doctores in ſupputatione annorum mundi ante natum Chriſti non cõueniunt. Quapropter Albumaſar & alij Aſtrologi nõ bene dicunt,nec credo eorum dicta eſſe vera:nihilominus ad maiorem perfectionem mei ſpeculi Aſtrologici ponam modum inueniendi ipſum orbem ſecundum opinionem communem Aſtrologorum.

Quo pacto orbis magnus reperiatur.

Annis à coniunctione magna,quæ fuit ante diluuium interiectis vſque ad Chriſtum natum:quos perhibent fuiſſe 3381. abiicito annos Chriſti labentes.

Deinde illa congeries diuidatur per 360. Qui ſunt quantitas vnius magni orbis: in quotiente enim proſilient magni orbes completi,ſi poſt illam diuiſionem fortaſſe quippiam remãſerit,erũt anni qui iã effluxerũt de altero orbe magno ſequenti, nondũ tamen cõpleto.Hoſce orbes,incluſo etiã incompleto diſtribue 12.ſignis, modò diſtributionis

illius

Digitized by Google

illi' initiũ ſumatur à Cãcro,& in quo ſigno terminabitur huiuſmodi diſtributio erit ſignum magni orbis: vt patet per tabellam infra ſcriptam.

Dicti præterea orbes ſigillatim diſtribuẽtur planetis ſeptem, incipiendo à Saturno,& ille planeta, ad quem determinabitur diſtributio illa, erit magni orbis dominus.

Si magni orbis incompleti annos multiplicaueris per 30.& productum diuiſeris per 360. in quotiente emergent gradus ſigni orbis magni iã fluentis: ſiquid autẽ poſt diuiſionem remanſerit, multiplica per 60. & productum rurſus partire per id quod prius,& in quotiente ſcaturient minuta.

Itidem efficies, ſi eoſdem annos incõpletos per 12.ſecueris ad euitandos tantos labores ſupputationum, ſequentem adiecimus tabellam.

Si autem magni orbis incompleti annos per 30. ſecueris in quotiente proſilient ſigna, quæ iam præteriere ab initio Arietis,& ij qui remanſerint poſt diuiſionem, erunt gradus directionis, qui debẽtur ſigno immediatè ſequenti.

Rurſus annorum vniuerſa congeries per 7. diuidatur, & ſi quidpiam poſt diuiſionem remanſerit, diſtribuatur planetis incipiendo à Saturno, & ille planeta ad quem terminabitur numerus, erit magni orbis Diuiſor.

Et pro tyronibus ponam hoc exemplum de anno 1581.imperfecto. Nam ſi ad prædictum annum domini imperfectum 1581. adiunctis annis 3381. qui fuerunt ad Chriſtum natum ad cõiunctionem magnam quæ fuit ante diluuium, erũt anni 4962.
Si enim 4962.diuiſeris per 360. fit numerus quo- 4962 | 13.
tiens 13.& remanent 282 anni indiuiſi. Patet igitur 360
quod ſi pro qualibet vnitate ſumas vnum ſignum incipiendo à ſigno Cancri, tunc 12. terminatur in fine Geminorum & 13.ſignũ eſt Cancri,& 14.Leonis. Patet igitur, quòd Leo deſeruit & correſpondet 14.reuolutioni imperfectæ. Reſtant enim anni 282.qui reſpondent in tabula inferius tradita gradibus 23.min.30. Leonis.

Domina anni erit Luna, quoniam ſi 14. reuolutiones diſtribuentur planetis incipiendo à Saturno, ipſa diſtributio cadet ſupra Lunam, quæ erit domina magni orbis.

Gradus autem, ad quẽ peruenit directio vel diuiſio, erit grad.2.Capricorni;& eius Diuiſor Lu-
na. Quod patere poteſt ſic. Si anni 4962. diuiſeris 4962
per 7.quæ ſunt ſeptem planetæ:& poſt diuiſionem 7. | 208
remanebit 6. Vnde Luna erit Diuiſor: quoniã vnitas ſignificat Iouem:& ſi nihil remanebit erit Saturnus Diuiſor.

Rurſus ſi 282.anni imperfecti, qui remanſerunt 282 | 9.
ex annis 4962.diuiſeris per 30.gradus vnius ſigni, 30.
erunt in quotiente 9.ſigna,& remanebunt 2. anni, qui ſunt 2.gradus ſigni Capricorni, quod ſignum poſt nonum erit decimum.

*Tabula*



*Tabula annorum pro gradibus orbis magni.*

| An. | G. | M. | An. | G. | M. | An. | G. | M. | An. | G. | M. | anni | G. | M. | An. | G. | M. | An. | G. | M. | An. | G. | M. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 0 | 5 | 45 | 3 | 45 | 89 | 7 | 25 | 133 | 11 | 5 | 177 | 14 | 45 | 221 | 18 | 25 | 265 | 22 | 5 | 309 | 25 | 45 |
| 2 | 0 | 10 | 46 | 3 | 50 | 90 | 7 | 30 | 134 | 11 | 10 | 178 | 14 | 50 | 222 | 18 | 30 | 266 | 22 | 10 | 310 | 25 | 50 |
| 3 | 0 | 15 | 47 | 3 | 55 | 91 | 7 | 35 | 135 | 11 | 15 | 179 | 14 | 55 | 223 | 18 | 35 | 267 | 22 | 15 | 311 | 25 | 55 |
| 4 | 0 | 20 | 48 | 4 | 0 | 92 | 7 | 40 | 136 | 11 | 20 | 180 | 15 | 0 | 224 | 18 | 40 | 268 | 22 | 20 | 312 | 26 | 0 |
| 5 | 0 | 25 | 49 | 4 | 5 | 93 | 7 | 45 | 137 | 11 | 25 | 181 | 15 | 5 | 225 | 18 | 45 | 269 | 22 | 25 | 313 | 26 | 5 |
| 6 | 0 | 30 | 50 | 4 | 10 | 94 | 7 | 50 | 138 | 11 | 30 | 182 | 15 | 10 | 226 | 18 | 50 | 270 | 22 | 30 | 314 | 26 | 10 |
| 7 | 0 | 35 | 51 | 4 | 15 | 95 | 7 | 55 | 139 | 11 | 35 | 183 | 15 | 15 | 227 | 18 | 55 | 271 | 22 | 35 | 315 | 26 | 15 |
| 8 | 0 | 40 | 52 | 4 | 20 | 96 | 8 | 0 | 140 | 11 | 40 | 184 | 15 | 20 | 228 | 19 | 0 | 272 | 22 | 40 | 316 | 26 | 20 |
| 9 | 0 | 45 | 53 | 4 | 25 | 97 | 8 | 5 | 141 | 11 | 45 | 185 | 15 | 25 | 229 | 19 | 5 | 273 | 22 | 45 | 317 | 26 | 25 |
| 10 | 0 | 50 | 54 | 4 | 30 | 98 | 8 | 10 | 142 | 11 | 50 | 186 | 15 | 30 | 230 | 19 | 10 | 274 | 22 | 50 | 318 | 26 | 30 |
| 11 | 0 | 55 | 55 | 4 | 35 | 99 | 8 | 15 | 143 | 11 | 55 | 187 | 15 | 35 | 231 | 19 | 15 | 275 | 22 | 55 | 319 | 26 | 35 |
| 12 | 1 | 0 | 56 | 4 | 40 | 100 | 8 | 20 | 144 | 12 | 0 | 188 | 15 | 40 | 232 | 19 | 20 | 276 | 23 | 0 | 320 | 26 | 40 |
| 13 | 1 | 5 | 57 | 4 | 45 | 101 | 8 | 25 | 145 | 12 | 5 | 189 | 15 | 45 | 233 | 19 | 25 | 277 | 23 | 5 | 321 | 26 | 45 |
| 14 | 1 | 10 | 58 | 4 | 50 | 102 | 8 | 30 | 146 | 12 | 10 | 190 | 15 | 50 | 234 | 19 | 30 | 278 | 23 | 10 | 322 | 26 | 50 |
| 15 | 1 | 16 | 59 | 4 | 55 | 103 | 8 | 35 | 147 | 12 | 15 | 191 | 15 | 55 | 235 | 19 | 35 | 279 | 23 | 15 | 323 | 26 | 55 |
| 16 | 1 | 20 | 60 | 5 | 0 | 104 | 8 | 40 | 148 | 12 | 20 | 192 | 16 | 0 | 236 | 19 | 40 | 280 | 23 | 20 | 324 | 27 | 0 |
| 17 | 1 | 25 | 61 | 5 | 5 | 105 | 8 | 45 | 149 | 12 | 25 | 193 | 16 | 5 | 237 | 19 | 45 | 281 | 23 | 25 | 325 | 27 | 5 |
| 18 | 1 | 30 | 62 | 5 | 10 | 106 | 8 | 50 | 150 | 12 | 30 | 194 | 16 | 10 | 238 | 19 | 50 | 282 | 23 | 30 | 326 | 27 | 10 |
| 19 | 1 | 35 | 63 | 5 | 15 | 107 | 8 | 55 | 151 | 12 | 35 | 195 | 16 | 15 | 239 | 19 | 55 | 283 | 23 | 35 | 327 | 27 | 15 |
| 20 | 1 | 40 | 64 | 5 | 20 | 108 | 9 | 0 | 152 | 12 | 40 | 196 | 16 | 20 | 240 | 20 | 0 | 284 | 23 | 40 | 328 | 27 | 20 |
| 21 | 1 | 45 | 65 | 5 | 25 | 109 | 9 | 5 | 153 | 12 | 45 | 197 | 16 | 25 | 241 | 20 | 5 | 285 | 23 | 45 | 329 | 27 | 25 |
| 22 | 1 | 50 | 66 | 5 | 30 | 110 | 9 | 10 | 154 | 12 | 50 | 198 | 16 | 30 | 242 | 20 | 10 | 286 | 23 | 50 | 330 | 27 | 30 |
| 23 | 1 | 55 | 67 | 5 | 35 | 111 | 9 | 15 | 155 | 12 | 55 | 199 | 16 | 35 | 243 | 20 | 15 | 287 | 23 | 55 | 231 | 27 | 35 |
| 24 | 2 | 0 | 68 | 5 | 40 | 112 | 9 | 20 | 156 | 13 | 0 | 200 | 16 | 40 | 244 | 20 | 20 | 288 | 24 | 0 | 332 | 27 | 40 |
| 25 | 2 | 5 | 99 | 5 | 45 | 113 | 9 | 25 | 157 | 13 | 5 | 201 | 16 | 45 | 245 | 20 | 25 | 289 | 24 | 5 | 333 | 27 | 45 |
| 26 | 2 | 10 | 70 | 5 | 50 | 114 | 9 | 30 | 158 | 13 | 10 | 202 | 16 | 50 | 246 | 20 | 30 | 290 | 24 | 10 | 334 | 27 | 50 |
| 27 | 2 | 15 | 71 | 5 | 55 | 115 | 9 | 35 | 159 | 13 | 15 | 203 | 16 | 55 | 247 | 20 | 35 | 291 | 24 | 15 | 335 | 27 | 55 |
| 28 | 2 | 20 | 72 | 6 | 0 | 116 | 9 | 40 | 160 | 13 | 20 | 204 | 17 | 0 | 248 | 20 | 40 | 292 | 24 | 20 | 336 | 28 | 0 |
| 29 | 2 | 25 | 73 | 6 | 5 | 117 | 9 | 45 | 161 | 13 | 25 | 205 | 17 | 5 | 249 | 20 | 45 | 293 | 24 | 25 | 337 | 28 | 5 |
| 30 | 2 | 30 | 74 | 6 | 10 | 118 | 9 | 50 | 162 | 13 | 30 | 206 | 17 | 10 | 250 | 20 | 50 | 294 | 24 | 30 | 338 | 28 | 10 |
| 31 | 2 | 35 | 75 | 6 | 15 | 119 | 9 | 55 | 163 | 13 | 35 | 207 | 17 | 15 | 251 | 20 | 55 | 295 | 24 | 35 | 339 | 28 | 15 |
| 32 | 2 | 40 | 76 | 6 | 20 | 120 | 10 | 0 | 164 | 13 | 40 | 208 | 17 | 20 | 252 | 21 | 0 | 296 | 24 | 40 | 340 | 28 | 20 |
| 33 | 2 | 45 | 77 | 6 | 25 | 121 | 10 | 5 | 165 | 13 | 45 | 209 | 17 | 25 | 253 | 21 | 5 | 297 | 24 | 45 | 341 | 28 | 25 |
| 34 | 2 | 50 | 78 | 6 | 30 | 122 | 10 | 10 | 166 | 13 | 50 | 210 | 17 | 30 | 254 | 21 | 10 | 298 | 24 | 50 | 342 | 28 | 30 |
| 35 | 2 | 55 | 79 | 6 | 35 | 123 | 10 | 15 | 167 | 13 | 55 | 211 | 17 | 35 | 255 | 21 | 15 | 299 | 24 | 55 | 343 | 28 | 35 |
| 36 | 3 | 0 | 80 | 6 | 40 | 124 | 10 | 20 | 168 | 14 | 0 | 212 | 17 | 40 | 256 | 21 | 20 | 300 | 25 | 0 | 344 | 28 | 40 |
| 37 | 3 | 5 | 81 | 6 | 45 | 125 | 10 | 25 | 169 | 14 | 5 | 213 | 17 | 45 | 257 | 21 | 25 | 301 | 25 | 5 | 345 | 28 | 45 |
| 38 | 3 | 10 | 82 | 6 | 50 | 126 | 10 | 30 | 170 | 14 | 10 | 214 | 17 | 50 | 258 | 21 | 30 | 302 | 25 | 10 | 746 | 28 | 50 |
| 39 | 3 | 15 | 83 | 6 | 55 | 127 | 10 | 35 | 171 | 14 | 15 | 215 | 17 | 55 | 259 | 21 | 35 | 303 | 25 | 15 | 347 | 28 | 55 |
| 40 | 3 | 20 | 84 | 7 | 0 | 128 | 10 | 40 | 172 | 14 | 20 | 216 | 18 | 0 | 260 | 21 | 40 | 304 | 25 | 20 | 348 | 29 | 0 |
| 41 | 3 | 25 | 85 | 7 | 5 | 129 | 10 | 45 | 173 | 14 | 25 | 217 | 18 | 5 | 261 | 21 | 45 | 305 | 25 | 25 | 349 | 29 | 5 |
| 42 | 3 | 30 | 86 | 7 | 10 | 130 | 10 | 50 | 174 | 14 | 30 | 218 | 18 | 10 | 262 | 21 | 50 | 306 | 25 | 30 | 350 | 29 | 10 |
| 43 | 3 | 35 | 87 | 7 | 15 | 131 | 10 | 55 | 175 | 14 | 35 | 219 | 18 | 15 | 263 | 21 | 55 | 30[illegible] | 25 | 35 | 351 | 29 | 15 |
| 44 | 3 | 40 | 88 | 7 | 20 | 132 | 11 | 0 | 176 | 14 | 40 | 220 | 18 | 20 | 264 | 22 | 0 | 30[illegible] | 25 | 40 | 352 | 29 | 20 |
| | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | 353 | 29 | 25 |
| | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | 354 | 29 | 30 |
| | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | 355 | 29 | 35 |
| | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | 356 | 29 | 40 |
| | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | 357 | 29 | 45 |
| | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | 358 | 29 | 50 |
| | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | 359 | 29 | 55 |
| | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | 360 | 30 | 0 |

De

### *De ſignificatione Saturni ad inſtar eorum quæ dixi.* Cap. 10.

IN hoc capite ſecundum viam Ptolemæi & Haly ſecundo quadripartiti,& ſecundũ Albumaſarem lib.5.de coniunctionibus magnis,ponam ſignificationem planetarum ſpecialium cum fuerint domini orbium,vel diuiſores annorum, cum dominentur ſuper cõiunctiones magnas,vel ſuper eclipſes, aut habuerint dominium ſuper aſcendentia inceptionum quorumcunque temporum reuolubiliũ: ſi domînentur in reuolutionib' annorũ mũdi , aut in qubuſcũq; aliis reuolutionibus, vel temporum inceptionibus.Et in ipſo primo capitulo incipiam à Saturno.Dicit Ptolemæus ſecundo quadriparti. cap.8.& cum eo concordat Albumaſar tract.5. de magnis coniunctionibus differentia prima.Itaque Saturnus cum ſolus fuerit diſpoſitionis dominus, erit generaliter cauſa damni,quod accidit propter frigus,particulariter verò ſi in hominibus perueniet accidens futurum ſignificatum per coniunctionem aliquam magnam vel eclipſim,& cum dominio Saturni longas ſignificabit infirmitates & cronicas & phthiſim & nocumẽta quæ proueniunt ex humoribus & multorum humorum collectionibus & conſumptionem naturæ: vt ſunt ſecũdum Haly fluxus & fames canina. Item ſignificabit fugas in exercitu ſtupores,anxietates,triſtitias,& timores & mortalitates & maximè ſenum , quorum natura eſt frigida.Et ſecundum Albumaſarẽ ſignificat bella & prelia & interfectiones,& erit damnũ ex lupis & pauperabũtur diuites & morientur pau peres.Et dicit ſic Ptolemæus & concordat Albumaſar cũ eo,quòd ſi perueniat accidens in beſtiis, quibus vtuntur homines morientur & corrumpẽtur ꝓpter infirmitates,quæ ſibi cõtingent, & ideo ex conſequenti accident hominibus, qui eis vtuntur tales infirmitates propter malas fumoſitates & malos vapores,& de huiuſmodi beſtiarum corporibus reſolutis,& ſunt hæc ſecundum Haly beſtiæ, quibus homines ſe iuuant vt ſunt equi,aſini,boues & huiuſmodi.Et ſi perueniet accidens in qualitatibus aërei s erũt magna frigora cum glacie & nebulis : eruntque in aëre detrimenta & qualitates mortiferæ,vnde prouenient mortalitates: eruntq; magnæ niues & inſpiſſabitur aër à nubibus,& erũt ventorum flatus inconuenientes,& generabuntur reptilia humanæ naturæ nocentia , cuiuſmodi ſecundum Haly ſunt colubres,lacertæ , vermes,formicæ,& muſcæ,& ſimilia.Et ſecundum Albumaſarem erũt fulmina,tonitrua,coruſcationes & venti validi.Et ſecundum Haly conuenit ꝙ cõpares aërem naturalem cuilibet tempori ſibi conuenienti, quia quando Saturnus talia monſtrauerit & tempus fuerit æſtiuale & calor æſtatis remanebit & deſtruit multum ex dãnis illis:& ſi tempus fuerit autumnale augebit damnum propter frigiditatem & ſiccitatem temporum,& ita judicabis in aliis duobus temporibus anni, Si fuerit accidẽs in fluminibus vel in mari ſimul, accidet his in quibus ambo participant,ſcilicet aër hyemalis,ſubmerſiones nauium & pericula nauigandi ſignificat , & hoc propter magnam differentiam venti, & corruptio in piſcibus:nam ſecundum Haly poſtquam Saturnus operatur in aëre ea quæ prædixi,: verum eſt quod quando prædixi quod miſcetur aër cum fumoſitate quæ exit de mari & riuis,fiet ex huiuſmodi aër hyemalis & turbatio ventorum vnde accidet ſubmerſio prædicta ſecundum Haly. Et dicit Haly ſi accidens fuerit in mari ſolum , erunt retẽtiones & cõtractiões magnæ,ſeu fluxus & reflux' nõ creſcẽt multũ: & erunt aquæ eorũ corruptæ:decreſcet autem mare,eo ꝙ includitur humiditas,quæ de mari exit ,& creſcent riui propter fumoſitates humidas quæ eis coniunguntur in aëre , vnde fiunt pluuiæ multæ & niues, & corrumpitur aër & aquæ etiam corrumpentur.Et dicit Ptolemæus quod in terrarum fructibus accident diminutiones & detrimẽta:quia calor in eis debilitatur ex Saturno,& maximè accident detrimenta in his quibus homines neceſſariò indigent.erunt autem detrimenta eorum per vermes qui generantur in oleribus,vel per locuſtas. Et dicit Albumaſar ꝙ maximè erit detrimentum in fructibus quæ traxerint ad acetoſitates. Et dicit Ptolemæus quod erit detrimentum in fructibus & ſubuerſionibus & à magnis pluuiis aut ex magno frigore & ſimilibus ex quibus accidat grandis peſtilentia & fames ſeu cariſtia,cuius occaſione multi homines moriuntur. Tamen ſecundum Haly non iudicas in re quæ non erit in ſuo tẽpore. Verbi gratia , ſi ſignificatio Saturni accidat in tempore in quo nõ ſunt meſſes neque triticum conuenit,vt nõ iudices ſuper triticũ nec ſuper vuas in tempore nõ vuarũ.Et dicit Albumaſar vbi ſupra Saturnus cum dominetur, vt dictũ eſt ſi tunc fuerit æquidiſtans Arieti erit mors in iuuenibus interfectio& prælia & præcipuè in tempore meridiei & orientis,flatus multus ventorũ cum aſpera cõmixtione aëris & accidat vehemẽs calor, & corruptio in aëre cum diminutiõe victualium. Et ſi fuerit latitudo eius ſeptentrionalis,ſignificat vehementiã caloris & parũ boni,& ſi fuerit meridionalis ſignificat vehementiã frigoris,& nimiũ gelu & multũ roris. Et Haly in quodam tractatu quod cõpoſuit de eſſentia planetarum de ſub radiis planetarũ dicit,Saturnus in Ariete ſub radiis facit pluuias & nebulas multas,in hominibus quoque facit infirmitates ex rheumate: cum autẽ fuerit veſpertinus facit ventos frigidiſſimos , & cum Matutinus bonam commixtionem oſtendit , cum fuerit Stationarius tonitrua & fulgura ſignificat. Et ſecundum Albumaſarem cum fuerit Saturnus æquidiſtans Tauri ſignificat multas interfectiones & infirmitates & debilitates fœminum, niues & pluuias inceſſantes,vehemẽs frigus& mutationẽ veris à ſuo calore & corruptionẽ meſſiũ.Et ſi fuerit latitudo eius ſeptentrionalis ſignificat bonam cõmixtionẽ aëris,& ſi fuerit meridionalis ſignificat paucam tẽperantiam aëris. Et dicit Haly, Saturnus in Tauro ſub radiis bonã cõmixtionẽ & bonũ temp' ſignificat: Veſpertinus autẽ ſiccitates, Matutinus aut orientalis bonam conditionẽ & ſanitatem:Stationarius autem vmbroſus & tenebroſus efficitur. Et ſecũdum Albumaſarem ſi fuerit Retrogradus, ſignificat cogitatus qui aduenient regibus & mortem hominis excellentiſſimi & præcipuè in meridie cum diminutione redditum. Item dicit Albumaſar,quòd Saturnus cum fuerit æquidiſtans ſigno Geminorum ſignificat multam mortem in hominibus,multas niues & vehemẽtiã aquæductus propter eas

Digitized by Google

pter eas inceſſantem flatum ventorum & multitu-
dinem pluuiarum & corruptionē agriculturæ. Et
ſi fuerit latitudo eius ſeptentrionalis ſignificat ter-
ræmotus & vētos validos, & ſi fuerit meridionalis
ſignificat ſiccitatē aëris, vehementiā caloris & pau
citatem pluuiarum. Et dicit Haly, Saturnus in Ge-
minis ſub radiis ſiccus eſt & ſine humiditate, Ve-
ſpertinus aridus etiam, Matutinus bonæ cōplexio-
nis, Stationarius infirmitatē facit. Et Albumaſar,
cum fuerit illic Retrogradus ſignificat reges diſſi-
pare cenſus ſuos. Et dicit Albumaſar, cū Saturnus
fuerit æquidiſtans Cancro ſignificat ægritudines
in hominibus ꝓpter ventoſitates & rheumata, tuſ-
ſes & plures ægritudines in ſenibus & ſuperfluita-
tem ſanguinis, & ſignificat multas pluuias & gelu
& aquas. Et ſi fuerit latitudo eius ſeptētrionalis ſi-
gnificat inuolutionē rerum & inęqualitatē earum:
& ſi fuerit meridionalis ſignificat multas pluuias.
Et dicit Haly, Saturnus in cancro ſub radiis obſcu
ros dies facit & validos ventos & procellas in ma-
ri, Veſpertin' mare aptū reddit ad nauigandū, Ma-
tutinus vel orientalis erit bonus & bonæ cōplexio
nis, Stationarius infirmitates diuturnas hominib'
inducit. Et ſecundū Albumaſarē ſi fuerit illic Re-
trogradus ſignificat mortē quorundā nobiliū. Et
dicit Albumaſar, Saturnus ſi fuerit æquidiſtās ſi-
gno Leonis, ſignificat multas infirmitates venire
mulieribus, & febres tertianas, & quotidianas &
mortē earūdem & multa bella & præcipuè in par-
te oriente in ceſſantē flatū ventorū calidorū pau-
citatem pluuiarum vehementis ſiccitatis, & forte
accidet mortalitas. Et ſi fuerit latitudo ei' ſepten-
trionalis ſignificat inuolutiones rerū & inæquali-
tatem earū, & ſi fuerit meridionalis ſignificat mul
titudinem pluuiarū. Et dicit Haly, Saturnus ſub ra
diis in Leone corporis rheumatiſmos, turbatiōes
ex humiditate facit, & in aëre ſiccitatē, Veſpertin'
ariditatem facit, Matutinus ſiue orientalis bonam
cōplexionem, ſanitatem bonā: Stationarius ſiccita
tem efficit. Et ſecundum Albumaſarem ſi fuerit il-
lic Retrogradus ſignificat corruptionem aëris &
mortalitatem & vehementiam ventorum & cali-
dorum in diebus venenoſis. Et dicit Albumaſar,
cum fuerit ęquidiſtās ſigno Virginis ſignificat cor
ruptionem in hominibus, & accident infirmitates
& bubones mulieribus, & præcipuè iuuenibus &
virginibus cum corruptione aëris & mediocritate
pluuiarum. Et ſi fuerit latitudo eius ſeptentriona-
lis ſignificat bonam aëris cōmixtionem: & ſi fuerit
meridionalis ſignificat illud idem. Et dicit Haly ꝙ
Saturnus in Virgine ſub radiis nocens eſt, & infir-
mitates hominibus infert, Veſpertinus difficulta-
tes aëris, Matutinus ſiccitates, Stationarius verò
infirmitates hominibus infert. Et ſecundum Albu
maſar. ſi fuerit illic retrogradus ſignificat populū
eſſe implacabilem regi ſuo. Et dicit Albumaſar, Sa
turnus ſi fuerit æquidiſtans Libræ accidēt homini-
bus dolores cordium & vētrum & ægritudines fe-
brium cum inceſſante flatu ventorum dierum ca-
lidorum venenoſorum, & bonam cōmixtionē aë-
ris, ſed paucitatem panis & vini. Et ſi fuerit latitu-
do eius ſeptentrionalis ſignificat multum flatum
ventorum, & fortem: ſi fuerit meridionalis ſignifi-
cat mortem & morbos in hominibus.

Dicit Haly, Saturnus in Libra ſub radiis infirmi
tates occultas infert, Veſpertinus inæqualitatem
aëris, Matutinus frigidos & ſiccos ventos, Statio-
narius quartanas febres inducit. Et ſecundum Al-
bumaſar. ſi illic fuerit Retrogradus ſignificat mul-
tas ægritudines hominū longas & præcipuè in ori-
bus & auribus cum modica temperantia cōplexio-
nis corporum. Et dicit Albumaſar, Saturnus cum
fuerit æquidiſtans Scorpioni ſignificat æqualitatē
complexionum corporum hominū, & mortem in
his & præcipuè in iuuenibus, & multiplicantur in
ſenibus ægritudines, cum vehemētia frigoris hye-
mis & nubibus deſtruentibus meſſes. Et ſi fuerit la
titudo eius ſeptentrionalis, ſignificat vehementiā
caloris, & ſi fuerit meridionalis, ſignificat multitu
dinē pluuiarū & humiditatū. Et dicit Haly, Satur-
nus in Scorpione, ſub radiis, frigidum aërem facit,
Veſpertinus tamen cōgelationē, Matutinus vēto-
rum frigidorum & ſeptentrionalium eſt ſignifica-
tor, Stationarius facit obſcuros dies. Et ſecundum
Albumaſarem ſi fuerit illic Retrogradus ſignificat
multos rumores terribiles & ſiccitatem aëris cum
conturbatione hominum. Et dicit Albumaſar, Sa-
turnus cum fuerit æquidiſtans Sagittario, accidēt
hominibus bubones cum vehementia dolorū ocu
lorum, interfectio ex parte orientis, anguſtiæ mu-
lierum, locuſtæ & mors in auibus, cum bona aëris
commixtione. Et ſi fuerit eius latitudo ſeptentrio
nalis, ſignificat flatum ventorum. Et ſi fuerit meri-
dionalis, ſignificat ſtabilitatem paucam rerū & ve-
locitatem permutationis eorum. Et dicit Haly, Sa
turnus in Sagittario ſub radiis, pluuias & nebulas
ſignificat: Veſpertinus ſiccitatem, Matutinus fri-
giditatem & congelationem, Stationarius infirmi-
tatem hominibus facit. Et ſecundum Albumaſar. ſi
fuerit illic Retrogradus, ſignificat cariſtiam panis.
Et dicit Albumaſar, Saturnus cum fuerit æquidi-
ſtans Capricorno, ſignificat deſtructionem maxi-
mam rerum præparatarū, multitudinem pluuiarū
cū terræmotibus, corruptionē agriculturæ & red-
ditus hæreditatum, propter multas aquas & humi-
ditates. Et ſi fuerit latitudo eius ſeptentrionalis, ſi-
gnificat multam niuem & multum gelu & vehe-
mentiam frigoris, ſuperabundantiam quoque hu-
miditatum. Et ſi fuerit latitudo eius meridionalis,
ſignificat hoc idem. Et dicit Haly, Saturnus in Ca-
pricorno ſub radiis, boreales ventos cum obſcu-
ritate aëris: Veſpertinus frigiditatem, Matutinus
frigidam boreā, Stationarius vero obſcuros dies
facit. Et ſecundum Albumaſarem, Si fuerit illic
Retrogradus, ſignificat multam cōturbationē ho-
minum & ſuſurrationem cū diſſipatione pecunia-
rum, ſed multas eleemoſynas. Et dicit Albumaſar,
Saturnus cū fuerit æquidiſtans Aquario ſignificat
mortē in hominibus multis, cum multitudine plu
uiarum & inundationū, inceſſantem flatū ventorū,
terræmotus, panis & vini detrimentum. Et ſi fuerit
eius latitudo ſeptētrionalis ſignificat deſtructionē
arborū. Et ſi fuerit meridionalis, ſignificat multitu
dinem nubium & ſuperfluitatem pluuiarum. Et di
cit Haly, Saturnus in Aquario ſub radiis, hyemē fa
cit duram: Veſpertinus timorem in mari & flumi-
nibus, Matutin' pluuiā & hyemalē aërem, Statio-
narius frig' & glaciē. Et ſi fuerit illic Retrogradus
ſignificat niues cadere & vehemētiam frigoris. Et
dicit Albumaſar, Saturnus cū fuerit, æquidiſtans
ſigno

Digitized by Google

ſigno Piſcium, ſignificat mortem in hominib. perturbationẽ inter eos, vehementiã caloris & frigoris tẽporib. ſuis, paucos redditus & fructꝰ. Et ſi fuerit latitudo eius ſeptẽtrionalis, ſignificat multitudinẽ flatus vẽtorũ. Et ſi fuerit meridionalis, ſignificat multitudinẽ pluuiarum & augmentum fluminum. Et dicit Haly: Saturnus in Piſcibus ſub radiis ſignificat niues, Veſpertinus eſt pluuioſus, Matutinus, bonam commixtionem facit, Stationarius inæqualitatem ſignificat. Et ſecundum Albuma. ſi fuerit illic Retrogradus, ſignificat mortem nobilium.

### *De ſignificationibus Iouis ad inſtar eorum quæ dixi. Cap. 11.*

IVpiter verò, vt ait Ptolemæus eodem. cap. 8. ſi ſolus diſpoſitionis dominus fuerit ſignificat generaliter omnes res creſcere. Et ſi opus eius fuerit in hominibus fiet inde eius exaltatio dignitatum, & ſublimitas graduum: melioratio ſtatus, apta carneitas, ſtatus ſalutis ac ſecuritatis qualitas, abundantia victualium, ſeu augmentum rerum neceſſariarum hominib. ſalus corporum & animarũ, remunerationes & præmia regũ, augmenta quoque rerum regalium, fama nominis ac magnanimitatis, & generaliter eſt cauſa fortunæ & fœlicitatis. Vnde ſecundũ Haly multiplicabuntur omnia quæ ſunt hominib. opportuna & fortificabuntur eorum corda, propter diuitias, quas habebunt, & propter hoc erunt magni & dabunt dona multa: Et ſecundum Albumazarẽ ſignificat homines vti veritate in ſermonib. ſuis & proſperitatẽ mercatorũ & multarũ mulierum cõceptionẽ & præcipuè maſculorum & peruenire natos ad cõplementum. Et dicit Ptol. Si fuerit ſignificator ſuper animalia quibus ſe iuuãt homines, multiplicabuntur & creſcent multum: animalia alia quibus ſe non iuuant morientur, eritque aẽr tẽperatus & ſalutifer & multorum vẽtorum humidorum, qui venti ſecundum Haly ſunt ſaniores, quia diſſoluunt humiditatem ſpiſſam propter calorem nubis. Item fructus terræ multiplicabũtur, & erunt ſalubres in mari nauigationes: fluminũ & riuorum inundationes, temperatæ & bonæ maneriei, atque fructus terrę & omnes res aliæ perfectibiles erunt eiuſdem maneriei. Secundum Haly omnes res perfectibiles multiplicabuntur, nocentes verò minuentur, quia omnis planeta quando vincit, multiplicat res concordantes cum eo & ſuum contrarium deſtruit. Vnde Saturnus triſtes facit omnes res impedientes humanã naturam propter frigus & ſuperfluitatem humorum ſicut ea quæ habent ſaporem & odorem bonum. Iupiter verò contrarium operatur. Et dicit Albumazar tracta 5. de coniunctionibus magnis differẽtia. 2. quod Iupiter cũ fuerit æquidiſtans ſigno Arietis, ſignificat ſanitatẽ corporum hominum & forte erunt multi planctus & infirmitates & dolores capitis & fortius in quarta autumnali & ſignificat vehementiam caloris in principio eius & frigus in fine eius, vehementiam frigoris in quarta hyemali, pluuias multas & inundationes & humiditates, augmentum quoque panis & plantationes arborum & vinearum. Et cum fuerit latitudo eius ſeptentrionalis ſignificat vehementiam caloris & multitudinem ventorum calidorum venenoſorum. Et cum fuerit meridionalis ſignificat vehemẽtem aeris frigiditatem. Et dicit Haly de eſſentia planetarũ de ſub radiis quod Iupiter in Ariete ſub radiis facit pluuias: Veſpertinus autẽ nebulas ſpargit: Matutinus ſeu orientalis ſerenum aerem: Stationarius verò efficit tonitrua & abundantiam fructuum & fœni. Et ſecundum Albumazarem ſi fuerit illic Retrogradus, ſignificat nocumentum in omnibus rebus ſuper quas ſignificat Iupiter. Et dicit Albumazar: Iupiter cum fuerit æquidiſtans ſigno tauri, mortem nobilium, dolores etiam oculorum hominum paucitatem auium, vehemens frigus & nocens, multas pluuias & terræ motus in initio quartæ hyemalis, & multas niues in medio eius: eritque quarta ęſtiualis temperata & forte augmentabitur calor & ſiccitas in quarta autumnali cum multitudine panis & vini, cum diminutione arborum, & erit anguſtia & aduerſitas nauigãtium in mari. Et ſi fuerit eius latitudo ſeptentrionalis, ſignificat bonam aeris commixtionem. Si fuerit meridionalis, ſignificat permixtionem commixtionis eius, & paucam æqualitatem eius. Dicit Haly: Iupiter in Tauro ſub radiis: mediocritatem anni ſignificat, Veſpertinus imbres, Matutinus vel orientalis abundantiam fructuum & paſcuæ. Et ſecundum Albumazar. ſi fuerit illic Retrogradus, ſignificat commotionem inimicorum ſuper reges. Et dicit Albumazar, Iupiter cum fuerit æquidiſtans ſigno Geminorum, ſignificat hominibus multos dolores oculorum, & præcipuè pueris & mulieribus, & multam mortem in eis, & mortem in beſtiis, & erit quarta autumnalis temperata, & paucum nocumentum eius, inceſſantem flatum ventorum occidentalium, augmentum panis & vini, & præcipuè in parte occidentali, & forte erit diminutio meſſis & diminutio aquarum & augmentum aquarum fontium. Et ſi fuerit latitudo eius ſeptẽtrionalis: ſignificat flatum ventorum & temperantiã eorum. Et ſi fuerit meridionalis: ſignificat fortitudinẽ æſtatis & multitudinem ventorum calidorum & venenoſorum & ſiccitatem aeris. Et dicit Haly, Iupiter in Geminis ſub radiis bonam commixtionem ſignificat, & Veſpertinus ſanitatem, & Matutinus vel oriẽtalis ſecundum Albumazarem, ſignificat multas pluuias & vehementiam frigoris. Et ſecundum etiam Haly, cum fuerit ibidem Stationarius infirmitatem repellit & ſanitatem deducit. Et ſecundum Albumazarem ſi fuerit illic Retrogradus ſignificat multos rumores & terribiles & bellum. Et dicit Albumazar: Si Iupiter fuerit æquidiſtãs ſigno Cancri, ſignificat multas infirmitates in hominib. & fortè ſanabuntur in quarta autumnali cum multo calore & vehementi frigore & præcipuè verſus orientem, & multitudinem pluuiarum & nebularum & niuium in quarta hyemali. Et ſi fuerit latitudo eius ſeptentrionalis, ſignificat vehementiam caloris, & multitudinem ventorum calidorum & venenoſorum: Et ſi fuerit meridionalis, ſignificat illud idẽ. Dicit Haly: Iupiter ſub radiis in Cãcro, tranquillum mare ſignificat & abundantiam piſcium, Veſpertinus bonam cõmixtionem, Matutinus ſeu orientalis bonam conditionem & ſanitatem ſignificat, Stationarius ſignificat facilitatem in rebus. Et ſecundum Albumazarem Iupiter cum fuerit illic Retrogradus, ſignificat contriſtationes regni ex parte aliquorum nobilium. Et dicit Albumazar, Iupiter cum fuerit æquidiſtans ſigno Leonis ſignificat ferociã regum, & dolores accidere hominibus: ventos validos & multos, & multas pluuias & multum frigus in quarta autumnali, paucitatem calorum in quarta æſtiuali, & vehementiam fri-



Digitized by Google

goris in medietate eius cum augmento fontium. Et ſi fuerit latitudo eius ſeptentrionalis,ſignificat multitudinem flatus ventorum:Et ſi fuerit meridionalis,ſignificat humiditatem aeris. Et dicit Haly,Iupiter in Leone ſub radiis, admirabiles ventos ſignificat: Veſpertinus bonam commixtionem ſignificat:Matutinus vel orientalis fortunium oſtendit: Stationarius diminutionem infirmitatum facit. Et ſecundum Albumazarem Iupiter cum fuerit æquidiſtans ſigno Virginis:accidet hominibus dolor capitis, dolor hepatis:& erit annus vehemens ſuper prægnantes cum temperantia aeris in quarta vernali:& bonitatem aeris quartæ æſtiualis: & vehementiam in quarta autumnali: ſignificat multas pluuias & niues & vehementiam frigoris in quarta hyemali. Et ſi fuerit latitudo eius ſeptentrionalis, ſignificat bonam aeris commixtionem. Et ſi fuerit meridionalis,ſignificat temperantiam pluuiarum & proficuum earum. Et dicit Haly: Iupiter in Virgine ſub radiis,ſignificat abundantiam rerum:Veſpertinus bonam commixtionem: Matutinus ſignificat infirmitatem: Stationarius ſignificat bonam ſanitatem & omne gaudium.Et ſecundum Albumazar.ſi fuerit illic retrogradus, paucitatem pluuiarum cum bonitate & temperantia aeris ſignificat. Et dicit Albumazar, Iupiter cum fuerit æquidiſtans ſigno libræ: ſignificat mortem boum: & temperantiam aeris veris,& declinationem eius ad frigiditatem: & in quarta æſtiuali ſignificat pluuias deſtruentes panem cum multitudine tonitruorum & coruſcationũ & multas niues in principio quartæ hyemalis vſque ad medium eius cum caliditate aeris in fine ipſius. Et ſi fuerit eius latitudo ſeptentrionalis, ſignificat inceſſantem ventorum flatum & proficuum eorum. Et ſi fuerit meridionalis: ſignificat multos dolores aduenire hominibus & præcipuè in oculis eorũ ex reumate. Et dicit Haly, Iupiter ſub radiis in Libra ſignificat aeris bonam complexionem, Veſpertinus ſignificat ſanitatẽ,Matutinus infirmitatẽ expellit: Stationarius bonũ tempus facit & firmat.Et ſecũdum Albumazar. cũ fuerit illic Retrogradus ſignificat infirmitates capitis & infortunia prægnantium:& pluuiam multam in principio hyemis & medietas eius mixta cum flatu vẽtorum, cum temperantia quartæ vernalis & multas herbas in quarta æſtiuali cũ diminutione aquarum.Et dicit Albumazar,Iupiter cum fuerit æquidiſtans Scorpioni ſignificat ſanitatẽ corporum hominũ cum multis pluuiis deſtruentibus in omnibus partibus: & vehementiam frigoris in principio quartæ vernale vſque ad medietatem eius: deinde ſuperaddet & ingroſſabitur aer & multiplicabuntur nebulæ cum proſperitate vinearum,& agriculturæ & bona plantatione arborum.Et ſi fuerit latitudo eius ſeptentrionalis,ſignificat vehementiam caloris: & ſi fuerit meridionalis,ſignificat humiditatem aeris.Et dicit Haly,Iupiter in Scorpio ſub radiis frigidam pluuiam ſignificat: Veſpertinus bonam complexionem: Matutinus bonum tempus,augmentum piſcium:Stationarius tranquillitatem & quietem. Et ſecundum Albuma.ſi fuerit illic Retrogradus ſignificat paucitatem pluuiarum cum multis ventis proficuis.Et dicit Albumazar,Iupiter cum fuerit æquidiſtans Sagittario,ſignificat multas infirmitates hominum ex dolore capitis & pręcipuè in quarta autumnali,& mortem in beſtiis & pręcipuè in bobus: multas pluuias:frigus mediocre in principio hyemis,& fortitudinem eius in medietate eius & niues:& deſtructionem panis & fructuum cũ vehementia caloris in quarta æſtiuali & durabilitate ventorum orientalium.Et ſi fuerit latitudo eius ſeptẽtrionalis ſignificat flatum ventorum & iuuamentũ eorũ. Et cum fuerit meridionalis,bonum ſignificat & iuuamẽtum in hominibus. Dicit Haly,Iupiter in Sagittario ſub radiis bonam conuerſationem & bonã conditionẽ:Veſpertinus pluuias multas: Matutinus ſerenũ: Stationarius proſperitatem in hominibus. Et ſecũdũ Albumazarem cum fuerit illic Retrogradus ſignificat iuſtitiam regum cum gaudio plebis cum multitudine pluuiarum, & bonam temperantiam aeris æſtatis:& multas herbas. Et dicit Albumaſar, Iupiter cũ fuerit æquidiſtans Capricorno ſignificat mortem nobilium & ſanitatem corporum hominum, multas pluuias:ventos inceſſantes in quarta vernali cum paucitate caloris:in quarta æſtiuali multitudinem ventorũ orientalium cum inuentione fructuum: panis & vini paucitatem.Et cum latitudo eius fuerit ſeptentrionalis,ſignificat multas humiditates: & cum fuerit meridionalis ſignificat illud idem.Et dicit Haly,Iupiter in Capricorno ſub radiis humidã aerem ſignificat: veſpertinus pluuiam:Matutinus tranquillitatem in mari & in fluminibus: Stationarius aquarum multitudinẽ ſignificat. Et ſecundum Albumazarem ſi fuerit illic Retrogradus,ſignificat commixtiones, quæ aduenient regibus & plebi. Et dicit Albumazar,Iupiter cũ fuerit æquidiſtãs Aquario ſignificat mortem nobilium: & multos dolores hominibus & præcipuè iuuenibus: mortem auium & luporum,multitudinem pluuiarum & niuium cum vehementia frigoris in quarta vernali:& erit quarta æſtiualis multorum ventorum & orientalium maxime: & multiplicabuntur pluuiæ & venti in quarta autũnali & erit initium hyemis pluuiarum multarum,& multorum ventorum ,& humiditatum cum deſtructione panis in hora qualitatis vel complementi arborum & vinearum cum multa nauium ſubmerſiõe in mari. Et ſi fuerit latitudo eius ſeptentrionalis ſignificat ſiccitatem aeris: & ſi fuerit meridionalis ſignificat multas nebulas.Et dicit Haly, Iupiter in Aquario ſub radiis bonam complexionem ſignificat:veſpertinus multam pluuiam ſignificat:Matutinus multas infirmitates: Stationarius pluuiam & nutrimentum confert.

Et ſecundum Albumaſarem ſi fuerit illic Retrogradus ſignificat ægritudinem accidere quibuſdam regibus.Et dicit Albumazar.Iupiter cum fuerit æquidiſtãs Piſcibus ,ſignificat multum nocumẽtum hominibus, & præcipuè iuuenibus & mulieribus: multos etiam dolores parturientium: inceſſantem ventum frigidũ in quarta vernali & vehementiam caloris in quarta æſtiuali:bonam aeris commixtionem in quarta autũnali:& ſuperfluitatem pluuiarum in quarta hyemali multos ventos in medio eius & niues in fine eius,cũ hoc ꝙ pluuiæ corrumpent arbores & meſſes & præcipuè vineas & oliuas.Et cum fuerit latitudo eius ſeptẽtrionalis ſignificat flatum ventorum & iuuamentum eorum:& ſi fuerit meridionalis ſignificat multitudinem pluuiarum cum augumento fluminum. Et dicit Haly, Iupiter in Piſcibus ſub radiis facit augmentũ piſcium:veſpertinus bonam complexionem: Matutinus tranquillitatem in mari & fluminibus: Stationarius bonam & temperatam pluuiam ſignificat. Et ſecundum

Digitized by Google

cundum Albumazarem, ſi fuerit illic Retrogradus ſignificat malitiam rerum.

*De ſignificationibus Martis ad inſtar eorum quæ dixi. Cap. 12.*

Mars verò, vt dicit Ptolemæus eodem cap. 8. cũ ſolus fuerit diſpoſitiõis dominus, erit cauſa detrimẽti prouenientis ex ſiccitate generaliter. & ſecundum Haly: erunt iræ, magnæ ſtultitiæ & crudelitates & talia, quæ ex cholera generãtur, vt dicit Ptolemęus: ſi eius opera fuerint in hominib⁹ accidẽt inter eos pręlia & bella & lites inter eos & ſuos proximos de genere ſuo: erunt etiam deprædationes & captiuitates regum & turbationes hominum. Et dicit Haly, hæc fiunt propter Martem quę vim iræ intendit. Et ſi applicet Saturno, operabitur vterque eorum in gente cuius eſt ſignificator vna manerierum mali propter quod erũt lites & cõtẽtiones inter eos. Et propter hoc dicit Hermes, quod erunt lites propter coniunctionẽ duorum inferiorum vnius cum alio. Et ſi applicatio iſta fuerit tempore ſignificationis vernalis, quod illi de terra Martis ſuperabuntur eo quod iræ & audacia erunt in eis timores & dolores erũt magis in hominibus terræ Saturni propter vim ſuam, quæ talia facit in eis, hoc tamen dictum conditionibus indiget. nam expedit vt inſpiciamus ad ſignificatorem cuiuſlibet ſectæ, & illa cuius ſignificator fuerit fortunatus vincet, & alia cuius ſignificator fuerit debilis & infortunatus erit victa. Si igitur Mars cum alio planeta participationem habuerit, eius ſignificatio erit compoſita, prout diximus per verba Hermetis cũ locutus fuerit de coniunctione Martis cum Saturno tempore grandium accidentium. Et dicit Ptolemęus vlterius quòd cũ Mars ſolus dominetur, contingent hominibus mors ſubita, ægritudines febrium tertianarũ, & ſpuere ſanguinem: & accidet mors feſtina & maximè in his quæ ſunt perfectæ ætatis, ſcilicet in ætate adoleſcentię. quidam enim violentiam & iniurias recipiẽt, & vilipendent, & exibunt de ſua lege ad aliam extraneam, & illicita committent, & leges tranſgredientur & erunt ignes, & combuſtiones homicidia, rapinæ, inſidiæ per vias. Et ſi fuerit ſignificatio Martis ſuper aerem accident calores magni, venti validi & calidi, ac peremptoriè mortales tempeſtates ſcilicet penes fulmina, quæ dicta ſunt caraſte, id eſt, ſecundum Haly, coruſcatio corpora dura findens, & minus dura non lædens, taliter enim quod findetur aurum in burſa & burſa non comburetur propter velocitatem magnam quæ venit. Et dicit Ptolemęus, ſi fuerit ſignificatio Martis in mari accidet ſubmerſio nauium feſtina valde per ventos contrarios & fulmina & huiuſmodi, & in fluminibus accident diminutiones aquarum, ſiccabuntur, fontes, & aquæ potabiles corrumpentur, in rebus autẽ ad vſus hominũ pertinentibus & in animalibus ac terræ naſcentibus accidet damnum magnum valde. eruntque fructuum detrimenta, aut propter inflammationẽ caumatum quę eos comburent, aut propter peſtilentiam locuſtarum, vel quod hoĩes anteꝙ ſe iuuẽt de iſtis, cadent propter magnos ventos, vel per ignẽ cadẽtẽ in horreis, aut granariis cõburẽtur. Et dicit Albumazar libro. 2. de coniunctionibus magnis differẽtia 3. quod cũ Mars fuerit ęquidiſtãs ſigno Arietis ſignificat interfectionẽ accidere in partib⁹ orientis, & multitudinẽ dolorũ oculorũ, & multos ventos cum paucitate pluuiarũ. Et ſi fuerit eius latitudo Septẽtrionalis, ſignificat ſiccitatẽ aeris, & ſi fuerit meridiana ſignificat tẽperãtiã aeris. Et dicit Haly trac. de exiſtẽtia planetarum ſub radiis, quòd Mars in Ariete ſub radiis ſerenum ſignificat, ſed Veſpertinus cõtrarium: Matutinus vel orientalis turbationem temporis, Stationarius fulgura & tonitrua ſignificat. Et ſecundum Albumazarem, ſi fuerit illic Retrogradus ſignificat multos dolores, & multa nocumenta aduenire. Et dicit Albumazar vbi ſupra, Mars cũ fuerit æquidiſtans ſigno Tauri ſignificat interfectionẽ inter ciues partis Septẽtrionis & meridiei multos dolores cum morte mulierum coniugatarum, & malitiam rerum venerearum: mortem etiam boum & multitudinem ouium & abũdantiam pluuiarum, & vehementiam tonitruorum & coruſcationum & nebularum, & paucitatem victus, & abundantiam aquarum. Et ſi fuerit latitudo eius ſeptentrionalis, ſignificat multas infirmitates variolarum. Et ſi fuerit meridiana, ſignificat malitiam cõmixtionis aeris. Et dicit Haly, Mars in Tauro ſub radiis tẽpus ſine vento facit: Veſpertinus renum, Matutinus ſiue orientalis ventos mouet: Stationarius deficcat aerem. Et ſecũdum Albumazarem cum fuerit illic Retrogradus ſignificat nocumentum aduenire beſtiis cum morte eorum. Et dicit Albumazar, Mars cum fuerit æquidiſtans ſigno Geminorum, ſignificat multos dolores aurium in hominibus, & variolas & morbillos & interfectionem in ſeptentrione cum multo latrocinio: & erunt nocumenta hominibus propter tonitrua & corruſcationis vehementiam frigora. Et ſi fuerit eius latitudo ſeptentrionalis, ſignificat multitudinem terræmotuum: & ſi fuerit meridiana ſignificat caliditatem aeris & quietem eius. Et dicit Haly, ſi venerit Mars ſub radiis infirmitatem hominibus ſignificat, Veſpertin⁹ eſt calidiſſimus: Matutinus vel orientalis contrarietatem in hominibus operatur: Stationarius calidus & ſiccus efficitur. Et dicit Albumazar, cum fuerit illic Retrogradus, ſignificat multas ægritudines variolarum & morbillorum. Et dicit Albumazar, Mars cum fuerit æquidiſtans Cancro ſignificat interfectionem in parte orientali, vel occidentali: & multiplicantur in hominibus ægritudines & infirmitates pectorum & quotidianæ & tertianæ febres, & dolores gutturis: & cadent inter principes cõtrarietates: & erit paucitas pluuiarum cum vehementia caloris. Et ſi fuerit latitudo eius ſeptentrionalis ſignificat caliditatem aeris: & ſi fuerit meridiana, ſignificat illud idem. Et dicit Haly, Mars in Cancro ſub radiis combuſtionem: Veſpertinus infirmitates: Matutinus lites inter homines: Stationarius caliditatem & ſiccitatem ſignificat. Et dicit Albuma. cum fuerit illic Retrogradus ſignificat corruptionem aeris & vehementiam caloris cum flatu ventorum venenoſorum. Et dicit Albumazar, Mars cum fuerit æquidiſtãs ſigno Leonis ſignificat bella in parte oriẽtis cum expenſione mortis, & præcipuè puerorum præ nimio dolore ventris: & ſignificat cariſtiam in beſtiis & paucitatẽ pluuiarum & panis & præcipuè in parte orientis. Et ſi fuerit latitudo eius ſeptentrionalis, ſignificat flatum ventorum ex ferocitate venenoſorum: & ſi fuerit meridionalis ſignificat ſiccitatẽ aeris. Et dicit Haly, Mars in Leone ſub radiis infirmitates imperatoris ſignificat, Veſpertinus ardorem: Matutinus vel orientalis extinctionẽ eius ſignificat, Stationarius ſignifi-



Digitized by Google

ca t infirmitatem. & ſecundum Albumazarem ſi fuerit Retrogradus ſignificat quod cadet inuidia & odiū inter Romanos. Et dicit Albumazar. Mars cum fuerit æquidiſtans Virgini ſignificat multas infirmitates oculorum & multam interfectionem, effuſionem ſanguinis in parte meridiei, & mortem mulierum cū deſtructiõe aeris, & eius ſiccitate, & multis terræmotibus & multitudine panis & vini. Et ſi fuerit eius latitudo ſeptentrionalis ſignificat paucas pluuias:& cum fuerit latitudo meridionalis ſignificat malitiam complexionis aeris. Et dicit Haly, Mars in Virgine ſub radiis infirmitates in hominibus facit, Veſpertinus ſuffocationem: Matutinus lites & cõtentiones facit:Stationarius ſiccitatem aeris oſtendit. Et ſi fuerit illic Retrogradus ſignificat ſiccitatem aeris. Et dicit Albumazar, Mars cum fuerit æquidiſtans libræ ſignificat ſalutem & bonum in hominibus, & erunt multi latrones & timores & rumores terribiles, mors & infortunia in hominibus propter bubones & ſpecialiter in parte meridiei cū paucitate planetarum, & nebularum, & ventorum. Et ſi fuerit latitudo ſeptentrionalis ſignificat multitudinem ventorum inceſſanter: & ſi fuerit meridionalis ſignificat temperantiam aeris. Et dicit Haly, Mars in Libra ſub radiis ſiccum aerē facit, Veſpertinus pluuioſum, Matutinus turbationē & tonitrua facit, Stationarius vero aridus & ſiccus. Et ſecundum Albumazarem, ſi illic fuerit Retrogradus ſignificat mortem ſubitam quorundam nobiliū hominum. Et dicit Albumazar, Mars cum fuerit æquidiſtans Scorpioni ſignificat multos dolores oculorum in hominibus & bubones & ægritudines & præcipuè in iuuenibus, & illud erit in ſeptentrione:cum multis latronibus: & erit frigus vehemens in quarta autumnali, & hyemali & æſtiuali cum multa ſiccitate aeris, & nocebit pani, vino, arboribus, & meſſibus. Et ſi fuerit eius latitudo ſeptentrionalis ſignificat multam ſiccitatem& paucitatem pluuiarū: & ſi fuerit meridionalis ſignificat temperātiam aeris. dicit Haly, Mars in Scorpione ſub radiis tranquillitatem in mari ſignificat: Veſpertinus & Matutinus ſignificat ventos: Stationarius ſignificat tranquillitatem & quietem facit. Et ſecundum Albumazarem: & ſi fuerit illic Retrogradus ſignificat infirmitatem accidere regi propinquitatem perditionis. Et dicit Albumazar Mars cum fuerit æquidiſtans Sagittario: erit mors in parte occidentis cum multa interfectione, & cum ægritudinibus & vehementi tuſſi & doloribus oculorum, & erit quarta vernalis mali aeris corrumpentis, cum paucitate pluuiarum:& multiplicabitur frigus in quarta hyemali, & exinde erit corruptio annonæ ſcilicet panis & vini:vel cum multis planetarum plantationibus. Et ſi fuerit eius latitudo ſeptentrionalis, ſignificat multū flatum ventorum cum ſiccitate & pauca humiditate eorum, & ſi fuerit meridionalis, ſignificat alterationem quarundam rerum & conuerſionem earum. Et dicit Haly, Mars in Sagittario ſub radiis, ſine humiditate Veſpertinus infirmitates & peſtilētias: Matutinus vel orientalis vehementiam caloris ſignificat, Stationarius vero malum & infortunium. Et ſecundum Albumazarē ſi fuerit Retrogradus, ſignificat malum & infortuniū & malum aduenire militibus regis. Et ſecundum Albumazarem, Mars cum fuerit æquidiſtans Capricorno:ſignificat multam mortem & multa infortunia ex parte meridiei: & præcipuè in iuuenibus & mulieribus: paucitatem pluuiæ & ſiccitatem aeris, cum multis redditibus hæreditatū & paucitate fructuum. Et ſi fuerit eius latitudo ſeptentrionalis: ſignificat deſtructionem commixtionis aeris:& ſi fuerit meridionalis, ſignificat illud idem. Et dicit Haly. Mars in Capricorno ſub radiis nutrit, Veſpertinus bonam commixtionem, Matutinus dies hyemales per loca facit: Stationarius tranquillitatem & perfectionem inducit. Et ſecundum Albumaſarem ſi fuerit illic Retrogradus ſignificat mortem nobilium cum cogitatibus & mœroribus hominum:& multas pluuias. Et dicit Albumazar. Mars cum fuerit æquidiſtans Aquario: ſignificat mortem regum orientis cum multis infortuniis hominum: & ſuperabundantiam pluuiæ & caſum niuiū:& proſperam cõmixtionem aeris: & cum multitudine panis & vini:& cum multo bono & paucitate eorum in parte orientis. Et ſi fuerit eius latitudo ſeptentrionalis:ſignificat ſiccitatem aeris:& ſi fuerit meridionalis: ſignificat illud idem. Et dicit Haly: Mars in Aquario ſub radiis:ſignificat ariditatem: Veſpertinus abſentiam ventorum: Matutinus motionem eorum:Stationarius ſignificat nocumentum in mari. Et ſecundum Albuma. ſi fuerit illic Retrogradus:ſignificat malam inobedientiam plebis erga regem. Et dicit Albuma. Mars cum fuerit æquidiſtans piſcibus, ſiue ſigno piſcium: ſignificat interfectionem multam inter reges & magnates & amiſſionem regni & dignitatum eorum: febres tertianas, & quotidianas in parte meridiei & occidētis:cariſtiā beſtiarum:& abundantiā pluuiarum & niuium:cum bona aeris commixtione. Et ſi fuerit eius latitudo ſeptentrionalis, ſignificat multos ventos: & ſi fuerit meridionalis ſignificat multas pluuias. Et dicit Haly: Mars in piſcibus ſub radiis, raritatem piſcium ſignificat: Veſpertinus ariditatem: Matutinus fulgura & tonitrua: Stationarius inæqualitatem in corporibus & in rebus ſignificat. Et ſecundum Albuma. ſi fuerit illic Retrogradus, ſignificat permutationem & accidentia accidere hominibus & paucum complementum eius in quo ſperatur ex operibus & rebus.

*De ſignificationibus Solis ad inſtar eorum quæ dixi.* Cap. 13.

IN accidentibus autem grandibus quæ fiunt per eclipſim luminarium non attribuit Ptolemæus dominium ipſis luminaribus:ſed aliis quinque planetis retrogradis ſicut dicit Haly ſecundo quadriparti. cap. 8. Nam dicit, Sol & Luna ſunt domini aliorum planetarum eo ꝙ ambo ſunt cauſa toti' operationis gubernationis ſtellarum & cauſa fortitudinis dominantium & debilitatis debiliorum propter comparationem, quam habent ad duo luminaria:Sol enim & Luna omnem rem faciūt naturalem: & quando commiſcentur virtutes eorum & fit de ambob' vna virtus, vnuſquiſque continet ſpem, ita quòd ambo operentur in vno commiſcebitur ſecum alia virtus aliorum planetarū: tunc hæc virtus inclinat virtutem luminaris, & ideo ſciuntur accidentia à quinque planetis ſiue dominio ſpecialis Solis & Lunæ. Cõſimiliter cap. 7. dicit, quòd planetæ inclinant opus Solis & Lunæ & ipſum reducunt ad operum ſuorum naturam, & propter hoc accipientur ſemper accidentia eclipſium à planetis.

Hic volo tamen ponere ſignificationes Solis & Lunæ in hoc cap. iuxta ſententiam Albumazaris & aliorum

Digitized by Google

tum. Dicit enim Albumazar in magno introductorio libro quarto differentia ſexta, quòd quia Sol in temporibus; operatur aliquibus, & quoniam compoſitiones non fiunt niſi in locis ſuper quibus eius motus operatur. Et quia Sol vitam vniuerſalem ſignificat, ponunt ipſum fortunã ita & bonũ Cũque eius fuerit motus in locis quibuſdam temperatis temporaliter operatur ibidem & fit bonæ cõplexionis: non in æſtate vtique calor neque in hyeme frigus abũdabit. In cõiunctione verò & oppoſitione malum eum dixerunt: in ſextili aſpectu & trino bonum: & non bonum erit in quadrato commixtum. Et cum hoc concordat Alcabi. in ſuo introductorio differentia. 2. & Abraſius in lib. ſuo de natiuitatibus in principio, qui dicunt quòd Sol per aſpectum eius eſt bonus & fortuna: & malus per coniunctionem in vno ſigno: Vnde dicit Albumazar vbi ſupra, quòd antiqui aſſimilauerunt eius coniunctionẽ cum planetis directioni ſuæ in locis in quibus ſui caloris grauitate animalia & ſemina pereunt: & aſſimilauerunt oppoſitionem ſuam vltimæ remotioni à locis in quibus per eius abſentiam frigus nimium animalia & ſemina conſumit. Quartum quoque aſpectum aſſimilauerunt locis in quibus partem animalium & ſeminum in vno tempore anni conſumit & in alio tẽpore non conſumit. Aequalitatem quoque locis aſſimilauerunt, in quibus ſcilicet nec calore nec frigore nimio aliquid conſumitur: & hunc ſimiliter motum ſextili & trino aſpectui aſſimilauerunt. Et quia Sol naturaliter eſt diurnus ſi ſit per diem in ſignis maſculinis in locis quibus ſcilicet ſuus operatur aſpectus fortunam ſignificabit. Cum igitur in contrariis horũ, quæ diximus, ac in locis malignis inuentus ſit malum portendit. Et dicit vlterius eodem cap. quòd Sol per ſui ſiccitatem & ſui motus celeritatem, nec non diuerſitatem eſſe illius in temporibus recipit à planetis qui ei complectuntur, corruptionem, mutationem & mũdo eas reddit. Et dicit Albumazar in lib. 5. de coniunctionibus magnis differentia. 3. quòd ſignificatio propria Solis eſt regum ſequi nocumentum, & mortem plebi aduenire: commotionem inimicorum ab omnibus terris: annus verè inſtuctuoſus erit. Et in quodam tract. de temperie aeris quæ vocatur Exafenon, dicit quòd quando Sol diſpoſitor fuerit: tẽpus erit multæ variationis & carens ſtabilitate, niſi initio fuerit in aliquo angulorum, aut in ſuccedẽti. Et ſi fuerit in cadente, erunt multæ infirmitates & peſtilentiæ, quæ aliunde impediatur, Et dicit Albumazar vbi ſuprà, ꝙ cum Sol dominatur, multiplicabuntur beſtiæ, & erit effuſio ſanguinis à parte occidentis, & nobiles fiẽt pauperes, & pauperes fient diuites. Vnde dicit ipſe, ſignificatio eius ex parte commixtionis cum intrat capita inceptionũ reuolubilium, quas prædiximus, planetæ quidem appropriantur cum iſto quod diximus ſine ea ſignificatione Solis quando æquidiſtantia earum ad loca iſta vadit in omnib. reuolutionibus. Et nõ præparatur diuerſitas ſignificationum, niſi ex parte aſtantium eorum ſecũdũ quòd præmiſimus: & propter hoc dicit ipſe non rememorati ſumus ſignificatione Solis ſuper accidentia inferiora ex eo quod æquidiſtat ipſis partibus quarum rememoratione præmiſimus: ſed ſecundum ſignificationes eius æquidiſtantiæ in omnib. ſignis quãplurimũ ei' ſignificatio eſt ſuper alteratiões aeris: & nõ plura dicit Albumazar de ſignificationib. Solis ibidem, nec etiã Haly in tractatu de eſſentia planetarũ: de ſub radiis aliquid de eius ſignificationibus notat: ideo de ſignificationibus eiuſdem ad præſens dicta ſufficiant.

*De ſignificationibus Veneris ad inſtar eorum quę dixi. Cap. 14.*

VEnus itaque quando vera fuerit gubernatrix, vt ait Ptolæmeus vbi ſupra, generaliter operabitur ea quæ Iupiter operatur & cum hoc actus venereos aliquantulum exercebit. Cuius opus proprium & particulare in hominibus eſt gaudium, ſublimitas, honores alacritates melioratio ſtatus bonitatis coniugij, filiorum multitudo: commoditas omnium rerum coniugabilium: augmentum ſubſtantiæ, ſeu diuitiarum: actus nitidi & mundi boni animi in lege ſeu fœderis obſeruatione aſpecta carnalitas amabuntur cũ principibus etiam potentum conſanguinitas. Et ſi fuerit eius ſignificatio in aere, erunt venti temperati, humidi & multi nutrimenti: ſcilicet quæ faciunt res creſcere, multæ commeſtiones, & erit aer limpidus bonus & clarus. Et ſi fuerit eius ſignificatio in aquis, faciet eas fœcundas & erunt pluuiæ multæ & nauigatiores: ſecuræ creſcent riui, eritque in mercimoniis magnum lucrum. Et maximè ſecundum Haly in rebus ſuauibus & aromaticis prout ſunt ſpecies bonæ odoriferæ, panni precioſi & lapides etiam precioſi. Et dicit Ptolemæus quòd alia quibus vtuntur homines & ſimiliter terræ fructus creſcẽt & multiplicabũtur atque perficientur. Et dicit Albumazar libr. 5. de coniunctionibus magnis differentia quarta quod Venus cum fuerit æquidiſtãs ſigno Arietis, ſignificat ſiccitatem cum diminutione pluuiarum & inceſſantem flatum vẽtorum & bonam commixtionem aeris. Et ſi fuerit latitudo eius ſeptentrionalis, ſignificat caliditatem aeris. & ſi fuerit meridiana ſignificat vehementiam frigoris: & quando elongatur ab auge, ſcilicet Solis, ſignificat motionem exercitus. Et dicit Haly de temperie planetarum in tractatu de exiſtentia ſub radiis, quod Venus in Ariete ſub radiis ſignificat vehementiam venti, Veſpertina ventum ſignificat, matutinus, ſeu orientalis tonitrua & pluuias. Et ſecundum Albumazar. ſi fuerit Retrograda ſignificat multa tonitrua & coruſcationes fortes grandines & tempeſtates. Et dicit Albumazar, Venus cum fuerit æquidiſtans à Tauro, ſignificat multitudinem nubium & pluuiarum & tonitruorum & coruſcationum cum ſiccitate aeris. Et ſi fuerit latitudo eius ſeptẽtrionalis ſignificat bonam aeris commixtionem: & ſi fuerit meridionalis ſignificat illud idem: & quando elongatur ab auge ſua, ſignificat apparentiam boni & ſalutis in hominibus. Et dicit Haly, Venus in Tauro ſub radiis tonitrua ſignificat, Veſpertina ſerenũ aerem: Matutina vel orientalis bonã cõditionem ac velocitatem ſignificat. Et ſecũdum Albuma. Venus cum fuerit Retrograda, grandines cũ vehementia tonitruorum & coruſcationum ſignificat. Et dicit Albumazar, Venus cum fuerit æquidiſtans ſigno Geminorum ſignificat humiditatem aeris & corruptionem eius. Et ſi fuerit eius latitudo ſeptẽtrionalis, ſignificat flatum ventorum, & ſi fuerit meridionalis, ſignificat ſiccitatem aeris. Et quando elongatur in longitudine ſua longiori, ſcilicet à Sole, ſignificat infortunium in magnatibus & anguſtias & triſtitias. Et dicit Haly quod Venus in Geminis ſub radiis nimis deſiccat: Veſpertina eſt ventoſa: Matutina, vel orientalis bonum tempus ſignificat. Et ſecũdum Albumazar. ſi fuerit illic Retrograda ſignificat calidita



Digitized by Google

tem & ſiccitatem aeris. Et dicit Albu.Venus cũ fue-
rit æquidiſtans ſigno Cancri ſignificat bonam com-
mixtionem aeris:multum flatum ventorum. Et ſi fue
rit eius latitudo ſeptentrionalis ſignificat vehemẽtiã
caloris,& ſi fuerit meridiana ſignificat illud idem. Et
quando elongatur à longitudine ſua longiori, ſcilicet
à Sole ſignificat detrimentum aduenire regibus & no
bilibus cum motu exercituum. Et dicit Haly, Venus in
Cancro ſub radiis, temperiem abſque vento, Veſper-
tina bonam complexionem, Matutina ſiue orientalis
ſerenum facit.Et ſecundũ Albuma.ſi fuerit illic Retro
grada ſignificat detrimentũ quarundã mulierũ regũ.
Et dicit Albuma. Venus cum fuerit æquidiſtãs Leoni
ſignificat multas infirmitates per variolam,& calorẽ
aeris,cũ pauco flatu venti & forſam erit aeris comple
xio bona.Et ſi fuerit eius latitudo ſeptẽtrionalis ſigni-
ficat ventum,& caliditatem eius, & ſi fuerit meridio-
nalis ſignificat bonã aeris commixtionem. Et quãdo
elongantur à longitudine ſua longiori,ſ.à Sole,ſignifi-
cat ꝙ conſequentur reges aut quædam mulieres eorũ
detrimenta. Et dicit Haly Venus in Leone ſub radiis
ardorem facit, Veſpertina iumentorum infirmitates:
Matutina bonam complexionem facit. Et ſecundum
Albuma. ſi fuerit illic Retrograda ſignificat anguſtiã
euenire regib.& cogitatus & triſtitiã. Et dicit Albu-
mazar, Venus cũ fuerit æquidiſtans Virgini ſignificat
aeris commixtionem & fortè declinabit ad frigus &
ſiccitatem. Et ſi fuerit eius latitudo ſeptentrionalis,ſi-
gnificat bonã complexionem aeris, & ſi fuerit meri-
dionalis ſignificat illud idem. Et ſi elongatur in lon-
gitudine ſua longiori,ſ.à Sole ſignificat mortem nobi
lium cum multis infirmitatib.hominũ. Et dicit Haly,
Venus in Virgine ſub radiis ſignificat ſiccitatem Ve-
ſpertina bonã cõplexionem, Matutina humiditatem
præſtat. Et ſecundum Albuma.ſi fuerit illic Retrogra
da ſignificat ægritudines mulierum. Et dicit Albuma.
Venus cũ fuerit æquidiſtans Libræ ſignificat ſanitatẽ
hominum cum bona complexione aeris & frigiditate
eius & ſuperabũdantia, Et ſi fuerit latitudo eius ſeptẽ
trionalis,ſignificat ventos ſiccos:& ſi fuerit meridio-
nalis ſignificat infirmitates ex parte morbili. Et ſi elõ
gatur in longitudine ſua longiori, ſ. à Sole ſignificat
mortẽ mulierum regum, conturbationẽs & rumores
terribiles in hominib. Et dicit Haly, Venus cũ fuerit
in Libra ſub radiis humida erit, & Veſpertina bene
complexionata,Matutina erit humectãs. Et ſecundũ
Albuma.ſi fuerit illic Retrograda ſignificat detrimen
tum aduenire mulierib.regũ. Et dicit Albuma.Venus
cum fuerit æquidiſtãs Scorpioni ſignificat vehemen
tiã frigoris & multũ ventum & fortè erit bona cõple-
xio aeris. Et ſi fuerit eius latitudo ſeptentrionalis ſi-
gnificat ſiccitatẽ aeris:& ſi fuerit meridionalis,ſignifi
cat multitudinẽ pluuiarũ. Et cũ elongatur in lõgitu-
dine ſua longiori à Sole ſignificat detrimentũ nobiliũ
& effuſionẽ ſanguinis. Et dicit Haly, Venus in Scor-
pione ſub radiis ſine pluuia eſt, Veſpertina, pluuioſa,
Matutina eſt multarũ pluuiarũ.Et ſecundũ Albuma.ſi
fuerit illic Retrograda ſignificat commotionem cum
multis rumorib.terribilib. Et dicit Albuma.Venus cũ
fuerit in Sagittario,æquidiſtans ſignificat bonã cõple-
xionẽ aeris, & aliquãdo demonſtrabit ad ſuperfluita-
tẽ humiditatis & aliquãdo ad ſuperfluã ſiccitatem. Et
ſi fuerit ſeptentrionalis ſignificat inceſſantẽ flatũ ven
torum. Et ſi fuerit meridionalis ſignificat aeris alte-
rationem & humiditatem eius. Et quãdo elongatur à
longitudine ſua longiori,ſ.à Sole,aduenient regib. æ-
gritudines. Et dicit Haly,Venus in Sagittario ſub ra-
diis pluuioſa erit,Veſpertina vẽtoſa & frigida, Matu-
tina bonã conditionẽ ſignificat. Et ſecundum Albu
ſi fuerit illic Retrograda ſignificat inuidiã regum. Et
dicit Albuma. Venus cũ fuerit æquidiſtans Capricor-
no ſignificat multã mortẽ cũ multitudine pluuiarũ &
fontiũ & cum bona complexione aeris. Et ſi fuerit e-
ius latitudo ſeptentrionalis ſignificat multos ventos.
Et ſi fuerit meridionalis,ſignificat multas pluuias. Et
quãdo elõgatur à lõgitudine ſua lõgiori,ſcilicet à Sole,
ſignificat detrimentum quibuſdã nobilib. præcipuè ſe
nib.Et dicit Haly:Venus in Capricorno ſub radiis geli
da eſt,Veſpertina frigida,Matutina pluuioſa.Et ſecun
dũ Albuma. ſi fuerit illic Retrogada ſignificat triſtitiã
& anguſtiã hominũ.Et dicit Albuma. Venus cũ fuerit
æquidiſtãs, Aquario ſignificat bonã aeris cõplexionẽ,
multũ vẽtũ cum multitudine pluuiarũ & nebularum.
Et ſi fuerit eius latitudo ſeptentrionalis ſignificat ſic-
citatem & paucitatem pluuiæ:& cum fuerit meridio
nalis,ſignificat multas anguſtias.Et quãdo elõgatur à
longitudine ſua longiori, ſ. à Sole ſignificat multas
inundationes & redundationes fontium,& accidit na
uibus ſubmerſio in mari.Et dicit Haly,Venus cũ fue-
rit in Aquario ſub radiis fit nebuloſa.Veſpertina cali-
da & ventoſa,Matutina pluuioſa, & caliginoſa. Et ſe
cundum Albuma.ſi fuerit illic Retrograda ſignificat
ægritudines hominum propter humiditatem Et di-
cit Albuma.Venus cum fuerit æquidiſtans Piſcib. ſi-
gnificat vehementiã caloris cum vehementi humidi-
tate,& fortè erit bona cõplexio aeris.Et ſi fuerit eius
latitudo ſeptentrionalis ſignificat ventorum flatum
inceſſantem:& ſi fuerit meridionalis ſignificat multas
pluuias.Et quando elongatur à longitudine ſua lon-
giori,ſ.à Sole ſignificat detrimentum diuitum & no-
bilium.Et dicit Haly,Venus in piſcib.ſub radiis,ſerenũ
tempus ſignificat, Veſpertina aquoſa & ventoſa,Ma
tutina bonã complexionem ſignificat & gramina &
fructus nutrit bonum.Et ſecundum Albuma. ſi fuerit
illic Retrograda, ſignificat conturbationes & ſuſurra
tiones & rumores terribiles & triſtitias & timores cõ
tingere hominibus.

### *De ſignificationibus Mercurij ad inſtar eorum quæ dixi. Cap. 15.*

Mercurius itaque cum ſolus fuerit diſpoſitionis do-
minus, vt ait Ptolemæus vbi ſupra,ſi tunc commi
ſceatur cum natura vel ſignificatione alicuius aliorũ
planetarum generaliter, concordabit & coaptabitur
cum natura illius planetæ.id eſt ſecundum Haly facit
talia opera:qualia planeta,ſeu ſtellæ fixæ, quibus ap-
plicat,& ſi nulli applicuerit aſſimilabitur opus ſuum
parti ſignorum in quo erit. Et dicit Ptolemæus quòd
opus ſuum propriũ eſt mouere res multas plus quam
aliarum ſtellarum opus:& ſuum agere quod voluerit
ſubtilis eſt ingenij:viarum etiam abſciſiones erunt,&
latrocinia, & deprædationes: facietque periculum in
mari ſi participationem habuerit cum infortunis. Et
dicit Haly, quod mala quæ facit Mars facit palam
& diſcooperte & vi armorum,& mala conſimilia fa-
cit Mercurius per ſubtilitatem artium, & ideo cum
fuerit in aliqua dignitate Martis vel accordatus cum

co

Digitized by Google

eo faciet res mirabiles. Et dicit Ptolemæus quòd Mercurius facit ęgritudines ſiccas ſcilicet febres quotidianas, tuſſim & vomitum & pthiſim. nā ſecundum Haly faciat infirmitates acutas, quia eſt feſtini motus. Et quamuis dicit Ptolemęus quod Mercurius facit opera ſtellarum & ſignorum, vel partium eorum cum quibus erit, ita quod ſi fuerit in dignitate alicuius planetæ, vtputa in termino, aut domo, aut exaltatione, aut trigono, eius complexio reducitur ad complexionē iſtius planetæ, nihilominus iam dicit nobis quod omnia opera eius ſūt infortunata, eo quod duæ domus eius ſunt in trino aſpectu domorum Saturni, & in ſextili aſpectu domorum Martis, ideo natura ſua tendit ad naturam Saturni & Martis, & eſt contraria naturę Iouis, eo quòd oppoſitas domos habent. Sed licet domus ſuæ ſint in trino domorum Veneris cum caſus eius eſt in exaltatione Veneris, & ideo conuenit, vt aſſimiletur parum naturæ Veneris, & quod elongetur ab ea quantum eſt elongata à natura eius à natura Veneris, & quantum exaltatio elongatur à caſu, propter hoc igitur Mercurius facit prædicta mala quando ſolus eſt dominus, licet cum nulla alia cauſa ſit commixtus. Et ſi commiſcebitur fortunis, facit facta quę ipſæ faciunt. Et dicit Ptolemæus ꝙ Mercurius ſignificat diuinatiōes, & ſeruitiū diuinū: & ea quæ contingunt in ſanctuariis: ſicut ſunt mutationes legū ac morum. hæc aliquando fiūt per ipſum ſecūdū cōmixtionem ſuā cū cæteris ſtellis. Nam ſecūdū Haly accidet per eū in illis fortitudo mali & corruptionis: vno vero tempore pluſquam alio, ſecūdū ꝙ planetæ quib. miſcebitur ſint fortunæ, vel infortunæ. Si enim fuerint cū fortunis, dānū erit minus: & ſi cum infortunis: dānū erit multo maius. Et ſecūdum Albuma. lib. 5. de cōiunctionib. magnis differētia. 5. Mercurius ſignificat bella & prælia & inſultum vulgi in reges & mortem ſubitam in hominib. Et dicit Ptolemæus ca. 8. vbi ſupra ꝙ quia Mercurius eſt complexionis ſiccæ & feſtini motus eo ꝙ ſemper vadit circa Solē, & retrogradatur ſæpius ſuo curſu: ideo in aere propriè operatur vētos turbinoſos & repentinos ac de facili mutabiles: facit tonitrua, coruſcationes & terræmotus: & forſam propter hoc quæ prædicta ſunt detrimenta facit in animalib. & in vegetabilib. quib. magis vtuntur homines. Et ſecūdū Haly, ꝙ accidit ſubmerſio ciuitatū & huiuſmodi. Et ſecūdū Albuma. vbi ſupra Mercurius ſignificat paucitatem pluuiarum vehementem flatum ventorum & multū nocumentū cū caſu fulminū. Item Albuma. cum fuerit eius ſignificatio in terra ſignificat deſtructionem fructuum cā cōbuſtionis & ventorum & mortalitatem & locuſtas. Et dicit Haly, ꝙ licet Ptol. oſtēdit ſecundo lib. quadripartiti ꝙ de ſe tantum facit humiditatis quantum ſiccitatis, de his tamē in ſecundo libro cauſam dat. eius appropinquatione ad Solem & reuerſione eius frequenti ad Solē, quare vincit in eo ſiccitas: vnde operatur in aere ſecundum ꝙ operantur infortunæ quādo cōmiſcētur cum natura Solis, eo ꝙ ex tali cōmixtiōe fiunt fumi ſicci, de quib. pueniunt vēti turbinoſi: ita ꝙ pereūt naues, dānantur plātæ, & cætera mala fient. Itē dicit Ptolemęus ꝙ Mercurius operatur multam diminutionem in aquis & riuis quando abſcōditur, ſcilicet quādo intrat radios Solis, & facit augmentū in eis quādo oritur, vel exit radios Solis, pā tūc ſecūdū Haly creſcit fumoſitas humidā, & minuitur fumus ſiccus. Ex prædictis igitur patet ſecundū Ptolemæū ꝙ Mercurius ſiccitatem augmētat, quando eſt in dignitatibus planetarum ſiccorum, & quando aſpicit ſe cum eis & quando radios Solis intrat. Humiditatē verò facit, quādo eſt in dignitatibus planetarum humidorū, & quādo aſpicit ſe cū eis, & quando radios Solis exit. Et dicit Albuma. lib. 5. de cōiunctionibus magnis differentia quinta, ꝙ Mercurius cum fuerit ęquidiſtans Arietis ſigno ſignificat multam mortem mulierum & iuuenū: paucitatem piſcium cum multo flatu ventorum fortium & ſiccorum: & multas nebulas & cum vehemētia caloris, & multitudine aquarum & præcipuè in parte occidentis & cum paucitate annonæ & panis & vini. Et ſi fuerit eius latitudo ſeptentrionalis ſignificat corruptionem aeris: & ſi fuerit meridiana ſignificat commixtionem aeris. Et quando elongatur à longitudine ſua longiori, ſcilicet à Sole, ſignificat interfectionem in hominibus & mortem quorundam nobilium. Et dicit Haly, Mercurius in Ariete ſubradiis tempeſtuoſus eſt, Veſpertinus bene complexionatus, Matutinus, vel orientalis ſignificat mundum aerē. Et ſecundum Albumazar. ſi fuerit illic Retrogradus ſignificat infirmitatem aduenire ex morbillis & variolis. Et dicit Albumazar. Mercurius cum fuerit æquidiſtans Tauro ſignificat interfectiones inter orientales & occidentales, & multos oculorum dolores in parte orientis, & multam mortem nobilium ex turis & vehementia caloris cum inceſſanti flatu ventorum & bona aeris commixtione, & erit deſtructio panis & vini cū aq̄s multis. Et ſi fuerit eius latitudo ſeptentrionalis, ſignificat mediā cōmixtionē aeris, & ſi fuerit meridionalis, ſignificat permixtionem aeris. Et quādo elongatur in longitudine ſua lōgiori à Sole, ſignificat mortē boū. Et dicit Haly, Mercurius in Tauro ſub radiis, tēpeſtuoſus & vmbroſus, Veſpertin⁹ bonæ cōplexionis, Matutinus, vel oriētalis rorid⁹ & mūdus. Et ſecūdū Albuma. ſi fuerit illic Retrograd⁹ ſignificat bonā aeris cōplexionē. Et dicit Albuma. Mercurius cū fuerit æquidiſtās Geminis, ſignificat cædē aduenire inter oriētales & ſeptētrionales, mortē nobiliū & aliorū hominū, multitudinē bubonū & bonam aeris cōplexionē cū multitudine vini. Et ſi fuerit eius latitudo ſeptētrionalis, ſignificat ventos, & caliditatē eorū, & ſi fuerit meridionalis ſignificat ſiccitatē aeris. Et quando elōgatur in lōgitudine ſua longiori à Sole, ſignificat mortē præpoſitorum & ſcriptorū ſublimatorū, & multas mortalitates hominū, cum ægritudinib. morbillorum. Et dicit Haly, Mercuri⁹ in Geminis ſub radiis, ventos excitat in mari & in terra, Veſpertinus deſiccat, Matutinus bonam cōmixtionem ſignificat. Et ſecundū Albuma. ſi fuerit illic Retrogradus: ſignificat inutilitatem in hominibus & rebus ſuis. Et dicit Albumazar, cum fuerit ęquidiſtans Cancro, ſignificat interfectionem ex parte ſeptētrionis, aut ex parte orientis & occidentis, & mortem hominum, & dolores vlcerum & morbillorum, cum multitudine ventorū & frigiditate aeris, cum paucitate annonæ & deſtructione arborum & fructuum & præcipuè in occidente. Et ſi fuerit latitudo eius ſeptentrionalis, ſignificat ventos calidos, & ſi fuerit meridionalis, ſignificat illud idem. Et quando elongatur in longitudine ſua longiori à Sole, ſignificat rumores terribiles & perturbationes in hominibus. Et dicit Haly, Mercurius in Cancro ſub radiis, ſignificat eleuationem



Digitized by Google

viatum maris, Veſpertinus tranquillitatē facit, Matutinus bonā complexionem & ſanitatem inducit. Et ſecundum Albuma. cum fuerit illic Retrogradus, nō attribuitur ei aliqua ſignificatio. Et dicit Albumazar: Mercurius cū fuerit æquidiſtans Leoni: ſignificat multas infirmitates ex tuſſi, & dolores ventris, & veſicæ, & multam mortem, præcipuè in parte occidentali, & cum caſu nobilium, & ſignificat paucitatem commixtionis aeris & vehementiam caloris & paucitatem pluuiæ & deſtructionem arborum fructuum, & ſeminum: & cum paucitate annonæ. Et ſi fuerit eius latitudo ſeptentrionalis, ſignificat flatum ventorum & caliditatem eorum, & ſi fuerit meridionalis, ſignificat bonam complexionem aeris. Et quando elongatur in longitudine ſua longiori à Sole, ſignificat mortem quorūdam magnatum. Et dicit Haly: Mercurius in Leone ſub radiis ab occidente ventum inducit, Veſpertinus ſuffocationes facit, & Matutinus ſerenum ſignificat. Et ſecūdum Albuma. ſi fuerit illic Retrogradus ſignificat multas triſtitias, quas cōſequentur homines cum permixtionibus. Et dicit Albumazar, Mercurius cum fuerit æquidiſtans Virgini ſignificat multos oculorum dolores & infortunam in parte meridiei, & ſuper abundantiam pluuiarum & vehementiam ventorum calidorum, & forte ſignificat bonam commixtionem aeris, & multitudinem annonæ. Et ſi fuerit eius latitudo ſeptentrionalis, ſignificat ſiccitatem aeris. Et ſi fuerit meridionalis, ſignificat bonam aeris permixtionem. Et quando elongatur in longitudine ſua longiori, ſcilicet à ſole, ſignificat caſum nobilium & mortem in hominibus. Et dicit Haly: Mercurius ſi fuerit in Virgine ſub radiis, procellas calidas in mari ſignificat, Veſpertinus ſiccitatem, Matutinus eſt humidus & bene complexionatus. Et ſecundum Albumazar. cum fuerit illic Retrogradus ſignificat multos rumores terribiles. Et dicit Albumazar cum fuerit æquidiſtans Libræ ſignificat multitudinē ventorum & fortitudinem eorum & paucitatem annonæ & humiditatem aeris. Et ſi fuerit eius latitudo ſeptentrionalis ſignificat paucitatem humiditatis, & multas nebulas. Et ſi fuerit meridionalis, ſignificat deſtructionem commixtionis aeris. Et quando elongatur in longitudine ſua longiori, ſcilicet à Sole, ſignificat permixtiones aduenire plebi. Et dicit Haly, Mercurius in libra ſub radiis ſignificat fortiſsimos contrarios ventos: Veſpertinus eſt bene complexionatus, Matutinus ſemper humidus eſt & vtilis.

Et dicit Albumazar, cum fuerit Retrogradus ſignificat permixtiones aduenire plebi, & forte rimabuntur quibuſdam de cauſis. Et dicit Albumazar, Mercurius cum fuerit æquidiſtans Scorpioni ſignificat multas cædes in parte occidētis & ſeptentrional. & niues cum abundantia pluuiarum, vehemens frigus & quietudinē aeris cum bona commixtione aeris. Et ſi fuerit eius latitudo ſeptentrionalis ſignificat ſiccitatem aeris. Et ſi fuerit meridionalis, ſignificat bonam commixtionem, Et quando elongatur à lōgitudine ſua longiori ſcilicet à Sole, ſignificat rumores malos, & terribiles & fortē cædem. Et dicit Haly, Mercurius in Scorpione ſub radiis tempeſtuoſus eſt, Veſpertinus ſine pluuia, Matutinus pluuioſus. Et ſecundum Albumazar. ſi fuerit illic Retrogradus ſignificat permixtionem aduenientem militibus. Et dicit Albumazar, Mercurius cū fuerit æquidiſtans Sagittario ſignificat proſperitatē regū, infortunam & bella fieri in parte occidētis inter eos & meridionales, paucitatē pluuiarū, & niues cadere cū bona aeris cōmixtione, & erit paucitas panis, & abūdātia vini. Et ſi fuerit eius latitudo ſeptentrionalis, ſignificat vētos calidos: & ſi fuerit meridionalis, ſignificat alterationem aeris & bonam commixtionem eius. Et quando elongatur in longitudine ſua longiori, ſcilicet à Sole, ſignificat mortem aliquorum regum & diuitum. Et dicit Haly, Mercurius in Sagittario ſub radiis multam pluuiam ſignificat, Veſpertinus ſine humiditate, Matutinus, bonam conditionem & ſanitatem ſignificat. Et ſecundum Albumazar. ſi fuerit illic Retrogradus, ſignificat infortunia in parte montium. Et dicit Albumazar, Mercurius cum fuerit æquidiſtans Capricorno, ſignificat cædem malam in oriente, ægritudinem & mortem puerorū, & multas pluuias, & deſtructionem commixtionis aeris: & ipſum declinare ad ſiccitatem, multos ventos orientales, multum mel cū multitudine annonæ. Et ſi fuerit eius latitudo ſeptentrionalis, ſignificat bonam aeris commixtionem. Et ſi fuerit meridionalis, ſignificat illud idem.

Et cū elongatur in longitudine ſua longiori, ſcilicet à Sole, ſignificat mortalitatem & mortem mulierum & nobilium. Et dicit Haly, Mercurius in Capricorno ſub radiis ſemper eſt pluuioſus. Et ſecundum Albuma. ſi fuerit illic Retrogradꝰ, ſignificat laudabile equitantibus in mari. Et dicit Albumazar, Mercurius cū fuerit æquidiſtans Aquario ſignificat multitudinem locuſtarum cum bona commixtione aeris, Et cū multo flatu ventorum Et ſi fuerit latitudo eius ſeptentrionalis ſignificat ſiccitatem aeris. Et ſi fuerit meridionalis, ſignificat multas nubes ſteriles. Et quando elongatur in longitudine ſua longiori, ſcilicet à Sole, ſignificat mortem ſenum & nobilium.

Et dicit Haly, Mercuriꝰ in Aquario ſub radiis niuoſus eſt. Veſpertinus calidus & turbulentus, Matutinus pluuioſus. Et ſecundum Albuma. ſi fuerit illic Retrogradus, ſignificat multas infirmitates aduenire hominibus. Et dicit Albumazar, Mercurius cū fuerit æquidiſtans piſcibus, ſignificat mortem in meridiei parte multitudinem vermium & piſcium cum multo flatu ventorum & frante eorum & cum bona aeris commixtione, & forte declinabit ad ſiccitatem cum multis aquis. Et ſi fuerit eius latitudo ſeptentrionalis ſignificat inceſſantem flatum ventorum humidorū, & ſi fuerit meridionalis, ſignificat mediam commixtionem aeris. Et quando elongatur in longitudine ſua longiori à Sole ſignificat multam nauium ſubmerſionem in mari & fluminibus. Et dicit Haly, Mercurius in piſcibus ſub radiis tempeſtuoſus & pluuioſus eſt, Veſpertinus bonam complexionem: Matutinus tranquillitatē, & complexionem bonam oſtendit. Et ſecūdum Albuma. ſi fuerit illic Retrogradus ſignificat nocumentum aduenire nobilibus & vaſallis regum.

### *De ſignificatione Lunæ ad inſtar eorum quæ dixi. Cap. 16.*

DE ſignificatione verò Lunæ nihil penitus locutus eſt Ptolemæus nec Haly, vbi ſuprà, propter cauſas prætactas cap. primo poſito de ſignificationib. Solis: nec Haly in tractatu de exiſtētia planetarū ſub radiis aliquid de Luna loquitur. Sed Albumazar quarto maioris introductorij differētia 6. dicit ꝙ Luna eſt humida, beniuola & per ſuā humiditatē nocti cōuenit.

Et dicit

Digitized by Google

Et dicit ꝙ q̃a ipſa ex natura ꝑ cæteris planetis eſt humidior,licet humiditas ſit vitę & durabilitatem ſignificet ſi ipſa tamen ſuperflua fuerit impediet.Nam omne ſuperfluum impediens iudicatur.Et vlterius dicit in eadem differentia ꝙ Luna eſt ſignificatrix humiditatis plus cæteris planetis,ac propter nimiam humiditatẽ citius cæteris planetis à planeta qui ſibi cõplectitur corruptionẽ,vel naturã ſuſcipit.Et dicit Albumazar lib.5.de cõiunctiõibus magnis differẽtia 6. Luna in Ariete cũ ſola fuerit dominatrix,& fuerit ei⁹ ſignificatio propriè ſuper ſpeciem humanã ſignificat cædes inter reges & vulgum:& multa mala in hominibus & latrones:multas anguſtias aduenientes regibus propter inobedientiam militum eorum eis multis præliis & multum impedimẽtum ex lupis:beſtiis verò quibus homines vtuntur eadem mors & detrimentum.In aere verò ſignificat multas pluuias,& multas humiditates, & in aquis ſignificat multas inundationes:ſed commiſcetur eius ſignificatio cum ſigno Arietis quando ſcilicet eſt æquidiſtans ei ſignificat inundationes fluminum & diminutionem annonæ. Et ſi fuerit æquidiſtans Tauro ſignificat multas triſtitias & ſiccitatem & dolores & nocumenta aduenire hominibus,& multas pluuias,& vehementiam frigoris diminutionem annonæ panis & potus & fructuũ. Et ſi fuerit ęquidiſtãs ſigno Geminorũ ſignificat multas mortalitates in hominibus & ægritudines & bubones cum ſuperfluitate pluuiarum & cum deſtructione in vino. Et ſi fuerit æquidiſtans Cancro accidẽt motus,& itinera regibus,& erit ſiccitas & fames in hominibus cum paucitate pluuiarum. Et ſi fuerit æquidiſtans Leoni ſignificat renouationem regni & permutabitur rex de regione ad regionem cum proſperitate eſſe plebis cum eo multam beſtiarum venditionem & magnum pretium earum, & proſperam diſpoſitionem fructuum. Et ſi fuerit æquidiſtans Virgini ſignificat ſalutem hominum & animaliũ cum vtilitate beſtiarum & multitudine pluuiarum & annonæ & potus & meſſium & fructuum. Et ſi fuerit æquidiſtãs libræ ſignificat cędem cadere in regibus & per mixtionẽ in regib⁹ & mortẽ & triſtitiã quæ adueniẽt hominibus multa bella & locuſtas diminutionem vini cum detrimẽto annonæ. Et ſi fuerit æquidiſtãs Scorpioni ſignificat multas contrarietates & commixtiones,& ægritudines,& mortem, & placitationes,& prælia in hominibus cum paucitate aquæ fontiũ.Et ſi fuerit æquidiſtãs Sagittario ſignificat excellentiam regum & proſperitatem nobilium & detrimenta aduenientia viris religioſis, ægritudines, & cædem & detrimentum animalium præcipuè auium & detrimentum annonę & deſtruentur reddit⁹ hereditatis Et ſi fuerit æquidiſtans Capricorno ſignificat vtilitatem annonæ:& proſperitatem potus & victualium. Et ſi fuerit æquidiſtans Aquario:ſignificat mortalitatem hominibus:multitudinem locuſtarum:& detrimentum redditus,fructus & arationis. Et ſi fuerit æquidiſtãs ſigno piſcium ſignificat ægritudines euenire hominibus,& eos euadere ab eis:deſtructionẽ auiũ & multitudinem pluuiarum cum vtilitate annonæ. Auctor verò nouem iudicum in prima parte verſus finem ponit plura notabilia de ſignificationibus Lunæ,quæ ſcilicet ſignificationes eius concernant quæſtiones:& inter cætera dicit vnum notabile: & eſt dictũ eius Meſſahalæ. dicit enim ſic: Luna quia plus ſtellis omnibus affinior terræ deſeruit ad iudicandum & ex ſui ſimilitudine inuenitur vtilior. Vides enim ꝙ vniuerſa mundanorum generatio germinantium & humanæ propaginis ſeries à modico incipit poſt hoc congruum ſuſcipit incremẽtum: debitum nouiſſime ſic inceptum finem.nec aliter de Luna datur intelligi.proſpera nanque & fœlix vniuerſa in ſui proſperitate conſeruat:corrupta corrũpit:infortunis vero applicans contrarium indicat.Item Luna propriam reſpiciens domum & bene locata negotiis effectum tribuit & fortunã ſignificat:& ſi male collocetur: contrarium ſignificat.De ſignificatione vero Lunæ in ſecundo libro poſterius plura dicentur:ſed hæc ad præſens ſufficiant.

### *Quid ſignificant planetæ dominatores cum commiſcentur ad inuicem. Cap. 17.*

SEcundum quod dicit Ptolemæus in fine octaui capituli ſecundi quadri,ꝙ vnuſquiſque planetarum ſi fuerit in ſuo naturali eſſe: quod ſibi fuerit proprium operabitur:id eſt ſecũdum Haly, quando non commiſcetur virtus ſignificatorum cum virtute alia:nec dominantur plures ſimul.Nã quando Saturnus & Mars dominantur ſimul:aut quando vnus eorum gubernat: aut aſpicit ſe cum alio:demonſtrat ex hoc lites & prędia hominum extraneorum:captiuitates,& res fortes, & magnas:Si enim aſpectus fuit de trino, vel ſextili: erunt paces propter magnũ metũ enſis: & ſi aſpectus fuerit de oppoſito, vel de quarto:ſignificat fortitudinẽ magnã litiũ,& preliorũ:& multũ durabunt: multotieſq; redibũt.Et ſi Saturnus & Iupiter gubernatores fuerint:vel ꝙ vnus ſit gubernator & aſpicit aliũ:ſignificat ꝙ minuetur magnum damnum Saturni: vel minuetur bonum Iouis:& hoc erit ſecundum aſpectum, qui tunc fuerit. Et ſimiliter in omnibus aliis iudicabis. hæc Haly.

Hæc igitur quę prædiximus in iſto tractatu ſunt opera planetarum quæ operantur cum fuerint in ſuo ſtatu proprio:& quando non commiſcetur virtus ſignificatoris principalis cum virtute alia.Et dicit Ptolemæus vbi ſupra, quando planetæ,ac ſtellæ adinuicẽ cõmiſcẽtur:aut ſcilicet per participationẽ figurarũ, id eſt ſecũdũ aſpectus aut ſecũdũ diuerſitatẽ ſignorũ, id eſt ꝙ aliqs fuerit in dignitate alterius:vel fuerit in angulis,vel ſuccedẽtibus,vel cadentibus ſecundũ Haly: aut ſecundum apparitionẽ quam habent in comparatione ſui ad Solem,id eſt vt ſint orientales & occidẽtales,vel apparentes,vel abſconditi,vel retrogradi, vel directi,vel in ſuis veſpertinis figuris. Quando inquam cõmiſcentur planetæ:accidit magna aduerſitas in eorum operibus,ſecundum commixtionem naturæ:quæ cum ſui natura participationem,id eſt ſecũdũ alium textum opera erũt ſecundum cõmunicatas naturas.Et dicit Ptolemæus cum ſit infinitũ & impoſſibile ſecundũ vnamquamq; commixtionẽ proprium effectum deſcribere: & tamen illorum omnium enarratione generaliter in qualibet figura accidẽtium multis modis poſſit comprehendi. Ideo hoc ſtudio & ſolicitudine attentis diſcipulis relinquatur: vt ipſi ſibi ipſi res particulares ex naturis ſimplicibus inquirent. hæc Ptolemæus.Vnde ob hanc cauſam Ptolæmei:hu

iuſmodi

Digitized by Google

iuſmodi commixtiones naturarum ſtellarum & partium circuli quaſi innumerabiles ad præſens omitto: & relinquo lectoris iudicio.

### De ſignificationibus planetarum: cum aliquis eorum eleuatur ſuper alium. Cap. 18.

POſtquam in præcedenti capite determinatum eſt de ſignificationibus particularibus omniū planetarum, in omnibus figuris cum fuerint diſpoſitores temporum quorumcunque, Iam in hoc capite intendo ponere ſignificationes cuiuſcunque eorum cum fuerit eleuatus ſuper reliquos in omnibus ſignis iuxta ſententiam Albumazaris li. 6. de coniunctio. magnis. Sed primo intendo ponere quatuor regulas generales notabiles quas ponit Ptolemæus lib. 2. quadripartti. cap. 8. in fine vna cum expoſitione iſtius verbi eleuari, quid ſcilicet antiqui per ipſum intellexerunt oſtendam. Dicit itaque Ptolemęus ibidē ꝙ conuenit, vt inſpiciamus quam concordantiam ſeu coaptationem, ſeu ſimilitudinem habent planetæ, qui accidens futurum ſignificant cum regionibus & ciuitatibus, in quibus denotant illud accidēs accidere. Cū igitur ſtellæ dominatrices concordauerint, vel aſſimilentur in locis in quibus accidens futurum continget, & nō eleuentur ſuper eos planetę ſibi contrarii haiz, aut eorum haiz, tunc opus earundem ſtellarum dominatricum proprium erit maioris valitudinis, & hæc eſt prima regula Ptolemęi. Secunda regula eſt hæc, quòd ſi illæ ſtellæ dominatrices ipſis locis non aſſimilentur, & ſtellæ quæ ſunt ipſis contrariæ ſuper eas eleuentur, minus proficiet opus earum. Tertia regula eſt hæc, ſi ſtellæ domiuatrices fuerint complexionis nociuæ, & cum locis in quibus accidens futurū continget aſſimilantur, eo quòd ſecundum Haly ſtella infortunata non facit magnum damnum, ſiue malum in regionibus in quibus concordat. Sed in quibus nō concordat, facit magnum damnum. Nec facit magnū malū quas in regionibus gubernat. Et ſi ſtellæ q̄ ſunt ex haiz, cōtrariæ haiz: earū ſuper eas eleuentur ipſarū nocumētū alleuiabitur. Quarta vero regula eſt hæc quòd ſi illæ ſtellæ dominatrices non fuerint illarum regionum gubernatrices nec ſuper eas eleuentur ſtellæ in regionibus ipſis magis eueniet & magis damnū continget. Et hæ quatuor regulæ Ptolemæi ſunt vtiles valde in accidentibus maximis & in aliis iudicibus de temperie aeris, & in aliis.

### Quid ſignificetur per hoc nomen eleuari. Cap. 19.

HAly ſuper eodem cap. 8. ſecundi quadripartiti: ponit tres modos eleuationis vnius planetæ ſuper alium. Primus modus eſt vt planeta ſit in aliqua dignitate alterius: & quando dominus dignitatis applicuerit ei qui ibi eſt, dicemus quod eleuatur ſuper eū. Secundus modus eleuationis eſt quòd ſit vnus planeta debilior alio: & qui maioris virtutis eſt dicitur eleuari ſuper debiliorem. Tertius modus eſt quòd ſit vnus planeta in decimo ſigno ab alio: tunc ille qui eſt in decimo ſigno dicitur eleuari ſuper alium. Item in quadā gloſula quadripartiti Ptolemæi inueni plures modos eleuationum planetarum ſuper alios quibus vtuntur antiqui Aſtronomi. Vno enim modo dicitur eleuari cum ſtella ſtellæ iungitur: ita quòd illa quæ fuerit maioris latitudinis in ſeptentrione: & minoris in meridie: eleuari dicitur ſuper alteram: vel ſtella ſeptentrionalis eleuari dicitur ſuper meridionalem: vel quæ fuerit in ſigno ab eo ſcilicet in ſigno magis ſeptētrionali eleuatur ſuper alteram, quæ fuerit in ſigno infimo, ſcilicet in ſigno meridionali. ſitque eorum latitudo ab æquinoctiali æqualis iuxta modum loquendi Ptolemæi de figuris altis & infimis. 1. lib. quadripartiti. cap. 15. Item ſi ſtella vna eſt in angulo: altera verò recedens ab eodem angulo: vel quæ fuerit ſuper terram eleuatur ſuper ſtellam ſub terra. Generaliter autem in qualibet figura aut in quolibet aſpectu ſi Fortunæ infortunas aſpexerint: minuet earum impedimēta: & cum infortunæ aſpexerint fortunas minuent earum bonum.

Item quod hic magis poteſt intelligi per eleuari eſt quòd ſtella ſtellā aſpiciet & quòd eleuet loco dāduo ipſius tēporis, id eſt vt aſcēdens poſt ipſam recedet vna & altera ſubſequatur: & tunc ſuper eam eleuatur ſcilicet cum peruenit ad locum eius verum: & quaſi per totū tertiū: quartū: quintū quadripartiti Ptolemæi intelligit per eleuari planetam ſuperare alium in dignitatibus: ſed in figura capituli vltimi primi libri quadripartiti Ptolemęi vult Pto. ſimpliciter planetā in medio cæli exiſtētē, vel ad mediū cæli, appropinquātē eleuari ſuper planetā ſuper terrā exiſtentē eleuari ſuper planetam exiſtentem ſub terra. Et Albumazar li. 6. de coniunctionibus magnis differentia. 1. in prin. dicit quòd nullum indiuiduum ex indiuiduis orbis exiſtit, quòd non ſit altius illo quod ipſum ſequitur in ordine: & non vtuntur ſapientes tranſitum aliarum ſtellarum ſuper aliquas: niſi cum aliqua eorum alteri iungitur, & æquatur, in longitudine & latitudine & deſcenſu in eis & æqualitate: erit illud cauſa tegendi inferius ſuperius, & erit hoc ex accidentibus inceptionum quæ indicant ſuper accidentia inferiora. Scientia verò qualiter illud ſciatur in tribus ſtellis ſuperioribus, & duobus luminaribus eſt, vt cōſideres ad medium curſum cuiuſuis eorum & locum eius æquatum: & ſi locus eius æquatus fuerit minor medio curſu ſuo: ipſe eſt aſcendens à medietate zonę ſuæ vſque ad longitudinem ſuam longiorem orbis ſui. Et ſi fuerit locus eius æquatus maior medio curſu ſuo, ipſe eſt deſcendens à medietate zonæ ſuæ vſquæ ad longitudinem inferiorem orbis ſui. Et ſi æquatur, locus eius æquatus, & medius curſus eius in quātitate, erit in medietate zonæ, id eſt erit in auge epicicli, vel oppoſito augis. Deinde minues poſtquam ſciueris illum minus eorū ab alio, & multiplica quod remanet in 7. deinde diuides illud per 22. Nam proportio diametri ad circunferentiam eſt, vt proportio 7. ad 22. & quod exierit de diuiſione erit quantitas aſcenſionis, vel deſcenſionis eius de partibus. Sed cū Mercurius & Venus & vnuſquiſque eorū fuerit oriētalis, & fuerit eius locus æquatus minor loco Solis, æquato in eis, tunc ipſi aſcendunt à medietate zonæ vſque ad longitudinem longiorē orbium vtriuſque. Et ſi fuerit locus eius æquatus maior loco Solis, & fuerit occidentalis, ipſe eſt deſcendens à medietate zonę ſuæ vſque ad longitudinem inferiorem orbis ſui. Et ſi fuerit directio, vel æquatio per vnam lineam ſicut æquator Solis, eſt iunctus ei. deinde accipiatur ſuperfluum quod eſt inter eos & locum Solis æquatum, ſi fuerit inter eos augmentum & operetur per illam ſuperfluitatem ſi qua fuerit inter eos ſicut operatum eſt in ſtellis ſuperioribus de diuiſione & multiplicatione, Et fortior ſignificatio indiuiduorum ſuperiorum apud tranſitum, vel mamareth altiorum ſuper alios apparet apud æquidiſtantiam coniun-

coniunctiuã, id coniunctionis. In oppoſitionibus verò & quadraturis & cæteris figuris erunt ſignificationes horum minoris apparentiæ, & debilioris impreſſionis.

*Quid ſignificet quilibet planeta quando eleuatur ſuper alium,*
*Cap. 20.*

IN hoc capitulo ponã ſignificationes in mamareth omnium planetarũ ſuper quos in omnibus ſignis id eſt cum trãſierint, vel eleuentur ſinguli eorum ſuper alios iuxta ſententiam Albumazaris libr. 6. de coniunctionibus magnis. Vnde in illo libro ponit Albumazar 12. differentias iuxta numerum. 12. ſignorum. In prima enim differentia illius libri ponit mamareth omnium planetarum ſuper alios in Ariete. In ſecunda ponit mamareth eorũ ſuper alios in Tauro: & ſic deinceps. Propter maiorem compendioſitatem ponam hic totum ſenſum illlius ſexti libri in 7. tabulis. In prima ponam mamareth Saturni ſuper alios: in ſecunda Iouis: & ſic deinceps. & omnes ſignificationes planetarum quæ ponuntur in Ariete ponit Albumaſat in prima differentia illius ſexti libri: & quæ in Tauro in differentia ſecunda. Et patent tabulæ.

Iouem

| | Iouem | Martem | Solem | Venerem | Mercurium | Lunam |
|---|---|---|---|---|---|---|
| In ♈ | Siccitas multa, pluuia pauca: pauca annona & meſſis multa. | Multæ ægritudines, multi venti calidi cum turbatione aeris, & multo puluere. | Superfluitas pluuiarum cum ventis mediocribus. | Renouatio regis bella, & mors in hominibus cũ mediocritate pluuiarum. | Multitudo bellorum & mortalitas, pluuia ſuperflua, & ventus mediocris. | Bella, multa ſuperfluitas pluuiarum & iuuamentum earum. |
| In ♉ | Siccitas nimia aeris in pluribus climatibꝰ, cum augmento meſſis. | Siccitas nimia cum fame & morte hominũ, frigus vehemẽs cum mora eius. | Multa bella inter reges paucitas rerum & annonæ, & humiditas pauci. | Mors mulierum & paucitas pluuiarum. | Significat illud idem ſuper venerem cum multis inundationibus: & cariſtia annonę. | Paucitas pluuiarum, ſuperfluitas aquarum & paucitas annonę. |
| In ♊ | Paucitas pluuiarum & aquarum cum multis beſtiis aquę ranę & ſimilia. | Erunt inimici, & infortunia ĩ multis terris, locuſtę flatus calidi, paucitas rerum. | Vehementia caloris. | Mors mulierum & paucitas pluuiarum. | Mediocritas vẽtorum cum proſperitate eorum. | Paucitas pluuiarum. |
| In ♋ | Paucitas pluuiæ & aquarũ, multę beluæ aquę & ranę & ſimilia multi latrones. | Erunt inimicitiæ ĩter homines multæ locuſtæ ſuperfluę pluuię & fixio eius. | Mors in pluribꝰ climitatibus cũ ſiccitate aeris. | Mortalitas cum multo calore & paucitate humiditatis. | Mors in pluribꝰ climitatibus ex magnis febribꝰ cum paucitate pluuiarum, & mediocritate caloris. | Mors in pluribus climatibus cum magnis febribꝰ & cũ paucitate pluuiarũ & aquarum. |
| In ♌ | Erit mors inter homines, lupi paucitas pluuiarum & diminutio meſſis in pluribus terris. | Magni venti calidi tẽpore ſuo, & paucitas ãnonæ & meſſis. | Multæ locuſtæ ſupfluitates pluuiarum cum ꝓſperitate earũ. | Erunt cõſtrictiones & humiditates. | Mors in hominibus cõſtrictiones cum vehemẽti frigore tẽpore ſuo. | Erunt cõſtrictiones cum multitudine locuſtarũ & proſperitate pluuiarũ & multis humiditatib. |
| In ♍ | Paucitas pluuiarum cum ſiccitate & ſuperfluitate aquarum marium. | Deſtructio magnæ partis terræ cũ vehemẽti & durabili frigore, pręcipue temporibus cõueniẽtibus, cum impedimẽto arborũ. | Siccitate aeris. | Proſperitas pluuiarum & humiditatum. | Pluuiæ ſuperfluę & multę inundationes cum multo frigore. | Multæ pluuiæ & humiditates. |

Iou em

SATVRNVS SVPER

| | Iouem | Martem | Solem | Venerem | Mercurium | Lunam |
|---|---|---|---|---|---|---|
| In ♎ | Multæ ægritudines ex tuſſibus & multo labore & pluuia multa. | Odium inter reges: temperantia aeris cũ paucitate frigoris, | Siccitas multa & fames in pluribus terris cum ſuperfluitate pluuiæ tempore ſuo & mors puerorum. | Proſperitas hominum; multæ locuſtæ: cũ paucitate pluuiarum. | Multa ſiccitas & fames in pluribus climatibus cum ſuperfluo & inceſſante flatu ventorum. | Multa ſiccitas & fames in pluribus regionibus cum humiditate & bonitate aeris. |
| In ♍ | Mortalitas hominum ſerpẽtũ & Scorpionum cum paucitate pluuiæ & cum multo flatu ventorum. | Deſtructio nimia in pluribus climatibus cum ſiccitate aeris:& paucitate humiditatis eius. | Multa mors in pluribus climatibus, cum vehementi calore tẽpore ſuo. | Magnæ ægritudines hominum: in pluribꝰ regionibus cum paucitate humiditatis. | Mors in pluribus climatibus cum paucitate pluuiarum & multis aquis. | Paucitas pluuiarum & aquarũ. |
| In ♐ | Infortunia in pluribus climatibus, multa bella in babylonia & mors regis eius & rumores terribiles. | Bella inter reges mors in quibuſdam climatibus cum multis ventis calidis tempore ſuo. | Mors beſtiarum & guerræ in pluribus climatibus vẽtus inceſſans cum paucitate meſſis. | Mors mulierum regum: cũ paucitate pluuiarum & bono eſſe meſſis. | Mors beſtiarum guerræ multæ: ventus multus, cum paucitate meſſis. | Mors in pecudibus ſuperfluitas humiditatis & inceſſatio eius cum pauca ſeruatione meſſis. |
| In ♑ | Valor aſinorum mors ouiũ: paucitas humorum & diminutio aquæ fluminum. | Valor aſinorum vehemẽs frigus & eius durabilitas. | Siccitas aeris. | Cariſtia aſinorũ paucitas humiditatis cum diminutione aquarũ: præcipue in mari. | Multæ pluuiæ & multi vermes & multum frigus. | Paucitas humiditatis. & aquarum. |
| In ♒ | Anguſtię hominum & ſiccitas fluminum. | Vehementia frigorum & calorũ tempore ſuo. | Mors mulierum cum ſiccitate aeris. | Timor mortis ſiue regis cum paucitate humiditatis. | Erunt pectores, multi bubones & mors in hominibus, pluuiæ multæ cum frigore & tonitruis eorum. | Oppreſſio in terra armenię, cum paucitate pluuiarum & aquarũ. |
| In ♓ | Mors in pluribus climatibus paucitas piſciũ multæ paruę aues vt paſſeres: multæ locuſtæ cum ſuperfluitate pluuiarũ: niuium & aquarũ. | Multi piſces & aues paruæ cum fortitudine caloris aeris & multis pluuiis & tonitruis & frigoribus. | ſiccitas aeris cũ paucitate humiditatis eius. | Mors impregnatarũ cum ſuperfluitate pluuiarũ cum multis tonitruis & cum magno frigore. | Multitudo auium & piſciũ cũ inundatione fluminum & multa hũiditate & tenebroſitate horizontis. | Paucitas humiditatis aquarum |



Digitized by Google

IVPITER SVPER

| | Saturnum | Martem | Solem | Venerem | Mercurium | Lunam |
|---|---|---|---|---|---|---|
| In ♈ | Exaltatio regis ſuper populum, pauci inimici cuius rumores terribiles mēdacia proſperitas aeris venti temperati in meſſe & profectus in eis. | Multæ infirmitates & dolores cū magno frigore. | proſperitas pluuiarum. | Multa infortunia: infirmitates & mors cum terręmotu ī pluribus partibus. | mors militū multæ pluuiæ, vētus inceſſans & iuuamentum eius cū multis tonitruis coruſcationibus & terræmotu. | Fertilitas anni cum multis pluuiis. |
| In ♉ | Multa cædes & mors inter reges deſtructio multorum climatū multæ natiuitates paucitas pluuiarum & humiditatum cū multa meſſe. | Deſtructio ī pluribus regionibus multa nix in tēpore congruenti | ſiccitas aeris cū multis ventis calidis. | multū nocumētum in regionibus romanorum cum humiditate. | Salus hominum & generatio nutribilium cū multis pluuiis: & paucis aquis. | multa fertilitas & ſalus hominū corporum cum mediocritate pluuiarum. |
| In ♊ | Mors multorum magnorū & nocumētum in pluribus terris: cum multis humiditatibus. | Deſtructio graminis in viridariis cū paucitate humiditatis. | Siccitas aeris. | Mors mulierū imprægnatarū: pauca pluuia: cū multis meſſibus. | Ventus calidus | Superfluitas aquarum & pluuiarum. |
| In ♋ | Siccitas multa in Armenia: proſperitas meſſis, & fructuum in quibuſdam terris cū flatu ventorum & humiditate. | Mors inimicorū regis: multi latrones: ſuper fluitates pluuiarū: aquæ multæ cum augmēto Tigris & Eufratis. | Nimia mors in hominib⁹: miracula in terra: pſperitas cuiuſlibet tigris & eufratis & ſalus eorum. | Humiditas multa cū ſalute meſſium. | Infeſtationes ſeruorum ad reges: mendacia & diluuia deſtructio quorūdā climatū: pluuia multa cum paucis nubibus & tonitruis: impedimētum in paucis. | Pauca pluuia: & humiditas. |
| In ♌ | mors regum & magnatū & multorū hominū, odiū inter eos bonitas aeris & vētorum, cum proſperitate meſſiū. | Mors inimicorū & principū cum vehementia frigoris. | Pluuię & proſperitas earum. | Proſperitas plurium ciuitatum & regionum & erunt terræmotus. | Multę pluuiæ vēti: & tonitrua: coruſcationes: terræmotus cū pauco nocumēto & deſtructione. | Proſperitas aeris. |
| In ♍ | Multę guerræ & infirmitates & mors in hominibus: humiditas pauca: vētus pauc⁹ & proſperitas ſeminum. | Deſtructio cenſus mercatorū: & bonitas rerū venti multi temporibus cōgruētibus. | ſiccitas aeris cū paucitate pluuiarum. | Multi lupi: & pauca pluuia. | Multa ſuperfluitas & ventus inceſſans. | Superfluitas pluuiarum. |

Satur-

Digitized by Google

IVPITER SVPER

| | Saturnum | Martem | Solem | Venerem | Mercurium | [illegible] |
|---|---|---|---|---|---|---|
| In ♎ | Bella & multæ cædes cum deſtructione quarundam regionum, multa ſiccitas pluuiæ & pulchrum eſſe meſsis. | Latrões capiẽt cẽſus mercatorum & multæ nubes. | Siccitas aëris nimia. | Multæ guerræ, & multi terræmotus & proficuum meſsis. | Salus in pluribus regionibus & cõſecutio bonorum, & ventus inceſſans. | Pauca humiditas & ſiccitas aëris. |
| In ♏ | Odium, inimicitiam in plurib' climatibus, cõbuſtio in eis, cũ ſupfluitate pluuiarum. | Mors in filiis regum, cum fertilitate regionis, &paucitate pluuiarum. | Siccitas aëris. | Multæ guerræ, & multæ interfectiones hominum. | Multa bella, & multæ triſtitiæ & pluuia ſuperflua tẽpore ſuo. | Pauca aqua & pluuia. |
| In ♐ | Multa bella inimicitiæ & odia inter homines, cum multis pluuiis, & temperãtia earum. | Mors plurium nobilium, combuſtiones cum multo frigore tempore ſuo. | Multæ pluuiæ, & iuuatio earũ. | Multa prelia, & interfectiones, terræmotus, cũ proſperitate meſsis. | Pluuia, & vent' ſuperfluitas, multa tonitrua & coruſcationes, niues, & terræmotus, cũ iuuamẽto eorum temporibus cõuenientibus. | mediocritas humiditatis. |
| In ♑ | Grauamen luporum cũ paucis locuſtis, pauca humiditate, & augmẽto meſſis. | Mors luporum, vermium, mors auiũ aquaticarũ, cũ multis nebulis, pluuiis & aquis. | Temperantia aëris. | Annus proſper, mors ouium & boum & piſciũ & auium paruarũ, & terræmotus cum paucitate pluuiarum. | Multi vaticinatores, vehemẽs frigus deſtruẽs pluuiam ſuperfluam, cum augmento meſsiũ. | Multa humiditas cum ſuperfluitate aquarũ. |
| In ♒ | Fertilitas multarum regionũ cũ multis niuibus & aquis & inũdationibus fluminum & ſalute eorum. | Bellum & gaudium illud, & lętitia cum paucitate pluuiarum & aquarum. | Siccitas aëris, & tenebroſitates in horizonte cũ ſuperfluitate aquarum, & cum multis piſcibus & paruis auib'. | Pauci dolores in pluribus regionibus cum multis aquis & tenebroſitate aëris. | Rex ſuperabit inimicos ſuos, multi terræmotus, & nubes & pluuiæ & frig'. | Humiditas multa. |
| In ♓ | Siccitas multa, piſces & paruæ aues cum ſuperfluitate pluuiarum. | Multa miracula & pauor in hominibus cũ ſalute poſtea caliditas aëris & ſiccitas. | Siccitas aëris. | Omnino ſalus ciuium, mors imprægnatarũ, piſces multi & multæ aues, ſuperflua pluuia & aqua. | Multi piſces & paruæ aues, pluuia multa & frigus vehemens. | Pluuia pauca. |



Digitized by Google

MARS SVPER

| | Saturnum | Iouem | Solem | Venerem | Mercurium | Lunam |
|---|---|---|---|---|---|---|
| In ♈ | Multi venti, & pluuiæ, bonus aër æſtatis. | Mors in homi nibus, pluuia pauca. | guerræ, iniuriæ mendacia, vindicatio hominum, calor paucus, bona complexio quartæ æſtiualis multæ coruſcationes & venti. | guerræ, mors, bubones, combuſtiones, multa horribilia proſperitas mu lierum inprægnatarum cum peſte ex ſiccitate aëris. | Bella multa cũ paucitate pluui arum& imbriũ, vehemẽs calor, paucitas aquæ fontium. | Multæ guerræ & captiones, mors nimia lupi, cariſtia quadrupedum, cũ humiditate pauca. |
| In ♉ | Mortalitas, ſiccitas & combuſtio in hominibus, & terræmotus. | Deſtructio ciui tatũ, mors quo rundam magnatum, multæ pluuię, coruſcatio nes & tonitrua. | Multus calor, & ſiccitas aëris. | Mors ægritudi nes, mulieres pa rient filias, magnus calor in quarta æſtiuali. | Deſtructio in pluribus clima tibus, multę plu uiæ & nubes, ve hemens frigus in quarta autũnali & hyemali. | Multæ guerræ in pluribus cli matib' & mors renouatio regnorum lupicũ precio beſtiarum. |
| In ♊ | Multæ guerræ, multæ ægritudi nes & mors in eis, pluuia, toni trua & coruſca tiones. | Nimia mors in hominibus. | Caliditas & ſiccitas aëris. | Contrarietas vi rorum cum mu lieribus, mors impregnãtium, paucitas rerum & humiditatis. | Mors filiorũ re gũ, bella, interfectiones, pauo res, deſtructio eccleſiarum & cenſus, pluuia pauca, & multus cenſus. | Mors regum, multa cædes & guerra in pluribus climatibus ſiccitas aëris humiditas pauca. |
| In ♋ | Multi inimici in gẽtibus, multæ locuſtæ, pluuia mediocris, & pauca aqua. | guerræ, deprædationes & cõbuſtiones ĩ mul tis terris, cum multis pluuiis & augmẽto Ti gris &Eufratis, multæ inundationes tempore ſuo. | Vehementia ca loris & ſiccitas aëris. | Mors mulierũ impregnãtium, pauca humiditas, cum vehementi calore. | Interfectio filio rum regum, bel la & deſtructio nes multorum regnorum, deſtructio palatio rum regum, ve hemens calor, & durans. | Mors regum, & guerræ & captiones in pluribus climatibus, & mors lupi, cariſtia ouium, hu miditas pauca & ſiccitas aëris. |
| In ♌ | Magna ſiccitas cum forti vento, & multo pul uere. | Pluuia pauca, detrimẽtum aquarum in puteis, & in aliis locis. | Multæ coruſca tiones. | Combuſtiones, infortunia, conſtrictiones, mẽdacia, terribiles rumores in plu ribus terris, cũ locuſtis, & pluuia pauca. | Multæ combuſtiones, pluuia pauca, vehemẽs calor tempore ſuo. | guerræ & inter fectiones in plu ribus climatib', multi lupi, cariſtia boum & camelorum & huiuſmodi anima lium: ſiccitas aëris & pauca humiditas. |
| In ♍ | Magnus calor & frigus magnum tempori bus ſuis, corruptio locuſtarũ, & plures reddi tus fructuum. | Combuſtio cũ ſuperflua pluuia, coruſcatione & tonitruo & augmento aquarum fluuiorum. | Siccitas aëris, & humiditas pauca. | Mors regum, & puerorũ ex mu lieribus & multis altercationi bus, locuſtæ, & vehemẽs calor. | effuſio sãguinis deſtruc. multarum terrarũ, cę des magnatum, multitudo latronum & iniu riarũ, fraus ſeruorum erga do minos, dilectio ſapientũ: multũ annonæ. | Pluuia ſuperflua cum multis humiditatibus. |

| | Saturnum | Iouem | Solem | Venerem | Mercurium | Lunam |
|---|---|---|---|---|---|---|
| In ♎ | Pugna inter reges, mors quarundam mulierum regũ, multitudo herbarũ & pluuia pauca. | Rumores & odia inter homines mal:ciamercationũ cũ multis tonitruis, pluuiis & coruſcationibus. | Temperãtia aëris declinãs ad calorem & ſiccitatem, multũ frigus & ventorum fortitudinem arbores eradicantium. | Nocumentum, & combuſtio cũ pauca pluuia. | mors filiorũ regũ, oriẽ. bellare occi. paucitas pecorum, deſtructio eccleſiarum, pluuia pauca, nebulæ, tonitrui, paucitas aquæ in flu- | Paucitas animalium trahẽtium onera cum multitudine inimicorum. minibus. |
| In ♏ | Guerræ & deſtructio in pluribus climatibus, locuſtę nociuæ in meſſibus, pluuiæ, tonitrua & coruſcationes. | Mors in multis climatibus, pauca pluuia & detrimenta aquarum fluminum & piſcium. | ſiccitas aëris & eius caliditas. | Mors mulierũ regum, humiditas pauca. | Mors hominũ, & boum & ventus inceſſans. | guerræ & captiones in plurib' climatibus, rapacitas luporũ & valor beſtiarum onerum & tonitrua & coruſcationes. |
| In ♐ | Multæ ægritudines in pluribus climatibus, vẽtus inceſſans cum multo puluere & vilitate annonæ. | Mors diuitum cum pauca pluuia. | Multæ coruſcationes. | Superfluitas pluuiarum. | Interfectiones & effuſio ſanguinis multæ rapinæ & dolores hominum multę nubes & pluuiæ. | Paucitas pluuiarum. |
| In ♑ | Multitudo aſinorum & ouiũ cum vehementia caloris & frigoris tempore cõueniẽti & cũ durabilitate eorum. | Multæ capti. in pluribus climatibus: mors ouiũ, pluuia pauca, vehemẽs frigus cum paucitate aquarum & fluminum. | Siccitas aëris. | Aborſus prægnantium cum euaſione mulierum, mors ouiũ: vehemẽs calor tempore ſuo. | In hoĩb' multæ cãæ infirmitatis mors, guerrę, capti. cariſtia aſinorũ, mors ouium, paucitas auiũ & florum in prin.4.ver. multæ in fine niues. | diſcor. nobiliũ expẽſę pecuniæ. earum multæ, guerrę ĩ plurib' climati. capti. & mors lupi: cariſtia boũ & aſinorum, paucitas pluuiæ & aquæ. |
| In ♒ | paucæ aquæ cũ multis pluuiis. | Mediocritas aquarum, incrementum plantarum. | Vehemens calor. | Pugnæ, anguſtiæ & locuſtæ in multis regionibus: ſiccitas & cariſtia annonę, pluuia pauca cũ diminutione aquarum. | Guerræ, captõ & mors in pluribus climatib' multi lupi, pauci boues, pluuiæ, humiditatis & aquæ paucitas, cariſtia annonæ. | Pluuia pauca. |
| In ♓ | Infortuna in pluribus climatibus & multi piſces & paruæ aues, pluuiæ ſuperfluæ tonitrua & coruſcationes. | Gaudiũ in multis regionibus, reges interficere ſeſe, dominium mulierũ ſuper viros pluuiæ ſuperfluę & coruſcationes. | Siccitas aëris | Proſpitas multarum regionũ & homines multum vti bene odorãtibus, multi piſces & paruæ aues. | depõ regis à regno multa incommoda cum bellis impedimentum medicis ĩterfec. multa veãtõ, fertilitas in parte occi. plu. ſuper. aqua flu. me. ca- | Mors hominũ præcipuè regũ & nobiliũ. lupi multi & pauci boues, & huiuſmodi animalia cum pauca pluuia. ri.annone. |

| | Saturnum | Iouem | Martem | Venerem | Mercurium | Lunam |
|---|---|---|---|---|---|---|
| In ♈ | Multæ pluuiæ, multæ meſſes, cum proſperitate vtrorumque & fortaſſe minuentur herbæ. | Pluuiæ paucæ | Multæ pugnæ & vindictæ hominum, calor magnus in quarta æſtiuali, multæ coruſcationes, vēti validi. | Siccitas aëris. | Multæ pluuiæ vētus inceſſans | Coruſcationes tonitrua & fulmina. |
| In ♉ | Multa fames in hominibus & augmentū fructificationis arborum cum humiditate aëris. | Humiditas aëris. | Humiditas aëris, | Siccitas aëris. | Bellum inter ciues venti multi, pauca pluuia, detrimentum herbarum inūdationes fluminum. | Humiditas pauca. |
| In ♊ | Bonitas aëris, & temperantia pluuiarum. | Humiditas aëris. | Multa cędes hominum & quærele & vindictę eorum inter ſe. | Humiditas pauca. | Venti, & multitudo ventorum calidorum venenoſorum. | Paucitas aquarum. |
| In ♋ | Diminutio aquarum & mediocritas pluuiarum. | Humiditas aëris & rores eius | Multæ pluuiæ | Siccitas aëris. | Multa mors hominum cum ſuperfluitate pluuiarum, & vehementi calore tempore ſuo paucæ aquæ & corruptio fluminum. | Humiditas pauca, |
| In ♌ | Multæ locuſtæ augmentū herbarum cum ſuperfluitate pluuiarum, & humiditate. | Pluuuia pauca in pluribus terris. | Paucæ pluuiæ, | Multæ pluuiæ. | Nimia mors in hominibus cū vehementi calore & durabilitate eius. | Paucitas humiditatum. |
| In ♍ | Pluuiæ & mediocritas earū. | Humiditas aëris. | Multæ humiditates, | Superfluitas pluuiarum. | Apparitio ſciētiæ & ſapientiæ cum paucitate humiditatis eius. | Humiditas pauca. |

Saturnum

| | Saturnum | Iouem | Martem | Venerem | Mercurium | Lunam |
|---|---|---|---|---|---|---|
| In ♎ | Pugna inter reges, mors mulierum, multi inimici multitudo herbarum cum ſuperfluitate pluuiarũ. | Pluuiæ temperatę. | Iniuria mundana, guerræ, vindicta in hominibus ad inuicem, humiditas aëris & vehemens calor tẽpore ſuo. | Multa nebula, & paucæ pluuiæ cum ſuperfluitate pluuiarum. | Detrimẽta ſcriptorum & villicorum. | Aduentus nunciorum cũ multis rumoribus terribilibus, & bona complexio aëris. |
| In ♏ | Bella inter reges, multi bubones & mors in hominibus, multa humiditas in horizonte. | Humiditas aëris. | Humiditas aëris horizontis. | Pluuiæ paucæ. | Humiditas ſuperflua. | Aquarũ & pluuiarũ paucitas. |
| In ♐ | Bella inter reges: ſuperfluitas pluuiarum. | Siccitas aëris, & mors in pluribus climatibus. | Malum eſſe nobilium cum ſuperfluitate pluuiarum. | Siccitas aëris. | mors quorundam regum, deſtructio ciuitatum quę ſunt ſuper littora maris, pluuia ſuperflua, ventus multus. | Humiditas pauca. |
| In ♑ | Multę infirmitates, & mors in hominibus cũ multis pluuiis. | Humiditas horizontis. | Humiditas horizontis. | Siccitas aëris. | Pluuia mediocris, inundationes mediocres. | Humiditas pauca. |
| In ♒ | Humiditas horizontis. | Humiditas aëris. | Humiditas aëris. | Siccitas aëris. | Pluuia inceſſans, proſperitas redditiuum & inundationes fluminum. | Tonitrua & coruſcationes & fulmina. |
| In ♓ | Humiditas aëris. | Humiditas aeris. | Superfluę pluuiæ, tonitrua & coruſcationes. | Siccitas aëris. | Multa volatilia & piſces, inundationes fluminum, humiditates mediocres. | Humiditas multa, tonitrua & coruſcationes. |



Digitized by Google

| | Saturnum | Iouem | Martem | Solem | Venerem | Lunam |
|---|---|---|---|---|---|---|
| In ♈ | Significat illud idem quod Venus ſuper Saturnum. | Temperantia pluuiarum & aquarum: cum vento inceſſante. | pugna & deſtructio maioris ꝑtis occidẽtis: ægritudĩes ex dęmoniis & febribˀ & tuſsibˀ, pluuiæ mediocres paucitas nubiũ vehemẽs calor aqua pauca fon | Temperãtia fluuiorum cũ mediocri augmento aquarum. tiũ pauca meſſis. | Pugna, multæ nubes & pluuię & proficuum meſsium. | Multæ pluuiæ, multi venti, & multæ aquæ. |
| In ♉ | Oppreſsiones cum vehementi frigore. | Multæ guerræ cum multis humiditatibus & flatu vẽtorum. | timor vehemẽs in diuerſis regiõibus, pugna deſtructio, impedimentum, mors in hominibus, pręcipuè in viris. | Mors mulierũ pluuia, ventus temperatus. | Bellum: humiditas multa, & forte temperabitur aër: ventus inceſſans. | Guerra in pluribus terris cũ multis pluuiis & inundationibus fluminum. |
| In ♊ | nihil ſignificat hic. | Cõtrarietas inter reges: plures homines, & interfectio. | Guerra, nocumenta, mors multa ouium, pluuia pauca: & frigus vehemens. | Siccitas multa in pluribus climatibus paucæ aues & beluę aquę cum pluuia pauca, & ſiccitate aëris. | Guerra & odiũ in pluribus terris, multa mors impręgnantiũ, flumina multa cum ſuperfluitate aquarum. | Siccitas multa in pluribus climatibus, paucitas piſcium cũ flatu vẽtorum. |
| In ♋ | Pluuia pauca. | Miracula in pluribus climatibˀ mulieris ſe bene cuſtodire, diſperſio vaticinatorũ pugna cũ multa pluuia, & augmẽto aquarũ fluminum. | Mors hominũ cum vehementi terræ motu & calore. | Vehemens calor. | Nimia mors, & præcipuè ĩ prægnãtibus, lippa & peſtis in hominibus, bella, deſtructio legũ & eccleſiarũ cũ multis hũiditatibˀ & nebulis. | Humiditas & augmentum aquarum. |
| In ♌ | Mors hominũ nimia ſiccitas: & locuſtæ, pluuia mediocris, multæ aquæ & venti. | In parte orientis & in terra Babylonis erũt multa bella & multi venti. | Pugna in multis terris pręcipuè inter oriẽt. & occi. cũ multa effuſione ſanguinis inimicorum, regũ multa detrimẽta in pluribus regionibˀ humiditas | Mors ĩ ãbulãtibˀ, multæ locuſtę cũ vẽtis calidis. pluuia ſuperflua cum terrę motu. | Mors in pluribˀ climatibus ſanguinis effuſio cũ multis latronibus proſperitas aëris mediocris calor: tempore ſuo. | Nimia mors in hominibus, locuſtæ & ventus inceſſans. |
| In ♍ | Vehemens frigus cum inundationibus fluminum. | Multitudo ſapientum: pluuia ſuperflua, paucitas ſeminum & herbarum & multæ inundationes. | Timor in maiori parte regionum & cariſtiã vaticinantium aquę fluminum mediocres cũ temperantia earum. | Multi redditus: multæ locuſtæ, multus ventus, multa pluuia. | Caſus quorundam regum à ſedibus ſuis, guerra & rumores terribiles in hominibus. | Ventus inceſſans. |

*MERCVRIVS SVPER*

| | Saturnum | Iouem | Martem | Solem | Venerem | Lunam |
|---|---|---|---|---|---|---|
| In ♎ | Impedimentũ inter reges & magnates, pluuia ſuperflua, mediocritas annonæ & meſsiũ, ventus mediocris. | Mors regũ, multi latrões, interfectio mercatorum ab eis, timor in multis climatibus, ſiccitas cum ventis calidis. | Multa nebula, pluuia ſuperflua, terræmotus, fulmina in principio temporis ei conuenientis paucitas in fine. | Ventus inceſſans, humiditas ſuperflua. | Bella, mors, & flumina in pluribus climatib' & pluuia ſuperflua, & aliquando temperata. | Melioratio eſſe pluuiarum. |
| In ♏ | Bellum inter reges & bubones, & mors plurium animaliũ, pluuia ſuperflua, & mortalitas magna. | Timor & guerræ in pluribus climatibus, & orientales pugnare cum ſeptentrionalib', ventus inceſſans. | Bella, locuſtæ, corruptiones in eis cum multis nebulis, & pluuiis, & calore vehementi temporibus ſuis. | Pluuia ſuperflua, & ventus inceſſans. | Guerra & multitudo latronũ, diſperſio militum inter oriẽtales & meridionales, multitudo ventorum, & pluuiæ ſuperfluæ. | mors nimia mulierum, pluuia ſuperflua cum multo flatu ventorum. |
| In ♐ | Bella inter reges pluuiæ mediocres, aquæ multæ & ventus inceſſans. | Pugna multa, timor, iterfectiones & combuſtiones domorum religioſorum, multæ pluuiæ, inundationes cum deſtructionibus regionum. | Nimia mors ciuium occidentalium locuſtę, ſuperfluæ pluuiæ & venti, deſtructio reddituum. | Odium inter homines, venti, & pluuia ſuperflua, humiditas multa. | Guerræ in pluribus climatib' multiplicabuntur infortunia, anguſtia, mors cum pluuia & ventus temperatus. | Diſsidiũ inter homines & pluuia ſuperflua. |
| In ♑ | Mors mulierũ regum, apparẽtia bubonum in quadrupedibus pluuia multa, vẽtus inceſſans, & detrimẽtum herbarum. | Bella & depoſitiones quorundam regum à ſedibus, ſcandalum in pluribus regionibus, bubones, mors in animalibus, vehemens pluuia, frig', terræmo | Nihil hic ſignificat.<br><br>tus, fulmina. | Bubones in quadrupedibus pluuia ſuperflua, ventus inceſſans. | Captiuitas & mors in plurib' terris, aborſus, & mors regum, frigus vehemẽs & multa nebula, pluuiæ caſus peregrinorum, & diluuia. | Humiditas multa, inundatiões & pluuiæ. |
| In ♒ | Pluuia ſuperfluæ multum gelu, augmentum aquarum fluminum, pauca tonitrua eorum coruſcationes, & augmentum meſsium. | Interfectio quorundam regum & filiorum eorum, ſiccitas, & multa pluuia, frig', ſuperfluitas magna fluminum terræmotus & boni redditus. | multa humiditas, mors in hominibus, & cõbuſtiones plurium regionum cariſtia aſinorũ pluuia ſuꝑflua, multi ventus & multæ meſſes. | Guerra, & pluuia ſuperflua vẽtus inceſſans. | Guerra, pluuia ſuperflua, multa tonitrua, coruſcationes, inundationes, detrimentum meſſium. | Guerra, pluuia pauca, & vẽtus inceſſans. |
| In ♓ | Paucitas volatilium, detrimẽtum aquarum, vẽtus inceſſans & pluuia ſuperflua. | Interfectio quorundam regum & filiorum ſuorum, terræmotus, ſiccitas & fames in quibuſdam terris cum pluuiis & ventis multis & magnis iũdatiõib'. | multa mors hominum, pluuia ſuꝑflua & guerræ interfectiones, multę hęreſes, valor aſinorum, multa meſſis, ſuperfluitas vẽtorum & pluuiarum, mors | Guerra & interfectiões regum paucitas volatilium & piſcium pluuia ſuperflua, ventus inceſſans.<br><br>ouium. | Guerra, mors in quarta hyemali in hominib', pluuia ſuꝑflua, & ventus inceſſans. | Guerra, detrimentum aquarum, & humiditas pauca. |



Digitized by Google

VENVS SVPER

| | Saturnum | Iouem | Martem | Solem | Mercurium | Lunam |
|---|---|---|---|---|---|---|
| In ♈ | Ventus ſeptentrionalis inceſſans & multæ aquæ. | pugna & lis multa inter viros & mulieres ſuas, cum pluuiis multis, augmẽtum fluuiorum magnorum, vt Tigris & Eufratis. | Aegritudines, & præcipuè febris in omni terra, magna pugna hominum, combuſtionem in pluribus terris cum multis pluuiis & tonitruis. | Tonitrua, coruſcationes, multæ pluuiæ. | Nubes & ventus mediocris. | Pluuia & humiditas multa. |
| In ♉ | Infortunia, ſiccitates & cariſtia in multis climatibus, pluuia multa, & paucitas annonæ. | multæ commixtiones in omnibus regionibus & infirmitates, potentia mulierum ſuper virũ, & pauca temperantia ſuorum. | Dominatio virorũ & deſtructio mulierum, multationem plurium exercituum, pugna in multis terris, multæ aquę & pluuia ſuperflua. | Mors mulierũ temperãtia pluuiarum & ventorum. | Multa mors & inſtabilitas hominũ & cõmixtio inter eos, paucitas pluuiarum, coruſcationum, & annonæ. | Humiditas & res paucæ. |
| In ♊ | Nihil hic ſignificat. | Eſſe mediocre mulierum prægnatarum, tenebroſus aer cum multitudine humiditatum & pluuiarum. | Odium & lis inter plures homines, mors mulierum, & multæ pluuiæ. | Humiditas aeris. | Sal' & gaudium in multis terris: & augmentum poſſeſsionum, multæ cauſæ virorum contra mulieres, pluuia pauca, multa tonitrua, & coruſcationes | Humiditas pauca. & ſuperfluæ inundationes. |
| In ♋ | Proſperitas pluuiarum, locuſtas multum deſtruere ſegetes. | Mors regum, & magnatum cũ pluuia humida ſuperflua, diminutio aquę maris. | Mors & cędes filiorum regũ, mors regis maximi, deſtructio pluriũ regionũ & combuſtiões in terris, multæ locuſtæ cũ humiditate & ſuperfluitate in- | Multa pluuia. undationum. | Multæ pluuię & nubes, coruſcationes & tonitrua, & magn' calor in tempore ſuo. | Multæ pluuiæ, & ſuperflua humiditas. |
| In ♌ | nihil ſignificat. | Mors regũ quorundam, feruor inimicorum ſuper reges quoſdam, cũ pugna & morte quorundam ciuiũ. | Nimia inimicitia & odium inter homines cũ multis pluuiis, tonitruis & coruſcationibus. | Rectificatio aeris & venti calidi. | multæ ægritudines militum & nobiliũ excurſib' & mors ex hac potẽtia mulierum plu. pau. calor vehemẽs: toni. & coruſc. tempore ſuo. | Pluuia & humiditas pauca. |
| In ♍ | Mors in hominibus, pluuia & humiditas & reparatio earum. | Mors in pluribus regionibus, pluuia multa, ſemina cum paucitate aquarum maris. | Pugna regũ, & interfectio mulierum: commixtiones & nocumentum in pluribus regionibus, ſuperflua pluuia, cum vehementi calore. | Pluuia ſuperflua. | Sciẽtia & ſapiẽtia multa, cum multis pluuiis, & tonitruis, coruſcationibus & augmentum fluminum. | Pluuia ſuperflua & multa humiditas. |

Venus

Digitized by Google

VENVS SVPER

| | Saturnum | Iouem | Martem | Solem | Mercurium | Lunam |
|---|---|---|---|---|---|---|
| In ♎ | Pugna regũ inter ſe, multæ herbæ cum multis pluuiis & humiditatibus & vento mediocri. | Proſpeitas mercationum, multæ febres, ægritudines melãcholiæ & cariſtia annonæ, & deſtructio meſſis & pluuiæ multæ. | Mors quarũdam mulierũ regum multę guerræ cũ humore ſuperfluo. | Humiditas multa & ſuperfluitas pluuiarum. | Bella & deprædationes, pluuia ſupflua, multæ aquæ & inundationes fluminum. | Temperantia aeris & pluuia pauca. |
| In ♏ | Mors mulierum regum cum pauca pluuia & bonitate meſſium. | Anguſtiæ quorũdam regũ, mors in plurib⁹ climatibus cũ pluuia ſuperflua. | Mors filiorum regum cũ pluuiis ſuperfluis. | Pluuia ſuperflua | Captio pecorũ in pluribus terris multæ pugnæ, pluuia ſuperflua tonitrua & coruſca. ſuperfluæ. terræmotus & multa inundatio aquarum. | Humiditas & pluuia. |
| In ♐ | Mors in reptilibus, & muſcæ cum multis pluuiis. | Mendacia multa terribiles rumores & pugna cum morte iuuenũ, & ſuperfluitate aquarũ pluuiarum & augmentum Tigris & Eufratis. | Supfiuitas aquarũ & pluuiarum, multi rores. | Humiditas multa. | Multa bella in ciuitatibus & regionibus & melãcholia in hominibus ſuperfiua, & tonitrua. | Humiditas multa |
| In ♑ | nihil ſignificat hic. | Peſtilentię & caſus in hominib⁹ mors in ouibus, pluuia pauca tẽpore ſuo, cum paucitate annonæ. | Multę cõbuſtiones, & multæ rebellationes cum pluuia ſuperflua. | Multa humiditas & vehemens frigus. | Victoria ĩter reges, latrones & pauores in plurib⁹ terris, cariſtia aſinorum & camelorum, frigus vehemens tempore ſuo, pluuia pauca, peſtes & tonitrua. | Humidita pauca. |
| In ♒ | Aegritudines hominum ex tuſſibus. multæ aquæ cum mediocritate fluminum. | Reges interficiẽt filios ſuos, ſiccitas in pluribus regionibus cum pauca pluuia & detrimẽto aquarum cum paucitate annonæ. | Nimia cõbuſtio in plurib⁹ regionibus, pluuia cũ multis locuſtis. | Humiditas. | Guerræ & pluuiæ mediocres cum tonitruis & coruſcationibus | Generatio humiditatum. |
| In ♓ | Vehemens frig⁹ pluuia ſuperflua multæ coruſcationes & tonitrua. | guerræ & mors mulierum, detrimentum volatilium cum multis humiditatib⁹ & meſſibus. | Multa mors in hominib⁹, multa pluuia & aqua ſuperflua. | Humiditas. | Proſperitas hominum & iuſtitia iudicantium cum multis vaticinatoribus. | Trãquillitas aeris, piſces multi & paruæ aues, multa pluuia, tonitrua, coruſcationes & humiditates. |

Satur

LVNA SVPER

| | Saturnum. | Iouem | Martem | Solem | Venerem | Mercuriũ |
|---|---|---|---|---|---|---|
| In ♈ | Mors in quibuſdam terris, & pluuia pauca. | Venti & iumẽtorum eorum, pluuia tẽperata & ægritudines hominum. | Humiditas multa. | Pluuiæ & tonitrua & fulgura. | Ventus meridianus inceſſans humiditas multa & præcipuè in quarta æſtiuali. | Pluuia multa & ventus inceſſans |
| In ♉ | Aborſus prægnãtium, & paucitas meſſis, multæ pluuiæ | Pugna, ſiccitas & peſtis in multis terris, pluuiæ & aquæ multæ | Humiditas & frigiditas multa. | Pluuia pauca. | guerra & mors regũ cũ multis latronibus: aborſus impregnantium: preciũ aſinorũ: mors boũ tonitrua: coruſcationes: paucitas meſſium & ſeminum. | multæ natiuitates hominum: detrimentum herbarum cum mediocritate pluuiarum. |
| In ♊ | Multi milites, & pluuia ſuperflua. | Humiditas multa. | Pluuia ſuperflua & humiditas. | Humiditas pauca. | Flatus ventorũ. | pluuia temperata & flatus ventorum. |
| In ♋ | Aborſus impgnãtium, paucitas meſſis, pluuia ſuperflua, humiditas multa. | Multi rores. | Pluuia multa. | Humiditas pauca. | Humiditas multa. | Siccitas fluminũ mediocris & vẽtus inceſſans. |
| In ♌ | Aborſus imprægnantium, pluuia multa, humiditas & ventus. | Multi rores. | Alteratio & diuerſitas aeris. | Humiditas ſuperflua & multæ aquæ. | Pluuia & humiditas. | Mors hominum humiditas pauca ventus inceſſans vehemens calor |
| In ♍ | Pluuia ſuperflua & multa humiditas. | guerra & mors in multis terris inter reges, pluuia ſupflua multæ aquæ & aliquando ſiccitates. | Humiditas multa. | Humiditas multa, & multæ aquæ. | Pugna inter ciues pauperes: & latrones. aborſus prægnan. cariſtia aſinorum: mors boum: multa humiditas aquę paucitas meſſis & ſeminum. | Pluuia & humiditas mediocris. |

☾. ~~SATVRNVS~~ SVPER

| | Saturnum | Iouem | Martem | Solem | Venerem | Mercurium |
|---|---|---|---|---|---|---|
| In ♎ | Mors imprægnatarum: humiditas ſuperflua & multæ meſſes. | Humiditas ſuperflua. | Multæ aquæ & humiditates. | Pluuia ſuperflua & paucitas aquarum. | Proſperitas pluuiarum: & hũiditas multa. | Multæ humiditates & inundationes. |
| In ♏ | Bella inter reges: bubones: mors in pluribus beſtiis cum multis humiditatibus. | Pluuia ſuperflua multæ aquæ. | Tonitrua: coruſcationes & fulmina. | Pluuia ſuperflua & paucitas aquarum. | Pluuia ſuperflua & multa humiditas. | Pluuia ſuperflua multæ inundationes: apparitio ſtellarum ignitũ in horizonte. |
| In ♐ | Pugna inter reges & pluuia ſuperflua. | Humiditas multa & ſuperfluitas aquarum. | Ciues orientales interficient occidentales: mors locuſtæ & aquæ & hũiditas multa. | Aqua ſuperflua: & multa humiditas. | Hũiditas & pluuia. | Mors quorumdã regum & ciuitatum quæ ſunt ſuper litus maris: aqua & humiditas. |
| In ♑ | Humiditas multa & ſuperfluitas aquarum. | Multæ aquæ & ſuperfluitates. | Multæ aquæ & inundationes. | Humiditas ſuperflua. | Bella multi latrones: & aborſus prægnãtium: diſperſio aſinorũ. mors boũ: ſiccitas & paucitas ſeminum & meſſium. | Siccitas horizõtis: & pluuia pauca. |
| In ♒ | Conſtrictiones multæ humiditates & aquæ. | Humiditas multa. | Humiditas ſuperflua. | Coruſcatiões & tonitrua. | Pluuia ſuperflua & multæ coruſcationes. | pugna inter quoſdam ciues: & vẽtus inceſſans. |
| In ♓ | Aborſus imprægnantium: paucitas meſſis: pluuia ſuperflua: & multæ humiditates. | Superfluitas aquarum & pluuiarum. | Humiditas multa. | Multa hũiditas & coruſcatiões. | Pluuia & humiditas ſuperflua. | Multitudo volatiliũ & piſciũ pluuia ſuperflua: & inundatiões fluminum. |

# TRACTATVS DE PESTILENTIA, ET EPIDIMIA ac corruptione aëris.

*De eius generatione.*

*CAP. I.*

DIcit Iſidorus. 4. etymol. capitu. 5. quòd peſtilentia eſt contagium, quod dum vnum apprehendit, celeriter ad plures tranſit. Gignitur autem ex aëre corrupto, & in viſceribus penetrando immittitur. Si plerunque per aëris poteſtates fiat, tamen ſine arbitrio omnipotentis Dei non fit omnino. Dicitur autem peſtilentia quaſi paſtulentia, quòd veluti incendium depaſcat, vt toto deſcendat corpore peſtis. Et contagium à contingendo, quia quæ tetigerit polluet. Ipſa etiam ab ignium percuſsione eadem, & lues à labe, & à luctu vocata, quæ tantum acuta eſt, vt non habeat ſpacium temporis quo aut vita ſperatur, aut mors. Et repentinus languor ſimul cum morte venit: hæc Iſidorus. Et Beda de temperiebus libro primo dicit quòd peſtilentia naſcitur ex aëris vel ſiccitatis vel calorum vel pluuiarum intemperantia pro meritis hominum qui ſcilicet aër ſpirando vel edendo perceptus, infirmitatem & mortem generat. Et Iohannes Ianuenſis in ſuo catholicon dicit, quòd peſtilentia eſt idem quòd peſtis, ſed propriè peſtis eſt nomen ipſius morbi. Peſtilentia vero eſt illud quod ex ſe efficit, vnde & dicitur peſtilentia ſecundum quoſdam quaſi paſtulentia, & ſicut incendium depaſcat dum deſcendit per totum corpus ſecundum Vgonem. Et ſunt tertij modi peſtilentiæ aut ex terra, aut ex aqua aut ex aëre ſecundum Papiam hæc ibidem. Et dicit Petrus Paduanenſis ſuper particula prima libri problematum Ariſtotelis problemate. 7. quòd peſtilentia quæ & epidimia dicitur, prout dicitur. 5. meteororum, eſt mutatio aëris in putredinem vel peſsimam qualitatem vniuerſaliter multum peſtiferam. Et dicit Hermes Trimegiſtus libro quarto, capitu. ſecundo, quòd peſtis naſcitur ex aëris corruptione & intemperie ſiccitatis vel caloris vel humiditatis nimiæ proueniente. Et vbi ſupra libro primo capitu. 4. dicit Hermes, quòd ſicut infirmitas ex humidarum diſtemperantia prouenit, ita peſtis ex inæquali planetarum, ſignorum, & ſtellarum actu procedit. Et ſecundum intentionem Ariſtotelis, vbi ſuprà infirmitas ſiue ægritudo peſtilentialis ipſa ſola quandoque inficit illos, qui approximant eis, qui curantur ab ea. Et huius cauſa eſt ſecundum Ariſtotelem, quòd ipſa ſola ægritudo eſt vniuerſalis omnibus adueniens, & propter quandam aduſtionem opportunam aërem corumpentem ad modum baſiliſci ab ægritudinis materia egrediente ab illis, qui curantur appropinquantes ipſis cito conſumuntur. & ſecundum commentatorem ibidem, redduntur morbidi ab aëre ſic corrupto, & ſine medio ad cor ingrediente, & ſine obſtaculo, qui aër nobis eſt incuitabilis, & neceſſarius ad auditum. Et Bernardus de Gordonia in libro ſuo, qui intitulatur, lilium medicinæ, libro primo capitu. 2. dicit quòd febres peſtilentiales ſunt illæ, quæ aduenjunt in temporibus corruptis & ſterilibus cum corrumpuntur ſegetes & aër & aqua. Et dicit Conſtantius. 5. paoten. capitu. 9. quòd aër ſubſtantiæ ſuæ temperamento mutatus in putredinem ſiue in quamlibet peſsimam qualitatum peſtilentialis vocatur, vnde & loca illa inhabitantibus vniuerſaliter & æqualiter morbi illi dominantur, quia in ſuis corporibus multa peſsima accidentia vnum & eundem morbum facientia coadunantur, ſicut alienationes nimij ſudoris, in extremitatibus corporum frigiditates, in pectoribus calores, in lignis ſiccitates, in ore fœtores, & nimiæ anxietates tethanus ſub hypocondriorum, vomitus cholericus, ſolutiones, ventoſitates, vrinæ peſsimæ, & diuerſæ in aliis cholericæ, in aliis melancholicæ, in quibuſdam ſubtilis, in quibuſdam ſquamoſa hypoſtaſis, in aliis nigra, & multa peſsima accidentia contingunt, hic autem morbus vocatur epidimioſus, quia multiplex & ſubtilis eſt, vno eodemq; tẽpore multis ingruens hominibus. hæc ille. Et dicit Raſis. 10. almanſorum capit. 16. quæ in febribus, quæ ex aëris corruptione generantur, non videtur in principio alicuius eorum acuitas neque caliditas, dum tangitur æger, ſunt tamen in occultis corporis partibus & in ipſius profundo magna nocumenta, & ſunt deceptoria & vehementes operationes, & ſunt febres lentę & tepidæ, ſed concluſæ, cum quibus anhelitus, & quicquid à corpore egreditur valdè fœtida ſentiuntur. His vero febribus laborantes, æſtuationem magnam & ſtatim patiuntur eorum, quæ anhelitus augmentatur, & fit ſpiſſus, ex quorum corporibus cum vomitu & egeſtione res fœda egreditur, & inſolita, deinde incipit eis ſuperuenire ſyncopis, & moriũtur: hæc ille. Et dicit Galen. 5. de morbo verſus finem, quòd quidam lethargici tradiderunt artes ſuas obliuioni, & propria nomina ignorauerunt, & hoc accidebat in quadam ciuitate in tempore peſtilentiali, ita quòd illi qui euaſerunt, ignorauerunt amicos, & parentes, & propria nomina. hæc ille. Et Bernardus de Gordona vbi ſupra, dicit quòd propria ſigna febrium peſtilentialium ſunt hæc, ſcilicet, quòd calor eſt lentus extra, & intus fortis, cum ſiccitate & ariditate linguæ & difficultate anhelitus & dolore præcordiorum, & fœtore omnium eorum quæ egrediuntur ex corpore, ſicut eſt anhelitus, ſudor, egeſtio, & vrina. Et omnes illæ febres ſunt multæ determinationis cum terribilibus accidentibus, & fraudulentibus, ad quas conſueuernut ſequi variolæ & morbilli, & ægritudines venenoſæ, & vt plurimum deludunt medicos, quoniam vrinæ videntur laudabiles hypoſtaſiacæ: & non eſt hoc ex materia morbi, ſed cibi, quia natura non audet morbum inuadere propter maliciam eius. Et cum expectetur criſis ad bonum, tunc euenit mors: hæc illæ. Et huic cõcordat Auenzoar, quẽ Auerroys. 7. colliget. fidelem vocat in libro tabu. medicinarum verſus finem

cap.

c. de epidimia, dicens, ꝙ tales febres peſtilentiales non ſunt fortes, ſed ſunt leues, & vt cōmuniter occultātur, hæ ēt febres deteriores ſunt cæteris aliis febribus, & magis remotæ à ſanatione, quoniā non contingit in eis fieri criſis, ſicut in aliis febribus. Diuiduntur autem hmôi morbi peſtilentiales multis diuiſionibus. Dicit enim Haly in li. 5. de regali diſpoſitione c. 5. vocauit aūt hmôi incōueniens, quod ex aëris iniquitate fit, morbum epidimiæ Hippocras. Diſiunctos autem & diſgregatos eos qui letales ſunt, morbos dixit, qui autem nō ſalubres ſunt, peſtilentiales, vbi ſupra. Qui autem horum regioni alicui ſunt proprij, ſine aliis regionibus hos regionales appellauit. Et Bernardus de gordonia vbi ſupra dicit, ſic intelligendum eſt ꝙ quædā ſunt ægritudines, quæ appellātur variæ, & diuerſæ, quæ proueniūt ex inepta adminiſtratione rerum quinque naturalium, quas nominat Haly vbi ſupra ca. 9. dicens, ꝙ in regionibus quinque de cauſis aeres immutantur. Prima eſt ipſa pars terræ. Secunda regionum eleuatio & altitudo & humilitas, tertia montium vicinitas, quarta maris, & quinta terræ ipſius regionis. Et dicit Bern. de Gordonia ꝙ infirmitas prædictæ, quæ ex iſtis cauſis proueniunt, ſunt cōes oībus. Et ſunt quædā ægritudines regionales, ſicut eſt perciſis in montibus, fluxus ventris, in vallibus & aliæ. Et in quibuſdā regionibus ſunt quędam arbores, quarum fructus ſi comedantur, generāt bocium gulæ. Et in quibuſdā ex proprietate aquarum generatur opilatio ſplenis, & hepatis & fœdus color. Et ſunt quædam ægritudines, quæ vocātur epidimiales ſiue peſtilentiales, & ſunt illæ quæ generantur in temporibus corruptis, & oēs tales ægritudines ſunt peſsimæ & malæ terminationis propter læſionem membrorum principalium in radice. Ioannes Alexandri ſuper epidimiis Hippocratis in principio dicit ꝙ morborum quidam ſunt particulares i. particulariter ſparſi. Alij vero cōes, & hi quidem ſunt conſueti & cogniti, & dicuntur epidimij. Alij vero ſuperuenientes & non conſueti, & nuncupantur epidimij, & particulares quidem ſunt, quādo in eadem ciuitate differentibus hominibus differentes morbi ſuperueniunt, & hæc quidē terțiana. Alij vero quartana & alij epidimia, & hi ſuperueniunt ſecundum differentem ætatem & differentem diætam. Epidimij autem ſunt, quando in aliquā ciuitate aut propter aquas aut propter tale conſuetum cōmunes morbi omnibus contingunt, qui ſolent ſuperuenire ratione loci aut aëris aut aquæ, & eſt morbus chronicus, quaſi in habitum cōuerſus epidimia. Epidimia autem morbi ſunt, ſicut quando permutatur aër ſecundum qualitatem. ſ. in calore frigore ſiccitate & humiditate vltra ſolitū, aut ſi vltra ſolitam eſſentiam corumpatur, ſicut dicetur inferius, & tunc generat morbos peſtilentiales. Morbi autem peſtilentiales quibuſdam hominibus alicuius conditionis ſuperueniunt ſicut cultoribus aut ventis, aut quibuſdam talibus. Et Petrus Paduanenſis commentator Ariſt. ſuper particula prima problematum problemate. 17. dicit ꝙ omnium morborū quidam ſunt epidimiales & quidam vndinales. Epidimiales ſubito occurrūt, & videtur magna ex corruptione Cancri, vndinales vero paulatim conſurgunt, trahentes originem à loco aut à diſpoſitione terræ, & aquæ, vt eam aquam bibentes morbos incurrant. Et Auic. 4. canonis tractatu. 4. in principio dicit, ꝙ febres accidentes ex cā aëris ſicci, ſunt febres choleric æ: peſtilentiales vero febres ſunt ex aëre turbido & humido, & febres in aëre humido ſunt plurimi euentus, ſunt minoris acuitatis, & longioris ſpacij. In æſtate vero ſicca ſunt minoris euentus, & maioris acuitatis, & velocioris ſeparationis. Et Haly de regali diſpoſitione lib. 5. ca. 6. dicit quòd in diuerſis anni temporibus diuerſis hominibus diuerſi accidunt morbi ſecundum conuenientiam eorum complexionū & pro qualitatibus dominantibus in eiſdem partibus anni. cōplexioni etenim calidis hominibus paſsiones accidunt in temporibus quibus aër eſt calidus maxime. In humidiſque pariter fieri humidas & in ſiccis ſiccas. Complexionem autem habentibus cōpoſitam, temporibus quando aër eorum eſt conſonus complexioni corporum, magis morbi conuenientes accidunt quàm reliquis temporibus, quibus aër eſt cōtrarius complexioni, & illi ſani ſunt, & optimæ ſunt eorum habitudines. Et inueni in quodam libro, quòd peſtilentia dicitur dupliciter, ſcilicet largè & ſtrictè. Strictè autem loquendo, non accidit peſtilentia niſi ex aëre putrefacto & mutato ſecundum ſubſtantiam. Largè aūt loquēdo, poteſt cauſari ex nimia mutatione aëris in ſuis qualitatibus. Vnde mutatio aëris quædam eſt naturalis, vt illa quæ fit in vere, in æſtate, & ſic de aliis. Et quædam non naturalis vt illa quæ fit ex vētis, ſtellis, terris, dum tamen ſit tolerabilis. At contra naturam fit aëris mutatio, & hoc dupliciter, aut enim mutatur in homogeniam naturam, vt cum caliditas temporis mutatur in caliditatem maiorē, quæ fit intolerabilis, aut mutatur in eterogeneam naturam, id eſt in qualitatem oppoſitam vt ſi æſtas mutetur in frigiditatem, & humiditatem lædentē, & intolerabilem, tales vero mutationes faciunt peſtilentias. Peſtilentiæ vero & epidimicæ corruptiones aëris ex multis cauſis poſſunt contingere. quandoque enim contingunt ex cauſis ſuperioribus, & quandoque ex cauſis inferioribus: & quandoque ex vtriſque ſimul. Cauſæ autem ſuperiores cauſantes peſtilentias ſunt corpora ſupracæleſtia mutantes partes anni, & quandoque totum annum à ſuis diſpoſitionibus naturalibus, ex quibus mutationibus temporū cauſantur mutationes magnæ, & peſtiferæ, & epidimiæ generantur. Dicit enim Hippo. 3. aphoriſmorum aphoriſmo primo, ꝙ mutationes temporum maximè generant morbos. Et in temporibus magnæ mutationes vel frigiditatis vel æſtus vel humiditatis vel ſiccitatis. Et dicit Gal. ibidem, quòd non ſolum temporum mutationes, ſed etiam eorum complexiones, quæ maximè ſunt generantes morbos, cum omnino ſuas mutent complexiones, & maximè cum mutatio magna ſit. Vnde & vbi ſupra ſuper aphoriſmo. 4. Hippocratis dicit Gale. quòd tempora anni non ſunt cauſæ morbi, ſed mutationes ſuæ complexionis. Complexionibus igitur quorumcunque temporum anni in qualibet aliàs ſibi oppoſitis mutatis, quacunque hora, ſiue quocunque tempore mutētur, neceſſe eſt, vt morbi generādi cā generētur. Et ſuper aphoriſmo primo prędicto dicit Gal. ꝙ conuerſiones temporū anni ſunt cāæ generandi morbos, maximè ſi magnę ſint, & in eodem mutationes

hic intelligendę ſunt eiuſdem temporis,ſecundum
qualitates & alterationes, vt ſi quid naturaliter eſt
frigidum,calidum fiat. Et intelligit magnas muta-
tiones illas,quæ omnium qualitatum permutatio-
nes fiunt,vt ſi æſtas calida,& ſicca frigiditatis,& hu
miditatis affectionem ſumat,vel vt ſi eadẽ die nunc
calor,& poſtmodum frigus,& iterum calor, & rur
ſum frigus fiat.hæc Galenus ibidem. Et Ariſt.pro-
blematibus particula prima problemate.15.dicit ꝙ
omnis mutatio ægritudinalis eſt,& incipit vt dicit
commentator ſuut prædictus Petrus ex permuta-
tione temporis ætatis,loci ciborum,&.aquarũ. Et
loquitur de magnis mutationibus,& ſubitis. Vnde
dicit commentator,ꝙ mutationũ quædam eſt pau
latiua,& bene mobilis,& quædam eſt ſubita,& ma-
le mobilis,& hæc eſt illa, de qua loquitur Ariſt.di-
cens,quòd omnis mutatio vehemens corrũpit cor
pora, vt patet de mutatione vehementi temporis,
& aliorum. Sic itaque patet, ꝙ magnæ mutationes
& ſubitæ temporum & aliorum prædictorũ gene-
rant morbos, & quandoque peſtilentiam aëris. Et
dicit Auic.1.canonis fen. ſecunda, doctrina ſecun-
da,ſumma prima,c.4.ꝙ vnumquodque tẽpus com
plexioni ægrotantis conueniens,aut eſt conueniẽs
contrarium cum duo tempora à ſua egreſſa fuerint
natura,& fuerit eorũ exitus contrarius,neque fue-
rit i bidem ſuperfluitas longa,quemadmodũ ſi fue-
rit hyems meridiana,& ſuperuenerit ver ſeptẽtrio
nale,erit aduentus ſecundi ſuper primum confe-
rens corporibus,& ipſa temperans,eo quod ſeptẽ-
trionalitas veris eſt oppoſita meridionalitati hye-
mis.Et ſimiliter ſi hyems valde ſicca fuerit,& fue-
rit nec multum humidum,neque mutabitur illud,
quod temperamentũ efficit in humiditatẽ impediẽ
tem.Mutatio prima temporis in vno tpe eſt minus
afferens mortalitatem,quia eius mutatio in multis
temporibus. Mutatio adducens mortalitatẽ,& ex
cõplexionibus aëris dignior vt conuertatur ad pu-
trefactionem,eſt calidi & humidi aëris complexio.
Et eſt conueniens,vt tpa,ſicut debent, diſponãtur
vt ſcilicet ſi ver calidum,hyems frigida,& ſimiliter
quodlibet tempus,ꝙ ſicca nõ fuerit,erunt cãæ ma-
larum ægritudinum. Annus vero,in quo omnia e-
ius tempora ſecundum vnam proueniunt qualita-
tem,annus malus eſt,quemadmodũ, ſi annus totus
ſit calidus,au frigidus,aut humidus,aut ſiccus.An-
nus enim qui eſt ſiccus,eſt multarum ægritudinum
ſuæ qualitati proportionalis, quarum tẽpora erũt
poſtea prolixa.Vnum nanque tempus multum cõ-
mouet ægritudinem proportionalem,quanto ma-
gis totus annus. Tempus etiam frigidum,cum in-
uenit corpus phlegmaticum,commouet epilepſiã
paralyſim,ſpaſmum,& ſimilia Tempus calidum cũ
inuenit corpus cholericum,commouet febres acu
tas,& apoſtemata acuta,quanto magis totus annus
ſecundum vnius temporis naturam incedit? Am-
plius cũ erit cito hyems,cito hyemales proueniunt
ægritudines,& cum cito prouenit æſtas,eſtiuæ cito
proueniunt ægritudines, & mutãtur ægritudines,
quæ erant ante ſecundum tempus. Cũque aliquod
prolongatur tempus,multæ tunc fiũt ægritudines.
Debes autem ſcire,ꝙ effectus mutationum tempo
rum non ſunt propter cãm temporis, vnde eſt tẽ-
pus. Sed propterea, ꝙ cũ in ea mutata eſt qualitas,
magnã efficit operationẽ in mutationib' diſpõnũ,
hęc Aui.ibidẽ.Et dicit Haly de regali diſpõne li.5.
c.4.ꝙ ſi in ſingulis partibus anni aër naturaliter in-
hęret cõplexioni regionis,quo vſi iuxta ꝙ expedit,
fuerit corpora à morbis ſana ſũt.Si enim aër fuerit
à naturali egrediẽs cõplexiõe,q̃ illi propria eſt,ho-
minibus morbi & accidẽtia fiũt peſſima.Magis aũt,
ſi ei' egreſſio à ſua cõplexione immoderata fuerit,
fiuntque in corporibus eorũ,qui ſuã tuentur ſanita
tẽ morbi.Sed minime graues: quibus aũt nulla eſt
cura,nec vlla cuſtodia,fiunt morbi magni, in q̃bus
& vehemẽs eſt periculũ.Egreſſus aũt à naturali aë-
ris cõplexione,aut ſcd̃m augmentũ fit,aut ſcd̃m di
minutionẽ, queadmodũ ſi æſtas alia ſit æſtate cali-
dior,aut frigidior,vel humidior,hyẽs aũt alia hye-
me calidior,vel frigidior,vel certè ſiccior,aut im-
mutatur,& couertitur in cõtrariũ,vt ſi fiat æſtas fri-
gida,& humida,hyems calida & ſicca. Et vbi ſupra
c.5.dicit Haly,ꝙ alteratio aëris fit duabus de cauſis.
Altera.n.locus eſt,ſiue regio, & altera anni quod-
uis tẽpus.Et vlterius in eodẽ c.dicit Haly,ꝙ totali-
ter à ſubſtantia aëris immutatio ex tpibus anni fit.
Si immutatio ex tpibus anni aliqua fiat à ſui natu-
ra,vt ſi fiat hyems calida,& ſicca,pluuiis carẽs,æſtas
aũt pluuioſa,fiatque ver frigidũ & ſiccũ,quod autu
mni eſt,autumnus vero calidus & humidus,qua ex
re peſtes accidũt, & mortes,& febres acutæ & alia
peſſima ſequuntur accidentia, & lætales morbi.
Sic quoque ſi aliquid aliorũ anni participantiũ al-
teretur à ſua naturali habitudine,maximeque æſti-
uũ in hyemale, multiplicẽturque pluuiæ & auſtra-
les perflẽt venti.Peſtis abſque dubio huic cõtinget
loco,in quo aër à propria& naturali immutatur ha
bitudine.Fiũtque hoĩbus febres acutæ peſſimæ, &
reliqui morbi peſtilentiales in tantũ,vt in bruta ẽt
tranſeãt aĩalia incõmoda quidẽ & paſſiones malæ
& perdentes:hoc aũt fit immutatione humorum,&
ſpũum,& multorũ corporũ corruptione. Nõ nun-
quã aũt & in planetis hmõi malũ incũbit in tantũ,
vt planetas deſiccari & in citrinũ cõuerti videas ca
lorẽ,videas quoque in arborib' quoddã ſimile eru-
gi,vel melli, fructuũque colorẽ immutatũ,corpuſ-
que eorũ ſubſtãtia,& vt eos comedẽti fruct' peſſi-
mi ſubſequãtur morbi.Et huic dcõ Haly cõcordat
ẽt Conſtantinus.5. pantegi ca.9. dicens ꝙ mutatio
ſubſtantiæ aëris eſt ex tpibus anni, cũ naturã ſuam
tranſierint,vt ſi hyems calida fuerit,& ſicca, & ſine
pluuia,æſtas vero pluuioſa,vbi frigidũ & ſiccũ,au-
tumnus vero calidus & humidus.In quibuſdã locis
peſtilentia eueniet per acutas febres & multa mala
contingunt,quæ non tantum homines mortificãt,
ſed etiam beſtias,quæ ex corruptionibus fiunt hu-
morum atque ſpirituum.Aliquando hæc peſtilẽtia
cadit in terra ſeminaria, vnde & fructus arborũ &
plantarum corrumpentur, quos aliqui comeden-
tes in peſſimas incidunt infirmitates.Et non tantũ
hæc corruptio aëris cã eſt mortalitatis: Sed etiã in
mouentibus humores putridos ſupergreditur ma-
teria.Vnde peſtilentia aëris eis aſſimilatur:hæc Cõ
ſtãtinus.Et Auenzoar in libro achar medicinarũ in
ca.de epidimia,dicit,ꝙ aër magis nociuus eſt calid'
& humidus,cum putreſcit,& dilatatur, & maxime
quando non ſequentur venti diſiccatiui,& ideo vi
tuperantur venti meridionales flantes, & laudan-
tur venti ſeptentrionales propter eorum exſicca-
tionem. Et huic dicto Auenzoar concordat etiam
Auic.

Digitized by Google

Auic. primo can. fen. ſecũda doctrina ſecunda ſumma prima cap. 4. dicens quòd mutatio adducens mortalitatem, & ex complexionibus aëris dignior vt conuertatur ad putrefactionem eſt calidi & humidi aëris complexio. Et dicit Auezoar vbi ſupra, quòd in regione ſuperuenit incendium tempore æſtatis, in quod ſuperuenit pluuia diuturna in tempore valde calido, & permanſit tota illa æſtate, & intulit hominibus exuſtionem ignis, vnde accidit eis ſcabies, & pruritus fortis, & pluribus eorum cecidit brachium totum ſimiliter, & coxa, & in pluribus ceciderunt muſculi & oſſa. Et dicit Petrus Paduanenſis ſuper problemate primo, particulæ primæ, libri Ariſt. quòd nimia ſerenitas, & nimia tempeſtas aërem corrũpunt, & peſtes, & regnorũ mutationes & intelligit per ſerenitatem aërem mutatum ad multam ſiccitatem. Vnde & Hippocras dixit in libro de aëre & aqua, quòd ſi annus debet eſſe ſanus, oportet vt non multum ſerenus exiſtat. Et Petrus commentator Ariſt. per tempeſtatem aërẽ groſſum puluerulentum, in quo apparent fumoſitates, ſcintillationes fulminis, capræ ſaltãtes, & huiuſmodi, quæ omnia aërem corrumpunt, & efficiũt peſtilentias. Et dicit Hippocras in libro de aëre & aqua in principio, quòd cum tempora in ſe diſſonantia fuerint, difficiles procreant morbos, hyems itaque frigida & humida, æſtas autem calida & ſicca, quarum vterque ſi caſſatur ac deficit, ſecundum magnitudinem eiuſdem complexionis atque paruitatem, ita tamen vt neutra naturæ ſuæ familiare exeat tempus, quomodo in eis temporibus, quę diuerſa ſunt accidere ſolet. Et etiam quando hyems frigidior eſt, ſed ſecundum humiditatem ſuam in ſua remanet quantitate, & eſt quandoque æſtas calidior & ſiccior. hic igitur ideo contingunt morbi, eo quòd à ventis tam calidis quàm frigidis ſiue auſtrales ſiue boreales ſicut corpora mutantur. hæc Hippocras. Et dicit prædictus Petrus commẽtator Ariſt. ſuper problemate. 7. particulæ primæ libri problematum, quòd triplex eſt mutatio aëris. Vna eſt naturalis, quando tempora omnino ſuas ſeruãt naturas. Secunda eſt præter naturam, vt quãdo aër corrumpitur in ſubſtantia, & in complexione. Et tertia eſt media inter iſtas dicta nõ naturalis, id eſt cum mutatur aër à ſua propria natura & complexione. Et vtraque iſtarum duarum mutationũ vltimò dictarum peſtilentialis eſt morbifera. Et inferius dicit commentator vbi ſupra, quòd huiuſmodi aër ſic infectus aliquando non inducit febrẽ, ſed apoſtemata carbunculoſa peſtilentialia, aliquando Piſces, interdum variolas, & morbilos, & nonnunquam leprã, plerunque & ophthalmiã. Et hæ à medicis dictæ ſunt ægritudines cõtagioſæ. vnde & format commentator ſyllogiſmum & illo modo. quæcunque diſtemperantia eſt vniuerſalis, omnes diſpoſitos poterit inficere. Sed huiuſmodi eſt peſtilẽtialis, ergo omnes diſpoſitos inficere poteſt peſtilentia. Item dicit commentator, quòd duplex eſt aëris mutatio ad corruptionem, ſcilicet in ſubſtãtia & in qualitate, primo modo, vt ſi æſtas fuerit multo calidior & ſiccior, quàm deberet, ſecundo modo, vt ſi frigida ſit & humida. hæc ille. Et dicit Hippo. 3. aphoriſmorum. apho. 7. ꝙ in temporibus immoderatè ſiccis febres acutæ fiunt pluſquam in aliis. Et ſi perſeuerauerit annus talis exiſtẽs, qualis inceperit, ſcilicet vt ſit ſiccus in principio, & ſiccus perſeueret, vt in pluribus tales expectare oportet ægritudines, ſcilicet febres acutas. Et vbi ſupra, aphoriſmo 15. dicit Hippoc. ꝙ conſtitutiones anni temporum omnino ſiccæ pluribus ſunt ſaniores, id eſt minus ægræ, & minus mortiferæ. Et apho. 6. dicit quòd ægritudines in temporibus pluuialibus vt multum fiunt, ſicut febres longæ, fluxus ventris, & putredines, epilepſiæ, & apoplexiæ & ſquinãtiæ. In ſiccis vero fiunt phthiſis, corruptiones ſiue conſumptiones ophthalmiæ, ſtranguirca & dyſenteria & ſimilia. Et Ariſt. parti. 1. de problematibus, problemate. 27. dicit, ꝙ ver & autumnus ſunt morbiferi, quia mutationes morbiferæ ſunt. Sed autumnus morbidior eſt vere, quia magis calido infrigidato quàm frigido calefacto ægrotamus. In vere autem frigidum calefit, & in autumno calidum infrigidatur. Et huic pro parte concordat Hippo. 3. aphoriſmorum. apho. 9. dicens ꝙ in autumno acutiſsimæ ægritudines & maximè mortiferæ vt in pluribus fiunt, ver vero ſuauiſsimum & minime mortiferũ eſt. Sed hoc videtur cõtradicere prius dicto Ariſt. ſ. ꝙ tã ver quàm autumn⁹ ſunt morbiferi. Sed huic reſpondent Gal. ſuper prædicto apho. 9. Hippocratis, dicens ꝙ ſi tempore anni complexiones ſuas ſecundum ꝙ oportet ſeruauerint, ver cæteris temporibus ſanius, & minus mortiferum erit, quia tẽperantius eſt aliis. Et dicit Ariſt. vbi ſupra problemate. 25. quòd homines magis ægrotant in æſtate: Sed ægrotantes magis moriũtur in hyeme. Cuius cã eſt ſecundũ eũ, quia in hyeme propter denſitatẽ intra corpora cõtracto humido, & laborãtes magis, ſi nõ digeram⁹ ſuperfluitates, quæ ſunt in nobis collectæ vehemens neceſſe eſt principium eſſe ægritudinis. In eſtate aũt raro, quia infrigidato toto corpore, & diſſoluto ad labores exiſtẽte, neceſſe eſt plura principia fieri ægritudinis propter labores & indigeſtionem, etenim iuuenes fructus ſunt, ſed tunc nõ ſunt ita vehementia principia ægritudinum, ſicut in hyeme, quare & bene auxiliabiles ſunt homines. Et ſimiliter æſtate à parua occaſione fiunt ægritudines, in hyeme vero non. magis enim digeſtibiles ſumus tunc propter calorẽ retractum ad intra, quare quæ à maiori occaſione fiunt, magis diſtractiua ſunt. aut enim non occupantur morbo, aut ſi occupantur, hoc non fit niſi à magna cã, & ideo difficilius curãtur. Item dicit Hippocra. 3. aph. aphoriſmo. 12. ꝙ ſi auſtrina hyems & pluuioſa & tranquilla fiat, item ſine flatu boreæ tota exiſtens. Ver vero ſiccum & boreale mulieres quidem, quibus partus ad ver ineſt, ex omni occaſione abortiuntur. Si vero genuerint, imbecillos & morbidos pariunt paruulos, qui aut ſtatim reſoluuntur, aut tenues aut morbidi viuũt exiſtẽtes. Aliis vero iuuenibus dyſenteriæ & ophthalmiæ ſiccę fiũt, ſeniorib⁹ vero catarrhi celeriter perimẽtes eueniunt. Et in libro de aëre & aqua ſimiliter dicit Hippoc. ꝙ ſi hyems auſtrina fuerit, & nimis pluuialis, mulieres pręgnãtes in vere abortiuntur, ſi tunc eius parturiendi fuerit tempus. Et ſi quos fœtus emiſerint, annihilatos, atque defectiones emittunt, qui autẽ continuo nõ moriuntur, aut viuunt ſemper annihilati, atque defectiui, hominibus, aut lienteria, dolor oculorum, & catarrhi defluentes, & alij morbi contingunt. Et Auicen. primo canon. vbi ſupra. eodem cap. 4. dicit

quòd cum hyemi meridionali ver ſuperuenerit ſeptentrionale, quod poſtea ſiccabit æſtas valde vaporoſa, & multiplicatæ fuerint aquæ, & ver conſeruauerit multas vſque ad æſtatem, multiplicabitur in autumno mortalitas, & in pueris, & multiplicabuntur aquæ in dyſenteria inteſtinorum, apoſtemata, & tertiana prolixa. Cunque hyems fuerit aquarum multarum, abortientur quæ ſe in vere parituras ſperabant, quòd ſi pepererint, erit quod pariet debile, aut mortuum, aut grandem habens malitiam. Et in hominibus multiplicabuntur ophthalmiæ & ſanguinis egeſtio & catharrhi, & proprie multiplicabuntur in ſeminibus, & erit mors in eis. Et dicit Ariſt. vbi ſupra, problemate. 9. quòd ſi hyẽs auſtrina fuerit, & pluuioſa, ver ſiccum & boreale, ægritudinalis fit ver & æſtas. Et huius cauſa eſt ſecundum Ariſt. & prout dicit prædictus Petrus cõmentator ſuus, quòd corpora noſtra præparantur ſecundum naturas & diſpoſitiones temporum, eo quod dictum eſt, tempora nos ſuis mutationibus permutare. Sed ſi hyems præcedens fuerit calida & humida, igitur corpora ad caliditatem & humiditatem diſponuntur. Sed corpora ſic diſpoſita & maxime humida ſunt inconſiſtentia, & non permanẽtia, immo ægrotare apparata, propter quod materia redditur diſpoſita actioni agentis, poſtmodum quidem ver ſuperueniens excedens valde à temperamento ſuæ naturæ ex qualitatibus fortiter agẽtibus propter ſe & propter materiæ diſpoſitionem congelat & coagulat ad modum generationis glaciei frigiditate ſua & ſiccitate humidum hyemale, propter quod & ſiccitate prohibente reſpirationem, induratur vehementer. Et dicit Ariſt. quòd illæ mulieres, quæ in vere naturaliter pariunt abortiendo propter caliditatem hyemis præexiſtentem, in qua embrio erit humectatus & aptus recipere impreſsionem præter poſsibilitatem humidi. Vnde ſuperueniens horipilatio, & motus tremore concutiens propter ſiccitatem & frigiditatem vẽtris interficit, infrigidando embrionem. Vnde & embriones moriuntur: ſi debiles extiterint, aut vi egrediuntur. Et ſi viuant, viuunt cum multa imbecillitate ratione virtutis, & imperfectione ratione quantitatis, ſi accidat ipſos naſci in huiuſmodi vere: quia cum prius fuiſſent in loco calido & humido, venientes ad locum frigidum & ſiccũ, maxima mutatione mutantur, ita quòd ægrotatiui efficiũtur: & per conſequens breuis vitæ & imbecilles & imperfecti propter ſuperabundantiam frigidi. Et accidũt cholericis ſiccitates, eo quòd non ſunt naturaliter humidi in complexione, quia minorantur humiditates hyemis & ſubtiliantur. vnde & fiunt in oculis eorum ophthalmię ſiccæ, phlegmaticis vero accidunt branchi, & hoc fit ſecundum commentatorem Ariſt. quando humiditates deſcendunt ad fauces, & fiunt etiã catarrhi, & humores ad pulmonem ruentes. Mulieribus autem dyſenteriæ fiunt propter humiditatem & frigiditatem naturæ, & dicit cõmentator quòd dyſenteria eſt fluxio humoralis cum raſura inteſtinorum. Senibus vero, quorum calor naturalis fere extinguitur, contingunt epilepſiæ & apoplexiæ, quod accidit, cum humidũ multiplicatum in parte ſuperiori & per venas & arterias ſubtiles in corde declinat, vbi huiuſmodi humidum propter imbecillitatem caloris innati ingroſſatur coagulatum, quod quidem ſua mala qualititate frigida & quantitate ſuperflua inducit mortem interdum extinguendo per ſuffocationem calidum. Et dicit commentator Ariſt. quòd apoplexia & epilenſia conueniunt in cauſis loco & accidentibus. Sunt enim ambæ paſsiones cerebri ex repletione magis prouenientes ſenſum & motum proſternentes, differant tamen, quia in apoplexia eſt maior repletio & opilatio, tanquam à maiori cauſa contingens, & ſimiliter accidentia deteriora fiunt ab apoplexia quàm ab epilepſia. hæc ille. Et dicit Hippocra. 3. aphoriſmorum. apho. 5. quòd ſi hyems ſicca & borealis fuerit, ita quòd ſit intenſio in frigiditate, ver vero pluuioſum, & auſtrinum, neceſſe eſt in ęſtate febres acutas & ophthalmias & diſynterias fieri, & maximè mulieribus, & humidis natura. Et in libro de aëre & aqua ſimiliter dicit Hippocras, quòd ſi ſigna ſiderum in ortu & occaſu non fuerint opportuna. hyems autẽ ſicca & borealis, ver vero pluuioſum & auſtrale, febrem atque lienteriam in æſtate eſt neceſſe euenire. Et huic concordat Auicen. primo canon. fen. 2. doct. 2. ſumma prima. cap. 7. dicens, quòd cum ver pluuioſum & meridionale fuerit, quòd hyemi ſuperuenit ſeptentrionali multiplicabuntur febres acutæ in æſtate & ophthalmia & ſanguinis egeſtio. Et dicit Ariſt. vbi ſupra, problemate. 8. quòd ſi hyems ſicca fuerit & borealis, ſi ver pluuioſum fiat & auſtrinũ, æſtas morbida fit febribus & ophthalmiis. Et huius cauſam aſsignat Ariſt. dicens, quòd æſtas inuenit corpora habentia multam humiditatem extraneam hyeme generatam, quæ in vere fuit conſeruata, & quam æſtas ſubſequens ſua caliditate applicando facit per vniuerſum diſcurrere, ita tunc terra & climata cum habitationibus & manſionibus in eis exiſtentibus redduntur aquaticæ, & fiunt talia, qualia ſunt loca paludoſa & ſtagnalia, in quibus aër eſt groſſus & inficiens. Et dicit Ariſt. quòd ſi cum hoc æſtas fuerit pluuioſa & non temperata, difficilius & deterius erit, quia ſol propter humiditatem æſtatis ſumet materiam ampliorem, quam calefaciet, & faciet ebulire, & hoc vndique, ſcilicet in corporibus noſtris & in terra & in aëre & in mãſionibus, propter quod febres & ophthalmia fient moleſtiores, & plus affligentes. & Hippocras in libro de aëre & aqua ſic loquitur de iſto problemate ſiue aphoriſmo. Si hyẽs ſicca fuerit & borealis, ver vero pluuioſum & auſtrale, febrem atque lienteriam in æſtate neceſſe eſt euenire. Cum autem intrans autumnus terram vernalis pluuiæ nimietate infuſam inuenerit, ſic quoque auſtrum duplicare neceſſe fuerit, propterea quòd terra infuſa ſit, & à Solis ardore calida vẽtres graues, molles & humidi fiunt. vnde & multa egeſtione abundant. In hac itaque qualitate cum aër intrat, mordet carnem & corpus, & acutiſsimæ tunc febres contingunt & maximè phlegmaticis, liẽteria vero in mulieribus in quibuſcunque naturalis complexio humida eſt. Si autẽ caniculare tẽpus, id eſt tempus æſtiuale pluuiale fuerit multũ hyemale, vẽtique ſuper ianuas irruerint, morbi extinguũtur, atque autumnus ſalutaris ſperatur: alioquin pueri & mulieres cõmoriuntur. Sed & ſenes pauci, quorũ qui euaſerint in quartanã, à quartana vero in aquæ citrinæ febres deueniũt. Hæc Hippocras ibidem. Et dicit

Gal.

Digitized by Google

Galen. ſuper prædicto aphoriſmo Hippocr. quod mutatio illorum temporum prædictorum, ſcilicet hyemis & veris & æſtatis eſt parua, & modicum recedens à naturalitate. Ver enim quaſi ad ſiue medium temperauit hyemē præcedentem inde ægritudines delatæ ſunt vſque ad ęſtatem, hyems ſolum videtur recedere in ſiccitate ab eius natura. Ver autem nihil ſecundum illos, qui ponunt ipſum calidū & humidum, & ſecundum quod temperatum exiſtit, modicum recedit. Ita quod antiqui complexionem temperatam & calidam & humidam dicebant: hęc ille. Et Ariſt. vbi ſupra problemate 19. dicit quod ſi hyeme boreali, & vere auſtrino & pluuioſo, æſtas valde ſicca fiat, mortifer fit autumnus omnibus, & præcipuè pueris adhuc phlegmaticis principaliſsime. Aliis vero ab iſtis contingunt dyſenteriæ in autumno, & ſi contingat eos à dyſenteriis leuari, incurrunt quartanas longas. Et dicit prędictus Petrus commētator Ariſt. ibidem, quod iſta diſpoſitio prædicta proportionata ab Ariſt. eſt contraria diſpoſitioni anni ſalubri poſito ab Hippocrate in libro de aëre & aqua. Et eſt, quod annus ſaluberrimus fuit, quando fuerit ortus & occaſus ſtellarum, ſicut deberent, in autumno aquæ multæ, in hyeme vero paucæ, & neque ſerenum multum, neque frigidum plus opportuno, vere quoq; & æſtate aquarum temperantia, vt dicit commentator, cum diſpoſitio proportionata ab Ariſt. ſit aduerſa prædictæ diſpoſitioni naturali anni: & tamen ſic in ea pluuia ſubita mutatio & grandis non eſt mirum ſi feret peſtilentias omnibus in autumno. Item dicit Hippocras in libro de aëre & aqua, quod ſi æſtas ſicca nimium & calida fuerit, morbi cito euaneſcunt. Si autem fuerit pluuioſa, extenduntur: & cuicunque morbus aduenerit, illum in putredine neceſſe eſt conuerti. Item dicit Hippocras ibidem, quòd ſi æſtas ſicca & auſtrina fuerit, Autumnus vero pluuioſus & ſeptentrionalis, in hyeme dolor capitis & quibuſdam rheuma, tuſsis & phthiſis, & multæ aliæ infirmitates accidunt. Item Auicen. primo canon. fen. 2. doc. 2. ſumma prima. cap. 7. dicit quod cum ęſtate ſiccæ meridionali ſuperuenerit autumnus pluuioſus & ſeptentrionalis, multiplicabitur in hyeme dolor capitis, rheuma & raucedo. Et huic etiam concordat Ariſt. vbi ſupra. problemate 10. dicens, ſi æſtas ſicca fuerit & auſtrina, Autūnus vero contrarius, ſcilicet humidus & borealis, in hyeme dolores capitis fiunt, & branci, fiunt & tuſſes terminantes ad phthiſim. Et horum cauſas ponit ibidem: & ponam tibi differentiam inter brancum coryzan & catharrum in duobus verſibus ſecundum diuerſitatem fluxus humoris generati ex rheumate in capite.

*Ad fauces brancus, ad nares dicque coryza,*
*Si fluat ad pectus, tunc dicitur eſſe catarrhus.*

Et dicit Hippocras tertio aphoriſmorum, apho. vigeſimotertiò, quòd ſi æſtas ſicca & borealis fiat, id eſt quod ſit remiſſè calida & non frigida. Autumnus vero pluuioſus ſit totus & auſtrinus, capitis dolor in hyeme ſequente tuſſes & branci & coryzæ: quibuſdā vero phthiſis & vlceratio pulmonis contingunt. Et concordat Auicen. primo canon. vbi ſupra dicens, quod ſi æſtati ſiccæ ſeptentrionali ſuperuenerit autumnus pluuioſus meridionalis, pręparabuntur corpora ad hoc, vt veniat in hyeme dolor capitis, & tuſsis, & raucefcunt eorum gulæ, & fluent quam coryza multum accidet eis. Et Ariſt. vbi ſupra problemate 5. dicit quod ſi borealis ſit æſtas & ſicca, id eſt frigida & ſicca, & autumnus ſimiliter, confert phlegmaticis & mulieribus. Et huius cauſam aſsignat ex hoc, quod complexio vtrorumque temporum, ſcilicet æſtatis & autumni & etiam corporum phlegmaticorum & mulierum excedit ad alterutrū, id eſt, ad diuerſa & contraria, quare hæc ſicca, hæc vero humida, & ideo addit, quod tempus ſiccum adueniens remouendo humiditatem extraneam ſuperabundantem reducit, & conſtituit ipſos in bonum temperamētum, ita quod ſani fiunt ſibi ipſis, niſi per ſe peccauerint ſponte, id eſt in regione inconuenienti. Et in ſequenti problemate, ſcilicet in problemate 12. dicit Ariſt. quod corruptio morbida eſt borealis, & ſicca ęſtas, & ſimiliter borealis, & ſiccus autumnus ſequens. Et huius cauſam aſsignat ex hoc, quod huius corporibus cholericis temporum complexiones conueniunt, quia vtrarunque ſicca ſiccitate plurimum intenſa exiſtunt, neque iuuantur à frigiditate temporum iuuamento noto, immo tempora frigiditate & ſiccitate ſua conſtringunt, & congregant calorem cholera interius, ipſum acuendo, ſiccitas enim eſt acutio caloris ſicut patet, 4. meteororum, propter hoc contingit iſtis velut cum ignis coniungitur igni. tunc enim maxime fit aduſtio: vnde & contingunt hominibus ophthalmiæ, & febres acutę, cauſones, tertianæ, & continuæ, & aliæ infirmitates ex cholera nigra procedentes, & aliis ex cholera aduſta. Et cauſas omnium iſtarum infirmitatum ponūt Ariſt. & ſuus commentator vbi ſupra. Item dicit Hippocras 3. aphoriſmorum apho. 14. quod ſi borealis fuerit æſtas, & inaquoſa, autumno etiam in ſui natura exiſtente, humidis quoque & mulieribus confert in ſequenti hyeme: reliquis vero ophthalmiæ ſiccæ erunt febres acutę & coryzæ diuturnæ. Item in libro de aëre & aqua dicit Hippo. quod ſi æſtas nimis pluuioſa ſit & auſtrina, & autumnus ſimiliter, hyemem ægram neceſſe eſt eſſe futuram: phlegmatici ergo & qui 40. annorum ſunt, in cauſon, cholerici vero in pleureſim cadunt. Et concordat Auicen. vbi ſupra, dicens quod cum æſtas & autumnus conuenerint vt ſint ambę meridionales, & humidi, multiplicabuntur humores, & cum venerit hyems, veniunt ægritudines exprimendæ multæ. Et cum libo fiunt ſicci & ſeptentrionales, iuuabunt eum, cui nocet humiditas, & accipiet ophthalmia ſicca & catarrhus longi temporis & febris acuta. Et Ariſt. vbi ſupra problemate 20. dicit quod ſi ęſtas pluuioſa fuerit, & auſtrina, & autumnus ſimiliter hyems morbida fit & peſtifera. & cauſam huius aſsignat ex hoc, quod hyems ſuperueniens inuenit corpora valde fluida, & imbibita humiditate calida putreſcibili, & propter hoc fit permutatio vehemens, cum abſit caliditas multorum ſuperfluorum, quæ cauſatur non ex parua coadunatione ſuperfluitatum, ſed ex multa, & quia autūnus etiam fit calidus & humidus, vel ſic poteſt intelligi litera Ariſtote. ſecundum ſuum commentatorem, quia caliditas eſt vehemens cum multa collectione meri. Propter hoc etiā loquitur, quod autumnus ſit calidus. Multa enim materia non potuit exſiccari, ſed in autumno ebulit in aëre, & per



Digitized by Google

conſequens in corporibus. Merito itaque contingit ægrotari in tali conſtitutione temporum, cum corpora ſint valde præparata: vnde contingit illis, qui ſunt carnibus compacti, in quibus minimè reperitur receptaculum vacuum, fieri ægritudines acutas, velociter ſuffocantes, habentes autem carnes ratas, & non adeo denſatas, cadunt in febres cauſonides, id eſt, aduſtiuas, factas à multa indigeſtione cauſata tempore præcedente. Cum enim digeſtio confortetur per circunſtans frigidum: & cum in prædicta conſtitutione fuerit calidum & humidum ſecundi laxans: meritoque contingit plurimam indigeſtionem cauſari. hæc Ariſt. & ſuus commentator ibidem. Item dicit Auicen. vbi ſupra, quod cum æſtati meridionali ſuperuenerit autumnus ſeptentrionalis, multiplicabuntur ægritudines exprimendi & conſtringendi, & cum autumnus & æſtas in hoc conueniunt, vt ſint ambo meridionales, humidi multiplicabuntur humores, & cũ venerit hyems, venient ægritudines exprimendi. Cum vero ambo fuerint ſicci, & ſeptentrionales, iuuabunt eum, cui nocet humiditas, & accidet ophthalmia ſicca & catarrhus longi temporis, & febres acutæ: hyems autem, quæ eſt frigida & pluuioſa, ardorem facit vrinæ. Et cum ęſtatis caliditas fortis fuerit, & etiam eius ſiccitas, prouenient ſquinantiæ per intenſæ, & quæ aperientur, aut quę non aperientur, & illę, quę aperientur, aut interius aut exterius erunt, & accidet variola, & mingendi difficultas, & morbilis, & ambo erunt ſine timore vel ſalui mortis: & accidet ophthalmia & corruptio ſanguinis, & triſtitia & menſtruorum, & ſputi retentio. Et cum poſt hyemem ſiccum, fuerit ver ſiccum, erit mortalitas & malum amplius, quod corrumpet arbores, & vegetabilia: ideoque corrumpuntur ea, quæ ex animalibus, quæ ea comedunt, & ideo homines qui eis veſcuntur, corrumpuntur. hæc Auicen. vbi ſupra. & Ioannes Alexandrinus ſuper epidimias Hippoc. libro 3. dicit, quod ſi hyems fuerit auſtralis, & pluuialis, ver vero pluuioſum & boreale, neceſſe eſt in æſtate fieri ægritudines. Et dicit Ariſt. vbi ſupra, problemate 6. quod corpora hominum in æſtate & maxime in autumno febricitant ab ægritudinibus cholericis, & diſpoſitiones ægritudinales exiſtentes acutæ ſubitę & perimmeſę magis accidunt hyeme à quantitate ſuperabũdanti humiditatis. Item vbi ſupra problemate 17. dicit Ariſt. quod illi qui patiuntur ægritudines longas dictas à medicis chronicas, maxime deſtruutur, & corrumpuntur ab illo tempore, quod eſt ab ortu pleiadis, ſcilicet vltra medium autumni, vt circa principium Nouembris, ſole exiſtente in oppoſito pleiadis, ſcilicet circa 19. gradum Scorpionis, & ſenes magis iuuenibus, & cauſas iſtorum ponit Ariſt. vbi ſupra. Et dicit Ariſt. vbi ſupra, problemate 26. quod conuerſiones vtraſque vſque ad ſpatiũ temporis 100. dierũ, quorum vnum eſt quãdo Sol ingreditur principium Cancri, & alterum eſt, cum ingreditur Sol principium Capricorni, infirmi maxime moriuntur ab ægritudinibus. Et huius cauſam aſsignat Ariſt. ex hoc, quod ad tantum ſpatiũ temporis extenditur exceſſus & permanet calidi & frigidi: calidi, ſcilicet in conuerſione Cancri etiam frigidi in conuerſione Capricorni. Sed exceſſus intemperatus maxime vt infirmis & debilibus inducit morbos & mortem. Et dicit commentator ibidem, quod illud tempus 100. dierum continet 3. menſes & circiter 10. dies, vnde impreſsio conuerſionis capitis Cancri, durat proportionaliter vſque circa 25. diem Auguſti, impreſsio aũt conuerſionis capitis Capricorni durat vſque circa 25. diem Martij. Sic itaque eſt dicere, quod mors potiſsime contingat infirmis æſtate & hyeme. Et nota quòd mors contingens his temporibus & morbus, ſcilicet maxime cauſantur à ſubita mutatione qualitatum actiuarum, quæ vehementer imprimunt: ſicut apparet 2. de generatione, foris occurrentiũ, vt caliditas in æſtate & frigiditas in hyeme. Mors autem & morbus contingens in vere & autumno, magis eſt à cauſa interiori. In vere enim corpus deforis eſt repletum, cum autem autumnus conſeruauerit humores aſſatos æſtatis in frigiditate, & hyems vicinatos humores autumni, & vnumquodque ſummum humorem multiplicabit adeo, quod in vere plurimi & deferentes ſunt humores in corporibus. Sed autumni ægritudo propter debilitatem virtutis, & propter corruptos humores æſtatis & ſui, poteſt dici magis à cauſa interiori & humorali generari. Itidem vero autumno qualitates actiuę nõ ſunt in ſuo exceſſu: hæc ille ibidẽ. Quod aũt ver & autumnus ſint morbidi, patet per ea, quæ tibi dixi prius ex ſententia Ariſt. & Hippocratis & Galeni in iſto eodem cap. Item dicit Hippocras 3. aphoriſmo & aphor. 4. quod in temporibus quando eadem die aliquando quidem æſtus, & aliquando frigus fit, autumnales ægritudines expectare oportet. Et huic concordat Auicen. primo canonũ, vbi ſupra, cap. 4. dicens quod ſi aër in vno die minuetur de caliditate in frigiditatem, mutabuntur ſecundum eas corpora. Item Auicen. 4. canonum, tracta. 4. in principio dicit, quod quando videris aërem alterari, vno vero die multis vicibus, & clarificatur aër de aliquo, & oritur Sol clarus, & conturbatur alio die, & oriutur in velaminibꝰ nebulæ, quæ eſt vt puluis, & tantummodo eſt calor, modo frigus ſiue in eodem die, ſiue in multis diebus: tunc iudica, quod peſtilentia accidet. Peſtilentiam autem æſtiuam malignam & mala ſignificat paucitas pluuiæ in vere cum frigore: deinde cum multiplicatur auſter & conturbatur aliquot diebus: aër deinde clarificatur poſt hebdomada vna, & non ſupra accidit frigus in nocte & prefocatio & conturbatio & caliditas, tunc iam venit peſtilentia, & expectantur febres peſtilentiales, & variolæ. Et ſequitur, quod ęſtas non eſt vehementis caloris, ſed eſt calida, & humida, & eſt vehementis conturbationis habens matutina alterata, & ipſa præterierunt in autumno à ſub ſubhub, & ignes & ſimilia erit ſignum peſtilentiale, & multorum aliorum morborum. Hec Auicenna ibidem. Ex prædictis ergo patet, qualiter ex mutationibus temporum fiunt peſtilentiæ, & epidimiæ, & corruptio aëris, & febres peſtilentiales, & multi alij morbi peſsimi. Modo oſtendam tibi, quæ diſpoſitiones temporis & aëris efficiunt ſanitatem & ſunt ſalutiferæ. Dicit itaque Hippocras in libro de aëre & aqua, temporibus expedit vt contemplationem tuam adhibeas, vt anni habitudinem ſalutifer, ſcilicet ſit an ægrotus, agnoſcas. Si enim ortus ſtellarum fuerit ſicut debet, & occaſus, in autumno quoque aquæ multæ, in hyeme

Digitized by Google

hyeme vero paucæ, neque ſerenum multum, neque frigidum plus opportuno, vere quoque aquæ multę, in hyeme vero paucæ, neque ſerenum multū, neque frigidum plus opportuno, vere quoque & ęſtate aquarum temperātia, annum ſanum ſaluberrimum eſſe neceſſe eſt.

Item dicit Hip. 3. aphoriſmorū apho. 8. quod in moderatis temporibus temporaliter tempora ſe reddiderint boni ſtatus, & maxime bonæ determinationis ægritudines erunt. In immoderatis vero maxime immoderatæ & difficilis determinationis erunt. & dicit Gal. ibidē, quod qualis intentio Hip. fuit poteſt intelligi ex libro ſuo de aëre & aqua. Si enim appareant ſigna in ortibus ſtellarum, & in occaſibus earum calida, ſecundum quod apparere oportet, & in autumno quidem pluuię erunt, hyems vero temperata, neque calida, neque multum frigida. In vere vero pluuiæ in temporibus ſuis, & in æſtate ſimiliter vt ille ann' ſan' ſit neceſſe eſt. Et dicit Gal. ex qua ordinatione temporum cum Hip. perpenderis intentum, etiam poteris intendere, quid his poterit obuiare, quæ ipſe in moderatis dixit. Et dicit Auicen. primo cano. fen. 2. differētia 2. ſum. prima ca. 4. quod in temporibus quidem ſanū exiſtit, vt ſit autumnus pluuioſus, & hyems temperata, neque ſic non frigiditatem habens, non tamē ſit pluuioſa in comparatione regiōis. Et ſi ver pluuioſum fuerit, exiſtit illud quod ſanius eſſe poteſt. Et dicit Haly lib. 5. de regali diſpoſitione ca. 4. quod annus, cuius aër ſuam ſeruat moderationem, eſt ille cuius ver temperatum circa calorē eſt, & frigus, & ideo alternatim in eo fiunt pluuiæ, nec immoderati ęſtas eſt caloris, & in ea paucæ fiunt pluuiæ, non queadmodum vernales eſſe codecet, nec etiam autumnus nimiæ erit ſiccitatis, ſed in eo pluuiæ fiunt. Hyēs vero frigida erit & pluuiæ in ea non erunt ſuperbundantes: huiuſmodi anni aër prout condecet temperatus eſt, annus vero in quo aër ſua egreditur, eſt cuius aër ſingulis temporib' ab his quæ dicta ſunt variatur, vt ſi hyems quidem auſtralis ſit, & multarum pluuiarum multa fit in corporibus humiditas, vnde & in vere febres generantur putridæ, morbi, & humidi, vt apoplexia, epilepſia & ſimilia: & ſic in aliis anni tēporibus variæ infirmitates fiunt, cū à ſuis cōplexionib' naturalib' procedūt. Et dicit Petrus Paduanenſis ſuper particula prima, proble. Ariſt. problemate primo, nimia ſerenitas, & nimia tempeſtas aërem corrumpunt, & peſtes regnorum, quę permutationes adducūt &c. Intelligit per ſerenitatē aërē mutatum ad multam ſiccitatem. Vnde & Hip. dicit in li. de aëre & aqua, quod ſi annus debet eſſe ſanus, oportet, vt non multum ſeren' exiſtat. Et intelligit cōmentator per tempeſtatē aërem groſſum & pulueru lentum, in quo apparent fumoſitates, ſcintillationes fulminis, capræ ſalientes & huiuſmodi, quæ omnia aerem corrumpunt, & efficiunt peſtilentias. Et dicit Hip. 3. aphoriſ. apho. 18. quod tempore veris & principij æſtatis pueri & eorum affines ætatibus, ſcilicet qui continentur ſub adoleſcentia bene digerāt & ſani fiūt maxime: æſtate vero & autumno ſcilicet in principio autumni ſenes & in reſiduo autumni & in hyeme mediani, vt Iuuenes ſe bene habent, hæc illę. Sic itaque patet quæ diſpoſitio temporum anni ſit ſalubris & bona. Et patet & prius, qualiter ex mutationibus temporum peſtilentiæ & epidimiæ & variæ infirmitates generantur. Sed prædictæ mutationes temporum ex cauſis ſuperiorib', puta ex corporibus ſupercæleſtibus maxime proueniunt, prout ex diuerſorum auctorum ſententiis probari poteſt. Dicit enim Auic. primo canon. fen. ſecunda, doc. ſecunda ſumma prima ca. 8. quod mutationes aëris ex diuerſis cauſis fiunt. Nam ex rebus cæleſtibus & ſimiliter terreſtribus proueniunt. Illa vero quæ res cæleſtes ſequentur, ſunt illa, quæ ex ſtellarum cauſa accidunt, vt cum multæ ex ſtellis in vno coniungūtur loco, & cōiunguntur Soli, & prouenit ex hoc calefactio multa eis, quorū capita ſunt ipſis oppoſita aut locis quæ ſunt circa eas. Et cū ab oppoſitione capitum multa remouentur longitudine minuitur eorum calefactio. De cauſis autem terreſtribus dictum eſt prius. Et Auicen. 4. canon. tractat. 4. in principio dicit quod principium omnium mutationum aëris vt communiter ſunt formæ cæleſtes facientes eſſe neceſſarium illud, cuius aduentus ignoratur, licet quidam dixerunt in eo aliquid non proportionatum ad cauſam eius, imo oportet vt ſcias, quod cauſa prima & longinqua ad illud ſunt figuræ celeſtes, & propinquæ diſpoſitiones terreſtres. Et quandoque faciunt virtutes agētes cæleſtes, & virtutes patientes terreſtres humectationem vehementem aëri, & pellunt vapores, & fumos ad ipſum, & ſparguntur in ipſo, & putrefaciunt ipſum cum caliditate debili. hæc Auicen. Et dicit Albertus lib. 2. de proprietatibus elementorum tractatu 2. capitulo primo, quod coniunctio Iouis & Martis in Geminis cum aliis adiuuantibus eos ſignum Geminorum, eſt de triplicitate aerea, faciunt ventos peſtilentes, & aëres corruptos, qui ſubito necant multitudinem hominum, & animalium. Iupiter enim cum humidus & calidus in natura, habet eleuare ventos & vapores & præcipuè in ſigno Geminorum, quod eſt ſignum humidum & calidum in vltima parte veris. Mars autem cum in temperatè calidus ſit & ſiccus, ignit vapores eleuatos, & ideo incipiunt per aëra multiplicari fulgura & ſcintillationes, & peruſtiferos vapores & ignes, qui pacto veneno inficiunt aërem, & ideo inducunt frequenter peſtilentias. Alij etiam ſimiliter de cauſis aërei ſuperflua ſiccitas, quæ acuit humores generatos in hominibus, & ideo habitatoribus illius aëris accidunt ægritudines prauę, & peſtilentiæ mortiferę. Item ſecundum intentionem Hippocratis in libro de aëre & aqua ex ortu & occaſu ſtellarum in opportuno peſtilentiæ & morbi contingunt frequenter, ſicut dictum eſt prius in hoc capitulo. Et dicit Haly libro quinto de regali diſpoſitione capitulo ſeptimo, quod aſtra quorum ex ortu & occaſu aër in anni temporibus mutantur, ſunt vt pleiades, canicula, maior vrſa, cauda. pleiades cum oriuntur æſtatis eſt principium, vt dicit Hippoc. eſt enim earum ortus in principio Maij, cum Sol ab eo recedit, occaſus vero earum principium eſt hyemis, ſcilicet in principio autumni, aëris autem fit mutatio propinquitatis & remotionis à Sole. Cum enim cum Sole ſynodum celebrant aër, calefit & eius augmentatur calor & augetur quoque calor aëris maximus ex aſtrorum ſynodis, quæ magna ſunt: errantia autem fixa, vt eſt Iupiter, Mars, & Venus, & fixæ quæ in prima ſunt magnitudine, & ſecūda qualis eſt canis auſtralis;

lis & ſeptentrioalis, Leōis cor, Tauri ocul', & ſimilia aſtra zodiaco proxima, hæc etiam aſtra ſi de die conueniant, & oriantur, & ſi cum illis Sol aërem ſuper nos calefaciunt motu ſuo, addet enim Solis motus conuenientiam ſuper nos aſtrorū motui. Et ſiquidem tempus eſt æſtatis, grauis fit æſtus. Si hyēs, frigus minuitur. Cū vero à Sole aſtra remota ſunt, nec aſtrorum magnorum aliquod ſuper nos in die ſurgit, aër frigidus eſt: & ſi ęſtas fuerit, minoris eſt aër caloris. Si hyems maiorē habeat frigiditatē. hęc Haly ibidem. Et dictū eſt prius & allegatū ab. Ariſt. in lib. de problem. partic. 1. quod illi qui patiuntur ægritudines longas dictas à medicis chronicas, maximè diſtrahuntur & corrumpuntur ab illo tempore, quod eſt ab ortu pleiadis, ſcilicet vltra medium autumni, Sole exiſtente in oppoſito pleiadis, ſcilicet in 19. grad. Scorpionis, & ſenes magis iuuenib': patet ergo quod ex diuerſitate ort' & occaſus ſtellarum accidunt mutationes diuerſæ in aëre, & per conſequens contingunt hominibus quādoque peſtes, & morbi quā plurimi. Sic ergo patet quod prædictæ mutationes temporum & per conſequens peſtilentia & infirmitates prædictæ ex eiſdem mutationibus temporum prouenientes fiunt, & ex corporibus ſupracæleſtibus. Patet ergo per prædicta, quare peſtilētiæ & epidimiæ, & corruptiones aëris proueniunt ex cauſis ſuperioribus. Modo reſtat videre, qualiter proueniūt ex cauſis inferioribus, pro quo ſciendum eſt, quod multis modis proueniunt peſtilentiæ & epidimiæ & corruptiōes aëris ex cauſis inferioribus. proueniunt enim quandoque ex mutatione aëris prout illa mutatio aëris accidit in cauſis inferioribus. Dicit enim Haly 5. de regali diſpoſitione cap. 9. quod in regionibus quinque de cauſis aëres immutantur. prima eſt ipſa pars terræ, ſecunda regionum eleuatio, & altitudo, & humilitas, tertia montium vicinitas, quarta maris, quinta terræ ipſius regionis. Nam immutatio aëris in regionibus partium cauſa eſt inter maiorem cauſam aëris immutantes regionem & ſuper alias manifeſtiſsimas cauſas. Et in eodem cap. 9. ponit Haly cōplexiones regionum, quas dimitto ad præſens. Et vbi ſup. cap. 10. dicit Haly, quod aëris complexionis mutatio propter vapores quādoque eſt. Si enim habitatio in loco fuerit in quo ſunt ſtagna, & paludes, & olera & arbores putridæ, aut in ſpeluncis, vel in domibus, quæ plurimæ ſunt humiditatis & nigredinis, aut aliis locis, qui aërem putreſcere faciunt & corrumpunt, eius populus loci multorum eſt morborum putridorum putridarumque febriū, quæ mediatè in eis emergunt & etiam calores eorū in croceū immutantur, nec cibos digerunt bene, eo quod aquis eorum putredo ſit mixta, huiuſmodi populus vires habet paucas & debiles, & eorum mēbra eneruata ſunt. hæc ille. Sic ergo patet ſecundū Haly, quod mutatio aëris & eius corruptio frequēter accidit ex vaporibus corruptis. Et dicit Auic. 4. canon. tract. 4. quod quandoque accidet illud cauſa ventorum deferentium ad locum vnū vapores malos ex locis fœtidis, in quib' ſunt valles profundæ, & corpora deſiccata in prælio aut occiſa, & non ſepulta, & fortaſſe eſt tam propinqua loco. Et dicit Haly de regali diſpoſitione, vbi ſupra ca 5. quod alteratio aëris duabus fit de cauſis, altera loc' ſiue regio, altera anni quod vis tēporis & immutatio aëris. Item à loco ſiue regiōe fit propter vapores, qui ex multitudine fructuum & olerum cū putruerint, aſcendunt, ex quibus mali aſcendunt aërem immiſcentes vnum etiam ex vaporibus, qui ex paludibus ſurgent, & ſanguinis aut vrbiū cloacis, vel mortuorum cadauerib' occiſorūm, quę aut in ipſa ſunt regione, aut in proxima, aut certe ex bello, in quo plurimorum cadunt corpora hominum, aut ex pecudum armētorumque mortibus, cum illis peſtis acciderit. Ex illorum itaque cadaueribus vapores mali aſcendunt aerem miſcētes, quibus aeris mutatur ſubſtantia in vaporum ſubſtātiam & qualitate quæ cū reſpirauerint homines, peſsimi fiunt in eis morbi, & cito perimētes. hæc Haly. Et Auic. in lib. thair medicinarum ca. de epidimia dicit, quod contingit aerem quandoque corrumpi ex cadaueribus mortuorum, quę putrefacta ſunt, & fit etiam corruptio, quando in ciuitate ſunt aquæ non currentes, & in regionibus, quibus non ſunt penitus venti flantes, vt ſunt lacus, & aliæ congregationes aquarum trāquillę, quibus venti non dominantur. Et nos quidem inuenimus plures antiquorum nolētes vnquā habitare in locis propinquis monumentis hominū. hæc illæ. Et Gal. in lib. de differentiis febrium dicit, quòd principium putredinis alia eſt mortuorum non ſepultorum vt in pręliis conſuetum eſt contingere, vel ex gurgitibus quibuſdam vel ſtagnorum vaporibus hora æſtatis. Eſt autem peſtilētia, quando dominatur quidam immoderatus calor, continentis nos aeris hora æſtatis. Et dicit Cōſtantinus hora id eſt, pantegunt cap. 9. quod morbi peſtilētia vel cauſa vniuerſalis eſt mutatio circūdātis aerē, qui mutatur, duab' de cauſis mutatur, ſcilicet ex ſitu regionis, & qualitate temporis. Mutatio aeris propter locum ex fumo ſic diſſoluto herbarū fructuum ſiue ſimilium putreſcentium, qui dum miſcentur aeri, aſcendit. Similiter ex fumo lacuum ſiue cryptarum vel foſſarum vel corporum mortuorum, locum illum vicinantium, ſiue intra locum poſitorum, vel ex fumo multorum morientium in bello, vel ex peſtilentia beſtiarum, vnde mutatus aer plures mortificat homines, quod contigit Athenienſibus, de mortuorum Aethiopum corruptionibus. Et vbi ſupra ca. 9. dicit Conſtantinus, quod ſi ſint paludes, in quibus arbores ſiue herbæ ferentes ſunt in cryptis ſiue in ſimilibus, niſi lædunt locis, natura aeris mutata eſt, & cito putreſcit, vnde illius loci incolę ſæpe ſolent ægrotare, & ex illa putredine cum fumi diſſolutione febricitare, quorum color fit citrinus, vel cibus eorum non bene digeritur, eorum enim aqua putrida cibos retardat. Et pręd. ctus Petrus paduenſis ſuper problemate 7. particula prima Ariſt. dicit quod cauſæ peſtilentiæ plures ſunt, ab aliqua nanque conſtellatione poteſt aer corrumpi, cuius cauſa à medico ignoratur, & aliquando accidit peſtilentia ab aere terreſtri, & hoc interdum propter corpora occiſa cum non ſunt ſepulta. Ex illis enim vaporibus deportatis per ventos infectus eſt quandoque aer, aliquando autem propter putrefactionem lacuū aut paludum, aliquando etiam propter cauernarum aliquarum apertionem exſufflantium in terra longo tempore concluſarum, & aliquando propter herbas venenoſas & loca ſerpentum, & aliorum venenoſorum animalium. Quod autem ex quibuſdam

ſerpen

Digitized by Google

ſerpentibus vel animalibus venenoſis in quibuſdã locis accidat peſtilentia ſiue corruptio aeris, patet ſimiliter per Albertũ lib. 2. de proprietatibus elementorum tract.3.ca.primo, vbi dicit, quòd aer dupliciter corrũpitur, aliquãdo ex cauſa inferiori, aliquando ex cauſa ſuperiori, ſiue ex aliquo corpore ſupracælesti. Ex inferioribus quidem, ſicut ex ſpiritu animaliũ venenoſorum. & ponit Albertus exẽplum de eo, ꝙ contigit in tẽpore Philippi regis Macedoniȩ. Fuit enim via inter duos mõtes Armeniæ, quȩ diu ſalubriter à multis hominib' fuerat frequẽtata: ſubito tamen ibidẽ ex veneno aeris null' ibidẽ trãſire potuit per illam viam, quin ibidẽ expiraret, & caderet mortuus. Philippo autẽ interrogãte cauſam huius à ſapientibus, illi cauſam reddere neſciuere, donec vocatus fuit Socrates, qui regem fecit erigere ædificium altũ ad montes, & fecit Socrates ſpeculum de calybe planũ non conuexum, nec cõcauum, ſed planȩ ſuperficiei & bene politum, & bene mundum, vt plani ad illud planũ ſpeculum ab omni loco montium fieret reflexio, quod non poſſet fieri ad conuexum, neque ad concauum, & in illo ſpeculo vidit duos dracones: vnum in vno mõte, & alterum in altero. Hi autem dracones aperuere ora ſua contra ſe, & inficiebant aerẽ in medio ex vapore, qui egrediebatur ex orificiis eorũ, & ex hoc ſciebat Socrates quod infectio illa cauſabatur ex vapore reſoluto de vẽtribus draconum, & hoc regi nunciauit. Præcepit autẽ rex, ꝙ quidam ore tecto, & naribus & omnibus poris, per quos poterit attrahi vẽtus infectus, interficerent dracones, quibus interfectis, ſaluatus eſt locus ita ꝙ amplius non accidit, ꝙ tunc acciderat. Et ſic patet quod corruptio illa aeris fuit ex vapore diſſoluto ex draconib', ſicut etiã inficitur aqua ex corruptione iuſquiami, ita quod piſces & alia animalia in illa aqua exiſtentia erunt quaſi ſint ebrij, & nituntur exire aquam. Sed in aere citius accidit putrefactio, quàm in aqua, quia aer propter calorem naturalem ſuum plus corrũpitur quàm aqua, quæ frigiditate ſua reſtringuitur aliquãtulum, & non ſinit ita cito putrefieri. Et hoc exemplum prȩdictum ponitur ab Alberto vbi ſupra, & ſimiliter ab Ariſt. lib. de proprietatibus elementorũ.

Item quandoque accidit peſtilentia ex vapore aſcendente ex quibuſdam aperturis terræ. Dicit enim prædictus Petrus paduanenſis ſuper problemate 7. partic. prima libri problematum Ariſt. quod aliquando propter cauernarum aliquarum apertionem exſufflantium in terra longo tempore concluſarum, accidunt corruptiones aeris. Et Auic. 4. canonis tract. 4. in principio dicit, quod quandoque accidunt putredines in interioribus terræ propter cauſas, quarum euentus ignoratur, & nocere faciũt aquam & aerem. Item quandoque ſimul cum terræ motu exeunt vapores de ſub terra cauſantes peſtilentiam aeris, ſicut patet per Albertum 3. meteororum tract.3.ca. 15. dicit enim ibidem ꝙ peſtilẽtia & præcipuè ouium frequenter ſequitur terrȩmotum. Vapor enim inclusus infra terram & priuatus ibidẽ luce, habet quaſi venæ naturam, & ideo aliquando egrediens de ſub terra in aerẽ, animalia interficit, & præcipuè quæ terræ ſemper os quaſi proximũ tenent, ſicut oues, quia antequam totus erumpat vapor, per plures dies ſemper aliquid eius per poros terræ paulatim euadit & lædit animalia paſtum in loco terrȩmotus accipientia, & continue os iuxta terram habentia, quia quaſi continuo hauriunt vaporem venenoſum. Et ideo narrat Seneca, quod in terræmotu, qui fuit tempore Neronis imperatoris in quadam regione, grex ſexcentarum ouium mortu' fuit, & homines & alia animalia ſimul perierẽt, qui prope fuerant, & inſpirauerunt vaporem illum peſtiferum. Et vbi ſupra ca.17. dicit Albertus, ꝙ aliquando ignitur vapor in ſe repulſus infra terram in loco & auri pigmenti, & aluminis, & tunc educit incenſum ſulphuris leuius fœtore, multi homines & multa animalia moriuntur & vocatur hoc à philoſophis fluuius infernalis: hæc Albertus.

Sic ergo patet qualiter terræmotus cauſa eſt corruptionis aeris. Et patet etiam ex prȩdictis, qualiter vapores corrupti cauſant peſtilentiam, & quod vapores illi deferuntur per ventos. Quidam ergo vẽti ſunt peſtiferi & generant peſtilentiã. Dicit Auic. 4. canonum tract. 4. in principio, quod quãdoque accidit peſtilentia cauſa ventorum deferentium ad locum vnum fumos malos ex locis fœtidis, in quibus ſunt valles profundæ & corpora exſiccata in prȩlio aut occiſa & non ſepulta. Et dicit Haly in libro 5. de regali diſpoſitione cap. 8. quod quia ventus eſt ſiccus vapor à terra diſſolutus huiuſmodi vaporum complexio ſecundum eam partem eſt à qua venit, pars autem terræ immutat complexionem, ex Solis tranſitu longinquitateque eius ab eo. Partes autẽ terrȩ, quatuor ſunt, ſcilicet Auſter, Septẽtrio, Oriẽs, & Occidẽs. & venti ab iſtis partibus flãtes iſtarum partium qualitates ſuſcipiunt, ergo in vna plaga fit aër corruptus ventus defert illam corruptionem verſus plagam ſibi oppoſitam, & accidit ibidem peſtilentia. Et dicit Auic. primo can. fen. 2. ar. 2. ſupra primo ca. 8. quod rerum terreſtrium facientium corruptionem aeris aliæ ſunt cauſa latitudinum terrarum. Aliæ ſunt propter latitudinem ciuitatum, & propter earum profunditatem, & aliæ ſunt cauſa montium & aliæ ſunt cauſæ marium, & aliæ cauſæ ventorum. Et dicit Auicen. quòd venti meliores ſunt ſeptentriõales, poſt oriẽtales, & poſt occidentales, & deteriores ſunt meridionales. Et dicit Auicen. vbi ſupra. quod venti meridionales vituperantur & ſeptentrionales laudantur propter eorum exſiccationem. Et dicit Ariſt. particula 26. de problematibus problemate 16. quod ventus auſtralis eſt fœtidus, cum tamen ſit ventus, cuius exhalatio eſt ſicca proueniens etiã à loco aduſto. Et huius cauſam ponit eo quod auſter ex ſui natura reddit corpora calida & humida relaxando ipſa. quæ autem ſunt huiuſmodi maximè ſunt putrefactioni expoſita: cum putrefactio fiat per calidum, ſicut patet 4. meteororum, diſſoluit etiam ventus auſtralis virtutem, & relaxat iunctutas, & ideo peſtilentialis ſecundum commentatorem Ariſt. vbi ſupra. Et vbi ſupra particula prima, problemate 24. dicit Ariſt. quod quando venti auſtrales flãt, homines ſunt grauiores, & impotentiores tam ſecundum virtutem ſenſitiuam interiorem, & exteriorem motiuã, quàm quando flant venti alij, & maxime boreales, cum huius contrarium operentur. Et hui' cauſam aſsignat Ariſt. ex hoc quod virtus motiua noſtra exiſtit in articulis, qui quidem relaxati efficiuntur per ventos auſtrales mota phlegmatica humiditate, reddente eos adeo molles, quod non poſſunt pondus corporum

tū deferre. Et intelligit Ariſt. ibidē per articulū, cōcauationem iuncturalem, vbi vnum os cum alio cōiungitur mediante ligamento. Et dicit Hip. 3. aphoriſ. apho. 5. quod auſtrini flatus grauāt auditum, & faciunt caliginem in oculis, caput etiam grauant & pigres & impotentes & debiles reddūt homines. Si vero boreas fuerit, tuſſes exaſperantur & paſsiōes veſicarum frigidarum, horrores etiam & horipilationes, dolores laterum & pectorum. quando ergo iſta præualent, id eſt iſti venti boreales, talia in morbus expectare oportet. Et vbi ſupra aphoriſmo 17. dicit Hip. quod conſtitutiones boreales longo tempore factæ corpora conſtituunt fortiora, & bene mobilia, & bene audientia faciunt, & melius colorata, ventres ſiccant, oculos mordent, & circa thoracem dolores faciunt. Et ſi quidem prius ineſt dolor pectori, magis dolet. Auſtrinæ vero conſtitutiones diſſoluunt corpora, & minus humectant, & faciunt capitis grauitates, & graues auditus faciunt, & in corpore difficilum motum, & ventres humectant. Et dicit Ioannes Alexandrinus ſuper epidimiis Hippo. lib. 7. quod epidimia facta eſt ex aeris mutatione, aut ſi in principio auſtrinis flantibus & dominantibus poſterius vero borealibus, & exinde condenſata eſt materia infrigidatione, & paſſum eſt cerebrum, & nō ſolum ipſum, ſed in aliis membris traducit malum & differentes ſuperueniunt paſsiones ſecundum differentem habilitatem membrorum, & ſecundum differentem æſtatem. Et in eodem 7. lib. in principio dicit, quod auſtrini flatus grauant auditum, & cum poſt auſtrum incæperint flare boreales venti frigidi & ſicci, lædunt, infirmitates faciunt. quotienſcunque enim hic ventus vincit, id eſt durat, tunc ægritudines faciunt, quia ex frigiditate opilationem materię faciunt, & denſitatem ſuperficiei, & ad modum ſpongiæ preſſæ materia preſſa iaculatur ad quædam membra, & fiunt diuerſi morbi. hæc ille. Et Ariſt. vbi ſupra, problemate 25. dicit quod venti auſtrales cū fuerint ſicci, id eſt non aquoſi nati ſunt inducere febres. & huiuſmodi cauſam ponit dicens, quod omne quod eſt calidum, & humidum diſtemperatum, generat humiditatem, & caliditatem extraneam. Omnis autem caliditas & humiditas extranea eſt quid febrile, eſt enim febris exceſſus humiditatis & caliditatis extraneæ. Sed venti auſtrales ſunt calidi & humidi, ergo cum fuerint ſicci & non aquoſi, ſunt febriles, quando autem flant cum aqua infrigidāt nos, & nō ſunt febriles, & vbi ſupra problemate 3. dicit Ariſt. quod mutationes temporum & mutationes ventorum habent generare & diſſoluere ægritudines, ſicut ergo ſimiliter habent eas facere & determinare. Ex prędictis ergo ſatis patet, qualiter ex mutationibus temporum & ex vaporibus & ex ventis aer putreſcit & corrumpitur. Reſtat etiam modo ſcire, qualiter ex aere corrupto peſtilentia & epidimiæ & infirmitates generantur. Dicit Auicen. 4. canonum tract. 4. in principio, quod aer non putreſcit vllo modo propter ſui ſimplicitatem: immo propter illud quod miſcetur ei de vaporibus malis, qui eis permiſcentur, & accidet corpori qualitas mala. Et quando fit aer ſecundum hunc modum venit ad cor, quare corrumpit complexionem ſpiritus, qui eſt in ipſo & putreſcit, & circundat ipſum de humiditate, & accidit caliditas egreſſa de natura, & ſpargitur in corpore, tunc propter cauſam ſuam erit febris peſtilentialis, & communicat multitudinem horum, qui iterum habēt in ipſis proprietatem præparationis ad eam. hæc ille. Et Galen. 2. de differentiis febrium ca. 10. dicit quod Ariſt. rectè dixit putrefactionem ex calore extraneo fieri. Dicit autem extraneum calorem non innatum neque proprium vniuſcuiuſque eorum, que ſunt natura, calor innatus coquere aptus natus eſt, extraneus vero corrumpere, & putrefacere. Extrorſum autem calor ſuperuenit ſanguini ſecundum æſtus & peſtilentiales conſtitutiones. Et ſimpliciter dicendum omnis febris ab huiuſmodi cauſa generatur. Sed cum in aliqua particula animalis ſanguis amplius coaceruatus ſecundum virtutem eius effectus fuerit cōmunis, maxime cum fuerit obſtructus propter groſsiciem in paruis vaſis, vel obſtructus fuerit propter multitudinem, qualemcumque contingit, id eſt, ſecundum bubones, puſtulas, & ſecūdum phlegmones, & huiuſmodi. In talibus enim diſpoſitionibus ſecundum duplicē cauſam corrūpitur ſanguis, & quia non tranſpiratur, & quia non regitur à natura, quoniā autē & quæ non tranſpirātur, putre fieri apta nata ſunt. Et in eodē li. de differentiis febriū in principio dicit Gal. ꝙ calidioris continētis nos aeris conſtitutiones qualis circa canis ortū fuerit, maximè propter inſpirationem quaſi ipſum cale faciunt cor deforis circū effuſe corpori, & vniuerſum idē calidum oſtēdūt, & maxime arterias vt vtique attrahentes quidē & ſubſtantiæ continētis nos aeris, quibus omnibus diſpoſitis cor neceſſariū eſt, & calidū immoderatè circa ſpeciē primā, & maximè febrilē diſpoſitionē aſſumere & immittere vniuerſo corpori, ſecūdo vero peſtilēs inſpiratio fit maxime cauſa febris. Fit enim quādoq; quidē & ꝓpter eos q̄ in corpore ſunt humores aptos ad putredinē exiſtētes cū occaſionē breuē quandā ex continente accepit aīal. q̄ multū aūt ex reſpiratiōe febris incæperit eo qui in circuitu eſt aera putrida euaporatione cōcauſando. hæc Gal. Et dicit Bernard' de Gord. in li. ſuo q̄ ītitulatur medililiū li. 1. ca. 10. ꝙ licet aer & aqua & corpora ſimplicia nō corrūpātur in naturis ſuis, corrūpuntur tamē ratiōe vaporū corruptorum admixtorū, & iſta corrupta corrūpunt aīalia & ſegetes & fructus, & ſic corrumpūtur corpora humana, q̄a aer corruptus vadit ad cor, & ambit totū corp' & nutritū corp' ex cibis & potib' corruptis, & ſecundū diuerſitatē corporis diuerſę febres generātur, in aliquib' ſanguineę, in aliquibus cholericę, & ita de aliis ſecundū diuerſitatē diſpoſitionū, & aliq nō læduntur, & aliqui nō euadunt, & aliqui moriūtur: cum agat agens ſecundū diſpoſitionē medij, hęc iſte. & ego oſtēdā tibi, qualiter ex aere corrupto generātur morbi peſtilētiales ſecūdū cōmunē opinionē medicorū. Dicūt enim, ꝙ cor cōtinue indiget euētatiōe, ideo trahit aerē ꝑ pulmonē tāq̄ ꝑ inſtrumētū. iſte ergo aer ſic attract' ſiue inſpirat', ingreditur ꝑ cānā pulmonis, & retinetur infra pulmonē ad tꝑs vt de eo recipiat cor ad generationē ſpūs vitales in corpe & pro ſui refrigeratiōe: habet enī cor duas auriculas, vnā dextrā & aliā ſiniſtrā: ꝑ auriculā dextrā recipit cor de aere illo retēto infra pulmonē, & recipitur ille aer infra cor q̄ ex calore cordis alteratur, & ſeparatur ab eo purū ab īpuro: illud aūt qđ eſt impurū ſiue ſuperfluū, expellitur ꝑ eandē viā per

per quam ingrediebatur & immittitur ad pulmonem & euentat ſe cor de illo. Et aliqua etiam pars illius ſuperflui expellitur extra corpus per poros cutis in diuerſis partibus corporis, ſed illa pars illius ſuperflui, quæ iterato mittitur ad pulmonem, expellitur à corpore per eandem partem, per quam ingrediebatur prius aer, ſcilicet, per nares vel per os. De parte autem aeris magis pura, quæ videlicet recipitur infra cor pro ipſius cordis refrigeratione generat corpora media inter ignem, & aerem, & ſunt delatores virtutum animæ à corde per totum corpus, eo quod cor eſt ſedes animæ & principium vitæ, & illi qui ſpiritus vitales mittuntur per auriculam cordis ſiniſtram & per quaſdam arterias ſubtiles ad omnia membra corporum vnà cum ſanguine arteriali, ex quibus prædicta membra corporum viuificantur. Cum autem inſpirauerit homo aerem corruptum, ingreditur ille aer infra cor per modum prædictum, & cor agit, inquantum poteſt in ipſum ad ſeparandum purum ab impuro, & ad generandum ſpiritus vitales ſubtiles & bonos.

Sed quia aer ſic inſpiratus eſt infectus vel corruptus in ſua ſubſtãtia, non poteſt cor de illo aere generare ſpiritus vitales & bonos, ſed generat ſpiritus corruptos: & ſimiliter ſanguis arterialis prædictus efficitur corruptus & impurus. Illi autem ſpiritus corrupti vna cum ſanguine arteriali prædicto mittuntur per prædictam auriculam ſiniſtram cordis & per prædictas arterias ſubtiles ad omnia membra corporis, quæ membra ab ipſis non viuificantur, ſed potius inficiuntur & corrumpuntur, & corrumpitur totum corpus, & ſic generantur prædictæ infirmitates peſtilentiales. Aliquando etiam pars ipſius aeris corrupti non ingreditur infra ſed circundat cor & continetur infra capſulam cordis & inficit cor. Aliquãdo autẽ ille aer receptus infra cor eſt ita corruptus & ita ſpiſſus in ſua ſubſtantia, quod ſtatim ſuffocatur cor & moritur homo ſubito. Et hæc eſt opi. multorum medicorum. Sic ergo patet qualiter epidimiæ & morbi peſtilentiales in corpore humano generantur ex aere corrupto.

Reſtat ergo dicere qui homines maximè patiuntur has infirmitates. Dicit itaque Auic. 4. can. tractatu. 4. in prin. quod morbus peſtilentialis communicat multitudinem hominum qui iterum habent in ſeipſis proprietatem præparationis, id eſt corpora quæ patiuntur à peſtilentia, ſunt corpora non munda: agens enim cum peruenit ad patiens, & non eſt patienti præparatio, non accidit actioni paſſio. Et præparatio corporum ad id quod eſt, de paſſione eſt, vt ſint plena humoribus malis. Nam munda forſitan non patiuntur ab vllo. Et corpora debilia iterum patiuntur ab eo, ſicut iſta quæ multiplicant coitum, & corpora dilatorum pororum humida, & multæ balneationis. hæc Auicẽ. Et huic ſententiæ Auicennæ concordat Haly lib. 5. de regali diſpoſitione. cap. 5. dominus quod oportet ſcire peſtilentiales morbos non accidere hominibus ex aeris tantum corruptione. Sed huiuſmodi accidunt in pluribus his quorum in corporibus mali ſunt humores, & corrupti & congregati & in eis in quibus aer operabitur, & quæ ſuſceptioni ſunt præparata & in eius eſt inficere: aerem etenim malum cum reſpirauerit homo, & cum corpus eius intrauerint ſpiritus & humores alterantur, qui in eo præparati fuerant, in naturam aeris illius velocitatis: propter quod adinuicem in malicia conſimiles ſunt, ſequenturque morbi peſſimi & necantes: corpora vero in quibus ſuperfluitates non ſunt, quorum ſcilicet domui ſuæ ſunt ſtudioſi in cuſtodia ſanitatis quemadmodum expedit illis, remouentur ab infirmitatibus peſtilentialibus, cunque illis nihil eorum accidet hoc eis cumulatum eſt bonum, quod meliores quam ſolebant habent habitudines eorum, etenim complexio aeris complexionem exſuperat mali, eiuſque frangit inimicitias, quod ſi ſic vt fierent: dicimus certe vt homines ea infirmarentur peſte, & perirent in huius tempore. Ait autem Gal. in febrium libro quod impoſſibile eſt aliquam cauſarum in corpore cauſari. Si vero ipſum fuerit apparatum ſuſceptione eorum quæ illa facit in eo cauſa alioquin quodcunque diutius in æſtiuo immoretur Sole aut immoderatæ complexionis laboraret in febricitatem, & in omnes homines in montibus magnis morarentur. Sed maxima morborum prognoſticationis cauſa aptus eſt corporum incomodorum ſuſceptioni: hæc Haly ibidem. Et huic etiam ſententiæ concordat Conſtantinus. 5. panteg. ca. 9. dicens quod citius & facilius corrumpuntur corpora malis humoribus plena, & in hac peſte tantum permanent ſalubria, & ſimiliter permanent ſani quorum complexio contraria eſt complexioni mutati aeris, neque ſolum non creant mutatum aerem, ſed etiam mutantur mutatione eadem. quod ſi non eſſet vbicunque corrumperetur aer infirmarentur & morerentur omnes.

Et dicit Gal. in libr. de febribus, quod ex nulla patitur corpus corruptione niſi corporum materia præparata, & quodam modo ſubiecta ſit corruptibili cauſæ. Nam quidam cum quodam æſtiuo Sole ſine quolibet alio accidente febricitaret, alij eiſdem de cauſis ſimiliter, hæc Conſtantinus.

Et dicit Gal. in libro de differentiis febrium in principio. In eo vero quod hi qui in corpore ſunt humores ex mala diæta apti ſunt ad putredinis principium peſtilentis febris, fortaſſis autem & ſecundum continuitatem ex Aethiopia influxerunt quædam putrida inquinamina apta habentibus corpora lædi ab ipſis futura cauſa eſſe febris. Oportet enim meminiſſe ſuper huiuſmodi hoc toto ſermone quod nulla cauſarum ſiue patientis aptitudine agere apta nata eſt, aut ita vtique, niſi qui in Sole æſtiuo immorarentur febricitarent, & qui amplius mouerentur, aut vinum biberent, aut iraſcerentur, aut triſtaretur in vno vtique vt extimo, & circa cauſas aerum omnes ægrotarent, & in peſtilentiis moreretur. Sed maxima particula generationis ægritudinum eſt paſſibiliter corporũ præparatio: hęc Galenus ibidẽ. Et dicit Petrus Paduanenſis ſuper particula prima problematum Ariſtot. problemate. 7. quod corpora ad ægritudinem peſtilentialem præparata ſunt illa quæ malis vtuntur cibariis, & malo ſe rexerint regimine vt labore multo & coitu & huius diſſoluentibus virtutem, & etiam corpora rara & humida. Sic ergo patet quibus maximè accidunt febres peſtilentiales, & epidimiæ, & huiuſmodi.

Patet ergo per ea quæ dicta ſunt in hoc cap. qua-



Digitized by Google

liter ex corruptione aeris accidunt peſtilentiæ & epidimiæ & infirmitates peſtilentiales, & quando ex quibus mutationibus temporum frequentiſſimè contingunt, & quæ corpora hominum ab eiſdem frequentius, & magis patiuntur. Modo intendo dicere, qualiter corruptio aquarum addit ſuper generationem epidimiarum & morborum, & peſtilentium. Dicit itaque Auicen. 4. canonis tracta tu, 4. in principio quod ſic accidit aeri ſicut quando accidit aquæ de alteratione in qualitate ſua ad calorem ad frigus & de alteratione in natura ſua ad profundationem & putredinem, ſicut profundatur aqua & fœtet & putreſcit iſto modo non propter ſuam ſimplicitatem ſed propter illud quod admiſcetur ei de corporibus terrenis malis, quæ permiſcentur aquæ & accidit toti qualitas mala. Similiter aer non putreſcit vllo modo propter ſui ſimplicitatem, immo propter illud quod admiſcetur ei de vaporibus malis quæ ei permiſcentur & accidit toti qualitas mala: Hæc Auic. Et dicit Ariſt. in libr. de problematibus particula prima problemate. 13. quod aquas permutare morbidum eſt: aerem vero non. & aſſignat cauſam, eo quod aqua ſit nobis velut eſſet nutrimentum: cogit enim per membrum nutrimentum tranſire commiſcendo ipſum & reddens homo genium: facit enim nutriri, & non nutritur vnde habentes nutrimentum iam intra aſſumptum, quo ad digeſtionem primam & ſecundam & vtentes illo quo ad tertiam, faciunt ipſum deſcendere & ſpargi per membra & adhærere mediante aqua: quod de aere non contingit: non enim aſſumitur in ciborum admixtione implens eos per membra. Et dicit commentator ibidem, quod aer cito aduenit ſubintrando, & recedit ſui ſubtilitate. Sed aqua aſſumpta interius diu quieſcit. Item dicit Ariſtot. ibidem quod aquæ multæ ſunt ſpecies, aeris vero non tot, & ideo aquas permutare morbidum eſt. Sed aerem vero non. Sed accidit hic dubium, eo quod prius probatum eſt quod ex mutatione aeris accidũt morbi. Sed prædictus commentator Ariſtot. in fine illius problematis ſoluit hoc dubium, dicens quod indubitanter deterior eſt mutatio ad aerem peſtilentialem in ſubſtantia, & complexione, quàm aquarum: ſubito enim vadẽs aer ad cor interficit, ſicut viſum eſt quãdoque in apertione puteorum, & cauernarum. Sed & ſi nõ ſit peſtilentialis in ſubſtantia & complexione ſi talis mutatio aeris fiat de extremo climatum in extremum, vt ex India in Scotiam, dico tũc huiuſmodi mutationem aeris maximè ſubitam deteriorem eſſe mutatione aquarũ, eo quod ex huiuſmodi mutatione infirmitas aut mors ſemper contingit: aut non fit mutatio aeris tãta, ita quòd ad extremũ clima, ſed partialis & propinqua, vt cum quis ſe trãſfert de vna prouincia in aliã, vt de Picardia in Flãdriam, vbi peſſimę ſunt aquæ. & hoc modo verificatur dictum Ariſt. aut fortaſſe aer magis mutat & alterat ſpiritus ſimilitudine tranſitu facili ad eos: aqua vero humores amplius. Et dicit Auenzoar vbi ſupra, quod non ſunt ægritudines ex parte corruptionis aeris contingentes peiores ægritudinibus contingentibus à parte malarum aquarum niſi in vno tantum, quòd eſt mors ſubitanea, quoniam ſi perueniat ad cor aliquid quod per ſuam complexionem corrumpat, morietur indiuiduum repente. & merito accidit hoc cordi propter eius nobilitatem. Et dixit Gal. quod non morietur animal niſi ſupra cor à motu interrumpatur. Et dicit Ariſtot. quod ipſum eſt magnus princeps in corpore humano, & eſt principium vitæ. Et dicit Gal. quod cor eſt principium motuum localium naturaliũ, & cerebrum eſt principium localium motuum voluntariorum in animali, & omnino cor eſt maximum membrum in conſeruatione vitæ, vnde videmus, Siquis ingrediatur aquam in qua aer non moueatur ſtatim ſyncopizat, & ſi maneret ibidem, ſtatim moreretur, & hoc teſtatur nobis, quod ægritudo à qua cauſatur mors repentina, eſt ab aere, quia poſſibile eſt animal viuere ſine nutrimẽto aliquo tẽpore. Sed ſi priuetur reſpiratione aeris vno momento, ſtatim moritur; hæc Auenzoar. Sic ergo patet, qualiter plus nocet mutatio aeris, & eius corruptio quàm aqua, & qualiter nõ. Corrumpuntur autem aquæ aliquando ex piſcibus mortuis in eis in magna multitudine, & ex arboribus ſiue foliis arborum putrefactis in eis, aut ex hoc quod ſunt ſtagnariæ aquę diu calefactæ à Sole: aut ex hoc quod currunt per loca vbi ſunt minerę, & corpora corrupta & ex multis aliis cauſis prius poſitis corrumpuntur aquæ, Item dicit Ariſtot. vbi ſupra problemate. 24. magis ægritudinalis eſt mutatio aquæ quàm ciborum, & huius cauſam aſſignat ex hoc quod plurimum conſueuimus bibere aquam. in cibis enim exiſtit & pulmẽtis & in potu plurima aqua fit. Et Hippoc. in libro de aere & aqua ponit quæ aquæ ſunt ſanæ, & quæ non, ſed ægritudinales, dicens quod oportet te eſſe attentum circa virtutem aquarum, quæ diuerſæ ſunt in ſapore, & pondere: aqua enim quæ in altis locis ſiue ex puluerulentis exurgit mõticulis, optima eſt & ſaluberima, in hyeme calida, & in æſtate frigida. Similiter quoque & illæ aquę, quę à profundis exurgunt fontibus: quarum etiam melior, quæ ab ortu Solis & maximè æſtiuo velociter decurrit. Alba quippe & perſpicua & ſana atque proculdubio odorifera eſt: quæ vero lenta eſt & currens grauius & turbida eam bibentibus eſt minime iuuatiua, ſed eſt morbida eis, aqua citrina multos morbos efficit. ſ. inflationem ventrium in hyeme, & in æſtate dyſenteriam & lienteriam & longam quartanam. Inuenies etiam quòd hanc aquam bibentes, dolorem pulmonis patiuntur, aliiſque paſſionibus affliguntur. ſenes vero acuta febre & ardente ex ventrum conſtrictione vexantur: mulieribus etiam aperiam de genere albi phlegmatis innaſcuntur: vnde neque concipiunt neque pariunt, niſi cum magna difficultate. Et vbi ſupra verſus finem libri dicit Hyppocras, quod aquæ turbulentæ & ſtagnales & paluſtrales æſtate calidæ ſunt, & groſſi odoris, & auſtrini; propterea quod non currunt ſed ſemper permanent pluuia ſuper eas cadente, atque Solis perpetuo ſplendore comburente. Itaque neceſſario malæ fiunt & morbidæ & choleram rubeam generant: hæ quidem frigidæ ſunt in hyeme, ſunt & congelatę ac turbidę ex niuibus, & earum cõgelationibus: ex quibus infirmitates phlegmaticæ accidunt, & choleram ſunt procreantes, & dolorem oculorum, ſenibus accidit catarrhus ex defectione neruorum & conſumptione: quidã etiã moriuntur. Et vniuerſaliter omnes aquę ſalſæ & amarę inſalubres ſunt.

Sed

Sed illi ciuitati quæ circa Solis ortum ſeptentrionis,ventum ſiccum habet, & aquam etiam ſaporicam habet: hæc Hyppocras. Sic itaque patet quæ aquæ ſunt ſanę,& quæ non,& qualiter aquæ malæ addunt in generatione morborum peſtilentialiũ. Addunt etiam ad morbos eo quod tempore cariſtiæ homines comedunt cibaria mala, quæ huius infirmitates generant. Et nota ſecundum Petrum Paduanenſem vbi ſupra ſuper problemate. 8. Ariſtot. illius particulæ primæ, quòd loca quæ nata ſunt cauſare ægritudines,ſunt loca paludoſa, & ſtagnalia, & huiuſmodi, in quibus aer eſt groſſus & inficiens,& ad ſummum huius ſunt terrę habentes mõtium coopertum ab oriente, & à ſeptentrione & diſcoopertum à meridie. Et ſuper problemate 9. vbi ſupra dicit prædictus Petrus, quòd quandoque tempore calido & humido ſuperuenit tempus frigidum & ſiccum, tunc corpora ſunt nata pati ægritudines contingentes per motum rheumatis. Et ſupra in hoc capi.ſatis patet,quod peſſima corruptio aeris eſt corruptio calidi & humidi.Et Haly libro 6.de regali diſpoſitione.cap.3.dicit, quòd peſtilentiales morbi plurimi fiũt,quãdo autũnus nimiæ ſiccitatis & parum habens pluuiarum ſtatim poſt æſtatem magni caloris, vt ſunt febres cholericæ.Et ſuperius in hoc cap.magis manifeſtat, quãdo contingunt epidimiæ, & peſtilentiales morbi. Per hæc itaque, quæ dicta ſunt in hoc cap. patet qualiter peſtilentia & epidimiæ generantur ex corruptione aeris,& qualiter aer corrumpitur,& quæ addunt in generatione peſtilentiæ, & morborum peſtilentialium. & quæ corpora maximè ab eis patiuntur. Et in quibus temporibus, & in quibus locis peſtilentiales morbi frequentiſſime contingũt. Et finitur hoc capitulum.

*Capitulum ſecundum, Qualiter ſit prognoſticandum de epidimia & peſtilentia & corruptione aeris per orbes magnos & per coniunctiones magnas,& per eclipſes luminarium.*

POſtquam in præcedenti cap.determinatum eſt de generatione peſtilentiæ, & epidimiarum,& corruptione aeris: Reſtat modo ponere regulas particulares, qualiter ſit prognoſticandum de eiſdem, & primo per orbes magnos, & per coniunctiones magnas & per eclipſes luminarium. Pro quo ſciendum eſt,quòd oportet te primo ſcire initium magni orbis, in quo fueris, & extrahere dominium eius iuxta doctrinam ſuperius traditam.

Item oportet te ſimiliter inueſtigare diuiſorem anni tui:& ſignum profectionis orbis magni in quo fueris,ac etiam gradum profectionis, prout ſufficienter dictum eſt ſupra.Habito ergo dominio orbis magni, in quo fueris, inueſtigabis etiam dominium coniunctionis magnæ, & ſimiliter dominium eclipſis. Si aliqua earum habuerit ſignificationem ſuper illo tempore,per quod volueris prognoſticare de peſtilentia, & epidimiis & corruptione aeris.Et nota,quod dominia coniunctionis magnæ & eclipſis luminarium cuiuſcunque ſcire potes per ea quæ tibi dixi in tractatu primo, diſtinctionibus ſecunda & tertia. Dico itaque quòd ſecundum ſententiam. 2. quadriparti. Ptolemæi cap.8.& ſecundũ ſententiam Albuma. c.5. de coniunctionibus magnis differentia prima. Saturnus cum fuerit dominus orbis magni aut alicuius anni, qui fuerit de ſignificatione alicuius coniunctionis magnæ, vel eclipſis præcedentis, & fuerit eius ſignificatio ſuper naturam humanam, longas ſignificabit infirmitates,& chronicas, & phthiſim, & nocumenta quæ proueniunt ex multorum humorum collectionibus, & conſumptionis naturæ,vt ſunt ſecundum Haly fluxus, & fames canina. Exceſſus etiam humorum ſignificabit febres quartanas & paralyſes, & ſecundum Haly rheumata frigida. Et ſecundum Ptolem. & Album. ſignificabit mortalitatem hominum, & maximè ſenum, quorum natura eſt frigida. Et ſi proueniat accidens in beſtiis,quibus vtuntur homines, minuentur & corrumpentur propter infirmitates, quæ ſibi contingent,& ideo ex conſequenti accident hominibus, qui eis vtuntur, tales infirmitates propter malas fumoſitates, & malos vapores de huiuſmodi beſtiarum corporibus reſolutos. Et ſecundum Haly ſunt beſtiæ, quibus homines ſe iuuant,vt equi,aſini,& boues,& huiuſmodi.

Item ſecundum Ptolemæum & Album. vbi ſupra,ſi proueniat huiuſmodi accidens in qualitatibus aeris, erunt magna frigora cum glacie, & nebulæ, & erunt in aere detrimenta & qualitates mortiferæ, vnde proueniet mortalitas. Et dicit Ptolemæus, quod in terrarum fructibus accident diminutiones & detrimenta.Calor enim in eis debilitatur ex Saturno, & maximè accidunt eis detrimenta in his,quibus homines neceſſariò indigent. Erunt autem detrimenta eorum, per vermes qui generantur in oleribus,vel per locuſtas. Et dicit Album. quod maximè erit detrimentum in fructibus, qui traxerint ad aquoſitatẽ. Et dicit Ptolemæus, quòd detrimentum erit in fructibus, ſubmerſionibus, ac magnis pluuiis, ac ex magno frigore,& ſimilibus,ex quibus accidit grãdis peſtilentia,& fames,ſeu cariſtia, cuius occaſione multi homines morientur.

Item ſecundum Ptolemæum & Album. vbi ſupra, Mars eum prædictum dominium obtinuerit, contingit hominibus mors ſubita, & ægritudines febrium tertianarum, & ſputum ſanguinis, & accidet mors feſtina, & maximè his qui ſunt perfectæ ætatis,ſcilicet in fine adoleſcentiæ. Et ſi fuerit ſignificatio Martis ſuper aerem, accident calores magni, & venti calidi, & mortalitates, & tempeſtates quoque, ſcilicet peſtilentiæ, & paucitas pluuiarum, & exſiccabuntur fontes & aquæ potabiles corrumpentur.In rebus autem ad vſum hominum pertinentibus,vt in animalibus, aut terræ naſcentibus accidet damnum magnum valde: eruntque fructuum detrimenta:aut per inflãmationem caumatis,quæ eos comburet, aut propter peſtilentiam locuſtarum,vel quod homines antequã ſe iuuent de illis, cadent propter magnos ventos corrumpentes.Et in Exaffenon dicitur,quòd quando Sol fuerit diſpoſitor alicuius temporis, & per conſequens quando prædictum dominium obtinuerit,erit tempus multæ variationis,& carens ſtabilitate niſi in initio temporis fuerit in angulo aliquo aut in ſuccedẽti.Et ſi fuerit in cadẽti,erũt multę infirmitates& peſtilẽtię,niſi aliunde impediãtur.



Digitized by Google

Item ſecundum Ptolemęū vbi ſupra, Mercurius cum ſolus fuerit diſpoſitionis dominus & p conſe quens ſi pdictum dominium obtinuerit. Si cōmiſceatur cum natura vel ſignificatione alicuius alio rum planetarum generaliter cōcordabit cum natu ra illius planetæ ſiue ſtellæ fixæ, qbus applicat, & ſi nulli applicuerit aſſimilabitur opus ſuum parti ſignorum, in quo eſt: hæc Haly. Et dicit Ptolemæus, ꝙ opus ſuū proprium eſt facere, ęgritudines ſiccas. ſ. febres quottidianas, tuſſes, vomitum, & phthiſim. Nā ſecundum Haly facit ægritudines acutas, quia eſt feſtini motus. Et dicit Ptolemæus, ꝙ cum fuerit eius ſignificatio in aere, facit ventos turbinoſos, & repentinos corrumpentes, vnde facit detrimenta in animalibus, & in vegetabilibus, quibus magis vtuntur homines. Et ſecundum Ptolemęum in terra Mercurius ſignificat deſtructionem fructuum cauſa combuſtionis, & ventorum, & corruptionem eo rum & mortalitatem quoque, & locuſtas.

Ex prædictis patet ergo ꝙ Saturnus Mars Sol & Mercurius ſignificant peſtilentias, & epidimias & varias infirmitates, & corruptionem aeris cum prædictum dominium obtinuerint, & præciſè in regio nibus, ſuper quas habent ſignificationem, & in quibus huiuſmodi accidentia ſolent apparere. Iupiter vero & Venus & Luna cum prædictum dominium obtinent, non ſignificant ſecundum Ptolemæum, nec ſecundum Alb. in locis prædictis huiuſmodi accidentia de naturis ſuis propriis. Sed ſolum cum fuerint naturæ eorum mixtæ cum naturis quorun dam ſignorum & quarundam ſtellarum huiuſmodi ſignificātium, ſed iſti tres planetæ. ſ. Iupiter Venus & Luna potius ſignificant bonam temperantiā aeris, & ſanitatem corporum hominum, & præcipuè Iupiter, eo quòd ipſe inter omnes planetas eſt maximè beniuolus. Dicit enim Iulius Firmicus lib. 2. c. 12. quòd licet beniuola ſit Iouis ſtella, tamen contra impugnantiam Saturni, & Martis, ſi eam violenta radiatione conſtringat, reſiſtere ſola non poſſet: eſſent tamen immortales homines, ſi nunquam ingenituris hominum, benignitas Iouis vinceretur. Sed quia artifex Deus hominem fecit, vt ſubſtantia eius transacto vitæ ſpacio, neceſſe eſt interempto Ioue per quem vitæ confertur omnibus ſalutare præſidium, in extinguendo hominem maliuo larum ſtellarum malitioſa, vel pernitioſa peccans cum augmento malitiæ permaneret, vt cum maliuolis radiationibus compago corporis ſolueretur. hæc Iulius. Et huic ſententiæ concordant ſimiliter Hermes Trimegiſtus li. 4. c. 8. & Marcianus in Aſtro logia ſua. Sic itaque patet quod inter omnes planetas Iupiter maximè ſignificat bonam complexionē aeris, & bonam complexionem corporis hominū, & eorum ſanitatem, & poſt eum Venus, eo quòd ſecundū Aſtrologos illi & ſunt beniuoli. Luna etiam mediocris in bonitate & malitia, & ideo plus ſignificat bonā complexionem aeris, & corporum hominū ſanitatē eius, quā peſtilētiales & epidimias. Sol vero qa vitā vniuerſalē ſignificat: quidā antiqui po ſuerūt ipſum fortunā: ſed ſecūdū Alb. 4. maioris introductorij differētia. 6. intelligendū eſt, cū fuerit eius motus in locis qbuſdā tēperatis, eo ꝙ tū c tem peratur aer & fit bonæ cōplexionis. Sed ſi fuerit eius motus in locis quibuſdā intemperatè calidis, & ſiccis, diſtemperatur aer, & fit nimis calidus, & nimis ſiccus. Et ſi hoc cōtingat in tempore diſcōuenieti, corrumpitur aer penes ſuas qualitates. Patet ergo, ꝙ cum Sol nimium calorem & nimiam ſiccitatem efficit in aere in tempore diſconuenienti huius in qualitatibus cauſat peſtilentiam, & epidimias, & corruptionē aeris. Et hęc eadē cauſant Saturn', Mars, & Mercurius, prout dictū eſt prius. Sed maximè Saturnus & Mars, eo quod ſunt infortunę.

Et dicit Haly de exiſtētia planetarum ſub radiis Solis, ꝙ Saturnus in Ariete ſub radiis Solis facit in hominibus infirmitates ex rheumate. Et ſecundum Alb. 5. de cōiunctionibus magnis differētia prima, Saturnus, cum fuerit in Tauro, pdictum obtinens dominium, ſignificat debilitatem & infirmitatem ſenum. Et dicit Haly vbi ſupra, ꝙ Saturnus in Geminis ſtationarius infirmitates facit. Et ſecundum Alb. vbi ſupra, Saturnus in Cācro pdictum obtinens dominium, ſignificat ęgritudines in hominibus ꝓpter ventoſitates & rheumata, & tuſſes, & pleureſim, & erunt ægritudines ex hominibus ex ſuperfluitate ſanguinis. Et dicit Haly vbi ſupra, Saturnus in Cancro ſtationarius infirmitates diuturnas hominibus inducit. Item ſecundum Alb. vbi ſupra, Saturnus in Leone prædictum obtinens dominiū, ſignificat multas infirmitates in mulieribus, vt febres tertianas, & quotidianas, & mortem earum. Et ſecundum Alb. Si fuerit illic retrogradus, ſignificat corruptionem aeris, & mortalitatem, & vehementiam ventorum calidorum in diebus venenoſis. Et dicit Haly vbi ſupra, Saturnus in Leone ſub radiis in corpore facit multas turbationes ex humiditate, & in aere facit ſiccitatem. Item dicit Haly ibidem, ꝙ Saturnus in Virgine ſub radiis nocēs eſt, & infirmitates īfert, & ſecūdū eū hoc idē facit ſi fue rit illic ſtationarius Saturn'. Et ſecundū Alb. vbi ſu pra Saturn' in Libra pdictū obtinēs dominiū, ſignificat hominibus dolorē cordiū, & vētrium, & ęgritu dines febrium cū inceſſante flatu vētorum calidorum venenoſorum. Et ſi fuerit illic meridionalis, ſignificat morbos, & mortē in hominib'. Et ſi fuerit illic retrogradus ſignificat multas ægritudines hominum, & longas, & pcipuè in oribus, & in auribus cum modica temperātia cōplexionis corporis. Et dicit Haly vbi ſupra, Saturn' in Libra ſub radiis infirmitates oculorū infert: veſpertinus inęqualitatē aeris: ſtationarius & febres quartanas inducit. Et ſecundum Alb. vbi ſupra, Saturnus in Scorpione pdictū obtinēs dominium, ſignificat paucā æqualitatē cōplexionis corporis hominum, & mortē in eis, & pcipuè in iuuenibus, & multiplicabuntur in ſenib' ęgritudines. Itē ſecūdū Alb. in Sagittario pdictū obtinens dominium, ſignificat hominibus bubones cum vehementia dolorū oculorum. Et dicit Haly vbi ſupra, Saturn' in Sagittario ſtationarius infirmitates hominib' facit. Itē ſecūdum Alb. vbi ſupra, Saturn' in Aquario pdictum obtinens dominium, ſignificat mortē in hominib', & multitudinē locuſtarū. Et ſi fuerit in Piſcibus, ſignificat mortem in hominibus. Et ſi fuerit illic retrogradus, ſignificat mortem nobilium. Iupiter vero naturaliter non ſignificat peſtilentiam aeris nec epidimias.

Sed ſecundū Alb. vbi ſupra differētia ſecūda. Iupiter cū predictū dominiū obtinuerit, & fuerit in Ariete, ſignificabit ſanitatem corporum hominū. Sed fortè aliquando ſignificat infirmitates & dolores

lores capitis. Itē ſecundū Alb. vbi ſupra. Iupiter cū fuerit in Tauro prędictum obtinens dominium, ſignificat mortem nobilium, dolores etiā oculorum hominum. Item ſecundū Alb. vbi ſupra. Iupiter in Geminis ꝓdictum obtinens dominiū, ſignificat hominibus multos dolores oculorum, & ꝑcipuè pueris & mulieribus, & multam mortem in eis, & mortem in beſtiis Item ſecundum Alb. vbi ſupra. Iupiter in Cācro ꝓdictum obtinens dominiū ſignificat infirmitates in aurib⁹, & forte ſanabūtur in quarta autumnali. Et dicit Haly vbi ſupra: Iupiter in Virgine matutinus vel orientalis, ſignificat infirmitatē: Stationarius vero, ſanitatem & omne gaudium. Et ſecundum Alb. vbi ſupra. Iupiter in Libra retrogradus ꝓdictum obtinens dominium, ſignificat infirmitates capitis. Et ſi fuerit eius latitudo meridionalis ſignificat multos dolores aduenire hominib⁹, & ꝑcipuè in oculis eorum ex rheumate. Item ſecundum Alb. Iupiter in Sagittario ꝓdictū obtinens dominiū ſignificat multas infirmitates hominū ex dolore capitis, & ꝑcipuè in quarta autumnali, & mortem in beſtiis, & ꝑcipuè in bobus. Item ſecundum Alb. vbi ſupra. Iupiter in Capricorno ꝓdictum obtinens dominium, ſignificat mortem nobilium, & ſanitatem corporum hominum. Et ſecundum Alb. ſi fuerit in Aquario, ſignificat mortem nobilium, ſimiliter & multos dolores hominibus, & ꝑcipuè inuenibus. Et ſi fuerit illic retrogradus, ſignificat ægritudines accidere quibuſdā regibus. Et dicit Haly. Iupiter in Aquario matutinus multam infirmitatē repellit.

Mars vero vt ꝓdictum eſt naturaliter ſignificat peſtilentias, & epidimias. Et ſecundum Alb. vbi ſupra, differ. tertia. Mars in Ariete prædictum dominium obtinens, ſignificat multitudinem dolorum oculorum. Et ſi fuerit in Tauro, ſignificat multos dolores oculorum cum morte mulierum, & mortē boum, & multitudinem ouium. Et ſi fuerit eius latitudo ſeptentrionalis, ſignificat multas infirmitates variolarum. Et ſi fuerit illic retrogradus, ſignificat nocumentum aduenire beſtiis cum morte earum. Et dicit Haly vbi ſupra. Mars in Geminis ſub radiis infirmitates in hominib⁹ ſignificat. Et dicit Alb. vbi ſupra, ſi fuerit illic retrogradus, ſignificat multas ęgritudines variolarum & morbillorum. Item ſecūdum Alb. Mars in Cancro ꝓdictū obtinēs dominiū, ſignificat multitudines, ægritudinum in hominib⁹, vt ſunt pleureſis, & īfirmitates pectorū, febres quotidianæ, & tertianæ, & dolores gutturis. Et ſi fuerit illic retrogradus, ſignificat corruptionem aeris, & vehementiam caloris cum flatu ventorum venenoſorum Et ſi fuerit Mars in Leone, ſignificabit ſecūdum Alb. expanſionem mortis, & ꝑcipuè puerorum cum nimio dolore vētris. Et dicit Haly, ꝙ Mars in Leone ſub radiis infirmitates Imperatorū ſignificat. Et ſtationarius ſignificat etiā infirmitates. Et ſecūdum Alb. vbi ſupra. Mars in Virgine ꝓdictū obtinēs dominiū, ſignificat multos dolores oculorū, & mortē mulierū cum deſtructiōe aeris, & eius ſiccitate. Et dicit Haly, Mars in virgine ſub radiis infirmitates in hominibus facit: veſpertinus facit ſuffocatiōes. Et dicit Alb. Mars in Libra retrogradus ꝓdictū obtinēs dominiū, ſignificat mortē ſubitā quorūdā hominū. Et ſi fuerit in Scorpione, ſignificat multos dolores oculorū in hominibus, & bubones, & ægritudines multas, & ꝑcipuè in iuuenibus, & illud erit in parte ſeptētrionis. Et ſi fuerit illic retrogradus, ſignificat infirmitatē accidere regi, qua appropinquabit perditioni. Et ſecundū Alb. Mars ꝓdictū obtinēs dominiū, cū fuerit in Sagittario, erit mors in parte occidentis. Et dicit Haly, Mars in Sagittario veſpertinus infirmitates & peſtilētias ſignificat. Et ſecundū Alb. Mars in Capricorno ꝓdictū obtinens dominium, ſignificat multam mortem, & multa infortunia in parte meridiei, & præcipuè in iuuenibus. Et ſi fuerit illic retrogradus, ſignificat mortem nobilium. Et ſecundum Alb. Si fuerit Mars in Piſcibus prædictum obtinens dominium, ſignificat febres tertianas, & quotidianas in parte meridiei, & occidentis.

Qualiter autē Sol ſignificat peſtilentiam & epidimias, & corruptionem aeris, dictum eſt prius.

Venus autem prout dictū eſt per ſe & de ſui natura nō ſignificat peſtilentiā, ſed ſolū ꝑaccidens ſ. prout eius natura miſcetur cū natura ſigni, in quo eſt. Vnde ſecundum Alb. vbi ſupra, Venus in Leone ꝓdictum obtinens dominium, ſignificat multas infirmitates per variolā, & calorem aeris. Et ſi fuerit in Virgine retrograda, ſignificat ægritudines mulierū. Et ſi fuerit in Libra, & fuerit eius latitudo meridionalis, ſignificat īfirmitates ex parte morbilli, & ſi ibidē elōgetur lōgitudine ſua lōgiori, ſignificat mortē multorū regū. Itē ſecūdū Alb. cū Ven⁹ fuerit in Capricorno, ꝓdictū obtinēs dominiū, ſignificabit multas mortes, & ſi fuerit in Aquario retrograda, ſignificabit ęgritudines hominū ꝓpter humiditates.

Mercurius vero ꝓdictum obtinens dominiū, ſignificat vtiliter peſtilentias & epidimias & corruptionem, & ꝑcipuè cum fuerit cōmixtus Marti vel Saturno, vel eos aſpiciat amico aſpectu forti. Et ſecundum Alb. 5. de cōiunctionibus magnis differentia quarta. Mercurius in Ariete ꝓdictū obtinens dominium, ſignificat multā mortē mulierū & iuuenū. Et ſi fuerit eius latitudo ſeptentrionalis, ſignificat corruptionē aeris. Et ſi fuerit illic retrogradus, ſignificat infirmitates aduenire ex morbillo, & variolis. Itē ſecundum Alb. vbi ſupra. Mercurius in Tauro ꝓdictū obtinēs dominium, ſignificat multos dolores oculorum in parte oriētis, & multā mortem nobilium. Et ſi fuerit Mercurius in Geminis, ſignificat multas mortalitates hominum cū ægritudinibus morbillorum. Et ſi fuerit in Cancro, ſignificat mortē hominum, & dolores vlcerum & morbillorum. Et cū fuerit in Leone, multas infirmitates ex tuſſi & dolore vētris, & veſicæ cum multa morte, & ꝑciſè in parte occidentis, & cum caſu nobilium. Et cum fuerit in Virgine, & elōgetur ibidē lōgitudine ſua lōgiori à Sole, ſignificat caſum nobiliū, & mortē in hominibus. Et ſi fuerit in Capricorno, & elongetur ibidē à Sole lōgitudine ſua lōgiori à Sole, ſignificat mortalitates, & mortem mulierum nobilium. Et ſi fuerit in Aquario, & elongetur ibidem à Sole lōgitudine ſua longiori à Sole, ſignificat mortalitates, & mortem mulierum nobilium. Et ſi fuerit illic retrogradus ſignificat multas infirmitates aduenire hominibus. & ſi fuerit Mercurius in Piſcibus prædictum obtinens dominium, ſignificat mortem in parte meridiei.

Luna vero, vt prædictū eſt, vniuerſaliter & per ſe non ſignificat accidentia prædicta, ſed ſecundū Albu. vbi ſupra differentia ſexta, Luna in Geminis



Digitized by Google

prædictum obtinens dominium, ſignificat multas mortalitates in hominibus,& ægritudines & bubones.Et ſi fuerit in Libra,ſignificat mortem & triſtitiā,quæ aduenient hominibus.Et ſi fuerit in Scorpione,ſignificat ægritudines & mortalitatem. Et ſi fuerit in Sagittario,ſignificat ægritudines & detrimentum omnium animalium , & præcipuè auium, & ſi fuerit in Aquario,ſignificat mortalitates in hominibus,& multitudinem locuſtarum. Et ſi fuerit Luna in Piſcibus,prædictum obtinens dominium, ſignifiat ægritudines aduenire hominibus , & eos euadere ab eis:hæc Albu.vbi ſupra.

Vlterius reſtat ponere regulas particulares de peſtilentia & epidimiis,& infirmitatibus peſtilentialibus,& corruptione aeris ſumptas ex eleuationibus planetarum ſuper alios in ſignis ſecundum ſententiam Albu.6.de coniunctionibus. Et debes hic ſcire, ſicut in aliis diſtinctionibus præcedentibus, quòd omnes regulæ ſumptæ ex eleuationibus planetarum in ariete ponuntur in differentia prima illius libri ſexti Albu.de coniunctionibus magnis, & regulæ quæ ſumuntur ex eleuationibus planetarum ſuper alios in Tauro,ponuntur in differentia ſecunda illius libri & ſic de aliis, Dicit itaque Alb. vbi ſupra,quòd Saturnus ſuper Iouem in Leone ſignificat mortem inter homines.In Libra vero multas ægritudines ex tuſſibus , & multo labore. In Scorpione mortalitatem hominum , & in Piſcibus mortem in pluribus climatibus ſignificat. Item ſecundum Albu. vbi ſupra, Saturnus ſupra Martem in ariete ſignificat multas ægritudines. In Sagittario vero nimiam mortem in pluribus climatibus ſignificat.Saturnus vero ſuper Solē in Libra ſignificat mortem puerorum.In Scorpione multam mortem in pluribus climatibus. In Sagittario mortem beſtiarum.In Aquario mortem mulierum ſignificat.Saturnus ſuper Venerē in ariete ſignificat mortem in hominibus,Si in Tauro & in Geminis ſignificat mortalitatem mulierum. In Cancro ſignificat multam mortalitatem.In Scorpione magnas ægritudines hominum in pluribus regionibus. In Sagittario mortem mulierum.In Aquario timorē mortis ſuper reges.Et in Piſcibus mortem imprægnatarum ſignificat.Saturnus ſuper Mercurium in Ariete ſignificat multam multitudinem mortalitatis. In Tauro mortem mulierum. In Cancro mortem in pluribus climatibus.In Leone mortem & conſtrictiones in hominibus.In Scorpione mortē in pluribus climatibus.In Sagittario mortem beſtiarum. Et in Aquario multos bubones, & mortem in hominibus ſignificat. Saturnus ſuper Lunam in Cancro ſignificat mortem in hominibus, & in pluribus climatibus , & magnis febribus. Et in Sagittario mortem in beſtiis ſignificat.

Et dicit Albu.vbi ſupra quòd Iupiter ſuper Saturnum in Tauro ſignificat mortem multorū magnatum,& nocumentum in pluribus terris.In Leone mortem regum & magnatum & multorum hominū.In Virgine vero multas infirmitates,& mortem in hominibus ſignificat.

Iupiter vero ſuper Martem in ariete ſignificat multas infirmitates & multos dolores. In Leone mortem inimicorum & principum. In Scorpione mortem filiorum regum.In Sagittario vero mortem plurium nobilium ſignificat.

Iupiter ſuper Solem in Cancro ſignificat nimiā mortem in hominibus.Et in Leone proſperitatem aeris ſignificat.Iupiter ſuper Venerem in Ariete ſignificat multam infortunam & infirmitates & mortem.In Geminis mortem mulierum imprægnatarum.in Capricorno mortem ouium bou & Piſciū & auium paruarum.Et in Piſcibus cōmunem ſalutem ciuium, mortem imprægnatarum mulierum ſignificat.Iupiter ſuper Mercurium in ariete ſignificat mortem militum.In Tauro ſalutem hominum cum generatione nutribilium.In Libra ſalutem in pluribus regionibus, & conſecutiones bonorū ſignificat.Iupiter ſuper Lunam in Tauro ſignificat ſalutem corporum hominum.In Leone proſperitatem aeris ſignificat.

Item ſecundum Albu.vbi ſupra.Mars ſupra Saturnum in ariete ſignificat bonum aerem æſtatis.In Tauro mortalitatem,ſiccitatem & combuſtionem in hominibus. In Geminis multas ægritudines & mortem in eis.in Libra mortem quarundam mulierum regum.In Sagittario multas ægritudines in pluribus climatibus ſignificat.Mars vero ſuper Iouem in ariete ſignificat mortem in hominibus. In Tauro mortem magnatū.In Geminis nimiā mortem in hominibus.In Scorpione mortem in pluribus climatibus.In Sagittario mortem diuitum. Et in Capricorno mortem ouium ſignificat. Mars ſuper Solē in Ariete ſignificat bonam complexionē quartæ æſtiualis. Mars ſuper Venerem in ariete ſignificat mortem,bubones,& multa horribilia, proſperitatem mulierum imprægnatarum cū peſte ex ſiccitate aeris.In Tauro mortem & ægritudines,& mulieres parientes filias.In Geminis & in Cancro mortem imprægnantium.In virgine mortem regū & puerorum.In Scorpione mortem mulierum regum;in Capricorno ſignificat aborſus impregnantium cum euacuatione mulierum,& mortem ouiū. Mars ſuper Mercurium in Geminis & in Libra ſignificat mortem filiorum regū,in Scorpione mortem hominum,& boū:in Sagittario dolores & mortem in hominibus & mortem ouium. Et in Aquario ſignificat mortē in pluribus climatibus. Mars ſuper Lunam in ariete ſignificat mortem nimiā, in Geminis mortem regum. Et in Piſcibus mortem hominum & præcipuè regum ſignificat.

Item ſecundum Alb.vbi ſupra.Sol ſuper Saturnum in Geminis ſignificat temperantiam aeris. in Libra mortem mulierū, In Scorpione bubones & mortem in hominibus,In Capricorno multas infirmitates,& mortem in hominibus ſignificat.Sol ſuper Iouem in ſagittario ſignificat mortem in pluribus climatibus.Sol ſuper Mercurium in Geminis, ſignificat multitudinem ventorum calidorū venenoſorum.In Cancro nimiam mortem hominum & corruptionem fluminum.in Leone nimiam mortē in hominibus.Et in Sagittario mortem regum quarundam ciuitatum,quæ ſunt ſuper littora maris ſignificat.Sol vero ſuper Lunam in Leone rectificationem aeris ſignificat.In Libra bonam complexionem aeris ſignificat.Item ſecundū Albu.vbi ſupra, Venus ſuper Saturnum in virgine ſignificat mortē & ægritudines in hominibus.In Scorpione mortē mulierum. In Sagittario mortem mulierum regū. Et in Aquario ægritudines hominum ex tuſſibus ſignificat. Venus ſuper Iouem in Tauro ſignificat infir



Digitized by Google

infirmitates,in Cancro & in Leone mortem regũ, & magnatum, in Virgine mortem in pluribus regionibus, In Libra multas febres & ægritudines malitioſas,In Scorpione mortem in pluribus climatibus,& in Capricorno peſtilentiã, & caſum in hominibus,& mortem ouium,& in Piſcibus mortem mulierum ſignificat. Venus ſuper Martem in Ariete ſignificat ægritudines & præcipuè febres in omni terra,in Geminis mortem mulierum,in Cãcro mortem Regum & eorum filiorum, in Libra, mortem quarundam mulierum Regum ſignificat: in Scorpione mortem filiorum regum,& in Piſcibus multam mortem in hominibus ſignificat. Venus ſuper Solem in Tauro ſignificat mortem mulierum. Venus ſuper Mercurium in Tauro ſignificat mortem & ſtabilitatem hominum, in Leone multas ægritudines militum,& nobilium ex tuſſibus & ſignificat mortem ex eis.

Item ſecundũ Albumaſar. vbi ſupra,Mercurius ſuper Saturnum in Leone ſignificat mortem hominum,in Scorpione ſignificat bubones, & mortem, & plurima animalia & mortalitatẽ multam, in Capricorno mortem mulierum regum, bubones in quadrupedibus ſignificat, Mercurius ſuper Iouem in Libra ſignificat mortem regum, in Capricorno bubones & mortem animalium. Mercurius ſuper Martem in Ariete ſignificat ęgritudines ex dæmoniis & febribus, & tuſſibus & hæmorrhoidis, in Cancro mortem in hominibus & præcipuè in viris,in Geminis multam mortẽ ouium, ju Cancro mortem hominum,in Sagittario nimiam mortem ciuium occidentis,in Aquario & in Piſcibus multam mortem hominum ſignificat.Mercurius ſuper Solem in Tauro ſignificat mortem mulierum, in Leone mortem in ambulantibus cum multis locuſtis,in Capricorno bubones in quadrupedibus ſigni,Mercurius ſuper Venerem in Geminis ſignificat multam mortẽ imprægnatis. In Cancro mortem & præcipuè imprægnantibus,ophthalmiam & peſtem in hominibus. In Leone mortem in pluribus climatibus,in Sagittario multitudinem infortunij anguſtiæ & mortis. In Capricorno aborſus mulierum & mortem regum ſignificat. Mercurius ſuper Lunam in Leone ſignificat nimiam mortem in hominibus & multas locuſtas.

Item ſecundum Album.vbi ſupra, Luna ſuper Saturnum in Ariete ſignificat mortem in quibuſdã terris,in Cancro & in Tauro,in Leone & Libra aborſus imprægnantium,in Scorpione bubones & mortem in pluribus beſtiis,& in Piſcibus,aborſus imprægnatarum.Luna ſuper Iouem in Ariete ſignificat ægritudines hominum,in Tauro peſtẽ in multis terris ſignificat. Luna ſuper Martem in Sagittario ſignificat multam mortem regum, aborſus imprægnatarum, & mortem boum. in Virgine & in Capricorno aborſus imprægnantium & mortẽ boum ſignificat.Luna ſuper Mercurium in Leone ſignificat mortem hominum,& in Sagittario mortem quorundam regum ciuitatum,quæ ſunt ſuprà littus maris ſignificat. Ex prædictis patet qualiter planetæ ſignificant peſtilentiã & epidimias & corruptionem aëris ſecundum eleuationem quorundam eorum ſuper alios.

Et dicit Albu.3.de coniunctionibus magnis differentia prima,q uando cõiungitur Mercurius Saturno aduenient hominibus mors & fames & aduentus ingentium rerum. Et ſecundum ſententiã Albu.4.de coniunctionibus magnis differentia prima,cum fuerit gradus aſcendentis, ſiue locus alicuius coniunctionis magnæ vel alicuius eclipſis in Ariete,aut cum fuerit Aries ſignũ profectionis orbis magni,aut fuerit in eo gradus profectionis orbis magni,aut peruenerit ibidem directio vel profectio,aut cum fuerit ibidem Almuten,ſiue dominus diſpoſitor alicuius temporum reuolubilium, aduenient infirmitates ſecundum quantitatem annorũ Solis.Itẽ ſecundum Albuma.vbi ſuprà diſ.3. cũ fuerint in Geminis ſignificationes prædictę accidẽt hoībus ęgritudines, dolores capitũ, & mors in animalibus cum flatu ventorum calidorum venenoſorum,& erunt aborſus imprægnantium, & mors in pueris.Item ſecundum Album. vbi ſuprà differentia quarta. Cum fuerint in Cancro ſignificationes,quas prædixi,erunt bubones, & mors in hominibus.Item ſecundum Albuma.vbi ſupra differentia quinta cum fuerint in Leone ſignificationes prædictæ,accident hominibus ægritudines & præcipuè in ſtomacho,& in ore cum aduentu bubonum & multitudine mortis, & corroborabitur & durabit ſuper imprægnantes partes.Item ſecundũ Albumaſar.vbi ſupra differentia octaua,cũ fuerint in Scorpione ſignificationes prædictæ,erũt ægritudines in hominibus,& erit multa mors puerorum & mulierum & quadrupedum,& annus erit proſper imprægnantibus, ſed infortunia multa accident ambulãtibus.Item ſecundum Albuma. vbi ſupra differentia octaua cum fuerint in Sagittario ſignificationes prædictæ,erũt multæ ægritudines, & præcipuè ex ſanguine,& erit dolor imprægnatarum.Item ſecundum Albuma. vbi ſupra differẽtia quinta,cum fuerint in Capricorno ſignificationes quas prædixi,erunt multi bubones.Item ſecũdum Albumaſa.vbi ſupra differẽtia quinta,cum fuerint in Aquario ſignificationes prædictæ,damna & mala,ſcilicet ſiccitates & ægritudines & ſimilia erũt. Item ſecundum Albuma.vbi ſupra diff 12.cum fuerint in ſigno Piſcium,ſignificationes quas prædixi,erunt ægritudines in hominibus,& præcipuè ex vlceribus,& habebunt nocumentum. Et ſecundũ Album.7.de coniunctionibus differentia ſexta. Si fuerit ſignum profectionis orbis magni aut aſcendentis reuolutionis,vel directio,aut locus coniunctionis magnæ vel eclipſis in ſexta domo ab aſcendente,aut ſi aliquis planeta dominator fuerit in eo ſignificat,ꝙ apparebũt in regionib' & ciuitatibus, quarum ſignificationibus ſunt de natura illius ſigni infirmitates multæ, & labores & fatigationes, eo quod ſecundum Albu,6.maioris introductorij dif.26.& ſecundũ Alchabitium in ſuo introducto. dif.1. & ſecundum alios Aſtrologos ſexta domus eſt infirmitatũ,& ſignificat vitæ finẽ, & infirmitatẽ tam ſeparabilem quam inſeparabilem. Item ſecundum Alb.vbi ſupra diff.octaua cum ea quæ prędixi fuerint in octaua domo ſignificat quod apparebunt in regionibus & ciuitatibus,quorum ſignificationes ſunt illius ſigni multæ infirmitates, & mors,eo quod ſecundum Albu. & Alchabitium vbi ſupra,octaua domus eſt domus mortis.Item ſecundum Album.vbi ſup.diff.nona cum ea quæ prædixim' apparuerint in 9.domo,ſignificat quod ap-



Digitized by Google

parebunt in regionibus & ciuitatibus,quæ ſunt de natura illius ſigni infirmitates & mors. Item ſecundum Albu.vbi ſupra diff.12. Cum ea quæ prædixi fuerint in ſecunda domo, apparebunt in regionibus & ciuitatibus,quarum ſignificationes ſunt illius ſigni multæ infirmitates, & debilitates corporum.

Et nota quod omnes regulas prædictas de ſignificationibus planetarum & ſignorum debes ſimiliter obſeruare & in reuolutionibus annorū mundi,& in initiis quartarum anni:cū volueris in eiſdē temporibus de peſtilentia & epidimiis & corruptione aëris prognoſticare.

Et dicit Meſſahalla in epiſtola ſua cap.10. Aſpicias horas coniunctionis Saturni & Iouis ad aſcendens & ad planetas,& ſcias illum qui vincit in figura,qui ſi fuerit malus ſignificat detrimentū,corruptionem & ſiccitatem,famem & guerram. Et ſi Saturnus fuerit fortior Ioue,ſignificat malum. Et ſi fuerit coniunctio eorum in ſignis aëreis, ſignificat ſiccitatem & grauitatem aëris.In aquaticis verò ſignificat multitudinē pluuiarum, & peſtilentias & præcipuè ſi fuerint impediti.

Et Frater qui vocat ſe perſcrutatorem in ſuo tractatu de temperie aëris in concluſione ſua octaua,loquitur de peſtilentia dicens,quod in zodiaco ſunt quædā loca quæ peſtilentias deſignant,& ſunt iſta quatuor,in Tauro & 28.gradu vbi ſunt ſtellæ 7.in latitudine ſeptentrionali.5.gra.& 5.min.Item in Sagittario in 15.gra. vbi eſt ſtella quæ dicitur Sagittarius, cuius latitudo eſt ſeptentrionalis.2.gra. & 5.min.Item in Aquario eſt cauda Capricorni 12. grad.& latitudo meridionalis 2.gra.30.min. Item in Aquario 4.vlt.grad.cum 4.primis grad.Piſcium in quibus eſt caſus aquæ aquarum quæ per 4. ſtellas deſcribitur,cuius latitudo ab 8.gra.in 10.min. vſque ad 10.gra.20.mi.ſeptētrionalis eſt. Iſta ſunt loca,per quæ fiunt peſtilentiæ & mortalitates. Sūt etiā quædā alia loca,per quæ fiunt infirmitates,ſed non ita graues,vt ſunt loca 5.nebularum. Deinde dicit Frater,quod ſic iudicabis. vide quādo eſt coniunctio aliqua trium ſuperiorum in gradu tali, & tunc erit ſignificatio & præcipuè ſi ſit Saturnus cum Ioue,vel omnes tres ſimul:ſimiliter etiā fit in aſpectu eorum vno illic exiſtente. Sed fortiſſimè, quando Saturnus eſt ibi corporaliter, vel fortior aſpicientium,conſimile malum fere facit,quando & ſine aſpectu ſunt omnes tres ſuperiores in talibꝰ gradibus.Sed effectus eorum eſt vtrobiq; fortior quando tardè mouentur in tali gradu, vt quando ſunt retrogradi,& vt ſcias in quo animalis genere erit hoc: vide figuras cæli quæ ſunt in grad.in quo ſunt illi planetæ, & in tali genere erit iſta infirmitas,vt ſi rapax aīal ſit in figura,tunc erit in talibus: ſi communis,in communibus.Et ſi cum ſignis hominum,in hominibus erit. Sed ſcito quod omnes figuræ,quæ ſunt in ſignis,habent naturā quaſi ſubiectam & reducibilem ad naturam ſigni principalis,quod computatur inter 12.ſigna.ad illud ergo oportet reſpicere,Verbi gratia. Cauda Leonis eſt in principio Virginis,ideo ſi ſit planeta vnus ex ſupremis, & alius inferior in loco corruptionis ſaltem infra radios ſuperioris,vt prius dixi,tamē accidet infirmitas in catis,quod aīal eſt domeſticū, & tamen eſt rapax vt,Leo: conſimiliter dico de aliis figuris.Et nota quòd oportet ſcire in omni gr. quæ figura eſt illic,non enim eſt figura extenſa per totum ſignum.oportet etiam videre latitudinem planetarum,& de figuris in parte illa loquitur ſemper.Et ſcito quod mortalitas maximè pertinet ad Saturnum.hæc Frater.

Et Abraam Auēzoar in lib.reuolutionum annorum mundi c.5.dicit quòd in hora coniunctionū Saturni & Iouis aſpice ad diſpoſitionem cuiuſlibet illorum quis fuerit propinquior loco ſuæ augis, aut eius oppoſito in ſuo eccentrico,& in ſuo epicyclo,& vtrum ambo fuerint directi in motu ſuo, aut retrogradi amplius,& cuius latitudo fuerit ſeptentrionalis vel meridiana,& quanta ſit illa.Rurſum conſidera cui ipſorum ſit dignitas in domo,& ſi inueneris quod Saturnus fuerit propinquior augi ſuæ quàm Iupiter,aut latitudo eius fuerit ſeptētrionalis,& Iouis meridiana vel in ecliptica lineā ſit Iupiter, aut latitudo Saturni ſit magis ſeptentrionalis quam Iouis, aut quod ſeptentrionalis Saturni,aut in ecliptica Iouis quidem meridiana,aut vtraque ſit meridionalis latitudo tamē Saturni ſit minor quam Iouis.Rurſum ſi Saturnus ſit in loco in quo habet dignitatem,tunc propter naturā Saturni multiplicabuntur per mundum fames & infirmitatū ſpecies. Et Meſſahala in epiſtola ſua ca. 5.dicit quod cum fuerit cōiunctio Saturni & Martis in ſigno humano,ſignificabit multitudinem infirmitatum.Item Abraam Auenzoar vbi ſuprà cap. 7.dicit quod debemus aſpicere ad locum eclipſis cuiuſque luminarium,& ad locum coniunctionis vel oppoſitionis præcedētis,qui ſi fuerit in aliquo ſignorum,quæ ſunt de figura hominis,& ſint ſtellæ fixæ beneficæ aſpicientes Solem & Lunā in cōiunctione ipſorum,hoc inquam ſignificat ſanitatem in corporibus hominum,& pacem & trāquillitatem inter eos.Sed ſi fuerint ſtellæ maleficæ cum luminaribus,aut aſpicientes ipſa,erit res ecōtrario,ſcilicet ægritudines & interfectiones magnæ erunt per mundum.Si vero fuerit coniunctio in ſignis aqueis,& aſpiciant ipſam infortunæ,erit malum illis,qui vadunt per mare & iis animalibus,quorum natura eſt aquea.Et hoc modo iudicare debes ſuper greges beſtiarum,ſi fuerit coniunctio vel eclipſis in Ariete.Si autem in Tauro,ſuper armēta magnarum beſtiarum.Si in Leone,ſuper ſilueſtres beſtias. Et vbi ſupra in capitulo octauo dicit Abraā, quod Mercurius ſi fuerit in domo alicuius malefici, alterius, & cum maleficis propinquuſque fuerit coniunctioni in hora eclipſis Solis & Lunæ, non erit ita maleficus, vt ipſe eſt, ſtellæ quidem beniuolæ in aſpectu oppoſito in Luna magis valēt quàm coniunctio in hora Solis. Infortuna vero in oppoſitione magis lædit quam in coniunctione,quia in cōiunctione combuſta eſt à Sole.Et ſupra in hoc cap.ſatis patet,qui planetæ ſignificant peſtilentiam & epidimias & corruptionem aëris cum in eclipſi Solis vel Lunæ dominantur.Et ſicut in capite præcedente allegatum eſt ab Alberto libro ſecundo de proprietatibus elementorum tractatu ſecundo capitulo primo, cōiunctio Iouis & Martis in Geminis cum aliis adiuuantibus eo ꝙ ſignum Geminorum eſt triplicitatis aëreæ, faciūt ventos peſtilentes,& aëres corruptos, & peſtilentias.Et cauſam huiꝰ ponit Albertus vbi ſupra. Debes

Digitized by Google

bes etiam hic obſeruare regulas quaſdam,quę ponentur in cap.immediatè ſubſequente concernentes ſignificationes planetarum & ſignorum ad prognoſticandum de peſtilentia & epidimiis & corruptione aëris in initio orbis magni & in coniunctionibus magnis & in eclipſibus luminariū. Qualiter vero prognoſticare debes de peſtilentia & epidimiis & corruptione aëris per eclipſes ſecundū Ptol.& Haly.

*Capitulum tertium, Qualiter ſit prognoſticandum de peſtilentia epidimia & corruptione aeris per reuolutiones annorum,& per introitus quartarum anni.*

REſtat modo determinare de peſtilentia & epidimiis & corruptione aëris per reuolutiones annorum mundi & per introitus quartarum anni, & de annis ſignificantibus peſtes & infirmitates & accidentia prædicta.Sed primo ſciēdum eſt, quòd in tempore vitæ nati ſunt quidam anni infortunati,in quibus infirmitates & multa alia pericula nato contingunt & infortunia,de quibus ad præſens volo facere digreſſionem,& vocantnr anni climacterici ab Aſtrologis.De quibus annis ſatis expreſsè loquitur Iulius Firmicus libr.4.cap. 9. ſic dicēs, ſanè inter cæteros climactericos etiam ſeptenni anni & noni per omne vitæ tempus multiplicata ratione currentes naturali quadam & latenti ratione & variis hominem periculorum diſcriminibus ſemper afficiunt.vnde & 63. annus,quia vtriuſque numeri ſummam pariter excipit audomas appellatus eſt nouies. 7.anni. 63. anni efficiuntur, quia gra.vtriuſque numeri curſus in hoc numero equata ratione concurrit grādis ſemper periculi diſcrimen imponit. Si enim ſeptem & nouem anni, qui hebdomatici à græcis appellantur grauiora pericula hominum ſemper inducunt, quid faciet. Sed annus qui vtriuſque numeri multiplicatam & inuicem ſibi obliquatam perficit ſummam, vt ex cauſa ab Aegyptiis audomadas dictus eſt, qui omnem viri ſubſtantiam frāgat & debilitet. Et dicit Iulius paulo poſt,quòd pericula quæ in his annis contingunt, fiunt aut ex accuſationibus, aut ex inſidiis, aut ex nauigationibus,aut ex itineribus, aut ex dānis & amiſsione patrimonij,aut ex ægritudinibus aut ex rebus venereis, aut ex debilitate corporis, aut ex beſtiis,aut ex ruinis, aut ex aliis periculorū diſcriminibus. Et huic dicto Iulij concordat etiā Aulus Gellius lib.15.noctium Atticarū.c.7.dicens, obſeruatum in multa hominum memoria expertumque eſt à ſenioribus pleriſque omnibus.63. vitæ annum cum periculo & clade aliqua euenire.Et ibidem dicit Aulus Gellius, quòd diuus Auguſtus miſit epiſtolas ad Caium, quòd ipſemet Auguſtus tranſiuit annum vitæ ſuæ,63. & euaſerat annos climactericos & propterea celebrauit annum natiuitatis ſuæ.63. & orauit ,& laudauit deos ſuos. Et alibi vbi ſupra loquitur Aulus Gellius de numero annorum vitæ nouennario & de eius infortuniis. Iſti prædicti anni climacterici & prædictus annus addens ſunt anni infortunij in vita cuiuſcunque nati, & ideo expedit vt quicunque bene ſe præſeruet ab infortuniis annorum prædictorum. Nam infortuna & mala cum præſciuntur,mitius & tolerabilius ſuſtinentur.

Iſti vero anni prædicti nō ſunt ad propoſitum in hac diſtinctione, eo ꝙ infortunia accidentia in eis nō ſunt vniuerſalia : ſed ſolū accidūt in indiuiduo. Et ideo tranſeo ad annos ſignificantes peſtilētiam & epidimias, & corruptionē aëris. Cum ergo volueris prognoſticarē per reuolutiones annorum mundi de peſtilentia, & epidimiis, & corruptione aëris per reuolutiones annorum mundi, & per introitus quartarum anni, oportet te primo inueſtigare dominium anni & quartæ eius. Et ſecundum hoc prognoſticare debes de accidentibus prædictis per totum annum & per totam quartam eius.

Dicit itaque Albu.quarto maioris introductorij. diff.5. Saturnus cum præfuerit anno abſque Martis planetæ vel alicuius alterius planetæ, qui poterit eum impedire facit ſuperfluitatē frigoris in hyeme in vniuerſis regionibus frigidis ſeptemtrionalibus, & peribunt in eis animalia atque ſemina: quod totum grauius in illis regionibus apparebit cum fuerit Saturnus aſcendēs à medio circuli ſuæ augis. In regionibus autem vltra modum calidis.ſ. in regionibus auſtralibus quando Saturnus anno præfuerit minuitur calor aëris, & fit aër temperatus, & confortantur indiuidua animaliū & ſementum,& tēperatur eorum complexio,ꝙ autē melius apparebit , quando Saturnus deſcendens fuerit.

Item dicit Albu. ibidem, quòd Saturnus cum fuerit à ſole in hyeme in quibuſdā complexionibus abſque alterius planetæ ad eos in finibus ſignorum,augebitur in frigore hyemis,& in lōgitudine eius,& forte multiplicabitur in eo flatus ventorū ſeptentrionaliū, qui ſunt nimis frigidi,& erit deſtructio animalium & ſeminum,& maximè in parte ſeptentrionali. Et ſi Saturnus aſcendens fuerit, difficilius apparebit. Et intelligit Album. planetā eſſem à Sole,quando ſoli commiſcetur in ſignificatione,ſiue quando eius natura commiſcetur cū natura Solis, vt patet per proceſſum Albumaſar. vbi ſupra.

Item dicit Albu.ibidem quod Iupiter cum fuerit dominus anni,&ſi Soli ſicut iam dictum eſt,cōmiſceatur,& ſi aliunde nō fuerit impeditus in his, temperabitur aër per calorem & humiditatem creantem & efficientem,& multi venti ſeptentrionales tunc flabunt,qui temperati erunt, & animalia & ſemina confortabuntur.

Item ſecundum Albuma. vbi ſupra. Mars cum præfuerit anno,& fuerit à ſole in æſtate in quibuſdam complexionibus abſque aſpectu Saturni ad eos in fine ſignorum,aut alicuius alterius ſtellæ ſibi contrariæ,calore nimio æſtas abundabit, & diu durabit, & erit nocibilis, & maxime in partibus, quæ ſunt inter motum arietis, & motum cancri: & hoc certius apparebit,ſi Mars aſcendens extiterit, ſol cum præfuerit.

Et in exafenom,c.5. dicitur quòd ſol cum fuerit dominus anni, erit tempus multæ variationis, & carens ſubtilitate, niſi fuerit ſol in angulorum aliquo,aut ſuccedentium, quia reſiduæ quatuor domus ſunt cadentes, nec vnquam fuerit planeta bene fortunatus in eis,nec in principio reuolutionis anni,nec etiam alio tempore. Sed erunt iſto anno infirmitates & peſtilentiæ nocibiles, niſi aliunde impediantur.

Et

Et ſecundum Albu. vbi ſupra, Venus cum præfuerit anno,& prædicto modo Soli fuerit permixta, ſi tunc hyems fuerit, aut ver, temperamentũ, & humectationem adducit. In æſtate autem & in autumno ſiccitatem minuet,& ſic ſanitatem inducet naturaliter.

Item ſecundum Album. Mercurius cum fuerit dominus anni Soli, prout dictum eſt, permixtꝰ nec aliunde impeditus in tempore iſto anni aër multis & diuerſis ventorum corruptionibus corrũpetur, ex ſiccitate ventoſa naſcente.

Et dicit Albu. vbi ſuprà, quòd Luna cũ præfuerit anno, aut in quibuſdam anni tẽporibus Soli per mixta extiterit quatuor quartas anni diſponet ſecundum qualitates quartarum ſuæ luminationis, id eſt primã quartã anni faciet ſolito calidiorẽ, & humidiorem,& hac humiditate fœcũda, & ſerotina, ſecundam quartã faciet calidam & ſiccam notabiliter, tertiam frigidam & ſiccam,& quartã frigidam & humidã. hæc Alb. Et debes hic obſeruare regulas prius poſitas in capite præcedẽte de ſignificationibus planetarũ, cum fuerint domini orbis magni & coniunctionis magnæ, aut eclipſis luminarium.

Dicit Albu. in lib. experimentorum ſuorum capitulo, in quo determinat de dominio anni, quòd cum Saturnus præfuerit anno,& fuerit impeditus, & fuerit cum eo Mercurius, vel aſpexerit eum, particeps quoq; fuerit,& acceperit diſpoſitionem ab eo, morientur animalia in terra occidẽtis. Et ſi fuerit in ſigno quadrupedũ erit mors in huiuſmodi animalibus,& ſic de ſubſtantia alterius ſigni. Si autẽ Saturnus fuerit in Ariete, vel in eius triplicitate nõ aſpiciens aſcendens remotus ab angulo, & retrogradus, ſignificat frigꝰ graue,& mortem aĩalium. Et ſi fuerit in Tauro, vel in eiꝰ triplicitate, & retrogradus vel impeditus ꝑ mortẽ, erit mors in terris, in quorũ ſigno fuerit, aut in 4. aſpectu fuerit, aut in oppoſitiõe eiuſdẽ ſigni. Et ſi Saturnus prꝑfuerit anno, & fuerit in Geminis, aut in eius triplicitate impeditus, & retrogradꝰ, & fuerit remotꝰ ab angulo erunt infirmitates ex ventis,& roribus. Si autẽ fuerit in angulo terræ,& in hac triplicitate, & fuerit dominus anni,& receperit diſpoſitionẽ domini aſcendentis, fueritque ipſe in eodem loco, morientur multi homines in terræmotu.

Item ſecundũ Albu. vbi ſuprà. Saturnus cũ fuerit dominus anni,& fuerit in Ariete, ſignificat repentinam mortem mulierum.& ſi fuerit in Tauro & euenerit eclipſis Lunæ, ſignificat repentinã mortem vaccarũ. Et ſi fuerit in Geminis, ſignificat mortem in viris. Et ſi fuerit in Cãcro, ſignificat tuſsim & dolorem pectorum. Et ſi aſpexerit ibidem Venus,& Mercurius aſcendens anni, erunt dolores in oculis. Et ſi fuerit Saturnus in Leone, & præfuerit anno, ſignificat febres quartanas,& mortem mulierum. Si vero Mercurius fuerit ibidẽ cum Saturno, multiplicabitur peſtilentia in magnatibus,& in nigredine mutabitur color Solis, quia Leo eſt domꝰ eius. Et ſi fuerit Saturnus in Virgine, ſignificat peſtilentiã in hominibus, & maximè in virginibus, & multitudinem infirmitatum & febres. Et ſi aſpexerit eum Sol, aut ſi fuerit commixtus ei, nõ erũt peſtilentiæ. Et ſi fuerit Saturnus in Libra, ſignificat dolorem ventris, & corporum in hominibus. Et ſi commixti fuerint ei Lua,& Iupiter, erit peſtilentia,& mors valida:& ſi fuerit Saturnus in Scorpione, ſignificat deſtructionem & impedimentum in iuuenibus,& abortiuum imprægnantiũ. Et ſi fuerint cõmixti ei Luna,& Mars erit partus cũ timore graui,& forte exibit natus abſciſſus, & erunt in hominibus dolores dorſi & phlegmones in labore graui. Et ſi cõmixta fuerit eis Venus, erunt dolores oculorum. Et ſi fuerit Saturnus in Sagittario, ſignificat peſtilẽtiam in magnatibus & nobilibus. Et ſi ibidem aſpexerit eum Mars, erunt peſtilentiæ & dolores oculorum, ac febres graues. Et ſi fuerit Saturnus in Aquario, multiplicabitur mors in hominibus & vagatio. Si autẽ aſpexerit Iupiter aſcendens domini anni, aut cõmixtus fuerit ei, ſignificat peſtilentas infirmitates. Saturnus cũ fuerit in Piſcibus,& fuerit dominus anni, ſignificat graue frigus & diuerſitatem aëris. Et ſi fuerit Sol & Venus aſpicientes,& Luna longè fuerit à Saturno, erunt infirmitates & dolores oculorum, & multiplicabuntur plagæ in hominibus ſiue accidentia inſeparabilia. Et ſi aſpexerit eum infortuna, erit liberatio de huiuſmodi impedimentis. Si autẽ aſpexerit eum Mercurius, erit grauius.

Item ſecundum Albu. vbi ſupra, Iupiter cũ fuerit dominꝰ anni,& dominus aſcendẽtis liber à malis,& fortunæ aſpexerint eũ, erit annus ſecuritatis & quietis,& omnes res aptæ erunt, & abũdabit in hominibus bonum & ſalus. Et ſi fuerit impeditus, dicit econtra.

Item ſecundum Albu. vbi ſupra, Mars cum fuerit dominus anni,& nõ fuerit impeditus, erũt illo anno peſtilentiæ, & terræmotus: ſed erit hoc modicum.

Item ſecundum Albu. vbi ſupra cum fuerit dominus anni,& fuerit in Geminis, vel in eius triplicitate extra angulum,& fuerit in loco in quo aſpiciat aſcẽdens, ſignificat infirmitates & mortalitates,& grauius in omni terra, in cuius ſigno fuerit ſecundum lumen coniunctionis, vel oppoſitionis, vel quarti aſpectus. Si autem fuerit retrogradus,& fuerit ſignificator, ſignificabit peſtilentiam, quam auertat Deus. Et ſi fuerit in ſignis, & in hac triplicitate,& fuerit cadens,& non aſpiciens aſcendẽs, fueritque directus, impediet homines, & faciet euentus ignium, & omnem infirmitatem calidã ex ſanguine. Si autem fuerit retrogradus, morientur multi homines ex ventis,& infirmitatibus,& ignibus, ſicut dixi. Et ſi fuerit Mars dominus anni, & fuerit in Ariete vel in eius triplicitate in angulo, fueritque directus, erit in hominibus infirmitas calida & ſicca.

Item ſecundum Albu. Mars cũ fuerit dominus anni,& fuerit in Ariete, ſignificat dolores oculorum. Et ſi fuerit in Tauro, mulieres morientur, & vaccæ,& abũdabit dolor, & maximè oculi ſiniſtri. Et ſi fuerit in Geminis, multiplicabuntur dolores auriũ,& puſtularum. Et ſi fuerit in Cancro, abundabit infirmitas febrium, & pectorum,& erunt dolores gutturum, & erit mors in equis,& in omni quadrupede. Et ſi fuerit in Leone, cadet mors in beſtiis, et abundabit mors, & multiplicabitur dolor ventris, et mors puerorum. Et ſi fuerit in Virgine, ſignificat dolores, et abundabit mors in mulieribus. Et ſi fuerit in Libra, in parte meridiei, morta

Digitized by Google

mortalitas peſtilentiæ & tremores. Et ſi fuerit in Scorpione, erunt multi dolores oculorum, & abũdabunt dolores in iuuenibus, & maximè in partibus ſeptẽtrionalibus. Et ſi fuerit in Sagittario, erit ver malum, cadetque mors inter ciues occidẽtes, & abundabit infirmitas & tuſſis grauis, & erũt lumbrici, & dolores oculorũ. Et ſi fuerit in Capricorno, ſignificat mortem, & tribulationem futuram in parte orientis, & abundabit mors in iuuenibus. Et ſi fuerit in Aquario, erit grauitas & tribulatio in hominibus, & mutabitur rex in eodẽ anno, ac morietur. Et ſi fuerit Mars in Piſcibus, & fuerit dominus anni, abundabit mors in parte meridiei. Et ſi aſpexerit Venus aſcendens anni, erunt mors in hominibus, & dolores oculorum.

Et ſecundum Albu. vbi ſupra, Venus cum præfuerit anno, & fuit liber à malis, & impedimentis, erit ſicut prædiximus de Ioue, cum fuerit conſimilis diſpoſitionis, & erit multum gaudium, & maximè in mulieribus. Si vero fuerit Venus, impedita, erit annus pauci boni, & erit terræmotus, & peſtis in diuerſis terris.

Item ſecundum Album. vbi ſupra, cum fuerit Mercurius dominus anni, aut dominus aſcendentis anni, aut fuerit liber à malis, & fortunæ aſpexerint eum, erit ann⁹ aptus pueris & ſapiẽtibus. Et eo melius ſi reſpexerit eum dominus domus ſuæ, et erit ſalus magna. Et ſi aliter fuerit, dicit ecõtrario, & eo grauius. Si verò receperit eum dominus domus ſuæ. Et dicit Albu. vbi ſupra. Mercurius cũ fuerit dominus anni & fuerit in Ariete, ſignificabit mortem puerorum in parte occidentis. Et ſi commixtus fuerit ei Sol, liberabuntur mulieres. Si aũt fuerint ibidẽ Mars, Sol atq; Ven⁹ nõ peribũt mulieres. Et ſi ibidẽ fuerit, multiplicabuntur dolores in oriẽte & ſecundũ Alb. ſi fuerit Mercurius in Tauro, ſignificat dolores oculorũ in parte orientis, & mortem in principibus & magnatibus. Si autem aſpexerit Iupiter, & Venus aſcendens anni repelletur peſtilentia nutu Dei. Si autem aſpexerit Mars aſcendens anni, et Venus fuerit ei commixta, erit mors in vaccis. Et ſi fuerit Mercurius in Geminis, ſignificat mortem in magnatibus: peſtilentiã quoque & mortem in mulieribus, et multitudinem puſtularum ac phlegmonum. Et ſi fuerit Sol, et Iupiter, minuetur peſtilentia & mors, & ſi fuerit Mercurius in Cancro, multiplicabitur infirmitas colli in hominib⁹. Et ſi fuerit Mercurius in Leone, multiplicabuntur dolores oculorum. Et ſi fuerit Mercurius in Virgine, abundabit dolor oculorum & mors. Et ſi fuerit Mercurius in Libra, et appropinquauerit ei Saturnus, ſignificat dolores capitis & vẽtris, & aſpectus Solis hæc repellit. Et ſi fuerit in Scorpione, et aſpexerit eum Mars, peſtilentiæ & febres faciunt homines tremere, & dolor oculorum erit cum rubedine & lippitudine. Et ſi fuerit Mercurius in Libra, & appropinquauerit ei Saturnus, ſignificat dolores capitis & ventris, et aſpectus Solis hæc repellit, & ſi fuerit in Scorpione, et aſpexerit eum Mars, peſtilentiæ & febres faciunt homines tremere, et dolor oculorum erit cum rubedine & lippitudine: & ſi fuerit Mercurius in Aquario, ſignificat pruritum & puſtulas. & ſi coniuncta fuerit ei Venus, multiplicabuntur peſtilentiæ: & hæc omnia erunt ſecundum quantitatem aſpectus planetarum, & ſecundum eorum fortitudinem. Et dicit Albumaſar in libro ſuo de floribus, vbi loquitur de dominio anni, quòd Mercurius in reuolutione anni ſi fuerit in ſigno aëreo, ſignificat corruptionem ventorum cum corruptione aëris: et ſi fuerit in ſigno beſtiali, erit impedimentum in beſtiis, & propriè in his, quibus maximè vtuntur homines de his quæ pertinent ad ipſum ſignum. Sol vero cum fuerit in hora reuolutionis impeditus, accident vniuerſitati vulgi infirmitates, & præcipuè ſi fuerit in ſigno humano.

Item in libro experimentorum dicit Albumaſ. quòd cum fuerint radij Saturni in ſignis primarum coniunctionum, et in aſcẽſionibus earum, aut proiecerit radios ſuos ad ea ex oppoſito, aut ex quarto aſpectu, et ipſe fuerit in reuolutione anni in ſigno aëreo, & impeditus, ſignificat tenebras aëris, & eius corruptionem & flatum ventorum nocibilium. Et vbi ſuprà in ſequenti capitulo dicit Albu. quòd Mars cum fuerit in Geminis, vel in eius triplicitate, & fuerit dominus anni, & non fuerit in angulo, ſed aſpexerit aſcendens, & fuerit directus, ſignificabit infirmitates ex cauſa ventorum, & ſanguinis, & etiam grauitates ſignificabit in regione, quæ fuit eius ſignum. Si autem fuerit retrogradus, ſignificabit peſtilentias, & ſi non aſpexerit aſcendens, & fuerit directus, ſignificabit infirmitates malignas, quæ accident hominibus: et ſi fuerit Mars in Cancro, vel in eius triplicitate, & fuerit dominus anni & directus, erit peſtilentia & mors plurima, & ſuperflua. Si autem non fuerit in angulo, ſed aſpexerit aſcendens, fueritque directus in hoc cauendum eſt loqui de eo: & ſi fuerit retrogradus, ſignificabit fortitudinem illius rei, & eius grauitatem. Si vero non aſpexerit aſcendens, erit hoc ſingulariter in vno loco.

Et ſecundum Albu. in octauo de coniunctionibus magnis differentia prima, & ſecundum Haly Abenragel lib. 8. cap. 1. accidentia vniuerſalia, cuiuſmodi ſunt peſtilentiæ, & epidimiæ, & mortalitates: hæc omnia ſciuntur à loco coniunctionis, vel oppoſitionis immediatè præcedente introitum Solis in Arietem, & ab aſcendente coniunctionis, vel oppoſitionis prædictæ, & ab aſcendente propriorum coniunctionis magnæ planetarum præcedentem reuolutionem anni, & à loco Lunæ in reuolutione anni, & in coniunctione planetarum, & in coniunctione & oppoſitione luminariũ præcedentium introitum prædictum, & ab aſcendente anni, & ab annis coniunctionum maiorum. Vnde ſi hæc omnia fuerint ſalua ab infortuniis, ſalutem ſignificabũt illo anno: & ſi non fuerint ſalua, ſignificant peſtilentias & epidimias in illo anno, & ſi prædicti domini dominorum aſcendentium, aut vnius eorum, & Luna fuerit infortunata, ſed cum infortuniis, & applicantes dominis quartarum domorum, ſignificant multam mortalitatem, & multas epidimias, & peſtes: & ſi non fuerint huiuſmodi approbationes, erunt epidimiæ & peſtes ſine morte, & licet epidimiæ ſint multæ, non erit magna mortalitas, nec erũt epidimiæ particulariter, ſed generaliter. Et ſi omnes ſignificatores prædicti, aut plures eorum applicuerint dominis ſuarũ octa

Digitized by Google

octauarum, ſignificant multam mortem ſubitam abſque infirmitate. Et ſi applicuerint dominis ſextarum ſuarum domorum, erũt multæ infirmitates. Sed ſi domini ſuarum ſextarum domorum applicuerint eis, erunt multæ infirmitates, ſed non longæ. Et ſi infortunator fuerit Mars, & fuerit in ſigno calido orientalis, & appodiatus ſiue fortis, ſignificat infirmitates calidas vt febres, & ſimilia. Sed ſi infortunator fuerit Saturnus, erunt infirmitates longæ, & durabiles, & maximè ſi fuerit tardi motus, & appodiatus in ſignis frigidis, & ſiccis, quia erunt infirmitates de malitia & de manerie paralyſis & dolorum mortalium, & deſtructionis totius corporis, & cuiuſlibet infirmitatis, quæ eſt de natura malitiæ. Et ſecũdum Haly vbi ſupra, quando volueris cognoſcere annos ſignificantes mortalitates, aſpice quando domino anni applicuerit terminus Mercurij, & Mercurius tunc habeat commixtionem cum Saturno, in illo anno erit ſignificatio illa. & illud idem erit quando applicuerit reuolutio alicui domorũ Mercurij, & Mercurius habuerit commixtionem cum Saturno: & hæc Albu. & Haly Abenragel in locis præallegatis. Et dicit Haly Abenragel vbi ſupra capit. 4. quòd ſi Mars fuerit infortunator, id eſt, ſi Mars infortunauerit dominos diſpoſitores, & loca principalia anni. Et ſi ipſe Mars fuerit aſpiciẽs de malo aſpectu, iudica mortalitates interfectiones fluxuum ſanguinis de naribus infirmitates ſanguineas dolores mortales, & res quæ ſunt de natura Martis. Et ſi ille aſpectus fuerit Saturni vice Martis, iudica deſtructiones dolores ventris, & paſſionem iliacam & cholicam. Et paulopoſt dicit Haly, quando acciderit in reuolutione anni quod Saturnus ſit in octaua domo, ſignificat mortem militum regum. Et quando Mars fuerit in ſecunda domo à Sole, ſignificat fortes infirmitates in locis, & in climatibus, in quibus Mars habet dominium, & inſpicies ſimiliter ad Lunã & ad eius ſecundã domũ. Nam ſi ibi fuerit Mars, ſignificat infirmitates in hominibus: & illud ſignum fuerit maſculinũ, damnum erit plus in maſculis: & ſi in fœminis, erit plus in fœminis, Et ſi fuerit Saturnus in octaua domo ab aſcendẽte ſignificat infirmitates populo multas. Et ſi Iupiter fuerit in cauda ſigni, & in malo loco, ſignificat mortem altorum hominum & infirmitates & interfectiones. Et ſi fuerit cõbuſtus, ſignificat deſtructionem iudicum, prælatorum, ac religioſarum domorum. Et vlterius in eodem cap. dicit Haly, aſpice in reuolutione anni mundi octauarum domini à Sole. Et ſi Mars fuerit in ea, magnas interfectiones ſignificat. Et ſi Mars fuerit in 8. domo à Luna, ſignificat interfectiones & infirmitates magnas in hominibus. Et ſi Saturnus fuerit in octaua ab aſcendente, ſignificat infirmitates generales. Et ſi fuerit in ſigno maſculino, accidet hoc magis in hominibus: & ſi fuerit in ſigno fœminino, erit cõtrarium, & ſexta domus in hoc erit ſicut & octaua. Et quãdo Saturnus fuerit infortunatus, damnum erit in rebus pertinentibus naturis ſuis, & Sol eſt anima mundi. vnde quando ipſe dãnatus fuerit, dãnabitur aër: & quãdo Luna fuerit dãnata, damnabutur terræ loca, in quibus fortunæ fuerint, & loca quæ aſpexerint, ſignificant bonum in naturis ſuis. Et loca, in quibus fuerint infortunæ, & quæ aſpiciunt, damnum in naturis ſuis ſignificant. Et ſi aſcendens & eius dominus fuerint damnati, damnum erit in regibus, & in altis hominibus. Et ſi fuerit damnum in ſeptima domo, & in eius domino, erit in hominibus dãnum per infirmitates & dolores. Et quando Mercurius in reuolutione anni iunctus fuerit cum Venere, ſignificat in mulieribus dolores, & triſtitias. Et quando Mars iunctus fuerit Saturno, ſignificat mortem ſenum. Et quando Sol iunctus fuerit cum capite, ſignificat mortem. Et quando Cauda iuncta fuerit cum Sole, ſignificat damnum in herbis, & in aliis vegetabilibus, & peſtilentiam in beſtiis. Et quando Cauda iuncta fuerit cum Venere, ſignificat deſtructionem in mulieribus. Et quando Cauda iuncta fuerit cum Saturno in Sagittario, ſignificat mortem Regis. Et conuenit etiã aſpicere res cæteras, quæ ſunt cuiuſlibet ſigni, quia ſi Mars fuerit infortunatus in oriente, ſignificat damnum in terris, quæ ſunt à parte orientali. Et ſi fuerit infortunatus in occidente, erit damnũ in terris & ciuitatibus, quæ ſunt à parte occidentis. Et ſi fuerit infortunatus in medio cæli, erit dãnum in terra à parte meridiei. Et ſi fuerit infortunatus in medio terræ, erit damnum à parte ſeptentrionis. Et quando in reuolutione anni Mars fuerit in quadratura vel in oppoſito Solis, regibus infirmitates ſignificat. Et ſi Luna fuerit cũ Saturno ſignificat infirmitates azemenas: & ſi Mars fuerit in octaua domo, & in ſigno maſculino, erit mors in maſculis: & coniunctio Iouis cum Marte ſignificat mortem hominis diuitis, & magnæ famæ, & eo fortius, ſi fuerit in ſigno fixo, & terminabitur tempus, in quo erit hoc à domino domus, in qua erit coniunctio, dando cuilibet gradui diem vnum.

Coniunctio Saturni cum Venere, ſignificat mortem mulieris diuitis, & magnæ famæ: & ſi Mercurius fuerit iunctus ei, ſignificat quod eius filius morietur cum ea. Hæc Haly in illo cap. 4.

Item in cap. 5. dicit Haly vbi ſupra, quando Venus & Mars iuncti fuerint in Tauro, erunt multæ epidimiæ, & mortalitates in hominibus & beſtiis: & quando Saturnus, Iupiter & Mars iuncti fuerint ibidem, ſignificant mortalitatem beſtiarum, & accident multæ infirmitates in hominibus de cholera, & multa mortalitas in hominibus & in beſtiis: & quando Iupiter & Mars fuerint in Libra coniuncti, accident mortalitates in hominibus, & præcipuè in mulieribus, & in hominibus iuſtis, & erunt multæ pluuiæ, & nubes, et damnatio magna in aëre: et ſi Scorpio fuerit aſcendens anni, & Saturnus ibi fuerit, & Mars coniunctus cum eo, vel lõgè ab eo, tunc in participatione aſcendentis & Venus fuerit combuſta, & Iupiter retrogradus, iudica omne malum, mortalitates, & infirmitates, & multa mala, quia Scorpius eſt infortuna ſignorum, ſicut eius dominus eſt infortuna planetarum, & morientur homines diuites, & accident omnes dolores, & anxietates in mundo. Et quando Sol, Mars, & Mercurius iunguntur in Capricorno, ſignificãt deſtructionem in regibus occaſione infirmitatum calidarum. Et quando Saturnus, Iupiter, & Mars iuncti fuerint in Piſcibus in reuolutione anni, ſignificant mortem, & multum damnum hominum

altorum

Digitized by Google

alterũ & nobiliũ. Et ſcias ꝙ quando Saturnus & caput Draconis iunguntur in reuolutione anni in ſigno igneo, erit damnum in beſtiis, & ſi in ſigno terreo, erit damnum in arboribus & in ſigno aereo accident in hominibus infirmitates & timores. Et in ſigno aqueo, accidet damnum in aquis, & ſignificat mortalitatem in animalibus aquaticis. Et vlterius vbi ſupra in eodem ca. dicit Haly, quando Venus in reuolutione anni, vt in aliqua quartarum anni fuerit damnata, per retrogradationem, vel per combuſtionem, mortalitatem ſignificat in mulieribus regis aut ſeruis & nutricibus ſuis. Et ſecundum Haly Abenragel vbi ſupra ca. 6. apta dominum coniunctionis vel oppoſitionis, quæ fuerit ante introitum Solis in principium Arietis, & eius angulos, & loca planetarum: & poſtea aſpicias Lunam, quando ſeparatur à coniunctione illa, vel oppoſitione, cui planetarũ applicat.

Et ſi ille planeta fuerit fortuna vel infortuna, fortis vel debilis, & ſecundum hoc iudica de eſſe populi.

Et ſi Luna fuerit firma in angulo, vel in ſuccedẽti, vel in dignitatib. ſuis, ſignificat, ꝙ populus illo anno erit in bono ſtatu, & mutabitur de bono in bonũ. Et ſi ille, cui applicuerit Luna, fuerit Iupiter, habebit populus iuſtitias, ſecuritates, ſalutes, & multos filios, limpiditates, bonos mores, & libertates. Et ſi illa fortuna, cui applicuerit Luna, fuerit Venus habebit populus abundantias, hilaritates, & inouabunt coniugia. Et ſi fuerit ſic, vt ſit Luna cadens, vel extra dignitates ſuas, habendo alias ſignificationes ſuas, habebunt locum, & fortunam, quam diximus, non tamen ꝙ mutentur de immutatione ad fertilitatem, vel de caſu ad fortunam, nec de debilitate ad potentiam.

Et ſi Luna fuerit firma, vt diximus in virtute & ſtatu, & in ſuis dignitatibus, & applicuerit fortunæ in ſuis dignitatibus, exiſtenti tamen cadenti ab angulo, ſignificat ꝙ mutabuntur de fertilitate in bono ſtatu ad aliam fertilitatem, & bonum ſtatum minorem alio. Et ſi infortuna ipſa cadens ab angulo fuerit extranea & debilis: erunt fertilitates & fortunæ, quas opinabantur habere, tamen non complentur: ſed erunt ſani corporibus ſuis, & ab infirmitatibus, & doloribus liberi.

Et ſi Luna fuerit debilis, & peregrina, & applicuerit infortunis, & illæ infortunæ ſint firmæ, ſignificat populo malum ſtatum, caſum, & depreſſionem & debilitatem in ſuis negociis, deſtructionem ſuorum victuum & lucrorum & multas infirmitates in ſuis corporibus. Et ſi illa infortuna, cui applicat Luna, fuerit domina octauæ domus à Luna: vel habuerit aliquam dignitatem appodiatam in octaua domo à Luna, ita ꝙ non ſit dominus eius, mortalitatem multam patientur. Et ſi infortuna fuerit talis maneriei, vt diximus: & dominus octauæ domus à Luna fuerit aſpiciendo Lunam, ſimiliter ſignificat multas mortalitates.

Et ſi illa infortuna, cui applicat Luna fuerit Saturnus, accident eis infirmitates frigidæ de natura Saturni, quæ erunt cauſæ mortis.

Et ſi applicatio vitæ Saturni fuerit ad Martem, erunt infirmitates calidę & ſanguineæ.

Et ſi ſtatus Lunæ & infortunarum fuerit ſicut diximus, vt ſcilicet vna pars fuerit in bonis ſtatibus, & appodiatis, & alia in malis, & debilibus, ſignificat quòd populus mutabitur de malo ad bonum, & econtra ſecundum mutationem, quam diximus de ſtatibus Lunæ, & infortunarum.

Et quando Mars appodiatus fuerit in reuolutione anni, & habuerit partem in anno, & fuerit Retrogradus, vel debilis, ſignificat epidimias, dolores, & infirmitates calidas, & febres acutas.

Et quando Luna fuerit damnata, & infortunata, ſignificat infirmitates multas, & paucas pluuias, & erunt pluuiæ in temporibus non aptis, & damnantibus, & permanebunt in temporibus, in quibus non erunt neceſſariæ.

Et quando Saturnus fuerit dominus anni, & fuerit in Scorpione Retrogradus, ſignificat mortalitates & epidimias ac damna in hominibus, & in aquis, & inſularum gentibus.

Et quando Saturnus fuerit dominus anni, & fuerit impeditus ſiue damnatus, & in malo ſtatu, erunt multa frigora, & infirmitates magnæ, & erunt in hominibus multa damna, & impedimenta, & impedientur ſenes in multis locis terræ, & accident in hominibus terrores: & eo fortius erunt hæ ſignificationes in terris, quæ ſunt de participatione Saturni.

Et quando acciderit vt Sol in reuolutione anni ſit in decima domo, & Mars in aſcendente, accident in initio anni infirmitates.

Et quando Venus fuerit domina anni potens & fortunata, & in bono loco, ſignificat quòd annus erit mulieribus bonus, & erunt mulieres in bono ſtatu & euadent ab infirmitatibus, & imprægnantes leuiter parient, & gaudebunt in maritis & filiis eorum.

Et ſi Venus fuerit debilis, & damnata, ſignificat, quòd annus erit in omni bono mendicus, & retrahentur homines ab hilaritatibus, cum cogitatione, triſtitia, & dolore: & accident epidimiæ, & mulieribus multæ prægnantes morientur de partu in multis locis.

Et quando Luna fuerit domina anni potens, & in loco bono, & ſalua ab infortuniis, homines ſalui erunt, & paucarum infirmitatum, ac habebunt longas vitas.

Et ſi damnata vel infortunata fuerit, ſignificat contrarium: & damnum erit in toto mundo, tamen eius ſignificationes in bono, & in malo magis erunt affixæ in ciuitatibus, quæ fuerint in participatione illius ſigni in quo fuerit Luna infortunata: hæc Haly, vbi ſupra.

Et nota quòd debes obſeruare plures regulas iam recitatas de prædicto capitul. 6. octaui libri Haly Abenragel in duabus diſtinctionibus ſequentibus, cum volueris prognoſticare de cariſtia, & de guerris.

Et Haly in eodem 8. libr. capitul. 7. dicit ſic, quando Saturnus fuerit in aſcendente reuolutionis anni, & reuolutio fuerit diurna, & fuerit ibidem damnatus, & infortunatus, damnum & impedimentum ſignificat in hominibus, & infirmitates de natura Saturni, & eo fortius ſi fuerit in ſignis occidentalib. aut remotus ab aſpectibus fortunarum. Et quando Saturnus fuerit in



Digitized by Google

ſexta domo,& ſignum fuerit humanum,ſignificat infirmitates de natura Saturni melancholicas & caducas, epilepſiam & maniam, lepram, & omnes infirmitates de natura frigida & ſicca. Et ſi ſignum fuerit quadrupedum,erit dãnum in beſtiis,& in omnibus minutis animalib.quæ ſunt de natura illius ſigni:quia ſi ſignum fuerit humanum, morietur ſenes, & ſi.quadrupedis morientur animalia quadrupedia. Iupiter vero cum fuerit in aſcendente reuolutionis, & fuerit fortunatus,& fortis & aſpexerit eum dominus domus ſuæ,habebunt homines illius climatis ſanitatem in ſuis corporibus,& multa gaudia.& ſi fuerit in ſexta domo,& aſpexerit eum dominus domus, & in ſigno humano, erit ſalus in hominibus. Et ſi in ſigno quadrupedis, erit ſalus quadrupedibus & minuetur bonum in hominibus, & ſi fuerit ibidem infortunatus infortunabuntur homines de apoſtematibus & ventoſitatibus & ſimilibus.

Et ſi fuerit Iupiter in octaua domo, & fortunatus, minuetur mors in hominibus. Et ſi fuerit ibidem infortunatus,morientur multi, & hoc erit ſpeciale ſigni in quo fuerit. Mars vero cum fuerit in domo quinta, morientur & prægnantes & accident eis mala & dãna & labores.

Et ſi fuerit Mars in ſexta domo, & ſignum fuerit ſiccum,accident hominibus infirmitates calidæ & ſiccæ.Et ſi fuerit ſignum humidum, erunt infirmitates calidæ & humidæ. Et ſi fuerit ſignum aereum accident hominibus epidimiæ, & mortalitates ſanguineæ,& ventoſæ & ſimilia. Et ſi ſignum fuerit de animalibus minutis accident mortalitates in beſtiis ſiue beſticulis.

Et ſi fuerit Mars in octaua domo,erit multa mortalitas ſubita: & hoc erit ſecundum naturam ſigni in quo erit. Sol vero in reuolutione anni ſi fuerit in quinta domo, damnantur creaturæ in prægnantibus minuuntur, & vix euadet vnquàm aliqua prægnans quin damnetur. Et ſi Sol fuerit in ſexta domo, accident infirmitates, & dolores multi, & maximè in mulieribus in oculis,& morientur beſtiæ,ſi ſignum fuerit quadrupedis.Et ſi fuerit in octaua ſignificat mortem dominus octauæ aſpexerit eum.Et quando Venus fuerit domina anni, & in aſcẽdente reuolutionis,erunt ſalui homines in ſuis corporibus,& habebunt gaudia multa.Et ſi Venus fuerit in reuolutione anni in ſexta domo,& fuerit in ſignis quadrupedis, euadent beſtię ab infirmitatibus & accident infirmitates in mulieribus prænimia comeſtione, & multa damnatione ſtomachi. Et ſi fuerit in quarta, erit mortalitas magna in mulieribus.Et ſi fuerit ibidem damnatus Mercurius, cum fuerit dominus anni in aſcendente reuolutionis, erit pueris bonus annus,& euadent ab omni malo, & habebunt gaudia & lætitiam.Et ſi fuerit Mercurius in quarta domo,accident infirmitates,& dolores,infirmitatibus,& hoc erit ſecundum fortunium & infortunium quod habebit in ſigno,in quo fuerit. Et ſi fuerit in octaua, multi morientur pueri.

Quando autem Luna fuerit domina anni,& in aſcendente reuolutionis,& fuerit ibidem fortunata, erit annus bonus in hominibus in ſuis corporibus.Et ſi fuerit Luna in octaua domo,accidet mortalitas in hominibus.Et ſi fuerit ibidem infortunata,erit res peior. Et ſcias quòd dominus anni quãdo damnatus fuerit, accident eis damna,& ciuitatibus,quæ fuerint in partitione ſigni,in quo fuerit. Et ſi ille planeta fuerit in aſcendẽte,erit hoc in terris orientalibus ab illo ſigno. Et ſi fuerit ibidem in ſeptima erit damnum in ſuis terris occidentalibus. Et ſi fuerit in medio cæli aut in angulo terræ,erit damnum in ſuis terris meridionalibus & ſeptentrionalibus. Et ſi fuerit ille planeta Mars, erit damnum quod accidet in illo climate propter infirmitates calidas, & ſiccas: & ſimiliter erit, ſi ille planeta damnatus fuerit in ſigno calido. tamen ſi fuerit in ſigno frigido,damnum erit per infirmitates frigidas.Et ſi fuerit in ſigno aereo, damnum erit per infirmitates ventoſas.hæc Haly.in illo.ca. 7. Et dicit Haly vbi ſupra cap.8.quando inueneris ſignificationem infirmitatis in genere hominis terminatio membrorum,in quibus erit infirmitas, erit per membra in quibus habuerit illud ſignum dominium in corpore hominis.Et ſecundum Alchabitium in ſuo introductorio differ. prima. & concordant cũ eo alii aſtrologi. Aries habet ex corpore hominis caput & faciem, Taurus collum & guttur, Gemini humeros & brachia & manus, Cancer pectus, cor, ſtomacum,coſtas, ſplen, & pulmonem. Leo ſtomachum,cor,latus & dorſum, Virgo ventrem, & interiora reliqua ſcilicet inteſtina. Libra lumbos, & inferiora dorſi, ventris, vmbilicum, pectus, & verenda. Scorpio, & verenda, teſticulos, & veſicam, anum, & femora, Sagittarius femora, Capricornus genua,& neruos eorum, Aquarius crura, & vſque ad inferiora cauillarum, Et Piſces habent pedes. Et huic ſententiæ concordat Albumazar. 6.maioris introductorij differ.12. Et ſecundum Albuma. ibidem, vnumquodque ſignorum ſignificat infirmitates correſpondentes membris corporis hominis quę ſunt de ſignificatione eiuſdem ſigni. Et ideo dicit Haly vbi ſupra, in illo cap. octauo lib. ſexti. quòd infirmitates que ſunt de ſignificatione alicuius ſigni, erunt in membris corporum hominis, in quibus habuerit illud ſignum, dominium. Et vlterius dicit Haly ibidem. ita iudica detrimentum, & augmentum illius infirmitatis, & finium, in quo ſanabitur ſecundum appodiamenta fortunarum & infortunarum in illo loco. Et ſi anni & menſes,quos terminant fortunæ,& infortunæ, ſint ſecundum annos datos planetis ſecundum fridarias, & planetæ ſimiliter habent partitionem in membris in locis,ad quæ pertinet, ſicut dicetur,ſecundum hæc omnia iudicabis.Dicit itaque Alchabitius in ſuo introductorio.diff.1.cũ eo & concordant alij aſtrologi, quòd in Ariete Saturnus habet pectus, Iupiter ventrem, Mars caput,Sol femora,Venus pedes,Mercurius crura,Luna genua.In Tauro, Saturnus ventrem, Iupiter dorſum,Mars collum,Sol genua, Venus caput, Mercurius pedes,Luna crura. In Geminis Saturnus vẽtrem, Iupiter verenda, & quæ ſuccedunt,Mars pectus, Sol crura & cauillas,Venus collum,Mercurius caput,Luna femora.In Cancro Saturnus virilia & eius ſuccedẽtia,Iupiter femora,Mars pectus,Sol pedes,Venus brachia,& humeros, Mercurius oculos, Luna caput. In Leone Saturnus verenda,& eius ſuccedentia, Iupiter femora & genua, Mars ventrem, Sol caput, Venus cor, Mercurius humeros,& guttur,Luna collum.

In Virgine Saturnus pedes, Iupiter genua, & eius ſuccedentia, Mars ventrem, Sol collum,

Venus

Digitized by Google

Venus ventrem, Mercurius cor, Luna humeros. In libra Saturnus genua, & eorum ſuccedentia, Iupiter oculos, & eorum ſuccedentia, Mars verenda & eorum ſuccedentia, Sol humeros, Venus caput, Mercurius ventrem, Luna cor. In Scorpio. Saturnus cauillas, & eorum ſuccedentia, Iupiter pedes, Mars caput, brachia, & femora, Sol cor, Venus verenda & eorum ſuccedentia, Mercurius dorſum, Luna vẽtrem. in Sagittario Saturnus pedes, Iupiter crura & caput, Mars pedes & manus, Sol ventrem, Venus femora & brachia, Mercurius verenda, & cor, Luna dorſum. In Capricorno Saturnus caput & pedes, Iupiter genua & oculos, Mars crura & humeros, Sol dorſum, Venus femora & cor, Mecurius verẽda, & eorum ſuccedentia, & Venus genua, & eorum ſuccedentia, Mercurius femora & cor, Luna verẽda. Et in Piſcib. Saturnus humeros habet brachia, & collum, Iupiter cor & caput, Mars cauillas, & ventrem, Sol femora & eorũ ſuccedentia, Venus collum & dorſum. Mercurius crura verenda, & Luna femora. Item dicit Alchabitius vbi ſupra, diff. 2. ꝙ Saturnus ſignificat ex membris corporis hominis interiora dextram aurem, ſplen, & ſtomachum, Iupiter hepar & ſtomachum & aurem ſiniſtram, & brachium, vẽtrẽ & etiam inferiora, vmbilicum & inteſtina, Mars fel, renes, & venas, & diſcurſus ſpermatis. Sol faciem & ex viris oculum dextrum, & ex mulieribus ſiniſtrum, cor medullam & femora. Venus aũt ſupra ſpinã dorſi, ſperma, pinguedinem, & carnes, & renes, vuluam, matricem, & vmbilicum: Mercurius femora, vmbilicum, crura, neruos, atque venas. Et Luna ſignificat cerebrum, & pulmonem. Item ſecũdum Alchabitium vbi ſupra, Saturnus ſignificat ex complexionibus corporis hominis melãcholiam, & augmentationem aut diſtillationem eius. Iupiter ſignificat complexionem ſanguineam: Mars choleram, & Luna phlegma. Et dicit Alchabitius ꝙ Saturnus ſignificat de infirmitatibus infirmitates phlegmaticas & melancholicas, acutas, vt lepras & huiuſmodi. Iupiter ſignificat ex infirmitatibus quicquid fuerit ex ſanguine per augmentũ quantitatis, quæ nõ fuerit ſuperflua extra naturam, nec per ſanguinem aduſtum, nec conuertibilem. Mars ſignificat febres calidas, & ſanguineas, & puſtulas ſanguineas, & rubedinẽ corporis cum aſperitate, & fœditate & capitis dolorem. Sol ſignificat infirmitates calidas & ſiccas. Venus vero frigidas & humidas, quæ accidunt propriè, & maximè in membris genitalibus. Mercurius ſignificat infirmitates ſpirituales animæ, ideſt cogitationes horribiles, & inquietudinẽ mentis, atque dubitatiões, & cætera ſimilia. Et Luna ſignificat guttam caducam, & vultus torſionem membrorum cõmotionem, quicquid fuerit in ſimilitudinem frigoris & humiditatis: & qualitatem animi ſecundum complexionem ſuam cum planetis. Hęc autem omnia debes obſeruare in reuolutionibus annorũ mundi: & per iſta debes iuuare te, cum volueris prognoſticare de peſtilentia & epidimiis, & de febribus peſtilentialibus, & aliis infirmitatibus. Et Haly Abenragel. vbi ſupra. ca. 5. quãdo reuolutionem anni facere volueris, conſidera quãdo Sol intrat in primum minutum Arietis, & apta aſcendens illa hora in loco, quo fueris, & apta aſcendens medii mundi, & apta aſcendentia in quolibet climate, & ſuper aſcendentia pro ſingulis villis, quas volueris & apta ſuper planetas, pro illa hora, & conſidera vbi cadet aſcendens cuiuſcũque climatis: quoniam ſcire non poteris accidentia mundi niſi per hanc viã: & forſitan morietur rex vnius climatis, & rex alterius climatis habebit proſperitatem & bonum: & erit fortè bonum, & fortuna in vno climate: & indigentia & fames in alio. hoc totum non potes ſcire, niſi per hãc viam. Et hanc viam Haly debes obſeruare in duabus diſtinctionibus ſequentibus, in quibus dicetur de cariſtia, & guerra. Et dicit Haly Abenragel, vbi ſupra, quando aſcendens anni fuerit Aries, & Mars fuerit in eo, vel bono aſpectu ipſum aſpexerit, & fuerit ſaluus, & lipidus: bonũ & ſaluationem in iſto anno: niſi fuerit in Libra, eo ꝙ tunc dominus aſcẽdentis eſt in loco contrario, & oppoſito aſcendenti. Et ſi fuerit Retrogradus, ſignificat triſtitias, & anxietates in hominibus terrę, cuius illud aſcendens fuerit. Et ſi Saturnus fuerit in aſcẽdente, accident hominibus anxietates, & triſtitiæ ex parte ſui in illo anno. Et ſi tunc fuerit Sol in ſexta domo, habebit rex illo anno triſtitias & infirmitates, & maximè ſi eum aſpexerit dominus octauæ domus, in iſto anno forte morietur. Et ſi Luna tunc fuerit in ſexta domo, habebit rex iſto anno triſtitias & infirmitates, & maximè ſi eum aſpexerit dominus octauæ domus in iſto anno forte morietur. Et ſi Luna tũc fuerit in ſexta domo, accidẽt hominibus infirmitates in oculis. Et ſi fuerit Luna in octaua, ſignificat multam mortalitatem. Et ſi in reuolutione anni Saturnus fuerit in tertia domo accidet hominib⁹ mors in itinere. Et ſi fuerit in quinta, multi moriẽtur homines minuti de populo. Et ſi fuerit in octaua, mortẽ camelorũ ſignificat. Et quãdo Iupiter fuerit in aſcẽdẽte, euadent homines ab omni malo corporali. Et ſi in quinta, ſignificat liberationẽ filiorũ & impręgnãtiũ iſto anno. Et ſi in ſexta, ſignificat febres & infirmitates caniculas. Et ſi in octaua, ſignificat mortes ſubitaneas. Mars vero in ſexta ſignificat vulnera, ſcabies, phleugmones & dolores capitis. Et ſi fuerit in octaua, morientur homines de infirmitatibus calidis & ſanguineis. Venus cum fuerit in ſexta domo, ſignificat infirmitates in naribus & in ſimilibus. Et ſi fuerit in octaua, multi iuuenes morientur. Mercurius cũ fuerit in ſexta domo, ſignificat multas infirmitates in faucibus. Et ſi fuerit in octaua, ſignificatur mors in infantibus, & in aſinis: hæc Haly Abenragel in illo c. 5. Et in ca. 13. dicit Haly, quando fuerit coniunctio magna, ſcilicet in aſcendente vel applicuerit reuolutioni anni ad locum coniunctionis, erunt multæ epidimiæ & mortalitates in corporibus hominum. & hoc erit in primo anno illius coniunctionis, & ſignificat depopulationem terrarum, quæ fuerit in ſignificatione illius ſigni. Et quando fuerit coniunctio in ſecunda domo, ſignificat mortem nobilium hominum. Et in ſexta ſignificat infirmitates multas, & in octaua ſignificat mortalitatem, & hoc quando reuolutio applicuerit ad illum locum. Nam circa apparebit ſignificatio. Et ſcias ꝙ aſcendens & Luna, & eorum domini erunt ſignificatores populi. Vnde quando dominus aſcendentis & Luna fuerit in ſexta aut in octaua domo infortunati, ſignificant mortalitates & infirmitates. Et ſi Mars in reuolutione anni fuerit in Geminis, aut in eius triplicitate, & non in angulo, ſed in loco à quo aſpicit aſcendens, ſignificat fortes infirmitates ventoſitatum & ſanguinum: & hoc fortius, & magis affixum erit in



Digitized by Google

terris,& villis ſignorum,in quibus cadunt lumina ei⁹ de quarto aut de oppoſitione.Et ſi fuerit in hoc ſtatu retrogradus ſignificat epidimiã,& mortem, & infirmitates mortales ſanguineas:& quando Mars fuerit dominus anni,& in Ariete aut in triplicitate ſua, accident hominibus infirmitates calidæ,& ſiccæ.Et quã do Mars fuerit dominus anni & in Tauro, aut in eius triplicitate,& in angulo aut directus ſignificat mortalitatem in animalibus brutis.Et quando Mars fuerit dominus anni & in Cancro,aut triplicitate ſua & in angulorũ aliquo & directus,nõ dando vim ſuã Saturno,in hac triplicitate ſignificat in climate occidentis epidimias, & mortalitates multas , & forte morietur rex illo anno.Et ſi fuerit Retrogradus, erit hoc peius & maius affixum.Et quando Mars fuerit tardi motus & in ſigno fixo,& fuerit in octaua domo, erit mors cõmunis in hominibus, vnde & pauci euadent. Hæc Haly.in iſto ca.13.Et in ca.3.dicit Haly,cum coniungitur Mars cum Ioue in reuolutione anni, ſignificat mortem regis & mortalitatem & epidimias multas, & locuſtas.Et quando coniungitur Mercurius cũ Ioue in reuolutione anni,ſignificat in hominibus peſtilentiam,& mortalitatem,& multas locuſtas. Et quando Luna eclipſat Saturnum in reuolutione anni morietur rex magnus in terra occidentis.Et quando in reuolutione anni Mars fuerit in aldebian , mortalitatẽ ſignificat.Et ca.25.dicit Haly,quando in reuolutione anni inter Venerem & Saturnum fuerit aſpectus de tertio vel de ſexto,accidet dãnũ in filiis & in prægnãtibus, & mulieres habebunt pericula & labores. Et quãdo Luna aſpexerit Saturnum de tertio vel de ſexto mouebitur cholera,& erunt multæ infirmitates.Et quando iungitur Mars cum Ioue,accident peſtilentię & mortalitates in terra climatis,in quo iungentur.Et quando Mercurius iunctus fuerit in ſua ſeparatione à Marte,ſignificat peſtilentiam,& magnum calorem in aere.Et dicit Haly in fine iſtius ca.25. quòd omnes has coniunctiones & applicationes,quas diximus de planetis,& quæ etiam dicentur in duabus diſtinctionibus ſequentibus,quando accident in reuolutione anni,apparebunt & erunt appodiatæ ſignificationes earum.Et quæ accidẽt in temporibus quartarum, apparebunt & tamen non habebunt tam magnum poſſe ſicut in reuolutione,& quando accidunt in aliis tẽporibus,non etiã in reuolutione, nec in quartis anni ſignificatio ſua erit multũ debilis.Et hæc ſunt dicta Haly Abenragel in illo libro ſuo de peſtilẽtia & epidimiis& infirmitatib⁹ peſtilẽtialib⁹,& corruptiõe aeris. Et dicit Albu.ſecundo de cõiunctionibus magnis,differ. 8. ꝙ ſi Mars in reuolutione anni fuerit in Ariete, aut in eius triplicitate,& ipſe fuerit dominus anni directus & in angulo,erũt infirmitates calidæ & ſiccæ. Et ſi fuerit Retrogradus, erit fortius hoc .Et ſi fuerit Saturn⁹ in Tauro, aut in eius triplicitate,& fuerit dominus anni,& Retrogradus,erit mors puerorum ,& iuuenum,& erit vniuerſalius,ſi fuerit in medio cęli. Et ſi fuerit Luna in ſigno tertio ab eo,ſignificat mortem regis,ſi directio teſtificetur illud. Et ſi fuerit Retrogradus & in aliquo aſpectu Martis, erit multitudo mortis,& præcipuè in terris,in quib⁹ eſt ſignificatio. Et ſi fuerit Mars in hac triplicitate,& ipſe fuerit dominus anni directus & in angulo,ſignificat mortem beſtiarũ. Et ſi fuerit Saturnus in Geminis,aut in eius triplicitate,& fuerit dominus anni,& in angulo atque directus,ſignificat multas infirmitates hominum. Et ſi non fuerit dominus anni:ſed fuerit in angulo quarto recipiens diſpoſitionem à dominio , multi homines morientur ex terræmotu.Et ſi fuerit Retrogradus, aduenient infirmitates hominibus ex ventis,& humiditate,& terræmotu.Et ſi fuerit Mars in hac triplicitate dominus anni, & directus ab angulo, & aſpexerit aſpectus , incurrunt homines ægritudines cauſa ventorum & ſanguinis,& fortius in regionibus, quæ ſunt in directo ſigni eius,& quarti & oppoſiti aſpect⁹ eius.Et ſi fuerit ibidem retrogradus,ſignificat peſtilẽtialia apoſtematum.Et ſi non aſpexerit aſcendens, & fuerit directus,ſignificat ęgritudines prouenientes ex cauſa ſanguinis.Et ſi fuerit Saturnus in Cancro, & in eius triplicitate & fuerit dominus anni , & in angulo atque directus,& Mars fuerit cadens ab eo, ſignificat ægritudines aduenientes ciuibus regionis ſigni in directo eius,& in quarta & in oppoſito aſpectu eius.Et ſi fuerit ibidem Retrogradus,erunt multæ mortalitates. Et ſi fuerit Saturnus in 11.domo ab aſcendente reuolutionis,& Retrogradus,& Mars aſpexerit eum, ſignificat mortem & impedimentum his,qui fuerint in regionibus ſigni,quòd fuerit in directo eius , & quarto & oppoſito aſpectu eius.Et ſi fuerit cadẽs ab aſpectu aſcendẽtis directus & Mars cadens ab eo , ſignificat apparitionem boni,& paucitatẽ mali,& multã ſecuritatem:& ſimiliter erit,ſi tranſierit medietatem ſigni, in cuius directo fuerit,niſi forte accidant cum illo ægritudines ciuibus regionum ſigni in directo eius exiſtentis , & euadẽt ab eis.Et ſi fuerit Mars in hac triplicitate dominus anni, & non aſpiciens aſcendens , & fuerit directi curſus,& ſaluus à Saturno, ſignificat debilitatem mali, veruntamen aduenient regionibus, ꝗ ſunt in directo ei⁹ ægritudines curabiles Et ſi fuerit Retrograd⁹,& porrexerit Saturno,& Saturn⁹ fuerit in angulo,erunt ægritudines corrũpentes & mors. Et ſi Saturnus cadat ab eo,accident in regionibus, in cuius directo fuerint,ægritudines ex calore & humiditate,vt puſtulæ & variolæ cũ ægritudinibus ſubſtantiæ illius ſigni aſſimilantibus.hæc Alb.ibidẽ. Et Albu. in li. experimẽtorum dicit,ꝙ cum fuerit dominus aſcendẽtis in reuolutiõe anni impeditus,immittit impedimentũ ſuper homines eodẽ anno ſecundũ ſtatũ ſigni aſcendentis,& maximè in terra quæ eſt eiuſdem ſigni,vt eſt Libra.Et cũ fuerit Venus impedita, patietur terra Librę impedimentum ex ventis & infirmitatibus puſtulis.Et alibi in eodem li.dicit Albu.cũ dominus aſcendentis inimicatur aſcendẽti,hoc eſt ſi in loco inimicitię reſpectu eius,ſignificat impedimentum, & contrarietatem: & ſi fuerit caſus eius in 6. erit in hominibus infirmitas ſecundum ſubſtantiam ſigni, in quo fuerit:hæc Albu.Et dicit Alchindus,& ponitur in fine libri.9.iudicum in illo ca.de annorum peſte et ſalute.Aſcendente anni in primis locato,deinceps aſcendentis aut oppoſitionis, aut conuentus quæ Solis ingreſſum in Arietem pręcedit , ſequatur notitia. Eadem nanque aſcendentia & Luna ab infortunis munda ponantur : non minus conuentus aut oppoſitionis dominus liber conſiſtat : cuius cum fortunatis facta applicatione , aut idem in Solis & Lunæ aut ſaltem illius , qui dominium obtineat, reſpectu , annum ſalubrem & abſque morbo inducit. Aſcendentium item domini & Luna necnon conuentus aut oppoſitionis domini infortunati aut

aut infœlices, aut eorum maxima pars morbi peſtilentiam afferunt. Et ſecundum ipſius corrumpentis modum & aſperitatis, & infortunæ naturam, & locũ in quo fit corruptio, hoc idẽ conſtans eſt accidere, quòd ſi eorum, qui aſcendentibus dominantur, & Lunæ ob ſeruato prædicto infortunio cum ſui octaui domo fiat applicatio, peſtis deſignata multos necabit. Sed cum alias acciderit per paucos affert, quòd ſi multiplex ad ſit morbus, raros tamen opprimit. Amplius duces iſti, aut eorum aliquis ab aduſtione recedens, & cum ſui. 8. domino applicans ſubitũ mortis genus ſed abſque morbo inducit. Si autẽ quilibet eorum dominus cum eo applicet cum ſignificatio morbi iam habeatur, & ipſius naturalis curſus tarditas, morbum multiplicat & diuturnum reddit. Celeritas namque curſus diuturnitatis conſtantiã remouet: quòd ſi à Marte hæc precedat corruptio, acutos generat morbos, & præcipuè ipſius curſus celeritas fortis etiam ipſe & in ſigno calido, & ſicco exiſtens, Saturnus vero corruptor aduenìens morbi cõſtantiam indicat, & præſertim tardus, fortis, & in ſigno frigido, & ſicco collocatus: hæc Alchindus. Et dicit Hermes in li. de floribus, quòd ex cõ iunctione Solis & Martis in ſigno bicorporeo, & in tempore veris fit tenebroſitas aeris & infirmitates frequenter contingunt. Et dicit Meſſahalla in li. de re uolutionibus annorum mundi cap. 7. Aſpice in reuolutione anni. Si commiſerit Sol diſpoſitionẽ ſuam Lunæ, id eſt ſi fuerit reuolutio nocturna: aſpice Lunam, & eius locũ ab aſcendẽte, & ſi contigerit vt ſit domina diſpoſitionis: aſpice dominum domus eius: & aſpectus planetarum ad eam, & dicit ſecundum, quòd videris de aſpectu malorum, & fortunarum & de coniunctione earum & aſpice locum eius à Saturno qualis ſit, vtrum, ſcilicet iungatur ei vel ſeparetur ab eo: aſpice etiam augmentationem vel diminutionem luminis eius: aſpice etiam vtrum eueniat eclipſis eodẽ anno vel non. Poſt hoc aſpice eclipſim Lunæ, & locũ eius, & eclipſim Solis, & locum eius, & aſpectum planetarum ad ea. Et ſcito quòd cum fuerit dominus aſcendentis eodem anno impeditus, immittet detrimẽtum ſuper ruſticos, & grauabitur eorum eſſe ſecundum ſubſtantiam ſigni: vt libra cum fuerit aſcendens anni, & Venus cadens aut retrograda, vel ſub radiis deſtruetur terra libræ, & accident in ea infirmitates & triſtitiæ. Poſt hoc aſpice omni ſigno ſecundum eſſe domini ſui, & locum eius ab eo, & eorum aptatio atque detrimentum erit ſecundum aſpectum. Et loquere ſuper hoc ſecundum quòd videris, deinde aſpice ſecundum ſignum & dominum eius. Deinde. 3. & dominum eius quemadmodum dixi tibi quouſque perficies 12. ſigna. Et aſpicias bene in ſignis angulorum, quia eis eſt fortitudo præ cæteris ſignis. Et vbi ſupra ca. 9. dicit Meſſahalla quòd Mars in reuolutione anni ſi non fuerit in angulo, & aſpexerit aſcendens ſignificat in firmitates ex ventis & ſanguine, & grauius in omnì terra, in cuius ſigno fuerit eius lumen vel oppoſitio, aut quartus aſpectus. Et ſi fuerit retrogradus, ſignificat peſtilentias. Et ſi fuerit in ſigno, quod non aſpicit aſcendens, & fuerit directus, ſignificabit infirmitatem & detrimentum feminum. Et ſi fuerit retrogradus, ſignificabit mortem, & infirmitatem, & ſanguinem. Et ſi fuerit Mars dominus anni, & fuerit in ſignis igneis, fueritque in angulo, & directus, ſignificat infirmitatem calidam & ſiccam. Et vbi ſupra ca. 2. dicit Meſſahalla, quòd cũ fuerint mali ſcilicet Saturnus & Mars in ſignis ad imaginem hominum, & alter malus iunctus fuerit directus, & alter retrogradus, & aſpexerit ſe ex cõiunctione, vel ex oppoſito, vel ex quarto, erũt in hominibus peſtilentiæ. Si vero fuerit vterque retro gradus, erit calidius, atque velocius. Et oportet te aſpicere vtrum ſit aſpectus vel coniunctio ex aliquo angulorum, & ſi ita fuerit, erit fortius. Aſpice item in quali angulo. Et ſi fuerit Saturnus in quarto, vel in medio cæli: & planeta retrogradus qui ei iungitur in ſeptimo, veniet hoc malum ex parte occidentis. Et ſi Saturnus fuerit in occidente, & retrogradus ſi ei iungitur in quarto, tranſibit hoc malum ad occidentem.

Poſt hoc aſpice modum inceptionis ex parte velocioris p'anetæ, qui iungitur ponderoſo: & ſcito quòd perueniet hoc malum ad locũ tardioris ponderoſi: & ſcito quòd retrogradus & iſte qui iungitur, cum fuerit in ſigno communi, erit mors ex bello: & in fixis & im mobilibus erit ſecundum quòd eſt fortior malorũ in locis ſuis. Et ſi fuerit fortior Mars erit ex bello vel ex infirmitate calida. Et ſi fuerit Saturnus fortior erit mors ex infirmitate quę eſt de natura Saturni, & com miſce fortitudinem Martis. Et ſi fuerit quod dixerim⁹ extra angulũ, erit homo modicum, & poſtea ſoluetur.

Et vbi ſupra, cap. 3. dicit Meſſahalla quòd cum infortunæ fuerint receptæ in locis eorum, erit minus impedimentum. Et ſi fuerit infirmitas eodem anno, non morientur niſi pauci. Et vbi ſupra cap. 7. dicit, quòd cum fuerit Saturnus in aſcendẽte anni, ſignificat mortem, & infirmitates nocibiles. Et vbi ſupra ca. 9. dicit, quòd cum fuerit Saturnus in aſcendente anni ſignificat mortem & infirmitates nocibiles. Et vbi ſupra cap. 9. dicit quòd dominus aſcendentis eſt ſub radiis, ſi non fuerit combuſtio in angulo quarto, cadet mors in homines, & ſi fuerit ſignum maſculinum, erit in maſculinis, & ſi fœmininum, erit in mulieribus. Et ſi fuerit dominus aſcendentis Mercurius, erit in pueris. Et ſi fuerit Venus aut Luna, erit in mulieribus. Et ſi fuerit Iupiter, aut Saturnus, erit in mulieribus, & Sol & Mars ſignificãt iuuenes. Et ſi fuerit orietalis, erit in iuuenib. & ſi occidentalis, erit in ſenibus. Et ſi fuerit Saturnus dominus anni & fuerit in ſignis terreis retrogradus, vel remotus ab angulo, & aſpiciens aſcendens, moriẽtur iuuenes. Et ſi fuerit Saturnus domin⁹ anni, & in triplicitate aerea, & fuerit in aſcendente, accidet ruſticis infirmitas, & ſi fuerit retrogradus, & remotus, ſignificat infirmitatem. Et ſi fuerit cadens non aſpiciens aſcendens, ſed directus, erit infirmitas. Et ſi fuerit retrogradus, & remotus, ſignificat infirmitatem. Et ſi fuerit Saturnus in ſignis aquaticis, & fuerit dominus anni cadens, non aſpiciens aſcendens, ſignificat infirmitates ſui ſigni. hæc Meſſahalla.

Et dicit Albu. in lib. de floribus, cap. de ſententia bellorum, quòd multitudo mortis & peſtilentiæ ſcitur ex aſcenſione alicuius principiorum aliorũ, vt eſt ſignum coniunctionis præcedentis, que ſignificant ſectam. Nam ſi hæc, & domini eius fuerit impedita, erit peſtilentia ſuperflua & mors valida. Et ſi quædam eorum ſalua fuerit, & quædam impedita, erit peſtilentia & mors ſecundum quantitatem illius: hæc Albumaſar ibidem. Et dicit in lib. experimentorum, cum fuerit ſignificator in reuolutione cum domino anni pacificat⁹, erit bonũ in eodẽ anno. Et ſi fuerit pacificat⁹ cũ dño profectiõis quartæ, erit bonũ in eadẽ quarta. Et cũ fue-



Digitized by Google

rit pacificatus cum domino menſis, erit bonum in eodem menſe. Et ſi fuerit pacificatus cum domino profectionis finis menſis, erit bonũ in fine menſis. Et ſi cũ domino diei vel horæ, erit bonũ illo die & illa hora. Et ſi fuerit initio ſigni erit in prima hora. Si vero in fine ſigni erit in vltima hora. Et cũ fuerit aliquis malorũ in reuolutione anni in ſigno ex ſignis humanis, & iũcti fuerint ei vtrique mali, & ipſe fuerit retrogradus aut directus ex coniunctione vel quarto aſpectu vel oppoſitiõe, erit in hominibus finis & mortalitas. Et ſi fuerit directus, erit velocius. Et ſi fuerit retrogradus, erit tardius, & ſecundum hoc ſi fuerit coniunctio hoc modo ex angulo erit grauius: quòd ſi fuerit planeta aſpiciens in aſcendente, & retrogradus qui iungitur ei in medio cæli, erit malum vniuerſale hominibus, & erit radix eius ex parte orientis, & erit in hominibus grauis mortalitas. Et ſi fuerit malus aſpiciens de medio cæli, & retrogradus, qui iungitur ei in quarto, erit radix ex parte occidentis, & nigrorum, & magnificabitur rex in eodem, & abundabit, & grauabit, & deſtruetur. Et ſi fuerit malus reſpiciens in occidente, & retrogradus, qui iungitur in quarto ei erit initium rei, vndecunque fuerit quouſque perueniat ad occidẽtem, & modus quo erit initium ex parte velocioris in malo, erit ex duobus malis, & qui iungitur ei. Scito ergo quò peruenerit malum ex loco tardi, & ponderoſi, & ſi fuerit retrogradus, ac qui iungitur per aſpectum in ſigno communi, erit finis ex morte aut interfectione. Et ſi fuerit in mobili ſigno, aut fixo, ſignificat illud qđ ſignificat fortior malus in loco ſuo. Si fuerit Mars fortior, erit interfectio aliqua aut omnis infirmitas calida. Et ſi fuerit Saturnus fortior, erit mors & omnis infirmitas, quę fuerit ex genere Saturni, & præcipuè ſi cõmiſceatur ei fortitudo Martis. Si autem fuerit hoc quod dixi extra angulum, erit hoc modicũ, & poſtea ſoluetur nutu dei. Malum vero & deſtructio erit in parte, in qua fuerit malus, & impediens. Scito ergo, quid ſit in ſigno in quo fuerit ex ciuitatib⁹, & prouinciis: hæc Albuma. ibidem. Et alibi in eo. lib. dicit, duo mali cum vnus eorum alteri iunctus fuerit in ſigno humano, ex quarto vel oppoſitione, aut ex coniunctione & fuerit vnus diurnus, & ali⁹ nocturnus, & fuerint recepti, erit minus impedimentum eorum, & qui infirmat⁹ fuerit illo anno, ſperabitur ei ſanitas præter medicos Qui ſi ſignificauerit interfectionem, & fuerit in tali figura, erunt puſtulæ, & minus erit mors atque interfectio. Et alibi in eodem libro dicit Albuma. Quando Sol impedierit per combuſtionem ſuam, ſignificat cõbuſtionem, & exulationem in regionibus Saturnus cum impedierit, ſignificat dolores longinquos & mortem. Et Mars cum impedierit ſignificat interfectionẽ & fugam. Et alibi in eodem libro dicit, Saturnus cum præualuerit in reuolutione anni ſolus ſuper ſignum aliquod regionis, & abſentes ab eo fuerint fortunæ, ſignificat interitum & impedimentum ex aqua, & timorem & infirmitatem & mortem in terra eiuſdem ſigni. Et ſi commixtus fuerit ei Mars, erunt multitudines febrium in parte orientis. Et erunt multæ febres quartanæ, & peſtilentiæ. Et ſi fuerit Venus prope aſcẽdens anni, multi dolores oculorum, & accidentia inſeparabilia erunt. Si aũt commixti fuerint Iupiter & Venus repellent illud malum, & modicum illud reddent, leuémque facient rem in omni hoc & prohibebunt, & proprie Iupiter impedimentum Saturni & Martis prohibebit nutu dei. Et vbi ſupra in fine libri dicit Albuma. quòd Saturnus cum fuerit in Scorpione, & in medio cæli, & aſcendens fuerit Aquarius, & ipſe Saturnus fuerit dominus anni, & fuerit retrogradus, ſignificat effuſionem ſanguinis & peſtilentias. Si autem coniuncti fuerint ei fortunæ, & maximè ab abſente extinguent hoc, & peribunt illa, prohibebũtque malignitatem ſiue impedimẽtum nutu dei: hæc Albu. Et dicit Alchindus in epiſtola ſua cap. penultimo. Cõſidera Martem in reuolutione anni ſi fuerit in aliquo angulorum, & præcipuè in medio cæli, & in ſignis aeris. Et ſi inueſtiuerit Mercurium, ſignificat multam corruptionem aeris, & locuſtas. Et dicit Abraham Auenzoar Iudæus in libro ſuo de reuolutionibus & coniunctionibus annorum cap. 9. quòd ſi alter maleficorum fuerit in vno angulo in reuolutione anni, & in ſigno terræ tuæ, erit hæc mala ſignificatio terræ tuæ. Conſimiliter quoque iudicare debes, ſi fuerit in ſigno ſuccedente: ſignificat enim hoc malum hominibus in corporibus ſuis. Et ſi fuerit in domo. 10. ſignificat malum euenire regi. Et ſi in alio, eueniet malum incolis terræ illius. Et ſi fuerit ſtella benefica in vno angulorũ, iudica bonum. Si autem fuerit in angulis beneficus, & maleficus, conſidera quis eorum fortior, & fortitudo manifeſtabit magis. Et vbi ſupra capitu. 5. dicit Abraham quòd ſemper reſpicere debes in reuolutione anni mundi ad Lunam. Ipſa namque ſignificat ſuper omnem hominem. Si ergo fuerit in principio anni cum planeta benefico, aut in aſpectu bono ab eo hoc ſignificat ſuper ſanitatem corporum hominum. Et ſi fuerit econtra cum malis ſignificat contrarium. Et ſi fuerit cum Marte, & Mars fuerit in ſigno aqueo, hoc ſignificat ſuper gradum peſtilentiæ & diſſipantem. Et ſi Mars fuerit in Virgine, vel in Capricorno, vel in ſignis aeris, hoc ſignificat malum quod eueniet in mundo per locuſtas, & bruchos, & corruptionem aeris. Et vbi ſupra, capitul. 10. dicit Abraham quòd Meſſahalla ait, ſemper conſiderandum eſſe in principio anni ad locum Lunæ in hora, qua ſeparatur à coniunctione Solis, ſiue oppoſitione quæcunque earum fuerit ante introitum Solis in Arietem. Et ſi ipſa ſe coniungat etiã cum ſtella malefica, aut malus cum ipſa aſpectum habeat, hoc ſignificat malum in mundo. Et ſi acciderit econtra, hoc ſignificabit ſuper bonum. Et Saturnus ſignificat infirmitates, & rancores proculdubio eueniẽtes. Iupiter ſignificat pacem, & tranquillitatem, & ſalutem. Mars ſignificat bella, & motus de loco ad locum, & mortalitatem. Venus ſignificat augmentum delectationis, & concupiſcentiæ, & ſalutis per mundum, & magis in quocunque loco, in quo dominium habuerit illud ſignum, in quo Venus fuerit. Et Mercurius ſignificat ſimiliter inquiſitionem ſcientiæ, & officia ſcribarum, & ſapientum, & artem mercatorum. Et dicit Meſſahalla in epiſtola ſua de coniunctionibus & de annorum reuolutionibus capit. 4. ſic apta aſcendẽs hora introitus Solis in primum punctum Arietis, æquabis planetas in eadem hora, & ſcito ipſum qui habuerit dominium ſuper ipſam figuram. Si enim fuerit ille, qui præfuerit fortuna, erit mũdus aptus & bonus. Si vero fuerit malus aut impeditus, erit mundus corruptus. Similiter facit in quartis anni, & in menſibus anni. Et ſi plures planetæ coniuncti fuerint in reuolutione anni in ſignis igneis, ſignificant multitudinem deſtructionis, & famis præ ſiccitate & calore. Et in

aereis,

aereis multitudinē ventorū & corruptionē aeris. & ſimiliter erit in quartis anni. Et ſi fuerit Mars dominus quartæ ęſtatis, & fuerit in ſeptima domo Mercurii, ſignificat multitudinem pluuiarum & peſtilentias. Et ſcito quòd fames & huiuſmodi grauitates non erunt niſi ex cōiunctione planetarum in ſignis igneis. Et in ca. ſexto dicit Meſſahalla, ꝙ ſi iuncti fuerint planetæ in ſignis aquaticis, ſignificant multitudinem pluuiarum & corruptionem aeris. Et præcipue ſi planetæ ponderoſi in eiſdem ſignis fuerint coniuncti. Et vbi ſupra cap. 8. dicit Meſſahalla, ꝙ coniunctio planetarum ſignificat res maiores & euetus fortiores, hoc eſt vt aſpicias in reuolutione anni, dum cōiuncti fuerint planetę ſuperiores & inferiores, quia hi ſignificāt fortunam, & euētus bonorum. & hoc eſt, cū vicerint in fine cōiunctionis fortunæ. Si autem mali vicerint, ſignificat impedimentum, & euentus malorum. Et ſcito ſigna, ſi coniuncti fuerint in aliquo eorum mali planetæ ſignificant multitudinē corruptionis in ſubſtātia eiuſdem ſigni, hoc eſt ſi fuerit coniunctio in ſignis aquaticis, ſignificat corruptionem ex pluuia, & ſimiliter ex cęteris ſignis. ſi aūt coniuncti fuerint in ſignis fœmineis, ſignificant peſtilentias & mortes in fœmineis animalibus. & ſimiliter erit variatio in maſculis. Et ſcito ꝙ cōiunctiones planetarum & eclipſes luminarium cum fuerint in ſignis fixis ſignificant ſtabilitatem mali, & eius corruptionem, cum fuerint in ſignis mobilibus, ſignificāt paucitatē ſtabilitatis mali & eius corruptionem, & in ſignis communibus, ſignificant mediocritatem in malo, & ſimiliter dicit in bono: hæc Meſſahalla Et debes obſeruare hanc regulā vltimam in omnibus aliis diſtinctionibus huius ſecūdi libri: & pręcipue in duabus ſequentibus. Et ſecundum Ioannem Hiſpalenſem in ſuo quadripartito parte prima in omni reuolutione anni mundi ſic iudicabis in cōiunctione vel oppoſitione præcedente Solis ingreſſum in Arietem, inuenias ſignum aſcendens in quauis terra: & eius dominum, & ſignum in quo eſt coniunctio vel oppoſitio, & eius dominum, & etiam ſignum ipſius terrę, & eius dominum. Et ſecundum hoc iudicabis. Nam ſi in aſcendente vel in loco coniūctionis vel oppoſitionis prædictæ fuerit Mars vel fuerit dominus aſcendentis, vel dominus coniunctionis, vel oppoſitionis, faciet infortunium de natura ſua, vt bellum, calorem, infirmitates calidas, latrocinium, & alia, quæ ſunt de natura Martis. Saturnus aūt pluuiam & ęgritudines de frigore, vt quartanam, & Iupiter autem & Venus habent de natura ſua. Et Saturnus ſignificat ſuper ſenes & annales opes, & etiam in pecuniis & hæredibus mortuorum, Iupiter ſignificat ſuper pecunioſos & diuites, & iudices. Mars ſuper bellicoſos, & medicos. Venus ſuper mulieres. Mercurius ſuper ſcribas, operarios, & ſapientes. Sol ſuper reges & dominos. Et vt ſe habuerit quilibet eorum in anni reuolutiōe, & ſit fortis ex reſpectu Solis & ex domo, & ex loco in quo eſt, & ex reſpectu planetarum, & ex viuere, ſic ſe habebūt iſto anno ea, quæ ab ipſis planetis ſignificantur. Nam ſi Iupiter eſt fortis, bene erit cum iudicibus & clericis fidei & ſic de cæteris in quacunque reuolutione. Si Sol infortunatus & ſit cū eo Saturnus, morietur rex Indiæ. Si cum Sole infortunato eſt Iupiter infortunatus, deficit rex Chaldęę. & Babylonis. ſi ſit cum ea Venus infortunata, rex Arabum. Si Mercurius infortunatus, rex Chriſtianorum. Si Mars, rex Turcarum. Si Luna, gens omnis patietur, quia ipſa generaliter ſignificat in omnibus. Et quando Saturnus eſt in ſignis ęgris, quę ſunt, Aries, Taurus, Cācer, Scorpio Capricornus, & Piſcis, ſignificat ęgritudines & dolores ſecundum naturam ſigni & ſic ceteri planetæ. Et ſi Saturnus ſit in eiſdem ſignis, & planetę malum & bonum ſignificantes, ſint orientales, erit ſignificatio eorum velox, & in medio anni. Et ſi occidentales erit poſt anni medium, & ſi ſint in quarta, quę eſt inter quartam & ſeptimam domū, vel in quarta, oppoſita, ſignificatio eorum erit velox. Et ſi fuerit in aliqua aliarum quartarum ſignificatio erit tarda. Item quæ ſunt in angulis, cito, quæ in poſt angularibus, mediocriter, & in lapſis tardè. Item qui in mobili cito, qui in communi, mediocriter, qui in fixis, tardè. Et ſi Saturnus fuerit in ſigno humanæ ſimilitudinis, ſignificat inimicitiam inter homines, & pauores naſci regibus. Et ſi Mars fuerit in aliquo ſignorum ægrorum, ſignificat acutā febrē & dolorem caloris, & mortem repentinam. Et ſi in ſigno humanæ ſimilitudinis, erūt bella, & ſanguinis effuſio, & mors per eoſdem, & per ignem. hæc Iohannes Hiſpalenſis vbi ſupra. Item nota ꝙ regulæ prædictæ generales de reuolutione anni poſitę à prędicto Iohanne, debent etiam obſeruari in duabus diſtinctionibus ſequentibus ad pronoſticandum de cariſtia & de guerris. Et dicit Alb. in li. de floribus cap. de ſignificationibus planetarum, Saturnus impeditus hora reuolutionis ſi fuerit in ſigno humano, accident hominibus infirmitates longinquæ, & tabefactio corporum, & exſiccatio, & macies & febres quartanæ, fuga quoque, & inuolutiones, anguſtiæ, mors, timor, & interfectio diuitum, & deſtructio rerū victualium, & diuites efficientur pauperes, & morientur & contriſtabuntur magni. Et ſi fuerit in ſigno aquatico ſignificat hominibus detrimentum in aquis & detrimentum animalibus aquaticis. Et nota ꝙ impedientia Saturnum ſunt Mars per aſpectum & coniunctionem: & cauda per coniunctionem. Et ſi fortunetur Saturnus, & non impediatur, ſignificat contraria eorum quę diximus. Et aſpice impedientem Saturnum in quo ſigno ſit, quia ſi fuerit in ſigno igneo, erit radix impedimenti ex ignibus & combuſtione: & ſi in ſigno terreo, erit radix impedimenti ex parte rerū terreſtrium: & ſimiliter erit in cæteris ſignis. Et ſi impeditus fuerit Saturnus hora reuolutiōis, iudica deſtructionem & impedimentum. Et ſi fortunatus fuerit, iudica fortunam. Et ſi fuerit Saturnus in ſigno aereo, erit deſtructio ex corruptione aeris, & eius tenebris, & maximè ſi fuerit firmatus in ſigno aereo, erit deſtructio ex corruptione aeris & eius tenebris, & maximè ſi fuerit firmatus in ſigno aereo. Iupiter vero ſi in reuolutione anni fuerit impeditus ſignificat infirmitates corporum. Et ſi fuerit in ſigno aereo ſignificat paucitatem pluuiarum, & corruptionem ventorum cum corruptione aeris. Et ſi fuerit in ſigno aquatico, erit impedimentum in piſcibus. Et ſi fuerit in ſigno beſtiali, erit impedimentum in beſtiis, & proprie in his quibus vtuntur homines de his quæ pertinent ad ipſum ſignum, & ſi fuerit fortunatus, dicit contrarium. Et aſpice planetam impedientem eū, & vide in quo ſigno ſit, & operare ſicut operatus es de Saturno commiſcēdo ſignificationem ſuam. Et ſic facies in ſignificationibus omnium aliorum planetarum.

Mars vero ſi fuerit impeditus, & fuerit in ſigno



Digitized by Google

humano, ſignificat mortem ſubitaneam, multitudinem infirmitatum ac febres graues tertianas.

Et ſi fuerit in ſigno aereo ſignificat grauitatē aeris caloris & aerem nocibilem. Et ſi fuerit in ſignis quadrupedibus, erit detrimentum in animalibus quadrupedibus, quibus homines vtuntur. Et aſpice planetam impedientem eum & loquere ſuper eum ſicut feciſti in re Saturni. Sol cum fuerit impeditus in reuolutione anni patientur diuites impedimentum magnum, & accident vniuerſitati vulgi infirmitates & præcipuè ſi fuerit in ſigno humano, & ſi fuerit in ſigno aereo, erit impedimentum in aere, & ſic de aliis ſignis. Venus eſt ſignificatrix mulierum quæ ſi impedita fuerit hora reuolutionis, ſignificat detrimentum in eis, & præcipuè ſi fuerit in ſignis humanis. Et ſi fuerit in ſigno aereo deſtruetur quicquid eſt ex ſubſtantia aeris, & ſic de aliis ſignis. Mercurius eſt ſignificator ſcriptorum negociatorum, & puerorum, qui ſi impeditus fuerit in hora reuolutiōis, deſtruetur quod pertinet ad eum ex hoc. Luna eſt ſignificatio legatorum, & vniuerſitatis vulgi, & eorum victus, & continentiæ, quæ ſi impedita fuerit in hora reuolutionis deſtruetur quod pertinet ad eam de hoc. Et erit narratio ſuper ea, quæ ad eam pertinent. Et ſimiliter ad Mercurium, & ſuper deſcenſionem eorum in ſigna humana, terrea, aerea, atque aquatica & beſtialia, aſpectus quoque malorum, & fortunarum ad eos, quē admodum dictum eſt de Saturno, & de aliis, hæc Albumazar ibidem. Et dicit Aomar ibidem in fine libri. 9. iudicum & concordat Haly Abenragel libro 8. ca. 27 quod ab introitu ſolis in 20. gradum & primum minutum Scorpionis habebitur notitia ventorum, fulgurum, & imbrium, & cuiuſcumque aeris corruptionis. Vnde apta aſcendens & quatuor angulos, & planetas hora illa, & aſpice Martem. Si enim inueneris illum in angulo angulorum, & maximè in angulo medii cæli in aliquo ſignorum aereorum, & habuerit aliquam commixtionem cum Mercurio, ſignificat tonitrua, coruſcationes, pluuias damnabiles, & fortes & locuſtas & damnum, & corruptionem in aere. Et ſi Mars fuerit in aliquo ſignorum terreorum, & in angulo terrę & fuerit fortunæ appodiatę, & habuerit commixtionem cum Mercurio, ſignificat terræmotum, & apparitionem ignium, & res expaueſcendas, & damnum in mineris. Et ſi Mars fuerit in angulo terræ, & fuerint fortunæ appodiatæ, & habuerint cōmixtionem cum Mercurio, ſignificat terremotum & apparitionem ignium in aere, & res expaueſcendas, damnum in mineris. Et ſi Mars fuerit in angulo terrę & in ſigno igneo, ſignificat combuſtionem aeris in terra, & dānantur & comburuntur meſſes. Et ſi Mars fuerit in angulo terræ, & in ſigno aqueo, in aquis diminutionem ſignificat, & damnum in eo toto quod eſt de illis de animalibus & aliis rebus. Et ſi fortunæ habuerint commixtionem cum eo minuent, & prohibent damnum tonitruorum, & coruſcationem illo anno. Et ſi fortunæ cum eo nullam commixtionem habuerint, tonitrua & coruſcationes facient damna in anno, & erunt multi radii, & multæ corruptiones. Et ſi vice Martis fuerit in hoc Saturnus, & fuerit in medio cæli, & in aliquo ſignorum aereorum, & habuerit commixtionem cum Mercurio, & fortunæ ab eo remotæ fuerint, ſignificat damnum in aere & multas pluuias damnabiles nimis. Et ſi Saturnus fuerit in angulo terræ, ſicut prædiximus, in ſigno terreo, & habuerit commixtionem cum Mercurio, & fortunæ ab eo remotæ fuerint, accident terræmotus & apparebunt ſuper terram aquæ nigræ & ſimilia. Et ſi fuerit in ſigno aqueo, & in angulo terræ, & fortunæ ab eo remotæ fuerint, & habuerint commixtionem cū Mercurio, minuetur aquæ in puteis, & damnabuntur omnes res quæ morantur in aqua de animalibus, & aliis rebus. Et ſi fuerit in ſigno terreo, & ſub terra, & fortunæ ab eo remotę fuerint, & habuerit commixtionem cum Mercurio, ſignificat damnum in terra & in proprietatibus eius & in mineris. Et ſi Mercurius non habuerit commixtionem cum eo, erunt ſignificationes prædictæ tamen minores, & leuiores. Et ſi habuerit commixtionem infortunarum, miſce ſignificatores anni & temperabuntur & minuentur mala quæ prædiximus Et ſcias quod quilibet ex planetis altioribus habent vnū ſtatum, & planetæ inferiores habent alium. Quoniam planetæ altiores ſunt ſicut Spiritus: inferiores vero ſicut corpora, hæc ſecundum ſententiā Albumazar. & Haly Abenragel in locis prædictis. Et dicit Aomar in fine libri. 9. Iudicum quod Sole in Arietis ingreſſu deprehenſo, quæcunque ſtella orientalis reperitur, anni ducatum vendicabit orientalis. Namque Iupiter omnia ad ſalutem & optimum renouabit ſtatum, & hoc ibidem facit Venus ſecundum Aomar. Mercurius vero ad modum omnia reducit. Saturnus vero & Mars contraria his quæ diximus de Ioue & Venere operantur. Et dicit Aomar quod ab hoc ſpeculationis genere non eſt deſiſtendum, quotiens ſingulas anni quartas Sol ingredi feſtinat. Nam quæ ſtella orientalis fuerit, ipſius quartæ ducatum ſortitur principaliter, primo quoque ſemper notandum eſt Solis & Lunæ ſtatus vel applicatio, & pro ſtellarum habitu vbique iudicandum. Et in eodem ca. in principio dicit Aomar in almuhal deleta & ipſis in. 12. ſcilicet aquatico ſigno conſtitutis, dum tamen infortunę ſub terra exiſtenti applicent peſtem, aut terræmotum in eadem regione deſcendere portendunt: Luna rurſum deleta infortunæ ſub terra applicans, & in ſigno igneo duobus locis eadem hora & in eadem regione exuſtionem nimiam cum vim & luminaria cū 12. aut nonum poſſideant. Si tamen in 12. initium diei, Nonum vero occupantes finem prædictis efficiunt incōmodis. Ea item in veſpere eadem hora ab his cauedum, admonet Luna tunc deleta & in auſtrum deſcendens, & in circulo, aut in Libra, in qua diſcurrens aut in Scorpione tam lumine, quàm computo decreſcens numero quidem minuitur, quotiēs nocte & die minus quam medium incedat curſum, in fortunarum etiam aſpectu priuata exuſtionem aut quodlibet genus peſtis eidem vrbi imminere teſtatur. Nō eſt ergo ibidem morandum, quoniam corruptio in plurimas labitur regiones. Hic rurſus aduertendum arbitror, quoniam vtriuſque infortunæ cum cauda in Ariete conuentus pectora corrūpit, & principibus verſatur & hoc modo iuxta ſignorum ordinem & ſitum. Eſt enim primum Aries orientalis, eiuſque trinarius Leo medius, Sagitarius vtriuſque potior. Rurſum Gemini primum occidentalis ipſiuſque trinarius, Cancer auſtralis primus à quo eo eius trinarius nullomodo diſcrepat, hæc Aomar ibidē. Et dicit Sen filius Haly in libro de ingreſſu Saturni in ſigno quod cum Saturnus intrat Arietem, & facit moram ſuam in eo, ſignificat peſtilentiam, & puſtulas. In Tauro ſignificat mortem boum, & pecorum, & mortem puerorum. In Ge-

minis

Digitized by Google

minis mortem omniū viuentium. In Leone mortē pecorum. In virgine mortem pecorū, & puſtulas, & ſcabiem in hominibus, & corruptionem. In Libra mortem pecorum, tempeſtatem, in hominibus corruptionem. In Scorpione variolas in hominibus infirmitates in pudendis & difficultatem partis mulierum. In Capricorno mortem pecorū. In Piſcibus puſtulas in hominibus occidentis ſignificat. Et dicit Haly Abenragel libro. 8. ca. 21. Apta aſcendens anni & aſcendens coniunctionis vel oppoſitionis, quæ fuerit ante introitum Solis in Arietem, & ſi fuerit hæc, & aſcendentia & Luna ſalua ab infortuniis & dominus loci coniunctionis ſimiliter & applicuerit ad fortunam & aſpexerint ipſum dominum luminaris, quod fuerit dominus temporis, ſignificat quod ille annus erit liber ab epidimiis & mortalitatibus. Sed ſi domini horum dominorum aſcendentium & Luna & domini loci coniunctionis vel horum dominorum aſcendentiū & Luna & domini oppoſitionis. Si omnes iſti, vel maior pars eorum fuerint infortunati, ſignificat epidimias, & mortalitates, & hoc erit ſecundum poſſe infortunarum & ſecundum naturam eius, & locum in quo fuerit. Et ſi domini horum dominorum aſcendentium vel vnus eorum ipſis exiſtentibus infortunatis applicuerint ad dominum octauæ ipſorum, erunt epidimiæ ex mortalitatib. magnis & fortibus. Et ſi taliter non fuerint non erit multa mortalitas, & licet ibi ſint epidimiæ, mors erit pauca ratione iſta. Et ſi planeta qui fuerit magis appodiat⁹ his ſignificationibus omnibus applicuerit ad dominium octauæ ſuæ, accident multæ mortalitates ſubitaneæ, ſine eo quod homo non infirmetur. Et ſi dominus ſuæ ſextæ dom⁹ cuiuſlibet horū ſignificatorū applicuerit ſignificationi, erunt epidimiæ cum infirmitatib. longis. Et ſi ſignificatores applicuerint dominis ſuarum ſextarum, erūt infirmitates nō longę. Et ſi infortunatus fuerit Mars, erunt infirmitates calidæ & maximè quando Mars fuerit curſus velocis, & potens & in ſigno calido & ſicco & ſi infortunator fuerit Saturnus, erūt infirmitates Saturninæ lōgæ, & durabiles, & maximè ſi Saturnus fuerit tardi motus & potens in ſigno frigido & ſicco. hæc Haly Abenragel vbi ſupra. Et ſecundum Albumazar. in libro de floribus ca. de ſignificatione ſtellarum fixarum, quædam ſunt ſtellæ fixæ in cælo, quæ ſi cum eis coniunctus fuerit dominus anni, ſignificat peſtilentias, & infirmitates, & epidimias & ſunt iſtæ ſtellæ quas narrabo. In capite enim Arietis ſecundum Albumazar. ſunt duæ ſtellæ fixæ, vna ſcilicet in 13. gradu & 22. minuto, & altera in 5. & 25. minuto. & latitudo eorum eſt ſeptentrionalis, & complexio eorum eſt Martis & Saturni. Stellæ quoque pleiades ſunt ex cōplexione Martis, & Lunæ & ſunt in Tauro in 9. gradu & 25. minuto. & latitudo eorum eſt ſeptentrionalis, & complexio eorum eſt Martis & Saturni. Aldebran quoque & cornu Tauri eſt in 19. gradu Tauri & 15. minuto. In Geminis eſt ſtella in 17. gradu. 255. minut. & latitudo eius eſt meridionalis, & complexio eius eſt Solis. Et in Cancro ſunt duæ ſtellæ, quarum vna eſt in 17. gradu & 55. minuto. & altera in 7 gradu. 55. minuto. ſeptentrionalis. Et eſt alia in Leone in 15. gradu & 55. minuto. & ex complexione Saturni, & altera in 7. gradu, & 55. minu. ſeptentrionalis. & altera in 7. gradu, & in 22. minu. ſeptentrionalis: complexionis quoque Saturni. Eſt altera in Virgine complexionis Martis in 7. gradu & in 50. minu. & altera in 15. gra. complexionis Saturni. Eſt quoque in Libra ſtella complexionis Saturni, & in 26. grad. Et ſunt. 3. ſtellæ in Scorpione, quarum vna eſt in primo gra. & 2. min. & altera in 9. gra. & 7. minu. complexionis Martis. In Sagittario ſunt. 3. ſtellæ paruæ: vna eſt in 19. gra. & duo minuta, alter in 21. & primo minu. & altera in 25. gra. & octauo min. & naturę Saturni. In Capricorno ſunt duę ſtellæ quarum vna eſt in 27. gradu. & 2. minuto. & altera in 28. & 5. minuto, ex complexione Saturni: & vna in Aquario in 9. gradu. & 5. minuto. Et vna in ſigno Piſcium in 4. gradu. 7. minuto. Et dicit Albumazar, cum videris dominum anni iunctum alicui harū ſtellarum, quas tibi dixi, & in eodem gra. ſcito quod impedimentum cadet ſuper reges & diuites & nobiles, & erunt in eis mœrores & triſtitiæ, & infirmitates ex dolore capitis & febres. Et ſi aliqua harum ſtellarum fuerit in grad. aſcendentis, & aliquis fuerit natus eodem anno, & fuerit eius aſcendens in ipſis gradibus, erit malus & infortunatus, & habebit multas infirmitates, & præcipuè in capite. Et ſi dominus ſecūdi ab aſcendente reuolutionis fuerit in his ſtellis, quas prædixi, accident hominibus infirmitates malignæ incolis in auribus & catarrus ſiccus. Et ſi aliqua harum ſtellarum fuerit in gra. ſecundo reuolutionis, & ſi puer natus fuerit eodem anno, & fuerit eius aſcendens ſignum ipſum, & ſtella fuerit in gra. ſui aſcendentis, erit multarum infirmitatum ex ſuo gutture & auribus. Et ſi fuerit dominus tertij cum ſeptima harum ſtellarum, erunt plurimæ infirmitates graues & prolixæ. Et ſimiliter ſi ceciderit quædam harum ſtellarum in grad. tertiæ reuolutionis ab aſcendente, & puer natus fuerit eodem anno cuius aſcendentis fuerit hoc ſignum, & fuerit ſtella in gradibus aſcendentis, erunt infirmitates eius in ſpatulis, & brachiis. Et ſi ceciderit aliqua harum ſtellarum in 4. gra. reuolutionis, & ſi natus fuerit puer illo anno, erunt plures infirmitates eius in pectore & pulmone, & in illis partibus corporis. Et ſi fuerit dominus quinti ab aſcendente reuolutionis cum aliqua harum ſtellarum prædictarum, accident hominibus infirmitates in ventre & in ſtomacho prohibentes eos à coitu. Et ſimiliter ſi ceciderit aliqua harum ſtellarum prædictarum in gra. quinti ab aſcendente reuolutionis. Et ſi natus fuerit puer eodem anno, cuius aſcendens, ipſi gradus erunt etiam plures infirmitates eius in ventre & in ſtomacho. Et ſi fuerit dominus ſexti ab aſcendente reuolutionis in aliqua harum ſtellarum multiplicabuntur infirmitates in hominibus ex inteſtinis, ex calore ſuperfluo, & ſimiliter ſi ceciderit aliqua harum ſtellarum in gra. ſexti ab aſcendente. Et ſi natus fuerit puer eodem anno, erunt infirmitates eius in inferiori parte ventris. Et ſi fuerit dominus ſexti ab aſcendente reuolutionis cum aliqua harum ſtellarum, erunt plures infirmitates hominum in veſica, & in renibus, & in anchis, & in partibus poſterioribus. Et ſimiliter ſi reciderit aliqua harum ſtellarum in gradus 7. ab aſcendente. Et ſi natus fuerit puer eodem anno ab ipſo gradu, erunt plures infirmitates eius in gutture & in renibus & in cruribus & in partibus poſterioribus. Et ſi fuerit dominus octaui aſcendentis reuolutionis cum aliqua harum ſtellarum prædictarum, multiplicabitur mors in miſeris, & deiectis, & cadet in hominibus peſtilentia, & erunt plures infirmitates hominum in virilibus, & in radicibus

cibus crurium, ac teſticulorũ,& ſimiliter ſi ceciderit aliqua harum ſtellarum in gra.5.ab aſcendente reuo lutionis,& ſi natus fuerit puer eodem anno, erunt infirmitates eius in teſticulis & in veredis. Et ſi fuerit dominus noni ab aſcendẽte reuolutionis cum aliqua harum ſtellarum,erunt plures infirmitates hominum in inferioribus. Et ſimiliter ſi ceciderit aliqua harum ſtel larum in octaua noni ab aſcendente reuolutionis: & ſi natus fuerit puer aliquis eodem anno, erunt plures infirmitates in inferioribus. Et ſi. 10. fuerit dominus ab aſcendente reuolutionis cum aliqua harum ſtellarum,erunt plures infirmitates ex geniculis. Et ſimiliter ſi ceciderit aliqua harum in gra. 10. ab aſcendente hora reuolutionis & natus fuerit puer eodem anno,& fuerit ipſi gradus aſcendens eius in eodem ſigno, erũt plures infirmitates in genibus. Et ſi fuerit gradus vndecimi ab aſcendente reuolutionis cum aliqua harum ſtellarum, erunt infirmitates hominum plus in cruribus. Et ſimiliter ſi ceciderit aliqua harum ſtellarũ in quinto gradu ab aſcendente reuolutionis, & ſi natus fuerit puer in eodem anno ſub ipſis gradibus, erũt infirmitates eius plus in cruribus. Et ſi fuerit dominus 12. ab aſcendente reuolutionis cum aliqua harum ſtel larum, quas dixi, vel ſi ceciderit aliqua ſtellarum in grad. 12. ab aſcendente reuolutionis, & natus fuerit puer eodem anno, & fuerit aſcendens eius ſub ipſis gradibus, ex eodem ſigno infirmitates erunt eius plus in pedibus. Et dicit Albu. quòd ſi aſpexerit Iupiter aut Venus ex loco imaginis,& proiecerit radios ſuos, & ipſum gradum, & fuerit fortis in loco ſuo Iupiter vel Venus, non operabitur aliquid ex operibus ſuis quòd appareat,& ſecundum quantitatem fortitudinis vel debilitatis planetarum erit multitudo mali vel boni. Et ſi aſpexerit in loco inimicitiæ & contrarietatis, non repellit aliquid ex malo, & maximè ſi fuerit debilis in loco ſuo. Sed nitetur repellere ipſum malum, & non repellet ex eo aliquid. Si autem aſpexerit malus ex loco directionis, erit malum omne quod dixi tibi ex rebus planetarum, feſtinabitque opus ſuum,& ſequitur inde aliud. Et ſi aſpexerit ex loco inimicitiæ,& contrarietatis, erit omne quod dixi tibi malum, & occupatio, & contrarietas ab initio mali vſque in finem eius. Si autem aſpexerit Sol ipſum locum, deteget ipſum malum,& apparere faciet illud,& omnis qui nititur occultare quod accidit ei, non poterit occultare illud,& erit hoc vniuerſale eidem regioni, & ciuitati. Et ſi aſpexerit Saturnus deſcendet tribulatio vna poſt aliam. Et ſi aſpexerit Mercurius, erit hoc commixtum & coloratum. Et ſi aſpexerit Luna, erit opus eius ſicut opus Solis, ſed erit citius aliquantulum & celerius in omni illo quod operatur propter celeritatem curſus eius:& ſcito quòd vniuerſa quæ tibi dixi, erunt in terris & ciuitatibus, quæ fuerint in diuiſione eiuſdem ſigni. Hæc Albu. vbi ſupra. Et dicit Albu. ſexto maioris introductorij differentia. 14. quòd Aries, Taurus, Leo, Libra, Sagittarius, Capricornus,& Piſces ſignificant infirmitates. Et vbi ſupra differentia. 14. dicit Albu. quòd ſigna ſignificantia puſtulas, lepram, impetigines, & huiuſmodi infirmitates, ſunt Aries, Cancer, Scorpio, Capricornus, & Piſces; hæc igitur ſigna, vt dicit Albu. cum Luna vel pars fortunæ, vel pars futurorum in aliquo eorum fuerit impedita, ſignificat infirmitates prædictas. Et vbi ſupra differentia. 20. dicit Albu. quod ſunt quædam loca in ſignis quæ dolorem oculorum ſignificant, vt anchozare: & pleiades in Tauro, & locus nubis in Cancro, & locus Spinæ Scorpionis, & locus Sagittæ in Sagittario,& locus caudæ Capricorni,& Capricorno,& locus caſus aquæ in Aquario. ſunt loca quæ phlegmonem oculorum ſignificant, & eorum dolorem. Libra quoque & Leo fortaſſis lumen oculorum impediunt. Et dicit Ptolem. 2. quadripartiti capitul. 5. quòd extremæ partes Arietis comburunt, & mortalitatem gignunt. Et ſecundum Haly ibidem illæ partes ſunt de natura Martis Leonis ſigni partes præcedentes ſecundum Ptolem. vbi ſupra aerem calidum & turbidum ac mortalitates annunciant. Et ſecundum Haly ſunt de natura Solis & Martis. Et ſecundum Ptolem. ſigni Libræ partes meridionales mortalitatem gignunt. Et ſecũdum Haly ſunt de natura Saturni. Et quidem ſunt gradus in cælo, qui dicuntur gradus azemenæ, qui gradus ſecundum Alchabitium in ſuo introductorio differentia prima, qui ſunt gradus debilitationis,& ſignificat debilitationem corporum hominum, ſcilicet cæcitatem, ſurditatem, & amiſſionem membrorum, & alias infirmitates,& ſimilia, quæ homo habebit, quamdiu vixerit. Hæc autem ſigna prædicta & partes ſignorum ſignificant epidimias,& infirmitates, & peſtilentiam,& corruptionem aeris. Cum fuerint loca principalia in introitu anni & quartæ eius, aut cum domini diſpoſitores anni, aut quartarum anni fuerint in eis. Et præcipuè hæc eadem ſignificant ſigna, & partes prædictæ ratione ſtellarum fixarum, in eis exiſtentium, cũ loca magnarum coniunctionum vel eclipſium luminarium, aut aſcendentia eorum fuerint in eis: aut cum fuerint loca coniunctionum vel oppoſitionum luminarium præcedẽtium introitum anni, aut quartæ eius, aut cum fuerint aſcendẽtia annorum, aut quartarum anni. Et debes obſeruare hic regulas prius poſitas in capi. præcedente huius diſtinctionis concernentes ſignificationes planetarum,& ſignorum,& partium circuli.

Modo reſtat ponere regulas particulares de peſtilentia, & epidimia, & corruptione aeris per quartas anni. Ptolem. vero. 2. quadripartiti capitul. 12. vbi ſupra determinans de dominio quartæ anni, non ponit aliquas regulas de prædictis accidentib. expreſsè, nihilominus ex ſententia Ptol.& Haly in eodẽ ca. poteſt elici talis regula, videlicet, Si planetæ qui dominãtur in loco coniunctionis, vel oppoſitionis præcedentis introitum Solis in quãcunque punctorum cardinalium, aut qui dominantur in angulo ſequente locum coniũctionis, vel oppoſitionis prædictum fuerint omnes, vel maiorem partem eorum ſignificare epidimias & peſtilentias & infirmitatem & corruptionem aeris. Et ſi in ſignis huiuſmodi accidentia ſignificantibus extiterint, ac etiã ſi loca principalia prædicta hæc eadem accidentia ſignificauerint. Et ſi cum hoc prædicti domini fuerint, coniuncti cum planetis vel ſtellis fixis, prædicta accidentia ſignificantibus, vel ab eis aſpiciãtur, ſignum erit peſtilentiæ & epidimiarum, & infirmitatum multarum, & corruptionis aeris in eadem quarta anni. Qui autem planetæ, & quæ ſigna prædicta accidentia ſignificauerint, patet prius in hoc, & in ca. præcedente ſatis diffuſe. Et dicit Iohannes Hiſpalenſis in ſuo quadripartito parte prima in principio, quod in coniunctione vel oppoſitione præcedente introitum Solis in Arietem, vel quemcunque puncto rum

Digitized by Google

rum cardinalium, conſidera quomodo fuerit ipſe planeta ad quem per coniunctionem vel per aſpectum vadit Luna poſt coniunctionem, vel oppoſitionem prædictam, & vtrum bene ſe habuerit ille planeta vel male. ſic enim dicit ipſe, erit ille annus, vel illa quarta anni. Si ergo ille planeta ſignificauerit peſtilentiam, & epidimias, & corruptionem aeris, & fuerit fortis in loco ſuo, erunt peſtilentiæ, & epidimiæ in illa quarta. Et dicit Albumazar in libro experimentorum ſuorum verſus finem, aſpice luminare, cui⁹ fuerit auctoritas, & quia luminare cum fuerit confortatum, & auctum fuerit lumine eius, & numero ſcilicet ſi fuerit Luna, & ſi non fuerit impeditum, repellit impedimentum magnum, & prohibebit à malo. Et cum fuerit aſcendens anni ſignum mobile, erit tempus eorum, quæ ſignificauerit auctor in prima quarta anni, ex bono vel malo. Cumque intrauerit Sol Cãcrum, Libram, & Capricornum reuolue has quartas, & conſtitue ſuper eas aſcendens, & ſcito ſignificatorem, & dic in eo ſicut dixiſti in prima quarta. Et ſi fuerit aſcendens anni ſignum commune erit tempus eorum, quæ ſignificauerit auctor, medietas anni prima. Cumque intrauerit Sol Libram reuolue ei medietatẽ vltimam, & conſtitue ei aſcendens, & ſcito ſignificatorem & narra quemadmodum narraſti in præcedentibus. Et ſi fuerit aſcendens eorum ſignum fixum, erit tempus eorum, quæ ſignificauerit auctor in fine anni, quia reuolutio præerit omnibus quartis. hæc Albumazar ibidem. Et vbi ſupra verſus finem eiuſdem libri dicit Albumazar, aſpice aſcendens anni. Si fuerit ſignum fixũ, erit ſignificatio domini anni vniuerſalis ab initio vſque ad finem eius, & melius ſi fuerit dominus aſcendentis in ſigno fixo, & recuperabis in hoc reuolutionem quartarum. Si autem fuerit ſignum commune, erit ſignificatio ad medietatem anni primam. Et oportet te reuoluere aliam medietatem ad introitum Solis in primum minutum Libræ, fortiusq; erit ad hoc vt ſit dominus aſcendentis in ſigno communi. Et ſi fuerit ſignum mobile, erit ſignificatio domini anni ad introitum Solis initio ſignorum mobilium, & fortius erit ad reuolutionem quartarum, vt ſi dominus anni in ſigno mobili: poſt hoc quære ſignificatorem in omni reuolutione ſicut dixi tibi, & aſpicies ad hoc quẽadmodum aſpicis ad ſignificatorem domini anni, & fac participem dominum anni cum ſignificatore in quarta vel in medio. Cumque hæc ſapienter feceris, ſcito fortitudinem domini horæ & partem fortunæ ac dominum eius, & proſperitatem cauſæ eorum, quia pars fortunæ, & dominus eius auxiliantur domino anni & quartæ. Et ſcito coniunctionem planetarum cum domino anni, & domino quartæ, & coniunctionis eius cum planetis, & ſeparationem eorum ab inuicem, atque aduentum eorum ad inuicem in domibus, & aſpectibus, & intellige memoriam ſubſtantiarum eorum, & opera eorum per caſus eorum, & commiſce his ſubſtantias ſignorum ſuorũ, & qui vicerit ex receptione, & exiſtentia, illum cognoſce eſſe ſignificatorem, & ſcito cauſam eorum ad inuicẽ per diuerſitatẽ, & concordiam, vel alligationẽ aut cum receptione, & reditione, poſt hoc reſpice eſſe ruſticorum in corporibus ſuis, & ex domino anni, & ex domino aſcendentis, & quòd ſit in aſcendente luminaribus fortunatum, & malorum, quemadmodum aſpicis in natiuitatibus ſuper eſſe regis in corpore ſuo ex Sole, & domino medij cæli, & coniunctione planetarum cum eis & coniunctione eorum cum planetis, & pone aptationem partis fortunæ, & dominum eius, fortitudinem eius, atque augmentum, in eo quòd ſunt ex bono, & refrenationem ex malo, & pone impedimentum eorum debilitatem eis, & ſignificatori ruſticorum atque augmentum in malo. Et aſpice magnatibus & diuitibus ex Ioue, & militibus & nobilibus atque auxiliationibus regis, & dominis exercituum eius ex Marte. Et religioſis, ac deo ſeruientibus ex Saturno, & mulieribus ex Venere, & mercatoribus & ſcribis aut amicis ex Mercurio, & vniuerſitati vulgi ex Luna. Et participem fac dominum anni & dominum domus eius ſuper hoc, & optimam fac commixtionem. Quod ſi fuerit vnus eorum impeditus, & fuerit ei pars in anno, & ſignificauerit grauitatem, & impedimentum ac malum: illud erit ſecundum quantitatem coniunctionis, & complexionis, & eo grauius ſi fuerit aſcendens aut medium cæli ſignum eius præter Venerem, & Lunam cum fuerit impeditũ, & caſus eorum in accidente, aut in angulo terræ, ſignificabunt grauitatem, quia hæc & loca fœmina ſunt & Mars etiam. Sed Mars infra eos eſt. Sed grauius erit eſſe eorum, cum fuerit domus eorum in aſcendente aut in medio cæli. Et ſcito quod ſit omni planetæ & ſigno ex ciuitatibus & climatibus, & cumque inueneris dominum climatis vel ciuitatis fortem ac receptum, & boni eſſe, & à malis liberatum, & ſignum eiuſdem terræ, vel ciuitatis fuerit liberum à malis, dicit in hoc gaudium & aptationem & lætitiam. Et ſi inueneris planetam, & ſignum impeditum, dicit impedimentum, dicit in eo malum, & impedimentum & detrimentum ſiue deſtructionem & peſtem. Cum fuerit dominus aſcendentis impeditus, immittet impedimentum ſecundum ſubſtantiam ſigni aſcendentis, & maxime in tertia, quę eſt eiuſdem ſigni, vt cum fuerit Libra aſcendẽs & fuerit Venus impedita patitur terra Libræ impedimentum ex ventis, infirmitatibus, & puſtulis. Aſpice ergo ad eſſe ſigni, & ad eſſe domini ſui, & ad locum eius in circulo & in qualibet quarta, & dic ſecundum quòd eſt ei ex teris. Et cum ſciueris hoc, inſpice ab aſcendente, & domino eius, & ſcito eſſe illius, & eſſe domini ſui, & aptationem ac detrimentum eorum, & loquere in hoc ſecundũ quod videris: poſt hæc aſpice ſecundam, & eius dominum, & ſic donec percurras omnes domos, & earum dominos, & digniores fac angulos, & eorum dominos, quia eſt eius opus, & fortitudo, ſimiliter cætera ſigna. Et dicit Albu. Sol, & dominus medij cæli ſignificat res diuitum, quæ ſi fuerit ſalua ab aſpectu malorum, & ex angulis, ſaluabuntur diuites, & ſi impedita fuerit hæc hora ex angulis, determinabitur eſſe diuitum, & ſignificabit hoc malum. Et vndecimum ſignum eſt militum regis: quod ſi ſaluum fuerit & aptum, aptabuntur milites regis. Et ſi impedimentum fuerit impedimentum patientur. Et Mercurius ſignificat ſcribas, & negotiatores, aſtrologos, & doctores, & ſapientes: qui ſi aptus fuerit, & fortis, aptabuntur & ipſi. Et ſimiliter Iupiter ſignificat conſules, & capitaneos, qui ſi aptus fuerit aptabũtur & ipſi. Et ſimiliter Venus ſignificat mulieres. Aſcẽdens & Luna ſignificãt res vulgi vniuerſales in reuolutione anni: ſiue in introitu quartæ, quòd ſi fuerit impedita, ſignificat plures imfirmitates, & dolores, & grauitates, & eo grauius, ſi fuerit in. 6. vel in octauo. Et ſi fuerit impedimentum ex Marte, erit febris calida, & mors ſubitanea. Et ſi fuerit impedimentum ex

Satur

Digitized by Google

Saturno, erit febris ex cholera nigra,& mors. Sol & Saturnus ſignificant reges & diuites. qualemcumque igitur planetam inueneris impeditum ex angulis, dicit malum ex ſubſtantia eius,& qualemcumque iuueneris infortunatum dicit bonum in ſubſtantia eius. Malus cum impediet dominum aſcendentis impediet eũ ex medio cæli,& ipſe fuerit retrogradus, fueritque dominus anni, intrabit grauitas ſuper omnes homines. Et ſi fuerit in oriente, erit manifeſtum in oriente: & ſi fuerit manifeſtum in occidente, erit manifeſtum ex parte occidentis, & ſimiliter in parte meridiei, & ſeptentrionis & grauius erit eſſe ciuium & ciuitatis terræ, quæ fuerit in diuiſione ſigni, in quo malus fuerit retrogradus,& grauius erit impedimentum eius in angulo. Et ſi fuerit aſpectus mali ad dominum anni, vel ad ſignificatorem ſubſtantiæ ex aſcendente, erit grauitas in corpore, ex 2. in ſubſtantia, ex. 3. in fratribus. Et. 4. de parte patris & parentum, & magis propinquorum. Et. 5. de filio, & minoribus,& eis qui ſunt ſub maiori eius. Ex. 6. de infirmitate,& 7. de bello, & contentione & mulieribus. Ex. 8. de reliquiis mortuorum, & cõtentione: q̃ ſi fuerit ſignũ mobile vel commune, timebitur ſuper regem. Si fuerit ſignificator regis quem aſpiciunt mali,& ſi fuerit hic aſpectus de. 8. ſignificatore ruſticorum, timebitur ſuper ruſticos. Et ſi fuerit ſignificator eorum Luna, timebitur ſuper vniuerſos. Nam inuadet eos mors. Et ſi fuerit ex. 9. erit ex parte peregrinationis,& ex hominibus religioſis, qui quærunt iuſtitiam. Et ſi fuerit ex decimo, erit ex parte regis & dominorum. Et ſi ex. 5. erit ex parte amicorum Et ſi ex. 12. erit ex parte inimicorum. Et dicit Albumazar, cum dominus aſcendentis inimicatur aſcẽdenti, ideſt ſi ceciderit in locum inimicitiæ ab eo, ſignificat impedimentum ſecundum quantitatem inimicitiæ eius, ideſt ſi fuerit caſus eius in. 6. erit in hominibus infirmitas, & in. 8. mors: & in. 12. inimicitia ſecundum ſubſtantiam ſigni in quo fuerit,& ſimiliter dominus exaltationis aſcendentis cum impeditus fuerit in ſimili horum locorum erit malum & impedimentum infra eũ: quod ſignificauit locus domini aſcendentis. Et dominus termini ac triplicitatis cum impediti fuerint inimicatur aſcendenti,& ſecundum ſimilitudinem horum locorum erit impedimentum eorum infra ipſum, quod dixi. Et hoc totum erit ſecundum qualitatem aut quantitatem aſpectus fortunarum & malorum & ſecundum complexionem quæ fuerit inter ſignificatores, & loca in qua cadunt & fortunæ, per aſpectum ſuum repellunt mala, & proficiunt niſi ſint retrogradæ vel combuſtæ. Mali vero impediunt, niſi ſint directi reſpicientes etiam locum complexionis. hæc Albumazar in libro experimentorum. Et in libro de flotibus dicit Albumazar. Scito quod annus cum fuerit eius aſcendens in fortitudine ſua, eodem anno hora deſcenſionis Solis in primum minutum Arietis, ideſt cum fuerit aſcendens ſignum fixum. Si non volueris eidem anno quartas poterit tibi ſufficere eiuſdem anni aſcendẽs. Fiducia enim huius rei eſt ſignum fixum. Nõ enim indigebis reuolutione quartarum,& menſium. Porro ſi fuerit ſignum cõmune tunc neceſſe eſt ſemper vt reuoluas annum in hora deſcenſionis Solis in primum minutum Cãcri,& Libræ atque Capricorni. Scito hoc & operare per eum, ſicut feciſti initio anni æqualiter,& diuertas ad aliud, quia illud probaui ſtudioſe, quod dixerunt antiqui & inueni partem eorum euenire,& partem errare. Nam ipſi dixerunt non facias in aſcendente quartæ, & in aſcendente eius menſis ſicut facias in aſcendente anni per planetam, qui fuerit pluris teſtimonii, & in loco forti. dixerunt enim non eſt neceſſe, vt facias in aſcendentibus quartarum ſimiliter, ſed aſpicias planetam fortem non per multitudinem teſtimoniorum, ſed per bonitatem loci tantum. Et dixerunt alii, facies per dominum coniunctionis, aut præuentionis quæ fuerit ante hoc. Et ſi non aſpexerit aſcendens erit ipſi turbulatio proprie in loco ex ciuitatibus,& terris, quæ ſunt in diuiſione eius. Et fac in aſpectu planetarum ad eum, quemadmodum feciſti in aſpectu planetarũ ad ipſum in Ariete, & eius triplicitate, & loquere ſuper partem in qua erit impedimentum cauſa illorum in ſubſtantiis ſignorum, in quibus fuerint planetæ aſpicientes dominum quartæ. hæc Albumazar ibidem. Et debes obſeruare in duabus diſtinctionibus ſequentibus omnes has regulas vniuerſales, quas pouit Albumazar, cum voluerit prognoſticare de cariſtia, & guerra per reuolutiones annorum mundi, & per introitus quartarum anni, nec oportet iterato recitare has regulas generales in diſtinctionibus ſequentibus, poſtquam poſitæ ſunt hic. Et dicit Haly Abenragel libro. 8. capite. 9. Quando Iupiter fuerit dominus alicuius quartæ anni, ſignificat ſaluationem & ſecuritatem illius climatis. Et quando Mars fuerit dominus quartæ,& habuerit aſpectum cum Saturno, & fuerit remotus ab aſpectibus Iouis, accident damna & motus,& peſtes,& multa turpia,& præcipuè in climatibus & in terris vbi habuerit dominium ſignum, in quo fuerit Mars, tamen ſi cum hoc acciderit, quod Iupiter ſit in aliquo angulorum Martis, minuentur hæ ſignificationes. Et quando Sol fuerit dominus tẽporis, & in ſigno in quo fuerit appodiatus, in quo habuerit dignitatem, ſignificat aptationẽ, & quietem,& multum bonum in iſto tempore. Sed ſi fuerit ibidem infortunatus à Marte, ſignificat grauitates, & damna accidere dominis & altis & nobilibus atque infirmitates,& multa mala. Et ſi Iupiter fuerit in loco, in quo prohibeat damna Martis, remouentur hæ ſignificationes. Et quando Venus fuerit domina temporis, & Mars ab aſpectibus ſuis fuerit remotus, ſignificat gaudia & alacritates,& ſimilia & quãdo Luna fuerit domina quartę fortunata,& appodiata, non erunt mala in illa quarta, tamen ſi ipſa fuerit infortunata à Marte, accident multa mala ſecundum naturam & ſignificationem ſigni, & fortius in iuuenibus,& hoc erit ſecundum potentiam,& virtutem quam habet Mars cum Luna. Et Saturnus cum fuerit dominus quartæ anni, & fuerit in aliquo angulorum Martis ſignificat multa mala de natura ſua. Et dicit Haly, quãdo in introitu Solis in Arietem non inueneris aliquem planetam aptum, vt ſit dominus quartæ, da ſemper Marti partem, & dominium in introitu Solis in Ariete,& iudicabit quartam ſecundum ſuum locum, & potentiam ſi alium dominum non poteris habere. Et ſimile fac de Luna in introitu Solis in Cancrum; & ſimile de Saturno in introitu Solis in Capricornũ, & ſimile de Venere in introitu Solis in Libram: & hæc facies, quando non habueris planetam aptum, vt ſit dominus quartæ: hæc Haly ibidem. Et debes obſeruare hanc regulam in omnibus aliis tractibus. Et debes obſeruare hic omnes regulas

Digitized by Google

las prius poſitas in capitu.iſto concernentes quantitatē anni ex coniunctione vel oppoſitione precedente introitū Solis in Arietem,& per eaſdē regulas debes iudicare ferè de peſtilentia & epidimiis in introitu quartæ,ſicut in reuolutione anni, ideo oportet te recitare regulas prius poſitas in capitu. iſto.

Et non inuenio multas regulas de peſtilentia & epidimiis menſium, eo quòd huiuſmodi accidentia diu durant, quia ſunt grandia, & multum vniuerſalia,ideo non pono hic aliquod capitulum de eiſdem accidentibus in menſibus, nec in meditatibus menſium anni.

Sed ſufficiunt mihi regulæ prius poſitæ in capit. iſto de dominio coniunctionis vel oppoſitionis præcedentis introitum anni, & introitus quartarum anni ad prognoſticandum de peſtilentia,& epidimiis, & corruptione aëris per omnes menſes, & medietates menſium.

### *De ſignis prognoſticis peſtilentiæ, epidimiæ, & corruptione aeris.*

### *CAP. VI.*

VOlo tibi modo oſtendere ſigna prognoſtica peſtilentiæ,& epidimiarum,& infirmitatum, ex corruptione aëris.

Dicit itaque Ptolem.2. quadripartiti capitul.9. quòd ſigna in aëre apparentia circa luminaria hora alicuius eclipſis luminarium,& præcipuè ſi tunc fuerit alia coniunctio magna,vel ſi caudatæ ſtellæ, aut aliæ ſtellæ duæ in aëre apparentes eadem hora vel in hora alicuius coniunctionis magnæ, vel alicuius temporum reuolubilium fuerit caloris nigri,vel viridis,ea quæ Saturni naturam imitari diximus,ſignificabunt ea,quæ ſunt ex natura Martis.

Et ſi diuerſorum colorum extiterint, ſignificabunt ea,quæ ſunt de natura Mercurij.

Sed prout oſtenſum eſt ſupra,in cap.immediate præcedente iuxta ſententiam Ptolem. & Albu. Saturnus,Mars,& Mercurius peſtilentiam, & epidimias & corruptiones ſignificant, & varias infirmitates de naturis eorum. Signalia ergo in aëre prædictis modis apparentia, & prædictis modis colorata: hæc eadem ſignificabunt.

Et dicit Ptolemæus vbi ſupra, ꝙ ſi ſignalia prædicta quamlibet vnam partem luminarium vel eorum,quæ circa ipſum ſunt,occupauerint in ea parte ſolummodo, quæ eſt in directo partis illius, in qua ille color apparuerit,accidens futurū eueniet.

Si autem color iſte totum corpus luminarium, vel eorum,quæ circa ipſum ſunt, amplexabitur, in maiori parte regionum, ſcilicet concordantium cum accidente, accidere dicitur accidēs futurum.

Item dicit Ptolemæus vbi ſupra, conuenit & vt caudatas ſtellas quæ horas eclipſis vel alicuius tēporis reuolubilis apparuerint,obſeruemus, necnō & alia futura vniuerſalia,vt ſunt illa, quæ vocatur pertica,aut corpora,aut imperfectus eius, & ſimilia, quorum nec martialibus & mercurialibus, quas prædiximus aſſimilantur,& accidentia quæ per eas accidunt,operantur,& per conſequens peſtilentias & epidimias, & alias infirmitates prædictas de natura Martis & Mercurij ſignificabunt.

Et ſecundum Haly huiuſmodi ſignalia ſignificant mortes ſubitaneas & febres acutas, & talia de natura Martis & Mercurij.

Qualiter autem ſcies vbi eueniēt accidentia ſignificata per prædicta apparentia in aëre, & quando & quàm diu durabunt, & cuiuſmodi accidentia euenient & in quo genere rerum apparebunt, patent hæc omnia ſecundum intentionem Ptolemæi,& Haly in tractatu primo ſatis diffuſe.

Et ſecundum ſententiam Ptolemæi & Haly in centiloquio propoſitione.99. ſcintillationes ſtellarum, & ſtellæ caudatæ in aëre ſignificant ſiccos vapores, & ſecundum Haly & ſimiliter ſecundum alium commentatorem Ptolemæi qui vocatur Bugufarus.

Si illa ſignalia fuerint diuiſa in omnes partes, ſignificabunt ſiccitatem, & turbationem aëris, & inter ſtellas cum caudis,& Solem ſunt ſemper.12. ſigna.

Et ſi iſta quæ domina capillorū dicitur, vel quæ habuerit multos crines,apparuerint in angulo alicuius regni morietur rex eius, vel homo potens in eo.

Et ſi cadens fuerit ab angulis, ſcilicet regni, multiplicabuntur carceres,& infirmitates erunt in hominibus, eritque mors eorum, & maximè ſubitanea.

Et dicit Haly in fine expoſitionis cētiloquij Ptolemæi,iſte cometa,qui dicitur dominus aſtonæ, eſt de complexione Mercurij, & eſt cæruleus, & paruus,& cauda eius longa,& in parte,in qua cauda eius apparuerit,ſignificat mortem regum.

Et ille qui dicitur niger,eſt ex natura Saturni,& eius color eſt magis cęruleus quàm niger,& quādo apparuerit,ſignificabit mortalitatem multam.

Et ille qui dicitur roſa,eſt magnus & rotundus, & habet faciem ad modum hominis, & color eius eſt vt color argenti cum auro mixti,qui quādo apparuerint, ſignificat mortem regum & diuitum, & mutabuntur res mundanæ,& venient & ſuccedent illis meliores. Et ille qui dicitur verus eſt horribilis aſpectu,vaditque prope Solem, & ſignificat mortalitates regum & diuitum. Et qui pertica dicitur,habet groſſum radium, qui ſi coniunctus fuerit Mercurio, morientur iuuenes & ſapientes.

Si cum Luna, morietur populus. Si cum Saturno,erit mortalitas grauior. Si cum Marte, erit mortalitas per gladium. Si autem cum Ioue fuerit, quicquid ipſe ſignificabit, in regibus et diuitibus apparebit: hæc Haly ibidem.

Et dicit Haly ſuper capi.9.2. quadripartiti Ptolemæi, quòd licet ſignalium prædictorum, vel ſtellæ comatæ,vel pertica, vel imperfectus equus, et ſimilia accidentia multa facit, ſicut ſunt pluuiæ, quæ ſi multa fuerit, nocet animalibus, et plantis, et facit fames, et mortalitates, ſed ſi fuerit temperata, perficit plantis et animalibus et cauſat ſalutem,& firmamentum in animalibus. hæc Haly ibidem. Et dicit Albu.5. de coniunctionibus magnis differentia vltima. Si apparuerit aliqua ſtella comata in Ariete, ſignificat dolores oculorum, & mortem boum,& deſtructionem magnatum.



Digitized by Google

Et ſi apparuerit cometa in Tauro, ſignificat in hominibus mortalitates, & dolores ſiccos ſicut ſcabiem, & pruritum, & mortem boum.

Et ſi fuerit apparitio eius ex parte orientis, & Sol fuerit æquidiſtans ſigno Tauri, ſignificat bubones in hominibus multum durabiles cum multis ægritudinibus in quarta æſtiuali, & cum nimia mortalitate. Et ſi apparuerit cometa in Geminis, accident multæ ægritudines, & mortalitates, & accidet mors puerorum, aborſus impræguatarum, & mors auium. Et ſi apparuerit cometa in Cancro, ſignificat mortem ſubitaneam. Et ſi apparuerit cometa in Leone, ſignificat mortem nobilium, & accident hominibus ſtranguria, id eſt non poſſe mingere, & dolor ventris. Et ſi apparuerit à parte occidentis, ſignificat ægritudines multas, & ſi apparuerit cometa in Virgine, incurrent homines multos dolores, & tremores febrium, & mulieres incurrent ventoſitates, & multa vlcera, & puſtulas, & erunt multi aborſus impræguatarum, & ſi apparuerit cometa in Libra, ſignificat mortem quorundam regum à parte occidentis, & multam mortem in principibus, & nobilibus. Et ſi apparuerit à parte occidentis, & Sol fuerit in æquidiſtantia Libræ, ſignificat mortem quorundam regum. Et ſi apparuerit in Scorpione, ſignificat in hominibus dolores teſticulorum, & veſicæ, & coſtarum, & patientur mulieres cauſa partus horribilia. Et ſi apparuerit cometa in Sagittario, ſignificat mortem quorundam nobilium, & ſi apparuerit à parte orientis, & Sol fuerit in Sagittario, ſignificat mortem regum, & fortitudinem infirmitatum. Et ſi apparuerit à parte occidentis ſignificat aborſum mulierum impræguatarum. Et ſi apparuerit cometa in Capricorno, ſignificat mortem iuſtorum.

Et ſi apparuerit cometa in Aquario, ſignificat mortem Regis in parte orientis, & nimiam mortem in hominibus, & bubones & lepram. Et ſi apparuerit cometa in ſigno Piſcium, ſignificat mortem alicuius plebis. Et ſi apparuerit in parte occidentis, ſignificat bubones, & mortem cadere in pluribus climatibus, & præcipuè in occidente, hæc Albu. ibidem.

Et dicit Albuma. in libro de floribus capitulo vltimo. In quocunque ſigno apparuerit aliquis cometa, ſi apparuerit à parte orientis, erit velocius operi eius.

Et ſi apparuerit à parte occidentis, erit tardius operi eius.

Et dicit Haly Abenragel libro 8. capitulo vltimo, quando aliqua ſtella cadit ab Ariete, & dimittit ſuum ſignale, morietur Rex Chriſtianorum.

Et ſi fuerit iſte caſus de Tauro, erit mortalitas in terra Babyloniæ.

Et ſi ceciderit de Geminis, morietur rex Aegypti, & erunt mortalitates, & infirmitates in terra Perſiæ.

Et ſi ceciderit in Leone, morietur rex.

Et ſi ceciderit de Sagittario, erunt mortalitates in terra Babyloniæ, & in terra Chaldææ erunt epidimiæ, & ibidem morietur rex.

Et ſi ceciderit de Piſcibus, ſignificat ſaluationes multas: hæc Haly Abenragel ibidem.

Et dicit Auicen. 4. canonis tractatu. 4. capitulo 3. quòd de illis, quæ ſignificant peſtilentiam, de rebus quæ currunt curſu cauſarum, eſt vt multiplicentur roion, & ſubhub, & ſtellæ comatæ in principio autumni.

Nam indicant peſtilentiam indicatione cauſæ. Roron vero eſt illud, quod in aëre apparet, vt ſtella cadens, ſcilicet quæ eſt cum motu, vt ſubhub. id eſt quòd radius, qui eſt vt ignis ſtans in aëre.

Item dicit Auicen. vbi ſupra, quòd quando multiplicatur auſter, & ſubſolanus diebus, & quotiens videris turbitatem aëris, & nebuloſitatem eius, & exiſtimaueris pluuiã, & inueneris vacuũ ſiccũ, & nõ pluat, tũc ſcias ꝙ complexio hyemis eſt corrupta.

Peſtilentiam autem æſtiuam malignam, et malam ſignificat paucitas pluuiæ in vere cum frigore.

Deinde multiplicatur auſter, et conturbatur aliquot diebus aër, deinde clarificatur aër poſt hebdomadas quinque, vt ſupra, et accidit frigus in nocte et præfocatio et conturbatio et caliditas, tunc iam venit peſtilentia, et expectantur febres peſtilentiales et variolæ et ſimilia.

Et ſimiliter quando æſtas non eſt vehementis caloris, ſed eſt calida et humida, et eſt vehementis conturbationis habens matutina alterata, et iam præterierunt in autumno ſuhub, et ignes, et huius erit ſignum peſtilentiæ, et aliorum ſimiliter morborum peſtilentialium.

Et ſimiliter quando videris aërem alterari vno die multis vicibus, et clarificatur aër die aliquo, et oritur Sol clarus, et conturbatur aër die aliquo, et oritur in velaminibus nebulæ, quæ eſt vt puluis, et cum modo eſt calor, et modo frigus, et iterum modo calor, et modo frigus, ſiue in eodem die ſiue in multis diebus, tunc iudica quòd peſtilentia accidet: hæc omnia patet ſecundum Auicen. vbi ſupra.

Et concordat Bernardus de Gordon. cum eo in ſuo lib. qui intitulatur Lilium medicinæ. capit. 1.

Et dicit Iſach libro 4. de febribus cap. de peſtilentia, quòd antiqui concordati ſunt, et maximè Hippoc. quòd ſi in 4. anni temporibus aër corrumpitur, fiunt illo anno peſtilentiæ.

Et ſi venti in tribus menſibus hyemis, Decembri ſcilicet, Ianuario, et Februario perflant, et puluis in aëre augmentatur, et aëris complexio in ſiccitatem mutatur, ſine pluuia, et dies in qualitate verſantur vt ſi vna dies ſit calida, et alia frigida, hæc ſunt peſsima ſigna in hyeme, vere autem pluuiali, et turbido, cuius turbatio non diſſoluitur niſi in 4. aut 5. aut 6. die raro fiunt febres ex humoribus. Sed plurimæ naſcuntur variolæ & puſtulæ & plurimæ oriuntur mortales peſtilentiæ.

Multa autem alia ſigna prognoſtica peſtilentiæ et epidimiarum, ex aëris corruptione ſumpta ex mutationibus temporum ſecundum ſententiam Hippocra. Ariſt et Auicen. et aliorum, et ponuntur prius in capitu. primo huius diſtinctionis, quas te oportet hic conſiderare, et ideo non oportet illa ponere hic in iſto capit.

Et dicit Auicen. vbi ſupra, quòd ſigna peſtilentiæ, ſunt ſecundum Senecam iſta, ſcilicet vt videas ranas rana multiplicari, et vt videas mures, et animalia, quæ habitãt ſub terra fugere ad ſuperficiem terræ, et exire manifeſte.

Et vt videas animalia maxime vere, et aues ſecundum Gordon. fugere ex nidis ſuis, et ire ab eis, et fortaſſe dimittunt oua ſua: hæc omnia

ſecun-

ſecundum Auicenn.& Gordon. vbi ſuprà peſtilentiam ſignificant. Item terræmotus frequenter eſt ſignum peſtilentiæ. Nam dicit Albert.3. meteororum tractatu.3.capi.15.quòd peſtilentia frequenter ſequitur terræmotum, & præcipuè peſtilentia ouium,& animalium ſumentium cibum prope terram per os. qualiter autem & per quam cauſam hoc fiat, dictum eſt prius in capitu. primo huius diſtinctionis. Item vt cõmuniter cariſtia annonæ ſignum eſt peſtilentiæ, & epidimiarum. Nam vt communiter in tempore cariſtiæ corrumpuntur ſegetes, & fructus terræ, & hoc non poteſt eſſe ſine corruptione aëris. Vnde contingit frequenter peſtilentiam oriri, & præter hoc in tempore cariſtiæ homines comedunt cibaria mala, ex quibus generantur epidimiæ, & multæ infirmitates malæ in eorum corporibus & morbi.

Et per conſequens cariſtia magna annonæ ſicut dicit Haly.2. quadripartiti cap.decimo.ſignum eſt peſtilentiæ,& epidimiarum.Hæc autem ad præſens ſufficiant pro ſignis prognoſticis peſtilentiæ cum his, quæ dicta ſunt prius in primo capit.huius tractatus.

### *De præſeruatione & cura peſtilentiæ, & epidimiæ & coruſcatione aëris.*

### CAP. V.

POſitis ſignis prognoſticis peſtilentiæ & epidimiarum & corruptionis aëris, Reſtat loqui de præſeruatione & cura à febribus & morbis peſtilentialibus ſecundum medicorum auctoritates.

Dicit enim Auicen.4.canon.tractatu.4. cap.4.& 5. quòd oportet vt infrigides domos eorum, qui patiuntur febres peſtilentiales, vt ſcilicet vallẽtur fructibus odoriferis frigidis, & extremitatibus arborũ frigidarum,& irrorationibus ſumptis ex fructibus odoriferis frigidis,& roretur domus eorum omni die aliquotiens, & proprie cum aqua roſacea,camphora,& ſalicibus. Item oportet vt rectifices eorum aëra, adminiſtrando eis frigida, & vt fiat aër boni odoris,& prohibeatur putredo per aliquas medicinas. Et dicit Raſis 10. almanſoris. capit.6.quòd domus in quibus ſunt moraturi qui febres peſtilentiales patiuntur,frigidæ ſint & ventoſæ,& ex aqua & aceto rorentur. Patientes vero herbas frigidas,& bene redolentes olfaciant.

Trociſci quoque de camphora cum rob de citri quotidie eis dentur, & pectoribus eorum emplaſtrum ex ſandalis & aqua roſacea & camphora ſuperponatur.

Sitque eorum vſus, ſalicis, & vitis, & matianorum,& omnium aliarum rerum in quibus eſt frigiditas & ſtipticitas plene, & ex ſandalis camphora ſubfumigetur,& ex aqua roſacea multotiens in die rorentur:hæc Raſis.

Quod autem camphora valeat contra febres & ægritudines peſtilentiales patet ſecundum Haly. tertio techni Galeni canone.196. vbi dicit ſe ipſum fore expertum camphoram eſſe medicinam, facientem euadere ex putredine humorum.

Et dicit ipſe,propter hoc ego dedi ipſam in potu in ægritudinibus peſtilentiarum, & in febribus putridis:hæc Haly.

Et dicit Raſis quarto Almanſoris capit.de mortalitate & cautela eius, quòd mortalitas vt plurimum in fine æſtatis, & in autumno accidere ſolet, quapropter ſi in æſtatis medietate euenerint pluuiæ, nubes quoque & pluuiarum multitudo nocte & die permanſerit, & meridionales venti multi perflauerint,vel aër etiam ita quietus fuerit, quòd non moueatur, & cum hoc & meridionalis ventus turbidus exiſtat, à carne & vino & confectionibus de melitis & à fructibus recentibus & dulcibus, & à balneo, & lauacro aquæ calidæ omnino abſtinendum erit. in omni autem comeſtione de aceto comedendum,& vtendum erit,& omnia in quibus acetum ponitur,comedenda eunt,de rob quoque fructuum valde acetoſorum,& ponticorum ſicut de rob ſucci vuæ acerbæ, & ſucci ribes & granatorum acetoſorum, & malorum acetoſorum ac ſucci ſumach. Et rob acetoſitatis citri ſumenda erunt ſimiliter aceti multa quantitas bibenda erit ſæpe, quòd ſi magna neceſſitas carnem comedere cogat,perdices maſculini ſexus,hœdos quoque,& vitulos cum aceto, & vuæ acerbæ ſucco ſumat in his ſimilibus conditos, necnon hares & huben & muror edi debent.

Si autem in corpore ſanguinis aliqua appareat motio, minuatur abſque mora. Manſiones autem in quibus eſt ſedendum, frigidæ ſint, quarum portæ foramina à parte ſeptentrionis ſint aperta, & ſic euadent aëris peſtiferi diſpoſitiones, variolas ac morbillos habentes:nec non & febrem ſic euadunt, ſi hoc regimine voluerit vti, propterea cum talis temporis diſpoſitio fuerit, infantes & iuuenes & corpora habentes groſſa, & choleram rubeam,plus aliis cuſtodiendi erunt.

Quando autem in fine æſtatis multus fuerit calor, Autumnus quoque valde ſiccus & multum puluerulentus extiterit, & frigus & pluuia venire tardauerit,manſiones tunc infrigidandæ & humectandæ ſunt de pannis groſſis de canabo, & lino aqua aſperſis, & appenſis, & aquæ in pauimento domus rorandæ erunt, à labore quoque & coitu, abſtinendum erit. Corpus aqua calida lauandum eſt,& aqua nimis in potu ſumenda, ſimila quoque cocta in mane cum multa aqua & pauco zucaro bibenda erit, & aqua in niue infrigidata, à dulcibus vero & calefacientibus, & à vino niſi multa temperatum fuerit aqua, cauendum eſt. De citrulis, cucumeribus,& cucurbitis & portulacis, & his ſimilibus multum erit comedendum, ſummopereque cauendum ne in Sole ſedeatur, neque ieiunet, neque comeſtio tardetur. Sitis etiam nullo modo toleranda eſt.

Si quis vero in meridie dormire voluerit, in locis quieſcat frigidis. Nutrientia quoque edat, quæ diximus, Piſces vero ſi comedere voluerit, ſuper carbones aſſatos eos comedat: vuuas quoque in quibus eſt acetoſitas, comedat. In tali vero tempore ſingulis diebus aquam bibere



Digitized by Google

ordei multum confert, et pręcipuè corpora calida & ſicca habentibus. hi enim hoc regimine præ omnibus aliis indigent, & per hoc etiam eſt poſsibile febres acutas in tali tempore euadere. Quando autē in nocte multæ apparuerint aëris apparitiones, coruſcationibus ſimiles, & aëris color ictericiæ ſimilis, venti quoque flauerint primo, quorum aduētu multi homines & animalia ægrotant, in nocte quoque ſi videantur in aëre radij ſplendentes, egrotantes cito mortem incurrunt, aër etiam difficulter attrahitur, & ora ægrotantium fœtidum emittunt odorem. Ipſi quoque infirmi multū anguſtiātur, & ardorem habent magnum, & ſitim patiūtur vehementem, & ipſorū infrigidantur infirmitates, & vomunt, & egerunt humores fœtidos, & quando talia adſunt, fructus et olera, quæ in tali naſcuntur tempore, ſunt dimittēda, et aqua quæ in ſuperficie terræ manifeſta eſt, bibenda non eſt, et aër calidus fugiendus eſt. Domus præterea diu aqua et aceto mixtis irroranda eſt. Et ſi cum hmōi in aëre odores fœtidi et putridi ſint, interficiētes homines, cū ſandalis, et camphora ſunt ſuffumigandæ, et aqua roſacea irrorādæ domus, etiam cum coſto et thure et ſtorace et bitumine et camphora et ſandalis ſuffumigari debent. Nutrientia quoque ſint acetū, et lentes, et ſumac, et ſimilia, et ſuccus vuæ acerbę, acetum quoque cum aqua temperatum bibendum eſt, vinum dimittendum. In hac quoque diſpoſitione ſumere in potu vnum de trociſcis camphoræ, ſæpe confert, etiam eſt cum aqua niuis bibenda, et aqua ablutionis frigida vtendum eſt. Vnus præterea antiquorum phyſicorum dixit, et iſte fuit Paulus, et dixit hoc Ruffo, quòd ſi duæ partes aloes ſumantur, et croci orientalis, et myrrhæ, vniuſcuiuſque vncia, et detur ex eis in principio mortalitatis cuique pondere. 12. abarach, id eſt pondus trium granorum ordei ſingulis diebus, vt eſt, aut cum vino temperato cum aqua, maximum affert remedium. dixit enim ille, ſe nic neminem vidiſſe hanc medicinam in principio mortalitatis habentem, qui non euaſerit: hæc Raſis. Et hanc etiam medicinam ponit Auerro. 6. colliget. ca. vltimo. Et ſimiliter Auicēna. 4. canon. tractatu. 4. vbi ſupra prout poſterius dicetur in hoc capitulo. Et anno Chriſti 1348. in tempore, ſcilicet maximæ mortalitatis peritiſsimi medici in Oxonia hanc maximè approbabant medicinam, inter alias tamen ad reprimendū maliciam ipſius aloe, aliqua alia addiderunt. Receperunt enim aloe myrrhæ. ʒ 1. cinamomi. ʒ. tres trocigariophylorum, macis, ligni aloes, maſticis, ana dragmam ſemis, feceruntque puluerem, et ſumpſerunt de eo omni die in principio mortalitatis pōdus duarum dragmarū, & cum modico vini aqua mixti multum profuit. Vnde & hanc medicinā nota diligenter, quod probatur. Et dicit Raſis vbi ſupra, quòd Galenus dixit, quòd bonluar cum aceto & aqua bibitum huic diſpoſitioni conueniens eſt, & thiriaca viperarum eidem valde congruit. Confert etiam in temperie aëris putrefacti ſuffumigatio cum coſto, & thure & ſtorace, & xyloaloes & bunch, ideſt nodus in ramo vel in ſtipite myrti, & ſandalis, & cāphora, & myrrha. hæc Raſis ibidē. Et c. immediate præcedente, ſcilicet de cautela, ægritudinum tranſeuntiū dicit, ꝙ terra, in qua antrax, & mortalitas fuerit fugienda eſt, quam ſi quis fugere non poterit, & fuerit manſio in locis, in quibus iſta fuerint, in loco altiori morari debet, & locum qui ſupereſt vento, infirmi eligere debet, locus vero dicitur ſupereſſe ventō infirmi, per quem ventus tranſit ad infirmum. Aegritudines vero, quæ de vno ad alium trāſeunt, ſicut lepra, ſcabies, phthiſis, & febris. Ex qua ſequitur mortalitas, quæ tunc accidunt cum aliqui in manſionibus anguſtis cum omnibus iſta patientibus, vel ſuper vento eorum ſedenti. Aegritudo etiam oculorum de vno ad alium ſi intuitus fuerit cum tranſit, puſtulæ quoque ad alium tranſeunt. Et inſuper ſummopere obſeruandum eſt, vt ab omnibus ægritudinibus malum habentibus odorem ſani elongentur, & ſupra ventum ſedeant. hæc Raſis ibidem Et dicit Haly lib. 6. de regali diſpoſitione capit. 30. quòd oportet cedere in loco, & à regimine in quibus contingunt putredines, quæ ſunt cauſæ peſtilentiarum, ſi poſsibile eſt, quòd non ſit habitatio ſuper ventos, qui per eas tranſeunt putredines, & ſic ſit habitatio aut in ſubterraneis parui humoris, aut in domibus, in quas non tranſit aër multus, & riges aceto domum, & mixto, & odoriferis frigidis vaporibus, iocundis, vt ſandala, camphora, & huiuſmodi, & multiplica odores frigidos, & iocundos. Et in eodem capitul. 30. circa principium dicit Haly, vtatur requie qui patitur peſtilentias, morbos, in domibus frigidis, & prope decurſus aquarum in habitaculis altis, oppoſitiſque Aquiloni ſternatur domus roſis, & aliis odoriferis frigidis, euaporetur domus cāphora, & infrigetur aqua aceto mixta. Et dicit Auenzoar in libro chair medicinarum verſus finem, vbi loquitur de epidimiis, quòd domus palaciatæ melioris habitudinis ſunt in iſto caſu, quàm domus terraneæ, & iube quòd ſternantur in domo res odoriferæ & frigidæ ſicut myrrha & ſuffumigetur domus & roretur cum aceto forti, ſintque feneſtrę domus apertę verſus ſeptentrionem, quia meridionales venti nocent in iſto caſu.

Sic itaque patet ſecundum ſententiam Haly & Auenzoar cuiuſmodi erunt habitacula eorum, qui patiuntur morbos peſtilentiales, & qui voluerint pręſeruari ab eis, & qualiter eorum habitacula erunt præparata.

Nunc dicendum eſt de eorum diæta, & eorum cura ſecundum ſententiam Auicennę, Raſis, Auenzoar, & Haly, & aliorum.

Dicit itaque Auicenna vbi ſupra, ſint cibi eorum, qui huiuſmodi infirmitates patiuntur, ex acetoſis deſiccatis, & ſint paucæ quantitatis.

Cibi nanque eorum ſunt mali in tempore peſtis, quare nocet eorum multitudo, inquantum fit additio, & nocet iterum, inquantum ſint mali, & oportet vt extrahantur à corpore humores ſuperflui, & inclinetur regimen eius ad exſiccationem omnino, & ex minoratione cibi niſi in exercitio oportet, vt non adminiſtretur ei neque balneum, neque vinum, neque toleretur ſitis, & rectificetur aër, & declinet cibus ad acetoſa, & minoretur ex eo, & ſit caro eius decocta in acetoſis, & oportet vt vtatur eis, quæ prohibent putredinē, & de illis quibus ex ea fit euaſio, eſt adminiſtratio thiriacæ cum bono regimine. Et de medicamine facto ex aloe, et croco, et myrrha ſumatur oī die circiter 3. quoniā eſt adiuuamentū: hęc Auic. Et dicit Raſis vbi ſupra,

quòd

Digitized by Google

quòd in hac febre directè incedendum eſt, aquam frigidam dando, & rob de fructibus acetoſis, & fit hoc quæ ex generatis, & ex ſucco vuæ acerbæ, & ex piris & maceanis citrinis vel citri acetoſitate, ꝙ ſi nullum iſtorum habeatur acetum, cum aqua ægris dãdum eſt, & lac acetoſum cum farina ordei atque lac valde acetoſum, ex quo nutriantur. Præterea laborantes paſsione, aliquid comedere ſunt cogẽdi. Plures enim eorum nihil ſumere volunt, herbas frigidas, & bene redolentes olfaciant, trociſci quoque de camphora cum rob de cicere quotidie dẽtur, & pectoribus eorum emplaſtrum ex ſandalis & camphora & aqua roſacea ſuperponatur. hæc ille. Et dicit Auenzoar vbi ſupra, quòd ſubtilatio cibi eſt vtilis in iſto caſu: & ſit panis de bona farina, & bene fermentatus, in quo appoſitum ſit tempore confectionis parum de aceto, à carnibus autem vniuerſis ſe abſtineant, vbi contingit corruptio aëris circundantis. hęc ille. Et dicit Haly eodem libro 6. de regali diſpoſitione eodem cap. 30. quòd diligẽter debes conſiderare, ſi euentus infirmitatum & paſsionum prædictarum eſt à paſsione, mutationis aëris, & cautela erit vſu regiminis ex contrariis cõplexioni aëris in iſto tempore tam in cibis quàm in medicaminibus, prodeſt etiam euacuare corpus humore aëris complexioni conſono eo tempore, & amputare naturam eius. Si autem aduentus eius eſt de corruptione aëris & alteratione ſubſtantiæ eius quoniam huiuſmodi habitudo accidit aëri ſecundum maiorem partem ex exceſſu caloris, & humiditatis, oportet eſſe cautelam ab incurſu harum infirmitatum primo de phlebotomia, de hinc ex laxatiuo, & huius eſt purgare ſuperfluitatem calidã. Deinceps vtatur regimine refrigerante, & de ſiccãte, caueat obuiare aëri calido, & venenoſo & occupari in Sole, vtatur balneo aquæ dulcis frigidæ, deſinat repletio ciborum, famem & ſitim non toleret, caueat carnes ambulantium magnorum animalium generantes peſsimos chymos. Et ſi peſtis incumbit eo tempore alicui ambulantium animalium, carnes illius ſpeciei omnino fugiat, & continens ſit circa carnes auium tãtum vt ſunt pulli, gallinæ, & huiuſmodi. vtantur in leguminibus herbis refrigidantibus, vitent vinum, in cuius loco ſumatur robum pomorum & huiuſmodi. Plurimi autẽ timent aduentum peſtilentiæ, quorum complexio calida & humida, vt ſunt pueri, adoleſcentes: quare oportet eos multiplicare ſanguinis minutionem, & augere vſum eorum, quæ refrigerant & deſiccãt, caueant & omnino regimen calefaciens & humectans. Fiunt autem peſtilentiales morbi plurimi, quando eſt autumnus nimiæ ſiccitatis, parũ habens pluuiarũ ſtatim poſt æſtatem magni caloris, vt ſunt febres cholicæ, quare neceſſe eſt petere vſum regiminis refrigerantis & humectantis. Multis etiam temporibus fiunt morbi frigidi phlegmatici, vt apoplexia & huiuſmodi, quare oportet vti regimine calefacienti, & deſiccanti. hæc Haly ibidem. Et dicit Gordon. libro medicinæ cap. 10. ꝙ præſeruari poſſumus à peſtilentia, ſi tempus eſt frigidum, odorando muſcum, & lignum Aloes, & ſtoracem, & ſimilia aromatica, ſiue comedendo ſiue odorando. Et ſi tempus eſt clarum, cõuenit ꝙ fiat in aromaticis frigidis, ſicut ſandalis, roſis, cãphora & huiuſmodi, vnde & ipſe Gordon. ponit hanc curam, ſcilicet quòd rectificetur iuxta temporum naturas, infrigidando in æſtate cum foliis ſalicis, & cannarum vitis albæ, & cucurbitarum cum multitudine aquæ frigidæ, & aceti & aquæ roſaceæ. Et odoret camphoram, roſam, ſandala, & omnia acetoſa competunt, ſicut eſt lac acetoſum, & herba acetoſa, quæ dicitur acedula, malum granatum, & ſuccus vuæ acerbæ, & acetoſitas citri: & vitetur vniuerſaliter repletio cibi, & potus, & coitus vniuerſaliter debent vitari tempore peſtilentiæ. Si autem ægritudo fuerit ſanguinea, fiat phlebotomia. Si cholerica, digeratur materia, & curetur ſicut decet, & ita de aliis humoribus: hæc Gordon. Ex prędictis ergo põt recolligi, ꝙ ſi peſtilentia fuerit calida, iſtis debet vti odorando vel comedendo camphora. ſ. roſis, ſandalis, ẽt oĩbus venifar, & ſimilibus frigidis aromaticis, quæ prius ponuntur. Aër ẽt debet ſecurari vt prædictum eſt, ſternendo domum, & omnẽ locum ſuum cum foliis ſalicis, & foliis vitis albæ, & cum foliis lactucæ & roſarum & foliorum prædictorũ cum multitudine aquæ frigidæ, & aceti, & tunc valẽt oĩa acetoſa, ſicut eſt lac acetoſum, & acedula, & malagranata, & alia conſimilia, quæ ponũtur prius. Lapides etiã valentes in peſtilentia calida ſunt iſti, margaritæ, hyacinta, ſaphirus, ſmaragdus, corallus albus, & rubeus, & alij conſimiles. & cũ iſtis debent aliqua frigida aromata miſceri. Sed in peſtilẽtia frigida valent iſta, muſcum, lignum Aloes, ambra, gariophyli, nux muſcata, & ſtorax, calamita, cinamomũ, os de corde Cerui, & multa conſimilia. Ex iſtis põt vti odorando, & comedendo cum quibuſdam aliis calidis aromaticis. Valentia aũt compoſita in vtraque cã ſunt hæc. Vinum odoriferum, thyriaca, mitridatũ, potio muſcata, læticia Galieni, diãbra, dimargaraton, alipta, muſcata, & alia cõſimilia. Et illæ medicinæ quæ prius ponebantur ſecundũ Raſim, & alios medicos Oxoniæ, quæ fiunt ex myrra & aloe, & aliis prædictis valent in vtraque cauſa. Et ſit dieta ſua & eius habitatio ſicut prius dictum eſt, & iſto modo fit præſeruatio & cura à morbis peſtilentialibus Et Haly lib. 6. de regali diſpoſitione ca. 30. ponit præſeruationem à morbis peſtilentialibus tranſeuntibus ſeu contagioſis vt eſt lepra, ſcabies, phthiſis, ophthalmia, variola, & ſimilia, quãdo huiuſmodi morbi tranſeunt in eum qui cohabitat patienti, non oportet aliquid cum eis commorari, nec cohabitare in domo vna, ſed longè fiat habitatio ab eis ad loca, quæ ſunt ſupra ventum per illos flãtem: hoc quoque modo oportet regi illum, qui peſtilẽtiales vult vitare morbos, vt ſuperius dictũ eſt, atque hæc eſt collectio regiminis vtilis illi, cui eſt aĩus à peſtilẽtialibus morbis & tranſeuntib' & contagioſis præſeruari. Et finitur hic tractatus de peſtilentia & epidimiis, & corruptione aëris.

## TRACTATVS DE CAriſtia & vilitate annonæ.

### *De generatione cariſtiæ. Cap. I.*

Poſtquam locutũ eſt de peſtilentia, & corruptione aëris, eo ꝙ tam cariſtia, quàm peſtilentia ex aëris corruptione prouenit. In hoc autem cap. primo dicendum eſt de gene-



Digitized by Google

ratione cariſtiæ,pro quo eſt ſciendum , quòd cariſtia duplex eſt,ſcilicet generalis & particularis.Et vtraque etiam ſubdiuiditur:quia quædam attenditur penes locum , & quædam penes ſpeciem ipſius annonæ.Cariſtia autem generalis ſecũdum locum & ſecundum annonam eſt,quãdo per totam regionem magnam vel per totum vnum clima tanta eſt annonæ penuria , quaſi in qualibet ſpecie annonæ & præcipuè in ſpecie frumenti , quòd quàmplurimi in illa regione vel in illis regionibus præ fame nimia moriuntur.Cariſtia vero particularis ſecundum locum & ſecundum annonam eſt , quando in vna parte vnius regionis deficit ſolum vnica ſpecies annonæ , & maxime etiam in alia ſpecie alia à ſpecie frumenti. Et notandum,quòd cariſtia annonæ quæcunque in regionibus ſeptentrionalibus vt communiter non prouenit , niſi aliquibus iſtarum quinque cauſarum,ſcilicet ex defectu culturæ, aut ex nimia frigiditate , aut ex nimia ſiccitate , aut ex nimia humiditate , aut ex abductione victualiũ ab illis regionibus.& præter has quinque cauſas contingit aliquando in quibuſdam partibus cariſtia ex ratione quadam conſumptiua, in quibuſdam à vẽto magno,quæ annonam ante veram maturitatem eradicat. Defectus autem in aratura,aut eſt , quia terra non aratur quantum deberet,aut quia aratura ex tempore deſtruitur.Per frigiditatem quoque cauſatur cariſtia.Si enim in hyeme fiat gelu multũ exceſsiuum , diu durans cum vento magno , nulla exiſtẽte niue,vel modica,neque prata neque campi ſeminata erunt iſto anno fertiles, vt ſolebant, ſi tamen illud gelu ſit exceſsiuum tam durãs ſit cum niue magna ab initio , multominus erit talium deſtructiuum. Et notandum,quòd gelu in vere contrariatur omnibus ſeminibus tunc ſeminatis, & ex abſentia caloris etiam in æſtate vnum maturitatis annonæ per multos prolongatur. Vnde per illam cauſam & propter magnam penuriam annonę,quę tunc accidet in illa parte anni,vt communiter eſt maior cariſtia annonæ,ſcilicet in Iunio,Iulio & Auguſto,tamen ex aliis cauſis circunſcriptis his, quæ ex nimia humiditate proueniunt fames notabiles non timentur. Siccitas etiam vt dicunt œconomi, non nocet frumento,ſed ordeo,fabis,& pratis.Fabæ enim & ordeum non creſcunt,niſi poſt ſeminationem ſuam , aliqualem humiditatem habuerint. Et quia fames notabilis in aliquo loco non ſtat cũ copia frumenti in eodem loco, quam quidem copiam in Angliæ regionibus non impedit ſiccitas, ideo ex ſiccitate fames notabilis in eis regionibus raro vel nunquam cauſatur. Humiditas autem exceſsiua communiter eſt cauſa ibidem magnę famis , & per conſequens magnæ cariſtiæ frumenti, ſine qua fames magna non accidit.vnde videndum eſt quot,& in quibus modis humiditas frumenti cariſtiam operatur. Et notandum quòd decem modis humiditas agit ad cariſtiam frumenti. Primo videlicet quòd impedit venditores,ne frumentum ſuum ad locum venditionis valeant deportare,ſed illa cauſa per ſe non eſt multum timenda , tamen quia raro aut nunquam ob illam ſolam cauſam accidit cariſtia,& diu manſura,tamen quia & ſi accidat,eſt ſignum cariſtiæ in præſenti, eſt tamen multotiens cã per accidens maioris cariſtiæ in futurũ.

Secundò agit humiditas ad frumenti cariſtiam, quia & ſi non noceat de facto , creditur tamen ab omnibus hominibus vel à pluribus,quòd tanta humiditas ſine nocumento notabili non tranſibit.

Tertiò humiditas agit ad cariſtiam, quia ſi cũ forti vẽto acciderit , ipſum frumẽtũ promit & inclinat. Sed iſta cauſa ſicut & prima non eſt multum timẽda,tum quia raro accidit , tum quia non deprimit niſi in locis vbi eſt copia magna frumenti , tum quia etiam,vt communiter non accidit talis inclinatio frumenti niſi in locis montuoſis , & ſolum ad hoc ex altera parte mõtis , ſuper quam flat ventus. Et dicitur communiter ab œconomis, non oportet timere de fame , dum valles fertiliores fuerint mõtib'. Quartò agit humiditas ad cariſtiã, producendo herbas nociuas in frumento , & hoc poteſt duobus modis accidere ſcilicet ratione araturæ in hyeme , vel ratione humiditatis in niue in æſtate,vel in vere:quia ſi accidat primo modo,non eſt multum timendum,quia per artificium poſſunt huiuſmodi herbæ auferri. Sed ſi accidat ſecundo modo magis timendum eſt tum , quia eſt malum prognoſticandum tum,quia nunquam aut raro accidat hoc abſque aliquo 6.nocumentorum, & humiditas ſequẽtiũ.Quintò agit humiditas ad frumẽti cariſtiam in retardando eius maturitatem,& iſta eſt cauſa timenda,tum quia nocet araturæ anni futuri,tum quia per delationem ipſius frumenti maturitatis eiuſdem efficitur maior cariſtia,tum quia propter frumẽtum poſt terminum naturalem ſuæ maturitatis notabile retardamentum,& in ſuis granis eſt imperfectum,& ſua grana à ſuis ſpicis nõ faciliter ſeparantur. Terminus autem naturalis maturitatis ipſius frumẽti in quibuſdam partibus citius eſt,in quibuſdam partibus tardius, iuxta conſuetudinẽ patriæ ſiue loci.Sextò agit humiditas ad frumẽti cariſtiã, quia impedit ipſum colligi, & iſta cã eſt timẽda tum quia nocet araturæ futuri anni, tum propter delationem frumenti in autumno efficitur magna cariſtia,tum ẽt quia ſi per talem cariſtiam pullulauerit frumentũ in ſuis folliculis,nulli dubiũ eſt, quĩ ex toto reddatur quaſi imperfectũ & inutile fere.Septimò agit humiditas ad cariſtiã,q͂a deſtruit araturã. Quare notandũ,ꝙ in oĩ parte anni nocet exceſsiua humiditas,araturæ tamẽ in quibuſdã partibus magis,& in quibuſdam minus iuxta conditionẽ patriæ ſiue loci. Itẽ pluuia notabilis in actu impedit in plurib' locis , dũ durat nearetur terra. Octauò agit humiditas ad frumenti cariſtiã impediẽdo,ne in ſuo tpe debito ſeminetur, pluuia enim magna in actu impedit,ne ſeminetur, dũ durat,& etiã pluuia exceſsiua iam tarde præterita retardat ſeminationẽ poſt per tẽpus notabile.Nonò agit humiditas ad frumenti cariſtiam,prohibendo ne ipſum frumentum oriatur,vel ne ad quantitatẽ debitam vel perfectionem cõſuetam deueniat, vel in ſuffocando eum poſt ortum,aut horum aliqua facit plurimum exceſsiua ſtatim poſt ſeminationem, vel ſtatim aut adueniens quantitatem aut debitam in ſtramine frumenti impedit quæcunque multum exceſsiua inter eius ſeminationẽ,& completum augumentũ in ſtramine:ſuffocationem aũt frumenti poſt eius ortum facit quæcunque humiditas multũ exceſsiua in quacunque parte anni inter ortum ipſius frumenti,& eius fere completũ augmentum in granis. Et nota,ꝙ frumentũ ortum non ſuffocatur

per

Digitized by Google

per humiditatem, niſi eius radix per tẽpus notabile in aquã totaliter immergatur. Decimo agit humiditas ad frumenti cariſtiã impediẽdo ne floreat, vt deberet: & eſt notandum, quod quæcunq; pluuia notabilis in tempore, quo frumẽtum floret, eſt ei nociua, & durat tẽpus florum quaſi per menſem, & incipit in quibuſdam partibus tardius, & in quibuſdã citius. Et hæc cauſa inter omnia prius dicta eſt maximè timenda, tum quia citius nocet, tum quia nocet magis latenter. cito enim nocet propter temeritatem florum deſtruendo eos, ne grana generentur, quia flores ipſis granis multo facilius deſtruuntur. Latentius autem nocet, quia ante apparitionẽ florum ſi temperies fuerit conueniens, apparet frumẽtum ſine vituperio deteriori quod ad viſum per huiuſmodi pluuiam. Etiam in minimo frumẽto nõ apparet, ſed ſciri poteſt antequàm talis exceſsiua humiditas in multo frumento nocuerit, per hoc ꝙ poſtquã grana fuerint generata, vnaquæque ſpica pauciora grana retinet, quàm vt communiter ſolebat quælibet talis ſpica retinere in tali regione. in ipſis ſpicis, etiam loca plurima inter duo grana vacua inueniri contingit, cuius loca in aliis temporibus ſolebãt granis repleri, valet tunc vt alias quodlibet granum eſt alteri grano contiguum, vnde quęlibet quaſi ſpica ſurſum erecta non videtur magis verſus vnam differentiam poſitionis, quàm verſus aliam declinare, cuius tamen cõtrarium verum eſt cum ipſæ ſpicæ ſolita granorum copia onerantur. Et itaque patet qualiter humiditas agit ad cariſtiã frumenti humiditas nimia, & nocet ſiligini, ſicut & frumento, ſed ordeo non tantum, nec ita cito nocet, ſicut frumento: fabæ autem magis gaudent in maxima humiditate, cum tamen eorum radices nõ immergantur ex toto. Quartum autẽ, quod agit ad cariſtiam annonæ, eſt abductio victualiũ ab aliqua regione vel ab aliqua patria. Cum enim in aliquo loco fuerit magna penuria annonæ in aliqua eius ſpecie, quęcunque ſpecies fuerit, & illi loco ſiue illi regioni adiacet aqua magna, maria, vel alia mediãte qua annona abduci poterit, vel adduci, illius regionis incolæ propter lucrum ſuum quærunt annonam in regione alia, vbi maior fuerit copia, dum tamen illa prędicta aqua illi adiaceat regioni. Sic itaque patet ex quibus cauſis notabilibus cariſtia annonæ & indigentia prouenit. Sed præter iſtas cauſas cariſtiæ annonæ prædictas, ſunt & aliæ cauſę nõ tantam cariſtiã, nec ita vniuerſalẽ faciẽtes, quarum vna eſt ros cadens ſuper ſegetes, eaſque conſumens. Dicit enim Albertus 2. meteororum circa princi. quod ros generatur in vapore, qui multum habet humidi aerei, & ſubtilis terreſtris ſicci, & non eleuatur ros niſi in tempore caumatis, qui cum eleuatur, digeritur caliditate Solis humidum aereum, & permiſcetur ei fortiter terreſtre ſiccum, & poſtea frigore comparato pingueſcit humidum aereum, & cadit ros fluens, & viſcoſus, ſuper herbas & ſegetes, & folia arborum, Sole agente, ipſum euaporat humidum, & comburitur in eo terreſtre ſiccum, & fit quaſi farina ſubtilis ſparſa ſuper herbas, ſegetes, arbores, fructus, & folia, & ſiccat ea, & comburit, inducitque ſerenitatem in eis, & multum nocet ouibus, ſi herbas ſuper quas cecidit, comederint. hæc Albertus. Grando etiam ſi eius lapides ſint multi in numero, & multum exceſsiui in quantitate, violentia nimia, deſtruit quodcunque genus annonæ, quod attigerit. Dicit enim Albertus vbi ſupra, quod grando cadens non ſolum deſtruit fructus, quos inuenit, ſed impedit fertilitatem terræ in ſequenti anno, & ea quæ percutit, reddit inutilia in tantum, quod iumenta non nutribiliter accipiunt tunc cibum, & hoc eſt, quia frigus multum eſt in grandine, frigus autem eſt quantitas mortifera, & hæc virtus manet in aqua, quæ liquefacta in grandine, humefacit terram, & impedit fertilitatem eius, & infuſa fructibus, extinguit in eis calidum naturale, digerẽns humidum nutrimentale fructuum terris crudum remanens generat iumentis abominationem. Gutta autem magna pluuiæ cum ſit calida, totum facit oppoſitum, eſt enim ipſa bonæ commixtionis cum aereo, & ſubtilis terreſtris, & habet in ſe multum de caliditate vaporum. Ex quo fiat germinatio, & optimè infundit terram, & ſi lædit alios fructus, tamen hoc non facit niſi ex vi percuſsionis. hæc Albertus. Et dicitur ab œconomis, quod nix nunquam nocet frumento, nec aliis ſegetibus, ſed magis prodeſt eis à nimia frigiditate protegendo. Et huic concordat Albertus vbi ſupra, dicens, quod aquæ nimis reſolutæ multum fœcundant terras, & faciunt creſcere ſemina, quia paulatim egrediens, temperat in eis frigiditatem, & ſunt bonæ commixtionis cum aereo terreſtri. Quandoque autem à vento magno, qui ſegetes ante veram maturitatem eradicat cauſatur cariſtia aliqualis, ſed non multa, vt dictum eſt. Aliquando autem ſubmerſio ſegetum in aliquibus partibus terræ iuuat ad cariſtiam. In quibuſdam enim terris, quæ ſunt propinquæ littori maris vel magnorum fluuiorum, accidit ſubmerſio omnium ſegetum, & ſimiliter omnium victualium in eiſdem terris exiſtentium ex nimia inundatione aquę fluuialis vel ex nimio curſu aquæ marinę circunſtantis. Iſtæ autem cauſæ vltimæ poſitæ non faciunt magnam cariſtiam vt communiter, ſed ſolum paruam, mutare tamen poſſunt ad magnam cariſtiam cum 5. cauſis prius poſitis, vel cum aliqua earum. De fabis vt communiter non eſt magna copia in anno humido exceſsiuè, & propter penuriam aliarum ſpecierum annonæ, & ſunt ipſæ fabæ tunc temporis cariores. Et ſub nomine fabarum in propoſito continentur lenticulæ, piſæ, & orobi & ſimilia. & fabæ nimis gaudent in maxima humiditate, dum tamen earum radices non immergantur ex toto. Nulla enim annonæ eſt ſpecies arborum, vel herbarum non conſuetarum creſcere in aquis, quæ diu creſcere poſſunt modo debito, dum in aqua totaliter emergitur eius radix. In aliquibus autem regionibus meridionalibus frequenter accidit cariſtia annonæ ex locuſtis, & aliis vermibus, & animalibus nociuis deſtruentibus ſegetes. Sed hoc rarius accidit in terris borealibus, eo quod hoc prouenit ex nimio exceſsiuo calore, & nimia ſiccitate, & magna corruptione aeris, quæ non accidunt in regionibus frigidis exceſsiuè, ſicut in regionibus meridionalibus. Et ideo ibi noſtris non eſt timendum de cariſtia magna annonæ, proueniente ex cauſis illis, ſed magna cariſtia prouenit ibi ex humiditate exceſsiua, ſicut prius dictum eſt. Aliæ cauſę poſ-



Digitized by Google

ſent adduci de cariſtia annonæ, ſed iſtæ iam dictæ ſufficiant ad præſens. Vilitas autem annonæ prouenit vt communiter ex cauſis omnino contrariis prædictis cauſis.

### *Qualiter ſit prognoſticandum de cariſtia, & vilitate annonæ per orbes magnos & per eclipſes luminarium. Cap. II.*

MOdo intendo ponere regulas particulares aſtrologiæ qualiter de cariſtia, & vilitate annonæ eſt prognoſticandum. Et primo in hoc cap. quomodo per orbes magnos & per coniunctiones magnas, & per eclipſes luminarium. Pro quo ſciendum eſt hic, ſicut dictum eſt, quod oportet te primo ſcire initium orbis magni, in quo fueris, & extrahere dominum eius iuxta doctrinam traditam ſuperius. Item oportet te ſcire inueſtigare diuiſorẽ anni tui, & ſignum profectionis orbis magni, in quo fueris, ac etiam gradum profectionis prout dictum eſt vbi ſupra. Habito ergo domino orbis magni, in quo fueris, oportet te inueſtigare dominum coniunctionis magnę, & ſimiliter dominum eclipſis Lunæ, & Solis. Si aliqua ipſarum habuerit ſignificationem ſuper anno tuo, per quo volueris prognoſticare de cariſtia & vilitate annonæ. Et ſcias dominia coniunctionis magnæ, vel eclipſium luminarium.

Dico igitur ſecundum ſententiam Ptolemæi 2. quadripartiti cap. 8. & ſimiliter ſecundum Albu. 5. de coniunctionibus magnis dif. prima. Saturnus cum fuerit dominus orbis magni, aut dominus alicuius coniunctionis magnæ, aut alicuius eclipſis luminarium, aut cum fuerit diuiſor alicuius anni orbis magni aut alicuius anni de ſignificatione coniunctionis magnę vel eclipſis precedentis, & fuerit eius ſignificatio ſuper terram, accident in terrarũ fructibus diminutiones & detrimenta, quia calor in eis debilitatur ex Saturno, & maximè accidẽt detrimenta in his, quibus homines neceſſariò indigent: erunt autem detrimenta eorum per vermes, qui generantur in oleribus, & malis fructibus, vel per locuſtas. Et dicit Albu. vbi ſupra, quod maxime erit detrimentum in fructibus, qui traxerint ad acetoſitatem. Et dicit Ptolemæus, quod erit detrimentum in fructibus & ſubmerſionibus, & magnis pluuiis, aut ex magno frigore & ſimilibus, ex quibus accidet magna fames ſeu cariſtia, occaſione cuius multi homines morientur. Tamen ſecundum Haly ſuper iſto cap. 8. ſecundi quadripartiti Ptolem. non iudices in re, quæ non erit in ſuo tempore. Verbi gratia, ſi ſignificatio Saturni accidat in tempore, in quo non ſunt meſſes vel triticum conuenit, vt non iudices ſuper triticum, nec ſuper vuas in tempore non vuarum ſecundũ Haly.

Et ſecundum Ptolem. vbi ſupra, & ſecundum Albu. vbi ſupra, differentia ſecunda. Iupiter obtinens dominium, ſignificat abundantiam victualium ſeu augmentum rerum neceſſariarum hominibus, & fructus terræ augmentabuntur, & erunt ſalubres, & ſalubres erunt maris nauigationes. Et dicũt Ptolem. & Haly, quod fructus terræ, & omnes res aliæ perfectibiles erunt, nocentes vero minuentur, quia omnis planeta quando vincit, multiplicat res concordantes cum eo, & ſuum contrarium deſtruit. Vnde Saturnus creſcere facit omnes res impedientes naturam humanam propter frigus & ſuperfluitatem humorum, ſicut ea quę habent odorem & ſaporem malum, & omnes res cõtrarias ſibi damnat ſicut ea quæ habent ſaporem & odorem bonum. Iupiter vero contrarium omnino operatur. hæc Haly.

Mars vero prædictum obtinens dominium ſecundum intentionem Ptolem. vbi ſupra, & ſecundum Albu. vbi ſupra, differentia tertia, ſi fuerit eius figuræ ſuper terram in rebus ad vſum hominum pertinentibus, vt in animalibus, aut in terræ naſcẽtibus, accidet damnum magnum valde, eruntque fructuum detrimenta per inflamationes caumatiſque eos comburens aut per locuſtas, vel antequam homines ſe iuuant de iſtis, cadent propter magnos ventos, vel per ignem cadentem in horreis, aut granarij comburentur. Sol vero prædictum obtinens dominium, quandoque ſignificat cariſtiam annonæ. Dicit enim Albu. 4. maioris introductorij differentia ſexta, quod antiqui aſſimilauerunt coniunctionem Solis cum planetis directioni ſuæ in locis, in quibus ſui caloris grauitate animalia & ſemina perurit, ſimiliter aſſimilauerunt oppoſitionem ſuam vltimę remotioni à locis in quibus per eius abſentiam animalia conſumit & ſemina. Vnũquemque quartum aſpectum aſſimilant locis, in quibus partem aliam & ſeminum in vna parte anni conſumit, & in alio tempore anni conſumere deſinit. Aequalitatem quoque loci aſſimilauerunt in quibus, ſcilicet nec calore nec frigore in vno aliquid conſumit: hunc ſimiliter modum ſextili atque trino aſpectu aſſimilauerunt. hæc Albu. ibidem. Et ſecundum Albu. 5. de coniunctionibus magnis, differentia tertia, Sol prædictum obtinens dominium, annum infructuoſum ſignificat.

Item ſecundum Ptolem. vbi ſupra, & ſecundum Albu. 5. de coniunctionibus magnis, differentia quarta. Venus cum prædictum dominium obtinuerit, & fuerit eius ſignificatio in aquis, faciet eas fœcundas, & erunt nauigationes ſecuræ, & erit in mercimoniis magnum lucrum. Et ſecundum Haly maximè hoc erit in rebus ſuauibus, & aromaticis, vt ſunt ſpecies bonæ, & odoriferæ, & panni, & lapides precioſi. Et dicit Ptolemæus, quod animalia, quibus vtuntur homines, & ſimiliter res, creſcent, & multiplicabuntur, & proficient. Item ſecundum Ptolem. vbi ſupra, & Albu. vbi ſupra, differentia quinta, Mercurius prædictum obtinens dominium, ſi fuerit eius ſignificatio in terra, ſignificat deſtructionem fructuum cauſa combuſtionis, & ventorum, & mortalitatem, & locuſtas. Luna vero cum prædictum dominium obtinuerit, quando ſignificat annonæ cariſtiam propter eius ſuperfluam humiditatem, quod pręciſe in regionibus borealibus, ſcilicet in Anglia & in Scotia. Nam ſecundum Albu. 4. maioris introductorij differentia ſexta, Luna cæteris planetis eſt humidior, & licet humiditas vitam & vitæ durabilitatem ſignificet, ſi ipſa tamen ſuperflua

flua fuerit, impediet. Nam omne ſuperfluum impediens iudicatur. Et vlterius dicit Albu. in eadem differentia, quod Luna plus cæteris planetis humiditatem ſignificat. Quapropter nimiam humiditatem citius cęteris planetis à planeta qui ſibi coniungitur, corruptionem ſuſcipit. Et ſecundum Albu. 5. de coniunctionibus magnis, differentia ſexta, Luna prædictum obtinens dominiũ, ſignificat mortem & detrimentum in beſtiis, quibus homines vtuntur. Sic itaque patet, quod Luna prædictum obtinens dominium, quandoque ſignificat cariſtiam annonæ, & victualium, & hoc propter eius humiditatem ſuperfluam, & præcipuè in terris ſeptentrionalibus, in quibus eſt ipſa Luna domina. Ex prędictis ergo patet, quod Saturnus, Mars, & Mercurius prædictum dominium obtinentes, ſignificant cariſtiam annonę, & ſimiliter in quibus caſibus Sol & Luna. Sed Iupiter & Venus cum prædictum dominium obtinuerint, ſignificant vilitatem annonæ & victualium, & terræ fertilitatem, vt prædictum eſt. Et ſecundum Albu. 5. de coniunctionibus magnis, differentia prima. Saturnus cum prædictum dominium obtinuerit, & fuerit in Ariere, ſignificat corruptionem aeris, diminutionem victualium. Et ſi fuerit in Tauro ſignificat corruptionnem meſſium. Et ſi fuerit illic retrogradus, ſignificat diminutionem redituum. Et ſi fuerit Saturnus in Libra, prædictum obtinens dominium, ſignificat paucitatem panis, & vini. Et ſi fuerit in Scorpione, erunt multæ niues, corrumpentes meſſes. Et ſi fuerit Saturnus in Sagittario, & retrogradus prædictum obtinens dominium, ſignificat cariſtiam panis. Et ſi fuerit in Capricorno, ſignificat corruptionem agriculturæ, & reditus hæreditatum propter multas aquas & humiditates. Et ſi fuerit in Aquario, ſignificat detrimentum panis & vini. Et ſi fuerit Saturnus in Piſcibus, prædictum obtinens dominium, ſignificat paucos reditus, & paucos fructus. Et ſecundum Albu. vbi ſupra, differentia ſecunda, Iupiter in Ariete prædictum obtinens dominium, ſignificat augmentum panis, & plantationes arborum & vinearum. Et dicit Haly in tractatu ſuo de exiſtentia planetarum ſub radiis Solis quod Iupiter in Ariete ſtationarius, ſignificat abundantiam fructuum & fœni. Et ſecundum Albu. vbi ſupra. Iupiter in Tauro prædictum obtinens dominium, ſignificat multitudinem panis & vini cum diminutione arborum. Et ſecundum Haly vbi ſupra, ſi fuerit. Iupiter matutinus ſiue orientalis, ſignificat abundantiam fructuum & paſcuæ. Et ſecundum Albu. Iupiter in Geminis ſignificat augmentum panis & vini & præcipuè in parte occidentis. Et forte erit diminutio meſſis. Et ſecundum Haly, vbi ſupra, Iupiter in Virgine ſub radiis ſignificat abundantiam rerum. Et ſecundum Albu. vbi ſupra, Iupiter in Scorpione ſignificat proſperitatē vinearum & agriculturæ cum bona plantatione arborũ.

Et ſecundum Albu. Iupiter in Piſcibus prædictum obtinens dominium, ſignificat quod pluuiæ corrũpent vineas & oliuas & arbores & meſſes. & ſi fuerit illic retrogradus ſignificat malitiã rerũ in ſe.

Mars vero prædictum obtinens dominium, ſi fuerit in Tauro ſecundum Albu. ſignificat, vbi ſupra differentia tertia, paucitatē victus. Et ſecundum Albu. Mars in Leone prędictum obtinens dominium ſignificat cariſtiam beſtiarum, & panis præcipuè in oriente. Et ſi fuerit Mars in Virgine, ſignificat multitudinem panis & vini. Et cum fuerit Mars in Scorpione, ſignificat vehemens frigus in quarta autumnali hyemali, & æſtiuali cum multa ſiccitate aeris, & nocetur hoc pani, & vino & arboribus, & meſſibus. Et ſi fuerit Mars in Sagittario, multiplicatur frigus in quarta hyemali, & ſic exiſtens erit corruptio annonæ, ſcilicet panis & vini cum multis palmarum plantationibus. Et ſi fuerit Mars in Capricorno, ſignificat multos reditus hæreditatum cum paucitate fructuum. Et ſi fuerit Mars in Aquario ſignificat proſperam aeris commixtionem cum multitudine panis & vini, & cum multo bono, ſed paucitatem eorumdem in partibus maritimorum. Et ſecundum Albu. vbi ſupra, Mars in Piſcibus prædictum obtinens dominium, cariſtiam beſtiarum cum bona aeris commixtione. Et dicit Albu. in partibus iſtis vbi ſupra, in eadem differentia tertia, quod Sol prædictum dominium obtinens, ſignificat annum infructuoſum.

Et ſecundum Albu. vbi ſupra, differentia quarta. Venus prædictum obtinens dominium, ſi fuerit eius ſignificatio ſuper ſpeciem beſtialem, qua vtuntur homines, ſignificat multiplicationem eorum & eorum perfectionem. Et ſi fuerit eius ſignificatio ſuper elementum terreum, ſignificat bonum eſſe ſeminũ arborum, & fructuum. Et ſi fuerit eius ſignificatio ſuper elementum aquaticũ, ſignificat abundantiã aquarũ & euaſionē na-uiũ in mari.

Mercurius vero prædictum obtinens dominium, ſignificat cariſtiam annonę prout dictum eſt: & dicit Albu vbi ſupra, differentia quinta. Mercurius ſi fuerit in Ariete prædictum obtinens dominium, ſignificat paucitatem annonæ, ſcilicet panis & vini: & ſi fuerit in Tauro ſignificat deſtructionem annonæ cum aquis multis: & ſi fuerit in Cancro, ſignificat frigiditatem aeris cum paucitate annonę, & deſtructione fructuum, & præcipuè in occidente: & ſi fuerit in Leone, ſignificat deſtructionem arborum fructuum, & ſeminum cum paucitate annonæ: & ſi fuerit in Virgine, ſignificabunt fortunæ bonam commixtionem aeris & multiplicationem annonæ: & ſi fuerit in Libra, ſignificat paucitatem annonæ cum humiditate aeris: & ſi fuerit in Sagittario, ſignificat paucitatem panis & abundantiam vini: & ſi fuerit in Capricorno, ſignificat multum lac & mel cum multitudine annonæ.

Et ſecundum Albu. vbi ſupra, differentia ſexta. Luna prædictum obtinens dominium, ſignificat mortem beſtiarum, quibus homines vtuntur, & quandoque commiſcetur eius ſignificatio cum ſignificatiōe ſigni Arietis, vt ſcilicet, quãdo eſt ęquidiſtãs ei, ſignificat, diminutionē annonę. Si fuerit in Geminis prædictum obtinens dominium, ſignificat deſtructionem vini. Et ſi fuerit in Cancro, erit ſiccitas & fames in hominib᷒. Et ſi fuerit in Leone, ſignificat multam venditionem beſtiarum, & magnum precium earum. & proſperam diſpoſitionē earum fructuum. Et ſi fuerit in Virgine, ſignificat ſalutem hominum & animalium cum vtilitate beſtiarum & multitudine pluuiarum & annonæ. Et ſi fuerit in Sagittario, ſignificat detrimentum omnium animalium & præcipuè auium & detrimentum annonæ,

nonæ, & deſtruentur hæreditatum reditus. & ſi fuerit in Capricorno, ſignificat vilitatem annonæ, & proſperitatem potus & victualium. & ſi fuerit in Aquario, ſignificat multitudinem locuſtarum, & nocumentum, & reditus fructus arationis. & ſi fuerit Luna in Piſcibus, prædictum obtinens dominium, ſignificat deſtructionem auium & multitudinem pluuiarum cum vilitate annonæ. hæc Albu. ibidem.

Modo dicam tibi regulas particulares de cariſtia & vilitate annonæ ſumptas ex eleuationibus planetarum ſuper alias in diuerſis ſignis ſecundum ſententiam Albu. 6. de coniunctionibus magnis. & ſcito hic, ſicut in aliis tractatibus præcedentibus huius tractatus, ſecundi quod omnes regulę ſumptæ ex eleuationibus planetarum ſuper alios in Ariete ponuntur in differentia prima illius ſexti lib. Albu. de coniunctionibus magnis, & regulę ſumptæ ex eleuatiōibus planetarum ſuper alios in Tauro ponuntur in differentia ſecunda illius lib. ſexti, & ſic cætera. Dicit itaque Albu. vbi ſupra, quod Saturnus ſuper Iouem in Ariete ſignificat ſiccitatem multam & multitudinem annonæ & meſſes. In Tauro ſignificat ſiccitatem aeris nimiam in pluribus climatibus cum augmentatione meſſium. In Leone paucitas pluuiarum, & diminutio meſſium in pluribus terris erit, & in Piſcibus multos piſces & multas paruas aues ſignificat. Saturnus vero ſuper Martem in Tauro, ſignificat ſiccitatem & nimiam famem. In Leone magnos ventos calidos & paucitatem annonæ & meſſium. In Virgine durabile frigus tempore conuenienti cum impedimento arborum. In Capricorno valorem aſinorum, & in Piſcibus multos piſces & multas paruas aues ſignificat. Saturnus ſuper Solem in Tauro ſignificat paucitatem roris & annonæ. In Libra ſiccitatem multam & famem in pluribus terris. In Sagittario paucitatem meſſium & mortem beſtiarum ſignificat. Saturnus ſuper Venerem in Sagittario ſignificat bonum eſſe meſſium. & in Capricorno cariſtiam aſinorum ſignificat. Saturnus ſuper Mercurium in Libra ſignificat multam ſiccitatem & famem in pluribus climatibus. In Sagittario mortem beſtiarum. In Aquario corruptionem meſſium, & in Piſcibus multitudinem auium & piſcium ſignificat. Saturnus ſuper Lunam in Tauro ſignificat paucitatem annonæ. In Libra multam ſiccitatem & famem in pluribus regionibus. In Sagittario mortem beſtiarum cum pauca ſeruatione meſſium ſignificat.

Iupiter vero ſuper Saturnum in Ariete ſecundum Albu. vbi ſupra ſignificat vētos temperatos in meſſibus, & profectum in eis. In Geminis proſperitatē meſſium & fructuum in quibuſdam locis. In Cancro multitudinem meſſium, in Leone proſperitatem meſſium. In Virgine proſperitatem ſeminum. In Libra pulchrum eſſe meſſium, in Capricorno augmentum meſſium. In Aquario fertilitatem multarum regionum. & in Piſcibus multos piſces & paruas aues ſignificat. Iupiter ſuper Martem in Tauro, ſignificat deſtructionem in pluribus regionibus. In Scorpione fertilitatem regionum ſignificat. Iupiter ſuper Venerem in Geminis ſignificat multitudinē meſſium. In Libra proficuum meſſium. In Sagittario proſperitatem meſſium. In Capricorno annum proſperum, & in Piſcibus multitudinem piſcium & paruarum auium ſignificat. Iupiter ſuper Mercurium in Cancro, ſignificat impedimentum in plantis. In Sagittario multitudinem meſſium. In Capricorno augmentum meſſium, & in Piſcibus multorum piſcium & paruarum auium copiam. Iupiter ſuper Lunam in Ariete, ſignificat fertilitatem anni. In Tauro multam fertilitatem & ſalutē ſignificat.

Mars ſuper Saturnum in Virgine ſignificat plures reditus fructuum. In Scorpione locuſtas nociuas in meſſibus. In Sagittario vilitatem anonæ. In Capricorno multitudinem aſinorum & ouiū, & in Piſcibus multorum piſcium & paruarum auium copiam ſignificat. Mars ſuper Iouem in Capricorno ſignificat mortem ouium. Et in Aquario incrementum plantarum. Mars ſuper Venerē in Leone & in Virgine, ſignificat multas locuſtas. In Capricorno mortem ouium. In Aquario locuſtas ſiccitatem & cariſtiam annonæ, & in Piſcibus proſperitatem multarum regionum, & multitudinem piſcium, & paruarum auium ſignificat. Mars ſuper Mercuriū in Virgine ſignificat cariſtiam aſinorum. In Capricorno cariſtiam aſinorum, mortem ouium, & paucitatem auium. In Aquario paucos boues & paucitatem cęterorum animalium cū multa venatione & cariſtia annonæ, & in Piſcibus multā venatiōem & fertilitatem in parte occidentis, ſed cariſtiam ſementis annonæ ſignificat. Mars ſuper Lunam in Ariete ſignificat cariſtiam quadrupedum. In Tauro preciū beſtiarum. In Cancro cariſtiam ouium & boum & huiuſmodi. In Leone cariſtiam boum, camelorū, & huiuſmodi animalium. In Libra paucitatem animalium trahentium onera. In Scorpione valorem beſtiarum. In Capricorno cariſtiam boum & aſinorū, & in Piſcibus adhuc paucitatem boum & aliorum animalium ſignificat.

Sol vero ſuper Saturnū in Ariete ſignificat multitudinem meſſium. In Tauro multā famem in hominibus, ſed augmentum fructificationis arborū. In Leone multas locuſtas & augmētum herbarum ſignificat. Sol ſuper Mercurium in Aquario ſignificat proſperitatem redituum, & in Piſcibus multitudinem volatilium & piſcium ſignificat.

Venus ſuper Saturnum in Cācro, ſignificat locuſtas multum deſtruere ſegetes. In Aquario bonitatē meſſium ſignificat. Venus ſuper Iouem in Libra, ſignificat cariſtiam annonæ, & deſtructionē meſſiū. In Capricorno mortem in ouibus cū paucitate annonę, & in Piſcibus detrimentum volatilium cum multis humiditatibus & meſſibus ſignificat. Venus ſuper Mercurium in Cancro ſignificat paucitatem annonæ. In Geminis augmētū poſſeſſionū. In Scorpione captionem pecorum in pluribus terris. In Capricorno cariſtiam aſinorū & camelorū ſignificat. Venus ſuper Lunam in Piſcibus ſignificat multitudinem piſcium & paruarū auium. Mercurius ſuper Saturnum in Libra ſignificat mediocritatem annonæ & meſſium. In Capricorno detrimentum herbarum. In Aquario augmentum meſſiū, & in Piſcibus paucitatem volatilium ſignificat. Mercurius ſuper Iouem in Virgine ſignificat paucitatem ſeminum & herbarum. In Sagittario inundationes cum deſtructione regionum. In Aquario bonitatem redituum, & in Piſcibus ſiccitatem & famem in plurib⁹ terris ſignificat. Mercurius ſuper Martem in Ariete ſignificat paucitatem meſſium. In Geminis multā mortem ouium. In Sagittario deſtructionem redituum.

Digitized by Google

tuum. In Aquario cariſtiam aſinorum cum multitudine meſsium. Et in Piſcibus valorem aſinorum, & mortem ouium & multas meſſes ſignificat. Mercurius ſuper Solem in Leone, ſignificat mortem in ambulantibus cum multis locuſtis. In Virgine multos reditus cum multis locuſtis, & in Piſcibus paucitatem volatilium & piſcium ſignificat. Mercurius ſuper Venerem in Ariete ſignificat proficuum meſsium. In Aquario incrementū meſsiū ſignificat.

Luna vero ſuper Saturnum in Tauro ſignificat paucitatem meſsium. in Cancro etiam paucitatem meſsium. in Libra multitudinem meſsium & in Piſcibus paucitatem ſignificat. Luna ſuper Venerem in Tauro ſignificat precium aſinorum & mortem boum & paucitatem meſsium & ſeminum. in Capricorno diſperſionem aſinorum, mortem boum, ſiccitatem & paucitatem ſementum, & meſsium ſignificat. Luna ſuper Mercurium in Piſcibus prędictum obtinens dominium ſignificat multitudinem volatilium & piſcium. Ex prædictis patet, qualiter planetæ ſignificant cariſtiam & vilitatem annonæ per eleuationem quorundam eorum ſuper alios.

Et dicit Albu. 3. de coniunctionibus magnis, differentia prima, quando iungitur Venus Saturno, ſignificat fertilitatem ſubſtantiarum aquaticarum, vt ſunt margaritæ, & ſimilia. Et quando iungitur Mercurius cum Saturno adueniet omnib' mors & fames. Item ſecundum Albu. 4. de coniunctionibus magnis, differentia prima. Cum fuerit Aries ſignum profectionis orbis magni, aut fuerit in eo gradus profectionis orbis, aut perueniat ibidem directio vel profectio, vel cum fuerit gradus aſcendentis ſiue locus alicuius coniunctionis magnæ vel alicuius eclipſis luminarium in Ariete, aut cum fuerit ibidem almutaz ſiue dominus diſpoſitor alicuius tēporum reuolubilium, erit multitudo herbarum & paſcuorum & mediocritas arborum, & erit corruptio in cibariis propter humiditatem: diminuētur meſſes arenales cum proſperitate aliorum fructuū. Item Albu. vbi ſupra differentia ſecunda, cum fuerint Tauro ſignificationes quas prædixi, erit annus mediocris cum multiplicatione panis & vini & fructus. Et ſecundum Albu. vbi ſupra, differētia tertia, cum fuerint ſigno Geminorum ſignificationes prædictę, ſignificat multa tonitrua & coruſcatiōes, & ventos occidentales deſtruentes reditus, & præcipuè in parte meridiei, ſed multiplicabuntur meſſes in pluribus climatibus: & ſignificat multitudinē fructuum, ſcilicet ordei & dactylorum cum ſalute arborum Et ſecundum Albu. vbi ſupra, differentia quarta, cum fuerint Cancro ſignificationes prædictæ, erit fames & paupertas propter ſiccitatem, ſed erit augmentum plantationum, ſeminum, & indigebūt homines multum equis & aſinis, & erit mors in animalibus, ſed erit forte tunc multitudo cibi & potus. Et ſecundum Albu. vbi ſupra, differētia ſexta, cū fuerint Virgini ſignificationes prędictæ, mulmultiplicabitur fames. Et ſecundum Albu. vbi ſup. differentia ſexta, cum fuerint Scorpioni prædictæ ſignificationes, erit multitudo annonæ, & meſsiū, & erit deſtructio paſcuorum præ deſtructione niuium, & erit multitudo beſtiarum aquæ, & vermiū terræ, & nocumentū hominibus à vermibus. Et ſecundū Alb. vbi ſup. dif. nona, cum fiūt Sagittario ſignificatiōes prædictę, erit multitudo vermiū terrę, & boum, & deſtructio ſpicarum. Et ſecundū Albu. vbi ſup. dif. quinta, cū fuerint Aquario ſignificationes prædictæ, nocebūt humiditates vineis, ſed erit annus fertilis, & augmentabūtur annonæ, tamē multiplicabuntur locuſtæ. Et ſecundum Alb. vbi ſū. dif. 12. cum fuerint ſigno Piſcium ſignificationes prædictæ proſperabitur agricultura, & multiplicabūtur fructus, & panes cum pauca reſeruatiōe redituum. Et ſecundum Albu. 7. de coniunct. magnis, dif. prima, cum fuerit ſignum profectionis orbis magni, aut aſcendentis reuolutionis, vel directio vel locus alicuius coniunctionis magnæ vel eclipſis luminarium in aſcendentis regionis tuæ, aut ſi aliquis planeta dominator fuerit in eo in temporibus prædictis, ſignificat quod apparebunt in regionibus & ciuitatibus, quarū ſignificationes ſunt illius ſigni, bonitas virtus & renouatio rerum, & complementum earū, & multitudo comeſtionis & potationis. Item ſecundum Albu. vbi ſup. dif. 2. Cum ea quę prædixi apparuerint in ſecūda domo, planeta aut diſpoſitor fuerit ibidem, apparebit in regionibus quartarum ſignificationes ſunt, quibus ſignificatur multa venditio, & emptio & acquiſitio cenſus. Et ſecundum Albu. vbi ſup. dif. quinta, cum ea quæ prædixi fuerint in 5. domo, apparebit in regionibus, quarum ſignificationes ſunt illius ſigni, ſcilicet vſurpatio redituum, Et ſecundum Albu. vbi ſup. dif. 6. cum ea quæ prædixi fuerint in ſexta domo, erunt in mercimoniis in regionibus, quarum ſignificationes ſunt illius ſigni, negotia multa & venditio & emptio. Et ſecundum Albu. vbi oſtenditur ſupra cum ea quæ prædixi fuerint in ſexta domo, apparebit in regionibus, quarum ſignificatiōes ſunt illius ſigni, acquiſitio cenſus. Et ſecundum Albu. vbi ſup. dif. quinta, cum ea quæ prædixi in quinta fuerint domo, erunt multæ vēditiones, & emptiones, datio & acceptio, & largitas, & multa ſubſtantia regis in regionibus, quarum ſignificationes ſunt illius ſigni. hæc Albu. ibidem. Et debes obſeruare omnes regulas prædictas de ſignificationibus planetarum & ſignorum in reuolutionibus annorum mundi, & in initiis quartæ anni ad prognoſticandum de cariſtia & vilitate annonæ. Et dicit Meſſahalla in epiſtola ſua ca. 9. q cum coniunctæ fuerint omnes tres planetæ ſuperiores in vno termino vel facie, & aſpexerit eos Sol, ſignificat res maximas ſecundum quantitatem fortitudinis eorū, & eum qui vincit in ſignis eorum, & hæc eſt maxima coniunctio, quæ ſignificat deſtructionem quorundam climatum, necnon & res maximas, & præcipuè ſi adiuuerint aliqui planetarum inferiores, & ſcito quod fortior eorum ſit ſignificator, qui ſi fuerit fortuna, ſignificabit fortunā. Si aūt malus, ſignificabit impedimentum. Et hi planetæ cum fuerint in exaltationibus ſuis, ſignificant bonū & temporis aptationem. Si vero coniuncti fuerint in deſcendentibus ſuis, ſignificant detrimentū, corruptionem, & ſiccitatem, & famem, niſi fuerint fortunati. Et ſi coniuncti fuerint in ſigno igneo, ſignificant ſiccitatem. Si in Aquario, multitudinem pluuiarum, in aereo fortitudinem ventorum, & in terreo multum frigus, & impedimentum. Et ſi coniūcti fuerint in ſigno maſculo, ſignificāt deſtructionē maſculorum ex animalibus & ſi in fœminino, ſignificat in fœminis animalib'. Et vbi ſupra ca. 10. dicit Meſſahalla, quod coniunctio Iouis cum Saturno eſt coniun

Digitized by Google

coniunctio maior, & congregatio euentus ab ea eſt, vt aſpicias horam coniunctionis eorum ad aſcendens, & planetas, & ſcias illum qui vincet illum, ſcilicet in finem eorũ, qui ſi fuerit fortunatus, ſignificabit bonum & temporis aptationem. Si vero fuerit infortunatus, ſignificat detrimentum & corruptionem, ſiccitatem, & famem. Et cum fuerit Iupiter Saturno fortior, ſignificabit bonum in eadem coniunctione. Si vero fuerit Saturnus fortior, ſignificabit malum & tribulationem. Et coniunctio eorum in ſignis igneis & aereis ſignificat ſiccitatẽ & grauitatem Solis, & in terreis ſignificat deſtructionem ſeminum & famem, & in aquaticis multitudinem pluuiarum. Et ſi fuerint fortunati ſignificant aptationem in omni quod ſignificauerint, & diminutionem mali. Et vbi ſupra ca. 5. dicit Meſſahalla de coniũctione duarum infortunarum, quod hæc coniunctio maxime, ſcilicet Saturni & Martis ſi fuerit in ſigno igneo, ſignificat deſtructionem & ſiccitatem, & in aereo ventum. Et in aquatico, ſignificat multitudinem pluuiarum. Et in terreo, ſignificat gelu, & fortitudinem frigoris. Et fortunæ cũ aſpexerint, minuent de malo, & cum aſpexerint mali, augebunt. Et vbi ſupra cap. duodecimo dicit Meſſahalla quod coniunctio minor eſt coniunctio Iouis & Martis, & ſignificat euentus qui fuerint ex pluuiis & nubibus & corruptione aeris. Et ſi præfuerit in ipſa coniunctione fortuna, ſignificabit fortunium. Et ſi præfuerit malus, ſignificabit malum: & ſcito quod cum coniuncta fuerit fortuna cum malo apparebit natura illius, quæ fuerit fortior. Et ſi coniunctus fuerit malus malo, vincet malus, niſi præfuerint coniunctioni fortunæ multę. hæc Meſſahalla ibidem. Et dicit Abrahã Auenzoar in libro de coniunctionibus & annorum reuolutionibus cap. 5. tempore coniunctionis Saturni & Iouis vide quis eorum fuerit eleuatus ſuper aliũ modo quo dictum eſt prius in diſtinctione immediatè præcedente cap. 2. Et ſi fuerit Saturnus, multiplicabuntur per mundum odia & turbationes fames & infirmitatum ſpecies. Et dicit Meſſahalla in epiſtola ſua cap. 7. eclipſis Solis non poteſt eſſe, quin ſignificat euentum magnum ſecundum quantitatem eclipſis. Scias igitur aſcendens mediæ eclipſis, id eſt planetas vincentes, quę præſunt figuræ, qui ſi fuerint mali, ſignificant impedimentum & corruptionem. Et ſi fuerint fortunæ, ſignificant fortunam & aptationem: & ſcito quod eclipſis Solis cum fuerit in ariete, ſignificat ſiccitatem & famem. Et ſimiliter ſi fuerit in ſignis igneis, & ſi fuerit in aquaticis, ſignificat multitudinem pluuiarum & detrimentum. Et ſcito, quod fortunæ cum aſpexerint, minuent impedimentum. Mali vero cum aſpexerint, augebunt impedimentum, & minuent ex fortuna. Ex hoc idẽ debes intelligere de eclipſi Lunæ, prout dicit Meſſahalla vbi ſup. cap. 5. Et dicit Meſſahalla quod debes inuenire aſcendens mediæ eclipſis, & videre planetam qui præfuerit eius aſcendenti & figuræ eclipſis. Quod ſi fuerit malus, ſignificat detrimentum, & ſi fuerit fortuna, ſignificat profectum, & ſcito quod eclipſis Lunæ cum fuerit in ſignis frigidis, ſignificabit forte frigus. Et ſi in aquaticis, multitudinem pluuiarum, & maxime ſi adiuuauerit tempus, & ſi fuerit hyems. Si vero fuerit æſtas, ſignificabit temperamentum aeris. hæc Meſſahalla. Et dicit Ptolemæus 2. quadriparti. cap. 7. quod ſi locus eclipſis aut locus in quo eſt planeta qui dominatur in loco, qui eſt eclipſis, aut in loco anguli præcedentis, vel ſubſequentis eclipſim, fuerit in ſigno ęquinoctiali vernali in fructibus arborum cum oriri cæperint, & in ficubus & in ficulneis, & in eis contemporaneis eueniet ſignificatio eclipſis, ſiue bona ſiue mala tam eclipſis Lunæ, quàm eclipſis Solis. Et ſi aliquis prædictorum locorum fuerit in ſigno Solſtiali æſtiuali, in fructibus qui colliguntur & reſeruantur futura contingere deſignabunt pręterquam in Aegypti regionibus, vbi in augmento Nili propriæ ſignificationes oſtenduntur. Si autem fuerint loca prædicta in ſigno æquinoctiali, autumnali, erunt ſignificationes in ſeminibus cum ſeminantur ac in herbis & in ſimilibus. Et ſi fuerit in ſigno Solſtiali hyemali, in oleribus, & in hoc quod ex Piſcibus apparet, & volucribus ſignificationes eclipſis euenient. Similiter cum fuerint hora eclipſis domini diſpoſitores, ſiue loca prædicta in locis propriè verſus orientem conſtitutis, in fructibus, & in aliis quorum anni ſunt iuuentutis, euenire futura deſignabunt. Et ſi in occidente fuerit, in his quorum anni ſunt ſenectutis, ſignificationes contingent. Et dicit Abraham Auenzoar vbi ſupra ca. 7. quod Ptol. dicit quod ſi acciderit eclipſis in anno coniunctionis magnæ alicuius, conſiderare debes ad Lunam eclipſis, & iuxta ſigna aſcẽdens ſicut vidimus, eſt. Et ſi fuerit eclipſis in ſignis aqueis, & aſpiciant ipſam infortunæ, eſt malum omnibus his, quorum negocium eſt aqueum, nec non & his, qui vadũt per mare, hoc quoque modo iudicare debes ſupra greges multarum beſtiarum, ſi fuerit eclipſis in Ariete. Si autem in Tauro, ſuper armenta magnarũ beſtiarũ. Et ſi in Leone, ſuper ſylueſtres beſtias. hæc Abraham ibidem. Et in iſto tractatu ita poteris ſcire, qualiter eſt prognoſticãdum de cariſtia & vilitate annonæ ſecundum viam Ptol. & Haly 2. quadripartiti per eclipſes luminarium. Et dicit Alb. in lib. experimentorum ca. de eclipſis ſignificatione, quod cum euenerit in aliquo anno eclipſis, aſpice ſigna eclipſis, & dominium eius, & ſcito eius eſſe ac locũ eius ex dominatione aſcendentis eclipſis & locis eius ex domino anni & ſignificatore regis, & aſpectu planetarum ad eũ, quia ſi aſpexerit ipſum obſcuratũ aliquis planeta impeditus & poſtea aſpexerint eũ mali, generabitur, & eo grauiꝰ ſi fuerit dñs domꝰ eclipſis ſignificator regis, ꝙ ſi fuerit ita, & eũ aſpexerint mali, timebitur ſuper regẽ cum peruenerit Sol ad mediũ cælũ eclipſis. Et ſi fuerit dñs domꝰ eclipſis ſignificator anni, timebitur ſuꝑ homines, id eſt ſuper vulgus, cũ occurrerit Sol aſcẽdẽti eclipſis ſecundum quantitatem ſubſtantiæ aſcẽdentis. Et ſi fuerit ad imaginẽ hominũ, erit malũ in hoĩbus. Et ſi fuerit ex ſubſtãtia ſeminis, erit in ſeminibꝰ, & ſi fuerit in ſubſtãtia aquarũ erit ĩ his q̃ ſũt in aquis ſecũdũ ſubſtãtiã ſigni. Et ad vnãquãq; horã integrã eclipſis Lunę erit mẽſis in deſtructiõe & de eclipſi Solis annus. Poſt hoc aſpice partẽ ſuꝑ quã metueris ex loco eclipſis, & loco dñi eiꝰ ſecũdũ ſubſtãtiã vtrorũq; ſignorũ. hæc Alb. ibidem. Et dicit Alb. 2. de coniunct. differentia ſexta, quod coniunctio rerum infortunarum in Tauro cum teſtimonio duorum luminarium, & Iouis & Veneris, facit deſtructionem beſtiarum & impedimentum & cariſtiam plurimam.

Et

Digitized by Google

Et ſecundum Abraam Auenzoar vbi ſupra cap. 10. dicit quod Meſſa. inquit, conſiderare debes in qualibet coniunctione, ſiue magna, ſiue media, ſiue minori, etiam in qualibet eclipſi luminarium ad hæc, & in renouatione luminarium cuiuſlibet anni ad ſigna aſcendens coniunctionis vel eclipſis ſeu coniunctionis, vel oppoſitionis luminariũ, quæ fuerit ante introitum Solis in Arietem. hæc enim eſt radix magna: & aſpiciendum eſt ad dominium ſigni aſcendentis in hora coniunctionis vel oppoſitionis, & ad almutaz quæ ſcilicet dignitatẽ habet in hoc loco, dummodo ipſum aſpiciat, quod ſi inuenerimus almutaz in angulo primo vel 10. ſignificat hoc magnam frumenti cariſtiam ſeu bladi in terra illa. Si iſte almutaz vel dominus fuerit infortuna, ſeu planeta cariſtiam ſignificans, & eo grauius, ſi fuerit auctus in gradu ſuo, & quod vadat plus motu ſuo medio. Nam ſi motu ſuo medio minus mouetur, & fuerit retrogradus, minuentur cariſtiæ de die in diem: idem quoque eſt iudicium ſi dederit vim ſeu fortitudinem ſuam planetæ, qui in vno dictorum fuerit angulorum, & ſi in vno reliquorum angulorum fuerit, res erit mediocris. Et conſimiliter ſi fuerit in ſuccedentibus. Sed ſi fuerit in cadentibus, erit annona vilis. Si autem fuerit almutaz combuſtus à Sole, veniet blado detrimentum ſeu impedimentum. Et ſi fuerit in vno angulorum, erit detrimentum magis, in cadentibus vero paruum: hoc etiam facies quolibet anno, necnon quolibet menſe: hæc Alb. ibidem. Et dicit Manſor in li. ſuo de floribus, quod cum infortunæ coniunguntur, & Luna coniungitur Saturno in longitudine, erunt fames & mortalitates per mundum. Et ſuperius eodem li. dicit Manſor, quod dominus primi circuli cum fuerit in ſignis fixis, faciet mortalitates & cariſtiam: hoc autem ſapiẽtes experti ſunt: hæc ille. Et dicit Ariſt. in li. de proprietatibus elementorum, quod non eſt cauſa annorum fertilitatis & annorum vbertatis niſi propter mutationem ſtellarum in ſignis diuerſis ſuper climata ſeptem, id eſt ſecundum Albertum ibidem. 2. tract. ca. 2. quando ſtellæ aſcendunt diuerſimode in climatibus. 7. Et dicit Ari. vbi ſupra, quod mortalitas gentium & cariſtia & regna vacua ſiue depopulatio fuerit apud coniunctionem Saturni & Iouis & permutationes eiuſdem coniunctionis de triplicitate in triplicitatem: tunc enim accidunt accidentia magna: hæc Ari. Et dicit Hermes prout recitat Haly. 2. quadripartiti Ptol. in fine, quod ſi aliqua infortuna fuerit in exaltatione alicuius planetę hora eclipſis aut cõiunctionis magnę, aut quocunque tempore reuolubili, impediet multum eos, qui ſunt in partitione illius planetæ: quia ſi ſignum Arietis nocebitur ab aliqua infortuna, nocebit vaccis & ouibus, & meſſibus & arboribus. Et ſi Saturnus ſe cõiungit in iſtis prædictis cum cauda, demonſtrat famem fortem, & frigus, ſecundum rem in qua concordauerit ſignum ſuũ. Et ſi fuerit in Piſcibus, accidet defectus piſcationis: hæc Hermes. Et dicit Abraam Auezoar vbi ſupra c. 10. quod omnes ſapiẽtes volunt, quod ſigna ignea & aerea ſignificent cariſtiam & bladi malum, & famem per mundum. Et plus in regionibus ſup quas ſignificãt. Et ſigna terrea & aquea ſignificãt fertilitatem terræ, & vilitatem annonæ. Et dicit Haly Aben. lib. 8. cap. 22. quod quando ambę infortunę iunguntur cum cauda Arietis, continget occaſiones in beſtiis minutis & in nobilibus, & hoc modo iudica per annum ſignum, & ſimiliter ſi iungetur in Virgine, erit occaſio in blado, & hæc ſimiliter de illis, qui ſunt de fortuna hominum: hæc ille. Et debes iuuare te in hac diſtinctione cum iſtis prius poſitis in diſtinctione immediate prius præcedente in concernentibus mortalitatem animaliũ, quibus homines vtũtur, vt ſunt boues & oues & equi & ſimilia. Nam ex magna mortalitate huiuſmodi animalium prouenit cariſtia eorundem.

*Qualiter ſit prognoſticandum de cariſtia & vilitate annonæ per reuolutiones annorum mundi, & quartarum anni. Cap. 3.*

CVm volueris prognoſticare de cariſtia & vilitate annonæ per reuolutiones annorũ mundi, & per introitus quartarum anni: oportet te primo inueſtigare dominiũ anni & quartę anni ſecundum doctrinam traditam ſuperius, & per illud prognoſticare debes de cariſtia & vilitate annonæ totius anni, & totius quartæ anni. Dicit itaque Alb. 4. maior. introductorij differentia quinta, quod Saturnus cum præfuerit anno, abſque Martis aſpectu, vel alterius planetæ, qui poterit eum impedire, facit ſuperfluitatem frigoris in hyeme in vniuerſis regionibus frigidis, ſeptentrionalibus & peribunt animalia, & ſemina: quod totum grauius in illis regionibus apparebit, cũ fuerit Saturnus deſcendens à medio circuli ſuæ augis. in regionibus aũt vltra modum calidis ſcilicet auſtralibus, quando Saturnus anno præfuerit, minuetur calor aeris, & fit aer temperatus, & confortantur indiuidua animalium & ſementum, & temperatur corũ complexio. Hoc autem melius apparebit, quando Saturnus deſcendens fuerit. Et cum fuerit Saturnus à Sole in hyeme in quibuſdẽ complexionibus abſq; aſpectu Martis, aut alterius planetæ ad eos in fine ſignorũ, augebit in frigore hyemis, & in eius lõgitudine, & forte multiplicatur in eo flatus vẽtorũ ſeptẽtrionaliũ, quæ interius ſunt frigidi, & erit deſtructio animaliũ & ſeminũ, & maximè ĩ parte ſeptẽtrionali. Et ſi Saturnus aſcẽdens fuerit, difficilius apparebit in ęſtate bona ſi illa fuerit, calor aeris minuetur, & frigus augebitur, & æſtas abbreuiabitur, & maximè ſi Saturnus fuerit deſcendens. Et intelligit Alb. planetam eſſe à Sole, quando Soli commiſcetur in ſignificatione, ſiue quando eius natura cõmiſcetur cũ natura Solis, vt patet ex proceſſu Alb. vbi ſupra. Cum fuerit dominus anni & ſi Soli, ſicut iam dictum eſt, miſceatur, & aliunde non fuerit impeditus in iſtis temporibus temperatur aer per calorem, & humiditatem cauſantem et efficientem, et multi venti ſeptẽtrionales tunc temporis flabũt, qui tẽperati erũt, et animalia et ſemina cõfortabũt. Sed Mars cũ pfuerit anno calore nimio æſtas abũdabit, et diu durabit, et erit nocibilis animalib⁹, et ſeminib⁹, et planetis, & maximè ĩ partib⁹, q̃ ſunt iter motũ Arietis et motũ Cãcri. Et ſi in hyeme inuẽtus fuerit illo modo, erit hyẽs calida et breuis. Et hoc certius apparebit, ſi Mars aſcẽdens extiterit, et fuerit in ſignis meridianis: tunc enim ex calore nimio deſtruentur cõplexiones animaliũ, & ſementum: in partibus vero ſeptẽtrionalibus frigus minuetur tẽpore brumali, & temperabitur ibidẽ aer, augmentato calore, & ſimiliter cõplexio animaliũ & ſeminũ

NNn

Digitized by Google

tẽperabitur,& pcipuè ſi in ſignis ſeptentrionalibus extiterit. Sol vero vt dicit Albu.eſt temperatus, & eius proprietas eſt opus temporum, & ſignificatio vitæ vniuerſalis. Sed ſignificatio Solis magis manifeſtatur in diſtinctione immediate præcedente. Venus autem cum præfuerit anno, vt dictum eſt de aliis, permixta fuerit Soli, temperamentum faciet, & fertilitatem terræ, & per conſequens annunciabit vt dictum eſt prius. Mercurius vero cum fuerit dominus anni Soli, vt dictum eſt, permixtus, nec aliunde impeditus, aer multis & diuerſis ventorum corruptionibus ex ſiccitate ventoſa, & per conſequens fructibus terræ, & annonæ impedimẽtum præſtabit. Luna vero cũ anno præfuerit, aut in quibuſdam anni temporibus Soli permixta extiterit per quartas anni, diſpoſitio & ſecundum qualitates quartarum ſuæ Lunationis id eſt primam anni quartarum faciet ſolito calidiorem, & humidiorem, & hoc humiditate fœcunda, & ſerotina: ſecundam quartam faciet calidam & ſiccam, & tertiam frigidam & ſiccam: & quartam frigidam & humidam: & per conſequens ſecundum Alb. ipſa Luna cum anno præfuerit, diſpoſitio & annum ſecundum ſuas quartas, & ſuam naturalem diſpoſitionem, & efficitur annus ſaluber animalibus, & plantis & ſementibus & fructibus terræ. Et dicit Albu. vbi ſupra, quod ipſa Luna per ſuum curſum in vno menſe in omnibus ſignis mouetur, & mutat naturam temporum anni ſolaris, & eam inuicem commiſcet atque confortat & naturas temperat, vt animalia & ſementa poſſint ſuſtentari. hæc Album. ibidem. Et dicit Album. in ſuo lib. experimentorum, vbi loquitur videlicet de dominio anni, quòd Saturnus cum fuerit dominus anni, & dominus aſcendentis, & fuerit liber ab impedimento, erit annus grauis frigoris, & multarum pluuiarum, & multiplicabuntur amiſſiones in mundo, & erunt venti graues & nocibiles. Et ſi fuerit Mercurius cum Saturno, vel ſi aſpexerit eum particeps quoque fuerit eius, ac receperit ab eo diſpoſitionem, ſignificat quod in diuerſis climatibus detrimentum patientur & morientur in terra occidentis animalia ſecũdum ſubſtantiam ſigni: id eſt ſi fuerit in ſigno quadrupedum, morientur quadrupedia, & ſic de aliis. & aſpice cum hoc luminare, cuius eſt auctoritas, ꝙ cum fuerit luminare confortatum, & auctum fuerit lumine eius, & non fuerit impedimentum propulſabit impedimentum magnum, & prohibebit à malo. Et cum fuerit Saturnus in Ariete, vel in eius triplicitate, & præfuerit anno remotus ab angulo, & non aſpiciens aſcendens fuerit Saturnus in Ariete, quia directus, intrabit ſuper nobiles deſtructio: & ſi fuerit retrogradus, ſignificat frigus graue, & mortẽ animalium. Et cum fuerit Saturnus in Tauro, vel in eius triplicitate, & præfuerit anno directus in angulo, ſignificat mortem ouium, & vaccarum in terra in qua eſt, & propriè in ſigno eius. Et ſi fuerit retrogradus, deſtruentur meſſes, ſi non fuerit ſeminis mutatio. Et ſi fuerit in his ſignis remotus ab angulo & aſpexerit aſcendens retrogradus, fueritque impeditus per Martem, deſtructionem ſignificat meſſium, & mortem in terris quarum ſignificatio fuerit: aut fuerit in quarto aſpectu, aut in oppoſitione eiuſdem ſigni. Saturnus cũ præfuerit anno, & fuerit in Geminis, vel in eius triplicitate, & fuerit in angulo directus, generabuntur venti ſeptentrionis, ac venti, & turbines, & pauciores erũt aues. Et ſi fuerit remotus, multiplicabuntur venti orientis & occidentis generabitur frigus hyemis, vnde & annona detrimentum patietur. Saturnus cum præfuerit anno, & fuerit in Cãcro, vel in eius triplicitate in angulo, & directus, & non aſpexerit eum Mars, generabitur frigus, & minuetur calor. Et ſi aſpexerit Saturnus Martem, & fuerint ab eo fortunæ abſentes, erit mors magna in terra, quam ſignificat ſignum, & multiplicabuntur pluuiæ, & aqua, & frigus. Si autem fuerit directus, & iunctæ fuerint ei fortunæ, minuetur eius malum, nec ſit Luna in aſcendente, & timebitur tunc ſuper diuites, & ſi fuerit retrogradus, & aſpexerint Martem, ſignificat deſtructionem, & interitum in terra in cuius ſigno fuerint quartus aſpectus & oppoſiones eiuſdem, & ſignificat etiam locuſtas. Et ſi fuerit cadens, & non aſpiciens aſcendens, fueritque directus, & nõ aſpexerit eum Mars ſecurius erunt homines. Et ſi fuerit retrogradus, & aſpexerit eum Mars fortunæ que abſentes ab eo, generabitur frigus, & multiplicabuntur aquæ & locuſtæ. Luna cum fuerit impedita in ſigno, & tunc ipſa pars, quæ fuit eiuſdem ſigni, in quo eſt, inueniet malum, & tribulationem ſcilicet quod ſignificat ipſa malum per aſpectum ſuum atque naturam. Aſpice in reuolutione cuiuſcunque anni aſcendens, et eius angulos, caſus quoque planetarum in locis ſuis, et commixtiones eorum ad inuicem, ſignificatores in generibus ſignorum et naturarum eorum, et deſcenſionem Solis in initio ſignorum. Saturnus cum fuerit dominus anni, et fuerit in Ariete, ſignificat paucitatem annonæ et vini, et butyri, et etiam vnguentorum. Et ſi fuerit Saturnus in Tauro, ſignificat multitudinem meſſium, mortemque vaccarum, et minuetur vinũ atque butyrum in parte occidentis. Et ſi fuerit in Geminis ſignificat ſubmerſioaes & multitudinem niuium, & detrimentum in annona cum multis ventis. Et ſi fuerit in Libra, ſignificat detrimentum in arboribus, æſtum quoque & calorem, & paucitatẽ annonæ, & vini ac butyri. Et ſi fuerit Saturnus in Scorpione, & commixtus fuerit ei Luna, & Mars, erit graue frigus cum deſtructione meſſium & ſeminum. Et ſi fuerit Saturnus in Sagittario, & aſpexerit eum Sol, modica erit annona, et multiplicabuntur locuſtæ, et morientur aues. Et ſi fuerit Saturnus in Capricorno, ſignificat detrimentũ in meſſibus, et multitudinem pluuiarum, et ventorum. Et ſi fuerit Saturnus in Aquario ſignificat deſtructionem in hominibus, et minuentur reditus arborum et meſſium. Et ſi fuerit Saturnus in Piſcibus, et fuerit dominus anni erit graue frigus, et diuerſitates aeris. Et ſi fuerit Venus & Sol aſpiciens, & Luna fuerit longè à Saturno, modica erit annona, butyrũ quoque & vnguenta multiplicabuntur. & ſi aſpexerint eum fortunæ, erit liberatio de his impedimentis. Et dicit Alb. vbi ſupra, Iupiter cum præfuerit anno, & fuerit liber ab impedimentis & malis, erit annus ſecurus & quietus & omnis res apta erit, & abũdabit in omnibus bonũ. Et ſi fuerit Iupiter in Ariete, & fuerit dominus anni, aptabũtur vineæ, & arbores & bona erũt olera. Et ſi fuerit Iupiter in Tauro, multiplicabuntur fructus & annonæ præter vuas & minuentur aues et accidet deſtructio in mari.

Et

Digitized by Google

Et ſi fuerit in Geminis abundabit annona,& minuentur fructus arborum in fine autumni. Et ſi fuerit in Cancro,ſignificabit fertilitatem anni:& ſi fuerit in Leone,ſignificat fertilitatem anni. Et ſi fuerit in Scorpione,ſignificat pluuias arbores impedientes.Si fuerit in Sagittario,ſignificat multitudinē paſtus. In Sagittario,in campeſtribus,& deſtructionem vinearum ex niue & frigore, & paucitatē frugum & prægnationem arborum. Et ſi fuerit in Capricorno,generabitur fructus vinearum & bonus erit fructus ſeminum. Et ſi fuerit in Aquario, deſtruentur fructus arborum & deſtruetur annona.Sed in quibuſdam locis,bene erunt meſſes,& erit detrimentum in auibus, & naufragium patientur naues in mari.Et ſi fuerit Iupiter in Piſcibus,& fuerit dominus anni,deſtruent venti ſemina, & fructus vinearum deſtruet. Et dicit Album. vbi ſupra. Mars cum fuerit dominus anni,& non fuerit impeditus,erit eodem anno ſterilitas,& annus erit pluuialis.Et ſi fuerit Mars domin' anni,& fuerit in Ariete,vel in eius triplicitate, & fuerit in angulo, & retrogradus,erit grauitas ſuper omne piloſum.

Et ſi fuerit in hac triplicitate cadens ab aſcendente, & directus, non erit ex hoc quod dixi aliquod,ſed generabitur calor,& impediet terram,& clima quod aſpicit ſcilicet ſubſtantiam ſigni, & eius naturam.Et ſi fuerit Mars in Geminis, vel in eius triplicitate, & fuerit cadens, & non aſpiciens aſcendens,fueritque directus, deſtruent venti ſemina.Et cum fuerit Mars dominus anni, & fuerit in Ariete,ſignificat multitudinem annonę.Et ſi fuerit in Tauro,erit annona parua,& ſi fuerit in Leone,cadet mors in beſtiis,& modica erit annona in partibus orientis.Et ſi fuerit in Virgine,multiplicabitur annona, vinum,atque vnguentum.

Et ſi fuerit in Libra,erit grauis frigoris in hyeme,& caloris in æſtate,& impedit hæc annonam & arbores.Et ſi fuerit in Sagittario, generabitur frigus,quouſque deſtruentur ex eo arbores,atque annona,& erit impedimentum in apibus. Et ſi fuerit in Capricorno,multiplicabitur pluuia, & annona.

Et ſi fuerit in Aquario, erit grauitas tribulationis in hominibus, & abundabunt in hominibus & abundabunt niues & pluuiæ,annona quoque, & vinum:bonum erit modicum in parte negotiatorū. Et ſi aſpexerit tunc Venus aſcendens, & fuerit ſeptentrionalis,modicum erit vinū. Et ſi fuerit Mars in Piſcibus,& fuerit dominus anni,abundabunt captiones Piſcium,modica erit annona,& deſtruetur in vno pars maxima,& deſtruentur muſcæ. Et ſi aſpexerit Venus aſcendens,fructificabit ſemen terrę ac multiplicabitur. Et ſecundum Albu. vbi ſupra. Cum fuerit Sol dominus anni,& fuerit liber à malis,multiplicabitur annona terræ,oues quoque animalia,& omnes res,in quibus habet dominiū,multiplicabuntur. Si vero fuerit impeditus, ſignificat impedimentum in omnibus his quæ diximus. Et ſi fuerit Venus domina anni,& fuerit libera à malis, & impedimentis,erit annus ſecuritatis, & quietudinis,& omnes res aptæ erunt,& in omnibus erit bonum,& fertilitas in terra & erit gaudium,& maximè in mulieribus. Et ſi præfuerit Venus anno,& fuerit impedita, accidet contrarium eorum quæ dixi,& erit annus pauci boni. Et ſecundum Albu. vbi ſupra,Mercurius cum fuerit dominus anni, & dominus aſcendentis,& fuerit liber à malis,& fortunæ aſpexerint eum erit annus aptus pueris,& ſapientibus,ac negotiatoribus: & ſi aliter fuerit dic econtrario.Et cum fuerit Mercurius dominus anni,& fuerit in Ariete,erit paucitas annonæ in parte occidentis,& multa deſtructio vini.Si autem commixta fuerit ei Luna,multiplicabuntur Piſces.Et ſi commixtus fuerit Soli,multiplicabitur vinum. Et cum fuerit Mercurius in Tauro,& fuerit dominus anni,ſignificat deſtructionem meſſium, & aerem diuerſum,& detrimentum in vino, & paucitatem butyri atque vnguenti. Si Mars aſpexerit aſcendens anni,& Venus ei commixta,erit mors in vaccis. Et ſi fuerit Mercurius in Geminis,ſignificat detrimentum in meſſibus,atque vnguentis,atque multitudinem vini.Et ſi fuerit Mercurius in Cancro,erit modica annona,& modicum vnguentum,& detrimentum patientur ſemina,& arbores atque vinum.Et ſi fuerit Mercurius in Leone,generabuntur venti,æſtus.Sed ſi fuerit ibidem in occidente, erit modicum vinum,& modica annona, & vnguentum, & proficient meſſes,& dactyli meliorabuntur. Et aſpectus malorum auget malum,aſpectus autem fortunarum ècontra.Et ſi fuerit Mercurius in Virgine, multiplicabuntur pluuiæ, & meſſes. Et ſi fuerit in Libra, ſignificat paucitatem vini atque annonæ. Et ſi fuerit in Sagittario,erit aer diuerſus,& erit paucitas annonæ, atque fructus & abundabunt vinum atque vnguentum.Et ſi fuerit in Aquario, multiplicabūtur locuſtæ.Et ſi fuerit Mercurius in Piſcibus, & fuerit dominas anni,multiplicabuntur reptilia, & hęc omnia erunt ſecundum quantitatē aſpectus planetarum, & eorum fortitudinem.Et ſecundum Alb.vbi ſupra,Luna cum præfuerit anno,& fuerit libera à malis,multiplicabūtur pluuiæ,& frigus, & accidet bonū in terris.Et dicit Alb.in li.ſuo de floribus,vbi loquitur de dominio anni, & de ſignificationibus planetarū in anno.Et Saturnus cum fuerit impeditus in reuolutiōe anni,ſignificat deſtructionem rerum victualium,& quod diuites efficientur pauperes,& morientur,& triſtabuntur magni. Et ſi fuerit in ſigno terreo,ſignificat deſtructionē eorū, quę ſunt ex ſeminibus,& penuria arborū,atque earū detrimentū ex vermibus qui cadūt in eas atq; ex locuſtis.Iupiter vero ſi fuerit impeditus in reuolutione anni,et in ſigno humano,ſignificat paucitatē ſubſtātiarū.Et ſi fuerit in ſigno terreo,ſignificat deſtructionem terrarū,et paucitatem frugum,et fructuum arborum,et deſtructionē tritici et ordei, et pallorem meſſium.Et ſi fuerit in ſigno aereo, ſignificat corruptionem aeris.Et ſi fuerit in ſigno aquatico,ſignificat paucitatem Piſciū. Et ſi fuerit in ſigno beſtiali,erit impedimētum in beſtiis, et propriè in his in quibus vtuntur homines,et de his quæ pertinent ad ipſum ſignum.Mars vero cum fuerit in reuolutiōe anni,in ſigno terreo,ſignificat deſtructionem arborum,et combuſtionem frugum nouarū. Et ſi fuerit in ſigno quadrupedū,erit detrimentū in quadrupedibus omnibus, quibus vtūtur homines: et de his q̄ pertinēt ad ipſum ſignum.Sol vero ſi in reuolutiōe anni fuerit impeditus,et fuerit in ſigno terreo,erit impedimentum ex hoc,quod eſt ſubſtātia terrę,et metallorū.Et ſi fuerit in ſigno aquatico, erit impedimētū in his,quæ ſunt ei ex animalibus.

Venus autem cum fuerit impedita in reuolutio-

ſte,anni,& fuerit in ſigno terreo,deſtruetur omne illud,quod eſt de natura,& de ſubſtantia terræ,

Et ſi fuerit in ſigno aereo, deſtruetur quicquid eſt ex ſubſtantia aeris. Et ſi fuerit in ſigno aquatico,deſtruetur quicquid eſt eius ex hoc. Mercurius ſi fuerit impeditus hora reuolutionis, detrimentum patietur quicquid eius eſt. Et ſimiliter Luna ſi fuerit impedita, hora reuolutionis, deſtruetur quicquid pertinet ad eam. Et nota ex ſignificatione cuiuſlibet planetarum,quod ſi fuerit in loco mali impeditus fortuna, verte ſententiam, & in loco mali dicit bonum. Et aſpice planetam impedientem eum,& caudam in quo ſigno ſit, quòd ſi fuerit in ſigno igneo,erit radix eius impedimenti, & deſtructionis ex ignibus,& combuſtione,

Et ſi fuerit malus in ſigno terreo, erit radix eius impedimenti ex parte rerum terreſtrium.

Et ſimiliter erit variatio in cæteris ſignis. Si autem aſpexerint eum in hora reuolutionis fortuna & malus,iudicabis fortiorem in loco ſuo, & ſecundum eum qui fuerit plus teſtimonij. Et dicit Sem filius Haly in libro ſuo de ſignificatione Saturni in ſignis, qui tranſtulit Ptolem. quod cum Saturnus intrat ſignum Arietis,& perficit modum more ſuo in eo eſtterra bona, multiplicantur cibaria, & applicuerit menſuram bonam ad ſegetes,vel amplius leue forum erit vuarum & vileſcet: pauca erit venatio campi,& erit paucitas pecudum, & vileſcent equi,& precium farinæ erit magnum,omne æs, & ferrum erit earũ: bonum erit omnis mercatio, inter gentes oleum vile:crocus etiam,linum,& dedale,& tericum,triticum erit,neque carum neque vile,& captiuabuntur raptores,& deſtructiones terrarum, & non erit diffidentia in gentibus magna.

Cum vero intrat Saturnus Taurum, erit oleum paucum,& volatilia accedent ad cariſtiam, pauca tinctura,paucæ carnes:pecus carum:mors in pecoribus,& vaccis,cendalis & cericum earum, condimenta facilia,& imprægnabitur terra cara mercatura,& quieſcent mercatores,quia pauci erunt, & piper carum,& paucum argentum, vinum carum, aliqua cum mercatura bona.

Et quando intrat Saturnus Geminos, condimentum erit carum, transfretabit gens ab oriente in occidens propter famem, morietur pecus, triticum erit carum, & ficus cibaria cara erunt, linum vile,& cericum & piper carum, & omne edulium, oleum mediocriter erit, argentum vile erit. Cum intrat Saturnus Cancrum,bona erit mercatura maris,volatile carum,& cericum,cibaria vilia, oleum carum,argentum, vinum, & cericum. Et quicquid auferetur aliunde,& omnis tinctura,linum,pecus,& piper,panni cari,& quicquid mercantur mercatores maris,& apparebunt naues in mari abſentes, Et cum intrat Saturnus Leonem,lucrabuntur pauperes,& depauperabuntur diuites,triticum carũ,oleũ carum,& cericũ,& linũ,vaccæ,piper,& cericũ, triticum,& ſal,mors in pecoribus& corruptio erit aeris. Cũ intrat Saturnus Virginem,erunt cibaria multa,& vilia,mors pecorũ,cerasa rara,& argẽtũ viuũ, linum,& triticum carũ, piper vero & argentum vilia,mercatura cendariorum cara, & oleũ vile erit.

Cum intrat Saturnus Libram, cibaria erunt cara,menſura parua erit in oriente, & omne ſemen, & pecus carum,mors pecorũ,multiplicabuntur arbores,triticum carum,& ſal,linum vile,& volatile & quicquid lõge auffertur,et omnis apparatus mulierum,ferrum carum,et arma, carum condimentum in principio anni,in fine autem vile. Cum intrat Saturnus Scorpionem,erit condimentum vile et triticum carum,crocus,volatile, et omnis ſubſtantia maris multa,et mercantia multa in oriente: oleum neque vile neque carum,pecus bonum,pars occidentalis melior orientali,et cibaria erunt multa. Cum intrat Saturnus Sagittarium, equi cari erunt,et triticum, et oleum, et quodlibet lignum, olera ferentur ab oriente in occidentem, bona cibaria multa, mel carum, et butyrum, niſi quòd in iſto anno mulſum multum erit vile in oriente.

Cum intrat Saturnus Capricornum, erit mundus bonus,et terra pinguis in oriente, et in occidente arbores vermibus corrumpentur, bonum ferrum annonæ et olei,et mellis,mors pecorum, lignum carum,et veſtis linea,piper vile, et volabile carum,et æs. Cum intrat Aquarium,erunt victualia boni fori in oriente,et cara in occidente,gens exibit, et transferetur de loco in locum propter famem,ſemen carum,et fluxus aquarum multarum. Et cum intrat Saturnus ſignum Piſcium,et perficit modum more ſuo,in eo vileſcent cibaria, mercatura maris erit cara, coctum lignum, cericum, et omnis tinctura,et volatile,et omnis apparatus mulierum,et omnis mercatura corrumpetur,et impedietur,ex parte maris multæ naues peribunt,et grauius in remotis partibus occidentis cariſtia pecudum erit,et vilitas Piſcium maris, hæc Sem filius Haly. Et dicit Haly Abenragel li. 8. cap. 7. quando Saturnus in reuolutione anni mundi fuerit in domo ſecunda,et dominus domus ſecundæ applicuerit ei,ſignificat bonũ ſtatum in hominibus,et multa lucra. Et ſi Saturnus ibidem fuerit infortunatus, ſignificat diminutionem in ſubſtantia,et paupertatem in hominibus,et damnum in mercantiis pertinentibus ad Saturnum. Iupiter vero ſi fuerit in ſecunda domo in hora reuolutionis receptus, et fortunatus,populus habebit multa lucra et propriè in rebus,quæ ſunt de natura ſigni,in quo eſt. Et ſi dominus ſecundæ domus applicuerit Ioui, ſignificat quod populis lucra,et vtilitates eueniẽt: homines à parte à qua non ſuſpicabuntur. Et ſi Iupiter applicuerit domino ſecundæ, ſignificat quod accipietur eis de ſuis ſubſtantiis, et quod ſoliciti erunt in reditibus et collectis,et coacti erunt ſoluere duplicatum,et poſtulabitur ab eis,quod non habent, et ratione ſubſtantiæ accident eis magnæ triſtitiæ. Et rex laborabit et congregabit ſubſtantiam,et cogitabit facere theſauros,et recipere xenia,et dona et erit cupidus in acquirendo dominia, et ſubſtantias alienas. Mars vero ſi in reuolutione anni fuerit in ſecunda domo,erunt factiones et rebellationes in hominibus,et depopulabuntur multa loca terræ et homines ducent inopes vitas,et accidẽt eis multa mala,et multę collectę. Et quãdo fuerit Sol in ſecunda domo in reuolutione anni,diligẽt reges accipere ſubſtantias,aurũ,et argentum, et minuẽtur ſubſtantię multę,et habebit populus paupertatem inopem vitam. Venus cum fuerit in ſecunda domo in reuolutione anni,habebit populus bonum ſtatũ, et fertilitatem,et euadent fructus,et vegetabilia,& habebunt homines bona,et larga victualia.

Et

Digitized by Google

Et ſi fuerit Mercurius ĩ reuolutione anni in ſecũda domo,& fuerit fortunat',lucrabũtur de ſuis mercimoniis mercatores,& quilibet erit fidelis alteri.

Et ſi fuerit Mercurius ibidem infortunatus, ſignificat minutionem ſubſtantiæ, & boni, paupertatem,& lucrabuntur homines malè,& non obſeruabunt fidelitatem,& mittent mercatores.

Luna vero cum fuerit in ſecunda domo fortunata,lucrabuntur homines multum,& habebunt profectum de ſuis ſubſtantiis,& reditibus.

Et ſi fuerit infortunata,habebunt indigentiã,& accidet eis diminutio,et paupertas,& fames magna.

Et ſcias,quod dominus anni quando damnatus fuerit,accident eis damna in ciuitatibus, quæ fuerint in partitione ſigni,in quo fuerint.

Et ſi ille planeta fuerit in aſcendente,erit hoc in terris orientalibus ab iſto ſigno.Et ſi fuerit in alia domo erit damnum in ſuis terris occidentalibus, & ſi fuerit in medio cæli, aut in angulo terræ, erit damnum in omnibus terris meridionalibus, & ſeptentrionalibus. Et ſi fuerit ille planeta Mars, & fuerit in ſigno terreo,erit damnum per depopulationem & deſtructionem.Et ſimiliter erit occaſio, & damnum in omnibus rebus,quæ fuerint de partitione illius ſigni de animalibus,vegetabilibus, & aliis rebus.Et ſcias,quod infortunæ vbicunque acciderint in ſignis,adducunt in iſto ſigno damnum ſecundum naturam illius ſigni,quia ſi ſignum fuerit humanum,erit damnum in hominibus, & quadrupedum erit in beſtiis.Et ſi fuerit ſignum vegetabilium,erit in vegetabilibus & in frugibus.

Et ſi fuerit ſignũ aqueum,erit damnum in aqua, & in animalibus aquaticis, & generaliter accidet res in rebus,quæ ſunt de partitione & ſignificatione ꝓprietatis ſigni:& ſcias quod ſigna terrea, ſignificant vegetatiua. Et ſi damnator fuerit in Tauro, erit damnum in arboribus,fructibus, & odoriferis ſicut nucum,& laurorum, & ſic de aliis, & in omni arbore pulchra,& bonæ apparentiæ. Et ſi damnator fuerit in Virgine,erit damnum in ſegetibus, & in omni legumine,& ſimiliter in aquis dulcibus, & magnis.Et ſi fuerit in Cancro, erit damnum in lacubus,& in paruis riuis,& in ſuis contentis.

Et ſi fuerit in Scorpione, erit damnum in mari, & in aquis ſalſis.hæc Haly ibidem.Et dicit Album. 2.de coniunctionibus magnis differentia ſexta, quod ſi fuerit Saturnus in Tauro, vel in triplicitate eius,& fuerit dominus anni,& in angulo, & directi curſus,ſignificat mortem boum, & ouium in regionibus,quæ fuerint illius ſigni.

Et ſi fuerit ibidem retrogradus, ſignificat impedimentum meſſium, & plantarum, & ſi non fuerit in angulis,ſed aſpexerit aſcendens, & fuerit directi curſus, ſignificat paucitatem eius, quod accidet plantis de deſtructione.& ſi fuerit retrogradus, & in aliquo aſpectu Martis,erit impedimentum meſſium,& præcipuè in terris,in quibus ſignificatio erit vel in quarto vel in oppoſito eius aſpectu.

Et ſi fuerit Mars in hac triplicitate, & ipſe fuerit dominus anni directus, & in angulo, ſignificat deſtructionem fructuum, & mortem beſtiarum.

Et dicit Haly Abẽ.vbi ſupra c.4. quod dominus anni ſuas ſignificationes demõſtrat in ciuitatib',& in climatibus,quæ fuerint partitionis ſigni in quo fuerit,& in parte in qua fuerit figura,oriente,occidente,ſeptentrione,& meridie. Et accident fortunæ vel infortunæ in ea parte, vel in illo loco, quẽ demonſtrauit ſignificator.

Et ſi ſignificator fuerit infortunatus in ſecunda domo,erunt damna in vectigalibus,& ſuis ſubſtantiis,& lucris.Et dominus domus Solis eſt ſignificator earum rerum in omni climate.

Vnde ſi fuerit in bono ſtatu, conſidera vnde eũ aſpiciunt fortunæ:quia in iſto loco, & in illa parte erit fertilitas,& bonum ſecundum ſtatum & aſpectum fortunarum:& ſi infortunæ aſpexerint,ſignificat contrarium. Quando Luna fuerit in reuolutione anni applicans ad fortunam, ſignificat ſanitatem corporum hominum,& bonam complexionem aeris,& in arboribus melioramentũ, & ſimiliter in fructibus. Et ſi applicuerit ad infortunam, dicas contrarium. Et ſi applicuerit ad Saturnum, ſignificat damnum in ſubſtantia regis, & in reditibus ſuis,& ſi damnator fuerit in medio cæli vel in eius domo, erit damnum in reditibus regis, & in illis quæ tenent eos.

Et quando Luna iuncta fuerit Saturno, ſignificat damnum arborum & frugum. Et quando iuncta fuerit cum cauda Draconis,ſignificat damnum in quadrupedibus. Et quando cauda fuerit iuncta cum Sole, ſignificat damnum in herbis, & in aliis vegetabilibus & beſtiis.Et Haly vbi ſupra ca. dicit ꝙ quando Sol,Venus & Mercurius iuncti fuerint in Geminis,bonum fiet forum panis.Et ſcias quòd quando caput & Saturnus iungentur in vno ſigno, ſignificat damnum & malum ſecundum naturam illius ſigni. Nam ſi coniungentur in ſigno igneo, erit damnũ in beſtiis,& in omni animali piloſo, et ſi iungentur in ſigno terreo,erit damnum in arboribus,et fructibus et herbis,et minuentur plurimũ profectus eorum.Et ſi in ſigno aereo,accident infirmitates.Et ſi in ſigno aquatico iungetur, ſignificat damnum in aquis et mortalitatem in animalibus aquaticis,et multitudinem locuſtarum,et reptiliũ. Et vbi ſupra c.24.dicit Haly quãdo in reuolutione anni Mercurius iungetur cum Venere, accidet magnæ indigentiæ.Et quando iungetur in reuolutione anni Venus cũ Ioue,ſignificat magnam cariſtiã panis,et omnium victualium.Si eorum coniunctio fuerit infortuna per aſpectus malorum,et quando Luna iungitur cum Ioue, aut cum Venere, et Venus habuerit radios,et occiderit ante Lunam, accidet in hominibus abundantia et melioramentum.

Et quando Saturnus fuerit in illa mãſione ſeu in conſtellatione,quę dicitur galuayleff,ſignificat magnam cariſtiam, et miſeriam multam: Et quando Mars fuerit in medio algehe vel azubene,ſignificat cariſtiam miſeriam,et anxietates.Et dicit Haly vbi ſupra cap.25. quando Venus iungitur cum Saturno in reuolutione anni,ſignificat indigentias et anxietates,quæ accidant populo.Et quando iungitur Mars cũ Ioue,in reuolutione anni, erũt beſtiæ appreciatę.Et quãdo Venus iungitur cũ Ioue in reuolutione,erũt in terris et ciuitatibus,quę fuerint illius ſigni,in quo iunguntur,bonum,fertilitas,et abundantia.Et ſi in reuolutione anni fuerit applicatio inter Lunam et Martem de terno vel ſextili aſpectu, ſignificat multas carnes comeſtibiles: hæc Haly ibidem.Et vbi ſupra c.5.verſus finem dicit Haly,quod ſi fuerit Saturnus ſignificator anni, et fue-

rit damnatus,erit damnũ in ſeminibus, & in ſeruis, & in gente minuta.Et ſi fuerit Iupiter,& erit damnatus, erit occaſio in nobilibus & in illis, qui ſunt mediocris ætatis:& ſi Mars fuerit talis, erit occaſio in iuuenibus. Et ſi Sol fuerit talis, erit occaſio vel damnum in altis hominibus.Et ſi Venus fuerit talis, erit damnum in mulieribus. Et ſi Mercurius fuerit talis,erit damnum in pueris.Et ſi talis fuerit Luna,erit damnum in toto populo.

Et quando dominus anni aſpexerit aſcendens anni de quarto vel oppoſito, erit annus ille fortis & malus.Et maximè ſi aſpectus fuerit de oppoſito: quia quando dominus anni fuerit in oppoſitione aſcendentis anni eſt inimicus anni & eſt deterior quàm infortunium infortunarum, & magis ſignificat malum quàm infortunæ ſignificant.Et quando dominus anni applicuerit planetæ cadenti ab angulo,& ipſe fuerit in angulo,vel in ſuccedenti,annus iſte bonus erit,niſi in fine in quo debilitas accident & damna.Et ſi dominus anni fuerit cadens ab angulo,& applicuerit planetæ potenti, & in angulo exiſtenti,vel in ſuccedenti,fortificat eum iſte planeta,& reducit eum in ſuo poſſe,ſignificat quod initio illius anni erit malũ & poſtea meliorabitur, & reuertetur in bonum ac in fortunam.Et quando in reuolutione anni aliquod ſignum de ſignis aſcẽdentium vel eius dominus fuerit damnatus,per cõiunctionem vel per combuſtionem, aut per caſum ab angulo,vel quod aſpiciat ipſum malus planeta, ſignificat malũ in illa ciuitate ſecundũ poſſe infortunæ,& ſecundum damnum & infortunium, quod ſignum illud & dominus eius habuerit. Et ſi fuerit contrarium,ſignificat bonum illi ciuitati ſecundũ poſſe bonitatis,& fortunij, quod habuerit ſignum & eius dominus.Et ſcias quod planeta qui fuerit ſignificator anni,& fuerit in aliquo ſignorum,ſignificat ſecundum proprietatem illius planetæ, & ſecundum proprietatem ſigni & ſecundum proprietatem loci,in quo fuerit de domibus figuræ, & ſecundum ſtatum planetæ,& eius fortunam & infortunam:quia per fortunam & bonum ſtatum ſignificat bonum,& meliorationem, & gaudium: & per infortunium & malum ſtatum,ſignificat malum dãnum & grauitates.Et quando Iupiter fuerit dominus anni & fuerit potens & fortunatus,vt prædictũ eſt, ſignificat abundantiam victualium cuilibet de ſuis officiis:fertilitatem quoque & lucrum & diuitias.Et ſi Venus talis fuerit,ſignificat gaudia,& hilaritates,& fertilitatem.Saturnus vero & Mars cõtraria his ſignificant. Sol vero ſi talis fuerit, iuſtitiam regis & pietatem,mercedem,& bona facta ſignificat.Et ſi talis fuerit Mercurius, ſignificat agilitatẽ & melioramentum in reditibus,& lucrum in mercimoniis in emendo & vendendo & in ſimilibus.Et ſi Luna fuerit talis,erit bonum & profectus,& erũt lucra generalia in toto populo.Et dicit Haly Abẽ. quod quidam ponunt aſcendens anni eſſe ſignificatorem regis,& iſti ſunt Alb.Hermes & Alboali, tamen opinio Ptolemæi & Arabũ & maioris partis ſapientũ in hac ſcientia ponunt aſcendens reuolutionis anni,& Lunam eſſe ſignificatorem populi,& 10. domum & eius dominum & Solem almutaz ſuper decimam ſignificatores regis, & ſecundam domũ ſignificatricem ſubſtantiarum populi, & 11. ſubſtantiam regis.Et ſecundum hanc viam in aliis domibus.Et ego hac opinione concordo, dicit Haly, oportet operari vel per hanc viam. Et ſcias quod dominus anni eſt ſignificator populi, & dominus exaltationis ſigni in quo fuerit dominus anni, aut dominus exaltationis ſigni aſcendentis eſt ſignificator altorum hominum: & dominus triplicitatis eſt ſignificator hominum, qui tenent tendas ſiue ſtationes & ſimilia,& dominus termini & faciei eſt ſignificator gentis inferioris gradus,& miſceas Iouem in ſignificatione nobilium,& iuua te de parte fortunæ & eius domino,quia ſi aſpexerit ſignificatorem regis,bonum & fortunam ſignificat, & illud idem ſi aſpexerit ſignificatorem populi vel alium quemuis ſignificatorem,ad idem ſignificat:hæc Haly Abenragel in illo capitu. 5. Et debes obſeruare has regulas generales iam dictas hic in diſtinctione immediate præcedente,& ſimiliter in diſtinctione immediate ſequente, nec oportet eas recitare aliàs.

Et vbi ſupra capit.8. dicit Haly Abenragel apta dominum coniunctionis vel oppoſitionis, quæ fuerit ante introitum Solis in principium Arietis, & eius angulos in loca planetarum,& aſpice Lunam quando ſeparatur ab illa coniunctione vel oppoſitione,cui aliquis planetarum applicat. Et ſi ille planeta fuerit fortuna vel infortuna, fortis vel debilis,& ſecundum hoc iudica in eſſe populi, ſi Luna fuerit firma id eſt,in angulo vel in ſuccedenti,& in ſuis dignitatibus: & ſimiliter applicuerit planetæ firmo & potenti & in ſuis dignitatibus, ſignificat quod populus iſto anno erit in bono ſtatu, & mutabitur de bono in bonum,& de abundantia in abundantiam,& de lucro in lucrum.

Et ſi ille planeta cui applicuerit Luna,fuerit Iupiter vel Venus,habebit populus ſecuritates,abundantias,ſalutes,& hilaritates.Et ſi fuerit de hoc, vt ſit Luna cadens vel extra dignitates ſuas habendo alias ſignificationes ſuas,habebunt bonum & fortunam quam diximus,non tamen quod mutabuntur de fertilitate ad fertilitatem, de caſu ad fortunam,de debilitate ad potentiam.

Et ſi Luna firma fuerit vt diximus, & in virtute,& in ſtatu,& in ſuis dignitatibus,vt prędiximus, & applicuerit fortunæ in ſuis dignitatibus,exiſtenti tamen ab eo in cadẽti ab angulo, ſignificat quod mutabuntur de fertilitate poſita in bono ſtatu, ad aliam fertilitatẽ,et bonum ſtatum minorẽ illo. Et ſi fortuna exiſtens cadens ab angulo fuerit extranea et debilis,erunt fertilitates,et fortuna quæ opinabatur habere,et tamen non complebuntur, ſed erunt ſani in ſuis corporibus.Et ſi Luna fuerit debilis et peregrina,et applicuerit infortunis,et illæ infortunæ ſint firmæ, ſignificat populo malum ſtatũ et depreſſionem et debilitatem in ſuis negociis,atque defectum ſuorũ victuum,et lucrorum, et multas infirmitates.

Et ſi infortuna cui applicuerit Luna, fuerit domina octauæ domus,aut Luna vel habuerit aliquã dignitatem appodiatam in ſexta domo à Luna, ita quod non ſit eius dominus, mortalitatem multam populus patietur. Et ſi infortuna non fuerit talis maneriei,vt prædiximus, et dominus octauæ domus à Luna fuerit aſpiciens Lunam, ſignificat ſemper multas mortalitates.

Et ſi in reuolutione anni Mars fuerit commixtus

Digitized by Google

mixtus cum Mercurio, accident multæ mercantiæ illo anno. Et ſi ſtatus Lunæ & infortunarum fuerit ſicut diximus, vt ſcilicet vna pars ſit in bonis ſtatibus, & appodiatis, & alia in malis, & debilibus, ſignificat quod populus mutabitur de malo ad bonum, vt de bono ad malum ſecundum mutationẽ, quam diximus de ſtatibus Lunæ, & infortunarum. Et ſi pars fortunæ fuerit orientalis, & dominus domus ſuę, ac Iupiter aſpexerint eam, ſignificat quod melioratio, ſecuritas, ac bonũ erit in ciuitate, quæ fuerit in partitione, in qua fuerit pars fortunæ. Et ſi pars fortunę, aut eius dominus fuerit in bonis locis, erit bonũ, & meliorationem ſignificat. Et ſi fuerit in malis locis, aut ſub radiis, ſignificat damna, & amiſſiones, & erit damnum vel bonum de natura ſignorum, in quibus fuerint. Et quando Saturnus fuerit appodiatus in reuolutione anni, & fuerit almutaz locorum appodiatorum, ſignificat populationes, & quietes, & augmentationem, & meliorationem in victu & in lucris. Et quando fuerit Saturnus debilis, & infortunatus, ſignificat deſtructionem, & depopulationes, & contraria eorum, quæ diximus. Et quando Iupiter fuerit appodiatus in anni reuolutione, & fuerit almutaz ex domino anni, apparebit bonum in hominibus. Et ſi fuerit in ſtatu ab hoc diuerſo, erit in hominibus defectus, et infortunium, & habebũt paupertatem, minutionem, triſtitiam, et damna & vilitatem. Et quando Iupiter in reuolutione anni fuerit in oppoſito aſcendentis, ſignificat quod fortuna & bonum à populo remouebitur. Et quando Venus in reuolutione anni fuerit appodiata & fortunata, habebunt homines gaudia, diuitias, vbertates, & lucra. Et ſi fuerit Venus infortunata, accident contraria his, & defectus virtus.

Et ſi Mercurius in reuolutione anni fuerit appodiatus, ſaluus, & fortunatus, habebunt homines lucra & bona. Et ſi fuerit damnatus, debilis, & infortunatus, accidet minutio prædictorum, & minuentur bona & lucra. Et ſi in reuolutione anni fuerit appodiata & ſalua, erit annus bonus, fortunatus ac fertilis. Et ſi fuerit Luna damnata, et infortunata, ſignificat contrarium. Et aſpicias ſemper in negotiis populi ſemper à Luna, & in negotiis nobiliũ & altorũ hominũ ſemper à Sole, & in negotiis mercatorũ & eorũ qui incurrunt ſapientiam, ſemper à Mercurio & in negotiis iudicũ & ſapientum legis, & hominum bonæ progeniei à Ioue, & in negotiis militũ & militiarum & litium à Marte, & in negotiis mulierum à Venere, & in negotiis ſeminum & laboratorum à Saturno.

Et quãdo Saturnus fuerit dominus anni, & fuerit appodiatus, fient in iſto anno multa ædificia, & populationes, & meliorabitur forum bladi, & victualium, & terra in ſuis fructibus abundabit & populus habebit bona & vtilitates multas, & maximè laboratores, & viles homines.

Et ſi fuerit Saturnus damnatus, accident multa damna & impedimenta, & contraria his quæ diximus, & illa damna magis accident vilibus hominibus, & hominibus armorum, & morientur ſenes in multis locis, & accidet hoc in terris quę ſunt de partitione Saturni. Et ſcias quod oppoſitio Saturni cum Marte deteriorẽ eorũ coniunctione, & deteriores et durabiliores ſignificationes demonſtrat.

Et quando Iupiter fuerit dominus anni potens, & fortis, & in bono loco, meliorabũtur illo anno negotia iudicũ & ſapiẽtum legis, & religioſorum & nobilium. Et ſi cum hoc fuerit receptus profectum habebunt gentes cum rege, & lucrum bonũ, et vtilitatem. Et ſi fuerit Iupiter damnatus, accident prædictis hominibus contraria eorum, quæ dixi, et erit paupertas et miſeria et diminutio in hominibus.

Et quando Sol fuerit dominus anni potens, & liber ab infortuniis, & rex illius climatis potens vltra alios reges, & erunt homines diuites nobiles, & habebunt bonum & ſaluationem, et multũ bladum, et multas beſtias & aues, et meliorabuntur omnes res, in quibus Sol habet dominium & ſignificationẽ. Et ſi Sol fuerit debilis, et infortunatus, accident contraria his quæ diximus, & debilitabitur rex & vilipendentur nobiles, & diuites illius climatis, & appodiabunt ſerui, et viles homines ſuper reges et nobiles.

Et quando Venus fuerit domina anni potens, & fortunata, et in vno loco, ſignificat quod annus erit bonus, & præcipuè mulieribus, et habebũt homines gaudia. Et ſi Venus fuerit debilis, damnata, erit annus cum bono in diuitiis, et retrahentur homines ab hilaritatibus, et habebunt arctam vitam, et omnes ſignificationes in bono et in malo apparebunt in ciuitatibus et in climatibus ſuis maximè.

Et quando Mercurius fuerit dominus anni, et in bono loco potens, et ſaluus ab infortuniis, et in aſpectu fortunarum, vel iũctus cum eis, erit annus bonus et fortunatus à paruis mercatoribus, et illis qui de ſcientiis ſe intromittunt. Et eo fortius erit ſuum bonum, ſi receptus fuerit à domino domus ſuæ, et tunc ſignificat quod illi qui ſunt de partitione ipſius, habebunt à rege magnum honorem et vtilitatem. Et ſi cadens aut combuſtus fuerit, aut damnatus, aut infortunatus, aut in malis locis figuræ fuerint, ſignificat quod annus erit defectiu' lucrorum, et erit diminutio in reditibus regum: et fortius eſt damnum in ſcriptoribus, et mercatoribus, et eius ſignificationes bonæ vel malæ magis apparebũt in partibus occidentalibus, et in locis, et in ciuitatibus quæ ſunt de partitione illius Mercurij.

Et quando Luna fuerit domina anni potens, et in bono loco, et ſalua ab infortuniis, ſignificat multas pluuias perfectibiles, et in aptis temporibus, et homines ſani erunt, et habebunt largas vitas, et cibaria multa, et maximè ſi recepta fuerit Luna, quia tunc habebunt homines ex parte regum bonum, et vtilitatem. Et ſi damnata vel infortunata fuerit Luna, contrarium ſignificant eorum, quæ dixi, et damnum erit generale in toto mundo, tamen eius ſignificationes in bono et in malo erunt magis affixæ, & apparibiles in ciuitatibus, & in locis quæ fuerint de partitione ſigni, in quo fuerit Luna fortunata, ſecundum Haly Abenragel in capitulo illo ſexto.

Et vbi ſupra cap. 10. dicit Haly, quando inueneris Iouem dominum anni, vel quartę eius, habebunt homines fertilitatem, & complementum, & habebũt homines multum tritici, & multiplicabitur bonum in eis. Et ſi Mars in hoc habuerit com-

mixtionem cũ Ioue, & fuerit appodiatus, panis fiet carior in fine illius anni, & ſignificationes omnes ipſius erunt in terra partitionis ſigni, in quo fuerit Mars. Et vbi ſupra in cap. 11. dicit prædictus Haly. Conſidera quando Sol intrat primum minutum Arietis, & apta aſcendens in illa hora, & ſimiliter planetas ac quia forſan rex morietur vnius climatis, & rex alterius habebit proſperitatem & bonũ, & erit forte bonum, & fertilitas in vno climate, & indigentia & fames in alio, & hoc totum non potes ſcire, niſi ex variatione aſcendentium illorum climatum pro eadem hora. Et quando Luna fuerit in aſcendente anni ſalua, & fortunata, ſignificat proſperitatem & ſaluationem populi in ſuis corporibus. Et ſi Luna fuerit in reuolutiõe anni in ſecunda domo, habebit populus illo anno bonum & vtilitatem. Luna in quinta domo gaudebit & lætabitur populus illo anno propter fertilitatem & repletionẽ ſegetis & victualium. Et ſi Saturnus fuerit in aſcendente in reuolutione anni, ſignificat damnum in mercimoniis. Saturnus in ſecunda domo in reuolutione anni, ſignificat modica lucra: in ſexto, ſignificat damnum in beſtiis: in ſeptima mortalitatem camelorum: in nona erunt bonæ apes: & Saturnus in duodecima, ſignificat mortalitatem: & ſi fuerit ibidem retrogradus, defectum omnis boni & augmentum mali. Quando Iupiter fuerit in aſcendente in reuolutione anni, euadent homines ab omni malo. Et ſi fuerit in ſecunda lucrabuntur homines in mercantiis, & in aliis rebus: in tertia ſignificat fortunium & proſperitatem: in quarta ſignificat cariſtiam bladi in fine anni, & magis ſi fuerit ſignum terreum: in ſeptima ſignificat multũ bonum in anni medio & melioramentum in arboribus, & fructus multos: in decima ſignificat cariſtiam bladi: in quinta ſignificat lucra & mercantias in omnibus rebus. Et Iupiter in duodecima domo reuolutionis anni, ſignificat ſiccitatem in arboribus. Et ſi fuerit ibidem retrogradus, minuetur de bono & creſcet malum.

Mars vero ſi fuerit in ſecunda domo in reuolutione anni, ſignificat quod beſtiæ bene vendentur, & omne aĩal quod habet vngulas. In quinta ſignificat quod homines libere dabũt multum ſubſtantiæ iſto anno. Et quando Venus fuerit in aſcẽdente in reuolutione anni, ſignificat homines habere multa gaudia iſto anno. In ſecunda ſignificat fructuum vilitatem, quia multi erunt fructus, & ſignificat melioramentum in arboribus. In ſeptima ſignificat proſperitatem in iuuenibus, & in omni re noua: in ſeptima, proſperitatem in mulieribus. In decima, cariſtiam in ſpeciebus omnibus, & erunt paucæ. In vndecima, cariſtiam leguminum & ſimilium. & duodecima ſignificat vilipenſionem omnium lapidum precioſorum, quia in illo anno non bene vendentur. Et quando Venus fuerit retrograda, ſignificat damnũ in ſuis ſignificationibus, & creſcet malum eius. Et quando fuerit Mercurius fortunatus, meliorabũtur ſignificationes illius. Quando Mercurius fuerit in aſcendente in reuolutione anni, ſignificat bonum ſtatum, & lucrum in mercatoribus, ſcriptoribus. Et ſi fuerit in tertia ſignificat quod in iſto anno facient homines itinera cauſa mercationum. Et in quarta ſignificat triſtitiam ſcribis & mercatoribus. Et in duodecima domo in reuolutione anni, ſignificat quod iſto anno ſapientes & mercatores deſcẽdent. Et quãdo Mercurius fuerit retrogradus, damnabũtur eius bonæ ſignificationes, & creſcẽt in malum. Hæc Haly Abẽragel in 1. cap. 5. Et in cap. 12. vbi ſupra dicit Haly, quando pars fortunæ fuerit in ſecunda domo, ſignificat diuitias multas. Et ſi fuerit in ſigno igneo, ſignificat poſſe in igne, & rebus calidis. Et ſi fuerit in ſigno terreo, ſignificat augmentum in terris, & herbis, & vegetabilibus. Et ſi fuerit in ſigno aëreo, ſignificat multos ventos. Et hoc modo conſiderabis partes omnes. Malæ enim partes ſignificãt malum de natura loci, & ſigni in quo fuerint: & partes bonæ ſignificant bonum de natura ſui loci, & ſigni in quo fuerint. Hæc Haly ibidem. Et vbi ſupra cap. 12. dicit Haly, Quando Mars fuerit dominus anni, & fuerit in Tauro, aut in triplicitate ſua, & in angulo, & directus, ſignificat damnum in arboribus & fructibus, & animalibus brutis. Et ſecundum Haly Abenragel vbi ſupra cap. 2. & concordat cum eo Albu. 8. differentia prima, quando volueris cognoſcere annos, in quibus dat terra fertilitatẽ, aſpice aſcendentia coniunctionis vel præuẽtiones luminarium præcedentis, & introitum Solis in Arietem & loca eorum. Et ſi locus coniunctionis vel præuentionis applicuerit vni, & Iupiter habuerit dominium in loco ipſo, aut dominus aſcendentis fuerit fortunatus, & præcipuè à Ioue, & dominus quartę domus fuerit ſaluus ab infortuniis, & damnis. Et ſi fuerit applicatio aſcendentis illius legis, aut mutationum triplicitatum applicuerint ad locum Iouis, vel ad locum Veneris per corpus, vel per radios, ſecundum Haly. Et ſecundum Albuma. ſi fuerit profectio anni ab aſcendente gentis illius, aut profectio permutationis triplicitatis prouenientis iam ad locum Iouis, aut Veneris per aſpectum, aut per radium, accidet in illo anno ſecundum eos fertilitas in rebus terræ huius boñitas, & maximè ſi dominus etiam fortunauerit dominũ aſcendentis, vel applicuerit ei, vel ipſum aſpexerit de bono aſpectu, & eo fortius, ſi teſtificetur ei pars fortunæ, ſiue ſi pars fortunæ habuerit teſtimoniũ à veritate in hoc, quia hoc ſignificat ſuper fertilitatem terræ, & augmentum, & humiditatem. Et quando noueris contrarium, videlicet annos aridos, & ſteriles, aſpice quando vides Saturnum dominatorem ſuper oppoſitionem, vel cõiunctionem præcedẽtem introitum Solis in Arietem per dignitates vel applicationes, vel quod ipſe ſit dominus aſcendẽtis, aut infortunet ipſum per aſpectum, vel quod ſit in aliquo angulorum, & fuerit dominus quartæ damnatus ab infortuniis, & maximè Saturno, quia hoc ſignificat minutionem fertilitatis, & erit maior ſignificatio, & magis affixa ſi fuerit coniunctus, vel fuerit in oppoſito eius. Et ſi Saturnus fuerit in angulis coniunctionis vel præuentionis prædictæ, vel fuerit in angulis Lunæ, vel ſecundum Albu. ſi Saturnus fuerit in angulis receptionum, quarum rememorationem præmiſimus, & præcipuè in certis lunationibus, ſignificat hoc cariſtiam annonæ. Et ſimiliter quando Luna applicuerit Saturno, ſeparando ſe à cõiunctione vel oppoſitione prædicta, & fuerit Saturnus aſcendẽs, hoc ſemper eſt ſignũ maximæ cariſtiæ. Et quæcunque duarum infortunarum infortunauerit annũ,

iLlud

illud infert vnum eius erit malum,ſi habuerit commixtionem cum Mercurio. Et quando acciderit, ꝙ ſecunda domus,& pars fortunæ,& aſcendẽs fuerint infortunati à domino loci domini partis fortunæ ꝑ Haly,vel à domino partis fortunæ per Alb. erit minutio fertilitatis maior,& magis affixa. Et ſecundum Album.illud addet ariditatem.Et quot ſignificationes minutionum & ſterilitatũ fuerint per infortunia Saturni,erunt maiores & magis affixæ,quàm ſi fuerint per infortunium Martis.Et ſimiliter ſignificationes fertilitatum, quæ fuerint per fortunia Iouis, erunt plures illa Veneris, & maiores:hæc Haly.Et ſecundum Albu. illud quod fuerit de infortunio Saturni in ſignificatióne cariſtiæ erit fortius infortunæ Martis.Et ſimiliter fortuna Iouis in ſignificatione fertilitatis eſt maior & fortior fortuna Veneris.Et iſtæ regulæ Haly & Albuma.ſumptæ ſunt multum notabiles in hac materia.Et dicunt ipſi vbi ſupra,quod cũ fuerit Mars in reuolutione anni in domo aliqua Saturni,ſignificat paucitatem pluuiarum.Et ſi fuerit in domib' ſuis,ſignificat abundantiam pluuiarum.Et ſi fuerit in reliquis planetarum domibus,ſignificat mediocritatem pluuiarum:hæc ille.Et dicit Albu. in lib. experimentorum ſuorum in iſto capitulo vbi determinat de grauitate & leuitate anni. Cum videris in reuolutione anni rem,de qua metueris,aſpice ſi conuenerit hæc coniunctioni Saturni, & Iouis in eodem anno,& erit eius eſſe deterius & grauius,& ſi non inuenerit,erit leuius.Cũ abierit dominus anni, aut ſignificator regis ad planetam malum,aut ad lumen planetæ mali aut tardi in angulo,tunc timebitur ſuper eum,cuius fuerit ſignificator deſtructio vel mors. Et coniunctio capitis cum Saturno ſignificat impedimentum ſubſtãtiæ ſigni,in quo iunguntur,ſicut ſignificat in eclipſi Solis & Lunæ Cumque fuerit coniunctio Capitis & Saturni in Ariete,& in eius triplicitate, erit impedimẽtum in animalibus omnibus quadrupedibus ſecundum ſubſtantiam ſigni,in quo iunguntur. Et ſi fuerit in Tauro, & in eius triplicitate, ſignificat impedimentum in agris,& in fructibus,& in arboribus,& in ouibus: in herbis quoque & vaccis, & modica erit pluuia & annona.Et ſi fuerit in Geminis & in eius triplicitate, erit impedimentum in hominibus, & in auibus, & flabunt venti nocibiles.Et ſi fuerit in Cancro,& in eius triplicitate, erit impedimentum in hominibus,& multiplicabitur pluuia & aqua, & multiplicabuntur ſerum & lac atque locuſtæ, & repentia terræ. Caudæ vero cum coniunctus fuerit Mars, ſignificat deſtructionem & malum, interfectionem quoque ac famem ac multitudioem mali. Et coniunctio Saturni & Caudæ,ſignificat famem & paucitatem boni,& de ſtructiones,graue frigus,& timores maximos, & deſtructionem meſſium, & erit hoc in ea parte in qua fuerit.Aſpice coniunctionem Saturni & Martis vtrum conueniant alicui planetæ in gradu exaltationis ſuæ:quòd ſi fuerit hoc, & aſpexerit eum Saturnus, ſignificat malum, & deſtructionem in parte eiuſdem planetæ. Et ſi fuerit aſpectus ex ſigno fixo prolõgabitur malum. Et ſi fuerit in ſigno mobili,erit modicum& breue.Et ſi fuerit in ſigno communi,erit mediocre. Si autem non aſpexerit, ſed reddiderit lumen eo.ũ aliqua ſtella ad planetã qui fuerit in gradu exaltationis ſuæ, ſignificat fœditatem & detrimentum ſuper ciues aliquos illius climatis,& inueniet eos deſtructio, & cogẽtur ad hoc ex ſemetipſis,aut erit per cauſam quorundam quæ non fuerint ex hominibus regionis ſuæ. Si vero non reddiderit planeta lumen eorũ ad ipſum planetam,quæ fuerit in gradu exaltationis ſuæ, intrabit ſuper eos mœror, & poſtea ſoluetur nutu Dei.Et debes obſeruare has regulas generales in diſtinctione immediatè præcedente,& ſimiliter in diſtinctione immediatè ſequente.Et vbi ſupra,verſus finem libri dicit Albu. quòd fortunæ cum deſcenderint in aliquod ſignum, erit fertilitas,& bonum in ſubſtantia eiuſdem ſigni: & cum deſcenderint mali in aliquod ſignum erit tribulatio & deſtructio ſigni.Conſidera forrunas & malos,quia cum deſcenderit Iupiter in Arietem, bonum erit eſſe ouium, & leue erit precium carnium ouium, ſcilicet quadrupedum, & cum deſcenderit in Cancro,erit copia meſſium,& leue erit precium annonæ,bonumque eſſe erit vaccarum, & nutrimẽtum meſſium. Cum vero deſcenderint mali ſigna, dic econtrario,ſecundum quantitatem ſubſtantiæ ſignorum erit variatio tui iudicij. Si autem fuerit dominus Arietis in exaltatione ſua,erit ipſa ſterilitas aut timor in diuitibus aut nobilibus.Et ſi fuerit in deſcẽſione ſua, erit in ouibus, & in omnibus quadrupedibus.Et ſimiliter erit de omnibus ſignis ſecundum ſubſtantias ſuas.Et paulo prius dicit Albuma.Saturnus cum pulſauerit in reuolutione Solis ſuper ſignum regiõis,& abſentes ab eo fuerint fortunæ,ſignificat damnum,& mortem in terra eiuſdem ſigni.Et ſi commixtus fuerit ei Mars,grauabitur auena,& deſtruetur vinum, & multiplicabitus butyrum:hæc Albu.ibidem. Et in libro de floribus,dicit Albu,in capitulo grauitatis & leuitatis annonæ,quòd ſcies cariſtiam annonæ,& eius vilitatem ex vtriſque planetis ſuperioribus:quia quãtitas ſiue grauitas eſt ex opere Saturni, & leuitas eſt ex opere Iouis.Quotiens enim videris Saturnũ in reuolutione quorundam annorum in ſigno in quo fuit coniunctio præſens,id eſt, in qua fuerit, ſ.in ſigno in quo vltimo coniungebatur Ioui, aut in ſigno in quo fuerit cõiunctio,quę ſignificauit ſectam,& non aſpexerit eum Iupiter, hoc eſt ſignum grauitatis abſque dubio:commiſce igitur narrationem tuam ſuper eum,& ne metuas.Quod ſi euenerit cum eo Cauda in vno ſigno,iudica grauitatem annonæ,& terrorem hominum, niſi aſpiciat Iupiter eum locum,aut ſeparetur ab eo cauda.Item anni qui ſignificant famem , ſunt illi in quibus præfuerit Saturnus coniunctioni vel præuentioni in qua fuerit reuolutio, & eo grauius ſi fuerit Saturnus in oppoſitione Mercurij, & hoc fit in annis, in menſibus , aut cum videris eum in coniunctione vel præuentione in nono vel in tertio, erit hoc ſignũ leuitatis. Scito itaque aſcẽdens coniunctionis & præuentionis,poſt hoc aſpice dominum ei',ſi fuerit auctus curſu, augebitur in precio annonæ,& in eodem anno vel menſe, Et ſi fuerit in medio cæli,erigetur,& augebitur precium annonæ.Si vero minutus fuerit curſu,minuetur precium.Et ſi fuerit iens ad deſcenſionẽ ſuam,deſcendet precium. Si vero fuerit in angulo terræ, aut in ſeptimo ſtabit precium in eſſe ſuo, & non augebitur,

Digitized by Google

tur, nec minuetur. In cæteris autem rebus extra triticum & ordeum aſpicies diſpoſitorem anni, ſi fuerit fortunatus, aſpice in quo ſigno ſit, & quæ ſit ſubſtãtia eiuſdem ſigni. Quod ſi fuerit ex ſubſtãtia ignis, erit hoc in auro & argẽto, & in omni quod operatur per ignẽ. Et ſi fuerit in ſignis terreis, erit hoc in rebus terreis ſecundum quantitatem eius. Et ſi fuerit in ſignis aereis, erit hoc in animatis: & aſpice locum eiuſdem ſigni ab aſcendente, & loquere ſuper eũ. Si vero fuerit in ſignis aquaticis erit hoc in animatis aquæ, & in omni quod exit de aqua. Loca autem in quibus eſt grauitas, ſunt hec. Si fuerit in Ariete, vel in eius triplicitate, erit in parte Oriẽtis. Et ſi fuerit in tauro, vel eius triplicitate, erit in parte meridiei. Et ſi fuerit in Geminis vel in eius triplicitate, erit in parte occidentis. Et ſi fuerit in Cancro, & in eius triplicitate, erit in parte ſeptentrionis. Et conſidera forum annonæ, cum ceciderit Sol in primum minutum cuiuſcunque ſignorum, in quibus ſunt exaltationes planetarum, quæ ſunt mobilia, quia non errabis. Nam deſceſio Solis in primum minutũ Arietis, eſt fortior, & ſubtilior cæteris deſcenſionibus eius in initio ſignorum mobilium. Et ſubtilior his eſt deſcenſus eius in initium vniuſcuiuſque ſigni. Scias hoc ſecretum in foro, & non tranſeas id, vt eas ad alterũ. Et ſi volueris ſciẽtiam alicuius rei, nominatim aſpice planetam ſignificatorem fori, in quo ſigno ſit, & aſpice quid pertinet ad ipſum ſignum & ad ipſum planetam: & operare per hoc, & inuenies veritatem: hæc Albu. ibidem. Et paulopoſt vbi loquitur Album. de terræmotu & diluuio dicit ꝙ cum fuerit Saturnus vel eius radii in ſignis primatum coniunctionum, vel in aſcenſionibus earum, & cũ fuerit Saturnus corporaliter in eis, aut proiecerit radios ſuos ad ea, oppoſito aut ex quarto aſpectu, aut ipſe fuerit in hoc impeditus, aſpice eum, cum fuerit in ſignis terreis, tũc enim ſignificat tenebras aeris, & terræmotum & famẽ. Et dicit Mehaſſalla in epiſtola ſua de coniunctionibus planetarum & annorum reuolutionibus. ca 4. apta aſcendens hora introitus Solis in primũ punctum Arietis, & æqua planetas pro eadem hora, & ſcito ipſum, qui habuerit dominiũ ſuper ipſam figuram. Et ſi fuerit ille, qui præfuerit, fortunatus erit mundus aptus bonus. Si vero præfuerit malus & impeditus, erit mundus corruptus. ſimiliter fac in quarta anni & menſibus. Et ſcito, quòd cum plures planetæ cõiuncti fuerint in ſignis aquaticis in reuolutiõe anni, ſignificant multitudinem pluuiarum. Et ſi in igneis, multitudinem deſtructionis & famis ex ſiccitate & calore, & ſic de aliis, & ſimiliter in quarta anni, & cum prefuerit eis Mars & Saturnus, & non aſpexerint eos fortunæ, ſignificãt corruptionẽ mũdi. Et ſcito ꝙ fames & huiuſmodi grauitates non erũt niſi ex coniunctiõe planetarũ in ſignis igneis. Et vbi ſupra. c. 6. dicit Meſſahalla ꝙ planetæ ponderoſi ſi fuerint in directo alicuius regionis, ſignificabunt ſiccitatem, & famẽ. & intellige hoc ꝙ ſint planetæ in ſignis ſeptentrionalibus: hæc Meſſahalla. Et dicit Abraã Auenar. in li. de reuolutionibus annorum mundi ca. 9. ꝙ ſi alter malorũ fuerit in vno angulorum ſigni terræ, erit hæc mala ſignificatio terrę. Et ſi fuerit in domo. 10. ſignificat malũ euenire regi. Et ſi fuerit in alia, veniet malũ incolis terrę illi'. Et ſi in quarta, ſignificat hoc deſtructionẽ agrorũ & vinearũ. Et ſi fuerit ſtella benefica in vno angulorũ, iudica bonũ. Et ſi fuerit in angulis beneficus & maleficus, cõſidera quis eorũ fortior fuerit, & fortitudo ſua ſe manifeſtabit magis. Et vbi ſupra, ca. 10, dicit Abraã, ꝙ omnes ſapiẽtes aſtrorum dicunt, ꝙ ſigna ignea & aerea ſignificant cariſtiam frumẽti, & malũ, quod eueniet, & famẽ quæ debet eſſe per mundum, & eo magis in terris ſignorum eorundem: ſigna vero terrea & aquea ſignificãt ſanitatẽ magnã, & abundationem, atque vilitatẽ annonæ. Et debes reſpicere in reuolutione cuiuſlibet anni mundi, ſi ſint ambo. ſ. Saturnus & Iupiter in ſignis cariſtiam ſignificantibus, tunc enim ſignificant ſemper cariſtiam & ſignificant contrariũ ſi [illegible] in aliis ſignis. Et Meſſahalla ait ſemper conſiderãdum eſt in principio anni ad locum Lunę, in hora qua ſeparatur à coniunctione eius cum Sole, vel ab eius oppoſitione, quæcũque illarum fuerit ante introitum Solis in Arietem. Et ſi ipſa cõiungatur, & cum ſtella malefica, aut cum ipſa malũ aſpectũ habet, hoc ſignificat malũ in mũdo, & ſi cum ſtella benefica, ſignificabit hoc ſemper bonũ. Saturnus vero ſign. locorum deſtructiones, & nauiũ ſubmerſiones, turbationes, & lites. Iupiter ſig. pacem, & bladi copiam, & trãquillitatem. Item inquit Meſſahalla nos conſiderare debemus in qualibet coniunctiõe ſiue magna ſiue media, ſiue minori, ad hoc etiam in reuolutione cuiuſcunque anni mundi ad ſignum aſcendens in hora cõiunctionis vel oppoſitionis luminariũ, quæ fuerit ante introitum Solis in ſignũ Arietis. hæc enim eſt radix magna, & aſpiciendum eſt ad dominos ſigni aſcendẽtis in hora cuiuſcunque coniunctionis, vel oppoſitionis prædictæ, & almutaz, qui eſt iſte, qui dignitatem habet in hoc loco dubio, ipſum aſpiciat, & ſi inuenerit almutaz, & dominum prædictum in angulo. 1. vel. 10. & fuerint planetæ cariſtiam ſignificantes, hoc ſignificat magnã frumẽti cariſtiam ſeu bladi ĩ terra illa. Et eo grauius, ſi fuerit act' in curſu ſuo. Sed ſi fuerit minutus, ſiue retrogradus minuẽtur cariſtiæ de die in diem. Idem quoque eſt iudicium, ſi dederit vim ſuam planetæ, qui in vno dictorum fuerit angulorum. Quod ſi in vno reliquorum angulorũ, res erit mediocris, & cõſimiliter ſuccedentibus. Si autem fuerit in cadentibus, vile erit frumentum, & bladum. Si autem fuerit almutaz commixtus à Sole, eueniet blado detrimentum, ſeu impedimentum. Et ſi fuerit tunc in vno angulorũ, erit impedimentum maius: in cadentibus vero erit paruum: hoc igitur facies quolibet anno, vel quolibet menſe. hæc Abraam ibidem. Et in c. ſequenti, ſcilicet ca. 2. dicit Abraã, ꝙ Meſſahalla quidem aſſerit locum coniunctionis ſignificare ſuper oleum oliuarũ, ſic enim expertus eſt ipſe. Et tu quidem efficere debes almutaz coniunctionis, & ſecundum quod videris iudica. Si almutaz fuerit in domo exaltationis, fiet frumentum carius. Minus autem ſi fuerit in domo ſua: quòd ſi fuerit in domo ſui caſus, erit vilificatio magis. Si autẽ in domo ſui detrimenti, erit vilificatio, non tamẽ tanta, quãta prior. Et vbi ſupra ca. 15. dicit Abraã, quòd ſemper reſpicere debes ad Lunam. Ipſa nanque ſig. ſuper omnem hominem. Si igitur ipſa fuerit in principio anni cum planeta benefico, aut aſ-

pectu

pectu bono ipſum aſpexerit, hoc ſignificat ſemper ſanitatē corporum hominũ. Et ſi fuerit cum Saturno aut cum aſpectu quarto, vel oppoſito cũ ipſo, & fuerit Saturnus in aliquo ſignorum aquaticorũ, erit malum grande euntibus per mare. Et fortius ſi fuerit in Cancro, & tũc etiã multum nocumentum infert ipſis, qui vadunt per aquas: augebunturque aquę fluuiorum, & deſtruēt ſemina & accidet pluuia magna quæ nocere debet. Et ſi Mars fuerit in tali diſpoſitione, & fuerit in ſignis aqueis, hoc ſignificat ſemper aerē peſtilētem, & diſſipantem. Et ſi Saturnus & Mars fuerint in Virgine, aut in Capricorno, vel in ſignis aereis hoc ſignificat ſemper malũ, quod eueniet ĩ mũdo per locuſtas & bruchos in locis ad hoc diſpoſitis. Si vero Mars vel Saturnus fuerit in ſigno figurationis humanę, hoc ſignificat ſemper turbationes & rixas, & ſemper fructus. Et in fine cap. dicit Abraã, cognito quidem anno coniunctionis inquit Meſſahalla, pone locũ coniunctionis magnæ, & mediæ, necnon minoris pro radice, & quodcunque peruenerit ſignum profectionis ad locum Martis, ſi fuerit fortior Ioue, hoc ſignificabit annum cariſtiæ in quacunque regione, ad cuius ſignum perueniet ſignum profectionis, & cuilibet anno dabis ſignum vnum: & debes inchoare à ſigno & gradu coniunctionis, dando vnicuique ſigno. 30. & debes computare ſecundum gradus æquales. Quocunque vero anno peruenerit profectio ad Venerem vel ad Mercurium. Si quæ fuerit in commixtione bona ad Iouem, & fuerit Iupiter fortis & vicerit Saturnum in principio coniunctionis, hoc ſignificat ſemper ſaturitatē & abundantiam, & eo melius in qualibet regione. Et ſignum eſt huius angulorũ ſignificatio profectionis: hæc Abraam ibidem. Et ca. 17. vbi ſupra dicit Abraã Auenzoaar ſe eſſe expertum multis vicibus ꝙ ſi Mars fuerit in anni principio in vna domorũ Saturni, ſignificat hoc ſemper cariſtiam. Et ſi fuerit in vna domorum ſuarum propriarũ, ſignificat hoc ſemper abundantiam pluuiarum. Et dicit Abraã in principio illius capi. 17. aſpice cõiunctionem vel oppoſitionē præcedētē introitum Solis in Arietem. Et ſi fuerit orientalis, erit medietas primi anni melior ſecunda. Et ſi occidentalis fuerit, erit econtra. Et hoc verum eſt, ſi fuerit aliquis de planetis beneficis aſpiciens locum coniunctionis vel oppoſitionis præcedentis introitum anni, aut fuerit alicui eorum dignitas magna in illo loco, & non fuerit ſignum impediens, hoc eſt ſignum boni anni: & eo melius, ſi fuerit aliquis eorum beneficorum in aliquo angulorum ſigni aſcendentis in hora coniunctionis vel oppoſitionis prædicti. Et ſi fuerit ecõtrario, vt ſ. aſpiciat maleficus, aut fuerit in aliquo angulorum aſcēdētis, & nõ fuerit beneficus aſpiciens, tunc quidem eſt annus malus. Si autem aſpiciant boni ſimiliter, & mali, aſpice quis eorum maiorem habet fortitudinem, & hic almutaz erit. Et ſcito aliquis planeta ſuperior oriētalis fuerit, & alius de ſuperioribus occidētalis: maior erit fortitudo orientalis: quod ſi ſic, de inferioribus fuerit, res erit econuerſo: illorum nanque fortitudo erit in parte occidentali. Et qui ſub radiis Solis fuerit, nihil habebit fortitudinis: conſimiliter neque retrogradus. hæc Abraã Iudeus. Et dicit Alchindus in epiſtola ſua ca. 2. quãdo retrogradatur planetę à capite Cãcri ad caput Libræ, & fuerit Sol cum illis in eadē quarta erit ſummus calor in parte ſeptentrionali, & venti ſeptētrionales cõſumēt digeſtionem fructuum. Et vbi ſupra cap. vltimo dicit Alchindus, ſi inueneris Venerem vel Iouem in aliquo angulorum aſcendentis præcedētis introitum Solis in Arietē, collocatum in parte auctoritatum ſuarum, & maximè in medio cæli, mitigabitur & creſcet quicquid fuerit eo tempore plãtatũ aut ſeminatũ. Et ſi fuerit Saturnus in ſignis calidis, & humidis, vt eſt Gemini, & ſua triplicitas, & complexionabitur cũ eo ſignificator ab oppoſito aut quarto, aut coniunctione, ſignificat mitem aerem, & bonæ complexionis, & medium cuiuſlibet vegetabilis propter æqualitatem rerum: & ſimiliter ſi complexionabitur cum eo ſignificator aut complexionabitur cum ſignificatore, & in ſignis ſicut calidis & ſiccis frigidis & humidis, & fuerit de quarto aut oppoſito, fiet bona complexio aeris, & creſcet omne vegetabile. Et ſi fuerit Mars in angulo terrę in reuolutione anni & in ſignis calidis, & ceciderit ab eo fortuna, & inueſtigauerit Mercurium, ſignificat combuſtionem terræ, & corruptionē ſubſtantiæ ſuæ, & combuſtionem ſeminum. Si autem ſecundum quod dico fuerit in ſignis aqueis, & in angulo terræ, ſignificat damnum aquæ & corruptionem eiuſdem & corruptionem cuiuſlibet quod moueatur in aqua de animalibus, & aliis. Et ſi fuerit in loco Mercurii Saturnus, & fuerit in ſignis aqueis, & in angulo terræ, & ceciderint ab eo fortunæ, & inueſtigauerit Mercuriũ, minuentur aquæ riuorum, & puteorum, & fontiũ, & corrumpentur animalia aquæ, & alia. Et ſi non ceciderint ab eo fortunę, alleuiabitur ſignificatio prædictorum. Et inſpice in reuolutionē anni aſcēdens, & angulos & loca planetarum tranſitus ſuos, & prohibitiones operum ſuarum, & proiectionem radiorũ ſuorũ ſecũdũ quod ſignificant in omni climate ſuper ſubſtantia animalium, & vegetabiliũ, & ſeparationem modorum ſuorũ de tranſmutatione Solis in ſignis, & naturas ſuas in mutatiõibus aeris & in quartuor temporibus anni: hæc Alchidus.

Et dicit Aomar & allegat auctoritatem libri nõ iudicũ in fine, quod Sole in Arietis ingreſſu deprehenſo quæcunque reperitur ſtella orientalis, anni ducatum vendicabit. orientalis nãque Iupiter omnia ad ſalubrem & aptiſſimum renouabit ſtatum. Veneris quoque ducatus fructus multiplicat, & omnia fœcundat, victualiũ copiam præſtat & abũdantiam: Mercurius quoque ad modum omnia reducit. Saturnus quoque totius incommodi factor, victualium inopiam, & frigus augmentat. Mars gladium & bella, ignominiã, & metum, & ſimilia complectitur. Nec ab ſpeculatiõis genere deſiſtendum quotiens ſingulas anni quartas ingredi feſtinat. Nã quæ ſtella orientalis fuerit, ipſius quartę ducatum principaliter ſortitur, in primis Solis & Lunæ ſtatus vel applicatio & pars ſtellarum habitu diues eſt videnda: hæc Aomar ibidem. Et ſecundum Aomar vbi ſupra in illo. c. vbi loquitur de qualitatē aeris & temporum. Et ſecundum Haly Abenragel vbi ſupra, lib. 8. c. 26. Si inuenerimus Iouem in aliquo angulorum ab aſcendente coniunctionis vel oppoſitionis præcedentis introitum Solis in Arietem firmum, & in aliqua dignitatũ ſuarum, & maximè

Digitized by Google

xime in medio cęli aptat,& temperat aërem,& facit illum bonæ complexionis, & facit naſci & creſcere quicquid ſeminatur, & plantatur: & hoc idem faciunt Venus & Luna in prædicta diſpoſitione conſtitutæ. Et ſi Mars habuerit commixtionem de quarto, vel oppoſitione, vel de cõiunctione, temperat aerem & facit illum bonæ cõplexionis. Et ſi aſpectus fuerit de tertio vel de ſecundo, eo exiſtẽte in ſignis prædictis temperantia eſt maior & creſcet omnis res quæ naſcetur, & generabitur. Et ſecũdum Aomar vbi ſupra: ſimiliter ſecundum Haly Aben. vbi ſupra. capit. 27. apta aſcendens hora introitus Solis in ſecundum gra. ſcorp. in angulis, & planetas. Et ſi fuerit Mars in angulo terrę, & in ſigno aqueo, diminutionẽ & dãnũ ſignificat in aquis de animalibus & aliis rebus. Et ſi Saturnus fuerit in angulo terræ, ſicut prædiximus, & in ſigno aqueo, & fortunæ ab eo remotæ fuerint, & habuerit commixtionem cum Mercurio minuentur aquæ in puteis, & damnabuntur omnes res quæ morantur in aquis de animalibus, & de aliis rebus. Et dicit Haly Abenra vbi ſupra, cap. 31. quando ſcire volueris ſiccitatem & abundantiam anni, aſpice locum coniunctionis vel pręuentionis antecedentis reuolutionem anni mundi: & conſidera dominum illius loci, ad quẽ aliquis fortunarum vel infortunarum applicat. Et ſi applicuerit Ioui, & Iupiter habeat aliquam dignitatem in loco coniunctionis, vel præuentionis prædictæ: aut fuerit dominus aſcendentis reuolutionis anni, aut coniunctionis vel præuentionis, aut fortunauerit dominum aſcendentis, & dominus quartæ domus fuerit ſaluus ab infortuniis, & fuerit applicatio anni per archaſim illius legis complexionis maioris ad locum Iouis vel Veneris, aut per aſpectum vel per radios, erit illo anno fertilitas, & abundantia: & eo magis, ſi dominus ſecundæ domus reuolutionis anni fortunauerit aſcendens, vel ipſum aſpexerit applicans ei de aſpectu amicitiæ, quicunque planeta ſit, & maximè ſi fortunauerit dominum partis fortunæ, vel dominum aſcendentis, vel ea quæ ſignificant fertilitatem & abundantiam: & ſi hæc omnia teſtificata fuerint, erit magna fertilitas, & multiplicabuntur ſubſtantiæ populi, & lucrabuntur in mercantiis, & omnibus modis: & ſi talia nõ fuerint, ſed contraria, erit fertilitas anni indigeſtionis & ſiccitatis. Nam ſi Saturnus habuerit dominium in coniunctione vel in pręuentione per applicationẽ vide per corpus: & habuerit ſimiliter dominium in aſcendente, & fortunauerit eum dominus quartæ, & fuerit damnatus ab infortuniis, & maximè à Saturno, & eo fortius, ſi Saturnus habuerit cõmixtionem cum Mercurio: quæcunque duarum infortunarum infortunauerit annum, & habuerit commixtionem cum Mercurio, illud infortunium eſt maius, & plus affixum. Et ſimiliter erit quando acciderint ſecũdæ domui, & parti fortunæ ac aſcendenti, & domino partis fortunæ contrariæ cõſtellationes, quas diximus infortuniis. i. ſi contingat ſecundæ domui, & parti fortunæ aſcendenti infortunium ex domino partis fortunę, vel ex domino ſecundæ, tunc affirmatur ſignificatio in ſterilitate, & indigentia & diminutione. Et ſcias quòd cõſtellationes & fortunia, quæ narrauimus per Iouem, quando acciderint per Venerem, tales erunt ſignificationes, hoc excepto, quòd erunt debiliores illis, quæ fiunt per Iouem: & ſimiliter infortunia, quæ diximus de Saturno, quando erunt per Martem, erunt minoris mali & damni quàm per Saturnum, excepto quòd dãna, quę erunt per Martem, erunt per ſiccitatem & combuſtionem, & per fortes radios, & his ſimilia. Et damna quæ erunt per Saturnum, erunt per ſitum, vel per ſubmerſionem in aquis. Et diſcernes illud horum duorum, quæ fuerit per ſignum, in quo erit Saturnus: quia ſi fuerit in ſigno humido, erit damnum per ſubmerſionem. Et ſi in ſicco erit per ſiccum: hæc Haly ibidem. Et vbi ſupra, c. 3. dicit Haly Abenragel, quando infortunæ coniunguntur, & Luna fuerit cõiuncta cum Saturno, in latitudie vna, accidet fames & mortalitas. Et quando ambæ fortunæ iungentur, & Luna per latitudinem cum Ioue, ſignificat iuſticiam & fertilitatem. Et ſi Luna talis fuerit cũ Venere, ſignificat gaudia & hilaritates. Et vbi ſupra c. 33. dicit Haly Abenragel, quando dominium anni fuerit in fine ipſius cordæ, volens retrogradi, vel quando fuerit deſcendens in circulo augis vel quando fuerit in mundo ſui epicycli, hoc totum ſignificat, quòd erit vilitas in rebus, & paucitas precij, quæ res fuerint de natura ſigni, in quo fuerit dominus anni, ſcilicet de animalibus & vegetabilibus, & mineris, & aliis rebus & lapidibus. Similiter quãdo Luna fuerit in reuolutione anni, vel mẽſis lumine, vel applicata retrogrado planetæ, ſignificat vilitatem & modicũ precium in victualibus. & ſcias cariſtiam, & mercatum rerum ad diuerſos ſignificatorum ſtatus & principij anni, & à ſignis principiorum quatuor temporum: & quando regreditur Sol in quatuor ſigna cardinalia, & à coniunctione Solis & Lunę, in eiſdem temporibus ab introitu Saturni & Iouis in ſignum climatum, & villarum occidentalium & orientalium. Et quando planetæ fuerint infortunati in iſtis locis, ſignificant vilitatem rerum, & bonum mercatum de eis. Et quando fuerint fortunati, ſignificant rerum cariſtiam, & augmẽtum. Et quilibet planeta, qui fuerit in reuolutione anni in exaltatione ſua, aut eleuatus in ſuo circulo, ſiue habeat, ſiue non habeat teſtimonium in aſcendente, ſignificat augmentum in rebus, quæ fuerint in natura illius planetæ, & ſigni in quo fuerit: ſicut Sol in Ariete, ſi ibi ſignificat lapides rubeos precioſos, ſicut carbunculos, & huiuſmodi & alios lapides precioſos & aurũ. Et ſi fuerit Venus ſignificat aliofar, & corallos, & his ſimilia. Et planeta, qui fuerit in ſuo caſu aut deſcẽdens in circulo ſiue angulo, ſignificat vilitatem rerum, quæ fuerit de igne aut aqueis, aereis, aut terreis. Et dicit Aben. videmus quando in reuolutione anni aut temporis, non fuerit Saturnus in aliquo angulorum, ſignificat bonũ forum victualium. Et quando fuerit in aliquo angulo angulorum, ſignificat cariſtiam. Et quando fuerit in angulo habens ibi dignitatem aliquam, ſignificat magnam cariſtiam & fortem: hæc Haly. Et in eodem capit. 33. circa medium dicit Haly Abenragel, quòd Plinius Romanus primus Chriſtianus dixit, quando Sol intrat Arietem, aſpice planetam qui fuerit in medio cæli, aut cui applicuerit dominus medij cæli, & iſte eſt ſignificator precioſarum rerum. Et ſi iſte planeta



Digitized by Google

neta exiſtés in medio cæli fuerit directus in ſuo motu ſignificat ꝙ res erunt meliores, quæ fuerint de natura ſigni in quo fuerit, & hoc magis & plus affixũ erit, ſi fuerit ſignum fixum. Et ſi planeta iſte retrogradus fuerit aut deſcendens lumine & in auge ſua, vel deficiens lumine, & numero, ſignificat ꝙ deſcendent & fient viles res quæ fuerint de natura illius ſigni, in quo fuerit iſte planeta.

Et vbi ſupra dicit Haly Abenragel, ꝙ Dorotheus dixit, quando ſcire volueris cariſtiam & vilitatem rerum, aſpice planetas per annum, & per illum quem inueneris de orientalibus, dicit ꝙ res fient caræ, quæ fuerint de natura ſua, etiã per illũ qui fuerit occidẽtalis, deſcendunt & damnantur, & fient res viles, quę fuerint de natura illius.

Et damnum eſt, ꝙ planeta ſit in caſu iſto combuſtus aut infortunatus, vel Retrogradus, aut cadens ab angulo, aut in aliquo malorum locorum, & ꝙ fortunæ ſint remotæ ab eo, & quando fuerit bonus in quibuſdam rebus, & malus in quibuſdam aliis: ſicut ſi eſſet in domo ſua Retrogradus, aut in exaltatione ſua combuſtus, ſignificatur ꝙ iſtę ſuæ res fient caræ modicum, & poſtea viles, & ita per annum aut augendo vel minuendo.

Et in eodem cap. 33. verſus finem dicit Haly Abẽragel, ꝙ Meſſahalla dixit, quãdo volueris iudicare augmentum & decrementum rerum, aſpice dominum aſcendentis, & Lunam, & ſi eorum magis appodiatus applicuerit planetę, exiſtenti in aſcẽdente, aut in medio cæli, iudica ꝙ precium augebitur in victualibus.

Et ſi planeta fuerit in occidente ſiue in angulo terræ, erunt victualia medii precij competenter. Et ſimiliter aſpice in illo tempore planetã, qui fuerit in quadratura horum duorum locorum, quia ſi fuerit receptus, aut ipſe receperit dominum aſcendentis vel dominum ſuæ domus aut ſui termini, ſignificat ꝙ pãni erunt viles, & tamen non petentur. Peior enim ſtatus venditionibus eſt, quando Luna exiſtens in aſcendente applicuerit planetæ cadenti, qui non recipiat eam, & quando applicuerit planetæ, qui eam recipiat, ſignificat ꝙ non petentur, nihilominus erunt caræ. Et dixit Meſſahalla ꝙ nobiliora loca cæli ſunt anguli. Et quando fortunæ fuerint in angulo, augetur & appreciatur moneta, & decreſcunt & damnantur aliæ res.

Et quando fortunæ erunt in angulis, decreſcit, & depreciatur moneta. Et quando aliæ infortunarũ fuerint in angulis, & aliæ in aliis domibus, iudica per magis appodiatam earum, & tamen depreciamentum quando venit per fortunam, non poteſt eſſe magnũ. Et omnis fortuna quãdo planeta fuerit Retrogradus, vel in loco debili, erit tunc debilis eius virtus.

Et illud idem intellige de infortuna, quando fuerit in exaltatione ſua Retrogradus.

Et quando volueris iudicare quartam anni, & medium vel totum annum, aſpice cum ſeparatur Luna à coniunctione eius cum Sole: vel ab eius præuentione cum quo planetarum primo coniungitur.

Et ſi fuerit fortuna, augebitur precium rerum, quæ venduntur, & erunt caræ: & ſi iungatur cum infortuna erunt depreciatæ ac viles: & aſpectus in hoc talis eſt, qualis eſt complexio. Et ſi Luna fuerit in angulo, creſcet cariſtia: & ſimiliter faciet, ſi fuerit in exaltatione ſua ſalua ab infortunio. Et ſi dixerunt antiqui Lunam, & aſcendens eſſe contrarios, vnam ſcilicet alteri: & ſimiliter poſuerũt eos ſignificare contrarias monetas, & alias res quæ vendẽtur. Et ſi Sol attigerit fortunã, depreciatur moneta, & maximè ſi fuerit remotus ab angulis, vel fortuna attigerit Solem, ſicut ſi attigerit Iouem vel Venerem, augetur moneta, & depreciantur ac viles fiunt res aliæ, & maximè ſi Sol fuerit in angulo.

Et ſi Sol attingat fortunam, depreciatur moneta, & maximè ſi fuerit remotus ab angulis Mercurius habet ſignificationem in duabus monetis: quæ ſunt aurum & argentũ & Venus habet partẽ in eis: pars Veneris in eis eſt pulchritudo viſiõis, & claritas colorũ.

Et pars Mercurii eſt in eis picturæ & ſcripturæ. Nihilominus Mercurius habet magnã partẽ in auro & in re ſpecialiter, quæ eſt de partitiõe Solis: vnde quãdo fuerint orientales, aſcendit moneta & fiunt res viles, & maximè ſi fuerint in ſuis exaltationibus.

Et quando occidentales fuerint, depreciatur moneta, & maximè ſi fuerint debiles.

Et quando Mercurius fuerit cum Sole, ornatur aurũ, & appreciatur, & deſcẽdũt aliæ res, & fiũt viliores.

Et quando Venus fuerit cum Sole, ornatur argentum, & diligitur ab hominibus, & ſi non fuerint cum Sole, & fuerint eleuati in circulis ſuarum augium, honoratur moneta & fient res viles, & maximè ſi ierint ad orientalem, & fuerint in exaltationibus ſuis, & in domibus ſuis ac dignitatibus ſuis.

Et quando declinauerint in ſuis circulis, eundo ad occidentalitatem, vel fuerint in locis debilitationum ſuarum, in quibus non habent dignitates, depreciatur moneta, & res fiunt caræ.

Et quando feceris aſcendens anni, aut quartæ, vel menſis, & aptaueris angulos, & ſciueris gradus domini domus ſubſtantiæ in aliquo angulorum, & maximè in loco vbi habet dignitatem, & quod ſit fortuna honoratur moneta.

Et ſi fuerint infortuna in angulo, ſicut prædiximus, appreciabitur moneta, tamen non honorabitur: quia eam habebunt viles homines: ſed honorem & vilitatem aliarum rerum iudicabis per exiſtentiam fortunarum & infortunarum in ſignis: quia quando fuerit fortuna in aliquo ſigno, erunt res caræ, quæ fuerint de diuiſione illius ſigni.

Et quando infortuna fuerit in iſto ſigno, appreciantur res illæ, quia quælibet domorum habet ſuam partem in rebus, ſicut datæ ſunt ſextæ domui beſtiæ minutæ, & aliis ſignis partes eorum: & iudica ſecundum illud.

Et ſcias ꝙ aſcendens de animali ſemper habet caput, & quarta domus ventrem, & alia caudã, & partem poſteriorem eorum, & ſpermalem. Vnde in quacũque iſtarum domorum fuerit infortuna, erit damnum in iſta parte corporis, quam ipſa domus ſignificat, & aſcendens hominis ſignificat caput, & ſecunda collum, tertia humeros, & manus. Et ſic per ordinem in omnibus. 12. domibus cum in vegetabilibus non poſſunt habere niſi partes anteriores, & poſteriores. Vnde & aſcẽdẽs anterior, & alia eſt pars poſterior. Et quando interrogatus fueris pro aliquo vegetabili ſi naſcetur vel creſcet bene, aut quid erit de eo, da aſcendens, & eius dominum, & Lunam, & eius domi num ei. Et ſi omnes iſti fuerint fortunati, iudica ꝙ durabit, & ibit ad bonum. Et ſi fuerint infortunati, iudica ꝙ damnabitur. Et ſi duo iſtorum fuerint fortunati, & alii duo infortunati, iudica quòd erit mediocre. hæc recitat Haly Abenragel vbi ſupra ſecundum



Digitized by Google

dicta Meſſahallę.

Et dicit Albu. in ſuo lib. de floribus, in illa parte vbi loquitur de ſcientia ignium in aere, ꝙ cum in reuolutiõe anni mũdi Saturnus & Mars cõiũcti fuerint in aſcẽdente anni, ſignificat malum vniuerſale ruſticiſ. Et ſi cõiũcti fuerint in ſigno ſecũdo ab aſcẽdẽte anni, erit ſignum deſtructiõis ſubſtantiarum & aliarum domorum, & tradetur obliuioni memoria diuitum. Et ſi coniuncti fuerint in tertio, ſignificat deſtructionem domorum religionis: & ſi coniuncti fuerint in quarto ab aſcendente, ſignificat deſtructionem ædificiorum & manſionum. Et ſi coniuncti fuerint humidæ & aquoſæ cum Luna, & quæ ſunt putridæ & mali odoris cum Saturno, & mali odoris, cum Ioue ac Venere concordant. Similiter colores poteris intelligere, quia nigredo eſt Saturni, & rubedo eſt Martis: & ita poteris ſcire omniũ rerum per ſuam concordantiam. Anguli etiam concordant cum auro; angulos ſequentia cum ſubſtantia, cadentia vero cum his, quæ hominibus non ſunt neceſſaria. Cũ autem fortunæ fuerint in angulis horũ locorũ, cara fiet res concordans cum iſto loco. Et cum ſciueris planetã concordantem cum re, inſpice ad horam eclipſis, vel coniunctionis, vel oppoſitionis, ſi ibi exiſtat iſte planeta: & ſi fuerit fortunatus, & potens, ſignificabit cariſtiam illius rei, & exaltationem eius. Et ſi fuerit infortunatus, ſignificabit vilitatem: hoc enim adiungas his, quæ diximus de eo, ꝙ operabitur aer in omnibus fructibus, & ſaluatione nauium, vel earum ſubmerſione. Et ſecundum ꝙ fuerit res iſta, quam inſpicere vis, aut tempus illud, ſcies res quomodo fiunt viles, vel caræ. & ſcies ea, quæ hic ſequentur. Verbi gratia, quando ſciemus, ꝙ vnus rex prę liabitur cum alio, ſciemus ꝙ ille cuius terra eſt abundans, vincet illum, cuius terra eſt cara, & ſimilia poteris ſcire, quia mortalitas & infirmitas ſemper cariſtiam ſequitur, eo ꝙ homines oportet comedere mala cibaria, qui cum damnantur complexiões eorum, propter hoc habẽt infirmari & mori: ſcies & factum cariſtiæ & abundãtiæ propter multitudinem aquarum, & fortitudinem earum, & à frigore & calore. quia quando ſtellæ ſignificauerint multas fumoſitates humidas: fiũt inde multæ pluuiæ. Et ſi fuerint in tempore, quo neceſſariæ ſint, abundantiã victualium demonſtrabunt: & ſi in tempore, quo non ſit neceſſe, damnum, & minutionẽ eorum monſtrabunt. Id facit calor & frigus quia ſi calor fuerit tempore quo conueniat, ſignificabit ſaluationem omnium fructuũ à putrefactione. Et ſi fuerit tempore, quo non expediat, deſiccabit totum fructũ terræ, antequàm compleatur, & perdetur. Similiter de locuſtis, & per mures, quia ſi multi creuerint, deſtruent omnes fructus terræ: & ſi pauci fuerint, poterunt ſaluari: quæ omnia ſcire poteris per aſtrologiã, quæ mõſtrauerit etiam multas pluuias in parte meridiei, ſicut eſt in vere, & ęſtate ſignificabit ꝙ Nilus Aegypti erit creſcẽtiæ magnę valde Et ſi à parte ipſa paucas ſignificauerit pluuias, creſcentia erit pauca. Et propter hoc conuenit ꝙ Nilus ſit magnæ creſcentiæ æſtate intrante, cum Venus & Mercurius occidentales fuerint ipſa hora propter humiditatem quartam in aere faciunt. Et ſi fuerit Mars aut aliquis cometarũ in parte meridiei, hora qua incipit ibi æſtas, erit Nili creſcentia pauca multum, propter magnam minutionem pluuiarum, quæ erit in parte illa. Similiter ſi ventus citus affuerit vel ciremis, eum tardare non permittit. Et ſi abrogus, leuiter faciet eum decurrere, & non detinebitur. Cum autẽ ſciueris per aſtrologiam illud quod accidet in partę meridiei de abundantia pluuiarum, & earum minutione, & ſciueris ventos accidentes in terrà Aegypti tempore veris vel æſtatis, ſcies totũ factũ Nili quòmodo eſſe debeat; & per eũ ſcies ſtatum Aegypti, an erit abundans victualibus vel minimè, inſpiciendò ſemper in his, in quę prædiximus: & per hæc quæ iã dicta ſunt, ſcire poteris factũ cariſtiæ vel abundãtiæ: hæc Haly vbi ſupra, & hæc ad preſens ſufficiunt de prognoſticatione cariſtiæ & vilitatis annonæ per reuolutiões annorũ mũdi. Et debes obſeruare has regulas prius poſitas in cap. immediate prę cedente, concernentes ſignificationem planetarum, & ſignorum, & precium circuli.

Et ſcias ꝙ ſigna ignea & aerea ſignificant cariſtiã bladi, & famẽ, quæ debet eſſe per mundũ. ſigna vero terrea & aquea ſignificant fertilitatem & vilitatem annonæ, atque per impẽſionem, & eo magis in regionibus ſuper quas hæc ſigna ſignificant.

Et hæc patet per Abraam Auenzoar in libro de reuolutionibus annorum ca. 10. Et debes hic reſpicere quæ ſigna, & quæ partes cæli deſtruunt & corrumpunt, & mortalitatem gignũt ex nimio frigore, & ex nimia humiditate, & ſunt de natura Saturni, & quę faciunt hæc eadem ex nimio calore, & ex nimia ſiccitate, & ſunt de natura Martis.

Et debes te iuuare hic per illud capitulum ſuperius poſitum. Sed ſecundum Albu. 6. maioris introductorii differentia tertia: pars fortunæ ſignificat aurum & argentum & leuitatem fori, & eius grauitatẽ. & hæc pars ſecundum eum eſt digniſſima inter omnes partes: & hoc etiam patet, eo ꝙ Ptole. in ſuo quadripartito non approbat alias partes, ſed tantum partem fortunæ. Si autem volueris prognoſticare de cariſtia annonæ, & eius vilitate per partes, reſpice vltimam differentiam introductorii Alcabicii, & differentiã tertiam & quartam ſexti libri maioris introductorii Albumazar. & inuenies quæ partes ſignificant cariſtiam annonæ, & aliarum rerum, & quæ earum vilitatem. inuenies etiam ibi modum operandi per partes. Ad prognoſticandum vero de cariſtia & vilitate annonæ per introitus quartarum anni: vide illam regulam, quæ poteſt elici ex ſententia Ptole. 2. quadripartiti cap. 12 videlicet ſi planetæ qui dominãtur in loco coniunctionis vel oppoſitionis pręcedentis introitum Solis in quẽcunque punctorum cadinalium, aut qui dominantur in angulo ſequente locum coniunctionis vel oppoſitionis prædictũ fuerint omnes vel maiorem partẽ eorũ eſſe ſignificãtes cariſtiam annonæ & victualium. Et ſi in ſignis cariſtiam ſignificantibus extiterit: ac etiam ſi prædicta loca principalia cariſtiam ſignificauerint, & ſic cũ hoc fuerint prædicti domini coniuncti cum planetis & ſtellis fixis cariſtiam ſignificantibus, vel ab eis aſpiciantur, ſignum erit cariſtiæ annonę in eadẽ quarta anni. & ſi planetæ prædicti, & ſigna ſiue loca principalia pro maiori parte vilitatem annonæ ſignificauerint cariſtiam: & quia annonæ vilitas ſatis patet prius in hoc ca. & ſimiliter in cap. immediate præcedente. Et dicit Ptolem. in ſuo centiloquio propoſitione. 98 quòd planetæ dominatores, qui plures habuerint dignitates in angulis cõiunctiõis vel præuẽtiõis, & in

Digitized by Google

& in quartis annorũ, res quas ſignificât quãdo fortes fuerint, res quas ſignificauerint, erunt magis precii. Et ſi fuerint debiles, erunt res parui precii. Et ſimiliter ſi veloces vel tardi curſus fuerint. Et dicit Haly ibidem, quòd planetæ qui plures dignitates habuerint in iſtis angulis, ſignificant vniuerſos fructus, cum fuerint in iſtis angulis, tunc illud quod ſignificant, erit magni precij. Et ſi fuerint in cadentibus, erit parui precij. Et ſi fuerint ponderoſi, non erunt tanti precij: hæc ille. Et debes hic obſeruare omnes regulas prius poſitas in iſto cap. concernentes cariſtiam ſeu vilitatem annonæ, ſumptam ex coniunctione vel oppoſitione præcedēte introitũ Solis in Arietem, & per eaſdem regulas fere debes prognoſticare de cariſtia & vilitate annonæ, in introitu quartæ anni, ſicut in reuolutione anni: & ideo oportet te hic reiterare regulas prius poſitas in hoc cap. & non inuenio multas regulas de cariſtia, nec de vilitate annonæ menſium, eo ꝙ huiuſmodi accidentia diu durant, & ſunt multum vniuerſalia. Et ideo non pono hic aliquod capitulum de eiſdem accidentibus in menſibus, nec in medietatibus menſium. Sed Haly Abenragel lib. 8. cap. 33. recitat quaſdam regulas de cariſtia & vilitate annonæ, & aliarum rerum per omnes menſes ſecundum dicta Atthazir dicens, quando ſcire volueris cariſtiam, & mercatum, & precia rerum & ſtatus hominum in vita & in negotiis ſuis, hoc ſcies à motu luminarium, & eorum ſtatu. Inſpice ergo quolibet menſe coniunctionem luminarium, & apta aſcendens illa hora. Et ſcias ꝙ aſcendens & planeta, qui ibi fuerit, ſunt ſignificatores ſtatus hominum & aeris. Et iuuat eos dominus domus domini aſcendētis, & planeta peregrinus in aſcendente quando non fuerit conueniens aſcendenti ſignificat damnum in iſto menſe. Et ſi fuerit in fortuna, ſignificat damnum ſecundum ſuam naturã & ſecundum ſuum poſſe Et ſi inueneris planetam in angulo habente dignitatē in aſcendente, & pręſertim in exaltatione, eum accipe pro ſignificatore. Et quilibet planeta quando fuerit in angulo, ibi habens poſſe, ſimiliter erit ſignificator dũ ibi fuerit, donec exeat inde. quando dominus aſcendentis fuerit in aſcēdente, aut in aliquo angulorum, vel in natura, vel in bono loco aſpiciens aſcendens ipſe ſignificationem habebit manifeſtè, & magis quàm alius & maxime ſi fuerit orientalis, exiſtendo ſub radiis, & in exiſtendo in ſuo lumine quia quando ſic fuerit, ſignificat ꝙ homines petent ſuos victus, & lucrabuntur, & aſcendēt in eo modis omnibus ſecundum poſſe planetæ de pauco aut multo in diebus, quãdo Luna fuerit in quarto aſcendentis aut in aſcendente, aut aſpiciens dominũ aſcendentis. Et ſi fuerit deficiens, applicans ad oppoſitum aſcendentis, & aſpexerit dominum aſcendentis, ſignificat defectum: & aſpice ſi inueneris dominũ aſcendentis receptum, & ille receptor fuerit auctus & in angulo, ſignificat ꝙ toto illo mēſe augebitur precium bladi. Et ſi dominus domus domini aſcendentis in oppoſito luminarium eſt magis appodiatus. Et quãdo inueneris dominum aſcendētis receptũ, & ipſe ac dominus domus aſcendentis fuerit aſcendens, cariſtia erit firmior, & hoc ſecundum aſcenſiones eorum. Et ſi dominus aſcendentis, & planeta exiſtenſi in angulo applicuerit planetæ cadenti, aut dimnutus fuerit, deprimitur precium. Et ſi dominus aſcendentis diminutus fuerit, & ille qui eum receperit, ſimiliter ſi fuit diminutus, deprimitur precium, & hoc erit ſecundum duas diminutiones. & magis affixa erit vilitas precii ſui, ſi ambo fuerint cadentes ab angulo, quia hoc ſignificat, ꝙ illa vilitas cito erit. Et ſi ambo applicuerint planetæ cadenti ab angulo, aut diminuto, vilitas precii ſimiliter affirmatur.

Et ſi fuerit in aſcendente planeta habēs ibi aliquod teſtimonium, augmentum, & vilitas erit ſecundum ſtatũ in melioratione illius planetæ. & erit cum eo particeps dominus aſcendentis.

Et ſi dominus aſcendentis non fuerit receptus, non facias eum participare cum eo, quia ille ſolus erit ſignificator, & qui dominus aſcendentis & luminaria fuerint in talibus locis figuræ coniunctionis in aſcendēte cōiunctionis, vel in angulis ſuis, aut in angulis à loco cōiunctionis, ſignificat ꝙ preciũ remanebit in eo quod eſt. Et ſi dominus aſcendentis aut luminaria fuerint recepta & aucta, & fuerint in quinta aut vndecima, ſignificant quòd precium augebitur, & ſi planeta aſcendens applicuerit ad dominũ aſcendentis, ſignificat augmentum in precio die applicationis: & quando luminaria & ſimiliter dominus aſcendentis fuerint deficientia in tertia, aut in nona aut in 12. ſignificat ſubmittere precia cũ anguli ſemꝑ ſignificāt fixionē in eo quod eſt. Et quãdo planeta deficiens applicuerit ad dominum aſcendentis ſignificat ſubſtãtiæ ſubmiſſionem plus quam ſi iſte dominus applicuerit iſte planeta, & quãdo dominus aſcendentis deficiens fuerit, & dominus domus ſuæ auctus nihil facit augmenti dominus domus: quia radix poſſe ac ſignificatio ſunt in domino aſcendentis, vbi fuerit cadens, & in angulo fuerit alter planeta. Tamen ſi aſcendens fuerit in alia domorũ luminarium, aſpice eorum augmenta & ſuas diminutiones in numero etiam ſua loca in figura quomodo ſint ab aſcendente: hæc Atthazir & Haly Abenragel ibidem. & ſufficiunt ad præſens iſtæ regulæ iam poſitæ in hoc ca. de cariſtia & vilitate annonę in quartis anni, & in omnibus mēſibus. Et debes iuuare te per regulas poſitas in ca. immediatè præcedente.

## *De figuris prognoſticis cariſtia & vilitatis annonæ.* CAP. IIII.

Volo tibi modo oſtēdere ſigna prognoſtica cariſtiæ & vilitatis annonæ. Dicit itaque Ptole 2. quadripartiti ca. 9. ſi ſignalia in aere apparentia circa luminaria hora alicuius eclipſis luminariũ, vel ſi caudatæ ſtellæ aut aliæ ſtellæ ſecundæ in aere apparētes hora eclipſis ſiue hora coniunctionis magnæ, vel alicuius temporum reuolubiliũ fuerit coloris nigri vel viridis, ea quæ Saturni naturã imitari dixim⁹, ſignificabunt: & ſi prædicta ſignalia ad rubedinem declinauerint, ſignificabunt ea quæ ſunt ex natura Martis. Et ſi diuerſorum colorum extiterint, ſignificabunt ea quæ ſunt ex natura Mercurij. Sed prout oſtenſum eſt ſupra in c. 2. huius tractatus, & ſimiliter in cap. immediatè pręcedente iuxta ſententiã Ptole. & Albu. Saturnus Mars & Mercurius cariſtiam annonæ & victualium, & ſterilitatem terræ ſignificant. Signalia ergo in aere prædicta prædicto modo colorata, & prædicto modo apparentia hæc eadem ſignificabunt. Item ſecundum Ptole. vbi ſupra cũ prædicta ſignalia in prędi



Digitized by Google

ctis temporib. apparentia fuerint coloris albi, ea quæ ſunt de natura Iouis ſignificare dicuntur, & ſi aurei coloris quæ Veneris naturam ſequuntur, indicabunt. Et ſecundum quod dictum eſt, Iupiter & Venus ſignificant fertilitatem terræ, & vilitatem annonæ, ergo ſignalia ſic apparentia hæc eadem ſignificabunt. Et dicit Haly quòd conueniat quòd fumus ſiccus conueniat cum natura Martis vel Mercurij, & fumoſitas humida cum natura Iouis & Veneris, ſi in eo vicerit téperantia, tamen ſi fuerit diſtéperatus, & exierit temperamētū, cōuenit vt concordet cū natura Saturni. Et ſi hoc ita fuerit, cōuenit quodlibet ſignaliū ſuperiorū ſignificet ea, quæ accidunt inter nos in hominibus, beſtiis, & plātis, piſcibus, & nauibus, & in augmēto & detrimētoaquarū, & ſignificatio ſua erit ſecūdū planetā qui concordat cum eis, & conuenit vt ſignificatio planetarum temperata communi temperamento in aere contingenti concordet cum natura Iouis & Veneris ſicut precium rerum exaltatio dignitatum, & omnia alia opera quæ dixit Ptole. de Ioue & Venere. Similiter conuenit vt ſignificatio grandium & fortium pluuiarum, & frigorum valde magni concordet cum natura Saturni: ſecundum opera ſua, quæ Ptole. narrauit. Ptole. enim dixit de ſignalibus ſuperioribus, ꝙ erunt accidentia, eo quòd eorum quælibet facit accidentia multa, ſicut ſunt pluuiæ, quæ ſi multæ ſunt, nocent planetis, & animalibus, & ſi paucæ & diminutæ fuerint, nocent etiam: tale autem nocumētum ſequitur defectus victualium, cariſtia, fames, & mortalitas: & ſi fuerint temperatæ proficiunt plantis, & animalibus, quod quidem ſequitur abundantia victualium & firmamentum ſalutis. hæc Haly. Et dicit Ptole. vbi ſupra, quòd ſi ſignalia prædicta quamlibet vnam partē luminarium vel eorum, quæ circa ipſum ſunt, occupauerit in ea parte ſolummodo, quæ eſt in directo partis illius, in qua iſte color apparuerit, accidens futurum eueniet. Si autem color iſte totum corpus luminarium vel eorum quæ circa ipſum ſunt, amplexabitur in maiori parte regionum ſibi concordātium cum loco ſignalis accidere dicitur accidens futurum. Qualiter autem ſciemus vbi euenient accidētia ſignificata per ſignalia prędicta, & quando, & quā diu durabunt & citius accidentia euenient in quo genere rerum apparebunt. Patent hæc omnia ſecundū intentionem Ptole. & Haly, in cētiloquio propoſitione. 99. ſcintillationes ſtellarum & ſtellæ caudatæ in aere ſignificāt ſiccos vapores. Et ſecundum Haly, ſcilicet illa ſignalia fuerint diuulſa in omnes partes, ſignificabunt ſiccitatē & turbationem aeris. Et ſecundum textum bugufarit commen. Ptolemæus ſi caudatæ ſtellæ apparuerint in angulo regni alicuius regis, morietur rex aut homo potens illius regni. Et ſi apparuerint in ſuccedentibus angulis, deſtruentur theſauri regis. vel ſecundum Haly detrimentum patietur illius ſigni ſubſtantia: & ſi apparuerint in cadentibus ab angulis minuetur cenſus hominum. Et ſecundum Haly in fine centiloquii Ptole. ille cometa, qui dicitur dominus aſtonæ, eſt ex complexione Mercurii, & eſt cæruleus, paruus, cauda longa eius. Matura vero eſt rubea, & habet caudam rubeam, longam, & non tantam, quantam dominus aſconæ, & eſt ex cōplexione Martis, quæ quando apparuerit in oriente, caput inferius ſignificat paucitatem aquarum & famem magnam. Iſte vero qui dicitur nigera, eſt ex natura, Saturni, & eius color eſt magis cæruleus, & quādo apparuerit ſignificat mortalitatē multam. & qui dicitur verū, eſt horribilis aſpectu, & vadit prope Solē, & ſignificat minutionem fructus pomorū, & fructus qui ex terra procedūt. Et qui pertica dicitur, habet groſſum radiū, & ſignificat paucitatem aquarum & defectum annonæ. Et ſi cōiunctus fuerit cum Venere, erit minutio aquarum, & defectio annonæ maxima: hæc Haly. Iſta ergo ſignalia omnia eo quòd quodlibet eorum nihil eſt de natura Saturni, vel Martis vel Mercurij, defectum annonæ, & terræ ſterilitatem ſignificat. Et ſecundum Haly iſte cometa qui dicitur miles, eſt de natura Veneris, & eſt magnus magnitudine ad modum Lunæ, & habet crines, & radios infundit retrorſum, peragrat. 12. ſigna & ſicut Venus, fertilitatem terræ ſignificat illud ſignale hoc idem ſignificabit. Et ille qui dicitur argentum, habet radium pulchrum valde & album ad modum argenti puriſſimi, quod non poteſt diu aſpici. Et quādo apparuerit, ſignificabit annos fertiles in terra, vbi hoc erit, & melius erit Ioue in ſigno Aquatico exiſtente. Et ille qui dicitur roſa, eſt magnus & rotundus, & habet faciem ad modum hominis & color eius eſt vt color argenti cum auro mixto, & per conſequens eſt de natura mixta Iouis & Veneris, qui cum apparuerit, mutabuntur res mundanæ, & cædent illis res meliores, & vt videtur hæc ſignificabunt fertilitatem terræ, & vilitatem annonæ. Hæc Haly & Ptolem. vbi ſupra. Et dicit Albuma. 5. de coniunctionibus magnis differentia vltima, quòd ſi apparuerit aliqua ſtella comata in ſigno Arietis, ſignificat mortem boum, & nō fodientur nimium, & depopulabitur quidem pars terræ, & erit vehemens frigus cum corruptione meſſiū, & caſu fructus arborum, & paucitate culturæ, & plantationum in terra. Et ſi apparuerit cometa in Geminis, ſignificat mortalitatem & famem & mortem anni, & multos ventos calidos, & comburentes meſſes. Et ſi apparuerit cometa in Cancro ſignificat paucitatem Piſcium, & ſi apparuerit à parte orientis, & Sol fuerit æquidiſtans ſigno Cancri, ſignificat vilitatem annonæ in fine anni. Et ſecundum Albuma. in libro de floribus capitul. vltimo, ſi apparuerit cometa in Cancro, ſignificat multitudinem locuſtarum & decrementum meſſium ab eis, & caſum vermium, & triticum & arbores, & paucitatem frugum, & multitudinem vermium in eis. Et ſecundum Albuma. ibidem, ſi apparuerit aliquis cometa in Virgine, ſignificat paucas mercationes. & ſi fuerit eius apparitio à parte occidentis, ſignificat multitudinem fructuum.

Et ſi apparuerit cometa in Libra, ſignificat ſiccitatem fluminum & paucitatem planetarum, & deſtructionem fructuum. Et ſi apparuerit à parte orientis, & Sol fuerit æquidiſtans Libræ, apprecia buntur equi, & cameli. Et ſi apparuerit à parte occidentis ſignificat mediocritatem fructuum. Et ſi apparuerit cometa in Scorpione, ſignificat multas pluuias nociuas, & deſtructionem fructuum ex vehemētia gelu, & frigoris, & deſiccationem fluuiorū cum cariſtia piſcium. Et ſi apparuerit cometa in Sagittario, ſignificat appreciationem beſtiarum in pluribus partibus, & vehementiam caloris cū paucitate fructificationis palmarū. Et ſi idē apparuerit à parte orieti s, & Sol fuerit ęqdiſtās Sagittario, ſignificat ꝓſperitatē ędituū, hereditatū, & fructuū. Et ſi apparuerit cometa in directo

Digitized by Google

directo Capricorni, ſignificat niues, & grandines, ita vt præcipuè deſtruent crocum. Et ſi apparuerit à parte occidentis, ſignificat ſaluationem vinearum, & fructuum. Et ſi apparuerit à parte occidentis, ſignificat herboſitatem anni, & abundantiam aquarum. Et ſi apparuerit cometa in directo Aquarij, ſignificat paucitatem auium & Piſcium, & vilitatem annonæ. Et ſi apparuerit à parte orientis, & Sol fuerit æquidiſtans Aquario, ſignificat multam herboſitatem. Et ſi apparuerit cometa in directo ſigni Piſciũ, cadet mors in Piſcibus, & abſcindentur proficua Aquarũ. Et ſi apparuerit à parte occidẽtis, & Sol fuerit æquidiſtans Piſcibus, erit multitudo auium, & Piſcium cum inundatione fluminum. Et ſecundum Albu. in de floribus. ca. vltimo, in quocũque ſigno apparuerit cometa, ſi apparuerit à parte oriẽtis, erit veloci⁹ in hoc ꝙ ſignificat. Et ſi in parte occidentis, erit tardius operi eius. hæc Albu. in locis prællegatis. Item quia in regionibus ſeptentrionalibus maxima & præcipua cauſa cariſtiæ eſt humiditas exceſſiua, & precipua in temporibus non cõuenientibus, vt in æſtate, quando frumẽtum floreſcit. Et ſimiliter in autumno, quando colliguntur meſſes. Si ergo exceſſus magnos humiditatis in temporibus non conuenientibus affuerit, ſignum eſt prognoſticũ cariſtiæ, annonæ, & præcipuè ſi cum hoc concurrant aliæ cauſæ multæ, & magnæ prius poſitæ in cap. primo huius tractatus. Itẽ breuiter quęlibet iſtarũ cauſarũ cariſtiæ, quæ in ca. primo huius tractatus numerantur, eſt ſignũ prognoſticum cariſtiæ annonæ, vt ſunt defectus culturæ, frigiditas nimia, & humiditas in regionibus ſeptentrionalibus & nimia caliditas & nimia ſiccitas in partibus meridionalibus, & hoc in temporibus non conuenientibus. Item abductio annonæ à regione aliqua, ros, grando, & ventus validus, ſubmerſio agrorum per aquas: multitudo quoque locuſtarum & vermium, hæc omnia cum in temporibus non cõuenientibus accidunt, cariſtiam annonæ ſignificant. Item magna copia fabarum prouenit ex nimia humiditate, & ſignificat cariſtiam annonæ, & aliis eius ſpeciebus, & ideo fabæ quanto plures ſunt, tanto cariores ſunt, vt dicitur à vulgo, & hoc eſt propter penuriã aliorum bladorum. Item maximum ſignum eſt cariſtiæ annonæ, magna prælia in aliqua regione, ſiue in multis regionibus. Nam in terra prælij blada & alia comburuntur, & deſtruuntur ab inimicis inuadentib⁹ illam, vel illas regiones, in quibus eſt magnum prælium, & theſauri, & moneta, ac etiam alia neceſſaria ad vſum hominum ab eiſdem regionibus aſportãtur, vnde prouenit magna cariſtia in regionibus illis. Et hæc ſunt ſigna prognoſtica cariſtiæ annonæ. Sed ſigna vilitatis annonæ habentur è contrariis eorum quæ diximus, & maximè prognoſticare debemus vilitatem annonæ, & eius copiam ex conuenienti, & bona temperie aeris in diuerſis temporibus anni: & breuiter in omnibus eius quartis, videlicet vt ſit hyems niuoſa, nec accidat in ea gelu excellens, ſine niue concomitante. Et ſi pluuioſa fuerit hyẽs, vt iſta pluuia non nimis excedat.

Itẽ vt menſis Martij ſit ſiccus, Aprilis vero pluuialis, temperantiam viciſſim habeant. Item vt æſtas ſit ſicca, & maximè in tempore, quo floret frumentum. Item vt ſit ſiccitas, & ſerenitas, quando ſeminatur frumentum, & etiam quando colligitur, & quòd autumnus omnino ſit ſiccus, ſit itaque aratura conueniens etiã tempore ſuo: præpetatã enim aratura eſt totius negocij fundamentum: hæc autem omnia vilitatem annonæ, & copiam eius ſignificant. Et dicunt, quòd nunquam in regionibus ſeptentrionalibus ſpatium temporis multum maius 30. annis abſque fame notabili poteſt pertranſire: hoc aũt conuenit cum dictis aſtrologorũ, qui dicunt accidentia grandia vt famem, mortalitatẽ, & peſtilentiã, & guerras, & quãdoque regnorũ mutatiões in qualibet reuolutione Saturnina, quæ eſt ſpacium circiter triginta annorum, redire. Sicut etiam patet ex intentione Albu. primo de coniunctionibus magnis, & ſimiliter. 2. Cariſtia vero futura etiã iam ab omnibus vel à multis per exceſſum humiditatis iam præteritæ multotiens ſolebat præſciri: per hoc accidens cauſis amotis annona pro maiori venditur precio quàm ſolebat. Et debes in hac diſtinctione obſeruare omnes regulas prius poſitas in tractatu immediate præcedente, concernentes mortalitatem animalium, quorum eſt vſus hominum, cuiuſmodi ſunt boues & oues & ſimilia. Nam mortalitas corundẽ animalium cariſtiam eorum ſignificat. Item quia prius dictum eſt, quòd in ſeptentrionalib. regionibus maximè accidit cariſtia ex nimia humiditate proueniente terræ non conuenienti, neceſſe eſt vt obſerues regulas in hoc tractatu de aſcendente, & etiam ſigna prognoſtica humoris excellentis, quæ poſita ſunt ſuperius: oportet etiã te hic in hoc tractatu regulas prius poſitas in iſto tractatu. 2. in diuerſis diebus de calore ſuperfluo, & etiam de frigore ſuperfluo, & ſiccitate ſuperflua, quæ omnia in diuerſis climatibus, & diuerſis regionibus cariſtiam annonæ ſignificant, cum in temporibus non conuenientibus contingant. Signa autem cariſtiam ſignificantia ſunt hæc vt cõiter, quãto. enim maior copia fuerit de aliquo fructu, tanto minus perfectus eſt iſte fruct⁹: vnde & de frumẽto ita eſt quòd cum paucum fuerit, eius grana multum continent de terra, & parum de medulla, & ideo panis inde factus, deterior eſt, & minoris quantitatis & hoc idem intelligere debes de aliis ſpeciebus annonæ. Itẽ in cariſtia notabili operarij pro minori precio conducuntur. Iocalia quoque & omnia quæ non tendunt ad cibum immediatè, pro minori precio venduntur. Et quæ immediatè ad cibũ pertinent, venduntur tunc pro precio maiori. Item tunc multi mendicãtes, tunc etiam multi non mẽdicantes ſunt multũ egentes, qui ſcilicet non poſſunt propter verecundiam mendicare, tunc multi præ fame nimia moriuntur. Et nota quòd nullus moritur fame, niſi prius eius facies ac etiam multa membra corporis ſui inflentur, cuius cauſam relinquo medicis ad præſens. Item nota, quòd quanto fertilitas & copia annonæ magis diu durauerit, tanto cariſtia ſubſequens propter inexperientiam magis lædit: vnde in experti & idiotę, qui non ſciunt cibũ manu nec arte quærere, ſi alieno non regantur auxilio, in cariſtia notabili famẽ citiſſime patiuntur. Notabilis igitur cariſtia ſcilicet durans per vnum annum eſt timenda. Sed multo amplius ſi per duos annos durauerit, & maximè ſi continue durauerit per tres annos, tunc enim abſque magna fame, & magna mortalitate non tranſibit. Quæcunque autem circa annonæ copiam vel vilitatem determinãda ſunt, ſufficienter ſumi poſſunt ex contrariis eorum, quæ de cariſtia ſuperius dicebantur. Et hæc de cariſtia & vilitate annonæ ad pręſens dictą ſufficiant.



Digitized by Google

*TRACTATVS DE PRÆLIIS & combuſtionibus: & primò qualiter prognoſticandum ſit de ipſis per orbes magnos, & per coniunctiones magnas & per eclipſes luminarium.*

POſtquam in præcedentibus determinatum eſt de peſtilentia & mortalitate, & fame, & cariſtia, & de vilitate annonæ: Modo reſtat determinare de prælijs & combuſtionibus, eo quod guerræ, finem populationis ac habitationis & regnorum mutationes adducunt. Cauſæ aũt bellorum ſunt multiplices. Nam quædam inferiores, & quædam ſuperiores. Cauſæ autem inferiores efficientes guerram ſunt diuiſiones terrarum, & poſſeſſionum vendicatio, iuris regni & dominii & habitationum atque terrarum & poſſeſſionum: cariſtia magna victualium, & aliarum rerum pertinentium ad vſum hominum. Ex quibus omnibus cauſis, & multo pluribus accidũt lites & contentiones, & rixæ, & iræ inter homines, & præcipue inter reges, & principes diuerſarum regionum & proueniunt inter eos guerræ, & combuſtiones domorum, & hæreditatum, & magnæ effuſiones ſanguinis, ſicut ſatis patet & expertum eſt. Cauſæ autem guerrarum ſuperiores ſunt certæ conſtellationes, & coniunctiones ſupercæleſtium corporum mouẽtes homines, & eorum Spiritus ad malum, de quibus in hac diſtinctione intendo loqui. Sunt itaque.7.planetæ, quorũ coniunctiones ſunt multiplices. Coniunctiones enim poſſibiles inter planetas ſunt.120.prout dicit Ptol. in centiloquio propoſitione 50.dicit enim non obliuiſcaris.120.coniunctiones, quæ ſunt inter ſtellas erraticas. In illis enim eſt maior ſcientia eorum, quæ fiunt in hoc mundo effectus & deſtructionis. Et hoc idem patet per Abrahã Auenzoar in ſuo libro de coniunctionibus & annorum reuolutionibus cap.primo, & per Iohannem Hiſpalẽſem in ſuo quadripartito parte prima. Dicunt enim quòd planetarum coniunctiones ſunt.120.maneries, & totum de 5.planetis: de tribus vero.35.& totidem de quatuor: de.6.planetis ſunt.7.maneries coniunctionum: & de 7.eſt tantum vna maneries. & hæc eadem eſt ſententia Haly ſuper centiloquio Ptolem. vbi ſupra. Iſtarũ vero coniunctionum quædam habent ſignificationẽ ſuper effectus grandes, & durabiles & in mundo, cuiuſmodi ſunt mutationes regnorum, & mutationes ſectarum, peſtilentia, fames, mortalitas, & guerræ, & combuſtiones, & depopulationes, cuius ſunt coniunctiones planetarum altiorum. Et præter hoc coniunctiones & eclipſes luminarium frequenter prædicta accidentia grandia demonſtrant. Et quia in omnibus præcedentibus determinatum eſt, qualiter prædictæ coniunctiones magnæ, & eclipſes luminarium ſignificant famem, & peſtem, & mortalitatem, & terræmotum, & diluuia, & ſimilia accidentia grandia.

Modo in hoc capi.primo volo dicere, qualiter eſt prognoſticandum de guerris & combuſtionibus, & depopulationibus, per dominia orbis magni, & per coniunctiones magnas & per eclipſes luminarium. Cum igitur hoc volueris, oportet primo ſcire initium orbis magni, in quo fueris, & extrahere dominium eius iuxta doctrinam traditam ſuperius.4.oportet etiã te inueſtigare diuiſorem anni tui, & ſignum profectionis orbis magni, in quo fueris, & etiam gradus profectionis prout dictum eſt vbi ſupra: quibus omnibus inueſtigatis, oportet te inueſtigare dominium cõiunctionis magnæ, & ſimiliter dominium eclipſis Solis & Lunæ. Si autem aliquatum habuerit ſignificationem pro anno tuo pro quo volueris prognoſticare de guerris.

Dico ergo ſecundum ſententiam Ptolem.2. quadripartiti capitul.8. Et cum eo concordat Album.5. de coniunctionibus magnis differentia prima. Saturnus cum fuerit dominus orbis magni ac dominus alicuius coniunctionis magnæ, aut alicuius eclipſis luminarium, aut cum fuerit diuiſor alicuius orbis magni, aut alicuius anni qui fuerit de ſignificatione alicuius coniunctionis magnæ, aut alicuius eclipſis luminarium præcedentis, & fuerit eius ſignificatio ſuper ſpeciem humanam ſignificabit fugas in exercitu, ſtupores, anxietates, & triſtitias, timores, & mortalitates, & maximè ſenum quorum natura eſt frigida: & ſecundum Albu. ſignificabit bella, guerras, & interfectiones, & depauperabuntur diuites, & morientur pauperes. Et ſecundum Ptole. vbi ſupra, & ſecundum Albu. vbi ſupra differentia ſecunda, Iupiter cum fuerit prędictum obtinens dominium, ſi fuerit eius ſignificatio in ſpecie humana faciet in eis exaltationem dignitatum & ſublimitatem graduum atque meliorationem ſtatus, & ſecuritatem corporum & animarum hominum. Mars vero prædictum obtinens dominium, ſi fuerit eius ſignificatio ſuper ſpeciem humanã ſecundum Ptole. vbi ſupra & ſecundum Albu. vbi ſupra differentia tertia, ſignificat iram magnam, ſtultitiam, & crudelitatem in hominibus, & accidunt inter eos prælia, & guerræ, & lites, & deprædationes, & captiones, iræ regum, & turbationes hominum. Et dicit Haly ſuper illo cap.6.ſecundi quadripartiti Ptolem. quòd hæc omnia fiunt propter Martem, qui irã incendit. Et ſi applicuerit Saturno, operabitur vim eorum in gente, cuius eſt ſignificator vnam maneriem mali propter quòd erunt lites, & contentiones inter eos. Et propter hoc dixit Hermes, quòd lites fiunt propter coniunctionem rerum infortunatarum vnius ſcilicet cum alia ſi applicatio illa fuerit in tempore ſignificationis generalis: & dicit, quòd illi de terra Martis, ſuperabunt, eo quòd vis iræ, & audacia erit in eis & timores atque dolores erunt magis in hominibus terræ Saturni propter vim ſuam, qui talia facit in eis: hoc tamen dictum conditionibus indiget. nam expedit vt inſpiciamus ad ſignificatorem cuiuſlibet ſectæ, & illa cuius ſignificator fuerit fortunatus, vincet. & alia cuius ſignificator erit debilis, & infortunatus, & victa. Si ergo Mars participationem cum alio planeta habuerit, eius ſignificatio erit compoſita, prout diximus per verba Hermetis, cum locutus fuit de coniunctione Martis cum Saturno tempore grandium accidentium: hæc Haly. Et dicit Ptolem. vbi ſupra, quòd cum Mars dominatur ſolus, quidam homines violentias, & iniurias patientur, & vilipẽdentur, & exibunt de ſua lege ad aliam extraneam, & erunt ignes, & combuſtiones & ſimilia, & homicidia per mundum, inſidiæ, & rapinæ per vias.

Et ſecundum intentionẽ Albuma. differentia iſta tertia, Sol prædictum obtinens dominium, ſignificat regem conſequi nocumentum, & mortem plebi aduenire, & commotionem inimicorum ab omnibus terris. Venus autem prædictum obtinens dominium, ſi eius ſignificatio fuerit ſuper ſpeciem humanam non ſignificat guerras ſecundum Ptole. vbi ſupra. Sed ſecun

eundum Albumazar. vbi ſupra differentia quarta ſignificabit in hominibus graduum ſublimitates, honores, & alacritates, pacem, & meliorationem ſtatus. Sed ſecundum Ptole. vbi ſupra, & ſecundum Albumazar. vbi ſupra differentia quinta. Mercurius prędictum obtinens dominium, ſi cõmiſcetur eius natura cum natura alicuius aliorum planetarum concordabit cum natura illius planetæ, ideſt ſecundum Haly faciet talia opera qualia planetę vel ſtellę fixæ, quibus applicuerit. & ſi nulli applicuerit, aſſimilabitur opus ſuum parti ſignorum in quo eſt. hæc Haly. Et dicit Ptolemę', quod opus ſuum propriũ eſt in hominib. acutiſſimum, & forte, eruntque homines in hoc quod agere volunt ſubtilis ingenij, ſed erunt viarum obſeſſores, fauẽtes latrocinia, & deprædationes. Et dicit Haly quod mala quæ facit Mars facit palam, & diſcoopertè, & vi, armorũ. & mala conſimilia facit Mercurius per ſubtilitates & artes: & ideo cũ fuerit Mercurius in aliqua dignitatum Martis, vel accordatus cum eo facient res miraculoſas: hæc Haly. Et dicit Albumazar, quod Mercurius ſignificat bella & guerras & inſultum vulgi in regimine. Et dicit Haly, quod quamuis dixit Ptolemęus, quod Mercurius facit opera ſtellarũ, & ſignorum vel partium eorum cũ quibus exiſtit, ita quod ſi fuerit in dignitatibus alicuius planetæ cõplexio ſua reducitur ad complexionem illius planetæ, nihilominus iam dixit Ptolemæus, quod omnia opera Mercurii ſunt infortunata eo quod domus eius ſunt in trino aſpectu domorum Saturni, & in ſextili aſpectu domorum Martis, & ideo natura ſua tendit ad naturam Saturni & Martis & eſt contraria naturę Iouis, eo quod oppoſitas domus habent. Propter ergo facit Mercurius prædicta miracula quando ſolus eſt dominus, & cum nullo alio commixtus. Et ſi commiſcebitur cum fortunis, faciet facta quæ ipſæ faciunt, ſed non adeo complebitur. Et quando commiſcebitur cum infortuniis, faciet valde maiora mala, & damnum quam ipſę faciunt: hæc Haly ibidem. Luna vero prædictum obtinens dominium, ſi fuerit eius ſignificatio propriè ſuper ſpeciem humanam, ſignificat ſecundum Albumazar. 5. de coniunctionibus differentia ſexta, cædem magnam inter reges & vulgus, & multum malum, multos latrones, multas anguſtias aduenientes regibus, propter inobedientiam militum eorũ eis, & multas guerras. hæc iſte. Ex prædictis ergo patet, quod Saturnus Mars & Mercuri' guerras, & cõbuſtiones ſignificant maximè cũ prædictum dominium obtinent, & quandoque Sol, & Luna. Sed nontãtũ ſicut aliquãdo tres. Sed Iupiter & Venus prædictum obtinentes dominium tranquillitatem & pacem & bonum ſignificant. Et dicit Albumazar. 5. de coniunctionibus differentia prima. Saturnus prædictũ obtinens dominium, ſi fuerit in Ariete erit interfectio & guerra, & præcipuè in parte meridiei & orientis. Et ſi fuerit in Tauro, ſignificat multã interfectionem. Et ſi fuerit in Leone, ſignificat multa bella, & præcisè in oriente. Et ſi fuerit in Scorpione retrogradus ſignificat conturbationem hominum. Et ſi fuerit in Sagittario, ſignificat interfectionem in parte orientis.

Iupiter verò cum fuerit in Tauro Retrogradus prædictum obtinens dominium, ſignificat cõmotionem inimicorum ſuper reges. Et ſi fuerit Iupiter in Gminis retrogradus ſignificat rumores terribiles & bellum. Et ſi fuerit in Capricorno retrogradus, ſignificat cõmixtiones quæ aduenient regibus. Et ſecundum Albumazar. vbi ſupra differentia tertia, Mars prædictum obtinens dominium, ſi fuerit in Ariete ſignificat interfectionem in parte oriẽtis. In Tauro vero, ſignificat interfectionem inter ciues ſeptentrionales. In Geminis, interfectionẽ in ſeptentrione cum multo latrocinio. In Cancro interfectionem in oriente & in occidente. In Leone bella in parte orientis cum apprehenſione mortis, & maximè puerorum. In Virgine, multam interfectionem & effuſionem ſanguinis in parte meridiei. In Sagittario, mortẽ in parte occidentis cum multa interfectione. In Aquario vero cum fuerit Mars retrogradus ſignificat malam obedientiam plebis erga regem. Et cum fuerit Mars in Piſcibus prædictum obtinens dominium, ſignificat interfectionem multam inter reges & magnates & amiſſionem regni & dignitatis eorum.

Et ſecundum Albumazar. vbi ſupra differẽtia quarta, Venus prædictum dominium obtinens cum fuerit in Scorpione, & retrograda ſignificat coniunctionem hominum cum multis rumoribus terribilibus. Et cum ibidem elongatur longitudine ſua longiori à Sole, ſignificat detrimentum nobilium & effuſionem ſãguinis. Et ſi fuerit in Sagittario retrograda ſignificat inuidiam regum. Et ſi fuerit in Piſcibus retrograda, ſignificat combuſtionem & ſuſurrationem, & rumores terribiles & triſtitias, & timores contingere hominibus. Et ſecundum Albumazar. vbi ſupra, Mercurius prædictum obtinens dominium ſi fuerit in Ariete elõgatus in longitudine ſua lõgiori à Sole, ſignificat interfectionem in hominibus, & mortem quorundam nobiliũ. Et ſi fuerit in Tauro ſignificat interfectionem inter orientales & occidentales. In Geminis vero cędem inter orientales & ſeptentrionales, & multam mortem nobilium, & aliorum hominum. In Cancro interfectionem in parte ſeptentrionali & orientis, & occidẽtis, & mortem hominum. in Leone vero retrogradus, ſignificat multas triſtitias hominum cum permixtionibus. In Scorpione, multas cædes in parte occidentis, & ſeptentrionis. Et ſi elongetur ibidem longitudine ſua longiori, ſignificat rumores malos & terribiles, & fortem cædem. Et ſi fuerit ibidem retrogradus, ſignificat permixtionem aduenire militibus. Et ſi fuerit in Sagittario, ſignificat proſperitates regum. Sed infortuna & bella in parte inter eos & meridionales. Et ſi fuerit in Capricorno, ſignificat cædem & malum. Et ſi fuerit Mercurius in Piſcibus retrogradus, & prędictũ dominium obtinens, ſignificat nocumentum aduenire militibus & vaſallis regum. Et ſecundum Albumazar. vbi ſupra differentia ſexta, Luna prædictum obtinens dominium, ſi fuerit in Leone, accidet renouatio regni, & permutabitur rex de regione ad regionem cum proſperitate plebis cum eo. Et ſi fuerit Luna in Libra, ſignificat cædem cadere in reges & permixtionẽ in regionibus, & guerras multas. Et ſi fuerit in Scorpione, ſignificat multas contrarietates & commixtiones, & placitationes, & guerras in hominibus. Et ſi fuerit in Sagittario, ſignificat excellẽtiã regum & proſperitatem nobilium, & detrimentum, & cædem in hominibus. Et ſi fuerit Luna in Aquario, prędictum obtinẽs dominium, ſignificat mortalitates in hominibus. hæc Albumazar ibidem. Modo oſtendam tibi regulas ſpeciales, & particulares de guerris & combuſtionibus ſuper eleuationibus planetarum ſuper alios plane



Digitized by Google

tes in ſignis ſecundum ſententiam Albumazar.6. de coniunctionibus magnis. Et debes hic ſcire ſicut in tractatibus præcedētibus, quod omnes regulę ſumptæ ex eleuationibus planetarum ſuper alios in Ariete, ponuntur in differentia prima illius libri ſexti Albumazar. de coniunctionibus magnis, & regulæ ſumptę ex eleuationibus planetarum ſuper alios in Ariete ponuntur in differentia prima illius libri ſexti Albumazar. de coniunctionibus magnis, & regulę ſumptę ex eleuationibus planetarum ſuper alios in Tauro ponūtur in differētia ſecūda illius libri ſexti, & ſic de aliis. Dicit itaque Albumazar, quod Saturnus ſuper Iouem in Sagittario ſignificat multa bella & mortē regum, & rumores terribiles. Saturnus ſuper Martem in Geminis ſignificat inimicos & infortunia in multis terris In Cācro, inimicitias inter homines. In Virgine, deſtructionē magnę partis terræ. In Libra, odiū inter reges. In Scorpione, nimiam deſtructionem in pluribus climatibus. In Sagittario, bella inter reges & nimiam mortem in pluribus climatibus ſignificat. Saturnus ſuper Solem in Tauro, ſignificat multa bella inter reges. Et in Sagittario guerram in pluribus climatibus ſignificat. Saturnus ſuper Venerem in Ariete, ſignificat renouationem regni & bella & mortalitatem in hominibus. Saturnus ſuper Mercurium in Ariete ſignificat multitudinem bellorum & mortalitatis, & in Sagittario guerras multas ſignificat. Saturnu ſuper Lunam in Ariete ſignificat multa bella. Iupiter vero ſuper Saturnū in Ariete ſignificat exaltationem regis ſuper populum: & paucos inimicos eius. In Cancro, multam cędem & mortē inter reges & deſtructionem quorumdam climatum. In Leone, mortem regum & magnatum, & multorum hominum, & mortem inter eos. In Virgine, multas guerras. In Libra, bella, & multam cædem cum deſtructione quarundam regionum. In Scorpione, odium & inimicitiam in pluribus climatibus & combuſtiones in eis. In Sagittario, multa bella & inimicitias & odia inter homines ſignificat. Iupiter ſuper Martē in Tauro ſignificat deſtructionē in plurib⁹ regionibus. In Cācro, multos latrones. In Sagittario mortē nobilium & cōbuſtiones, & in Aquario, bellum & gaudium & lætitiam poſt illud ſignificat. Iupiter ſuper Venerem in Libra ſignificat multa bella. In Scorpione, multas guerras & interfectiones hominum. In Sagitario, multa prælia & interfectiones. Et in Piſcibus communem caſum ciuium ſignificat. Mars vero ſuper Saturnum in Tauro ſignificat mortalitates & combuſtiones. In Geminis, multas guerras. In Cancro, multos inimicos inſurgentes. In Libra, pugnam inter reges. In Scorpione, guerram & deſtructionem in pluribus climatibus ſignificat. Mars ſuper Iouem in Cancro ſignificat deſtructionem ciuitatum. In Cancro guerras deprędationes & combuſtiones in pluribus terris. In Virgine, combuſtiones, in Libra, timores & odia inter homines. In Capricorno, multas captiuitates in pluribus climatibus. Et in Piſcib⁹, reges ſe interficere ad inuicem ſignificat. Mars ſuper Solem in Ariete ſignificat guerras & iniurias. Mars ſuper Venerem in Ariete ſignificat guerras, & combuſtiones, & multa horribilia. In Leone, combuſtiones & infortunia & conſtrictiones & rumores terribiles in pluribus terris. In Libra, nocumentū & combuſtionem. Et in Aquario, pugnam, & & anguſtias in multis regionib⁹ ſignificat. Mars ſuper Mercurium in Ariete ſignificat bella & multos inimicos. In Tauro, deſtructionem in pluribus climatibus. In Geminis, bella & interfectiones & pauores & deſtructionem eccleſiarum. In Cancro, interfectionem filiorum regum, bella, & deſtructiones multorum regnorum, & deſtructiones palatiorum regum. In Leone, multas combuſtiones. In Virgine, effuſionem ſanguinis, deſtructionem multarum terrarum, cędem magnatum multitudine latronum, & innumeram fraudē ſeruorum contra dominos ſuos, & deiectionē ſapientum. In Libra ſignificat orientales bellare contra occidentales cum deſtructione eccleſiarum. In Sagittario interfectiones & effuſionē ſanguinis & multas rapinas, in Capricorno, multas cauſas in hominib⁹, & guerras, & captiuationes. In Aquario guerram & captionem & mortalitatem in pluribus climatibus. Et in Piſcib⁹ depoſitionē regis à regno, multa incommoda, & bella & interfectiones ſignificat. Mars ſuper Lunam in Ariete ſignificat guerras & captiuitates multas. In Tauro multas guerras in pluribus climatibus & reuolutiones regnorum. In Geminis multam cædem & guerram in pluribus climatibus, & reuolutiones regnorum. In Cancro guerras & captiones in pluribus climatibus. In Leone guerras & interfectiones in pluribus climatibus. in Libra, multitudinem inimicorum. In Scorpione guerras & captiones in pluribus climatibus ſignificat. In Capricorno, diſcordiam nobilium, & multas guerras, & captiones in pluribus climatibus, ſignificat. Sol ſuper Saturnum in Libra ſignificat pugnā inter reges, in Scorpione, & in Sagittario bellum inter reges ſignificat. Sol verò ſuper Martē in Ariete ſignificat multas pluuias, & innumeras vindictas hominū. In Geminis multā cædē hominū. In Libra iniurias, & guerras & etiam vindictam in hominibus ad inuicem, & in Sagittario malum eſſe nobilium ſignificat. Sol ſuper Mercurium in Cancro ſignificat bellum inter ciues. Venus ſuper Saturnū in Tauro ſignificat infortunia & caſus in multis climatibus, in Libra pugnam regum inter ſe ſignificat. Venus ſuper Iouem in Ariete ſignificat pugnam & litem inter viros, & mulieres. In Tauro multas commixtiones in omnibus regionibus. In Leone feruorem inimicorum ſuper quoſdam reges cum pugna & morte quorumdam ciuium. In Scorpione anguſtias quorumdam regum. In Sagittario rumores terribiles & pugnas. In Aquario reges interficere filios ſuos. Et in Piſcib⁹, guerram & mortem mulierum ſignificat. Ven⁹ ſuper Martē in Ariete pugnam hominum & combuſtiones ſignificat. In Tauro mutationē plurium exercituum, & pugnam in multis terris. In Geminis odium, & litem inter plures homines. In Cancro mortē & cędē filiorum regum mortem regis magni deſtructionem plurium regionum, & combuſtiones in eis. In Leone, nimiam inimicitiam, & odium inter homines. In Virgine pugnam regum, & interfectionem, & multas cōmixtiones. In Libra, multas guerras. In Capricorno, multas combuſtiones & multos rebelles. In Aquario, nimiam combuſtionem in pluribus regionibus ſignificat. Ven⁹ ſuper Mercurium in Tauro ſignificat commixtiones inter homines. In Libra, bella & deprędatiōes, In Scorpione, multas pugnas: In Sagittario multa bella in ciuitatibus, & regionibus. In Capricorno victoriam inter reges, & multos latrones & in Aquario guerras ſignificat. Mercurius ſuper Saturnū in Libra

bra ſignificat impedimentum inter reges, & magnates. In Scorpione bellum inter reges: & hoc idem in Sagittario ſignificat. Mars ſuper Leonē in Tauro ſignificat multas guerras, in Geminis contrarietates & interfectiones inter homines, in Cancro pugnam: In Leone bella in parte orientis. In Libra multos latrones, & interfectionem mercatorum ab eis, & timorē in pluribus climatib⁹. In Scorpione, timores & guerras in pluribus climatibus. In Sagittario nimiam pugnam, timores, & interfectiones, & combuſtiones rerum religioſorum, & deſtructiones regionum. In Capricorno, bella & depoſitiones quorumdam regum à ſedibus. In Aquario quoque, & in Piſcibus interfectionem quorundam regum ſignificat, & filiorum ſuorū. Mercuri⁹ ſuper Martem in Ariete ſignificat pugnam, & interfectionem maioris partis occidentis. In Tauro timorem vehementem in diuerſis regionibus, & pugnam & deſtructionem. In Geminis guerras, & nocumenta. In Leone pugnam in multis terris, & præcipuè inter orientales & occidentales, multam etiam effuſionem ſanguinis, & deſtructionem inimicorum regum, & multa detrimenta in pluribus regionibus. In Scorpione, bella. In Sagitatrio nimiam mortem ciuium occidentis. In Aquario combuſtiones regionum. In Piſcibus guerras, & interfectiones ſignificat. Mercurius ſuper Solem in Sagittario ſignificat odiū inter homines. In Aquatio guerras. Et in Piſcib⁹ guerras & interfectiones regum ſignificat. Mercurius ſuper Venerem in Ariete ſignificat pugnam multā. In Tauro, bellum. In Geminis, guerram, & odium in plurib⁹ terris. In Cancro, deſtructionem & aduerſitatem in pluribus terris cum deſtructione regum, & cæterorum. In Leone, multa bella, & effuſionem ſanguinis, cum multis latronibus. In Virgine, caſum quorumdam regum à ſedibus ſuis, guerram, & rumores terribiles in hominibus In Libra, bella & mortem. In Scorpione guerram, & multitudinem latronum, diſperſionem quoque militum inter orientem & meridiem. In Sagittario guerras, & anguſtias in pluribus climatibus. In Capricorno, captiuitatem, & mortem in pluribus terris. In Aquario quoque, & in Piſcibus guerras ſignificat. Luna ſuper Satutnum in Geminis ſignificat multos milites. In Scorpione, bellum inter reges. Et in Sagittario pugnam inter reges ſignificat. Luna ſuper Iouem in Tauro ſignificat pugnam in multis terris, & in Sagittario pugnam inter reges ſignificat. Luna ſuper Martem in Sagittario ſignificat, ciues orientis interficere ciues occidentis. Luna ſuper Venerem in Tauro ſignificat guerras & mortem regum cum multis latronibus. In Virgine pugnam inter ciues multos pauperes, & multos latrones. In Capricorno, bella & multos latrones, ſignificat. In Aquario pugnā inter quoſdā ciues multū pauperes, & multos latrones. In Capricorno, bella & multos latrones ſignificat. Luna vero ſuper Mercurium in Aquario pugnam inter quoſdam ciues ſignificat. hæc Albumazar in iſto libro 6. Et ſecundum ſententiam Albumazar. 4. de coniunctionibus magnis differentia prima. Cum fuerit ſignū Arietis ſignum profectionis orbis magni, aut fuerit in eo gradus profectionis orbis, ac peruenerit ibidem directio vel profectio, vel cum fuerit gradus aſcendentis ſiue locus alicuius coniunctionis magnæ, vel alicuius eclipſis luminarium in Ariete, vel fuerit ibi almutaz, ſiue dominus diſpoſitor aliquorum temporum reuolubilium, ſignificat quod in ciuitatibus & terris in quibus illud ſignum habet ſignificationē, erunt reges magnanimi, & fortiſſimi, & tyranni, & ciues vtuntur multum armis, & erunt interfectiones, & guerrę & combuſtiones. Et ſecundum Albumazar. vbi ſupra differentia ſecūda. Cum fuerint Tauro ſignificationes prædictæ, erunt in terris, & ciuitatibus, in quibus ſignificationem habuerit, magnæ erunt effuſiones ſanguinis. Et ſecundum Albumazar. vbi ſupra differētia quinta. Cum fuerint Leoni prædictæ ſignificationes, erunt in ſuis terris, & ciuitatibus multi tyranni cum fortitudine & audacia, & ſtrenuitate, & auſteritate eorum, ac amore bellandi, & erunt in hominibus deceptiones, & anguſtiæ. Et vbi ſupra differentia ſexta dicit Albumazar. cum fuerint Virgini prædictæ ſignificationes, erunt in terris & ciuitatibus ſuis interfectiones. Et vbi ſupra differentia. 8 dicit Albumazar. cum fuerint prædictæ ſignificationes Scorpioni, ſignificat in terris quibus habet ſignificationem, multas guerras & deprędationes, plāctus, triſtitias, carceres, proditiones, & interfectiones. Et vbi ſupra diffe. 9. dicit Albumazar. cū fuerint Sagittario prædictæ ſignificationes, erit in terris, vbi habuerit dominium, fortitudo regum & nobilium, & prouidentia maiorum, & maiorū ex populis multa & militia & fraus, & abſciſſiones viarum. Et ſecundum Albumazar. vbi ſupra differentia. 12. cum fuerint ſigno Piſcium prædictæ ſignificationes accident in terris, & ciuitatibus, in quibus habuerit ſignificationem bella, & interfectiones, & mors, timor, & rumores terribiles in pluribus climatibus. Et ſecundum Albumazar. 7. de coniunctionibus magnis differentia. 7. cum fuerint ea quæ dixi aut aliqua earum in ſeptima domo, erit interfectio hominum inter ſe in terris, & ciuitatibus, quæ fuerint de ſignificatione illius ſigni. Et vbi ſupra differentia. 6. dicit Albu. Cum ea quæ prædiximus fuerint in ſexta domo, ſignificat in ciuitatibus & terris illius ſigni bella, timores, & interfectiones. Et vbi ſupra differētia. 12. dicit Albu. Cū fuerint ea quæ prædixim⁹ in 10. domo, erunt in terris & ciuitatibus illius ſigni Reges magni, & famoſi, & milites ſtrenui, & audaces, & erit acquiſitio regni, & famæ & laudis. Et vbi ſupra differentia 12. dicit Albu. cum ea quæ prædiximus fuerint in 12. apparebunt in regionibus, & ciuitatibus, quarum ſignificationes ſunt illius ſigni, iniuria, timor, anguſtia, ſeruorum eleuatio, & inferiorum, & erunt rebelles, & inſurgētes iuſtitiæ latrocinia quoquę multa. hæc Alb. vbi ſupra. Et nota quòd debes obſeruare omnes regulas prædictas de ſignificationib. planetarum, & ſignorū, & domorū figuræ in reuolutionib⁹ annorū mundi, & in initiis quartarū anni ad ꝓgnoſticādū de guerris & cōbuſtionib⁹. Et dicit Meſſahalla in epiſtola ſua de cōiunctionibus, & annorū reuolutionibus cap. nono. Scito quòd res maximæ & propalatæ eueniunt ex cōiunctionibus planetarum altiorum, & hoc fit à tarditate motus eorū. Cumque coniuncti fuerint omnes tres in vno termino, vel facie & aſpexerit eos Sol, ſignificant deſtructionem ſectarum, & regnorum, & eorum mutationem, necnon & res maximas, ſecūdum quantitatem fortitudinis eorum: & eum qui vincit in ſignis eorum: & hæc eſt maxima coniunctio, quæ ſignificat aduentus prophetarum, & deſtructiones quorundam climatum, necnon & res maximas, & maximè ſi adiuuerint aliqui planetarum inferiorum.

Et

Et ſcito quòd fortior eorũ erit ſignificator, qui ſi fuerit fortuna, ſignificat fortunam: ſi vero malus, ſignificabit tribulationem, & impedimentum: & ſcito ꝙ hi planetæ cum fuerint in exaltationibus ſuis, ſignificant bonum, & multitudinem commotionis ac bellorum. Si vero coniuncti fuerint in deſcenſionibus ſuis ſignificant detrimentum, & corruptionem, niſi fuerint fortunati: hæc Meſſahalla. Quod aũt coniunctio trium planetarum ſuperiorum in vno termino, vel in vna facie ſignificat magnos effectus in mundo quos iam recitauit Meſſahalla expertũ eſt nobis per hoc quòd anno Chriſti. 1345. in Martio coniuncti fuerunt tres ſuperiores in ſecunda facie Aquarij, in qua quidem coniunctione Saturnus dominabatur. Et in autumno ſequente fuerunt tempeſtates validæ, & maxima turbatio aeris ex pluuiis, ventis, & tẽpeſtatibus. Et in anno proximo ſequente, ſcilicet in anno domini 1346. in menſe Auguſti 26. eiuſdem mẽſis cõmiſſum erat prælium magnũ inter regem Angliæ & Philippũ de Vualoys, qui ſe prætẽdebat regẽ Fràciæ in comitatu de Põtiſe iuxta villã de Creſſi: in quo quidẽ prælio prædictus Philippus erat deuictus, & rex Bohemiæ ibidem interfectus, & quam plurimi nobiles de regno Franciæ alij capti, & alij interfecti. Et præter hoc in eodem anno in menſe Octobris. 17. die menſis eiuſdẽ ſcilicet in vigilia ſancti Lucæ euangeliſtæ cõmiſſum erat prælium magnum in parte boreali Angliæ iuxta ciuitatem Animelimiæ inter Anglicos & Scotos: rex Scotiæ ibidem erat captus, & nobiliſſimi de Scotia ibidem erãt capti, & interfecti: & anno domini. 1347. erat cariſtia & fames in diuerſis regionibus valida, & durauit pro parte in anno domini 1346. Et præter hoc in eiſdem duobus annis ſcilicet 1347. & 1348. fuit magna peſtilentia, & fames & vniuerſalis fere in omni regione chriſtianorum, qualem antea non meminit quis accidiſſe. Omnes autem iſti effectus contigerunt ex illis coniunctionibus magnis prędictis, ſicut oſtendebatur in principio huius anni 1345. Et dicit Meſſahalla vbi ſupra ca. 10. quòd coniunctio Iouis cũ Saturno eſt coniunctio maior, & ſignificat euentus & ſectas. Et cognitio euentus ab ea eſt vt aſpicias horã coniunctionis eorum ad aſcẽdẽs, & planetas & ſcias illum qui vincit in figura: qui ſi fuerit fortuna, ſignificabit bonum & temporis aptationem. Si vero fuerit malus, ſignificat detrimentum & corruptionẽ, ſiccitatem, & famem, & guerram. Cum fuit Saturno fortior, ſignificabit bonum in eadem. Si vero Saturnus fuerit fortior, ſignificabit malum, & tribulationẽ in illa coniũctione. Et vbi ſupra ca. 11. dicit Meſſahalla ꝙ cõiũctio media eſt cõiũctio Saturni & Martis, & ſpecialiter ſignificat euẽt⁹, qui fiũt ex bellis, guerris, & contrarietatibus. Cumque volueris habere iſtorum euentuum notitiam, ſcito ipſum qui præeſt figuræ coniunctionis eorum, qui ſi fuerit fortuna, ſignificat fortunam, & aptationem eſſe rerum. Si vero malus fuerit, ſignificabit impedimentum, & corruptionem eſſe eorum. Et ſcito, quod coniunctio eorum in angulo ex angulis anni ſignificat diuerſitatem ſeu contrarietatem regum & multitudinẽ guerræ, & perſeuerabiles ſcilicet res dũ iungatur altera vice. Et vbi ſupra capite. 12. & vltimo epiſtolæ ſuę dicit Meſſahalla, quod coniunctio Iouis & Martis eſt coniunctio minor, & ſignificat euentus qui fiunt ex pluuiis, nubibus, & corruptione aeris, & quandoque ſignificat guerram. Quorum coniunctioni ſi præfuerit fortuna, ſignificat illa cõiunctio fortunam. Et ſi præfuerit malus, ſignificat malum impedimentum. Et ſcito quòd ſi hæc cõiunctio fuerit in aſcendente anni, vel in aliquo angulorum eius, ſignificat commotionem, & diſcordiam regũ, niſi aſpiciant fortunę. Et ſcito etiam, quòd cum coniuncta fuerit fortuna cum malo, apparebit natura illius quæ fuerit fortior. Et ſi coniunctus fuerit malus cum malo vincet malum, niſi præfuerint fortunæ multæ. hæc Meſſahalla de coniunctionibus magnis. Et nota quòd Meſſahalla vocat coniunctionem Saturni & Iouis coniunctionem Maiorem, & coniunctionem Saturni & Martis coniunctionem mediam, & coniunctionem Iouis & Martis minorem. Ptolemæus tamen & Haly in centiloquio, propoſitione. 58. 64. & ſimiliter Abraham Auenzoar in libr. ſuo de coniunctionibus annorum; & annorum reuolutionibus capitul. 2. Et ſimiliter Ioannes Hiſpalen. in ſuo quadripartito parte. 1. & plures alii Aſtrologi vocant coniunctionem Saturni & Iouis in capite Arietis coniunctionem maiorem, & coniũctionem eorundem in noua triplicitate coniunctionẽ mediam, & coniunctionem minorem, cum coniungũtur in omnibus ſignis. Et dicit Abraham in fine vbi ſupra ca. quòd coniunctio magna ad intellectum ſuum vim ſignificat ſuper prophetam aliquem, qui conſurgere debeat, vt faciat eleuari gentem aliquam. & hoc ſi cõiunctio fuerit in 4. domo aut in 3. ab aſcendente. Nã hæ duæ domus ſignificant ſigna & mirabilia. Et vbi ſupra. c. 5. dicit Abraham, ꝙ in tempore coniunctionis Saturni & Iouis aſpiciẽdũ eſt ad diſpoſitionẽ eorum, quis ſcilicet eorum fuerit propinquior loco ſuę augis, aut eius oppoſito in ſuo eccentrico, & ſimiliter in ſuo epicyclo. Adhuc etiam vtrum ambo fuerint directi in motu ſuo aut retrogradi, & cuiuſmodi ſit latitudo cuiuſlibet eorum, ſcilicet ſeptentrionalis, & meridionalis, & quanta ſit illa. Rurſum conſidera, cui ipſorũ ſit dignitas in domo. Et ſi inueneris, quòd Saturnus fuerit propinquior augi, ſiue quod Iupiter aut latitudo eius ſeptentrionalis, & Iouis meridiana vel in ecliptica linea, aut latitudo Saturni in. 7, & magis quam Iouis, vel ſeptẽtrionalis quidẽ Saturni, vel in ecliptica, Iouis autem meridiana, aut aliorum latitudo ſit meridionalis, latitudo tamen Saturni minor quàm Iouis, inſuper ſi Saturnus ſit in loco, in quo habet dignitatem, tunc ſignificat quòd gens antiqua locũ inhabitãs quęcũque deuicta nõ erit, neque de loco ſuo extracta. Et ꝓpter naturam Saturni multiplicabuntur per mundũ odia, rancores, turbationes, fames, & infirmitatum ſpecies. Quòd ſi omnes hæ fortitudines quas Saturno dedimus fuerint Ioui, tunc hæc noua gens, & nomen quodlibet, fortificabitur ſuper gentem antiquam, & mutabitur regnum de gente ad gentem. Si autẽ Mars prædicto modo dominetur, erit magna effuſio ſanguinis. Et ſi orientalis fuerit, cadent interfecti in abundantia. Et ſi fuerit occidentalis erit metus & tribulatio magis quàm occiſio. Quod ſi Venus ipſum aſpexerit minuetur malum, quocunque aſpectu aſpexerit eum. Porro attende ſemper ad diem cõiũctionis, qualis ſcilicet ſit aſpectus ſtellarum ad illos, hæc enim eſt radix. Nã ſi aſpexerit Mars oppoſito aſpectu, aut quarto, tunc cõuertetur mundus in bellorũ copiã. Et ſi Venus aſpexerit, multiplicabitur coitus, & laſciuiæ cum ſecuritate, & ſine bellis. Quod ſi Luna in bono aſpectu fuerit, & fortuna, tũc tota gens in gaudio erit, & erit res econtra, ſi ipſa cum altero maiorum

extiterit

Digitized by Google

extiterit. hæc Abraham vbi ſupra. Et dicit Alb. primo de cõiunctionibus magnis. diff. 1. quòd effectus vniuerſales futuri, & eorum partes ſciuntur ex. 6. principiis, quorum primum eſt coniunctio duorum altiorum in Ariete quæ fit in omnibus. 96. annis ſolaribus. Secundum eſt mutatio coniunctionis. eorũdem in nouam triplicitatem, quòd accidit in omnibus 240. annis ſolaribus. Tertium principium eſt coniunctio duarum infortunarum in Cancro, quæ fit in omnibus. 30. annis. Quartum eſt coniunctio duorum altiorũ in omni ſigno, quod accidit in omnibus. 20. annis ferè. Quintum eſt ex parte poſitionum indiuiduarum temporibus coniunctionum vel oppoſitionũ luminariũ præcedẽtium introitum Solis in ſigna mobilia, quæ ſcilicet ſunt. 4. ſigna cardinalia, ſcilicet Aries, Libra, Cancer, & Capricornus. Sextum eſt ex parte indiuiduorum, alterum tẽpore cõiunctionis vel oppoſitionis luminariũ præcedẽtis introitum Solis in quodcũque ſignum. Et dicit Albumazar, quòd deinde conſideratur ſignificatio harum radicum, ſcilicet in trib. diuiſionib. diuiditur, & vna eſt vniuerſalis, quæ eſt coniunctio duorũ altiorum in principio Arietis, & ſimiliter coniunctio eorum in noua triplicitate, & ſimiliter iſtæ cõiunctiones ſignificant diluuia, vices, & ſectas, id eſt mutationem regnorum, & ſectarum, & ſimilia accidẽtia grandia. Secunda proprietas ſumitur ex coniunctione duarum infortunarum in Cancro, & ex cõiunctione duorum altiorum in omnibus ſignis. & hæc ſignificant ſuper eſſe ſublimatorum ex regibus ſcilicet & nobilib⁹ & eorum profectu, & ſimiliter habent ſignificatiões ſuper guerras, & prælia & huiuſmodi. Et dicit Albumazar, ꝙ tertia proprietas diuiditur pluribus diuiſionibus, in qua participant cæteri ſignificatores ſuper partes ipſarum partium vniuerſaliũ, vt participatio ſignificatorum annorum, & quartarum atque menſiũ ſuper eſſe hominum, & aeris, cæterorumque effectuũ altiorum, ſubtilitatem quoque & penuriam, & cætera his ſimilia. Et vbi ſupra differen. 8. dicit Albumazar, quòd iam dixerunt imaginum domini ſcilicet Thebit, & ſui ſequaces, ꝙ orbis octauus habet motum. 8. graduũ, in quib. accedit & recedit, & ꝙ acceſſio ei⁹ in oĩ gradu, & receſſio eius in eis erit in omnib. 84. anni, & quãdo cõplẽtur in acceſſione & receſſione eius grad⁹, & illud eſt, cũ permutatur Saturnus de ſigno ad ſignũ, & præcipuè ad ſigna mobilia. Nã cum ita fuerit, ſignificat eſſe accidẽtium in mundo et ſigna cæleſtia & terreſtria & mutationes ſectarum, & regnorũ, & bella, infirmitates, & terræmotus in diuerſis climatibus. Et verius eſt in hoc, cum fuerit in hora complemẽti. 80. annorum quando accedit orbis per gradum perfectũ, aut quando recedit tantum, etiam fiet ſimiliter mutatio communis maior, cum compleuerit motus orbis iſtos. 8. gradus accedẽdo vel recedendo, & illud contingit in omnibus. 640. alias 7000. annis, hęc Album. ibidẽ. Et ſuperius in eodem ca. dicit Albu. quod quidã dixerunt, quod quantitas operum more vicis in omni ſecta erit ſecundum quantitatem 10. reuolutionũ ſaturninarum, quæ continẽt. 36. annos, eo quod reuolutio ſaturnina cõtinet. 36. annos. Vnde dixerũt, quòd mutatio erit, cum completæ fuerint ad. 10. reuolutiones Saturninæ, & præcipuè ſi conueniat illi permutatio ad ſigna mobilia, & fuerint aſcendentia iſtorum temporum ſigna mobilia. Nam hoc feſtinabit per mutationem. Et fortè accident tunc prodigia ſuperiora, & inferiora vt iaculatio ſtellarum & terræmotus, & ſimilia, & præcipuè ſi fuerit cadens ab eo Iupiter, quoniam mutabuntur res per ipſum, & fortè permutabitur regnum de viro ad virum. Et multotiens conſideratur annus, in quo permutatur Saturnus ad ſigna cõuerſiua ſiue mobilia. Et ſi Iupiter aſpexerit eum, aut fuerit cum eo in illo ſigno, minuet multũ mali. Et ſi ceciderit Iupiter ab eo, & debilitetur, & corroboretur Mars ex deſcenſu ſuo in angulis, ſignificat permutationem plurium eſſentiarum, ſiue diſpoſitionem, & diminutionẽ earum, & deſcenſus Saturni nõ erit in domo ſignorũ mobilium niſi in omnib. 7. annis & medio ex iam accidunt cum cõplet Saturnus. 10. reuolutiões ex reuolutione ſuę eſſentiæ & permutationes multæ ex apertione prophetiæ & permutatiõe vicis, ſiue regnorum, & ſectarum & conſuetudinum. hæc Albumazar ibidem. Et dicit Albu. in eodem ca. 8. ſecundi li. de cõiunctionib. magnis, ꝙ maxima ſignificatio cõiunctionis Saturni & Martis eſt cum fuerit coniunctio eorũ in Cancro, quia ſignum illud eſt detrimẽtum Saturni, & caſus Martis. Et dicit Abraham vbi ſupra. ca. 7. Caueas tunc ne obliuiſcaris inſpicere ad coniunctionẽ Saturni & Martis in Cancro, quod eſt ſignum mundi. Et prædictæ ſententiæ Albumazar. concordat Haly ſuper ca. 4. ſecundi quadripartiti Ptolemęi, dicens ꝙ cum duæ fortunæ iunguntur in ſigno Cancri damnat ſuam ſignificationem bonam eo quòd opponitur Cãcri domui vnius, & eſt caſus alterius, & ideò creſcit malum ſuum, & fortificatur corruptio ſua. Nam coniunctio infortunarum eſt fortuna ſecundum Mãſor. in ſuo libro circulorũ qui ſic incipit, Signorũ diſpoſitio eſt, vt dicam hoc. Et dicit Albumazar in libro ſuo de floribus, & huic etiam concordant plures alij. Sed coniunctio eorum in Cancro ſecundum Albumazar. & Haly, vbi ſupra, eſt infortuna, vt dictum eſt. Nam dicit Haly vbi prius, quòd coniunctio habet ſignificationẽ magnã corruptionis depopulandi habitationes, & præliorum, & guerrarum, & maximè ſi eius virtus cum virtute duarum luminariũ miſceatur, & præcipuè ſi eclipſis magna certificetur cum coniunctione recta linea, hæc Haly. Et nota quod idem tẽpus eſt ferè in quo permutatur coniunctio Saturni, & Martis de capite Cancri in caput Cancri, & tempus vnius reuolutionis Saturni. Nam vtrumque ſpatium temporis cõtinet circiter. 36. annos ſolares. Et in tanto dicũt tam Aſtrologi quàm vulgares homines, quòd guerræ, & prælia, & combuſtiones, peſtilẽtia quoque, & fames, & mortalitas, & cõſimilia accidẽtia vniuerſalia renouãtur per mundũ. Et hæc omnia contingunt ex cauſis prædictis. Et dicit Almanſor, cum duæ fortunæ iniunguntur, & Luna iũgatur Saturno in latitudine vna erunt fames, & mortalitates. Si vero Marti mutabuntur reges, & erit multa ſanguinis effuſio & prælia, quæ ſignificantur ab ipſo, & hoc non fallit. Ex coniunctione Saturni, & Iouis in ſignis mobilibus accidit cõmutatio ſtatus mundi. Et ex coniunctionibus eorum in ſignis fixis in tertia, & cum cõiunguntur duę fortunę, coniungeturque Luna Ioui in latitudine, erit iuſtitia, & quies, & terra diriget ur. Si autem Veneri coniungetur, erit alacritas, & gaudium, ſaluſque corporum atque proſperitas. hæc Almãſor. Et dicit Albumazar in li. ſuo de floribus. ca. de ſciẽtia bellorum, & guerræ, ꝙ hæc ſciuntur ex loco Martis & ex coniunctione eius cũ Saturno, & eius oppoſitiõe, & quarto aſpectu, cũ enim ſic fuerit, hoc ſignificabit bella. Et ſi fuerit in loco Martis Iupiter hoc modo ſignificabit hoc bellũ ad prouo

prouocādũ ad iuſtitiam,& eorum qui ſe dicunt ꝓuocare vel inuitare ad bellũ cauſa iuſtitiæ, ſtudẽt in hoc; & ſimiliter cæteri planetæ ſecundum quantitatem naturarum eorum in hoc debẽt commiſceri cum ſigno: hæc Albumazar ibidem. Et dicit Albumazar 3. de coniunctionibus,differ.prima, quòd cum coniunctio duorum facit aliquid ex rebus in permutatione ſectarum,& regnorum,& legum,& in aduentu ingentium rerum,& prophetarum,& miraculorũ,& in ſectis, & regnis ſicut prædiximus,fuit hoc propter cõmixtionẽ eorum adinuicem ſingulis figuris. Cum enim continuatur Iupiter Saturno trino vel ſextili aſpectu, ſignificat apparentiam regum,& nobiliũ, & philoſophię, & ſecretorum. Et cũ fuerit illud ex quadratura ſignificat apparitionẽ quęrentiũ regnum,& alterationẽ multarũ rerũ ſectæ, & fidei. Et ſi fuerit illud ex 7. ſigni, illud multitudinẽ rixarũ,& cauſarũ inter reges & tetrarchas & iudices. Et quãdo Mars continuatur Saturno ex trino vel ſextili aſpectu,intrabit defraudatio,& vires hominum religioſorum,& regum,& aduenięt cõmixtiones hominũ cã fidei. Et ſi fuerit ex quadratura, ſignificat multitudinẽ fortiorũ,& latronũ,& detentionẽ eorum. Et ſi fuerit ex 7. ſignificat contrarietatem hominum adinuicem & odium,& guerram. Et ſi fuerit ex 10. cõſequitur populus ex rege grauamẽ,& erũt minus obedientes ei. Et quando cõiungitur Sol Saturno, ſignificat deſtructionem mali & fraudem. Et ſi cõtinuet ei ex trino vel ſextili,erit populus neceſſarius regi. Et ſi fuerit ex 7. ſignificat reges facere guerras aliquibus de pauperibus populi. Et quando Venus iungitur Saturno, ſignificat impedimentum mulierũ, & magnam cupiditatem virorum. Et ſi fuerit hoc ex 7. ſignificat multas cãs mulierũ cum viris ſuis. Et quãdo cõiungitur Mercurius Saturno, ſignificat impedimenta aduenire ſcriptorib. & præpoſitis, & villicis, & adueniunt hominibus fames,& mors,& aduentus ingẽtium rerum. Et ſi coniungatur Luna Saturno, ſignificat impedimentum & tribulationem rerum, & nocumentum hominum per carceres & vincula,& infortunium & deſtructionem villarum & ciuitatũ, & fugã ciuium. Et ſi continuetur ei ex trino vel ſextili ſignificat homines vti periurio,& falſitate,ligationibus,carceribus,& flagellis,& iuſtitia:itẽ ſignificat deſtructionem in multis terris,& ciuitatib.& captiones,& carceres,& ſimilia. Et ſi fuerint in 10. cadẽt cãę inter reges, & populum, & faciet eis iniuriam & fraudem. Quãdo aũt coniungitur Mars Iouis ſignificat quòd homines nimis exercebunt exercitus, & bella,& ſignificat multitudinẽ inſurgẽtiũ,& multas cãs,& multas mortalitates in quibuſdam climatibus, & mortẽ regis in illa renouatione. Et ſi fuerit in 10. cadent cauſæ inter regem & populum, & faciet eis iniuriam & fraudem. Quandoque autem Mars coniungit Ioui, ſignificat ꝙ homines exercebunt exercitus, & bella, & ſignificat multitudinem inſurgentium,& multas cauſas,& multas mortalitates in quibuſdam climatibus,& mortem regis in illa renouatione. Et ſi continuetur ei ex trino vel ſextili, erunt multæ guerræ cã fidei. Et ſi fuerit ex quarto, ſignificat interfectionem, & victoriam. Et ſi fuerit ex 7. ſignificat multas cãs & magnam ſuſpenſionem propter latrocinia. Et ſi fuerit ex 10. incurrunt homines à rege malum,& vehementem timorem. Et quãdo coniungitur Sol, ſignificat impedimentum eiuſdem partis legis. Et ſi fuerit ex quadrato ſignificat fortitudinem iudicum, & eos vti fraude. Et ſi fuerit ex 7. ſignificat multitudinem cauſarum, & aſcribẽtium ſibi iniuriam, Et quando coniungitur ei Venus, cõſequetur regiones illius ſigni in quo iungitur, bona & abundantiam & pacem. Et quãdo coniungetur ei Luna ſignificat quòd homines vtentur bonitate,& populatione eccleſiarum, & inquiſitione fidei. Cum autem Sol iungitur Marti ſignificat multam interfectionẽ in latronibus. Et ſi cõtinetur ex trino vel ſextili ſignificat regiones manifeſtare decreta. Et ſi fuerit ex quadrato ſignificat contentiones. Et ſi fuerit ex 7. ſignificat multa bella & interfectiones. Et cum coniungitur Venus Marti, ſignificat malum & mortem & deſtructionem regum,& infortunia, & mala quæ ſequuntur eos. Et quando coniungitur ei Mercurius, ſignificat timores, & mercatores & peritos. Et ſi continetur ei ex quadrato ſignificat homines multũ vti armis. Et ſi fuerit ex 7. ſignificat multas cãs & diſſenſiones & interfectionem & latrocinium & fraudem & ſimilia. Et ſi fuerit ex 10. vtentur reges armis, Et cum coniungitur ei Luna, erit effuſio ſanguinis in hominibus. Et ſi fuerit ex quadrato erit rex contrarius populo per iniuriam,& ſi fuerit ex 7. ſignificat multa & interfectiones & guerras.& ſi fuerit ex 8. ſignificat exercitum regum,& miniſtrorum,& regum & ducum,& militum,& bellum, multã iniuriam. Quando Luna coniungitur Soli, ſignificat multum malum in regibus, & in populis, & multos fugitiuos ex ſeruis. Et quando cõiungitur Mercurius Veneri, ſignificat rumores terribiles & effuſionem ſanguinis,& magnas apparitiones in mundo. Et ſi fuerit Luna continuata cũ Mercurio ex 7. fueritque Mercurius fortunatus, ſignificat diſſenſiones & rixas. hæc Albumazar in illo tractatu. 3. de coniunctionib' magnis in diuerſis differentiis. Et in fine vltimæ differẽtiæ illius trac. 3. dicit Albu. ꝙ quando fuerit ſuper aliquẽ iſtorũ planetarũ in tẽporib' quæ prædeterminauim', aliqua cõtinuatio ex iſtis figuris. ſ. in temporibus magnarũ cõiũctionũ,& aliis prędictis,& vn' eorũ in eiſdẽ tẽporib' ſeparetur ab alio ſignificat homines parũ vti ſignificationib' illorũ duorũ planetarũ ex illis generib', ſed vtũtur eo, ꝙ fecit cõtinuatio eorũ adinuicẽ,& præmittũt res, ſuper quas cadit ablatio ꝓpter ſignificatiões ex duob' ſignificãtib' ſuper res factas ſignificãtib',& cũ fuerint fortunæ, ſignificãt augmẽtũ in eo ꝙ ſignificãt de reb' futuris, fortunę,& detrimẽtũ de reb' infortunæ. Et ſi fuerit ſecũdũ cõtrarium illius, ſignificat cõtrariũ eius quod narramus. hæc Albu. ibidẽ. Et vbi ſupra tractatu. 2. ponit Albu. cõiũctiones & ſignificatiões cõiũctionis Saturni & Martis in omnib' ſignis ſuper guerras,& prælia,& cõbuſtiones, dicẽs ꝙ cum cõiungitur Saturnus & Mars in Ariete, ſignificat guerras ĩter Græcos & Arabes. Et ſi fuerit cõiũctio eorũ in Tauro, ſignificat guerras,& pręcipuè inter ciues mõtiũ & Arabes. Et ſi fuerit illud cũ teſtimonio duorũ luminariũ,& Iouis,& Veneris, ſignificat magnã falſitatẽ in hominibus, & rumores terribiles, oppreſſionẽ inferiorũ,& ſurgẽt contra reges ciues,& ſignificat effuſionẽ ſanguinis. Et ſi fuerit in Geminis, ſignificat guerras inter occidentales. Et ſi fuerit in teſtimonio duorum luminarium & Veneris,& Mercurij, commouebuntur milites contra reges. Et ſi fuerit coniunctio eorũ in Tauro, ſignificat magna prælia,& guerras, & magna accidentia in mundo, vt prædictum eſt. Et ſecũdũ Albumazar. ſpecialiter ſignificat bellũ inter ciues Armeniæ,& Arabes. Et ſi fuerit cõiunctio eorũ in Leone, erit rixa inter ciues Turcorũ, Arabũ,& vehemẽ

res

tes timores gẽtium ex rege.Et ſi fuerit cũ eis Luna, ſignificat interfectionem regum adinuicem. Et ſi fuerit cõiunctio eorum in Virgine,ſignificat guerras & interfectiones inter Aegyptios & Arabes. Et ſi luminaria teſtificentur eis,eleuabuntur,& litigabunt reges propter cenſus ſuos.Et ſi fuerit coniũctio eorum in Libra, ſignificat guerras inter Grȩcos & Arabes.Et ſi fuerit in Scorpione, ſignificat bella, quȩ habebũt Arabes inter ſe.Et ſi fuerit cum eis Venus, ſignificat contrarietatem filiorum regum & multitudinem in iurȩ.Et ſi fuerint iuncti in Sagittario,ſignificant bella inter turcos,& arabes. Et ſi fuerit illud cum teſtimonio Iouis & Mercurij,& Lunæ,ſignificat multa bella & conturbationem regum, & altitudinem regum, & ſapientum. Et ſi fuerit cõiunctio eorum in Capricorno,ſignificat bella inter Aetiopes,& Azenge,& Indos,& Barbaros,& ciues illorum.Et ſi fuerit coniunctio eorum in Aquario ſignificat bella inter Aegyptios & Alcufa. Et ſi fuerit cõiunctio eorum in Piſcibus erunt bella inter ciues maris, & Arabes. Et ſi fuerit Sol infortunatus cum Marte, erit interfectio regum. & multotiens conſideratur coniunctio eorum in reliquis ſignis habentes exaltationem.Nam ſi fuerit in gradu exaltationis planetæ ſignificat, quòd ciues illius climatis,cuius iſte planeta eſt ſignificator,conſequentur malum,& interfectionẽ, detrimẽtũ,& prȩcipuè ſi dominus exaltationis ſe aſpiciat.Et ſi aſpexerit eos ex ſigno fixo, ſignificat lõgitudinem illius mali,& conſtantiam eius.Et ſi fuerit ſignum commune,ſignificat mediocritatem rei: & ſi fuerit ſignum mobile,ſignificat feſtinationem eius,& conſtantiam, & ſi non aſpexerit illum gradum,ſed ceciderit alius planeta lumine vtriuſque ad eum,conſequentur ciues illius climatis difficultatem, & corruptionem propter quoſdam homines ignotos, qui non ſunt de climate iſtorum: ſi non aſpexerit eos,& nullus planeta reddiderit lumen vtriuſque ei,mittet ſuper illius anguſtiam, & rationes & triſtitias,& remouebitur illud ab eis, & non conſequentur aduerſitatem: hæc Album. ibidem. Et debes obſeruare has regulas generales in duobus tractatibus immediate præcedentibus. Item vbi ſupra in eadem dif.8.dicit Alb.quando cõiunguntur Saturnus,& Mars in aſcendente anni,ſignificat populo nocumentum vniuerſale.Et ſi fuerit coniunctio eorum in ſecunda vel in 8.domo, ſignificat egeſtatem & paupertatem in populo,& debilitatem.Et ſi fuerit in tertia vel in nona,erit periculum in eccleſiis,& in domibus orationis, & accident horribilia,& diſcordiæ.Et ſi fuerit in quarta, adueniet ruina fabricis,& ciuitatibus.Et ſi fuerit in 5.aut in 11.erit impedimentum puerorum,& multitudo militum,& armorum. Et ſi fuerit in 6. vel in 12.ſignificat multitudinem deprædationis beſtiarũ.

Et ſi fuerit in 7. exibunt inimici & nociui ad plures partes.Et ſi fuerit in medio cæli,ſignificat mortẽ maiorũ regum in climatibus,& præcipuè regum regni,quas ſignificat ſignum in quo iunguntur:hæc Alb.in illa diff.8.ſecundi de coniunctionibus.Et dicit Hermes in li.ſuo de floribus verſus finem,quod tunc dicitur eſſe magna coniunctio, quando tres ſuperiores in vno de ſignis regis coniunguntur, & tunc regna potentiſsima faciunt,quando aſpiciuntur à Sole.

Et dicit Ptole.in centiloquio propoſitione.63. debes aſpicere in coniunctione Saturni & Iouis in eodem minuto,quis eorum ſit altior, ſiue eleuatus ſuper alium. & ſecundum naturam eius iudicabis in mundo.& ſimiliter facies in 20.reſiduis coniunctionibus planetarum.Et Haly dicit quod Ptol.intendit idem per planetam altiorem illum, qui fuerit fortior in ſuo circulo breui, vt ſcilicet ſit remotio eius ab auge circuli ſui breuis minus remotione alterius ab auge circuli ſui breuis. Et in propoſitione 64.dicit Ptol.quod in cõiunctione minori eſt diuiſio coniunctionis mediæ, & media eſt diuiſio coniunctionis maioris ſecundum commentatorẽ Bugufar,coniunctio minor non eſt vltimitas, niſi vſque ad illud peruenit, ad quod ex coniunctione media,& ſimiliter quod promittit coniunctio media,non eſt niſi illud quod peruenit ex coniunctione maiori.Et dicit Haly,ſemper debes ſcire vbi applicuerit maioris coniunctionis profectio,quando media fuerit & profectio mediæ, quando minor fuerit.Et dicit Ioannes Hiſpalenſis in ſuo quadripartito parte prima, quod quocunque anno fuerit coniunctio huiuſmodi,ſic iudicabis per eam.Conſidera coniunctionem vel oppoſitionem Solis, & Lunæ præcedentem introitum Solis in Ariete,quæ præceſsit,& in quartam anni in quam eſt ipſa coniunctio planetarum proximè. Et in omnibus iſtis 3.coniunctionibus, & oppoſitionibus conſidera quomodo ſe habeat ſignum aſcendens,& eius dominus, & ſignum coniunctionis vel oppoſitionis Solis & Lunæ,& etiam conſiderabis eius gradus,& in eorum oppoſitione conſiderabis gradus illius, quæ fuerit ſuper terram in eadem hora ſiue Solis ſiue Lunæ,& debes dirigere locum coniunctionis vel oppoſitionis perſpicaciter ſecundum latitudinem terræ tuæ. Et ſimiliter gradus ſigni aſcendentis,qui fuerit in aſcendente.Et ſecundum eorũ ſtatum bonum vel malum iudicabis ſtatum tuæ terræ vſque ad aliam coniunctionem conſimilem. Et ſi obſcuretur Sol, vel Luna in aliqua prædictarũ coniunctionum, vel oppoſitionũ per totũ, iudiciũ erit ſecũdum ſtatum ſui aſcendentis,& dominũ eius. Si autem obſcuretur per medium,vel per aliquã portionem:tunc ipſe habebit de ſignificatione,& reliqua pars erit aliarum:hæc Ioannes Hiſpalenſis. Et dicit Meſſahalla in li. de reuolutionibus annorum mũdi.c.9.cum ſciueris quod erit eclipſis in aliquo anno:aſpice dominum ſigni,in quo erit eclipſis qd ſit eſſe eius,& qualis ſit locus eius,& eſſe eius ex domino aſcendentis eclipſis, & quale ſit eſſe eius ex domino anni,& ſignificatione regis,& qualiter aſpiciunt eum fortunæ,& mali quia ſi fuerit impeditus ab aſpectu malorum,quod ſignificauerit aggrauabitur & multiplicabitur,& eo fortius, ſi fuerit dominus domus eclipſis ſignificator regis. quod ſi fuerit ſignificator regis,& fuerint mali aſpicientes eum,timebitur de eo, cum peruenerit Sol ad medium cælum eclipſis, & cum fuerit Sol dominus anni,timebitur ſuper ruſticos cum peruenerit Sol ad medium cælum eclipſis.Et cum fuerit Sol dominus anni timebitur ſuper ruſticos cum peruenerit Sol ad aſcendens eclipſis ſecundum qualitatem ſubſtantiæ aſcendentis: & ſi fuerit ſecundum imaginẽ hominũ,erit impedimentũ in hominibus.Et ſi fuerit ſecũdũ ſubſtantiã animaliũ,erit in animalib⁹.



Digitized by Google

Et ſi fuerit ſecundum ſubſtantiam aquæ, erit in aquis ſecundum ſubſtantiam aſcendentis, & ſecundum quantitatem eius. Et ſcito, quod ad vnamquamque horam ex horis eclipſis Lunæ, erit diſcretio ad vnamquamque horam annus: poſt hoc aſpice malos, ſi fuerint in aſcendente, vel aſcendenti propiores, erit impedimentum parte media, quam diximus eſſe Iouis & Mercurij, et ſi fuerint mali in medio cæli propiores, erit in ſuperiori parte quã diximus eſſe Saturni & Lunæ. Si vero fuerint in occidẽte, vel occidẽti propiores, erit in ſuperiori parte q̃ eſt Martis & Veneris: hæc Meſſahalla ibidẽ. Et dicit Alb. in li. experimentorum, in cap. de ſignificatione eclipſis, quod cum euenerit eclipſis in aliquo anno, aſpice ſignum eclipſis, & eius dominum. Et ſcito eſſe eius ac locum eius ex domino aſcendentis eclipſis, & eſſe eius ex domino anni, & ſignificatore regis & aſpectu planetarum ad eum. Quod ſi aſpexerit ipſum obſcuratum aliquis planeta impeditus, & poſtea aſpexerint ipſum mali, grauabitur id quod ſignificat, atque multiplicabitur, & eo grauius, ſi fuerit dominus domus eclipſis ſignificator regis. quod ſi fuerit ita, & aſpexerint eum mali, timebitur ſuper regem, cum peruenerit Sol ad medium cæli eclipſis. Et ſi fuerit dominus domus eclipſis ſignificator anni, timebitur ſuper homines, & ſuper vulgus, cũ occurrerit Sol aſcendenti eclipſis ſecũdum quantitatẽ ſubſtantiæ aſcẽdentis. Et ſi fuerit ad imaginem hominum, erit malum in hominibus. Et ſi fuerit ad imaginem animalium, erit malum in animalibus. Et ſi fuerit ex ſubſtantia ſeminis, erit malum ſeminibus. Et ſi fuerit ex ſubſtantia aquarum, erit in his quæ ſunt in aquis ſecundum ſubſtantiam ſigni. Et ad vnamquanque horam domus Lunæ erit menſis in directione, & de eclipſi Solis annus: poſt hoc aſpice partem ſecundæ, quam metueris ex loco eclipſis, & loco domini domus eius. Et poſterius in alio cap. de tempore ſignificationis eclipſis dicit Album. quod hora in qua apparebit effectus eclipſis Lunæ, eſt vt numeres ex aſcenſione eclipſis vſque ad locum eclipſis, aut ex loco vſque ad aſcenſionem medij eclipſis ad vnum quodque ſignum, menſem. Cum Veneris ad ipſum ſignum, in quo fuerit eclipſis, aut aſcendens medij cæli eclipſis, erit hoc abſque dubio ſiue bonum ſiue malum, aut fortaſsis apparebit ipſa res, cum ſit velocior ad introitum Lunæ in aſcendens, & maximè eclipſi, quæ fuerit in diebus guerræ, aliqua ſcilicet corruptio in diebus aduerſitatis: hæc Album. ibidem. Et dicit Abraam Auenzoar in libro de coniunctionibus, & annorum reuolutionibus cap. 5 in principio quòd Ptolemæus dixit. Conſidera ſi eclipſetur Sol & Luna, per hoc enim poteris ſcire accidentia quæ in illo anno eueniet, in quo apparebit eclipſis. Ipſe vero non ſe ſuſtẽtat niſi ſuper ſignum aſcendens in hora coniunctionis luminarium, ſi fuerit eclipſatus Sol, aut in hora oppoſitionis eorum, ſi Luna fuerit eclipſata, & in coniunctione magna ad ſignum aſcendens in hora coniunctionis luminarium aut oppoſitionis eorum, antequam Sol intret principium quartæ anni, in qua erit coniunctio magna iſta. Rurſum aſpice ſignum aſcendens in hora coniunctionis luminarium, aut oppoſitionis eorum, vtrum fuerit ante coniunctionem magnam illam in menſe illo ſcilicet in quo erit illa cõiunctio. quod ſi fuerit coniunctio in ſigno Arietis, non erit neceſſe niſi vnum ſolum aſcendens extrahere. Si autem in aliis quartis fuerit, aliquando erit neceſſarium vnum aſcendens extrahi, & aliquãdo ad huc & hoc quidem ſi non fuerit coniunctio in ipſo ſigno quartæ: hæc Abraam ibidem. Et poſterius vbi ſupra cap. 7. dicit Abraam quod Ptol. dicit ſi accidit eclipſis anno coniunctionis magnæ, conſiderare debes ad horam & iuxta ſignum aſcendens videndum eſt. Et ſi eclipſatus fuerit Sol totus, tunc eſt iudicium perfectum, & ſecundum eclipſationẽ eius iudiciũ dare debes. Nam eclipſis hora eſt hora coniunctionis duorum luminarium veraciter, & non eſt ita de horis aliarum coniunctionum iudicandum: at hoc modo conſiderare debemus coniunctionem ſi fuerit in aliquo ſignorum, quæ ſunt ſecundum figuram hominis, & ſecundum ſtellæ beneficæ aſpicientes Solem, & Lunam in coniunctione ipſorum. hoc inquam ſignificat ſanitatem in corporibus filiorum hominum, & pacem & tranquillitatem inter eos. Et ſi fuerint malefici cum luminaribus, aut erunt res econtra ſcilicet ægritudines, & interfectiones magnas per mundum. Si vero fuerit coniunctio in ſignis aqueis, & aſpiciant ipſam infortunæ, erit malum omni illi cuius natura eſt aquea, nec non illis qui vadunt per mare: hoc quoque modo iudicare debes ſuper greges minutarum beſtiarum ſi fuerit in Ariete: ſi in Tauro, ſuper armenta magnarum beſtiarum, ſi in Leone, ſuper ſylueſtres beſtias: hæc Abraam ibidem. Et in ca. ſubſequente ſcilicet in c. 8. dicit Abraam quod Ptol. dixit, ſi volueris ſcire tempus, in quo apparebit perfectio rei ſignificatæ per eclipſim, ſeu ſtatus eius, & quando declinabit & minuetur, aſpicere debes ad locũ eclipſis Solis, & videbis in qua domo ſit de domibus, quæ ſunt ſuper terram. Nã ſi fuerit in prima, erit in principio anni, & ſi in principio domus 10 erit in anni medio. & ſi fuerit illud in ſigno occumbente, erit illud in fine anni. & ſemper dare debes cuilibet domui duos menſes, & incipiendum eſt à gradu aſcendentis, & hæc eſt intentio Ptolemæi. Sapientes vero antiquiores, necnon & poſteriores cum ipſo conſentiunt in eclipſi Solis accipere ſemper ad quamlibet horam, æqualem annum integrum, & ſecundum partes horæ de anno proportionaliter accipe. Magnitudo vero rei manifeſtabitur in certo medio, quod eſt hora coniunctionis veræ per tabulas accepta, & non hora coniunctionis in ſe. Et in fine illius cap. 8. dicit Abraam quod Mercurius ſi fuerit in domo alterius malefactoris, & tamen malefici propinqui fuerint coniunctioni in hora eclipſis Solis, aut aſpexerit ab oppoſito in hora eclipſis Lunæ magis valet, quam coniunctio in hora eclipſis Solis: infortuna vero in oppoſitione magis lædit, quam in coniunctione quia in coniunctione combuſta eſt à Sole: hæc Abraam ibidem. Et dicit Meſſahalla in epiſtola ſua de coniunctionibus c. 5. quod ſollicite debes conſiderare eclipſim vniuerſalem tam ſolarem quàm lunarem, & ſcire aſcendẽs medij cęli, & ſcire planetam qui præfuerit ei aſcendenti, & eius figuræ, qui ſi fuerit malus, ſignificat detrimentum: & ſi fuerit fortuna, ſignificabit profectum, & fortunæ cum aſpexerint Lunam, & receperit eam, erit ſignificatio eius in hoc, quod ſignificat de bono, & profectu. Idem capi. 7.

Et

Digitized by Google

Et cognitio euentus eclipſis Solis eſt vt ſcias aſcendens medij cæli, & planetas vincentes, qui præſunt fini eclipſis, qui ſi fuerint mali, ſignificant impedimentum, & corruptionem, & mortem regum, & diuitum.

Et ſi fuerint fortunæ, ſignificant fortunam & aptationem eſſe rerum.

Et ſcito quod eclipſis Solis cum fuerit in Ariete ſignificat mortem regum, & diuitum, & ſiccitatem, & famem: & fortunę cum aſpexerint, minuent ipſum impedimentum: mali vero cum aſpexerint, augebunt impedimentum, & minuent ex fortuna: hæc Meſſahalla.

Et ſcies quando per eclipſes luminarium contingent guerræ, combuſtiones & prælia per ſignificationes planetarum dominantium in loco eclipſis, & in loco anguli præcedentis, & ſimiliter ſequentis eclipſim. Significationes autem planetarum cum huiuſmodi dominia habuerint, patent in principio huius capi. ſecundum intentionem Ptolemæi & Albuma. vnde ſecundum eos ſi Saturnus vel Mars vel Mercurius dominentur in eclipſi prædicto modo, guerra & prælia, & combuſtiones ſignificabunt.

Quare ſcire debes vbi eueniet accidens ſignificatum per eclipſim, & quando eueniet & quandiu durabit, & in quo genere rerum apparebit.

Hæc omnia patent in diuerſis c.ſatis diffuſe, ſecũdũ ſententiam Ptol. & Haly ſecundi quadripartiti.

Et ſcias etiam modum prognoſticandi per coniunctiones magnas vbi videlicet, & quandiu, & quãdo, & in quibus rebus apparebunt ſignificationes earum. Haly in fine expoſitionis ſecundi quadripartiti Ptolemæi ponit quaſdam regulas generales ſecundum dicta Hermetis concernentes eclipſes, & coniunctiones magnas, quas te oportet hic obſeruare, & ſimiliter in aliis diſtinctionibus duabus immediate præcedentibus. Dicit enim Haly, quod Hermes dicit,

Quidam ſignificatores ſunt primo fortiores & poſtmodum debiliores, quia quilibet eorum habet participationẽ in ſignificatione cũ eo, qui fortior eſt, Et dicit, quando fuerint planetæ æqualium dignitatum, aſpice quis eorum erit in aſcendente, vel in 10. vel in 7. vel in 11. ſi ſe aſpiciunt cum aliquo luminarium, & illum accipies pro ſignificatore. Et dixit, quod ſecũdum ſtatum cuiuſlibet planetæ hora ſignificationis erit ſtatus illius, in quo dominatur iſte planeta: quia ſi Sol fuerit in nona, ſignificat motum regum de vna terra ad aliam. Et ſi applicuerit ei fortuna ibunt ſua itinera pro bono & pace. Et ſi applicuerit infortuna, erit pro guerra & malo. Et dicit, Sol eſt ſignificator regũ: & Luna quãdo fuit in 5. ſigno: Sol eſt ſignificator filiorum: & Iupiter eſt ſignificator magnorum hominum, & iudicũ ac religioſorum, & ſapientum: & aſpice ad omnem gentem, & reges à domino domus illius, qui dominatur, & quando fuerit gubernator fortuna, & vadit ad infortunam erit mutatio de bono ad malũ: & ecõtra. Et dixit, quãdo aliquis planeta vel aliquod ſignum fuerit infortunatũ hora ſignificationis, omnis res in qua dominabutur, erit infortunata, & erit multũ peior, ſi retrogradabitur infortuna in ſigno ſignificationis. Et dixit, quod ſi aliqua infortuna fuerit in exaltatione alicuius planetę impediet multum illos, qui ſunt in partitione illius planetæ, quia ſi ſignum Arietis nocebitur ab aliqua infortuna, nocebit regibus, & eorum gregibus, & vaccis, & meſsibus, & arboribus. Et dixit, inſpice hora ſignificationis loca omniũ planetarũ, & per illũ quẽ inuenies maioris potentiæ dicit, quod gentes qui fuerint illius regionis, erunt lætæ & bene fortunatæ, & maximè ſi fuerit ipſe planeta in bono loco aſcendentis, & de die in bono aſpectu Solis, & de nocte Lunæ, & ſimiliter ſi fuerit in bono aſpectu cum infortuniis, erit maioris potentiæ opus ſuum, & ſi de malo, erit debilius opus ſuum. Et dicit, quando retrogradabitur infortuna in exaltatione alicuius planetæ, & tranſiuerit per gradus exaltationis, nocebit gentibus, quæ fuerint in regionibus illius planetę, & ſignificat quod rex regionis ipſius faciet ſuperbias, & malefacta: quia quando planeta eſt retrogradus, eſt ſicut iſte, qui exit de obedientia & peior retrogradatio planetarum eſt iſta Saturni & Martis: & dicit, aſpice regibus à gubernatione & magnatibus, & potentibus à planeta, qui eum ſequitur in virtute primo à planeta, ſecundo in virtute, ſi partitionem habuerit vna cum alio ſcilicet in ſignificatione. Et dixit ſemper cum mutabitur gubernator de domo alicuius planetæ ſeu exaltatione, ſeu trigono, aut de termino ſuo, rectificat hora illa aſcendens, & inſpice ſi fortunæ aſpexerint gubernatorẽ à 10. rex magnum bonum habebit, & eum omnes reges timebunt, & erit illud bonũ ſecundum planetam aſpicientem, & ſi fuerit maſculinus, erit virorum, & ſi fuerit fœmineus, mulierum. Et ſi fuerit de ſigno regali, erit regum, & ſi fuerit ſignum magnorum hominum, erit talium, & ſi fuerit vilium, erit vilium. Et ſi fuerit à 2. erit ex parte diuitiarum. Et ſi fuerit ab aſcendente, erit de rebus, de quibus ſe intromittũt homines. Et dic, planeta directus ſignificat pacem, & qui eſt in ſtatione, facit rixas, & bella, & retrogradus non facit multum damnũ & malum. Et quando fortuna fuerit retrograda, damnat fortunam ſuam, & aufert, & auget malum ſuum. Et quandocunque aliquis planeta qualiſcunque fuerit, habuerit hora ſignificationis aſpectum aliquẽ cum duobus luminaribus, vel cum vno iſtorum, vincent illi, qui ſunt illius planetæ. Et dicit, ſi gubernator fuerit in angulo, ſignificat quod aſcendens annos durabit. Et ſi fuerit in ſequenti angulo, ſignificat menſes, & ſi in cadenti, dies: & ſimiliter ſi gubernator fuerit in angulo eius, ſignificatio erit magna & multum durans, & ſi fuerit cadens, erit modica, & paucæ durabilitatis. Et ſi ſignum mobile, ſignificat quod cito erit, & fixum tarde, & bicorporeum ſignificat, quod erit medianum, & planeta feſtinus ſignificat feſtinationem, & tardus tarditatẽ. Et quãdo damnati fuerint domini trigoni gubernatores, non iudices naſcentur, & tunc illius ſignificationis aliquod bonum, & quando fuerit in loco malo, & damnatus hora ſignificationis habebunt reges infirmitates, & dolores, & triſtitias, & mutationem de vna terra in aliam, & maximè iſte, qui dominabitur fuerit damnatus in ſignificatione per combuſtionem, vel rem aliam, quia quando planeta qui dominatur, & Sol damnati fuerint, ſignificant damnum negociorum regum ac populi & magnatum. Et dicit quando planeta fuerit in principio ſigni opus eius erit cito.



Digitized by Google

Et ſi latitudo eius ſeptentrionalis fuerit, erit ſignificatio ſua maior, & durabit tempore lōgo: & ſi meridionalis fuerit, erit econtra. Et dixit, quòd omnes planetæ mittunt ad luminaria poſſe ſuum, vbi planeta multas virtutes habuerit, ſuũ augētes poſſe. Nam tunc mittunt luminaria poſſe ſuum ad eũ. Et dicit, Mars quando poſſe habuerit, in eo facit lites, & interfectiones, & ſimiliter Iupiter faciet bonũ. Et dixit, hora ſignificationis aſpice populo ab aſcēdente in ſuis ſubſtantiis à ſecunda & ſuis propinquis à tertia & ſuis parentibus à quarta, & ſuis filiis à quinta, infirmitatibus ſuis à ſexta, inimicis ſuis & mulieribus à ſeptima, & totum erit de hoc modo, & ſecundum quod inuenies omnem domum, erit eius ſignificatio: quia ſi dominus 9. fuerit cadens, & Iouem aſpexerit, ſignificat itinera: ſimiliter aſcendens eſt eorum, qui ſunt in meridie, & quarta eorum de ſeptentrione: & ſeptima eorum de occidente. Et dixit, quando coniungentur & infortunæ in vno ſigno, & fuerint impeditæ, Luna exiſtente ſecum, ſi ſignum ipſum fuerit terreum, erit terræ motus magnus, & ruina ciuitatum, & parietum. Et ſi aqueum, accidet valde malum, & nocumentum in aquis, & hoc modo erit de quolibet ſigno ſecundum quod ei conuenit. Et dixit, quando Mars potens, & Orientalis fuerit vincent illi, qui morantur in Oriente morantes in occidente eorum, & ſi fuerit potens & occidentalis, vincent illi de occidente, morantes in Oriente eorum. Et ſi guerra fuerit inter illos de Oriente, & occidente, aſpice ſi Saturnus & Iupiter feſtini fuerint in itinere, & orientales erunt victores feſtinè, & ſi fuerint tardi lis prolongabitur inter eos: & ſi hi & planetæ fuerint in ſigno duorum corporum, erit lis in multis terris, vel multotiens. Et ſi fuerit in ſigno fixo, erit leuis lis, & ſi in mobili erit magna lis, & forte damnum in terra. Et dixit, quod quando Mars fuerit retrogradus contra Saturnum hora ſignificationis, accidet lis multum magna, & guerra fortis, & longabitur lis, donec compleatur tempus ſignificationis. & ſcias quod Saturnus eſt valde peior de die, quàm de nocte: & dixit, quod caput Draconis eſt calidũ, & cauda frigida, & ſi Saturnus ſe coniunxerit cum cauda hora ſignificationis, demonſtrat famem fortem, & frigus ſecundum rem in qua concordauerit ſignũ ſuum. Et ſi fuerit in Piſcibus, accidet in hominibus pauor, metus magnus, defectus piſcationis, & accident hominibus religioſis dolor magnus & triſtitiæ. Et ſi Mars eos aſpexerit, erunt interfecti, & ſi Venus eos aſpexerit, erunt ſubiecti, & ſi Sol, rex appodiabit ſe de ipſis. Et dixit, quando planeta alicuius gentis impeditus fuerit hora ſignificationis, ſi ſignum fuerit humidum, impedimentum ex ſubmerſione aquarum & ex humiditate. Et ſi fuerit ſignum ſiccum per ſiccitatem & ventos. Et ſi ea Mercurius aſpexerit exiſtens infortunatus, erit aqua circa eos, & non poterunt eam habere. Et ſi Saturnus aſpexerit, morientur cum doloribus ventorum. Et ſi Mars aſpexerit, morientur cum ſpata & igne. Et ſi fuerit Mars in ſigno duorum corporum, morientur cum Sagittis, & rebus diuerſis.

Et dixit, ſi aſpexerit infortuna, & fuerit ſub radiis, ſignificat contrarium eius quod ſignificauit fortuna.

Et ſi infortuna à loco ſuo aſpexerit, erit malum per latrones. Et quando fortunę aſpexerint exiſtentes retrogradæ, aut in ſtatione ſub radiis, ſignificat & quando ſignificatio fortunarum & infortunarum fuerint per vnum, æquale, ſignificant quod genti proueniunt bonum, & malum in vno. Et dixit, quod Mercurius quando damnatus fuerit, ſignificat quod ſcribæ & ſeruientes conſulent regi, vt faciat iniuſtitiam. Et ſi Mers Mercurium aſpexerit in hoc ſtatu ſignificat multos latrones. Et dixit, quando Luna Martem & Mercurium aſpexerit, ſignificat quod gentes inter ſe pugnantes petent treugas. Et quando planeta magnatum, & populi fuerit infortuna, exiſtens retrogradus, vel in ſtatione, & aſpexerint aſpectu malo dominum regionis ſurgent homines, qui non ſunt de ſua terra, & erunt inimici ſui.

Et ſi aſpectus fuerit de trino vel ſextili, erunt inimici ſui de ſua domo, & ſui propinqui. Et quando damnum forte fuerit, aſpice in quo loco fuerit oppoſitio, & dic pro certo, quod in die ipſo morietur. Et ſi fortunæ aſpexerint, iudica quod rex vincet, & euadet de ſua gente, niſi cadens fuerit ipſa fortuna.

Et ſi Mars aſpexerit, feſtinabitur mors ſua. & ſi Saturnus, habebit carcerem longo tempore, donec moriatur. Et ſi ambo aſpexerint ſcilicet Mars & Saturnus, erit captus, et poſtmodum interfectus. Et ſi fuerit in ſigno bicorporeo, interficietur in carcere et multi ſecum. Et ſi vna infortuna fuerit in ſigno bicorporeo, et alia in ſigno mobili non erit in vna ſola vice, ſed multis, et erit damnum in terra iſta, donec infortuna exeat de loco ipſo, vel quod aſpiciat fortunā diſcurrens conſtellationem ipſam.

Et dicit: conuenit vt des operationem aſſignationibus rerum ad ſignificationes luminarium: quia ſi Sol fuerit tardus, et Luna minuta hora ſignificationis, et ſignificatio demonſtrauerit, lites prolongabuntur multum, et ſi Sol fuerit feſtinus, et Luna aucta lumine hora ſignificationis, erit res ècontra, et demonſtrante ſignificatione lites, et de die in die exiſtente, feſtinabuntur lites et non prolongabuntur: hæc ſecundum ſententiam Hermetis.

Et debes obſeruare has regulas in cap. ſequente, et reſpicias diligenter has regulas Hermetis: quia multum ſunt notabiles.

*Qualiter prognoſticandum ſit de prælijs & combuſtionibus per reuolutiones annorum mundi, & quartas anni.*
*Cap. 2.*

CVm volueris prognoſticare de prælijs et combuſtionibus et prælijs annorum quartarum anni: oportet hic ſicut in aliis primo inueſtigare dominium orbis anni et quartæ: vt ſuperius demonſtrauimus. Dicit itaque Alb. in ſuo li. experimētorũ, in illa parte vbi loquitur de dominio anni, ꝙ cũ Saturnus fuerit dominus anni, et fuerit in Ariete vel in eius triplicitate, et nō aſpiciens et remotus fuerit, quia directus, intrabit ſuper nobiles deſtructio, et ſi fuerit retrogradus, deſtruetur domus ſubſtantiarum, et organa eorum, et eo grauius,

Digitized by Google

nius,ſi receperit diſpoſitionem Martis, et tunc ſignificat bella & guerras. Item ſi fuerit in hac triplicitate cadens,& non aſpiciens eum,& fuerit retrogradus,& non aſpiciens Martem, erit contentio inter mercatores & deprædatio, & malum, ſi aſpexerit Mars eum ex angulo. Et ſi aſpexerit Mars ex loco cadenti, nō erit de hoc quod dixi aliquid. Saturnus cum præfuerit anno, & fuerit in Tauro, vel in eius triplicitate,& in angulo,& directus, ſignificat cōtentionē & bellū. Et ſi fuerit ibidē retrogradus, ſignificat bellum, in omni loco morietur populus, & eo grauiꝰ magiſq; fiet vniuerſale, ſi fuerit Saturnꝰ in medio cæli. Et ſi fuerit Saturnus in hac triplicitate etiam cadens,& non aſpiciens aſcendens,& fuerit directus & non aſpexerit eum Mars, erunt pauca mala. Saturnus cum præfuerit anno,& fuerit in Geminis, vel in eius triplicitate,& fuerit in angulo directus, erit in hominibus mendacium,& contentio atque effuſio ſanguinis. Et ſi fuerit retrogradus, ſignificat contentionē diuitū. Si autem fuerit dominus anni,& receperit diſpoſitionē domini medij cæli,& fuerit in hac triplicitate, ſignificat contentiones,& guerras,& petitionem regni. Saturnus cum præfuerit anno & fuerit in Cancro, vel in eius triplicitate,& aſpexerit Martem,& fuerint ab eo fortunæ abſentes, erit guerra maxima, & mors valida in terra, quam ſignificat, & multiplicabitur malū & deſtructio. Si autē fuerit directus,& ei iunctæ fuerint fortunæ, minuetur eius malum, niſi ſit Luna in aſcendente,& timebitur tūc ſuper diuites. Si vero fuerit retrogradus,& aſpexerit Martem, ſignificat deſtructionem,& introitū terræ in cuius ſigno fuerit,& quarti aſpectus eiuſdem ſigni,& eius oppoſitiones,& ſi fuerit cadens, & non aſpiciēs aſcendēs, fueritque directus,& non aſpexerit eum Mars, ſecuri erūt homines,& eo melius, ſi cū tranſierit mediū ſignificat. Et ſi fuerit retrogradus, aſpexerit eum Mars, fortunæ quoq; ſint abſentes ab eo, occurret hominibus, ex ignobilibus malū & tribulatio. Luna cū fuerit impedita in ſigno, tunc ipſa pars, quæ fuerit eiuſdē ſigni, in quo eſt inueniet malū,& tribulationē ſecundū ꝙ ſignificat ipſe malus per aſpectum ſuū atq; naturā. Et paulo poſt dicit Albu. Saturnus cū fuerit dominꝰ anni,& fuerit in Ariete, ſignificat deprædationes & rixas. Et ſi fuerit Saturnus in Tauro,& euenerit eclipſis Lunæ, ſignificat interfectiones in parte orientis,& occidentis,& ſi fuerit in Cācro, ſignificat multitudinem interfectionis in hominibus. Et ſi fuerit in Leone, ſignificat bellum & abſcinſionem maris,& deſtructionem. Et ſi aſpexerit Mars & Venus, erit interfectio. Iupiter autē & Luna repellunt hoc. Si fuerit Saturnus in Virgine, & aſpexerit eum Sol, atque commixtus fuerit, multiplicabitur ei interfectio in regionibus, quæ ſunt in medio plagæ occidentalis. Et ſi fuerit Saturnus in Libra,& commixtus fuerit ei Mars, erunt interfectiones,& commotiones. Iupiter autem & Luna ſi commixti fuerint ei, repellunt bella. Et ſi fuerit Saturnus in Scorpione, ſignificat ſanguinem, & deſtructionem. Et ſi commixtus fuerit ei Iupiter, modicum erit bellum. Et ſi commixta fuerit ei Venus effundetur ſanguis multus. Et ſi fuerit Saturnus in Sagittario ſignificat bellum in occidente. Et ſi fuerit Saturnus in Aquario, erit deſtructio in hominibus & regionibus. Item dicit Alb. vbi ſupra. Iupiter cum præfuerit anno,& fuerit liber ab impedimentis,& malis, erit annus ſecuritatis & quietis, & abūdabit in hominibus bonum, iuſtitia & pax, atque rectitudo,& aptabuntur diuites. Et ſi fuerit receptus inueniet vulgus ex diuitibus bonum,& diligent regem ſuum,& bonum erit eſſe nobilium,& honorabilium,& magnatum. Et ſi fuerit impeditus, dic econtra. Et dicit Alb. vbi ſupra. Mars cum præfuerit anno,& non fuerit impeditus, erunt eodem anno gaudia,& lætitiæ,& ditabuntur bellatores, & dilatores armorum,& inuenient bonum eritque bellum,& contentio proppe regem. Et dicit Alb. Mars cum præfuerit anno,& fuerit in quibuſdam angulorum, impediet homines, & mittent ſuper eos guerras,& bella,& effuſiones ſanguinis, eo grauius ſi fuerit in Geminis, vel in triplicitate ſua: quia tunc impediet in ſignis hominum. Et ſi fuerit directus, erit hoc in petitione veritatis. Et ſi fuerit retrogradus, erit in iniuriis.

Et ſi fuerit Mars dominus anni,& fuerit in Ariete, vel in eius triplicitate, & fuerit in angulo directus, contendent principes ad inuicem in climatibus, & ſi fuerit in hac triplicitate extra angulum, affligent ſe homines inuicem, & erit in terra ſigni in quo fuerit in eius quarto aſpectu,& oppoſitione & impedimentum magnum. Et ſi fuerit retrogradus, erit grauius.

Et dicit Alb. vbi ſupra. Mars cum fuerit dominus anni,& fuerit in Ariete, ſignificat bellum in parte Orientis.

Et ſi fuerit in Tauro, erit bellum inter ciues Orietis,& Occidentis. Et ſi fuerit in Geminis erit impedimentum in hominibus,& erit bellum in ſeptētrione,& multiplicabuntur latrones,& exaltabitur rex eodem anno,& adipiſcetur multum. Et ſi fuerit in Cancro, erunt in occidente rixæ,& bella & reddent tributum. Et ſi fuerit in Virgine, ſignificat effectū præliorū, & effuſiones ſanguinis in parte ſeptētrionis. Et ſi fuerit in Libra,& Saturnus fuerit cum eo, multiplicabuntur latrones,& abſciſſiones viarum, timores quoque ac tremores, & abundabunt rixa & malum in hominibus. Et ſi fuerit in Scorpione, multiplicabuntur latrones,& bella. Et ſi fuerit in Sagittario, erit bellum in occidente. Et ſi fuerit in Capricorno, ſignificat mortem & tribulationem futuram in parte orientis: multiplicabuntur bella, & damna inter ciues orientis, & ciues meridiei.

Et ſi fuerit in Aquario, erit finis,& tribulatio, & grauitas in hominibus et mutabitur rex in eodem anno, aut morietur.

Et ſi fuerit Mars in Piſcibus, et fuerit dominus anni, pendetur regnum multorum hominum, et abundabit interfectio in magnatibus.

Et dicit Album. vbi ſupra. Sol ſi fuerit dominus anni, et fuerit liber à malis gaudebunt diuites, et habebunt lætitiam et ſecuritatem. Si vero fuerit impeditus, ſignificat impedimentum magnum, et aſpice luminare cuius eſt auctoritas, quia cum fuerit confortatum, et auctū fuerit lumine eius, et numerus eius non fuerit impeditus, pulſabit impedimentum magnum et prohibebit à malo. Et dicit Albu. vbi ſupra cum inueneris malos in triplicitate Solis, et fuerit Sol in aſcēdēte anni mūdi, ſignificat bellū ac cōbuſtiones, et guerras, et mortalitates, et fines, timores quoq; ac triſtitias plurimas, et præ-

dationes in hominibus,& multitudinem combuſtionis in villis,ac deſtructionem in ciuitatibus, & regionibus,& deiectionem mulierum atque deſtructionem virorum in terra ſigni, quod aſpicit malus,aut in quo fuerit,aut in terra in qua potentiam habuerit ipſe malus.Et ſi in reuolutione Solis,ipſe Saturnus pulſauerit ſuper ſignum regionis, & abſentes ab eo fuerint fortunæ, commixtus fuerit ei Mars,erit bellum & effuſio ſanguinis, & necis in parte orientis,& cadent magnates, & interficient ſe gladiis.Et ſi fuerit Mars prope aſcendens anni, erunt guerræ multæ.Si autem commixti fuerint Iupiter,& Venus,repellent ipſum malum, & modicum ac leue ipſum reddent,& ipſe Iupiter prohibebit impedimentum Saturni & Martis. Et ſecundū Alb.vbi ſupra,Venus cum præfuerit anno,& fuerit libera à malis,& impedimentis,erit annus ſecuritatis,& quietis,& abundabit in omnibus bonum,iuſtitia,& pax,& gaudiū in hominibus, & maximè in mulieribus.Si vero fuerit impedita,erit ann⁹ pauci boni, ſed erit modicum bellum, rex tamen triſtabitur in climate ſuo,& in terra ſua.Et dicit Alb.vbi ſupra,cum fuerit Mercurius dominus anni, & dominus aſcendentis liber à malis,& fortunæ aſpexerint eum,erit idem annus aptus pueris,& ſapientibus,ac negociatoribus,& eo melius,ſi receperit eū dominus domus ſuæ, inuenietque ſedem honoris à rege,& audiet eos,& adipiſcetur hac de cauſa bonum.& ſi malum fuerit,dic econtra,& eo grauius, ſi non receperit eum dominus domus ſuæ, quia ſignificat,quod inueniet eos ex rege ſuo deſtructio, & impedietur ſedes illorum apud illum. Si autem cum hæc quæ dixi,aſpexerit eum malus,deſtruetur eſſe eius.de hoc dixi.Et ſecundum Alb. vbi ſupra, Mercurius cū fuerit dominus anni,& fuerit in Ariete, & fuerit ibidē Mars,multiplicabitur bellum in occidente.Et ſi fuerit Mercurius in Tauro,& fuerit dominus anni, erit bellum in ciuibus orientis. Si autem aſpexerit Venus,& Iupiter aſcendens anni,repellent damnum.Si vero reſpexerit Mars aſcēdens anni, & Venus fuerit ei commixta, erit graue bellum. Et ſi fuerit Mercurius in Cancro, & præfuerit anno, multiplicabitur interfectio in aliquibus terris.& ſi commixtus fuerit Veneri,& Marti,interficientur nobiles,& magnates in parte occidentis: aſpectus autem Veneris & Lunæ repellet hoc.Et ſi fuerit Mercurius in Scorpione, & fuerit dominus anni,multiplicabuntur bella in parte occidentis;Et ſi aſpexerit Mars,multiplicabuntur latrones,& abſciſſiones maris.Et ſi fuerit Mercurius in Sagittario,& præfuerit anno, multiplicabitur bellum,& guerra in occidente.Et ſi fuerit Mercurius in Capricorno,& fuerit dominus anni, multiplicabitur tribulatio, & guerra in terra Saracen.& præcipuè accidet guerra, ſi ibidem mixtus fuerit Veneri & Marti.Et ſi fuerit Mercurius in Aquario dominus anni, & commixta fuerit ei Venus,ſignificat multos latrones.hæc Alb. in illo loco.Et in libro de floribus dicitur Alb.in principio vbi ſupra loquitur de dominio anni,quod cum Veneris dominium anni, quis eſt diſpoſitor anni, & ipſe fuerit Saturnus,& fuerit in Ariete vel in eius triplicitate,& fuerit boni eſſe in loco ſuo,ſignificat patientiam,& acquiſitionem rerum vulgi,& ruſticorum,& obedientiam eorum erga dominos: & ſi fuerit cum eo Iupiter,vel aſpexerit eum amicabiliter,erit melius.Sed ſi fuerit aſpectus Iouis ad Saturnum ex oppoſito,erit loco dominationum,& ſublimatum timor, & contentio in ipſis regionibus, & ex diuitibus,& cæteris hominibus, qui ſunt in diuiſione Iouis ad diuites,qui ſunt in diuiſione Saturni petentes eorum bellum,& contradictionem,& erit hoc ſecundum quantitatem gradus aſpectus, qui fuerint inter Saturnum & Iouem, & coniunctiones eorū vſque ad horam,qua fuerit bellum,& contrarietas.Et ſi fuerit aſpectus Iouis ad Saturnum ex quarto,erit in loco bellorum diuerſitas inter eos in rebus,quæ fuerint in diuiſione Saturni.Si autem fuerit in loco Iouis Mars: iunge illi omne quod ex poſui tibi de eſſe Saturni,feſtinationem ſcilicet in operibus diuitum,quæ ſunt in his regionibus cum multitudine celeritatis,& conſiderationis,& paucitate pietatis,& minime cum leuitate.& ſi fuerit aſpectus de trino vel ſextili,veniet ſuper diuites,qui ſunt in diuiſione ſigni Arietis, vel alicuius ſigni illius triplicitatis.Et ſi aſpexerit Mars Saturnum ex oppoſitione, erit in loco dominationum, & boni malum vel rixa,vel inimicitia,vel contrarietas inter diuites regionū ſigni in quo fuerit Mars,& ibūt ipſi diuites ad eos ad expugnandū eos & expellendū: ſimiliter & res quæ deferentur in has regiones, abſcindentur & deſtruentur; & ciues eorum erunt mali ciuibus harum regionum.

Et ſi fuerit in loco Martis Sol,erit cum eo quod dixi de eſſe Saturni in re diuitum petitio regni & ſpecioſitatis.

Si vero aſpexerit Saturnum ex tertio vel ſextili, venietur ſuper diuites,qui ſunt in diuiſione Saturni donatio,& multum bonum,& præcipuè ex diuitibus,qui ſunt ex diuiſione ſigni,in quo fuerit Sol. Si autē aſpexerit Saturnum ex oppoſitione, erit in loco donationum rixa & bellum.

Et ſi aſpectu quarto aſpexerit Sol Saturnum, non erit bellum palam,ſed erit inter diuites diſcordia,& diuerſitas conſilij & rixa.

Et ſi fuerit in loco Solis Venus, aut cum hoc quod dixi ex re Saturni in petitione principum, & petitione ludorum ad quietem, & delectationem. Si autem fuerit Saturnus aſpiciens ex loco amicitiæ,veniet ſuper diuites qui ſunt in diuiſione ſigni in quo fuerit Saturnus donationes ex diuitibus, q ſunt in ciuitatibus de diuiſione Veneris,& veniet eis omne bonum. Porro ſi aſpexerit eum ex loco inimicitiæ,erūt in loco donationum bella, & contrarietates, & pergent ipſi diuites ad bella horum diuitum,& abſcindetur quod afferetur ex ipſis ciuitatibus ex bono,& conuertetur omne bonum in malum,& erit radix omnium horum mulieres Venereę.Quòd ſi aſpexerit Saturnum ex quarto aſpectu,non erit bellum apparens, ſed erit diuerſitas in rebus inter omnes diuites,& ruſticos et ciues.

Et ſi aſpexerit Mercurius Saturnum ex oppoſitione, erit in loco donationis contrarietas, bellum,et abſcindetur quicquid afferetur ex bono, et veniet omne malum, et deficiet omne bonum, et hoc præcipuè erit,ſi fuerit Saturnus indutus malis. Sed ſi fuerit indutus fortunis in hora cōiunctionis ſuæ erit minoris mali & impedimēti.Et ſi aſpexerit Mercurius Saturnū ex quarto non apparebit bellū ſed erit diuerſitas inter diuites & ruſticos.Et ſi fuerit

Digitized by Google

rit loco Mercurij Luna, apparebit bonum in petitione diuitum,& erit fortunium in diuitibus & ruſticis. Et ſi fuerit aſpectus Lunæ ad Saturnum ex trino,vel ſextili, venient ſuper diuites qui ſunt in diuiſione ſigni in quo fuerit Saturnus ex diuitibus qui ſunt in diuiſione ſigni in quo eſt Luna, donationes,& multiplicatur cenſus. Et ſi aſpexerit Luna Saturnum ex oppoſitione,erit in loco donationis bellum,& contrarietas, & ibunt ipſi diuites ad debellandum hos diuites,& abſcindetur quicquid deferetur ex ipſis partibus,& venient rumores terribiles,& fruſtrabitur omne bonũ,& veniet omne malum. Et ſi fuerit aſpectus Lunæ ad Saturuum ex quarto non apparebit bellum: ſed erit inter diuites & ruſticos & inter propinquos contrarietas. Et cum fuerit Saturnus dominus anni,& fuerit in Tauro,vel in eius triplicitate erit omne quod dixi tibi de re Saturni in diuitibus,& ruſticis, & bonũ & malum quod erit in parte orientis, erit in parte meridiei in ciuibus, qui ſunt in diuiſione ſigni in quo fuerit Saturnus ſecundum quod expoſui tibi. Item Saturnus cum fuerit dominus anni, & fuerit in Geminis,vel in eius triplicitate,erit omne illud quod dixi tibi ex bono vel malo ex parte ſeptentrionis. Et dicit Albu. Iupiter cum fuerit dominus anni,& fuerit in Ariete,vel in eius triplicitate, apparebit in ciuitatibus quibus præeſt verſus oriẽtem quietudo,iuſtitia,& obſeruatio pręceptorum. Et ſi fuerint boni eſſe,ſignificat multam ſubſtantiã, gaudium, & obedientiam ruſticorum & dilectionem eorum & omne bonum: ſed ſi fuerit mali eſſe, ſignificat contrarietatem eorum. Et ſcito, quòd opus in Ioue & aſpectus planetarũ ad eum eſt ſicut opus in re Saturni. Et ſi fuerit Iupiter in Tauro, vel in eius triplicitate,apparebunt ea quæ dixi tibi in parte meridiei. Et ſi in Geminis, vel in eius triplicitate, apparebunt in parte occidentis. & ſi in Cancro,vel in eius triplicitate, apparebunt in parte ſeptentrionis. Et hæc regula debet obſeruari de omnibus planetis reſiduis. Mars verò ſi fuerit dominus anni,& fuerit in Ariete,vel in eius triplicitate, apparebunt in ciuitatibus quibus præeſt verſus Orientem,iniuriæ,iræ,rixæ,victoriæ in bellis,& fugę,& exercitiũ inſtrumentorũ bellicorũ,& luctamina & aliæ res martiales, & multa mala. Et ſi fuerit Mars boni eſſe,ſignificabit regi adeprionẽ inimicorum ſuorum,& eorum qui cum eo cõtendunt,& magnitudinem cordis regis ac celeritatem eius, & dilectionem ruſticorum, & obedientiam eorum erga eum. Si verò fuerit ibidem mali eſſe, ſignificabit paucitatem adeptionis ſuæ erga inimicos,& paucitatem ſtabilitatis eius ſuper res vtiles, & deiectionẽ eius in omni quod operatur. Et opus in re Martis,& aſpectibus planetarũ ad eum, & vbi apparebit effectus eius ſi fuerit in reliquis triplicitatibus, eſt ſicut dixi de Saturno. Sol cum fuerit dominus anni, ſignificat gloriam, ſubtilitatem regis,& petitionẽ altitudinis regis,& omniũ ſublimatũ & altitudinẽ & profectũ. Et ſi fuerit in Ariete, vel in eius triplicitate,erit hoc in parte oriẽtis. Et ſi fuerit Sol boni eſſe in loco ſuo; ſignificat rectitudinem diuitum,& eorum iuſtitiam,et adeptionem eorum atque victoriam eorum de inimicis. Et ſi fuerint mali eſſe, ſignificat paucitatem apparitionis diuitum ſuper inimicos ſuos, et caſum honoris eorum. Et opus in re Solis, et in aſpectibus planetarum ad eum, et vbi apparebit eius effectus cum fuerit in aliis triplicitatibus eſt ſicut dictum eſt de Saturno. Venus cum præfuerit anno,et fuerit in Ariete vel in eius triplicitate, apparebit in ciuitatibus quibus præeſt, et in partibus orientis gaudia, et ludus, et cantus, et cupiditas diuitum, et ruſticorum: et ſi fuerit boni eſſe, ſignificat gaudium et lætitiam, et fertilitatem in diuitibus, et ruſticis adeptionem regis, et victoriam eius erga inimicos ſuos, et eos qui cum eo contendunt. Si vero fuerit mali eſſe,ſignificabit contraria horum. Et opus in rebus Veneris,et in aſpectibus planetarum ad eum, et vbi apparebit effectus eius cum fuerit in reliquis triplicitatibus, erit ſicut dictum eſt de Saturno. Mercurius cum fuerit dominus anni,et fuerit in Ariete,vel in eius triplicitate,apparebit in ciuitatibus,quibus præeſt in parte oriẽtis, petitio ſapientię,et ſcientiæ et ſubtilitatis: et ſi fuerit ibidem boni eſſe,ſignificat honeſtatem diuitum in adeptione eorum,et victoriam de inimicis ſuis. Et ſi fuerit mali eſſe,ſignificabit horum contraria: et opus in re Mercurij,et in aſpectibus planetarum ad eum, et vbi apparebit effectus eius, cum fuerit in reliquis triplicitatibus eſt, ſicut dictum eſt de Saturno. Luna cum fuerit domina anni,et fuerit in Ariete vel in eius triplicitate, apparebit in ciuitatibus quibus præeſt,verſus orientem frequentatio et ſuſurratio. Et ſi fuerit Luna boni eſſe, ſignificat aptionem itineris, et viarum et ſaluationem peregrinantium, et adeptionem diuitum, et victoriam eorum de inimicis ſuis. Si verò fuerit mali eſſe in loco ſuo,ſignificat horum contraria. Et opus in re Lunæ, et in aſpectibus planetarum ad eam, et vbi apparebit effectus eius cum fuerit in reliquis triplicitatibus,hoc totum erit ſicut dictum eſt de Saturno: hæc Albu. ibidem. Et vbi ſupra c. ſequenti. ſ. cap. de ſignificationibus planetarum, dicit Albu. quòd Saturnus eſt ſignificator diuitum antiquorũ, et religioſorum, agricolarum,et ſenum: qui cum fuerit impeditus in hora reuolutionis, deſtruetur quicquid eſt in eius diuiſione ſigni ex rebus. Et ſi fuerit in ſignis hominum,ſignificabit fugam,et reuolutiones,et anguſtias,mortem,timorem, et interfectionem diuitũ, et deſtructionem rerum venalium, et victualium; et ſignificat, quòd diuites efficientur pauperes,et morientur,et contriſtabũtur magis. Cum vero aptus fuerit,et abſque impedimento hora reuolutionis, et fuerit fortunatus, ſignificat contraria horum,et conuerſionem mali in bonum. Et aſpice malum,qui impedit eum, qui eſt Mars et cauda,ſcilicet per cõiunctionẽ,et Mars per aſpectum et coniunctionem. Et ſi fuerit Mars in cauda, impediens eum in ſigno igneo, erit radix eius impedimenti, et deſtructionis ex ignibus, et combuſtione. Et ſi aſpexerit Saturnum in hora reuolutionis anni fortuna, vel malus, iudica ſecundum fortiorem in loco ſuo, et eum qui fuerit pluris teſtimonij. Iupiter eſt ſignificator nobilium,et iudicum, et epiſcoporum, et conſulum ac religioſorum,et ciuium ſectarum, qui ſi fuerit impeditus hora reuolutionis,detrimentum patietur omne quod eſt ei.

Et ſi fuerit in ſignis humanis, ſignificat deſtructionem diuitum, et paruitatem rerum carum et

paucitatem donationum & paucitatem ſubſtantiarum,& deſtructionem quorundam regnorum, & erunt hæc ſuper ciues ciuitatum, qui ſunt in diuiſione ſigni,in quo fuerit Iupiter, & ſignificat iniurias,mendacia:& aſpice planetam impedientem eum,in quo ſigno fuerit, & commiſce, & loquere ſicut in re Saturni. Mars vero ſignificat conſiliatores,& actores bellorum,& guerræ,& ipſum qui inquirit iniuſtitiam,& falſitatem,& ſignificat abſciſſiones viarum,qui ſi fuerit in ſigno humano, ſignificat multitudinem bellorum, & guerræ, & inſurgentes contra regem,& mortem ſubitam, & ſignificat abſciſionem viarum,&effuſionem ſanguinis, atque combuſtionem. & aſpice planetam impedientem eum,in quo ſigno ſit,& commiſce, & loquere ſuper eum ſicut feciſti in re Saturni. Sol verò ſignificat ſuper magnates,diuites, & honorabiles homines,qui ſi fuerit in hora reuolutionis impeditus, detrimentum patietur quicquid eſt eius, & patientur diuites & magnates impedimentum magnum.Et ſi fuerint in ſignis humanis,erit impedimentum in his,quæ pertinet ad eum ex hominibus.Et ſi fuerit in loco mali fortuna,verte ſententiam, & dic in loco mali bonum:& aſpice planetā impedientem eum in quo ſigno ſit, & commiſce eum,& loquere ſuper eum ſicut feciſti in re Saturni.Venus eſt ſignificatrix mulierum,& puellarum, quę ſi impedita fuerit hora reuolutionis,impedietur omne quod eſt eius. Si autem fuerit in ſignis humanis,detrimentum patietur quicquid eſt eius ex hominibus. Et ſi fuerit in loco mali fortuna, verte ſententiam, & dic in loco mali bonum. Et aſpice planetam impedientem eam, in quo ſigno ſit,& cōmiſce eum,& loquere ſuper eum ſicut feciſti in re Saturni.Mercurius eſt ſignificator ſcriptorum,arithmeticorum,negotiatorum & puerorum, & magiſtrorum operum:qui ſi fuerit impeditus in hora reuolutionis,detrimentū patietur quicquid eſt eius. Et erit naratio eius ſuper ea quæ ad eum pertinent,& ſuper deſcenſione eius in ſigna humana,& ſuper malorum & fortunarū ad eum, quemadmodum dictum eſt de Saturno. Luna eſt ſignificatrix legatorum, & vniuerſitatis vulgi, & eorum victus ac cōtinentię,& quietudinis omni die,quę ſi impedita fuerit hora reuolutiōis, deſtruetur quod pertinet ad eam, & erit narratio eius ſuper ea quæ ſunt eius & ſuper exiſtentia eius in ſignis humanis, & ſuper aſpectus malorum,& infortunarum ad eā, quemadmodum dictum eſt de Saturno. hæc Albu. in iſto cap. Et vbi ſupra verſus finem libri in iſto ca.vbi determinat Alb.de latitudinibus planetarū, & eorum ortu, & occaſu dicit, Quod ſi fuerit Saturnus in Virgine in reuolutione anni.& retrogradus,ſignificat timorem regis de inimicis. Et ſi ibi fuerit directus,ſignificat victoriam de eis.Et ſi fuerit in Scorpione Orientalis,erit bellum inter diuites:& ſi fuerit in Sagittario Occidentalis,ſignificat guerram inter nobiles & magnates homines, & cadet inter eos diſcordia.Et ſi fuerit ibidem retrogradus,ſignificat grauitatem rerum hominum, & guerras,& bella inter homines. Et ſi fuerit Saturnus in Aquario in reuolutione anni,ſignificat multitudinem guerræ, & commixtionis. Et ſi fuerit in Virgine Orientalis in reuolutione anni,ſignificat multitudinem guerræ inter diuites,& prælium eorum inter ſe. Et ſi fuerit ibidem Occidentalis, ſignificat contrarietatem militum, & arma deferentium ſuper diuites.Et ſi fuerit Iupiter in Aquario, & fuerit Occidentalis, ſignificat multitudinem commixtionis inter ruſticos.Et ſi fuerit Iupiter in Piſcibus Orietalis in reuolutione anni,ſignificat multitudinem guerræ, & bellorum. Mars cū fuerit in Ariete in reuolutione anni,& fuerit Oriētalis,ſignificat grauitatem bellorum inter diuites. Et ſi fuerit Mars in Virgine retrogradus,ſignificat guerram validam inter diuites.Et ſi fuerit Mars in Scorpione, ſignificat paucitatem pietatis hominū ad inuicem.Et ſi fuerit Mars in Sagittario Orientalis, ſignificat pacem, & quietem, & ſecuritatem bellorum inter homines. Et ſi fuerit Mars in Capricorno,ſignificat interfectionem imperatorum Romanorum. Et ſi fuerit Mars in Piſcibus in reuolutione anni Orientalis, ſignificat interfectionem diuitum adinuicem:& ſi fuerit ibidem retrogradus, ſignificat ſaluationem hominum:hoc idē ſignificat, ſi fuerit ibidem directus. hæc Albu. ibidem. Et dicit Sem filius Haly in libello quem ſcripſit de ſignificatione Saturni in ſignis,quod cū Saturnus intrat ſignum Arietis, & perficit motum more ſuo in eo,& erunt bella in Oriente,& cædes, & rixæ,& mors ſubita.Et ſi fuerit in Geminis, erit rixa,& cædes & preſſura multa,& reſcindetur pietas à cordibus hominum, & erunt bella multa in terra Arabum, & rixæ multæ in Orientalibus. Et cum intrauerit Libram,erunt rixæ,& bella in parte Occidentali. Et cum intrat Scorpionem, erit vniuerſalis ſanguinis effuſio. Et cum intrat Sagittarium, mouebuntur magnæ guerræ ſuper reges, & erit cædes multa in ciuitatibus. Et erunt latrones multi,& anguſtiæ ſuper reges Orientis. Et cū intrat Capricornum,erunt cædes,& guerræ multę circa Hieroſolymam,mouebuntur barbari, & accidet rixa in parte ſeptentrionali, & anguſtiabuntur & interficientur boni. Et cum intrat Aquariū, erunt multę guerræ,& terror multus,& bella multa in Oriente & Occidente: hæc Sem filius Haly ibidem.Et dicit Haly Abenragel libro.8.ca.7.quādo Saturnus fuerit in aſcendente reuolutionis anni,& reuolutio fuerit diurna, Et dominus domus ſuæ aſpexerit eum bono aſpectu, & dominus medij cæli fuerit ſimiliter in tali aſpectu, & in tali receptione,ſignificat, quod homines illius climatis illo anno erunt quieti,& habebunt bona à regibus, & eo magis apparebit bonum in diuiſionibus,quæ fuerint de natura ſigni,in quo fuerit Saturnus:& ſi fuerit idem damnatus, & impeditus,ſignificat dānum & impedimentum in corporibus hominum. Et quando Saturnus applicuerit in domo ſecūda, & dominus ſecundæ domus applicuerit ei,ſignificat bonum ſtatum hominum, & lucra eorum, & eo fortius erunt lucra eorum, ſiue bonum in rebus, quæ fuerint de natura ſigni,in quo fuerit Saturnus. Et ſi Saturnus fuerit infortunatus, ſignificat diminutionem ſubſtantiæ hominum, & paupertatem. Et quando Saturnus eſt in tertia domo ab aſcendente potens, & fortunatus, ſignificat quòd iſto anno homines lætabuntur, & diligent ſe ſimul, & remouebitur inimicitia ab eis. Et ſi fuerit ibidem infortunatus, abſcindentur itinera, & erit odium inter homines,& abſcindetur pietas,

&ami

Digitized by Google

& amicitia inter homines. Et quando Saturnus fuerit in quarta domo in reuolutione anni fortis, & potens, ſignificat homines populare, & ædificare, & diligere ſe inuicem. Et ſi fuerit ibidem damnatus, ſignificat quod res, et ædificia cadent, & minuentur populationes, & erit in populo paupertas, & gentes illius climatis erunt obſeſſæ, nec audebunt exire timore inimicorum ſuorum: & eo fortius, ſi quarta domus fuerit ſignum fixum, quia tunc erit damnum fortius, & durabilius. Et quando Saturnus fuerit in quinta domo fortunatus, gaudebunt homines de ſuis filiis, & habebunt bonum & vtilitatem ex parte alterius gentis. Et ſi fuerit illic infortunatus, ſignificat damnum prædictorum. Et quando Saturnus fuerit in ſexta domo, & ſignum fuerit humanum, ſignificat infirmitates de natura Saturni. Et quando Saturnus fuerit in ſeptima domo, & ſignum fuerit humanum, gaudebunt homines cum mulieribus illo anno, & facient multa coniugia. Et quando Saturnus fuerit in octaua domo, & ſigno humano, morientur ſenes homines. Et quando Saturnus fuerit in. 10. domo receptus, & fortunatus habebunt gentes bonum ſtatum cum regibus ſuis, & recipient mercedem, & bonum ab eis. Et quando fuerit ibidem infortunatus, & damnatus in alto loco ac eleuatus ſuper alios planetas, ſignificat infortunia & vniuerſale malum per totam terram, & faciet multum malum & mutabitur res de vno loco ad alium, & faciet multum malum, & damnum in populo. Et ſi fuerit Saturnus in nona domo, & fuerit fortunatus, erunt homines bonæ ſuſpicationis, & habebūt bonum in itineribus. Et ſi fuerit ibidem infortunatus, habebunt malum, & triſtitias multas, & deſtruentur eorum fiduciæ, & habebunt grauitatem, & defectum victualium: & ſi fuerit in. 12. domo potens, & ſaluus, erunt homines quieti & diligentes inuicem. Et ſi fuerit ibidem damnatus, litigabunt homines, & cadet inimicitia inter eos, vnde proueniet eis malum magnum.

Quando Iupiter fuerit in aſcendente in reuolutione anni, & fuerit fortunatus, & potens, homines illius habebunt iſto anno fortunam, et lucra, et gaudia multa. Et ſi fuerit ibidē fortunatus ſignificat contraria horū, & rex cogitabit de populo ſuo. Et ſi Iupiter fuerit in ſecunda domo in reuolutione receptus, & fortunatus, habebit populus multa lucra, & bonum à rebus de natura ſigni in quo fuerit. Et ſi applicuerit domino ſecundæ domus, accident eis magnæ triſtitię, & rex congregabit multam ſubſtantiam, & erit cupido acquirendi dominia, & ſubſtantias alienas. Et quando Iupiter fuerit in tertia domo fortunatus, homines obſeruabunt legem, & diligent ſe inuicem. Et quando Iupiter fuerit in quarta domo fortunatus, homines populabunt terras: & ſi fuerit ibi infortunatus, contrarium ſignificat in hominibus & triſtitias, & rex faciet caſtra pro defenſionibus. Et ſi Iupiter fuerit in ſexta domo fortunatus, & ſignum fuerit humanum, ſignificat bonum ſtatum ſeruorum, & ſi fuerit infortunatus, ſignificat contrarium. Et ſi Iupiter fuerit in ſeptima domo infortunatus, ſignificat rixas hominum inter ſe, & erunt cogitationes regis in ſuis inimicis, & in ſuo dominio, & regno, & in rebus quæ ſunt de ſigno ſeptimæ domus. Et ſi Iupiter fuerit in ſeptima domo fortunatus, erit iuſtitia in hominibus illius climatis, & habebunt homines bonum, & honorem & mercedem de ſuis regibus, & dominis & eis facient vtilitatem. Et ſi talis ibi non fuerit, ſeparabunt ſe reges à populo ſuo, nec facient eis bonum neque malum, & erunt inter homines lites, & rixæ. Et ſi Iupiter fuerit in 12. domo in reuolutione anni, & fuerit fortunatus, gentes illius climatis habebunt vtilitatem à ſuis inimicis, & lucrabuntur in eis multum, & habebunt proſperitatem & lucra occaſione litis.

Mars vero quando fuerit dominus anni, & fuerit in aſcendente fortunatus, & receptus ſignificat quod gens illius climatis habebit profectum & vtilitatem iſto anno de litibus & guerris, & interfectionem, & lucrabuntur ſibi villas conuicinas. Et ſi fuerit illic infortunatus, creſcent inter eos diſcordiæ, & rixæ, & vulnerabunt, & percutient, & effundent ſanguinem, per hoc accidet eis multum de damno. Et ſi fuerit Mars in ſecunda domo in reuolutione anni, erunt furta, multis in hominibus, & depopulabuntur loca terræ & morientur homines, & qui viuent habebunt inopes vitas, accident eis multæ collectæ. Et ſi fuerit Mars in tertia domo, erit inuidia inter homines. Et ſi fuerit Mars in quarta domo, eleuabuntur, & aſcendent ſui calores, & malæ naturæ ad omnes alios planetas. Vnde ſi fuerit ibidem in ſigno igneo comburentur terræ, & villæ multæ, & accident mortalitates, & multa damna pro igne, & eius ſimili in mundo. Et ſi fuerit ibidem in ſigno humano, accident in hominibus effuſiones ſanguinis, & lucrum guerrarum, et fortius erit hoc in fine illius anni, et hoc erit generale in tota gente illius climatis, quod fuerit illius ſigni. Et ſi fuerit Mars in ſeptima domo, erit ibidem multum malum & damnum: quia ſignificat ibidem inimicitias, & diſcordiam magnam, & furcas, & contentiones, & interfectiones, & rixas multas in illo anno. Et ſi fuerit in ſexta, erit multa mortalitas ſubita ſecundum naturam ſigni, in quo erit. Et ſi fuerit in nona, erunt in itineribus latrones, & prædæ multæ. Et ſi fuerit in. 10. erunt gentibus domini praui, & facient eis malum multum, & facient collectas ſine iuſtitia, & interficient, & deprædabuntur eas, nec reddent ipſis mercedem. Et ſi fuerit in 11. non habebunt homines pietatem alij cum aliis. Et ſi fuerit in 12. accident gentibus metus, & damna ab inimicis ſuis, & erunt inter eos effuſiones ſanguinis & rixæ.

Sol cum fuerit dominus anni fortunatus & receptus, erit annus bonus regibus & nobilibus, & dominis, & ſi fuerit infortunatus ibidem, ſignificat malum, & damnum in nobilibus, & altis hominibus, & apparebit damnum in corporibus regum, & dominorum, et multi eorum cadent à dignitatibus ſuis. Et ſi fuerit Sol in ſecunda domo, minuetur ſuperbia gentium, et erunt reges ſuperbi, et diligent gubernare, et accipere aurum, et argentum, et ſubſtantias, et populi erunt pauperes. Et ſi fuerit in quarta depopulabuntur plantationes, et cadent alti homines à nobilitate ſua. Et ſi fuerit in ſeptima ab hominibus multum ſe abſentabit. Et ſi fuerit in 10. ornabuntur reges, et maximè rex illius climatis, et creſcet virtus, et nobilitas

litas eius, et ſui populi et vicini derogabunt eum de regno ſuo et poſtea humiliabuntur, et obedient ſuis mandatis. Et ſi fuerit in 11. ſignificat bonum, et gaudia genti illius climatis, et vtilitatem habebit vnus cum altero, et amabunt eos ipſorum reges, et domini, et facient eis bonum. Et ſi fuerit Sol in 12. domo in reuolutione anni, ſignificat quod gentes illius climatis odibunt regem, et reges maiores mala facient populo et grauitatem.

Venus cum fuerit domina anni, et fuerit in aſcendente reuolutionis, erunt ſalui homines in ſuis corporibus, et habebunt gaudia multa. Et ſi fuerit in ſecunda domo, habebit populus bonum ſtatum et fertilitatem. Et ſi fuerit in tertia, odient ſe homines, et litigabunt ad inuicem. Et ſi fuerit in quarta, erit finis illius anni melior eius principio. Et ſi fuerit in ſexta, lucrabuntur illi qui vendunt ſeruos, & ſeruas, & præcipuè ſi fuerit in ſigno humano. Et ſi fuerit in decima, populus erit in bono ſtatu, & accidet hominibus bonum à ſuis regibus & dominis, & erunt religioſi bonæ legis.

Et quando Mercurius fuerit dominus anni, & fuerit in aſcẽdente reuolutionis, erit bonus annus pueris, & euadent ab omni damno. E ſi fuerit in ſecunda domo & fortunatus, erit annus bonus mercatoribus, & erunt fideles, & diligẽtes ſe inuicem, & ſi fuerit ibidem infortunatus, ſignificat paupertatem in hominibus, & modicam fidelitatem, & amicitiam, & amittent mercatores. Et ſi fuerit in quarta, erunt capti iſto anno multi ex ſcribanis, & ex illis qui ſe intromittunt de computo regis, & eius reditibus: & ſi fuerit ſignum fixum, diu durabunt in carcere, & ſi fuerit mobile, cito exibunt. Et ſi Mars aſpexerit illum locum, ſignificat quod percutietur, et forte interficietur. Et ſi fuerit in decima, erunt honorati ſapientes, & ſcribani, & erũt præpoſiti, & maiores ciuitatum, & conſiliarij priuati regis. Et ſi fortuna aſpexerit locum illum, erunt boni & legales. Et ſi aſpexerit infortuna, erũt mali & proditores, & accident genti per eos damna, & labores. Et ſi fuerit in natura hominis, diligent ſe inuicem. Et ſi fuerit Mercurius in duodecima domo in reuolutione anni, rixabuntur cum hominibus eorum filij, & ſeruientes, ac ſi eſſent eorum inimici.

Quando Luna fuerit domina anni, & in aſcendente reuolutionis, & fuerit ibidem fortunata, erit annus bonus hominibus in ſuis corporibus, & ſi fuerit infortunata, iudica contrariũ. Et ſi fuerit in ſecunda domo fortunata in hora reuolutionis, habebunt homines profectum de ſuis ſubſtantiis, & reditibus: & ſi fuerit in infortunata, habebunt indigentiam & paupertatem. Et ſi fuerit in quarta, & ſignum fuerit infortunatum, erit populus fortiter obſeſſus, & accident eis carceres, & anxietates fortes. Et ſi fuerint in octaua accident illo anno mortalitates & præcipuè ſi fuerit illic infortunium. Et ſi fuerit in aliqua domorum Martis, erit prælium, mors, & interfectio. Et ſi fuerit in decima, erit populus in bono ſtatu, & honorabitur, & laudabitur à rege, & à dominis qui & diligent eos, et eo magis hoc erit, ſi Luna fuerit aſpecta à domino medij cæli. Et ſi fuerint in vndecima, erit annus bonus, & fortunatus in omni re. Et ſi fuerit Luna in reuolutione anni in domo duodecima, accident genti iſtius climatis, quòd fuerit ſigni in quo fuerit Luna rixæ, inimicitiæ, & lites. Et dicit Haly Abenrag. in fine iſtius cap. ſeptimi, quòd dominus anni quãdo damnatus fuerit, accident eius damna in terris, & ciuitatibus, quæ fuerint in partitione ſigni, in quo fuerit: & ſi iſte planeta fuerit in aſcendente, erit hoc in terris orientalibus ab iſto ſigno. Et ſi fuerit in domo ſeptima, erit hoc in terris occidentalibus. & ſi fuerit in medio cæli, aut in angulo terræ, erit ſua ſignificatio in oĩbus terris meridionalibus, et ſeptentrionalibus. Et ſi fuerit iſte planeta Mars, erit dãnũ qđ accidet in iſto climate ꝑ ignes, & combuſtiones: & ſimiliter erit, ſi planeta damnatus fuerit in ſigno igneo. Hæc Haly Abenrag. ibidem. Et dicit Meſſahalla in libro ſuo de reuolutionibus annorum mundi capitulo ſecundo, quod cũ fuerint planetæ iuncti domino anni, & commiſerint luminaria diſpoſitionem domino aſcendentis, aut vnum eorum, non erit tibi neceſſe aſpicere cum hoc aliud, quia ipſe eſt dominus domus anni abſque dubio, aſpicieſque ruſticis, & eſſe eorum ex domino anni, & loco eius, & aſpectu planetarũ ad eum. Et aſpicies regi climatis ex domino medij cæli & à Sole et ab vtriſque, et ex coniunctione planetarum cum eis, et eliges ex Sole, & ex domino medij cæli fortiorem ſecundum fortitudinem locorum, & pones electum ſignificatorem regis. Hæc Meſſahalla. Et dicit Albumaſar in libro experimentorum in principio, quod dominus anni eſt dominus aſcendentis: et ſcitur eſſe regis et ex Saturno et Sole et medio cæli, et domino eius: militum vero et auxiliatorum regis ex vndecima: auxiliatorum vulgi ex ſecunda: eſſe quoque vniuſcuiuſque gentis ex natura domorum ſuarum, ex circulo, et ex ſubſtantiis ſeptima planetarum. Et dicit Albuma. quod aſpicitur regi ex medio cæli, et domino eius et à Sole, et domino exaltationis medij cæli, et à planetis exiſtentibus in eo, et aſpicitur loco regis ex loco Solis in medio cæli et aſpectu fortunarum, et malorum ad hoc, et dominus partis regis collocabitur cum eis: quòd ſi fuerit medium cæli domus Solis, et Sol in cuſpide ſuo nõ remotus neque cadens, ipſe erit ſignificator regis. Et ſimiliter cum fuerit in medio cæli receptus à Marte, et Leo ſimiliter in medio cæli, quia aſcendens erit tunc Scorpio. Et cum fuerit medium cæli ſignum exaltationis Solis, et Sol in cuſpide ſuo, et Mars cadens ab eo, ipſe erit ſignificator regis. Et ſi aſpexerit Martem erit particeps in ſignificatione eius. Si autem fuerit Mars fortis in loco ſuo et bonum fuerit eſſe ſuum: Solque cõiunctus fuerit ei, erit Mars ſignificator regis: et eo dignius ſi fuerit in Capricorno: et Sol fuerit ei coniunctus in medio cæli, aut in angulo aſcendente, proiecerítque radios ſuos, Sol erit dignior ſignificatione. Et ſimiliter cum fuerit Sol in angulo medij cæli vel in cæteris locis, aſpicientibus medium cælum, et ſi fuerit in medio cæli, erit dignior in ſignificatore regis. Si autem fuerit medium cælum ſignum domini anni, aut ſignum exaltationis ſuæ, et aſpexerit eum dominus anni erit ſignificator regis.

Similiter ſi commiſerit dominus medij cæli aut dominus exaltationis eius diſpoſitionem et fortitudinem

Digitized by Google

tudinem ſuam domino anni, aut fuerit dominus medij cæli in domo domini anni receptus ab eo, erit ſignificator ruſticorum, quia domin' anni eſt ſignificator regis: et ſi fuerit Sol dominus anni, et fuerit ei in medio cæli teſtimonium, aut fuerit dominus medij cæli ſub radiis, aut iam tranſierit cõbuſtionem, ſed nondum apparuerit Sol erit in ſignificatione dignior ſuper eſſe regis in eodem climate. Et ſi commiſerit Sol diſpoſitionem domini aſcendentis, & fuerit dominus aſcendẽtis aliquod teſtim onium in medio cæli, erit dominus aſcendentis ſignificator regis. Et ſi fuerit medium cælũ aliqua domorum Saturni, aut ſignum exaltationis ſuæ, & fuerit in cuſpide ſua liber à combuſtione, Saturnus erit ſignificator regis. Et ſi non fuerit Sol in medio cæli teſtimoniũ, aſpice dominũ medij cæli, & dominum exaltationis ſuæ, quiſquis eorum fuerit fortior, & plus teſtimonio & melioris eſſe, & plus collectione, aut receptione luminum planetarum, & melioris caſus ex medio cæli erit ſignificator regis: quòd ſi ceciderit dominus medij cæli & dominus exaltationis ſuæ, & Sol ab aſpectibus eſſe eorum erit malum. Et ſi fuerit in medio cæli planeta, cui ſit per triplicitatem vel per terminum vel per faciem aliquod teſtimonium, & iunctus fuerit aliquis iſtorum trium ei, iſte planeta in medio cæli eſt ſignificator regis. Si autem hoc non fuerit, & ceciderint ſignificatores iã indigebit ſignificator planeta aſpiciente eum ex medio cæli, nec reddat lumen ſuum ad medium cælum, cõfortabitque eum ſuper diſpoſitionem, aut indigebit planeta, qui ſit in aſcendente, quod reddat lumen eius per aſpectum ſuum ad aſcendens, quod ſi contigerit domino anni vt ſit ſignificator regis. Sin autem aſpice dominum medij cæli, & Solẽ, quia ipſi ſunt ſignificatores. Et ſi fuerit Sol dominus aſcendentis, & medium cæli Taurus: fueritque Venus ſub radiis Solis, Sol erit ſignificator regis, quia dominus medij cæli eſt ſub radiis eius. Si autem fuerit Venus egreſſa de ſub radiis, & in lumine ſuo ipſa eſt dignior ſignificatione, quia erit in aſcendente, aut in domo, ex qua aſpiciat aſcendens: & eo melius, ſi fuerit in domo ſua, vel in exaltatione ſua. Cũ fuerit Venus in fine anguli, & pulſauerit fortitudinem ſuam Soli, Sol erit ſignificator regis, non erit dominus anni ſignificator regis, niſi committat diſpoſitionem domino anni ſignificator regis, cum planeta fuerit in fine alligationis ſuæ, & occurrerit gradui exaltationis ſuæ, erit in loco fortitudinis & teſtimonij. Et aſpice ciuibus regni ex domino domus aſcendentis, & domino anni ab inuicem in complexione. Aſpicies mercatoribus à domino anni, & aſcendente ac domino eius & Luna, & magnatibus ex domino anni, & diſpoſitore, & diuitibus ex ſignificatore eorum, & in omni climate, Et cum fuerit reuolutio anni in qua reuolutione erit ſignificator fortior planetis, & plus teſtimonio in medio cæli, & non impeditus erit rex eiuſdem regionis exaltatus ſuper reges, & diuites, & bonum erit eſſe ſuum. Hæc Albu. ibidem.

Et dicit Meſſahalla in libro de reuolutionibus annorum mundi vbi ſupra, quòd cum ſcieris ſignificatorem regis, non te latebit eſſe illius cum ſuis ruſticis ex bono & ex malo, & quicquid inueniet cum in eodem anno ex deſtructione, & abũdantia ſeu penuria, nutu Dei de omni illius imperij ſui, id eſt de ruſticis ſuis, & de ſubſtantia ſua: de filiis quoque, mulieribus, & deſideriis, de ſanitate & in firmitate eius, & de peregrinatione, & de fortitudine ac debilitate eius & de morte.

Cumque ſcieris dominum anni, & ſignificatorem regis eiuſdem regni, aſpice quis eum aſpicit, & qualis ſit fortitudo aſpicientis eum, & vtrum ſit in lumine vel alterius, & vtrum neceſſe ſit, vt aſpiciat eorum loco, qui fortaſſis erit dominus anni fortis, & non indigens, & fortaſſis erit debilis, & indigens, & exponam tibi, qualiter erit hoc.

Cum fuerit dominus anni cadens ab aſcendẽte, & non aſpiciens aſcendens in ſexto, vel in octauo, & ſecundo vel duodecimo, tunc indiget: & ideo accidit ei debilitas, quia cecidit in locum remotũ, ideoque indiget planeta, cui iungatur, & qui reddat lumen ſuum ad medium cælum, & confortet eum, qui planeta cum fuerit pluris teſtimonij, fueritque dominus anni, & fuerit in octaua, tunc indiget planeta, qui aſpiciat eum ex medio cæli. Et omnis planeta qui non aſpicit aſcendens, & aſpicit medium cælum ex trino vel ſextili aſpectu, fortificatur, niſi qui fuerit in tertia, quia tunc debilitatur & non aſpicit. Et ſi planeta qui ex medio cæli aſpicit, fuerit fortunatus, & fuerit domin' domus domini anni cui iũcta ſint teſtimonia, & ꝓpriè domin' anni iũctus ſit ei, recipiet diſpoſitionẽ anni, & eius ſignificationem, & erit dominus anni: poſt hoc aſpice eum, qui aſpicit dominum anni, & prænuncia quid ſignificet ſecundum qualitatem loci eius ex bono vel malo ſi fuerit fortis, forte: & ſi fuerit debilis, debile, Et ſcito quod aſpectus oppoſitionis inimicitiam & cõtentionem ſignificat, & quartus ſimiliter tertius vel ſextilis aſpect' amicitiam.

Cum aſpexerint mali ſignificatorem anni, vel ſignificatorem regis ex oppoſitione, erit ipſum impedimentum ex inimicis.

Et ſi aſpexerit ex quarto aſpectu, erit in quibuſdam qui putantur pacifici, quorum inimicitia prius latebat.

Et ſi fuerit ex trino vel ſextili aſpectu, erit ex amicis.

Poſt hoc aſpice vtrum ingrediatur ipſum impedimentum ſuper regem, aut ſuper ruſticos, quod ſi intrauerit ſuper regem, aſpice ſi auxilietur ei ruſtici, aut non.

Si verò intrauerit ſuper ruſticos, vide vtrum auxilietur eis rex, aut non.

Poſt hoc aſpice ipſam domum, in qua fuerit malus, ſi ſignificator regis vel dominus anni habuerit in ea aliquod teſtimonium, erit inimicitia ex eius climate ſecundum quantitatem ſui teſtimonij.

Aſpice etiam, ſi fortè dominus anni præerit, & ſignificator regis non præerit, quia ſi ita fuerit, erit inimicus in eodem climate, ſed debilitabitur rex, & introducetur loco eius alter. Si verò ſignificator regis præfuerit, & dominus anni non præfuerit, non erit inimicus ex eius climate, nec ex eius regno, ſed rex introducet eos in dominationem ſuã, & ſubiugabit eos.

Cum verò perfeceris hoc, aſpice locum mali ex quali parte ſint, quia ipſa diſtrictio ex eadem parte erit



Digitized by Google

erit ex ciuitate, vel ex climate eiuſdem ſigni. Scitur autem ætas ducis, & principis ex loco maiori à Sole, quia ſi fuerit orientalis, erit iuuenis, & ſi occidentalis, erit ſenex, & prænuncia hoc, quod eſt inter eos, ſecundum quod fuerit locus planetæ à cõiunctione vſque in cõbuſtionem eius. Malus cum fuerit in medio cæli, & impedierit dominum anni, intrabit hoc ſuper homines omnes. Et ſi fuerit in oriente, erit malum ex parte orientis, & ſi fuerit in occidente, erit ex parte occidentis. Similiter erit in ſeptentrione & meridie. Et ſcito quod nihil eſt deterius in eſſe ciuium terræ, & ciuitatis quæ eſt eiuſdem ſigni in quo fuerit malus, quàm vt ſit retrogradus in reuolutione anni. Et eo fortius ſi fuerit malus in angulo. Poſt hoc aſpice malum qui aſpicit dominum anni, aut ſignificatorem regis, quia ſi aſpexerit ab aſcendente, ſignificat quod impedimentum ſit in corpore. Si verò fuerit in ſecũda, erit ex parte ſubſtantiæ. Et ſi fuerit in tertia, erit ex parte fratrum. & ſi in quarta, erit ex parte patrum, & hæreditatum. & ſi in quinta, ex parte filiorum, & ciuiũ. Et ſi in ſexta, ex parte infirmitatũ: in ſeptima, ex bello & contentione. In octaua, ex morte: & ſi fuerit malus in ſigno communi, timebitur ſuper regem, ſi eius ſignificator aſpexerit eũ, & ſi dominus anni non fuerit ſignificator regis, timebitur ſuper ruſticos, & erit in eis mortalitas. Et ſi fuerit malus in nona, erit impedimentum ex parte peregrinatiõis. Et ſi in decima ex parte regis, & eius dominationis. Et ſi in vndecima, ex parte inimicorum. Poſt hoc aſpice dominum anni in cuius domo recipit alium, & in quali termino vel quali exaltatione vel triplicitate. Deinde aſpice qualis ſit locus ex his, quæ dixi, quia cum aſpexerit, & receperit eum, erit fortius. Poſt hoc aſpice ſignum in quo fuerit ſignificator anni, cuius ſit climatis, vel ciuitatis, quia dominus eiuſdem climatis erit fortior, & plus adeptionis præ cæteris climatibus.

Deinde pone vniuſcuiuſque climatis planetam, ne te lateat, quid eueniat regi climatis. Et ſcito quòd fortior ex regibus eſt ille, cuius clima vel ciuitas fuerit domini anni.

Deinde aſpice quis ſequitur ſucceſsione, & omnis qui natus fuerit ſub eodem ſigno in terra, vel ſub ſigno domini anni, habilis erit ad bonum, & in eo erit fiducia, niſi ſit impeditus. Et cum hoc feceris, aſpice, quis pacificabitur vel inimicatur ex locis planetarum, & eorum aſpectibus, & ex domibus à quibus aſpiciunt. Et dicit, quod planeta qui ſub radiis eſt ſimilis eſt patienti. Cum enim ingreditur ſub radiis, recedit fortitudo eius: & cum exierit de ſub radiis, ſignificat augmentum & profectũ. Et non eſt planeta qui fruatur fortuna, vel infortuna velocior Luna & Mercurio, & hoc fit propter multitudinem diuerſitatis & combuſtionis eorũ: quia planeta cum abundauerit eius combuſtio, ſignificat malum, & maximè opus planeta inferior Sole in ſuo orbe. Cum fuerit Venus planeta dominus anni, & ſignificator regis, aſpexeritque eum aliquis malorum, tunc eſſe anni, & regis hoc modo erit deterius, quàm poterit fieri. Et Sol cum fuerit in radiis & in reuolutione diurna planeta diurnus, & in reuolutione nocturna planeta nocturnus, ſignificat regem, quia recipit tunc fortitudinem planetarum. Et ſi fuerit dominus domus aſcendentis ſub radiis, eſt dignius anno, & aſpice loca luminarium, & aſpectus dominorum domorum ſuarum ad ea, & aſpectus eorum adinuicem.

Aſpice quoque ſi ſit aſpectui eorum fortitudo, quia eo fortior per aſpectũ erit planeta, cum aſpexerit ex domo ſua vel exaltatione vel triplicitate, aut termino ſuo, vel ex loco fortitudinis, vel fuerit dominus partis fortunæ, & fuerit cum hoc orientalis vel directus, tunc enim erit fortior quàm poterit eſſe.

Aſpice quoque partem fortunæ & dominum eius, & loca eorum ex ſignis, quia hæc confortant dominum anni, & regis ſignificatorem: quia ſi fuerint impediti, aſpice eos & loca eorum ex ſignis, quia pars fortunæ eſt fortitudo luminarium, quia ſi non fuerint apti in loco fortunæ, ſignificant detrimentum, & amiſsionem ſecundum ſubſtantiam ſignorum, in quibus fuerint.

Poſt hoc aſpice dominũ anni, cui iungatur, quia ex parte erit fiducialis timor.

Aſpice quoque ſi fuerit ſignificator regis dominus anni, & exponam tibi qualiter fuerit hoc, vt, ſcilicet dominus anni habens teſtimonium in medio cæli, aut fuerit dominus exaltationis medij cæli, aut dominus medij cæli commiſerit ei diſpoſitionem, atque fortitudinem ſuam, vel fuerit dominus medij cæli in domo ſua, aſpiciens eum, erit dominus anni ſignificator regis. Et cum hoc ſciueris in reuolutione anni, ſcito ſignificatorem regis ex domino anni, & ſcito eſſe illius de eſſe ruſticorũ. Et ſi fuerit Sol dominus anni, aſpice dominum medij cæli, ſi fuerit ſub radiis ingrediens combuſtionem, & ſignificat hoc mortem regis, & ſi iam exiuit de combuſtione, & nondum apparet Sol, erit dignior iſto in ſignificatione regis.

Poſt hoc aſpice cui iungitur ſignificator regis, quia cum coniungitur domino anni, cõmittit rem ſuam ruſticis. Et ſi ſeparatus fuerit à domino anni, & iunctus fuerit malo vel planetæ inimicanti aſcendente, impedimentum mittet.

Et ſi iunctus fuerit ſignificator regis alicui planetæ in octaua vel ſexta, in oppoſitione vel quarto aſpectu, timebitur ſuper regem eodem anno mors, & eo fortius, ſi iunctus fuerit malis.

Et timebitur ſuper eum infirmitas ſi iũctus fuerit planetæ in tertia vel in ſexta aut dominis eorũ.

Similiter aſpice omne eſſe illius hoc modo, & hoc ſi dominus medij cæli commiſerit diſpoſitionem ſuam domino anni.

Si verò non cõmiſerit dominus medij cæli, erit dignior hoc quod dixi.

Aſpice etiam regioni in duodecima locis ex diſtrictione, & abundantia, & ex timore & triſtitia.

Et aſpice ſimiliter vniuerſis regibus, & regionibus climatum mundi.

Poſt hoc aſpice quid ſit dominus domus domini anni, quia ſi aſpexerit eum & receperit, inueniet eos gaudium & ſecuritas.

Et ſi non aſpexerit, inueniet eos timor, & diſtrictio: quòd ſi commiſerit dominus anni diſpoſitionem ſuam ſignificatori regis, non mittet ſuper eos deſtructionem propter acquiſitionem ſubſtantiæ aſpectus, cum quo fuerit eius cõmiſsio ex quarto, ſcilicet

Digitized by Google

transponitur.



ſcilicet aſpectu vel oppoſitione. Si vero ex trino vel ſextili aſpectu, ſignificat redditionem cenſus abſque diſtrictione ſuper ruſticos. Et ſi commiſerit diſpoſitionem abſque aſpectu, erit hoc abſque ſcientia regis. Et ſi aſpexerit dominum domus eius extrahet rex eodem anno ſubſtantias. Et ſi non aſpexerit extrahent ſubſtantiam abſque mala voluntate ſua. Poſt hæc aſpice ſubſtantiam regis, ſi fuerit ſignificator regis dominus medij cæli ex 11. Et ſi fuerit dominus anni ſignificator regis ex 2. Et eſſe militum erga regem ex domino ſigni, in quo fuerit, & ex domino termini vel faciei, & auxiliare te in hoc per partẽ fortunæ, & eius dominos, quia ſi aſpexerit eam ſignificator regis, aut fuerit cum ea, ſignificat fortunam regis. Similiter aſpice ruſticos ex dominis ſuis potentibus, & nobilibus ex domino anni, & cum hoc feceris, non latebit eſſe eorum in 10. anno, & quid eueniet eis ex bono vel malo quali modo, & quali cauſa erit. Poſt hoc aſpice dominũ anni, & ſignificatorem regis, ſi fuerint retrogradi, ſignificant amiſsionem & debilitatem regis, & ciuium eius regni. Si verò fuerint ambo retrogradi, aut vnus eorum, aſpice in cuius termino ſit retrogradus, vtrũ ſcilicet ſit in termino fortunæ vel mali, & ſimiliter de domo. Quod ſi fuerit planeta retrogradus in domo fortunæ, erit melius quàm in domo mali: retrogradatio autem ſignificatoris regis ſignificat debilitatem regis, & retrogradatio domini anni ſignificat debilitatem iſtius dominationis. Poſt hoc aſpice bellum ex parte, qua fuerit Mars. Nam ſi fuerit directus, erit ex hominibus ſtudioſis. Et ſi fuerit retrogradus, erit cũ latronibus, qui non quieſcunt in vno loco. Saturnus ſignificat deſtructionem ciuium plagæ, in quà fuerit eius dominium ſecundum ſubſtantiam ſigni in quo fuerit, & loci eius ex domibus circuli. Cũque fuerit retrogradus quemadmodum dixi de Marte, & erit hoc grauius ex coniunctione.

Et ſi coniunctus fuerit domino anni, erit grauius regi ex terris quibus fuerit eius dominium.

Poſt hoc aſpice ad oppoſitionem, & victoriam ex fortiori planetarum, quià ipſe ſignificat multitudinem militum, & eorum fortitudinem, & aſpicias teſtimonium planetarum, & fortitudinem earum in locis ſuis.

Poſt hoc aſpice celeritatem victoriæ & eius tarditatem ex Ioue & Saturno, & teſtimonio coniunctionis eorum & eſſe profectionis eorum in radice ſecundum curſum circuli in animalibus, in quibus fit coniunctio media, quæ mutatur à triplicitate in triplicitatem, & altera minor, quæ fit à profectione eorum in radice mutatio ſectarum, & regnorum ex coniunctione Saturni & Iouis mutatione coniunctionis eorum à triplicitate in triplicitatem.

Aſpice etiam præſentiam planetarum trium, qui ſunt ſuper Solem, & eorum locum ex ſignis fixis & mobilibus, atque communibus, & miſce ſignificationem eorum locorum ex ſignis fixis, & mobilibus atque communibus, & miſce ſignificationem eorum, & cum fuerint duo mali coniuncti in ſigno communi ſiue in ſigno imaginis hominum, in reuolutione anni, fueritque alter malus retrogradus, & iunctus fuerit ex cõiunctione, vel quarto aſpectu, vel ex eius oppoſitione, erit mors in hominibus ex bello vel interfectione. Et ſi fuerit hoc in fixis vel mobilibus, erit ſecundum quòd ſignificat fortior malorum in ſuis locis: hæc Meſſahalla in iſto cap. 2. libri ſui de reuolutionibus annorum Deinde in ſequenti capit. in 9. vbi ſi determinat detinendum in anno. Dicit enim Meſſahalla, cum volueris reuoluere rerum annos in quibus timendum eſt, aſpice vtrum ſit in eodem anno coniunctio Saturni & Iouis, quæ ſi fuerit, malum erit maius, & ſi non fuerit, erit leuius.

Similiter dominus anni aut ſignificator regis cum tranſierit per planetam tardum, & malum in angulo, timebitur tũc ex ſignificatione eius, & deſtructione, & morte: aſpice etiam malos, vtrum ſint in ſignis diurnis vel nocturnis, quia Saturnus in ſigno diurno, & maſculino minus impedit, & Mars in ſigno fœminino, & in loco noctis.

Poſt hoc aſpice vtrum ſint recepti in locis eorum, vel non, quia ſi fuerint recepti, eſt minus eorum impedimẽtum, & ſi ſignificauerint interfectionem, erunt vulnera, & non erũt interfectiones niſi modica, & miſcebuntur homines inuicem.

Et ſcito, quòd caput Draconis congruit fortunis, & cauda auxiliatur malis: aſpice itaque coniunctionem capitis, & Saturni, quia ſignificat malum ſecundum ſubſtantiam ſigni, in quo iunguntur. Et aſpice in quarto aſpectu mali, & caudæ, & coniunctionem eorum, & ſignificãt forte bellum, & famem & multitudinem timoris, & magnum frigus, & multum malum.

Et ſcito quòd planeta tardior bellum ſignificat. Et retrogradus ſignificat fugam, directuſque ſignificat pacem, & maximè ſi aſpexerit cum fortuna de medio cæli. Et ſi dominus domus eius aſpexerit planetam, aut dominus termini, ſeu dominus exaltationis ſuæ, tunc ſignificat multitudinem auxiliatorum ex propinquis, & cæteris ſecundum quantitatem eius, quod dixi tibi. Aſpice etiam eſſe domini exercitus ex planetis, à quibus accipitur ſignificatio, quia cum fuerit in domo ſua, erit ex domeſticis regni, & notus erit, & ſi fuerit in exaltatione ſua, erit ex nobilibus, & vtilis regno, & ſi fuerit in triplicitate ſua, erit infra hoc, quod dixi, ſed erit notus, & ſi non fuerit aliquid ex his, non erit notus nec generoſus, & forte dicetur de eo, quòd erit natus ex fornicatione.

Cum in reuolutione anni ingreditur ſignificationem anni combuſtionem, morietur rex eiuſdem regni vel princeps.

Et ſi fuerit in ſummitate radiorum, intrabit ſuper eum mœror & triſtitia, & ſi non aſpexerit eſt fortuna, quia tunc euadet, & ſi iam tranſierit combuſtionem, intrabit ſuper eum ira, & contentio, & poſtea ſoluetur, ab his meliorabitur eſſe eius, niſi aſpiciat eũ malus, quia tunc ſignificabit prolongationem eorum, deſtructionem, & timebitur ei ſecũdũ naturã ſigni in quo fuerit infirmitas, vel mors. aſpice igitur horam iſtius ſignificationis ex tẽpore coniunctionis ſignificatorum, & mali. Et ſimiliter malus cum aſpexerit ſignificationẽ regis ex quarto aſpectu ex coniũctione aut ex oppoſitione, timebitur ſuper eũ cũ fuerit, ꝙ dixi in angulo & tẽpꝰ iſtiꝰ erit in cõbuſtione ſignificatorum, vt ad mediũ cæli vel vt aſcẽdẽs, vbi auxilietur ei fortuna ꝑ aſpectũ, & ſi idẽ malꝰ quicũq; fuerit iſte, erit ſignificator re

gis, intrabit diſtrictio inter homines ex parte regis, & eo fortius, ſi fuerit in angulo, tunc enim ſignificat, quòd non defatigabitur ex diſtrictione eorum. Et ſi fuerit in medio cæli in eo quod dixi tibi, deſtructio erit ex quibuſdam alienis, & erit hoc in loco mali, quia ſi fuerit in oriente, erit in orientales: & ſi fuerit in occidente, ſimiliter, & ſi fuerit in medio cæli, erit vniuerſale cæteris hominibus, & maximè in partibus bruena, id eſt, vrſæ maioris, ſcilicet in parte ſeptentrionali. Et ſi fuerit in angulo terrę, erit in parte orientis, & nigrorum, & ſimiliter ſcrutare fortunas, & partes, in quibus fuerint fortunæ, & vbi ſint fortunæ retrogradæ, & in locis malis, & in deſcenſionibus ſuis vel in oppoſitionibus domorum ſuarum, quia hæc loca ſunt inimicitiæ fortunarum, & debilitantur in eis, & aſpice planetam, quia ſignificator eſt rerum, & eſſe eius in prouincia ſecundum hoc, & ſecundum planetarum profectionem per ſingulos dies ex penuria vel abundantia de bono vel malo ex diſtrictione. Poſt hoc aſpice in receptione luminis, & in pulſatione eius, qui ſignificat quid eueniet ruſticis. Et ſi interrogatus fueris de bello, vtrum ſit, & quis eorum vincet, aſpice ei, cui volueris aſpicere, quale ſit eſſe eius in eodem anno, & qualiter aſpicit ſignificator regis, & dominus anni eum, qui ſi fuerit in loco fortis, & nō aſpexerit cū ſignificator regis, & aſpexerit eum dominus ſuper domum interrogationis, erit rex grauis, & non auxiliabitur ei rex, ſed erunt auxiliatores ex domeſticis regis, præſtabitur auxilium regis erga eum ſecūdum aſpectum ex fortitudine & debilitate. Et ſi fuerit de natura inimici, dic eum mutari ab eo. Et ſi fuerit in natura pacificandi, iudica ſecundum quòd videris. Et ſcito rationabiliter ex inimicis eius ſicut prædixerint in cap. reuolutionis, quouſque non dimittas deſtructionem, neque adaptationem, quando aſpicias in ea, & videas cum hoc auxilium planetarum erga eum, ſecundum ſubſtantiam domorum per longitudinem ac breuitatem eorum domorum. Et ſcito, quòd planeta qui fuerit ſub radiis, impedit ciues eiuſdem ciuitatis, & deſtruit eſſe eorum, & fatentur ſe ſubiugari, & eo fortius, ſi fuerit dominus reuolutionis in angulo aut aſpexerit eum malus, quia ſi fuerit quemadmodum dixi tibi, ſcilicet de ſub radiis, & fuerit in fine ſigni in quo eſt, & aſpexerit eum malus ante ſe, & alter malus poſt ſe, patietur eius clima ſecundum quantitatem aſpectus mali. Si enim fuerit coniunctio in vno ſigno, peribit vniuerſitas eorum, & ſi fuerit oppoſito, medietas. Si vero fuerit ex quarto aſpectu, quarta pars eorum peribit. Si autem præceſſerit Saturnus, & Mars fuerit poſt eum, captiuabuntur, & non interficientur ex eis niſi pauci. Si vero Mars præceſſerit, & fuerit Saturnus poſt eum, interficietur vniuerſitas eorum. Poſt hoc aſpice malum, qui aſpicit ſignificatorem regis. Si enim aſpexerit eū ex ſigno, in quo fuerit regi teſtimonium, erit inimicus ex terra eius ſecundum quantitatem teſtimonij, hoc eſt ſi aſpexerit eum ex domo ſignificatoris regis, erit ex domeſticis ſuis: & ſi aſpexerit eum ab exaltatione ſua, erit ex nobilibus, de his videlicet, qui fuerint ei ſimiles, & eiuſdem ordinis. Triplicitas vero & terminus ſignificat ciues dominationis eius, & trinus vel ſextilis aſpectus ſignificat propinquos, & oppoſitus ſignificat inimicos. Et primus quartus aſpectus ſignificat dominum, & patrem, quartus vero aſpectus ſecundus ſignificat generoſos, & nobiles, & ſimiles de his, qui apti ſunt regno. In coniunctione vero aſpice ad ſignum de quo diximus, quòd ſi fuerit ei teſtimonium, erit ex propinquis de his, qui cum eo nutriti ſunt. Et ſi nō fuerit eis teſtimonium, erit eorum progenies vna. Poſt hoc aſpice loca luminarium, & fortitudinem eorum, & ſeparationem eorum adinuicem, atque coniunctionem, quibus ſcilicet cōiungitur, & quali modo ſeparantur: quia ſextilis & trinus aſpectus debilis eſt, coniunctio verò & oppoſitio eſt fortis. Et ſcito, quòd Sol ſignificat regem, Luna vniuerſitatem vulgi, Iupiter nobiles, Mars bellatores, Saturnus religioſos fidei, Venus mulieres, Mercurius ſignificat negotiatores & pueros. Aſpice ergo cum fuerit aliquis ſignificator illorum, vtrum ſit ei pars in eodem anno intrabit ſuper hoc quod dixi deſtructio, & detrimentum, & pars illius eſt vt ſit in aſcendente, aut in medio cęli per gradum ſuum, & præter Venerem & Lunam, quia iſtæ cum fuerint in domibus ſuis in occidente, aut in angulo terræ, ſignificant impedimentum forte, & Mars etiam ſimiliter ſi eſt infra eas Iupiter aut Saturnus ac Sol, eo fortius erit eſſe eorum, vt ſit in domibus eorum, aſcendens & medium cælum, omnis planeta maſculinus in oriēte erit fortior, & ſimiliter domus eius, & ſimiliter cum fuerit orientalis. Et planetæ fœminei in occidente fortiores erunt, & eo melius illis erit, ſi fuerint meridiani, & ſimiliter domus eorum: hæc Meſſahalla vbi ſupra in iſto cap. 3.

Et vbi ſupra in cap. 9. in quo, ſcilicet determinat de peregrinatione regis, dicit Meſſahalla, quòd cū fuerit Sol dominus aſcendentis in reuolutione anni, & fuerit Venus ſub radiis eius, ipſe erit ſignificator regis, aſpice tunc eſſe regis per locum eius ex malis, & infortunis, & ex fortitudine eius in loco ſuo & aſpectu dominorum domorum ad eum, & ſecundum quod expoſui tibi ex teſtimoniis eorum, & aſpectibus, donec expleat 12. ſigna. Aſpice igitur qui planetarum fuerit in optimo loco, & quis eorum ſit impeditus, & quis combuſtus, vel quis remotus ab angulo, & à domo, & pronuncia à malis fortitudinem mali. Si verò fuerit ſeptētrionalis in latitudine ſua, vel commiſerit diſpoſitionem ſuam à malo ſeptētrionali, ex oppoſitione aut ex coniunctione, vel quarto aſpectu, aut trino, vel ſextili, non te latebit ſignificatio eius, & ſimiliter ſi commiſerit malus diſpoſitionem ſuam planetæ in ſexto, ſignificat infirmitatem, in octauo mortem, in 12. vinctionem & anguſtiam, & oppoſitionē, atque inimicitiā. Si vero Venus fuerit egreſſa de ſub radijs Solis, & fuerit in ſuo lumine, ipſa dignior eſt ſignificatore regis, & eo melius, ſi fuerit in domo ſua. Cum ergo ſciueris ſignificatorem regis & nobilium & ruſticorum, aſpice poſtmodum quid ſit de eſſe regis in eodem anno, vtrum ſcilicet liberabitur vel non, & quale erit eius eſſe cum ruſticis, & ſi erit ei peregrinatio longa vel propinqua, aut ſi erit ei bellum aut quid erit de re eius. Aſpicies enim hoc ex domino domus peregrinationis hora reuolutionis, qui ſi fuerit directus, & receptus in loco ſuo, ibit ſpaciatum & vagando. Et ſi fuerit tardus, & in ſignificatione ſua, ſignificat tarditatem in

Digitized by Google

in peregrinatione ſua . Et ſi fuerit retrogradus, abſque receptione, ſignificat detrimentum, & impedimentum in peregrinatione ſua, & non proficiet, & ſi fuerit receptus, & retrogradus, exibit & reuertetur cito. Poſt hoc aſpice ad dominum peregrinationis. Si fuerit dominus eius aſpiciens dominum eius ex quarto aſpectu vel oppoſitione, tūc ibit ad prælium inimici, & ſi aſpexerit ex trino vel ſextili, ibit ad aptationem & pacē. Poſt hoc aſpice in ſaluatione ſua, & in peregrinatione, & eſſe corporis ſui ab eius ſignificatione, qui ſi fuerit liber à malis, & non fuerit dominus domus peregrinationis in domo infirmitatis, aut in loco impedientis, ſaluabitur in peregrinatione ſua. Et ſi fuerit ſignificator eius liber à malis, & dominus domus peregrinationis fuerit in domo infirmitatis, aut in loco impedientis, ſignificat diſtrictionem, & mœrorem, atque infirmitatem ſecundum qualitatem ſubſtantiæ ſigni. Et ſi fuerit dominus domus peregrinationis liber à malis, & erit ſignificator impeditus, accidet illi ex deſtructione vel infirmitate, ꝙ metuebat. Poſt hoc aſpice dominum de annis peregrinationis, ſi fuerit in ſecundo, exibit ad congregandum ſubſtantiam. Et ſi fuerit in tertio, exibit ad contentionem belli. Et ſi in quarto, erit peregrinatio mala, & timebitur ſuper eam eodem anno. Et ſi aſpexerit eum malus ex quarto, vel oppoſitione, aut coniunctione, erit grauius rei eius, quod timebitur ſuper eum eodem anno, & ſi aſpexerit eum malus ex quarto, vel oppoſitione, aut cō iunctione, erit grauius rei eius quod timebitur ſuper eum. Et ſi fuerit ſignificator eius hora reuolutionis in aſcendente ſignificat tranquillitatem, & non peregrinabitur. Si vero fuerit remotus ab aſcendente, & alter planeta cum eo non remotus, aſpice quis ſit ipſe planeta, quia ſi fuit ſignificator inimicus, exibit ſuper regem, & inquietabit regnū eius. Et ſi fuerit amicus, tradet regnum viro, cuius ſignificator fuerit iſte planeta, & ſi fuerit ſignificator regis in 2. ab aſcendente, in eodē anno queret ſubſtantiam, & ſi fuerit malus cum eo vel aſpexerit eum ex 4. vel oppoſitione vel coniunctione diſperget ſubſtantiam ſuam, & extrahet theſauros ſuos. Et ſi fuerit ex 3. multiplicabitur equitatio, & deſiderabit peregrinationē. Et ſi fuerit in 4. nō peregrinabitur ſed deſiderabit quietē. Et ſi fuerit in 5. habebit filiū & deſiderabit eū. Et ſi fuerit in 6. accidet ei infirmitas. & ſi fuerit in 7. multiplicabitur eius coitus. Et ſi fuerit in 8. timebitur mors ſuper eum. Et ſi fuerit in 9. peregrinabitur, & ſi fuerit in 10. confortabitur in ſuo regno. Et ſcitur hoc de eſſe ſuo in directione ſua, & ſtatione, quia directio ſignificat aptationem, & retrogradatio detrimentum, & ſtatio eius prima eſt ſicut retrogradatio, & ſtatio eius ſecunda eſt ſicut directio. Et ſi fuerit in 11. ſignificat aptationem, & dilectionem, & pietatem. Et ſi fuerit in 12. ſignificat inquiſitionem inimicorum ſuorum, & cauſam eius in hoc.

Et ſi aſpexerit tunc dominum domus eius, adipiſcetur eos.

Et ſimiliter dicit, cum commiſerit ſignificator regis diſpoſitionem ſuam planetæ in 9. vel in 3. ſignificat peregrinationem, & ſi fuerit ſignificator cum domino domus infirmitatis, aut cum domino domus mortis, ſignificat infirmitatem vel mortem.

Et cum fuerit ſignificator regis ſub radiis, aut prope per 13. gradus timebitur ſuper regem hora combuſtionis . Et ſimiliter dominus noni cum fuerit impeditus, & cadens & in loco malo, timebitur ſuper regem peregrinatio ſua. Et ſi combuſtus fuerit dominus aſcendentis in angulo, intrabit impedimentum ſuper homines ex parte regis.

Et ſi fuerit dominus medij cæli Sol, & dominus aſcendentis combuſtus, venient hominibus à rege deſtructiones. Et aſpice regi hora reuolutionis ad Solem, ſi aſpexerit eum Mars, aut iunctus fuerit ei, timebitur ſuper regem interfectio. Et ſi fuerit iunctus Saturno, timebitur ſuper eum anguſtia & venenum. Et ſi combuſtus fuerit in medio cæli dominus anni aſcendentis, timebitur quod dixi modis quibus dixi erit in regimine ſua, in qua eſt, & nō, extra iſtam terram. Et ſi fuerit combuſtio domini medij cæli in angulo terræ, vel in medio cæli, erit quod dixi ab aliquo, qui venit de alia terra, & oppoſitio malorum atque quartus aſpectus grauiorem eorum coniunctionem facit. Et cum fuerit ſignificator regis, & aſpexerit Iouem ex oppoſitione, inimicabitur rex domeſticis eius, & faciet eis malum. Et ſimiliter cum fuerit oppoſitus domino aſcendentis, inimicabitur ruſticis, & impediet eos. Deinde ſcito receptionem planetarum ad inuicem atque proiectionem radiorum ſuorum, & amicitiam & inimicitiam aſcendentis, & domini eius . Et ſi aſpexerit Mars ſignificatorem regis, & fuerit Mars coniunctus lumini Saturni, ſignificat contentionem et effuſionem ſanguinis, ſi fuerit in ſigno igneo, ſignificat iniurias et inimicitias.

Et ſi fuerit dominus anni Mars, et fuerit in ſignis igneis, et fuerit in angulo directus, ſignificat contentionem potentum adinuicem.

Et ſi fuerit retrogradus, erit grauius, et multiplicabuntur latrones, et deſtructiones.

Si vero non fuerit in ſignis igneis extra angulū, et non aſpexerit aſcendens, iniuriabunt homines ſeſe inuicem, et erit hoc grauius ſigno in quo fuerit vel eius quartus aſpectus, vel oppoſitio, et erit impedimentum, quod dixi ſecundum ſubſtantiam eius ſigni, et ſuæ naturæ: hæc Meſſahalla in lib. ſuo de reuolutionibus annorum mundi. Et hæc quæ tibi ſcripſi ad præſens de peregrinatione regis ſecundum Meſſahal. concordāt omnino cum ſententia Albu. in lib. experimentorum de peregrinatione regis. Et dicit Albu. in libro experimentorum in illo capitu. vbi determinat de quartis anni, quòd cum fuerit aptum eſſe ſignificatorum regis, fuerintque liberi à malis, et bona fuerint loca eorum ab aſcendente et à medio cæli, et receperint planetas, et fuerint recepti ab eis, et luminare, cuius fuerit auctoritas, aſpexerit eos, et aſcendens et dominum eius ſigni, fueritque liber à malis, et in loco optimo, ſignificant adaptationem, fortitudinem, et proſperitatem ciuium eiuſdem climatis, et eo dignius, ſi commiſerit luminare, cuius eſt auctoritas, diſpoſitionem domino aſcendentis, et ipſe receperit eum in loco ſuo, quia ſi ita fuerit, humiliabuntur homines diuites partium eiuſdem climatis regi ſuo, et retribuetur vniuerſis quietudo et proſperitas. Et ſi cōmiſerint planetæ diſpoſitionem ſuā domino anni, et receperint eā ex eis, et iūcti fuerint ei, intrabit ſuper ciues eiuſdem climatis gau-



Digitized by Google

dium,& lætitia ex omni parte ſecundum diſpoſitionem ex ſubſtantiis ſignorum,in quibus ſunt planetæ. Si aſpexerint quoque domini domorum luminariorum, aut vnus eorum luminaria ex loco forti, & receperint ea,vel eum,erit in iſto climate ſalus, & quies, & ſecuritas, & retribuetur eis iuſtitia, & bene facere,& non erit inobedientia,neque detrimentum in fide,& dominus anni cum fuerit fortis & boni eſſe,& in termino fortunæ recipientis,& recepti, ſignificat fortitudinem domini partis, quæ eſt eiuſdem ſigni,& proſperitatẽ ciuium, qui ſunt eiuſdem ciuitatis, quæ eſt in diuiſione ſigni domini anni,& erit dominus eiuſdem climatis melioris eſſe & pluris adeptionis, quàm cætera ex climatibus. Et conſtitue cum omni climate planetam, à quo accipitur ſignificatio eſſe regis eius, conſimiliter ſcias quod eueniet diuitibus climatum,& fortior ex diuitibus,& regibus eſt cuius ciuitas vel clima fuerit domini anni per hoc quod ſequitur per ſucceſſionem fortitudinum. Et omnis natiuitas, quæ fuerit ſub eodem ſigno,ſiue ſub ſigno domini anni,erit fiducialiter ad bonum,vel melioris ordinis ac dignitatis erga homines, niſi ſit eius natiuitas in radice impedita. Cum fuerit reuolutio ad occaſum Solis,& receſſionem diei,committit Sol diſpoſitionem Lunę,quia ipſe eſt luminare noctis. Aſpice ergo eum, & ſit locus eius ab aſcendente, quia ſi fuerit apta, vt diſponat, aſpicias dominum domus eius, & aſpectum planetarum ad eum. Et dic ſecundum quòd videris ex fortunis, & malis, & aſpice locum eius ex Saturno, qualis ſit, vtrum recipiat ab eo diſpoſitionem vel committat,& aſpice augmentũ luminis eius,et diminutionẽ.Et aſpice vtrum eueniat eclipſis eodem anno, & id per hoc iudicabis iſto anno. Et ſcito,quòd Mars diſponit, & ſignificat dominos exercituum, & copiam militum,qui ſi fuerit in reuolutione anni fortis in angulo, ſignificat bellum aſcendens, & Luna ſignificat res vniuerſales vulgi anni, & Sol & Saturnus ſignificant reges & diuites, qualẽcunque igitur planetam inueneris fortunatum,dic bonum in ſubſtantia eius. Luna vero eſt clauis horum, quæ ſi fuerit apta,aptabuntur:& ſi impedita,fuerit,impedientur. Et vbi ſupra in capit.de impedimento ſignificatorum regionum,dicit Albu.quòd opus planetarum in climatibus erit ſecundum loca eorum. Cum enim fuerit planeta ſub radiis, debilitantur ciues eius climatis,& deſtruetur eſſe eorũ, & confitebũtur deiectionem ſuam, atque ſubiectionem, & eo grauius,ſi fuerit dominus reuolutionis in angulo, aut aſpexerit eum malus, & ſi fuerit ſub radiis,& aſpexerit eum malus, & poſt hoc ſi fuerit in fine ſigni,in quo eſt, aſpexeritque eum malus ante & retro,hoc eſt,vt ſit malus vel radii eius ante eũ, & alter malus vel radii eius poſt eum, inuenient ciues eiuſdem climatis ex malo ſecundum quantitatem malorum. Et ſi fuerit coniunctio, id eſt, ſi fuerit cum eo in vno ſigno, auferet vniuerſitatem eorum. Et ſi fuerit oppoſitio, auferet partem eorum. Et ſi fuerit ex quarto aſpectu, auferet quartam partem eorum.

Et ſi præceſſerit Saturnus,captiuabuntur,& non interficientur ex eis niſi pauci, & ſi fuerit loco Saturni Mars,interficientur vniuerſi,cum fuerit dominus aſcendentis aut Luna in ſexto vel octauo impeditus,ſignificat infirmitatem,& mortem,quia aſcendens & dominus eius & Luna ſunt diuerſitas vulgi,mali cum aſpexerint ex oppoſitione, & fuerint impediti,erit impedimentum ex inimicis,quia hic aſpectus eſt inimicitiæ.

Et ſi aſpexerit ex quarto aſpectu, erit impedimentum ex hominibus,qui ignorabuntur eſſe inimici,quia hic aſpectus medius eſt, & non publicat inimicitiam. Sed ſi aſpexerit ex trino vel ſextili,erit impedimentum ex parte amicorum.

Et ſi fuerit maioris aſpectus tali figura ex locis ſuis,ad ſignificationem ruſticorum, intrabit impedimentum ſuper ruſticos.

Et ſi fuerit ad ſignificatorem regis, intrabit ſuper regem. Et oportet vt aſpiciatur ad hoc vtri auxilientur, vtrum ruſtici regi, vel rex auxilietur ruſticis, & ſcitur hoc per complexiones, quæ fuerint inter vtraſque ſignificationes, & malos aſpicientes, quia ſi fuerit domus, in qua fuerit malus impediens domum ſignificatorum regis,ac ſignificationis ruſticorum, & ſignificauerit impedimentum,ex inimicis erit inimicus ex climate ſuo ſecũdum quantitatem ſui teſtimonij in eadem domo.

Et ſi ſignificator anni præfuerit,erit inimicus ex eodem climate,& erit rex debilis ad prohibendum & repellendum eum.

Et ſi præfuerit ſignificator regis, & ſignificator ruſticorum non præfuerit,non erit inimicus ex climate,nec ex ſua dominatione. Significator autem regis eſt dominus anni, & ſignificator ruſticorum & dominus & Luna eſt ſignificatrix vniuerſitatis vulgi,& non præeſt.omnis enim qui præeſt, erit ſignificator nõ autem omnis ſignificator præeſt:hæc Albu.ibidem.

Et nota quòd omnes has regulas vniuerſales quas ponit Albu. iam recitaui tibi ſententialiter ſecundum dicta Meſſahal.in lib.de reuolutionibus annorum mundi,& ſic multo plures quas tibi ſcripſi in duabus diſtinctionibus præcedentibus.

Et dicit Albu.vbi ſupra,capi.in quo loquitur de ſignificatione belli,quòd Mars cum fuerit in reuolutione in aliquo angulorum aſcendentis, quocũque fuerit, excitabit bellum ſecundum quantitatem fortitudinis ſuæ, & ob hoc excitabit bellum cum fuerit in quarto aſpectu Saturni,& Iouis,aſpice malum aſpicientem ſignificatorem regis, & ſi fuerit aſpectus eius eo ſigno in quo fuerit eius teſtimonium, erit inimicus ex terra ſua, ſecundum quantitatem teſtimonij, & ſi fuerit aſpectus ex domo,erit inimicus ex domeſticis regis.

Et ſi fuerit eius aſpectus in ſigno ſuæ exaltationis,& ex nobilibus de his qui ſunt ex ſuo ordine, & ſibi conſimiles, & triplicitas & terminus ſignificat ciues eius dominationis, oppoſitio quoque ſignificat inimicos.

Et quartus aſpectus prius ſignificat filios concubinarum, ſecundus vero quartus aſpectus generoſos ſignificat, de his qui apti ſunt regno.

Et trinus ac ſextilis aſpectus ſignificant propinquos. Et coniunctio in vno ſigno ſi fuerit in eo teſtimonium, ſignificat quòd erit de propinquis, de his qui conſimiles ſunt nomine vel dignitate, & ſublimiores illo. Et ſi non fuerit eis in eo teſtimonium, erit eorum conſanguinitas vna, & oportet te inſpicere cum hoc luminaria, & eſſe eorum,

Digitized by Google

eorum, atque eorum coniunctiones, & ſeparationes à populis ſignificatoribus, & hoc erit ſecũdum quantitatem coniunctionis vel aſpectus, quia quartus aſpectus eſt fortis, & ſextilis eſt debilis, & coniunctio grauis. Et in ſequenti cap. vbi loquitur Albu. de his quæ præſunt bello dicit ſic. Aſpice bellum à parte in qua fuerit Mars, ſi fuerit directus, erit ex hominibus optimis, qui nolunt fugere. Et ſi fuerit retrogadus, erit hellum ex hominibus inſur gentibus, & qui ſunt ſimiles latronibus, qui non quieſcunt in vno loco. Et tunc fortius erit bellum, cum fuerit Mars ſtabilis, id eſt in ſtatione ſua: nam Mars & Saturnus ſignificant grauitatem ciuibus eiuſdem partis, in qua eſt ſecundum ſubſtantiam ſigni in quo fuerit, & ſecundum terminum loci ſui. Et cum pulſauerit Saturnus, quemadmodum dixi de Marte, hoc grauius eſt, & cum iũcti fuerint duo mali domino anni in vno ſigno, hoc erit graue ſuper ruſticos, & cum coniunctus fuerit eis ſignificator regis, erit grauitas ſuper regem in terra ſigni, in quo fuerint mali, & quæratur hoc teſtimonium Saturni & Iouis. Deinde in cap. ſequenti in quo determinat Albu. de cauſa belli, dicit ſic. Cum reuolutus fuerit annus, & videris rem de qua metueris bellum, conſtitue aſcendens, & planetas, & aſpice à quo ſeparatur Mars, quia ipſe eſt, qui miſit eum, & qui excitat bellum. Et ſi Iupiter miſit eum, ipſe erit eius prouocator. Et ſi Saturnus miſit eum, rex excitabit bellum. Cum commiſerit Mars diſpoſitionem ſuam Saturno, & Saturnus iunctus fuerit ei & Saturnus non receperit eum. Et cum videris Martem ſeparatum à Ioue, & coniunctum Saturno abſque receptione, ſcito quòd ipſe ſit prouocator eius, & prouocat ad iuſtitiam, & eſt de domeſticis regis. Si autem non fuerit ſeparatus à Ioue, & videris eum coniungi Saturno, erunt inſurgentes qui non ſunt apti regno: Et cum videris Martem ſeparatum à Saturno, & coniunctum Ioui, hoc intrabit ſuper ciues regni. Cum videris inſurgentes, & non videris receptionem, & erit hic bona coniunctio in vna latitudine aut coniunctio Martis & Saturni, poſt hoc aſpice quis eorũ ſit fortior in loco ſuo, & in ſua ſupereminẽtia, & quis eorum vadit ſuper ſocium ſuum, quia ſcies debilitatem belli, cum abierit Mars ſub Saturno, aut fuerit inter eos receptio. Quod autem oportet te ſcire in hoc capit. eſt fortitudo vicis regis, & quanta ſit deinde ſcias tempus durationis regni, & cum ſciueris quod ſit regno, & vici tempus durationis, aſpice horam inſurgentium deſtructionem ex impedimento Saturni & Iouis, & Martis, & eorũ qui miſerint eũ, vel eos, & ſcito deſtructionem ex deſtructione horum trium planetarum: quia ipſi ſunt, qui excitauerunt bellum. Et ſi excitatum fuerit bellum, & fuerit Mars retrogradus, erit aptationis hora eorum, quando fuerint directi. Cum vero excitatum fuerit bellum, & fuerit Mars cadens ab aſcendente anni, ac peregrinus fuerit, & debilis, & ſi videris partem ſecundam receptam ex inimicis primis, & fuerit oppoſita parti primæ, aut in ſuo quarto aſpectu, erit hæc fortitudo gladij. Si autem receperit pars prima partem ſecundam, non erit bellum. Si vero non fuerit ſecunda pars recepta ſiue aſpecta bono aſpectu, & videris bellum, fueritque pars prima recepta, nõ erit inſurgentibus fortitudo, & erit ſtabilitas cum rege illo, & inclinatio hominum ad eum. Et ſimiliter aſpice partem ſecundæ, quia receptio eſt auxilium, & dilectio, ac propiciatio, & fortitudo recepti. Cum non recipitur, erit peregrinus, & non erit in eo fiducia, nec erit fortitudo, pars prima in eſſe regum, & eorum conſuetudine atque intentione eſt gradus Saturni & Solis, ſecunda eſt Martis, & gradus Iouis. Vlterius in capit. eodem. de hora belli dicit Albu. Cum apparuerit bellum, aſpice Saturnũ, Iouem & Martem in hora reuolutionis anni, qui ſi fuerint retrogradi, & iam apparuerit bellum, ſit initium horæ tuæ ad idem bellum directio planetarum, & ſi fuerint directi vſque quo conuertantur, & comburantur, aut oriantur, ſi fuerint Occidentales, aut cum fuerint mutati à ſigno, in quo fuerint, tũc oſtendũt bellum, quia tunc mutabunt figuras ſuas, & corrũpentur eorum ſubſtantiæ. Et in receptione cum recipitur Mars, extinguitur bellum, & pacificabũtur. Et vbi ſupra in iſto cap. vbi loquitur de ſignificatoribus regionum, dicit Albu. ſcito genus expugnantis per Venerem, ſi fuerit ex ciuibus, & ſi fuerit ex militibus per Martem. Et ſi fuerit ex regibus vel diuitibus, per Solem & Saturnum, & ſi fuerit ex magnatibus, vel conſulibus per Iouem. Et ſi fuerit ex ſcribis, per Mercurium, & ſi fuerit ex mercatoribus, per Lunam. Poſt hoc ſcito locum, à quo exiuit annus, cui præfuerit. Cumque occurrerint mali vel oppoſiti fuerint ſigno ciuitatis, in qua eſt aut planeta, viri expugnantes capient de eo victoriam, aut intrabit ſuper eum anguſtia & deſtructio, et tribulatio, et ſimiliter cum combuſtus fuerit eius planeta, et in retrogradatione, ſignificat fugam et caſum. Et mutatio eius ex loco forti ad locum debilem ab aſcendente, ſignificat debilitatem. Cunque Luna fuerit in ſeptimo ab aſcendente aucta lumine, aſpexeritque eã dominus domus eius, et fuerit iuncta planetæ ſe recipienti, vel fortunæ, erit rex venerandus, et confitebuntur ei ruſtici, et obedient ei, et nullus erit ei contrarius, nec faciet exercitum ſuper eum, nec incurſum, et erit repletus ex hoc.

Cum Luna fuerit impedita, et minuta lumine, nullusque planeta receperit eam, ſignificat, quòd rex erit in bellis, et in guerris, et nequibit retinere ruſticos ſuos, et pacificare eos. Et ſimiliter cum fuerit in deſcenſione, vel fuerit cadens, & in aliquo impedimento ſuorum. Et planeta retrogradus ſignificat commixtionem in rebus, & reuerſionem atque diuerſitatem, bellum quoque, & terrorem ſuper dominum eiuſdem climatis, quod eſt illius planetæ. Et planeta in ſua ſtatione prima ſignificat cupiditatem mali, & iterationem eius, & interfectionem & accipiens ſignum malum rixam & ſeductionem & calliditatem ſignificat.

Et deinde in iſto capit. vbi loquitur Albu. de ſignificationibus malis dicit ſic. Cum præfuerit Mars ſignificationi anni, & fuerit fortis, erit bellum cum gemitu, & prædatione, & interfectione magis, & ſi præfuerit Saturnus anno, vel quartæ, erit bellum per ſeductiones & calliditates: & cum præfuerit anno vnus malorum, & alter malus fuerit dominus quartæ, & non erit dubium de bellis in eadem quarta. Et poſterius vbi loquitur de peſtilentia, dicit Albu. quòd ex malo ſcitur ætas



Digitized by Google

ducis inimicorum, & ex loco Solis, quia malus cũ fuerit orientalis à Sole, erit iuuenis. Et cum fuerit occidentalis, erit ſenex, & inter vtraque aſpicitur quòd conueniat malo exitu eius de ſub radiis vſque in eius combuſtionem. Quod ſi fuerit in medio cæli malus, & dominus anni fuerit dominus aſcendentis intrabit deſtructio ſuper omnes homines. Cum fuerit ſignificator anni aut ſignificator regis aliquid horum duorum planetarum, lunæ, ſcilicet, & Mercurij, aſpexeritque aliquis malorum eum, & impedierit, debilitatur eſſe & grauabitur, & non poterit prohiberi ex hoc propter debilitatem planetæ, & repulſione impedimenti, tunc pars fortunæ, & dominus eius ſi fuerit in loco fortunæ, ſignificant bonum, & aptationem, fortunam, & honeſtatem: ſi fuerint autem impediti ſub radiis, ſignificabunt impedimentum, & malum ſecundum ſubſtãtiam loci, in quo fuerint ex ſignis, & ipſi inimicabuntur ſignificatori. Aſpice ergo, & ſcito vtrum committat rem ſuam ruſticis ſuis. Et ſi ſeparetur à domino anni, & iungatur malo aut planetæ, qui inimicatur aſcendenti. Cum præfuerit dominus medij cæli ſignificationi, & fuerit Saturnus ſub radiis in combuſtione ſignificat interitum regis. Si autem fuerit hora reuolutionis egrediens de combuſtione minuet ex malo, & erit bonum, & ſi iunctus fuerit ſignificator regis domino anni, & dominus anni planetæ in octauo, aut in ſexto, ex oppoſitione, aut ex quarto aſpectu, timebitur ſuper regem eodem anno mors. Similiter ſi iunctus fuerit dominus eorum locorum extra hæc loca, & hoc fit in duobus locis cum commiſerit dominus medij cæli diſpoſitionem ſuam domino anni. Si vero non commiſerit, ipſe erit maioris ſignificationis in hoc, quod ſignificat, vt dictum eſt. Oportet ergo vt aſpiciatur in 12. locis & in diſtrictione & largitate, & ſimiliter vniuerſis diuitibus climatum. Quando fuerit ſignificator regis ingrediens combuſtionem peribit rex. Et cum fuerit in ſummitate radiorum volens exire, intrabit ſuper eũ triſtitia, timor, & ira. Si autem aſpexerit eum fortuna, ſoluet hoc nutu Dei, & ſi fuerit ita, & iam tranſierit combuſtionem, intrabit ſuper eum ira, & contentio, & poſtea ſoluetur ab eo, & meliorabitur eius eſſe, niſi aſpiciat eum malus: quia tunc ſignificat, per aſpectum ſuum ex combuſtione, & ex diſtrictione timebitur ſuper eum ſecundum quantitatem ſubſtãtiæ ſigni, in quo fuerit malus. Et ſi fuerit in 6. erit infirmitas. Et ſi fuerit in 8. erit mors, & ſimiliter de cæteris ſignis, & aſpice ad tempus huius rei coniunctionem ſignificatoris regis cum eodem malo, & ſimiliter cum aſpexerit malus ſignificatorem regis, ex oppoſitione vel coniunctione, vel ex quarto aſpectu, timebitur ſuper regem, ſi autem fuerit hoc ex angulo, erit hora eius combuſtio ſignificatoris, aut aduentus eiuſdem mali ad locum ſignificationis, aut ad medium cæli, aut ad aſcendens, niſi participetur ei fortuna in aſpectu. Et ſi fuerit ipſe malus auxiliator ei in iſta ſubſtantia. Et poſtmodum in illo c. vbi determinat Albu. de impedimento hominum à ſuo rege, dicit ſic. Cum fuerit ſignificator regis vnus malorum, qui impedierit ex oppoſitione vel quarto aſpectu aut cõiunctione medij cæli, amittet diſtrictionem ſuper homines ex parte regis eorum, & eo grauius ſi fuerit in angulo, quòd ſi fuerit in medio cæli, eueniet ex hoc diſtrictio tempus, & hoc erit ſecundum caſum mali, quia ſi fuerit in occidente, erit in occidente, & ſi fuerit in medio cæli, erit vniuerſale omnibus, & plus in parte ſeptentrionis.

Et ſimiliter fortuna cum præfuerit anno, immittet gaudium ſuper ciues partis in qua fuerit, vt ſit retrograda, vel in deſcenſione ſua, vel in oppoſitione domus ſuæ, quia debilitatur, & inimicatur. Si aſpexerit dominus domus domini anni, & receperit eum, erũt homines in ſecuritate, & pace, & in lætitia. Si verò non aſpexerit, nec receperit eũ, erit in eis triſtitia, & grauitas & timor ſecundũ quantitatem coniunctionis, & ſubſtantiæ ſigni in quo fuerit ſignificator, & eſſe regis cum ruſticis ſuis, eſſe quoque eorum cum eo erit ſecundum quantitatem commiſsionis ſignificatoris regis ac receptionis, & delationem, & luminarium, & ſcitur eſſe eius quotidie ex ſuo ſignificatore, & profectione eius ex coniunctione quoque eius, ac ſeparatione, & caſu eius per dies.

Si commiſerit dominus anni diſpoſitionem ſignificatori regis ex quarto aſpectu, vel oppoſitione, vrgebit rex eos in petitionem ſubſtãtiæ, & ideo intrabit ſuper eos anguſtia.

Et ſi fuerit ex trino vel ſextili aſpectu, reddent cenſum abſque diſtrictionis ingreſsione ſuper ruſticos. Quod ſi commiſerit diſpoſitionem abſque aſpectu huius, erit abſque opere regis, vel putabit rex, quòd non perceperit.

Et ſi commiſerit ſignificator diſpoſitionem domini anni, extrahet rex eodem anno ſubſtãtiam. Si autem aſpexerit dominus 11. ſignificatorem regis, erit hoc cum bono animo ſuo. Et aſpice eſſe regis, ſi fuerit ſignificator regis dominus medij cæli, aſpice igitur ſubſtantiæ ex 11. Si autem fuerit dominus anni ſignificator regis, aſpice eius ſubſtantiæ ex 2. & militibus ex dominis triplicitatum ſigni in quo fuerit & termini ac faciei. Et auxiliare te in omni hoc per partem fortunæ, & dominum eius, quia ſi aſpexerit eam ſignificator regis, aut fuerit cum ea, ſignificabit fortunam. Et ſimiliter erit opus ruſticorum ex domino anni, & parte fortunæ. Si autem fuerint vtrique ſignificatores retrogradi, ſignificat debilitatem regis ac ruſticorum, & deſtructionem regni. E ſi fuerit vnus eorum retrogradus, aſpice in termino cuius planetæ ſit retrogradus, & mitte eũ in opere tuo; quia cum fuerit ſignificator retrogradus in termino mali, & in domo mali, erit deterius eſſe illius, & ſi fuerit eius retrogradatio in termino fortunæ, aut in domo erit melius eſſe eius. Et retrogradatio ſignificatoris regis ſignificat debilitatem regis, retrogradatio vero domini anni ſignificat debilitatem ciuium eius regni. Significator regis cum fuerit in angulo medij cæli, ſignificat guerram regis. Cum verò fuerit in aſcendente, aptabitur eſſe hominum. Si verò fuerit in occidente, deſtruentur ruſtici eius, & ſi fuerit in angulo terræ, ſimiliter. Mars cum ſteterit, & peruenerit ad eũ Saturnus, ſignificabit perditionem & abſciſsionẽ pietatis, & non inclinabitur ſeru' domino ſuo, nec ſubiicietur minor ſeruituti maioris, & eo deterior erit Saturn', cũ fuerit reuolutio ad occaſũ Solis, & fuerit Saturn' retrograd' in oppoſitione Solis in exaltatione ſua, & Sol iũgitur ei, & Mars fuerit in ſtatione

tione ſua aſpiciens Solē, aſpice ergo Martē ſi iungatur Saturno, & fuerit in domo peregrinus, erit tunc quo acceperit Saturnus per diuerſitatem eius, & cadet inter ciues orientis & occidentis rixa & bellum, & erunt prælia in locis diuerſis. Cum igitur reuolutus fuerit annus ſuper hoc eſſe, aſpice optime. Cum fuerit ſignificator mali in angulo, ſignificat multitudinem mali, & impedimenti. Et auxiliare te per dignitatem figuræ in hoc, quia ſignificat tempus ſuper bonum, & malum. Et poſtmodum dicit Albu. in illo loco vbi loquitur de modo bellantium, quod planeta tardus ſignificat bellum, & retrogradus ſignificat fugam: directus ſignificat pacem, & maximè ſi aſpexerit eum fortuna ex medio cæli. & cum aſpexerit planeta aliquis dominorum dignitatum ſuarum, multiplicantur ex hoc auxiliatores ſui atque miniſtri, & erit ille cuius eſſe ſignificauerit multorum auxiliatorum atque miniſtrorum ſeu militum ex propinquis ſuis & cæteris. Mars cum iunctus fuerit hora reuolutionis domino domus ſuæ, aut domino exaltationis ſuæ, aut coniunctus fuerit ei dominus domus exaltationis ſuæ, extinguit bellum in eodem anno, & ſignificat pacem. Significator bellorum cum fuerit in domo ſua, erit notus ex domeſticis nobilitatis. Et cum fuerit in exaltatione ſua, erit nobilis, & congruet regno, & cum fuerit in triplicitate, erit infra hoc & in termino infra hoc erit, & in facie erit infra omne hoc totum. Si autem non fuerit in aliqua harum dignitatum, non erit notus nec generoſus, ſed filius fornicationis. & vbi ſupra dicit Albu. quod Mars cum fuerit hora reuolutionis in Geminis, & fuerit in medio cæli, ſignificat quod in ipſo anno crucifigentur plures homines, & in aſcendente, abſcindetur manus hominum. & ſi fuerit in angulo terræ, ſignificat abſciſsionem manum & pedum. & ſimiliter dicit in introitu bellatorum & magnatum & regum in regnum ſuum. hæc Albu. & dicit Meſſahalla in libro ſuo de reuolutionibus annorum mundi cap. 8. quod Mars cum fuerit in hora reuolutionis in medio cæli, ſignificat quod ponet rex aliquos in patibulo. & ſi fuerit in aſcendente, vel in angulo occidentis, abſcindet manus aliquorum ſuę dominationis. & ſi fuerit in angulo terræ, ſignificat quod occidet homines. & cum fuerit Saturnus in aſcendente reuolutionis anni, ſignificat mortem & famem, & alia mala, & ſi fuerit Iupiter in aſcendente, & fuerit receptus, inueniet vniuerſitas vulgi à rege bonum, & erit annus ſecuritatis, & aptabuntur res hominum & maximè diuitum; & ſimiliter dicendum eſt de Venere. Et ſi fuerit Mars in aſcēdente, erit multum bellum, & ſi fuerit Sol dominus anni, & fuerit in aſcendente, & liber à malis, erit gaudium diuitibus: ſi vero fuerit impeditus, ſignificat contrarium: & ſcito quod eſſe anni grauabitur cum fuerint mali in parte ſuperiori circuli, & in tempore ſeptentrionali, & maximè ſi commiſerit Mars diſpoſitionem ſuam Saturno, quia ſignificat res graues & prolongatas de apparitione nutrimenti in terra, & debilitatem regis ac ablationem fidei à religioſis, & multiplicabuntur latrones, & contentiones, & maximè ſi fuerit aliquis malorum in medio cæli, & aſpice in hoc Lunam, quia cum commiſerit diſpoſitionem ſuam Saturno ex inferiori parte circuli, & de ſub terra, ſignificat tribulationem & detrimentum, & mutationem regni. & ſi Luna pulſauerit lumen ſuum Saturno, & fuerit cum eo aut in quarto aſpectu aut oppoſitione eius, erit peius, & deterius, & ſimiliter aſpice Solem, quia ſi fuerit receptus, ſignificat allationem mali. & ſcito quod fortunæ ſignificant diſpoſitionem mali, & eius ablationem ſi fuerint fortes in locis ſuis, & boni teſtimonij, & fuerint directi: nam tunc ſignificant bonum, & aptationem: & ſcito quod planeta cum egreditur de ſub radiis, & combuſtione, erit ſicut puer qui proficit & augmentatur, ſi tamen non aſpexerint eum mali, & ſimiliter cum ingreditur ſub radios, & combuſtionem, erit vt ſenex, & combuſtus.

Poſt hoc aſpice introitum vniuſcuiuſque planetæ in exaltationem ſuam, & proprie Saturni, quia tunc fit fortius, & tunc ſi fuerint ei ex teſtimonio fortunæ, aſpice ſi receperit diſpoſitionem, quia ſignificat tunc res maximas, & ſimiliter Iupiter & cæteri planetæ. Et aſpice dum reuoluitur annus, planetas malos & fortunas, ſi aſpexerint ex ſigno fixo, quia tunc prolongabitur, quod ſignificant ex bono vel malo. & ſi aſpexerint ex ſigno mobili, erit hoc minutum. Si vero aſpexerit ex ſigno communi, erit res modica. hæc Meſſahalla ibidem. Et dicit Albu. vbi ſupra, in iſto ca. vbi loquitur de combuſtione Solis, quod Sol cum impedit per combuſtionem ſuam, ſignificat guerram, & combuſtionem, & exulationem à regno, & cum impediet Saturnus, ſignificat dolores & infirmitates. Et cum fuerit Mars, erit interfectio & fuga. & ſcito quod eſſe anni grauabitur, cum fuerint mali in ſuperiori parte circuli in ſeptentrione, vbi eſt abſis in ipſis imaginibus, quia cum exierint ad finem circuli, ſignificāt interfectionem & deſtructionem in omni animato, & apparebit in omnibus tribulatio & diſſolutio & eo grauius cum fuerit vnus eorum in ſuperiori circulo & alteri in quarto aſpectu eius, vt Saturnus in medio Virginis, & Mars in Geminis, & pulſauerit Mars diſpoſitionem Saturno, receperitque eum Saturnus, & ipſe fuerit retrogradus, & cadens, ſignificat enim tunc graues & prolixas damnationes ex hominibus inſurgentibus, & deſtructionem in terra, & debilitabitur eſſe regis, & impetet ruſticos, & mercatores, & remouebitur fides ab hominibus & miſericordia, & pietas, & præcipuè hoc erit cum fuerit vnus malorum in medio cæli. Et ſi commiſerit Luna diſpoſitionem ſuam cum Marte Saturno ex Sagittario, & de circulo inferiori, ſignificat deſtructionem & varias ſpecies tribulationis diuitum, & corruptionem & mutationem regni. Et cum commiſerit Luna diſpoſitionem ſuā Saturno, & fuerit in perfectione ſua cum eo, aut in quarto eius, vel oppoſitione, & fuerit dominus profectionis impeditus, ſignificat etiam multum impedimentum. Similiter aſpice Solem & eſſe eius, & ad aſpectum eius, & malum impedimentum, & ad dominum domus mali, quemadmodum dixi tibi in Luna à profectione ac domino profectionis, & fac participem ei partem fortunæ, & dominum eius, & auxiliare te per dignitates quia ſignificāt tēpus. Et ſignificator cum fuerit in angulo, prolongabitur malum, & in cæteris abbreuiabitur, & dominus curſus & profectionis ſignificat, ſecundum quod ſignificat ſignificator ex bono vel malo: ſimi-

liter dominus aſcendẽtis & dominus domus diuiſionis cum receperit Lunam ex Saturno in loco optimo circuli, & in loco forti, ſignificat repulſionem mali & prohibitionem & deſtructiones mali per fortunam. Et fortunæ ſoluunt malum, & pulſant, cum fuerint fortes in loco optimo, fueritque eis teſtimonium, & fuerint directę, cum autem fuerint econtrario, debilitabuntur, & non proficient. Stellæ cum fuerint ſub radiis cum Sole in vno gradu, & Mercurius, prope erit ei fortitudo, & regnum, niſi cum fuerit cum Saturno cum eius natura eſt contraria naturæ Solis, & cum fuerit inter Mercurium & Solem 15. grad. erit in loco laudabili, cum fuerit receptus. Et Luna cum fuerit fortis, & aucta lumine, & numero in reuolutione noctis, ſignificat exaltationem, & pulſationem rei magnæ, & ſimiliter Sol in die, cum fuerit liber à malis. Caue vt ſit ſignificator egreſſus à combuſtione, vt aliquis alius planeta ne aſpiciat eum malus, quia tunc erit vt puer ſubtilis, & ſi aſpexerit eum malus, perdet eum, & refirmabit, & cum intrauerit combuſtionem aut iunctus fuerit ei, erit vt senex decrepitus, qui aliquem morbum patitur. Conſidera ergo de eſſe planetarum ſuper annos in gradibus exaltationum ſuarum, & prope Saturnum, quia cum receperit in gradu exaltationis ſuæ cum hoc, quod habeat ex teſtimonio & fortitudine, erit ei diſpoſitio & ſignificabit rem maximam de regno & imperio ſecundum quantitatem naturæ eius, ac ſubſtantiæ loci illius, & ſimiliter Iupiter. Reliquis autẽ planetis aſpicietur in reuolutione anni ſi venerit aliquis eorum in gradu exaltationis ſuæ, & ſi fuerit ibidem planeta in eodem loco receptus, ſignificat tunc rem magnam, et fortitudinem in ſua ſubſtantia, et erit ſecundum motum Saturni in fortitudine ac diſpoſitione. Mercurius vero aſpiciens in reuolutione anni ſi fuerit in exaltatione ſua aliquis planeta, qui eum recipiat ab eo diſpoſitionem ſuorum, erit de eſſe ſignificatiõis ſuæ, quod dixi, quod eueniet in reuolutione annorum et quartarum, et exaltationis ſuæ, cum autem fuerit in exaltatione ſua planeta, qui recipiat eum, erit ſimilis ei: poſt hoc aſpice in coniunctione malorum, et in eorum aſpectibus, qualis planeta ſit in gradu exaltationis ſuæ ſecundum quod patefeci tibi. Et Sol cum ei Luna fuerit pacifica fortis in loco ſuo in reuolutione noctis, cõmittet dominationem ſuam ac regnũ Lunæ. hæc Albu. ibidem. Et vbi ſupra in fine lib. dicit Albu. quod caſus ſignificatoris in oppoſitione Martis ſignificat effuſionem ſanguinis, et ſignificator regis ac Sol ſimiliter. Remotio vero malorum ab angulo in tertium et nonum ſignificat paucitatem timorum hominum, atque guerram, et paucitatem timoris regis. Et oppoſitio malorum adinuicem ſignificat euentum rei magnæ. Caſus vero Martis ſub radiis Solis ſi ipſe fuerit dominus medij cęli remotus, ſignificat finem per gladium et egreſsionem alicuius, qui petat regnum. Et cum cõmiſerit Sol diſpoſitionem Saturno, et præfuerit Saturnus rei vulgi, vt ſit videlicet aſcendens aliquod ſignorum eius, et ipſe fuerit in loco optimo ab aſcendente, et commiſerit Luna ab aſcendente, et fuerit ei auctoritas in ſignificatore regis, timebitur ſuper regem à vulgo. Et cum præfuerit Saturnus rei vulgi vel anni, et fuerit dominus medij cæli impeditus per coniunctionem Saturni, qui nõ recipit eum ad inſtar præcedentis. Et ſi non fuerit Veneri ac Lunæ teſtimonium in eſſe vulgi, et dominus aſcendẽtis Saturnus, et fuerit in vndecimo, et cum eo dominus medij cæli, et Luna cuius eſt auctoritas in aſcendente, efficiturque Saturnus plus teſtimonio in eſſe vulgi, et Mars non aſpicit locum ſuũ, et non eſt receptus, nec Luna eſt recepta, et ſignificat Saturnus à loco Lunæ, qui eſt luminare noctis, et quod ſignificat res Solis, et per commiſsionem diſpoſitionis, et fortitudinis ad Saturnum, ſignificat quod peribit eodem anno rex, interficiet enim eum vulgus eius, et erit in hominibus paupertas, et tribulatio, et grauitas, et guerra, et hoc erit accidens in anno vndecimo à coniunctione, eritque hoc in 6. menſe per gradus Saturni et Martis, eo quod ſint inter eos 6. gradus, et proficient pecora in eodem anno, et modicum erit frigus hyemis. Item caſus fortunarum ab aſcendente, et Mars cadens ab eis ſignificat aptationem rerum vulgi, et eo melius ſi fuerit Saturnus in angulo, et fortunam receperit ab aſcendente, et præfuerit ſignificatori, cecideritque Mars ab eo. Item & in prę ſentia caſus domini medij cæli in tertium cum Ioue ſignificat leuitatem regis, & miſsionem eius atque dominationem. Saturnus cum fuerit in Scorpione in medio cæli, & aſcendens fuerit Aquarius, & ipſe fuerit dominus anni, & fuerit retrogradus, ſignificat effuſiones ſanguinis & peſtilentias. Si autem coniunctæ fuerint ei fortunæ, & maximè ab aſcendente extinguent hoc, & prohibebunt illud impedimentum, & cum peruenerit hæc diſpoſitio ad terminum Saturni, excitabit malum. Quod ſi aſpexerit Mars Saturnum in hoc eſſe deſtruet, & ſignificabit malum caſus planetæ in 7. ab aſcendente, quod eſt nadir eius, & locus inimicitiæ eius ſignificat, quod rex cõtendat, ſi planetæ fuerint ſignificationes in loco ſuper regnum, aut ſuper annum, & ſi fuerit pars prima in medio cæli, & non in ſua dignitate, & ſecunda pars abundabit bellum vniuerſaliter in terra. Et ſi ceciderit planeta malus in 11. atque impediet dominum domus ſuę ex quarto aſpectu, vel oppoſitione, ſignificat directionem ſubſtantiarum, & earum expenſiones, & impedimentum domini aſcendentis in loco maligno in medio cæli, ſignificat grauitatem quæ occurret ruſticis à ſuis dominatoribus, & Venus & cæteri planetæ inferiores ſi non habuerint teſtimonium in medio cæli, debiles fient, & Mars in aſcendente ſignificat minutionem & malum partis orientis in eodem anno. Si autem ceciderit Venus in inimicitiam aſcendentis, ſignificat bella & dimicationes in medio anni cum ignobilibus & latronibus. Cum inueneris partes duas in ſigno aliquo, præualebunt illi quorum ſignificatores fuerint. Et cum præfuerit Saturnus & fuerit coniunctio in Scorpione, cõfortabit Scorpionẽ. Si autẽ receperit diſpoſitionẽ Martis, ſignificat effuſionẽ ſanguinis & guerras. Et ſi receperit diſpoſitionem Martis in Scorpione, fueritque in medio cæli, & præfuerit anno, & Mars fuerit in aſcendente, & præfuerit cum commiſsione diſpoſitionis ſuæ ad Saturnum in Scorpione, ſignificat quod rex peribit in parte orientis, & abibit regnum eius, cum hoc quod Venus fuerit in exaltatione ſua fortis, & coniunctio fuerit in Scorpione

pione. Et ſuperius in eodem lib. in iſto cap. vbi loquitur de ſignificatione carceris, dicit quod ſi commiſerit ſignificator regis diſpoſitionem ſuam Mercurio, inuenient ſcribæ, & mercatores in eodem anno atque conſules regni à rege bonum & donationes. Et ſi commiſerit Veneri, inuenient mulieres, & quæ fuerint de ſignificatione Veneris bonũ à rege. Et ſi commiſerit Marti, inuenient milites à rege bonum, & portatores armorum, atque capitanei exercituum, & adipiſcetur ſedem maximam. Et ſi commiſerit Ioui, adipiſcentur honorabiles ac nobiles à rege bonum. Et ſi commiſerit Saturno, inuenient religioſi ac magiſtri ſectarum bonum à rege, & expendent in ædificiis, & ædificabunt, ſi fuerit ipſa diſpoſitio ad Saturnum ſuper terram. Si vero fuerit ſub terra, fodient canales, & puteos, & plantabunt terras, & maxime ſi fuerit propè aſcendens vel cadens, quia hoc ſignificabit plantationẽ. Et ſi commiſerit Soli, inuenient ciues eius, & propinqui, & qui apti ſunt regno bonum. Si verò fuerit Luna aſpice eum, qui defert ad eum diſpoſitionem, quia ſignificat ſubſtantiam eius, cui deficit diſpoſitionem. hæc Albu. in illo lib. ſuo experimentorum. Et ſecundum Albu. 8. de coniunctionibus magnis, differentia prima, & ſecundum Haly Abenra. lib. 8. cap. 3. Scientia annorum ſignificantiũ bella & guerras accipitur ab ea hora coniunctionis Saturni, & Iouis, ac quadraturæ aut oppoſitionis eius ab aſcendente, & ab angulis reuolutionis anni, & in illa parte erit illud quęque diſtabit gradus luminaris maioris gradui Saturni, vel applicabit ei per coniunctionem, vel per aſpectum, aut quando applicabit aſcendens Attazir, vel per directionem ad locum fortunarum, dando vnicuique ſigno menſem, & ſimiliter quando applicatio anni coniunctionis, quæ ſignificauit hoc, applicabit ad aliquem locorum infortunarum, vel ſecundum Albu. cum annus peruenerit ad coniunctionem luminarium exiſtentem in locis infortunarum ex cõiunctione aut oppoſitione, aut quadratura, ad hoc ſi annus fuerit coniunctionalis, aut ſi fuerit annus præuentionalis apud præuentionem aſcendentis anni ad locum aut fortunam, nam accidentia ex quibus fient bella, erunt in iſtis horis. Et ſecundum Haly Abenr. cognoſces annum in quo erit guerra, & iſtos qui exeunt de terra ad gentem, quæ aſſurgit ad deſtruendum populum aſpiciendo, quando duos ponderoſos inuenies in reuolutione anni, vnum in quadratura alterius, vel in eius oppoſitione, & guerra apparebit cum applicuerit Iupiter ad Saturnum de quadratura, ac oppoſitione de gradu per gradum, & maximè ſi iſti aſpectus accidant ab angulis reuolutionis anni, vel apparebit res, quando Iupiter intrabit domum vel exaltationem ſuam: & accipies ſignificationem ſuam victorum à locis dominorum ponderoſorum à ſuis eccentricis, inſpiciendo quis eorum ſit magis eleuatus, quia ſi Iupiter fuerit magis eleuatus Saturno, vincet ille, qui ſurrexerit ante gentes, quæ inſurrexerunt & econtra. Et ſi Mars fuerit in aliquo angulo angulorum aſcendentis anni aut Sol, eſt guerra in parte mundi, quæ eſt iſtius ſigni, in quo fuerit Mars, & maximè ſi fuerit in triplicitate ignea, quia tunc ſignificabit, quod lis & guerra erit in parte orientis, & iudicabis per alias triplicitates ſecundum hanc viam. Et iudicabis in dextro loci aut eius ſiniſtro ſecundum loca ſignorum, quia omne ſignum, quod aſcẽdit, aut quod dicetur eſſe in ſuo ſiniſtro, & ſignum aſcendens poſt aliud ſignum dicitur eſſe in dextro ſuo, & ſignificat talem ſignificationem, ſicut quando infortunæ fuerint in octaua. Et aſpice ad partem victoriæ, ſecundum Albumaſ. vel ad partem euaſionis ſecundum Haly: & eſt iſta, quæ accipitur à gradu Solis ad gradum occidentis, & proiicitur ab aſcendente, & vbi finietur numerus, erit ibi pars victoriæ, ſeu euaſionis. Similiter aſpice ad partem pugnæ ſecundum Albu. vel interfectionis ſecundũ Haly, & eſt illa, quæ accipitur à gradu Martis ad gradum Lunæ, & proiicitur à gradu Solis, & vbi finietur numerus, ibi eſt pars pugnæ vel interfectionis. vnde ſi inueneris Martem in reuolutione anni coniunctum cum aliqua harum partium, & maximè ſi fuerit in ſigno igneo, ſignificat quod in illo anno erunt lites & prælia. Et ſi fuerit pars victoriæ, ſiue euaſionis fortis, & non damnata, ſignificat ſecundum Albu. quod victoria erit ciuibus partis tenentis veritatem. Et ſecundum Haly erit victoria illis qui volunt guerram. Et ſi hæc pars fuerit debilis, ſignificat quod aliquando vincet, & ſecundum Albu. ſignificant victoriam ciuium partis falſitatis. Et multotiès extrahuntur horæ in quibus fiunt bella ex longitudine, quæ eſt inter duas infortunas, & angulum, & proiicitur ab aſcendente omnibus duobus gradibus, & medio inter eos. Et ſcitur hora in iſto ex parte curſus eius, qui ſi fuerit directus ſignificat quod etiam accidentia erunt apud retrogradationem eius. Et ſi fuerit retrograd', ſignificat quod accidentia erunt, quando commiſcetur lumini ſuo lumen ſignificatoris regis, & in commixtione luminis, ſiue cum ſignificatore plebis ſignificant multæ iniuriæ, & latrones, & hoc ſi fuerit infortuna in angulo. Et ſi non fuerit in angulo, & fuerit retrograda, nocet terræ ſigni in cuius directione fuerit, & non erit damnum generale toti populo, niſi cõmiſceatur eius lumen lumini domini aſcendentis, aut cum lumine domini medij cælj, ſi fuerit ſignificator regis, & ſi non aſpexerit aſcendens, non ſignificat damnum illo anno, niſi ſit dominus anni, aut ſignificator regis illa infortuna. Et ſi fuerit Mars in aliquo angulorum, & prouenerit ibidem diuiſio ad aliquem terminum ſuum, & peruenerit reuolutio ad locum in quo fuerit in noua coniunctione magna, & permutatione coniunctionis à triplicitate in triplicitatem, erunt bella in parte, quæ eſt illius ſigni, quo peruenerit directio, aut in regionibus, quarum aſcendens eſt illud ſignum, & ſimiliter ſignificabit lites & guerras. Quãdo fuerit Mars oppoſitus Saturno, aut in quadratura eius, & fuerit Mars & Saturnus receptus, ſignificat illud paucitatem bellorum. Et quando in renouatione fuerit Mars ſub radiis, ſignificat guerras & lites iſto anno: & eo fortius, ſi fuerit in ſigno mobili. Et ſi fuerit in ſigno communi, non ſignificabit hoc, & ſi fuerit in ſigno fixo, ſignificat lites & guerras cum ratione & cauſa: & ſi fuerit in medio cæli, & maximè in Geminis ſignificat quod multi erũt ſuſpenſi iſto anno: conſideratur quoque dominus aſcendentis in communi, qui ſi fuerit in 4. ſignificat multos captos illo anno. Et ſi fuerit dominus quarti in nono, frangentur plures carceres in iſto anno, & exibunt



Digitized by Google

plurimi incarcerati. Et dicit Albu. vbi ſupra, quando coniungitur Iupiter cum Saturno in reuolutione anni, aut fuerit in quarto aſpectu ab eo, vel in oppoſitione, ſignificat exitum inſurgentium in illo anno, & hora; in hoc erit cum erit Iupiter in directo domus ſuę, aut in exaltatione ſua, & in hora ceſsionis ſuæ in aliquo angulorum, aut apud fortitudinem ſuam, & ſi non fuerit eius apparitio in iſtis angulis: illud igitur erit cum peruenerit menſis illius anni ad loca infortunarum ab aſcendente, aut ab oppoſitione eorum, ſicut & fortuna quæ eſt omni ſigno menſis & annus. Quod ſi peruenerit annus ex aſcendente gentis ad locum infortunarum, aut ad oppoſitionem vel ad coniunctiones earum, erit illud vna hora, quia timebitur motus, & exitus inſurgentium. Et dicit Haly, Abenr. vbi ſupra, quando accidit, quod dominus termini in quo fuerit cõiunctio, vel præuentio antecedens introitum Solis in Arietem, damnauerit dominum termini cõiunctionis vel preuentionis, quæ fuerit ante introitum Solis in Cancrum, vel cuiuſuis alterius temporis, ſignificat quod commouebuntur contra regem eiecti de terra, aut guerrarij, quando Saturnus fuerit in ſummitate circuli ſui epicycli, & in ſua auge, & Luna ſeparando ſe à Sole applicuerit ad eum in tali ſtatu, erunt res de natura iſtius ſigni cariores. Quando aliquis planeta fuerit dominus anni, & fuerit in gradu exaltationis ſuæ, apparebunt ſuæ ſignificationes manifeſtæ, & climata & ciuitates quæ erunt illius planetæ erunt potentiores. Sciáſq; quãdo Iupiter fuerit dominus anni, accident in principio anni damna nobilibus, & diuitibus, & eo fortius in primo menſe iſtius anni. Et quando tota triplicitas ignea fuerit infortunata in reuolutione anni, accident damna & occaſiones magnæ dominis, & regibus, & altis hominibus, & de contrario dic contrarium. Quando ſignum vndecimæ dom', & eius oppoſitum fuerit fortunatum in ſuis haiz, ſignificat quod nobiles & domini multum bonum habebunt: & quando ambæ infortunæ fuerint cõiunctæ, & euenerint tales in aſcendente alicuius reuolutionis annorum, accidet damnum in omnibus hominibus. Et ſi tales venerint in medio cæli, morietur rex in eodem climate. Et ſi tales euenerint in angulo occidentis, erecti, & guerrarij habebunt magnum poſſe, & damnificabunt multum. Et ſi tales fuerint, vel acciderint in quarta domo, depopulabuntur multa loca, & cadent ædificia, & ſi fuerint in aliquo horum locorum. Sed in aliis iudica per conſiderationem tuam. ſed loca in quibus fuerint reges, qui erunt potẽtes, & quorum mandata obſeruabunt, & qui vincent eis contrariantes, & quibus leuiter complebitur votum, ſunt illi, qui habuerint in aſcendente in initijs ſuæ regionis ſignum igneum, & ſimiliter ſi habuerint ipſum in ipſo medij cæli, vel quod in vno horum locorum duorum ſit ſignum igneum, & in aliquo ſit ſignum aereum, vel quod ambo ſint aerea: & per coniunctiões duorum ponderoſorum in ſignis mobilibus ſcientur mutationes ſtatus mundi, & ab eorum cõiunctionibus in ſignis fixis ſcientur infirmitates, & durabilitates rerum. Et ab eorum coniunctionibus in ſignis communibus ſcient reges de gentibus q̃d erit, & ſi regnum diuidetur plus quàm in vno. Quãdo ambo ponderoſi fuerint in aliquo coniunctionis eorum in medio cæli reuolutionis atque in eius ſecunda domo, ſurget qui prophetizabit ea, quæ ſunt futura, & faciet mirabilia, & facta miraculoſa, & illa facta eorum erunt de natura iſtius ſigni in quo fuerint, & de natura iſtius termini. Et ſi Luna fuerit iuncta cum Marte in latitudine, accident permutationes dominorum, & multæ interfectiones, & multus ſanguis deſtruetur, & perdentur res quæ fuerint de natura iſtius ſigni. Quando ambæ fortunæ iungentur, & Luna per latitudinem fuerit iuncta cum Ioue, ſignificat iuſtitiam, & quietem, & fertilitatem. Et ſi Luna taliter fuerit cum Venere, ſignificat gaudia, & hilaritates, & ſalutem corporum. Quando planeta fuerit in initio ingrediendi ſub radiis Solis, erit ad ſimilitudinem aduerſarij, & guerrarij, & quando fuerit iunctus, dimittit virtutem ſuam. Et quando exit de ſub radiis, ſignificat iuſtitiã, bonitatem, & obedientiam. Quando Luna iungitur alicui planetæ per longitudinem, & per latitudinem, non poteſt eſſe quin appareat ſignificatio illius ſigni ac iſtius planetæ, & eorum natura, & eorum complexio in hoc mundo à virtute ſignificatorum: & eius eleuatione ſcientur facta ſua, vel à planeta qui colliget lumina ſua. Omnis res quæ tardè accidit, & multum durat, & ita quæ mutatur, & tollitur, & damnatur, & multum durat in ſuo damno eſt de natura Saturni, & de eius ſignificatione. Omnis res quæ cito accidit, & deſtruitur etiam cito, & iterum cito reuertitur, eſt de natura Martis. Et omnis res quæ cito accidit, eſt cito deſtruitur, & durat diu deſtructa, eſt commixta de natura Saturni & Martis. Status eorum regis vel domini qui exaltatus eſt, aſpicitur ab aſcendente ſuæ regnationis, & ſuorum locorum inſpicietur ab eius medio cælo. Et ſuperius in eodem cap. 3. dicit Haly Abenra. quod aptare debes aſcendens in ſignis, gradibus, & minutis, & aptabis loca planetarum in longitudine, & latitudine, & in aſcenſione, & deſcenſione eorum ad ſeptentrionem, & meridiem, & velocitatem, & tarditatem ſuis motibus in ſtatione prima & ſecunda, & in orientalitate, & occidẽtalitate ſua, & in attazir. Et certifices omnes hos ſtatus, & cuſtodias & apta 4. angulos & 12. domos in ſuis locis, & certifica eos hora, qua intrat Sol primum minutum Arietis. Et ſi aſcendens illius fuerit ſignum mobile, apta figuras horum quatuor tẽporum anni, quia radices ſunt in quibus tempora transmutantur, & res mundi permutantur de vno ſtatu in alium, & de vna natura in aliam. Et ſi aſcẽdens prædictum fuerit fixum, apta figuram introitus Solis in primum minutum Arietis, & non plus, quia hoc ſufficit. Et ſi illud aſcendens fuerit ſignum commune, apta figuram duorum temporum, quæ ſunt ver, & autumnus, &c. ſcilicet principium Arietis, & Libræ. Et ſimiliter apta coniunctiones & oppoſitiones, quæ fuerint ante hos introitus, & dirigas eorum aſcendentia, & loca planetarum, ſi qui ſint in angulis, & aſpice à parte cuius climatis ſtant infortunæ, vt ſi in oriente, vel occidente, vel ſeptẽtrione, vel meridie. Et ſimiliter aſpice, quomodo ſtant fortunæ à partibus iſtis, & cuſtodias omnes hos ſtatus, quos prædiximus, quia ſunt radices inſtituendo ſtatus anni, & radices reuolutionum annorum mundi. Duo ponderoſi, ſcilicet Saturnus & Iupiter faciunt diuerſitates & mutationes in mundo



Digitized by Google

do per eorum mutationes de vna triplicitate in aliam, & de vna natura in aliam, & de vna haiz in aliam, potens & affixa multum erit ſignificatio planetæ, quando fuerit dominus termini coniunctionis vel præuentionis aſcendentis, & maxime ſi Luna dederit virtutem ſuam ei exiſtente ipſa domina anni. Significationes aſcendentium annorum mundi ſunt ſignificationes generales. Et ſignificationes aſcendentium aliorum temporum ſunt ſignificationes ſpeciales. hæc Haly Abenr. ibidem. Et dicit Albu. vbi ſupra in illa diff. prima, quod oportet vt cõſiderentur aſcendentia inceptionum quarum rememorationem præmiſimus, quæ ſi fuerint ſigna mobilia, reuoluantur quartę anni & iudicentur ſecundum quartam anni aſcendentia earum, ſecundum quod præmiſimus, quoniam non eſt aſcendentibus reuolutionum earum virtus cum fuerit ſignum anni mobile, quia illud ſignificat multitudinem alterationis in iſto anno ſecundum ſeſsionem quartarũ. Quod ſi fuerint duorũ corporum, reuoluantur medietates eorũ, & nõ quartę eorũ, quoniã aſcẽdẽtia duorum corporũ ſignificant aſcẽdẽtia duo tẽpora anni. Et ſi fuerint fixa, operaberis ſecundum aſcendentia anni, quoniã fortiora ſunt cæteris partibus eorum, & pręcipuè ſi ſignificauerint domini aſcendentium eorum ex ſimilibus aſcendentibus eorum ex ſignis. Porro & qualiter ſciatur hora apparitionis ſignificationum ex partibus anni, & fortitudo harum ſignificationum, ex ipſis extrahitur à dominis aſcendentium, quoniam ſi fuerint in ſignis mobilibus, ſignificat quod accidentia eorum fortitudo erunt in quarta prima anni: & ſi fuerint duorũ corporum, cadet in medietate anni, & ſi fuerint fixa, cadent in fine eius. Oportet etiam vt conſideretur, quando infortunatur aliquod ſignorum in directo infortunarum eius ex proiectione radiorũ eorũ ad ea quæ ex quarto vel ex oppoſito aſpectu in quibuſcumque horizontibus ſint. ꝙ ſi fuerint in parte orientis, ſignificat ꝙ populus quod conſequetur ex iſto, erit terra, quæ fuerit in parte oriẽtis, & ſimiliter erit locutio in parte occidẽtis. ꝙ ſi fuerit in medio cæli, ſignificat ꝙ peſtis & malũ apprehẽdẽt terram oriẽtis, & partẽ occidẽtalẽ, & pręcipuè quę eſt ex ea in parte ſeptẽtrionis. Et ſi fuerit in angulo terrę, ſignificat ꝙ cõſequentur de peſte terræ, quę fuerit in parte meridiei. hæc Alb. Et debes obſeruare has regulas iam recitatas ſecũdum ſentẽtiam Alb. & Haly Abẽr. in omnibus diſtinctionibus præcedẽtib' huius tractatus ſecũdi. Et dicit Haly Abenr. vbi ſup. cap. 4. quod ſi fuerit Mars infortunator in reuolutione anni mũdi, aſpicies ſignificatores de malo loco vel malo aſpectu, iudica mortalitates & infirmitates eodem anno, & lites, & ſimilia, quæ fuerint de natura Martis. Et ſi aſpect' fuerit Saturni vice Martis, iudica detractiões, & multa mala. Omnis planeta qui fuerit de quadratura Solis, ſignificat & adducit ſuam naturam & proprietatẽ, quæ ſi fuerit fortuna ſignificat regno fortunam, & bonũ & victoriã, & gaudia, & quietes, & alia ſecũdum ſimilitudinem naturæ planetarum. Et ſi fuerit infortunatus, ſignificat grauitates, & timores, & mala quæ aſsimilantur naturis planetarum. Quando renouatio anni fuerit diurna, & Mars fuerit in quadratura Solis, vel in ei' oppoſito, & fuerit in ſigno mobili, inſurget exercit' de regno ſuo, qui auferet eũ de ſuo regno, & poſſe ſuo. Et ſemper reſpicies Martẽ in reuolutiõe anni ſi fuerit in ſigno igneo, damnũ veniet regi, & regno à parte oriẽtis. Et ſi fuerit in ſigno aereo, veniet damnũ à parte occidẽtis. Et ſi fuerit in ſigno terreo, veniet dãnũ à parte meridiei. Et ſi in ſigno aquatico, veniet damnũ à parte ſeptẽtriõis. Sciaſq; quãdo acciderit vt aſcẽdens reuolutionis ſit Aries, & fuerit Sol in eo & Iupiter & Saturn' in exaltationib' ſuis, ſignificat quod reges diſcordabunt inuicem, & nitetur vnus alteri dominari. Et ſi cũ hoc fuerit Mars in exaltatiõe ſua, ſignificat interfectiões & lites, & prælia, ac ſanguinis effuſionem in terra, & in omnibus climatibus damnũ erit cõmune in hominib' & pueris & beſtiis, & in auibus, & durabit hoc, donec applicet quartæ, in quo fuerit Iupiter. Et ſi Luna ſimiliter fuerit in exaltatione ſua, augmentabuntur rixæ, & interfectiões in toto anno. Et ſi exiſtentibus his planetis hoc modo, accidet vt ſint in angulis, erunt rixæ, & diſcordiæ inter reges. Et ſi acciderit in ſuccedẽtibus, erũt diſcordię inter altos homines, & dominos: & ſi acciderit in cadẽtibus, erũt diſcordię in populis. Et ſi Iupiter nõ fuerit in exaltatiõe ſua, tamẽ Saturn', & Sol fuerint in exaltationibus ſuis, diſcordabunt reges vnus à parte orientis, & alter à parte occidẽtis, & erunt inter eos rixæ, & prælia. Et quãdo acciderit, quod Venus ſit domina anni, aſpice ſi eſt in malo loco, vel in bono, & aſpice ſimiliter Solem & ei' locum, quia ſi Sol fuerit in malo loco, & fuerit domin' anni in bono loco, ſignificat quod populus, & gens habebunt bonum & fortunã. Et ſi Sol & dominus anni fuerint ambo dominati, & in malis locis, damnũ, & malum erit generale regi & populo. Et ſi ambo fuerint in bonis locis, bonum erit, & proſperitas generale regi & populo. Et quando Saturnus fuerit in aſcendente anni, accidẽt regi propriè. Et ſi fuerit in ſecũda, erit damnum in eius ſubſtantia, & iudicabis per alias domos ſecundum naturas earum, quoniam in 8. ſignificat mortẽ ſuorum militũ. Et in 10. erit dãnum in illis qui tenẽt de eo. Et quando Mars fuerit in ſecunda domo à Sole ſignificat interfectiones & fortes, & paucam legalitatem inter homines, & hoc erit in locis & in climatibus, quæ fuerint de partitiõe Martis & in quibus habet Mars dominium. Et ſi Iupiter fuerit in cauda in malo loco, ſignificat mortem aliquorum hominum, & interfectiones, & illud ſignificat ſi fuerit combuſtus, quia tunc ſignificat deſtructionem iudicum, atque prælatorum, & religioſorum, & domorum religionum. Et aſpicias, quando fortunæ fuerint in bonis locis, quia tunc ſignificant bonum ſecundum naturas, & proprietates iſtorum locorum, in quibus fuerint ſecũdum ſtatus, & virtutes, quas ibidem habuerint. Et ſi volueris prognoſticare in quo accidet res illa, aſpice Lunam & Martem, qui ſi fuerint in ſignis mobilibus, ſignificant dies. Et ſi in communibus, res illa durabit per medietatem anni. Et ſi in fixis, durabit illa res à principio anni vſque ad finem, & aſpicias locum domini aſcendentis, & quot gradus ſui ſigni trãſiuit, & des vnicuique gradui vnum menſem, vel vnum diem, vel vnam horam. Et planeta potens in figura eſt iſte, qui fuerit in angulo vel in ſuccedenti cum maiori potentia anni & domini aſcendentis. Et ſi dominus aſcendentis fuerit in bono ſtatu ſignificat ſaluationem regis, & euaſionem ab omni malo. Et ſi fue

Digitized by Google

transponitur post folium, 1284. supra.



ſi fuerit in ſecunda domo talis habebit vtilitatem ſuæ ſubſtantiæ, & ſic de cæteris domibus ſecũdum proprietates earũ. Et ſi acciderit quod Sol & dominus dom' eius ſint in domibus itinerum, ſignificat itinera generalia regis, & ſuorũ militum & diuitũ, & populi ſui. Et ſi tunc fuerit Mars in angulo, & aſpexerit Solem, & Lunam de bono aſpectu & forti, ſignificat quod cauſa iſtorum itinerum erit propellendo ſuos inimicos. Quando dominus decimæ domus fuerit fortunatus, & in malo ſtatu cadens, & in aſpectu infortunarum, eueniet damnum officialibus regibus. Et ſi dominus decimæ domus fuerit fortunatus, ſignificat proſperitatem eorum. Et quãdo dominus ſecundę domus fuerit in domo cadenti, & Mars aſpexerit eum, ſignificat quod rex expẽdet multum in cauſis litium & guerris. Et quando dominus duodecimæ domus, & dominus ſextæ fuerint ambo cadentes ab angulis, ſignificat quod rex appodiabit ſe de inimicis ſuis, & de illis qui nõ obediunt ſibi. Si volueris ſcire cauſam itineris, aſpice in qua parte eſt dominus domus quartæ, & qui planetæ aſpiciant eum, & miſceas inter eos. Et aſpice partẽ fortunæ, quia ipſa eſt ſignificator ſubſtantiæ regis, quæ ſi fuerit infortunata, rex diſſipabit ſubſtantiam, & iudica ſecundum infortunium partis cælati quæ ſignificat mores regis. Et ſi infortunator fuerit Mars, interficiet homines ſine iure, & interficiet religioſos, & iudices, & maximè ſi fuerit in ſignis humanis. Et ſi in introitu anni, vel alicuius temporis fuerit Mercurius orientalis, ſignificat regi & ſuis ſcriptoribus magnum bonum. Et ſi fuerit infortunatus, ſignificat eis malum & damnum magnum. Et ſi infortunium & damnum fuerit per Martem, ſignificat quod rex accipiet dignitates ab officialibus, & ſcriptoribus ſuis, & iraſcetur contra eos, & cancellarius committet fraudem in ſuis rebus. Quando cum ſignificatore regis fuerit in ſuo ſigno alter planeta habens ibidem aliquam dignitatem, iudica quod ſignificatio, quam habuerit rex de bono vel malo per illum erit communis in eo & ſua ſocietate. Et ſi Iupiter fuerit iſte, & fuerit potens in iſto loco, erit illud in maioribus eorum, & ſecundum hoc iudica in dominis & in populo. Et aſpicias ad partem litis, & ad partem audaciæ, et ad partem victoriæ. Et ſi partes illæ cum Sole fuerint, vel in aliqua dignitatum Solis, ſcilicet, in aliquo loco in quo habeat dominium, ſignificat quod rex vincet aduerſarios ſuos, et appodiabit ſe de eis. Et ſi hæ partes fuerint cum domino anni vel in dignitatibus ſuis, ſignificat quod populus habebit bonum ex parte regis, et lucrabitur per eum.

Quando in reuolutione anni Mars fuerit in bono ſtatu, ſignificat quod vaſſalli regis erunt obedientes regi, et legales. Et ſi cum hoc dominus anni fuerit ipſe, videlicet Mars creſcet, et multiplicabitur bonum, et obedientia, et legalitas vaſſallorum aſcendet verſus regem: et quando Mars fuerit infortunatus et damnatus, ſignificat quod homines inobedientes contra regem inſurgent, et quando in reuolutione anni inueneris Martem in aliquo quatuor angulorum, iudicabis lites.

Et cauſa litis erit ſecundum naturam ſigni in quo fuerit Mars, et ſemper in reuolutione anni reſpicias ad Martem. quod ſi fuerit in bono ſtatu, melioratum erit negotium vaſſallorum regis et militiarum ſuarum. Et quando fuerit infortunatus, ſignificat quod viles inſurgent contra dominum et altos homines. Et quando fuerit hoc modo, et fuerit cadens à Ioue, ſignificat quod lites mouebuntur, et inimici regis litigabunt eum.

Et ſcias ſtatus et cauſas litium à natura ſigni in quo fuerit Mars. Et ſi fuerit Mars ſub radiis, durabunt lites et guerræ et præliabuntur homines per mores et fraudes et facta cooperta et celata, et durabit hoc donec fiat orientalis et tunc abſcindetur res, et ſimiliter quando Mercurius fuerit ſub radiis in rebus regis ſignificat tarditatem, et ſcriptorum et cauſidicorum ſuorum, et impotentias in omnibus cauſis ſuis, et durabit ſuper hoc, donec fiat orientalis.

Quando Iupiter fuerit in tertia fortunata vel ſecunda, ſignificat ſtatus nobilium hominum, et regum, et iudicum, et ſi fuerit retrogradus vel ſub radiis, ſignificat quod viles homines inſurgent cõtra regem, et vincent eum, et quando Mars fuerit in ſigno mobili, fortes lites ſignificat, et quando in ſigno communi, erit lis vno tempore, et alio tempore remouetur, et quando fuerit in ſigno fixo remouetur. Et quando fuerit in ſigno fixo, ſignificat fortes lites inter reges et erectos. Et aſpicias ad locum regis, et ad locum auxiliatoris eius, et ad locum inimicoaum eius, & inobedientium ſibi.

Et ſi inueneris Mercurium aſpicientem hæc loca, ipſo exiſtente appodiato, iudica quod lites deficient per mores & fraudes.

Aſpice domum ſextam à Sole, & ſi Mars fuerit in ea, interfectiones magnas ſignificat, & vincet rex, & fortior erit rex in parte ſigni in quo fuerit Mars. Et ſi Mars fuerit in 6. à Luna ſignificat interfectiones & infirmitates in hominibus. Et quando ambo luminaria fuerint infortunata, accident interfectiones in militibus regis, & in ſuis auxiliantib'. Omnis planeta qui non aſpexerit medium cæli, inimic' eſt regis: loca in quibus fortunæ fuerint, & loca quæ ipſe aſpexerit ſignificant bonum in naturis ſuis. Et loca in quibus fuerint infortunæ, & quæ aſpiciant, damnũ in naturis ſuis, ſignificant. Et ſi aſcendens & eius domin' fuerint dãnati, ſignificat quod damnũ erit in rege, & in altis hominib'. Et ſi damnũ fuerit in medio cæli, vel in eius domino, erit damnum in reditibus regis, & in illis qui tenent iſtos.

Et ſi fuerit damnum in quarta, & eius domino, erit damnum in hominibus regis per carceres & ſimilia.

Quando dominus decimę domus fuerit damnatus, ſignificat, quod damnum accidet regi per vicinitatem ſuæ domus.

Quando Luna iuncta fuerit cum Mercurio, augebitur potentia ſcribanorum, & quando iuncta fuerit cum Ioue, interfectiones & lites ſignificat.

Et quando iuncta fuerit cum Marte, multas combuſtiones, & lites & rixas multas ſignificat.

Et quando Mercurius iunctus fuerit cum Luna, ſignificat poſſe ſcribanorum.

Et quando Mars iunctus fuerit Saturno, ſignificat mortem ſenum, & lites, & prælia, & quando iunctus fuerit cum Ioue, ſignificat interfectiones & lites.

Quando Iupiter iunctus fuerit cum Saturno, prohibetur omne malum.

Quando

Digitized by Google

tranſponitur.



Quando Saturnus fuerit iunctus cum capite, depreſſionem ſignificat altorum hominum.

Et ſi fuerit iunctus cum cauda, ſignificat effuſionem ſanguinis, & ſiccitatem, & paupertatē, & multa damna, & quando Sol fuerit iunctus cum capite, ſignificat mortem altorum hominum, & apparebunt reges noui qui per violentiam regnare volūt.

Quando Luna iuncta fuerit cum capite, intromittent ſe homines de armis & de litibus.

Quando Iupiter iunctus fuerit cum Saturno, ſignificat hominibus triſtitiam.

Et ſi fuerit in Sagittario, ſignificat mortē regis.

Et ſi iunctus fuerit cum Marte, ſignificat damnum in altis hominibus.

Et ſi fuerit iunctus cum Mercurio ſignificat declinationem ſcribanorum & mercatorum: & ſi fueri iunctus cum Luna, bonum hominum perdetur, & habebit populus dolores & triſtitias.

Et quando in reuolutione anni fuerit aliqua infortuna in angulo, ſignificat guerras & interfectiones. Et ſi fuerit directa, erit res quando retrogradabitur.

Et ſi fuerit retrograda, erit res quando miſcebitur lumen eius cum radiis ſignificatoris regis.

Et ſi infortuna aſpexerit aſcendens de aliquo loco, & non de angulo, non erit damnum in hominibus generale, niſi lumen eius foret commixtum cū lumine domini medij cæli.

Et dicit Alb. aſpicias in reuolutione anni ad quadraturam Solis, & ſi ibi fuerit fortuna ſignificat potentiam regis. Et ſi ibi fuerint infortunia, ſignificat contrarium, & hoc erit ſecundum virtutem fortunæ vel infortunæ. Et cum Mars fuerit in reuolutione anni in quadratura vel in oppoſitione Solis, & reuolutio fuerit diurna, ſignificat guerras, & inobedientias regum, & aliquis rex perdet ſuum regnum & hoc erit de diuiſione ſigni, in quo fuerit Mars.

Et ſi Venus fuerit cum Saturno, ſignificat quod damnum erit in diuitibus & nobilibus hominibus.

Et ſi caput iunctum fuerit cum Saturno, pœnas, & inuolutiones ſignificat. Quando Sol & dominus anni ambo fuerint in locis malis ſignificat quod annus erit malus regi & populo. Et ſi Mars fuerit in octaua, ſignificat quod hominibus accident magnę interfectiones, & maximè in regibus & in ſuis auxiliantibus.

Et ſi fuerit in ſigno maſculino, erit mors in maſculis. Et ſi dominus aſcendentis fuerit ſaluus ab infortunis, & in bono potens, ſignificat regi potentiam, & gaudium, & ſimile in ſuis rebus. Et ſi Iupiter in reuolutione anni fuerit oriētalis, vel aſpexerit Solem, ſignificat quod vincet rex, & euadet in bonum. Et quando Mars fuerit dominus anni, & retrogradabitur in loco damnato, in iſto anno vel in ſigno extraneo nec ibi fuerit fortuna iuncta cum eo, vel qui eum aſpiciat, ſignificat quod inimici mouebuntur contra regem, & mouebuntur ei lites & guerræ. Quando in reuolutione anni fuerit Venus, & Mercurius ambo infortunati, ſignificat quod populo damnum eueniet ex parte regis, & ſimiliter accident damna regi ex parte populi, & eo fortius, ſi Luna ſimiliter fuerit fortunata, quia tunc ſignificat effuſionem ſanguinis, & triſtitias, & damnum erit regi generale, & populo, & multiplicabuntur lites, & guerræ, & maximè erit hoc in partitione ſigni in quo fuerit: hæc Haly Abenrag. in illo ca. 4.

Et vbi ſupra in cap. 3. recitat Haly quædam dicta Hermetis dicens, ſi in reuolutione anni Luna & Iupiter fuerint coniuncti Soli in Ariete, ſignificant iuſtitiam, & legalitatem inter homines & quando Venus & Mars iuncti fuerint in Tauro, erunt mendacia, & proditiones multæ, & deſtructiones regum, & nobilium, & de montanis ſurgent viles qui facient guerras regi.

Et quando Saturnus, Iupiter & Mars iuncti fuerint in Tauro, exibunt reges de regnis eorum ad alia regna, & erit multa mortalitas.

Et quando Sol, Venus, & Mercurius iuncti fuerint in Geminis, erit damnum in ſcribanis, & de his qui ſe intromittunt de computationibus, & militia, applicabunt ad regem, & accidet damnum in humeris per latrones.

Et quando Saturnus, Iupiter, Mars Sol, Luna, Venus iunguntur in Cācro, boni defectum in omni re ſignificant, & accidet timor in hominibus.

Et quando Saturnus, Iupiter, Mars, & Luna iunguntur in Leone, litigabunt & interficient ſe reges inuicem, & accident hominibus magis timores, & damna.

Et ſi Sol eclipſetur in Virgine per caudam, & Mars fuerit ibi iunctus Soli, erunt inter nobiles & viles homines interfectiones & lites magnæ.

Quando Mars & Iupiter fuerint iuncti in Libra, ſignificat malum ſtatum nobilium.

Quando Saturnus, Mars, & Venus iunguntur in Scorpione, reges exibunt de terris ſuis ad alios, & diſcordabunt ad inuicem, & præteribunt treugas inter eos.

Et ſi in Scorpione fuerit aſcēdens anni, & Saturnus ibi fuerit, & Mars iunctus cum eo, longe ab eo tamen in partitione aſcendentis, & Venus fuerit combuſta, & Iupiter retrogradus, iudica omne malum, guerras, & lites, & depopulationes villarum, interfectiones, & mortalitates, & ſimilia: quia Scorpio eſt infortuna ſignorum, ſicut eſt eius dominus infortuna planetarum.

Quando Sol, Mars, & Mercurius iunguntur in Capricorno, erunt multi ignes, & combuſtiones, & multi latrones. Et quando Sol, Mars, & Saturnus iunguntur in Piſcibus, ſignificat, quod rex interficietur: hæc Haly Aben. vbi ſupra.

Et poſterius in iſto 8. libro c. 24. dicit prædictus Haly, quando in reuolutione anni mundi Luna iungitur cum Venere, aut cum Ioue, & Venus habuerit radios, & occidet ante Lunam, accidet hominibus bonum, & abundantia, & melioramentum: & ſi Luna occiderit ante Venerem, & ipſa tunc non habuerit radios, mortem regis in terra Orientis ſignificat, interficiendo eum, vel dando ſibi pœnas.

Et quando hæc coniunctio, quam prædiximus, fuerit cum Ioue, erit interfectio & ſignificatio in terra occidentis. Quando iungitur Mars cum Ioue in vno ſigno, erit rex in periculo donec tranſierit 75. diebus cum ſuis noctibus.

Quando Venus iungitur cum Saturno, accident metus, & deprædationes in terra Orientis. Quando Mars fuerit in capite manſionis, quæ nominatur algazaf, vel in eius medio, ſignificat quod reges interficient ſe in parte terræ, vbi fuerit Mars. hæc Haly in illo ca. 24. Deinde in ca. 25. dicit prædictus



Digitized by Google

Haly, quando Iupiter aſpexerit Saturnum ex quadratura, apparebunt rebelles, qui aduerſantur regi, et perquirunt regnum eius, et ſignificant mutationes, & res multas in negociis regni, & ſimiliter in lege.

Et ſi hæc quadratura fuerit ex ſuo 10. ſignificat quod accident multæ rixæ, & lites inter homines, & præcisè inter altos homines. Et quando Mars iũctus fuerit cum Saturno, faciet vnus homo alteri fraudes, & deceptiones, & accident in hominibus percuſſiones, & vulnera, & multi defectus.

Et maximè ſi fuerit hoc in ſigno humano, & accidet impedimentum per hominem, qui erit de terra, quæ eſt de partitione illius ſigni, in quo iunguntur. Et ſi iſte aſpectus fuerit de 3. vel de 6. ſignificat damnum in cauſis hominum, & diſcordias inter homines ratione legis. Et ſi aſpectus fuerit de quadratura eius, erunt multa furta & multi robatores.

Et ſi hæc quadratura fuerit à ſua decima, accident populo anxietates, & mala ex parte regum, & ipſi non erunt eis obedientes.

Et ſi applicatio fuerit de oppoſitione ſignificat, quod homines ſe inuicem diſcordabunt, & habebunt ſe odio.

Quando Sol applicuerit Saturno de quarto, & fuerit à ſua decima domo, accidet regibus anxietates, & labores, & motus magni ex parte ſui populi, & multi de populo incarcerabuntur. Et ſi aſpectus fuerit de oppoſitione reges contrariabuntur religioſis hominibus de populo.

Quando Venus iungitur cum Saturno, ſignificat damnum in toto eſſe anni, & accident hominibus metus, & triſtitiæ, & diſcordiæ, & rixæ accidet indigentiæ, & anxietates populo.

Quando Luna iungitur Saturno, ſignificat multas triſtitias, & damna hominibus ratione carcerum, & depopulationis ciuitatum. Et ſi fuerit applicatio de 3. vel de 6. ſignificat carceres, depopulationes & triſtitias multas, & lites.

Et ſi fuerit applicatio de ſua 10. domo, accident populis & regibus diſcordiæ & lites, & capientur multi de populo propter diſcordiam regum cum ipſis. Et cum Mars iungetur cum Ioue, ſignificat multas lites, & percuſſiones, & vulnera, & multos cruce ſignatos.

Et ſi applicuerit ei de 3. vel de 6. ſignificat etiam multos cruce ſignatos, & lites ratione legis.

Et ſi fuerit de quadratura, ſignificat quod erunt rebelles multi, & multæ interfectiones, & delicta, & multos latrones ſignificat.

Et ſi aſpectus fuerit de oppoſitione, erunt in hominibus multæ lites, & rex faciet multa mala populo. Et quando Sol aſpexerit Iouem de quadratura, & fuerit hoc ab eius 10. domo manifeſta iuſtitia, & ſi fuerit aſpectus de oppoſitione, erunt multæ lites, & iniuſtitiæ, quando Mercurius aſpexerit Iouem de quadratura, & de eius quarta domo accident cauſæ, & rixæ inter ſapientes legis.

Quando Sol iunctus fuerit cum Marte ſignificat lites, & interfectiones multas in terra orientis.

Et ſi fuerit aſpectus de trino, vel de 6. homines diligent legem, & iudicabunt per eam.

Et ſi aſpectus fuerit de quadratura, & à ſua quarta, ſignificat lites inter reges, & ſi fuerit hæc à ſua 10. facient iuſtitiam & extorſiones, & erunt multæ combuſtiones.

Et ſi aſpectus fuerit de oppoſito, ſignificat interfectiones & lites multas.

Quando Mercurius iungitur cum Marte, accident ſapientibus moleſtiæ, & triſtitiæ.

Et ſi fuerit aſpectus de quadrato, & ab eius 10. intromittent ſe reges de armis.

Et ſi fuerit aſpectus de oppoſito, accident hominibus lites & deceptiones, & interfectiones, furta, & latrocinia Quando iuncta fuerit Luna cum Marte, ſignificat effuſionem ſanguinis, & mendacia: & ſi fuerit aſpectus de quadrato ſignificat delectum regis, & prædabitur, & extorquebit iniuſtè.

Et ſi fuerit aſpectus de oppoſito, erunt lites & interfectiones, & falſitates multæ.

Et dicit Haly in fine illius 25. capituli, quod omnes hæ coniunctiones, & applicationes, quas diximus de planetis quando accidunt in reuolutione anni, apparebunt, & erunt appodiatæ ſignificationes earum.

Et ſi acciderint in temporibus quartarum, apparebunt, tamen non habebunt tam magnum poſſe ſicut in reuolutione anni. Sed quando accidunt in aliis temporibus ab iſtis, ſignificationes ſuæ erunt debiles. hæc Haly. Et vbi ſupra ca. 5. circa medium dicit Haly Aben. quod Alb. dicit quod ſemper debes aſpicere ad ſtatum ſeneſchalci regis Azonæ, aſpiciendo, ſi ipſe eſt in angulo, & in bono ſtatu vel malo. & ex hoc ſcies ſtatum ſeneſchalci.

Et ſi in reuolutione anni Iupiter fuerit combuſtus vel retrogradus mundo ad oppoſitionem, vel infortunatus à Saturno, ſignificat quod iſto anno rex caſtigabit ſuum ſeneſchalcum, vel forte interficiet eum, vel auferet ſuum officium ab eo.

Et ſi fuerit Iupiter orientalis, & in ſua triplicitate potens, erit ſeneſchalcus in bono ſtatu, & Mars erit ſignificator illius, qui mittit malitiam regi. Vnde ſi in reuolutione anni fuerit Mars ex oppoſito Saturni, ſignificat quod rex iraſcetur ei iſto anno, & vilipendent eum, & accident militibus grauitates, & ſi Mars fuerit in quarta Saturni, vel in quadrato Iouis vel in quadrato amborũ, habebũt milites illo anno lites cum ſuis inimicis, & perdent aliqui illorum, & mutabũt ſe de vno loco ad locum, & eorum aliqui ibunt ad iuuandum inimicos regis. Et cum hoc quod diximus, ſi Mars fuerit dominus decimæ domus, rex ibit de terra ſua.

Et ſi Mars fuerit retrogradus, ſignificat quod iſto anno milites erunt deuicti, & fugient.

Et ſi cum hoc fuerit Mars in ſigno humano, & fuerit infortunatus, erunt interfectiones in militibus. Et cum hoc ſignum decimæ domus fuerit limpidum ab infortuniis, & damnis, hoc quod dixi, habebit remedium. Et ſi fuerit infortunatum, damnum augebitur.

Et vbi ſupra cap. 6. dicit prædictus Haly, apta dominum coniunctionis vel præuentionis, quæ fuerit ante introitum Solis in principium Arietis, & eius angulos, & loca planetarum, & aſpice Lunam quando ſeparatur ab illa coniunctione, vel præuentione, cui planetarum applicet, & vtrũ ille planeta fuerit fortuna vel infortuna, fortis, vel debilis, & ſecundum hoc iudica in eſſe populi.

Et ſi Luna fuerit debilis vel peregrina, & applicuerit infortunis, ſignificat populo malum.

Et ſi

Digitized by Google

Et ſi applicuerit Luna ad Martem,& fuerit Mars in ſigno humano, erunt multæ interfectiones, & ſanguinis effuſiones, et eo fortius, ſi annus applicuerit ad locum in quo fuerit Mars in coniunctione magna, vel ad locum, in quo fuerit in coniunctione quorumcunque planetarum augmento reuolutionum earundem, vel ad locum in quo fuerit ipſe Mars in initio illius legis, quoniam iſti ſunt anni, qui lites, interfectiones, effuſiones ſanguinis ſignificant, et erunt lites, et guerræ in partitione iſtius terræ, quæ fuerit de ſimilitudine ſigni, in quo fuerit Mars in radicibus prædictis, et quieſcet lis iſto anno, quo Mars comburitur aut intrat combuſtionem, vel quando intrat caſum ſuum, vel quando Iupiter comburitur. et aſpicias locum Martis in anni reuolutione, et in radicibus prædictis.

Et ſi fuerit orientalis, vel occidentalis, ſeptentrionalis, vel meridionalis, et iudica quod illi qui fuerint in parte, in qua fuerit Mars, vincet.

Et quando Saturnus fuerit appodiatus in reuolutione anni, & fuerit almutaz locorum appodiator in fine, ſignificat in hominibus populationes & quietes: & quando fuerit debilis, & infortunatus, ſignificat deſtructiones & depopulationes.

Et quãdo Mars fuerit in reuolutione anni & fuerit appodiatus, & habuerit partem in anno ſignificat quod gentes illius climatis vincent, & ſe appodiabunt de inimicis ſuis.

Et ſimiliter ſi fuerit Mars retrogradus, vel debilis, combuſtiones ſignificat, lites, & ſanguinis effuſiones.

Et quando Sol fuerit appodiatus in reuolutione anni, & ſaluus, ornantur reges, & nobiles, & plures homines peruenient ad dominium, & qui ad hoc apti fuerint, exaltabuntur.

Et conuenit in hoc vt potentiam Sol regat in vice aſcendentis, & fac. 12. domos ab eo, ſicut fuerint ab aſcendente, conſideres ſignificationes iſtarum domorum, & locorum, & aſpectus fortunarum, & infortunarum in eis, & iudica de quacunque domo, ſicut conuanit, & ſicut inueneris.

Et iudicabis regibus à Sole ſecundum quod iudicas populo à domino anni.

Et ſi Sol fuerit debilis, & in malo loco, minuetur valor regum, & decreſcet ſtatus eorum, & facient maleficia populo, & accident damna, & grauitates multæ ex parte regum, & dominorum ſuorũ.

Et quando Saturnus fuerit dominus anni, & fuerit retrogradus in Libra ſignificat lites inter reges qui ſunt à parte occidentis, & ſeptentrionis.

Et ſi fuerit in Scorpione retrogradus, ſignificat guerras, lites, mortalitates, & epidimias, ac damna in hominibus, & maximè in gentibus inſularum.

Et aſpice planetam, in cuius termino Saturnus eſt, & in quo loco idem planeta dominus termini, & in quibus planetis proiicit radios ſuos. Et iudica quod accipiendi erunt in partibus terræ vel ciuitatibus, quæ fuerint de partitione iſtorum planetarum, & hoc erit peius, ſi aſpectus erunt illi inimicitiæ. Et ſi Iupiter fuerit eleuatus ſuper Saturnum in zodiaco, ſignificat quod inſurget homo ſuper regem, qui præcipiet teneri in hominibus rationem, & iuſtitiam, & ſi planetæ aſpexerint Iouem, habebit iſte qui aſſurget, multos auxiliatores, & ſe appodiabit ſuper regem.

Et ſi planetæ aſpexerint Saturnum, & non Ioue, vincet eum rex: & quando Iupiter fuerit dominus anni, & Mars fuerit eleuatus ſuper eum in zodiaco, ſignificat, quod ſuper eum inſurget erectus de regno malo, & guerrarius malefactor, & homicida, & effuſor ſanguinis. Sed rex erit iuſtus, bonus, & rectus. Et ſcies quis eorum vincet ab aſpectibus planetarum aſpiciendo quem eorum magis aſpiciunt & adiuuant planetæ, & iudicabis ſecundum hanc viam in cognoſcendo victorem.

Et ſcias, quod Saturnus naturaliter eſt ſignificator regum, quia eſt altior omnium planetarum, & quia omnes planetæ ſibi applicant, & ipſe nulli eorum, & Iupiter naturaliter ſignificator eſt erectorum, ſiue rebellium regis, quia ſequitur Saturnum in his rebus prædictis, & illi qui contra regem inſurgunt, ſunt potentes, vt reges vel parum minus.

Et quando Mars fuerit dominus anni potens, & fortunatus, & in bono loco, ſignificat quod iſte annus erit bonus militibus, & erunt amati, & honorati, & vincent inimicos ſuos, & illi qui cuſtodiunt frontariam, vincent inimicos ſuos. Et ſi fuerit Mars damnatus, ſignificat damnum militibus, & tenentibus frontarias, & intromittẽtibus ſe de armis, & detegentur in terra terrores, labores, paupertates, & guerræ, & fortius apparebunt ſignificationes Martis, in climatibus, & terris quæ ſunt de partitione ipſius. Et quando Sol fuerit dominus anni potens, & liber à malis, ſignificat quod rex illius climatis appreciabit ſe, & oſtendet ſe potentiorem regibus aliorum climatum. & ſi fuerit debilis, & infortunatus, debilitabitur rex, & vilipendentur nobiles, & diuites, & appodiabunt ſe ſerui, & viles homines ſuper reges, & nobiles. Et quando Sol in reuolutione anni fuerit in 10. domo, & Mars in aſcendente, accident in initio anni guerræ, & rixæ inter gentes. Et ſi Mars cum hoc fuerit in ſuo caſu, ſignificat ꝙ ille qui voluerit litigare cum rege, erit malæ legis, & malæ vitæ. et ſi cauda fuerit cum Marte, guerras, & interfectiones ſignificat. Et ſi dominus anni & Sol fuerint ambo infortunati, erit damnum in rege, & in ſuis negociis. Et ſi aſcendens & eius dominus cum illis damnati fuerint, ſignificat quod damnum erit generale in rege, et in populo, et quando Venus fuerit domina anni potens, et fortunata, erit annus bonus aptus et quietus, et ſi fuerit debilis, et damnata, erit annus omni bono mendicus, et erunt in eo triſtitiæ et dolores, ſed tamẽ erunt paucę, interfectiones, et cadent multa ædificia, et apparebunt ſuæ ſignificationes in terris, et ciuitatibus ſuis.

Et quando Mercurius fuerit dominus anni potens, et in bono loco, ſaluus ab infortunis, et in aſpectu fortunarum, vel iunctus cum eis, erit annus bonus, et fortunatus pueris, et mercatoribus, et eo fortius, ſi fuerit receptus à domino domus ſuæ, quia tunc ſignificat quod illi, qui ſunt de partitione ipſius, habebunt à rege magnum honorem et vtilitatem. et ſi cadens vel combuſtus vel damnatus fuerit, ſiue infortunatus, aut in malis locis figuræ, ſignificat diminutionem in reditibus regum, et creſcent mendacia, et falſitates in hominibus, terrores, et præcipuè in ſcriptoribus et mercatoribus, et apparebunt hæc in locis, quæ ſunt de partitione ſua.



Digitized by Google

Luna vero cum fuerit domina anni, potens, et in bono loco,& ſalua ab infortunis,erunt homines in ſuis vindictis,& maximè ſi ipſa fuerit tunc recepta,quia tunc homines bonum habebunt ex parte regum.Et ſi ipſa fuerit damnata, erit vniuerſale dā num in mundo cum eius ſignificationes in bono & in malo erunt magis apparentes, & magis affixæ in ciuitatibus,quæ fuerint de partitione ſigni, in quo fuerit Luna fortunata,vel infortunata:hæc Haly in 2.cap.6.

Et vbi ſupra cap. 10. dicit Haly Aben. quando fuerit Saturnus in reuolutione anni dominus aſcẽdentis,ſiue dominus anni,& fuerit in oppoſito Solis retrogradus,aut ſi Sol applicet ei in ſigno peregrino,ſignificat rixas, & interfectiones inter iſtos de oriente,& occidente, & lites in diuerſis locis.

Et ſi Mars fuerit dominus anni,aut quartæ,ſignificat quòd gens terrarum, quæ fuerit de partitione eius,habebit bonum,& inimici eorum habebũt malum. Et quando Mars fuerit ſtationarius, & mouebitur motu Saturni,ſignificat deſtructionem, & abſciſionem progeniei,& non obedient ſerui ſuis dominis,nec gens ſubdita ſuis maioribus.

Et ſi etiam inueneris Iouem mixtum cum Saturno vel cum Marte,minuet de prædictis malis ſignificationibus.Et quando inueneris Mercurium dominum anni,vel dominum quartę,& ſi cum hoc inueneris Martem commixtum cum Mercurio, iudica quod in terris ſigni,in quo fuerit Mars,erunt interfectiones & anxietates magnæ,& guerræ,& maiores deſtruent minores.hæc in iſto cap.10.

Et vbi ſupra c.11.dicit prædictus Haly, quando aſcendens anni fuerit Aries, & Mars fuerit in eo, vel in bono aſpectu eum aſpexerit,& fuerit ſaluus, & limpidus,ſignificat bonum, & ſaluationẽ in iſto anno.Et ſi fuerit in Libra iſto anno ſignificat lites, quia tunc dominus aſcendentis erit in oppoſito aſcendentis.Et ſi fuerit Mars retrogradus, ſignificat triſtitias, & anxietates in hominibus terræ, cuius aſcendentis fuerit:& ſi Saturnus fuerit in aſcendente,ſignificat quod accident hominibus infirmitates,& anxietates, & triſtitiæ ex parte regis ſui in iſto anno.

Et ſi Mars aſpexerit ibi de quadrato,vel de oppoſito,& ſigno igneo,ſignificat quod interficietur illo anno vna pars gentis iſtius climatis. Et tempus in quo illud erit,debet ſciri ex gradibus, qui fuerint inter eos.

Et quando Sol fuerit in aſcendente, & applicuerit ad Saturnum,qui fuerit dominus medij cæli,ſignificat quod homines adunabunt ſuos reges & maiores vbi fuerit dominus medij cæli in 8. & Sol in ſecunda,tunc enim morietur rex,& perdet ſuam ſubſtantiam,& ſuum honorem, & ſcias quod quando Sol in reuolutione anni fuerit in aſcendente vel in medio cæli,ſignificat quod rex erit iuſtus, & quietus ſine cupiditate bonorum gentis ſuæ, & ſi fuerit in angulo terræ, rex habebit illo anno multos captos,& ſi Sol fuerit in 12.habebit rex illo anno anxietates, & cogitationes magnas pro inimicis,qui inſurgent contra eum.

Et quando Luna in reuolutione anni fuerit in aſcendente, ſignificat proſperitatem & ſaluationẽ populi in ſuis corporibus.

Et ſi fuerit Luna in quarta,habebit populus triſtitias, & anxietates multas, & ſi fuerit in octaua, mortalitatem in populo ſignificat,& ſi ſignum octauæ cum hoc fuerit dominus Martis, erit mortalitas per lites & interfectiones.

Et ſi fuerit Luna in 12. populus habebit iſto anno multos inimicos.

Et quando Saturnus in reuolutione anni fuerit in 5.domo, multi morientur inimici homines de populo in iſto anno. In 6. multi eleuabuntur mali homines & viles.In 10.rex erit rectus, & veridicus. In 12.ſignificat mortalitatem in magnis,& ſi fuerit ibi retrogradus,ſignificat defectum omnis boni, & augmentum omnis mali.Iupiter cum fuerit in aſcẽdente in reuolutione anni, euadent homines ab omni malo corporali.

Et quando Mars fuerit in aſcendente in reuolutione anni,ſignificat multam effuſionem ſanguinis in iſto anno,& ſi fuerit in tertia,ſignificat multas rixas inter affines & amicos.

Et ſi fuerit in quarta,ſignificat lites & prælia in fine anni. In nona ſignificat inimicos, latrones, & graſſatores in itineribus.In 10.ſignificat gaudia, & proſperitates illis,qui ſe intromittunt de armis, & in militibus. & in 12. ſignificat quod multi erunt interfecti gladio iſto anno.

Et quando Venus fuerit in aſcendente in reuolutione anni,ſignificat multa gaudia illo anno, & ſi fuerit retrograda,ſignificat damnum in ſuis ſignificationibus.

Et quando Mercurius in reuolutione anni fuerit in quarta,ſignificat triſtitiam ſcribis,& mercatoribus iſto anno.

Et quando Mercurius fuerit retrogradus, damnabuntur eius ſignificationes bonæ, & creſcet in malo:hæc Haly Abenr.in iſto c. 11.

Et vbi ſupra in c.13.dicit prædictus Haly quando fuerit Mars in 7.coniunctionis receptus quieſcunt lites in tota illa.

Et ſi in aliquo anno fuerit ſignificatio litis,extinguit illam.

Quando coniunctio fuerit in ſecunda domo, ſignificat mortem nobilium hominum, & quando fuerit in tertia,ſignificat deſtructionem eccleſiarũ.

Et in 4.ſignificat mutationes & depopulationes caſtrorum & villarum.

Et in ſexta ſignificat infirmitates, & latrocinia multa ab inimicis.In 7.ſignificat quod homines habebunt anxietates,& malos ſtatus per regum & dominorum collectas.

In octauo ſignificat mortalitates & interfectiones:& hoc apparebit,quando reuolutio applicuerit ad illum locum.In 10.ſignificat anxietates regibus in parte terrę,in qua illud ſignum habuerit dominium.In 12.ſignificat,quod rex odiet populum, & faciet eis malum. Et quando Mars fuerit in aliquo angulorum reuolutionis anni, mouebuntur lites ſecundum potentiam quam habuerit, & ſimiliter faciet quando fuerit in quadratura Saturni & Iouis, & ſcias quod aſcendens & Luna & eorum domini ſunt ſignificatores populi.

Et ſcias quod omnes lites & interfectiones accidẽtes in mundo proueniunt à ſignificatoribus Martis,quia quando intrat aliquem angulorum,& maximè angulum terræ, tunc ſignificat quod lites & guerræ mouebuntur, & accident multæ interfe-

ctio

Digitized by Google

ctiones & effuſiones ſanguinis, et hoc erit maius et firmius.

Si fuerit in Geminis, & in ſua triplicitate directus in ſuo itinere, ſignificat quod illæ lites erunt pro iure & pro iuſtis petitionibus. & ſi fuerit ibi retrogradus, erunt lites contra ius & pro petitionibus iniuſtis.

Et quando fuerit Mars in aliquo prædictorum ſignorum, & non in aliquo angulorum, ſed tamen in loco à quo aſpexerit aſcēdens, ſignificat infirmitates fortes. Et quando Mars fuerit dominus anni, & fuerit in Ariete vel ī eius triplicitate, & directus, reges inuicem diſcordabunt, & rixabuntur.

Et quando fuerit in aliquo prædictorum ſignorum, & non in aliquo angulorum, ſed aſpexerit aſcendens, facient homines prædas inuicem, & accidēt mala & damna ſua in terris, & ciuitatibus ſignorum, in quibus cadet lumen ſuum de quadrato vel oppoſitione.

Et quando Mars fuerit anni dominus, & fuerit in Tauro, & in triplicitate ſua, & in angulo ac directus, ſignificat rixas, & interfectiōes in hominibus.

Et quando Mars fuerit in aliquo ſignorum huius triplicitatis, & non in aliquo angulorum, tamē aſpexerit aſcendens, ſignificat quòd damnum erit in terra ſigni, in quo fuerit.

Quando Mars fuerit dominus anni, & fuerit in Tauro, vel in eius triplicitate in aliquo angulorum directus, non dando vim ſuam Saturno in hac triplicitate ſignificat, quod erunt in climate occidentis, & in Arabia magnæ guerræ, & multæ effuſiones ſanguinū, & epidimiæ, & mortalitates, & forte morietur rex illo anno, aut accidet ei malum grande. Et ſi cum hoc fuerit Mars retrogradus, erit hoc peius, & magis affixum. Et ſcies, quod natura Martis quando accidet vt in reuolutione anni, aut in aliquo angulorum, & maximè in angulo terræ, mouet guerras, & lites, ac interfectiones & effuſiones ſanguinis inter homines: & ſi cum hoc fuerit in ſigno fixo, erit fixum, & durabile, & ſi fuerit in ſigno mobili, ſignificat quod hoc mutabitur & remouebitur. Et ſi in ſigno communi, ceſſabunt lites & multis vicibus reuertentur. Similiter ſi fuerit Mars ſtationarius, ſignificat prolongationem rei, & fixionem mali.

Et ſi fuerit infortunatus, ſignificat depreſſionem, & minutionem, & euaſionem mali: & quando Mars fuerit ſtationarius, & habuerit participationem cum Saturno, ſignificat interfectiones, & deſtructiones, & hoc erit in parte vbi fuerit Mars de climate Orientis vel Occidentis, meridiei, vel ſeptentrionis.

Et peior & magis fraudulenta & falſa ſignificatio quam habet, eſt quando fuerit in introitu Solis in Ariete, cadens ab angulis, retrogrado exiſtente Saturno, reuertente lumen, & poſſe ſuum ſuper eū: quoniam quando hæc conſtellatio acciderit, ſignificat deſtructionem villarū per interfectiōes, captiuatiōes, pdas, collectas, & maximè ſi fuerit in reuolutiōe anni in Geminis ac in medio cæli, quia ſignificat quod erūt multæ interfectiones, & quod multi homines ſuſpendentur.

Et ſi fuerit in aſcendente vel in occidente, ſignificat abſciſionem manuum, & membrorum, & multas crudelitates in hominibus.

Aſpice etiam in ſeparatione Martis, quia ſi ſeparauerit ſe à Ioue, ſignificat quod lites erunt ratione petendi legem, & pro rectis, & veris petitionibus.

Et ſi ſeparauerit ſe ab infortuna, ſignificat quod illæ lites erunt pro delictis, & petitionibus iniuſtis.

Et ſi fuerit directi curſus, homines erunt firmi, & fixi in lite.

Et ſi fuerit retrograda, ſignificat quod lis non multum durabit, & quod mouentes eam, erunt viles perſonę, & latrones, & ſimiles, & ſignificat quod tandem erunt victi, & diſpergentur, & fugient, & erunt lites, & interfectiones magis firmæ, & affixæ. Quando Mars fuerit tardi motus, & in ſigno fixo, ſignificat hoc magnum laborem genti de parte, vbi fuerit ſecundum poſſe ſigni, & loci in quo fuerit in figura: quia ſi fuerit in aſcendente, ſignificat multam effuſionem ſanguinis, & percuſiones, & vulnera in corporibus hominum.

Et ſi fuerit in ſecunda, ſignificat deprædationem ſubſtantiarum.

Et ſi in 3. abſciſionem progenierum, & rixas, & inimicitias etiam lites inter homines.

Et ſi in 4. erunt fortiter obſeſſi, & inhibebunt eis victualia. Et ſi in 5. diripientur filij, & eorum ſubſtantiæ.

Et ſi in 6. ſignificat quòd furtiuè leuabuntur, & captiuabuntur ex eis, & fient ſerui.

Et ſi fuerit in 9. fugient de villis, & locis ſuis, & dimittent res & terras ſuas.

Et ſi in 10. reges & inimici facient eis malum, & obedient & ſeruient aliis regibus.

Et ſi in natura erunt feſſi de lite, & diſcordabūt, & erunt victi pro iſta ratione. & ſi in 12. de ipſis appodiabunt ſe inimici ſui, & facient quod voluerint de ipſis. hæc Haly Aben. in iſto c. 13. Deinde in c. 22. vbi ſupra, docet prædictus Haly prognoſticare de guerris, & combuſtionibus & præliis per intronizationem regis, dicens, aſpice in reuolutione anni mundi per intronizationem intronizati primo à Saturno qui eſt pars prima, & à Ioue qui eſt pars ſecūda, & quot gradus, & quot minuta fuerint inter eos nota. Similiter poſtmodum cōſidera in quo ſigno eſt dominus medij cæli, & reducas iſtos gradus ad aſcenſiones iſtius ſigni, in quo fuerit, & quod inde exiuerit, erit illud quot durant anni vel menſes aut dies.

Et ſi fuerit in domibus, vel in exaltationibus ſuis erunt anni: & ſi fuerint peregrini in ſuccedentibus erunt menſes, alioquin erunt dies.

Similiter quando applicuerit Marti, & Mars fuerit curſu vacuus, non applicans Saturno, ſignificat quod milites mouebuntur contra illum intronizatum, & venient ſuper eum erecti, & ex hoc accident ei triſtitiæ, & anxietates, & forte capient eum: ſi cum hoc Mars applicuerit Saturno, ſignificat, quod milites mouebuntur cōtra ducem ipſorum, nec coniungentur, & nullus contra eos mouebitur.

Et ſi Sol applicuerit Ioui, & Iupiter fuerit vacui curſus, non applicans Saturno, mouebuntur contra regem, & ibunt ſuper eum populares homines cum magna ratione, & ex hoc accident ei triſtitiæ, & anxietates, & pœnæ.

Vnde ſi Iupiter fuerit applicans Saturno iungetur eius naturæ, & datur ſibi natura obedientiæ

per naturam applicationis,& contra eum mouebitur aliquis de populo, nec veniet ſuper eum de aliqua parte,& ſi aliquis veniet contra regem, vincet rex, & deſtruet illum.

Et ſi Sol non applicuerit,nec Marti,nec Ioui applicatione aliqua,& applicuerit Saturno, ſignificat quod iſte intronizatus erit ab omni triſtitia ſaluus, & vincet omnes contrariatores eius, & erit appodiatus,& timebitur,& eo fortius,ſi fuerit cum hoc Saturnus in ſua domo limpidus & ſaluus. Et ſi Sol ſeparauerit ſe à Ioue,& applicuerit Marti, & poſt ſeparationem eius à Marte applicuerit Saturno, antequam exeat illud ſignum, in quo eſt, ſignificat quod aliquis homo de natura regis,vel de ſuo genere eleuabitur contra, & ob hoc accident ei triſtitiæ,& pœnæ,tamen vincet rex, & appodiabit ſe de eo,& maximè ſi Saturnus cum hoc fuerit in alia domo ſua limpidus,& ſaluus,& ſi Sol non applicuerit ad Saturnum,antequam exeat illud ſignum in quo fuerit,habebit iſte intronizatus anxietates magnas, & forte perdet regnum ſuum vel modicum remanebit.

Et ſi Mars ſeparauerit ſe à Ioue, & applicuerit Saturno,ſignificat quod cum magno iure contra regem ſurget. Et ſi cum hoc Iupiter applicuerit Saturno,obedient illi regi erecti, & appodiabit ſe de eis:& ſi Mars ſeparatus fuerit à Saturno,&applicuerit Ioui,ſignificat quod rex ille faciet aliquam moleſtiam alicui alto viro in tantum quod fiet ei rebellis.

Et ſi cum hoc Iupiter applicuerit Saturno,obedient illi erecti regi,& appodiabit ſe de ipſis,& maximè ſi cum hoc Saturnus fuerit in aliqua domorũ ſuarum limpidus.Tamen ſi cum hoc Iupiter fuerit vacui curſus,& in ſuo videlicet lumine, ſignificat quod iſte intronizatus appodiabit ſe,&fortificatur eius cauſa,& faciet quod voluerit. Et ſcias, quod quæſtio,& iudicium in hoc eſt Saturni & Iouis,quãdo primus eorum fuerit in domo ſua in medio cæli,aut in ſeptima,vel in aſcendente,aut in aliquo angulorum,aſpice ſi alius aſpiciat eum,vel ſicut ante eum,vel conſidera,quod eſt inter eos,& iſte numerus erit anni vel menſis,& non aſpicietur in hoc quantum tranſierit de ſigno,nec quantum remanſerit ad exeundum de ſigno computabitur pro vno anno,& ſecundum hoc dabis Saturno ſecundum locum eius,& poſſe in figura,& ſecundum quod fuerit inter ipſum & Iouem.Et dicit Guilelmus,ſi volueris ſcire quanto tempore regnabit rex vel quantum regnauerit iſte qui fuerit intronizatus, conſidera quantum eſt inter Solem, & gradum aſcendẽtis,& ſecundum illum numerum durabit in regno ſuo annis,menſibus,vel diebus. Et ſimiliter ſcies à parte regis, & eſt illa,quæ accipitur à gradu Iouis vſque ad gradum medij cæli, & proiicitur à gradu Iouis,& vbi finitur numerus,ibi pars illa. Vnde cõſidera in quo termino cadit pars ipſa. Et aſpice dominum iſtius termini in quo loco eſt, & ſi eum inueneris in domo,vel exaltatione ſua, dic quod ille durabit,quantum ſunt anni minores iſtius planetæ anno completo. Et ſi iſte planeta fuerit ſub radiis, vel infortuna aut in domibus aut in terminis infortunarum,aut retrogradus ſecundum numerum annorum ſuorum numerorum,dabit mẽſes, vel dies. Et ſimiliter conſidera dominum domus vel dominum faciei,& ſi fuerint directi motus, & aſpexerit illam domum in terminis, in quibus fuerit pars regni, iudica quod rex ille viuet, quantum diximus.

Et ſi volueris ſcire,quantum regnabit,& quando regnabit,aſpice ab angulo medij cæli vſque ad dominum anguli terræ,& vide quot gradus ſunt inter eos,& ſecundum numerum graduum illorum durabit annos,dies,vel menſes. Et ſi quæſtio fuerit,quãtum regnabit,& vſque ad quod tempus erit hoc ſecundum illum videlicet numerum. Et nota quod quando Mars fuerit à 10.gradibus Tauri vſque ad 10. gradus Leonis, eſt orientalis & à 10. gradu Leonis vſque ad 10.gradus Scorpionis,eſt meridionalis:& à 10.gradu Scorpionis vſque ad 10.gradus Aquarij,eſt occidentalis:& à 10. gradu Aquarij ad gradum 10.Tauri,eſt ſeptentrionalis. Aſpice ergo Martem,in qua parte harum fuerit,& iudica quod gens & dominus iſtius partis,vincent,& obtinebũt in litibus, & hoc iudicium eſt de dictis Hermetis, & cum hoc concordat Alandus,& alij ſapientes, dicunt etiam quod Saturnus eſt lumen Orientis, & Mars Occidentis, & ſi Saturnus fuerit orientalis, vincent illi qui ſunt de plaga Orientali. Et ſi Mars fuerit Orientalis, vincet Occidentalis: hæc in iſto capi.22.

Et vbi ſupra capit. 75. dicit prædictus Haly, quando ſcire volueris durabilitatem regnantis, accipe à domino exaltationis partis fortunę vſque ad eandem partem, & quot fuerit inter eos, da cuilibet ſigno menſem vnum,vel annum.Tamen quando ſcire volueris durabilitatem regnantis ab hora ſuæ intronizationis,apta aſcendens,& medium cæli,& extrahe hylech,& alcochodem,ſicut fuerit in natiuitatibus.Primo modo fac attazir ad gradus aſcendentis,vt ſcias ſtatus ſui corporis, & fac attazir ad gradum medij cæli vt ſcias ſtatus ſui regni,& deferas hos ambos per reuolutiones,donec ſecum infortunam inueniat,& tunc deſtructionem iudica, & ſi damnum fuerit per vnum eorum, non per aliũ iudica damnum in ſecunda illa non plus, ita quod ſi aſcendens applicuerit cum attazir cum infortunis,& infortunium fuerit forte,iudica deſtructionem.

Et ſi infortunium fuerit paruum, iudica infirmitatem ex oppoſito. quod ſi attazir gradus medij cæli damnatus fuerit in illo aſcendente, non iudica damnum in ſuo regno ſecundum damnum medij cæli,tamen ſi ambo iſti attazir damnati fuerint de ſua deſtructione non dubites.

Et conuenit tibi conſiderare aſcendens legis, & aſcendens coniunctionis maioris & applicationem attazir in reuolutione ad quadraturas infortunarum in illis locis in illo tempore, in quo erit aſcendens quod annus ſignificat.

Quando applicuerit ad ſignum applicationis erit aſcendens ad quadraturam illius ſignificationis,& ad locum ſignificationis,& quot gradus fuerint inter eos ad hoc determinabis rem.

Et conuenit etiam tibi, quando ſcire volueris regis durabilitatem, quod aſpicias anno in quo intronizatus fuerit, ad quod ſignum fuerit applicatio anni, & in quam quartarum particulã ceciderit,& in quem gradum & terminum,& ſi ſint in iſto termino radij planetæ in radice aut in coniun

Digitized by Google

coniunctione,quæ fuerit in principio illius regni, ſiue certificetur hoc in quarta, ſiue non certificetur. Et aſpice dominum applicationis in illo anno & dominum partitionis & gradum attazir,quantũ eſt inter eum,& radios infortunæ: poſtmodum aſpice in domo,cuius planetæ eſt pars, & quantum eſt inter eam,& partem ſecundam, & primã ſi fuerit in domo planetæ alti, da cuilibet ſigno vnum: & ſi fuerit in domo planetæ inferioris, & ſe aſpexerint ambæ partes minimę,medium eius, & de alio medio da cuilibet ſigno vnum annum: poſtmodũ aſpice in anno,in quo volueris iudicare ad Solem & ad dominum radicis qualiter morantur. Et ſi fuerint infortunati, iudica quod tẽpus erit verificatum de tali re,& ſi tales non fuerint, iudica ſecũdum quod inueneris & videbis. Et quando ſcire volueris,quis regnare debet poſt eum, aſpice in reuolutione anni in quo regnatur, cui Sol dat vim ſuã,& ſi eã dederit domo quintæ,iudica quod erit eius filius. Et ſi eam dederit domo tertiæ,iudica ꝙ erit eius frater. Et ſecundum hanc viam iudicabis de natura domus,cuius dominus ſoli dat vim ſuã. Et ſi eam dederit domino domus filiorum,& ſcire volueris in quo ex filiis remanebit, aſpice dominos triplicitatis domus filiorum, & quem eorum inueneris maioris dignitatis in domo filiorum, & ſi primus ibi habuerit plures dignitates,iudica, ꝙ maior filius regnabit,& ſi ſecũdus regnabit, vnus ex mediocribus,& ſi vlterius,regnabit vnus ex iunioribus. Et magna radix in hoc pro ſciendo, quis filiorum prius regnabit eſt,vt aſpicias quis eorum habuerit in aſcendente natiuitatis ſuæ dominum domus filiorum patris, & iudica quod iſte regnabit,& hoc modo in fratribus iudicabis. Hæc Haly in iſto cap.15. Deinde in cap.15. vbi ſupra docet prædictus Haly prognoſticare de morte regum,dicens,quod quando dominus medij cæli fuerit in ſigno in quo eſt applicatio radicis annorum,ſignificat mortẽ regis. Et ſi Mars eum infortunauerit, ſignificat quod interficietur. Et ſi applicationis ſignum infortunatum fuerit,& maximè per corpus infortunæ,ſignificat mortem regis. Et ſi dominus ſigni applicationis fuerit in ſigno communi,ſignificat mortem duorum regum in illa coniunctione. Et quando in ſigno medij cæli fuerit corpus infortunæ,ſignificat mortem regis. Et quãdo dominus medij cæli fuerit combuſtns, aut in oppoſitione Solis gradus per gradum, ſignificat eſſet mortem regis. Et ſi fuerit in oppoſitione, tamen tranſierit gradum,ſignificat quod accidet ei grauitas. Et ſi in hoc fuerit dominus medij cęli in ſigno cõmuni, ſignificat quod morientur in iſta cõiunctione duo reges: et ſi acciderit,quod in reuolutione anni ſignificator regis ingrediatur combuſtionem, ſignificat quod rex illius climatis morietur : tamen ſi fuerit in principio intrandi ſub radiis, ſignificat ꝙ accident ei moleſtia,& metus. Et ſi cum hoc aſpexerit eum fortuna,euadet inde. Et ſi tranſacta cõbuſtione,fuerit in caliditate radiorum, accident ei moleſtiæ,& dolores,& exibit de illis, niſi fuerit infortuna ſignificat, quod res illa prolongabitur, & erit fortis & periculoſa de natura & ſignificatione in qua fuerit iſta infortuna: & terminabitur res à coniunctione ſignificatoris cum infortuna: ſimiliter quando infortuna aſpexerit ſignificatorẽ regis de oppoſitione vel quarto aut coniunctione corporali erit rex in periculo mortis. Et ſi hoc fuerit ab angulo,erit res quãdo ſignificator iſte cõburitur,aut quãdo iſta infortuna applicuerit ad locũ ſignificatoris vt ad medium cæli vel aſcendens niſi habuerit partitionem fortunæ in aſpectu, quia ſi iſta fuerit fortuna,minuet damnum infortunæ ſecundum naturam ſuam. Et aſpice ad planetam ſignificantem ſtatum regis, & conſidera ſtatus ſuos quolibet die,& iudica per eum ſtatum regis de bono vel malo. Poſtmodum reſpice, quomodo reſpicit ille Lunam : & ſecundum hoc iudica res,& aliqua quæ contingent à parte populi de bono vel malo: conſidera & quomodo ſignificator ille dat lumen ſuum,& ſecundum hoc iudicabis res, quæ accident populo de bono vel malo. Et quando acciderit vt in reuolutione anni Mars fuerit retrogradus in Tauro vel in Scorpione,rex erit iſto anno in periculo mortis: tamen ſi retrogradabitur in aliquo iſtorum ſignorum poſt principium anni, ſignificat etiam periculum. Sed prima ſignificatio fortior eſt. Et quando acciderit quod Mercurius vel Luna ſit ſignificator anni,aut regis, & fuerit aſpectus ab aliqua infortunarum, ſimiliter erit mala ſignificatio regi, quia non poterit ſe defendere ab aduerſariis ſuis: & quando infortuna fuerit in aſcendente,aut cum domino medij cæli,ſignificat etiã periculum regi,& accident lites,& diſcordię. Et ſimiliter etiã ſignificat periculum,& lites,& retrogradatio infortunæ,quæ poſſe habuerit in damno anni. Et quando eclipſis fuerit in Ariete vel in Leone,ſignificat mortem regis: & quãdo Sol fuerit cum Libra,& caput cum eo, & Luna eclipſatur in Ariete,Saturno exiſtente in Cancro, ſignificat quod rex interficietur,vel erit intoxicatus,& fient ei proditiones: & hoc erit etiam quando Sol iunctus fuerit cum Saturno in Capricorno in iſto anno. Et dicit Hermes, quando dominus medij cæli ingreditur combuſtionem, ſignificat mortem regis,& maximè ſi applicuerit planetę exiſtenti in octauo,vel in ſexto,vel in quarto, quia tunc ſignificat magnum periculum in iſto anno. Et ſimiliter ſi applicuerit Mars dominus prædictarum domorũ, exiſtentibus in aliis locis,& maximè ſi domini prædictarum domorum fuerint infortunæ. Hæc ille cap.16.

Deinde cap.16. dicit prædictus Haly,conſidera, quando Sol intrat primum minutum Arietis, & aſpice aſcẽdens in illa hora,& loca planetarum. Et ſi reuolutio fuerit nocturna,aſpice ſignificatorem regis à Luna,& à parte ſublimationis, & à domino medij cæli,& quem illorum iuueneris in angulo, ille habebit ius, vt ſit ſignificator regni, & regis: poſtmodum ſi inueneris ſignificatorem regis ſaluum ab infortunis, & damnis, & ſaluum à domino ſuæ videlicet octauæ,& à domino ſuæ ſextæ & à domino ſuæ duodecimæ,& à domino ſuæ ſeptimæ,& à domino ſuæ quartæ,iudica quod rex euadet,& erit iſto anno ſaluus. Tamen ſi iſte ſignificator fuerit infortunatus, & damnatus per aliquẽ prædictorũ, & aliqui dãnatorũ iſtorũ fuerint domini quartæ eiuſdẽ anni,& damnator fuerit Mars, ſignificat quod rex interficietur iſto anno ab inimicis ſuis,vel eum reducent in carcerem. Hæc ibidẽ. Et in fine illius capituli octaui prædictus Haly,



Digitized by Google

quod quando fuerit in ſublimatione alicuius regis Saturnus in ſeptima ab aſcendente in reuolutione anni mundi, ſignificat quod populus reſiſtet eidem regi, & litigabit multis annis ſecundum numerum, qui fuerit inter Saturnum & aſcendens. Et vbi ſupra cap. 18. dicit prædictus Haly quòd Hamar filius Alphaam dicit, quādo ſcire volueris vitam regis in reuolutionibus annorum mundi, da aſcendens reuolutionis populo, & Solem regi, & ſeptimam domum inimicis populi, & quartam fini cauſarum populi, & nonam ab aſcendente reuolutionis anni da inimicis regis, quæ eſt domus inimicorum regis, & pone dominum ſubſtantiæ populi ſecundam ab aſcendente, & ſic facies in aliis domibus, & pone domum ſubſtantiæ regis vndecimam ab aſcendente, quia eſt ſecunda ab aſcendente, & eius dominus, & Sol, & domus Solis ſunt ſignificatores regis, poſtmodum inſpice dominum octauæ medij cæli, qui eſt locus aſcendentis regis, quem aſpectum, & quam applicationem habet cū domino medij cæli, & cum Sole. Et ſi aſpectus alicuis non fuerit inter eos, nec applicatio aliqua, aſpice ſi aliquis planeta coniungat lumina eorum, & ſi fuerit luminis tranſlatio: vnde ſi tranſlationē Martis & Veneris inter eos aut collectionem videbis, & inueneris planetam illum qui facit tranſlationem, collectionem, aſpicientem ſignum medij cæli, mortem ſignificat illo anno. Et ſi non aſpexerit ibi, nō ſignificat mortem: & adiuua te in hoc cum applicationibus Lunæ ad fortunas, & ad infortunas. Et ſi fortunis applicuerit, ſignificat ſaluationem, & ſi infortunis, ſignificat mortem, & deſtructionem, niſi aliæ ſignificationes liberent eum: & hæc ſignificatio Lunæ eſt quando habuerit aliquam partem, in aliquo ſigno medij cæli per dignitatem domus vel exaltationis, vel triplicitatis, vel faciei. Hæc ibi. & in cap. 19. dicit Haly Abenrag. quod tempus mortis regis terminabitur per coniunctionem ſignificatoris regis cum domino octauæ domus à medio cæli vel cum Sole, vel quod aſpiciat eos de quadratura vel oppoſitione, & per hoc quod dominus octauæ ſit in hac cōiunctione, vel in hac quadratura, vel oppoſitione in ſigno vbi aliquam habet dignitatem, & ſit potens, & non retrogradus nec combuſtus, nec occidentalis à Sole, nec in caſu exaltationis ſuæ, & quando hæc conſtellatio fuerit iſto modo, tunc erit tempus mortis regis. Hæc ibidem. Et vbi ſupra cap. 16. verſus finē dicit prædictus Haly, ſi volueris ſcire durabilitatē regis, conſidera in ſuo regnatu, & aſpice propinquiorem coniunctionem quorumuis planetarum, quæ fuerit ante vel poſt horā, qua incœpit regnare, & aſpice in quo ſigno eſt illa coniunctio, aſpice ſimiliter quod ſignum erat aſcendens anni, & computa à ſigno aſcendentis vſque ad ſignum coniunctionis, & da cuilibet ſigno annū vnum: & ſi aſcendens fuerit domus Saturni, aut eius exaltatio, vel domus Lunæ, aut eius exaltatio, incipe numerum ſignorum à coniunctione vſque ad aſcendens, & da ſimiliter cuilibet ſigno annum vnū, & incipias ab illo anno, & vbi finiet numerus, erit terminus perditionis iſtius regni, niſi euaſerit per alias ſignificationes. & ſi aſcēdens reuolutionis anni, in quo eſt coniunctio quam prediximus, fuerit aliquod ſignorum, quæ ſunt domus planetarum altiorum ſignificat, quod illo anno intronizabitur rex nouus. Et ſi aſcendens anni fuerit domus Saturni, vel exaltatio eius incipies numerum à ſigno coniunctionis vſque ad ſignum aſcendentis, & dabis cuilibet ſigno vnum annum, niſi Iupiter vel Saturnus fuerit in aliquo angulorum, vel per terminum, vel per exaltationem, quia ſi talis fuerit, tūc erit numerus à ſigno aſcendentis vſque ad ſignum coniunctionis, dando vnicuique ſigno annum vnum. Et ſi aſcendens reuolutionis anni coniunctionis fuerit de ſigno domorum planetarum inferiorum, aſpice ſi coniuncti fuerint in tertia, vel in nona domo, aut quando coniunctio propriè acciderit in Aquario, tunc erit appodiata, & firma, & non timeas in ea de cauſa regis in ſuo damno, in quo fuerit numerus quem diximus, qui accipitur à ſigno aſcendentis vſque ad ſignum coniunctionis. Et de hoc dicit Haly, ſe ipſum eſſe expertum. Hæc Haly Abē. in illo libro 8. de guerris & combuſtionibus, & de regnorum mutationibus. Si autem volueris magis præciſè prognoſticare de durabilitate regni, & de mutationib' annorū, & de durabilitate regū in regnis ſuis, & de eorū negotiis, & de eorū motibus, profectu apud ciues eorū, & detrimētis regum, & de aliis quā cōtingunt regibus, & ciuibus eorum, reſpice tractatum ſecundū libri Album. de coniunctionibus magnis, in quo hanc materiam ſatis diffuſe pertractat. Et hæc dicta de hac materia ad præſens ſufficiāt. Et dicit Meſſahalla in epiſtola ſua de cōiūctionibus cap. 4. quod cū prǫfuerit anno Mars vel Saturnus, & nō aſpexerint eos fortunæ, ſignificat multitudinem guerræ & corruptionem in mūdo. Hæc Meſſahalla ibidem. Et dicit Iohannes Hiſpalenſis in ſuo quadripartito parte prima, quod in omni reuolutione mundi ſic iudicabis in coniunctione vel oppoſitione immediatè præcedente introitum Solis in Arietem, inuenies ſignum aſcendens, & eius dominum, & ſignum in quo eſt coniunctio vel oppoſitio, & eius dominum, & etiam ſignum ipſius terræ, & eius dominum, & ſecundum hæc iudicabis. Nam ſi in aſcendente vel in loco cōiunctionis vel oppoſitionis fuerit Mars, vel dominus aſcendentis, vel dominus coniunctionis, vel oppoſitionis prædictæ, faciet infortunium de natura ſua, vt bellum, & latrocinium, & alia mala.

Item dicit, quòd ſi Saturnus fuerit in ſigno humanæ ſimilitudinis, ſignificat inimicitiam inter homines, & pauperes iraſci regibus. Et ſi Mars fuerit in ſigno humanæ ſimilitudinis, ſignificat bella, & ſanguinis effuſionem, mortē per enſem, & ignē. Hæc ille Albu. 2. de coniunctionibus diff. 8. ponit ſignificationes Saturni & Martis in omnibus triplicitatibus dicens, quod cū Saturnus fuerit in Ariete in reuolutione anni mundi, vel in aliquo ſigno triplicitatis eius: & ipſe fuerit almutaz, & dominus anni directi curſus, & in angulo, ſignificat rixam inter reges: & ſi Mars porrexit ei fortitudinem ſuā, ſignificat quod plebs faciet rixam cum regibus, & eo fortius, ſi fuerit in medio cæli. Et ſi Saturnus fuerit retrogradus, erit remiſſius in illo, ſed in aliquo fortius. Et ſi non fuerit in angulo, ſed fuerit aſpiciens aſcendens directi curſus, ſignificat anguſtias, quas conſequentur nobiles. Et ſi fuerit retrogradus, & Mars aſpexerit eum, erit rixa, & deſpectio. Et ſi ceciderit ab eo Mars, erit minus eo. Et ſi fuerit

Digitized by Google

fuerit Mars in hac triplicitate, & fuerit dominus anni directi curſus, & in angulo, habebunt reges inter ſe rixam in pluribus climatibus: & ſi fuerit retrogradus, erit fortius ad hoc, & ſignificat multitudinem deceptorum & latronum. Et ſi non fuerit in angulo, ſed aſpiciens, & directi curſus, ſignificat iniuriam inter gentes, & conſequentur regiones ſigni, in quo eſt, in quarto vel oppoſito aſpectu, nocumẽtum. Et ſi fuerit retrogradus, erit fortius ad hoc, & nocibilius. Et ſi Saturnus fuerit in Tauro, vel in eius triplicitate, & fuerit dominus anni in angulo, & directi curſus, ſignificat rixas, & bella in regionibus ſigni, in quo fuerit: & ſi fuerit retrogradus, ſignificat bella, & fortius, ſi fuerit in medio cæli. Et ſi fuerit Luna in ſigno tertio ab eo, ſignificat mortem regis: & ſi directio teſtificetur illud. Et ſi non aſpexerit aſcendens, & fuerint directi curſus, & Mars fuerit cadens ab eo, ſignificat debilitatem mali, & apparitionem boni. Et ſi fuerit Mars in hac triplicitate, & fuerit dominus anni direct', & in angulo, ſignificat rixas, & interfectiones in hominibus. Et ſi aſpexerit dominus anni illam totam gentem, & ſi aſpexerit ſignificator regis, comprehendet tantum illud regnum. Et ſi fuerit continuatus Saturno, erit vehementius, & longius ad hoc. Et ſi fuerit Mars retrogradus, ſignificat quod inimici infeſtabunt regem cum multo nocumẽto, & rixa, & effuſione ſanguinis: & ſi non fuerit in angulo, & aſpexerit aſcendens, & fuerit directi curſus cadens à Saturno, ſignificat diminutionem in omnibus, quæ prædiximus, niſi quod euenient terris ſignorum aſpicientium ipſum nocumentum, & ſi fuerit retrogradus, ſignificat anguſtiam ciuibus terris ſigni eius, & ſigni quadraturæ eius ex latronibus, & fortius cum pulſauerit Saturno. Et ſi non aſpexerit aſcendens, & fuerit directi curſus cadens à Saturno, ſignificat euacuationem à pluribus horum, quæ diximus. Et ſi fuerit Saturnus in Geminis, vel in eius triplicitate, & fuerit dominus anni, in angulo directi curſus cadens à Saturno, ſignificat euacuationem à pluribus horum, quæ diximus. Et ſi fuerit Saturnus in Geminis, vel in eius triplicitate, & fuerit dominus anni in angulo, directi curſus, ſignificat rixas & bella cũ multa effuſione ſanguinis: & ſi fuerit retrogradus, ſignificat rixam regum inter ſe detrimentum eorũ: & eo fortius, ſi fuerit in angulo quarto. Et ſi receperit diſpoſitionem domini medij cæli, ſignificat rixas, & bella, & guerras cauſa regni, & eius inquiſitiones. Et ſi fuerit Mars in hac triplicitate, & fuerit dominus anni in angulo directi curſus, ſignificat rixam, & interfectionem, & bella, & effuſionem ſanguinis, & erit illud cauſa iuſtitiæ, & inquiſitionis veritatis. Et ſi fuerit retrogradus, ſignificat ꝙ iſta bella erunt cauſa iuſtitiæ, & cauſa perſcrutãdi illud, quod non oportet. Et ſi non aſpexerit aſcendens, & fuerit directi curſus, ſignificat plures cõbuſtiones, & nocumenta ab ignibus: & ſi fuerit retrogradus, ſignificat detrimentum hominibus cauſa horum quæ prædiximus. Saturnus cum fuerit in Cancro, vel in eius triplicitate, & fuerit dominus anni, & in angulo directi curſus, et aſpexerit eum Mars, & ceciderint ab eo fortunæ, ſignificat guerram magnam, & mortem in hominibus cum multis conſtructionibus, & violentiis: & ſi continuetur ei fortuna, minuet ex malo. Et ſi fuerit Saturnus in vndecimo ab aſcendente reuolutionis, & Luna in aſcendente reuolutionis, & Luna in aſcẽdẽte cõtinuata ei timebitur ſuper regem. Et ſi fuerit retrogradus, & Mars aſpexerit eum, ſignificat mortem, & deſtructionem in his, quæ fuerint in terris illius ſigni, & in quarto & in oppoſito eius. Et ſi fuerit cadens ab aſpectu aſcendentis, & fuerit directus, & Mars cadens ab eo, ſignificat apparitionem boni, & paucitatem mali, & multam ſecuritatem. Et ſimiliter erit ſi tranſierit medietatem ſignificat in cuius directo fuerit, videtur quod accidet infirmitates in quibuſdam regionibus iſtius ſigni: ſed erit euacuatio ab eis. Et ſi fuerit Saturnus retrogradus, & aſpexerit ſe cũ Marte, & fuerint fortunæ ab eo cadẽtes, ſignificat quòd nobiles incurrent ab infimis violentiam, & multum malum. Et ſi fuerit Mars in hac triplicitate, & fuerit dominus anni, & in angulo, directi curſus, et non porrigens Saturno, ſignificat rixas in terra Arabum. Et ſi fuerit retrogradus, et fuerit porrigens Saturno, ſignificat interfectiones, & effuſiones ſanguinis in multis terris, & multam mortẽ, et timebitur ſuper regem, & ita in reuolutione ſi Sol teſtificetur ei illud. Et ſi non fuerit in angulis, & aſpexerit aſcendens directi curſus, & ſaluus à Saturno, ſignificat bella pluribus ciuibus, & à pluribus ciuib' climatũ remotionẽ mali, & quietẽ: & ſi fuerit retrogradus, cõſequentur ciues terrarũ regionũ ſigni, qđ fuerit in directo eius, in quarto & in oppoſito eius, nocumentum, & interfectionem, & malum ex parte regum, & præcipuè ſi fuerit in vndecima: & ſi non aſpexerit aſcendens, & fuerint directi curſus ſaluus à Saturno, ſignificat debilitatem mali. Et ſi Saturnus fuerit in angulo, adueniet malum inter gẽtes, et effundẽtur ſanguines multi, & erit mors accidentalis. Hæc Albu. vbi ſupra. Et dicit Abraham Auenzoar Iudæus in libro de reuolutionibus annorum quod Derominus rex dixit ſe inueniſſe in libr. ſecretorum Enoch, quod præcepit ſemper eſſe coniecturandum in reuolutione anni coniunctionem Saturni, & Iouis in cõiunctione magna ſiue media ſiue minori ad loca planetarum, in introitu Solis in Arietem, & reſpiciendum eſt in quo gradu cadit fortitudo duodecimi gradus planetæ malefici: verbi gratia, Inuenimus Saturnum in Tauro ſuper 14. grad. debemus igitur dare quibuſlibet duobus grad. & dimidio vnũ ſignum, et aggregabuntur in manu veſtra quinq; ſigna, & remanent adhuc vnus gradus, & dimidius, dabimus igitur cuilibet gradui duodecim gradus, & exibit numerus vſque ad 18. gradum lineę. Cum ergo Saturnus ſit maleficus, ſignificabit, quod malum accidet terræ: cuius ſignum eſt 18. gradus lineæ. Et ſcito, quod fortitudo duodecimæ maior eſt in coniunctione magna, quàm in minori, quàm in reuolutione cuiuſcunque anni. Si autẽ fuerint fortitudo duodecimę domus planetæ beniuoli, eueniet terræ bonũ. Et ſi iungantur & fortitudines malefici quidẽ planetę, & benefici in ſigno terræ, cuiuſuis communicatur, quis eorum eſt fortior, & eius fortitudo magis ſe oſtendet, quàm alterius. qui autem horum ſub radiis Solis fuerit, nihil habebit fortitudinis.

Item qui in domo cadenti fuerit reſpectu ſigni terræ, ſimiliter fortitudinem non habebit: amplius

videlicet

Digitized by Google

videlicet iſte,qui fuerit in domo ſui caſus, aut ſui detrimenti,aut ſi ſit retrogradus. Et debes cōſiderare in quolibet anno,& præcipuè in anno coniunctionis. Nam iſte ſignificat fortius eſſe,ſi dominū ſigni terræ, ſcilicet ſeptimæ domus inueneris, ſignificat quod bella erunt ſuper terram illam,& eo magis ſi Mars aſpiciat.

Quod ſi de planetis ſuperioribus fuerit aliquis dominus ſigni, non debes malum iudicare ſuper terram illam, ſed iudicabis, quod cadet in anguſtiam & deſtructionem,& non magis niſi retrogradus fuerit,tunc enim debilitaretur eius fortitudo, & eo peius,ſi fuerit ſub radiis combuſtionis.

Si autem fuerit dominus domus ſeptimæ in ſigno aſcendente,iudica quod ipſi inimicos vincēt, & eo magis,ſi de inferioribus fuerit planetis.Si verò fuerit connexio inter dominum ſigni terræ, & dominum domus ſeptimæ ab hoc,reſpice ſi fuerit in coniunctione,aut inter ipſos fuerit aſpectus, & coniunctio,quis eorum fuerit fortior, & ſic iudicare debes.Secundum aſpectus enim iudicabis.Nā ſi inter eos fuerit aſpectus inimicitiæ, videlicet aſpectus quartæ,vel oppoſitio,cōmouebuntur bella inter illos.Et ſi aſpectus fuerit amicitiæ, erit inter eos pax. Et ſi alter malorum fuerit in angulo angulorum ſigni terræ, erit hæc mala ſignificatio terræ.Similiter quoque iudicare debes,ſi fuerit in ſigno aſcendente,ſignificat enim hoc malum hominibus in corporibus ſuis: & ſi fuerit in domo decima,ſignificat malum euenire regi ſuo.Et ſi fuerit in ſeptima,ſignificat malum incolis terræ.

Quod ſi fuerit ſtella benefica in vno angulorū, iudica bonum: ſi autem fuerit in angulis beneficus,& maleficus,conſidera quis eorum fortior fuerit,& fortitudo ſua ſe manifeſtabit magis. Et dicit Enoch quidam antiquus, ſcilicet Hermes, quod Saturnus ſignificat ſuper ſenes,& agricolas.Iupiter ſuper religioſos & iudices.Mars ſuper principes & homines bellicoſos.Sol ſuper reges: & Venus ſuper mulieres.Mercurius ſuper ſapientes,& ſcribas & iuuenes: & Luna ſuper communitatem hominum.Et ſecundum quod iſti planetæ fuerit in reuolutione anni,erit de iſto quod ſignificant. Hæc Abraham ibidem.

Et in illo capitulo decimo vbi ſupra dicit Abraham,conſiderandū eſt ad locum Martis in omni reuolutione anni,ſi fuerit cum Saturno,vel cum Ioue,aut in aſpectu quadrato vel oppoſito ab ipſis: tunc enim renouabuntur bella per mūdum,& hoc erit quando perueniet ſignum coniunctionis ad locum Martis, verbi gratia ponamus, quod in reuolutione anni ſit Iupiter in decimò gradu Tauri, Saturnus in 13.Mars vero in Ariete ſuper 26.gradum,& coniunctio ſuper 14.gradum Tauri, tunc dabimus cuilibet ſigno annum vnum , & in anno 12.perueniet ſignum coniunctionis ad locum Martis,& iam diximus quod fuerat ſuper Arietem: tūc ergo principium anni incipit in 14. gradu Arietis. Modo quæram' quę ſit proportio 12. ad 13. & ſunt duæ quintæ partes: ergo ad duas quintas anni duodecimi coniunctionis Saturni, & Iouis minoris erit actio magna in terra qualibet cuius ſignum eſt 26.grad. Arietis,aut vnus angulorum eius.

Conſimiliter quoque aſpice in reuolutione anni ad ſciendum loca planetarum,quali vi ipſi aſpiciant ſignum Arietis, quod eſt ſignum profectionis: & hoc modo iudicabis per planetas ſiue fuerint boni,ſiue mali. Hæc Abraham.

Et debes etiam obſeruare regulas iſtas cum volueris prognoſticare de accidentibus mundi per coniunctiones magnas. Et poſterius in eodem ca. 10.dicit Abraham quòd Meſſahalla ait ſemper cōſiderandum eſſe ad locum Lunæ in principio anni hora qua ſeparatur à cōiunctione Solis,vel ab oppoſitione vtra harum fuerit ante introitum Solis in Arietem.Et ſi ipſa ſe tunc coniungat cum ſtella melancholica,aut aſpectum cum ipſa habuerit,ſignificat malum in mundo.Et ſi cum bona ſtella ſignificabit hoc ſuper bonum,& Saturnus in iſto caſu ſignificat rancores , & turbationes, & locorum deſtructiones.

Iupiter verò ſignificat pacem , tranquillitatem, confidentiam,& bladi copiam.

Mars ſignificat pugnam,& bella,& motus hominum de loco ad locum.

Venus ſignificat delectationes,& concupiſcentias,& magis in locis ſigni in quo ipſa fuerit: & Mercurius ſignificat officia ſcribarum, & ſapientum, & mercatorum.Hæc Abraham ibidem.

Et vbi ſupra ca.15. dicit Abrahā , quòd ſemper conſiderandum eſt ad Martē in reuolutione anni.

Nam ſi orientalis fuerit à Sole, & habuerit poteſtatem ſupra ſignum aſcendentis,quæcunque poteſtas fuerit in vno angulorum aſcendentis, tunc ſignificat ſuper bella,& effuſionem ſanguinis,& eo fortius,ſi fuerit in ſigno humanæ formæ.

Et ſi dominus ſigni prouinciæ ſeu regionis aſpexerit ſignum aſcendentis, tunc erunt ſalui homines iſtius regionis.Et ſi non,erit contrarium.Si autem fuerit occidentalis à Sole,& fuerit in ſigno figuræ humanæ,hoc ſignificat bella. Sed timor & ſuſpitio maior erit quàm ſanguinis effuſio. Et ſi fuerit Mars in reuolutione anni in domo cadente aut retrogradus,quieſcet terra à bellis.Et Mars vel Saturnus in reuolutione anni ſi fuerit in ſigno figurationis humanæ,ſignificat ſuper turbationes & rixas.Et ſi fuerit orientalis,manifeſtabūt magis hoc quod ſignificant: & ſi aſpexerit alter alterum aſpectu quarto,vel oppoſito,& Venus & Iupiter nō ſe coaſpexerint, nec aſpexerint iſtos, hoc ſignificat ſuper magnum malum.Hæc Abraham ibidem.

Et vbi ſupra cap.penult.dicit Abraham,quod in reuolutione anni ſemper debes inſpicere ad duodecim coniunctiones planetarum: & poſtquam ſciueris coniunctionem ſtellæ, vel planetæ, quicunque ſit,ſic iudicare debes rem omnem, ſuper quam ſignificauerit ſtella illa.

Si quidem fortis fuerit ex parte Solis,& ex parte gradus aſcendentis,& ex parte dignitatis in loco ſuo cognoſces omnem rem, ſecundum quam ſuper eam ſignificabit:& econtra ſi fuerit in domo caſus aut detrimenti ſui,& magis ſi fuerit combuſta à Sole,vel retrograda,& ſecundum aſpectus bonarum ſtellarum & malarum ſic iudicare debes.

Et dicit Abraham , quod ipſe expertus eſt multis vicibus, quod Sol ſignificat ſuper Chriſtianos, & Saturn' ſuper Philiſteos,& Mars ſuper Sarracenos: ſecundum horum ergo fortitudinem in anni principio iudicabis.

Et dicit Abraham omni anno, quo Lunam inueneris

neneris in aſpectu oppoſito à Sole, aut in aſpectu quarto, hoc quidem ſignificat rebellionem ſuper regem in omni regione, vbi Luna fuerit ſignificatrix. Et inquit Alendruzagar, conſidera dominum ſigni aſcendentis in principio reuolutionis anni, & almutaz, id eſt planetam, qui habuerint dignitatē in aſcendente gradu.

Quod ſi fuerint duæ almutaz, vel tertiæ aſpice aſpicientem aſcendens, & ſuper iſtum ſuſtenteris.

Si autem fuerint plures, qui aſpexerint, aſpice il lum, qui habuerit plures dignitates in gradu aſcen dentis, & fac queadmodum facis in natiuitatibus.

Et ſi fuerit Almutaz in grad. aſcendentis, ſiue in ſigno aſcendentis, hoc ſignificat gaudium, & ſanitatem corporum hominum iſtius loci.

Si autem ibidē combuſtus fuerit, ſignificat ignē & mortalitatem. Et ſi fuerit in domo ſecunda, & fuerit in bono loco, ſignificat lucrum hominibus iſtius loci, & ſi combuſtus fuerit à Sole, ſignificat quod eorum principes condemnabunt eos. Et ſi fuerit fortunatus in tertia, multiplicabūtur pueri, & filij. Et ſi fuerit in quarta multiplicabuntur ſom nia. Et ſi in quinta multiplicabuntur peregrinatio nes. Et ſi in his fuerit impeditus, contrarium iudicabis. Et ſecundum hanc viam iudicare potes in reliquis domibus ad aſpectus, aut ſemper intēdas. Hæc Abraham ibidem. Et dicit Albu. in lib. experimentorum verſus finem.

Cum ſciueris ſignificatorem ſuper eſſe ruſticorum manifeſtabit ſignificator regis, quid accidet eodem anno in regno eius: & ſcito hoc ex receptione planetarum adinuicem per lumina eorum, vel per radios ſuos, & per caſus radiorum ſuorum in duodecim domibus circuli: & ſcito quid ſit in ipſis ſignis ex climatibus, & terris, & ciuitatibus vt pateat tibi eorum deſtructio, atque aptatio per radios malorum inimicantium atque contrariorū & per radios malorum amicantium: & ſimiliter per radios fortunarum amicantium vel inimicantium, & dic ſecundum amicitiam eorum, atque ini micitatem erga domos.

Nam fortunæ cum pacificatæ fuerint, ſignificāt multitudinem bonorum: cum fuerint inimicitiæ, ſignificant paucitatem boni.

Et ſimiliter mali cum inimici fuerint domibus, ſignificant multitudinem mali.

Deinde aſpice, quid ſit vnicuique ſigno ex terris in oriente & occidente.

Cum fuerit ſignum impeditum in occidente, ſignificat damnum in parte occidentis. & ſi fuerit impeditum in oriente, ſignificat impedimentum in terris orietalibus. Et ſi fuerit impeditum in medio cæli, ſignificat impedimentum in terris, quæ ſunt in oriente, & in occidente: & propriè in terris verſus ſeptentrionem, & meridiem, & parte, ſ. Martis & Veneris, & in terris Aethiopū. Hæc Albu.

Per hæc ergo quæ dicta ſunt in hoc capitulo patet qualiter ſit prognoſticandum in reuolutionibus annorum mundi de guerris, & bellis, & combuſtionibus.

Et ſcito quod oportet te conſiderare ſimiliter omnes regulas prædictas pro maiori parte ad pro gnoſticandum de guerris & combuſtionibus per introitus quartarum anni.

Et dicit Albu. in ſuo libro experimentorum circa principium in iſto cap. vbi loquitur de reuolutione quartarum, quod debes inſpicere aſcendens anni ſi fuerit ſignum fixum, erit ſignificatio domini anni vniuerſalis ab initio vſque ad finem eius: & melius ſi fuerit dominus aſcendentis in ſigno fixo, & recuperabis in hoc reuolutionem quartarum.

Si autem fuerit ſignum commune, erit ſignificatio eius ad medietatem anni primam: & oportet te reuoluere aliam medietatem ad introitum Solis in primum minutum Libræ: fortiuſque erit ad hoc vt ſit dominus aſcendentis in ſigno communi. Et ſi fuerit ſignum mobile, erit ſignificatio domini anni ad primam quartam anni: & oportet te reuoluere quartas ad introitum Solis in initia ſignorum mobilium. Et fortius erit ad reuolutionem quartarum, vt ſit dominus anni in ſigno mobili.

Poſt hoc quære ſignificatorem in omni reuolutione, ſicut dixi tibi: & aſpicias ad hoc quemadmo dum aſpicis ad ſignificatorem domini anni, & fac participem dominum anni cum ſignificatore ſecundo in quarta vel in medio.

Cumque hoc ſapienter feceris, ſcito fortitudinē domini horæ, & partem fortunæ, ac dominum eius, & proſperitatem eſſe eorum: quia pars fortunæ & dominus eius auxiliantur domino anni, & ſignificatori regis.

Scito ergo coniunctiones eorum cum planetis, & ſeparationem eorum ab inuicem, & aduentū eo rum ad inuicem in domibus & aſpectibus.

Intellige opera eorum per caſus, & per eorum loca: & commiſce ſubſtantias eorum ſignorum, atque domorum ſuarum, & qui vincit ex receptione & natura: & cognoſce eſſe ſignificatorum.

Et ſcito caſum eorum ad inuicem per diuerſitatem vel concordiam, vel alligationem, aut cum receptione: & ſic prognoſticabis ſecundum Albu. vbi ſupra de guerris, & combuſtionibus, & ſimiliter de aliis accidentibus mundi per introitus quar tarū anni. Et ſcito quod ſi in introitu quartæ anni planetæ ſignificantes guerras & combuſtiones, cu iuſmodi ſunt Saturnus & Mars, & Mercurius, aliquis cum coniunctus fuerit Marti, vel aſpiciatur ab eo, ſi iſte vel aliquis eorum, & præcipuè Mars dominentur eo modo, quo dictū eſt frequēter ſuperi⁹, ſignificabūt lites, & guerras, & cōbuſtiones, & quandoque prȩlia in illa quarta anni, ſi cum hoc aliqua coniunctio magna vel alicuius eclipſis luminarium, quæ habuerint ſignificationem ſuper il la quarta, hæc eadem ſignificauerit, vel ſaltem ſi in troitus anni ſignificauerit hæc eadem, & eo forti⁹, ſi prædicti planetæ dominatores fuerint in ſignis, & in partibus cæli ſignificantibus guerras, & combuſtiones, & ſimilia. Signa vero ſignificantia vel promouentia ad combuſtiones, & lites, & guerras, ſunt ſigna ignea, & omnia ſigna formæ humanæ. Nam ſecundum Meſſahall. & Albumaſar. & Haly Abenragel. in locis præallegatis, quaſi vbique cum ſignificatores guerrarū fuerint in his ſignis, fortius ſignificāt guerras, & cōbuſtiones & lites, & vniuerſaliter oēs partes cæli. Et oēs ſtellæ fixæ calidæ, & ſiccæ, quæ ſunt complexionis igneæ ſunt de cōplexione, & de natura Martis. Et addunt in ſignificatione guerrarum, & cōbuſtionum cum prædicti dominatores, & præcipuè Mars fuerit in eiſdem partibus cæli, ſeu cum eiſdem ſtellis fixis coniun

Digitized by Google

coniuncti. Et ſecũdum ſententiam Ptol. & Haly 2. quadripartiti cap. 11. extremæ partis ſigni Arietis ex proprietatibus ſtellarũ fixarum, quæ in eis ſunt comburunt, & mortalitatẽ gignunt, & ſunt de natura Martis, & partes Arietis ſeptẽtrionalis ſimiliter calefaciunt, & deſtruunt, & ſunt de natura Martis. Tauri vero ſignum duas complexiones ſignificat: ſed tamen ad caloris ſignificationem procliuius eſt. Et partes eius extremæ, quæ ſunt circa aldebaran, ſunt igneæ, de natura Martis. Geminorũ verò partes meridionales ſunt de natura Martis igneæ comburentes. Et cõſimilis cõplexionis ſunt partes meridionales Cãcri. Leonis quidẽ ſignũ calorem efficit, & eius partes præcedentes aërẽ calidum, & turbidum, & mortalitates annunciant, & ſunt de natura Solis & Martis. Et eius ſeptentrionalia ſunt de natura Martis, & eſt igneum: & eius partes ſeptentrionales comburunt, & ſunt de natura Martis. Et vltimæ partes Sagittarij ſunt igneę & de natura Martis. Et principia Capricorni comburunt, & deſtruunt, & ſunt de natura Martis. Et ſeptentrionalia Aquarij cõburunt, & ſunt de natura Martis. Et vltimæ partes Piſcium ſimiliter comburunt, & ſunt de natura Martis. Hæc Ptol. & Haly vbi ſupra. Et debes ſcire quæ ſtellæ fixæ in cęlo ſint complexionis igneæ, & de natura Martis. Nam iſtę addunt in ſignificatione guerrarum, & combuſtionum, & ſi coniunguntur eis planetæ ſignificatores guerrarij prædicti, & pręcipuẽ ſi iungatur eis Mars, & fuerit dominus anni aut quartæ. Et hæc omnia debes obſeruare in reuolutione anni mundi, & in introitu quartę anni. Et dicit Haly Aben. li. 8. ca. 9.

Quando Saturnus fuerit dominus alicuius quartæ anni, & eum inueneris in aliquo loco angulorũ Martis, ſignificat grandes interfectiones, & lites magnas, & vincent illi, qui fuerint de partitione Saturni, & de terris & ciuitatibus, quæ fuerint de partitione ſigni, in quo fuerit Saturnus. Et quando Iupiter fuerit dominus quartæ, vel alicuius temporis, ſignificat ſaluationem, quietem, & ſecuritatem iſtius climatis: nec accidet interfectio ibidem, niſi aliqua grauitas, & Saturnus adiuuat Iouem in locis quæ habuerat partitionem in dominio. Quãdo Mars fuerit dominus quartæ, vel temporis, & habuerit aſpectus, quos prædiximus cum Saturno, & fuerit remotus ab aſpectibus Iouis, & applicuerit Saturno, accident illo tempore dãna, & metus, rixæ, & triſtitiæ multæ, & accident hæc in terris, & in climatibus vbi habuerit dominium ſignum, in quo fuerit Mars: tamen ſi cum hoc acciderit, quod Iupiter ſit in aliquo angulorum Martis, minuētur hę ſignificationes: & ſi aliquæ harum occaſionum acciderint, non erit metus præterquam Iupiter aſpexerit ibi.

Quando Sol fuerit dominus quartæ vel alicuius temporis in ſigno in quo fuerit appodiatus, & habuerit dignitatem ſignificat aptationem, quietem, & pacem, & multum bonum in illo tempore: tamen ſi fuerit infortunatus ibidẽ à Marte, ſignificat multas grauitates, & multa damna nobilibus, & ſapientibus, & altis hominibus, & labores, & triſtitias ratione litis.

Et ſi Iupiter fuerit in loco quo prohibeat damna Martis, remouebuntur hæ ſignificationes.

Quando Venus fuerit dominus quartæ, & Mars ab aſpectib' ſuis fuerit remotus, ſignificat gaudia, & paucas rixas, & nulli malum fiet in illa quarta.

Et quando Mercurius fuerit dominus quartæ, ſignificat quod homines habebunt nouas legationes, & quod rex habebit nouum in terra appropriata Mercurio, & veniet rex de altera terra.

Et quando Luna fuerit domina anni, & eam appodiatam, & fortunatam inueneris, iudica quod non erunt interfectiones, nec aliqua mala in illa quarta: tamen ſi fuerit infortunata, & damnata à Marte, iudica, quod accident interfectiones, & multa mala ſecundum naturam ſigni: & eo fortius erit ſecundum poſſe, quod habebit Mars ſuper Lunam, & quando in introitu Solis in Arietem non inueneris aliquem planetam aptum, vt ſit dominus quartę, da ſemper partem Marti, & dominium in introitu Solis in Arietem, & iudica quartã ſecundum ſuum locum, & potentiam ſi alium dominum non poteris habere.

Et ſimile fac de Luna in introitu Solis in Librã, & ſimile fac de Saturno in introitu Solis in Capricornum.

Et hoc facies quando non habueris planetam aptum, vt ſit dominus quartæ. Hæc Haly Abenr.

Et dicit Aomar in fine lib. nouẽ iudicum, quòd Luna in almeruahl delata, & planeta ĩ duodecimo ſed aquatico conſtituto, dum tamẽ infortuna ſub terra exiſtenti applicet peſtem, et terræmotum in eadem regione deſcendere portendunt.

Luna rurſum delata infortunata ſub terra applicans in ſigno igneò duobus locis eadem hora in eadem regione exuſtionem minatur.

Luna tunc delata, et in auſtrum deſcendens in circulo in Libra, in quam diſcurrens, aut in Scorpione, tam lumine quam computo decreſcens numero quidem minuetur, quotiens nocte et die minus quam medium incedat curſum fortunarum in aſpectu priuata exuſtionem, aut quodlibet genus peſtis eidem vrbi imminere teſtatur: non ibidem eſt ergo morandum, quoniam corruptio in plurimas labitur regiones.

Hic rurſus eſt aduertendum, quoniam vtriuſq; infortunæ cum cauda in Ariete conuentus, pecora corrumpit, et principibus, et optimatibus aduerſatur: et hoc modo iuxta ſignorum ordinem, et ſitum.

Solis tunc in Arieẽt ingreſſu deprehenſo, quæcunque ſtella orientalis reperitur, anni ducatum vendicabit. Orientalis nanque Iupiter omnia ad ſalubrem et optimum reuocabit ſtatum.

Mars vero gladium, et bella, et ignominiam et metum, et quæ ſunt huius generis cõplectitur. Nã ab hoc ſpeculationis genere deſiſtendum quotiẽs ſingulas anni quartas Sol ingredi feſtinat.

Nam ſtella quæ orientalis fuerit in ipſius quartæ ducatum principaliter fertur. Primoq; ſemper notandum eſt Solis et Lunæ ſtatus, vel applicatio et pro ſtellarum habitu vbique iudicandum. Hæc Aomar. Ex prædictis ergo patet, qualiter ſit pgnoſticandũ de guerris, præliis, et combuſtionibus, et litibus ſecundũ reuolutiones annorum mundi, et per introitus quartarũ anni: & oportet te obſeruare regulas prius poſitas de reuolutionibus annorum ad prognoſticandum per introitus quartarũ anni de accidentibus prædictis.

De ſign

*De ſignis prognoſticis præliorum & combuſtionum.*

CAP. III.

Modo reſtat ponere ſigna prognoſtica guerrarum, & combuſtionum, & præliorum.

Dicit itaque Ptole. 2. quadripartiti. cap. 9. quòd in rebus futuris vniuerſalibus colorum hora eclipſis, & eorum quæ circa ipſa videtur, ſunt ea quæ vocantur haela, ſiue halo, & virgę, & his ſimilia nobis obſeruare conuenit.

Item conuenit vt caudatas ſtellas, quæ hora eclipſis, vel alicuius alterius temporis apparuerint, obſeruemus, necnon & alia futura vniuerſalia, vt ſunt iſta, quæ vocantur pertica, & cornu, & his ſimilia, quarum naturæ martialibus, & mercurialibus nullus aſsimilantur, prælia & combuſtiones, & qualitates quæ res moueri faciunt, & accidentia, quæ per eas accidunt. Et dicit frater, qui vocat ſe perſcrutatorem, quòd cum ſecundæ ſtellæ in aëre conglobantur, & fortiter petunt ſuperiora, & materia hominum & animalium ſunt tenera, neceſſe eſt eorum corda leuari, & eleuatio eſt nolle ſubiici, ſed potius dominari, vnde fiunt prælia, & ſeditiones. Item dicit vt ſupra, cum ſtella fiet, vide in quo eſt Mars vel Saturnus, per quem fit, id eſt cōſidera regionem, & partem eius ſecundum partem gradus planetæ, & vbi ſupra apparebit ſtella, ibique erit effectus, verbi gratia, quando fuerit coniunctio Iouis, & Martis in exaltatione particulari in 3. gr. Cancri, anno 1313. apparuit ſtella cum cauda multa, & apparuit in loco, qui ſibi correſpondet, ſcilicet in Scotia, & in parte ſeptentrionali Angliæ. Et quia Mars tunc fuit retrogradus, traxit ſecundum motum ſuum ſtellam cauda præcedente, & mouebatur à parte orientali boreali ad partem occidentalem auſtralem, ideo neceſſe fuit in conflictu à Scotis Anglicos vinci. Eſt enim terra Scotiæ reſpectu Angliæ in ſitu orientali boreali: hæc frater. Et debes hic recitare ea quæ tibi recitaui de dictis eiuſdem fratris ſuperius, & ſecūdum Ptolem. vbi ſupra. Si ſignalia in aëre apparentia circa luminaria hora alicuius eclipſis luminaris, vel ſi caudatæ ſtellæ, aut aliæ ſtellæ ſecundæ in aëre apparentes hora eclipſis, ac hora alicuius coniunctionis magnæ vel alicuius temporum reuolubilium fuerit coloris nigri, vel viridi, ea qua Saturni naturam imitari diximus, ſignificabunt.

Et ſi prædicta ſignalia ad rubedinē ſignificabunt ea, quæ ſunt de natura Mercurij. Sed prout oſtenſum ſupra, in duobus cap. pręcedentibus iuxta ſententiam Ptole. & Albu. & aliorum. Saturnus, Mars, Mercurius guerras & combuſtiones & prælia ſignificant. ſignalia ergo in aëre prædicto modo apparentia, & prædictis modis colorata, hæc eadem ſignificabunt.

Et dicit Haly, quòd omnia talia ſignalia fiunt ex fumo combuſto, & mouens ſpiritus ad malum.

Item ſecundum Ptolem. vbi ſupra, cum pędicta ſignalia in prædictis temporibus apparētia fuerint coloris albi, ea quæ ſunt ex natura Iouis ſignificare dicuntur, & ſi aurei coloris extiterint ea quæ Veneris naturam ſequantur indicabunt. Sed prout oſtenſum eſt in duobus cap. præcedentibus immediate, Iupiter, & Venus ſignificant quietem & pacem & tranquillitatem, & omne bonum. Signalia ergo ſic apparentia hæc eadem ſignificabunt. Et dicit Ptole. quòd ſi ſignalia prædicta quālibet vnam partem luminaris, vel eorum quę circa ipſum ſunt, occupauerint in ea parte ſolummodo, quæ eſt in directo partis illius, in qua iſte color apparuerit, accidens futurum eueniet. Si autem color iſte totum corpus luminare vel eorum, quæ circa ipſum ſunt, amplexabitur in maiori parte regimen concordantium, ſed cum domino ſignum accidere debet accidens futurum. Qualiter ſcire debes vbi euenient accidentia ſignificata per prædicta ſignalia, & quando & quandiu durabunt, & cuiuſmodi accidentia euenient, & in quo genere rerum apparebunt. Patent hæc omnia ſatis diffuſe in tractatu primo huius lib. ſecundum ſententiam Ptolem. & Haly Et dicit Haly vbi ſupra, quòd ſignalia quæ vocantur haſtæ, & nubilis nigri, & ſpiſsi, & illud quod aſsimilatur lacui aquæ, & omnia talia quæ fiunt ex fumo ſicco, vincit in quolibet eorum ſicca natura, & conuenit vt ſignificatio huius concordet cum natura Martis & Mercurij in litibus & guerris & cōbuſtionibus, & inſidijs, & furtis, & his quæ mouent omnem ſpiritum ad malefaciendum, & in alijs quæ dixit Ptole. de natura Martis, & Mercurij: hæc Haly ibidem.

Et dicit Ptolemæus in centiloquio propoſitione. 100. quòd alnahezit, & ſcintillationes ſtellarum ſignificant ſiccos vapores, qui ſi diuulſi fuerint in omnes partes ſignificant diminutiones aquarum, ſcilicet ſiccitatem & turbationem aëris, & exercitus vehementes ad illud clima requirētes regnum iſtius climatis.

Et ſi ſtellæ habentes multos crines, fuerint apparentes in angulo ex angulis regni vel regis, morietur rex eiuſdem regni, ac homo potens in eo, & ſi fuerit in ſuccedenti ab angulo, eius theſauri deſtruentur, & mutabit conſiliatores. Et ſi cadentes ab angulis, multiplicātur carceres, & infirmitates, & mors ſubitanea, & accident detrimenta hominibus illius climatis, & eorum conſilijs.

Si vero apparuerit cometa habens comam vel caudam magnam inſurget contra regem aliquis inimicus vel proditor vel hæreticus. Et ſi venerit cometa illis ab oriente ad occidens, hoſtis veniet de longinquo. Si autem venerit de occidente in oriens, erit hoſtis de regno iſtius. Et ſecundum Haly vbi ſupra. Stellæ cum caudis ſunt nouem, quarū prima dicitur veru, ſecunda tenaculum, tertia pertica, quarta miles, quinta dominus aſconæ, ſexta matuca ſeu aurora, ſeptima argentum, octaua dicitur roſa, & nona nigra. quarum quattuor primæ aſsimilantur ſtellis, & omnes ſignificant bella, & timores, & magnos euentus in mundo, & ex colore earum cognoſcetur malum futurum, & ex natura ſigni, in quo apparuerit prius aliqua earum, ſcietur quando illud malum eueniet. Et ſi apparuerit in oriente, erit cito. Si vero apparuerit in occidente, tardabitur. Et hæc omnia videlicet, quando apparebit effectus ſignatus per ſignale, & vbi, et in quo genere rerum, et quamdiu durabit, magis expreſſe patebunt in tractatu de cometis inferius.

Et ſecundum Haly vbi ſupra, ille cometa qui



Digitized by Google

dicitur miles, eſt ex complexione Veneris, & eſt magn⁹ ad modũ Lunæ, & habet crines, & radios infundit retro ſe, & peragrat 12. ſigna, quæ cum apparuerit, nocebit regibus, & potentibus hominibus, & ſurgent homines in mundo, qui volunt mutare leges antiquas, & adducere res nouas, & peior ſignificatio operis eſt ex parte caudæ. Dominus aſconæ eſt ex complexiõe Mercurij, & eſt cæruleus, & paruus, & cauda eius eſt longa, & in parte, qua apparuerit cauda eius, ſignificat mortem regum & guerras. Matuca eſt rubea, & habet caudam longã, rubeam, & non tantam quantam dominus aſconæ, & eſt ex complexione Martis, quę quando apparuerit in oriente, capite inferius ſignificabit famem, & ignes, & combuſtiones, & guerras, & præcipuè in terra Babylonię, & in terra Arabum, & in Aegypto, quouſque applicetur ad occidens. Et ille qui dicitur niger, eſt ex natura Saturni, & eius color eſt magis cęruleus quàm niger, qui quando apparuerit, ſignificat mortalitatem multam, & decollationem. Et ille qui dicitur roſa, eſt magnus & rotundus, & habet faciem ad modum hominis, & color eſt vt color argenti, cum auro mixti, qui quando apparuerit, ſignificat mortem regum, & diuitum, & mutabuntur res mundanæ, & veniet & ſuccedent illis res meliores. Et ille qui dicitur veru, eſt horribilis aſpectu, & vadit prope Solem, & ſignificat mortem regũ, & diuitum. Et qui pertica dicitur, habet groſſum radium, & ſignificat paucitatem aquarũ, & defectum annonæ, & ſi coniunctus fuerit alicui planetarum, ſignificat aliquid præter hoc. Nam ſi iungatur Marti, ſignificat guerras quam plurimas, & mortalitate per gladium. Et ſi coniunctus fuerit Saturno, erit mortalitas grauis, & ſi cum Ioue fuerit, quicquid ipſa ſignificabit in regibus, & diuitibus apparebit, & ſecundum Ptol. & Haly in locis pręallegatis. Et dicit Albu. 5. de coniunctionibus magnis, dif. vlti. quod ſi apparuerit aliquis cometa in Ariete, ſignificat multas guerras in diuerſis regionibus, & multam effuſionẽ ſanguinis, & deſtructionem magnatum, & eleuationem malorum, & inferiorum. Et ſi apparuerit in parte orientis, & Sol fuerit æquidiſtans ſigno Arietis, ſignificat odiũ inter ciues Perſię & plures regiones obedire regi Babylonis. Et ſi apparuerit à parte occidentis, ſignificat quod maior pars magnatum conſequetur malum à regibus, & cædes eueniẽt ciuibus partis occidentis. Et ſi apparuerit aliquis cometa in Tauro, erunt multæ guerræ in pluribus terris & multæ captiuitates, & mortalitates. Et ſi fuerit apparitio eius à parte orientis, & Sol fuerit æquidiſtans ſigno Tauri, ſignificat regem timere de inimicis ſuis cum nimia mortalitate. Et dicit Albu. in libello ſuo de floribus, ca. vlti. quod ſi apparuerit cometa in directo Tauri, ſignificat multum malum hominum, & iniurias & rebelliones inter eos. Et quinto de coniunctionibus, vbi ſupra, dicit Albu. quod ſi apparuerit aliqua ſtellarum comas habentium, in Geminis, erunt mortalitates & fames, & prout dicit in de floribus, ſignificat deiectionem religioſorum. Et ſi apparuerit in Geminis ex parte orientis, ſignificat multos magnates cadere à dignitatibus, & interfectiones regum, prout dicit Albu. 5. de coniunctionibus vbi ſupra. Et ſi apparuerit à parte occidentis, ſignificat multam captiuitatem. Item ſecundum Albu. ibidem, ſi apparuerit cometa in Cancro, ſignificat bella multa alia mala, & multam mortem in hominibus, & effuſionem ſanguinis, & ſi apparuerit à parte orientis, & Sol fuerit in Cancro, ſignificat anguſtias hominum, & parum obedient regi, & ſi apparuerit à parte occidentis, ſignificat rixam, & mala cadere inter reges, & pacem eorum poſtea. & ſi apparuerit aliquis cometa in Leone, ſignificat pugnam inter reges, & præcipuè Babyloniæ, & vincent quidam eorum alios, & erit illud in fine anni cum multa effuſione ſanguinis à parte orientis in mortem quorundam nobilium. & ſi apparuerit à parte orientis, & Sol fuerit in Leone, ſignificat multas commotiones & fugam. & ſi apparuerit aliquis cometa in Virgine, ſignificat multas iniurias in hominibus. & ſi fuerit eius apparitio à parte orientis, & Sol fuerit in Virgine, ſignificat guerras. & ſi fuerit eius apparitio à parte occidentis, ſignificat pugnas. & ſi apparuerit cometa in Libra, ſignificat mortem regum à parte occidentis & mortem nobilium & principum, & effuſionem ſanguinis, & abſciſsionem Mercurij. & ſi apparuerit à parte orientis, & Sol fuerit in Libra, ſignificat guerras in terra Romanorum. & ſi apparuerit à parte occidentis, ſignificat bella, & mortem quorundam regum, & ſeruos contradicere dominis ſuis. & ſi apparuerit cometa in Scorpione ſignificat rixam & iram inter gentes. & in de floribus vbi ſupra, dicit Albu. cum apparuerit cometa in Scorpione, ſignificat multitudinem guerræ, & rebellium rerum, & mutationem militum ſuper eos. & 5. de coniunctionibus vbi ſupra, dicit Albu. cum apparuerit cometa in Sagittario, ſignificat vehementiam regis ſuper plebem, & appetet congregare pecunias, & deprimere homines per violentias & iniurias cum morte quorundam nobilium. & ſi apparuerit à parte orientis, & Sol fuerit æquidiſtans Sagittario, ſignificat mortem regum cum apparitione pugnæ, & timoris, & latrocinij, & ciues prauitatis in pluribus terris. et ſi apparuerit cometa in Capricorno, ſignificat bella inter reges, & multa infortunia à parte occidentis, & præcipuè in regibus ibidem & rixas, & timores terribiles in Perſia, & inter ciues meridiei cum abſciſsione viarum et latrociniis, et depreſsione religioſorum, et fidelium. et morte iuſtorum. et ſi apparuerit à parte orientis, et Sol fuerit in Capricorno, ſignificat impedimenta quibuſdam regibus ex inimicis ſuis, quæ erunt cauſæ mortis eorum, et renouationes regnorum. et ſi apparuerit cometa in Aquario, ſignificat mortem regis in parte orientis, et exitum viri, qui quæret regnum eius, et contrarietates inter reges, et nimiam cædem, et pugnam in parte occidentis, & durare hoc longo tempore. & ſi apparuerit à parte occidentis, & Sol fuerit æquidiſtans Aquario, ſignificat multos rumores terribiles in terra Perſiæ, & deprædationes armorum regum. Et in de floribus dicit Albu. quod ſi apparuerit cometa in Aquario, ſignificat multitudinem guerrę, & interfectionis, & crucifixionis. Et in eodem cap. 7. de coniunctionibus vbi ſupra, dicit Albu. quod ſi apparuerit cometa in ſigno Piſcium, ſignificat mortem alicuius plebis cum multa cæde in regibus, & erit hoc cauſa fidei, & erunt ſigna, & prodigia, & interficient ſe religioſia dinuicem, & multiplicatur

plicatur

Digitized by Google

plicatur infortunium,& contrarietas & paupertas, & horribilia in hominibus.

Et ſi apparuerit à parte orientis, & Sol fuerit æquidiſtans ſigno Piſcium,ſignificat multitudinem contrarietatis,ducum,& principium, & regum, & rebellionem eorum, & ipſi capient cenſum regis, & multiplicabitur timor in pluribus climatibus,& infortunium.

Et ſi à parte occidentis, ſignificat multas anguſtias hominum,& mortem in pluribus climatibus, & vehementiam anguſtiæ,& præcipuè in occidente,& hæc durare tribus annis.

Et in de floribus vbi ſupra dicit Albu.quòd ſi apparuerit aliquis cometa in Piſcibus, erit bellum maximum ſuper affines regis,& interficient ſe inuicem,& erunt inimicitiæ inter altos,& magnates,& erit arreptio manus eorum ab obedientia.

Et nota ſecundum Albu. in libello ſuo de floribus,vbi ſupra,quòd in quocunque ſigno apparuerit aliquis cometa, ſi eius apparitio fuerit à parte orientis,erit velocius operi eius, & ſi à parte occidentis,erit tardius operi eius:hęc Albu.in locis ſupradictis.

Et dicit Haly Abenragel lib.8. capit. vlti. quando aliqua ſtella cadit ab Ariete,& diuertit ſuum ſignale,morietur rex Chriſtianorum,& erunt fortes guerræ, & interfectiones præcipuè in terra Babyloniæ.

Et ſi fuerit ille caſus de Tauro, multæ ciuitates depopulabuntur in terra Chriſtianorũ,& ſi acciderit caſus illius ſtellæ de Geminis, accident rixæ in terra Chriſtianorum,& morietur rex Aegypti,& regnabit pro eo formoſus homo, & appodiatus. Et ſi caſus ille fuerit de Cancro, erunt interfectiones in terris Medorum,& filius regis morietur in lite, & rex morietur. & ſi ceciderit de Leone morietur rex,& lætabuntur inimici eius, & exibunt de climate Babyloniæ qui aduerſabũtur regi, & facient damnum: & ſi ceciderit de Virgine, Rex Aegypti ſuos interficiet inimicos,& accident ei multę guerræ:& ſi ceciderit de Libra, populus faciet malum regi,& proditiones coopertas,ſi ceciderit de Scorpione,erunt multæ combuſtiones aëris,& ſi ceciderit de Sagittario,morietur rex in terra Babyloniæ, & in terra Baldaſcopiæ,& ſi ceciderit de Capricorno, accident in terris Mediæ, & in terra Halahez multa mala per lites & ſimilia. Et ſi caſus ille fuerit de Aquario, ſignificat quòd inſurget homo debilis, & appodiabit ſe de regno, & durabit in eo modicum,& poſtea accidet multæ interfectiones, & fortes. Et ſi caſus iſte fuerit de Piſcibus, ſignificat,quòd rex faciet populo iuſtitiam, & rectitudinem,& ſignificat ſaluationes:hæc Haly Abenragel.

Et Haly ſuper 2 .quadripartiti capitu. 9. in fine loquitur de vno ſignali,quod ipſemet vidit,quando incipiebat addiſcere, & multi alij ſapientes cum eo.

Et dicit quòd hoc ſignale apparuerat in 15.gra. Scorpionis,& in oppoſitione Solis:erat enim tunc Sol in 15.gra.Tauri,& erat aſcendens,quando apparuerat ſuper Alphazat ciuitate de Aegypto. 4. grad.Leonis,& 2.min.& medium cæli. 27. Arietis, et 37. min.& erat illa ſtella magnæ quantitatis, & figuræ rotundæ,& tanta vt Venus,& ipſius claritate totus horizons lucebat, quæ lux fuerat tanta vt quarta pars lucis Lunæ,vel parum plus, & ſemper apparebat mouendo ſe in iſto ſigno cum motu firmamenti, donec Sol ſe poſuit in eius ſextili de ſigno Virginis,& tunc deſtructa fuerat.

Et dicit Haly, quòd iſta ſtella apparuit in Scorpione,quæ erat ſignum eclipſis legis Maurorum,& ſignum ſuæ coniunctionis,& accidebant inter Mauros magna prælia, & fortes guerræ, & interfectiones propter ciuitates, & regiones magnæ ſuarum terrarum depopulatæ fuerunt, & exiuit vnus magnus hæreticus,& ſurrexit in regem Mediæ, & accidit magna ſiccitas & magna cariſtia victualium, & magna mortalitas propter aëris corruptelam,& per peſtilentiam,ita quòd fame, gladio, & infirmitatibus gentes ſine numero perierunt, & hoc manifeſtum, & hæc perditio continue fuerat, poſtquam ſtella iſta apparuerit multis annis: hæc Haly ibidem.

Et dicunt Haly,& alius commentator Ptolemæi nomine Bugufarus in fine centiloquij,quando quadam nocte anni.290. Arabum diffuſæ ſunt à ſub multæ in aëre,occupaueruntque aërem totum, ita quòd exterriti ſunt homines,durauitque plus quatuor horis,& tranſacto non modico tempore eiuſdem anni inſurrexerunt homines aduerſus regem, & exterminatum eſt regnum Ptolemæi regis Aegypti. & in 10. anno poſt apparuerunt multæ earum,& defecit annona, & fuerunt multæ guerræ, & in anno.92. apparuit quædam ſtella comata, & durauit 11. noctibus, & mouebatur omni nocte motu ſenſibili, intrauit ergo filius Aelcalig poſt hoc breui tempore,& præfuit Aegypto, et eius partibus, et apparuerat vna ſtella habens comam, et fuit in angulo ex angulis coniunctionis in qua inceptum eſt regnum filiorum Abez, et obijt Abez, hæc Haly.

Per hæc igitur exempla,et per alia poteris prognoſticare de guerris,et combuſtionibus, et de alijs accidentibus mundi prænominatis.

Cum in aliquo climate apparuerint ſtellæ comatæ, aut aliqua alia ſignalia prædicta, quæ ſigna ſunt magnorum effectuum in mundo.

Et dicit Albu.in lib.experimentorum, in capitulis vbi loquitur de Aſub, et Anazeli, aſpice ſtellas volantes,quæ ſunt ſtellæ ignis,et apparent ſemper in loco Mercurij.

Et aſpice partem in qua fuerit huiuſmodi ſtella.

Si enim fuerit in itinere inferiori,erit malum in parte Martis et Veneris.

Et ſi fuerit in itinere ſuperiori, erit malum in parte Saturni,et Lunæ,ac Solis.

Poſt hoc aſpice in quali ſigno apparent,et qnale ſit eſſe domini eiuſdem ſigni in loco eius, et qualiter ſit aſpectus fortunarum et malorum ad dominum ſigni, et manſionis.

Et ſi fuerit in ſigno diuitum,et dominus ſigni aſpexerit ex loco forti, ſignificat quòd egredietur ex ea parte qui contendant in regno,ex domeſticis regis, et erit nominatus, et ſi fuerit in ſigno diuitum,ſicut dixi,et dominus ſigni cum aſpexerit,erit ex filijs nobilium, et erit aptus regno, et ſimiliter iudica de omnibus.

Et ſcito,ꝙ ſigna Solis et Iouis ac Martis ſignificãt terminos diuitũ,et ſigna Saturni ſignificãt nominatos in antiqs:hæc Albu.et hęc ſigna prognoſti



Digitized by Google

ca guerrarum, & combuſtionum ſumpta ex ſignalibus in aëre ad præſens ſufficiant. Et frequenter accidit, quòd pueri faciunt ſibi capitaneos, & ſeparant ſe in diuerſos exercitus, & pugnant ad inuicē contra magnam guerram inter regnum illud, & alia regna, & hoc frequenter viſum eſt in Anglia cōtra guerram inter regem Angliæ, & regem Frāciæ, & ſimiliter contra guerram inter regem Angliæ & regem Scotiæ. Item frequenter accidit, quòd poſt magnam cariſtiam annonæ, & victualium in aliqua regione, vel in aliquibus regionibus prouenit magna guerra, tunc enim oportet, vt homines vnius quærant victualia in aliis regionibus, vnde & lites, & guerræ, & contentiones fiunt, & ſic cariſtia victualium quandoque eſt ſignum, & cauſa guerrarū, & combuſtionū, & hæc de ſignis prognoſticis guerrarum, & combuſtionum, & præliorum ad præſens dicta ſufficiant. Et ſic finitur hic tractatus de accidentibus magnis quæ contingunt in terra, & in his quæ ſunt ſuper terram, ſcilicet de diluuiis, de peſtilentia, & epidimiis, de cariſtia, & vilitate annonæ, de guerris, & cōbuſtionibus, & præliis, de aliis accidētibus magnis. Finitur autem & prior pars noſtri Speculi aſtrologici, tot vigiliis, ac laboribus à nobis conſtructi. Et quoniam vulgo dicitur, principium eſſe totius medium, qui vero ad medium iam peruenerit, totum fere abſoluiſſe dici merito poteſt. Quare etſi nobis reſtat adhuc media ſtadij pars decurrenda, vt tandem aliquando ad calcem perueniamus, tamen quia quæ præceſſerunt longe erant difficillima, atque intricatiſsima, his deuoratis, videmur totum propemodum onus grauiſsimum illud quidem ex humeris excuſsiſſe. Itaque eſt, q̄ Deo Opt. Max. immortales gratias agamus, qui ſuis auſpicijs, cæptum à nobis opus ad hūc terminum perduxit, eſt etiam quod Lectores oratos velim, vt ſi quo in loco (cuiuſmodi multos eſſe auſim affirmare) opere in tanto mihi ſomnus obrepſerit, æqui, bonique faciant, quò nos eis benignos vtentes, gradum ad ea quæ reſtant, facere alacriter valeamus.

Sed quia eo die, quo finis libro fuit impoſitus, hoc eſt vltimo die Martij, Veneris die, anni 1581. accidit, vt fundamēta ædiculæ ſacræ D. Rocho, iacta fuerint, viſum eſt mihi, qui ea in re interfui, figuram cæleſtis poſitionis operepretium hic ad finē libri apponere. Res ita eſt geſta, totus populus ciuitatis Lugdunenſis cum maxima deuotione, & cum toto clero & perſonis religioſis, qui litanias cantabant ſuppliciter procedentes, venerūt extra ciuitatem apud Sancti Laurentij domum hoſpitalē, & ſupra eius cliuulum fabricare incæperunt dictam ædiculam ſummis votis DEVM deprecantes, vt ciuitatem hanc protegeret, liberaretque ab omni contagione peſtis, quoniam ex mala hyemis intemperie eſt maximus timor, ne febres peſtilentiales, vel epidimia in hac ciuitate graſſentur. Et primum lapidem in fundamentum huius oratorij cū maxima ſolemnitate & deuotione mane hora octaua cum minutis ferè 20. iecit Illuſt. Dominus Franciſcus Mandelotius, Dominus Paciaci, Eques torquatus, quinquaginta equitum Cataphractorum præfectus, ſanctioris interioriſque conſilij regij conſiliarius, ac in prouincijs Lugdunēſi & Bellioçenſi &c. gubernator vigilantiſsimus.




In

*In lapide quem primum iecit in fundamentum huius ædiculæ Illuſtr. D. Franciſcus de Mandelot ſic erat inſcriptum.*

D. O. M.

*Et beato Rocho interceſſori ob aduerſam in Ciuitate peſtem., Petrus de Pinac Archiepiſcopus, Franciſcus de Mandelot vicerex, clerus, conſules, omniúmq; ordinum ciues ſacellum hoc vouere anno 1577.*

Conſtructum eſt collectitia *1581.* Lugduni.

*Franciſcus Iunctinus Lectori S.*

QVæ inter excudendum hoc opus per incuriam peruerſa ſunt in vnum collegimus in fine ſecundi Tomi, ne auctori hoc vitio vertatur. Verum in hoc libro pag. 331. col. 2. ver. *64.* ſic corrige. Arabes in plurimis à Ptolemæo diſcordare videntur. Nam indifferenter capiunt, non tantum quinque loca ſuper terram, ſed etiam ſub terra: nam aſſumunt etiam ſecundam, tertiam, quartam, & quintam domum. Sed Abenragel octauam domum admittit, & cum eo Sarcinator dicit, quando Sol in aliqua domo angulari fuerit, vel ſuccedenti, ſi fuerit in ſigno maſculo. non excipit ergo contra Ptolemæi ſententiam octauam & ſecundam domum. Arabs idem videtur aſſerere, nulla tamen mentione facta de octaua, dicit etiam, ſi in cadentibus. & ſequere commentum. Hoc te lector non ignoratum volebam. Vale.

*FINIS.*

*Series chartarum.*

abcdefghiklmnopqrſtvxyz, A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z, Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vv Xx Yy Zz, Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſſ Ttt Vvv Xxx Yyy Zzz, AAa BBb CCc DDd EEe FFf GGg HHh IIi KKk LLl MMm NNn OOo PPp QQq RRr SSſ. Ternæ omnes, dempta SSſ quæ eſt duerna.

*Excudebat Joannes Quadratus, Anno 1581*
*4. Idus Aprilis.*



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google